This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com

Digitized by Google

Bibliotheca S. J.
Les Fontaines
CHANTILLY

HO
60/106

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

O 271 1
60/106

AD

# HISTORIAM ABBATIÆ CASSINENSIS ACCESSIONES,

*Quibus non ſolum de juriſdictione, quam ab anno 748. ad hunc uſque diem ex innumeris Regum, Imperatorum, Pontificumque diplomatibus, vetuſtiſque documentis, monaſterium habet, ac de Caſſinenſis Archivi celebritate prolixe diſſeritur, ſed etiam Civitates, & loca monaſterio ſubiecta cum antiquitatis ruderibus, quæ in ipſis reperta ſunt, accurate deſcribuntur, graveſque clarorum virorum de Liri fluvio hallucinationes referuntur, & emendantur; additis Riccardi a Sangermano, & Anonymorum Caſſinenſium Chronicis a mendis, quibus alibi ſcatent, omnino purgatis, unoque ac altero emortuali, & Kalendario ab ejuſdem archivi Codicibus fideliter exſcriptis;*

CURA ET LABORE

D. ERASMI GATTOLA

Cajetani, Abbatis S. Matthæi Servorum Dei, & celeberrimi Caſſinenſis archivi cuſtodis.

PARS PRIMA.



VENETIIS, MDCCXXXIV.

APUD SEBASTIANUM COLETI.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

BU
ECOLE SAINTE G. . . EVE · B. D. J.

Digitized by Google

DOM S... JERSEIENSIS

Digitized by Google

# PRÆFATIO.

CUm a me identidem poſtulaſſent doctiſſimi eruditiſſimique Juriſconſulti, Cauſarum cœnobii Caſſinenſis patroni & Advocati optimi, ut ea illis deſcriberem, quæ ad originem, incrementa, decrementaque dominatus cœnobii Caſſinenſis pertinerent, nempe quomodo parta, retenta, & ad hæc uſque tempora perducta Dei beneficio ſit juriſdictio civilis, criminalis, Mixta, Portulaniæ, Syclæ, Fidæ, Diſfidæ Bajulationis, Venationis, Piſcationis, Aquarum, Exactionis, Decimarum, aliorumque omnium, quæ poſſidebat, actuque poſſidet cœnobium Caſſinenſe, aut a quo principe hæc illi conceſſa, vel confirmata ſit, quæque fides monumentis adhibenda, quæ in celeberrimo Caſſinenſi archivo aſſervantur, quorum per cartophylacem apographa extrahi ſolent; cauſati haud ſibi eam dicendi vim, copiamque hac cognitione deſtitutis ſuppetere ad cœnobii cauſas defendendas, cujus juriſdictiones majori ex parte a peculiaribus privilegiis, & a jure Municipali dependerent, in animum tandem induxi meum, ut honeſtiſſimis virorum clariſſimorum votis facerem ſatis. Quod ut aptius præſtarem, hanc diſſertationem conſcribere inſtitui, qua ex authenticis monumentis, vel originalibus, vel apographis, aut ex ſcriptorum omni exceptione majorum fide diuturna dominatus noſtri poſſeſſio ita conſtaret, ut niſu haud multum difficili poſteri hiſce de rebus informarentur, quæ improbo ego labore didici viginti novem & amplius annorum ſpatio, quo inter veteres chartioſaſque archivi noſtri chartas memet, ut ita dicam, volutavi graviſſimis litium anfractibus exagitatus, quæ non una vice adegerunt, ad ea pervolutanda monumenta, de quibus alii occaſione haud oblata ne cogitaſſent quidem, in iiſque animadverſiones elucubrandi, quæ ad rectam cauſarum noſtrarum defenſionem conducerent. Integra verò in ipſa Diſſertationis, ut ita dicam, compage, monumenta, privilegiaque referenda eſſe duxi, tum ut Advocatorum curæ inſervirem, qui haud lubenter ea ſibi ab oculis ablata vidiſſent, de quibus in diſſertatione ageretur, tum ne pluries eadem repetere adigerer, ſi ad appendicem revocaſſem. Futurum quippe erat, ut in diſſertatione majori ex parte privilegii alicujus verba referenda eſſent, quæ deinde integra repeterentur in Appendice. Quare conſultius, magiſque e re noſtra acturum me exiſtimavi, ſi illa diplomata, monumentaque, quorum in diſſertatione mentio facienda eſſet, integra ibidem referrem, ut primo intuitu Advocati noſtri, quorum potiſſimum cauſa labor hic qualiſcumque ſuſceptus eſt, ea omnia perſpicere poſſent, quæ conſideranda illis exacte, attentiſſimeque ſunt, identidemq; revolvenda. Neque id nos primum auſi, cum ſervatæ a nobis methodi rationem præbuerint viri doctiſſimi, probatiſſimique Baronius, ejuſque continuator Raynaldus, Ughellius, Lucentius, aliique qui cum hiſtorias pertexant, haud tamen ſunt veriti, integra Pontificum, Principumque diplomata, epiſtolas, Chronicorum fragmenta, Chronicaſque ipſas exſcribere. Quod nobis certe pene neceſſarium fuit, quibus hiſce de rebus unice agendi inſtitutum eſt.

Diſſertationem hanc noſtram a Giſulfi donatione auſpicamur, haud quidem quod altioribus juriſdictio Caſſinenſis cœnobii principiis non promanet; ſed ne in ipſo Operis limine, eoque in labore, quod non diſputandi ergo, ſuſceptum eſt, manus cum moroſis quibuſdam *Criticis* conſereremus, quibus haud ſatis vetuſtiſſimæ quædam cœnobio noſtro *factæ* donationes probantur. Porro plura, eaque graviſſima ſuppeterent argumenta, quæ nos vera haud glorianter fateri evincerent, ſi in medium producere inſtituti ratio pateretur. Ea quippe dumtaxat hic afferre in animo eſt, quæ nedum eruditis, doctiſque criticis verum ipſis quoque moroſiſſimis omnino probentur. Quare illa dumtaxat monumenta hic afferemus, quæ a Leone Marſicano in chronico Caſſinenſi diligentiſſime laudata ſunt, cæteris omiſſis, ſuffragio tanti viri deſtitutis, quo fides noſtra ſincerus veritatis amor, operiſque ratio conſtet, quod non diſceptandi, ſed vindicandæ juriſdictionis Caſſinenſis cauſa unice ſuſceptum eſt.

Neque nobis vitio vertendum, quod crebrius egreſſionibus, ut ad Fabio Quintiliano lib. 4. cap. 3. vel exceſſibus, ut ab utroque Plinio in præfatione, & lib. 9. epiſt. 26. appellantur, indulgeamus, atque hinc inde ita expatiemur, ut currente rota dum Urceum facere cogitamus amphoram, interdum finxerit manus, nam omnia pro virili illuſtrare ac defendere curæ ac penſi in primis fuit, proindeque nequid eſſet incognitum, vitanda fuit nimium conſtricta brevitas, ut ait Diomedes de Oratore. Ea vero quæ in medium afferuntur firmare ſatius viſum eſt Eruditiſſimorum virorum verbis, tum: *Ut*



Digitized by Google

*in perquiſitione talium quaſtionum* ( verbis utar Juliani Toletani in Progn. ) *numeroſitas librorum quærenti animæ laborioſa non eſſet, ſed multiplicem lectoris ſitim hæc collecta brevitas ſatiaret:* tum etiam ( ut loquitur Iſidorus in Præfat. ad librum de Off. Eccleſ.) *ut ſi qua ex his diſplicuerint erroribus meis paratior ſit venia, quia non erunt referenda ad culpæ titulum, de quibus teſtificatio adhibetur authorum. Fateor tamen, me* ( ut verbis utar VValafridi Strabonis ) *nec reperiſſe cuncta, quæ dilucidare cupivi, nec cuncta potuiſſe quæ reperi, cum & rerum magnitudo ſciendi cupiditatem ſuccenderet, & diverſitatum confuſio faſtidii nimietatem præberet, habebit tamen in his lectoris mei curioſa veſtigatio, & ſi non copiam ſatietatis qua delectetur, qualemcumque tamen inquiſitionis qua melius exerceatur.* Ubi vero inveſtigationi non fuit locus, ſatius omittenda duximus, *nec enim teſte* Quintiliano lib. V. cap. 1. *complecti omnia, vel in hac parte, vel in cæteris poſſumus, contenti rationem plura quæſituris oſtendere.*

Porro in iis, quæ a me hic pertractantur, non elocutione ſplendida, ſed ſimplici, tumultuarioque, atque ſummopere properante ſermone dictavi, cum ad res ipſas ſubtiliter examinandas animum adverterem, neque ad verba expolienda aut ſtudium ſupereſſet, aut otium: *Quæſo igitur Lectorem,* ( verbis utar Vigilii Tapſenſis lib. 1. contra Eutychen, cap. 15. ) *ut vilitatem noſtri ſermonis uſquequaque non diſpiciat, quia & fortaſſis potuit eloquentius oratio comi. Cum nos ita ſtylum temperaverimus, ut rem potius, quam verba legentibus commendaremus.* Hujuſmodi certe eſt Diſſertatio iſta, ut de iis illud proferre liceat, quod de ſuo rerum naturalium opere ajebat Plinius in Præfatione: *Nam nec ingenii ſunt capaces &c. nec admittunt exceſſus, aut orationes, ſermoneſve, aut caſus mirabiles, vel eventus varios, non alia jucunda dictu, aut legentibus blanda.* Aut quod Pomponius Mela de Geographia in Proœmio; *impeditum eſſe opus, & facundiæ minime capax.* Quare hic eloquentiæ opus non eſt, ſed laboris: *Commentarii enim quid operis habent,* ait Hieronymus, lib. 1. in Ruff. cap. 4. *alterius dicta ediſſerunt, quæ obſcure dicta ſunt, plano ſermone manifeſtant; multorum ſententias replicant, & dicunt, Hunc locum quidam ſic ediſſerunt, alii ſic interpretantur: illi ſenſum ſuum, & intelligentiam his teſtimoniis, & hac nituntur ratione firmare, ut prudens Lector, cum diverſas explanationes legerit, & multorum vel probanda, vel improbanda didicerit, judicet quid verius ſit, & quaſi bonus Trapetita adulterinæ monetæ pecuniam reprobet.* Accedit quod nulla fere eſt ſequioris ævi cum Romano jure ipſiſq; loquendi formulis cognatio, ut ſi quis comptioribus ſeu Romanis hæc vocabulis efferre contenderet, non tam eas illuſtraret, quam tenebras, caliginemque offunderet. Quare neceſſe fuit paulo ſqualidiori ſermone juriſdictiones noſtras, atque adeo cum ipſa barbarica inculta, minimeque latina loquendi ratione proponere, quod ea non tam plana eſſet, ſi latinioribus verbis proferretur. *Denique ſi quid minus a nobis,* ut ait Vigilius Tapſenſis laudatus lib. 5. contra Eutychen, *aut ſecus quam oportuit dictum eſt, veniam poſtulamus: aut enim verborum nos copia defecit, ut aut quod ſentiebamus exprimere nequiremus, aut quæ ſentienda fuerant exilitate ingenii, & mentis infirmitate ſentire non valuimus. Sed ſi opere diſplicemus, ſaltem ſtudio placeamus. Sit acceptum voluiſſe, ſi diſplicet non potuiſſe noſtrum.*

Per ſæcula vero diſtributa monumenta in diſſertatione producemus, quod ſuſcepta ſemel in epitome Hiſtoriarum Caſſinenſium ſcribendi ratio ubique conſtaret: Sed rem Deo auſpice aggrediamur.

DISSER-

Digitized by Google

# DISSERTATIO I.

## DE ORIGINE, ET PROGRESSU

### JURISDICTIONIS MONASTERII CASSINENSIS CIVILIS.

### Mixtæ, & Criminalis.

# SECULUM TERTIUM

## A CONSTRUCTIONE COENOBII CASSINENSIS,

### CHRISTI OCTAVUM, AB ANNO DCC. AD DCCC.

Primus cœnobio Caſſinenſi ſupremã in Abbatia Caſſinenſi Juriſdictionem attribuit Giſulfus.

POſt inſtauratum per Petronacem Caſſinenſe cœnobium anno circiter 718. Giſulfus II. Beneventanorum Dux, qui ab anno 732. ad annum 749. imperavit, ut probat Peregrinius in pluribus Hiſto. Principum Langob. locis, potiſſimum pag. 279., aut indita animo ſuo in Deum, reſque, Divinas Religione motus, aut quod plura, graviſſimaque irrogata a Langobardis ſub Zotone Prędeceſſore ſuo mala, cœnobio Caſſinenſi ſciret, aut demum cœnobii Dignitate, Monachorumque ſanctimonia, animo vere Regio, ampliſſimam illam, inſignemque cœnobio Caſſinenſi anno circiter 747. donationem elargitus eſt, quam refert Leo Oſtienſis lib. I. Chronici Caſſinenſis cap. 5. hiſce verbis: *Giſulfus preterea junior nepos Luitprand Regis Langobardorum, qui poſt Gotſcalcum Beneventanorum Dux extitit: cum per eos dies in hanc Arcem Caſſini, quæ tunc Mello vocabatur, aſcendiſſet, atque juxta corpus SSmi Patris Benedicti tam religioſe prędictos Fratres in Dei ſervitio vivere repperiſſet, divino tactus inſtinctu, cuncta in circuitu, tam campeſtria, quam montana eidem Patri Benedicto in ſcriptis contulit, firmiſque donariis, in perpetuum eadem poſteris habenda conceſſit. Per has videlicet terminationes, & fines. Quemadmodum incipit ab ipſo fluvio, qui dicitur Carnellus, & aſcendit per aquam quæ vocatur Bantra, uſque in rivum ſiccum, & ſicut aſcendit per ipſum rivum, uſque in Furcam S. Martini. Et inde aſcendit per Serras, & vadit in montem, qui dicitur Ciſinus, & ſicut inde pergit in Peſclum nomine Corvarum. Et qualiter vadit per ipſas Serras ad Furcam, quæ dicitur Popplu, & inde pergit ad lacum, qui vocatur Viteceſus, & inde vadit ad aquam fundatam, & aſcendit in Montem, qui dicitur de Sile, & vadit exinde in caput aquæ de Rapido. Et inde aſcendit in montem, qui dicitur Caballus, & pergit in montem, qui vocatur Rendenaria major, & inde per Serras montium venit ad Rendenariam minorem, & qualiter inde directe vadit per pedes montium, qui vocantur Freſolona, & pergit in aquam de Mellarino, & deſcendit per eandem aquam cum utriſque ripis, & vadit in parietibus de Balnearia, & inde vadit per locum, qui dicitur Anglone, & aſcendit ad Furcam, quæ dicitur Valleluci, & quomodo vadit per ipſas ſerras montium, & deſcendit ad Petram ſcriptam, & exinde aſcendit ad ſerras montis, qui dicitur Orticoſa, & quomodo vadit per Serras montium, & pervenit ad Peſclora, quæ vocantur Falconari, & qualiter vadit per duos montes, quorum unus vocatur Spinacius, alter autem Porcacius, & qualiter inde vadit ad criſtas montis, qui vocatur Caria, & deſcendens venit ad Petras ſuper aquam vocabulo Vivolam, & inde aſcendit ad collem, qui vocatur Gimberuti, & deſcendit in Quertitulum, & inde in Foſſatum juxta S. Damaſum, & exinde, quem videlicet Sanctum Amaſum vulgus appellat, & directe pergit in Silicem in loco, ubi dicitur Arcus Gezzuli, & qualiter vadit ad lacum, qui vocatur Radeprandi, & quemadmodum inde pergit in Farnietum, inde in rivum, qui dicitur Marocze, & qualiter deſcendit in ipſum Fluvium Carnellum, & per eundem fluvium aſcendit in aquam, quæ nominatur Coſa, & ſicut aſcendit per Serras Montis ſancti Donati, & quomodo deſcendit ſuper Monticellos de Marri, & vadit ad ipſos Peſclos, qui ſunt in pede montis, qui dicitur Balva, & qualiter directe vadit per duos Leones, & inde pergens aſcendit per ipſas Serras montis ſuper Caſale, & ſicut deſcendit per ipſum montem uſque ad ipſum Peſclum, qui nominatur Cripta Imperatoris. Indeque pergit uſque ad jam dictum flumen Garilianum, atque per ipſum flumen aſcendit uſque ad priores fines, una cum omnibus Caſtellis, vicis, domibus, Eccleſiis, molendinis, & aquis, cæteriſque omnibus, quæ intra prædictos fines tunc temporis habebantur. Uxor etiam ejuſdem Ducis Scauniperga nomine. Templum Idolorum, quod antiquitus in Caſino caſtro conſtructum fuerat, in Beati Petri Apoſtoli honorem convertens, Iconas ibi, & cetera Eccleſiæ officiis congrua miniſteria in poſterorum memoriam devotiſſimam contulit.*

Cujus donationis Diploma tempore Leonis Oſtienſis ſupereſtat.

Illud vero certo certius habendum, donationis Giſulfianæ diploma, Leonis Oſtienſis ætate ſupereſſe, cum hæc ille verba referat, quæ quidem haud retuliſſet non viſo privilegio. Uſuvenit quippe apud Leonem, ut privilegia quæque cœnobio Caſſinenſi conceſſa, ſumma fidelitate, compendio, occaſione data ſemper referat. Parum vero, atque adeo nihil Leoni, & Caſſinatibus referebat, donationem hanc Giſulfo referre acceptam, quam paulopoſt a Carlo Magno ratam habuiſſent; quare ſi Giſulfum magnificentiſſimæ donationis effecerunt authorem, non eſt, cur rem haud ita ſe habere, quemadmodum Leo narrat, prudens ali-

quis ſuſpicetur, qui potiſſimum meminerit quæ pro Leone Marſicano contexat Elogia. Eruditiſſimus, atque a partium ſtudio longe alieniſſimus Cardinalis Baronius, dum anno 1059. pag. 248. Editionis Vaticanæ anno 1605., qua utimur ait. *Hæc autem quomodo ſe habuerint, ex Leone Oſtienſi ejus temporis ſcriptore integerrimo ſunt petenda.* Et anno 1077. pag. 503. *Sed ejuſdem temporis ſcriptor ſinceræ fidei Leo Oſtienſis epiſcopus de eadem donatione hæc habet &c.* Vid. elogia ab aliis probatiſſimis ſcriptoribus Leoni noſtro tributa, quæ nos ſupra in unum congeſſimus.

Hæc Donatio genuina eſt.

Genuinam vero eſſe Giſulfi donationem, ex eo maxime conſtat, quod Carolus Magnus Pipini filius, poſt captum Deſiderium Langobardorum regem, utpote novus Italiæ rex, & Dominus, tributa ſibi ab Arichi Beneventi principe rependi juſſit, atque cœnobio Caſſinenſi anno 787. Giſulfianam donationem confirmavit, aut bona eadem donavit, iterum privilegio ſuo infra adducendo, in quo iidem prorſus ditionis Caſſinenſis fines deſcribuntur, quo Leo Oſtienſis ex Giſulfi donatione refert. Ab illa vero Giſulfi donatione ad hanc Caroli confirmationem, aut ſi mavis, iteratam donationem, anni tantum quadraginta interceſſere.

Ejuſque fines in pluribus diplomatibus deſcripti.

Eoſdem omnino fines plura Imperatorum, Regum, Principumque diplomata referunt, potiſſimum Lotharii I. anno 832. datum, in quo privilegiorum fit mentio, quæ Carolus Magnus, & Ludovicus Pius cœnobio Caſſinenſi conceſſere, atque Ludovici II. ann. 866. In hiſce tamen privilegiis nulla Giſulfianæ donationis mentio, quod Imperatores, ut pote victores, ſupremique Ducatus Beneventani Domini, Beneventanos Duces ſuprema ſibi jura vindicantes nominare deſignarentur.

Eam Donationem Giſulfo etiam tribuunt Anonymus Caſſinenſis.

Præiverunt Leoni in aſſerenda hac Giſulfi donatione Paulus Diaconus, & Anonymus Monachus Caſſinenſis. Ille hiſtoriæ Langobardorum lib. 1. c. 26. his verſibus: *Omnia ſepta gregis præſcitum eſt tradita genti — Gens eadem renovat omnia ſepta gregi.* Alludit ſcilicet eo loci ad Caſſinenſis cœnobii vaſtitatem per Langobardos ſub Zotone Beneventi Duce factam, quæ quidem monaſterii vaſtatio ab S. P. Benedicto fuit prævisa, ac Teoprobo revelata uti teſtis eſt luculentiſſimus Greg. M. Dialogorum lib. 2. cap. 17. Sane vero magni faciendum eſſe Pauli hujus teſtimonium, quum ex eo evincitur, quod quo tempore Giſulfiana donatio contigit apud Rachiſium Langobardorum Regem, cui ob pietatis, ac doctrinæ laudem maxime erat acceptus ipſe diverſabatur, qui & familiaris inſuper fuit Arichis in Beneventano Ducatu Giſulfi ſucceſſoris, tum etiam ex eo, quod uti probatum manet in hiſtoria noſtra Monachus fuit Caſſinenſis, ac proinde probe noverat hujuſmodi donationem, qua Caſſinenſe cœnobium perfici potuit, & Monachis adaugeri. Anonymus vero Monachus Caſſinenſis in Chronico Langobardorum, ſeu Monachorum S. Benedicti a Peregrinio ex vetuſtiſſimo bibliothecæ noſtræ codice, ſignato num. 353., edito in Hiſtoria Principum Langobardorum pag. 115., ejuſque meminere Nuceus, Mabillonius, Ruinart, aliique. Omiſit vero Peregrinius quædam hujuſce Chronici, veluti Prolegomena, in quibus agens ignotus author de Giſulpho, Beneventano Duce hæc inquit: *Cujus uxor Scauniperga, nomine in Urbe Caſſinacium in idolorum templo beati Apoſtolorum principis Petri honore, beatæque ſcilicet glorioſæ ſemper Virginis Mariæ, nec non & Michaelis Archangeli altaria ſtatuens, igonas, & miniſteria vel cæteris, ac optimis muneribus illuſtrans, & devota mente ſuccedere memoranda reliquid.*

*In ejuſdem vero Urbis arcem, quæ mello dicitur, ubi decenter Beati corpus Benedicti humatum eſt, iſdem Giſulphus armipotens Dux cum conſcendiſſet, tum divino tactus amore, beato patri Benedicto cuncta in circuitu montana, & planiora conferens, & fixis donariis poſteris habenda in perpetuum conceſſit. Sed propter hoſtium irruptionem Marcheos tantum ad incolarum tutamina dimiſit; cæterum ob laborum ſuffragia exercendum viciniis præcepit, tam in ſeminibus, quam meſſium tempore, Monachis obbedituros.*

*Libet breviter, ut ex majorum dictis repertum eſt, me dixiſſe ſufficiat, nunc vero curſim iterandum eſt hujus noſtræ Chronicæ Succintio, ut lector facile agnoſcere queat, quæ tempora, vel quis princeps hujus patriæ extitit; vel paſtor loci iſtius, quo deguit, & ex brevi, memorabilique calculo longa, qui velit extendat pagina, & narrator exiſtat dolorum tempora.* Incipiens vero Chronographus a Petronace ad undeviceſimum Berthari annum pervenit, quod luculentiſſime evincit ejus authorem, qui Abbatum Caſſinatium annos, dolorumque tempora ſe notaturum præfatur ad eum Bertharii annum floruiſſe, quidquid contra aſſerat Nuceus, qui in notis ad Prologon Leonis Oſtienſis, & ad caput 5. illud Johanni I. Abbati Caſſinenſi anno 915. electo tribuit. Sanctus vero Bertharius anno 856. electus, diſcipulus fuit Baſſacii anno 837. inaugurati Abbatis Caſſinenſis, qui longe antea in cœnobio Caſſinenſi monachus fuerat, quare potuit illis cum Monachis verſari, qui Petronacis anno 751. mortui tempore vixerant. Ideſt annos octuaginta ſex ante Baſſacii inaugurationem. Potuit itaq; Baſſacius vel Giſulfi donationem legere, vel ab hiſce monachis audire, ipſeq; Berthario communicare, ac proinde monachus Chronici author Bertharii tempore vivus hæc optime ſcire. Illudque eſt apud Caſſinates longo jam tempore obſervatum; extitiſſe ſemper, actuque extare ſenes monachos, qui ſexaginta, & amplius converſionis annos habent, quique propterea alios ejuſdem ætatis noverint, ex quibus monaſterii conſuetudines, eventuſque, veluti per manus traductas didicerint. Nos quidem poſt ſumtum in cœnobio Caſſinenſi anno 1675. Monaſticum habitum plures capulares ſenes novimus, e quibus multa diſcere licuit, potiſſimum egregios viros Archiepiſcopos Roſſanenſes, Angelum de Nuce, & Andream Deodatum, quorum prior annos nonaginta natus, alter octuaginta ſex exceſſit, atque converſionis noſtræ anno Angelus Nuceus quinquageſimum converſionis ſuæ annum excedebat, cum regularem habitum anno 1621. ſumſerit. Facile itaque plurium etiam ſæculorum eventus comperti apud nos certa traditione eſſe poſſunt. Quare optime Giſulfiana donatio Authori hujuſce Chronici nota eſſe potuit, qui uno vix ſæculo poſt eam vixit. Cœterum authorem hujuſce Chronici non eſſe Johannem I., cum ex iis conſtat quæ diximus, tum vero quod Johannes annorum calcu-

Digitized by Google

ſæculum ad ſuam ætatem per principes, & Abbates produxiſſet. Nulla quippe ratio ſubſiſtendi in Berthario illi ſcriptori fuiſſet, qui præfatur annos Abbatum Caſſinenſium, & principum Beneventi, & Salerni diligentiſſime ſe adnotaturum. Eſto tamen Nuceo id demus, quod gratis contendit. Quod inde? A Giſulfi donatione, ad Joannis I. inaugurationem anno 915. factam, unum, & ſeſqui ſeculum pertranſierat, quare potuit optime Johannes paucis poſt converſionem ſuam diebus Abbas electus a ſenioribus monachis, Giſulfianam donationem optime reſcire.

Illamque alii omnes ſcriptores ad. miſere. Plures iique probatiſſimi ſcriptores Giſulfi donationem utpote veram admiſere, quos inter Baronius anno 748. fol. 193. Yepez Tom. III. Centur. III. pag. 4. a t. Chronici generalis Ordinis S. Benedicti, Marius Vipera in Chronologia epiſcoporum, & Archiepiſcoporum metropolitanæ eccleſiæ Beneventanæ &c. pag. 37. in Ambroſio; Ughellius Italiæ ſacræ Tom. VIII. col. 60., Mabillonius Tom. II. Annal. pag. 146., Ciarlanti in memoriis Hiſtor. Samnii lib. 3. pag. 202. Pompejus Sarnellus Vigiliarum Epiſcopus in memoriis Chronologicis Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum S. Eccleſiæ Beneventanæ pag. 37. a t. Abbas Julius Ambroſius Lucenti Ital. Sac. Tom. I. col. 526., aliique complures.

Ea Donatio intra fines Ducatus Beneventani contenta. Illud vero omnibus, qui Cyſtiberinæ Italiæ hiſtorias vel *a limine* ſalutarunt, compertum eſt, loca omnia quæ a Giſulfo cœnobio Caſſinenſi donata ſunt, intra fines Ducatus Beneventani fuiſſe contenta, ut oſtendit eruditiſſimus Camillus Peregrinius in 2. parte hiſtoriæ principum Langobardorum, ubi de finibus Ducatus Beneventani ad Occidentem diſſerens oſtendit, eos ad Soram uſque protenſos, nam de Giſulfo I., qui ab anno 680. uſque ad 694. Dux Beneventanus fuit, hæc ait Paulus Diaconus lib. 6. de geſtis Langob. cap. 9. alias 27. *Giſulphus Beneventanorum ductor Soram Romanorum civitatem, Arpinum, arcem, atque Aquinum pari modo oppida cepit*. Iidemque fines a poſterioribus quoque Beneventi Principibus ſervati ſunt, nam Erchempertus hiſtoriæ ſuæ num. 21. loquens anno 842. de filiis Pandulfi Comitis Capuæ ait: *Ex quibus Lando Capuam, Pando Marepahis Suram* (ideſt Soram) *Landonulfus Teanum regebat, &c.* Atque ad Soram uſque Ducatum Beneventanum perveniſſe luculentiſſime conſtat ex hujus *Dynaſtiæ diviſione* inter Radelchim, & Siconulfum anno 851. inita, in qua Sora, Capua Teanum &c. Siconulfi ditioni ſubjicitur. Vid. ejus diviſionis numerus nonus apud Peregrin. in Hiſt. Princ. Langob. p. 87. Et Erchempertus de adventu Ludovici anno 866. in cyſtibernia Italia loqnens hæc ſcribit: *Invitatus itaque Ludoguicus Cæſar, ut prædixi, &c. Beneventi fines per Suram ingreditur, atque prius monaſterio Benedicti beati applicuit, quo ad eum legati de diverſis urbibus venerunt &c.* Atque Ignotus Caſſinenſis apud Peregrinium pag. 109. habet: *Nam dictus Ademarius Suram, Arpinum, Vicum album, & Atinum tradidit Francis, ideſt Widoni Comiti. In his locis præerat Landolfus Gaſtaldius, quæ dum amiſiſſet loca, præ nimia eſt triſtitia defunctus*. Hæc per tranſennam adnotata a nobis ſunt. Certo quippe certius haberi ab omnibus debet, Principem eccleſiæ aliiſque perſonis oppida juriſdictioneſque concedentem, eorum Dominum eſſe, atque pro tali a donatario habitum; ſecus ridicule, amenterque illud concederet, ab aliiſque viciſſim reciperetur, quod ſui Juris non ſit. Quomodo enim quis alteri alienam rem concedat? *Cap. nemo, de Regulis Juris in 6. lib. obſervare §. ult. de Officio Proconſul., l. Tradito de Aquiren. Domin.*

Juriſdictionem conceſſit Giſulfus civilem Criminalem, & mixtam. Giſulfus vero non tantum oppida intra fines Abbatiæ Caſſinenſis a ſe poſitos concedit monaſterio Caſſinenſi, verum caſas, vicos, eccleſias, molendina, aquas, montes, plana, paſcua, eaque omnia quæ intra fines eoſdem poſita; quare juriſdictionem etiam à Giſulfo conceſſam communis eſt juriſconſultorum ſententia, qui ajunt, una cum oppido juriſdictionem concedi, modo in conceſſione ea extent verba, ex quibus colligi id queat, puta concedimus oppidum cum territoriis, pertinentiis, aliiſque ejuſdem generis rebus: *Valaſc. l. Imperium 24. de Juriſdiction. omnium Judicum, Bald. in l. Si aliqua §. cum pleniſſima de Offic. proconſ. Alex. in clem. 1. de for. comp., Alex. conſ. 58. vol. 5., Pariſ. conſ. 9. lib. 1. Bald. c. 1. §. Item ſi quis titulo quibus modis Feud. omitt.* Imo Juriſconſulti vulgo aſſerunt, conceſſo oppido, intelligi etiam juriſdictionem conceſſam, ubi hæc illi immediate cohæreat, qui donavit. Vid. *Andreas de Iſernia in cap. 1. nu. 3. De capitan. qui curiam vendid., & ibi Bald. nu. 5., & alii interpretes ibidem Romanus Conſil. 434. nu. 9. & ſeqq. Covarruvias Practicarum quæſtionum cap. 1. nu. 10., Monachus Preſumpt. 97. nu. 1. lib. 3., Zaſius de Feudis par 4. nu. 2. Vulte lib. 1. de Feudis cap. 1. nu. 5. Schraderus de Feudis cap. 4. nu. 19. & 22., Reg. de Ponte Deciſ. 2. nu. 12., & ſeqq. Regens Tappia in L. final de conſtitutionibus Principum, part. 1. cap. 2. nu. 27., Galeota Controverſiarum Forens: lib. 1. controverſia 8., & Reſponſorum Fiſcalium 28. nu. 48.* Nemo autem inficias iverit poſt demonſtratos Ducatus Beneventani limites Giſulfo immediate ſubjectum fuiſſe Caſſinum, Interamnam, aliaque omnia oppida, quæ intra fines donationis Giſulfianæ cœnobio Caſſinenſi factæ continentur. Imo ea juriſdictio, quæ a principibus Langobardis concedebatur, nedum civilis erat, verum criminalis, & mixta, cum ante regni Neapolitani conſtitutionem: *Ea qua ſpeciale decus &c.* hæ donationes ſint factæ. Rem ita eſſe præſertim in beneficium eccleſiæ aſſerunt Camillus Salernitanus in Proemio conſuetudinum Neap. num. 244. fol. 26. litt. F. G. & confirmari ex iis poteſt, quæ Andreas Capanus de Jure Adohæ ſcribit, quæſt. 47. nu. 5. ubi ait, quod: *Dominus, concedendo caſtrum indefinite, intendit omne jus ſibi competens in dicto caſtro ſub tali indefinita conceſſione contineri*. Cæterum Adohæ primus inſtitutor Imperator fuit Conradus, qui imperium tenuit ab anno 912. ad 919. ut idem tradit quæſt. 1. nu. 2., adeoque res eſt poſt tempora noſtræ donationis. Quid vero probationibus in re clariſſima opus? Jura omnia clamant, Donantem, qui juriſdictionem in rem aliquam habeat, per nuda verba *dono, & concedo* eam omnem in donatarium transferre. Quare integram, omnimodamque ſibi in hæc loca competentem Juriſdictionem, quæ nimirum civilis erat, mixta, & criminalis, ad monaſterium Caſſinenſe Giſulfus tranſtulit,



Digitized by Google

Bibliotheca S. J.
Les Fontaines
CHANTILLY
HO
60/106

Digitized by Google

✝ DOM. S. ALOYS. [illegible]RSEIENS. S.J.

Digitized by Google

Digitized by Google

O 271.1
60/106

AD

# HISTORIAM ABBATIÆ CASSINENSIS ACCESSIONES,

*Quibus non ſolum de juriſdictione, quam ab anno 748. ad hunc uſque diem ex innumeris Regum, Imperatorum, Pontificumque diplomatibus, vetuſtiſque documentis, monaſterium habet, ac de Caſſinenſis Archivi celebritate prolixe diſſeritur, ſed etiam Civitates, & loca monaſterio ſubiecta cum antiquitatis ruderibus, quæ in ipſis reperta ſunt, accurate deſcribuntur, graveſque clarorum virorum de Liri fluvio hallucinationes referuntur, & emendantur; additis Riccardi a Sangermano, & Anonymorum Caſſinenſium Chronicis a mendis, quibus alibi ſcatent, omnino purgatis, unoque ac altero emortuali, & Kalendario ab ejuſdem archivi Codicibus fideliter exſcriptis;*

CURA ET LABORE

## D. ERASMI GATTOLA

Cajetani, Abbatis S. Matthæi Servorum Dei, & celeberrimi Caſſinenſis archivi cuſtodis.

PARS PRIMA.

BU
ECOLE SAINTE GENEVIEVE B.D.J.



VENETIIS, MDCCXXXIV.

APUD SEBASTIANUM COLETI.

*SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.*

Digitized by Google

DOM. S. ALOYS. JERSEIENSIS

Digitized by Google

# PRÆFATIO.

CUm a me identidem poſtulaſſent doctiſſimi eruditiſſimique Juriſconſulti, Cauſarum cœnobii Caſſinenſis patroni & Advocati optimi, ut ea illis deſcriberem, quæ ad originem, incrementa, decrementaque dominatus cœnobii Caſſinenſis pertinerent, nempe quomodo parta, retenta, & ad hæc uſque tempora perducta Dei beneficio ſit juriſdictio civilis, criminalis, Mixta, Portulaniæ, Syclæ, Fidæ, Disfidæ Bajulationis, Venationis, Piſcationis, Aquarum, Exactionis, Decimarum, aliorumque omnium, quæ poſſidebat, actuque poſſidet cœnobium Caſſinenſe, aut a quo principe hæc illi conceſſa, vel confirmata ſit, quæque fides monumentis adhibenda, quæ in celeberrimo Caſſinenſi archivo aſſervantur, quorum per cartophylacem apographa extrahi ſolent; cauſati haud ſibi eam dicendi vim, copiamque hac cognitione deſtitutis ſuppetere ad cœnobii cauſas defendendas, cujus juriſdictiones majori ex parte a peculiaribus privilegiis, & a jure Municipali dependerent, in animum tandem induxi meum, ut honeſtiſſimis virorum clariſſimorum votis facerem ſatis. Quod ut aptius præſtarem, hanc diſſertationem conſcribere inſtitui, qua ex authenticis monumentis, vel originalibus, vel apographis, aut ex ſcriptorum omni exceptione majorum fide diuturna dominatus noſtri poſſeſſio ita conſtaret, ut niſu haud multum difficili poſteri hiſce de rebus informarentur, quæ improbo ego labore didici viginti novem & amplius annorum ſpatio, quo inter veteres chartaſque archivi noſtri chartas memet, ut ita dicam, volutavi graviſſimis litium anfractibus exagitatus, quæ non una vice adegerunt, ad ea pervolutanda monumenta, de quibus alii occaſione haud oblata ne cogitaſſent quidem, in iiſque animadverſiones elucubrandi, quæ ad rectam cauſarum noſtrarum defenſionem conducerent. Integra verò in ipſa Diſſertationis, ut ita dicam, compage, monumenta, privilegiaque referenda eſſe duxi, *tum* ut Advocatorum curæ inſervirem, qui haud lubenter ea ſibi ab oculis ablata vidiſſent, de quibus in diſſertatione ageretur, tum ne pluries eadem repetere adigerer, ſi ad appendicem revocaſſem. Futurum quippe erat, ut in diſſertatione majori ex parte privilegii alicujus verba referenda eſſent, quæ deinde integra repeterentur in Appendice. Quare conſultius, magiſque e re noſtra acturum me exiſtimavi, ſi illa diplomata, monumentaque, quorum in diſſertatione mentio facienda eſſet, integra ibidem referrem, ut primo intuitu Advocati noſtri, quorum potiſſimum cauſa labor hic qualiſcumque ſuſceptus eſt, ea omnia perſpicere poſſent, quæ conſideranda illis exactè, attentiſſimeque ſunt, identidemq; revolvenda. Neque id nos primum auſi, cum ſervatæ a nobis methodi rationem præbuerint viri doctiſſimi, probatiſſimique Baronius, ejuſque continuator Raynaldus, Ughellius, Lucentius, aliique qui cum hiſtorias pertexant, haud tamen ſunt veriti, integra Pontificum, Principumque diplomata, epiſtolas, Chronicorum fragmenta, Chronicaſque ipſas exſcribere. Quod nobis certe pene neceſſarium fuit, quibus hiſce de rebus unice agendi inſtitutum eſt.

Diſſertationem hanc noſtram a Giſulfi donatione auſpicamur, haud quidem quod altioribus juriſdictio Caſſinenſis cœnobii principiis non promanet; ſed ne in ipſo Operis limine, eoque in labore, quod non diſputandi ergo, ſuſceptum eſt, manus cum moroſis quibuſdam *Criticis* conſereremus, quibus haud ſatis vetuſtiſſimæ quædam cœnobio *noſtro factæ* donationes probantur. Porro plura, eaque graviſſima ſuppeterent argumenta, quæ nos vera haud glorianter fateri evincerent, ſi in medium producere inſtituti ratio pateretur. Ea quippe dumtaxat hic ad ferre in animo eſt, quæ nedum eruditis, doctiſque criticis verum ipſis quoque moroſiſſimis omnino probentur. Quare illa dumtaxat monumenta hic afferemus, quæ a Leone Marſicano in chronico Caſſinenſi diligentiſſime laudata ſunt, cæteris omiſſis, ſuffragio tanti viri deſtitutis, quo fides noſtra ſincerus veritatis amor, operiſque ratio conſtet, quod non diſceptandi, ſed vindicandæ juriſdictionis Caſſinenſis cauſa unice ſuſceptum eſt.

Neque nobis vitio vertendum, quod crebrius egreſſionibus, ut ad Fabio Quintiliano lib. 4. cap. 3. vel exceſſibus, ut ab utroque Plinio in præfatione, & lib. 9. epiſt. 26. appellantur, indulgeamus, atque hinc inde ita expatiemur, ut currente rota dum Urceum facere cogitamus amphoram, interdum finxerit manus, nam omnia pro virili illuſtrare ac defendere curæ ac penſi in primis fuit, proindeque nequid eſſet incognitum, vitanda fuit nimium conſtricta brevitas, ut ait Diomedes de Oratore. Ea vero quæ in medium afferuntur firmare ſatius viſum eſt Eruditiſſimorum virorum verbis, tum: *Ut*



Digitized by Google

*in perquiſitione talium quæſtionum* ( verbis utar Juliani Toletani in Progn.) *numeroſitas librorum quærenti animæ laborioſa non eſſet, ſed multiplicem lectoris ſitim hæc collecta brevitas ſatiaret:* tum etiam (ut loquitur Iſidorus in Præfat. ad librum de Off. Eccleſ.) *ut ſi qua ex his diſplicuerint erroribus meis paratior ſit venia, quia non erunt referenda ad culpæ titulum, de quibus teſtificatio adhibetur authorum. Fateor tamen, me* (ut verbis utar Walafridi Strabonis) *nec reperiſſe cuncta, quæ dilucidare cupivi, nec cuncta potuiſſe quæ reperi, cum & rerum magnitudo ſciendi cupiditatem ſuccenderet, & diverſitatum confuſio faſtidii nimietatem præberet, habebit tamen in his lectoris mei curioſa veſtigatio, & ſi non copiam ſatietatis qua delectetur, qualemcumque tamen inquiſitionis qua melius exerceatur.* Ubi vero inveſtigationi non fuit locus, ſatius omittenda duximus, *nec enim teſte* Quintiliano lib. V. cap. 1. *complecti omnia, vel in hac parte, vel in cœteris poſſumus, contenti rationem plura quæſituris oſtendere.*

Porro in iis, quæ a me hic pertractantur, non elocutione ſplendida, ſed ſimplici, tumultuarioque, atque ſummopere properante ſermone dictavi, cum ad res ipſas ſubtiliter examinandas animum adverterem, neque ad verba expolienda aut ſtudium ſupereſſet, aut otium: *Quæſo igitur Lectorem,* (verbis utar Vigilii Tapſenſis lib. 1. contra Eutychen, cap. 15.) *ut vilitatem noſtri ſermonis uſquequaque non deſpiciat, quia & fortaſſis potuit eloquentius oratio comi. Cum nos ita ſtylum temperaverimus, ut rem potius, quam verba legentibus commendaremus.* Hujuſmodi certe eſt Diſſertatio iſta, ut de iis illud proferre liceat, quod de ſuo rerum naturalium opere ajebat Plinius in Præfatione: *Nam nec ingenii ſunt capaces &c. nec admittunt exceſſus, aut orationes, ſermoneſve, aut caſus mirabiles, vel eventus varios, non alia jucunda dictu, aut legentibus blanda.* Aut quod Pomponius Mela de Geographia in Proœmio; *impeditum eſſe opus, & facundiæ minime capax.* Quare hic eloquentiæ opus non eſt, ſed laboris: *Commentarii enim quid operis habent,* ait Hieronymus, lib. 1. in Ruff. cap. 4. *alterius dicta ediſſerunt, quæ obſcure dicta ſunt, plano ſermone manifeſtant; multorum ſententias replicant, & dicunt, Hunc locum quidam ſic ediſſerunt, alii ſic interpretantur: illi ſenſum ſuum, & intelligentiam his teſtimoniis, & hac nituntur ratione firmare, ut prudens Lector, cum diverſas explanationes legerit, & multorum vel probanda, vel improbanda didicerit, judicet quid verius ſit, & quaſi bonus Trapetita adulterinæ monetæ pecuniam reprobet.* Accedit quod nulla fere eſt ſequioris ævi cum Romano jure ipſiſq; loquendi formulis cognatio, ut ſi quis comptioribus ſeu Romanis hæc vocabulis efferre contenderet, non tam eas illuſtraret, quam tenebras, caliginemque offunderet. Quare neceſſe fuit paulo ſqualidiori ſermone juriſdictiones noſtras, atque adeo cum ipſa barbarica inculta, minimeque latina loquendi ratione proponere, quod ea non tam plana eſſet, ſi latinioribus verbis proferretur. *Denique ſi quid minus a nobis,* ut ait Vigilius Tapſenſis laudatus lib. 5. contra Eutychen, *aut ſecus quam oportuit dictum eſt, veniam poſtulamus: aut enim verborum nos copia defecit, ut aut quod ſentiebamus exprimere nequiremus, aut quæ ſentienda fuerant exilitate ingenii, & mentis infirmitate ſentire non valuimus. Sed ſi opere diſplicemus, ſaltem ſtudio placeamus. Sit acceptum voluiſſe, ſi diſplicet non potuiſſe noſtrum.*

Per ſæcula vero diſtributa monumenta in diſſertatione producemus, quod ſuſcepta ſemel in epitome Hiſtoriarum Caſſinenſium ſcribendi ratio ubique conſtaret: Sed rem Deo auſpice aggrediamur.

DISSER-

Digitized by Google

# DISSERTATIO I.

## DE ORIGINE, ET PROGRESSU

### Juriſdictionis Monaſterii Caſſinenſis Civilis, Mixtæ, & Criminalis.

# SECULUM TERTIUM

## A CONSTRUCTIONE COENOBII CASSINENSIS, CHRISTI OCTAVUM, AB ANNO DCC. AD DCCC.

**Primus cœnobio Caſſinenſi ſupremã in Abbatia Caſſinenſi Juriſdictionem attribuit Giſulfus.**

POſt inſtauratum per Petronacem Caſſinenſe cœnobium anno circiter 718. Giſulfus II. Beneventanorum Dux, qui ab anno 732. ad annum 749. imperavit, ut probat Peregrinius in pluribus Hiſto. Principum Langob. locis, potiſſimum pag. 279., aut indita animo ſuo in Deum, reſque, Divinas Religione motus, aut quod plura, graviſſimaque irrogata a Langobardis ſub Zotone Prędeceſſore *ſuo mala*, cœnobio Caſſinenſi ſciret, aut demum cœnobii Dignitate, Monachorumque ſanctimonia, animo vere Regio, ampliſſimam illam, inſignemque cœnobio Caſſinenſi anno circiter 747. donationem elargitus eſt, quam refert Leo Oſtienſis lib. I. Chronici Caſſinenſis cap. 5. hiſce verbis: *Giſulfus preterea junior nepos Luitprand Regis Langobardorum, qui poſt Gotſcalcum Beneventanorum Dux extitit: cum per eos dies in hanc Arcem Caſſini, quæ tunc Mello vocabatur, aſcendiſſet, atque juxta corpus SS̃mi Patris Benedicti tam religioſe predictos Fratres in Dei ſervitio vivere repperiſſet, divino tactus inſtinctu, cuncta in circuitu, tam campeſtria, quam montana eidem Patri Benedicto in ſcriptis contulit, firmiſque donariis, in perpetuum eadem poſteris habenda conceſſit. Per has videlicet terminationes, & fines. Quemadmodum incipit ab ipſo fluvio, qui dicitur Carnellus, & aſcendit per aquam qua vocatur Bantra, uſque in rivum ſiccum, & ſicut aſcendit per ipſum rivum, uſque in Furcam S. Martini. Et inde aſcendit per Serras, & vadit in montem, qui dicitur Ciſinus, & ſicut inde pergit in Peſclum nomine Corvarum. Et qualiter vadit per ipſas Serras ad Furcam, quæ dicitur Popplu, & inde pergit ad lacum, qui vocatur Viteccuſus, & inde vadit ad aquam fundatam, & aſcendit in Montem, qui dicitur de Sile, & vadit exinde in caput aquæ de Rapido. Et inde aſcendit in montem, qui dicitur Caballus, & pergit in montem, qui vocatur Rendenaria major, & inde per Serras montium venit ad Rendenariam minorem, & qualiter inde directe vadit per pedes montium, qui vocantur Freſolona, & pergit in aquam de Mellarino, & deſcendit per eandem aquam cum utriſque ripis, & vadit in parietibus de Balnearia, & inde vadit per locum, qui dicitur Anglone, & aſcendit ad Furcam, quæ dicitur Valleluci, & quomodo vadit per ipſas ſerras montium, & deſcendit ad Petram ſcriptam, & exinde aſcendit ad ſerras montis, qui dicitur Orticoſa, & quomodo vadit per Serras montium, & pervenit ad Peſclora, quæ vocantur Falconari, & qualiter vadit per duos montes, quorum unus vocatur Spinacius, alter autem Porcacius, & qualiter inde vadit ad criſtas montis, qui vocatur Caria, & deſcendens venit ad Petras ſuper aquam vocabulo Vivolam, & inde aſcendit ad collem, qui vocatur Gimberuti, & deſcendit in Quertitulum, & inde in Foſſatum juxta S. Damaſum, & exinde, quem videlicet Sanctum Amaſum vulgus appellat, & directe pergit in Silicem in loco, ubi dicitur Arcus Gezzuli, & qualiter vadit ad lacum, qui vocatur Radeprandi, & quemadmodum inde pergit in Farnietum, inde in rivum, qui dicitur Marocze, & qualiter deſcendit in ipſum Fluvium Carnellum, & per eundem fluvium aſcendit in aquam, quæ nominatur Coſa, & ſicut aſcendit per Serras Montis ſancti Donati, & quomodo deſcendit ſuper Monticellos de Marri, & vadit ad ipſos Peſclos, qui ſunt in pede montis, qui dicitur Balva, & qualiter directe vadit per duos Leones, & inde pergens aſcendit per ipſas Serras montis ſuper Caſale, & ſicut deſcendit per ipſum montem uſque ad ipſum Peſclum, qui nominatur Cripta Imperatoris. Indeque pergit uſque ad jam dictum flumen Garilianum, atque per ipſum flumen aſcendit uſque ad priores fines, una cum omnibus Caſtellis, vicis, domibus, Eccleſiis, molendinis, & aquis, cœteriſque omnibus, quæ intra prædictos fines tunc temporis habebantur. Uxor etiam ejuſdem Ducis Scauniperga nomine. Templum Idolorum, quod antiquitus in Caſino caſtro conſtructum fuerat, in Beati Petri Apoſtoli honorem convertens, Yconas ibi, & cetera Eccleſiæ officiis congrua miniſteria in poſterorum memoriam devotiſſimam contulit.*

**Cujus donationis Diploma tempore Leonis Oſtienſis ſupererat.**

Illud vero certo certius habendum, donationis Giſulfianæ diploma, Leonis Oſtienſis ætate ſuperfuiſſe, cum hæc ille verba referat, quæ quidem haud retuliſſet non viſo privilegio. Uſuvenit quippe apud Leonem, ut privilegia quæque cœnobio Caſſinenſi conceſſa, ſumma fidelitate, compendio, occaſione data ſemper referat. Parum vero, atque adeo nihil Leoni, & Caſſinatibus referebat, donationem hanc Giſulfo referre acceptam, quam paulopoſt a Carlo Magno ratam habuiſſent; quare ſi Giſulfum magnificentiſſime donationis effecerunt authorem, non eſt, cur rem haud ita ſe habere, quemadmodum Leo narrat, prudens ali-



Digitized by Google

quis ſuſpicetur, qui potiſſimum meminerit quæ pro Leone Marſicano contexat Elogia. Eruditiſſimus, atque a partium ſtudio longe alieniſſimus Cardinalis Baronius, dum anno 1059. pag. 248. Editionis Vaticanæ anno 1605., qua utimur ait. *Hæc autem quomodo ſe habuerint, ex Leone Oſtienſi ejus temporis ſcriptore integerrimo ſunt petenda.* Et anno 1077. pag. 503. *Sed ejuſdem temporis ſcriptor ſinceræ fidei Leo Oſtienſis epiſcopus de eadem donatione hæc habet &c.* Vid. elogia ab aliis probatiſſimis ſcriptoribus Leoni noſtro tributa, quæ nos ſupra in unum congeſſimus.

*Hæc Donatio genuina eſt.*

Genuinam vero eſſe Giſulfi donationem, ex eo maxime conſtat, quod Carolus Magnus Pipini filius, poſt captum Deſiderium Langobardorum regem, utpote novus Italiæ rex, & Dominus, tributa ſibi ab Arichi Beneventi principe rependi juſſit, atque cœnobio Caſſinenſi anno 787. Giſulfianam donationem confirmavit, aut bona eadem donavit, iterum privilegio ſuo infra adducendo, in quo iidem prorſus ditionis Caſſinenſis fines deſcribuntur, quo Leo Oſtienſis ex Giſulfi donatione refert. Ab illa vero Giſulfi donatione ad hanc Caroli confirmationem, aut ſi mavis, iteratam donationem, anni tantum quadraginta interceſſere.

*Ejuſque fines in pluribus diplomatibus deſcripti.*

Eoſdem omnino fines plura Imperatorum, Regum, Principumque diplomata referunt, potiſſimum Lotharii I. anno 832. datum, in quo privilegiorum fit mentio, quæ Carolus Magnus, & Ludovicus Pius cœnobio Caſſinenſi conceſſere, atque Ludovici II. ann. 866. In hiſce tamen privilegiis nulla Giſulfianæ donationis mentio, quod Imperatores, ut pote victores, ſupremique Ducatus Beneventani Domini, Beneventanos Duces ſuprema ſibi jura vindicantes nominare deſignarentur.

*Eam Donationem Giſulfo etiam tribuunt Anonymus Caſſinenſis.*

Præiverunt Leoni in aſſerenda hac Giſulfi donatione Paulus Diaconus, & Anonymus Monachus Caſſinenſis. Ille hiſtoriæ Langobardorum lib. 1. c. 26. his verſibus: *Omnia ſepta gregis præſcitum eſt tradita genti — Gens eadem renovat omnia ſepta gregi.* Alludit ſcilicet eo loci ad Caſſinenſis cœnobii vaſtitatem per Langobardos ſub Zotone Beneventi Duce factam, quæ quidem monaſterii vaſtatio ab S. P. Benedicto fuit prævisa, ac Teoprobo revelata uti teſtis eſt luculentiſſimus Greg. M. Dialogorum lib. 2. cap. 17. Sane vero magni faciendum eſſe Pauli hujus teſtimonium, quum ex eo evincitur, quod quo tempore Giſulfiana donatio contigit apud Rachiſium Langobardorum Regem, cui ob pietatis, ac doctrinæ laudem maxime erat acceptus ipſe diverſabatur, qui & familiaris inſuper fuit Arichis in Beneventano Ducatu Giſulfi ſucceſſoris, tum etiam ex eo, quod uti probatum manet in hiſtoria noſtra Monachus fuit Caſſinenſis, ac proinde probe noverat hujuſmodi donationem, qua Caſſinenſe cœnobium perfici potuit, & Monachis adaugeri. Anonymus vero Monachus Caſſinenſis in Chronico Langobardorum, ſeu Monachorum S. Benedicti a Peregrinio ex vetuſtiſſimo bibliothecæ noſtræ codice, ſignato num. 353., edito in Hiſtoria Principum Langobardorum pag. 115., ejuſque meminere Nuceus, Mabillonius, Ruinart, aliique. Omiſit vero Peregrinius quædam hujuſce Chronici, veluti Prolegomena, in quibus agens ignotus author de Giſulpho, Beneventano Duce hæc inquit: *Cujus uxor Scauniperga, nomine in Urbe Caſſinacium in idolorum templo beati Apoſtolorum principis Petri honore, beatæque ſcilicet glorioſæ ſemper Virginis Mariæ, nec non & Michaelis Archangeli altaria ſtatuens, igonas, & miniſteria vel ceteris, ac optimis muneribus illuſtrans, & devota mente ſuccedere memoranda reliquid.*

*In ejuſdem vero Urbis arcem, quo mello dicitur, ubi decenter Beati corpus Benedicti humatum eſt, iſdem Giſulphus armipotens Dux cum conſcendiſſet, tum divino tactus amore, beato patri Benedicto cuncta in circuitu montana, & planiora conferens, & fixis donariis poſteris habenda in perpetuum conceſſit. Sed propter hoſtium irruptionem Marcheos tantum ad incolarum tutamina dimiſit; ceterum ob laborum ſuffragia excertendum vicinis præcepit, tam in ſeminibus, quam meſſium tempore, Monachis obbedituros.*

*Libet breviter, ut ex majorum dictis repertum eſt, me dixiſſe ſufficiat, nunc vero curſim iterandum eſt hujus noſtræ Chronicæ Succintio, ut lector facile agnoſcere queat, quæ tempora, vel quis princeps hujus patriæ extitit; vel paſtor loci iſtius, quo deguit, & ex brevi, memorabilique calculo longa, qui velit extendat pagina, & narrator exiſtat dolorum tempora.* Incipiens vero Chronographus a Petronace ad undeviceſimum Berthari annum pervenit, quod luculentiſſime evincit ejus authorem, qui Abbatum Caſſinatium annos, dolorumque tempora ſe notaturum præfatur ad eum Berthari annum floruiſſe, quidquid contra aſſerat Nuceus, qui in notis ad Prologon Leonis Oſtienſis, & ad caput 5. illud Johanni I. Abbati Caſſinenſi anno 915. electo tribuit. Sanctus vero Bertharius anno 856. electus, diſcipulus fuit Baſſacii anno 837. inaugurati Abbatis Caſſinenſis, qui longe antea in cœnobio Caſſinenſi monachus fuerat, quare potuit illis cum Monachis verſari, qui Petronacis anno 751. mortui tempore vixerant. Ideſt annos octuaginta ſex ante Baſſacii inaugurationem. Potuit itaq; Baſſacius vel Giſulfi donationem legere, vel ab hiſce monachis audire, ipſeq; Berthario communicare, ac proinde monachus Chronici author Berthari tempore vivus hæc optime ſcire. Illudque eſt apud Caſſinates longo jam tempore obſervatum; extitiſſe ſemper, actuque extare ſenes monachos, qui ſexaginta, & amplius converſionis annos habent, quique propterea alios ejuſdem ætatis noverint, ex quibus monaſterii conſuetudines, eventuſque, veluti per manus traductas didicerint. Nos quidem poſt ſumtum in cœnobio Caſſinenſi anno 1675. Monaſticum habitum plures capulares ſenes novimus, e quibus multa diſcere licuit, potiſſimum egregios viros Archiepiſcopos Roſſanenſes, Angelum de Nuce, & Andream Deodatum, quorum prior annos nonaginta natus, alter octuaginta ſex exceſſit, atque converſionis noſtræ anno Angelus Nuceus quinquageſimum converſionis ſuæ annum excedebat, cum regularem habitum anno 1621. ſumſerit. Facile itaque plurium etiam ſæculorum eventus comperti apud nos certa traditione eſſe poſſunt. Quare optime Giſulfiana donatio Authori hujuſce Chronici nota eſſe potuit, qui uno vix ſæculo poſt eam vixit. Cœterum authorem hujuſce Chronici non eſſe Johannem I., cum ex iis conſtat quæ diximus, tum vero quod Johannes annorum calcu-

Digitized by Google

calculum ad ſuam ætatem per principes, & Abbates produxiſſet. Nulla quippe ratio ſubſiſtendi in Berthario illi ſcriptori fuiſſet, qui præfatur annos Abbatum Caſſinenſium, & principum Beneventi, & Salerni diligentiſſime ſe adnotaturum. Eſto tamen Nuceo id demus, quod gratis contendit. Quod inde? A Giſulfi donatione, ad Joannis I. inaugurationem anno 915. factam, unum, & ſeſqui ſeculum pertranſierat, quare potuit optime Johannes paucis poſt converſionem ſuam diebus Abbas electus a ſenioribus monachis, Giſulfianam donationem optime reſcire.

*Illamque alii omnes ſcriptores ad. miſere.*

Pluresiique probatiſſimi ſcriptores Giſulfi donationem utpote veram admiſere, quos inter Baronius anno 748. fol. 193. Yepez Tom. III. Centur. III. pag. 4. a t. Chronici generalis Ordinis S. Benedicti, Marius Vipera in Chronologia epiſcoporum, & Archiepiſcoporum metropolitanæ eccleſiæ Beneventanæ &c. pag. 37. in Ambroſio; Ughellius Italiæ ſacræ Tom. VIII. col. 60., Mabillonius Tom. II. Annal. pag. 146., Ciarlanti in memoriis Hiſtor. Samnii lib. 3. pag. 202. Pompejus Sarnellus Vigiliarum Epiſcopus in memoriis Chronologicis Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum S. Eccleſiæ Beneventanæ pag. 37. a t. Abbas Julius Ambroſius Lucenti Ital. Sac. Tom. I. col. 526., aliique complures.

*Ea Donatio intra fines Ducatus Beneventani contenta.*

Illud vero omnibus, qui Cyſtiberinæ Italiæ hiſtorias vel a limine ſalutarunt, compertum eſt, loca omnia quæ a Giſulfo cœnobio Caſſinenſi donata ſunt, intra fines Ducatus Beneventani fuiſſe contenta, ut oſtendit eruditiſſimus Camillus Peregrinius in 2. parte hiſtoriæ principum Langobardorum, ubi de finibus Ducatus Beneventani ad Occidentem diſſerens oſtendit, eos ad Soram uſque protenſos, nam de Giſulfo I., qui ab anno 680. uſque ad 694. Dux Beneventanus fuit, hæc ait Paulus Diaconus lib. 6. de geſtis Langob. cap. 9. alias 27. *Giſulphus Beneventanorum ductor Soram Romanorum civitatem, Arpinum, arcem, atque Aquinum pari modo oppida cepit.* Iidemque fines a poſterioribus quoque Beneventi Principibus ſervati ſunt, nam Erchempertus hiſtoriæ ſuæ num. 21. loquens anno 842. de filiis Pandulfi Comitis Capuæ ait: *Ex quibus Lando Capuam, Pando Marepabis Suram* (ideſt Soram) *Landonulfus Teanum regebat, &c.* Atque ad Soram uſque Ducatum Beneventanum perveniſſe luculentiſſime conſtat ex hujus Dynaſtiæ diviſione inter Radelchim, & Siconulfum anno 851. inita, in qua Sora, Capua Teanum &c. Siconulfi ditioni ſubjicitur. Vid. ejus diviſionis numerus nonus apud Peregrin. in Hiſt. Princ. Langob. p. 87. Et Erchempertus de adventu Ludovici anno 866. in cyſtibernia Italia loqnens hæc ſcribit: *Invitatus itaque Ludoguicus Cæſar, ut pradixi, &c. Beneventi fines per Suram ingreditur, atque prius monaſterio Benedicti beati applicuit, quo ad eum legati de diverſis urbibus venerunt &c.* Atque Ignotus Caſſinenſis apud Peregrinium pag. 109. habet: *Nam dictus Ademarius Suram, Arpinum, Vicum album, & Atinum tradidit Francis, ideſt Widoni Comiti. In his locis praerat Landolfus Gaſtaldius, qua dum amiſiſſet loca, pra nimia eſt triſtitia defunctus.* Hæc per tranſennam adnotata a nobis ſunt. Certo quippe certius haberi ab omnibus debet, Principem eccleſiæ aliiſque perſonis oppida juriſdictioneſque concedentem, eorum Dominum eſſe, atque pro tali a donatario habitum; ſecus ridicule, amenterque illud concederet, ab aliiſque viciſſim reciperetur, quod ſui Juris non ſit. Quomodo enim quis alteri alienam rem concedat? *Cap. nemo, de Regulis Juris in 6. lib. obſervare §. ult. de Officio Proconſul., l. Tradito de Aquiren. Domin.*

*Juriſdictionem conceſſit Giſulfus civilem Criminalem, & mixtam*

Giſulfus vero non tantum oppida intra fines Abbatiæ Caſſinenſis a ſe poſitos concedit monaſterio Caſſinenſi, verum caſas, vicos, eccleſias, molendina, aquas, montes, plana, paſcua, eaque omnia quæ intra fines eoſdem poſita; quare juriſdictionem etiam a Giſulfo conceſſam communis eſt juriſconſultorum ſententia, qui ajunt, una cum oppido juriſdictionem concedi, modo in conceſſione ea extent verba, ex quibus colligi id queat, puta concedimus oppidum cum territoriis, pertinentiis, aliiſque ejuſdem generis rebus: *Valaſc. l. Imperium 24. de Juriſdiction. omnium Judicum, Bald. in l. Si aliqua §. cum pleniſſima de Offic. proconſ. Alex. in clem. 1. de for. comp., Alex. conſ. 58. vol. 5., Pariſ. conſ. 9. lib. 1. Bald. c. 1. §. Item ſi quis titulo quibus modis Feud. omitt.* Imo Juriſconſulti vulgo aſſerunt, conceſſo oppido, intelligi etiam juriſdictionem conceſſam, ubi hæc illi immediate cohæreat, qui donavit. Vid. *Andreas de Iſernia in cap. 1. nu. 3. De capitan. qui curiam vendid., & ibi Bald. nu. 5., & alii interpretes ibidem Romanus Conſil. 434. nu. 9. & ſeqq. Covarruvias Practicarum quæſtionum cap. 1. nu. 10., Monachus Preſumpt. 97. nu. 1. lib. 3., Zaſius de Feudis par 4. nu. 2. Vulte lib. 1. de Feudis cap. 1. nu. 5. Schraderus de Feudis cap. 4. nu. 19. & 22., Reg. de Ponte Deciſ. 2. nu. 12., & ſeqq. Regens Tappia in L. final de conſtitutionibus Principum, part. 1. cap. 2. nu. 27., Galeota Controverſiarum Forens: lib. 1. controverſia 8., & Reſponſorum Fiſcalium 28. nu. 48.* Nemo autem inficias iverit poſt demonſtratos Ducatus Beneventani limites Giſulfo immediate ſubjectum fuiſſe Caſſinum, Interamnam, aliaque omnia oppida, quæ intra fines donationis Giſulfianæ cœnobio Caſſinenſi factæ continentur. Imo ea juriſdictio, quæ a principibus Langobardis concedebatur, nedum civilis erat, verum criminalis, & mixta, cum ante regni Neapolitani conſtitutionem: *Ea qua ſpeciale decus &c.* hæ donationes ſint factæ. Rem ita eſſe præſertim in beneficium eccleſiæ aſſerunt Camillus Salernitanus in Proemio conſuetudinum Neap. num. 244. fol. 26. litt. F. G. & confirmari ex iis poteſt, quæ Andreas Capanus de Jure Adohæ ſcribit, quæſt. 47. nu. 5. ubi ait, quod: *Dominus, concedendo caſtrum indefinite, intendit omne jus ſibi competens in dicto caſtro ſub tali indefinita conceſſione contineri.* Cæterum Adohæ primus inſtitutor Imperator fuit Conradus, qui imperium tenuit ab anno 912. ad 919. ut idem tradit quæſt. 1. nu. 2., adeoque res eſt poſt tempora noſtræ donationis. Quid vero probationibus in re clariſſima opus? Jura omnia clamant, Donantem, qui juriſdictionem in rem aliquam habeat, per nuda verba *dono, & concedo* eam omnem in donatarium transferre. Quare integram, omnimodamque ſibi in hæc loca competentem Juriſdictionem, quæ nimirum civilis erat, mixta, & criminalis, ad monaſterium Caſſinenſe Giſulfus tranſtulit, quod

*Differtat.* A 2

Digitized by Google

quod nos ex aliorum principum diplomatibus infra gradatim adducendis confirmabimus.

Cæterum ita rem ſe habere oſtendit, factum Caroli I. Ducis Andegavenſis regis Neapolitani, qui criminalem cænobio noſtro juriſdictionem circa annum 1282, ademit. Cum vero ex juriſconſultorum effato oppoſitum firmat regulam in contrarium, illud pro certo habendum, poſſeſſam a nobis euſque juriſdictionem criminalem fuiſſe, quam modo etiam habemus, redemptam ſub Carolo II. Hiſpaniarum, & V. Neapolis rege poſt quatuor ferme ſæculorum intercapedinem.

*Quod cōfirmat Anonymus Caſſinenſis,*

Omnimodam eam juriſdictionem conceſſam a Giſulfo ex verbis inſuper Anonymi Caſſinatis liquet dum ait. *Sed propter hoſtium irruptionem Marcheos tantum ad incolarum tutamina dimiſit*. Giſulphus. Nempe qui limites cuſtodirent; Marchei quippe cuſtodes limitum erant, teſte Du-Cangio in Gloſſario, quos veteres *cuſtodes*, *& limitaneos milites* dixere. Nullos ibi gaſtaldeos, nullos judices, alioſque hujuſcemodi conſtituit, qui jus incolis dicerent, crimina coercerent, exigerent vectigalia, aliaque exercerent jura pro Beneventano principe, cum juriſdictionem omnium magnificentiſſime cœnobio noſtro contulerit. Taxativa illa tantum ejus naturæ eſt, ut præter rem exceptam alias omnes includat. Vid. Barboſa Tract. var. Dictio. 402. Tantum pag. 801. ubi plurium doctorum authoritates affert, idem quoad hanc dictionem *Tantum* aſſerentium. Quare ſi Giſulfus Marcheos tantum ſibi excepit, qui Principatus limites cuſtodirent, conceſſit alias omnes juriſdictiones. Eo fere modo quo ſi directus Dominus oppidum aliquod ita concedat, ut ſibi tamen aliquas ex eo familias reſervet, reliquas certe omnes donatario adjudicabit. Qua de re vid. Caparus de jure Adohæ, & alii apud ipſum.

*Hæc Donatio Allodialis fuit, & Burgenſatica.*

Hæc a Giſulfo facta donatio allodialis fuit, & Burgenſatica, non in fæudum, nec enim aut ſibi, aut ſucceſſoribus ſuis aliquod Jus, ſervitium, aut vectigal in caſtella, aut oppida Caſſinatibus conceſſa, eorumque incolas reſervavit, vel in aquas, paſqua, montes, plana, aliaque omnia, ab eoque jam tempore, ad hæc uſque nullum unquam vectigal, vel minimum pro hiſce oppidis, eorumque incolis ſolvit cœnobium Caſſinenſe, neque pro molendinis, aquis, Portulania, Syda, bajulatione, venatione, piſcatione, ſcaphis, aliiſque juriſdictionibus, boniſque, præterquam pro primarum, ſecundarumque cauſarum criminalium juriſdictione, quam ſibi tempore Caroli Andegavenſis ademptam anno 1669. redemit. At hiſce de rebus ſuo loco. Neque unquam, neque in præſentiarum ſervitium militare, ſeu Adoham cœnobium Caſſinenſe regni Neapolitani dominis præſtitit, quæ illi prærogativa hiſce ſimilibuſque verbis a principibuſque confirmata eſt, ut ex eorum privilegiis in hac diſſertatione a nobis adducendis conſtat.

*Una cum famulis, ſervis, & Ancillis, chartulatis, perferendariis, colonis, & colonabus, aldionibus, & aldiabus, caſtellis, eccleſiis, cappellis, cellis, terris cultis, & incultis agris, campis, pratis, paſcuis, ſylvis, vineis, ſalictis, cannetis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, molendinis &c. montibus, alpibus, planiciebus, vallibus, paludibus quæſitis, & acquirendis, mobilibus, immobilibus rebus omnibus, omnibuſque pertinentiis, quæ dici, vel nominari poſſunt prænominatæ Eccleſiæ B. Benedicti, & Berthario venerabili Abbati, ejuſque ſucceſſoribus, qui pro tempore fuerint, ex integro confirmamus, & coroboramus, & per noſtræ auctoritatis præceptum ſtabilimus, ut jure eccleſiaſtico habeant, teneant, firmiterque poſſideant omnium hominum contradictione remota &c. Quidquid etiam deinceps divina pietas ipſo loco voluerit augere ad cauſas audiendas, vel fredi, aut tributa exigenda, vel manſiones, aut paratas faciendas, vel fidejuſſores tollendos, aut homines ipſi monaſterio tam liberos, quam ſervos, ſeu cartulatos, vel offertos, & qui ſuper terram ipſius monaſterii reſident nullatenus diſtringendos, nec ullas redhibitiones, aut illicitas occaſiones in perpetuum requirere audeant, & quidquid Fiſcus ex jure jam prædicti monaſterii pars publica ſperare poterat pro anima noſtra mercede luminaribus ipſius ven. monaſterii noſtra maneat authoritate conceſſum.*

Quæ ſunt verba Ludovici II. Imperatoris in celeberrimo privilegio a nobis infra adducendo, quod beato Berthario Caſſinenſis cœnobii Abbati, & martyri conceſſit.

Inſignis vero doctor Auguſtinus Barboſa in Tractatibus variis dictione 315. fol. 767. hæc habet: *Quidquid eſt univerſalis, hæc dictio, & præciſa omnem modum comprehendens, ut in l. in fidei commiſſi &c. cum Pollidius, ff. de uſuris notant Tiraqu. in l. ſi unquam in verbo quidquam C. de revoc. Donat. Creſcen. Deciſ. 6. nu. 4. de Teſtamen., & infra: Etiam caſus alioquin privilegiatos comprehendit ſecundum Menoch. de Præſumtionibus lib. 4. præſumptione 145. nu. 15. continet omne jus, itaut propter ſuam univerſalitatem nihil remaneat, penes concedentem, ut in l. Etiam ff. ſol. Matrim. Grat. Conſ. 9. nu. 82. li. 2., imo operatur, quod omne verbum ſui natura impetrans arbitrium boni viri mutet naturam, & liberum importet arbitrium. Roland. Conſ. 55. nu. 49. Vol. 3. Natt. Conſ. 684. nu. 7. tom. 1.*

*Omnia comprehendit etiam minutiſſima, & verificatur etiam in minutiſſimo, ut per Gulielm. de Monte Laudano in Extravag. ſuſcepti regiminis in ver. ſi quidquam, ne ſede vacante Cened. poſt lib. practic., & Canonic. quæſt. Sing. 89. nu. 4. Unde quidquid id eſt, omnia interpretantur. Cephali Conſ. 4. nu. 6. vol. 1., & Grat. d. num. 82.*

Hoc igitur verbum, *quidquid*, quod eſt in privilegio Ludovici, aliiſque Imperatorum, & regum diplomatibus, id omne, quod fiſco competebat, Monaſterio donatum eſſe oſtendit, ac propterea etiam ſervitium militare, ſeu adoham, donationes ſcilicet, quæ fiebant eccleſiis, plenariæ erant, uti recte obſervavit Regens Tappia Juris Regni Neapol. lib. 6. de Jure Fiſci, ac prohibita alienationes &c. Tit. 1. fol. 21. his verbis: *Quinto non procedit, quod diximus regem non poſſe alienare, quando eſt facta donatio eccleſiæ; tunc enim dicitur facta Deo, cujus omnia ſunt, dicente regali Propheta pſal. 23. Domini eſt Terra, & plenitudo ejus, Orbis terrarum, & univerſa, quæ habitant in eo. Unde eſt, quod nihil de ſuo dedit, ſed potius quod habebat ab eo, reſtituit, ut dixit Baldus in Proœm. Cod. ex quo optime dixerunt Andr. in cap.*

1. nu.

*n. nu.* 10. *qui feudi dare poſſ.*, *& Bartol. in Prœm. ff. nu.* 4. *omnem immenſitatem eſſe menſuram in donatione, quæ fit Eccleſia, dixerunt Afflict. in pralud. ad Conſtit. Regni quæ.* 21. *nu.* 8. *Maſtrill. de Magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 12. *nu.* 17. *quod nos latius diximus pro defenſione juris eccleſia adverſus ea, quæ sereniſſimus Rex Jacobus Anglia ſcripſit &c.* Quod notavit etiam Marinus Freccia de Subfeudis lib. 1. fol. 70. nu. 64. aſſerens: *Iſti Comites in regno donabant libere, & plenarie praſertim Eccleſiis, & eccleſiarum prælatis, & immenſitas illi erat modicum, quod Deo pro Anima ſalute, & Fidei Religione, ac peccatorum remiſſione donabunt &c.*

Imo Otho Magnus confirmat anno 964. *Caſſinatibus omnia oppida, ſervos, ancillas, libertos cum omnibus aliis bonis quaſitis, & inquirendis* (verba ſunt ejus privilegii) *mobilibus, immobilibus, rebus, omnibuſque pertinentibus, quæ dici, vel nominari poſſunt prætaxata eccleſia &c. Ex integro confirmamus &c. & per noſtra auctoritatis præceptum ſtabiliemus, ut jure eccleſiaſtico habeant, teneant, firmiterque poſſideant &c.*

Doctiſſimus vero Ducangius & ſacræ, ac profanæ antiquitatis promuſcondus in Gloſſario ad ſcriptores mediæ, & infimæ Latinitatis verbo *jus eccleſiaſticum*, hæc habet appoſite ad rem noſtram, quæ probatam dat non paucis Imperatorum, aliorumque Principum privilegiis. *Prædia, & immobilia dabantur poſſidenda, aut jure proprietario, ſeu proprio, aut beneficiario, ſeu precario, hoc eſt, ad proprium, ut loquebantur, vel ad feudum, aut uſumfructum; jure vero eccleſiaſtico ea poſſideri ab eccleſiis dicebantur quod clericis, & presbyteris his uti, & frui conceſſum eſt, ut propriis, ita tamen, ut ea donare, aut vendere iis non liceret.* Eo itaque jure cœnobium Caſſinenſe in allodium, non in feudum, bona ſua poſſidebat, quare: *talia bona ſunt in pleno dominio illius eccleſia, & ſunt effecta ſanctum ſanctorum, & a nullo poſſunt capi niſi auctoritate Judicis Eccleſiaſtici*; ut ait Afflict. deciſ. 361. nu. 22. ſequens Innocentium in cap. Verum de Foro Compet. Atq; ante Afflictum idem docuit Andreas ab Æſernia omnium Feudiſtarum dux in conſtitutione, Juſtitiarii nomen, & normam inter Conſtitutione regni lib. 1. tit. 44. de offic. Juſtitiariatus, verbo de Feudis ad medium pag. 68. diſtinguens, ut infra: *Sed quid in eccleſia ſi habet caſtrum? An dicatur Feudum, & ſic eo ipſo Feudum regis? Cum omnia, quæ ſunt in regno, præſumantur Regis, ſicut omnia, quæ ſunt in diœceſi, præſumuntur eſſe de Jurſdictione Epiſcopi &c. Poteſt acquiri Feudum eccleſia ex munificentia Principis, & tunc eſt planum ſi dicat: Donamus tale caſtrum in Feudum tali eccleſia; poteſt enim Feudum haberi ab eccleſia, & quolibet alio &c. Item etiam ſi præſtitiſſet ſervitium ſicut de Feudo per tantum tempus quo eſſet præſcriptum per quadraginta annos, in laico per triginta &c. his enim caſibus eſſet Feudum. Sed ſi eccleſia tenuit caſtrum libere, nihil inde reditus præſtando, ſi non probaret curia regis eſſe Feudum, liberum cenſebitur, ſicut alia res eccleſia, quæ non ſunt de Juriſdictione regis eo ipſo, quod ſunt in regno ipſius &c. Hæc autem conſtitutio ſi expreſſe diceret, quod omnia caſtra ſint Feuda, non intelligeretur de caſtris eccleſia, quia non poteſt rebus eccleſia temporalis princeps legem imponere &c.*

*Diſſertat.*

Idemque ſcripſit Petrus de Manforte Conſiliarius Caroli in Adnotationibus ad conſtitutionem poſt mortem Baronis lib. 3. tit. 25. de morte Baronis nuntianda Imperatori ſub finem pag. 236. ibi. *Omnia caſtra ſunt Feuda, ſcilicet quæ ſunt Feuda, nam poſſe eſſe caſtra, ſed non Feuda, ſicut habet eccleſia Salerni, Caſſinenſis, & Cavenſis, & alia eccleſia in Regno.* Quare Marinus Freccia de Subfeud. lib. 2. Author. 29. nu. 5. concluſionem ab eo relatam ſub præcedenti num. 3. quod omne caſtrum in Regno cenſeatur eſſe Feudum quaternatum, ex dictis ab Iſernia in Conſtit. ſi dubitatio, lib. 3. tit. 8. quia eo ipſo quod eſt caſtrum, curia regis dicit: in eo habere intentionem fundatam, ut ſit Feudum quaternatum ex lege Federici II. in Conſtit. Juſtitiarii nomen, & normam prope finem intelligendam eſſe ait: *quando caſtrum poſſideatur a privato, ſecus ſi ab eccleſia, quæ illud poſſidet &c. Ita Andreas ibi in d. lege per rationem, quam ipſe aſſignat, quia ipſe Rex non poteſt quidquam decernere ſuper bonis, quæ ab eccleſia poſſidentur libereq; ſubdens: Et hoc verum quando eccleſia poſſidet caſtrum libere, & pro eo non præſtat curiæ regis aliquem redditum, ſecus ſi ſolveret regiæ curiæ redditum ſecundum Andream in dicta lege, quem omnes Regnicolæ ſequuntur, ſola freti auctoritate Andreæ poſſet ſuper eo dubitari, de quo redditu ipſe Andreas ſentit; an de redditu Feudali quia ſolvit de Feudo, vel in Feudum conceſſo, vel quando ſimpliciter eccleſia poſſidet; quia ſi dedit ſimpliciter eccleſia, & non expreſſit in Feudum, adhuc videtur locum habere ratio per ipſum expreſſa, ut rex non poſſit hanc legem condere, & caſtrum ſit Feudum quaternatum, & libere Eccleſia teneat, & omne dominium ſit tranſlatum in eccleſiam, redditu, ſeu canone excepto, habeat jus redditus, ſeu canonis ſuper eo caſtro ſub illa natura, vel qualitate, quæ intelligitur de jure communi, & non de jure condito, & ſtatuto per ipſum regem, & lib.* 3. *tit. de differentiis inter Feuda, quæ quaternata plena, & de Tabula dicuntur nu.* 34. *poſt medium pag.* 424., *& ſubdit Jacobus Pignatellus Tom. VIII. Conſult.* 38. *nu.* 3. *ubi quoque dictum axioma, quod caſtrum, & Feudum quaternatum in Regno per ſupradictam legem Federici, & conſequenter, quod etiam Juriſdictio in dubio præſumitur in Feudum, declarat, niſi forte teneat illam eccleſia, ex auctoritate Andreæ, & Peritorum Regni, quod pariter adnotarunt Jacobus de Ayello de Jure Adolæ nu.* 69. *poſt medium, verſ. niſi in eccleſia tractat. Tom.* 12., *& Genuenſis Practicabil. Eccleſiaſt. Tricenario* 1. *q.* 1. *nu.* 1. *verſ. Idque in Eccleſiaſtica, & tenuit Balzaranus ad lib.* 2. *de Feud. tit.* 54. *nu.* 6. *dicens quod res quando devenit ad Eccleſiam cenſetur libera, niſi de gratia detur in Feudum; Joannes Andr. in cap.* 1. *poſt. nu.* 5. *de Immunit. Eccleſia in* 6. *etiam quod ſint caſtra cap. in verbo Feudales appellationes circa fin., & in verbo feudorum clauſula, ibi: caſtris circa finem, in verbo Feudum dant, ibi: Imperator verb. Prima erit declaratio circa fin. Caſtra præſumuntur Feuda quaternata, niſi ſint eccleſia. Loffredus in cap.* 1. *col.* 8. *in princ. de nat. ſucceſſ. feud. Et dicuntur quaternata quæ ſpectant ad collationem regis, vel principis, & ſunt ſcripta in quaterno cameræ, Jaſon in Repet. Feud. in. princ. nu.* 127. *in fine. unde in Regno valet conſequentia. Eſt Caſtrum, ergo*

*Feudum, niſi teneat eccleſia, nam tunc præſumitur allodiale cap. 1. in Ver. Feuda allodialia circa fin., & in cap. Imperialem in Gloſ. fin. in 4. Concl. 1. not, infra tit. ſeqq.*

Rem ita, uti diximus, ſe habere, & Caſſinenſe cœnobium omnia, quæ poſſidet caſtra, & juriſdictiones, non in Feudum, ſed in allodium habere a vectigali quocumque ſolvendo liberum, & immune ejuſdem regiæ cameræ authoritas triumphali velut demonſtratione evincit. Quum enim anno 1187. Guilielmus II. cognomento Bonus, utriuſque Siciliæ Rex, ut videret, num ad expeditionem quam meditabatur pro recuperanda terra Sancta ſibi eſſet abunde virium in Barones, & Feudatarios omnes Neapolitani regni inquirendum juſſiſſet, & ab ſingulis tot milites repetendos, quot ratione Feudi præſtare quiſque tenebatur, *Caſſinenſis Abbas obtulit quidem ſexaginta milites, & ſervientes ducentum*, quæ ſunt verba ejuſdem inquiſitionis, illos tamen obtulit ultro, & ſponte ſua, non ratione Feudi, aut alio quocumque titulo, ut videre eſt in ipſa eadem Inquiſitione, quam ex regiæ cameræ regeſto anni 1322. ſignato litera A. deſumtam refert de verbo ad verbum vir in Neapolitani regni Hiſtorica incomparabilis Carolus Borelli in appendice ad librum, cui titulus: *Vindex Neapolitanæ Nobilitatis*, ſeu, quod idem eſt, in literarum ab antiquitate repetitarum monumentis. Incipit vero inquiſitio iſthæc: *Iſta ſunt Feuda Ducatus Apuliæ &c. Robertus de Benet dixit, quod demanium ſuum eſt Benet, quod tenet in Capite a domino Rege, quod eſt Feudum quinque militum, & cum augmento obtulit undecim milites, & duodecim ſervientes*, & ſic de ceteris. Nulla ſcilicet ibi habetur mentio caſtrorum, ac juriſdictionum, quarum cauſa monaſterium Caſſinenſium milites offerret; quod rei fit in reliquis omnibus feudatariis, etiamſi Epiſcopi eſſent, vel Abbates, ut legitur fol. 16. 17. 40. 42. 51. 115. 132. 134., & alibi paſſim. Et ſane cum in ejuſmodi catalogo deſcripti reperiantur quicumque caſtrum aliquod, terrenum, agrum, vel decem, aut quindecim circiter villanos in feudum habebant, & eapropter militare ſervitium præſtare tenebantur, nec ullo modo Caſſinenſis Monaſterii ſcribatur juriſdictio, & militare ſervitium, evidens eſt quod aſſeruimus, monaſterium Caſſinen. omnia, quæ poſſidet, caſtra & juriſdictiones, non in Feudum, ſed in allodium habere. Accedit quod Caſſinenſis Abbas prætermittitur etiam in catalogo Baronum, queis, poſtquam triumphatum eſſet de Inſubribus, jubente Friderico II. Imperatore, ac utriuſque Siciliæ rege credita fuerunt mancipia; quod refert laudatus Borelli fol. 115. atque ex regiæ cameræ regeſto anni 1239. aſſirmat excripſiſſe; neque vero Caſſinenſis monaſterii, aut Abbatis meminerunt computi, & numerationes aliæ Baronum, & Feudatariorum omnium Neapolitani regni. Sive enim ſermo ſit de illa, quam indixit Manfredus Tarenti princeps, ut ne miles ſibi deeſſet ad bellum, quod anno 1260. contra eccleſiam parabat, ſive de illa, quam anno 1272. Carolus I. promulgavit, ut ſuis omnibus copiis trajiceret in Thraciam, qui aliam denuo juſſit anno 1275. Baronum omnium Campaniæ felicis, & Comitatus Moliſini, quibus in Provinciis ſitæ erant fere omnia monaſterii caſtra, & juriſdictiones, altum ſemper de monaſterio & Abbate Caſſinen. ſilentium eſt.

Itaque hanc, ab illo prerogativam, & immunitatem eripere quum ſemel, iterumque voluiſſent regii officiales, in irritum evaſerunt eorum conatus. Hinc, ut eſt inſtrumento quodam anni 1278, procuratori cuidam Aprutino, & Portulani vices gerenti, qui ab Adhoam, quam pro caſtris terræ Monaceſchæ, Polegræ, Pomarii, S. Angeli, & pro aliis feudalibus bonis Monachi S. Liberatoris, quod membrum erat, & eſt adhuc monaſterii Caſſinenſis præſtare fortiter recuſaverant, prædicta caſtra & bona Fiſci nomine occupaverat, præſcriptum fuit ab rege Carolo, ut jure poſtliminii Monachis omnia redderet: *Conſtiterat quippe ſibi, quæ ſunt ſua ipſius verba, per literas nobilis viri Johannis de Scotto Regii Juſtitiarii Aprutini dictum Monaſterium ab omni Feudali ſervitio, & prædicto adhoamento præſtando eſſe, & eſſe debere liberum, & exemptum.*

Ab hoc Caroli præſcripto ne hilum quidem abludunt plura regiæ cameræ judicia. Quum enim anno 1518. regius Aprutii Theſaurarius pro terra ſerræ Monaceſchæ a Monaſterio S. Liberatoris peteret adoham, judicatum ab illa fuit exigendam non eſſe, quod cœnobii Caſſinen. Terra eſſet, his verbis adjectis; *E però non ci è parſo doverſi rinovare coſa alcuna contra ſolitum, & conſuetum, maſſime per avere oſtenſo autentico tranſunto de loro privilegj conceſſi della eſenzione di detto adoho, e d' ogni altro pagamento.* Theſaurario pariter Calabriæ citerioris injunctum hoc idem fuit, quum pro terra Citrarii adoham quæſiiſſet, anno 1522. his verbis maxime animadvertendis: *Non trovamo taſſata a coſa alcuna per raſone de adoha la detta terra del Citraro per eſſere del detto monaſterio, e non ſolito pagare &c.* Imo quum anno 1526. regius provinciarum Terræ laboris, & Comitatus Moliſini Commiſſarius ſequeſtro ob adoham poſuiſſet reditus omnes, quos ibi locorum monaſterium habebat, ejuſdem regiæ cameræ imperio deſierunt moleſtiæ, atque ita loquuti ſunt in proviſionibus ſuis Locumtenens, & Præſidentes illius: *Et eſſendoſi per noi reconoſciuti li Cedolarii dell' impoſitione de ditti adohi, non trovamo taſſata a coſa alcuna per raſone de adoha le dicte terre, che poſſedeno in ditte provincie per eſſerno de dicto monaſterio, e non ſolito pagare.* Jure igitur, ac merito in libro, qui dum Proregem ageret Petrus de Aragona typis Egidii Longo publicam in lucem exiit hoc titulo: *Nuova ſituazione de' pagamenti fiſcali di Carlini 42. a fuoco delle Provincie del regno de Napoli, & Adoi de' Baroni, e Feudatarj dal primo di Gennaro 1669. avanti fatta per la regia camera della Sommaria.* Caſſinen. monaſterium adoha ſolvenda liberum reperitur, & immune, ut ut rationales, quorum ſtudio concinnatum opus fuit, diligentiſſime caverint ne quid detrimenti per ipſorum injuriam, vel incogitantiam regio Fiſco contingeret. Atque hæc monaſterii ab adoha ſolvenda immunitas, & exemtio non eſt dumtaxat pro terris, ſed pro cunctis etiam corporibus Juriſdictionalibus. Videatur laudatus liber a fol. 107. unde incipit catalogus Baronum terræ laboris cum ſuis taxis tam pro Caſtris quam pro Portulania, Sicla, ponderibus,

ribus,

Digitized by Google

ſibus, menſuris, & bajulatione ad calcem uſque.

Porro hoc idem oſtendunt articuli, quos in lite de Portulania, quam anno 1559. habuit cum regio Fiſco monaſterium Caſſinen. propoſuit. Horum quartus fuit. *Item come in virtù di detti antiquiſſimi titoli validi eſſo ſacro monaſterio ave tenuto, tene, e poſſede detta terra di S. Germano, e tutte le ſopradette caſtella dell' Abazia predetta con li vaſſalli, & vomini di quella, e quelli con lo territorio de detta città, e caſtelle in liberum allodium, & come diretto, & utile Signore di quelle ave tenuto, e tene la Juriſdictione in li uomini, vaſſali, e perſone di detta città, e caſtelle, Maſtrodatia civile quella eſſercitando, e fando eſſercitare l' Officiali deputati per li Reverendi Abbati di eſſo Sacro monaſtero, videntibus, ſcientibus, & non contradicentibus li regj Officiali tanto ſupremi, & majori, quanto minori, imo permittentibus, quod fuit &c. Item ad prædicta demonſtrandum ponit ipſe Procuratore come lo detto monaſterio per cauſa di detta città de S. Germano, e ſuoi caſtelli per tutti li tempi paſſati continuatis temporibus, & per ipſa tempora continuata fin al preſente, & al preſente ancora non ave riconoſciuto, ne riconoſce la regia corte de coſa alcuna, nè de' ſervizj alcuni, ne de pagamenti, de adoho, ne relevio, ne altra coſa, ne avveria potuto riconoſcere, che non foſſe ſtato viſto, ſaputo, & inteſo da li homini convicini, & prattici in dett' Abbazzia, ma detta città, & caſtelle con li vaſſalli, territorio, & juriſdizione a ve tenute, e poſſedute eſſo monaſterio come coſe libere, & allodiale de eſſo monaſterio con tutto lo territorio, e deſtritto di eſſa città, e caſtelle, liberamente, pacificamente, & quietamente, ſenza contradizione della regia corte, e ſuoi officiali, ipſis ſcientibus, permittentibus, & non contradicentibus, quod fuit &c.* Et hiſce ſuper articulis, examinati Teſtes fuerunt, qui & pro monaſterio depoſuere. Unde pronunciatum fuit manutendum ipſum eſſe in poſſeſſione Portulaniæ, ſingulorum caſtrorum ſuæ juriſdictionis, uti latius demonſtrabimus in peculiari Diſſertatione de Portulania.

Imo ſi ex allatis hactenus evidentiſſimis rationum momentis non conſtaret omnia a monaſterio conceſſa eſſe Allodialia, adhuc quia monaſterium ſive eccleſia eſt, quæ poſſidet prædicta caſtra deberent dici allodialia, & non conceſſa in Feudum, quamvis in regno omne Caſtrum dicatur quaternatum, ut fundat regens a Ponte in deciſ. II. nu. 5., Regens Reverter. deciſ. 391. nu. 4. ubi Regens de marinis nu. 2.

Omniaque Territoria per eũ conceſſa.

Demum Giſulfianæ donationis jure cœnobium Caſſinenſe in omnia territoria intra fines ditionis ſuæ poſita dominium habet. Si quippe Giſulfus oppida concedit : *cum vicis domibus, Eccleſiis, molendinis, aquis, cæteriſque omnibuſque intra prædictos fines habentur*; anteaque dixerat: *cuncta in circuitu, tam campeſtria quam montana*, evidens eſt hæc verba haud inaniter fuiſſe poſita, neque proinde quoad ſolam juriſdictionem, quæ eſto non fuiſſet expreſſa, conceſſo caſtello ſeu oppido, ſubintelligebatur neceſſario tanquam nebula ſuper paludem, ut vulgari utar juriſconſultorum phraſi accipienda non eſſe, ſed pro dominio rerum etiam particularium in ditione Caſſinenſi contentarum. Porro rem ita interpretarunt omnes Imperatores, reges, ac principes Langobardi, qui in privilegiis mox adducendis poſt deſcriptos iiſdem nominibus, quibus Giſulfus eſt uſus, Abbatiæ Caſſinenſis fines, hæc ſimiliave addunt verba: *Cum omnibus eccleſiis, pertinentiis, vel adjacentiis earum, una cum caſtris, cappellis, titulis, caſis, terris, vineis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, montibus, collibus, ripibus, planis, piſcariis, molendinis, aquis, aquarumque decurſibus, paludibus, rivis &c.* Quæ eadem veritas teſtimonio conſtat Univerſitatum cujuſque Oppidi ditionis Caſſinenſis ſub juramento, coram Sindicis, aliiſque perſonis ob hoc deputatis facto anno 1267., in quo hæc præ cæteris habentur: *Item dixit, quod ſi contingat dictum monaſterium, vel dominum Abbatem ejuſdem movere exercitum, ſervire ſibi tenentur prædicti homines in prædicto exercitu, expenſis propriis ipſorum hominum, tribus diebus, quibus elapſis, tenentur ſervire ad expenſas ipſius monaſterii vel Abbatis.* Item dixit, quod *Montes, Paſcua, flumina, aquarum decurſus territorii ejuſdem caſtri, & muri dompnici, & via publica ipſius caſtri ſunt prædicti monaſterii Caſſinenſis, &c. Item dixit, quod nullus de dicto caſtro audeat piſcari in aquis fluminis majoris, ſine licentia prædicti domini Abbatis &c. Dixit etiam quod nullus de eodem caſtro audet venari in territorio ejuſdem ſine licentia prædictorum Dominorum, &c. Item dixit, quod homines prædictæ terræ generaliter qui non habent exinde immunitatem, & libertatem, a prædicto monaſterio Caſſinenſi tenentur, & debent præſtare de poſſeſſionibus ſuis, quas habent, & poſſident in territorio ejuſdem caſtri, Terraticum in forma ſubſcripta, vid. de grano, Ordeo Majorino, millio, grano farris, & fabis majorinis, tenentur præſtare de ſeptem partibus unam partem, & de vineis tertiam partem muſti &c. Item dixit quod plateaticum dicti caſtri ſpectat ad Cellar. Caſſinenſem. Item dixit, quod nullus de eodem caſtro poteſt conſtruere Montanum ad aquam, vel ad ſiccum ad macinandum olivas in eodem caſtro, vel territorio ejuſdem caſtri, ſeu molendinum aut Balcatorium, vel quodlibet aliud edificium in aquis publicis, ſeu juxta ipſas aquas, ſeu derivare de ipſis aquis publicis, pro utilitate, ſeu uſu prædictorum edifitiorum ſine licentia prædicti monaſterii, ſeu domini Abbatis, qui pro tempore preeſt in eodem, cum prædictum jus edificandi prædicta edificia ſpectet ad dignitatem monaſterii ſupradicti.* Aſſerunt quoque ſervitiis ſe perſonalibus, cumque bobus præſtandis cœnobio Caſſinenſi obnoxios eſſe, & expenſis Abbati faciendis, cum oppidum quodlibet inviſeret, ſique ad ea inviſenda non perrexiſſet, determinatam illi nummorum quantitatem perſolvere fatentur. Tertiariam, ut vocant, bonorum omnium, quæ venderent, dum alibi extra Abbatiam Caſſinenſem ad incolendum transmigrarent, ſe perſolvere obnoxios, aliaque plura, quæ vel opere vel ſoluta pecunia præſtabant. Ex quibus aliiſque allatis ineluctabilibus rationum momentis liquet juriſdictio, quam in perſonas, qui oppida ſibi ſubdita incolerent, habebat, omniumque rerum dominium penes cœnobium Caſſinenſe fuiſſe. Depoſitiones mox laudatas integras Sæculo XIII. dabimus. Certe in præſentiarum quoque monaſterium Caſſinenſe

ſe

Digitized by Google

ſe in ſuis oppidis poſſidet juriſdictiones Portulariæ, Syclæ, Fidæ, Disfidæ, etiam quoad proprias civium poſſeſſiones, atque fiuviorum, aquarum, Pontium, Scafarum, venationum, piſcationum, molendinorum, piſtrinorum, quos montanos vocent, dohanarum, decimarum, ſeu terratici prædialis territorium, quæ propria ſunt civium, procurationis vulgo dictæ Prandii. Hæc vero procurationis juriſdictio, ſeu Prandii, non eſt, cum ea procuratione confundenda, quæ Abbati, ejuſque comitibus, cum utpote Ordinarius oppida, ſervata ſacri Concili Tridentini, ſacrorumque Canonum ſanctione, viſitat, ab iis præſtari ſolet.

Ea quippe Abbati ab Oppidis, utpote domino, perſolvitur, ſive illa adeat, ſive non. Qua de re videatur pro interim Nuceus in notis ad cap. 73. lib. 3. Chronici Caſſinen. noſque infra hac de re agemus fuſius. Poſſidet quoque domorum vectigal, ſeu cenſum, aliaque in laudatis depoſitionibus enunciata. Hæc vero territoriorum onera Fidæ &c. Eccleſiæ etiam, atque perſonæ eccleſiaſticæ, ideo ſolvunt, quod onus hujuſcemodi invariabile, reale, fixumque, atque ab initio poſitum fuerit cum territorium univerſum monaſterii Caſſinenſis olim fuerit, atque ea lege privatis perſonis donatum juriſdictionem hanc aſſeruit cœnobio noſtro ſacrum tribunal Auditoris R. Cameræ apoſtolicæ, coram quo queſtionem hac de re adverſus monaſterium Caſſinenſe eccleſiaſtici caſtrorum Pediſmontis, & villæ inſtituerant. Auditoris vero monitorium ita ſe habet: *Sereniſſimo, & Catholico Principi Philippo Auſtriaco Caſtellæ, Hiſpaniarum, Hieruſalem, utriuſque Siciliæ citra, & ultra Pharum, Sardiniæ, & Cataloniæ regi potentiſſimo, Brabantiæ, Burgundiæ, & Mediolani Duci, Flandriæ Comiti, Indiarum, & aliarum inſularum Maris Oceani, ac aliorum regnorum tuorum domino felicis proprietatis augumentum: necnon illuſtriſſimis, & reverendiſſimis dominis in omnibus regnis prædictis, & præſertim Neapolis Proregibus, eorumdemque officialibus, judicibus, & miniſtris, ac etiam Ducibus, Principibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, omnibuſque aliis perſonis juſtitiam temporalem, & ordinariam nunc, & pro tempore exercentibus, quacumque auctoritate fungentibus, & functuris, nec non reverendiſſ. in Chriſto patri domino Epiſcopo Theanenſi, ſeu ejuſdem Vicario, & Officiali generali, & auditoribus quibuſcumque; univerſis quoque, & ſingulis dominis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scolaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Sacriſtis, tam cathedralium, quam collegiatarum, Canonicis, parochialiumque eccleſiarum Rectoribus, ſeu Locatenentibus, earundem Plebanis, Viceplebanis, Cappellanis, Curatis, & non curatis, cæteriſque presbyteris, clericis, notariis, & tabellionibus, publicis quibuſcumque, barigellis quoque, executoribus, ſub exequtoribus, cæteriſque juxtitiæ miniſtris, quibus præſentes pervenerint, Hyeronimus Matthejus Prothonotarius apoſtolicus SSmi domini noſtri Papæ, nec non cauſarum curiæ cameræ apoſtolicæ generalis Auditor Romanæque curiæ judex ordinarius ſententiarum quoque, ac cenſurarum latarum, ac litterarum apoſtolicarum quarumcumque univerſalis, & merus executor, ab eodem SSmo domino noſtro Papa ſpecialiter deputatus ſalutem in Domino, & præſentibus noſtris, imo verius apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis quod cum R.P. Abbas, & Conventus ſacri monaſterii Caſſinenſis Ordinis S. Benedicti ab immemorabili tempore oppidum S. Germani in ditione dictæ Abbatiæ exiſtens, multaque alia oppida, rura, villas, & loca eidem monaſterio in temporalibus ſubiecta, cum plena, & omnimoda juriſdictione temporali præſertim quoad civilia, ac gladii poteſtate, plenoque illius exercitio in oppidorum, villarum, & locorum hujuſmodi incolas, ac etiam plenitudine jurium Baronalium, & univerſo utili dominio poſſederint, ita ut in dominio temporali ſupradicto (quod inter alia oppida ſeu loca Pedemontis, & villæ in ſe continet) ſemper facultatem, & jus molendi triticum, olivas, & alia id generis ſimilia etiam privative, quoad omnes alios, & emolumenta inde provenientia percipiendi, habuerint, facultateque, & jure hujuſmodi, ac alii multis eorum prærogativis, & privilegiis pacifice ſemper gaviſi, & potiti fuerint cæteros omnes non ſolum bladas, olivas, triticum, & alia ejuſmodi in dominio, & ditione temporali ipſius Sacri monaſterii, & locorum ſuorum prædictorum collecta aliunde molenda deferre, & extrahere, ſed etiam molendina, piſtrina, & alia inſtrumenta, & machinas pro præmiſſis molendis, ſeu terrendis extruere volentes prohibendi, adeo, ut nulli omnino unquam licuerit, olivas, bladas, & frumenta alio quam ad molendina, ſive montana ejuſdem monaſterii molenda, ſive terrenda, abſque illorum expreſſa licentia adducere, & in hujuſmodi molendini, prohibendi, & emolumenta percipiendi, ac aliorum ſupradictorum quaſi poſſeſſione, & ſuperioritate Abbas, & conventus præfati, ſemper pacifice hucuſque fuerint, & ſint, demptis moleſtationibus in id ſibi a certo tempore ab Archipresbytero, & aliis, de quibus infra, illatis, adeo ut quiſquam ſe illis propterea opponere, nec eorum jura lædere, & perturbare debuerit. Tamen, quia his non obſtantibus, Archipresbyter, presbyteri, & clerici dicti caſtri, ſive locorum Pedemontis, & villæ, agrique eorumdem adverſarii molendinum, ſive Montana, vel piſtrina in eiſdem Pedemontis, & Villæ oppidis, ſeu locis, contra voluntatem eorumdem Abbatis, & conventus Caſſinenſis conſtruere, & fabricare, ac ibidem triticum, & alia teri facere, ac emolumenta inde provenientia percipere; ipſoſque Abbatem & conventum, prænarrata ſua quaſi poſſeſſione de facto ſpoliare tentarunt, ſive privarunt, ideo præfati R.P. Abbas, & Conventus jura ſua, & poſſeſſionem hujuſmodi ſervare, & tueri volentes, Nos ad effectum hujuſmodi adiverunt, ut ſuper his ſibi providere dignaremur: Quare decretis per nos ad eorum inſtantiam contra eorum adverſarios prædictos, litteris monitorialibus cum inhibitione, quatenus infra certum in eis expreſſum terminum a præmiſſis deſiſtere, & nihil in præjudicium eorumdem inſtantium innovare, ſed innovata revocare, & forſan alia facere debuiſſent ſub certis additis pecuniariis, ac etiam excommunicationis, aliiſque pœnis, prout plenius in eiſdem litteris continetur, quibus contra prædictos eorum adverſarios in partibus legitime executis, & deinde in actis infraſcripti notarii cum illarum executione reproductis, ſicque cauſa hujuſmodi coram nobis legitime introducta, & in ea ad nonnullos actus proceſſo ſucceſſive, quia Abbati*

&

*& Conventui prædicto pro verificatione eorum intentiones, nonnullos teſtes iſthic in partibus, ubi hæc acta ſunt examinare neceſſe erat. Nos propterea ad eorumdem inſtantiam citato tamen prius D. Mario Maccafano in Romana curia cauſarum, & dictorum Archipresbyteri, & reliquorum adverſariorum ex adverſo procuratore, qui ad cauſam jam comparuerat, unum ex infraſcripti noſtri Notarii ſubſtitutis ad examen hujuſmodi ſuſcipiendum per noſtras deſuper patentes litteras illi conceſſas in commiſſarium deputavimus, per quem deinde ſuper articulis pro parte inducentium, ac interrogatoriis pro parte adverſa datis, teſtibus inductis iſthic examinatis proceſſuque examinis hujuſmodi expleto, in eiſdem actis redactos ad expeditionem cauſæ, & cauſarum hujuſmodi procedere volentes, & jure medio procedentes: tandem viſis omnibus videndis, diſcuſſis, & conſideratis conſiderandis, ac ſervatis ſervandis, & verificatis verificandis, eodem Mario Maccafano ex adverſo Procuratore ad videndum, & audiendum, ipſos R. P. Abbatem, & Conventum in quaſi poſſeſſione prohibendi, ne quis præter ipſos habeat abſque eorum licentia molendina in dictis caſtris, ſeu locis Pedemontis, & Villæ, & inhiberi, ne in id moleſtent, litteraſque, ſeu inſtrumentum deſuper opportunum decerni, & relaxari ad diem infraſcriptam, citato, ſed tamen nihil quod relevaret, allegante, comparenteque coram nobis magnifico D. Joanne de Cellis dicti R. Abbatis, & Conventus procuratore, inſtanteque, & petente, ut ſupra R. P. D. Cæſar Lucatellus J. C. Bononienſis utriuſque Signaturæ SS.mi Dñi noſtri Papæ Referendarius noſter in civilibus locumtenens ipſos P. Abbatem, & Conventum principales inſtantes in prænarrata eorum quaſi poſſeſſione conſervandos, manutenendos, & ut ſupra inhibendum fore, & eſſe mandavit, decrevit, & inhibuit has noſtras litteras, & inſtrumentum mandati de manutenendo deſuper opportune concedendo. Quocirca veſtram catholicam majeſtatem in Domino benigne hortamur, & rogamus, quatenus veſtram in hac parte dexteram non denegantes, vobis vero aliis ſupradictis, quibus præſentes dirigimus in virtute S. obedientiæ, ac ſub duorum millium ducatorum auri, locis piis arbitrio noſtro applicandorum, mandatique exequtivi, & in juris ſubſidium excommunicationis, & reſpective ſuſpenſionis a divinis, interdicti ingreſſus eccleſiæ, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus ſtatim, ac præſentium vigore pro eorumdem inſtantiam parte fueritis requiſiti, ſeu aliquis veſtrum fuerit requiſitus, ita tamen, ut unus alterum non expectet, nec alter per alterum ſe excuſet ſupradictos R. P. Abbatem, & Conventum dicti monaſterii Caſſinenſis, ac eorum agentes, miniſtros, & alios eorum nomine in prænarrata eorum quaſi poſſeſſione, etiam privative, quoad dictos Archipresbyterum, Presbyteros, & Clericos adverſarios, & omnes alios in dictis Pedemontis, & Villæ caſtris, ſive locis, & illorum territoriis triticum, olivas, bladas, & alia ejuſmodi molendi, terendi, & molendina montana, piſtrina, & alias machinas, & inſtrumenta ad hunc effectum extruendi, atque habendi, nec non prohibendi, ne aliquis alius, ſive alii præter ipſos Abbatem, & Conventum principales inſtantes ibidem aliqua alia molendina, montana piſtrina, machinas, & inſtrumenta hujuſmodi abſque eorum expreſſa licentia extruat, ſive habeat, & ſeu in illis frumenta, bladas, olivas, & alia de quibus ſupra extrahant, & alio molendi, ſive terendi cauſa afferant, nec non emolumenta quæcumque, inde etiam ob pœnas incurrendas, exigendi, percipiendi & in proprios uſus, & utilitatem convertendi. In qua quidem quaſi poſſeſſione illos, ut præfertur, fuiſſe, & eſſe plene nobis conſtitit, & conſtat, tam adverſus ipſos Archipresbyterum, presbyteros, & clericos, ex adverſo principales pacificos, & quietos tueamini, manuteneatis, conſervetis, & defendatis, donec aliud a nobis, vel ſuperiore noſtro, cauſa cognita, fuerit ordinatum. Non permittentes, eos ſuper præmiſſis ſic per nos manutentos per quemque deſuper directe, vel indirecte, tacite, vel expreſſe, aut alias quomodolibet perturbari; & inſuper dictis Archipresbytero, presbyteris, & aliis ut ſupra ex adverſo principalibus, omnibuſque aliis, & ſingulis in executione præſentium nominandis, cujuſcumque gradus, ordinis, ſtatus, & conditionis exiſtant, authoritate noſtra, imo verius apoſtolica inhibeatis, & præcipiatis, ac expreſſe mandetis, quibus nos quoque per præſentes inhibemus, ne ſub pœnis ſuperius comminatis eoſdem P. Abbatem, & Conventum dicti Monaſterii Caſſinenſis, illorumque pro tempore miniſtros agentes, ac alios eorum nomine in ſua prædicta quaſi poſſeſſione, in qua extiterunt, & exiſtunt, perturbare, vexare, vel inquietare audeant, vel præſumant per ſe, vel alios, directe vel indirecte, tacite vel expreſſe, aut alias quomodolibet, quovis quæſito colore, vel ingenio. Quod ſi forte vos Sereniſſime Rex exequutor præſentium mandatorum noſtrorum, immo verius apoſtolicorum neglector fueritis, (quod veſtræ regalis majeſtatis præfulgidam jam dudum per totum Orbem divulgata obedientia ſuſpicari non ſinit, proculdubio juſti judicis officium offenderitis, & præmium, alias pro executione juxtitiæ vobis a Deo paratum ammitteretis, licet majeſtatem veſtram noſtris ſententiis ſic ligari nequaquam velimus, vobis ob reverentiam veſtræ regalis Majeſtatis non immerito deferentes, intuitu tamen juxtitiæ, & ob ſedis apoſtolicæ, & SS.mi D. N. Papæ reverentiam ad prædictam executionem efficaciter adimplendam, Veſtram regiam Majeſtatem in Domino hortamur. In vos tamen omnes, & alios inobedientes, & contradictores, quatenus præmiſſis non parueritis, vel non paruerint ad declarationem incurſus pœnarum prædictarum, aliaque graviora juris remedia procedemus, Juxtitia mediante. Quicquid autem in præmiſſis feceritis, nobis diligenter intimare curetis: abſolutionem vero omnium prædictorum, qui prædictas ſententias, cenſuras, & pœnas quomodolibet incurrerint, nobis, vel ſuperiori noſtro tantummodo reſervamus. In quorum fidem præſentes fieri, & per infraſcriptum Curiæ noſtræ Notarium ſubſcribi, ſigillique noſtri fecimus appenſione muniri. Datum Romæ in judicio in ædibus noſtris anno a nativitate domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono, indictione ſeptima, die vero trigeſima Octobris, Pontificatus SS.mi in Chriſto patris, & dñi noſtri, dñi Gregorii divina providentia Papæ XIII. anno octavo; præſentibus magnificis dominis Pompeo Antonino, & Antonio Guidotto Romanis ejuſdem curiæ noſtræ Notariis teſtibus ad hæc habitis, & rogatis: Cæſar Lucatellus locum tenens. Jo: Paulus Maynus*

*curiæ*

Digitized by Google

*curiæ cauſarum cameræ apoſtolicæ Notarius, locus † Sigilli, in cera rubea cum filo ſerico pendentis.*

*Odoardus Vecchiarellus Prothonotarius Apoſtolicus Utriuſque Signaturæ SSmi domini noſtri Papæ Referendarius, nec non curiæ cauſarum cameræ apoſtolicæ generalis auditor, Romanæque curiæ judex ordinarius, ſententiarum quoque, & cenſurarum tam in eadem Romana curia, quam extra eam latarum, ac literarum apoſtolicarum quarumcumque univerſalis, & merus exequutor ab eodem Sanctiſſimo domino noſtro Papa ſpecialiter deputatus. Univerſis, & ſingulis quarumcumque civitatum &c. DD. Gubernatoribus, Poteſtatibus, locumtenentibus, Vicariis, Bariſellis quoque, Exequtoribus, ſub exequtoribus cæteriſque juſtitiæ miniſtris, & cui, vel quibus præſentes pervenerint, ſeu quomodolibet præſentabuntur, illique &c. ſalutem in Domino. Introducta coram nobis lite, & cauſa pro parte, & ad inſtantiam reverendiſſimi Domini Abbatis Montis Caſini principalis inſtantis contra, & adverſus R. D. Silveſtrum Acetum RR. DD. Joſephum, & Lauretum de Acetis, de & ſuper manutentione in poſſeſſione, ſeu quaſi exigendi decimas, ſive terraticum e bonis caſtri diruti Plumarolæ, & aliorum locorum de quibus agitur, nec non trigeſimam linorum, & canaparum, quæ in aquis dictorum locorum macerantur, nec non pœnas damnorum datorum in bonis prædictorum locorum, & affidas, ac cogendi ad moliendum frumentum, & alios fructus, qui in dictis bonis locorum prædictorum recolliguntur, & piſtandi olivas in molinis, & montanis reſpective dicti domini inſtantis, rebuſque aliis in actis, & proceſſu cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latius deductis reos conventos, partibus ex altera, exhibitiſque coram nobis proceſſu noſtro de mandato in partibus fabricato, aliiſque juribus ad hujuſmodi cauſam facientibus, illiſque omnibus viſis, & ſufficienter verificatis verificandis, citatoque in quolibet actu prædicto D. Silveſtro principali, ac reſpective Procuratore dictorum DD. Joſephi, & Laureti; Nos denique prædictum Reverendiſſimum dominum Abbatem inſtantem in poſſeſſione, vel quaſi exigendi prædicta, ut infra manutenendum fore duximus, prout manuteneri volumus, & mandamus per præſentes. Quocirca vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet in ſolidum committimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ ſtricte præcipiendo mandamus, quatenus ſtatim viſis, ſeu receptis præſentibus, & poſtquam vigore preſentium fueritis requiſiti, aut alter veſtrum fuerit requiſitus ex parte noſtra, imo verius apoſtolica auctoritate ſub pœnis ſcutorum quingentorum auri cameræ apoſtolicæ applicandorum, & pro illis mandati exequtivi, & juris ſubſidium quatenus opus ſit excommunicationis, aliisque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis ſupradictum reverendiſſimum Abbatem inſtantem in poſſeſſione prædicta, vel quaſi exigendi decimas, ſive terraticum e bonis prædictis, ac trigeſimam linorum, & canaparum, quæ in aquis prædictis macerantur, nec non dictas pœnas damnorum datorum, & affidas, ac cogendum ad moliendum frumentum, & alios fructus, qui in dictis bonis locorum prædictorum recolliguntur, ac piſtandi olivas, ut ſupra manuteneatis, & defendatis, manutenerique, & defendi, ac conſervari faciatis, præſentibuſque in omnibus, & per omnia pareatis, ulterius cogatis eoſdem DD. de Acetis per bonorum ablationem, venditionem, ſequeſtrationem, ſubhaſtationem, & deliberationem, ac omnimodam alienationem ad ſolvendum ſupradicto domino inſtanti ſcuta undecim pro expenſis preſentis mandati. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Ædibus noſtris anno Domini 1654. indictione ſeptima, die vero vigeſimo ſeptimo Auguſti, pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto patris, & domini noſtri domini Innocentii divina providentia Papæ decimi. Anno ejus decimo A. Areoſtus locumtenens. Carolus Trettus Curiæ cauſarum cameræ apoſtolicæ notarius. Mandatum de manutenendo &c. loco † Sigilli impreſſi &c.*

Univerſalem hunc, quoad res omnes ſibi ſubditas, dominatum cœnobii noſtri in peculiaribus de ſingulis rebus Diſſertationibus demonſtrabimus fuiſſe. Quem certe dominatum conſtanter habitum a cœnobio noſtro demonſtrant confeſſiones, quæ in publicis inſtrumentis civium, cujuſque oppidi ditionis Caſſinenſis reperiuntur factæ, aut emptionum, aut venditionum, aut conſtitutionum vel retroceſſionum cenſus, in quibus ſemper expreſſe aſſeritur præfata territoria reddititia eſſe cœnobii Caſſinenſis. Quæ inſtrumenta a ſex jam, & amplius ſæculis confecta ſunt; confeſſioneſque in iis factæ pleniſſimam probationem efficiunt etiam contra tertium ut fundat Maſcardus de Probat. concluſ. 541. nu. 12., 13., & 14. cum aliis ab eo citatis; Hodier. ad Sur. Dec. 10. nu. 5. & 6., & ratio eſt, quod cum in antiquis difficilis judicetur probatio, verba enunciata plene probant etiam contra tertium, Cravett. de antiquit. tempor. p. 1. nu. 74. Serafin. Dec. Rot. 474., & late Maſcard. de probat. concluſ. 106. idque cum primis in cauſa pia locum habet, favore cujus verba enunciativa diſponunt, Tiraq. Privil. piæ cauſæ 86. Maſcard. de probat. concl. 621. Theſ. quæſt. Forenſ. lib. 4. qu. 42. nu. 14.

Univerſale dominatum in ditione ſua quoad res etiam peculiares habet cœnobiũ Caſſinenſe.

Hæc cœnobii Caſſinenſis in territoria quælibet particularia juriſdictio patet quoque ex bando juſſu Bernardi Abbatis anno 1273. in S. Germano, aliiſque Abbatis oppidis, atque ex alio bando ejuſdem Bernardi juſſu eodem anno in oppido Cervarii, aliiſque publicato, quorum vi Cervarii univerſitas congregata ad vocem præconis &c. duos e ſuis civibus Procuratores conſtituit, ut Abbatem Bernardum adeuntes ſeſe in omnibus ejus arbitrio, ordinationi, miſericordiæ., ſententiæ &c. ſubjicerent, quam ipſe protuliſſet quoad decimas, ſeu terraticum, grani, vini, olei, fruguum, fructuumque, ſervitia manualia, aliaſque res omnes. Hinc Bernardus ſervato juris ordine ſententiam quoad terraticum, aliaque ab ipſis ſolvenda protulit. In hac autem ſententia hæc præ cœteris animadvertenda, quæ ait Bernardus: *Inſpecto privilegio ipſis a Prædeceſſoribus noſtris, nec non & Inquiſitione generali per Abbatiam de mandato noſtro, & ſpecialiter in dicto caſtro facta, Deum habentes præ oculis, communicato virorum prudentum conſilio, &c. nobiſcum habendo Magiſtrum Riceardum de Berlengẽs judicem, & advocatum Caſſinenſem, providemus miſericorditer, quod juxta formam inquiſitionis præmiſſa, & antiquam conſuetudinem, & Juſtitiam Abbatiæ Caſſinenſis, univerſi habitatores ejuſdem loci, nec non & illi omnes, qui in prædicto territorio terras habent, niſi forte a præſtatione*



Digitized by Google

*[illegible] ex privilegio noſtro ſeu prædeceſſorum noſtrorum aliqui reperiantur liberi, & immunes de tribus ſeminibus; vid. Grano, Ordeo, & Milio ſeptimam partem nomine Terratici ex integro perſolvant &c. Monaſterio Caſſinenſi. De vino &c.* Documenta hæc omnia Sæculo XIII. edemus.

Idque ipſum cœnobii Caſſinenſis Vaſſalli ſeu ſubditi, anno 1368. reginæ Johannæ primæ ſunt faſſi, ut conſtat ex hujuſce privilegio, eodem anno die 8. Februarii conceſſo, in quo hæc habentur: *Pro parte univerſitatum, & hominum, terrarum, caſtrorum, & locorum Abbatiæ Caſſinenſis, & membrorum ejus in provincia Terræ laboris, & Comitatus Moliſii poſitarum, noſtrorum fidelium, querulanter fuit noſtræ noviter expoſitum majeſtati, quod præceſſores veſtri in dictis officiis, qui fuerunt pro tempore ineffrenate ad illicita pro libito prorumpentes in terris, & locis dictæ Abbatiæ, domos habitationum hominum eorundem, invitis earum domorum habitatoribus, ſeu patronis pro oſpitiis ipſorum voluntarie aſſumpſerunt*; aliiſque gravaminibus expoſitis, quæ ſubditi Abbatiæ Caſſinenſis a Juſtitiariis, aliiſque Officialibus Provinciæ Terræ laboris, & comitatus Moliſii ſibi illata cauſabantur; ſubdit: *Firmiter expreſſe de ſcientia certa noſtra præcipimus, quatenus eorumdem præceſſorum veſtrorum in his damnanda veſtigia non ſequentes, ſupradictis exponentibus, & alicui ipſorum injuriam aliquam de cetero non inferatis, res nullas ab eis auferatis, nec etiam paleam, fenum, & ligna in locis inhabitatis recondita, nec animalia, vel lectos capiatis, nec domos ſingularum perſonarum eis invitis, ad morandum, vel aliquid ibi inquirendi, ingrediamini, &c. Victualia, & neceſſaria omnia tam pro perſonis, quam pro equis veſtris ematis &c. Nullum ex prædictis hominibus dictarum terrarum, caſtrorum, & locorum, cum propriis ejus expenſis pro ſervitio curiæ tranſmittatis &c. Et quia ſupradicti ſupplicantes ſupradictæ Abbatiæ, & eccleſiæ Caſſinenſis Vaxalli eſſe noſcuntur ſupradictæ eccleſiæ Caſſinenſis, qui ea quæ habent, ab eccleſia tenent prædicta, & eidem ſunt eccleſiæ ad ſervitia obligati, hujuſmodi officia vel alia ſine Prelati dictæ eccleſiæ licentia nullatenus committatis, nec commicti per alios permittatis, neque animalia, ut pote jumenta, equos, mulos, ſomarios, & his ſimilia ſupradictis ſupplicantibus, ſeu alicui ipſorum afferatis mittenda pro ſervitiis curiæ de loco uno ad alium, ſine ipſius curiæ ſalario competenti, nec etiam animalia hujuſmodi pro equitaturis veſtris, ac familia veſtra, ſeu pro portandis arneſiis, & aliis quibuſcumque capere attentetis, &c.* pluraque alia in favorem ſupplicantium præcipit. Hoc privilegium confirmarunt rex Ladislaus, Johannæ II., atque Ferdinandus I. Neapolis rex anno 1468. quo in privilegio Ferdinandus illud Johannæ II. inſerit.

Juriſdictio Caſſinenſi abſoluta, & independens.

Quæ cum vera ſint, illud etiam eſt certiſſimum, quod a nobis paulo ante eſt dictum, Juriſdictionem cœnobii Caſſinenſis in propria oppida, earumque incolas abſolutam, independentemque omnino fuiſſe, cum Dux Giſulphus nullum ſibi dominatum in ditione Caſſinenſi reſervaverit, ſed propter hoſtium irruptionem, marcheos, ideſt limitum cuſtodes, tantum ad incolarum tutamina dimiſit. Quam rem clarius ſæculo X.& XI. pluribus adductis privilegiis, exempliſque juriſdictinis ſupremæ a cœnobio Caſſinenſi obitæ oſtendemus.

Leo Beneventanus quædam cœnobio Caſſinenſi donat.

Giſulfi pietatem imitatus Leo nobilis, diveſque Beneventanus ſe, ſuaque omnia obtulit cœnobio Caſſinenſi: *Ejuſdemq; oblationis* (verba ſunt Leonis Oſtienſis lib. I. Chron. Caſſin. cap. 10.) *chartulam propria manu ſcriptam ſuper corpus S. Benedicti in præſentia præfati Abbatis Tomichis, & univerſorum Fratrum teſtium poſuit. Et ſervos quidam, & Ancillas ſuas omnes primitus per chartulam libertate donavit. Poſtmodum vero eoſdem omnes ita, ut liberi erant, ſimul cum curtibus propriis, & cum omnibus pariter, quæ ipſi poſſidere videbantur, ſub prædicti monaſterii poteſtatem redegit. Condicione videlicet hujuſmodi, ut ſinguli eorum quatuor per menſem operas, ubi neceſſarium eſſet, Monaſterio, facerent. Res ſuas, ſive ſubſtantias nulli omnino, niſi inter ſe vendere, aut donare, illis liceret. Res eorum, qui ſine liberis defuncti fuiſſent, in monaſterii dicionem tranſirent. Pueros tamen, ſive puellas eorum alicui ad ſerviendum tradere, utpote liberos monachis fas non eſſet*; Nominatis ſervis ab eo oblatis ſubdit: *Præter hæc autem unum caſale ſuum, qui dicitur Pantanum &c. cum ſervis de Abellino, & de Tranſmonte ad ipſum caſale pertinentibus.* Vocem hanc *caſale* Du-Changius ſic explicat: *Certus caſarum numerus, Villa, ſuburbanum.* Quod reapſe ſignificare, cum ex hiſtoricis ab eo allatis clare conſtat, tum ex conſtitutionibus regni Neapolitani lib. III. Tom. IV. *Ut omnes civitates, caſtra, munitiones, caſalia, villas &c.* Hæc Leonis oblatio extat in veteri regeſto Petri Diaconi ſignata num. 176. fol. 79. a t. atque ſic incipit.

Oblatio Leonis.

*Dominum ſe ſequentibus, ſuaque omnia relinquentibus pollicitus eſſe centuplum redditurum, inſuper & vitam æternam daturum divina teſtantur eloquia. Ideoque Ego Leo filius quondam Unoaldi hujus mandati non ſurdus auditor Evangelicum illum negociatorem imitari cupiens qui inventam precioſiſſimam margaritam vendidit omnibus emit eam, ut Chriſtus lucrifaciam, non tantum meam, ſed memetipſum illi tradere magno cum deſiderio ſtudui, quamobrem amodo, & deinceps offero tam me, quam & omnia, quæ Juris mei eſſe noſcuntur ob remedium animæ meæ parentumque meorum abolenda facinora in cœnobio egregii Chriſti confeſſoris Benedicti ubi Vir reverendiſſimus Thomichis Abbas regimen tenere videtur, ut præfatus ſum omnes res meas tam mobilia, quamque immobilia domos tam in civitate Beneventana, & eccleſia, quam, & foris per ſingula loca domo cultas, in meas, olivetas, paſcuas; prata, ſilvas, omnia, & in omnibus quicquid habere viſus ſum in dicto Sancto cœnobio trado poſſidendum, excepto caſam, & curtem, & eccleſiam infra civitate Beneventana, quam domni dedi Arechis, ſervos vero, & ancillas omnes liberos conſtituto, qui per carthlas manus meæ ſcriptas liberi eſſe videntur in tali vero, ratione, ut nec puerum, nec puellam ad manum alicui tribuum ad ſerviendum, operas vero per menſes quatuor dent per ſingulos, ubi viſum fuerit, vel in loco, quo manſerint, res vero ſuas, vel ſubſtancias nulli liceat donare vel vendere, ſeu alienare, niſi ad conlibertos ſuos, & ſi paruerit datum a ſupradictis Monachis requiratur. De fundora vero mortuorum, ſi ſine hærede mortui fuerint in providencia monaſterii dicti redeant vel ſint. Sed hoc*

*ſtatuo*

*ſtatuo unum caſalem meum ſitum erga Beneventum, qui dicitur Pantanum, volo, ut habeant amita mea in uſum proprium diebus vita ſua cum ſervis meis, qui ſunt ad ipſam curtem pertinentes, ideſt de Abellino, ſeu de Tranſmonte, poſt deſceſſum vero ejus ſit in cœnobio S. Benedicti ſicut catera facultates mea, itaut nulli unquam homini cujuslibet dignitatis, vel poteſtatis aut conſanguinitatis mea ſit licentiam de omnibus ſupradictis aut immutare, aut alienare in aliquo, nec mihi liceat aliquando quod ſemel volo iterum nolle, nec de his omnibus quod ſemel optulit Deo, & beato Benedicto ſubtrahere de hoc loco ſanctiſſimo, quod ſi quis aliquando contra hanc noſtram offercionem contraire temptaverit in die tremenda judicii Dei ſit anathema, maranatha, & cum Juda traditore Chriſti habeat conſorcium. Hanc vero offercionem propria manu ſcribens, me me & omnia mea per proprietatem tradens ſuper Sanctiſſimum corpus ejus coram Deo, & preſentibus teſtibus optuli ſemper habendum. Ego Thomichis indignus Abbas preſens fuit, & permiſi, & teſtis ſum. Ego Thomas indignus presbyter præſens ſum. Ego Johannes indignus Presbyter præſens ſum. Ego Martinus indignus diaconus teſtis ſum. Ego Angelarius monachus teſtis ſum. Ego Benedictus manu mea ſubſcripſi, Ego Albulo manu mea ſubſcripſi. Curcium autem nomina hæc ſunt. Curte Erſemari boni; Adelgiſi filii duo malo bonolo. Joanne Urſo. Iſtitoticum Uxoris, & filiis Rocci cum quatuor filiis ſuis. Ideſt Leo, Stephano, Sellittolo, Ciminolo. Iſti cum uxoribus, & filiis ſuis. Adelgari cum uno filio ſuo, & cum duobus generis ſuis. Cur. Gaideper Presbyteri Adelperto cum quatuor filiis cum uxoribus. Bonecauſo cum quatuor filiis cum uxoribus, & filiis ſuis Grimoaldo cum quatuor filiis ſuis, cum uxoribus, & filiis ſuis, Ciminolo cum uxore, & filiis ſuis. Fuſcari cum uxore, & filiis ſuis, Curte Griſi. Landolfo cum Arniperto filio ſuo, & cum duo filiaſtri, Bonito cum duo filii cum uxoribus, & cum uno alio filio, & Stephano. Curt. Cerbuli Presbiteri, Leoaldo cum quattuor filiis ſuis, & cum uxoribus, & filiis ſuis. Agenolfo nepote ſuo, & cum filiis ſuis Deſideri cum tres filiis ſuis. Baſſaci cum tres filiis ſuis, & unum gener. Cur. Lupi Sadiperto cum uno filio ſuo, & generum ejus Sico cum uno filio cum uxore, Stephano cum duobus filiis ſuis. Fermoſo cum tribus filiis ſuis. Cur. Lupi Pictari, Davro cum quatuor filiis ſuis. Johanne cum tres filiis ſuis. Curtem Dulciperti Boneroſi cum uno filio ſuo cum uxore ſua, & filiis ſuis, & tres filii Rajenolfi, cum uxoribus, & filiis ſuis.* Tomiſchis ab anno 764. ad 771. Abbas Caſſinenſis fuit. Ne longius ab inſtituto excurrat oratio, omittimus hic de ſervorum conditionibus diſſerere, quibus muneribus obnoxii eſſent, quot illorum genera, an matrimonium contrahere poſſent, filiique ex eis orti parentum ſortem nanciſcerentur? An libera ſervo nupta libertatem retineret ſuam; an propria bona alienare, aut vendere poſſent, & quibus? Quinam illorum bonis hæres ſuccederet? Si clerici aut monachi initiari? An teſtes eſſe; An herus omnem in eos juriſdictionem exercere? Quomodo, quibuſque conditionibus manumitterentur? cum potiſſimum hiſce de rebus diſertiſſime eruditiſſimeque agat Gothifredus To. I. Cod. Theod., & Angelus de Nuce in notis ad *cap. 6.* lib. 1. Chron. Caſſ., Du-Cangius in Gloſſario verb. Servus, & Caſati. Illud tantum hic adnotamus, quod ait Cl. Mabillonius de re Diplomatica pag. 632. *Ad hac ſervi, qui per chartam, & excuſſionem denarii manumittebantur in ſervitutem, ſi quando aliquis prapotens illos revocabat, eis chartam libertatis de capite auferebat. Unde cum Goffridus Abbas Vindocinenſis, quemdam ſervum ſuum, Stephanum Popinellum nomine, annuente capitulo liberum feciſſet, res illa Goffrido Comiti, qui Griſagonella cognominabatur diſplicuit, & eidem Stephano chartam libertatis de capite eripuit. Sed quando huc ſermo de ſervis incidit, obſervare licet duos ſervorum ordines, unos, qui ex neceſſitate, alteros, qui ex devotione addicti erant ſervituti. Hi vero non uno modo ſervitutem profitebantur. Unum ſuggerit Arnulfus in lib. I. de miraculis S. Emmerammi cap. XII. ubi quidam memorantur, qui capita cum manibus religioſe altari S. Emmerammi imponentes profeſſi ſunt ſe martiri perpetuos cenſuales. Alio modo quidam Rainaldus Monachorum Vindocinenſium famulus, cum eſſet vir ingenuus, recognoſcens, quod in eorum famulatu a puero altus, & enutritus fuerat, & omnia qua habebat ſub eorum dominio acquiſierat, obtulit Deo, & S. Trinitati omnia ſua, atque ſemetipſum ad ſervum. Quod prius quidam fecit in capitulo, ac deinde ſtatim in Monaſterio (id eſt in eccleſia) involvens juxta morem collum ſuum chorda. Factum eſt hoc anno 1079.*

Alter principatus Caſſinenſis præcipuus author habendus proculdubio eſt Carolus magnus, qui anno 787. perfecto contra Arichim Beneventanum principem, quem ſibi vectigalem reddiderat, bello Romam regreſſurus monaſterium Caſſinenſe petiit, adoratoque S. Benedicti corpore ſeſe plurimum monachorum precibus commendavit. Hiſce narratis, ſubdit Leo cap. 12. *Tuncque ab hoc primum rege prephatus Abbas præceptum confirmationis de tota hac terra recepit;* quod clarius aſſerit. lib. II. cap. 2. *Nihil itaque moratus idem Abbas, & tempus acceptabile minime neglegendum ducens, ſtatim a pradicto principe Landulfo, nec non & Pandulfo filio ejus præceptum libertatis, & confirmationis totius ex integro Abbatia expetiit, & accepit, ſecundum terminos ſcilicet ſuperius ſcriptos, quos Giſulfus Dux tempore Petronacis primo ſtatuerat, & poſtmodum Hcarolus Imperator* (hic utitur Leo prolepſi reſpectu habito ad tempora imperii, imperatorem pro rege, imperiali pro regio ſumens) *tempore Theodemar Imperiali præcepto firmaverat.* Deinde ſubdit in cap. 12. mox citato: *Alio etiam præcepto prædictus Rex confirmavit S. Benedicto monaſterium S. Maria in Cingla, & S. Maria in Plumbariola, & S. Sophia in Benevento, & cætera, qua tunc temporis habere videbatur, nec non & univerſas aquas, cum ripis utriuſque partis, ubicumque fuiſſent terris hujus monaſterii juncte &c.* Eadem narrat celebre, vetuſque Chronicon S. Vincentii ad Fontes Vulturni apud Du-Cheſne To. III. Script. Franc. pag. 676. Baronius fol. 404. & Pagius anno 787. nu. 7. Natal. Alexander Sæcul. 8. Art. 8. cap. 7. primæ. Editionis, Mabillonius Vo. II. Annal. Ord. S. Bened. pag. 277., & ſeqq. Camill. Peregrin. in Serie Abbat. Caſſin. pag. 15. Sigonius de Regn. Ital. lib. 4. pag. 169.

Carolus Magnus Giſulfianam Donationem cõfirmavit, ſeu iterum donavit.

In laudato regeſto Petri Diaconi memorata omnia Caroli magni privilegia exarata leguntur. Nu-

Hoc privilegio.

mero

mero quidem 107. fol. 47. hoc legitur, quo fines Abbatiæ Caſſinenſis deſcribuntur: *In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Carolus gratia Dei rex Francorum, & Langobardum ac patritius Romanorum omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Judicibus, Gaſtaldeis, Actionariis, Vicariis, Centenariis, vel reliquis fidelibus noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris. Maximum regni noſtri in hoc augere credimus munimentum, ſi petitionibus Sacerdotum atque ſervorum Dei, in quo noſtris auribus fuerint prolata, libenti animo obtemperamus, atque ad effectum perducimus regiam conſuetudinem exercentes, & hoc nobis ad mercedis augumentum, vel ſtabilitatem regni noſtri in Dei nomine pertinere pravidimus. Quapropter noverit ſolertia veſtra, qualiter ad petitionem nos religioſo viro Theuthmari Abbatis ex monaſterio S. Confeſſoris Chriſti Benedicti, quod eſt conſtructum in loco, qui dicitur Caſinum caſtrum, ubi ſacratiſſimum corpus ejus humatum eſt, tale beneficium circa ipſum monaſterium viſi ſuimus conceſſiſſe, unde monachi Deo ſervientes, & pro nobis, & cuncto populo Chriſtiano exorantes vivere valeant, ideſt terras, & ſylvas ſacri noſtri palatii pertinentes per has fines. A prima fine da ipſu Carnellu, & quomodo ſalit per ipſa Bantra uſque in rivo ſicco, & ſaliente uſque ad Eccleſiam S. Martini, & quomodo pergit per ipſe criſte de monte S. Petri. De ſecunda parte fine Serra de Monte, qui dicitur Ciſino, & quomodo pergit per Serrade monte qui dicitur Aquilone, & vadit ad locum qui dicitur de Pupplo, & quomodo pergit ad lacum Biticuſu, & vadit directum ad Aquam fundatam, & quomodo aſcendit per ipſum montem, qui eſt ſuper caſale, & pervenit ad vadum fluminis qui dicitur rapidu, & pervenit in aquam Mellarini, & quomodo pergit per ipſas criſtas mencium, & pervenit ad terra alba; Inde venit ad Furcam S. Valentini & quomodo aſcendit per criſtas Moncium qui ſunt inter Atine & Vallelucis, & recto tramite pervenit ad Petram ſcriptam, & aſcendit ad Serram Montis, qui dicitur Ordicoſa, & pergit ſuper ipſe Peſclera qui dicitur Falconari, & pervenit ad ipſe finis qui ſunt inter montes, e quibus unus vocatur Spinacius, & alter Procacius, & inde aſcendit ad Criſtas Montis qui vocatur Caira, & pervenit ad ipſo petre ſuper aqua Vivola, & aſcendit ad collem, qui vocatur Gimbiruti de tercia parte quomodo deſcendit per ipſum querquitulum & vadit directum in ipſum foſſatum juxta eccleſiam S. Damaſi, & pergit directum in ſilice ad locum, qui dicitur arcu de Gizzuli, & quomodo vadit ad locum Radeprandi, & inde pergit ad rivum qui vocatur Marocze, & qualiter deſcendit in fluvium, qui dicitur Carnellu, & aſcendente per ipſo fluvio uſque ad aquam, qua dicitur coſa, & ſalit per ipſum Montem qui dicitur S. Donati. De quarta parte fine media Serra de Monte S. Donati, & quomodo deſcendit ſuper ipſi monticelli de Marri, & vadit ad ipſi Peſcli, qui ſunt ad pede de Monte, qui dicitur Balba, & quomodo vadit inde ſuper duos Leones, & inde ſalit ſuper ipſe Serre de caſale, & inde deſcendit ſuper ipſum montem ſuper ipſa Villa de Gareliano, & inde vadit ad ipſum Peſclum, qui nominatur Cripta Imperatoris, uſque in fluvio, qui nominatur Gareliano, & aſcendente per ipſo fluvio uſque ad priores fines. Propterea jam dicti Abbatis peticioni conſencientes hanc Emunitatem conſcribere juſſimus perquam ſpecialiter decernimus, ut nullus quiſlibet de vobis, aut de judiciaria poteſtate amodo, & deinceps in omnibus ſupraſcriptis aliquam contrarietatem aliquando facere quocumque modo preſumat. Et ut hac conceſſio firmior habeatur hac diuturnis temporibus, Deo adjutore, inviolata conſervetur manu propria ſubter eam roborare decrevimus, & anulo noſtro ſigillari juſſimus.*

*Signum*  *Karoli Glorioſiſſimi Regis.*

*Jacob ad vicem Radoni: Data octavo Kalendas Majas año nono decimo, & quartodecimo Regni noſtri Actum civitate Capua in Dei nomine feliciter amen.*

*Actionarii* nomine intelligitur idem, qui *Actor, Agens* vel cui Actio, ſeu Provincia aliqua demandata eſt.

*Vicarii* ſunt ii, quos Imperatores, & Reges Romani, cum ipſi per ſe negotiis regni, & imperii ſufficere non poſſent, ex aulæ ſuæ proceribus conſtituebant, qui vice illorum cognitioni cauſarum præeſſent: & horum quidem munus, cum perſona, quæ eidem præficiebatur exſpirabat. Ejuſmodi fuerunt, quos in Germaniæ principatibus delegare ſolebant Imperatores, qui ſub dignitate *Comitis Palatii* vices Imperatoris agebant, & in iis ſupremo jure cauſas dijudicabant.

*Centenarii* dicuntur ii, qui *Centenis* præerant, judices minores, qui per centenas jus dicebant, & Comiti ſuberant. *Centgraffs* Germanis. Centenariis præerant Comites ipſi, qui in eorum vitam, & mores inquirebant: Lex Langob. lib. 2. tit. 45. §. 22. *Volumus, ut Comites noſtri licentiam habeant Inquiſitionem facere de Vicariis, & Centenariis, qui magis per cupiditatem, quam propter Juſtitiam faciendam ſapiſſime placita tenent, & inde populos nimis afligunt.* Interdum cum iis in rebus majoris momenti dijudicabant, ut eſt in Capitul. Carol. M. lib. 2. cap. 28. Denique ipſis omnino præerant capitula Carlomanni titul. 2. cap. 9. *Comes præcipiat ſuo vicecomiti, ſuiſque Centenariis, ac reliquis miniſtris Republica.* Si bellum ingrueret Centenarii munus erat centenam ſuam, ſeu centenæ ſuæ milites in aciem educere, ut eſt in legibus Wiſigoth. lib. 9. tit. 2. §. 3. Eorum etiam præſertim cura erat, ut diſtrictus latronibus, furibus, aut prædatoribus purgarent, ex capitulis Caroli c. tit. 11. p. 311. edit. Denique in publicis actis nomen Centenarii perinde ac Comitis conſignatum quandoque legimus charta Alamannica Goldaſtino 70. *Regnante D. Hludovvico ſub Pabone Comite, & ſub Hunoldo Centenario Indict.* 5.

*Emunitas*, Hoſtienſi in ſumma eſt, *libertas conceſſa Eccleſiis, vel Eccleſiaſticis perſonis. & rebus aliis ad eam ſpectantibus; & dicitur ab extra, & munia, ideſt officia, vel onera, a quibus eccleſiæ ſunt immunes.* Generatim eſt quodvis privilegium a Principe conceſſum, vi cujus, viri, eccleſiæ ac prædia ſub ejus protectione eſſe intelliguntur; ut probat Du-Cangius, ex quo horum nominum explicationes deſcripſimus.



Digitized by Google

De Emunitate vero hæc ait Hieronymus Bignonius in notis ad Marculfum columm. 877. *Immunitas, & emunitas facili mutatione eo ſeculo vocabatur. Modeſtinus in leg. 15. de excuſatione. Hanc primi chriſtiani Imperatores parcam, & modicam eccleſiis tribuerunt, & initio quidem a civilibus, & perſonalibus muneribus tantum, quod ex lib. 16. Cod. Theod. facile perſpicitur, pleniſſime vero a Regibus noſtris conceſſa eſt, ut merito, dici poſſit ſuo exemplo cæteris Principibus eandem immunitatem eccleſiis concedendi auctores fuiſſe, ejus formulam tradit Marculfus hoc capite* Ut nullus Judex &c. *ejuſdem immunitatis meminit Synodus Aurelianenſis I. cap. 7. &c. ejuſdem Immunitatis eadem pene formula, & conceptione verborum diplomata extant apud Flodoardum Hodoardum hiſtoriarum Rhemenſ. lib. 2. cap. II. Sigonium de regno Italiæ lib. 5. Collectanea Camuratii Trecenſis in eccleſia Miodenſis privilegiis Johannis Piſtorii beneficio editis, & in veteribus cœnobiorum ſcriniis. Emunitatem porro pro immunitate hoc ſæculo, & ſequentibus dictam fuiſſe affirmavit Franciſcus Pithœus.*

In hujus privilegii ſubſcriptione manifeſto Amanuenſis errore pro octavo Kal. Aprilis, octavo Kal. Majas habetur cum tamen in alio ejuſdem Caroli privilegio immediate huic ſubjecto in regeſto Petri legatur: *Quinto Kal. Aprilis Datum Romæ.* Quare ſi Carolus die 28. Martii Romæ verſabatur, quomodo die 25. Aprilis Capuæ eſſe potuit, unde jam a 24. vel 23. Martii diſceſſerat. De hujus certe privilegii fide cum ob aſſertionem Leonis Oſtienſis ſcriptoris integerrimi dubitari non poteſt, tum vero ob confeſſionem etiam Johannis Abbatis, qui in Chronico S. Vincentii in Vulturno apud DuCheſne Script. Franc. pag. 656. hæc ſcribit: *Inde* (Benevento, & Capua) *rediens Imperator Romam Benedicti monaſterium petiit, orationibus ſervorum Dei ſe commendans, plurima ibi dona largitus eſt, & imperiali præcepto quæque poſſiderat confirmavit: &c.* Quod vero omnem hac in re dubium amolitur, eſt; Orta lite anno 1014. Cajetanorum Ducem, Trajectenſiumque Comitem inter, & hoc noſtrum Monaſterium de finibus, quod monachi repeterent terras quaſdam, & ſilvas in confinibus Aquini, & Trajecti, quas tempore Saracenico amiſerant; Uiſum eſt utrique parti ex bono, & æquo eam litem in arbitrium Pandolfi principis Capuanorum, Sergii Neapolitanorum Conſulis, & Ducis, & Pandolfi Archiepiſcopi S. Capuanæ Eccleſiæ, Bernardi Epiſcopi Cajetani, aliorumque judicium, & nobilium virorum committere apud caſtrum Argenteum, quo Arbitri, & partes convenerant quæſitum, ut Monachi docerent quo jure ad ſe pertinerent terræ, Silvæque illæ. Duo præcepta illi producunt alterum iſtud Caroli Magni, alterum Hugonis, & Lotharii Regum Italiæ. Hoc inſtrumentum ſententiæ ab arbitris pro cœnobio Caſſinenſi latæ, in quo plura privilegii hujuſce Caroli verba referuntur adducemus ſæculo XI. Quis itaque in dubium revocaverit, hoc privilegium a pluribus dignitate, rerum gerendarum prudentia, doctrinaque illuſtribus viris examinatum probatumque duobus tantum ab ejus conceſſione ſæculis, quibus facile dilucideque cognoſci potuerat, Verum ne, an ſuppoſititium eſſet? Utinam vero Amanuenſes hujuſce tantum generis errata perpetraſſent, quæ rei Antiquariæ periti ſciunt graviſſima, frequentiſſimaque occurrere.

Neque hoc contenta privilegio pia erga res ſacras Caroli M. ſedulitas, aliud hujuſcemodi pro cœnobio Caſſinenſi edidit, quod extat in laudato regeſto Petri Diaconi numero 108. fol. 47. a t. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni. Carolus gratia Dei rex Francorum, & Langobardorum, ac Patritius Romanorum, Omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Judicibus, Gaſtaldeis, Actionariis, Vicariis Centenariis, vel reliquis fidelibus noſtris præſentibus ſcilicet, & futuris. Maximum regni noſtri in hoc augere credimus munimentum, ſi petitionibus ſacerdotum, atque ſervorum Dei, in quo noſtris auribus fuerint prælata, libenti animo obtemperamus, adque ad effectum perducimus Regiam conſuetudinem exercentes, & hoc nobis ad mercedis augumentum, vel ſtabilitatem regni noſtri in Dei nomine pertinere confidimus. Quapropter noverit ſolertia veſtra, qualiter nos ad petitionem religioſi viri Theuthmari Abbatis ex monaſterio S. confeſſoris Chriſti Benedicti, quod eſt conſtructum in loco, qui dicitur Caſinum caſtrum, ubi ſacratiſſimum corpus ejus humatum eſt, tale beneficium circa ipſum Monaſterium viſi fuimus conceſſiſſe, ut in monaſteriis ſibi legitime ſubiectis, quorum vocabula ſunt monaſterium S. Dei genitricis Mariæ ſemperque Virginis, & S. Petronillæ, quod fundamentum eſt in loco, qui dicitur Plumbarola, ſimulque & monaſterium S. Dei genitricis Mariæ quod poſitum eſt in loco, qui dicitur Cingla. Necnon & monaſterium S. Sophiæ, quod ſitum eſt infra civitatem Beneventanam.* Et poſt multa, ubi quædam monaſteria eccleſiæque deſcribuntur: *Inſuper &c. monaſteriola, vel cellulas, ſive curtes, aut villas, ſeu reliquas poſſeſſiones, quæ ex largitate genitoris noſtri Pipini, ac patrui noſtri Caroli, aliorumque regum, vel reginarum, ducum, ſive principum, aut bonorum hominum, ordine legitimo data, vel delegata ſunt. Seu etiam excuſatos, vel offertos in præfatis monaſteriis juſto tramite jam ſubjecti ſunt, vel qui devote offerre ſe cum ſuis rebus voluerint licenciam juſte, & rationabiliter habere debeant, ſeu undecumque ipſa caſa Dei hoc tempore legibus veſtita eſſe cernitur, vel quod in antea a Deo timentibus hominibus ibidem legitime additum, vel delegatum fuerit. Ut nullus judex ibidem ad cauſas audiendum, vel freda undique exigendum, ſeu mantiones, aut paratas faciendum, vel fidejuſſores tollendum, aut homines ipſius Monaſterii diſtringendum, ſive ullas conſuetudines novas imponendum, nec ullas redhibiciones publicas requirendum, ullo unquam tempore ingredi, nec exactare penitus præſumat. Propterea hanc Emunitatem conſcribere juſſimus, per quam ſpecialiter decernimus ordinandum, ut nullus quislibet de vobis, aut de judiciaria poteſtate amodo, & deinceps in Monaſteria, vel cellulas, ſive curtes, aut villas, nec non & in reliquas univerſas poſſeſſiones ſupræſcriptas, quas hoc tempore habere, vel poſſidere, atque dominari pars ipſius monaſterii dinoſcitur, infra Regna Chriſto propitio noſtra, vel quæ in antea Domino adjuvante, quoque ordine aquirere potuerit: Nemo ibidem, ut diximus ad cauſas audiendum, vel freda undique exigendum, ſeu mantiones, aut paratas faciendum, vel fidejuſſores tollendum, aut homines ipſius monaſterii diſtringendum,*

Aliud conceſſit idem Carolus.

ſive

Digitized by Google

*ſive ullas conſuetudines novas imponendum, nec ullas redhibiciones publicas requirendum omnino quolibet tempore ingredi nec exactare praſumat. Similiter in Dei nomine conceſſimus, & confirmamus, ſi ſicut habet humana fragilitas, ut quandoquidem Abbas ipſius monaſterii de hac luce migraverit, licenciam habeant ſecundum regulam S. Benedicti, qualem meliorem, & digniorem, nobiſque fidelem invenerint, abſque cujuslibet inquietudine, aut contradictione ipſi Fratres inter ſe eligendi Abbatem, & ſub emunitatis nomine, valeant omni tempore Rectores ipſius monaſterii S. Benedicti, tam ipſi, quam & ſucceſſores eorum, quamque & ipſi Fratres, qui ibidem Deo famulari videntur quieti ſecundum ordinem ſanctum vivere, ac reſidere, quatenus eis melius delectet, pro nobis, & uxore noſtra, ac liberis, ſeu cuncto populo noſtro Domini miſericordiam attentius deprecari &c. Et ut hac auctoritas firmior habeatur, ac diuturnis temporibus Domino adjutore inviolata conſervetur, manu propria ſubtus eam roborare decrevimus, & de annulo noſtro ſigillare juſſimus.*



*Signum Karoli glorioſiſſimi Regis. Jacob ad vicem Radoni. Data quinto Kalendas Aprilis anno nonodecimo, & quarto decimo regni noſtri. Actum in urbe Roma in Dei nomine feliciter Amen.*

Difficiliora hujuſce diplomatis verba aptiori infra loco explicabimus, cum de Otthonis II. privilegio.

*Genuinū illud eſt.*

Genuinum hoc diploma eſſe præter allata mox veterum ſcriptorum teſtimonia evincit authoritas Otthonis I. qui illud in privilegio ſuo anno 967. dato diſerte confirmat, quod idem præſtitere Otto II. anno 981. S. Henricus, Conradus, Henricus III. ut ex eorum privilegiis conſtat infra adducendis. Et Petrus Diaconus lib. IV. Chron. Caſſinenſis cap. 109. diſputationem a ſe pro cœnobio Caſſinenſi coram Lothario III. aliiſque Imperii magnatibus inſtitutam narrans, hæc ait: *In praceptis enim magnorum Imperatorum Caroli, Lodovici, Pipini, Carlomanni, Lodovici, Ugonis, Lotharii, Berengarii Alberti, trium Ottonum, quinque Henricorum, ac Conradi ſic invenitur &c. Et hac dicens pracepta ſupradictorum Imperatorum cera, plumbo, aureiſque ſigillis ſignata, qua Caſſinenſi monaſterio fecerant, Imperatori, cateriſque omnibus demonſtravit. Quo viſo Imperator (ſcilicet Lotharius tertius) jam dicta pracepta in imperiali purpura accipiens, deoſculatus eſt, moxque in hac verba prorupit, Magnorum, ſanctorum, Invictiſſimorum, Imperatorum, ac noſtrorum pradeceſſorum iſta eſſe pracepta, demonſtrantibus ſigillis cognovimus.* Hæc etiam verba refert Mabillonius de Re Diplomatica lib. 2. pag. 141.

*Scrupuli diſjiciuntur.*

Neque vero in hoc privilegio ſcrupulum ingerere debet invocatio: *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni*, quæ in omnibus Caroli privilegiis non reperitur, nam ſufficit in aliquibus eam extare, ut videre eſt apud Goldaſtium Tom. II. pag. 4., & 137., & in Chronico S. Vincentii in Vulturno pag. 673., & 677. apud Du-cheſne Tom. III. Hiſtor. Franc., & apud Carolum Cointium in Annal. Eccl. Franc. ann. 774. Ac tandem illud reponi poteſt, quod ait Mabillonius de re Diplomatica pag. 72. de Caroli privilegio loquens, quod in appendice capitularium Balutii tom. II. pag. 1400. extat: *Et ſi inſolita eſt invocatio, & vox Sereniſſimus in inſcriptione, validum tamen eſt iſtud praceptum: Et fortaſſe ſcriba de ſuo invocationem addidit, ut in multis aliis accidit, ſive ex imitatione aliorum, ſeu ex vana interpetratione quorumdam calami ductuum, qui initio veterum diplomatum apponi ſolent*, Et pag. 74. habet: *Que hactenus de variis Caroli M. diplomatum formulis initialibus dixi, non ita decretorio modo aſſumi velim, quaſi ex tripode pronunciata, cum inuſitatas aliquando formulas notarii uſurpare potuerint, qualis & hac Alcuini ſalutatio in epiſtola ſeptima ad Carolum Magnum. Domino excellentiſſimo, & in omni Chriſti honore devotiſſimo Carolo regi Germania Gallia, atque Italia &c. quam inſcriptionem nemo non ſuſpectam haberet, ſi profecta eſſet ab alio auctore, &c.* Accedit, quod idem Mabillonius antea de Carolo M. pag. 72. loquens dixerat: *In ejus diplomatibus tria conſideranda ſunt tempora, Primum ab initio regni Francorum ad regnum Langobardicum ab anno 768. ad 774. excurrente, alterum ab eodem anno ad ann. 800., quo coronatus eſt imperator, tertium inde ad finem vita. Primo illo tempore hanc formulam adhibuit. Carolus gratia Dei rex Francorum Vir inluſter &c. ſecundo intervallo hac formula uſus eſt, Carolus gratia Dei Rex Francorum, & Langobardorum, ac Patricius Romanorum, addendo ſapiſſime Vir Inluſter. Tertio, In nomine Patris, & Filii, & ſpiritus Sancti. Carolus Sereniſſimus Auguſtus a Deo coronatus Magnus, & Pacificus Imperator, Romanorum gubernans Imperium, qui & per miſericordiam Dei Rex Francorum, & Langobardorum, in quibuſdam tamen literis invocatione ſuppreſſa, neſcio an ſcribarum oſcitantia.* Quas aſſertiones plurium Caroli diplomatum teſtimonio probat, pauloque poſt pag. 74. nu. 12. ſcribit: *Neque illud animadverſione indignum, quod in omnibus, qua hactenus viderimus diplomatibus Caroli Magni autographis (vidimus autem permulta) nomen Caroli a littera C. ubique ante initium ab ipſo imperium inchoatur, initio cujuſque diplomatis & in ſubſcriptione, qua monogrammati adſcribitur, at monogramma ipſum littera K. conſtat &c. Item dicendum de nomine Langobardorum, cujus ſecundam litteram per A. conſtanter efferunt autographa, non per O., ut paſſim in editis.* Hoc certe modo noſtra privilegia ſunt exarata. Notanda inſuper Mabillonii verba, quæ pag. 194. nu. 12. habentur: *Venio ad Carolum Magnum, cujus epocha tres leguntur in vetuſtis monumentis. Prima regni Francici, altera regni Langobardorum, ſeu Italici, tertia Imperii. Has tres epochas ſimul conjunxit, ac diſtinxit in diplomatibus ab anno 801. quo renunciatus eſt Imperator in natali Domini pracedente. Duas primas uſurpavit ante initum Imperium: Hujus rei tot probationes ſunt, quot exempla &c.* Atque alia proſequutus notatu digniſſima, ſubdit: *Nam Carolus anno 768. patri ſucceſſit menſe Octobri, Langobardorum regnum obtinuit anno 774.* Neque omittenda quæ pag. 189. nu. 4. ſcribit: *In ſecunda ſtirpe omnia fere diplomata, regia, qua ad*



Digitized by Google

*res eccleſiarum, monaſteriorum, privatarumque perſonarum pertinent, carent annis incarnationis, ſed nonnulla, quæ rem publicam maxime ſpectant, eam annis regum adjunctos habent annos Incarnationis. In his primam invenio Caroli Magni epiſtolam, quæ capitulis ad legem Langobardicam anno* 801. *additis, præfixa eſt, ſub hac initiali formula poſt inſcriptionem: Karolus divino nutu coronatus &c. Anno ab incarnatione domini noſtri Jeſu Chriſti* 801. *indictione nona, anno vero regni noſtri in Francia* 33. *in Italia* 28., *Conſulatus autem noſtri primo, cum in Italiam &c. Ubi Conſulatus annus primus eſt etiam primus Imperii. Incarnationis item annum ſignat idem Carolus anno* 801. *in Teſtamento ſuo, ſeu breviario diviſionis Theſaurorum &c. Idem præſtitit Ludovicus Auguſtus Caroli Magni filius in charta diviſionis Imperii inter filios ſuos &c. Sed hæc in exemplum ſufficiant ad demonſtrandum in rebus, quæ ſtatum regni, aliaſq; graviſſimas reipublicæ cauſas tangunt, annos incarnationis præponi ſolere a regibus Carolingis. In aliis communibus diplomatibus pauciſſima prorſus ſincera invenias annis incarnationis prædita ante Carolum Craſſum &c.* Et infra nu. 5. *De Indictione illud indubitanter cum Papebrochio pronunciare poſſumus, ejus communem uſum in litteris regum noſtrorum &c. cepiſſe ab Imperio Caroli Magni, ideſt ab ineunte anno* 801. Quæ omnia ideo a nobis allata hic ſunt, quo fides privilegiorum noſtrorum conſtaret, in quibus neque indictionis, neque incarnationis epocha adnotatur.

Demum in ſupplemento ad libros de re diplomatica anno 1704. Pariſiis edito de Carolo M. diſſerens pag. 41. ait: *Mortuus eſt Salmantiaci, ut mox dicebam Carolomannus anno* 771., *& quidem pridie nonas Decembris; tuncque germanus ejus Carolus Francorum Monarchiam adeptus eſt. Et poſt tres annos, ideſt anno* 774. *a medio menſe Majo regnum Langobardorum: quo ex tempore duas in ſuis literis epochas adhibuit, nempe regni Francorum a morte Pippini patris, & regni Langobardorum a medio menſe majo prædicti anni: adeo ut prior epocha poſteriorem ſex annis excederet non tamen integris exceptis, ſcilicet quatuor circiter menſibus, quia medio menſe majo ad octavum Kalendas Octobris, quo die Pippinus rex obiit interpoſiti erant.* Verum Eruditiſſimo Viro aſſentiri non poſſumus, dum ait Carolum ſub medietate menſis Maji Langobardicum regnum acquiſiiſſe, nam ut optime advertit Cl. Pagius ad ann. 774. nu. 8. *Regni Langobardici a Carolo initi epochæ duæ diſtinguendæ, & quod Cointius in medium profert, poſteriorem tantum reſpicit. Hanc poſt medium menſem majum initium ſumere demonſtrat etiam Caroli M. præceptum pro Adalrico Saxone emiſſum &c. Certis itaque teſtimoniis liquet Carolum poſteriorem regni ſui Italici epocham poſt diem nonum menſis Maji, ſed ante decimum tertium menſis Junii currentis Chriſti anni inchoaſſe, & Papiam inter utrumque diem ſibi ſubjeciſſe.* Et num. 9. ait *Verum antequam urbem illam, quæ ſedes regia erat, expugnaſſet, jam ſe regem Langobardorum appellabat, ut oſtendit epiſtola* 55. *codicis Carolini, quam ipſemet Cointius nu.* 18. *hoc anno datam eſſe fatetur &c.* Et num. 10. *Quare, cum, teſte Anaſtaſio, Carolus ante captam Papiam diverſas civitates ſubegerit a parte Langobardiæ devicta, ſeſe Regem Italiæ vocare cœpit. Mabillonius* to. 3. *Analect. pag.* 262. *refert præceptum Caroli Auguſti &c. in cujus fine legitur Data in menſe Aprilis nono Kalen. Maji anno ſecundo Chriſto propitio glorioſi imperii noſtri, &* 34. *regni noſtri in Francia, &* 29. *in Italia, ideoque anno Chriſti* 802., *quo annum regni Italici XXIX. die XXIII. menſis Aprilis jam attigerat, qui annum tantum XXVIII. numeraſſet, ſi epocham jam explicatam adhibuiſſet.* Aliiſque duobus exemplis relatis concludit: *Ideoque tribus prioribus* (exemplis) *ſtandum, ac pro certo habendum priorem regni Italici Caroli epocham a die incerto menſis Aprilis, vel etiam a menſe præcedenti proficiſci.* Hanc vero Pagii opinionem egregie confirmat privilegium Caroli cœnobio S. Vincentii conceſſum, cujus epocha hæc eſt, ut habetur in chronico ejus cœnobii pag. 679. *Data nono Kal. Aprilis anno decimo nono, & decimo quarto regni noſtri. Actum Capuæ civitatis noſtræ &c.* Quod privilegium admittit Mabillonius To. II. Annal. pag. 277. Noſtrum vero habet: *Data quinto Kal. Aprilis anno nonodecimo, & quartodecimo regni noſtri Actum in urbe Roma &c.* A menſe itaque Martio jam Carolus Magnus Langobardici regni titulum aſſumpſerat, hincque eo anno quartumdecimum regni Langobardici obibat, qui certe tertius decimus fuiſſet, ſi prima numeratio iniretur. Noſtra hæc privilegia Mabillonius etiam loco citato admittit pro genuinis.

Carolus hoc tempore Romæ verſabatur, ubi cum Hadriano Pontifice ſacrum Paſcha celebravit, quod hoc anno die 8. Aprilis contigit, ut veterum ſcriptorum authoritate probat Pagius ad eum annum nu. 6., & Mabillonius Tom. II. Annal. pag. 278. Vid. Annales Bertiniani apud Ducheſne To. III., Baronius ad eum annum, aliique. Idem vero Mabillonius de Patritii titulo a Carolo Magno aſſumto diſſerens ibidem pag. 73. nu. 9. hæc ſcribit. *Eam Patritii dignitatem Pippino, ejuſque filiis Carolo, & Carolomanno contulerat Stephanus Papa ſecundus, eoque nomine ipſos compellare ſoliti ſunt Romani Pontifices uſque ad Leonem tertium. Sed tamen nullum ex his tribus Pippino ſcilicet ejuſque duobus filiis hoc titulo uſos invenio, niſi Carolum, qui nec ſtatim ab exordio Francici regni ſui, ſed ab inito Langobardorum Principatu Patritium ſe dixit in ſuis litteris, quæ omnes ante id tempus hanc præferunt inſcriptionem: Carolus gratia Dei Rex Francorum vir inluſter, nulla Patriciatus mentione facta. Cujus rei hanc ſubeſſe cauſam exiſtimo, quod honorarius dumtaxat ſine re titulus Pippino, ejuſque filiis primum a Stephano conceſſus eſt; deinde res ipſa Carolo anno* 774. *cum Rex Langobardorum ſalutatus, Præfecturam urbis, & circumjacentium regionum (quæ ipſamet eſt Patritii dignitas, ut Freſnius in Gloſſario recte probat) ab Hadriano accepit. Hinc eſt, quod Gratianus eo anno Patritiatus dignitatem Carolo ab Hadriano conceſſam memorat: Et Hadrianus ipſe in Epiſtola ad Bertherium Viennenſem Epiſcopum, quæ ineunte anno* 775. *ſcripta eſt, data dicitur Kalend. Januar., imperante piiſſimo Auguſto Conſtantino, & a Deo coronato piiſſimo rege Carolo anno primo Patriciatus ejus, &c.* Eadem repetit tom. 2. Annal. pag. 227., & in ſupplemento de re Diplomatica pag. 39. quibus duobus in locis ritum refert, quo Patritii olim ab Imperatoribus creabantur; effigiemque Caroli Patritii habitu orna-

Quænam Patritii dignitas.

orna-

ornatam, ac tandem de ea dignitate loquens addit: *Quam dignitatem tanti fecit Carolus, ut eam tametſi perpetua eſſet, ſibi a Leone tertio confirmare petierit per Angilbertum Abbatem, ſuamque viciſſim filii ac defenſoris fidem illi ſpoponderit.*

Abſoluta Juriſdictio hoc Privilegio Caſſinatibus conceſſa.

Obſervanda hæc privilegii noſtri Carolini verba: *Propterea hanc Emmunitatem conſcribere juſſimus, per quam ſpecialiter decernimus ordinandum, ut nullus quislibet de vobis, aut de Judiciaria poteſtate amodo, & deinceps in Monaſteria, vel cellulas, ſive curtes, aut villas, nec non & in reliquas univerſas poſſeſſiones ſuprascriptas, quas hoc tempore habere, vel poſſidere, atque dominari pars ipſius Monaſterii dinoſcitur infra regna Chriſto propitio noſtra, vel quæ in antea, Domino adjuvante, quoquo ordine aquirere potuerit nemo ibidem, ut diximus, ad cauſas audiendum, vel freda undique exigendum, ſeu mantiones, aut paratas faciendum, vel fidejuſſores tollendum, aut homines ipſius Monaſterii diſtringendum, ſive ullas conſuetudines novas imponendum, nec ullas redhibiciones publicas requirendum omnino quolibet tempore ingredi, nec exhactare præſumat.* Quid ſibi velint hæc verba, infra explicabimus. Cæterum inde patet Juriſdictionem in ſuos ſubditos, cellas, curteſque penes ſolum Caſſinenſe cœnobium fuiſſe, cum nullam vigore hujuſce privilegii regii judices, aliique magiſtratus exercere poſſent. Quare ne temere dicamus a nullo prorſus cauſas civiles, criminaleſque ſubditorum cœnobii Caſſinenſis fuiſſe judicatas, illas certe per judices a cœnobio noſtro ſtatutos decidi neceſſe erat.

Grimoaldus Princeps plura, elargitur.

Majus in dies ſtudium Supremorum principum ad cœnobium Caſſinenſe ditandum poſt præclara hæc Giſulfi, & Caroli M. exempla apparuit, nam Grimoaldus Beneventi princeps inter res alias Theodemari tempore qui ab anno 778. ad 797. Abbas fuit, Caſſinatibus dono datas, teſte Leone Oſtienſi lib. I. capite 14. conceſſit: *Univerſa Dominicalia ſua cum ſervis, & ancillis in eodem territorio Gentiana &c. Portum quoque Trajectenſem, & Vulturnenſem &c.* Plura ſimiliter donavit Hildebrandus Dux Spoletanus, quæ inter: *Curtem quingentorum ſimul modiorum, & familias multas cum omnibus ſubſtantiis earum, necnon & aliquot piſcatores in Lacu Fucino cum portu, ipſius lacus vocabulo ad Reſtina &c.* Et Vacco nobilis Beneventanus Gaſtaldeus plures curtes, ſeu caſalia monaſterio Caſſinenſi obtulit, quibus enumeratis Leo ſubdit: *Servos autem ſuos, & ancillas omnes libertate donavit ſub dicione tamen, & tutela Monaſterii hujus.* Eaſdem haſce donationes refert etiam Mabillonius To. II. Annal. pag. 293.

Hildebrandus Dux Spoletinus.

Et Vacco Beneventanus.

Grimoaldi Diploma.

Laudatæ Grimoaldi donationes extant in regeſto Petri Diaconi nu. 183. fol. 82. Hildebrandi vero 177., & 178. nu. 80. & ſeqq. Prima ita ſe habet: *In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Nos Grimualdus piiſſimus, atque excellentiſſimus princeps gentis Langobardorum motus Dei omnipotentis miſericordia, & pro redempcione anima mea, ſeu pro ſalvacione gentis noſtræ, & patriæ concedimus in monaſteria beati Benedicti, quod ſitum eſt in caſtro Caſino Gualdum ſacri palatii noſtri, quod ſitum eſt in territorio Gentiana, ſuper id videlicet, quod pia memoria pater meus Arichis antea beato Benedicto optulerat, nec non Giſulfus ſummus Princeps gentis Langobardorum per ſuum preceptum Petronaci Abbati conceſſerat, una cum omnibus Domnicaliis, & totum territorium Genciana cum ſervis, & ancillis Sacratiſſimo noſtro palatio pertinentibus, & cellam S. Agapiti, portum quoque Trajectenſem, & Vulturnenſem, nec non & totam Piſcariam de civitate Leſina, una cum ipſa fauce ſua cum omnibus pertinentiis earumdem curtium ad faciendum omnia quæ venerabili Theodemario Abbati, ejuſque ſucceſſoribus placuerit, ad utilitatem, & ſuſtentationem Monachorum in perpetuum. Et hoc noſtra glorioſa poteſtas firmavit, ut ſupradictæ res ſint ſub jure monaſterii beati Benedicti, & ejuſdem Abbatis, qui eſſe videtur in caſtro Caſino, ubi ſacratiſſimum corpus ejus requieſcit. Et nullus quiſpiam epiſcopus, aut quilibet Sacerdos, aut judex præſumant ibidem aliquam ordinacionem facere, niſi quem Abbas beati Benedicti ordinaverit, aut diſpoſuerit de omnibus rebus ſtabilem, atque roboratum permaneat. Quos * vero præceptum firmitatis ex juſſione ſuprascripta poteſtatis ſcripſi ego Lupoald notarius. Actum Beneventi in ſacratiſſimo palatio in anno primo menſe Septembris feliciter.* Grimoaldus prope finem anni 788. princeps Beventanus, eſt inauguratus. Vid. Pagi eo anno a nu. 1. ad totum 3. Hic itaque princeps juriſdictionem Caſſinatium ampliavit, ſi pro portu Trajectenſi illud venit, quod hactenus cœnobium Caſſinenſe poſſidet Scauli dictum in territorio Trajectenſi, in eoque vectigal exigit, quod Ancheragium, & Falangagium dici ſolet. Gualdum eſt nemus, ſeu Silva, *Cella* ſequioribus ſæculis uſurpabatur pro monachorum domicilio, ſeu pro ipſo monaſterio: Crebro etiam pro monaſteriolis, ſeu, ut olim vocabant, Abbatiolis, vel Obedientiis, quæ majoribus ſuberant. Nam ut ait Ducangius, *vel ut vitam ſolitariam quodammodo in iis agerent deſtinati Monachi; Unde Bonifacius VIII. c. 3. de verbor ſignificationibus *Cellas ejuſmodi loca ſecreta, & ſolitaria interpretatur, quæ ab hominum ſeparata convictu ſunt ad contemplandum, & Deo vacandum ſpecialiter deputata. Vel denique cella ſubinde ædificata propter nimium monachorum numerum, ut ex Monaſteriis eo mitterentur Monachi, aliiſque identidem pulſantibus locum darent. Ardo Monach. in Vit. S. Benedicti Abbat. Anianenſis; Et quia cætera loca eos capere non quibant, conſtituit locis congruis cellas, quibus præfectis magiſtris, poſuit. Fratres. Iiſdem enim in locis extructa etiam oratoria, quibus deſerviendis deſtinatus certus Monachorum numerus, qui a primario Monaſterio dependebat. Cellæ cœnobiales in præcepto Lud. Pii apud V. Cl. Steph. Baluzium in Append. ad capit. nu. 58. &c. Quippe in Agathenſi concilio can. 58. Epaon. c. 10. Venetico c. 8. Aurelianus I. cap. 22. cellæ novæ, aut congregatiunculæ Monachorum, abſque epiſcopi conſenſu prohibentur inſtitui. Concil. Aquiſgranen. ann. 817., & Additio Prima ad capit. Ludov. Imperat. cap. 44. Ut Abbatibus liceat habere cellas, in quibus aut monachi ſint, aut Canonici, & Abbas provideat; Ne minus de monachis ibi habitare permittat, quam ſex &c. Hac notione cellam, & cellulam uſurpant Lupus Ferrar. Epiſt. XI. Udalricus lib. 3. conſuetudinum Cluniacenſium cap. 30. 31. Ivo Carnot. Epiſt. 269. Acta Murenſia pag. 15. 37. &c. Egerunt præterea copioſe de ejuſmodi*

* L. Quod.

*Cellis Monachicis Brawerus lib.* 1. *Antiqu. Fuld. cap.* 7., *& Haſten. Lib.* 12. *Diſqu. Monaſtic. Diſquiſit.* 1. Angelus de Nuce in actis ad vitam S. Benedicti nu. 68. 101., 136., 224., 326., 328. Gregorium Magnum Cellæ nomine Monaſterium ſæpe numero intellexiſſe oſtendit, quod idem eo nomine ſignificari ſentiunt Mabillonius ann. Bened. t. p. fol. 60. 71. 114. 125. 219. 223. 259. & alibi, & Ugo Menardus in notis ad concordiam regularum. In notis vero ad caput quartum lib. 1. Caſſinenſis Chronici demonſtrat Nuceus per cellam Monaſterium inferius denotari, & principali ſubjectum. *Piſcaria*, ut omnes ſciunt, locus eſt, in quo piſcatur, Italis *Peſchiera*.

Donatio Hildebrandi hæc eſt: *In nomine Domini Dei Salvatoris Jeſu Chriſti, regnante domino noſtro Karolo viro eccellentiſſimo rex Francorum, atque Langobardorum, anno regni ejus in Italia, Deo propiciante nono. Ego in Chriſti Omnipotentis nomine Hildeprand. glorioſus, & ſummus Dux Ducatus Spoletini pro mercede piiſſimi dominorum noſtrorum regum, iterum, & pro noſtra donamus, atque in eterna traditione concedimus in monaſterio S. Benedicti, quod ſitum eſt in locum, qui dicitur Caſinum territorio Beneventano, vel tibi viro venerabili Theodemari Abba, & ad cunctas congregationes hujus monaſterii, ideſt in primis curtem in territorio civitatis noſtra pennenſe, loco qui dicitur Caſtriniano, cum omnia, & in omnibus quicquid ad jam dicta curte pertinere videtur, cum caſas colonicas, ſervos, vel ancillas, vineas, & terras, ſilbis, & paſcuis, & omnia in omnibus qualiter juſto ordine ad publicum pertinuit in integro, ſimul & concedimus in pradicto cœnobio olivas in Trento, locus, qui dicitur tri. talias ſeptuaginta, ita & concedimus in pradicto cœnobio in finibus noſtra Marſorum ex curte noſtra, qua dicitur Paternu Bicenda de terra aratoria, qua poſita eſt in Prato Gutti, quod ſunt modiorum quadrigentorum in integrum, nec non & alia terra modiorum centum, qua eſſe videtur non longe a caſa Fuſſoni, ubi ante hos annos vinea fuit, & ipſa vinea Sinualdus epiſcopus ſuccidere fecit qualiter ad poteſtatem noſtram palatii pertinet. Similiter, & concedimus ipſius egregii cœnobii caſas numero ſeptem in pradicto territorio Marſicano, loco qui valle appellatur, quas fuere Agemundi, & per ſua infidelitate eas perdidit, quas caſas reguntur per Teodemundum Ancoaldo, Burra, Teudulo, Aderis, & Gardulo, una cum uxoribus, & fratres nepotibus, ſeu omnibus familia ſua, quin ipſe ſeptem caſa per unamquemque communiter poſt unum focum reſidere videtur, & cum terris, & vineis cultum, vel incultum omnia quantum ad manu ſua juſto tenere viſi ſunt in integrum, & qualiter ad curtem noſtram publicam fuere poſſeſſi. Quin & etiam concedimus inibi in finibus civitatis noſtra Reatina in locum, qui dicitur Cumulum, caſas duas qua reguntur per Bonoaldum, & Majerinolum, cum uxoribus, & filiis, & filiabus ſuis, qui communiter cum ipſis ſuis parentibus in ipſa dua caſa per unumquemque poſt unum focum reſidere videntur, & cum terra, & vineas portiones eorum in integrum, quantum ad manu ſua juſto ordine tenere viſi ſunt. Item & concedimus filii Barancioli piſcatori ideſt Anſcanſu, & Fuſcari cum nepotibus ſuis, qui inſimul poſt unum Focum reſidere videntur, una cum caſa terra vineas, quantum ad manum ſuam tenere viſi ſunt juſto ordine in integro, & cum Porto ad Reſtina, qualiter a bona memoria Sinualdo epiſcopo fuere poſſeſſi. Item & concedimus atque concambiamus in ipſo Sancto prafato monaſterio Gualdum noſtrum quod nuncupatur Cuſani ideſt de capu de de lama, uſque in ſumma Serra de Cuſa de alia parte uſque in exercitali, qualiter ipſu Gualdu Sinualdus epiſcopus in integro, unde & pro ipſum Gualdum recepimus ad partem noſtram publicam in cambio Gualdu, quod dicitur Jarauu, quem nos ipſi jam antea in ipſo Monaſterio donavimus, quatinus ab hac die firmum, & ſtabile ſit in ipſo Sancto Monaſterio donum noſtrum, & a nullo Gaſtaldeo, vel Actore noſtro de ipſo Sancto Monaſterio, vel tibi ſuprascripto Abbati, ſeu poſteriſque veſtro aliquando contradicatur donum noſtrum. Ex juſſione ſupraſcripta poteſtati ſcripſi ego Teudeupus notarius. Data juſſio Spoleti in palatio anno Ducatui noſtro in Dei nomine nono, menſe Aprilis per indictione quinta, Subgubernat. & Hilpidio Gaſtaldio, ſeu Luponem Actionario noſtro feliciter.* Leſina civitas eſt provinciæ Capitanatæ atque Hildebrandus Dux Spoletanus evaſit anno 774. ut conſtat ex indice Ducum Spoletanorum a Mabillonio edito Tom. 1. Muſei Italici pag. 63. & ſeqq.

*Curtis*. Scriptoribus ſequioris ævi eſt villa, ſeu habitatio ruſtica ædificiis, colonis, ſervis, agris, perſonis &c. ad rem agreſtem neceſſariis; vel eſt manſio, ſeu Manerium ad inhabitandum, cum terris, poſſeſſionibus, & aliis emolumentis ad tale manerium pertinentibus; ut ait Ducangius.

*Focus* eſt Familia, & domus.

*Concambiare*. Eſt rem permutare; apud Italos *cambiare*.

*Actor* eſt qui res Domini agit, & ejus poſſeſſionibus, atque utilitatibus invigilat, teſte eodem Du-Cangio.

Haud vero prima donatione contentus Grimoaldus inſuper Abbate Giſulfo, qui ex nobiliſſima dynaſtarum Beneventi gente ortus ab anno 797. ad 817. cœnobio Caſſinenſi præfuit. *Precepta ſua firmavit*, verba ſunt Leonis Oſtien. cap. 18. *Omnes fœminas liberas qua ſervis hujus monaſterii fuerant copulata a tempore primi Giſulfi* (dicitur, a Leone primus, quia primus omnium Beneventi Principum largiflua illa ſua donatione Caſſinenſe monaſterium dicavit, ergo a tempore Giſulfi primi, hoc eſt primi donatoris, ut optime explicat Angelus de Nuce in notis ad illud caput) *uſque ad eam diem, cum filiis, & filiabus univerſis eorum. Alio quoque precepto conceſſit in hoc loco Monaſterium S. Maria in Banze, quod ſitum eſt in finibus Acerentia cum ſervis, & Ancillis, atque colonis, & in omnibus ex integro poſſeſſionibus, &c.* Hoc Grimoaldi præceptum extat in Regeſto Petri Diaconi nu. 181. fol. 82. atque incipit: *In nomine domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Domnus vir glorioſiſſimus Grimoald Dei providentia Langobardorum gentis Princeps, motus Dei omnipotentis miſericordia, & pro redemptione anima noſtra per poſtulationem Lanpimari Pubis noſtri concedimus in monaſterio beati Benedicti, quod ſitum eſt in caſtro Caſino, ubi vir reverendiſſimus Giſolphus Abbas preeſſe videtur, omnes ſervos, qui fuerunt ipſius Monaſterii cum uxoribus ſuis, qua fuerunt libera, cum filiis, filiabus ſuis,*

Alia Grimoaldi conceſſio.

Hiſce diplomatibus.

tam

Digitized by Google

*Am qua tempore domni Giſulfi, quam & domni Luiprandi, vel domni ſancta, ac dulcis memoria genitoris noſtri, & noſtro feliciſſimo tempore ſunt, aut fuerint copulati, & legibus noſtra poteſtati tenuerunt, aut tenuerint in eam videlicet rationem, ut amodo, & deinceps per hoc noſtrum roberetur praceptum, tam vos reverentiſſime Giſolfe Abba, quam & poſteros veſtri, qui in eundem ſacrum prafuerint cœnobium omnes illos ſervos cum ipſis uxoribus, & cum filiis, filiabus ſuis, qualiter ſuperius legitur, habere, & poſſidere valeatis, & a nullo, ex noſtris judicibus, ideſt Comitibus, Gaſtaldis, vel a quibuſcumque gentibus habeatis aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus habere, & poſſidere valeatis, quod vero praceptum conceſſimus ex juſſione noſtra poteſtatis. Scripſi ego Beñ. Notarius: Actum Beneventi in ſacratiſſimo palatio nono anno, menſe ſecundo, quinta indictione, feliciter.* Sphalmata in præceptis a nobis relatis, referendiſque, ut in membranis extant exſcripſimus, quo venerandæ antiquitatis, eſto barbaræ amatoribus fidem, diligentiamque noſtram commendaremus.

Inter Langobardicas leges lib. II. tit. 12. l. 2. hæc ſanxit rex Rotharis: *Si Aldia, aut libera in caſa aliena ad maritum intraverit, & ſervum ad maritum tulerit, libertatem ſuam amittat.* Poſtea Luitprandus tales conjuges palatio poſt annum adjudicandos ſancivit eodem lib. 2. tit. 9. lib. 3. Utraque de cauſa fœminas liberas &c. Grimoaldus legitime monaſterio tradidit, ut bene notat Nuceus in cap. 18.

Aliud privilegium extat quoque in regeſto Petri Diaconi num. 182. eod. fol. quod ita ſe habet: *In nomine Domini Dei Salvatoris Jeſu Chriſti, Nos Grimoaldus piiſſimus, atque Excellentiſſimus princeps gentis Langobardorum, motus Dei omnipotentis miſericordia, & pro redemptione anima mea, ſeu pro ſalvacione gentis noſtra, & patria concedimus in monaſterio beati Benedicti quod ſitum eſt in caſtro Caſino, ipſum monaſterium S. Maria quod dicitur in Banze, quod edificatum eſt in finibus Acerentina cum ſervis, & Ancillis, & omnem hereditatem ipſius Monaſterii pertinentes, ad faciendum omnia, que Abbatibus S. Benedicti placuerit, & hoc noſtra glorioſa poteſtate firmavimus, ut ipſum monaſterium ſit ſub jure monaſterii B. Benedicti, & ejuſdem Abbatis, qui eſſe videtur in caſtro Caſino, ubi ſacratiſſimum corpus ejus requieſcit, & nullus quiſpiam epiſcopus, aut quilibet Sacerdos, aut judex ibidem aliquem preſumat ordinare, niſi quem Abbas ejuſdem beati Benedicti ordinaverit, aut diſpoſuerit de omnibus rebus monaſterii ſtabilem, atque roboratum permaneat. Quod vero praceptum firmitatis ex juſſione ſupraſcripta poteſtatis ſcripſi. Ego Lupoald. notarius. Actum Beneventi in feliciſſimo palacio in anno decimo feliciter.* De hoc monaſterio egimus. Omneſque haſce Grimoaldi donationes refert Mabillonius Annal. tom. II. pag. 193., & Ciarlanti in memor. Hiſtor. Samnii lib. 3. pag. 215.

Ut magis, magiſque pietatem ſuam, religionemque commendaret Vacco laudatus, obtulit eccleſiæ S. Benedicti a ſe intra Urbem Beneventanam ædificatam plura caſalia, aliaque bona, *cum ſervis, & ancillis, olivetum in Ariano molendina ſua in fluvio ſabbato, quinque pueros clericos cum ſervis quamplurimis preter multos alios, quos liberos dimiſit, eo tamen tenore, ut ſemper ſub dicione pradicti monaſterii manerent.* Obtulit quoque eccleſiæ S. Benedicti, quæ ſita eſt in Liburia loco caſa Gentiana, inter alia *duodecim familias*, (ut ait Leo Oſtienſis cap. 18. *ſervorum, cum omnibus ex integro illorum pertinentiis &c. alios etiam ſervos, & ancillas ſuas in predicta caſa Gentiana habitantes cum univerſis omnino rebus illorum. Hac autem omnia ex integro ſimul cum predictis eccleſiis obtulit in hoc beati Benedicti cœnobio &c.*

Hæ Vacconis donationes extant in regeſto Petri Diaconi nu. 179. fol. 81. & 180. fol. 81. a t. prima Aliæ Vacconis donationes. que ſic incipit. *In nomine Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti temporibus Domini noſtri viri glorioſiſſimi Grimoaldi ſummi principis. Deo propicius, Langobardorum gentis, nono anno Principatus ejus, menſe Januario indictione quinta. En Ego Guacco Gaſtaldeus filius bona memoria Tatonis conſideravi illa agere, pro quibus omnipotentem Dominum habeam protectorem. Ideoque ſanus, ſanaque mente, voluntarie mea optuli in Eccleſia mea beati Benedicti, quam ego infra civitatem Beneventanam adificavi. In primis caſa, cui ipſa eccleſia conjuncta eſt, tam ſuper, quam & ſubpter, ſeu & caſale, a Traſenda, caſalem in Summo, & caſalem meum in ſeptimo, & caſalem, ad S. Angelum in Pocte, & hareditatem meam, quam habeo in Salerno, caſalem meum in Caudi, caſalem meum in Forcle, caſalem meum a S. Januario in integrum cum ſervis, & ancillis, quam & Olibeto in Ariano, Bario quantum mihi in portione ac dominacione evenit, & de quantum a Mitolino biſavio meo ibi habeo, vel comparatum, vel donatum, vel cambiatum ibi habeo in integrum, & terra mea majore ad hortum faciendum media, & molina mea, que edificata ſunt in fluvio ſabbato, & pueros quinque clericos ad officium faciendum, & omnes ſervos meos qui mihi in fuga vacati ſunt in ipſa eccleſia offerui, & ſi vicaria de foras tollere debuero ſimili modo ibique offerui, ut exinde cuſtos queſierit ipſius pranominata eccleſie vicarias tollat, pecora centum, baccas decem, jumentas decem, ſcrofas decem, dum ego qui ſupra Guacco advixero cuncta in mea ſit poteſtate faciendum quod voluero. Et cuncta qua ſuperius legitur tam Eccleſia, quam & res ſupraſcripta volo, ut poſt obitum meum ſit in ordinatione Monaſterii S. Benedicti ſito in Caſino, ubi nunc Deo annuente, Giſulfus reddet officium, ſic tamen ſi parte Palacii, aut quiſpiam homo, aut parentibus meis taciti permanſerint, & ipſa eccleſia aut res de ordinatione monaſterii S. Benedicti tollere non quaſierint cuncta res, quas ſuper legitur, habeat ipſa mea eccleſia, quam edificavi, tantummodo ſi parte palatii, aut quiſquam homo ipſa eccleſia mea ad ſuam defentionem habere voluerit quicquid dictum eſt, & in ipſa dedi eccleſia, qua ſupra leguntur in integrum deveniat S. Benedicti Monaſterio. Iterum caſa mea, ubi Ego reſedeo intra civitate Beneventana cum curte, & quoquina, volo, ut ſit pradicti monaſterii S. Benedicti, ut Abbas & Monachi ipſius monaſterii in ea habeant refectionem, ſic tamen dum ego Guacco advixero in mea ſit poteſtate quavis magis voluero tranſmutare nominata res, qua ſuprascripta eſt, & quod in judicatum reliquero in prafato monaſterio S. Benedicti deveniat poſt meo diſſeſſu, quas & pro meis facinoribus diſponere volo. Caſa mea nova erga platea, que poſita eſt erga Sancta*

cta

Digitized by Google

*cta Arthellais cum curte, & caſa, quam da Aodemari emptas habeo cum Terra vaciba, & ibi ſubdidi caſalem meum ſub Apice, & Toroniano erga fluvio Arbi de quantum in ipſo loco habeo excepto ſervis cum ciſptibus ſuis, quos pro anima mea liberi dimiſi, ſeu & caſalem meum in Autiano, & Ceppaluni, ſeu & campu Nepetarū, de quantu ibi habere viſus ſum excepto ſervis, & ancillis cum ciſpite ſuo, quos liberos abſolſi. Et media terra ad hortum faciendum quam & caſale in cruſta cum oliveta, quod de mea habeo parentela, excepto ſervos, & ancillas meas, quos liberi dimiſi cum ciſpite ſuo, pecora centum, baccas decem, ſcrofas decem, eo tinore, dum Taſia uxor mea vixerit, in ejus ſit ordinatione, & poteſtate. Poſt obitum Taſiæ deveniat in poteſtate, & ordinatione nominati Sancti Benedicti ſito Caſino. De ſervis vero & ancillis, quos liberi dimiſimus, ita volo, ut ſi unus ex ipſis, vel qui de ipſis procreati fuerint pro quocumque capitulo mortui fuerint, pater ſuccedat filio, & filii vel filia ſuccedant patri, ſicut uterinus frater fratri ſuo in omne facultate ſuccedantur. Quod ſi filios, vel filias, aut fratres reliquerit, ſuccedat parente, ſi parente non fuerit, ſuccedat ei colibertus, ſi colibertus non fuerit, ſuccedat monaſterio. Si de ipſa Liberta qua fœmina ſunt ſervis tulerim ipſe monaſterium exinde tollat Vicariam, & ſi ſine filios, vel filias quilibet ex ipſis libertis mortuus fuerit, ipſe monaſterium ſuccedat in ejus facultas, ſi quolibet parente non habuerit, & nolamus, ut amplius habeat condicione niſi pro ſola libertate ad ipſum monaſterium ad ipſam curtem det per annum opera una, ſive ad manus, ſive cum boves, ſicut patroni Aldiis ſuis exquirere juſtitiam, volo, ut inter ſe ipſi liberi ſuccedant ad alios homines, ipſi liberi non vendant niſi inter ſe ipſi liberti, & ſi ad alios homines vendiderint ipſi monaſterio deveniat poteſtate, quod vendiderit. Et ſi ad partem ipſius monaſteri vendere voluerit, juſtum ab eis recipiat pretium per ipſi monachi. Et cuſtos ſi emere noluerit vendant ſine calunnias cui voluerit, ſicut in eorum libertate adfiximus, volo ut ſic maneat, & dum Ego advixero omnia in mea ſit poteſtate faciendum quod voluero de ſupraſcripta res. Unde ego qui ſupraſcriptus Guacco, te Traſari notarius rogavi, ut ſcriberes. Actum Benevento feliciter. Ego qui ſupraſcriptus Gvacco in hac cartula a me facta manibus meis ſubſcripſi. Ego Hieronimus Diaconus filius Majonis me teſte ſubſcripſi, Ego Guarnefrith filius Guilefuſi me teſte ſubſcripſi, Ego Aufris notarius rogatus a ſupraſcripto me teſte ſubſcripſi. Ego Theodoſio rogatus a ſupraſcripto me teſte ſubſcripſi. Ego Hildeprandus filius Anſfrith teſte ſubſcripſi. Ego Leo filius Traſemundi teſte ſubſcripſi. Ego Teupu filius Traſemundi teſte ſubſcripſi. Ego Redoaldus filius Alloni teſte ſubſcripſi. Ego Guileſrit filius Godefrit me teſte ſubſcripſi. Ego Aleriſſi filius Alderiſſi teſte ſubſcripſi. Ego Lupus filius Radolfi me teſte ſubſcripſi. Ego Johannes filius Biſoni me teſte ſubſcripſi. Ego Malo filius Arefuſi me teſte ſubſcripſi. Ego Trudepertus filius Trudepaldi, me teſte ſubſcripſi. Ego Madelmo vidi, & ſubſcripſi, Ego Sico vidi, & ſubſcripſi. Ego Atelbertus Gaſtaldio vidi, & ſubſcripſi. Ego Agelmundus vidi, & ſubſcripſi. Ego Magelpoto vidi, & ſubſcripſi. Ego Traſemundus vidi, & ſubſcripſi. Ego Opilo vidi, & ſubſcripſi. Ego Lupus vidi, & ſubſcripſi.*

*Terra Vasiba* eſt terra otioſa, & inculta. In hac donatione plura Italica verba leguntur, puta *vaccas, jumentas, ſcrofas &c.*

Altera Vacconis donatio hæc eſt. *In nomine Domini Dei noſtri Salvatoris Jeſu Chriſti; temporibus Domini noſtri viri glorioſiſſimi Grimoaldi ſummi principis Dei providentia Langobardorum gentis nono anno, principatus ejus menſe Januario quinta indictione. Et ego Guacco filius qu. bona memoria Tetoni conſideravi illa agere quod omnipotentem Domnum habeam protectorem. Ideoque ſanus, ſanaque mente voluntaria mea optuli in eccleſia mea B. Benedicti, quam ego infra civitatem Beneventana edificavi. In primis omnes curtes quas in alia cartula optuli beato Benedicto Montis Caſini, & hoc quod nunc offero videlicet caſalem in autiano, & Ceppaluni, nec non & alia caſa mea, ubi ego reſedo in civitate Beneventana cum curte, & Coquina, & alia caſa mea nova, quæ poſita eſt erga ſancta Arthellais cum curte, & caſa, quas dato de Marie habet, & ibi ſubdidi caſalem meum in Apice & Toroniano erga fluvio arbi, & campum meum Nepetarum exceptis ſervis, & ancillis cum ceſpitibus ſuis, quos liberos abſolvi. Quam & pro meis facinoribus diſponere volo in eccleſia mea vocabulo S. Benedicti, quæ ſita eſt in Liburiæ loco, qui dicitur caſa geneiana. Ideo in eadem eccleſia offerui ſervos, & ancillas meas, cum filiis, & nuris, & nepotibus ſuis, qui ſunt commanentes de eodem loco cum Fundora, & terris, ſeu ceſpitibus eorum, & campum meum de Porcari, & pratum meum, qui nominatur Porcile, ſimulque & offerui in eadem eccleſia S. Benedicti de nominato loco caſa Genciana ſervos, & ancillas meas, qui ſunt commanentes in Vico qui dicitur Baluſanu, finibus Liburiæ ideſt lunione, & Bonione, & Formoſanu, Lupu, delicioſu, Paulu, Auguſtinu, Urſinu, Bitalianu, Traſipertu, Delicioſu qui nominatur latro, & Liopertus cum uxoribus, & filiis, & nuribus, & nepotibus ſuis, & cum fundora, ſeu ceſpitibus, & terris ipſorum. Ita volo, ut dum ego, qui ſupraſcriptus Guacco advixero cuncta, quæ ſuperius legitur, tam eccleſia quam ſupradictis rebus mea ſint poteſtatis Vita mea. Poſt meum diſceſſum deveniant medietatem de omnia ſupradicta Taſia uxori meæ fructuario nomine, & ubi Taſia uxor mea obierit, integra jam dicta eccleſia cum omnibus jamdictis rebus, & præceptora cum ſcripcionibus meis, quæ ſunt pertinentes, & continentes rebus ipſis, quæ ſuperius diſpoſui, & judicavi revertar in poteſtate eccleſiæ S. Benedicti ſitus in Monte caſtro Caſino, ubi nunc, Deo annuente, reddet officium dñus Giſulfus Abbas ad habendum, & poſſidendum, & pars ipſius monaſterii faciendum omnia quæcumque voluerit. Unde ego qui ſupra Guacco obbligavi heredibus meis quicumque in hereditacione mea ſuccedere voluerit, ſi hanc cartulam meam offerſionis in quacumque parte dirrumpere, vel evacuare queſierit & non permiſerit, ſtabile permanere hanc meam offerſionem, atque Judicationem, ſicut ſupra diſpoſui, & judicavi mille ſolidos Beneventanos componere obligamus ad partem ſupradicti monaſterii vel Abbatibus, ſeu cuſtodibus, atque rectoribus ejuſdem monaſterii. Et hæc cartula offerſionis, atque judicationis ſtabile permaneat. Unde ego qui ſupra Guacco propter remedium anima mea fecit, & te Urſus notarius taliter ſcribere rogavi. Actu Beneventu feliciter. Ego qui ſupra Wacco me ſubſcripſi manibus meis. Ego Sico vidi & me ſubſcripſi.*

Ego

*Ego Otelpertus Gaſtal vidi, & me ſubſcripſi. Ego Magelpoto vidi & me ſubſcripſi. Ego Oſtilo vidi, & me ſubſcripſi. Ego Agelmundus vidi, & me ſubſcripſi. Ego Tranſamundus vidi, me ſubſcripſi. Ego Lupus vidi, & me ſubſcripſi. Ego Majo notarius teſtis ſum. Ego Petrus notarius teſte ſum.*

*Fundora*. Significat Fundos.

*Præceptura* diplomata, ſeu chartas ſignificat.

Donatio Colonis. Leo Oſtienſis laudato capite meminit etiam donationis a Colone factæ monaſterio Caſſinenſi, quam ex regeſto Petri Diaconi nu. 184. fol. 82. a ter. hic exſcribimus. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Temporibus domini noſtri viri glorioſi ſummi, & magni principis Grimoaldi Langobardorum gentis anno tercio principatus ejus menſe Septembris Ideoque Ego Colo qui ſum habitator in territorio Caleciano offero pro redempcione anima mea in eccleſia S. Martini, qua eſt cella S. Benedicti in caſtro Caſino, ubi domnus Giſulfus Abbas regimen tenere videtur juxta fluvium Vulturnum eidem eccleſia B. Martini integram curtem meam in loco, qui Adicianus dicitur, cum omnibus ad eam pertinentibus rebus, tam in monte, quam in plano, & eccleſiam Sancti Secundini cum terris, aquis, molendinis, ſervis, & ancillis, & aliis rebus, & facultatibus mihi pertinentibus in eadem eccleſia optuli ad opus B. Benedicti de Monte Caſino, nullamque rem de ſupraſcriptis rebus mihi reſervavi, & obligo me, & meos heredes, vel aliqua perſona aliquam moleſtiam, ſeu inquiſicionem eidem monaſterio facere preſumat. Et ut hac cartula offercioni continet firma in perpetuum maneat. Quam enim cartulam offercioni rogatus a ſupraſcripto Colo ſcripſi, ego Urſo notarius. Actu Aliſas in menſe Septembris feliciter. Signum manu Colonis, qui hanc cartulam fieri rogavit. Ego Prandulu filiu Aduni me teſte ſubſcripſi: Ego Ardo me teſte ſubſcripſi. Ego Angelu vidi, & ſubſcripſi.*

Donatio Teoprandi. Alia quoque donatio Giſulphi Abbatis tempore cœnobio Caſſinenſi facta extat in regeſto Petri Diaconi nu. 186. fol. cit. quæ ita ſe habet. *In nomine Domini. Temporibus domin noſtri vir glorioſi Grimoald. ſummus princeps Dei providencia Beneventana provincia. Nono anno Deo propicio principatus ejus, menſe Decembris octava indiccione. Ideoque ego Teoprandus filius qu. Guarnecauſi, dum cognovi corporis mei infirmitatem, & recte loqui poſſum, conſideravi Dei omnipotentis miſericordiam, & Chriſti amorem, & ſalvacionem anima mea, offerui in Monaſterio beati Benedicti, quod ſitum eſſe dinoſcitur in Caſino, ubi nunc Deo auxiliante Giſulfus Abbas regimen peragit, hoc eſt integrum caſalem meum, quem habere videor in finibus Apulia loco propinquo Roſanu quicquid mihi in eodem loco pertinuit, tam de comparacione, quam & de parentum meorum de quantum hoc quod in predicto loco pertinuerit mihi caſale. Ideo in prafato monaſterio in integrum offerui poſſidendum ſub ea videlicet racione, quatinus a preſentis die, & futuris temporibus predicto monaſterio dare, & poſſidere valeamini iſta predicto Giſulfus Abbas, quas & poſteris veſtris, qui in predicto cœnobio ordinatum fuerit ad regendum, & a nullo homine nunquam ab ea ſubſtractum, ſed ex hodiernum diem, & perpetuis temporibus prafato monaſterio ſecuriter, & firmiter habere, & poſſidere valeamini, qua enim cartula oblacionis te Benedictum notarium taliter ſcribere rogavimus. Actu in Cupuli feliciter ſignum manu ſupraſcripti Teoprandi qui ipſam cartam fieri rogavit. Ego Gildulfus filius Lupi me teſte ſubſcripſi. Ego Simepertus filius Uſſi me teſte ſubſcripſi. Ego Leopaldus filius Godeſcalci me teſte ſubſcripſi. Ego Raſchiſi vidi, & ſubſcripſi. Ego Malo vidi, & ſubſcripſi. Ego Graſulfus vidi, & ſubſcripſi. Ego Tranſemundus vidi, & ſubſcripſi.*

Quiſnam Liburiæ campus. Quiſnam ille campus fuerit, cujus ſub Liburiæ nomine Leo Marſicanus, aliique idendidem meminere, quique Leborius, & a Græcis Flegreus eſt dictus, pluribus diſſerit Camillus Peregrinius in Campania Felici a pag. 258. ad 266., aliiſque in locis, ubi & veterum ſcriptorum authoritate, adductaque deſcriptione ſitus, menſurarumque ejus campi probat illud Territorium eſſe quod cum quatuor a Puteolis lapidibus ſit diſſitum, Quartum modo nuncupatur. Vid. notæ ad cap. 6. Chron. Caſſ. Angeli de Nuce, ubi ex ſententia Peregrinii hæc ait. *Quamquam poſtea Liburia dicta ſit tota ea agri campi pars, qua ab Acerris uſque ad mare Clanio flumine irrigatur. Appellatur quoque Terra leborina, & Terra laboris, unde univerſa Provincia nomen inditum. Leo Oſtien. lib. 2. cap. 86. In finibus Liburia prope lacum Patria &c.*

PRIMÆ

Digitized by Google

# PRIMÆ DISSERTATIONIS PARS ALTERA.

# SÆCULUM QUARTUM
## A CONSTRUCTIONE COENOBII CASSINENSIS,
### CHRISTI NONUM, AB ANNO DCCC. AD DCCCC.

Regeſti Petri Diaconi Vindiciæ.

CUmque ſæpe ſæpius ex regeſto Petri Diaconi ablata a nobis vetera monumenta, & excripta jam ſint, infraque repetenda, neceſſarium proculdubio prudens quiſque exiſtimaverit de hujus Regeſti vetuſtate, fide & diligentia, ut ea quamquam longiuſcula afferamus, quæ opportuna videbuntur ad ejus vindicandam authoritatem. Ne vero hac de re Tractationem ulterius protrahamus, rei gravitas poſtulat, quandoquidem aptior in anteceſſum locus non adfuit.

Hoc itaque regeſtum membranaceum Langobardicis characteribus exaratum, ſervatumque in archivo noſtro a compilatore ſuo Petro Diacono nomenclaturam ſumſit, qui illud juſſu Senioreti ab 1127. ad 1137. Abbatis Caſſinenſis, concinnavit, ut ipſe teſtatur in prologo hiſce verbis.

Prologus Regeſti Petri Diaconi.

*Reverendiſſimo, atque ſanctiſſimo patri Senioreto Petrus filiorum ejus infimus debita obedientia ſervitutis obſequium. Injunxerat nobis jam dudum pater tua Venerando ſagacitas, ut privilegia noſtro cœnobio a Romanis Pontificibus facta, volumine ſub uno deſcriberem. Difficile opus nempe, & noſtris temporibus inuſitatum, ob id vel maxime, quia munimina, qua & incendio duabus vicibus erepta ſunt, vetuſtate jam pene conſumpta, & ad nihilum ſunt redacta. Quod igitur agerem, vel qualiter id perficerem, neſciebam. Quod ubi veſtra advertit prudentia noſtram exiguitatem talibus monere eſt adorſa affatibus. Quanta ſit his, qui mundum diligunt transitura caritas patria liquidius noſti, nullis etiam muneribus, nullis minis, nullis perturbationibus a dilectione patria recedebant. Quirites quippe, qui & armis illam defendere, ac edificiis illuſtrare modis ſtudebant omnimodis. Quod ſi illi perituram, ac terrenam Patriam tanto diligebant amore, quid nobis pro perenni, ac indeficienti agendum ſit adverte. Enim vero dum ad curiam noſtram Robbertus excellentiſſimus Capuanorum princeps adveniſſet, & de his interdum locutio oriretur, hortari nos quam maxime cœpit, ut ea, qua de privilegiis ſcribendis olim preceperas, ad effectum, perducerem. Unde quia uſque in hodiernum res ipſa dilata eſt, volo ſimul, & jubeo, ut privilegia Pontificum, pracepta Imperatorum, regum, Ducum, ac Principum, nec non oblationes quorumcumque fidelium in uno deſcribantur volumine. Veſtram igitur ubi in hoc voluntatem adverti, parui, quia non parendum impium, & profanum adverti, nam, teſte Deiloquio, Quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus Idololatria nolle acquieſcere. Quantum autem difficultatis opere ſim expertus in iſto ex ipſis oblationibus evidentiſſime comprobabitur. Maxima autem adjutorio in hoc nobis venerabilis Leonis Hoſtienſis epiſcopi hiſtoria fuit, qui a beatiſſimo patre Benedicto ſumens exordium, de Caſſinenſis cœnobii rebus, utilem nimis librum deſcripſit, in quo opulentiam tantam ſui ſenſus expreſſit, ut pæne nihil eorum omitteret, qua in eodem evenere cœnobio. Tanti namque viri ſtudium in hoc opere ſequens, licet adſequi nimis impari ſenſus facultate nequiverim, ordinem tamen oblationum, prout ab eo ſtatutum eſt, poſui. In ſex porro deciſiones librum ſtatui dividere iſtum. In privilegiis, in praceptis, in oblationibus, in libellis, in renunclis, in ſacramentis. Quapropter veſtra paternitatis excellentiam humili devotionis obſequio flagito, ut ſanctitas tua opuſculum iſtud gratiſſima mente percipiat, & ſi in aliquo minus forte inveneris, veniam clementer accomodes.*

Illorum diplomatum authoritate, quæ in hoc regeſto extant pluries eſt uſus vir politioris criticæ, reique antiquariæ potiſſimum medii ævi peritiſſimus Camillus Peregrinius in Hiſtor. Princip. Langob. pag. 195. 208. 290. 291., aliiſque in locis, & in Serie Abbatum Caſſinenſium pag. 16., 19., 31., 35., 41., 46., 51., 117. &c. Johannes vero Mabillonius veterum chartarum, ſi quis alius cenſor optimus, longeque ſinceriſſimus de cœnobio Caſſinenſi agens, hæc ad rem noſtram ait in ſuo Itinere Italico pag. 125. *Poſt bibliothecam nobis archivum luſtrare conceſſum eſt, omnium totius Italia praſtantiſſimum. Prater authentica inſtrumenta innumera &c. adſunt etiam varii codices, in quibus integra diplomata, & privilegia referuntur. Unus eſt Petri Diaconi cum prafatione ad Senioretum Abbatem, cujus hortatu id operis aggreſſus eſt Petrus, accedente etiam Roberti Capuanorum principis interpellatione. Totum librum in ſex dividit ſectiones pro totidem argumentis, ideſt privilegiis, praceptis, oblationibus, libellis, renunciis, & Sacramentis &c.* Du-Cangius judex harumce rerum competentiſſimus ſæpe in Gloſſario hujus regeſti authoritate utitur, ut videre eſt in verbo *Bulla plumbea, ſigillum*. Commendat hoc Petri regeſtum in hiſtoria ſua diplomatica incomparabilis vir Scipio Maffei his verbis *E celebre tra gl' altri il regeſto di Pietro Diacono Caſſinenſe, citato più volte nelle note a Leone Maſicano dal Padre Angelo della Noce, che d' alcuni punti diplomatici trattò quivi prima d' ogn' altro*. Ab hoc etiam regeſto Thomas Agnellus Salernitanus Præſidens regiæ cameræ ſummariæ cujus muneris eſt regalias omnes, aliaque ad regium Patrimonium pertinentia cuſtodire, cum Commiſſarius eſſet cauſæ Portulaniæ Abbatiæ Caſſinenſis inter regium Fiſcum, atq; monaſterium

riam Caſſinenſe agitatæ extraxit citato regio Fiſco, privilegia Deſiderii Langobardorum regis, Ludovici II., Othonis II., duoque S. Henrici, ut conſtat ex pag. 307., 308., 309., 312., 313. Proceſſus ad hoc facti, de quo fuſius infra, atque in cauſa juriſdictionis venationum Abbatiæ Caſſinenſis agitata in regia camera ſummariæ inter principem Aſculanum ex ſtrenuiſſima, nobiliſſimaque Gente de *Leyva*, qui tunc temporis criminalis juriſdictionis Abbatiæ Caſſinenſi Gubernator perpetuus erat, civitatem S. Germani, & monaſterium Caſſinenſe, cui decretum manutentionis facit allata ſunt privilegia Deſiderii, & Ludovii Pii ab hoc regeſto extracta. Omittimus vero in pluribus aliis proceſſibus, tum in regia camera ſummariæ factis, tum in ſacro conſilio plura reperiri præcepta, chartulaſque extracta ab hoc regeſto, cui plena ſemper, indubitataque fides eſt adhibita. Hinc plura identidem monumenta juſſu illorum temporum Magiſtratuum, ſervato juris ordine, omnique ſolemnitate extracta ſunt ad cœnobii Caſſinenſis juriſdictiones vindicandas, ſic anno 1370. erutum inde privilegium ab Agapito pontifice Balduino Abbati Caſſinenſi conceſſum, & donatio Johannis Terracinæ epiſcopi, ejuſque urbis civium, qua ſex quotannis Anguillarum millia cœnobio Caſſinenſi ſe præbituros ſpondebant; anno 1371. donatio a Rainaldo Marſorum Comite facta monaſterio S. Mariæ de Luco. Anno 1396. privilegium a Leone nono conceſſum cœnobio Caſſinenſi. Anno 1399. donatio monaſterii S. Petri Tarentini a Duce Roberto Guiſcardo cœnobio Caſſinenſi facta, atque alia Boamundi ejus filii, qui plura Tarentino monaſterio bona conceſſit. Anno 1401. donatio Vitecuſi ab Hugone Comite facta. Anno 1402. donationes Riccardi, & Jordani principum, qui oppidum Mortulæ, Pandulfi comitis Teanenſis, qui Roccam Vandræ, aliaque oppida, comitis Johannis, qui Cardetum, & comitis Landenulfi, qui Roccam Camini, conceſſere monaſterio noſtro. Anno 1411. privilegium Lotharii I. Anno 1412. donationem Riccardi, & Jordani Caſtelli Mortulæ. Anno 1421. donatio ab Uberto Duce, & conſule facta, qui eccleſiam S. Marci de Ciccano dono dedit. Ac demum anno 1430. donationes eccleſiæ S. Martini Arcis a comite Pandulfo facta, & eccleſiarum S. Angeli, S. Mariæ &c. a Petro preſbytero. Quæ tranſumta omnia in tabulario noſtro in preſentiarum aſſervantur ab illorum temporum judicibus, magiſtratibus, pluribuſque notariis authentice ſubſcripta, atque in membranis exarata. Nimius eſſem omnia hic monumenta pertexendo, quæ omni adhibita ſolemnitate ab hoc regeſto exſcripta ſunt. Non minimum tamen ponderis addit authoritas illuſtriſſimi Archipræſulis Roſſanenſis Angeli de Nuce viri eruditiſſimi, emunctiſſimæque naris, qui hoc regeſto jugiter in notis ad Chronicon Caſſinenſe utitur.

Johannes Mabillonius in nunquam ſatis laudato opere de Re diplomatica pag. 237. quæſtionem inſtituens quoad fidem hujuſcemodi regeſtis adhibendam, ad rem noſtram inquit: *Sed major eſt difficultas de aliis chartariis, quæ nec hiſtorica ſunt, nec a publicis notariis approbata. At ſi res æquis animis expendatur, non poteſt eis in foro denegari juſta fides, maxime ſi vetuſta ſint, & longe ante primam controverſiæ, de qua agitur, originem, deſcripta. Primo enim longam rei poſſeſſionem, ac proinde præſcriptionem probant, qui titulus eſt jure comprobatus. Deinde ſi mortui hominis diarium, ſeu mercatorum indices libelli in cauſis Forenſibus obtinent: quidni etiam vetuſtis illis codicibus idem tribuatur &c.* & infra; *Cur ergo ex hiſce monumentis teſtimonia proferri non poſſint ad hiſtoriam illuſtrandam? ſi ad hiſtoriam, cur non etiam ad Forenſes cauſas? Non enim minus grave eſt veritatis, quam levis poſſeſſiuncula periculum, & damnum. Et certe eum ſcopum præ ſe habuerunt ejuſcemodi chartarum collectores: qui ſcopus, haud dubie ipſis non veniſſet in mentem, niſi ſuo tempore iſtorum librorum recepta fuiſſet authoritas. Audi collectorem Beneventani S. Sophiæ Monaſterii apud Ughellum*[a] *In nomine S. Sophiæ. Anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo centeſimo decimo nono. Equidem omnia tam principum, quam Imperatorum, nec non Beneventanorum, aliorumque probatiſſimorum virorum exempla, præceptorum hoc in libro generaliter ſtudium fuit annotare: quatenus ſi quid rerum tam poſſeſſarum, quam conceſſarum, quidem Eccleſiæ, ſive in inſtanti, ſive in præterito, ſive in futuro tempore per ſupradictarum perſonarum præcepta quæſtiones oriantur, facile in primis ad hunc libellum recurratur. Deinde per ſingulum quod quæritur præceptum ſine labore, atque ambiguitate, titulo quidem inſpecto, & libelli diviſione conſiderata, ſpecialiter perveniatur. Quo ex præcepto auctoritate ſumpta inviolabili ſupradictæ quæſtioni ſatisfieri valeat. Hinc ergo auctoritatem inviolabilem deſumi perſuaſum habebant iſti collectores, nimirum ex uſu ſæculi ſui.*

[a] Ital. Sac. To. 8. col. 570

*Verum autographa non ſunt hæc inſtrumenta. An vero autographa ſunt ſcripturæ ſacræ, quibus res una omnium præſtantiſſima nempe religionis dogmata, & ſalutis æternæ arcana continentur? An autographa ſunt ſanctorum patrum ſcripta, quæ tantam apud omnes authoritatem, & merito quidem obtinent? Denique an autographa ſunt leges Codicis Theodoſiani, aut Juſtinianei, quibus tanta in Foro obſervantia impenditur?*

*Si reponas in exemplis veterum chartariorum errata eſſe, & mendas: reponam ego, & in omnibus veterum ſcriptorum exemplis reperiri etiam non pauca. Et quantos in codice Theodoſiano (ne quid de aliis afferam) nævos, quanta errata deprehendit præſtantiſſimus vir Jacobus Gothofredus, ut probat caput tertium ejus prolegomenon, quod eſt de nævis, & erroribus Codicis Theodoſiani. Et quoniam notarum chronicarum mendæ in exemplis chartariorum ſæpiſſime objiciuntur, idem etiam in codice Theodoſiano advertit Gothofredus, & cum eo viri docti. Verba ejus huc affero. Vitium quoque frequens, ait, in inſcriptionibus, & ſubſcriptionibus legum veluti in Imperatorum nominibus adſcribendis, vel omittendis: In Conſularibus item non recte, aut plene deſignandis. Quod videre eſt in Conſtantinianeis, & Valentinianis. Unde ea Chronologiæ confuſio enata, quam reſtituere hodie operoſum ſæpe videatur. Neque dici poteſt hos errores a recentioribus fuiſſe admiſſos: cum eos partim errores etiam ante Conditores codicis in ipſas leges irrepſiſſe cenſeat idem auctor. Quamquam pr. conditoribus dici poſſit in eos partim errores illos jam antea admiſſos incurriſſe,*

*ſe, vel partim poſt demum a librariis commiſſos fuiſſe. Hos ergo nevos Gothofredus refundit partim in exempla codice antiquiora, partim in ipſos codicis conditores, partim denique in librarias, ſeu exſcriptores codicis. Quod ſi tot nevi, ſed maxime characterum chronologicorum non obſtiterunt, quo minus per Orientem, & Occidentem hic codex, imo ejus breviarium per Gallias, & Hiſpanias evaſerit in legem,* [a] *nulla exceptio legitima offerri poteſt in exempla chartariorum, quominus fidem in judiciis mereantur, etiam ſi minuti iſti nevi in his occurrant, maxime ſi vetera ſint, & bona notæ Chartaria. Amplius dico, quamvis in nonnullis chartariis vetuſtis ſpuria ſint quædam inſtrumenta; non tamen aliis eſſe denegandam Fidem. Quo circa obſervandum eſt, codices ejuſmodi paſſim ab Imperatoribus fuiſſe deſcriptos, qui qualibet Inſtrumenta vetera citra dilectum tranſcribebant: & ſi quod occurrebat falſum, illud promiſcue cum veris, ac legitimis confundebant. Hæc porro confuſio non ex malo ſcriptorum ingenio, ſed ex materiæ ſubjectæ qualitate proceſſit. Unde in iſtis non valet illud: Semel malus, ſemper præſumitur malus. Utendum itaque eſt delectu in illis chartulariis, nec quidvis ſtatim aut probandum, aut rejiciendum, nec alio de aliis judicandum. Eadem in his cautela, ac prudentia adhibenda eſt, atque in teſtium ſuffragiis. Non omnes teſtes veraces ſunt, non omnes falſi: ſed quidam falſi, multos inter veraces. Ex eorum tamen teſtimonio pendent plurimæ cauſæ etiam graviſſimæ. De eorum qualitate judicante prudentes arbitri: nec eorum ſuffragia rejicere poſſunt, niſi aliunde refutentur, aut infirmentur. Ut paucis abſolvam, multa in Decretalibus Pontificum detectæ ſunt falſæ litteræ, quæ per multa ſæcula pro legitimis habitæ ſunt. Nuper earum obſervata eſt impoſtura: nec tamen aliæ genuinæ, quæ illis permixtæ erant exciderunt a jure canonicæ auctoritatis. Eſto itaque in quibuſdam chartariis occurrant quædam falſa inſtrumenta veris commixta: huc delectu, ac judicio opus eſt: ſed illa cenſura ſeverior cenſenda eſt, quæ ob unum falſum cœtera reprobet, præſertim pleraque falſa præceſſerint ex veris admiſſis, ut in libro primo expoſuimus.* [b]

[a] Gothofredi proleg. cap. 3. & ſeqq.

[b] lib. 1. ca. 6.

*Quæ hactenus dixi de exemplis chartariorum ea præcipue locum habere debent in iis, quæ longa poſſeſſione a præſcriptione firmata ſunt. Ubi obſervandum venit id, quod docet Hermannus Conringius Juriſconſultus in cenſura* [c] *diplomatis Ludoviciani, nempe Præſcriptionis immemorialis vim magnam eſſe, ſed non niſi circa veras, & proprie, non autem* μεταφορικῶς *dictas poſſeſſiones, vere autem, & proprie poſſideri, demum illa poſſe quæcumque ſubjacent humano dominio, aut arbitrio. Aut in quæ hominibus dominium vel arbitrium non competit, illa nec vere poſſideri, nec uſu capi ab hominibus poſſe. Jam autem, inquit, veritas, aut falſitas enunciationum non obnoxia eſt dominio, aut arbitrio humano: nec ergo poterit quiſquam ſuo arbitrio quod falſum eſt, verum; quod verum eſt, falſum reddere. Nullus circa veritatem, & falſitatem uſucapioni, nullus proinde præſcriptioni eſt locus. Per aliquos mille annos licet habitum fuerit verum id, quod falſum eſt; nihilo minus, & in eternum manebit falſum. Nulla igitur eſſe etiam poteſt vera poſſeſſio humana credita alicujus exiſtimationis diplomatis cœnobialis, ſi quidem repugnet ejus exiſtimationi falſitas. Alia autem eſt ratio ipſarum rerum, de quibus agit diploma. Illa enim in dominio ſunt hominum: adeoque circa illarum poſſeſſionum locus eſt poſſeſſioni immemorabili. Et vera præſcriptionis vim ab ipſo eſſe naturali, non autem a ſolo dependere civili jure; valere quoque in iis etiam, quorum primus poſſidendi titulus iniquus fuit, demonſtravi cap. XIX. Operis de finibus Imperii Germanici nu. V. Ita Conringius. Quod ſi valet præſcriptio in iis, quorum iniquus eſt a principio titulus: quanto magis in iis quorum tituli veteres antiquam poſſeſſionem probant, nec ullis rationibus legitimis infirmari poſſunt, niſi quod autographis amiſſis in ſolis chartariis reperiantur?*

[c] Côring. pag. 351.

*De præſcriptione cum Conringio idem cenſet Wiltemius eruditus ſocietatis Jeſu Theologus, & Sacerdos. Ipſa adeo publica inſtrumenta, inquit,* [d] *recepta in Judiciis, obſignata ceris, magnorum nominum roborata ſcriptionibus, vocantur in controverſiam ab hiſtoricis: & ſæpe quod in foro probavit Judex, in muſæo condemnat litteratus. Quâ in re modum ego adhibuerim, atque ita attemperem omnia, ut diplomatis talibus quamvis ea merito rejiciant eruditi a teſtimonio ferendo in re hiſtorica; ſua tamen fides, & auctoritas coram Prætore, & aſſeſſoribus maneat. Id vero multis exemplis probat idem Wilthemius, ſentitque, ejuſmodi diplomata pro autographis expoſita, quæ contra hiſtoriam, & notas Chronologicas peccant, appellanda non eſſe conficta,* [e] *non ſuppoſititia, ſpuriave; ſed ſuffecta, ſubſtituta, aut vicaria legitimorum. Tum addidit.* [f] *Non me quidem fugiant Juriſconſultorum ſcita ſevera adverſus ſcripta falſa, atque conficta, ſed valuerint iſta leges contra falſarios: Hæc vicaria diplomata pro confictis, atque falſis non habebantur, quippe ſcripta auctoritate Regum, atque Imperatorum, ut ſummam rei ex vero continerent, hoc eſt donationes, fundationes, privilegia, & id genus alia, quæ de cætero notarii, homines candidi, & antiqui moris condebant ex ſuo, vel dictantium ingenio, iis adhibitis verborum formulis perſonarum nominibus, temporum notis, quas pro ſuo captu ad rem eſſe arbitrabantur. Atque ut iſta ſine dolo malo in publicum emittebantur: ita minime argute, aut ſcrupuloſe excutiebantur in curia; Judicibus in ſummam rei dumtaxat intentis, nihil autem ſolicitis, an talia ſcripta eſſent cancellata, an ſignata, an ceris affixis munita, an dies, & conſules recte, aut perperam notata haberent. Rem finiet Chlotarii Francorum regis eo nomine primi, conſtitutio generalis* [g] *in hæc verba: Quidquid eccleſiæ clerici, vel provinciales noſtri intercedente tamen juxta poſſeſſionis initio per XXX. annos inconcuſſo jure poſſediſſe probantur; eorum ditione res poſſeſſa permaneat, nec actio tanti ævi ſpatiis ſepulta ulterius contra legum ordinem ſub aliqua repetitione conſurgat, poſſeſſione in jure ſine dubio permanente. Tam diu porro juſtum poſſeſſionis initium conſeri debet, quamdiu probari non poteſt mala fides, amiſſis licet primariis inſtrumentis, quæ nec ſemper durare valent, nec auctoritatem admittere debent ob vitiata exempla. Et fol. 242. nu. 7. Additiones incarnationis, indictionis, gloſſematum, aliorumque ſimilium, maxime in exemplis, ſeu apographis non officere Inſtrumentorum veritati; quandoquidem venerabilis Beda hæc admiſit in reſcriptum Honorii Papæ ſicut expoſui* [h] *ſuo*

[d] Apud Papebroch. in Propyl. nu. 67.

[e] Ibidem nu. 68. 69.

[f] nu. 70.

[g] Sirmōd. to. 1. concil. pag. 318. & alibi.

[h] lib. 2. c. 25. nu. 5.

Digitized by Google

*ſuo loco. Ita in duobus diplomatibus Carolomanni Bajoariorum Regis poſt clauſula verba extrema, feliciter amen, additus eſt* [a] *annus incarnationis, explicandi cauſa nullo certe dolo malo. Idem dicendum de nominibus propriis compendio, idest una dumtaxat prima littera ſcriptis, quæ in exemplis male plerumque reddita ſunt integra. Sic cum in antiquis manuſcriptis Novellæ LIX., & CXXXI. litteris ſingularibus notatum eſſet S. M. Samſon, ſanctæ Mariæ Sanſo, pro ſancta memoria, ut Nicolaus Alemannus* [b] *in Procopium obſervavit.*

[a] Metrop. Salisb. to. 3. pag. 61. & ſeqq.

[b] Aleman. pag. 9.

Quibus Mabillonis doctiſſimis ineluctabilibuſque rationum momentis liceat mihi leves quaſdam, ſed ad rem noſtram appoſitiſſimas conjectationes addere. Experientia quippe, quæ jure rerum magiſtra vulgo dicitur, non ideo aliqua rejicienda didici monumenta, veluti ſuppoſititia, aut interpolata, quod in iis error aliquis in characteribus chronologicis anni, Indictionis, menſis reperiatur, aut ob aliquod verbum, integramque periodum mutatam, vel omiſſam præſertim, ubi monumentum apographum eſt. Quare harumce rerum, vel minimum periti maxime originalia probant præ apographis, quantumvis magna diligentia exaratis. Plura in præſentiarum memoriæ exempla recurrerent, quæ mihi triginta quinque annorum ſpatio evenere, nam ſeſe integros annos munere Vicarii generalis Caſſinenſis functus, non raro ſcripturas exſcribendas curavi, atque viginti novem annis quibus Cartophilacem Caſſinenſem ago, nulla pene dies deficit, in qua ſcripturæ vel excribendæ, vel conferendæ cum originalibus non ſint, vel in cœnobii noſtri, vel aliorum commodum, qua de cauſa Amanuenſis in mandatis ſemper eſt; ſed unum dumtaxat, vel alterum hic referam brevitati conſulturus. Quibuſdam ab hinc annis cum privilegia omnia noſtra Pontificum, Imperatorum, Regum, principum Langobardorum, Normannorumque exſcribenda curaſſem per duos amanuenſes, qui & optime ſcriberent, & non mediocriter in hiſce rebus eſſent verſati, quorum unus pluribus annis notarii munus obierat, fieri tamen nunquam potuit, ut abſque errore aliquid exſcriberent, quamquam ego maximo labore, ac diligentia, ea quæ ſcribenda erant dictarem, ſcriptaque conferrem, corrigeremque. Imo poſt correctionem a me factam, cum, remotis arbitris, iterum eadem exſcriberent loco a turba, ſtrepituque remoto, nemineque urgente, errata iterum non pauca ab iis admiſſa, quæ iterato verba cum originalibus conferens, quo melius fieri poterat, corrigenda curabam, expertus ſi centies ſcripſiſſent, centies menda nova irreptura. At ſi poſteri hæc apographa inſpiciant ita correcta, cenſebunt quidem vitio id noſtro aut arte factum, quod nonniſi labili humanæ naturæ conditione evenit. Id in aliis quoque amanuenſibus, qui mihi in mandatis erant expertus ſum non indiligentibus, neque rerum ignaris, qui, cum ſive ſcripturas alieno, & optimo, ſive proprio etiam charactere jam exaratas, nullo urgente, aut dictante exſcriberent, integras quandoque periodos omittebant, immutabant, invertebant verba, chronologicos characteres, aliaque non minima ſphalmata perpetrabant. Dies me deficeret, ſi in iis enarrandis, vel tantillum immorarer. Quid non expertus ſum in inſtrumentis a notariis, ſive diligentibus, ſive indiligentibus concinnatis? Allatis enim ad me eorum apographis, errores quandoque, verborumque defectus adeo graves reperi, ut iterum conficienda jubere adactus non ſemel fuerim. Quod cum tabelliones omnes facile in errores ſe delabi noſcant, optimam illam, ſalutaremque formulam, cum apographa authentice ſignant invexere. *Collatione tamen facta concordat, meliori ſemper ſalva;* Imo ab ipſis actorum magiſtris regiæ cameræ ſummariæ, & diligentibus, & peritis in apographis privilegiorum ſacri monaſterii Caſſinenſis, quæ audito Fiſco, ideſt ſumma diligentia, ac cura confecere, plura errata, verborumque immutationes commiſſæ. Quod idem expertus ſum in apographis proceſſuum, aliarumque ſcripturarum a ſcribis conſiliorum, cameræ, & collateralis, atque in tribunalibus Romanis, aliorumque locorum factis. Semel quidem Diploma quodam a magno tribunali expeditum ad me allatum eſt, quo in archivo Caſſinenſi aſſervarem, interque legendum pluribus illud vitiis ſcatere, pluraque obliterata vidi. Quare ne quis deinceps id vitio noſtro factum crederet, iterum conficiendum curavi. In ſumma triginta quinque annorum ſpatio, fere quotidie novam aliquam chartam pervolvi, neque unam reperi, in qua errati aliquid non eſſet. Inter alia obſervatum a me eſt non minimæ exiſtimationis hominem aliquin ſincerum, honeſtumque eodem die 3. Junii 1703. duas in monaſterio Caſſinenſi ubi tunc verſabatur, ſcripturas edidiſſe, unam Neapoli, alteram Caſſini datam. Quiſnam vero, qui ambas oculis deinceps cerneret, non ſtatim pronunciet, alterutram, vel etiam utramque eſſe ſuppoſititiam? Crederes tantam hominis non indiligentis, atque non mediocriter docti oſcitantiam? Sed quid aliena afferam? Quilibet æqui æſtimator ſecum ipſe reputabit quot ipſe vicibus inter ſcribendum, & verba omiſerit, & periodos unum pro alio ſcripſerit, immutarit epochas, epiſtolam uni ſcriptam, alteri miſerit, ſphalmata non minima, quæ alii riſiſſent, inter ſcribendum vulgari etiam lingua ediderit, aliaque hujuſcemodi ſexcenta perpetrarit, quibus facile induci poſſit, ut credat vetuſtioris ævi homines minus forſan peritos, neque tot clauſulis, atque attentionis neceſſitate obſtrictos quemadmodum modo ſunt tabelliones, facilius delabi in errores potuiſſe, qui propterea moroſorum quorundam criticorum naſum non ita titillare debeant, ut ſtatim ex tripode chartam aliquam, aut ſuppoſititiam, aut interpolatam definiant, cui parvi tantumodo nevi adhereſcunt. Omitto viros etiam doctiſſimos, characterumque veterum peritiſſimos aliter quandoque chartas, inſcriptioneſque legiſſe, quam eſſent legendæ, cujus rei exemplo erunt Panvinius, Gruterius, Reineſius, Sponius, aliique veterum inſcriptionum eruditiſſimi collectores, a quibus editas inſcriptiones non ſemel correctas poſterorum induſtria videmus, aut quod manca in iis quandoque verba ſint edita, aut ob vocabulum aliquod prave intellectum Mabillonius ipſe intelligendis veteribus characteribus, ut ita dicam, natus, in ſupplemento excellentiſſimi operis de re Diplomatica edidit: ***Commonitorium Thedoſii Junioris pro Siſinio, cui res a Tranquillo***

*Diſſertat.* C exter-

*extorta fuerant, ſed per Pyrrum Tribunum juſſu Imperatoris reſtituta. Datum conſulatu Theodoſii Junioris , & Albini*. Eademque pagina alia circa eandem materiam monumenta offert, atque etiam fragmenta de executione commonitorii Imperialis. Hæc tamen eadem monumenta recudit eruditiſſimus, mihique ſumma familiaritate conjunctiſſimus ſummo litterarum mœrore dum hæc ſcriberemus mortuus, Abbas Benedictus Bacchinus in Appendice partis ſecundæ Agnelli Ravennatis pag. 61. & ſeqq., deque illis hæc ait pag. 60. *Dum hæc ſcriberem edidit doctiſſimus Mabillonius hæc eadem documenta in appendice aurei operis de re Diplomatica. Cogitabam itaque de his omittendis, at cum ex collatione mei autographi, quod ipſe ex apographo deſcripſi, facta cum editis a Mabillonio, viderim nonnulla in Mabillonianis deeſſe, obtenta a viro humaniſſimo per epiſtolas recudendi venia, utraque hic dare opera pretium duxi*. Idem vero Mabillonius cum pagina 126. ſui Itineris Italici inſignem inſcriptionem in archivo noſtro aſſervatam, quæ incipit, C. Ummidio &c. mutilam non ſine errore edidiſſet, iterum recudendam curavit Tom. II. ejuſdem Itineris pag. 595. Imo ad rem noſtram hæc de ſe ipſo ſcribit vir ſinceriſſimus lib. II. de re Diplomatica nu. 9. *In tranſcribendis autem vetuſtiſſimis diplomatibus ſæpius peccatur, multiſque modis, tum perperam disjungendo litteras, quæ conjungendæ, & conjungendo quæ disjungendæ, quo in genere me non ſemel hallucinatum fuiſſe fateor. Cum enim in diplomate quodam autographo Chlodovei regis tertii pro cœnobio Dionyſiano legere debuiſſem* ad Baſileca *reddidi* Abbas Ileca, *veniali quidem ſed tamen haud contemnendo errore, ſiquidem* Abbas Ileca *fruſtra quærebatur, qui revera nunquam extitit. Item in alia ejuſdem regis charta legi* ipſum unde Borone *pro* ipſo Mundeborone. *Qua quidem in re eo facilius peccatur, quod in vetuſtis illis diplomatibus præter litterarum commutationes, nulla ſit verborum diſtinctio, ſed verſus ab uno latere membranæ ad aliud continua, & interrupta litterarum ſerie decurrit. Peccatur enim tranſcribendo per ſæpe fallente oculorum jactu tum in vocabulis, tum in numericis notis. Unde ſæpe reperias pro VIIII ſuppoſitum VIII. pro XIIII. XIII. &c.* Deus bone! quot errata, quot verba manca, quot gloſſemata in diplomatibus in toto Excellenti opere Italiæ ſacræ ab Ughellio, & Lucenti ejus diſcipulo, a Margarino in Bullario Caſſinenſi editis! Quot in mſſ. codicibus! Quare ſapienter a Mabillonio monitum lib. III. de re Diplomatica cap. VI. *Magna prudentia, eruditione, ac moderatione ſumma opus eſſe, ut vetera Inſtrumenta legitime examinentur, nec cuivis illotis manibus id tentandum.*

*Semper judicandum in partem favorabilem, ubi res longa poſſeſſione firmata eſt, ut leges civiles, & canonicæ præcipiunt.*

*Non ex ſola ſcriptura, neque ex uno ſolo characteriſmo, ſed ex omnibus ſimul de vetuſtis chartis pronunciandum. Neque enim unum eſt in uno ſeculo, unave provincia ſcripturæ genus, ſed varia, ut de noſtro experiri licet: nec poſſunt omnes unius ſæculi Scripturæ adamuſſim repreſentari.*

*Unum aut alterum defectum modo eſſentialis non ſit, legitimis autographis obeſſe non debere, cum in ſinceris diplomatibus nonnullis, quæ vidimus, quidam occurrant ejuſmodi leviores defectus, ut in quodam autographo Philippi I. omiſſus fuerat numerus M. qui ſuper lineam alio atramento poſtmodum adſcriptus eſt. Erratum etiam in autographo Willelmi Archiepiſcopi Remenſis, ubi Henrici deceſſoris ſui litteras recognoſcit datas anno MCLXVII. pro quo Willelmus habet numero integre deſcripto, anno Verbi incarnati milleſimo centeſimo ſexageſimo ſexto, ut alias* [a] *fuſius expoſui.*

[a] lib. 1. c. 7. nu. 3.

*Hiſtoricorum, aut inſcriptionum teſtimonia legitimis chartis non ita præjudicare debere, ut illorum præferatur auctoritas. Si quidem errata non levia auctoribus etiam æqualibus ſubrepunt aliquando: qualia duo commiſit S. Eulogius* [b] *judice morale, in conſignando martyrii tempore Nunilonis, & Alodiæ Virginum, tametſi earum æqualis, & conterraneus erat. Et ut ex profanis exemplum deſumam; Cornelius Nepos rerum memoriæ non indiligens Marci Ciceronis maxime amicus, familiariſque, in primo librorum, quos de vita illius compoſuit erraſſe videtur A. Gellio, ſeribens, tres & viginti annos natum primam cauſam judicii publici egiſſe, ſextumque Roſcium parricidii reum defendiſſe. Nam viginti ſex annos tum ei tribuendos A. Gellius* [c] *probat: ſed ut ad noſtra veniamus, quis in aſſignando die unctionis Ludovici Magni modo feliciter regnantis, numiſmatum hac de re cuſorum fidem, & auctoritatem non præferat quibuſvis aliis monumentis? Et tamen mutato indicto die, quatuor, aut quinque diebus poſterior fuit regia coronatio, ut omnibus notum eſt. Non ergo ſemper in diplomatum præjudicium citari debent Hiſtorici, & tituli quantumvis authentici, & æquales. Quamquam Scriptoribus diplomatum quippe non admodum aliquando peritis, proclive fuit errare in ſcientia hiſtoriæ veteris, quod contigiſſe puto in privilegio* [d] *Epiſcoporum pro Curbonienſi monaſterio, quod conditum dicitur tempore Theoderici Regis, cum rectius in Sancti Launomari vita* [e] *legatur Chilperici. Additiones, Incarnationis, indictionis, gloſſematum, aliorumque ſimilium maxime in exemplis, ſeu apographis non officere inſtrumentorum veritati, quandoquidem venerabilis Beda hæc admiſit in reſcriptum Honorii Papæ, ſicut expoſui* [f] *ſuo loco. Ita duobus diplomatibus Carolomanni Bajoariorum regis poſt clauſulæ verba extrema feliciter Amen, additus eſt* [g] *annus incarnationis explicandi cauſa, nullo certe dolo malo. Idem dicendum de nominibus propriis compendio, ideſt una dumtaxat prima littera ſcriptis, quæ in exemplis male plerumque reddita ſunt integra. Sic cum in antiquis Manuſcriptis novellæ LIX., & CXXXI. litteris ſingularibus notatum eſſet Samſom S. M. Samſo male in latinis editionibus novella CXXXI. exceptum Sancta Maria Sanſo, pro Sancta Memoria, ut Nicolaus* [h] *Alemannus in Procopium obſervavit*. Sed rem longius forſan protractam altero a Mabillonio deducto exemplo concludamus. Johannes Mabillonius, & Michael Germain è congregatione S. Mauri viri religioſiſſimi monaſterium Caſſinenſe anno 1680. adiere, quibus ego omnia pro poſſe obſequii, reverentiæque officia ita præſtiti, ut gratiam rependentes viri humaniſſimi per honorificam mei mentionem in ſuo Itinere Italico, quod Pariſiis initio anni 1687. edidere, facere pag. 123. non ſint dedignati. In eo itaque itine-

[b] Eulog. memor. lib. 2. c. 7.

[c] Noctis Attic. lib. 15. c. 28.

[d] Sæc. 4. Benedictin. part. 1. pag. 250.

[e] Sæc. I. Bened. pag. 341.

[f] lib. 2. c. 25. nu. 5.

[g] Metrop. Salisb. to. 3. pag. 61. & ſeqq.

[h] Alemann. pag. 9.

re

Digitized by Google

re pag. 121. Baſilicam Caſſinenſem deſcribentes inquiunt: *Ex utroque Navis latere præclara ſacella quinque cum ſuis convexis emiſpheriis, quorum unum B. Berthario Abbati, duo alia Victori III., & Apollinari Abbati ſacrata ſunt*. Quis non crederet viros fide digniſſimos teſtes oculatos, omnique exceptione majores vera faſſos. Eorumque aſſertionem ſcripturis omnibus præferendam? Hincque falſum eſſe inſtrumentum rogatum penes acta Joſephi Riccardi tabellionis regii, ſubſcriptumque authentice a duobus Prothonotariis apoſtolicis Alexandro Campoli Neapolitano, Monaco, & Chartophilaci Caſſinate, & Johanne Franciſco Bacchino presbytero anno 1692. die 19. Martii in quo aſſeritur, eo die, atque anno magna celebritate, & pompa translata corpora Sanctorum Victoris III., & S. Apollinaris a ſacello S. Berthárii ad alia eorum nomini dicata, nempe ſacellum S. Victoris III. pretioſis marmoribus varii coloris, picturiſque adornavit, altero regiminis ſui anno Andreas Deodati, qui Abbatiam Caſſinenſem iniit menſe Maji anno 1687., ſanctoque Victori dicavit, quod ad eum diem, proindeque tempore adventus Mabillonii ſanctiſſimo Crucifixo ſacrum fuerat. Idemque Abbas ornato picturis Sacello, ſanctique Apollinaris translato corpore, ejus nomini dedicavit. Quod antea marmoribus quidem ornatum Virgini Deiparæ ſacrum erat. Hæc compertiſſima Caſſinatibus omnibus ſunt Monachis, Commiſſis, laicis; Quomodo vero ſeptem fere antequam hæc evenerint annis vera prophetaverit Mabillonius, plane neſcio. Scribere certe debuerat, quod ſcripſit deinde parte II. ſæculi VI. Actuum SS. Ordinis S. Benedicti pag. 617. Corpus S. Victoris in Sacello S. Berthárii ad cornu evangeli, ſanctique Apollinaris ad cornu epiſtolæ humata tunc fuiſſe quem ad locum illa tranſtulerat die 3. Februarii anni 1666. Angelus de Nuce, ut ipſemet teſtatur in notis ad caput 73. lib. III. Chronici Caſſinen., conſtatque ex inſtrumento rogato penes acta notarii Franciſci Pagliarii San Germanenſis.

Hiſce longiuſcule quidem, ſed neceſſario ad regeſti Petri Diaconi fidem vindicandam, utcumque dictis, Diſſertationis noſtræ ſcopum proſequimur. Refert itaquo Leo lib. 1. Chron. Caſſinen. cap. 19. donationes tempore S. Apollinaris Abbatis Caſſinenſis ab anno 817. ad 828. cœnobio Caſſinenſi ab Arniperto Compſano factas, qui obtulit &c.

Arnipertus Compſanus, quædam bona cœnobio Caſſinēſi elargitur. *Curtes ſuas in diverſis locis &c. cum ſervis, & ancillis quamplurimis &c. Sed & Clericus quidam nomine Daniel natione Tarentinus nobili genere ortus ad extrema veniens & ſe ipſum, & omnia ſua cum plurimis ſervis, & ancillis apud Aquinum, & apud ipſam cellam S. Gregorii, quæ in ipſius vicinia ſita eſt &c. huic monaſterio tradidit. Unde nonnulli noſtrum nunc uſquequaque putant de prædictis ejuſdem Danihel ſervis eos, quos hodieque habemus famulos propagatos. Similiter etiam Dachenaldus &c. obtulit in hoc Monaſterio univerſam omnino ſubſtantiam ſuam &c. cum terris, & colonis &c. Tranſemundus quidam nobilis de Benevento obtulit in hoc monaſterio &c. caſalem &c. ad Pantanum, alium caſalem in valle de Caudis &c. Caſalem in Furnium caſalem in Finibus Aliphanis &c. Servos etiam ſuos omnes liberos ſtatuens tres per menſem operas noſtris ordinatis in loco, quo habitant exercere conſtituit.*

Arniperti oblatio autographa in noſtro archivo aſſervata hæc eſt.

*In nomine domini temporibus domini noſtribus præcellentiſſ. Siconi dei probidentia beneventane probincie princep anno ſexto deo propitiu principatu ejus menſe martio prima Indictione Criſtum enim dominum largie licentia ut quis ſe ad ſuis ſuplicie redimere bolueri eu que creatore dominum de ſui proprii onorare ſuſtantia. Ideoque egu arniperto filius quondam coffuni de finibus conſina pro criſti & ſalbatori mei miſericordia cepit Judicares de res meas ut ſi Juſtum Dei Judicium quacumque morte occupatus fuero, non impareato anto eternu judicium ductus ſiat, primus omnium offero, adque offeruit in monaſterio S. Benedicti, qui in caſtro Caſino Montibus fundatum eſt ubi Apolenari Abbas regimen peragit in ſuperiſcripto monaſterio offero ipſa corte mea de Melito de finibus Canoſina cum omnia ſua pertinentia, caſis, & intriſecum caſis, terre, binę, cambis, ſerbis, & ancillis cum noriis, & nepotis, filiis, & filiabus, & cum ciſpitibus ſuis, & cum omni ſua pertinentia mobile, & immobile, omnia, & in omnibus ſeu & ipſa corte mea de pode, cum omnia ſua pertinentia Caſe & intrinſecum caſe, terre, bineis, campis, ſerbis, & ancillis, cum nuriis, & nepotis, & filiis, & filiabus, & cum omnis ciſpitibus ſuis mobile, & immobile omnia, & in omnibus, ſeu & ipſa res mea de billa pertuſa, caſe, & intriſecum caſe, terre, binee, campis, & ſilbis omnia, & in omnibus, ſeum & ipſa res mea de campo Calia caſe, & intriſecum caſe, terre, binee, campis, & ſilbis, ſerbis, & ancillis, cum noriis, & nepotis, & filii, filiabus cum ciſpitibus ſuis, & cum omni ſua pertinentia mobile, & immobile, omnia, & in omnibus, ſeum & ipſa corte mea de Petrulo loco qui dicitur caſale, caſis, & intriſecum, caſe, terre, binee, campis, & ſilbis, culta, bel inculta, in montibus, bel in planis, mobile, & immobile omnia, & in omnibus, cum ſua pertinencia, ſerbis & ancillis, cum noriis, & nepotis filiis, & filiabus, & cum ciſpitibus ſuis, mobile, & immobile omnia, & in omnibus cum ſua pertinentia, ſeu & mobile metijetate de res meas perpterea tamtum familia manuali, & alio mobile, qui in ipſe curti fuerit, quod in meas reſerbabit poteſtate, & ad filius meus ecce de quo ſupra dixit in me reſerbabi poteſtate, & ad filius meus, quod exinde facere boluerimus in noſtra ſit poteſtate. Nam alio mobile metijetate offero in ſuper iſcripto monaſterio, quod tu Apolenariis Abbas, bel poſteriis tuis abea licentia tolere & inſuper iſcripto monaſterio deducere auru, & argentu, & liiſta de auro cum albe, ſeum Cercelli de auro, & tonica contiata cum liſta de auro, feblatorio de auro; iſto ſuper iſcripto in intregu in ſuper iſcripto monaſterio debeniad, nam alio mobile rame, aure in calco panno qualibet mobile peculia, jumente, cabali domiti, bobi, bacce, pecora, capre, porci iſtu mobile metijetate offero in ſuper iſcripto monaſterio, ſeu iſte pranominati campi, ut ſupra iſcriptum eſt inſuper iſcripto monaſterio, de benia & alio in unc iſcripto contango ſi filius meus ſine filium, bel filia de legitima uxore mortus fuerit omnia mea ſuſtantia in ſuper iſcripto monaſterio debeniad; prapterea in tamtum ſicut ſuper diximus de ipſa familia manuali quod* Hac chartula.

*exinde nos qui ſupra Arniperto aut filius meus aut qualibet homine ipſa familia in manu dederi ad libertando pro anima mea, quod exinde judicaberis ſtabile ſit, & anc offertione pro anima mea dum egu que ſupra Arniperto adhixero in mea ſit poteſtate faciendi, bel judicandi, & anc offertione inſuper iſcripta ratione ſit firma, nos Arniperto te Teoccari Diac., & notari taliter iſcribere rocabit. Actum in jite menſe dicte Indictionis Feliciter.*

† *Ego Arnipertus anc offerciane a me facta me ſubſcripſi.*

† *Ego Lupu Presbyter me teſte ſubſcripſi.*

† *Ego Lupu presbyter me teſte ſubſcripſi.*

† *Ego Leo me teſte ſubſcripſi.*

† *Ego Ermepertu me teſte ſubſcripſi.*

† *Ego Amſeramo me teſte ſubſcripſi.*

*Liſta* de auro eſt faſcia, limbus, Margo.

*Circelli*, ſunt circuli, monilia, armillæ.

*Cabali*, *Bobi*, *Bacca*, *Pecora*, *Porci*, *Capra verba* ſunt fere Italica.

Danielis oblatio. Danielis vero donatio extat in regeſto Petri Diaconi nu. 190. fol. 84. atque ita ſe habet. *In nomine Domini Dei Salvatoris Jeſu Chriſti temporibus domini vir glorioſi Siconi Magni principis indictione quinta in monaſterio beati Benedicti ſito in caſtro Caſino, ubi ſacratiſſimum corpus ejus humatum eſt, in quo nunc Deo propicio vir reverendiſſimus domnus Apollinarius Abbas regimen tenere videtur. Ego Danihel filius Forti qui ſum habitator in civitate Tarentina, declaro quia incidi ego Danihel apud Aquinum in egritudinem, unde non credo evadere. Proinde ego Danihel clericus proſpexi, & conſideravi de omnipotentis Dei miſericordia, ac pro mercede, & remedio anima mea, vel parentum meorum offero, atque a preſenti die trado in prefato Monaſterio perſonam meam in manu domini Apollinari Abbatis, & omnes res meas quicquid per legem habere, vel poſſidere viſus ſum in civitate Tarentina, & Aquinenſi ideſt caſas, caſales, curtes intro, & foras civitates, palmenta, ſervos, & ancillas una cum terris, campis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, Salicibus, arboribus pomiferis, & impomiferis, terras cultas, & incultas, mobilia, & immobilia, atque omnes res meas, tam in montibus quam in planis, & omnia intrinſecus caſe, ſeu peculia majori, & minori, ſimulque omnes ſervos, & ancillas meas, preter unum ſervum meum Johannes nomine, quem liberum dimiſi intro altarium S. Mariæ qua fundata eſt ad Aquinenſem civitatem. Alios vero in Monaſterio S. Benedicti permaneat, & de ejus rectoribus. In tali vero tenore ego qui ſupraſcriptus Daniel ex ipſis ſervis meis, vel ancillis, in ipſa ſancto cœnobio ad deſerviendum tradidi, & ita reddant ſervicium in eodem monaſterio, ſicuti avo, & patre meo reddiderunt, & ſervicium fecerunt, uſque in hodiernum diem, tale debeant perſolvere in praſcripto Monaſterio S. Benedicti, & ad ejus rectores. Servicium & ipſum cenſum omnibus diebus vita ſua compleant, & non habeant licenciam paſſim Rectores S. Benedicti imponere ipſis ſervis tam maſculis, & quam feminis, & de ipſo ceſpite ſua foras aliis ad ſerviendum non mittantur, & filiis ſervorum meorum ſupra tribus diebus in Ebdomada ſervicium non imponatur, cenſum non ponant, nec ſervicium querere, niſi quantum ſupraſcriptum eſt. Quam vero nominata omne mea ſubſtancia tam mobilibus, quam immobilibus, ego Daniel clericus legaliter habere, vel poſſidere viſus ſum per ſingula loca in eodem ſancto monaſterio beati Benedicti, & vobis domno Apollinario Abbati tradidi, cum finibus, & terminibus, & acceſſionibus ſupraſcriptis, & profeſſus ſum ego Daniel de omni ſubſtantia ſicut ſupra legitur nihil mihi reſervavi. Sed in integrum ad partem S. Benedicti dedi, & tradidi poſſidendum, ut mihi, & ad parentes meos in eterna vita proficiat ad ſalutem. Quatenus a preſenti die habeat, & poſſideat Apollinarius Abbas, quam & ejus ſucceſſores omnia mea ſubſtantia, & quicquid exinde ad utilitatem Monaſterii ordinaveritis, ſtabile permaneat omni tempore, ſine contradiccione mea, & abſque meorum parentum. Et hoc dico Danihel clericus, quod ſi de hac infirmitate mea convaluero, & mihi Dominus tribuerit vitam ad vivendum promito me Ego Daniel omni tempore vita mea in ipſo Sancto Monaſterio deſervire, & convivere ſicut unus de fratribus, qui ibidem deſerviunt ſub jugo ſancta regule, & non habeam licentiam, ego Daniel in vita mea me ſubtrahere a jure Sancti Monaſterii, & ejus Abbatis, & ſi mihi ſubtrahere praſumpſero, & in fugam vagavero, & noluero in monaſterio deſervire, obbligo me Ego Daniel, ut ubi inventus fuero poteſtatem habeatis me apprehendere, & ad Sanctum Monaſterium revocare, & mihi dare diſciplinam juxta Sanctam regulam, & repromitto ut omnes meas res monaſterium habeat, & poſſideat, quod ſi contra hanc cartulam a me facta cauſare temptavero, aut ad parentes meos reverti voluero, obbligo me componere S. Benedicto ſolidos duo milia beneventanos, & ipſas res habeat, & poſſideat. Quod ſi poſt meum tranſitum parentes mei pro ipſa ſubſtancia calumniaverint, & de eodem monaſterio ſubtrahere queſierint, componant Sancto Benedicto ſolidos Beneventanos duo milia, Et cartula iſta priſtinam firmitatem optineat, nec mihi liceat ullo tempore nolle quod ſemel volui. Quam vero hunc teſtamentum firmacionis, diſpoſicionis, atque promiſſionis, te Juſtolfum notarium ſcribere rogavi, Actum Aquino menſe, & indictione ſupraſcripta feliciter. Ego Daniel clericus in hanc chartulam offercionis a me factam manu mea roboravi, & ſubſcripſi, Ego Raduini manu mea ſubſcripſi, Ego Rodoaldo manu mea ſubſcripſi, Ego Urſo manu mea ſubſcripſi, Ego Maja manu mea ſubſcripſi, Ego Reginaldo manu mea ſubſcripſi.*

Animadvertendum hic a Daniele ſervum ſuum Joannem intra altare S. Mariæ emancipatum.

In eodem regeſto nu. 192. fol. 84. a t. extat donatio Dachenaldi. Et Dachenaldi.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti anno decimo principatus domini noſtri Grimoaldi provincia Beneventana princeps. Ego Dachenaldus Capuanus pro ſalute redempcione anima mea, & parentum meorum, ut hic, & apud eternum Dominum de peccatis meis requiem, & indulgentiam invenire valeam. Per hanc cartulam offero Deo omnipotenti, & tibi SS.mo Monachorum patri Benedicto in tuo venerabili monaſterio ſitum in Monte caſtro Caſini in quo tuo ſacratiſſimum corpus humatum eſt. Cujus Sancti regimini monaſterii dominus Apollinaris reverentiſſimus Abbas praeſſe videtur, hoc eſt univerſa ſubſtancia mea in loco qui dicitur Cannetus, & per alia diverſa loca in Comitatu Cajazano, caſis, terris, vineis,*

Digitized by Google

*vineis, ſervis & ancillis, & animalibus, & omnia mea ſubſtancia tam mobile, quam immobile, ex meo jure in liberam poteſtatem ſupraſcripto cœnobio S. Benedicti tranſmitto, & ejus Rectorum, atque cuſtodum ad tenendum, & dominandum, & faciendum omnia, quæ ad utilitatem ejuſdem Monaſterii placuerit in perpetum, & quicumque contraire, vel minuere, aut removere hanc noſtram offerſionem temptaverit ſub jugo anathematis Juda proditoris, atque Anna, & Caipha in eternum religetur; Et hanc oblacionis chartam firma, & ſtabilis, in eternum permaneat, & te Aliſpertu notar. ſcribere rogavi. Ego Anoaldo me ſubſcripſi. Ego Magelpoto me ſubſcripſi, Ego Adelferi me ſubſcripſi.*

Donationes hæ barbaræ quidem, ſed ſinceræ.

Adnotanda hic ſunt eruditiſſimi Peregrinii verba, dum in ſerie Abbatum Caſſinenſium pag. 20. de hac Dachenaldi Oblatione diſſerens ait: *Quid adverſus alteram chartulam opponam, non habeo, in eodem regiſtro exaratam*, (num. 192. fol. 84. a t. non autem 109., ut male notavit Peregrinius) *atque tempore datam principis Grimoaldi, ejuſdem Abbatis Apollinaris, nulla tamen adnotata nec die, nec indictione, nec anno Principis &c.* (fallitur Peregrinius iterum, notatur enim annus decimus Principis,) *quæ de donatione eſt Caſſinenſi monaſterio facta a quodam Dachenaldo Capuano genere, de ſua ſubſtantia in loco Canneto, & per alia diverſa loca Comitatu Cajazzano: niſi dixerim monaſterium ex ſupina oſcitantia nomen Principis haud multo ante demortui, pluriumque annorum ſpatio obſervatum, loco nominis novi principis ex conſuetudine ibi, deſcripſiſſe: quo etiam errore parique negligentia, ni alias antiquas chartulas crediderimus exaratas, & in iis exactos jam annos principum, & indictiones fuiſſe negligentiſſime repetitas, nullam plane poterimus conſtantem ducere temporum, quæ ex chartulis formetur, ſupputationem. Nec priſcos tabelliones tantam alere voluiſſe incuriam negabunt, quibus non dicdm ruditas morum, & imperitia lingua latina (& ſi munus illud excultioribus viris, & etiam clericis demandari conſuevit) ſed craſſa, & incauta ſimplicitas eſt bene cognita. Oſtienſis autem præfata chartula inconvenientiam cum non advertiſſet, Donationem Dachenaldi ad tempora retulit Abbatis Apollinaris, cujus nomen minime ibi ſuppoſitum libet credere, ſed nomen Principis &c.* Quæ Peregrini verba conducunt maxime ad ſcrupulos a moroſis quorundam criticorum mentibus eliminandos, noſtramque fidem oſtendendam, cum errores in regeſto Petri Diaconi contentos haud diſſimulemus, qua ratione donationes omnes eadem ortographia, ſphalmatibus, barbariſmis, ſolæciſmis, gloſſematibus, vitiis, hic exſcribendas voluimus, ne minimo quidem immutato verbulo, numero, epocha, quamquam aliquando redundare aliqua, manca eſſe alia, annos principum, indictiones, principum nomina, licet id rariuſcule eveniat, perperam collocata crediderimus. Nil vero mirum, errores aliquos in regeſto Petri Diaconi irrepſiſſe, cum ob momenta a Peregrinio excogitata, tum quod apographa ibi contineantur, atque ob alia rationum momenta paulo ante allata. Conferuntur maxime ad Peregrinii, noſtramque aſſertionem confirmandam, verba doctiſſimi Mabillonii, qui caput I. lib. II. de Re Diplomatica ſic inſcribit: *Styli barbaries in Diplomatibus a nonnullis perperam correcta*, triplicemque hujus Barbarei cauſam fuiſſe ait: *Prima ruditas ſeculi, & imperitia notariorum; Secunda, Uſus communis ſeu formula. Tertia notariorum affectatio &c.* Atque haſce cauſas pluribus exemplis confirmans nu. 5. ſubdit; *Non ergo propter barbariſmos, aut ſolæciſmos ſuſpecta debent eſſe priſca inſtrumenta. Immo vitia hæc ex ipſis antiquitatis fontibus procedere cenſenda ſunt, niſi aliunde comperta ſit falſitas &c.* Num. vero 4. poſt allata Vadiani verba, quæ ſunt apud Golſtaſtium Tom. III. pag. 46. ſuæ Collectionis inquit: *Non poteſt negari barbaries, atque ea quidem craſſiſſima, quam redolent chartæ: quæ quidem imperitia ne ſeculorum, an ſtudio magis, ac veluti data opera accidiſſe putandum ſit, non facile dixerim, rudia fuere ſecula, rudes noſtratium, ac prope elegantia omnes expertes animi, ſed videri poteſt propius ea ſecula intuentibus, aliquid tributum vulgo, & plebi fuiſſe, latinas litteras, utcumque noſcenti, nec niſi conſumpto ineptitum a ſcribis, ut tot modis barbari, & aſperi videri voluerint.* Et num. 6. *Non parum etiam ad diplomatum barbariem confert vitioſa notariorum ortographia, quæ non minus ſcriptorum imperitiæ ſervit, quam tempori. Id vero inclinata jam Latinitate adeo non mirum, ut etiam aureis illis eloquentiæ temporibus inſuper habitæ ſint recte ſcribendi rationis leges &c. Cum autem in ſcribendis diplomatibus recti ſermonis ratio nulla fere haberetur: neque item de recto ſcribendi modo admodum ſolliciti fuerunt notarii. Unde Carolus Magnus in Capitulari anni* 805. *rem animadverſione dignam exiſtimavit, ſtatuitque de ſcribis, Quod vitioſe non ſcribant, & ut unuſquiſque Epiſcopus, & Abba, & ſinguli Comites ſuum notarium habeant.* Et num. 8. *Non negaverim tamen reſidere in illis inſtrumentis ortographiæ nævos non paucos, qui vel ex dictantis, vel ex ſcribentis vitio proceſſerunt. Id aliquando contingit omiſſione litteræ geminatæ, ut bonorum eorum, pro bonorum meorum, hereditate ſuas, pro hereditates ſuas, aliquando ex vocabuli ſimilitudine, ut Romana legi alicubi pro Remana, & contra Remenſis pro Romenſis. Aliquando litteræ tranſpoſitione, ut ſpallentium ſæpe in veteribus libris pro pſallentium: Immo aliquando Syllabæ detractione, qua, eſt Storia, pro Hiſtoria, Spalis, pro Hiſpalis, Spania pro Hiſpania etiam apud Græcos, & in Pauli ad Romanos epiſtola: Nonnunquam vero litteræ redundantis adjectione, ut Salerpnum legi ſæpe apud recentiores librarios pro Salernum. Mitto temptare, Dompnus & aliaque id genus permulta, ubi littera P. redundat. Ex hoc ſcriptorum vitio Hieronymus infinita errata deprehendit in verſione ſeptuaginta interpretum, ut ipſe conqueritur in Epiſtola ad Domnionem.* Ex hiſce vero generalibus principiis, ad peculiaria deſcendit vir eruditiſſimus num XI., & ſeqq. eademque refricat omniuga, ut ſolet, eruditione ſupplementi cap. 3. nu. 3., 4., & 5. ubi demonſtrat Formularia, quibus notarii uterentur, barbariſmis, atque ſolæciſmis fuiſſe plena, ita ut in iis vix grammaticalium legum ulla ratio haberetur, prout paſſim recepta conſuetudo vulgaris ſermonis, forenſiſve uſus tunc exigebat.

Hinc Eruditiſſimus Juſtus Fontaninus Foro Julienſis magno nobis amore conjunctiſſimus in Vindiciis antiquorum diplomatum adverſus Bartholomei

mei Germonii diſceptationem cap. 9., & 10. eandem materiam examinans nu. 14. cap. 9. in Germonium hæc inquit: *Hoc tamen ut nobis quibus non licet eſſe tam diſertis, facilius perſuaderet aliqua ſcripta ab iiſdem referendariis, & notariis, eruditiſſimis emendata confecta ob oculos ponere debuiſſet. Non enim rempublicam litterariam iis legibus ſtare adhuc accepimus, utqua perpetua temporum ſerie, plena ſapientum voce & exemplorum vetuſtate, jam olim firmata ſunt, futilibus aque ac animoſis ſcripturentium hominum effatis, quaſi labefactata ilico proſcribantur; pracipue vero quum certo ſciamus, Actuariis, notariis, & tabellionibus publicis, Latini ſermonis imperitis, barbariem iſtam in primis eſſe adſcribendam.* Et nu. 15. *Quis porro non animadvertit Latinitatis interitum in legibus Gothicis, Langobardicis, Salicis, & principum Gallia prioris Stemmatis, in quibus deſunt grammatica regula, & verba exotica, atque hodie ignota denſantur, vel quia religio, & barbarica juris prudentia tunc ſecus loqui vetabat; vel quod ſcriptores, ubi Latina vocabula ad ſua exprimenda non ſuppetebant, e vernaculo idiomate latine inflexo ea depromerent, fractis cateroquin in ipſa ſermonis ſine grammaticorum repagulis, ut adnotavit vir multiplicis, & diffuſa eruditionis Carolus Cangius in prafatione ad Gloſſarium nu.* 27. De capite ſexto diſceptationis Germonianæ diſſerens ait: *In hujuſmodi cenſum procul dubio venit integrum caput ſextum, ubi ex ſtyli diplomatici barbarie, qua una apud omnes homines mentis, & rationis compotes chartas veteres legitimas eſſe probat, ipſe aliorſum abiens, illarum indubiam falſitatem ſe detegere aſſerit, quia nempe diplomata, pleraque ſolaciſmis ſcatent, & ſtylo plane barbaro ſcripta ſunt. Scilicet viro antiquitatis cenſori, diplomatum, & chartarum nulla ſuſpitio ſuboleret, ſi Ciceronianis elegantiarum floſculis, & eximio verborum delectu ſcaterent, ſic enim in iis, qua inſtrumenta adulterina ſtatim proderent ipſe unus eorum genuinam auctoritatem conſtituit, nullum interim diploma non barbarum, non inelegàns in medium proferens, aut ab aliis prolatum oſtendens: quod tamen proferre, & oſtendere debuiſſet, verorum diplomatum ſpecimen, & exemplum viris doctis, & indoctis propoſiturus.*

Et num. 5. ejuſdem cap. X. *Etenim viluere, ſeu potius deſiere in provinciis a barbaris occupatis litterarum ſtudia univerſa inductaque ſenſim, quum in moribus, tum in lingua barbaries craſſas, & ſordida, eoque inceſſit earumdem provinciarum amulatio, ut gentis ſua vocabula Latino canone, & norma inflecterent, quemadmodum Graci Latina, Latini Graca: unde orta ſunt barbara voces, quibus gloſſaria integra Voſſius, Spelmannus, Lindenbrogius, aliique cumulaverunt; quaque ob linguarum Tranſalpinarum inſcitiam a Gracis, Latiniſque fontibus arceſſuntur, quum ſint pura pura Gallica, Germanica, Saxonica, Britanica; & notat Morhofius de Patavinitate Liviana cap. 6.* Pluribuſq; aliis appoſitiſſime allatis ſubdit num. 7. *Interea in plebe manſit vulgaris, & ruſticus, ut tunc vocabatur ſermo Romanus ſordidis vocabulis, & inflexionibus maculatus; de quo Cangius in prafatione ad Gloſſarium nu. 28. multu congerit, ideo ruſticum, dictum animadvertens, quod artis grammatica regulis, & rethorum figuris non eſſet ſubactus, & barbariſmis, ſolaciſmiſque ſcateret; quem propterea Sidonius lib. 3. epiſt. 9. Squamam ſermonis Celtici, & rubiginem trivialium barbariſmorum vocat.* Et num. 11. *Neque propterea è manibus abjicienda incompta illa, & quoad ſermonis & ſcriptura indolem maleſoriata antiquitatis rudera, atque adeo barbara, & impolita, maxime ſi quid in ſe contineant, unde ad prateritarum rerum cognitionem majorum ritus, & mores e tenebris eruendos, atque illuſtrandos Suppetia nobis afferantur, praſertim vero quum inde appareat veteres illos, qui vita ſimplicitatem ſermone aquare ſtuduerunt, deſiderium juvandi, gratia placendi pratuliſſe. Sane quantum auri in ejuſmodi latina lingua quiſquiliis, & ſordibus ad rem Chronologicam, atque hiſtoricam illuſtrandam lateret, ſatis oſtenderunt ſacra, & profana antiquitatis explanatores noſtro avo celeberrimi, & hos inter Gullielmus, Godefridus Leibnitius prefatione ad Codicem diplomaticum Juris Gentium.* Tandem poſt demonſtratas rationes, & cauſas, ob quas magna hæc latinæ linguæ ignoratio in tabelliones, notarios, privilegiorum cancellarios, alioſque ſequioris ævi ſcriptores irrepſerit, ita concludit: *Sane veteres charta, ut ſequior atas ferebat ſolaciſmis obſita ſimplicem, & minime fucatam veritatem ſpirant, adeoque etiam propter hos navos ſunt venerabiles. Hinc ſcriptor maximus Caſar Baronius prudenter admonuit in illis edendis ſolaciſmos, & barbariſmos eſſe retinendos: nam ſciendi curioſitas, quaque aſpera condiens ſuavia reddit, inquit, anno* 1019. *nu.* 5. Quis vero neſciat noſtris etiam temporibus, quibus, Dei beneficio, politiores literæ maxime vigent, vix unum, aut alterum notarium, ſcribam, tabellionem reperiri, qui vulgi phraſibus, & vocabulis non utatur, quique inſtrumenta pluribus gloſſematibus, barbariſmis, ſolæciſmis non reſpergat. Ante Cll. viros Mabillonium, & Fontaninum, Angelus de Nuce in excurſu hiſtorico de linguæ Latinæ caſu, & interitu, & Italicæ ortu Chron. Caſſin. pag. 166. cauſas expendit, quibus barbarie undique obſita Gothorum, Langobardorumque tempore latina lingua in Italia apparerent. Atque Du-Cangius in præfatione mediæ, & infimæ Latinitatis erudite, ſolideque demonſtrat nu. 27. Latini ſermonis barbariem maximam partem produxiſſe notariorum, ſeu tabellionum publicorum imperitiam. Quam in rem doctiſſimus quoque Blanchinus, in præfatione ad Vitas Romanorum Pontificum ab Anaſtaſio ſcriptas, ditionis Romanæ, Johannis Mariæ Salvioni, anno 1718. pluribus adductis ſequiorum ſæculorum chartis, atque inſcriptionibus a num. 39. ad 42. oſtendit quam barbare contraque Grammaticæ regulas ſcriberent notarii, a ſecretis, atque diplomatum magiſtris potiſſimum tempore regum, principumque Langobardorum.

Sed age donationes alias hoc ſæculo cenobio Caſſinenſi a barbaris quidem, ſed piiſſimis hominibus factas videamus. In regeſto itaque Petri Diaconi num. 187. fol. 83. extat hoc Traſemundi donatio: Traſemundi Donatio.
*In nomine Domini tertio anno principatus domini noſtri Siconis eximii & magni principis die quinto, die intrante menſe Majo tertiadecima Indicione. Si Domino reddamus largita qua in hoc fragili ſaeculo poſſidemus quod illi homini valeat Deo oblata poſſeſſio in manifeſto eſt. Ob quam igitur rem ego Traſemundus*

Digitized by Google

*dus filius quondam Aliperti Dei Omnipotentis compulſus miſericordia optuli Monaſterio B. Benedicti, in quo ſacratiſſimum corpus ejus humatum eſt, ſitum in Caſino, ubi, Deo favente, Apollinaris ſanctiſſimus ac reverendiſſimus Abbas preeſt, caſe mee infra hanc Beneventanam civitatem, qua mihi de predicto genitore meo pertinuerunt in integrum, & caſalem meum, quem habui ad Pantanum, qui cum rebus ſupradicti Monaſterii conjunctus eſt quam etiam & caſalem meum in finibus Candenſis, ubi dicitur Laudecene preter fundum Airoaldi filii Noaldi, nec non caſalem meum in Fotinum cum clauſoria de Bonioli quam & caſalem meum finibus Alifanis ubi vocatur Bolcanum. Is quatuor locis tam quod ex jure parentum mihi pertinuit, vel quod ego nomini meo quibuslibet ordine paravi in integrum, cum caſis, caſalis, vineis, ſilvis, terris cultis, incultiſque, pratis, arbuſtis, paſcuis, aquis, omnia, & in omnibus cum ſuperius, inferiuſque limitibus, & adjacentibus ſuis. In ipſo ſancto loco offerui poſſidenda, ea ſcilicet racione, ut dum vixero omnia qua ſupra leguntur mea ſint poteſtatis regendum, ſuper ſedendum, laborandum, & uſufruendum, ea ſcilicet racione, ut non me liceat cuilibet, aut ubique pro quodlibet tenore aut obligandum, aut alienandum poſtquam obiero. A preſenti Aliſe, & Forinum in ipſó monaſterio deveniat perpetuis temporibus poſſidendum. Pantanum, & Candi donec vixerit Ciiſſa uxor mea uſufructuario nomine his duobus locis poſſideat in prefate Caſe intus in civitate reſidere eam liceat, & ſi quod abſit nupſerit, vel mortua fuerit, in integrum & caſe, & caſalibus in ipſo cœnobio eveniat & ejus rectoribus eternali tempore poſſidendum. Catera mea ſubſtancia, qua hic ſcribi non feci, cum decem familiis tam maſculis, quam feminis, Aliperge filia mea, quam Deo, & beata Sofia cella S. Benedicti de caſtro Caſino offerre vovi pro parte hereditatis, cum aliquanta mobilia qua ei relinquo, ut hoc quod judicavi inviolata permaneat abſque ejuſdem filia mea aut de aliis heredibus, aut pro heredibus meis, aut alteri cujuſcumque requiſicione, aut remobicione. Alia quidem ſtatuo, ut omnes ſervi mei, qui cartula libertatis a me facti ſunt omnes in loco quo habitant, ſalva libertate, tres per menſem opere in rebus nominati monaſterii faciant. De mobilia vero mea quam pradicta conjugi mea dedi quantum ab ipſa in judicata remanſerit in ipſo monaſterio deveniat, & in hoc tenore te Aidoaldus notarius ſcribere rogavi. Actum Benevento feliciter. Ego qui ſupraſcriptus Traſemundus filius Aliperti in hac cartula offercionis a me facta ſubſcripſi. Ego Liuprandus filius Wilefrid me teſte ſubſcripſi. Ego Caleriſſi me teſte ſubſcripſi. Ego Alipertus filius Rodiperti me teſte ſubſcripſi. Ego Wilipertu filius Fridacerni me teſte ſubſcripſi. Ego Faripertu filius Faroaldi teſte ſubſcripſi. Ego Aldemari filius Autuni teſte ſubſcripſi. Ego Pipinus filius Martini teſte ſubſcripſi. Ego Liuprandus filius Aiolfi teſte ſubſcripſi. Ego Johannes filius Walperti me teſte ſubſcripſi.*

Donatio vero Dachoperti, cujus Leo Oſtienſis meminit in eodem regeſto num. 193. fol. 85. extans, hæc eſt.

Dachoperti.

*In nomine Domini anno octavo principatus domini noſtri Siconi magni principis menſe Marcio indiccione tercia. Ego Dachopertus filius quondam Falani compulſus Divina Omnipotentis miſericordia pro mercede, & ſalvacione anima mea per hanc cartulam offero in monaſterio beatiſſimi Benedicti, quod fundatum eſſe dinoſcitur in Monte Caſino, ubi ſacratiſſimum corpus ejus humatum eſt, in quo domnus Apollinarius Abbas Dei agit officium, offero caſale meum, quem habeo in loco ubi Colimnia nominatur cum caſis, fundora, & cum ſubſtanciis ſuis, terre culta, & inculta cum arbuſta ſua, ſilvis, vineis, paſcuis, mobilibus, & immobilibus, omnia, & in omnibus cum pertinenciis, finibus, & viis ſuis, offero ſemper habendum, & poſſidendum in monaſterio S. Benedicti, ubi nec mihi Dachoperto, nec alio homini de ſupraſcripto caſale aliquid reſervavi, quatinus amodo habeat, & poſſideat meum caſalem in integrum, & neque a me Dachoperto, neque a meis heredibus, neque a nullum hominem nullo tempore de hac mea offerſione in pradicto monaſterio S. Benedicti, nulla inferatur moleſtia, ſed in perpetuis temporibus, hac offerſio firma ſtabilis, & inviolabilis permaneat, & nullo tempore diſrumpatur aut removeatur, quam cartulam offerſionis Ego Dachopertus pro ſalute anima mea feci, & te Dalipertu Notarium ſcribere rogavi. Actum Capua menſe, & indicio feliciter ſupraſcripta. Ego Dachopertus, qui hanc cartulam feci me ſubſcripſi. Ego Aniſſo ſum teſtis. Ego Lupus ſum teſtis. Ego Zollo ſum teſtis. Ego Landoaldo filius Lupi. Ego Magenolfo filius Majuni: Ego Toccolo filius Peredei. Ego Urſus.*

Ibid. num. 191. 84. a t. extat donatio Benedicti Diaconi quæ ſic incipit. *In nomine Domini, quinto anno principatus domini noſtri Siconis piiſſimi, & magni principi Beneventane princeps menſe Junio, quintadecima indiccione. Chriſto etenim domino largiente, tribuit licenciam ut qui ſe ſuppliciis voluerit redimere eumque de ſuis propriis honorare ſubſtanciis. Ob quam igitur rem ego etenim Benedictus Diaconus Tarantinus, & filius Roderiſii pro Chriſti, & Salvatoris mei miſericordia cepi judicare de rebus meis, quod ſi juſtum Dei judicium in quacumque morte preoccupatus fuero non paratus ante eternum Judicem ductus fiam propterea compulſus ſum Dei omnipotentis miſericordia, & pro ſalute anima mea optuli in monaſterio S. Benedicti ubi nunc Deo auxiliante Apollinarius reverentiſſimus Abbas praeſſe videtur, & in Eccleſia Sancti Valentini, qua fundata eſſe dinoſcitur foras porta civitatis Tarantina, quam parentes noſtri adificaverunt primi omnium caſe infra hanc civitatem, ubi habitamus, tam & omnes caſalibus ubicumque habere viſus ſum, ſervis, & ancillis, mobili, peculia, & immobilia omnia & in omnibus meam ſubſtanciam inter ſe dividant Rectores S. Benedicti Monaſterii, & alia medietas eveniat in pradicta S. Valentini Eccleſia. In hoc ordine volumus, & ſic judicamus, ut dum diu vixero, cuncta qua ſuperius judicavimus mea poteſtati reſervavi judicandum, & faciendum. Poſt meum vero diſceſſum ſi Maria relicta, & filio ejus Pantaleone ſupervixerint, habeant omnia mea mobilia ad gubernandum, & regendum, & poſt ipſorum obitum ſicut ſuperius diximus, in monaſterio ſancti Benedicti, & ſancti Valentini deveniat, & hoc ſcriptum te Arnipertu Notarius ſcribere rogavi. Ego Rudilpertus filius Friſon me teſte ſubſcripſi. Ego Petrus filius Onulfi me ſubſcripſi. Ego Petrus filius Aſemundi me ſubſcripſi.* Mabillonius Annal. to. II.

Benedicti Diaconi.

to. II. pag. 447. haſce donationes refert, atque ex Leonis verbis, cum de Danielis oblatione loquitur conſtat, nondum ejus ævo in Italia jus ſervitutis obſoleviſſe.

Siconis Principis

Cum S. Deusdedit Abbas Caſſini eſſet ab anno 828. ad 834. Sico Beneventanus Princeps flumen Lauri dictum cœnobio Caſſinenſi dono dedit, teſte Leone Oſtienſi cap. 22. *cum omnibus limitibus & piſcariis ſuis, & omnibus, quæ juxta ipſum fluvium hinc, & inde ad jus ſui palatii pertinebant*: V. Mabillonius Annal. to. II. pag. 518. Eam donationem ex regeſto Petri Diaconi nu. 195. fol. 85. a t. hic damus.

*In nomine ſummi Dei Eterni, aque filii ejus domini noſtri Jeſu Chriſti, Sanctoque Spiritui. Nos denique dominus Romuald vir glorioſiſſimus, & eximius Dux gentis Langobardorum. Conceſſimus vobis Deusdedi venerabili Abbati montis Caſini, & in monaſterio s. Benedicti confeſſoris Chriſti, in quo ſacratiſſimum corpus ejus humatum eſt, hoc eſt territorio noſtro, in loco, qui nominatur fluvio Lauro & fine poſita per ipſo fluvio, & uſque in via brutini, & fine Fara, & uſque in lacu Ruvio, & Bulturara, & fine Mandra Corbuli, & fine Capitina, & fine ſupraſcripto fluvio, qui fuit ipſo territorio ſub accione Triſiſi gaſtaldei noſtro quatinus ab hodierna die in perpetuum habeatis, & poſſideatis tam vos qui ſupra Douſdedi venerabili Abbati monaſterii montis Caſini, quam & ſucceſſores veſtros, qui in prefato monaſterio s. Benedicti deſervire viſi fuerint, ut a nulla parva magnaque perſona videlicet Princeps, Dux, Comes, Marchio, Vice Comes, Gaſtaldeus, Judex, Exactor, neque a nullo quempiam hominem nullam habeatis aliquando aliquam queſtionem vel contradiccionem, ſed perpetuis temporibus per hunc noſtrum firmiſſimum preceptum ſecuriter, & firmiter habere, & poſſidere ad utilitatem præſcripti monaſterii valeatis ipſis pranominatis terris, qualiter ſuperius per fines declarata ſunt, & cum omnibus ibi intro habentibus ſubtus & ſuper, & cum viis ſuis ibidem intrandi, & exeundi, & cum montibus, planis, campis, ſilvis, aquis, molendinis, planis, paſcuis, atque paludibus, terris cultis, & incultis, omnia, & in omnibus, qualiter finis declaratus eſt conceſſimus in præſcripto monaſterio, & ejus rectoribus atque cuſtodibus ad faciendum de ea omnia qua eis placuerit. Si quis autem quod non optamus nefario auſu præſumpſerit hoc, quod ad laudem Dei proſtabilitate jamdicti monaſterii conceſſa ſunt contradicere, vel quodlibet modo aliam contrariam inde ingerere, ſciat ſe compoſiturum auri puriſſimi libras quingentas, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem præfati monaſterii. Quod vero preceptum conceſſionis ex juſſione ſupraſcriptæ poteſtatis dictavi ego Perſius vice Domini, & referende tibi Granſoni notario ſcribende. Acto in Gualdo ad Biferno in palacio menſe Octobrio indicione ſecunda feliciter.* Amanuenſis errore in regeſto Petri pro Siconis nomine illud Romualdi legitur in hac donatione, ubi etiam invocatio ſatis inſolita nobis videtur.

Privilegium Lotharii Imperatoris

Leo quoque loquens de Autperto Abbate Caſſinenſi cap. 23. hæc ait: *Huic Lotharius rex Francorum filius ſupradicti Ludovici preceptum fecit confirmans omnia, quæ huic ſacro cœnobio, tam a regibus quam a principibus collata hactenus fuerant, Pratum etiam magnum qui vocatur Cervarius, & ſervos, & hæreditates plurimas fiſco ſuo pertinentes in pago Marſorum; alio precepto in hoc monaſterio confirmavit, &c. Sicardus præterea Beneventanorum princeps Gualdum, qui Martoranus vocatur, per ſuum preceptum ſancto Benedicto conceſſit, &c. cum ripis, & aquis, foſſariis, & piſcationibus, & omnibus intra ſe poſitis &c. Vir quidam Rodegarius &c. obtulit huic monaſterio quatuor curtes ſuas cum omnibus pertinentiis earum & aliquot ſervos, & ancillas ſuas.* V. Mabill. to. 2. Ann. pag. 567. Primum Lotharii privilegium extat in regeſto Petri Diaconi num. 110. fol. 48. a t. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni Lotharius, divina ordinante providencia Imperator Auguſtus. Oportet imperiali magnitudini predictis Deo famulancium preces audire, & quæ pecierint amore Sanctorum, quorum veneracione loca dicata ſunt, ubi greges Dei divina miſeracione famulari procurant, libenter impertire, ſuaque munera erga eadem loca ad percipiendam divinam retribucionem conferre, quia quanto ſtudioſius hoc quis procurare contendit, tanto ejus miſericordia fultus de præſencia facilius tranſibit, & eternam beatitudinem facilius capeſcere promerebitur. Igitur cunctorum fidelium Sancta Dei eccleſiæ, noſtrorumque cognoſcere ſollercia, quia vir venerabilis Authpertus Abbas rector cœnobii S. Benedicti in caſtro Caſino, ubi ipſe corporis ſepulturæ locum veneracione dicavit. Mira ad nos legatione peciit piam celſitudinem noſtram, ut ob Dei reverenciam, & animæ noſtræ mercedem ad augmentum utilitatis ejuſdem ſancti loci, vel ſupplementum neceſſitatis ibidem Deo famulancium, ut confirmaremus in monaſterio S. Benedicti confeſſoris, conſtructum in Caſino, quæ per precepta predeceſſorum noſtrorum Imperatorum, & Regum, ac parentum noſtrorum, videlicet Caroli, & Ludoici ſuis munificenciis in prefato monaſterio contulerunt, & ex ſuis rebus confirmaverant, res, & poſſeſſiones ibi a principibus, ducibus, reliquiſque fidelibus oblatas. Cujus peticionibus pro Dei amore, animarumque noſtrarum remedio, per hoc noſtræ confirmacionis per preceptum, prout juſte, & legaliter poſſumus confirmamus, ac penitus corroboramus in prædicto cœnobio Chriſti confeſſoris Benedicti omnia precepta prædeceſſorum noſtrorum, imperatorum, & regum, ſeu parentum noſtrorum videlicet Caroli, Ludovici, verum eciam omnes res & poſſeſſiones per diverſas fines Regni Italici poſitas per eadem precepta, vel quolibet legalis titulo ſcripcionis a Principibus, Ducibus, reliquiſque fidelibus ibidem collatas, omnibus rebus, territoriis, cum montibus, & planiciebus cultis, & incultis cum aquis, & univerſis pertinenciis, quæ ſunt videtur infra fines, quæ inferius declaramus, quæ ab antiquis temporibus uſque nunc eadem monaſteria poſſeſſus eſt ideſt incipiente a prima fine da ipſu Carnellu, & quomodo ſalit per ipſa bantra uſque in rivo ſicco, & ſaliente uſque ad eccleſiam S. Martini, & quomodo pergit per ipſe criſte de monte S. Petri; De ſecunda parte fine Serra de monte, qui dicitur Ciſino, & quomodo pergit per Serra de monte, qui dicitur Aquilone, & vadit ad lacum qui dicitur de Pupplo, & quomodo pergit ad lacum Vitecuſum, & vadit directum ad aquam fundatam, & quomodo aſcendit per ipſum montem qui eſt ſuper Caſale & pervenit ad vadum fluvii, qui vocatur Rapidu, & per-*

Digitized by Google

*pergit per ipſa via, qua tenditur ad ipſu via antiqua, qui eſt in capite Meterino, & quomodo pergit per ipſas criſtas moncium, & pervenit ad terra albe, inde venit ad Furca S. Valentini, & quomodo aſcendit per criſtas moncium, qui ſunt inter Atino, & Valle Lucis, & recto tramite pervenit ad Petram ſcriptam, & aſcendit ad Serram Montis, qui dicitur ordiceſa, & pergit per ſuper ipſe Peſclora, qui dicitur Falconari, & pervenit ad ipſe fines, qua ſunt inter montes de quibus unus vocatur Spinacius, & alter Porcacius, & inde aſcendit ad criſtam montis, qui vocatur Caira, & pervenit ad ipſe Petre ſuper aqua vivola, & aſcendit ad collem qui vocatur Gimberuti. De tercia parte quomodo deſcendit per ipſu Querquisulu, & vadit directum in ipſu foſſatu juſta eccleſiam S. Damaſi, & pergit directum in Silice ad locum qui dicitur arcu de Gizzoli, & quomodo vadit ad lacum de Radoprandi, & inde pergit ad Rium, qui vocatur Marocze, & qualiter deſcendit in fluvio, qui dicitur Carnellu, & aſcendente per ipſo fluvio uſque ad aqua, qua dicitur Coſa, & ſalit per ipſum montem, qui dicitur S. Donati. De quarta parte fine per media Serra de eodem monte S. Donati, & quomodo deſcendit ſuper ipſi monticelli de Marri, & vadit ad ipſi Peſcli, qui ſunt ad Pedomonte de ipſo monte de Balba, & quomodo vadit inde ſuper duos Leones, & inde ſalit per ipſe Serre ſuper caſale, & inde deſcendit per ipſum montem ſuper ipſa billa de Gareliano, & inde vadit ad ipſu Peſclu, qui nominatur Criptu imperatoris, uſque in fluvio qui nominatur Gareliano, & aſcendente per ipſo fluvio uſque ad priores fines, cum omnibus eccleſiis ſibi ſubjectis, & cum omnibus pertinenciis, titulis, vel adjacenciis eorum, una cum caſtris, cappellis, caſis, terris, vineis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, montibus, piſcariis, molendinis, aquis, aquarumque decurſibus, ſervis, & ancillis ad preſibatum monaſterium pertinentibus in integrum, Chriſti confeſſoris videlicet Benedicti, qui poſitum eſt in caſtro Caſino. Statuimus inſuper, ac noſtra preceptali auctoritate decrevimus, ut ſi aliqua intencio orta fuerit de rebus, & familiis, & de monaſteriis, liceat Abbocatorem ſuum per inquiſicionem circamanencium liberorum hominum hoc definire, & cum definitum fuerit, tunc demum ipſa res, & familias pars predicti monaſterii noſtra preceptali auctoritate habeat, atque poſſideat jure quieto. Recipimus pretorea pretaſſatum monaſterium, cum omnibus pretaxatis monaſteriis, ac cellis, & cum omnibus pertinenciis vel adjacenciis eorum, una cum caſtris, cappellis, titulis, caſis, terris, vineis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, montibus, piſcariis, molendinis, fluminis, rivis, aquis, aquarumque decurſibus, ſervis, ancillis ibidem aſpicientibus, una cum Fratribus, ac Monachis ibidem Deo famulantibus ſub noſtre tuicionis mundburdio. Statuentes, ut Abbates, & propoſiti ejuſdem loci juſta priſcam conſuetudinem ad communem utilitatem Fratrum ſua diſponant abſque alicujus contradiccione. Precipientes itaque jubemus ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Caſtaldio, ſeu qualibet regni noſtri magna, parvaque perſona res predicti monaſterii invadere, ſeu homines liberos, & ſervos diſtringere, pignerare, ſeu moleſtare audeat, abſque legali judicio, neque penſiones ab eis injuſte exigere preſumat. Si quis igitur hujus noſtri precepti confirmationis, ſeu mundburdi tuicionem aliquando infringere conatus fuerit, ſciat ſe compoſiturum auri puriſſimi libras centum, medietatem camera noſtre, & medietatem predicti monaſterii, quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur manu propria ſubter eam firmamus, & anuli noſtri impreſſione adſignari juſſimus.*

*Signum*  *Lotharj glorioſiſſimi Regis: Druchtemarus ſubdiaconus, atque notarius ad vicem Egilmari recognovi. Data nono Kalendas Marcias Anno Chriſto propicio, imperii Domni Hlotharii pii Imperatoris ſeptimo-decimo, indicione terciadecima. Actum Papia civitate, Palacio Regio. In Dei nomine feliciter Amen. Lotharius gratia Dei Imperator Auguſtus.*

Juriſdictionem Caſſinenſibus cōfirmans.

Hujus Privilegii meminit Cojntius in Annalium Eccleſ: Franc: To. 8. pag. 368., & Mabillonius To. II. Annal. pag. 567. In eo vero hæc potiſſimum verba adnotanda ſunt: *Una cum Caſtris, Servis, & Ancillis*: bis inibi repetita, quibus apparet ab Imperatore non tantum oppida cœnobio confirmata, ſed etiam ſervos, & ancillas, quos ab oppidis diſtinguit. Ideoque Juriſdictionem ad mentem priorum donatorum conceſſiſſe: nam ſciunt juris conſulti confirmationem, quæ ad priores refertur, donationis tabulas cum iiſdem legibus factam cenſeri, cum relatum ſit in referente cum omnibus Qualitatibus l. eſſe toto 77. de Hered. Inſtit. l. Si ita ſcripſero de condit. & demoſtrat. l. Inſtitutio ibi l. edita C. de edendo Cap. Abb. ſane cap. porro de V. G. Alciatus Reſpon. 774. n. 1. & 2. Baldus conſ. 212. Pariſ. con. 66. lib. 1. & conſ. 9. lib. 3. dec. in l. p. penult. C. de edendo. Gratian. Diſcep. lib. 2. cap. 289. Cravett. conſ. 986. nu. 56. Peregr. de fide communi art. 16. nu. 113. & art. 29. nu. 17. Illa inſuper adnotanda; *Ut ſi aliqua intentio* (id eſt contentio) *orta fuerit de rebus & familiis* (an nimirum regis alteriuſve vel cœnobii eſſent.) *liceat Abbocatorem ſuum per inquiſitionem* &c. *hoc definire*. Lites ergo regem vel alium inter, atque cœnobium ortas a cœnobii advocato definiendæ erant. Quod cum abs dubio juriſdictionem, tum miram refert imperatoris erga cœnobium Caſſinenſe, ejuſque miniſtrorum integritatem confidentiam, quibus cauſas etiam inter cœnobium, regemque, & ejus fiſcum, vel alteram perſonam vertentes definiendas permiſerit. Poſt hæc omnia, aliaque principum potiſſimum Caroli M. & Ludovici Pii privilegia confirmata, cœnobium ipſum ſub protectione ſua recipit, atque ex ultimis ejus privilegii verbis conſtat, nulli imperatori, Magiſtratui, nulli Duci, Marchioni, Comiti, Vicecomiti &c. licuiſſe, aliquam in ſubditos noſtros, ſive liberos, ſive ſervos juriſdictionem exercere, quare hi neceſſario a cœnobii Judicibus, & magiſtratibus judicari debebant, ne judicibus deſtitutos impune quæque committere, molirique poſſe perperam comminiſcantur.

Genuinum eſt hoc Privilegium

Hujuſce privilegii meminere Otthones I., & II. S. Henricus, Conradus, Henricus III. in ſuis diplomatibus mox adducendis, omneſque refert

notas,

notas, quibus prædita eſſe ſolent, ſincera quæque Lotharii privilegia, nam formula initialis eadem eſt cum aliis, ut videre eſt apud Mabillonium de re diplomatica pag. 81. Annus imperii optime congruit. Vid. Mabillonius pag. 195. Imago ſigillo impreſſa ad latus dexterum vergit, atque inſcriptio circa ſigillum eadem eſt cum cœteris. Vid. Mabillonius pag. 138. Illa utitur formula: *Et annuli noſtri compreſſione adſignari juſſimus*: quam uſurparunt quoque Carolus M., & Ludovicus Pius, & ſæpe eodem modo ſubſcribit quo Carolus, Ludovicus Pius, ac poſtmodum Ludovicus II. Vid. Mabillon. pag. 107. & 108. Ejus etiam ſubſcriptio ſeu monogramma ante annum, menſem, diemque eſt poſita, inter verbum *Signum*, & illud *Lotharii*. Vid. Mabillon. loc. cit. 4. Pœnam transgreſſoribus minitatam in aliis quoque privilegiis uſurpavit Lotharius, Vid. Mabillonius pag. 102. Tandemque idem Mabillonius pag. 192. nu. 9. §. 2. de notis Chronologicis ſecundæ ſtirpis Franciæ diſſerens ait. *Hic calculus, ejuſque formula partim convenit cum calculo primæ ſtirpis, partim ab eo differt, ſed maxime in tribus. Primum eſt, quod Datum (ſic vocant) Merovingici paſſim exprimunt in prima, Carolingi poſt Carolum Magnum in tertia perſona quaſi Cancellarius, aut notarius loquatur &c. Alterum diſcrimen eſt quod Carolingi Datum, ſeu Data (ſic enim promiſcue legitur in ſecunda ſtirpis regiæ monumentis) & Actum diſtinguunt in una, eademque charta, quorum unum ſit rei tranſactæ, alterum confecti Inſtrumenti ſignum. Merovingici ſolum, Datum uſurpant &c.* Et infra num. 10. *Aliud tamen ſignificare poſſunt Actum, & Datum, nempe ut Datum tempus confecti inſtrumenti denotet, Datum conceſſi, cum ſcilicet inſtrumentum in manus impetrantis tradebatur &c.* Fuit Lotharius Ludovici Pii filius; & Irmingardæ Tiliæ Ducis Ingerammi, deque ejus imperii epochis hæc ſcribit Mabillonius pag. 195. nu. 14. *Varii ſunt regni ſeu imperii Lothariani characteres. In primum conſtitutus eſt a patre Bajoariæ rex anno DCCCXIV. tum Aquiſgrani anno DCCCXVII. detracto Bajoariæ regno in æſtate conſors imperii factus: Kal. Maji confirmatus anno DCCCXXI. in conventu Noviomagenſi. Deinde in Attiniacenſi conventu miſſus in Langobardiam, ſeu Italiæ regnum anno DCCCXXII. menſe Auguſto: Ad extremum Romæ regni, & imperii coronam a Paſchale Papa accepit anno ſequenti ideſt DCCCXXIII. in ipſa Paſchali ſollemnitate &c. His obſervatis, dicendum eſt in ſtatuenda epocha diplomatum Lotharianorum nullam habitam fuiſſe rationem regni Bajoarici niſi forte admodum apud Bajoarios, ſed illam deſumptam fuiſſe aliquando ab anno DCCCXVII. paſſim ab anno DCCCXXII. rarius ab anno DCCCXXIII. quæ quidem intelligenda ſunt de diplomatibus conditis ante mortem Ludovici Auguſti. Ad epocham anni DCCCXVII. refero duo Lotharii diplomata, Data anno ejus imperii XVIII. &c. Eruditiſſimus Carolus Cointius* [a] *in ea ſententia verſatur, Lotharium antequam a Patre deſciſceret annos ſuos computaſſe, aut ab anno DCCCXVII. aut ab anno DCCCXXII. &c. Re vero maturius conſiderata hæc ait Annal. To. II. pag. 483. Gravis inter Chronologos controverſia eſt, an ab hoc anno Lotharius, ideſt ab hac coronatione annos imperii ſui computaverit, an potius ab anno ſuperiore, quo rex Bajoariæ a patre dictus eſt; an vero ab anno ejus ſæculi ſeptimo decimo, quo pater eum imperii conſortem primum dixit: Quo ex tempore, ut Paſchaſius* [b] *in epitaphio Arſenii ſeu vale auctor eſt in omni conſcriptione, & nomiſmate, Ludovicus nomen ejus expreſſum voluit. Certe ab hoc anno paſſim repetitur Epocha, ſeu calculus Lotharianorum diplomatum ante mortem patris, aliquando ab anno viceſimo ſecundo, aut a viceſimo tertio, quo a Paſchali coronatus eſt. Unde in præfatione concilii Romani per menſem Novembrem anno ejus ſæculi viceſimo ſexto habiti, hæ nota Chronicæ apponuntur: imperante domno noſtro Piiſſimo Auguſto Hlodovico a Deo coronato magno imperatore anno tertiodecimo, ſed & Lothario novo Imperatore anno decimo. Calculo ducto ab anno decimo ſeptimo, quo Pater eum in conſortium imperii adſcivit &c.* Regnavit tantum Lotharius poſt patris obitum ab anno 840. ad 855. ut conſtanter ſcriptores omnes aſſerunt. Vid. Baronius, Cointius, Pagius, Mabillonius, &c. in hoc anno.

[a] To. 7. ad an. 823. nu. 1.

[b] Paſchaſ. lib. 2. c. 17.

Alterum Lotharii Privilegium.

Alterum Lotharii privilegium autographum in noſtro archivo aſſervatur, quod cum plura contineat, quibus aliqua hiſtoriæ lux affulgeat potiſſimum quoad imperii annum, ſigillum, initialem formulam &c. Integrum hic dare operæ pretium exiſtimamus.

*In nomine Dñi noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni Hlotarius divina ordinante providentia imperator Auguſtus. Oportet imperiali magnitudini prælatis Deo famulantium preces obaudire, & quod petierint amore ſanctorum, quorum veneratione loca dicata ſunt, ubi greges Dei divina militatione exequi procurant libenter optemperare ſuaque munera erga eadem loca ob percipiendam divinam retributionem conferre, quia quanto ſtudioſius hoc quis procurare contendit, tanto ejus miſericordia fultus de preſentia facilius tranſibit, & eternam beatitudinem felicius capeſſere promerebitur. Igitur cunctorum fidelium S. Dei eccleſiæ, noſtrorumque cognoſcat ſollertia, quia vir venerabilis Autpertus Abbas Rector cenubii* * *S. Benedicti in caſtro Caſſino, ubi ipſe corporis ſepulturæ locum veneratione dicavit, miſſa ad nos legatione petiit piam celſitudinem noſtram, ut ob Dei reverentiam, & animæ noſtræ mercedem ad augmentum utilitatis ejuſdem S. loci, & ſupplementum neceſſitatum ibidem Deo famulantium, quaſdam res congruentia ibidem neceſſarias conferremus, quas quidem homines Godelpertus, & Godelprandus, & Dagari fratres, ſeu Lupus, ut Urſus, ſimiliter fratres nec non Cāponi, Antari, & Alipertus a noſtris finibus fuga labentes Benevento noſtrorum prædeceſſorum infidelitate petentes noſtro Fiſco jure dimiſerunt. Verum etiam quemdam pratum vocatum Cervarium cum terra, quæ fuit cuidam ſervo noſtro Leonino nomine, cum quodam ſervo noſtro Liſpulo nomine, & uxore ſua, ſeu filia & Nurus, vel nepotes, cum ſubſtantiola ſua, ſuper quam reſidere videtur, vel quicquid ipſi habent; quod pratum & ſervi, vel terra pertinent jure fiſci noſtri de Sala civitatis Marſi: cujus petitionem nos animæ noſtræ mercedis proficuam recolentes, libenter annuimus, effectuoſaque deliberatione perenniter manſuram hac noſtra auctoritate perfecimus, ſed ut per futura tempora nullam refragationem indequis inferre valeat, & rerum conlaterationem, & ſervorum nomina*

* Cœnobii.

in

*in hac noſtra inſerere decrevimus. Terminia vero earundem rerum hec ſunt, de primo capite in via publica, a latere vero erga terram S. Benedicti, & revertente per viam ſupra S. Zenonem in deſcenſu, & inde revertente a via plaja uſque ad terram Aliperti, & Lupi, & inde revertente uſque ad puteum, quod in ipſa Terre eſſe videtur, & uſque ad pratum Aliperti, & Lupi ſupra jam dictis, & inde uſque ad Stafulum, quod eſt erga monumentum de Cervario, & inde revertente ad Stafulo in deſcenſu, uſque ad terram Aliperti, & exinde uſque ad pratum Hilderici, & Urſi, & de uno latere uſque clauſuram S. Benedicti; aliud vero capud tenente in clauſura S. Marie de Apinianici; Capud vero aliut tenonte in terra que fuit Aidulfi aliut vero tenente in prato de cella S. Petri monaſterii S. Vincentii, & de alio latere uſque in flumen de caſa Carini, & fine viam, que pergit in deſcenſu ad portum, & revertente per flumen de ſuper caſa Walderamni & ſine caſa Willeradi, & Willemundi, uſque terram ejuſdem S. Benedicti cum Oratorio parvo S. Zenonis, cum omnibus caſis, vineis, ſilvis, pratis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, paſcuis, vel omnibus adjacentiis infra eadem terminia cum mancipiis ibidem pertinentibus, Arefuſo ſcilicet cum uxore & filiis ſuis, & ſubſtantiola ſua, quam a foris habet, Martino cum uxore, & ſubſtantiola ſua ſimiliter a foris, Maurum cum duobus fratribus ſuis, Lupo, & Formoſiano cum uxoribus, & filiis, ac ſubſtantiolis eorum, quas a foris habent. In Paſſiniano Lupo de Avio cum uxore, & filiis, & nurus, ac nepotibus, cum ſubſtantia ſua, qua a foris ejuſdem terminii habent, qui cum omnibus ſubſtantiis nobis devenerunt ex pertinentia præſcripti Camponis, ſeu Acebrandum de Molsiano cum uxore, & filiis ſuis, & ſubſtantiola ſua, qui noſtra pertinentia devenerunt de ſupraſcriptis Codelperto, & Godeprando, & Dagari clerici nec non Giſepertum, cum uxore, & filiis ſuis, Audepertum, cum nepote ſua Petronia, & Urſo cum ſubſtantiolis ſuis, qui nobis devenerunt de parte Urſi, & Lupi. Hec ſuperius comprehenſa ejuſdem ſancti loci poteſtati perenniter poſſidendum conferimus, ſicuti noſtro jure de ſupraſcriptis hominibus parte devenerunt, qui pro prefata nulla eam amittentes fugam noſtrorum priorum poteſtati ſe ſubtraxerunt. Praecipientes ergo jubemus, ſicuti & perenniter manſurum volumus, ut nemo fidelium noſtrorum parti præſcripti monaſterii de his omnibus rebus quolibet in tempore nullam inferre preſumat moleſtiam, aut contrarietatem, ſed ſub omni integritate ſicuti ibidem a nobis conceſſa ſunt, & ac noſtra auctoritate condonate perenniter ibi in utilitate ejuſdem maneant monaſterii, abſque cujuslibet refragationem, aut quamlibet inquietudinem. Ut quoque hac noſtra auctoritas pleniorem obtineat vigorem, & a fidelibus noſtris diligentius obſervetur, veriuſque credatur, manu propria ſubter eam firmavimus, & annuli noſtri impreſſione adſignari juſſimus.*

*Signum*  *Hlotarii glorioſiſſimi Auguſti.*

*Druictemirus Subdiaconus, atque Notarius ad vicem Egilmari recognovi.*

*Data VIII. Kal. Martias anno Chriſto propitio Imperii Domni Hlotarii pii Imperatoris XVII. Indictione XII. actum Papia Civitate, palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.* Adeſt ſigillum cereum.

Ubi obſervandum plura Lotharium Latifundia quorum fines deſcribit concedere. *Cum omnibus caſis, vineis, ſilvis, pratis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, paſcuis, vel omnibus adjacentiis infra eadem terminia cum mancipiis ibidem pertinentibus*; nominatiſque mancipiis, proſequitur: *Hec ſuperius comprehenſa ejuſdem Sancti loci poteſtati perenniter poſſidendum conferimus, ſicuti noſtro jure de ſupraſcriptis hominibus parte devenerunt, &c.* quo conſtet, nullam ſibi prorſus in ea bona mancipiaque Juriſdictionem authoritatemque reſervare.

Sichardi vero donatio extat in regeſto Petri Diaconi num. 197. fol. 86. eſtque hujuſcemodi. Sichardi Donatio.

*In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Nos vir glorioſiſſimus Sichardus Dei providencia Langobardorum gentis princeps motus omnipotentis miſericordia pro redempcione anime noſtræ ſeu gentis, & patrie concedimus in monaſterio beatiſſimi Benedicti quod ſitum eſt in caſtro Caſino, ubi Authpertus reverentiſſimus Abbas regimen tenere videtur Waldum ſacri noſtri palacii, qui dicitur Martoranum quod habet fines de uno capite fine mare ab inde fine foce de Betrana, deinde fine Bena de pucin, & indo in terra montonata, & inde bena de Coſa, & fine Cupione qui dicitur de Ippoli has fines diſcernit iſtum Gualdum a Gualdo eccleſia S. Martini de Prata, & inde fine Arenari, & fine tramite qui dicitur ferola, & fine bena de Carpinu, & fine Signaida de Ceſa, que dicitur Mauri, & inde in cerque ſignate, que dicitur Caldarolu, & Benactola de Ficulcia, que eſt inter hunc Waldum, & fine de Puranetu, & fine flumine qui dicitur Fertore reconjungentes ſe in predicto mare, cum ripis, & aquis, & fuſſariis, & piſcacionibus, & omnibus infra poſitis, ſicut hactenus ad manus Palacii noſtri pertinuit pertinet de mari paſſato, Arichis, Maripachis noſtri in ea videlicet racione, ut amodo, & deinceps per hoc noſtrum roboreum preceptum ſupradictum Waldum per deſignatos fines ipſum monaſterium & ejus rectores ſecure nomine habere, & poſſidere, ſeu perfrui valeant, & a nullo de noſtris judicibus, gaſtaldeis, vel a quibuſcumque agentibus habeant aliquam requiſicionem rectores predicti monaſterii ex prafato Waldo, ſed perpetuis temporibus in integrum poſſideantur; Quod vero Preceptum conceſſionis ex juſſione ſupraſcripta poteſtatis ſcripſi ego Audoaldus Notarius. Actu Benevento in ſacro palacio quinto anno, menſe Junio, quintadecima indiccione.*

Num. vero 198. fol. cit. continetur Rodegarii Donatio quæ ita ſe habet. Et Rodegarii.

*In nomine Domini tercio anno Principatus Domini noſtri Sicardi, menſe Junio indiccione* XII. *Ideoque, Ego Rodegari filio Rochildi de finibus canſina, cum benigno deſiderio, atque cum ardentiſſimo amore cogitavi eterna premia adipiſci, ut in aliquo angulo a conditore Domino gaudium invenire merear, & animam meam ab inferno liberari poſſim.*

*Pro-*

*Propterea eum ſumma mente mea, & cum bona voluntate offero in S. Benedicto qua fundatus eſt in Caſino caſtro, curte mea in terri, & alia corte mea in loco, qui dicitur laudanu, & alia Curte mea in locum qui dicitur Melaſſanu, & alia corte mea, in Finaclito. Iſte mee curti cum omnibus ſuis pertinenciis, caſe, terre, vinea, ſilvis, campis, in monte & inplanis cultu, vel incultu, cum finibus ſuis, & cum vie ſue, & cum aque, & ubicumque aut quomodocumque habemus totum in integrum, ipſe mee curte in ſupradicto monaſterio tradidi. Unde mihi nulla reſervavi, nec alicui homini reſervare dico, & offero ſervi mei, nomine Cuſino, & Urſo, & mancipia mea nomine Aldeperga cum filii, & filie ſue in poſſeſſionem deveniant in ſancto Benedicto, & hoc repromitto ego Rodegari, & obbligo me meiſque heredes vobis venerabilis Abbas Authpertus, veſtriſque ſucceſſoribus, qui in beati Monaſterio Benedicti regimen tenetis da omnes homines in anteſtare vel defendere, & ſi ego me Rodegari, vel meis heredibus, in anteſtare non potuerimus, & ſi ego vel meos heredes cauſare aut tollere voluerimus mille ſolidos Beneventanos componere obbligamus, & ſic ipſa offerſione firma permaneat, quam nos Rodegari tibi Dipertu notar. ſcribere rogavimus. Actu in conſinu Coſina ante teſtes. Ego Rodegarius peregi. Ego Taunperto praebiter me ſubſcripſi. Ego Audiſpertus me ſubſcripſi, ego Giſelperto me ſubſcripſi. Ego Fridiriſſi me ſubſcripſi.*

Aliæ fidelium oblationes. Proſequitur Leo Oſtienſis cap. 24. plures cœnobio factas donationes Abbatis Baſſatii tempore, qui ab anno 837. ad 856. præfuit recenſere, quas inter hæ ſunt. *Agenardus Caſtaldeus Capuanus fecit chartam oblationis in hoc monaſterio de omnibus omnino rebus ſubſtantia ſua, qua poſſidere videbatur in territorio Capuano, & Teanenſi, atque Calinulo cum ſervis, & ancillis, & univerſis, qua ſibi jure hereditario competebāt &c. Similiter etiam quidam majo Teleſinus ad extrema veniens tradidit ſe ipſum in hoc monaſterio, cum omnibus ſuis &c. cum ſervis quoque, & ancillis omnibus in eiſdem curtibus commanentibus, & univerſis eorum.* V. Mabillon. Annal. Tom. II. pag. 600. Agenardi donatio in regeſto Petri Diaconi num. 199. fol. 86. a t. extat, eſtque hujuſcemodi.

Agenardi oblatio. *In nomine Domini noſtri J.C. an. decimo Principatus Sikenolfi Princeps langobardorum menſe madius, indictione duodecima. Ideoque ego Ajenardus caſtaldus filius bona memoria Ralenolfii Maripais. Manifeſtum facio, quoniam Romoald conſobrinus meus filius quam Ragenardi diſpoſuit quantum habere viſus fuit pro ſalute anima ſua. In Capuanis finibus, & calinuli cum ſervis, & ancillis una mecum offeruit in Monaſterio S. Benedicti, qui eſt ſitus in caſtro caſino, ubi ſacratiſſimum corpus ejus humatum eſt, in quo domnus Baſſacius Abbas praeeſt pro ſalute anima mea, & Romoaldi conſobrini mei ſicut ab illo diſpoſitum eſt omnia ſua in finibus Capuanis, & Calenis, vel Teanenſi cum caſis, curtibus, hortis, & omnibus territoriis cultum, & incultum, ſilvis, vineis, caſis, pratis, paſcuis, & omnia inferiora, & ſuperiora, omnia, in integrum, & Molendinum ſupra fluvium vulturnum, qui appellatur Riſpici ſubtus montem, ubi eſt eccleſia S. Viti, ut hac conceſſio in prefato monaſterio firma & ſtabilis in eternum permaneat, & taliter nos Agenardus caſtaldus, & Raduini germani communiter fecimus, & te Urſipertum notarium ſcribere rogavimus. Actum in Territorio liguriano feliciter. Ego Achenardus, ut ſupra egi, & me ſubſcripſi. Ego Raduini, ego Lando caſtadu, ego Guarnecauſo.*

Majonis donatio. Illa Majonis ibidem extat nu. 400. in hunc modum. *In nomine Domini tertio anno Principatus domini noſtri............ Menſe Januario quarta indictione. Ideoque ego majo filius quam Theoſperti qui ſum abitator in Bicu de Tremundi propinquo eccleſia S. Maria, qua nominatur de Graoſora, dum me rejacere in lectulo, & recte me lioqui ſencior, & ab alia infirmitate me circumdari timeo, ne me mors ſubito de hoc ſeculo tollat antequam pro anima mea judicare de cunctis rebus meis quod cogitavi pro Dei omnipotentis miſericordia & pro redemptione anima mea optuli me in monaſterio ſanctiſſimi Benedicti, ubi nunc, Deo annuente domnus Baſſacius Abbas in caſino regimen tenere videtur in eodem itaque loco ſancto me optuli eum curtis meis una qua eſt in Pulianellu finibus Teleſinis, & alia in finibus Alife cum eccleſia vocabulo S. Petri cum ſilva noſtra circa eandem eccleſiam, & cum omnibus pertinentiis ipſarum curtium cum Servis quoque & ancillis omnibus in eiſdem curtis manentibus cum ſilvis, & limitibus, & cum omnibus ſuarum pertinentes in eodem Venerabili loco cum me ipſo tradidi, & ſubdidi ad permanendum, ut neque a me, neque a meis haredibus, neque a nullis quemquam hominum aliquando aliqua re, qua ſupraſcripta eſt, tollere praeſumat. Hanc offerſionem firma permaneat in ſupraſcripta ratione. Te Ragimprando Not. taliter ſcribere rogavi in ſupraſcripta domo. Ego qui ſupra Majo egi. Ego Albuinus filius Rimeperti me teſte ſubſcripſi. Ego Johannes filius Franconi teſtis. Ego Anſelmus filius Urſi teſtis ſum, & ſubſcripſi.*

Suprema juriſdictio Caſſinenſium probata evidentiſſime. Hæc notatu digna habet Leo in fine cap. 29. ad ſupremam in ſuos ſubditos Cœnobii Caſſinenſis juriſdictionem vindicandam. *Porro demum pradicti principes Radelchis, & Siconolfus pactum diviſionis principatus inter ſe firmantes, hoc monaſterium Sancti Benedicti, & monaſterium Sancti Vincentii extra ſortem eſſe decreverunt, dicentes: Hac monaſteria ad nos minime pertinent, quoniam ſub tutela, & Immunitate dominorum Imperatorum Lotharii, atque filii ejus Ludovici conſtituta ſunt.* Eadem refert vetus Chronicon S. Vincentii in Vulturno apud Ducheſne To. III. pag. 687. Hujuſce diviſionis anno 851. factæ inter Radelchiſum Sichardi olim principis Theſaurarium, vel a ſecretis, & Siconulfum Sichardi fratrem capitulare, pactaque edidit. Peregrinius in Hiſt. Princ. lang. pag. 85. ubi pag. 86. num. 4. hæc leguntur. *Omnium rerum Sanctarum eccleſiarum, epiſcopatuum videlicet, vel monaſteriorum ſub regula degentium, ſeu Xenodochiorum, ibi cenſus rationes reddentur de ſuis ſingulis ſubſtantiis, ubi capita ſunt earum, præter monaſteria S. Benedicti, & S. Vincentii, qua ſub defenſione domini Imperatoris Lutharii, ejuſque filii domini Ludogvici regis ſunt.* Ex quibus optime clariſſimeque cognoſcas duo illa cœnobia, nedum principibus Lamgobardis ſubjecta non fuiſſe, verum ne Italiæ quidem regibus, aut imperatoribus, ſub quorum tantum protectione erant, eo modo, quo reſpublica modo Lucenſis ſuprema eſt, licet Hiſpaniarum regis protectioni com-

Digitized by Google

commendata. Verum de imperatorum erga cœnobium Caſſinenſe protectione alibi fuſius. Nec eſt quod aliquis ſuccenſeat incaſſum ab imperatoribus petitam bonorum confirmationem, ſi nullum Jus illi in cœnobium Caſſinenſe exercere potuiſſent, nam prudens quiſque, rerumque humanarum experiens ſciverit, non tantas fuiſſe Caſſinatibus vires, ut juriſdictiones ſuas contra invaſores defendere ſoli poſſent, niſi opem tuliſſent imperatores, Italiæ reges, quorum proculdubio muneris erat Caſſinates defendere, quos ſemel, eorumque bona ſub protectione ſua receperunt. Nemo plane piiſſimis Galliæ principibus Carolo M. & Ludovico Pio ſuccenſeat, quod bona, ditioneſque a Pippino Franciæ rege apoſtolicæ ſedi donata confirmaverint, neque inde deducat, ſupremam non fuiſſe Romanæ eccleſiæ in ſubditos ſuos juriſdictionem. Quæ vero Leo narrat de diviſione principatus Beneventani, deque cœnobii Caſſinenſis ſuprema juriſdictione confirmat Sigonius lib. 5. de Regno Ital. pag. 219. Mabillonius Tom. III. Annal. pag. 23. Ciarlanti in memoriis Hiſtoricis Samnii lib. 3. pag. 223. V. Baronius & Pagius ad annum 851.

*Eamque oſtendit præ cæteris Bertharius communito Cœnobio extructaque urbe.*

Supremam porro juriſdictionem, poteſtatemque ineluctabili prorſus argumento demonſtravit Bertharius ab anno 856. ad 884. Abbas Caſſinenſis, de quo hæc narrat Leo Marſicanus cap. 33. *Hic itaque reminiſcens periculum, quod nuper a Saracenis ſub ſuo prædeceſſore, niſi Deus miſericorditer avertiſſet, eidem loco acciderat: totum undique monaſterium, quod ſurſum erat, muris, ac turribus firmiſſimis in modum Caſtelli munivit. Civitatem quoque ad radicem hujus montis circa monaſterium domini Salvatoris conſtruere inchoavit. Quo videlicet tempore dum ſupradicta mœnia Eulogi-Menopolis, ideſt Benedicti civitas conſtruerentur, vir quidam, qui jam per ſeptem annos præ valida infirmitate, lingua prorſus carebat officio, ita ut nullum penitus poſſet edere verbum, in ejuſdem operis miniſterio inter cæteras ſervierat &c.* Cui inter dormiendum beatus Benedictus apparens loquelam reſtituit. Hæc eadem ante Leonem ſcripſerat Ignotus Caſſinenſis apud Peregrinium pag. 108. num. 19. cujus nos hic verba excribimus, ut ejus inde ætas innoteſcat. Habet ergo: *His temporibus Baſſacius Abbas defunctus eſt expletis in regimine annis decem, & novem, cujus quale, quantumque fuit ſurſum deorſumque in eccleſiis ſtudium, & ipſi* vidimus, qui ſcribimus, *& carmina illius nobis deſcripta reſonant. Huic ſucceſſit in regimine Bertharius Sacerdos ejus diſcipulus moribus, & vita ſtrenuus, & omni bonitate conſpicuus. Caſtelli ſurſum munitionem ipſe ambiens, calicem ad honorem Dei officium operatus eſt, civitatem . . . . fieri voluit, & inchoavit. Et quomodo totis viribus contra Saracenos in Gaeta dimicavit, noſtra pleniſſime comperit ætas. &c.* Ignotus itaque Baſſacii Bertharii deceſſoris tempore vivebat. Subdit vero hic author num. 27. *Dum Eulogimenopolis urbis mœnia ſtruerentur, unus quidam tunc ibi erat cum ſuis ſociis in conſtructione civitatis: Is quondam præ nimia infirmitate linguæ perdiderat officium, & per annos circiter ſeptem omnimodo valuit proferre ſermonem &c.* Verum a S. Benedicto ſanatus eſt, ut ex Leone diximus V. Sigonius de Regn. Ital. lib. 5. pag. 123. & Mabillonius Annal. Tom. III. pag. 59. Civitatem a S. Berthario ædificatam S. Germani nomine, quod nunc temporis etiam obtinet, appellatam ex eo feruntur quod Ludovicus II. Imperator, quum monaſterium S. Salvatoris ad propria reverſurus tranſiret S. Germani Capuanæ civitatis Epiſcopi corpus, quod ab ejuſdem incolis oblatum ſibi fuerat ſecum deferens ipſius Sancti digitum, non caput, vel corpus, uti per errorem aſſerit Nuceus innotis ad cap. 33. nu. 705. & ad apud 39. nu. 725. ibidem reliquerit, non vero monaſterio Caſſinenſi ut perperam ait Michael Monachus in Sanctuario Capuano pag. 122. Bigitus quidem S. Germani capuani epiſcopi hactenus in collegiata inſigni San Germanenti veneratur. Cæterum an hinc civitas a S. Berthario edificata S. Germani fuerit appellata in magno veterum ſcriptorum ſilentio, fides eſto penes Authorem. S. Germani corpus modo extat in inſignis Ordinis noſtri cœnobio S. Xiſti Placentiæ, ut referunt Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ pag. 682. Petrus Ricordatus Hiſt. monaſter. Die Prima in Ludovico II. & lectiones in feſto S. Germani Placentiæ recitari ſolitæ.

*Non una civitas ad cœnobiorum munimen extructa.*

Non unum extat civitatum: quæ pro Monaſteriorum munimine conſtructæ ſint apud Hiſtoricos exemplum, præter enim hanc noſtram a ſancto Berthario excitatam, celebres ſunt civitates Montis Regalis, & Pactenſis in Sicilia, Mardeburgum, Spira, Argentoratum, Salisburgum, Moguntia, Nimega, Monaſterium, Campidona, Fulda, Sangallentis, alique plures in Germania, Bobium in Ducatu mediolanenſi, aliaque quædam in Hiſpania, ut fuſius videre eſt in Hiſtoria templi, ac monaſterii montis Regalis ab eruditiſſimo amico noſtro D. Michaele del Giudice Abbate Ordinis noſtri concinnata pag. 17. Tractatus de ſtatu veteri, & præſenti Archiepiſcopatus Montis Regalis; atque Mabillonius de cultu ſoli Germanici per Benedictinos diſſerens in præfatione ad ſeculum III. Parte I. pag. 32. & ſeqq. §. 5. ait. *Duo in Germania præſtitere majores noſtri in reipublica Chriſtiana utilitatem, nimirum converſionem gentis, & eccleſiarum epiſcopalium inſtitutionem; ſtudia vero in clericorum, & ſecularium commune emolumentum: quartum in habitatorum commoditatem, nempe ipſius ſoli Germanici prope deſerti cultum, & ornamentum primo loco occurrit. Buchonia Solitudo quondam ingens in Francia Orientalis, & Turingia cenſinio. At poſtquam eo in ſaltu Bonifacius Monaſterium Fuldenſe conſtruxit, ex horrore illo emerſit urbs, & regio non ingrata. Teſtis hujus rei Lindgerus in Actis S. Gregorii Abbatis in hæc verba. Sturmi venerabilis Abbas unus ex numero illo electorum Dei, qui ex ſancti Bonifacii diſciplina profecti, quantum profecerit in eremo, Bocauna Silva teſtimonium eſt, quæ prope omnimodis inculta erat, ac deſerta, nunc autem ab Oriente uſque ad Occidentem, a Septemtrione uſque ad meridem eccleſiis Dei, & electis palmitibus monachorum impleverunt. Inde nomen a Pago Buchonia relictum, auctore Candido in vita S. Egilis. Idem præſtitis Bonifacius Variis in locis tam per ſe, quam per ſuo, aliiſque e noſtris poſt eum. Quid enim quondam Corbeja, quid Brema modo urbes in Saxonia? Quid Fritislaria, quid Herſfeldum opida in Turingia? Quid Saltzburgum, Friſinga, Ciſter-*

*Diſſertat.* D *tum*

*tum urbes epiſcopales in Bajoaria? Quid oppida S. Galli, & Campidona apud Helvetios? Quid numeroſa alia oppida in tota Germania? horrida quondam ſolitudines, & latibula ferarum, nunc hominum ameniſſima diverſoria, poſtquam ea noſtri labore, & induſtria ſua excoluerunt. Facile eſſet id etiam de aliis provinciis, ac regnis demonſtrare, ſed iſta in exemplum ſufficiunt, ut intelligant omnes ex Benedictina familia propagatione, quid emolumenti, & ornamenti regnis Chriſtianis acceſſerit.*

Aliæ conceſſiones.

Leo Oſtienſis cap. 34. quaſdam donationes refert cœnobio Caſſinenſi factas, quaſdamque a S. Berthario factas conceſſiones, quas inter *conceſſit etiam Suabilo Gaſtaldeo Marſorum uſufruendi diebus tantum vita ipſius, eccleſiam S. Coſma de Civitella cum colonis, & ſervis, & ancillis &c. cum duabus aliis Eccleſiis ideſt S. Maria in Ellereto, & S. Leucio in Muſcoſi cum ſervis nihilominus, & ancillis &c. Stephanus quidam genere Capuanus obtulit in hoc loco ſancto per diverſa loca, curtes octo cum Servis & ancillis, atque Colonis ad eaſdem curtes pertinentibus.*

Capite vero 36. hæc ſcribit. *Tunc Ludovicus rex generale edictum in univerſas negni ſui partes dirigens, ut nullus omnino eſſet, qui ſe ab hac expeditione ſubtraheret. Anno Domini 866. immenſum congregavit exercitum, ſimulque cum domna Angelberga auguſta coniuge ſua iter arripiens Beneventi fines per Saram ingreditur, ac menſe Junio pervenit ad monaſterium hujus ſanctiſſimi patris, quod deorſum eſt, ubi a venerabili Abbate Berthario univerſis monachis illi procedentibus, maxima cum honore ſuſceptus eſt. Die altera montem adoraturus aſcendit, ibidemque magna nihilominus honorificentia a fratribus eſt receptus. Cumque univerſum cœnobium circumiens perluſtraſſet, & optime ſatis ædificatum laudaſſet preceptum confirmationis totius Abbatia juxta quod ſui predeceſſores Imperatores jam fecerant, beato Benedicto faciens, & regalia inibi conferens munera, fratribuſque ſe multum commendans, deſcendit.* Pauloque poſt aliam donationem refert Leo noſter a Ludovico cœnobio noſtro factam. Longe vero ante eum Ignotus Caſſinenſis teſtis oculatus apud Peregrinium pag. 101. nu. 7. eadem hiſce verbis teſtata reliquerat. *Imperator Hludovicus auguſtus cum uxore ſua pariter glorioſa Angelberga auguſta Benevento properantes Junio menſe ad Monaſterium veniunt ſanctiſſimi Benedicti Patris, ubi a venerabili Berthario Abbate cum Sacerdotali officio lampadibus, & thimiamatibus, nec non & Fratrum laudibus honorifice ſuſceptus eſt. Aſcendens autem montem, ubi dicti almi patris pii Benedicti ſacrum corpus humatum eſt pari gloria ibidem ſuſceptus aliquid ibidem ſancta & bene conferens munere dictum omne cœnobium conſpiciens laudabiliter admiratus deſcendit.* Et Erchempertus num. 32. Hiſtoriæ ſuæ apud eundem Peregrinium hæc ſcribit. *Lodoguicus &c. Beneventi fines per Suram ingreditur atque pius monaſterio Benedicti Beati applicuit, quo ad eum legati de diverſis urbibus, venerunt, inter quos Landulfus jam dictus, & nepotes ſui ex diverſo venerunt. Suſceptis igitur Auguſtis, hoc eſt vir, & conjux a Berthario venerabili Abbate officioſiſſimo &c.* Ubi advertendum neque Ignotum Caſſinenſem, neque Erchempertum

potiſſimum Ludovici II.

coævos ſcriptores, oculatoſque teſtes referre a Ludovico eo tempore confirmata Caſſinenſis Abbatiæ Bona cum Caſſinum inviſit, ſed Ignotus tantum num. 19. de Berthario loquens ait: *Quomodo autem ſuos dilexit Commiſſos, & quatenus pro ipſis decrevit præcepta indicant cœnobio facta Imperatorum.* V. Baronius anno 866. Mabillonius Annal. Tom. III. pag. 134. Sigonius de regno Italiæ lib. 5. pag. 229. qui privilegium Ludovici eo tempore conceſſum referunt, quo Leo ſcribit.

Ampliſſimum privilegium.

Privilegium autem Ludovici ex regeſto Petri Diaconi num. 105. fol. 46. integrum pro more hic damus.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni Hludovicus Dei gratia Imperator auguſtus omnibus Fidelibus ſancta Dei eccleſia, noſtrorumque preſentium, ac futurorum noverit devotio, Bertarium religioſum Abbatem de monaſteria S. confeſſoris Chriſti Benedicti de caſtro Caſino noſtram adiſſe celſitudinem, petens, ut ob Dei amorem, & animarum noſtrarum remedium per noſtrum preceptum in eodem cœnobio confirmaremus omnia precepta regum, & imperatorum. Nec non monaſteria virorum, & fœminarum. Cellas quoque, & univerſas eccleſias, poſſeſſiones quoque, ac familias inhibi a religioſis, & Deum timentibus viris conceſſas, amore igitur Divino accenſu, necnon conſultu, & interventu Ingelberga dilectiſſima conjugis noſtra, ac pro eo quod viriliter Sarracenos obpucnaſtis pralibato cœnobio Chriſti confeſſoris Benedicti per hujus prograñaticis cancionem prout juſte, & legaliter poſſumus confirmamus omnia privilegia . . . . . . . . . precepta quoque regum, & Imperatorum, nec non monaſteria virorum, & puellarum & cellas, res quoque, & familias inibi a religioſis, & Chriſtianiſſimis viris quolibet modo conceſſas nominatim omnia pradia circa ipſum monaſterium adjacencia per confinia, & loca antiquitus determinata in territorio Aquinenſi, incipiente ab ipſa coſa, quomodo ſe jungit cum ipſo flumine, & vadit per mediam Serram de Monte S. Donati, & exinde deſcendit ſuper Monticellos de Marri, & uſque ad illos Peſclos, qui ſunt ad pedem de montis de Balba, & quomodo vadit exinde per duos Leones, & inde per Serras montis ſuper caſalo, & per ipſum montem uſque ad villam de Gariliano, & de Gariliano uſque ad Peſclum, quod dicitur cripta imperatoris uſque ad flumen, & omnia adjacentia juxta ipſum flumen de rebus ipſius cœnobii, qua flumetica nuncupantur confirmamus etiam in perpetuum eidem venerabili loco omnes res, & proprietates, quas eadem eccleſia juſte, & legaliter tenet, vel habere poteſt in finibus Pennenſis, & in finibus de Aprucio, uſque in firmo, & in finibus Teaenſi, uſque in flumen Trinio, & in finibus Balba, & in finibus Marſi, & in finibus Furcone, & in finibus Amiterno, & in finibus Reatine, & in finibus Ciculi, una cum famulis, ſervis, & ancillis cartulatis preferendariis colonis, & colonabus, aldionibus & aldiabus, caſtellis, eccleſiis, cappellis, cellis, terris, cultis, & incultis, agris, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, vineis, ſalectis, cannetis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, molendinis, molendinumque locis, montibus, alpibus, planiciebus, vallibus paludibuſque quaſitis, & inquirendis, mobilibus, & immobilibus rebus, omni-*

busque

Digitized by Google

*buſque pertinenciis, quæ dici, vel nominari poſſunt prætaxata eccleſia beati Benedicti, & Berthario venerabili Abbati, ejuſque ſucceſſoribus, qui pro tempore fuerint paſtores, atque rectores ejuſdem monaſterii ex integro confirmamus, & corroboramus, & per noſtra auctoritatis preceptum ſtabilimus, ut jure eccleſiaſtico habeant, teneant, firmiterque poſſideant omnium hominum contradictione remota ſtatuimus videlicet, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, ſeu quilibet reipublica exactor homines ejuſdem eccleſia injuſte angariare, vel flagellare, ſeu res eccleſia tollere aut illam diveſtire audeat. Et ſi aliquis per falſas cartulas res eccleſia alienare deſiderans, vel alienavit, & liceat rectoribus jam dicta eccleſia per Sacramentum, & teſtimonium bonorum hominum circummanencium ſe defendere juſte, & legaliter illas res eccleſiam pertinere, & ſic eaſdem res ad jus, & dominium eccleſia redeant. Quicquid etiam deinceps divina pietas ipſo loco voluerint augere ad cauſas audiendas, vel fredi, aut tributa exigenda, vel manſiones, aut paratas faciendas, vel fidejuſſores tollendos, aut homines ipſi monaſterii tam liberos, quam ſervos, ſeu cartolatos, vel offertos, & qui ſuper terram ipſius monaſterii reſident nullatenus diſtringendos, nec ullas redivitiones, aut illicitas occaſiones imperpetuum requirere audeant, & Quicquid fiſcus ex jure jamfati monaſterii pars publica ſperare poterat pro anima noſtra mercede, luminaribus ipſi venerabilis monaſterii noſtra maneat auctoritate conceſſum. Nec non eciam a nobis addi, confirmari placuit, ut ex omnibus rebus vel mancipiis ex ipſo Monaſterio pertinentibus cartulatis, vel offertis liberos, atque Servos, ubi pars ipſi monaſterii elegerint, atque acclamaverint miniſtri, vel exactoribus publicus per tres, aut duos circamanentes, atque conſiſtentes veraces homines, quos ipſius monaſterii Monachi adclamaverint inquiſicio fiat, qualiter rei veritas facilis inveſtigetur, & Monachi ipſius monaſterii citius ſuam valeant Juſticiam conſequi, ita ut poſt facta inquiſitione, rem, quem clamaverint prædictas veraces homines jam dicto pertinere monaſterio liceat Monachi quiete poſſidere, & nulli licet Monachis ſe prædicto monaſterio in palacio quorumcumque taliter reſpondere, ut a Sacramentum compellantur. Si vero de ſervis, aut ancillis, vel de quibuslibet rebus orta contentio fuerit, liceat Monachis ejuſdem monaſterii ipſos retinere quouſque in noſtram, ſeu de Undeceſſorum noſtrorum præſenciam veniat, & ibidem coram nobis poſiti deliberentur. Quicumque autem adverſus hanc noſtram imperialem inſtitutionem ire temptaverint, aut ea, quæ ſupra memorata, vel comprahenſa ſunt minime obſervare, qui fortaſſe violare, aut dirrumpere temptaverint ſciat ſe pena perſolviturum Abbatibus ipſius monaſterii, & munitate noſtra, quam in omnibus conſtituimus eccleſiis, ſcilicet libras auri obtimi centum. Præcipimus etiam ubicumque repertum fuerit ex rebus ipſius Monaſterii, vel callis illicitas, atque damnoſas, ſeu inutiles conſcriptiones, vel commutationes evacuentur, & ad bis, vel poteſtate ipſius monaſterii reſtituatur. Ut autem hæc noſtra imperialis præceptio per futura tempora firmiorem obtineat vigorem, manus noſtra ſubter firmavimus, & anulo noſtro ſigillari.*

*Signum Domini glorioſiſſimi.*  *Ludovici Regis.*

*Ductremirus ſubdiaconus, atque notarius ad vicem Egilmari recognovi. Data nono Kalend. Marcias anno Chriſto propicio imperii domini Ludovici pii Imperatoris ſeptimodecimo, indictione tertia decima, Actum civitate Benevento, in Dei nomine feliciter. Amen. Ludovicus Dei gratia imperator auguſtus.*

In hoc itaque privilegio cum omnia imperatorum diplomata cœnobio Caſſinenſi conceſſa, tum ampliſſima verborum formula omnia monaſterii bona confirmantur, quæ in Aprutio citeriori, ulterioriique poſſidebat, una cum ſervis, & ancillis, aldionibus, & aldionabus, quodque magis eſt, confirmantur oppida, aliaque omnia illis annexa, ut ſunt paſqua, aquæ, molendina, piſcationes, aliaque ibi notata, quæ Ludovicus jubet, ut Caſſinenſes Monachi, jure eccleſiaſtico habeant, ideſt omnino libere, nulloque vectigali principibus laicis ſoluta, vel ulla ſubjectione exhibita, quod luculentius illis verbis explicat. Ut nullus Dux &c. ad cauſas audiendas &c. cum aliis, quæ ſequuntur, inter quæ hæc potiſſimum adnotanda: *Aut homines ipſius monaſterii &c., & qui ſupra terram ipſius monaſterii reſident nullatenus diſtringendum &c., & quicquid fiſcus &c.*

Omnes hoc privilegium ſinceritatis characteres præ ſe fert, cum ejus Initialis formula cæteris ejuſdem Ludovici diplomatibus conveniat. Vid. Mabillon. de re diplomatica pag. 82. Non adnotatur incarnationis annus, cujus uſus nondum in imperatorum diplomatibus eo tempore invaluerat, nam primus uſurpavit Carolus Craſſus, ut oſtendit Mabillon. ibidem pag. 205., & 206. Annus decimus ſeptimus Ludovici optime cum annis ejus imperii, atque Chriſti 867. congruit. Ludovicus enim Romæ a Leone IV. ſub initium Decembris anni 850. coronatus fuit imperator, quare decimus ſeptimus imperii ejus annus Chriſti anno 867. reſpondet, quo Ludovicus Februario menſe Beneventi verſabatur. Ignotus enim Caſſinenſis coævus ſcriptor poſt ennarratum Ludovici in Caſſinum adventum menſe Junio anni 866. ut inter omnes chronologos poſt Leonem Oſtienſem convenit, teſtatur, imperatorem poſt captam Capuam, Salernum, aliaque in loca contendiſſe, deindeque ſubdit: *Menſe autem Decembris, Dei omnipotentis opitulante gratia ingreſſus eſt Beneventum*; anno quidem decimo ſeptimo Auguſtalis imperii ſui, atque infra: *In cujus obſequium cum eſſet ibidem Bertharius Abbas, nam illic in ſancta Sophia inchoatum fuerat Oratorium a prædeceſſore ſuo reverendiſſimo viro Baſſacio, quod omni ſtudio perfecit, & in honorem ſancti conſtruxit Benedicti. Dedicatum autem a Stephano Theanenſis ſedis epiſcopo, & ab Angelari Levita ſtudio opus perficitur.* Erchempertus etiam ait num. 32. poſt narratam Capuæ obſidionem, ſubjugationemque, quæ anno 866. evenit, addit de Ludovico: *Hoc quoque ita pacto* Quod eſt Genuinum,



Digitized by Google

*a Guaiſerio omni ſine ſponſione prius Salernum, & ſic demum ab Adelgiſo Beneventum exceptus eſt*, Et num. 33. *Sequenti autem anno multis fultus auxiliatoribus Barim perrexit, atque cum ſæpedicto Saudagne auguſtalis exercitus pugnam commiſit &c.* ideſt anno 867. Neque potuit certe Ludovicus menſe Februario ejuſdem anni quo ad hiberna milites contineri ſolent, Barium pergere, neque apparatus omnes, commeatuſque brevi admodum duorum menſium tempore quibus Beneventi manſerat, preſto habere ad graviſſimam Barii obſidionem moliendam.

Illud Eruditi norunt quatuor fuiſſe epochas, a Ludovico in ſuis diplomatibus conſignandis uſurpatas, quarum prima anno congruit 844., quo Langobardorum rex coronatus fuit a Sergio II. altera incipit anno 849., quo a patre Lothario Socius imperii adſcitus eſt. Tertia repetitur ab anno 850. quo circa diem Decembris ſecundam a Leone IV. Romæ Imperator eſt coronatus anno 850. Quarta denique ſumitur ab anno 855. quo Lothario patre demortuo ſolus imperator remanſit. Fuſe de hiſce epochis diſſerit Pagius ad annum 844. nu. 4., ubi hæc habet prope finem ejus numeri; *Quatuor harum epocharum exempla paſſim infra occurrent, & a nobis evidenter declarabuntur, eo magis quo ſecunda, & tertia huc uſque inter ſe ſatis diſtincta non fuerint, ideſt anno 849. nu.* 14. De hiſce epochis agit etiam anno 850. nu. 5. & 6., anno 853. nu. 12., anno 855. nu. 14., ubi prope finem ait: *Porro Ludovicus ſecundus annos imperii modo ab anno 849. quo a patre imperator nuncupatus eſt, modo ab anno inſequenti, quo Leo quartus eum Romæ coronavit, & modo a die mortis patris numeravit: Unde ut ejus diplomata certo ſuis annis reddi poſſint in fronte cujuslibet anni imperii ejus annos a tribus illis epochis deductos exhibebimus*. Vid. Mabillonius de re diplomatica potiſſimum pag. 440., & Annal. To. II. pag. 687. & Tom. III. pag. 43. Cum itaque Romæ Ludovicus fuerit imperator coronatus, ut minimum die ſecunda Decembris ann. 850. primus imperii ejus annus deſinit menſe Decembris anni 851. Hincque optima eſt Ignoti noſtri ſupputatio, qui annum 866. menſe Decembri decimum ſeptimum imperii Ludovici annum collocat, nempe inchoatum. Indictio tantum in hoc privilegio falſa eſt, quæ anno 867. non decimatertia, ſed decimaquinta erat. Verum potuit hic error in ipſo originali irrepſiſſe, nedum in apographo, cum plurimi Indictionum errores in monumentis etiam ſinceriſſimis extent, vel quod forte irrepſerint, vel quod indictionum initium pro libidine a notariis olim fuerit uſurpatum, ut obſervat Pagius anno 850. num. 5. Mabillonius de re diplomatica pag. 178. 179., & alibi ſæpe Perez in Diſſertationibus eccleſiaſticis pag. 264. Petavius de Doctrina temporum To. II. lib. XI. cap. 41. pag. 199. Du-Cangius Verbo, Indictio.

Regius Portulanus Terræ laboris anno 1557. contendit, Portulaniam ditionis Caſſinenſis ad regium fiſcum ſpectare, neque hoc contentus, de facto vetuſtiſſima poſſeſſione monaſterium deturbavit. Quæſtione itaque hac de re inſtituta in tribunali Regiæ cameræ ſummariæ monaſterium ad ſui munimen plura præſentavit privilegia, aliaſque ſcripturas ab Archivo Caſſinenſi extractas, de quarum comprobatione cum inſtarent regius Fiſcus, atque Portulanus, monaſterium Caſſinenſe archivum inviſurus adiit Thomas Salernitanus Præſidens regiæ cameræ ſummariæ, deinde Regens Præſidens, Sac. conſilii creatus qui hanc edidit citationem,

*Thomas Salernitanus Præſidens regiæ Cameræ Summariæ, & Commiſſarius infraſcriptæ Cauſæ &c. Porteriis dicta regia camera. Quoniam Procurator Sacri monaſterii Caſinenſis intendit præſentare in dicta regia camera, & coram dicto domino Commiſſario, in cauſa in ea vertente inter regium Fiſcum, & Mag. Alfonſum Rota regium Magiſtrum Portulanum provinciarum Terræ laboris, & Comitatus Moliſii ex una, & præfatum ſacrum monaſterium ex altera, de & ſuper poſitione Portulaniæ civitatis Sancti Germani, & caſtrorum copias extractas, & exemplatas a nonnullis regeſtris, & libris ipſius ſacri monaſterii, & inſtatur pro comprobatione facienda cum dictis regeſtris, & libris coram præfato Magnifico domno Commiſſario, ut ipſis poſſit fides adhiberi, eapropter intimetur Magnifico procuratori Fiſcali, quatenus infra dies tres poſt præſentium intimationem, immediate ſequentes, comparere debeat in dicta civitate S. Germani, vel alium loco ſui nominet, & deputet; qui compareat in loco prædicto coram dicto magnifico cauſæ Commiſſario, ad audiendum, & ad videndum collationem faciendam dictarum ſcripturarum cum prædictis regeſtris, libris, & ſcripturis, alias, &c. Datum in prædicta civitate S. Germani die vigeſima quarta Martii 1559. Thomas Salernitanus.*

Inter alia vero privilegia coram hoc judice comprobata, fuit iſtud Ludovici II., quod in proceſſu hujuſce litis reperitur pag. 308. in Banca Decii Raparii. Ludovicus hic filius fuit Lotharii I. & Irmingardis filiæ Comitis Hugonis, quæ Lothario anno 821. nupſerat, teſte Eginhardo in Annalibus. Poſt patris obitum ſolus ad annum 875. imperavit. V. Mabill. Baron. Pag. aliique ad annum 875.

Alia Beneficia Caſſinatibus a Ludovico facta.

Proſequitur Leo cap. 39. alia beneficentiæ Ludovici erga Caſſinates monimenta hiſce verbis deſcribere: *Cumque in reverſione ſua* (*Ludovicus*) *apud S. Apollinarem Ravennæ remoraretur, adiit eum Angelarius tunc monaſterii hujus præpoſitus, proclamationem faciens de Cella S. Mariæ in Maurinis ſita in comitatu Pennenſi, quam videlicet Hildeprandus Dux, tempore Karoli regis ante centum circiter annos, interveniente Beniamin Monacho in hoc cœnobio, præcepto ſuo firmaverat: modo vero eſſent aliqui, qui quaſi ex parte ipſius imperatoris res ipſas ſe tenere aſtruerent, mox imperator rei ejuſdem cognita veritate, & prædicti Angelarii precibus inclinatus, ſcripſit, & Imperiali auctoritate præcepit, ut nullus deinceps ex eadem cella aliquid retinere, vel attemptare, neque ex ſua, neque ex alicujus alterius parte præſumeret, ſed quieta, & omnimodis libera in priſtinum dominium cœnobii noſtri rediret, cum portu ſcilicet ſuo, & Foce de Gomano, & cum omnibus omnino pertinentiis, & finibus ſuis, id eſt ab Atria, uſque Gomanum, & uſque in fluvium, qui dicitur Plamba, & uſque in mare cum ipſo littore, ad piſcandum, & cum Gualdo de Bolejano, modia videlicet terræ inſimul undecim circiter milia. Inſuper etiam præcepit Celſo*

cuidam

*cuidam Præpoſito, & Grimaldo epiſcopo, ut ſimul cum eodem Angelario mox venirent, eumque ad utilitatem loci hujus ex parte ſua de his omnibus inveſtirent præcepto, & ſigillo ſuo ſuper hoc illi conceſſo, ne quis unquam iſta removere preſumeret &c. Per hos etiam dies Adelchis princeps Beveventanus rogatus a Criſcio Præpoſito S. Sophiæ per præceptum conceſſit huic Monaſterio totam omnino ſubſtantiam Potonis cujuſdam nobilis, cum omnibus rebus, ac pertinentiis ſuis. Idem quoque Præpoſitus alio præcepto adquiſivit ab Ajone principe cuncta, quæ Poto Gaſtaldeus filius prædicti Potonis poſſidere videbatur in pertinentiis Aliſanis, & Teleſinis, ad opus videlicet, & utilitatem monaſterii hujus &c.*

Ut conſtat ejus Diplomate. In regeſto Petri Diaconi nu. 114. fol. 50. a t. extat illud Ludovici præceptum, quod hic damus.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Ludovicus divina ordinante providencia imperator auguſtus; Omnibus fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ, noſtrorumque tam præſencium, quam, & futurorum comperiat induſtria. Quia cum poſiti eſſemus prope urbem Ravennatem ad S. Apollinarem ibi venit noſtri præſenciam Angelarius Monachus, & Præpoſitus ex cœnobio S. Benedicti, dicens quia ſunt homines, qui ex noſtra parte teneant aliquid ex rebus cellæ ipſius Monaſterii ſita in pago Pinnenſe, locum nominatur Maurini, quam Hildeprandus Dux interveniente, & ſuggerente Beniamin monacho in ipſo cœnobio per ſuum præceptum confirmavit, & deprecans Majeſtatem noſtram, ut pro Dei amore præfatas res jamdictæ cellæ concederemus, cujus precibus inclinati præcipiente præcipimus, ut nullus deinceps ex noſtra, ſive ex alia parte aliquid de jam dicta cella teneat, vel invadat, ſed liceat ſervos Dei ſub integritate tenere, ſicuti in venerabili loco conceſſum eſt; Id ipſum autem præcipimus Celſi Monacho, & Præpoſito monaſterii S. Trinitatis, ut junctus cum Grimoaldo venerabili epiſcopo, cui per noſtram epiſtolam hoc intimavimus, ut pariter pergerent, etiam dictum Angelarium inveſtirent cum omni ſua integritate de præfata cella, cum ipſo Propoſito, vel omnibus adjacentiis ſuis. Si quis autem, quod minime credimus de hoc per hanc noſtri præcepti paginam concedimus, aliquid ſive in rebus, ſive in Porto moleſtaverit, aut minuere præſumpſerit triginta libras argenti ad pars ipſius monaſterii componat, & ut verius credatur, annulo ſubter juſſimus ſigillari. Giſelbertus presbyter, & notarius, ex juſſione domni Ludovici ſereniſſimi imperatoris Auguſti ſcripſi. Actum prope urbem Ravennam ad Sanctum Apollinarem. Data vero anno domni Hludovici imperatoris auguſti XXIV. menſe Marcio per indictionem ſeptimam. Hludovicus gratia Dei Imperator Auguſtus.*

Annus imperii vigeſimus quartus Ludovici anno 874. optime quadrat, cum is anno 850. die ſecunda Decembris fuerit coronatus, atque indictio illi anno congruit. Imperator apud S. Apollinarem prope Ravennam eo anno commorabatur menſe Martio, nam Mabillonius Annal. To. III. pag. 185. quædam refert ab eodem Imperatore pro monaſterio Sancti Clementis Caſaurienſi prope Piſcariam dioeceſis Pennenſis apud S. Apollinarem data privilegia anno 874. III. Kal. Majas.

Conceſſio Ajonis Principis. Conceſſio Ajonis Beneventani principis originalis extat in noſtro archivo, eamque, quod notitias quaſdam hiſtoricas contineat, integram damus.

✠ *In nomine Domini Dei Salvatoris Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glorioſiſſimus Ajo Dei providentia Langobardorum gentis princeps per rogum Radelchis dilecti germani noſtri tibi Criſcio medico noſtro atque Præpoſito ad parte monaſterii S. Benedicti quod ſitum eſt monte Caſino hoc animæ noſtri ſaluti, & . . . . . omnibus rebus omnibuſque pertinentiis quibus fuit Potoni filii Potitionis infra finibus Aliſanis, & Teleſinis, pro quo ipſe Poto in anima domini Adelchis Principis dilectiſſimi genitoris noſtri conſilio interfuit, eumque interfecit, & legibus omnibus ejus rebus, & facultatibus noſtræ devenit poteſtati, in hac videlicet racione, ut amodo, & deinceps per hoc noſtrum roboreum preceptum ſuperius de dictis omnibus rebus, hac pertinentiis eodem S. Benedicti cœnobio, ejuſque Rectores habere, & poſſidere valeat, & nullo ex noſtris Judicibus ideſt Comitibus, Gaſtaldis, vel a quibuſcumque agentibus præphato monaſterio habeas aliquam requiſitionem, ſed perpetuis temporibus poſſideas. Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſi ego Petrus Notarius. Actum Benev. primo anno menſe Majo, tertia indictione feliciter.*

De hoc Ajone agit Chronicon S. Sophiæ Beneventi ab Ughellio editum. Tom. X. Ital. Sac. col. 419. & p. 464. Privilegium Ajonis extat: Vid. Peregrinius in Hiſtoria Princip. Lang. Sigonius lib. V. fol. 236. & lib. 6. fol. 254. Ciarlant. lib. 3. fol. 231.

Regiminis ſui tempore Berthariius polipticon rerum omnium, quas in comitatu Teatino, & Pennenſi cœnobium Caſſinenſe poſſideret conficiendum curavit, quod in regeſto Petri Diaconi nu. 201. reperitur, illudque integrum ex Leonis Oſtienſis cap. 45. damus, ut quantum jam late pateret cœnobii noſtri ditio, ex minima hac parte veluti ex ungue leo, conſtet. Habetur itaque in Chron. Caſſinenſi cap. 45. Polypticon Berharii.

*Non autem videri ſuperfluum eſt, ſi hoc in loco memoratorium, quod prædicti Abbatis Berharii, ſtudio geſtum reperimus de rebus, & cellis hujus monaſterii apud Marchiam in Teate dumtaxat, & Penne conſtitutis, quæ B. patri Benedicto a ſanctæ memoriæ regibus HCarolo, Pipino, Lothario, atque Ludoico, ſeu a ceteris quibuſque fidelibus hactenus conceſſa noſcuntur, annectimus. Quandoquidem quæ ſpecialiter a ſingulis quibuſque collata ſunt incenſis pleriſque eorum oblationibus ignoramus. Primum ſcilicet eſt monaſterium ſancti Liberatoris, quod ſitum eſt in Comitatu Teatino ſupra fluvium Laentum ad radicem montis, qui dicitur Majella, cum eccleſia S. Angeli, quæ eſt in latere Montis plani, cum integro eodem monte, & cum caſtello S. Angeli, cum univerſis ſuis pertinentiis, & curte, quæ dicitur caſale Prandi, & curte de Gariſuli, & caſtello Sancti Petri, & curte S. Januarii, & valle plana, & Luciano cum omnibus omnino pertinentiis, ac rebus ſuis, intra hos videlicet fines. Ab uno latere finis torrens, ubi dicitur Cripta latronis, qui eſt ſub ipſo monticello, vocabulo Saracenico, qui modo nominatur Pratorium, & quomodo aſcendit inde ad ipſum Staphilum de Majella, qui dividit inter Regalia, & cauſam Sancti Benedicti. De alio latere quomodo deſcendit inde in aquam Fraſſiningam, & ſicut mittit in rivum, qui dicitur Bacinnium, hinc*



Digitized by Google

*vero ab ipſo Foſſato in puteum de Capetano, inde in foſſatum s. Januarii, & in Roſentem. De alio latere finis Biſara inde in viam, quæ vadit in Lacuna ſupra Sanctum Donatum, hinc in Ficarium, inde in Foſſatum de s. Lucia, & aſcendit per aquam frigidam in limitem de monte plano, & ſicut vadit ſub ipſis limitibus in foſſatum Garifuli, & ita mittit in Alento, inter quos utique fines nullam omnino ſibi reſervationem prædicti reges fecere, quia tota hæc pertinentia regalis fuit excepta eccleſia s. Vitalis cum pertinencia decem dumtaxat modiorum, quæ pertinet ad Epiſcopum. Deinde eccleſia s. Mariæ in Bacimnio cum pertinentia ſua, eccleſia s. Felicis in Paſtoricio cum finibus, & pertinentiis ſuis, qui habet fines ab una latere flumen Piſcaria, de altero Lavinum, de altero Ripas de Turri cum ipſa curte, ibi eſt eccleſia s. Benedicti, de altero vero fontem de Troja quomodo deſcendit in Lavinum. Eccleſia s. Viti ſupra Flumen Lavinum, eccleſia s. Heliæ in Sclangaria, cum pertinentia ſua, quæ eſt viginti milia modiorum. Curtis de Caramanico. Monaſterium s. Comitii juxta rivum Arulum cum multis poſſeſſionibus, eccleſiam s. Felicis in Pulverio, cum medietate ipſius curtis per fines ſuos, ideſt ab una capite monumentum, ab altera prædicta Piſcaria, ab altera terra s. Thomæ, ab altero Roſentem, quomodo mittit in Piſcariam; Quæ omnia Yſelgarda comitiſſa obtulit beato Benedicto, eccleſiam s. Calixti, s. Mammetis cum tota curte de Iliano, s. Marci, s. Mariæ in Pontiano, cum terra modiis DCtis, inſula, quæ eſt intra Pomarium, & caſtrum, quod dicitur Calcaria, cum terra modiorum circiter CCCC. Eccleſia s. Eleutherii, & s. Pauli in pertinentia de Boclanico loco, qui dicitur Rupi, cum terra ſeptingentorum octoginta modiorum. Eccleſia s. Heraſmi in Cerretu plana cum pertinentiis, & finibus ſuis, ac molendinis omnibus, quæ intra ipſos fines conſtructa ſunt, cum eccleſia s. Salvatoris, & s. Martini, eccleſia s. Benedicti, & s. Mariæ, & s. Comitii, & s. Silveſtri in loco, qui dicitur in Orni, cum omnibus finibus, ac pertinentiis earum. Hanc eccleſiam s. Silveſtri conſtruxit quidam Rainerius, & obtulit eam beato Benedicto cum omnibus pertinentiis ſuis intra hos fines. Ab uno latere finis ipſa Benna, ab alitero ſeptem viæ. Ab altero alia Benna, quæ ſe ſimul conjungunt. Fara Majonis, & Fara, quæ dicitur Biana cum finibus, & pertinentiis earum. Hic Majo fuit conſanguineus Poterici præpoſiti s. Liberatoris, ſub prædicto Abbate, & obtulit in hoc Monaſterio eandem Faram, quæ continens eſt inſimul quinque milium octingentorum modiorum terræ. Curte s. Calixti cum omnibus ſuis. Eccleſia s. Petri in loco, qui dicitur Mallianellum, cum omnibus pertinentiis, ac finibus ſuis, ideſt a capite foſſatum della Vite, a pede viam de ipſo puteo, ab hunc latere Bennam, ab altero fluvium de Argelli, quam etiam prædictus Majo hic obtulit. Intra quos fines eſt eccleſia in honore s. Mauri, & monaſterium s. Renati, quod ſitum eſt inter Antonianum, & Pizzum Cervarium, cum omnibus pertinentiis ſuis. Eccleſia s. Calixti ſupra ipſum Laentum in loco, qui dicitur vallis cum terra modiorum ſex milium ſexaginta. Eccleſia s. Mariæ ſupra Faram de Laento cum pertinentia ſua, a capite videlicet via, a pede Laentum, ab utroque latere Foſſatum, eccleſia s. Savini in Trevanico, & s. Clementis in Plombata. Eccleſia s. Salvii ibidem. Qui videlicet Salvius ex Campania natus, hujus Monaſterii extitit Monachus, & tenuit prædictam eccleſiam s. Clementis in obedientiam, ubi cum defunctus fuiſſet, multa mirabilia Deus ad ſepulchrum illius eſt operatus. S. Maria in Fluvio Foro, loco, qui dicitur Cannetum cum terra modiorum quatuor milium LX. In ipſa aqua de eodem foro molendina quattuor. Eccleſiam s. Petri in Jollianu cum mille quadringentis modiis terræ, monaſterium s. Severini. Eccleſia s. Mennæ in pertinentia de Ripe. S. Andreæ in colle de Alve. S. Petri in loco, qui dicitur Ari. Curtis, quæ vocatur Feneſtre. Eccleſia s. Angeli ante Civitatem Ortonam cum modiis terræ octingentis. Caſtellum de Ungo cum tota pertinentia ſua, & intra ipſam pertinentiam Groſſe, & medietas de civitate Tazze, cum tota pertinentia de Rapini, & Comino. Eccleſia s. Crucis in pertinentia de ipſa Roma cum mille quingentis terræ modiis, & medietatem ipſius caſtri de Caſale, cum pertinentiis ſuis. Monaſterium s. Pancratii cum tota pertinentia ſua, caſtellum de Preta, & Geſſi, & Civitella, & Vallis s. Martini cum omnibus pertinentiis earum, eccleſia s. Petri in civitate Teatina vetere, & ibidem juxta eccleſia s. Pauli, eccleſia s. Teclæ intra eandem civitatem novam, cum ipſa porta, quæ reſpicit ad Orientem, quæ actenus porta Monaciſca vulgo vocatur. Eccleſia s. Theodori, & eccleſia s. Salvatoris intra civitatem Aternum cum medietate, de ipſo portu, quem ſupradicta Yſelgarda Comitiſſa obtulit s. Benedicto. In Comitatu vero Pennenſe eccleſia s. Fœlicis in ſtabulo, campus de Gale. Monaſterium s. Benedicti in Lauriano, & s. Scholaſticæ juxta fluvium, qui dicitur Tabe, cum integra curte de Moſcufe, & curte de Gemberuti, & eccleſia s. Angeli in Galvanico, cum integra ipſa curte, & cum medietate de caſtro Laureto, ab ipſa videlicet Pila, quæ in ejuſdem caſtelli medio ſita eſt, quomodo deſcendit in foſſato de Roſeclæ, cum eccleſia, quæ ibi conſtructa eſt in honore s. Felicis, & uſque Trivium, quod eſt ſuper s. Felicem, & ſicut pergit per ipſam vallem in foſſatum de Doreniano, & ſicut ipſum foſſatum deſcendit in flumen Tabe, & qualiter per ipſum flumen aſcendit uſque ad Paternum, ubi eſt eccleſia in honore s. Mariæ, & ſicut recte aſcendit in ipſo fonte de Laureto, & ſic venit ad prædictam Pilam: intra quas fines nulli omnino aliquid pertinet, niſi tantum Monaſterio Caſinenſi. In colle alto ſex petie de terre permaxima: medietas villæ de Laverano: medietas de Podio Pollecanti: curte de colle alto: tertia pars de cartello Ceſa: medietas Caſtri de colle Majo. Eccleſia S. Martini in Geneſtrula cum tota curto. Eccleſia in Salajano cum mille ſeptingentis modiis terræ: Quarta pars de civitate Quana: medietas curtis de Viculo; curtis de Carpeneto, cum montanis, & planitiis magnis: In pertinentia de Civitella tria milia modiorum terræ: monaſterium s. Petri in Caſtroniano, cum eccleſia S. Ceciliæ, & cum omnibus pertinentiis ſuis, & plurima alia, quæ hic ſcribere ſuperſedimus. Quæ videlicet omnia*

uſque

Digitized by Google

*uſque ad id tempus. Abbates hujus loci ſive ad jus proprium retinebant ſive libellario nomine ad cenſum nonnulli conceſſerant*. Quæ quidem oppida, latifundiaque longe ante Bertharii tempora poſſidebant Caſſinates, ut ex ipſa Leonis narratione conſtat, ſi ergo tot oppida, cœnobia, eccleſias, & latifundia cœnobium Caſſinenſe in duobus ſolummodo comitatibus, ſeu Marchis Theatina, & Pennenſi poſſidebat, quot amabo in Campania aliiſque Italiæ provinciæ habuiſſe credemus? Porro advertenda ſunt hæc Leonis verba: *Inter quos utique fines nullam omnino ſibi reſervationnem prædicti reges fecere, &c.* quibus nil clarius dici poterat ad oſtendendum omnimodam juriſdictionem in oppida, quæ intra deſcriptos fines continerentur, ad monaſterium Caſſinenſe fuiſſe translatam. Vid. Nuceus in notis ad Leonis caput, atque ex hiſce aliis Leonis verbis: *Quæ videlicet omnia uſque ad id tempus Abbates hujus loci ſive ad jus proprium retinebant, ſive libellario nomine ad cenſum nonnullis conceſſerant*.

Plura etiamnum in eo Bona hactenus poſſidemus.

Plura vero bona ex iis, quæ in polyptico numerat S. Bertharius in preſentiarum etiam poſſidet monaſterium Caſſinenſe, inter quæ ſunt cœnobium S. Liberatoris, cum oppidis S. Angeli, & S. Petri aliaque latifundia, quæ Leo deſcribit ſita eſſe inter fines torrentis eo loci ſiti, ubi Cripta latronis dicitur, uſque ad ea, *& ita mittit in Alento*. Poſſidet quoque Pomarium, aliaque bona. Nequis vero hallucinetur quod quibuſdam eveniſſe ſcimus; admonemus oppidum Ungi a Leone memoratum idem nobis videri cum ville Ugni, quæ modo diruta eſt in Aprutio citra, ut conſtat ex libro deſcriptionis, numerationiſque familiarum, urbium, & oppidorum regni Neapolitani Neapoli edita anno 1669., ex quo conſtat etiam Pratam, & Civitellam in Aprutio citra eſſe ſita Vid. ibidem pag. 93. & 99. Geſſum, Loretum, Ceſe, civitas Quana in Aprutio ultra. Vid. ibi pag. 86., 95., 96., 97.

Aliæ Conceſſiones.

Proſequitur Leo Marſicanus cap. 47. plures recenſere donationes tempore Ragemprandi ab anno 890. ad 899. Abbatis Caſſinenſis cœnobio noſtro factas, ſubditque de Ragemprando, loquens. *Conceſſit Ageltruda auguſta, quæ fuit mater Lamberti regis libellario more diebus tantum vitæ ipſius duas cellas hujus monaſterii, cum omnibus rebus ſuis in finibus Lambardiæ unam in loco, qui dicitur Lande, & altera in Perſiceta: Unde per ſingulos onnes mittebat illi eadem Auguſta, cenſus gratias, tres libras argenti. Fecit etiam libellum Gotfrido cuidam Marſicano de ſancto Gregorio in Serviliano cum ſervis, & ancillis, & omnibus omnino rebus, ac pertinentiis ejus in eodem comitatu Marſorum, pro quo annualiter, &c.* Vid. Mabillon. Annal. Tom. III. pag. 282., & 283.

PRIMÆ

# PRIMÆ DISSERTATIONIS PARS TERTIA.

# SÆCULUM QUINTUM A CONSTRUCTIONE COENOBII CASSINENSIS

## Christi Decimum, ab anno DCCCC. ad M.

Donationes hoc ſeculo cœnobio noſtro factæ ab Atenulfo.

HOc ſeculo, quod neſcio an ab aliquibus jure ferreum ſit appellatum mira plurium principum aliorumque fidelium religio erga cœnobium Caſſinenſe refulſit. Et quidem Leo Oſtienſis cap. 51. lib. 1. Chron. Caſſ. de Leone ab anno 900. ad 915. Abbate Caſſinenſi differens, hæc ſcribit. *Acquiſivit etiam & a præfato principe Atenulfo præceptum confirmationis omnium oblationum, ſeu conceſſionum, ac poſſeſſionum hujus monaſterii propter id vel maxime, quod & prius in hoc loco a Saracenis, denuo vero apud Teanum Monimina hujus cœnobii igne conſumpta eſſent. Hujus Abbatis interventu conceſſus eſt ab eodem principe mons S. Eleutherii in monaſterio S. Mariæ de Cingla pro paſcuis videlicet animalium ipſius loci, nec non & pro lignis faciendis ad diverſas utilitates. Fluvius etiam qui dicitur Ete, ab ipſo ortu ſuo, uſque ad fluvium Vulturnum, & deinceps ipſum Vulturnum uſque pedem in prædicti montis S. Eleutherii, quemadmodum ad jus palatii pertinuit, ad faciendum in ipſis aquis quicquid eidem monaſterio neceſſarium fuerit.*

Privilegium ab Atenulfo cœnobio S. Mariæ in Cingla conceſſum, originale in archivo noſtro aſſervatur, illud ita ſe habet.

† *Nos Atenolfus divina favente gratia Langobardorum gentis princeps, concedimus, & confirmamus in eccleſia S. Dei Genetricis, & virginis Mariæ monaſterio puellarum ſita in Cingla per rogum domni leonis Abbatis Monaſterii S. Benedicti fluvio, qui dicitur Ete, ab eo loco unde oritur, & quomodo deſcendit uſque eo loco, ubi intrat Ribo Pentumoſo in predicto fluvio Ete, cum ea ripa, quæ eſt conjuncta cum ipſa curte, in qua predictum monaſterium conſtructum eſt, & a predicto Ribo concedimus utraſque ripas prædicti fluminis, quomodo vadit uſque in fluvio Vulturno, ſimulque concedimus in prædicto monaſterio alveum fluminis Vulturni ab eo loco, ubi intrat Ribus Cutarus in prædicto flumine, & uſque in pede de monte S. Leutherii, cum ripis, & alveis ſuis, & jam dictum montem Sancti Leutherii concedimus in predictum monaſterium ad pavendum peculiis, erbas, & frondes, & eſcas tam prephati monaſterii, quam & de ſuis liberis commendaticiis, & ibique ligna cedendum, & faciendum omnia, quæ ad partem praphati monaſterii utilius eſſe videtur, prædicta vero flumina in tali ordine eidem monaſterio conceſſimus, ut ubicumque infra prædictos fines ab ambabus partibus hereditates prædicti monaſterii fuerint ambas ripas conceſſas abeat, ubi vero ab una partem hereditatem habuerit eam ripam ei concedimus, quæ coniungitur cum ejus hereditate, ut poteſtatem habeat pars prædicti monaſterii in alveo prædictorum fluminum infra prædictas fines facere cluſurias, molendina hedificare, & piſcarias, & omne opus, quod partim ejuſdem Monaſterii congruum fuerit, concedimus, & in prædicto monaſterio omnes aquas eorum alveis cum ripis ubicumque terra ejus monaſterii juxta aquas eſſe videntur, faciendi in prædictas aquas omnia, quæ voluerint, ut quemammodum noſtro Sacro palatio ſecundum legem pertinere videtur, ſic in jam dicto præfato monaſterio concedimus ad ſemper habendum, & poſſidendum, ac faciendum de ea omnia quodcumque voluerint ſine contrarietate Comitis, Caſtaldeis, Judicis, ſeu cujuſcumque perſonæ contrarietatem, & tibi Petri clerice ſcribe noſtri palacii ſcribere præcepimus adque inferius anulo noſtro ſigillari præcepimus. Anno tercio principatus ſupradictæ poteſtatis, menſe Junio, Indictione quinta.* Adeſt ſigillum cereum.

Conceſſit quoque Atenulfus cœnobio noſtro hujuſcemodi privilegium, quod in regeſto Petri Diaconi num. 203. fol. cit. reperitur.

† *Nos Atenulfus annuente gratia divina pietatis, Gentis Langobardorum princeps. Per rogum Atenolfi noſtri amantiſſimi filii concedendo conceſſimus, & perdonando perdonavimus, ac confirmando confirmavimus in cœnobio beati Benedicti ſitum eſt in caſtro in quo Leo venerabilis Abbas regimen tenere videtur omnia, & in omnibus quæcumque per præcepta ſeu donaciones, vel offerciones, aut ceſſiones a ſingulis imperatoribus, regibus, ducibus, ac principibus Langobardorum, nec non . . . . . . . . . . . . . . . . . ſeu a Catholicis viris, Deumque timentibus in eodem venerabili loco quoquo modo conceſſa, ſive collata fuerunt uſque nunc, vel a modo, & deinceps in futurum ibi conceſſa, ſeu collata fuerint, ſimulque, & omnes commutaciones, ſeu cambiaciones, quas pars ejuſdem monaſterii cum quibuslibet epiſcopis, Abbatibus, ſeu Rectoribus, ac cuſtodibus eccleſiarum xenodochiorumque prepoſitis, cum qualibet magna, aut parva perſona firmatas habet, vel quibuslibet pro ſua anima redemptionis ſe in eodem ſancto cœnobio offeruit cum ſuis rebus, aut modo, & deinceps offerre ſe ipſum, vel ſuas res voluerit, integra omnia firmiter in eodem Sacratiſſimo conceſſa permaneant loco, nam & ſi fuit, vel fuerit quislibet, cujus res pro ſua culpa merito ad poteſtatem noſtri ſacri Palatii devenit, & pro ſua anima mercedem poſtquam noſtram percepit graciam ex eiſdem rebus offervit, vel quolibet tempore offerverit, totum, & integrum in eodem monaſterio firmum permaneat, & in antea quia omnibus pene notum eſt, quomodo primitus in jam dicto caſtro Caſino a*

*no a*

*no, a nefandiſſima gente Saracenorum, & poſtea* *monimina *in Teano * nomina ejuſdem Monaſterii Dei judicio igne cremata ſunt. Propterea ſtatuimus, atque confirmamus a modo, & per cuncta ſuccedentia tempora omnia, quæ ſuperius a nobis in eodem Sacro loco conceſſa ſunt firma, atque immobilia, ibi permaneant pro noſtræ animæ redemptione, & abolenda facinera parentum noſtrorum ſine contrarietate, & moleſtia, ſeu inquietudine Comitis, Gaſtaldii, Judicis, vel cujuſcumque perſonæ contradictione, & quicumque contra hanc noſtram conceſſionem advenien te quolibet tempore aliquam controverſiam quoquo modo ingerere præſumpſerit, vel ſi eam irritam facere temptaverit, componat in eodem loco venerabili auri libram unam, & hac conceſſio in perpetuis temporibus inviolata, & inremota permaneat. Annus Principatus noſtri tertii. Menſe Magio, indictione quinta.* Atenulfus ex Comite Capuæ pulſo Radelchi, princeps Beneventanus evaſit circa annum nongenteſimum, aſſumptoque principatus collega, Landulfo I. filio ab 901. ad 910. imperavit, quo Capuæ obiit. Uxorem habuit Sicelgaitam ex Cajetæ Ducibus. V. Peregrinus in genealogia Principum Langobardorum ex Atenulfo deſcendentium.

Narrat deinde Leo de eodem Abbate; *Huic Waimarius Salernitanus princeps per præceptum conceſſit curtem unam magnam, qui dicitur Rota, cum caſis, & ſylvis, & arbuſtis, vineis, & caſtaneis, ſervis quoque, & ancillis, &c.* Quæ conceſſio extat in regeſto Petri Diaconi num. 204. fol. 89. a t. ut hic damus.

Conceſſio Vvaimarii Salernitani Principis *In nomine Domini Dei Salvatoris Jeſu Chriſti. Nos Waimarius in Dei nomine princeps, & imperialis Patricius, & Quaimarius divina providencia Langobardorum gentis princeps, motus Dei omnipotentis miſericordia, quam & per remedium animæ meæ, & ex gentis noſtræ ſalvacionem, atque per rogum, & poſtulationem Ragenifrid Medico, & Ermenaldi presbyteri Oratori noſtro, conceſſimus in monaſterio S. Benedicti, ubi nunc, Deo favente modo domnus Leo Abbas praeſſe, integra curtem illam de loco Rota, quæ fuit Adelferius Roffrid, quod ad vivendum reliquit Rodelchiſa, quæ fuit uxor ejus, defuncta tum ipſa Rodelchiſa, omnia illius rebus, & facultatibus per gradum ſubceſſionis legibus, obvenit Roderis filius Gaidani, qui fuit nepotes ipſius Rodelchiſa, omnia tum rebus ſubſtanciam ipſius Roderis legibus ad Sacrum noſtrum palacium pervenit poteſtatem, pro eo quod in conſilio mortis noſtræ conſiliatus fuit, deinde pro noſtræ ſalutis animæ prædicta curte de Rota cum caſis, & ſedimen ſuam, & territoria arbuſta, vineis, caſtanieta, quercii, & a monte, quam & in plano cum viis, & aquis, cum ſervis, & ancillis, & cum omnia ex ipſa curte pertinentibus, qualiter ipſa nominata Rodelchiſa eas tenuit, vel dominavit, ſic totum integrum in præfato ſupraſcripto monaſterio pro noſtræ ſalutis animæ offeruimus in eam videlicet racionem, ut amodo & deinceps per hoc noſtrum roboreum præceptum ea, quæ perlegitur præfato ſupraſcripto Monaſterio, & ejus Abbatibus vel Rectores ſecuriter & firmiter poſſideant, & a nullo ex noſtris Judicibus, ideſt Comitibus, Gaſtaldeis, vel a quibuſcumque agentibus partibus ipſius monaſterii habeant aliqua moleſtia, aut requiſitionem, ſed in perpetuis temporibus firmiter habere, & poſſidere valeatis: Quod vero præceptum conceſſionis ex juſſione ſupraſcriptæ poteſtatis, & per eorum demandacionem, quod ſcripſi ego Urſus Notarius. Actum Salerno de anno viceſimo quarto, & octavo anno ipſorum principibus, Menſe Auguſtus tertia indictione.*

Waimarius ab anno 877. cum patre princeps Salerni eſſe cepit, deinde ſolus ab anno 880., demumque cum filio Guaimario II. ab anno 893. ad 901. Vid Peregrinius in genealogia principum Salerni. Cum ejus privilegium indictione III. conceſſum fuerit anno nongenteſimo congruit. Mabillonius Annal. Tom. III. pag. 320. hæc eadem refert.

Non eo contentus Atenulfi privilegio Joannes Abbas Leonis ſucceſſor, qui ab anno 915. ad annum 934. Caſſinatibus præfuit, *a Principibus Landulfo, & Atenulfo* (teſte Leone Oſtienſi cap. 54.) *præceptum confirmationis totius Abbatiæ ſuſcepit. Nec non & aliud de curte Petræ Mellariæ, cum integro Gualdo & caſtaneo, omnibuſque pertinentiis ſuis, & quatuor Aldiones* (ideſt liberti) *cum obligatione operarum, cum filiis, & filiabus ſuis &c.* Quod Langobardorum legibus confirmatur lib. 1. tit. 25. §. 53. Aldiones quippe Dominis parebant, ab iiſdemque Langobardorum legibus inter ſervos reputantur, licet diverſæ eſſent conditionis a ſervis communibus. Vid. ibid. lib. 1. tit. 25. §. 53., & lib. II. tit. 35. §. 3. tit. 44. §. 1., & 4. Aldia quoque ideſt de libera matre nata lib. 1. tit. 30. §. 5. ejuſdem conditionis erat, ac Aldius, ut patet ex iiſdem legibus lib. 1. tit. 15. §. lib. 2. tit. 12. §. 2. 3. 7. 9. lib. III. tit. 20. Vid. Ducang. in Gloſſario Verb. Aldius, Aldia, Aldiones, Fiſcalinus, & litus. Privilegia Landulfus, & Atenulfus plura côcedunt

*Johannes vero Abbas* (proſequitur Leo Oſtienſis,) *fecit libellum Adelberto filio Rainerii de Raſtello de aliquot curtibus hujus monaſterii in Comitatu Mutinenſi fundo, qui dicitur Perſiceta ad jugera octingenta &c. alium etiam libellum fecit eidem Adelberto de quibuſdam poſſeſſionibus hujus laci in fundo Adili: quique Adelbertus poſtmodum obtulit per ſcriptum in hoc monaſterio aliquot alias curtes ſuas, quæ in eodem fundo Adili tunc poſſidere videbatur.* Vid. Mabill. to. 3. Annal. Bened. fol. 351.

Laudatum Landulfi, & Atenulfi privilegium autographum in archivo noſtro aſſervatum hic exſcribimus. Primum.

† *In nomine Domini Salvatoris Jeſu Chriſti Dei eterni Landolfus, & Atenolfus divina ordinante providentia Langobardorum gentis principes. Cum principalis Excellentia petitionem dilecti ſui juſte petenti clementer favet. Igitur noverit omnium fidelium noſtrorum præſencium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas, quia vir venerabilis Abbas Johannes ex monaſterio eccleſiæ S. Benedicti in caſtro Caſino ubi nunc Deo favente, regimen tenere videntur per Sicelmum fidelem noſtrum obſecraſſe noſtram Excellentiam, ut pro amore Dei, & mercedem Dei, ac redempcionem animæ noſtræ concederemus, confirmaremus in eodem S. monaſterio S. Benedicti omnia, & in omnibus, quæ a ſingulis principibus per præcepta conceſſa ſunt, & qualiter inferius declaramus, de quibus peciit a noſtra excellencia, ut firmitatis apices in eodem monaſterio fieri, cujus peticionem libenter aſſenſum, præventes, hos noſtræ munitatis*

apices

*apices exinde in jam dicto monaſterio juſſimus exarari. Per quos omnino ſancimus, & perpetualiter habendum noſtris, & futuris temporibus concedimus in eodem Sancto loco, ad poſſeſſionem prephati monaſterii, & de ejus Abbatibus, & Rectoribus, ſicut incipit ab ipſo Carnello & aſcendente per aquam, quæ dicitur Vantra, uſque in Rivo Sico, & aſcendente per eodem Rivo uſque in Furcam S. Martini, & inde aſcendit per ipſe Serre, & vadit in monte qui dicitur Ceſino, & quomodo vadit in Peſclu, qui vocatur Corvaru, & quomodo pergit per ipſe Serre, & pervenit ad Furcam, qui vocatur Pubplo, & directum vadit ad lacum, qui vocatur Vitecuſum, & inde vadit ad Aquam fundatam, & inde aſcendit in ipſum Montem, qui vocatur de Sile, & quomodo vadit in capite de aqua, qua vocatur rapidu, & quomodo ſalit in Montem, qui vocatur Caballu, & quomodo vadit directum in Monte, qui vocatur Rendenaria major, & inde vadit per Serras Montium, & venit ad Rendenaria minor, quomodo vadit directe per pedes moncium, qui vocatur Freſelone, & vadit in aqua qua vocatur Mellarino, & quomodo ſalit directum in monte, qui nominatur Terre albe, & quomodo vadit per Serras Moncium, & pervenit in Montem, qui vocatur Ballelucis, & quomodo vadit per ipſe Serre Moncium, & deſcendit ad Petram ſcriptam, & inde aſcendit ad Serras Montis, qui dicitur Ordicoſa, & quomodo vadit per Serras Moncium, & pervenit ad Peſclora, qui dicitur Farconari, & quomodo vadit per duos Montes, ex quibus unus vocatur Spinacius, & alter Porcacius, & inde aſcendit ad Criſtas Montis, qui vocatur Caira, & pervenit ad ipſe Petre, ſuper Aqua vibola, & aſcendit ad collem, qui vocatur Gimbiruti, & quomodo deſcendit in quirquitulu & deſcendit in Foſſatum juxta Sanctum Damaſum, & vadit directum in Silice ad locum qui dicitur Arcu de Gizzuli, & qualiter pergit ad lacum, qui dicitur Radenprandi, & qualiter vadit in Farnitu, & inde qualiter vadit in Rivo qui dicitur Marozza, & qualiter deſcendit in fluvio, qui dicitur Carnellu, & aſcendente per eodem fluvio uſque ad aquam, qua dicitur Coſa, & ſalit per Cerram montis, qui dicitur S. Donati, & quomodo deſcendit ſuper ipſi Monticelli de Marri & vadit ad ipſi Peſcli, qui ſunt ad pede de ipſum Montem de Balbola, & quomodo vadit directum per duos Leones, & inde ſalit per ipſe Serre ſuper caſalo, & deſcendit per ipſum Montem ſuper ipſe Ville de Gareliano, & inde vadit ad Cripta imperatoris, & deſcendente in fluvio de Gareliano, & aſcendente per eodem fluvium uſque ad priores fines, ſimulque, & concedimus in eodem Monaſterio omnes feminas liberas, qua ſibi ſervos maritos copulaverunt ipſius monaſterii, inſimul cum eiſdem ſervis ſibi copulatis, & eum filiis filiabus eorum. Deinde ob remedium animæ noſtræ confirmamus in eodem S. cœnobio omnia, quæ a ſingulis regibus, imperatoribus, ducibus, vel principibus, ſeu a quibuſcumque noſtris anteceſſoribus in eodem loco per præcepta conceſſa ſunt, ſive a viris religioſis, Deumque timentibus, in eodem S. loco offerta ſunt, ſeu & in quod prædicto S. cœnobio a Pontificibus S. R. E. per qualivet modis conceſſa, data, aut firmata ſunt, quam, & illud, qui pro ſua anima redempcione, ſe in eodem S. cœnobio offeruerunt cum ſuis rebus, ex quibus omnibus prædictis hos noſtra munificentiæ apices exarari juſſimus, ea videlicet racione, ea omnia qualiter ſuperius legitur in eodem ſancto loco conceſſimus, & confirmavimus firma, atque immobilia ibi permaneant, ſine contrarietate, vel moleſtia, ſeu inquietudine Comitis, Caſtaldeis, vel Judicis, aut cujuſcumque perſonæ, & nullus quippiam ex his omnibus quibus prælegitur invaſionis ingerere ullo unquam tempore preſumant, ſed quieto ordine, omnia, quæ ſupra leguntur, habeat, & poſſideat omnia prædictum monaſterium in perpetuum, ut autem hec noſtra conceſſio pleniorem in Dei nomine optineat vigorem, manu propria ſcripſimus & ex anulo noſtro ſubter juſſimus ſigillari.*



*Signum Dominorum noſtrorum Landolfi, & Atenolfi Glorioſorum Principum.*

*Petrus Clericus & Scriba ex juſſione ſupradictarum poteſtatum ſcripſi. Datum ſeptimo Kalendas Majas anno vigeſimo octavo principatus domni noſtri Landolfi excellentiſſimi principi, & anno octavo decimo principatus domni noſtri Atenolfi glorioſi principis indictione prima. Actum in civitate Capuana.*

Horum vero temporum ruditati, & ignorantiæ acceptum ferimus, quod hujuſmodi Principes privilegia confirmaverint ab ſummis Pontificibus monaſterio conceſſa; quæ ſi quis dixerit confirmata relate ad exequutionem dumtaxat, quemadmodum de conciliis vulgo aſſerunt, nos haud gravabimur.

Hoc interim animadverſum volumus in cunctis principum diplomatibus per nos inferius adducendis, ſique illis inſint id genus confirmationes. Hoc privilegio iidem deſcribuntur Abbatiæ fines, ac Giſulfus conceſſerat, liberaque omnes fœminæ, quæ ſervis monaſterii nupſiſſent, eorumque nati, & natæ Caſſinenſis cœnobii ditionis futuræ declarantur, omniaque imperatorum, regum, pontificum, ac principum privilegia cœnobio conceſſa confirmantur.

Aliud quoque eorumdem principum privilegium autographum in noſtro archivo extat, quod ita ſe habet. **Alterum eorumd. Privilegium.**

† *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni Landolfus, & Atenolfus divina ordinante providentia, Langovardorum gentis, & imperii Patricii. Cum principalis Excellentia petitione dilecti ſui juſte petenti clementer favet. Igitur noverit omnium fidelium noſtrorum preſencium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas, quia obſecravit noſtram excellenciam Petrum Abbatem dilectiſſimum noſtrum, ut concederemus in monaſterium beati Benedicti, quod ſitum eſſe videtur in caſtro Caſino, ubi reverendiſſimus Johannes Abbas praeſſe videtur, omnes ſervos ipſius monaſterii cum uxoribus ſuis, qua fuerunt libere, cum filiis filiabus ſuis, tam qui uſque modo fuerunt copulati præteritis annis, vel noſtro feliciſſimo tempore fuerint copulati, & legibus ſacro noſtro Palacio advenerunt, vel advenerint. Exquibus noſtram expeciit ibi fieri municionem, cujus peticio-*

Digitized by Google

*ticionem omnino explevimus primis ob amorem omnipotentis Dei, & redemptione animarum noſtrarum libenter aſſenſimus, & hos noſtra munitatis apices exinde ibi fieri juſſimus. Per quos omnino ſancimus, & perpetualiter noſtris, atque futuris temporibus concedimus in jam dicto monaſterio beati Benedicti omnes ſervos ipſius monaſterii cum uxoribus ſuis, quæ fuerunt liberæ fœminæ, ſimul cum filiis, filiabus ſuis, tam qui uſque modo fuerunt copulati omnibus præteritis annis, vel noſtro feliciſſimo tempore copulati fuerint, & legibus ſacro noſtro palacio advenerunt. Ea videlicet ratione, ut amodo, & ſemper per hoc noſtrum roboreum preceptum ſint conceſſa, & confirmata in jam dicto monaſterio ad poſſeſſionem perpetuam in jam dicto ordine omnes illos ſervos, cum ſuis uxoribus, & cum filiis, filiabus ſuis, qualiter ſuperius legitur, habere, & poſſidere valeatis in omni poteſtate ſupraſcripti cœnovii, & a nullo ex noſtris Comitibus, Gaſtaldeis, judicibus, vel a quibuſcumque agentibus, habeamini aliquam requiſicionem, ſed perpetuis temporibus omnia, ut ſupra habere, & poſſidere valeamini. Verum tamen hoc ſubter recordantes annectimus, ut quicumque pertinentes ejuſdem monaſterii liberas feminas uxores duxerint in hac eadem conceſſione deveniant ſub poteſtate præfati monaſterii in perpetuum, ſecundum inſtitutionem Langobardorum legis. Equidem ut hac noſtra auctoritas pleniſſimum in Dei nomine optineat vigorem manu propria ſcripſimus, & ex anulo noſtro juſſimus ſigillari.*

*Signum Domni Landolfi Glorioſi*



*Principis, & Antip. Patricii.*

*Petrus clericus, & ſcriba ex juſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſi. Data ſeptimo Idus ſeptembris anno ſeptimo decimo principatus Domni noſtri Landolfi glorioſi principis, & Antipati Patricii. Nec non & ſeptimo anno domini Atenolfi principi, & Patricii; indictione ſexta. Actus in civitate Capuana.* Adeſt ſigillum cereum. Ampliſſimo hoc privilegio conſtat nullum ſibi ab illis principibus jus reſervatum, cum ſub omni poteſtate a cœnobio noſtro poſſidendi tradantur ſervi, eorumque uxores, etiamſi liberæ prius fuiſſent, atque filii ex eo matrimonio procreati.

Tertium, Tertium eorumdem principum authenticum privilegium apud nos extat, eſtque hujuſcemodi.

† *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Landolfus, & Atenolfus divina ordinante providencia Langobardorum gentis principes. Cum principali excellencia peticionem dilecti ſui juſte petenti clementer favet. Igitur noverit omnium fidelium noſtrorum preſencium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas, quia ſicut omnibus notum eſt, habuit bona memoria genitor noſter emptam a parte eccleſiæ S. Sophiæ, quæ conſtructa eſſe videtur infra Beneventanam civitatem, unam curtem, quæ vocatur ferru manu, in finibus Liburiæ pertinentem ipſius eccleſiæ. Poſtea vero recordantes nos, ne forte in eadem empcionem aliquid offendiſſet idem genitor noſter contra partem ipſius eccleſiæ. Unde illius anima periculum in futuro ſæculo ſuſtineret, tunc pro redempcione animæ ejus dedimus in cambium in monaſterio eccleſiæ S. Benedicti ſitum in Caſtro Caſino, ubi nunc Johannes Venerabilis Abbas regimen tenere videtur, unam curtem noſtram de petra mellaria, quæ quondam fuit de Gaidone, & tulimus ab eodem monaſterio terras ipſius eccleſiæ pertinentes infra fines de Benevento loco ubi nominatur Pantanum. Et offerimus illas in jam dicta eccleſia S. Sophiæ pro anima ejuſdem noſtri Genitoris. Modo vero iterum pro amore Dei offerimus in eodem monaſterio S. Benedicti hos Aldiones noſtras commanentes in jam dicto loco petra mellaria pertinentes de eadem curte de Gaidone ideſt Gutemari filium Jobiniani, Gizzolum fratrem Pinluli, Urſum filium Anniſſunis, & alterum Urſum filium Benedicti Pinlolum. Non ibi offerimus, quia habet uxorem Ancillam noſtram, ſimulque & offerimus in eodem monaſterio integrum ipſum Gualdum noſtrum, & Caſtanetum in eodem loco Petra mellaria, & fundora, & omnes pertinencias, quas in finibus de Petra mellaria habemus, ſive per hereditationem noſtri Genitoris, ſive per empcionem. Prædictos vero Aldiones cum filiis, ac filiabus ſuis, & omnibus rebus, ac pertinenciis illorum ibi offerimus, ex quibus omnibus prædictis hos noſtra munificentia apices exarari juſſimus. Per quos omnino ſancimus, & perpetualiter habendum noſtris, & futuris temporibus offerimus eoſdem Aldiones in fato monaſterio, & omnia ut ſuper legitur, habendi, ac poſſidendi jure quieto ſine contrarietate heredum noſtrorum. Ut autem hec noſtra offercio ab omnibus obſervetur manu propria ſcripſimus, & ex anulo noſtro juſſimus ſigillari.*





*Signum domini noſtri Landolfi & Atenolfi glorioſorum Principum.*

*Petrus clericus, & ſcriba, ex juſſione ſupradictarum poteſtatum ſcripſi. Data ſeptimo Kalendas majas anno viceſimo octavo principatus domni noſtri Landolfi excellentiſſimi principis, & anno octavo X. Principatus domni noſtri Atenolfi glorioſi principis indictione prima. Actum in civitate Capuana.*

Landulfus I. Beneventanus princeps cum Patre fuit ab anno 901. eoque mortuo, cum fratre Athenulfo II. ab anno 911. ad 940. cumque filio Athenulfo III., quem anno 933. collegam Principatus aſſumpſerat, ac demum cum altero filio Landulfo II. ab anno 940. ad 943. quo die decima Aprilis obiit, Capuam incoluit, habuitque uxorem Gemmam Athanaſii epiſcopi, ac Ducis Neapolitani filiam, quæ ad ann. 961. ſupervixit. V. Peregrinius in Stemmate principum Langobardorum, qui ex Athenulfo prodierunt.

Poſt-

Digitized by Google

Infortunia Caſſinenſium.

Poſtquam Leo Oſtienſis cap. 55. ea deſcripſit mala, quæ Ungari cœnobio Caſſinenſi irrogarunt, ſubdit: *Quo videlicet tempore* (ſcilicet anno 937.) *multos de noſtris hominibus captivos duxere, in quibus recolligendis multo expendimus.* Hoc in capite Leo Tari nominat, quæ moneta eſt in regno Neapolitano uſurpata, atque primum forſan a Leone recenſita. V. Baronius anno 937.

Donationes illis factæ.

Plures deinde cœnobio Caſſinenſi factas donationes tempore Adelperti ab anno 934. ad 942. Abbatis recenſet Leo Oſtienſis cap. 56. quas inter. *Joannes Conſul, & Dux Neapolitanorum ſuo præcepto confirmavit & eccleſiam S. Ceciliæ intra Neapolim ſitam &c. nec non & cellam S. Severi in Sorrento &c. ſed & cella noſtra de Caſa Gentiana cum Gualdo, & terris, & ſilvis &c. & ut in tota civitate Neapolis nullum Plateaticum, ſive Portaticum noſtri monachi aliquando darent &c.*

Hugo etiam, & Lotharius Italiæ reges anno 942. privilegium conceſſere Balduino Abbati, qui ab anno 942. ad 946. Caſſinantibus præfuit, ut in epitome hiſtoriarum demonſtravimus, atque ex hoc diplomate conſtat, quod ex autographo archivi noſtri hic exſcribimus.

Privilegium Hugonis, & Lotharii regum.

*In nomine Domini Dei eterni. Hugo, & Lotharius divina providente clementia reges. Regni noſtri ſtatum, & vitæ augmentum ad hoc proficere credimus, ſi Eccleſiarum Dei curam gerentes, continuis eam, ſuoſque ſervitores accumulamus beneficiis, quocirca omnium Sanctæ Dei eccleſiæ fidelium noſtrorumque præſentium, ac futurorum devotio noverit, Balduinum venerabilem Abbatem cœnobii Chriſti confeſſoris, & Abbatis Benedicti in monte Caſſini conſtructum, in Beneventanis finibus noſtram adiiſſe celſitudinem, quatenus per noſtri præcepti confirmationem, & reſtaurationem confirmaremus præfato cœnobio S. Benedicti omnia præcepta regum, & imperatorum, nec non monaſteria puellarum, & cellas, res quoque, & familias ibi a religioſis, & Deum timentibus ſuis conceſſas. Amore igitur divino accenſi & præfati Balduini venerabilis Abbatis precibus acclinati prælibato cœnobio Chriſti confeſſoris Benedicti per hujus pragmatici cautionem, prout juſte, & legaliter poſſumus, confirmamus, ac corroboramus omnia privilegia Romanorum Pontificum, præcepta quoque regum, & imperatorum, necnon monaſteria virorum, & puellarum, & cellas, res quoque, & familias inibi a religioſis, & Chriſtianiſſimis viris quolibet modo conceſſas, nominatim omnia prædia circa ipſum montem adjacentia per confinia, & loca antiquitus determinata, in Territorio Aquinenſi, incipiente ab ipſa Coſa, quomodo ſe jungit cum ipſo flumine, & vadit per mediam Serram de monte S. Donati, & exinde deſcendit ſuper monticellas de Marri, & uſque ad illos Pleſcos, qui ſunt ad pedem montis de Balba, & quomodo vadit exinde per duos Leones, & inde per ſerras montis ſuper Caſale, & per ipſum montem uſque ad villam de Gariliano, & de Gariliano uſque ad Pleſcum, quod dicitur Cripta Imperatoris uſque ad flumen, & omnia adjacentia juxta ipſum flumen de rebus ipſius cœnobii, quæ flumetica nuncupantur, cellam quoque S. Benedicti cum omni pertinentia ſua in civitate Gaeta fundatam, nec non res, & familias in civitate Sura, cum cella S. Donati, & cellam S. Angeli in Valkelucis, cellam S. Mariæ, & S. Benedicti in civitate Venafri, verum etiam monaſterium in civitate Tiana conſtructum in honore S. Benedicti, & monaſterium in honorem ejuſdem confeſſoris Chriſti Benedicti, fundatum in civitate Capua, atque cellam in honorem S. Agapiti non longe ab ipſa civitate fundatam, & cellam in honore S. Benedicti in territorio Liburnienſi, quæ vocatur Caſa Gentiana, & cellam S. Ceciliæ in civitate Neapoli, cellam in civitate Surrentina in honore S. Severi, atque in Salerno cellam S. Benedicti, cellam in Conſe, cellam S. Benedicti in Caudi, ſeu quatuor monaſteria puellarum, unum S. Mariæ dicato nomini, quod Plumbariola dicitur, alterum in honore S. Mariæ in loco, qui Cingla nuncupatur, tertium in honore S. Sophiæ conſtructum infra civitatem Beneventanam, quartum in honore S. Mariæ fundatum in civitate Coſentia, monaſterium quoque in Banſe cum omni ſua pertinentia, quod edificatum eſt in finibus Acerentinæ, cellam S. Benedicti in Aſculo, S. Columbæ in liſine, cellam in Canoſe, cellam in Oire, cellam in Taranto, in monte S. Angeli, cortem Carbonariæ, & S. Vigilius, S. Domninus in Teleſina, S. Adjutor in Aliſe, in Canni cortes quatuor, terræ, & ſervos in Trane inſuper etiam prædia, & poſſeſſiones per diverſa loca regni noſtri in Beneventanis, Calabriæ, & Apuliæ partibus adiacentia ad prælibatum cœnobium aſpectantia, una cum reliquis monaſteriis, cellis, cappellis, caſtris, cortibus, ſortibus, maſſariis, ſervis & ancillis, aldionibus, & aldiabus, colonis, portubus, ripis, piſcariis, molendinis, terris, vineis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, Montibus, alpibus, vallibus, planitiebus, ad prætaxatum cœnobium S. Benedicti pertinentibus, & aſpicientibus in integrum, ut pars prædicti monaſterii poſſideat jure perpetuo. Recepimus præterea prœlibatum cœnobium S. Benedicti cum omnibus ſupra memoratis rebus, & familiis Abbate quoque, & Monachis ſub noſtri Munburdi perennem defenſionem. Præcipientes ut nullus Dux, Princeps, Marchio, Comes, Vicecomes, ſeu qualibet regni noſtri magna, parvaque perſona præfatum monaſterium, Abbatem, aut monachos moleſtare, aut inibi aliquam publicam functionem exigere, aut de rebus vel familiis ad ipſum cœnobium aſpicientibus invaſionem, aut aliquam diminorationem facere preſumat. Si quis igitur hujus noſtri præcepti confirmationem, ſeu Munburdi tuitionem aliquando infringere conatus fuerit, ſciat, ſe compoſiturum auri optimi libras quingentas, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem parti prædicti cœnobii, & Abbatis, qui inibi pro tempore fuerit. Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manibus propriis roborantes anulo noſtro inſigniri juſſimus. Signum Sereniſſimorum.*



*Hu-*



*Hugonis, & Lotharii Regum. Giſeprandus cancellarius ad vicem Boſonis epiſcopi, & archicancellarii recognovi. Data idus Majarum anno dominicæ incarnationis noncenteſimo quatrageſimo ſecundo, regni vero domni Hugonis piiſſimi regis ſeptimo decimo, Lotharii XIII. indictione prima. Actum in Palatio Ticinenſi feliciter. Amen.* Adeſt ſigillum cereum. In quo diplomate illa adnotanda ſunt verba: *Prælibato cœnobio, &c. prout juſte, & legaliter poſſumus confirmamus, ac corroboramus omnia privilegia.. . . . . . . . . præcepta quoque regum, & imperatorum, nominatim omnia prædia circa ipſum montem adjacentia per confinia, & loca antiquitus determinata.* Sola deinde quarta pars Finium Abbatiæ, ſeu juriſdictionis Caſſinenſis deſcribitur, ac confirmantur caſtra omnia, ſervi, bonaque in diverſis Italiæ partibus poſita, omneſque juriſdictiones, jubeturque, ne judex aliquis, aut magiſtratus ullam quoad eam juriſdictionem unquam exerceat, quæ proculdubio cum magnam erga Caſſinates horum principum munificentiam, tum nullum ſibi jus reſervatum oſtendunt in oppida, ſervos, ancillas, liberos, monaſterio Caſſinenſi ſubditas, aut ſervitium, aut vectigal, ſed omnia abſolute, libereque dono dant, confirmantque. Ubi quoque advertendum, oppida ſemper in hiſce noſtris privilegiis, a ſervis, ancillis, aldionibus, &c. diſtingui, omnemque juriſdictionem fluminum; aquarum, piſcationum, venationum, paſcuorum penes cœnobium noſtrum conſtitui.

Aliud eodem die, & anno conceſſum eſt a piis regibus cœnobio noſtro Privilegium, autographum in noſtro Archivo aſſervatum, in quo generalia quidem verba eadem ſunt, ac quæ in allato, ſed res conceſſæ, & confirmatæ omnino diverſæ. Illud hic edere, quo uno, eodemque die ab iiſdem principibus plura ſignata diplomata conſtet, operæ pretium ducimus.

Alterum eorumdē Regum privilegium.

*In nomine Domini Dei eterni; Hugo & Lotharius divina providente clementia reges. Regni noſtri ſtatum, & vitæ augmentum ad hoc proficere credimus, ſi eccleſiarum Dei curam gerentes, continuvis eam ſuoſque ſervitores, accumulamus beneficiis, quo circa omnium Sanctæ Dei eccleſiæ noſtrorumque fidelium præſencium, ac futurorum devotio noverit Balduinum venerabilem Abbatem cœnobii Chriſti confeſſoris, & Abbatis Benedicti in Monte Caſſini conſtructum in Beneventanis finibus, noſtram adiiſſe celſitudinem, quatinus per noſtri precepti confirmacionem, & reſtaurationem confirmaremus prephato cœnobio S. Benedicti omnia præcepta regum, & imperatorum Loduici, Karoli reliquorumque præceſſorum noſtrorum, nec non monaſteria puellarum, & cellas, res quoque, & familias inibi a religioſis, & Deum timentibus viris conceſſas. Amore igitur divino accenſi, & præfati Balduini venerabilis Abbatis precibus acclinati, prælibato cœnobio Chriſti confeſſoris Benedicti per hujus pragmatici caucionem, prout juſte, & legaliter poſſumus confirmamus, ac corroboramus omnia privilegia Romanorum Pontificum, præcepta quoque regum, & imperatorum Loduici, Caroli, reliquorumque præceſſorum noſtrorum, nec non Monaſteria virorum, & puellarum, & cellas, res quoque, & familias inibi a religioſis, & Chriſti chariſſimis viris quolibet legali modo conceſſas per diverſa loca, & vocabula regni noſtri adjacentia, & omnia prædia circa ipſum Montem poſita per confinia, & loca anciquitus determinata nominatim cellam in honore S. Mariæ in Marſi ſupra murum, & S. Gregorium in Serviliano, & S. Benedictum in Tilia, & S. Coſmam in Heliritu, S. Comicium in Piſcaria, S. Liberator in Teate, cum Quatraginta cellis, S. Petrum in Zecanico, S. Felicem in Paſtorico in Penne, S. Benedictum in Lauriano, S. Bonitum, in valle S. Mariam a Maurinum, cum portu in flumine Cumano, S. Salvatorem apud Collem, S. Petrum in Tecianico, & S. Silveſtrum. In Aprucio S. Angelum, in Lajano cortem turtuſtu Lajanum, & S. Georgium una reliquis rebus, cellis, cappellis, caſtris, cortibus, fortibus maſſariis, ſervis, & ancillis, aldionibus, & aldiabus, colonis, poſtubus, ripis, piſcariis, molendinis, terris, vineis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, montibus, alpibus, vallibus, planiciebus ad prætaxatum cœnobium S. Benedicti pertinentibus, & aſpicientibus in integrum, & pars prædicti Monaſterii poſſideat jure perpetuo. Recipimus præterea prælibatum cœnobium S. Benedicti cum omnibus ſupra memoratis rebus, & Familiis, Abbate quoque, & Monachis ſub noſtri Munburdi perhennem defenſionem. Præcipientes, ut nullus Dux, Princeps, Marchio, Comes, Vicecomes, ſeu qualibet regni noſtri magna, parvaque perſona præfatum Monaſterium, Abbatem, aut Monachos moleſtare, aut inibi aliquam publicam functionem exigere, aut de rebus, vel familiis ad ipſum cœnobium aſpicientibus invaſionem, at aliquam diminorationem facere præſumat. Si quis igitur hujus noſtri precepti confirmacionem, ſeu munburdi tuicionem aliquando infringere conatus fuerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras quingentas medietatem Kameræ noſtræ, & medietatem parti prædicti cœnobii, & Abbati, qui inibi pro tempore fuerit, quod ut verius credatur, diligenciuſque ab omnibus obſervetur, manibus propriis roborantes anuli noſtri impreſſione juſſimus inſignari.*





Digitized by Google



*Signum Sereniſſimorum Vgonis, & Lotharii regum. Ciſeprandus Cancellarius ad vicem Boſonis epiſcopi, & Archicancellarii recognovi, & ſcripſi. Data idus Majarum anno Dominicæ incarnationis nongenteſimo quadrageſimo ſecundo regni vero domni Hugonis piiſſimi regis decimoſeptimo Lotharii tertiodecimo, indictione prima. Actum in palacio Ticinenſi feliciter. Amen.* Adeſt ſigillum cereum.

Tertium hic addimus ex regeſto Petri Diaconi nu. 359. fol. 156. a t. eorundem regum Hugonis, & Lotharii privilegium eodem cum duobus precedentibus die datum, in quo recenſitis cellæ S. Gregorii finibus, alia omnia cœnobia eccleſiæ, bonaque conceptis verbis numerantur, quæ in priori privilegio ſunt exarata. Factum id exiſtimamus quod Balduinus Abbas non omnia concedenda, confirmandaque eodem tempore regibus ſuggeſſerit, quæ uni privilegio inſerenda fuiſſent, ut patet ex ſecundo mox allato, in quo tanquam ex formulario iiſdem recitatis, atque in priori diplomate generalibus verbis, cellæ tamen, bonaque diverſa numerantur; Satis vero prudenti, providoque conſilio Balduinus in omnibus privilegiis generalem bonorum confirmationem ſcribendam curavit, quo principaliora ſummeque Caſſinatibus neceſſaria ex regum mente in omnibus privilegiis eodem die exaratis attributa jura certo certius conſtaret.

Tertium. *In nomine Domini Dei eterni Vgho & Lotharius divina providencia reges. Regni noſtri ſtatum, & vitæ augumentum ad hoc proficere credimus, ſi eccleſiarum curam gerentes, continuis eas ſuoſque ſervitores accumulamus beneficiis. Quo circa omnium S. Dei eccleſiæ fidelium noſtrorumque præſentium ac futurorum devocio noverit, Balduinum venerabilem Abbatem cœnobii Chriſti confeſſoris, & Abbatis S. Benedicti in monte Caſſino conſtitutum in Beneventanis finibus noſtram adiiſſe celſitudinem quatinus per noſtri precepti confirmacionem, & reſtauracionem confirmaremus præfato cœnobio S. Benedicti omnia precepta regum, & imperatorum, nec non monaſteria puellarum, & cellas, res quoque, & familias inibi a religioſis, & Deum timentibus viris conceſſas. Amore igitur divino accenſi, & prefati Balduini venerabilis Abbatis precibus inclinati, prelibato cenobio Chriſti confeſſoris Benedicti per hujus pragmatici cautionem prout juſte & legaliter poſſumus confirmamus omnia privilegia* ..................

....... *Præcepta quoque regum, & imperatorum nec non monaſteria virorum, & puellarum, & cellas, res quoque, & familias inibi a religioſis, & chriſtianiſſimis viris quomodolibet conceſſas, nominatim cellam S. Gregorii, & omnia prædia circa ipſam cellam adjacencia, per confinia, & loca antiquitus determinata in territorio Aquinenſi, incipiente ab ipſa immagine marmorea, quæ dicitur Homo mortuus ſita juxta viam ſilicatam, quæ appellatur Campanina, & quomodo ſalitur ad locum, qui dicitur Piſtillum, & pergit directe ad cellam S. Chriſtofani poſitam circa foxatum S. Damaſi, & adſcendit uſque ad ſummitatem montis cella prædicta, & quomodo pergit per Serras ſive crepidines dicti montis, & deſcendit ad radices montis S. Silveſtri, & exinde vergit circa radices præfati montis, & vadit uſque ad locum, ubi aquæ erumpunt, & ebulliunt juxta viam latinam prope cappellam S. Nicolai, quæ in parata molendinorum fluunt, & quomodo mergit per campum, qui dicitur Caſtellanus juxta alveum aquarum deſcendencium de molendinis, & vadit per locum, qui dicitur Guaidiezolus, & deſcendit directe uſque ad viam ſilicatam, quæ dicitur Campanina, juxta predium epiſcopii Aquinatis, & deinde pergit juxta dictum predium epiſcopii, uſque in viam latinam, & quomodo ſalit per ipſam viam latinam, & intrat in viam ſilicatam dictam Campaninam, & deinde vadit directe per ipſam viam uſque ad prædictam ymmaginem marmoream, quæ homo mortuus nuncupatur, una cum capellis, & curtibus, ſervis, & ancillis, molendinis, vineis, campis, pratis, paſchuis, ſilvis, aquis, aquarum decurſibus, montibus, vallibus, & planiciebus ad prelibatam cellam S. Gregorii pertinentibus, cellam quoque S. Benedicti, cum omni ſua pertinencia in civitate Gayeta fundata, nec non res, & familias in civitate Sura cum cella S. Donati, & cellam S. Angeli in Vallelucis, cellam S. Mariæ, & S. Benedicti in civitate Venafri, verum eciam monaſterium in civitate Tiana conſtructum in honorem s. Benedicti, & monaſterium in honorem ejuſdem confexoris Chriſti Benedicti fundatum in civitate Capua, atque cellam in honorem s. Agapiti non longe ab ipſa civitate fundatam, & cellam in honorem s. Benedicti in territorio Liburienſi, quæ vocatur Caſa Genſtana, & cellam s. Ceciliæ in civitatem Neapolim, cellam in civitatem Sorrentina in honorem s. Siveri, atque in Salerno cellam s. Benedicti, cellam in Conſe, cellam s. Benedicti in Chaudi, ſeu quatuor monaſteria puellarum unum s. Mariæ dicato nomine, quod Plumbarola dicitur, alterum in honorem s. Mariæ in loco, qui Cingla nuncupatur, tercium in honorem s. Sophiæ conſtructum infra civitatem Beneventanam, quartum in honorem s. Mariæ fundatum in civitate Coſentia, monaſterium quoque in Banſe cum omni ſua pertinentia, quod edificatum eſt in finibus Accerentina, cellam s. Benedicti in Aſculo, S. Columbam in Liſine, cellam in Canoſe, cellam Oire, cellam in Tarento in monte s. Angeli, curtem Carbonariam, & S. Vigilium, & ſ Donninum in Teleſina, s. Adjutorem in Aliſe, in Cam̄ ſortes quatuor, terras, & ſervos in Trane, inſuper etiam prædia, & poſſeſſiones per diverſa loca regni noſtri in Beneventanis, Calabria, & Apuliæ finibus, vel partibus adjacencia ad prælibatum cœnobium adſpicientia, una cum reliquis monaſteriis, cellis, cappellis, caſtris, curtibus, ſortibus, maſſariis, ſervis, & ancillis, aldionibus, & aldiabus, colonis, portubus, ripis, piſcariis, molendinis, terris, vineis, campis, pratis, paſcuis, ſylvis, aquis, aquarumque decurſibus, montibus, alpibus,* valli-

Digitized by Google

*vallibus, planitiebus ad prætaxatum cœnobium S. Benedicti pertinentibus, & aſpicientibus in integrum ut pars prædicti monaſterii poſſideat jure perpetuo. Recipimus præterea prælibatum cœnobium S. Benedicti cum omnibus ſupra memoratis rebus, & familiis, abbate quoque, & Monachis ſub noſtri munbrandi perhennem defenxionem. Præcipientes, ut nullus Dux, Princeps, Marchio, Comes, Vicecomes, ſeu qualibet regni noſtri magna, parvaque perſona, præfatum monaſterium, Abbatem, aut monachos moleſtare, aut inibi aliquam publicam funxionem exigere, aut de rebus, vel familiis ad ipſum cœnobium aſpicientibus invaxionem, aut aliquam diminorationem facere præſumat. Si quis igitur hujus noſtri præcepti confirmationem, ſeu munburdi tuitionem aliquando infringere conatus fuerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras quingentas medietatem cameræ noſtræ, & medietatem parti prædicti cenobii, & Abbati, qui inibi pro tempore fuerit, quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manibus propriis roborantes anulo noſtro inſigniri juximus. Signum ſereniſſimorum Hugonis & Lotharii regum.*





*Giſeprandus cancellarius ad vicem Boſonis epiſcopi, & archicancellarii recognovi. Data Idus Majarum anno dominicæ Incarnationis nongenteſimo, quadrageſimo ſecundo, regni vero domni Hugonis piiſſimi regis ſeptimo decimo, Lotharii XIII. indictione prima, Actum in palatio Ticinenſi feliciter. Amen.*

Scrupulum moroſus quidam cenſor ingeſſit, comma illud in hoc privilegio contentum, *per confinia, & loca antiquitus determinata in Territorio Aquinenſi*: ſignificare cellam, ſeu cœnobiolum S. Gregorii, ejuſque latifundia ſeu feudum intra fines civitatis Aquini ſitam eſſe. Quam vero imperite id afferat nemo non videt, qui reflectat, plura modo etiam extare oppida, & loca propriis finibus contenta, quæ olim celebris alicujus Urbis finibus concludebantur. Res eſt notior, quam ut exemplis confirmari indigeat. Potuit itaque *antiquitus in Aquinenſi territorio extare cella ſancti Gregorii*, quamquam regum Hugonis, & Lotharii tempore, atque ſequioribus ſæculis non extitit. Verum res conjecturis agenda non eſt. Eadem certe verba in primo mox edito horum regum privilegio reperiuntur dum ajunt: *Nominatim omnia prædia circa ipſum montem adjacentia per confinia, & loca antiquitus determinata in territorio Aquinenſi incipiente ab ipſa Ceſa, &c. uſque ad Pleſcum, quod dicitur Cripta Imperatoris, uſque ad flumen &c.* Intra quos tamen fines concluduntur hodie, olimque concludebantur oppida S. Georgii, S. Apollinaris Vallis frigidæ, Caſtelli novi, S. Ambroſii, S. Andreæ, &c. quæ ne per ſomnium quidem ullus unquam dixerit in territorio civitatis Aquinenſis ſita fuiſſe. Haud id certe ullus e Comitibus Aquinenſibus contendit, quorum maxime intererat fines urbis ſuæ tutari, atque ſervare intemeratos, ibique jus dicere. Comma itaque aliud ſibi non vult, quam cellam S. Gregorii contiguam Aquino celebri etiam tum Urbi, eſſe, quod nemo it inficias; a celebrioribus quippe locis ſumenda eſt finium denominatio. Hinc Paldolfus; & Landolfus in uno ex ſuis privilegiis Indictione quarta dato quod in hac diſſertatione integrum exaramus, memorata oppida in finibus Aquinenſibus ſita eſſe ajunt, nempe non longe ab Aquino, non vero intra fines civitatis Aquini, hiſce verbis: *Et concedimus, & confirmamus in eodem S. monaſterio terris prædicti monaſterii incultis, & aliquantis cultis, quæ eſſe videtur in Aquinenſis finibus ubi ædificatæ ſunt eccleſiæ S. Ambroſii, & S. Andreæ, & S. Apollinaris, & S. Stephani, & S. Georgii.* Ita plane de villa S. Gregorii rem intellexit Leo Oſtienſis vetuſtus author, prudens, & verax, cum libro I. chron. Caſſ. cap. 19. inquit: *Sed & clericus quidam nomine Daniel, &c. ad extrema veniens, & ſe ipſum, & omnia ua cum plurimis ſervis, & ancillis aput Aquinum, ſ & aput ipſam cellam s. Gregorii, quæ in ipſius vicinia ſita eſt &c. tradidit.* Quæ veritas amplius autographo inſtrumento confirmatur paulo poſt hoc privilegium exarato, cujus hæc potiſſimum ad rem noſtram verba notanda ſunt. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti viceſimo tertio anno principatus domni Paldolfi, quam & viceſimo anno principatus domni Paldolfi ejus fili ambo magni Principes menſe Januario ſebtima indictione. Ideoque noi ſumus Johanne, & Teuverico, qui ſumus nativi, & habitatoribus in territorio s. Benedicti loco s. Gregorium, & fili quoddam Maraldi, ſicut nobis uniani miter actum, & congruum eſt, bona etenim noſtra boluncatem per hanc cartulam bendidimus tibi Punci, qui eſt natibus, & habitator, in ſupraſcripto s. Gregorium & filius quondam Johanni Petri. Hoc eſt una petia de terra mea, quæ eſſe videtur intra finibus ſupraſcripto Sanctum Gregorium pertinentes mihi per meis rationibus loco capu de Gualdu & habet finis hac; Primo latere fine terra de fili Stephani &c. Et tibi Adelchiſi clerico, & Notario ſcribere rogabimus in Aquino: Ego Johanne Judex: Ego Lando.* Plura hic afferre hujuſmodi vetera inſtrumenta in promptu eſſet; ſufficiat tamen illud indigitare anno 1183. factum, in quo hæc leguntur; *Ego Johannes Converſu rector monaſterii s. Gregorii qui ſitus eſt prope Aquinum, una cum conſenſu & voluntate Fratrum prædicti monaſterii, &c.* nempe territorium vendidit. Nemo tamen vetuſtus author illud unquam cœnobium in territorio



Digitized by Google

torio Aquinate ſitum dixit. Porro rei antiquariæ, vel minimum peritis vulgare eſt, haud moroſos adeo veteres ſcriptores, notarioſque fuiſſe in deſcribendis finibus, ut cum ſcriberent: *In territorio Capuano, Sueſſano, Neapolitano, &c.* ſtricte, proprieque eorum verba ſumenda ſint, cujus rei plura ſuppetunt exempla ex veteribus, recentioribuſque ipſis deſumpta, quæ ſatius eſt non proferre cum ſint notiſſima: ſatis erunt ad rem confirmandam Leonis dumtaxat Oſtienſis lib. I. chron. Caſſinenſis cap. 6. verba: *Quidam Schuldais Beneventanus Saracenus nomine in loco, qui Cingla vocatur Territorio Aliphano, eccleſiam in honore S. Caſſiani a fundamentis conſtruxit, &c.* Et tamen Cinglæ locus non in territorio Aliſano, ſed in illo oppidi Ailani extat. Ex hac vero a regibus Hugone, & Lothario cœnobii S. Gregorii, *cum ſervis, & ancillis* &c. facta confirmatione, cum cœnobii Caſſinenſis in ejus feudi incolas juriſdictio conſtat, tum a longo jam tempore Caſſinatium juris fuiſſe cœnobium illud cum villa S. Gregorii. Pluribus deinde ſequioribus ſæculis habitata ea villa fuit, ut infra oſtendemus, in eaque juriſdictionem omnem ſemper exercuit cœnobium Caſſinenſe. Munburdi vocabulum quod in tribus mox allatis privilegiis legitur, ſignificat Defenſionem, Tutelam, &c.

Hugo Comes Provinciæ Theobaldi filius rex Italiæ anno 926. evaſit. Vid. Baronius, & Pagius ad eum annum, atque anno 930. Lotharium filium Regni collegam aſſumpſit, ut probat Pagius eo anno, luculentiſſimeque ex hoc noſtro privilegio conſtat, cujus Leo cap. 57. hiſce verbis meminit: *Hugonis quoque, & Lutharii regum de univerſis hujus locis poſſeſſionibus ad hunc Abbatem Præceptum confirmationis habetur.* Hugo demum Italiæ regno anno 945. dejectus, & Lotharius ibidem rex obiit anno 950. ut Baronius, & Pagius oſtendunt.

Quartum Landulfi, & Atenulfi Diploma.

Idem Balduinus aliud privilegium anno 943. a principibus Landulpho, & Athenulpho obtinuit quod ex Autographo in noſtro tabulario hic damus.

*† In nomine Domini Salvatoris noſtri Jheſu Chriſti Dei eterni. Landolfus, & Atenolfus, & Landolfus divina ordinante providentia Langobardorum gentis principes. Cum principali excellentia petitionibus dilectorum ſuorum juſte petentibus clementer favet. Quapropter noverit omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet ac futurorum ſagacitas, quoniam Nos Atenolfus miſericordia Dei princeps pro mercede, ac redemptione animæ noſtræ quam, & per rogum Baldoino venerabilis Abbas chariſſimo patri noſtro conceſſimus, atque confirmamus in ipſo ſacratiſſimo cœnobi beati Benedicti Chriſti confeſſoris de Monte Caſino ubi ipſe prædictus venerabilis Abbas praeſſe videtur in integrum omnia, & in omnibus quantum a ſingulis principibus anteceſſoribus noſtris ibi offerta, atque conceſſa ſunt. Per quos omnino ſancimus, & perpetualiter habendum noſtris, & futuris temporibus concedimus, & confirmamus in eodem cœnobio, ſicut incipit ab ipſo Carnello, & aſcendente per aquam, quæ dicitur Vantra, ut in Rivo Sicco, & aſcendente per eodem Rivo uſque in Furcam S. Martini, & inde aſcendit per ipſe Serre, & vadit in Monte, qui dicitur Ciſino, & quomodo vadit in Peſclu, qui vocatur Corvaru, & quomodo vadit per ipſe Serre, & pervenit ad Furcam quæ vocatur Pubplo, & directum vadit ad lacum qui vocatur Vitecuſu, & inde vadit ad Aquam fundatam, & aſcendit inde in ipſum Montem, qui vocatur de Sile, & quomodo vadit in capite de Aqua, quæ vocatur Rapidu, & quomodo aſcendit in Montem, qui vocatur Caballu, & vadit directum in Montem, qui vocatur Rendenaria major, & inde per Serras Montium, & pervenit ad Rendenaria minor, & quomodo vadit directum per pedes Montium, qui vocatur Freſelona, & vadit in aqua, quæ vocatur Melarino, & quomodo ſalit directum in Montem, qui nominatur Terre albe, & quomodo vadit per Serras Montium, & pervenit in Montem, qui vocatur valle lucis, & quomodo vadit per ipſas Serras Montium, & deſcendit ad Petram ſcriptam, & inde aſcendit ad Serras Montis, qui dicitur Ordicoſa, & quomodo vadit per Serras Moncium, & pervenit ad Peſclora, qui dicitur Falconari, & quomodo vadit per duos Montes, & quibus unus vocatur Spinacius, & alter Porcacius, & inde aſcendit ad Criſtas Montis qui vocatur Caira, & pervenit ad ipſe Petre ſuper aqua vibola, & aſcendit ad collem qui vocatur Gimbiruti, & quomodo deſcendit in Quirquitulu, & deſcendit in foſſatum juxta Sanctum Damaſum, & vadit directum in ſilice in loco, qui dicitur Arcu de Gizzuli, & qualiter pergit ad lacum, qui dicitur Rademprandi, & qualiter vadit in Farnitu, & inde qualiter vadit in rivo, qui dicitur Marozze, & qualiter deſcendit in fluvio, qui dicitur Carnellu, & aſcendit per eodem fluvio uſque ad aquam, qui dicitur Coſa, & ſalit per Serram montis, qui dicitur S. Donati, & quomodo deſcendit ſuper ipſi Monticelli de Marri, & vadit ad ipſi Peſcli qui ſunt ad pedem de ipſum Montem de Balba, & quomodo vadit directum per duos Leones, & inde ſalit per ipſe Serre ſuper caſale, & deſcendit per ipſum Montem ſuper ipſe Ville de Gareliano, & inde vadit ad Cripta Imperatoris, & deſcendit in fluvio de Garcliano, & aſcendente per eodem fluvio uſque ad priores fines. Simulque & concedimus, & in eodem Monaſterio omnes fœminas liberas, quæ ſivi ſervos maritos copulaverunt ipſius monaſterii inſimul cum eiſdem Servis ſivi copulati cum filiis, filiabus eorum, ſeu, & quæ in prædicto Sancto cœnobio a Pontificibus Sanctæ Romanæ ſedis conceſſa, data, aut firmata ſunt, quam & illud qui pro ſua anima redemptione in eodem Sancto cœnobio ſe cum rebus ſuis offeruerunt, vel omnia, & in omnibus quantum a ſingulis principibus anteceſſoribus noſtris ibi offerta, atque conceſſa ſunt, ita ut neque a Comitibus, Gaſtaldeis, ſeu Judicibus noſtris, neque a nulla quempiam homine habeat exinde prædictum cœnobium aut ejus Rectores quamcumque moleſtationem, aut contrarietatem, ſed a preſenti, & deinceps perpetuis temporibus prædictum ſacrum cœnobium, ejuſque Rectores habeant, & poſſideant jam dicta omnia jure quieto, faciendo exinde quod voluerint in ſupradicta ratione, quemadmodum prædicti noſtri anteceſſores glorioſi Principes inſtituerunt, atque diſpoſuerunt. Porro ut hoc, quod juvemus, ab omnibus immobiliter obſervetur, manu propria ſcripſimus, & anulo noſtro juſſimus ſigillari. Signum Domni Atenolfi Principis.*

*Signum*

*Signum Domini Principis*  *Atenolſi glorioſi*

*Urſus clericus, & ſcriba ex juſſione ſupradicta poteſtatis ſcripſi. Data tertio Kal. Februar. in anno quadrageſimo tertio principatus domni Landolſi glorioſi principis, & decimo anno principatus domni Atenulſi, & quarto anno principatus domini Landolſi filii prædicti domni Landolſi glorioſi principis indictione prima. Actum Beneventi in ſacro palacio.* Adeſt ſigillum cereum.

In hoc vero privilegio omnia principum diplomata Caſſinatibus conceſſa confirmantur, tum Giſulſianæ donationis fines, atque omnia oppida, plana, montes, ſervi &c. Jubeturque ne judex ullus Juriſdictionem vel minimam in hæc omnia exerceat. Neque ullam ſibi hi principes juriſdictionem, vectigal &c. reſervant. Hujuſce privilegii Leo meminit cap. 58., ſubditque: *Quo etiam tempore octo familias liberorum hominum in Cella S. Benedicti de caudis ab eodem Abbate rogatus* (*ſcilicet Atenulfus Princeps*) *conceſſit*. De eo agit etiam Peregrinius in Serie Abbatum Caſſinenſium pag. 33., & Mabillonius Annal. Tom. III. pag. 470., ubi memoria deceptus annum tantum quadrageſimum Landulfi recenſuit.

Plura quoque Landulfus II. & Pandulfus privilegia conceſſere, quorum primum hoc eſt.

Anno 946. quo Majelpotus ad annum 949. Abbas Caſſini eſſe cæpit, Landulfus II. & Pandulfus filius privilegium Caſſinatibus conceſſere, quod autographum in tabulario noſtro aſſervatur.

† *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Landolfus, & Pandolfus filius ejuſdem domni Landolfi divina providente clemencia Langobardorum gentis principes. Cum principali excellentia petitione dilecti ſui petenti clementer favet. Igitur noverit omnium fidelium noſtrorum preſencium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas, quia Adelpertus venerabilis epiſcopus S. Capuanæ ſedis exoravit noſtram clementiam, ut pro amore Dei, & mercede, ac redemptione animæ noſtræ concederemus, et confirmaremus in monaſterio beatiſſimi Benedicti ſitum in caſtro Caſino, ubi nunc Deo favente, Magelpotus veneravilis Abbas regimen tenere videtur, omnia, et in omnibus, qualiter inferius declaramus. De quibus omnibus peciit a noſtra Excellentia firmitatis apices in eodem Monaſterio fieri, cujus peticionem pro Dei amore exaudientes hos firmitatis apices in praphato ſacro cænobio fieri juſſimus, per quos omnino ſancimus, et perpetualiter havendum noſtris, et futuris temporibus concedimus in eodem Sancto loco omnes aquas, et decurſus ipſius aquæ, et ripas ex utraque parte poſitas inſimul cum ipſo alveo, unde ipſa aqua decurrit ubicumque pars ipſius eccleſiæ hereditatem habuerit, nominatim concedimus ibi aquam, et decurſus ipſius aquæ cum alveo ſuo, et ripas ex utraque parte poſitas de ipſo Saone, quæ nominatur ad decem pondera, ubi molina de ipſo monaſterio ædificata ſunt, aut fuerunt, vel quolivet tempore ædificata fuerint, ita ut de veteri alveo ipſius aquæ de prædicto Saone nullus præ-*

*Diſſertat.*

*ſumat, ſive ſuperius prædicta molina ipſius monaſterii, ſive inferius deribare, aut excutere aquam de albeo ſuo in quancumque partem aliam, nec non et concedimus in eodem monaſterio ipſum Arcum, qui edificatum eſſe videtur ſuper aquam de prædicto Saone inſimul cum ripis ex utraque parte poſitis, ut licentiam, et poteſtatem haveat pars ipſius monaſterii facere ibi Molinum, et omnia, quæ neceſſaria fuerint, ſimulque et concedimus in eodem monaſterio omnes fœminas liveras, quæ ſivi ſerbos maritos copulaverunt ipſius monaſterii, vel quæ ſivi tempore noſtro copulaverint inſimul cum eiſdem ſerbi ſivi copulatis, et cum filiis, filiabus illorum. Deinde ob remedium animæ noſtræ confirmavimus in eodem Sancto cœnobio omnia, quæ a ſingulis regibus, imperatoribus, ducibus, vel principibus, ſeu a quibuſcumque noſtris anteceſſoribus in eodem loco per præcepta conceſſa ſunt, ſive a viris religioſis, Deumque timentibus in eodem Sancto loco offerta ſunt, ſeu et in quo prædicto ſancto cœnobio a Pontificibus Sanctæ Romanæ ſedis per quolivet modis conceſſa, data, aut firmata ſunt, vel amodo, & deinceps in futurum ibi conceſſa, ut data, vel firmata fuerint, quam & illut, qui pro ſua anima redempcione ſe in eodem ſancto cœnobio offeruerunt cum ſuis rebus ſeu & illis, qui amodo, & deinceps ſe in eodem ſancto cœnobio cum ſuis rebus offerre voluerint, inſimul cum ſupradicto albeo unde ipſa aqua decurrit ubicumque pars ipſius Monaſterii hereditatem habuerint nominatim concedimus ibi prædictam aquam, & decurſus ipſius aquæ cum albeo ſuo, & ripas ex utraque parte poſitas de jam dicta Saone, quæ nomen ut diximus ad decem pondera uvi molina de prædicto monaſterio edificata ſunt, aut fuerunt, vel quolivet tempore edificata fuerint. Ita ut ſemper debeat ire, & decurrere jam dicta aqua de prædicto Saone per ipſo albeo betere de eodem Saone, ſicut antiquitus conſueta fuit ire, & decurrere, ea videlicet racione, ea omnia qualiter ſuperius legitur in eodem ſacro loco ceſſimus, & confirmavimus firma, atque immovilia ibi permaneant ſine contrarietate, vel moleſtia, ſeu inquietudine, Comitis Gaſtaldei, vel Judicis, aut cujuſcumque perſonæ contradictione, vel inquietudine, & nullus quiſpiam ex his omnibus quibus prelegitur quippiam imbaſionis aut contrarietatis ingerere ullo unquam tempore præſumant, ſed quieto ordine omnia, que ſupra leguntur habeat, & poſſideat prædicti S. monaſterii in perpetuum in nullo ibi contrario ingerente. Quod ſi quiſpiam contra hanc conceſſionis firmitatem præcepti quoquomodo violare preſumpſerit, ſciat ſe eſſe compoſiturum in eodem venerabili loco auri libram unam, & hæc conceſſio precepit, firma permaneat in perpetuum. Ut autem hæc noſtra conceſſione pleniorem in Dei nomine optineat vigorem, manu propria ſcripſimus, & de anulo noſtro ſupter juſſimus ſigillari.*

*Signum Dñi Landolſi excellentiſſimi Principis.* 

*Petrus notarius ex juſſione ſupradicta poteſtatis ſcripſi Dat. III. Kal. Septembri anno quinto principatus domni*



Digitized by Google

*domni Landolfi glorioſi principis, & anno ſecundo principatus domni Paldolfi ejus filii indictione ſecunda. Actum in Civitate Capuana.* Adeſt Sigillum cereum.

Adnotanda Aquarum conceſſio illis verbis; *Concedimus in eodem ſancto loco omnes aquas & decurſus ipſius aqua, & ripas ex utraque parte poſitas inſimul cum ipſo albeo, unde ipſa aqua decurrit ubicumque pars ipſius eccleſia hereditatem habuerit &c. Concedimus in eodem monaſterio omnes fœminas liveras, qua ſivi ſerbos maritos copulaverunt ipſius Monaſterii, vel qua ſivi tempore noſtro copulaverint inſimul cum eiſdem ſerbi ſivi copulatis, & cum filiis, filiabus illorum. Deinde &c. confirmamus in eodem ſancto cœnobio omnia, qua a ſingulis regibus, imperatoribus, ducibus, vel principibus, ſeu a quibuſcumque noſtris anteceſſoribus in eodem loco per pracepta conceſſa ſunt, ſive a viris religioſis, Deumque timentibus in eodem ſancto loco offerta ſunt, &c. ſine contrarietate, vel moleſtia &c. Comitis, Caſtaldei, vel Judicis, aut cujuſcumque perſona contradictione vel inquietudine &c.* Landulfus II. Beneventi, & Capuæ princeps fuit cum patre,& patruo Athenulfo II. fratreque Athenulfo III. ab anno 940. cumque filio Pandulfo I. ab anno 943., cum quo, & Landulfo III. altero filio ab anno 959. ad 961., quo die 28. Maji obiit. Vid. Peregrin. in laud. Stemmate. Monogramma, ſeu ſubſcriptio hujuſce privilegii minio, ſeu charactere rubro exarata eſt; hoc enim modo principes omnes Beneventi, & Capuæ ſubſcribebant, de qua re hæc ait Michael Monachus in Sanctuario Capuano pag. 649. *Circa principum ſubſcriptiones duo ſunt obſervanda, unum fuiſſe rubris characteribus exaratas, qualibus etiam characteribus in ſubſcribendo utebantur Archiepiſcopi noſtri. Mos acceptus a Gracis, apud quos in ſubſcribendo ſoli rubrica utebantur Imperatores. Bzovius anno 1263. nu. 10. Alterum eſt litteras proprii nominis diſpoſitas in forma crucis, quomodo etiam in nummis, & in ſepulchris propria eorum nomina ſculpebantur, &c.* De hoc imperatorum Græcorum more differens Mabillonius de re Diplomatica pag. 42. ait. *Hanc vero in ſubſcribendis litteris ſuis jam pridem uſurparunt Imperatores Orientis: ut patet de Theodoſio Juniore. Cui ſiquis chartam offerret his rubris in ea literis nomen ſuum ſubſcribebat, teſtante Conſtantino Manaſſe &c. pauloque poſt hoc minium vulgo cinnabaris dictum Imperatoribus ſolum reſervatum eſt edicto Leonis Auguſti Cod. Juſtin. lib. 1. tit. 23. l. 6. prohibentis, Sacra reſcripta alio colore, quam purpureo luſtrari, coctique muricis, & triti Conchylii ardore ſignari, & ejus ſacri Enchauſti confectionem privatis interdicentis. Hoc privilegium tamen Imperatores in filios imperii conſortes, & in generos ſuos extendebant. Imo Iſaacius Angelus auguſtus Theodoro Caſtamunite avunculo ſuo, cui ſummam rerum commiſerat non ſolum purpureas phaleras, & ſimile pallium in equitando, ſed etiam eumdem colorem in ſubſcribendis publicis libellis, & literis conceſſit teſte Niceta Choniate &c.* atque ibi ad quod uſque tempus hujuſcemodi uſus apud Græcos imperatores perſeveraverit, refert. Rubræ quoque ſubſcriptionis ab imperatoribus Græcis uſurpatæ teſtis eſt Gregorius II. in epiſtola ad Leonem Iſauricum a Baronio relata an. 726. ubi habetur. *In primis autem, ac pracipue quod litera tua, & non aliena ſigillis imperatoris obſignata diligenter eſſent & accurate intus ſubſcriptiones per cinnabarin propria manu tua, ut mos eſt imperatoribus ſubſcribere.*

Monogramma minio ſcriptum.

Idemque Baronius anno 869. de ſubſcriptione loquens a Baſilio imperatore Conſtantinopolitano VIII. concilio facta ait. *Subſcriptionem ſuam appoſuit ante reliquos epiſcopos cum additamento ſigni Sanctiſſima Crucis quod etiam & epiſcopi omnes ex more fecere &c. Ipſi vero tunc ſubſcripſerunt imperatores literis Phœniceis, ex Cinnabrio ex more.* Eadem obſervat Camillus Peregrinius pag. 232. in notis marginalibus ad privilegium Pandulfi IV. Capuæ principis, & Mabillonius lib. 5. de re Diplomatica in notis ad privilegium Caroli Calvi pa. 404. Editionis Pariſienſis anni 1681. hæc ſcribit, *Illud in eo precipuum, quod Caroli Monogramma cynnabari, ſeu minio pictum eſt more Gracorum Imperatorum, quin etiam Gozlini cancellarii nomen &c. ſubſcriptionem adſcriptum eſt literis itidem rubricatis.* Atque in ſupplemento ejuſdem libri pag. 47. editionis Pariſienſis ann. 1704. allato Privilegio Caroli Calvi ſubdit. *Appoſita eſt Caroli ſubſcriptio ex cynnabari, ſeu minio &c.* Qua quidem in ſubſcriptione aliiſque in rebus Beneventi, Capuæque dynaſtæ, ut ſe magnos principes oſtentarent, Arichim Beneventanum principem imitarunt, de quo ex Erchemperto teſtatur Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 9. *Et ab epiſcopis ungi ſe fecit, & coronam ſibi impoſuit, atque in ſuis chartis ſcriptum in ſacratiſſimo noſtro palatio in finem ſcribi precepit.* Hic ſubſcribendi modus in plurimis ejus ſucceſſorum Beneventi principum, & Capuæ privilegiis legitur, atque in ſigillis, ubi eorum principum capita expreſſa ſunt, corona viſitur. Imo Capuæ principes ab epiſcopis conſecrabantur, teſte Leone Oſtienſi lib. III. cap. 16. qui de Riccardo I. Capuæ Principe hæc ſcribit. *Nam cum poſt mortem Pandulfi Landulfus filius ſucceſſiſſet, mox & Richardus accedens obſidionem firmavit. Proferunt multam Capuani pecuniam, Richardus nil appetit niſi terram. Artati demum famis penuria cives, cedentes Landulfo, recipiunt hominem, ſacrant in principem, &c.* Cui adſtipulatur Petrus Diaconus lib. 4. Chron. Caſſ. cap. 10. inquiens de Riccardo II. *Richardus autem Averſam una cum Matre recedens, Ducem Rogerium in ſuum auxilium evocat, qui æſtivo adveniens tempore cuncta Capua civitati adjacentia flamma, ferroque conſumpſit, & tandiu eos expugnavit uſque quoque Capuani neceſſitate coacti, predicto Ricardo munitiones redderent, eumque recipientes ſibi in principem conſecrarent &c.* Et Falco Beneventanus in chronico a Caracciolo edito pag. 214. de Riccardo III. loquens ait. *Hoc anno 1120. quinto die ſtante menſis maii Capuani conſtituerunt principem Richardum filium Robberti principis dominum eorum eo quod princeps ipſe Genitor ejus infirmabatur, & eo conſtituto, Capuanus Archiepiſcopus, convocatis epiſcopis, aliiſque viris prudentibus, & Loffrido Beneventano electo, die aſcenſionis Domini &c. Principem illum conſecravit &c. Octavo autem die poſt ejuſdem filii ſui conſecrationem princeps ipſe genitor ſuus ex hoc ſaculo deceſſit &c.* Anno deinde 1127. hæc idem Falco narrat pag. 239. *Continuo predictus Robbertus princeps officioſiſſime illum excipiens*

*ad*

Digitized by Google

*ad palatium epiſcopii Capuani gaudio magno cum caſtrametari præcepit. Nec mora: præfatus pontifex Honorius Archiepiſcopos, & Abbates accerſiri præcepit, quatenus ad principis unctionem convenirent, qui euntes die ſtatuto exultatione ingenti ad Capuanam eccleſiam convenere. Archiepiſcopus itaque Capuanus juxta predeceſſorum ſuorum privilegium, preſente tanto, ac tali pontifice Honorio cum turba virorum Religioſorum, que convenerat, & epiſcoporum conventu predictum Robertum, in principatus honorem inunxit, & confirmavit. O quantus exultationis, & gaudii affuit affectus, cælorum regem teſtamur viventem, nemine Principum vetuſtorum tali jubilatione & jucunditate nobilitatum fuiſſe. Audivimus profecto ſicut ex eorum qui interfuere, comperimus teſtimonio quinque millia virorum ad tanti principis unctionem conveniſſe.* V. Camillus Peregrinius in Caſtigationibus ad Falcum pag. 174. ubi de conſecratione Roberti II. diſſerens poſt illa Falconis verba. *Juxta prædeceſſorum ſuorum privilegium*, ſubdit *ac juxta antiquum principum Langobardorum ritum*, &c. poſtque illa. *Prædictum Robertum in principatus honorem inunxit* addit *oleo ſcilicet ſancto perfudit* &c. V. etiam Baronius ad annum 1127. & Pagius anno 1120. & 1127. Nummos quoque cudebant, ut teſtatur Erchempertus, qui hiſce legibus Grimoaldum Arichis filium Beneventanis a Carolo magno reſtitutum ait, nu. 3. apud Peregrinium pag. 27. *Ut Langobardorum mentum tonderi faceret, chartaſque vero, nummoſque ſui nominis characteribus ſuperſcribi ſemper juberet* &c. *Accepta denique licentia repedandi a Beneventi civibus magno cum gaudio acceptus eſt. In ſuis aureis ejus nomen aliquandiu figurari placuit, Schedas ſimiliter aliquanto juſſit tempore exarari* &c. V. Mabillonius de re Diplomatica lib. 2. cap. 10. Michael vero monachus in ſanctuario Capuano, quid in Langobardorum Principum nummis, ſeu monetis ſculptum eſſet deſcribit, atque fol. 500. ait, *Vel fortaſſe conſtructa fuit a Langobardis* (loquitur de eccleſia S. Angeli in Formis) *quorum erga S. Archangelum tanta erat devotio, ut in nummis ab una parte crucem, & per girum ſancti Michaelis nomen, ab altera nomen principis Langobardi diſpoſitis litteris in forma crucis exculperent: talis nummus inventus eſt in agro prope Amphiteatrum, quem ego theſauro conſervandum tradidi.*

Hujuſce noſtri Privilegii Landulfi, & Pandulfi, meminere Camillus Peregrinius in ſerie Abbatum Caſſinenſium pag. 35. Mabillonius Annal. tom. III. pag. 471. & Leo Oſtienſis cap. 60. hiſce verbis. *Aliud etiam præceptum fecit predictus Princeps eidem Abbati ſpecialiter de Aqua Saonis fluvii, & ceterarum aquarum cum ripis, & limitibus ſuis, & de fœminis liberis, quæ eſſent ſervis monaſterii copulatæ, nec non & de pertinentia Abbatiæ totius*, pauloque ſuperius dixerat: *Hic de Propoſitura monaſterii hujus Abbas effectus recepit a prædicto principe Landulfo præceptum de omnibus generaliter rebus, & poſſeſſionibus hujus monaſterii, nec non de terris, & fundis in Liburia loco, qui dicitur ad Trefone tam noſtro monaſterio, quam & ejus palatio in loco ipſo pertinentibus.* Proſequitur deinde Leo plures donationes cœnobio noſtro factas enarrare, quædamque bona deſcribere in emphiteuſim ab Abbatibus Caſſinenſibus conceſſa; omniaque bona, quæ in Apulia poſſederant a Caſſinatibus recuperata ope authoritateque Baſilii imperatoris Conſtantinopolitani Prothoſpatharii, cujus nempe nobiliſſimi muneris erat enſem imperatoris deferre, ſacramque ejus perſonam defendere Vid. Codin. de Offic. Conſtantinopolitan. cap. 5. §. 15., & 55.

Eorumdē Principū alterum Privilegium.

Electus vix Abbas fuerat die 25. Octobris anno 949. Sacri cœnobi Caſſinenſis Aligernus, cum teſte Leone Oſtienſi lib. 2. Chron. Caſſinen. cap. 2. *A prædicto principe Landulfo, nec non & Paldulfo filio ejus præcepto libertatis, ac confirmationis totius ex integro Abbatiæ expetiit, & accepit ſecundum terminos ſcilicet ſuperius ſcriptos, quos Giſulfus Dux tempore Petronacis primo ſtatuerat, & poſtmodum Carolus imperator tempore Theodemar imperiali præcepto firmaverat. Super quod etiam ſpecialius præceptum ab eiſdem principibus de caſtello S. Angeli, & de turre S. Georgii, nec non & de omnibus caſtellis, ſive turribus, quæ in pertinentiis monaſterii deinceps conſtrui deberent ſingillatim ſibi fieri poſtulavit* &c. *Poſtmodum vero, tam a prædicto Pandulfo, quam & Landulfo filio ejus* &c. *rurſus aliud præceptum recepit de univerſis finibus ac pertinentiis monaſterii hujus.* Iſtud Landulfi, & Paldulfi privilegium autographum in tabulario noſtro aſſervatum hujuſmodi eſt.

† *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni, Landolfus, & Paldolfus filius ejuſdem domini Landolfi divina ordinante providentia Langovardorum gentis principes. Cum principalis excellentia petitiona dilecti ſui petenti clementer favet. Igitur noverit omnium fidelium noſtrorum præſencium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas, quia vir veneravilis Alagernus Abbas monaſterii S. Benedicti ſitus in Monte Caſino obſecravit noſtram excellenciam quatenus concederemus, & confirmaremus in eodem S. monaſterio omnia quæ inferius declaramus de quibus petiit a noſtra excellencia, ut firmitatis Apices illi exinde fieri juveremus, cujus peticionem exaudientes, hos firmitatis apices in eodem S. monaſterio fieri juſſimus. Per quos omnino ſancimus, & perpetualiter habendum noſtris, & futuris temporibus pro mercede, & redempcione animæ meæ concedimus & confirmamus in ſupradicto monaſterio beati Benedicti ſitus in Monte Caſino omnia, quæ ab Imperatoribus, ſeu a Regibus, & a ſingulis principibus anteceſſoribus noſtris datas ſeu conceſſa habunt in præfato Monaſterio, ſimulque, & concedimus, & confirmamus in jam phato S. monaſterio, ut nullo adveniente tempore per nullum modum tollant, aut querant tollere boves, aut carrum da parte ipſius monaſterii per qualiſcumque ſervicium publicum faciendum vel in oſte eos minandum, ſet ſemper pars ipſius monaſterii ſecurus exinde maneant. Nec non & concedimus & confirmamus in eodem ſancto monaſterio eccleſiam vocabulo S. Benedicti, qui edificata eſſe videtur infra muro, & muricino de civitate Larino, quam edificavit Leo presbyter, & Monachus, qui poſtea factus eſt pſeudo Epiſcopus cum omnibus rebus, & ſubſtanciis pertinentibus de eadem eccleſia ipſa omnia datum & offertum habuit eodem Leo presbyter, & Monachus, quam & confirmamus in eadem eccleſia S. Benedicti, qui edificata eſt infra predicto muro, & muricino de eadem civitate*

*Lari-*

*Larino omnem hereditatem, quam ibi offeruit Chriſpolus Monacus, ſimulque & pro anima noſtre ſalvacione concedimus & confirmamus in ſupranominato Monaſterio S. Benedicti ſitus in Monte Caſino omnibus rebus, & ſubſtanciis, que de ante, & uſque modo tenuit & poſſedit pars ejuſdem monaſterii S. Benedicti in tota pertinencia, & dominacione de Larino; Ita ut a nunc & deinceps quieto nomine habeant & poſſideant pars ſupranominati Monaſterii, & ejuſque Abbatibus, & Rectoribus, ea omnia, quæ ſuperius legitur ut a nullis ex noſtris comitibus, gaſtaldeis, judicibus habeatis de omnia ſupradicta qualemcumque moleſtiam, aut contrarietatem, ſet perpetuis temporibus habeas, & poſſideas pars prædicti Monoſterii ea omnia, quæ ſuperius legitur, nemine ibi exinde in aliquo contraria ingerente. Quod ſi quiſpiam anc noſtram conceſſionem in quomodocumque violare preſumpſerint ſciat ſe compoſituri auri libras centum, & eadem conceſſio firma permaneat omni tempore. Ut autem hac noſtra conceſſio pleniorem in Dei nomine optineat vigorem, manu propria ſcripſimus, & ex anulo noſtro ſupter juſſimus ſigillari. Signum domni Landolſi excellentiſſimi principis.*



*Petrus Notarius ex juſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſi. Dat. pridie nonas Magias anno tertiodecimo principatus domni Landolſi glorioſi principis, & anno nono principatus domni Paldolſi ejus filii, indiccione decima. Actum in civitate Capuana.* Adeſt ſigillum cereum.

In eo poſt confirmata omnia Caſſinatibus conceſſa privilegia laudati principes nullam ſibi juriſdictionem in noſtra oppida, ſervos, bona reſervant, imo judicibus magiſtratibuſque ſuis jubent, ne ullum Caſſinatibus negocium faceſſant.

Eorumdem principum beneficio aliud habemus originale privilegium in noſtro archivo, quod ita ſe habet.

Tertium. ✠ *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Landolfus, & Paldolfus filius ejuſdem domni Landolſi, divina ordinante providentia, Langobardorum gentis principes. Cum principalis excellentia petia petitione dilecti ſui petenti clementer favet. Igitur noverit omnium fidelium noſtrorum præſencium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas, quia donna Gemma dilecta principiſſa genitrice noſtra obſecravit noſtram excellenciam, quatenus ob amore omnipotentis Dei, & ſalbacione animæ noſtra concederemus in Monaſterio Ss. Benedicti ſitus in Monte Caſino, ubi domnus Alagernus Abbas praeſt, ut pars prædicti Monaſterii ſemper quando voluerint, poteſtatem, & licenciam haberent mittere ad piſcandum duas luntres cum daas paraturias de ipſis lontres, & cum quattuor homines in ipſum lacum de Patria, ut Fratres, & Monachi jam phati Monaſterii habeant, unde pro nobis cotidie Dei miſericordia exorent, quam & concederemus in jam phato Monaſterio omnem cenſum, ſeu daciones, quem pars publica tollere, vel exigere debuerint de ipſu gualdu, & curte, & terris jam phati Monaſterii qua dicitur caſa Genciana, de quibus petiit a noſtra excellentia ut firmitatis apices in eadem S. monaſterio fieri juveremus, cujus peticionem exaudientes hos firmitatis apices in eodem S. monaſterio fieri juſſimus, per quos omnino ſancimus, & perpetualiter habendum noſtris, & futuris temporibus concedimus in ſupradicto S. monaſterio Ss. Benedicti, ut amodo, & ſemper poteſtatem, & licenciam habeant pars predicti monaſterii quando voluerint mittere ad piſcandum in prædicto lacu patrienſe duos luntres, cum duas paraturias de ipſis lontres, & cum quattuor homines, qui in eadem lacu piſcare debeant quando voluerint, & quandiu voluerint, quam & concedimus in prædicto S. monaſterio omnem cenſum, & daciones, quicquid pars noſtra publica tollere vel exigere debuerint de jam dictu gualdu, & prædicta curte, & terris jam phati monaſterii, quæ dicitur Caſa Genciana, in ea videlicet racione omnia ſupradicta in jam dicto S. Monaſterio concedimus, ut amodo, & nullo adveniente tempore non habeat licenciam, aut poteſtatem Abbas aut quiſcumque Rector eidem monaſterii ipſos de poteſtate eidem monaſterii per qualiſcumque modis, aut ingenium tollere, aut ſubtrahere, vel in alia quacumque parte dare, aut alienare, niſi ſemper ipſos pars eidem monaſterii habere, & fruere debeant ſue poteſtatis, & ſi ipſos Abbas, aut quiſcumque Rector jam phati monaſterii de poteſtate predicti monaſterii per qualiſcumque modis vel ingenio tulerit aut ſubtraxerit, vel in alia quacumque parte dederint, aut alienaverint ſtatim quod ipſos de poteſtate jam dicti monaſterii tulerint, aut alienaverint per qualiſcumque modis vel ingenio reveniant ad poteſtatem ſacri noſtri palatii ad faciendum exinde omnia quæ voluerint, quia in tali racione omnia ſupradicta in jam phato S. monaſterio conceſſimus ea videlicet racione ea omnia, quæ ſuperius legitur in jam phato S. monaſterio concedimus habendi ac poſſidendi in omni racione & ordine ſicut ſuperius diximus abſque contrarietate Comitis Gaſtaldei judicis, aut cujuſcumque perſona contradiccione, vel inquietudine, ſet perpetuis temporibus habeas, & poſſideas pars prædicti monnaſterii omnia ſupradicta in eo ordine ſicut ſupra diximus abſque omni contrarietate cujuſcumque perſona hominis ibi faciente, ut autem hac noſtra conceſſio pleniorem in Dei nomine optineat vigorem, manu propria ſcripſimus, & ex anulo noſtro ſupter juſſimus ſigillari.*



*Signum*

Digitized by Google

*Signum Domni Landolfi excellentiſſimi Principis. Petrus notarius ex juſſione ſupradicte poteſtatis ſcripſi. Datum tertio Kal. Septembrii anno duodecimo principatus domni Landolfi glorioſi principis, & anno nono principatus domni Pandolfi ejus filii indictione nona.* Adeſt ſigillum cereum.

Princeps Paldulfus I. cognomento Caput Ferreum imperare cœpit cum patre ab *943.* cum patre, fratreque Landulfo III. ab anno *959.* cum fratre ſolo ab anno *961.* cum filio Landulfo IV. ab anno *968.* Dux Spoletinus, & Camerini Marchio anno *969.* & ſequentibus fuit, poſtquam ditiones illas magnus Hugo Tuſciæ Marchio imperatori renunciavit. Fuit Salerni princeps cum filio Paldulfo II. ab *978.* ad *981.* quo Capuæ obiit, ubi reſidebat. Uxorem habuit Aloaram Comitis Petri filiam, quæ anno *992.* deceſſit. V. Peregrinius in ſtemmate laudato, & a pag. *216.* ad *229.* quem nos in hiſce ſupputationibus præferendum cæteris eſſe duximus, quamquam Michael Monachus aliam iniit viam in Sanctuario Capuano pag. *617.* quod aſſertiones ſuas diligentiſſime coævorum ſcriptorum teſtificatione roboravit. Nobis tamen anno *969.* Spoleti, & Camerini Ducem fuiſſe Paldolfum veri non videtur ſimile, iis de rationibus, quas dum monaſterium S. Angeli de Barrea deſcriberemus, attulimus in hiſtoria.

Laudatus vero Paldulfus, & Landulfus ejus filius plura conceſſere privilegia cœnobio Caſſinenſi, ex quibus unum hic excribimus, cujus meminit Leo noſter lib. II. c. II. Illud Giſulfianos Abbatiæ Caſſinenſis fines deſcribit, eſtque hujuſcemodi ex originali in archivo noſtro.

Paldolfi, & Landolfi Diploma. † *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Paldolfus, & Landolfus divina ordinante providentia Longobardorum gentis principes. Cum principalis excellentia peticione dilectorum ſuorum petentis clementer favet. Igitur noverit omnium fidelium noſtrorum preſencium ſcilicet ac futurorum ſolercia; quia domna Gemma religioſa principiſſa Abia noſtra obſecravit noſtram excellenciam, quatenus pro amore Dei omnipotentis, & anima noſtra ſalvacionis concederemus, & confirmaremus in monaſterio Ss. Benedicti confeſſoris Chriſti ſitus in monte qui dicitur Caſino, in quo domnus Aligernus venerabilis Abbas regimen tenere videtur omnia, que inferius declarantur, de quibus peciit a noſtra excellentia ut firmitatis apices in eodem S. Monaſterio ibi fieri juveremus, cujus peticionem exaudientes hos firmitatis apices ibique in eodem S. monaſterio fieri juſſimus, per quos omnino ſancimus, & perpetualiter habendum noſtris atque futuris temporibus concedimus & confirmamus in eodem S. monaſterio beati Benedicti omnia que ab imperatoribus, ſeu a regibus, & a ſingulis principibus anteceſſoribus noſtris in eodem monaſterio data ſeu conceſſa ſunt, ſimulque & concedimus, & confirmamus in eodem ſancto, & venerabili loco ad poſſeſſionem prephati monaſterii, & de ejuſque Abbatibus, & rectoribus, hoc eſt quantum ſacri palacii noſtri pertinentes eſſe videtur in finibus Aquinenſis, ſicut incipit ab ipſa Coſa, & quomodo ſalit per ipſum monte S. Donati per media Serra, & quomodo deſcendit ſuper ipſi Monticelli de Marri, & vadit ad ipſi Peſcli, qui ſunt ad pede de Balba, & quomodo vadit inde per duos Leones, & inde ſalit per ipſe Serre ſuper caſale. Et inde deſcendit per ipſum montem ſuper ipſe ville de Gareliano, & inde vadit ad ipſum Peſclum, qui nominatur Cripta imperatoris, & ab inde deſcendente in fluvio de Gareliano. Et aſcendente per ipſo fluvio uſque ad ipſa Junctura de Aqua, que dicitur Banira. Et aſcendente per eadem aqua, uſque in rivo Sicco, & aſcendente per eodem rivo uſque ad eccleſiam S. Martini, & quomodo ſalit per ipſe Serre, & vadit in monte, qui dicitur Ceſino. Et quomodo vadit in Peſclu qui vocatur Corvaru, & quomodo vadit per ipſe Serre, & pervenit ad Furcam, qui vocatur Pupplo, & inde vadit directum ad aquam fundatam, & quomodo aſcendit per ipſum montem qui eſt ſuper caſale, & quomodo vadit in capite de aqua qui vocatur rapidu, & quomodo ſalit in monte qui vocatur Caballu, & quomodo vadit directum in montem, qui vocatur Rendenaria major, & inde per Serras Moncium, & venit ad rendenaria minor, & quomodo vadit directum per pedes moncium, qui vocatur Freſelona, & vadit in aqua, qui vocatur Melarino, & quomodo ſalit in ipſum montem, qui vocatur terre albe, & inde pervenit ad Furcam S. Valentini, & quomodo ſalit per ipſas Serras montium, qui vocatur Vallelucis, & quomodo deſcendit directum in petra ſcripta, & aſcendit ad Serras montis, qui dicitur Ordicoſa, & quomodo vadit ad peſclora, qui dicitur Falconari, & pervenit ad duos montes, ex quibus unus vocatur Spinacius, & alter Porcacius, & inde aſcendit ad cacumen montis, qui vocatur Cajera, ea videlicet racione ſupranominatis terris de quantum ſacri noſtri palacii infra predictas fines pertinere videtur, una cum jam dictis terris cultis, & incultis de planis, & montibus, de rivis, & aquis & ripis, & albeis, & curſus ipſius aque, & cum omnia inferius, & ſuperius in jam dictis terris habentibus junctis, & integris in prefato monaſterio ipſa omnia concedimus ad poſſeſſionem prephati S. monaſterii, & de ejuſque Abbatibus, & Rectoribus ad habendum, & poſſidendum, abſque contrarietate Comitis Caſtaldei judicis, aut cujuſcumque perſone contradictione, vel inquietudine, ſed perpetuis temporibus pars prephati monaſterii, & ejuſque Abbatibus, & rectoribus habeant, & poſſideant ea omnia que ſuperius legitur, nemine in eodem ſancto monaſterio aliqua contraria ingerente. Ut autem hec noſtra conceſſio pleniorem in Dei nomine optineat vigorem, manu propria ſcripſimus, & ex anulo noſtro ſubter juſſimus ſigillari.*



*Signum Domni Paldolfi, & ſignum domni Landolfi glorioſiſſimi Principibus. Petrus notarius ex juſſio-*

*juſſione ſupradicta poteſtatis ſcripſi*. Adeſt ſigillum cereum.

Hæc præcipue conſideranda. *Concedimus, & confirmamus in eodem S. Monaſterio &c. omnia, quæ ab Imperatoribus, ſeu a regibus, & a ſingulis principibus anteceſſoribus noſtris in eodem monaſterio data, ſeu conceſſa ſunt &c. Ea videlicet racione ſupra nominatis terris de quantum ſacri noſtri palatii infra predictas fines pertinere videtur, una cum jam dictis terris cultis & incultis de planis, & montibus, de rivis, & aquis, & ripis, & albeis, & curſus ipſius aquæ, & cum omnia inferius, & ſuperius in jamdictis terris habentibus junctis, & integris in prephato monaſterio ipſa omnia concedimus ad poſſeſſionem prephati S. monaſterii &c. ad habendum, & poſſidendum abſque contrarietate comitis, Caſtaldei, Judicis, aut cujuſcumque perſona contradictione, vel inquietudine, &c.* Abbatiæ Caſſinenſis fines in hoc privilegio deſcripti amplam, frugiferamque regionem occupant, quam impoſſibile eſt Paldulfi tempore a pluribus colonis habitatam, cultamque non fuiſſe, cum potiſſimum ante Saracenicam devaſtationem anno 884. plures ibi indigenæ eſſent, atque ex laudatis privilegiis conſtat, plura inibi oppida fuiſſe; quare cum laudati principes in hoc privilegio inquiunt; *Concedimus, & confirmamus &c. poſſeſſionem prephati monaſterii &c. hoc eſt quantum ſacri palati noſtri pertinentes eſſe videtur in finibus &c.* infraque, clarius. *Et videlicet ratione ſupranominatis terris de quantum ſacri noſtri palatii infra predictas fines pertinere videtur*, haud quidem ſignificant montes, flumina, aquas &c. quæ expreſſe nominatæ ſunt donari, ſed juriſdictionem quæ unice præter res illas principibus ſpectare poterat, eo maxime quod poſt verba illa hæc adſunt. *Pertinere videtur una cum jam dictis terris &c.* Ex quo patet conceſſionem terrarum, aquarum, &c. diſtingui ab illa per hæc verba deſignata. *Quantum ſacri noſtri palatii pertinere videtur*, ubi Tò quantum hoc loci denotat quod ad principum palatium, ſeu Fiſcum pertinebat, ideſt juriſdictionem. Illud vero maxime conſtat poſt cœnobii noſtri excidium a Saracenis perpetratum intra Caſſinenſis ditionis fines, ne dum ſervos colonos, libertos &c. remanſiſſe, ut ex allatis privilegiis conſtat, ſed etiam oppida cum illa nominata reperiantur in Hugonis, & Lotharii privilegio poſt excidium facto, imo ne integra quidem S. Germani civitas quam S. Bertharius edificare ceperat funditus Saracenorum rabie, immanitateque everſa eſt: narrans enim Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 32. Athenulfi Abbatis geſta ait. *Civitatem deorſum circa eccleſiam Domini ſalvatoris quam ſupradiximus a S. Martyre Chriſti Abbate Berthario inchoatam, ex magna parte conſtruxit*. Extabant quoque oppida Janulæ S. Angeli, atque alia, quæ in Landolfi privilegio nominantur a Leone relato lib. 2. cap. 2. & cap. 3. idem Leo narrat plures ab Aligerno inventos colonos in poſſeſſionibus monaſterii. Per tranſennam vero obſervandum, hoſce alioſque principes nedum flumina, eorumque ripas, atque curſus donaſſe, ſed etiam rivos, aliaſque omnes aquas cujuſque generis.

Non minoris momenti eſt aliud eorumdem principum privilegium quod ex originali damus.

Secundum eorumdem Principum Diploma.

† *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Paldolfus, & Landolfus divina ordinante providentia Langovardorum gentis principes, Cum principalis Excellentia petitione dilectorum ſuorum petenti clementer favet. Igitur noverit omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet, ac futurorum ſollercia, quia domna Gemma religioſa principiſſa abia noſtra obſecravit noſtram excellenciam, ut pro amore Omnipotenti Dei, & anima noſtra ſalvationis concederemus, & confirmaremus in monaſterio S. Benedicti conſtructus in monte, qui dicitur Caſino, ubi nunc modo domnus Aligernus venerabilis Abbas praeeſt, omnia quæ inferius declarantur, de quibus peciit a noſtra excellencia, ut firmitatis apices in eodem S. Monaſterio fieri juveremus. Cujus peticionem exaudientes, hos firmitatis apices ibidem exinde fieri juſſimus. Per quos omnino ſancimus, & perpetualiter habendum noſtris, atque futuris temporibus concedimus, & confirmamus in eodem ſancto monaſterio beati Benedicti omnia, quæ ab imperatoribus, ſeu a regibus, & a ſingulis principibus anteceſſoribus noſtris in eodem monaſterio datas, ſeu conceſſa ſunt. Simulque & concedimus, & confirmamus in eodem S. monaſterio, ut nullo adveniente tempore per nullum modum tollant, aut querant tollere bobes aut carrum da parte ipſius Monaſterii, pro qualiſcumque ſerbicium publicum faciendum, vel in oſte eos minandam, ſet ſemper pars ipſius monaſterii ſecurus exinde maneat. Nec non & concedimus, & confirmamus in eodem Sancto Monaſterio eccleſiam vocabulo S. Benedicti, qui edificata eſſe videtur infra muro, & muricino in civitate Larino, quam edificavit Leo presbyter, & Monachus, qui poſtea factus eſt pſeudo epiſcopus cum omnibus rebus & ſubſtanciis pertinentibus de eadem eccleſia, ſicut in eadem eccleſia ipſa omnia datum, & offertum abuit eodem Leo presbiter, & monachus, quam & confirmamus in eadem eccleſia S. Benedicti omnem hereditatem, quam ibi offeruit Criſpolus Monachus, & concedimus, & confirmamus in ſupradicto monaſterio S. Benedicti omnibus rebus, & ſubſtanciis, quæ de antea, & uſque modo tenuit & poſſedit pars eidem monaſterii S. Benedicti in tota pertinencia, & dominacione Larino, quemadmodum ipſos in jamphato S. Monaſterio a bona memoria domno Landolfo glorioſo principe genitore noſtro per praceptum ſigillatum, qui ſcripto eſt per Petrum notarium conceſſum, & confirmatum eſt. Nec non & concedimus, & confirmamus in eodem S. Monaſterio omnes res, & ſubſtancias qualitercumque, ſeu quomodocumque poſſedit, & poſſidet pars ipſius monaſterii & fundos, & terras quantos, & quantas pars ipſius monaſterii pertinentes habuit in liburias loco, qui nominatur ad Trefone, ſeu & quantum ſacri noſtri palacio pertinent per totos fines de eodem loco Trefone quemadmodum in jam dicto S. monaſterio a predicto glorioſo principe Genitore noſtro per preceptum ſigillatum, qui ſcriptum eſt per predictum Petrum notarium conceſſum, et confirmatum eſt. Quam et concedimus, et confirmamus in eodem S. Monaſterio, ut amodo, et ſemper poteſtatem, et licentiam habeant pars predicti monaſterii quando voluerint, mittere ad piſcandum in lacum Patrienſem duos lontres cum duas paraturias de ipſis Lontres, et cum quatuor homines, qui in eodem lacu piſcare debeant quando voluerint, et quan-*

*quandiu voluerint, et concedimus, et confirmamus in eodem Sacro Monaſterio omnem cenſum, et daciones quicquit pars noſtre publica tollere, vel exigere debuerint de ipſu Gualdu et curte, et terris eidem monaſterii, qui dicitur caſa Jenciana, quemadmodum in jam pbato monaſterio a jam dicto genitore noſtro per preceptum ſigillatum, qui ſcripto eſt per jam dictum Petrum notarium conceſſum, et confirmatum eſt, et concedimus, et confirmamus in eodem S. Monaſterio terris predicti monaſterii incultis, et aliquantis cultis, qua eſſe videtur in Aquinenſis finibus, ubi adificata ſunt eccleſia S. Ambroſii, et S. Andrea, et S. Apollinaris, et S. Stephani, et S. Georgii, quem pars predicti monaſterii per indicate finis per ſcriptum convenientia ſecundum legem datum abuit Adenolfi quemadmodum a jamdicto genitore noſtro in eodem ſancto monaſterio per preceptum ſigillatum conceſſum eſt, qui ſcripto eſt per jam dictum Petrum notarium, et concedimus, et confirmamus in jam dicto S. Monaſterio terra, qua, et quanta pertinuit, vel pertinentes eſſe videtur ſacri noſtri palacii; hoc eſt a fine de S. Martino quomodo deſcendit ribo ſicco, et vadit erga aqua, qui dicitur Bantra, et ſicut deſcendit uſque in fluvio, qui dicitur Carnello, & uſque in ſupranominato monte, qui dicitur Caſino. Et concedimus, & confirmamus in eodem S. monaſterio omnes fœminas liberas quantas uſque modo ſervi prefati monaſterii ſibi copulaverunt maritos, vel quod adhuc in antea noſtro tempore ſibi copulaverint inſimul cum eiſdem ſerbos ſibi copulatos, & cum filiis filiabus illorum, quemadmodum a jam dicto glorioſo principe genitore noſtro in jam pbato monaſterio per preceptum ſigillatum conceſſum eſt, qui ſcripto eſt per jam dictum Petrum notarium. Nec non & concedimus, & confirmamus in eodem S. monaſterio omnia, qua, & quantum ſacri noſtri palatii pertinuit, aut pertinent, vel pertinentes fuerint per qualiſcumque modis de terris cultis, & incultis, de planis, & de montibus, de bineis, & olibetis, de pratis, paſcuis, & de paludis, de ribis, & aquis, qua eſſe videtur infra has fines. Hoc eſt ab una parte fine rapidu, de alia parte fine ipſu Carnellu, de tercia parte fine ribu, qui dicitur de Maroza, & fine Farnietu, & fine lacu, qui nominatur de Radeprandu, & quomodo vadit uſque in Silice, de quarta autem parte fine ipſa ſilice, & qua eſt infra has fines, hoc eſt quomodo incipit da ipſa coſa, & ſalit per ipſum monte, qui dicitur Sancti Donati per media Serra, & quomodo deſcendit ſuper ipſi Monticelli de Marri, & vadit ad ipſi Pleſcki, qui ſunt ad pede de ipſo monte de Balba, & quomodo vadit inde per duos Leones, & inde ſalit per ipſe Serre ſuper Caſale, & inde deſcendit per ipſum Montem ſuper ipſa billa de Gariliano, & inde vadit ad ipſu Peſclu, qui nominatur Gripta imperatori uſque in flumen, qua jam dicti S. monaſterii pertinet ſecundum ſuis racionibus. Ideo de omnia ſuperius dicta qua, & quantum ſacri noſtri palacii per qualiſcumque modis pertinuit, aut pertinet, vel pertinentes fuerint, ſimul, & omnia, qua a jam dicto glorioſo principe genitore noſtro per ſuperius dicta preceptora in eodem S. monaſterio conceſſa ſunt, cuncta, & integra omnia ſupradicta, nos pro amore omnipotenti Dei, & anima noſtra ſalvacionis in jam pbato S. Monaſterio S. Benedicti, concedimus, & confirmamus ad habendum & poſſidendum ipſos amodo, & ſemper pars ſuperius dicti monaſterii, & ejuſque Abbatibus & Rectoribus, & faciendum exinde juxta legem omnia, qua eorum placuerit, ita ut, neque a nos, neque a nullis ex noſtris Comitibus, Caſtaldeis, & Judicibus, vel ſculdahis, aut a quibuſcumque perſona hominis aliquando pars predicti monaſterii, aut ejus Rectoribus de omnia ſupradicta habeant qualiſcumque moleſtiam, aut contrarietatem, vel inquietudine per nullum modum in perpetuum, ſet perpetuis temporibus pars ſuperius dicti monaſterii, & ejus Abbatibus, & Rectoribus omnia ſupradicta firmiter, & ſecuriter habere, & poſſidere valeant, in nullo ibidem exinde aliqua contraria ingerente. Ut autem hac noſtra conceſſio pleniora in Dei nomine obtineat vigorem munu propria ſcripſimus, & ex anulo noſtro ſupter juſſimus ſigillari.*





*Signum domni Paldolfi, & ſignum domni Landolfi glorioſiſſimi principum.*

*Petrus notarius ex juſſione ſupradictorum poteſtatis ſcripſi. Datum ſexto idus Julii anno octabo decimo principatus domni Paldolfi, & tercio anno principatus domni Landolfi principibus indictione quarta. Actum in civitate Capuana.* Adeſt ſigillum cereum.

In hoc privilegio hæc obſervanda. Confirmata in eo ſunt omnia principum privilegia, prohibeturque, ne ullo unquam futuro tempore ſervitium aliquod etiam militare a monaſterio noſtro exigatur, aliaque plura confirmantur potiſſimum liburiæ bona, atque ſervorum uxores eorumque ſoboles, omneque id concedunt laudati principes quod ad eorum fiſcum pertinebat diviſim inde ita deſcribuntur Caſſinenſes fines, ut ſimul ſumpta deſcriptio integros Giſulfianos fines contineat.

In eodem Caſſinenſi tabulario aliud Paldolfi, & Landolfi privilegium autographum aſſervatur eodem tempore Caſſinatibus conceſſum, quod ita ſe habet.

† *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chri-*

*ſti*

Digitized by Google

Tertium præfatorum Principum Diploma.

ſti Dei æterni Paldolfus, & Landolfus divina ordinante providentia Langobardorum gentis principes. Cum principalis excellentia petitione dilectorum ſuorum potenti clementer favet. Igitur noverit omnium fidelium noſtrorum preſencium ſcilicet, ac futurorum ſollercia, quia domna Gemma religioſa principiſſa abia noſtra obſecravit noſtram excellenciam, ut pro amore omnipotenti Dei, & anima noſtra ſalvacionis concederemus, & confirmaremus in monaſterio Sanctiſſimi Benedicti conſtructus in monte qui dicitur Caſino, ubi nunc modo domnus Aligernus venerabilis Abbas, præeſt, omnia quæ inferius declarantur. De quibus petiit a noſtra excellencia, ut firmitatis apices in eodem S. monaſterio fieri juberemus, cujus peticionem exaudientes hos firmitatis apices ibidem exinde fieri juſſimus per quos omnino ſancimus, & perpetualiter abendum noſtris, atque futuris temporibus concedimus, & confirmamus in eodem S. monaſterio beati Benedicti omnia, quæ ab imperatoribus, ſeu a regibus, & a ſingulis principibus antecoſſoribus noſtris in eodem monaſterio datas ſeu conceſſa ſunt, ſimulque & concedimus, & confirmamus in eodem S. monaſterio ipſa terra, & preſa, qui eſt conjuncta cum murum ujus civitatis propinquo porta qui dicitur S. Angeli, habentes finis ab uno latere fine predictum murum hujus civitatis, ex alio latere fine platea iterum ujus civitati unu capu tenet in terra, & preſa pertinentem Sacri noſtri palacii ſic directe quomodo pergit traſonda pertinentem ipſius monaſterii ad Caſa fabrita Stefani magiſtri, aliu capu tenet in terra, & preſa ſimiliter pertinentem Sacri noſtri palacii abet per ſingula latera in longum pedes centum nonaginta & tres & per ſingula capita per traverſum pedes tredecim ad menſura de pede, de manu Landoni ſeniori caſtaldei menſuratum, nec non & concedimus in eodem S. monaſterio ipſum predictum murum ujus prædicta civitati, qui eſt conjunctum cum prædicta terra, & preſa incipiente a cantone, qui eſt de eodem murum juxta prædicta porta, qui dicitur S. Angeli, & qualiter pergit uſque ad ipſa turre, qui eſt ſuper ripa Vulturni flumini ad faciendum in ipſum muru & in predicta turre omne hedificium, & laborem, & canales ponere, unde aqua decurrat uſque ad eumdem locum, ubi pars præfati monaſterii valneum conſtruere fecerit, nec non & concedimus in eodem S. Monaſterio ipſa terra, & ripa prædicti fluminis quantum eſt foras murum de predicta turre ad faciendum ibidem omnem edificium pro aqua aurire de ipſo prædicto flubio, & ipſum albeum predicti fluminis ad auriendum exinde aqua quantum neceſſe fuerit pro ipſum valneum; Quam & concedimus in eodem S. monaſterio de eadem jam dicta platea circa murum de caſe ipſius monaſterii in latitudine pedes duos ad ſupradictu pede, &. in longitudine, quantum vadit jam dicta indicata, & menſurata turre, ita ut licentiam, & poteſtatem habeat pars jam dicti monaſterii in ſupradicta terra, quæ ſunt intraverſum pedes duos fodere, & fundamenta mittere, & pilas fabrire, & arcora ſuper eadem platea volvere & ſuper eadem arcoras caſe fabrite edificare, & conjuncere cum ſupradictum murum, ita ut ſub ipſa arcora poſſant tranſire carras cum fenu, & cum alias cauſas, ſicut conſuetudo eſt in hac civitate. Et concedimus in eodem S. monaſterio de ipſa alia platea puplica, quæ eſt ſilice pedes quatuor in latitudine, & in longitudine tantum quantum vadit ipſa terra, & preſa predicti monaſterii a parte ipſa, quæ conjuncta eſt cum platea, & ſilice, & prædictum pede menſuratum, & conjuncti cum predicta terra, & preſa predicti monaſterii ad faciendum in ipſi predicto quatuor pedes de prædicta platea, quæ eſt ſilice omne hedificium, quod ad pars ipſius monaſterii placuerit facere, & habere omni tempore. Et concedimus, & confirmamus in eodem S. monaſterio omnes aquas, ſeu albeis aquarum, ubicumque terras prædicti monaſterii eſt conjuncta cum ripis ex utraque latera de ipſis prædictis aquis, ad faciendum in aquis, & albeis, & ripis ipſis clauſurias, & molina vel fuſaria, & alia omnia edificia, quod ad partem ejuſdem monaſterii placuerit facere, & habere ibidem omni tempore ea videlicet ratione ea omnia, quæ ſuperius legitur, & qualiter noſtro pertinet palatio in jam phato S. monaſterio S. Benedicti, nos pro amore omnipotenti Dei, & anima noſtra ſalbacionis conceſſimus, & confirmamus ad habendum, & poſſidendum ipſos amodo, & ſemper pars ſuperius dicti monaſterii, & ejus Abbatibus, & rectoribus, & faciendum exinde juxta legem omnia, quæ eorum placuerit, ita ut nullus ex noſtris comitibus, caſtaldeis, judicibus, vel ſculdahis, aut a quibuſcumque perſone hominis aliquando pars predicti monaſterii, aut ejus rectoribus de omnia ſupradicta abeant qualiſcumque moleſtia aut contrarietatem vel inquietudine per nullum modum imperpetuum, ſet perpetuis temporibus pars ſuperius dicti S. monaſterii, & ejuſque Abbatibus, atque rectoribus omnia ſupradicta firmiter, & ſecuriter habere, & poſſidere valeant, in nullo ibidem exinde aliqua contraria ingerente; ut autem noſtra conceſſio pleniorem in Dei nomine optineat bigorem manu propria ſcripſimus, & ex anulo noſtro ſupter juſſimus ſigillari.



Signum domni Paldolfi, & ſignum domni Landolfi glorioſiſſimi principum.



Petrus notarius ex juſſione ſupradictarum poteſtatis ſcripſi Dat. VI. Idus Julii anno octabo decimo principatus

Digitized by Google

*patus domni Paldolſi, & tertio anno principatus Domni Landolſi principibus indictione quarta. Actum in civitate Capuana.*

In eo præcipue cœnobio noſtro omnes aquæ, earumque alvei conceduntur, quæ intra cœnobii poſſeſſiones percurrerent: *Ad faciendum in aquis & albeis, & ripis ipſis clauſurias, & molina, vel fuſurias, & alia omnia ædificia*, quæ libuiſſet; nullumque hac ratione eorum principum magiſtratus negocium faceſſere Caſsinatibus poterant.

En aliud eorumdem principum ex autographo privilegium.

Quartum eorumdē principum privilegium. † *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Paldolfus & Landolfus divina ordinante providentia Langovardorum gentis principes. Cum principalis excellentia petitione dilecti ſui petenti clementer favet. Igitur noverit omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet, ac futurorum ſollertia, quia Lando dilectus frater noſter obſecravit noſtram excellentiam, ut pro amore omnipotentis Dei, & ſalvatione anima noſtra concederemus in monaſterio beati Benedicti confeſſoris Chriſti ſitus in monte Caſino, ubi nunc Deo auxiliante domno Aligerno venerabilis Abbas præeſſe videtur ad poſſeſſionem præphati monaſterii, et de ejuſque Abbatibus, et Rectoribus terris, et aquis, qualiter inferius declaramus. De quibus petiit a noſtra excellentia, ut firmitatis apices in eodem monaſterio fieri juveremus, cujus petitionem exaudientes hos firmitatis apices ibidem exinde fieri juſſimus, per quos omnino ſancimus, et perpetualiter abendum noſtris, et futuris temporibus concedimus in eodem S. monaſterio terris, et ſilvis pertinentibus ſacri noſtri palatii, quomodo incipit da ipſu Carnellu, et quomodo ſalit per ipſa Vantra uſque in rivo ſicco, et ſaliente uſque ad ecceleſiam S. Martini, et quomodo pergit per iſte criſte de monte S. Petri. De ſecunda parte fine Serra de monte, qui dicitur Ciſino, & quomodo pergit per Serra de monte qui dicitur Aquilone, & vadit ad lacum, qui dicitur de Pupplo, & quomodo pergit ad lacum, viticuſum & vadit directum at aqua fundata, & quomodo aſcendit per ipſum Monte, qui eſt ſuper caſale, & pervenit ad vadum fluvii, qui dicitur rapidu, & pergit per ipſa ania qua tenditur ad ipſa via antica, qui eſt in capite Mellarini, & quomodo pergit per ipſas criſtas montium, & pervenit ad terra alba, inde pervenit ad Furca S. Valentini, & quomodo aſcendit per criſtas montium, qui ſunt inter Atine, et Vallelucis, et recto tramite pervenit ad petra ſcripta, et aſcendit ad Serra montis, qui dicitur ordicoſo, et pergit ſuper ipſe peſclora, qui dicitur Falconari, et venit ad ipſe fines, qui ſunt inter montes, ex quibus unus vocatur Spinacius, et alter Porcacius, et inde aſcendit ad Kriſtas montis, qui vocatur Kayra, et pervenit ad ipſe Petre ſuper aqua vibola, et aſcendit ad colles, qui vocatur Gimbiruti. De tertia parte fine quirquitulu, et deſcendit in foſſatu, juſta eccleſia S. Damaſi, et vadit directum in ſilice ad locum, qui vocatur Arcu de Gizzuli, & qualiter pergit ad lacum, qui dicitur Radiprandi, & qualiter vadit per terra qua dicitur Farnetu, & ab inde qualiter vadit per caput, qualiter vadit per rivus, qui dicitur de Marozze, & qualiter deſcendit in fluvio, qui dicitur Carnellu, & ſicut vadit in aqua, qua dicitur Coſa, & ſalit per ipſu Monte, qui dicitur S. Donati, de quarta parte fine Ser. de eodem Monte, qui dicitur S. Donati, & quomodo deſcendit ſuper ipſi Monticelli de Marri, & vadit ad ipſu Monte de Balbola, & quomodo vadit inde ſuper duos Leones, & inde aſcendit ſuper ipſe Serre ſuper caſale, & inde deſcendit ſuper ipſu Monte ſuper Villa de Gareliano, & inde vadit ad ipſum peſclum, qui nominatur Cripta Imperatoris uſque in flumen, qui dicitur Gareliano, & aſcendente per eodem fluvio uſque ad priores fines, ſimulque & clare ſcimus quia domnus Landolfus piiſſimus princeps viro, & genitore noſtro conceſſum, & confirmatum habuit in præphato S. monaſterio beati Benedicti omnia, quæ ab imperatoribus, ſeu a regibus, & a ſingulis principibus anteceſſoribus in eodem monaſterio data, & conceſſa erant. Igitur & conceſſeramus, & confirmaveramus in jam dicto monaſterio, ut nullo adveniente tempore per nullum modum tollere, aut quererent tollere bobes, aut carrum, ſeu caballum de parte ipſius monaſterii per qualecumque ſervitium publicum faciendum, vel in oſtes eos minandum, ſet ſemper pars ipſius monaſterii ſecurus exinde manerent. Nec non & confirmaverat ad jam præphato S. Monaſterio eccleſia vocabula S. Benedicti, qui ædificata eſſe videtur infra in Ciro, & Murricino de civitate Larino, quam ædificavit Leo presbyter, & monachus qui poſtea factus eſt pſeudo epiſcopus, cum omnibus rebus, & ſubſtantiis pertinentibus de eadem eccleſia ſicut in eadem eccleſia ipſa omnia datum, & offertum habuit, eodem Leo presbyter, & Monachus. Igitur & confirmamus in prædicto monaſterio quantum fuit, & eſt pertinentes per qualiſcumque modis ac terris cultis, & incultis, de planis & de montibus, de vineis, & olivetis, de pratis, & paſcuis, atque paludis, & rivis, & aquis, & ripis ex utraque partibus, quæ eſſe videtur infra as fines, ideſt incipiente de prima fine de ipſa Carnellu, & quomodo ſalit per ipſa Vantra uſque in rivo ſicco, & ſaliente uſque ad eccleſiu S. Martini, & quomodo pergit per ipſe Criſte de monte S. Petri. De ſecunda parte finis monte, qui dicitur Ciſino, & quomodo pergit per Serra de Monte, qui dicitur Aquilone, & vadit ad lacum qui dicitur de Pupplo, & quomodo pergit ad lacum Viticuſu, & vadit directum ad Aqua fundata, & quomodo aſcendit ſuper ipſu Monte, qui eſt ſuper caſalo, & pervenit ad Vadum fluvii, qui vocatur Rapidu, & pergit per ipſa via, quæ tenditur ad ipſa via antica, quæ eſt in capite Mellarini, & quomodo pergit per ipſas criſtas montium, & pervenit at terra alba, inde pervenit ad Furca S. Valentini, & quomodo aſcendit per criſtas montium, qui ſunt inter Atine, & Vallelucis, & recto tramite pervenit ad petra ſcripta, & aſcendit ad Serra Montis, qui dicitur ordicoſa, & pergit ſuper ipſe peſclora, qui dicitur Falconari, & pervenit ad ipſe fine, qui ſunt inter montes, ex quibus unus vocatur Spinacius, & alter Porcacius, & inde aſcendit ad criſtas, qui vocatur Caira, & pervenit ad ipſe Petre ſuper aqua vibola, & aſcendit ad colles qui vocatur Gibiruti. De tertia parte fine querquitulu, & quomodo deſcendit in foſſatu, qui eſt juſta eccleſia S. Damaſi, & vadit directum in Silice, & qualiter pergit ad lacum de Radeprandi, & qualiter vadit per Farnietum, & ab inde qualiter vadit de rivu, qui dicitur de Marozze,*

*rozze, & qualiter deſcendit in fluvio, qui dicitur de Carnellu, & ſicut vadit in aqua quæ dicitur Coſa, & ſalit per ipſum Monte, qui dicitur S. Donati per media Serra, et quomodo deſcendit ſuper ipſi monticelli de Marri, et vadit ad ipſi Peſcli, qui ſunt ad pede de monte de Balbola, et quomodo vadit inde per duos leones, et inde ſalit per ipſe Serre de ſuper caſale, et inde deſcendit per ipſu monte ſuper ipſa villa de Gareliano, et inde vadit ad ipſum Peſclum, qui nominatur Cripta imperatoris, et uſque in flumen, qui nominatur Gareliano, et quomodo aſcendit uſque ad priores fines, quæ jamdicti Monaſterii pertinent, ſecundum ſuis rationibus, et cætera alia omnia quæ continent per ipſorum præceptalia, quæ ab imperatorum ſeu regum, vel principibus anteceſſorum noſtrorum conceſſerat in eodem S. monaſterio omnes res, & ſubſtantia, qualitercumque, ſeu quomodocumque poſſedit, & poſſidet pars ejuſdem monaſterii in quibuſcumque modos per ſingula loca, fundos, et terras, quantos, et quantas pars ipſius monaſterii pertinentes habuit in ligarias loco ubi nominatur Triſone, ſimul & confirmaverat in eodem monaſterio, ut amodo, et ſemper poteſtatem, et licentiam haberent pars prædicti monaſterii quando volerent mittere ad peſcandum in lacum Patrienſe duos londres, cum duas paraturas de ipſi londres, & cum quatuor homines, qui in eadem lacu piſcarent quando voluerint, & quandiu volerent et confirmaverat in eodem monaſterio omnem cenſum et dationem quicquid pars illorum tollerent, vel exigerent debuerint de ipſu Gualdu, et curte, et terris ejuſdem monaſterii, qui dicitur caſa Gentiana, quemammodum in præphato monaſterio a jam dicto genitore meo conceſſum, et confirmatum eſt, et cætera alia omnia qualiter in eodem præcepto continere videtur, nec non et concedimus, et confirmamus in jam dicto Monaſterio omnibus ſupraſcriptis rebus, et territoriis, montibus, et planitiebus cultis, et incultis, cum prædictis aquis, et univerſis pertinentiis, quæ eſſe videntur infra ſupradictos fines, et quæ ab antiquis temporibus uſque nunc eodem monaſterium poſſeſſus eſt totas, et integras in predicto Monaſterio ipſos concedimus, et confirmamus ad poſſeſſionem præphati S. Monaſterii, et de ejus Abbatibus, et rectoribus ad faciendum exinde omnia quæ volueritis, abſque contrarietate comitis, gaſtaldeis, judicis, aut cujuſcumque perſonæ contradictione, vel inquietudine, ſet perpetuis temporibus pars præphati monaſterii, et ejuſque Abbatibus et rectoribus habeant, et poſſideant ea omnia, quæ ſuperius legitur, faciendi omnia, quæ volueritis nemine in eodem monaſterio aliquo contraria ingerente. Ut autem hæc noſtra conceſſio verius obſervetur manu propria ſcripſimus, et ex anulo noſtro ſubter juſſimus ſigillari.*

*Signum*  *domni Paldolfi.*

*Petrus notarius ex juſſione ſupradicta poteſtatis ſcripſi. Data decimo ſeptimo Kalendas Novembris anno vigeſimo primo principatus domni Paldolfi, et anno quinto principatus domni Landolfi glorioſis Principibus, indictione ſeptima. Actum in civitate Capua.* Adeſt ſigillum cereum.

In hoc privilegio laudati principes concedunt potiſſimum, confirmantque cœnobio Caſſinenſi terras omnes cultas, incultaſque, plana, montes, vineas, oliveta, prata, paſqua, paludes, rivos, aquas, ripas ex utraque parte, quæ intra fines ditionis Caſſinenſis inibi deſcriptos continentur, aliaque omnia a cœnobio poſſeſſa privilegiorum, quæ imperatores, reges, principes conceſſerant, jure, aut quovis alio modo, ita ut in abſoluta Caſſinatium poteſtate omnia eſſe velint nullo impediente Judice. Ex quibus ampliſsimis loquendi formulis luculenter conſtat rerum omnium dominium penes Caſsinates Monachos pleniſsimum, abſolutum, independenſque ab omni poteſtate fuiſſe, quod tum in relatis jam privilegiis, infraque adducendis, quæ eaſdem formulas habeant obſervandum eſt.

Memoratu quoque dignum eſt eorumdem principum diploma in archivo noſtro autographum, quo Caſsinatibus licebat perpetuo in lacu Patriæ piſcari, in quo duas lontres quatuorque homines tenerent; aliaque plura conceduntur. Hujuſmodi vero eſt. Quintum præfatorum principum Diploma.

† *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni, Paldolfus, & Landolfus divina ordinante providentia Langovardorum gentis principes. Cum principalis excellentia petitione dilecti ſui petenti clementer favet. Igitur noverit omnium fidelium noſtrorum preſencium ſcilicet ac futurorum ſagacitas Johannes epiſcopus dilecto fratri noſtro obſecravit noſtram excellenciam, quatenus ob amore omnipotentis Dei, & ſalbacione animæ noſtræ concederemus in monaſterio beati Benedicti confeſſoris Chriſti ſitus in Monte Caſino, ubi domnus Aligernus Abbas praeeſt, ut pars prædicti monaſterii ſemper quando voluerint, poteſtatem, & licenciam habearent mittere ad piſcandum duas lontras cum duas paraturias de ipſi lontres, & cum quattuor homines in ipſum lacum de Patria, ut Fratres Monachi jam pbati Monaſterii habeant unde pro nobis cotidie Dei miſericordiam exorent. Quam & concederemus in jam phato Monaſterio omnem cenſum ſeu daciones, quem publici pars tollere, vel exigere debuerunt de ipſu Gualdu, & curte, & terris jam phati Monaſterii, quæ dicitur Caſa Genciana, de quibus petiit a noſtra excellentia, ut firmitatis apices in eodem S. Monaſterio fieri juveremus cujus peticionem exaudientes, hos firmitatis apices in eodem S. Monaſterio fieri juſſimus per quos omnino ſancimus, & perpetualiter abendum noſtris, & futuris temporibus concedimus in ſupradicto S. monaſterio St. Benedicti, ut amodo, & ſemper poteſtatem, & licenciam habeant pars prædicti monaſterii quando voluerint mittere ad piſcandum in predicto lacu Patrienſe duas londras, cum as paraturias de ipſis lontres, & cum quattuor homines, qui in eadem lacu piſcare debeant quando voluerint, & quandiu voluerint, quam & concedimus in eodem S. monaſterio omnem cenſum & daciones quicquid pars noſtra publica tollere vel exigere debuerint de jam dicto Gualdu, & prædicta curte, & terris jam phati monaſterii, quæ dicitur caſa Genciana in eadem*

*videli-*

Digitized by Google

*videlicet racione omnia ſupradicta in jam dicto S. monaſterio concedimus, ut amodo, & nullo adveniente tempore non habeat licenciam, aut poteſtatem Abbas, aut quiſcumque Rector eidem monaſterii ipſos de poteſtate ejuſdem monaſterii per qualiſcumque modis, aut ingenium tollere, aut ſubtrahere, vel in alia quacumque parte dare, aut alienare, niſi ſemper ipſos pars eidem monaſterii habere, & fruere debeant ſua poteſtatis, & ſi ipſos Abbas, aut quiſcumque Rector jam phati monaſterii de poteſtate predicti monaſterii per qualiſcumque modis vel ingenium tulerit, aut ſubtraxerit, vel in alia quacumque parte dederint, aut alienaberint, ſtatim, quod ipſos de poteſtate jam dicti monaſterii tuleri, aut alienaberint per qualiſcumque modis, vel ingenio reveniant ad poteſtatem Sacri Palacii ad faciendum exinde omnia qua voluerint, quia in tali racione omnia ſupradicta in jam phato monaſterio conceſſimus, ea videlicet racione ea omnia qua ſuperius legitur in jam phato S. monaſterio concedimus habendi, hac poſſidendi in omni racione ſicut ſuperius legitur, abſque contrarietate Comitis, Caſtaldei, Judicis, aut cujuſcumque perſona contradiccione, vel inquietitudine ſet perpetuis temporibus haboas, & poſſideas pars predicti monaſterii omnia ſupradicta in eo ordine ſicut ſuperius legitur abſque omni contrarietate cujuſcumque perſona hominis ibi facientes. Ut autem hac noſtra conceſſio verius obſervetur . . . . . . . . . . noſtra ſupter juſſimus ſigillari.*

*Signum domni excellentiſſimi*



*Paldolfi principis*

*Petrus notarius ex juſſione ſupraſcripta poteſtatis ſcripſi. Data III. Id. Auguſti anno viceſimo tercio principatus domni Paldolfi, & anno octabo principatus domni Landolfi glorioſis principibus indictione . . . . . . Actum in civitate Capuana.*

Johannes in hoc diplomate memoratus ultimus fuit epiſcopus, primuſque archiepiſcopus Capuanus a Johanne XIII. anno 968. inauguratus. V. Baronius in eo anno. Ughellius Ital. Sac. Tom. VI. col. 321. Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 9. Camillus Peregrinius in ſerie Abbatum Caſſinenſium pag. 37. Michael Monachus pag. 231. An vero ad Metropoleos dignitatem primo pervenerit Capuana eccleſia in Regno Neapolitano opinionem noſtram dicemus, quum reſpondendum nobis erit Germanenſium quorumdam Scripturæ, qua nova epiſcopatus erectio, vel ut ſomniabant reſtitutio in oppido S. Germani improbe petebatur, quamquam Sirmundus in adventoria authoritate Sardicenſis, & Arelatenſis ſeculi quarti Conciliorum contendit illis jam temporibus Capuanam eccleſiam Metropolitanam fuiſſe, quam validis rationum momentis refellit Cantellus in hiſtoria civitat. Metropolit. Diſſert. II. part. III.

Magni momenti eſt hoc Paldolfi, & Landolfi privilegium, quod ex autographo in tabulario Caſinenſi aſſervato damus.

Sextum præfatorum principum diploma, quo conceditur ſuprema Juriſdictio.

† *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Paldolfus, & Landolfus, divina ordinante providentia Langovardorum gentis principes. Cum principalis excellentia petitione dilecti ſui petenti clementer favet. Igitur noverit omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas. Quia Landolfus dilectus filius noſter exoravit noſtram excellentiam, quatenus ob amore omnipotentis Dei, & ſalbatione anima noſtra concederemus, & confirmaremus in monaſterio beati Benedicti confeſſoris Chriſti ſitus in monte Caſino, ubi vir veneravilis Aligernus Abbas regimen tenere videtur, ipſa caſtella, & turres, qua in hereditate præphati monaſterii uſque modo conſtructa fuerunt, vel quod aduc in antea conſtructa fuerint, ideſt ipſum caſtellum de Jannule, & caſtellum de S. Angelo ad Tudice, & ipſa turre da S. Georgium, ut amodo, & in perpetuis temporibus firmiter, hac ſecuriter pars pradicti monaſterii, & ejuſque Abbatibus, atque Rectoribus haberent, & poſſiderent ipſas caſtellas, & turres, qua in hareditatem jamphati monaſterii uſque modo conſtructa fuerunt, vel in antea conſtructa fuerint, ad tenendum, & dominandum, & ordinandum, & rogendum pars prephati monaſterii qualiter eorum placuerit, ut nullam dominationem in eadem caſtellis, & turris haberemus nos, aut ſucceſſoribus noſtris, vel quiſcumque pro parti noſtri publici de quibus petiit a noſtra excellentia, ut firmitatis apices in eodem S. monaſterio exinde fieri juveremus, cujus petitionem exaudientes hos firmitatis apices in eodem S. monaſterio fieri juſſimus. Per quos omnino ſancimus, & perpetualiter habendum noſtris, & futuris temporibus concedimus in eodem S. Monaſterio pradicta caſtellas, & turres, quas in rebus, & pertinentiis jamphati monaſterii, uſque modo conſtructa fuerunt, vel quod adhuc in antea conſtructa fuerint, ideſt ipſum caſtellum de Jannule, & caſtellum de S. Angelo at Tudici, & ipſam turrem de S. Georgium, ut amodo, & ſemper firmiter, ac ſecuriter in ſuam poteſtatem, & dominationem omnia ſupradicta habeant pars praphati Monaſterii, & ejuſque Abbatibus, & Rectoribus ad tenendum, & dominandum, & ordinandum, & regendum, & juxta legem faciendum, quem voluerint, abſque contrarietate noſtra, vel ſucceſſoribus noſtris, aut a pars Sacri noſtri palatii, vel a nullis ex noſtris Comitibus, Caſtaldeis, Judicibus habeant amodo, & in perpetuum pars ejuſdem monaſterii, & ejuſque Abbatibus, & rectoribus de omnia, qua in praphato monaſterio ſuperius conceſſimus, & confirmabimus qualemcumque moleſtiam, aut contrarietatem, ſet ſecuriter, ac firmiter habeant, & poſſideant ea omnia, qua ſuperius legitur nemine ibidem exinde in aliquo contraria ingerente. Verumtamen recordamus, quia jam dictas caſtellas, & turres, qua in rebus pradicti monaſterii nominatibe conſtructa ſunt, ſicut dictum eſt, inſimul cum alias omnes caſtellas, & turres, qua in rebus pradicti monaſterii uſque modo conſtructa fuerunt, vel amodo in antea conſtructa fuerint, habeant, & poſſideant ipſas pars pra-*



Digitized by Google

*dicti monaſterii ſue jure dominio ſemper, ſicut dictum eſt, abſque contrarietate cujuſcumque perſone hominis. Quod ſi quiſpiam hanc noſtram conceſſionem in quomodocumque dirrumpere, aut removere queſierint, ſciat ſe compoſiturus in eodem ſancto monaſterio, vel ad ejuſque Abbatibus, & rectoribus auri libras decem, & in antea ſupradicta conceſſio firma permaneat imperpetuum. Ut autem hac noſtra conceſſio pleniorem in Dei nomine optineat vigorem, manu propria ſcripſimus, & ex annulo noſtro ſubter juſſimus ſigillari.*



*Signum Domni Paldolfi excellentiſſimi principis. Petrus notarius ex juſſione ſupradicta poteſtatis ſcripſi. Datum 7. Id. Junii anno 24. Principatus domini Paldolfi, & anno nono principatus domini Landolfi glorioſis principibus, indictione decima. Actum in civitate Capuana.* Adeſt ſigillum cereum.

In hoc privilegio oppida omnia, turreſque, ſeu arces, quæ intra fines ditionis ſuæ haberet, vel deinceps conſtrueret cœnobium Caſſinenſe, ita ab hiſce principibus confirmantur ampliſſimis illis loquendi formulis, *ut modo & in perpetuum firmiter, & ſecuriter poſſideat ad tenendum, & dominandum, & ordinandum, & regendum*, quemadmodum libuerit, nullamque juriſdictionem, aut Principes ipſi, eorumque ſucceſſores, aut quicumque eorum magiſtratus in oppida, turreſque, ſeu Arces exercere poſſent. Ejus generis privilegium conceſſit quoque Landolfus Paldolfi parens, ut ex Leone Oſtienſi ſupra memoravimus. Ex quibus, aliiſque ſingulis hujuſce privilegii verbis, apertiſſime cognoſcitur, præfatos principes ſupremam cœnobii noſtri in ſibi ſubdita opida, arceſque juriſdictionem, fateri omnemque etiam ea alienandi poteſtatem cœnobio Caſſinenſi inhæſiſſe. Singula hujuſce privilegii verba margharitæ ſunt longe pretioſiſſimæ, quibus ſuprema Caſſinenſis cœnobii juriſdictio mire, luculenterque per barbariſmos licet, ſolœciſmoſque explicatur. Quam quidem in rem neſcio an clarius aliquid confici poſſit. Ex laudatis vero hactenus imperatorum, regum, principumque privilegiis conſtat ſupremam jam olim penes cœnobium Caſſinenſe fuiſſe in ditionem ſuam juriſdictionem, quam propterea principes iſti confirmarant. Quorſum enim confirmare, quod prius non erat?

S. Angeli, & S. Gregorii oppida, quorum hoc privilegium meminit in præſentiarum etiam pluribus indigenis habitantur. Illud vero Janulæ civitati S. Germani modo unitum eſt, eſtque ſuperior ejus urbis pars in montis declivi poſita. Haud porro dici poteſt nomine caſtelli Janulæ in laudato privilegio memorati caſtellum aliquod, ſeu arcem intelligi, cum caſtellum quoque ibi appelletur oppidum S. Angeli in Tudici, quod tamen Leo Oſtienſis oppidum ſemper appellat l. 2. Chron. Caſſ. cap. 99. 70. & 74. immo c. 70. aſſerit, illud mœniis circumvallatum, quæ Richerii Abbatis juſſu diſiecta ſint, licet paulo poſt idem reedificari illa juſſerit, ex cap. 47. Leonis. Idque latina proculdubio ſignificatione nam ut alios omittamus Livius ſic Philippum Macedoniæ regem Romanorum Legatos alloquens inducit Decad. 4. lib. 9. *ad hujus ſolatium injuria permiſſum eſt, ut Theſſaliæ, Perrebiæque, & Athamanum reciperem quadam Caſtella magis, quam Urbes*. Neque præterea comminiſci quis poterit oppidum poſt hujus privilegii tempora evaſiſſe, nam ab hoc privilegio ad factam juſſu Richerii mœniorum disjectionem, quinquaginta circiter anni interceſſerunt. Accedit quod Leo caſtelli nomine loca intelligit colonis habitata, non tamen mœniis circumdata; ut ipſemet cap. 74. hiſce verbis explicat. *Abbas autem jamdudum ſuſpectam habens Normannorum nequitiam ſingula monaſterii caſtella muris in giro munivit, ibique ruſticos, qui hactenus in villis habitaverant, manere conſtituit. Tunc etiam & oppidum S. Angeli, quod ipſe dudum deſtruxerat muris amplioribus cinxit, juxtaque ipſum Pontem optimum ſuper Lirim fluvium fecit*. Ubi eruditiſſimus Angelus de Nuce in notis litt. a. inquit. *Diſtinguit* (Leo) *villas a caſtellis, hac enim muris vel vallo munita, villas vero dicimus ædificia in agro ſine muris, & foſſatis, &c.* Ne tædium lectoribus ingeramus, alios Leonis Marſicani textus in medium proferre omittimus; contenti dumtaxat monere, eundem Leonem c. 71. & 72. nominare arcem S. Andreæ, quod illa a Nortmannis conſtructa fuerit, probeque munita. Inſuper ipſi quoque principes caſtella ab arcibus diſtinguebant. Sanctum enim Georgium *Turrim* appellant cum turres unica fuerint eorum temporum munimenta & arces, ut omnibus conſtat, qui in hiſtoricorum veterum lectione non nihil verſati ſint, aut ſaltem Romana, Florentina aliarumque urbium vetuſtiſſima mœnia oculis conſpexerint, quæ cauſa eſt, ut abducendis veterum ſcriptorum ad rem clariſſimam confirmandam teſtimoniis abſtineamus. Hæc vero ideo a nobis hic adnotata ſunt, ne quis exemplo potiſſimum Petri Diaconi labatur, qui Leonis Marſicani verba lib. 2. c. 1. Aligernus conſtruxit. *Roccam, qua Janula nuncupatur* pro Arce interpretatus lib. 4. Chron. Caſſ. cap. 56. ait: loquens de Gerardo Abbate. *Monticulum Janulæ qui eidem civitati* (S. Germani) *imminet, cœpit, &c. eandem Janulæ Arcem, quæ a temporibus Aligerni Abbatis deſtituta, ac deſolata fuerat reſtruere vir ſtrenuiſſimus cœpit*. In epitome Hiſtoriarum explicavimus quid Roccæ nomine intelligat Leo noſter.

Non minimum etiam ſupremæ Caſſinatium juriſdictionis indicium eſt oppida plura in Abbatia Caſſinenſi a Monachis conſtructa quia *Caſtellum* edi-

Digitized by Google

*ædificare non licet abſque licentia Domini ſuperioris*, ut vulgo docent Feudiſtæ, legeſque vetant. Caſtelli autem nomine aliud non venit quam parvus vicus, ut Ambroſius Calepinus explicat, dum ait: *dim. a Caſtro parvus vicus muris circumdatus. Cic. pro. Cec. Ebutius in Caſtellum venit. Ceſar oppidis, Caſtelliſque deſertis*, cui ſubſcribit Du-Cangius authoritate Gloſſarii latini, in quo hæc habentur: *Caſtrum antiqui oppidum vocabant in alto poſitum, cujus diminutio facit Caſtellum; quo ſenſu Hirtius dixit: Caſtella complura locis editis poſita. Gloſſ. lat. Græc. Caſtellum Municipium &c.* Vid. alia Scriptorum teſtimonia a Ducangio allata. In præſentiarum plures urbes, atque oppida Caſtelli nomine nuncupantur, ut videre eſt apud Baudrand verbo *Caſtellum Album &c.* atque in regno Neapolitano extant modo caſtellum novum Abbatiæ Caſſinenſis, caſtellum novum Abbatiæ S. Vincentii ad fontes Vulturni, caſtellum forte, caſtellum Honoratum, caſtellum Abbatis, caſtellum Guidonis, caſtellum Pizzutum, caſtellum ad mare, caſtellum Vulturni, caſtellum Sangri, aliaque plura, quæ videre eſt in ultima numeratione Focorum urbium, oppidorumque regni Neapolitani edita apud Egidium Longum anno 1670. quæ omnia caſtella ex parvis vicis urbes deinde, magnaque oppida, eodem retento nomine evaſere. Præterquam quod apud Leonem Oſtienſem aliosque ſcriptores veteres ſæpe ſæpius evenit, ut caſtellum pro caſtro, Caſtrumque pro caſtello uſurpetur. Langobardi hi Principes Caſſinatium amantiſſimi bona omnia Arechiſi filii Janiperti, & minutæ filiæ Radelgarii civium Teanenſium illis concedunt cum eccleſia S. Silveſtri: *propter quod ſine herede ex hac luce migraverunt, & ſecundum inſtitutionem legis noſtræ Langobardorum ad poteſtatem noſtri ſacri palatii devenerunt*. Integrum pro ſuſcepto inſtituto ex authographo exſcribimus.

Septimum eorumdem Principum diploma.

† *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei Æterni Paldolfus, & Landolfus divina ordinante providentia Langobardorum gentis principes. Cum principalis excellentia petitione dilecti ſui petenti clementer favet. Igitur noverit omnium fidelium noſtrorum preſencium ſcilicet, ac futurorum ſollercia, quia Lando comes dilectus nepoti noſtro filio quondam Atenolfi Comitis noſtram obſecravit excellenciam, quatenus concederemus in monaſterio beati Benedicti confeſſores Chriſti ſitus in monte Caſino, ubi vir veneravilis Aligernus Abbas regimen tenere videtur, omnibus Territoriis, qui fuerunt pertinentibus Arechiſi, filii quondam Janniperti, & Minuta uxori ejus filii Radelgari, qui fuerunt habitatores civitati Tianenſe, tam terris & preſe de intro civitate Tianenſe, quam & terrasforas eadem civitate ubicumque de rebus territoriis eorumque Arechiſi, & jam dicte uxori ejus inventum dederit in eodem S. Monaſterio concederemus. Propter quod ſine herede ex ac luce migraverunt, & ſecundum inſtitucionem legis noſtra langobardorum, ad poteſtatem noſtri ſacri palatii debenerunt, de quibus petiit a noſtra excellencia, ut firmitatis apices ibidem in eodem ſancto monaſterio fieri juberemus; cujus peticionem exaudientes, hos firmitatis apices in eodem S. Monaſterio fieri juſſimus, per quos omnino ſancimus, & perpetualiter habendum noſtris, & futuris temporibus concedimus in eodem S. Monaſterio B. Benedicti ſitus in monte Caſino, ubi vir veneravilis prephatus Aligernus Abbas regimen tenere videtur, omnibus territoriis, qui fuerunt pertinentibus ſupradicti Arechiſi, & predicta Minuta uxori ejus, tam terris, & preſe intra ipſa civitate Tianenſe una cum ipſa eccleſia vocabulo S. Silbeſtri, qui eſt ibi conſtructa cum omnibus rebus pertinentibus ipſius eccleſia, & cum aliis omnibus rebus eorum pertinentibus foras eadem civitate Tianenſe, ubicumque de territoriis eorum inventum dederit pertinentibus ſacri noſtri palacii in prephato S. & veneravile loco concedimus ad poſſeſſionem praphati monaſterii, & de ejuſque Abbatibus, & Rectoribus cum viis, & aquis, & anditis ſuis, cum ſepis, & limitibus, & cum pertinenciis ſuis, & cum omnia inferiora, ac ſuperiora ſua cunctis, & integris omnibus jam dictis terris, qui fuerunt pertinentibus pradicti Arechiſi, & jam dicta uxori ejus in ſimul cum omnibus rebus pertinentibus ipſius eccleſia S. Silboſtri in prephato S. Monaſterio concedimus habendi, ac poſſidendi abſque contrarietate Comitis, Caſtaldei, judicis, aut cujuſcumque perſona contradiccione, vel inquietitudine, ſet perpetuis temporibus pars prephati monaſterii, & ejuſque Abbatibus, & rectoribus habeant, & poſſideant ea omnia, qua ſuperius legitur faciendi exinde juxta legem, qua voluerint, nemine ibidem exinde in aliquo contraria ingerente, quod ſi quiſpiam hanc noſtram conceſſionem in quomodocumque violare præſumpſerit ſe compoſiturus auri libras decem in eodem S. Monaſterio, & ad ejuſque Abbatibus, & rectoribus, & ſupradicta conceſſio in eodem ſancto Monaſterio firma permaneant in perpetuum. Ut autem hac noſtra conceſſio verius obſerbetur, manu propria ſcripſimus, & ex anulo noſtro ſupter juſſimus ſigillari.*



*Signum Domini Paldolfi excellentiſſimi principis. Petrus notarius ex juſſione ſupradicta poteſtatis ſcripſi. Datum nonos Octubris anno vigeſimo ſexto princcipatus domni Paldolfi, & undecimo anno principatus domni Landolfi glorioſis principibus indictione duodecima. Actum in civitate Capuana*: adeſt ſigillum cereum.

Alio privilegio concedunt, confirmantque monaſterio Caſſinenſi integram aquam fluvii lauri ad molendina conficienda, habendaſque piſcationes, ut ex eo conſtat, quod ex originali hic damus.

Octavum prefatorum principum privilegium.

† *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei Æterni Paldolfus, & Landolfus filius ejus divina ordinante providentia Langobardorum gentis princeps. Cum principali excellentia petitionibus dilectorum ſuorum omnibus juſte petentibus clementer favet. Quapropter noverit omnium fidelium noſtrorum preſencium ſcilicet hac futurorum ſagacitas, quoniam venerabilis Aligernus Abbas monaſterii beati Benedicti ſitum in caſtro monte Caſino noſtram obſecravit excellenciam, ut pro amore Dei, noſtraque patria ſalvacione, concederemus, atque confirmaremus in ejus S. Monaſterio cuncta qualiter hic inferius declaratur, habendum jure quieto de quibus peciit, ut a noſtra eximietas in eodem ſuo venerabili monaſterio municionem a noſtra pietas fieri, & ne ejuſdem religioſitatis ejus in audita fieret poſtulacio uſquequaque aſſenſum prebentes hos noſtra municionis apices exinde in eodem venerabili monaſterio fieri juſſimus, per quos omnino ſancimus, & perpetualiter per preſens hoc noſtrum roboreum praceptum concedimus, atque confirmamus in eodem S. Monaſterio integram aquam fluvio Lauri, ex civitate Liſina ab ipſo loco unde exiet, & uſque ubi mittet in ipſo loco cum albeo, & ripis, & ſuis pertinentiis ad molina faciendum, & piſcaria habendum in ſimul cum ipſa Foce, & piſcaria ad S. Focatum ſubditum ejuſdem monaſterii in ſimul concedimus, & confirmamus in eodem S. & Venerabili monaſterio integre ipſe caſe de intus eadem civitate Leſina cum horta & terris a foris de quantum in eodem monaſterio pertinet, & de quantum inde ad ſacrum noſtrum palacium pertinet. Hac autem omnia in ſupradicto ſancto loco concedimus, atque confirmamus habendum, & poſſidendum. Ea etenim ſancione quatenus a modo, & deinceps noſtris, & perpetuis temporibus omnia ſupraſcripta pars ejuſdem Monaſterii, ejuſque Rectoribus habere, & poſſidere debeant, ſine ullius Comitis, Gaſtaldeis, ſeu judicis noſtris, vel cujuſcumque perſona aliqua contradiccione a nemine aliquid contrarium exinde in eodem S. Venerabili loco ingerente. Sed ſecuriter inde Rectores ejuſdem monaſterii omnia facientes quod voluerint. Si quis autem hanc noſtram principalem conceſſionem, atque confirmacionem violare, atque removere preſumpſerit, ſciat, ſe compoſiturus eſſe auri puriſſimi libras decem, medietatem ad partem ejuſdem monaſterii, & medietatem ſacro noſtro palacio. Et hac noſtra conceſſio, atque confirmacio firma, & ſtabilis ad partem ejuſdem monaſterii imperpetuum maneat. Ut autem hac noſtra conceſſio, atque confirmatio ab omnibus immobiliter obſerbetur manu propria ſcripſimus, & anulis noſtris ſubter juſſimus ſigillari.*



*Signum Domini Paldolfi glorioſi principis. Nidelfrid clericus, & notarius atque Scribba ex juſſione ſupradicta poteſtatis ſcripſit. Data ſexto Kalendas Februarii in anno triceſimo ſeptimo principatus domni Paldolfi glorioſi principis, & duodecimo anno principatus domni Landolfi excellentiſſimi principis filio ejus. Octaba indictione Actus in ſacratiſſimo Beneventano palatio.* Adeſt Sigillum cereum.

Collata hec magnificentiſſime Caſſinantibus beneficia cumularunt laudati principes ampliſſimo privilegio, quo res omnes, latifundia, oppida, curteſque quomodolibet aquiſitas ſummorum principum, vel privatarum perſonarum munificentia ita confirmant, ut nullum inde vectigal, vel exactionem publicam ullus unquam magiſtratus exigere poſſet. Videre id eſt in ipſo diplomate, quod ex authentico damus.

Nonum diploma Paldolfi principis.

† *Nos Paldolfus, divina ordinante providencia Langobardorum gentis princeps. Per regum Paldolfi dilecti noſtri concedimus, & confirmamus in monaſterio beatiſſimi Benedicti confeſſoris Chriſti, quod ab omnibus major nuncupatur, ubi nunc, Deo fabente domnus Aligernus venerabilis Abbas, & ſpiritualis pater noſter regulariter regimen tenere videtur, ut pro amore Dei, & mercede anima mea, ac ſalvacionis noſtra, nos debemus per Dei adjutorio, una cum noſtris magnatibus, & fidelibus venerabilia loca, que ad defenſionem noſtri Sacri palacii pertinet, gubernare, ut omne rebus, qua a ſingulis regibus, imperatoribus, ducibus, vel principibus ſeu a quibuſcumque noſtris anteceſſores in eodem loco per pracepta conceſſa ſunt, ſive a viris religioſis, Deumque timentibus ibi offerta ſunt, vel a Pontificibus ſancta Romana ſedis, per quolibet modis conceſſa, data, aut firmata ſunt, ſeu a qualibet perſona ibi offertum eſt, aut per cambium ſive per poſſeſſiones, aut per qualibet titulum ipſis rebus habuerit, nulli quemquam homo dicioni noſtra Langobardorum quarat partem pradicti monaſterii de ipſis rebus tollere vel diminuare, aut exinde in aliquo moleſtare, vel in curtes ejuſdem monaſterii intrare ad tollendum qualibet puplica exactione, ſet a modo, & deinceps pradictis rebus cum ſcripcionibus, & offercionibus, ſeu praceptora poſſideat imperpetuum abſque omni dacione puplica. Nunc autem nominatim concedimus in eodem ſancto loco aquam, & curſus*

*curſus ipſius aqua cum albeo ſuo, & ripas ex utraque parte poſitas de ipſo Saone incipiente da Monto Miſinu, & qualiter deſcendit da bocca latreni, & mergit in locu, qui dicitur ad trea molina, & conjungit ſecum ipſo Saone, qua nominatur ad decem pondera, quem in eodem ſancto venerabili loco jam conceſſum eſt cum omne alia aqua, & decurſus ipſius aqua, & ripa ex utraque parte poſita inſimul cum ipſo albeo. Unde ipſa aqua decurrit ubicumque pars ipſius monaſterii hereditatem habuerint ſit ſemper in poteſtate ejuſdem monaſterii, atque ejus Rectoribus faciendi in jam dicta aque, & de ejus rebus omnia, qua voluerint per noſtram conceſſionem, atque confirmacionem, ut nullus, quiſpiam homo preſumat pro jam dictis omnibus rebus partem ejuſdem monaſterii Abbatem prapoſitum, vel Monachis ejus futuro tempore ad Sacramentum querere, aut quod abſit fatigare, ſet per noſtram conceſſionem liceat omni tempore partem ejuſdem monaſterii ſe aduniare per Seariones ſuos duos, vel tres, qualiter de cauſa legem per ſapientes noſtra Dominicacioni inde egreſſa fuerit, ſed quieto ordine omnia, qua ſupra leguntur habeat, & poſſideat praedictum S. monaſterium ſemper, & quicumque hanc noſtram conceſſionem in aliquo violare preſumpſerit, ſciat ſe eſſe compoſiturum in eodem venerabili loco auri libras quatuor, & hac conceſſio firma permaneat in perpetuum. Scripſi Ego Petrus notarius ex juſſione ſupradicta poteſtatis in anno viceſimo primo principatus ejus menſe Magio, indictione ſeptima. Actum in civitate Capuana.* Adeſt ſigillum cereum.

Harum omnium donationum meminit Leo Oſtienſis cap. 6., & Mabillon. Annal. Tom. III. pag. 501.

Plura invaſa bona ſua Caſſinenſes repetunt.

Sed age Leonem audiamus qui viam oſtendit, facemque nobis in hiſce inquiſitionibus præfert. Is itaque lib. 2. Chron. Caſſ. cap. 2. ait: *Non tamen ſuper omnia hac quotiens dabatur occaſio quieſcere valebant veritatis adverſarii; ſed nunc quidam de Aquino, nunc quidam de Pontecurvo, nec non & de Teano, de finibus hujus monaſterii contendere nitebantur. Verum quotienſcumque cum noſtris in placito ſe conjunxerunt totiens ſummis rationibus victi quod fallaciter contendebant refutare veraciter cogebantur. Unde etiam contigit, ut hac occaſione plurima apud nos hujuſmodi conflictorum, ſeu renuntiorum munimina habeantur.* Juvabit hic tres tantum ex iis ipſis, quæ Leo citat renuntiationibus referre.

Ex originali in Archivio.

† *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti nono decimo anno principatus . . . . . . . . & quinto anno prinsipatus domni noſtri Landolfi sereniſſimi principis menſe Januarii ſexta indictio, ideoque nos Magiperto judex & . . . . . . . . . . . . . . . . & Benedictus filio Maloni & Cimino filio Magiperti, Grimo, & Raduini judice & Radolfo germani filii Landoardi, Paulo, Manno, & Gizo, & Ado, & Malo germani filii Pauli, Benedicto Fuſco, & Malo, & Malelcari Germani filii Petri, Freda filio Radoni, & Adelfrid filii Ragemfrid, & . . . . Leo, Caro, & Rodelgardo Germani filii Roderiſci, Auſenſo, & Ado germani filii Nantari, & Nepo ejus Radiperto, & Paparo, Johanne & Adi Germani filii . . . . & Audepertus filio Adelmari Magipertus, & Madi diaconus, Poti, & Malone, Magelgardo, & Malefrid germani filii Garami, & Urſo filio Urſi judicum, Leo, & Sichelbertus, Radelgiſi, & Ragenaldo germani filii Adelgiſi, & Urſo, & Leo germani filii Malelgiſi toti habitatoribus in finibus Aquinenſo. Declaramus nos omnes ſupranominatim quia exorta fuit cauſacio inter nos & vos videlicet domno Leone venerabile Prepoſitum, & miſſum domni Aligerni venerabilis Abbas monaſterio Sancti Benedicti ſitus in monte Caſino de is terris, & ſilbis, & montibus, qua ſunt in finibus Aquinenſis infra has fines. Ideſt quomodo incipi da ipſa Coſa, & quomodo ſalit per montes Sancti Donati per media Serra, & quomodo deſcendit, ſuper ipſi monticelli de Marri, & vadit ad ipſi Pleſci, qui ſunt ad pede de ipſu monte de Balba, & quomodo vadit inde per duos Leones, & inde ſalit per ipſe Serre ſuper caſale, & inde deſcendit per ipſum montem ſuper ipſa Villa de Garelianu, & inde vadit ad ipſum Pleſcum, qui nominatur Cripta Imperatoris, & ab inde deſcendente in fluvio de Gariliano, & aſcendente per ipſo flubio uſque in Juncturam ubi ſe conjumcunt ipſe Rapido & ipſe Carnello, & abinde aſcendente per ipſo Carnello uſque in Junctura de ipſa coſa ad ipſam priores fines, quam & de alia terra habentes fines da una parte fine ipſe Rapido, da alia parte fine ipſo Carnello, de tertia parte fine ribo, qui dicitur de Marozza, & fine farnetum, & fine lacu qui nominatur de Radeprando, & quomodo vadit uſque in ſilice, de quarta parte . . . ipſa ſilice, ideo de his ſupranominatis terris, & ſilbis, & montibus, ut diximus, exorta fuit cauſatio inter nos omnes ſupranominatis, & vos, qui ſuper domnum Leonem Prapoſitum predicti nominati monaſterii propter quod vos pro partem ejuſdem monaſterii contra nos cauſaſtis dicendo, ut nos contraſſemus ad partem jam dicti monaſterii ipſis prenominatis per fines indicatis Terris, & quaramus exinde noſtrum facere, & abere per racionibus noſtris. Unde nos omnes ſupranominatis talia auditi bona noſtra boluntate manifeſtavimus vobis, quia integra jam dicta terra, & ſilbis, & montibus, & omnia qua infra ſuperius dicta finos & indicacionibus exe bidentur, legibus prafati monaſterii ſunt pertinentes, & nec nobis, nec ad uxoribus noſtris, nec ad filiis, vel heredibus noſtris nulla ſunt pertinentes, neque per ſcripciones neque per nullas alias qualiſcumque adinventas raciones, & obbligamus nos ſupranominatis Magipertus judex, & Ponſo, Benedictus, Cimino, Grimo, & Radoini, & Radolfo, Paulo, & Manno, & Gizo, & Ado, & Malo, Benedicto Fuſco & Malo Malelcari, & Freda Adelfrid, et Malo, Leo caro, Rodelgardo, Auſenſo, Ado, et nepoti eorum Radiperto, et Paparo, Johanne et Adi et Audipertus, Magipertus, Madi Diaconus, Poti, Malo, Malelgardo, et Magelfrid, et Urſo, Leo, Sichelbertus, et Radelgiſi, et Regenaldo, Urſo, et Leo nos, et filiis, et heredibus noſtris amodo, et ſemper integra ſupradicte per finis indicate Terris cum viis, et aquis, et anditis ſuis cum ſepis, et limitibus, et cum pertinentiis ſuis, et cum omnia inferiora, et ſuperiora ſua a parte jamdicti monaſterii S. Benedicti, et ad ejus Abbatibus, atque Rectoribus defendere, et anteſtare ab omnibus illis hominibus a partibus, qui pro parte vel datum noſtrum, aut pro parte do uxoribus noſtris, vel de filiis, et heredibus noſtris ipſos a parte pradicti Monaſterii tollere*

ſere, vel contrare queſierint, et qui ipſos pro parte noſtra, vel de uxoribus noſtris, aut de filiis, vel de heredibus noſtris habere voluerint, quia ſic ſe conbenit nobis, unde taliter obligamus nos omnes ſupranominatis nos, et noſtris heredibus vobis cui ſuper domno Leoni venerabilis PP., et ad pars ſupraſcripti monaſterii, et ad ejus Abbatibus, atque Rectoribus tali tinore, ut ſi amodo, et qualiſcumque adveniente tempore nos, aut filiis, vel heredibus noſtris contra parte ſupradicti monaſterii, vel contra ejus Abbatibus, atque Rectoribus de ſuperius dictis terris unde ſupra bobis manifeſtavimus cauſare, aut condennere queſierimus ſive per ſcripciones, aut per qualicumq; alias adinventas raciones, ſi non compleberimus nos, et filiis, et redibus noſtris vobis et ad parte ſupradicti monaſterii, et de ea omnia ſicut ſupradiximus, et obligavimus decem bizantei ſolidos per ſingulos penas nos, et filiis, et redibus noſtris, quia exinde cauſaberimus vobis, et a parte pradicti monaſterii, et ad ejus Abbatibus, atque rectoribus componere obbligavimus, et tacitis exinde maneamus ſemper, et omnia ſupradicti nos, et filiis, et eredibus noſtris vobis, et a parte ſupradicti monaſterii percompleamus ſemper, et quod, ſic inter vobis conbenit, et ita inter nos et vos pro parte predicti monaſterii, et exindeſtancia fecimus, et firmavimus, et taliter nos omnes ſupranaminati ſicut nobis congruum fuit fecimus, et te Martinus clericum, et notarius ſcribere rogavimus. In aptu Aquinu. ✠ Ego qui ſupra Magiperto Judex ✠ Ego qui ſupra Raduini Judex. ✠ Ego qui ſupra Radelgiſi.

Ex originali in Archivio.

† In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti bigeſimo primo anno princip. domni noſtri Pandolfi glorioſi princi. et ſeptimo decimo Landolfi, et ſecundo anno princ. dom̃. Landolfi excellentiſſimis Principibus ejus filiis menſo Martio tertia indictione, dum nos Arechiſi judex civitatis Capuana . . . . . . judicandum, et definiendum cauſantibus die quadam erga nobiſcum adeſſent ceteris . . . . . . judicio doñus Aligernus Venerabilis Abbas monaſterii S. Benedicti ſitus in Monte Caſino . . . . erga ſecum haebendo Petrum clericum, et notarium Abbatia pradicti ſui monaſterii ex parte etenim, et . . . . . homo nomine Rodelgrimus fil. quondam Lupi, qui fuit natibo de Aquino, qui cum veniſſent et eſſent exconjuncti, tunc ipſe, qui ſupra Rodelgrimus contra ſupradictum dominum Aligernum Abbatem . . . . unam abbreviaturam in qua erant ſcripta terra, in finibus Aquino per has fines, ideſt . . . . . . habentes fines ab una parte fine Rapidu, de alia parte fine ipſu Carnellu, de tertia parte fine Ribo, qui dicitur de Marocza, & fine Farnietu, & fine lacum, qui nominatur de ra . . . . ., & quomodo vadit uſque in ſilice, de quarta autem parte fine ipſa ſilice ipſa alia terra . . . . . . quomodo incipit da ipſa Coſa, & ſalit per ipſum montem, qui dicitur Sancti Donati per mo . . . . . . & quomodo deſcendit ſuper ipſi monticelli de Marri, & vadit ad ipſi Pleſchi qui ſunt ad pede . . . monte de Balba, et quomodo vadit inde per duos Leones, et inde ſalit per ipſo Serre ſuper . . . . . . et inde deſcendit per ipſum monte ſuper ipſa villa de Garcliano, et inde vadit ad ipſum Pleſchi . . . . . . nominatur Grupta Imperatoris uſque ad ipſum flumen, et cauſare contra eum cepit dicendo, ut p. . . . . . . . . . . dicti ejus monaſterii infra pradicta fines, qua ipſa abbrebiatura continebat habere . . . . . . . et terris, qua ipſius Rodelgrimi pertineret per hereditationem genitoris, et abii ſui, et de aliis . . . . . . . . . bus ſuis querebat exinde ab eo audire reſponſum et ſecund. lege exinde cum eo finem facere, qui domnus Aligernus Abbas erga ſecum habendo pradictum Abbocatorem ſuum hac audiens dixerunt, ut pars predicti ſui monaſterii legibus haberet, et poſſideret integre ſuperius dicta terra, qua pradicta abbreviatura continebat, qua ipſe Rodelgrimus oſtendebat, eo quod dicebat, ut pars retroſcripti ſui monaſterii ipſe jam per triginta annos poſſediſſent, et talem ſe dicebat exinde ſecundum legem per teſtes poterat . . . . probationem; nos vero qui ſupra Arechiſi judex cum talia audivimus, diximus ipſius Rodelgrimi, ut . . . . . . nobis ſi haberet de pradictis Terris ſcriptiones, aut ſi poteret ſecundum legem comprobare, quomodo infra ſupradicta finis terris haberent, ille quo auditus manifeſtabit, ut ſcriptiones non haberet, nec talia ſecundum lege comprobare poteret. Ideo nos qui ſupra Judex judicabimus, ut per noſtrum judicium eos guadiare fecimus tali tenore, quatenus ipſe qui ſupra Rodelgrimus plicaret ſe cum lege, et ipſe . . . . . Aligernus venerabilis Abbas pro pars retroſcripti ſui Monaſterii faceret et per teſtes talem conſignationem ſe . . . lege, ut ſingulo ad ſingulos ipſi teſtes ejus teneat in manum ſuperdicta abbrebiatura, quam ipſe Rodelgrimus oſtenſerat, et teſtificando dicant, Sao che chelle terre per chelle fini que, che contene trenta anni le poſſete parte Sancti Benedicti, et firmarent teſtimonia ipſa ſecundum lege per Juramenta, et de taliter inter ſe complendum mediatores inter ſe poſuerunt, et abierunt, in conſtituto vero, quod inter ſe poſitum habuerunt pariter amborum partes noſtra qui ſupra Arechiſi Judici praſentia ſunt reconjuncti, ipſe Rodelgrimus a parte ſua paratus erat cum evangelia volendo a pradicto venerabile Abbate pradicta teſtimonia, et ipſa ſacramenta recipere, et jamdic. dominus Aligernus Abbas pro parte ſupradicti ſui monaſterii paratus erat cum hos teſtes ſuos ideſt Teodemundum diaconum, et monachum, et Mar. clericum et monachum, et Garipertum clericum, et notarium, et cum ſacramentalibus legitimis volendo ipſius Radelgrimi pradicta teſtimonia dare, et ſecund. lege per ſacramenta firmare. Cumque nos, qui ſupra judex taliter eos per partes ſecundum lege paratos conſtiteremur, ſicut nobis juſtum fuit a pradicto domino Landulfo glorioſo Principe, ut pradicta teſtimonia exinde nos reciperemus, interrogabimus pradicti teſtes ſi inde veniſſent pro pars ſupradicti monaſterii teſtimonia reddendum indicarent nobis, illi quo auditi dixerunt, ut inde veniſſent, & quod rectum exinde ſcirent indicarent nobis, & tunc fecimus eos ſeparari . . . . . . . pradictum Teodemundum Diaconum fecimus duci in partem unam, & Mcũ Garipertum clericum & notarium duci ex parte alia pradictum Mar. clericum, & Monachum ante nos ſtate fecimus, quem monuimus de timore Domini, ut quod de cauſa ipſa veraciter ſciret, indicaret nobis, ille autem tenens in manum pradictam abbreviaturam, que retto Rodelgrimo oſtenſerat, & cum alia manu tetigit eam, & teſtificando dixit, Sao che chelle terre per chelli fini que Ki contene trenta anni le poſſette parte S. Benedicti, deinde ante nos venire fecimus pradictum Theodemundum Diaconum,

Digitized by Google

*num , & Monachum quem ſimiliter monuimus de timore Domini , ut quidquid de cauſa iſta veraciter ſciret diceret ipſas , ille autem tenens in manum prædicta abbreviatura , & cum alia manu tangens eam , & teſtificando dixit , Sao, che chelle terre per chelle fini que ki contene trenta anni le poſſette parte S. Benedicti , nobiſſime eum fecimus ante nos venire Magiſt. Garipertum clericum & notarium , & ipſum ſimili monuimus de timore Domini , ut quid veraciter ſciret de cauſa iſta diceret eos , ille autem tenens in manum ſupradictam abbreviaturam , & tetigit eam cum alia manu , & teſtificando dixit , Sao che chelle terre per chelli fini , quæ ki contene , trenta anni le poſſette parte S. Benedicti . Cumque taliter toti tres quaſi ex uno ore exinde teſtificaſſent poſita ipſe qui ſupra Rodelgrimus ipſa evangelia juraberunt , & toti tres prædicti teſtes ſingulo ad ſingulos tancentes ipſa evangelia & dixerunt per ſacramentum , ut ſic eſſet veritas , ſicut illi de cauſa iſta teſtimonium reddiderunt ipſi vero reliquos ſacramentales , qui exinde pro pars ſupradicti Monaſterii jurare debuerunt noluit ipſe Rodelgrimus eos recipere , ſet per fuſtem ipſas prædicti domini Abbati donabit , & Launegilt exinde ab eo recepit Mantellum unum in omni deciſione , & in ea ratione , ut ſi aliquando ipſe Rodelgrimus , vel ejus heredes hanc dationem aliquando per qualecumque ingenium diſrumpere , vel remobere queſierint centum bizant. ſolidos pena , ſe , & ſuos heredes eidem domino Abbati , & ad ſucceſſores ſuos , & pars ſupradicti monaſterii componere obbligavit , & eadem donatio firma permaneat ſemper , dum nos qui ſupra Arechiſi Judex taliter ante nos hæc omnia ſupradicta facta , & perfecta conſpeximus pro recordandum in perpetuum ea omnia qualiter ſuperius geſta ſunt , quam & pro ſecuritate ſupradicti monaſterii , & de ejus Abbatibus , atque ſucceſſoribus , de jam dictis terris hunc emiſimus judicatum , quod tibi Adenolfo notario , qui ibi fuiſti ſcribere juſſimus &c. Ego qui ſupra Arechiſi Judex . Ego Atenolfus. Ego Petrus Cler, & notarius. Ego Petrus notarius.*

Ex originali in Archivio.

*† In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti biceſimo tercio anno principatus domni Paldolfi , & ſecundo anno principatus domini Landolfi glorioſis principibus menſe Januario nona indictione , dum nos Adelmundus Judex Capuana cibitatis exem ante præſentia ſupraſcripti domni Paldolfi glorioſi principis , & ibidem adeſſent cæteris viris , benit ante eundem glorioſum principem domnus Aligernus Abbas monaſterii S. Benedicti ſitus in monte caſtro Caſino , ex parte etenim altera benit Guiſelgardus Caſtl. filius quondam Teudemundi qui cum beniſſent , & in preſentia ſupraſcripti glorioſi principis eſſent ſe conjuncti querebat ipſe domnus Abbas pro parte ſupraſcripti ſui monaſterii ſecundum lege deſinire cum eodem Guiſelgardo de cauſatione , quæ inter eis exorta fuerat de terris per as fines ; Incipientes ; in primis de ipſa Forca S. Martini , & quomodo badet per media Serra de monte Ciſino , & exinde badet per media Serra de monte Aquilone , & ab inde quomodo badit in ipſe Serre de monte Juncine , & Serra de monte Balbole , & quomodo badit per ipſum montem , qui dicitur Valle luce , & benit in Petra ſcripta , & quomodo badet per bia de Terelle qua badit ad Aquinu , & exinde pergit ad ipſe foſſatu de codatondale , & exinde pergit in ipſu riu de Caſinu , & quomodo badit in ipſu fluviu rapidu , & exinde ipſe flubius rapidus mittet in ipſu Carnellu , & exinde quomodo bolbit ipſe Carnellus fine ab ipſa Bantra , & exinde quomodo ſalet per ipſu riu , qui dicitur Bantra , & quomodo ſalet ipſo ribo , qui dicitur Sicco uſque ad prædicta Forca S. Martini . Unde jam ante prædictum glorioſum principem , & nos , qui ſupra Judice ipſe Guiſelgardus cum jam dictum domnum Aligernum Abbatem guadiatus fuit tali tenore , ud ipſe qui ſupra Guiſelgardus pligaret ſe cum ratione ſua qua dicebat de terris ipſis habere a parte jam dicti monaſterii , & dum exinde inter ſe finiendum ſe conjuncti fuiſſent ſtatim ipſe , qui ſupra Guiſelgardus oſtenſit unam ſcriptionem , & dedit eam in manu mea , qui ſupra Judici , & manifeſtabit , ud nullas alias ſcriptiones , vel qualeſcumque rationes de jam dictis per fines indicatis tentabere , niſi tantum prædicta ſcriptione conbenientia , qua nobis qui ſupra Judici in manu dedit , qua relecta continebat inter cætera , quomodo Magelpotus gratia domni Abbas monaſterii S. Benedicti ſitus de caſtro Caſino , una cum conſenſu Fratrum Monachorum ſuorum ſui Monaſterii , & erga ſecum habendo Adelgrimum Abbocatum ſui monaſterii per ipſum ſcriptum convenientia cartula dederat , & tradiderat ipſius Guiſelgardi Caſtl. ad poſſeſſionem ſuam , & de ſuis heredibus a tando & uſque in biginti nobem . . . . . . . completi ipſa Eccleſia Sancti Petri ſita in loco ubi nominatur in Flea , cum inclitis omnibus ſuis territoriis , vel pertinentiis ſuis quanti habebat pars ſui monaſterii inter as fines , ab una parte forca , qua dicitur Sancti Martini , & quomodo perrexit in Aquilone , ſecunda parte aqua , qua dicitur candida , & mittit in ipſo Fajo , tertia parte da ipſo Fajo , quomodo directo badit in eccleſia S. Johanni , & S. Ceſari , & quomodo vadit rectum in ipſa bia antiqua ab ipſu badu Caballariciu de ipſa Bantra , quarta parte aqua , qua dicitur Bantra , & exit de ipſu Monte , qui dicitur Ceſinu in omni ratione belut in eadem ſcriptione continebatur , qua ſcripta parebat per Traſelbertum Subdiaconum , & Notarium in Acto Tiano in ſexto anno principatus domni Landolfi glorioſi principis , & ſecundo anno principatus ſupraſcripti domni Paldolfi eximii principis filii ejus menſe Madio , tertia indictione roborata per ipſum Magelpotum Abbatem , & per Gugelmum judicem , ſeu alios teſtes , cumque ipſe Guiſelgardus ipſa ſcriptione oſtenſiſſet , & aliqua cauſatio inter eis exinde ceperat , ac creſceret , ſtatim ipſe , qui ſupra Guiſelgardus boluntarie ſue dirupit ipſius qui ſupra domno Aligerni venerabili Abbati jam dicta ſua ſcriptione convenientia , qua ut ſupra oſtenſerat , & ruptam illam apud eodem domnum Abbatem remiſit , & manifeſtus eſt ipſe qui ſupra Guiſelgardus , ud nullam haberet qualiſcumque ſcriptiones , vel alias qualeſcumque rationes , per quas ille , aud ſuos heredes contra ipſum domnum Aligernum Abbatem , vel contra poſteres , ejuſque ſucceſſores , aud contra partem ſupradicti monaſterii de ſupradictis terris , qualiter ſuperius per finis indicati ſunt cauſare , aut contendere poterent , eo quod totis , & integris ſuperius dicti monaſterii ipſis legibus eſſent pertinentes , & nec ipſius Guiſelgardi , nec ad ejus heredes ipſos*

*nullam*

Digitized by Google

*nullam pertineret, neque per ſcriptiones, neque per nullas alias qualiſcumque adinbentas rationes. Poſt hoc factum obbligavit ſe, ipſe qui ſupra Guiſelgardus, & ſuos heredes eidem domni Aligerni Abbati, & ad posteres, ejuſque ſucceſſores, & ad partem præfati monaſterii tali tenore, ut ſi quocumque adbeniente tempore ipſe Guiſelgardus, aut ſuos heredes contra eodem domnum Aligernum Abbatem, vel contra poſteres, ejuſque ſucceſſores, vel contra pars jam dicti monaſterii de jam dictis per fines indicatis terris cauſare, aut contendere queſierint, ſibe per ſcriptiones, aut per qualeſcumque alias rationes bolendo ipſe Guiſelgardus, vel ſuos heredes, aut quiſcumque alter homo pro parte, vel datum ejus ad partem eidem monaſterii de predictis terris tollere, aut per qualecumque ingenium diminuare centum bizin. ſolidos pœna ſe ipſe qui ſupra Guiſelgardus, & ſuos heredes ſupradicti domni Aligerni Abbati, & ad poſteros, ejuſque ſucceſſores, & ad partem præfati monaſterii componere obbligavit, & ſemper ille, & ſuos heredes contra pars ſupradicti monaſterii taciti, & quieti exinde permanere obbligaberunt ſemper, & inſuper omni tempore ille, & ſuos heredes contra partem ſupradicti monaſterii tacitos, & quietos de integris ſupradictis terris facere obbligaberunt omnes illos homines, qui pro parte, vel datum ejus contra partem eidem monaſterii exinde cauſare aut contendere boluerit per jam dicta pœna obbligata, dum nos, qui ſupra Adelmundus Judex taliter ante nobis hæc omnia ſupradicta facta, adque perfecta conſpiceremus, quapropter recordandum in perpetuum ea omnia, qualiter ſuperius geſta ſunt, quam & pro ſecuritate ſupradicti domni Aligerni Abbati, & de ejuſque ſucceſſoribus, ſeu pars ſupradicti monaſterii, de ſupradictis terris unc eorum exinde miſimus judicatum, quem tibi Radiperti notario ſcribere juſſimus. † Ego qui ſupra Adelmundus judex. † Ego Dauferi. † Ego Adenolfus notarius.*

Ex hiſce autem diſſidiis veritas finium Abbatiæ Caſſinenſis cognoſcitur, atque modus, quo actiones judiciales ſeculo decimo exercebantur. In renunciatione anno primo ſupra vigeſimum Pandulfi facta, hæc balbutientis Italicæ linguæ verba obſervanda: *Sao che chelle terre per chelli fini, che ki contene, trenta anni le poſſette parte S. Benedicti &c.* Ex quibus ruſtica, ut ita dicam Italicæ linguæ initia latinitati barbaræ permixta videre eſt. Quamquam, fateor, altiora Italicæ linguæ exordia figenda eſſe nos doceat Agnellus Ravennas noni ſæculi Author ab eruditiſſimo, doctiſſimoque Amico noſtro Benedicto Bacchino dum excriberemus ſummo litteratorum mœrore mortuo primum editus notiſque atque obſervationibus illuſtratus, qui in vita archiepiſcopi Maſſimiani teſtatur Ravennates effuſos in gaudia obviam illi perrexiſſe: *cum crucibus, & ſignis, & bandis, & laudibus.* Vox hæc *bandi* primigenia ſignificatione militaris eſt, a qua Italica vox *bandiera* promanat eadem in ſignificatione uſurpata ab Agnello, qui eodem modo ſæpe hac utitur potiſſimum in vita Felicis, ubi ait, Ravennates milites certo ordine proceſſiſſe ad cuſtodiam Ravennæ, ideſt bandus primus, bandus ſecundus, bandus novus invisus; C P.^nus^ &c. Bandus hoc loci cohortem ſignificat militum, qua nos hodieque utimur a probatiſſimis Italicæ linguæ ſcriptoribus uſurpata, ſed forte origine Gothica eſt, aut Langobardica, quemadmodum omnes fere voces militares ſunt apud Italos invectæ, ut obſervat Varchi in ſuo Herculano. Hujuſce generis vocum quæ a Gothis ad nos devenere, plures apud Agnellum legas puta *Siclum* pro *vaſe* uſurpatum, quo aqua hauritur, unde vox noſtra Secchio. Memorabilius tamen, vetuſtiuſque Italicæ linguæ monumentum ipſemet nobis Agnellus exhibet in vita Gratioſi epiſcopi, qui cum Ravennæ Carolum Magnum ad epulum invitaſſet inter veſcendum præciſa hæc verba effari cœpit: *Pappa Domine mi rex Pappa.* Quibus verbis nonnihil commotior Carolus, linguæ alioquin latinæ ſcientiſſimus interrogare circumſtantes cœpit; *Quis eſt hic ſermo, quem vates loquitur: Pappa Pappa?* Quare ut illi ab regis animo dubium forſan ſe deriſum eſſe obverſantem amolirentur, reſponderunt hiſce vocibus ſimplicem epiſcopum, ut comederet, hortatum. Pappare quidem noſtra lingua comedere ſignificat, & quamquam hac etiam voce antiquiores latini uſi ſunt, vulgaris tamen eo tempore Italis evaſerat, ideoque regi Carolo ignota. In capitulari quoque Sichardi Beneventani principis apud Peregrinium in hiſt. Princip. Langob. pag. 75. & ſeqq., quo pacem anno 836. concedit Johanni Neapolitano epiſcopo, Andreæ Magiſtro militum, populoque Neapolitano, complura extant Italica verba puta, *neque per exercita, aut Curſas, neque per ſcammeras, neque per tradicios, qui a partibus veſtris nobiſcum ſunt, & cætera contra vos ſubmiſſos &c.* pauloque inferius: *Et inſuper per Scammaratores, ſeu Curſas.* Et fol. 79. nu. 8. *De aliis vero perſonis, vel rebus habeat ſicut proprium ſuum menandum, & gubernandum uſque ad menſes tres.* Et fol. 80. nu. 9. *Si autem quiſpiam militem &c. ſimpliciter ambulantem ligare, aut battere preſumpſerit &c.* Et nu. 10. *Et ſi quiſpiam homo ſuper furtum inventus fuerit, & non dederit manum ad prendendum ſe, &c.* Et nu. 13. *Item ſtetit de fluminibus qui in fine Capuana ſunt, hoc eſt Patria, Vulturnus, atque Minturnus: Ut in ipſa Trajecta ſit licentia tranſeundi &c. Barcas enim, quæ ibidem ad oram advenerint, vel pro tempeſtate ſubduxerint, aut applicaverint per totam ipſam Plagiam &c. ſecuræ & illeſæ &c.* num. 14. *De tertiatoribus vero hoc ſtetit, ut nulla nova eis parte Reipublicæ imponatur, excepto antiqua conſuetudine, hoc reſponſaticum ſolum, & angarias, & calcarias; ſimul & ad dominos ſuos angarias, & pentiones ſecundum antiquam conſuetudinem &c.* Num. demum 15. *Item ſtetit, ut non habeat licentiam quiſpiam a partibus foris civitatem cavallum aut bovem comparare &c.* In capitulari Diviſionis principatus Beneventani anno 851. inter Radelchim, & Siconulfum factæ apud eundem Peregrinium pag. 89. nu. 21. legere eſt: *Si ego Radechiſis donavi aliquid per breve aut per preceptum ad homines:* & in capitulari Adelchis Beneventani itidem principis, ibidem pag. 315. nu. 7. *Si quis Gaſam &c. per munimen habuerit &c.* ubi ſæpe nomen *caſa* pro *domo* ſumitur; & nu. 8. adeſt nomen breve balbutientis Italicæ linguæ, alia verba videre eſt quam plurima in diplo-

Digitized by Google

diplomatibus Langobardorum principum hactenus in hac diſſertatione allatis.

Ditio Caſſinenſis colonis ampliata.

Proſequitur Leo lib. II. Chron. cap. 3. hæc ſcribere. *Porro demum prudens Abbas a vicinis terris, quæ vaſtatæ non fuerant agricolis undique mox evocatis in poſſeſſiones illos monaſterii, quotquot cultoribus indigebant, (non omnes itaque cœnobii poſſeſſiones colonis indigebant) cum univerſis eorum familiis habitaturos induxit: placita tam cum eis, quos ibi invenerat, quam cum eis, quos ipſe conduxerat, libellari ſtatuto, ut de tribus totius ejuſdem terræ redditibus, hoc eſt tritici, & ordei, ac milii partem ſeptimam, de vino autem tertiam annualiter monaſterio darent; cætera in ſuis, ſuorumque uſibus poſſiderent, quod uſque hodie ſtabiliter, ac perhenniter obſervatur. Tali ergo modo habitatoribus diverſarum partium hujus monaſterii terra ex maxima parte repleta, atque diſpoſita &c.* Hactenus omnia cœnobii Caſſinenſis oppida ſeptimam, aut decimam frumenti, hordei, milii quarumdamque aliarum fruguum partem perſolvunt, duobus, aut tribus exceptis caſtris; Aligerni forſan ætate aliæ præter haſce fruges intra Abbatiæ Caſſinenſis fines non ſeminabantur, vel ſi aliæ quoque ſeminabantur, non taxative, ſed demonſtrative, tres haſce tantum fruguum ſpecies nominavit Leo noſter. Hinc conſtat territoria omnia intra Abbatiæ fines contenta cœnobii Caſſinenſis propria fuiſſe.

Ottho magnus ampliſſima privilegia elargitur.

Ait deinde Leo cap. 4. *Per idem tempus primus, ac magnus Otto tertio imperii ſui anno per interventum conjugis ſuæ Adhelaidis imperatricis generale præceptum huic monaſterio fecit, confirmans omnia, quæ hactenus per diverſa loca a quibuslibet hic fuerant contributa. Item poſt quatuor circiter annos Paulus Abbas S. Vincentii eum adiens, eumque ex parte prædicti noſtri Abbatis efflagitans aliud ab eo præceptum plenius de confirmatione totius Abbatiæ de more priorum imperatorum obtinuit. Nec multo poſt per aliud præceptum idem imperator Abbati noſtro monaſterium S. Angeli de Barregio cum omnibus cellis, ac pertinenciis ſuis conceſſit &c. Quique imperator eidem monaſterio S. Angeli preceptum de confirmatione omnium rerum ipſius jam ante quinquennium fecerat. A ſecundo etiam Ottone cum præcepto confirmationis totius Abbatiæ prædictum quoque S. Angeli monaſterium eidem Abbati reconfirmatum eſt.*

Vid. Chronicon S. Vincentii apud Du-Cheſnium Tom. III. pag. 699. Baronius anno 964. Mabillonius Annal. Tom. III. pag. 501. & pag. 563. Otto hic filius fuit Henrici Germaniæ regis, Venatoris dicti, magnæque S. Mathildis filiæ Theoderici Saxoniæ principis. Ottho rex Germaniæ evaſit anno 936. rex Italiæ anno 961. cujus regni poſſeſſione dejecit Berengarium, & Adalbertum ejus filium, annoque inſequenti coronatus imperator, a Johanne duodecimo qua in dignitate ad ann. 973. vixit, cum prius anno 961. Germaniæ regem renunciaſſet Otthonem filium, ex Adelaide Lotharii Italiæ regis relicta atque Rodulphi II. Burgundiæ, Italiæque regis filia: Otthonem deinde filium imperii collegam adſcivit anno 967. qui a Johanne XIII. in nativitate Domini coronatus, ad annum 983. imperavit ut ejus ævi ſcriptores teſtantur, apud Baronium, Petavium, Pagium, & Mabillonium, memoratis annis.

Quorum primum eſt.

Otthonis magni privilegium Caſſinatibus conceſſum anno 964. ex autographo in noſtro tabulario hic apponimus.

*In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis. Otto divina favente clementia imperator auguſtus. Si ſanctis, ac venerabilibus locis res a fidelibus collatas confirmamus, eternæ remunerationis premium exinde recipere non ambigimus. Quocirca omnium ſanctæ Dei eccleſiæ fidelium noſtrorum preſentium, ac futurorum devocio noverit, qualiter nos pro amore Dei, ac remedio animæ noſtræ, nec non conſultu, ac interventu Adelheidæ dilectæ conjugis noſtræ per hujus noſtræ auctoritatis præceptum, prout juſte, & legaliter poſſumus, confirmamus, ac corroboramus eccleſiæ S. beati Benedicti, quæ ſita eſt in caſtro Caſino, cui Aliernus venerabilis Abbas praeeſſe videtur, omnes res, & proprietates, quas eadem eccleſia juſte, & legaliter tenet, vel habere poteſt. In finibus Pennenſi, & in finibus de Aprucio uſque in Firmo, & in finibus Teatenſi, uſque in flumen Trinio, & in finibus Balbæ, & in finibus Marſi, & in finibus Forcone & in finibus Amiterne, & in finibus Reatinæ, & in finibus Ciculi, una cum familiis, ſervis, & ancillis, Cartulatis, preſtendariis, colonis, & colonabus, aldionibus, & aldiabus, caſtellis, eccleſiis, cappellis, cellis, terris cultis, & incultis, agris, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, vineis, ſalectis, cannetis, aquis, aquarumque decurſibus piſcacionibus, molendinis, molendinumque locis, montibus, alpibus, planiciebus, vallibus, paludibus, queſitis, & inquirendis, mobilibus, & immobilibus rebus, omnibuſque pertineneiis, quæ dici vel nominari poſſunt prætaxatæ eccleſiæ beati Benedicti, & Alierno venerabili Abbati, ejuſque ſucceſſoribus, qui pro tempore fuerint paſtores, atque rectores ejuſdem monaſterii, ex integro confirmamus, ac corroboramus, & per noſtræ auctoritatis præceptum ſtabiliemus, ut jure eccleſiaſtico habeant, teneant, firmiterque poſſideant omnium hominum contradictione remota, ſtatuimus videlicet, ut nullus Dux, Marchio, comes, vicecomes, ſeu quilibet reipublicæ exactor, homines ejuſdem eccleſiæ injuſte angariare, vel flagellare, ſeu res eccleſiæ tollere, aut illam diſveſtire audeat, & ſi aliquis per falſas cartulas res Eccleſiæ alienare deſiderat, vel alienavit, liceat rectoribus jam dictæ eccleſiæ per Sacramentum, & teſtimonium bonorum hominum circummanentium ſe defendere juſte, & legaliter illas res ad eccleſiam pertinere, & ſic eaſdem res ad jus, & dominium eccleſiæ redeant. Si quis hujus noſtræ confirmationis præceptum infringere, vel violare temptaverit, & predictæ eccleſiæ beati Benedicti rectores, ac paſtores, vel eorum miſſos, ſeu aliquos homines ipſis pertinentes diſtringerit, aut aliquam violentiam fecerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum medietatem Kameræ noſtræ, & medietatem præfato venerabili Abbate Alierno, & ejus ſucceſſoribus, qui pro tempore fuerint rectores ejuſdem eccleſiæ. Quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur, juſſimus inde hoc preſens præceptum confirmationis conſcribi, annuloque noſtro ſigillari manu propria ſubter firmavimus.*

*Signum*



*Signum Domini Ottonis magni, & inviƈtiſſimi Imperatoris Auguſti Liutgerius Cancellarius ad vicem widonis epiſcopi, & Archicancellarii recognovi, & ſubſcripſi. Data duodecimo Kalendas Martii anno Dominicæ Incarnationis nongenteſimo ſexageſimo quarto, indictione ſeptima, anno imperii magni Ottonis imperatoris auguſti tertio. Actum in villa Paterno, in Comitatu Pennenſe, feliciter Amen.* Adeſt Sigillum cereum.

In hoc vero privilegio omnia, quæ cœnobium Caſſinenſe extra Abbatiæ fines poſſideret quomodolibet vel deinceps obtineret, ampliſſime confirmantur, *jure Eccleſiaſtico*: ideſt ſuprema quadam juriſdictione poſſidenda, nullumque magiſtratum, aut judicem judicium aliquod in ejus bona, hominesque ea incolentes exercere, vectigal exigere, aut quamcumque vel minimam violentiam inferre diſtrictiſſime cavetur. Nullam præterea ſibi nequidem ſupremam juriſdictionem in ea oppida, bonaque, ſervos, ancillas, libertos &c. reſervat Imperator.

Secundum. Aliud quoque ejuſdem Otthonis I. privilegium apud nos originale aſſervatur, quo privilegia omnia, nominatimque Deſiderii, Caroli, Ludovici, & Lotharii, cœnobio Caſſinenſi conceſſa, & omnes fidelium donationes confirmantur per diverſas Italici regni regiones factas cum omnibus. *Caſtris, Cappellis, Titulis, Caſis, Terris, Vineis, Campis, Pratis, Paſcuis, Silvis, Piſcariis, molendinis, Aquis, Aquarumque decurſibus, ſervis, & ancillis.* Sique ulla intentio, inquit Imperator, ideſt contentio, lis, controverſia, diſcordia, ut pluribus allatis authoritatibus explicat Ducangius, in Gloſſario circa res, familiaſque cœnobio Caſſinenſi ſubditas orta fuiſſet, per *Advocatorem*, ſeu judicem a cœnobio conſtitutum definiendam. Sed alia plura ad juriſdictionem noſtram (ea enim hic tantum admonenda pro noſtro inſtituto ducimus) ſpectantia advertent eruditi quique, potiſſimum juriſconſulti ex ipſius privilegii apographo, quod oculis ſubiicimus.

*In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto divina favente clementia Imperator Auguſtus, omnium Sanctæ Dei eccleſiæ ac noſtrorum preſencium ſcilicet, ac futurorum noverit univerſitas, quia nos per interventu hac peticione noſtra dilecte conjugis Adalheid imperatricis Auguſtæ Abbas Chriſti Martiris Vincencii ſito in finibus beneventanis nomine Paulus noſtram adiens celſitudinem detulit nobis, & obnixe deprecans, ut confirmaremus in monaſterio S. Benedicti Confeſſoris conſtructo in Caſino, quæ per præcepta preceſſorum noſtrorum, imperatorum, & regum, ac parentum noſtrorum, videlicet Deſiderii, Caroli, Lodovici, atque Lotharii ſuis munificentiis in præfato monaſterio contulerunt; & ex ſuis rebus confirmaverant res, & poſſeſſiones ibi a principibus, ducibus, reliquiſque fidelibus oblatas, cujus peticionibus per dilectam noſtram conjungem faventes pro Dei amore animarumque noſtrarum remedio per hoc noſtræ confirmationis præceptum, prout juſte, & legaliter poſſumus confirmamus, ac penitus corroboramus, in prædicto cœnobio Chriſti confeſſoris Benedicti omnia præcepta preceſſorum noſtrorum imperatorum, & regum, ſeu parentum noſtrorum videlicet Deſiderii, Caroli, Lodovici, adque Lotharii, verum etiam omnes res, & poſſeſſiones per diverſas fines regni Italici poſitas per eadem præcepta, vel quolibet legali titulo ſcriptionis a principibus, ducibus, reliquiſque fidelibus ibidem collatas, nec non monaſteria, & cellas inferius nominatas monaſterium ſiquidem ſancti Liberatoris, & cellam S. Comicii de ipſa Inſula, cum omnibus eccleſiis ſubiectis ſibi, & cum omnibus pertinenciis, vel adiacentiis ſuis, quæ videntur eſſe in Comitatu Teatino, & in Pennenſe, Monaſterium etiam S. Benedicti, & S. Scholaſticæ, & S. Mariæ in Maurino, & S. Martini cum omnibus eccleſiis, & cellis ſibi ſubiectis, & cum omnibus pertinenciis, vel adiacentiis eorum, quæ videntur eſſe in Comitatu Pennenſe, eccleſia ſcilicet domini ſalvatoris in honorem conſtructa, & eccleſia S. Terenciani, & S. Angeli in Baſſano, quæ ſunt in Comitatu Aprucienſe, cum omnibus eccleſiis ſibi ſubjectis, & cum omnibus pertinentiis, vel adiacentiis eorum, eccleſiam ſcilicet S. Benedicti, & S. Gregorii, & S. Victorinis in Cellano, cum omnibus eccleſiis ſibi ſubiectis, & cum omnibus pertinenciis, vel adiacentiis eorum, una cum caſtris, cappellis, titulis, caſis, terris, vineis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, piſcariis, molendinis, aquis, aquarumque decurſibus, ſervis, & ancillis ad prælibatum monaſterium pertinentibus in integrum Chriſti confeſſoris videlicet Benedicti, quæ poſitum eſt in Caſino. Statuimus inſuper hac noſtra preceptali auctoritate, decernimus, ut ſi aliqua intentio orta fuerit de rebus, & familiis ejuſdem monaſterii licead Advocatorem ſuum per inquiſitionem circamaneneium liberorum hominum hoc definire, & cum definitum fuerit, tunc demum ipſas res, & familias pars prædicti cœnobii noſtra preceptali auctoritate habead adque poſſidead jure quieto. Recepimus preterea prætaxatum monaſterium cum omnibus prætaxatis monaſteriis, ac cellis, rebus quoque ac familiis ibidem aſpicientibus una cum fratribus, ac monachis ibidem Deo famulantibus, ſub noſtre tuicionis mundburdum, ſtatuentes, ut Abbates, & prepoſiti ejuſdem loci juxta priſcam conſuetudinem ad communem utilitatem Fratrum ſua diſponant abſque alicujus contradictione, præcipientes itaque jubemus, ut nullus Dux Marchio, comes, vicecomes, Caſtaldio, ſeu qualibet regni noſtri magna, parvaque perſona res prædicti monaſterii invadere, ſeu homines liberos, & ſervos diſtringere, pignorare, ſeu moleſtare, audead . . . . . . . . . . . . . . .*

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Si

. . . . . . . . . . . *Si quis igitur hujus noſtri præcepti confirmacionis, ſeu mundburdi tuicionem aliquando infringere conatus fuerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem cameræ noſtræ & medietatem parti prædicti monaſterii. Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manibus propriis roborantes anulo noſtro ſubter inſigniri juſſimus.*



*Signum Domini Ottonis invictiſſimi imperatoris. Ambroſius Cancellarius ad vicem Huberti epiſcopi, & Archicancellarii recognovi, & ſubſcripſi. Data die Kalendas Julias anno dominicæ incarnationis nongenteſimo, ſexageſimo ſeptimo, imperii vero domni Ottonis ſereniſſimi Cæſaris ſeptimo, Indictione XI. Actum in Monte, ubi Staphulo regis dicitur. In Dei nomine feliciter Amen.* Adeſt ſigillum cereum.

Tertium; quo cœnobium S. Angeli vallis regiæ donat.

Magnis hiſce beneficiis quibus Caſſinantes ditaverat haud contentus Ottho, ampliſſimo monaſterio S. Angeli cœnobium Caſſinenſe auxit, ut ex ejus privilegio in archivo noſtro authentice aſſervato conſtat.

*In nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. Otto divina ordinante providentia imperator auguſtus. Oportet imperiali magnitudine prælatis Deo famulantium preces obaudire, & quod petierint amore ſanctorum, quorum veneracionem loca dicata ſunt, ubi greges Dei divina militacione exequi procurant, libenter obtemperare, ſuaque munera erga eadem loca ob percipiendam divinam retributionem conferre, quantum ſtudioſius hoc quis procurare contendit, tanto ejus miſericordia fultus & preſencia, facilius tranſivit, & eterna Beatitudine felicius capeſſere promerebitur. Igitur cunctorum fidelium ſanctæ Dei eccleſiæ, noſtrorumque cognoſcat ſollertia, quia vir venerabilis Abbas Aligernus rector cœnobii S. Benedicti in caſtro Caſino, ubi ipſe corporis ſepultura locum veneratione dicabitur, cum cuncta congregatione quod in eodem loco ſub regula almifici confeſſoris omnipotentis Dei Benedicti veraciter militare cognovimus, miſerunt ad nos legationem petierunt piam celſitudinem noſtram, ut ob Dei reverentiam, & animæ noſtræ mercedem ad augmentum utilitatis ejuſdem S. loci & ſupplementum neceſſitatum ibidem Deo famulantium quoddam monaſterium in eodem Ss. cœnobio congruo, quod olim ædificatum fuit ad honorem Archangeli Michaelis in locum, qui nominatur Barregium ſupra fluvio Sangro, & modo deſertum eſt uſque ad ſolum, imperiali auctoritate concedere dignaremur, eorum petitione nos animæ noſtræ mercedis proficua recolentes libenter*

*Diſſertat.*

*audivimus, & rememoravimus quia ipſum prælibatum monaſterium nos jam Alberici Marſenſis eccleſiæ epiſcopus ad tempus vitæ ſuæ præceptali auctoritate conceſſeramus, ſet prætaxatum monaſterium Beati Michaelis in eodem ſanctiſſimo cœnobio S. Benedicti noſtra auctoritate perhenniter manſurum conceſſimus, in ea videlicet ratio, ut ipſum prænominatum epiſcopum diebus vitæ ſuæ ipſum prælibatum monaſterium firmiter poſſidead, & poſt obitum ejuſdem epiſcopi, tunc demum ipſum prætaxatum, ad jus, & dominationem ſacratiſſimi cœnobii S. Benedicti veniad cum omnibus rebus, & poſſeſſionibus per diverſis regni noſtri Italicis poſitas, ſeu cum eccleſiis, cellis, caſtris, cappellis, titulis, caſis, terris, vineis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, montibus, rupibus, planis, piſcariis, molendinis, aquis, aquarumque decurſibus, terris & ancillis, cartulati, & cartulatę, aldiis, vel aldiabus, vel cum omnia pertinentia, vel adiacentia ſua, & habead licentiam & poteſtatem prænominatum Aligernus venerabilis Abbas, & poſteros ejus ipſum prelibatum monaſterium beati Archangeli reſtaurare, ordinare, & res ipſius agere, & cauſare, ſicut de proprio cœnobio Sanctiſſimi Benedicti, præcipientes ergo jubemus, ſicut & perhenniter manſurum volumus, ut nemo fidelium noſtrorum parti perſcripti monaſterii de his omnibus, quæ conceſſimus quolibet in tempore nullam inferre preſumat moleſtiam, aut contrarietatem, ſet ſub omni integritate, ſicuti ibidem a nobis conceſſe ſunt, & hac noſtra auctoritate condonata perhenniter ibi in utilitate ejuſdem maneat monaſterii, abſque cujuslibet maneat refragatione, aut qualibet inquietitudine: ſi quis hujus præcepti confirmationis, ſeu conceſſionis aliquando infringere conatus fuerit, ſciat, ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem partim prædicti monaſterii; Ut quoque hæc noſtra auctoritas pleniorem obtineat vigorem, & a fidelibus noſtris diligentius obſervetur, verius credatur, manu propria ſubter ea firmavimus, & anuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus.*



*Signum manu domni Ottonis Invictiſſimi imperatoris. Ambroſius Cancellarius ad vicem Huberti epiſcopi & Archicancellarii recognovi, & ſubſcripſi. Data octavo Kalendas Junii. Anno dominicæ incarnationis 970. imperii vero domni Ottonis ſereniſſimi Ceſaris IX. indictionis XIII. Actum in locum, ubi Cellice dicitur Capuano territorio feliciter Amen.* Adeſt ſigillum cereum.

In eo poſt tributas egregias Caſſinatibus laudes



Digitized by Google

cœnobium S. Angeli Vallis regiæ iiſdem cum omnibus ejus bonis poſſeſſionibuſque, in quibus potiſſimum caſtra, eccleſiæque, & cœnobiola nominantur, juraque aquarum, venationum, ſervorum, ancillarum, libertorum &c. ita concedit, ut circa ea idem præſtare poſſent Caſſinates, quod in Abbatia Caſſinenſi, aliiſque ſibi ſubjectis bonis præſtabant; ideſt abſoluta hæc juriſdictione regerent, diſponerentve, ut libuiſſet. Hujuſce cœnobii in pluribus Chronici Caſſinenſis locis mentio eſt, & apud Victorem III. in Dialogi pag. 66. mirum quantum hac cœnobii Vallisregiæ acceſſione, quod plura caſtra, cœnobia, ſervos, ancillas, libertos &c. ſubdita habebat creverit Caſſinenſium ſuprema juriſdictio. De formula initiali privilegiorum Otthonis, eorumque ſubſcriptionibus vid. Mabillonius de Re Diplomatica cap. 83. 89., & 109. De ejuſdem vero Monogrammate quod aliud non erat præter: *Nomen compendio deſcriptum, ac certis literarum implexionibus concinnatum, quod ſcilicet magis intelligi, quam legi promptum eſt, Et ea erat nota, & character, ut cum litera unica eſſe videretur omnes tamen nominis literas exprimeret*. Vid. Du-Cangius in Gloſſario verbo Monogramma, & Mabillonius ibidem pag. 110. & ſeqq., qui oſtendit, quam vetuſtus hic fuerit Monogrammorum uſus in numiſmatibus, monetis, & picturis, quæ in parietibus, velis &c. fingebantur, ſubditque: *Qui Monogrammatis in diplomatibus uſum primus invexit Carolus Magnus, id ita concinnari curavit, ut ſignum Crucis, quo ſuperiores Francorum reges in litteris ſuis uſi fuerant, repreſentaret. Idem eciam exprimere ſtuduerunt plerique ejus ſucceſſores quantum varia nominum ac litterarum diſpoſitio patiebatur. Alii quadratam figuram prætulerunt, ut Ludovici, Otthones, Henrici, aliique præter Carolos Imperatores quorum Monogrammata, uti & ſigilla, pleraque in as inciſa exhibet Zylleſius in defenſione Sancti Maximini &c.* Et pag. 164. ait: *Carolus M. qui difficultate ſcribendi laborabat, teſte Enginhardo in libro, de ejus vita, ut imperitiam hanc honeſto ritu ſuppleret Monogrammatis uſum loco propriæ ſubſcriptionis propriique ſigni invexit. Nec id maximo principi vitio verti debet, quandoque idem tentabat, & ſcribere, tabulaſque, & codicillos ad hoc in lectulo ſub cervicalibus circumferre ſolebat, ut cum vacuum tempus eſſet, manum effigiandis literis aſſuefaceret. Sed parum proſpere ſucceſſit labor præpoſterus ac ſero inchoatus. Hæc ergo mihi videtur Monogrammatum occaſio. Id in morem tranſtulerunt ſubſequentes Reges, & Imperatores, qui omnes Monogrammata per Cancellarium efformari curabant.* Quam magnificum fuerit Otthonis imperatoris mutuis Caſſinatibus factum ex duobus mox afferendis privilegiis conſtat, quorum unum Berengarius, & Adelpertus Italiæ reges eidem cœnobio conceſſere anno 953. quodque ex originale in noſtro archivo hic exſcribimus.

Privilegium a Berengario, & Adelberco cœnobio S. Angeli conceſſum.

*In nomine Domini Dei eterni. Berengarius & Adelbertus Dei gratia reges. Quicquid pro amore divino agimus, id nobis preſenti, & futuro ſeculo prodeſſe minime ambigimus. Proinde omnium fidelium Sancta Dei eccleſiæ ac noſtrorum preſentium vel futurorum noverit ſagacitas, quia Burgus venerabilis Monachus ex monaſterio beati Archangeli Michaelis hordinatus, qui vocatur Barregium ſitum ſupra fluvium Sangrum venit in noſtram preſentiam una cum ſua congregatione monachorum, atque ſecum deferens præcepta noſtrorum prædeceſſorum imperatorum auguſtorum, ſcilicet Karoli, & Lotharii poſcens noſtram celſitudinem, ut pro Dei amore, & reverentia ejuſdem Sancti loci ſimili modo facere dignaremur, quorum petitionibus ob honorem Dei, & reverentia ejuſdem S. loci, nec non & animæ noſtræ augmentum, ſtabilitatemque regni noſtri adquiſiimus, atque hoc noſtrum auctoritatis imo confirmationis præceptum circa ipſum venerabilem locum fieri libuit per quod jubemus, atque concedimus, ut ſicut prædeceſſores noſtri in ipſo cœnobio confirmarunt, ita noſtra auctoritate maneat roboratum, videlicet omnes res & mancipia, aldiones, vel aldianas, cartulatos, vel offertos, ſervos, & ancillas, terris, vineis, ſilvis, aquis aquarumque decurſibus, & molendinis, atque piſcariis poſitas infra ambobus Ducatibus noſtris, Spoletino videlicet, atque Firmano; ſeu infra omnes fines regni noſtri, quæque aut legitur, aut ſcitur in Marſim habuiſſe, ideſt cellam in fundo Magno, quæ vocatur S. Maria cum omnibus ſibi ſubjacentiis, eccleſiis, vel redis; item eciam ipſam cellam quæ vocatur S. Euticium in Areſtina ſuis cum adjacentiis, nec non etiam ipſam cellam, quæ eſt poſita ſuper ipſam civitatem de Marſi, quæ vocatur S. Pauli, ſuis cum pertinentiis, nec non & cellam in Oretino S. Maria vocatam, & S. Gregorium in Paterno, S. Mariam in Monterone, & S. Salvatorem in Avezano, & S. Antimum ad Formas, & S. Angelum ad Albam, & S. Mariam in Aliezto, & S. Angelum in Carſiolo, & S. Sebaſtianum, & S. Angelum, utraſque cellas cum omnibus ſuis ſimili modo etiam quæ in Balbenſe poſitas territorio, ideſt S. Petrum in Barbarano, & S. Salvatorem ſupra ipſum flumen, & S. Angelum ad Aquam vivam, & aliam cellam S. Angeli, quæ vocatur ad Floretum, & ipſam cellam, quæ eſt inter aquas poſita, vel reliqua omnia, quæ per totam Balbam habere videtur ad eiſdem cellis pertinentibus, firmamus etiam cellam S. Felicitatis, quæ eſt in Furcone; itaque etiam ſimiliter confirmamus omnia, quæ in Penne iſdem cœnobium S. Archangeli Michaelis viſus eſt habere, ideſt S. Maria in Querceto, nec non & Peticianum, ſeu alias res, quæ per diverſis locis poſita ſunt, roboramus etiam, atque firmamus ea, quæ in Aprucio iſdem cœnobium habere eſt viſus, hoc eſt monaſterium S. Angeli, quæ vocatur Marann cum omnibus cellis ſibi ſubjacentibus, vel rebus ubicumque inventa fuerint; ſimiliter etiam & cellis, & terris infra Aſculo poſitis videlicet cellam S. Salvatoris, quæ vocatur Caputaquis cum ſuis pertinentiis, & cellam S. Angeli, quæ vocatur Stabulo nec non & S. Angelam, qui dicitur de Feltriano, & S. Petrum poſitum in Pectegnano, curtem etiam vocitatam de caſa Perenne ſimul etenim ipſam vicendam quæ eſt poſita de curte Adalberga, de Silva, & aliam vicendam de caſam Luponi de Petygnanu, & omnia quidquid infra fines regni noſtri habere videtur ſive in Montibus, ſeu planis, vel adjacentia per diverſa loca quemadmodum ad eundem venerabile cœnobium beati Michaelis Archangeli pertinent, & poſſeſſe fuerunt per hanc noſtræ confirmationis auctoritates noſtris, futuriſque temporibus Abbates ipſius loci firmiter atque inviolabiliter*

*ter teneànt, & poſſideant, diſponantque prout facultas, vel utilitas ipſius loci dictaverit, ita ut nullus judex publicus, ſeu quislibet ex judiciaria poteſtate in cellas, aut villas, agros, ſeu loca Silve reliquas poſſeſſiones, quas moderno tempore, in quibuslibet pagis, & territoriis infra dicione regni noſtri juſte, & legaliter poſſideat, vel quicquid etiam deinceps in jure ipſius loci divina pietas voluerit augeri ad cauſas audiendas, ab freda, & tributa exigenda vel manſiones, aut paratas faciendas, ſeu fidejuſſores, tollendos, aut homines monaſterii tam liberos, quam ſervos, ſeu cartulatos, vel offertos, & qui ſuper terram ipſius monaſterii reſident nullatenus diſtringendos, nec ullas redibitiones, aut inlicitas occaſiones requirendas noſtris, futuriſque temporibus ingredi audeat, nec ea, qua ſuperius memorata ſunt penitus exigere praſumat, ſed liceat praſentem Burgum venerabilem Monachum, ejuſque ſucceſſores, una cum congregatione ibidem deo famulantibus ſub noſtra immunitatis defenſione quieto ordine vivere, ac reſidere, ac Deum pro noſtra anima ſupplicare, & quiquid fiſcus, ex jure jam fati monaſterii pars publica ſperare poterat pro mercede anima noſtra in luminaribus ipſius venerabilis monaſterii per futura tempora noſtra maneat auctoritate conceſſum, nec non etiam a nobis addi, atque confirmari placuit, ut ex omnibus rebus, vel mancipiis ex ipſo monaſterio pertinentibus cartulatis, vel offertis, liberos, atque ſervos ubi pars ipſius monaſterii elegerit, atque ada maverit, cum miniſtris, vel exactoribus publicis per tres, aut duos circa manentes, atque conſiſtentes veraces homines, quos ipſius monaſterii Monachi ad clamaverint inquiſitio fiat, qualiter & regi veritas facilius inveſtigetur, & Monachi ipſius monaſterii citius ſuam valeant juſticiam conſequi. Si vero de ſervis, aut ancillis, vel de quibuslibet rebus orta contentio fuerit, liceat Monachos ejuſdem monaſterii ipſos retinere quouſque in noſtrum, ſeu deceſſorum noſtrorum praſentiam veniant, & ibidem coram nobis poſiti deliberentur. Quicumque autem adverſus hanc noſtram imperialem Inſtitutionem ire temptaverit, aut ea, qua ſupra commemorata, vel comprehenſa ſunt minime obſervare, quin fortaſſe violare, aut irrumpere temptaverit, ſciat ſe penam perſolturum Burgoni, aut cui ipſe dederint emunitatem noſtram, quam in omnibus conſtituimus eccleſiis, & monaſteriis, ſcilicet auri obtimi libras mille. Pracipimus etiam, ut ubicumque repertum fuerit ex rebus, vel cellis ejuſdem monaſterii inlicitas, atque damnoſas, ſeu inutiles conſcriptiones vel commutationes evacuentur, & ad jus poteſtatem ipſius monaſterii reſtituantur. Ut autem hac noſtra imperialis praceptio per futura tempora firmiorem obtineat vigorem, manu noſtra ſubter firmavimus, & annulo noſtro ſigillari juſſimus.*

*Signum Sereniſſimorum Berengarii & Adelberti Regum.*



Diſſertat.



*Jobs. Cancellarius ad vicem Widoni epiſc. & Archi-Cancellarii recognovi, & ſubſcripſi. Data quarto decimo Kal. Novembris anno dominica incarnationis DCCCCLIII. Regni vero Berengarii, & Adelberti regum tercio. Indict. XII. Actum in Urbe . . . . . . . . . feliciter amen &c.* Adeſt ſigillum cereum.

Reges hi poſt confirmata imperatorum privilegia eidem cœnobio conceſſa potiſſimum Caroli, & Lotharii omnia ejuſdem cœnobii bona, *ſervos ancillas, aldiones, chartulatos, offertos*, ita confirmant, ut libere, abſoluteque diſponere, judicareve poſſent, cum nullis id regum judicibus præſtare liceret, neque aliquod vectigal, aut ſervitium exigere. Imo quidquid pro bonis ſui cœnobium regio fiſco perſolvere debuiſſet, luminaribus eccleſiæ deſtinant, qua in re inque ampliſſima confirmationis formula eadem verba exſcripſit Ottho Magnus in mox adducendo privilegio. Berengarius, atque Adelpertus ejus filius regnare ceperant anno *950.* quouſque ab Otthone regno dejecti ſunt an. *961.*, ut diximus. Fuit Berengarius Adelberti Marchionis Tureæ filius, & Giſelæ filiæ Berengarii Auguſti. Uxorem habuit Willam, obiitque Bambergæ anno *966.* Aliud conceſſit eidem cœnobio privilegium Ottho imperator, quod ex autographo in noſtro archivo aſſervato hic exſcribimus.

*In nomine Sancta, & individua Trinitatis Ottho divina ordinante clementia imperator Auguſtus. Si enim erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei, eiſque in eiſdem locis famulantibus beneficio oportuno largimus, premium nobis apud Deum eterna remuneracionis rependi non diffidimus, proinde omnium fidelium ſancta dei eccleſia, ac noſtrorum praſentium vel futurorum noverit ſagacitas, quia Morinus venerabilis Abbas ex monaſterio S. Archangeli Michaelis, quod vocatur Barregium ſitum ſupra fluvium Sangrum venit in noſtram praſentiam, una cum ſua congregatione Monachorum, atque ſecum deferent pracepta noſtrorum predeceſſorum imperatorum auguſtorum ſcilicet Karoli, ac Hludovici poſcens noſtram celſitudine, ut pro Dei amore, & reverentia ejuſdem Sancti loci ſimili modo facere dignaremur, quibus peticionibus, ob honorem Dei, & reverentiam ejuſdem Sancti loci, nec non & anima noſtra augmentum, ſtabilitatemque regni noſtri adquiſivimus, atque hoc noſtra auctoritatis imo confirmationis praceptum circa ipſum venerabilem locum fieri libuit, per quod jubemus, atque concedimus, ut ſicut predeceſſores noſtri in ipſo cœnobio confirmaverunt, ita noſtra auctoritate maneat roboratum, videlicet, omnes res, & mancipia, aldiones, & aldianas, cartulatos, & offertos, ſervos, & ancillas terris, vineis, ſilvis, aquis, aquarum-*

Et aliud Ottho Magnus.

G 2 rum-

*rumque decurſibus, molendinis, atque piſcariis poſitas infra ambobus ducatus noſtris, Spelitino, atque Firmano, ſeu infra omnes fines regni noſtri quicquid legitur, vel ſcitur in Comino, & in Marſi, ideſt cellam S. Felicis, cellam in Fundo magno, quæ vocatur S. Maria cum omnibus ſuis ſubjacentiis, eccleſiis, vel rebus, ſeu ipſam cellam, quæ vocatur Eutitium in Areſtino, cum ſuis adjacentiis, nec non etiam ipſam cellam, quæ eſt poſita ſupra ipſam civitatem de Marſi, quæ vocatur S. Pauli ſuis cum pertinentiis, nec non & cella in Oreſtino, quæ vocatur S. Maria, & S. Gregorii in Paterno, & S. Mariæ in Monterone, & S. Salvatoris in Avezano, & S. Antimi ad Formas, & S. Angeli ad Albam, & S. Coſmæ in Alireſto, & S. Angeli in Carciolo, & S. Sebaſtianum, & S. Angeli utraſque cellas cum omnibus ſuis, ſimili modo etiam quæ in Balbenſe poſita ſunt territorio, id ſunt S. Petri in Barbarano, & S. Salvatoris ſupra ipſum flumen, & S. Angeli ad aquam vivam, & alia cella S. Angeli quæ vocatur Floretum, & ipſam cellam, quæ eſt inter aquis poſita, vel reliqua omnia, quæ per totam Balbam habere videtur ad eaſdem cellas pertinentibus. Firmamus etiam & cellam S. Felicitatis, quæ eſt in Furcona, itaque ſimiliter confirmamus omnia, quæ in Penne iſdem cœnobium S. Archangeli Michaelis viſus eſt habere, ideſt S. Maria in Cerquetu, nec non & Petitianum, ſeu alias res, quæ per diverſa loca poſita ſunt. Roboramus etiam, atque firmamus ea, quæ in Apruſio iſdem cœnobium habere viſus eſt, hoc eſt monaſterium S. Angeli quod vocatur Marano cum omnibus cellis ſibi ſubjacentibus vel rebus ubicumque inventa fuerunt. Similiter etiam, & cellas, & terras infra Aſculo poſitas videlicet S. Salvatoris cellam, quæ vocatur Capud aquis, cum ſuis pertinentiis, & cella S. Angeli, quæ vocatur de Stabulo, nec non & S. Angeli qui dicitur de Feltriano, & S. Petri poſitam in Pectenariu, S. Georrii in Collina, Curtem etiam vocitata de Caſa perende, ſimul etenim ipſam vicendam, quæ eſt poſita de curte Adelberge de Silva, & aliam vicendam ad caſam Luponi de Pettegnanu, & omnia quicquid infra fines regni noſtri habere videtur, ſive in montibus, ſeu planis, vel adjacentia per diverſa loca, ut quemadmodum ad eundem venerabile cœnobium beati Michaelis archangeli pertinuerunt, & poſſeſſa fuerunt, per hanc noſtra confirmationis auctoritatem noſtris, futuriſque temporibus Abbates ipſius loci firmiter, atque inviolabiliter teneant, & poſſideant diſponantque, prout facultas, vel utilitas ipſius venerabilis loci dictaverit, ita ut nullus judex publicus, neque quislibet ex judiciaria poteſtate in cellas, aut villas, vel agros, ſeu loca, ſive reliquas poſſeſſiones, quas moderno tempore in quibuslibet pagis, ac territoriis infra dicione regni noſtri juſte, & legaliter poſſideat, vel quicquid deinceps in jure ipſius divina pietas voluerit augere, ad cauſas audiendas, vel freda, vel tributa exigenda, vel manſiones, aut paratas faciendas, ſeu fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius monaſterii tam liberos quam ſervos, ſeu carthulatos, vel offertos, & qui ſuper terram ipſius monaſterii reſident nullatenus diſtringendos, nec ullas redibitiones, aut illicitas occaſiones requirendas noſtris futuriſque temporibus ingredi audeat, nec ea quæ ſuperius memorata, penitus exigere præſumat, ſed liceat preſentem Morinum Abbate.., ejuſque ſucceſſores una cum congregatione ibidem Deo famulantibus ſub noſtra immunitatis defenſione quieto ordine vivere, aut reſidere ac Deum pro noſtra anima ſupplicare, & quicquid fiſcus ex jure jamfati monaſterii pars publica ſperare poterat pro mercede animæ noſtræ in luminaribus ipſius monaſterii per futura tempora noſtra auctoritate maneat conceſſimus, nec non etiam a nobis addi, atque confirmari placuit, ut ex omnibus rebus, vel mancipiis ex ipſo monaſterio pertinentibus carthulatis, vel offertis, liberos, atque ſervos, ubi pars ipſius monaſterii elegerit, atque amaverit cum miniſtris, vel Exactoribus publicis, per tres, aut duos circamanentes, atque conſiſtentes veraces homines, quos ipſius monaſterii Monachi adclamaverint inquiſitio fiat, qualiter, & rei veritas facilius inveſtigetur, & Monachi ipſius monaſterii citius ſuam valeant juſtitiam conſequi, ſi vero de ſervis, aut ancillis, vel de quibuslibet rebus orta contentio fuerit, liceat Monachos ejuſdem monaſterii ipſos retinere, quouſque in noſtram, ſeu deceſſorum noſtrorum præſentiam veniant, & ibidem coram nobis poſiti deliberentur. Quicumque autem adverſus hanc noſtram imperialem inſtitutionem ire temptaverit, aut ea, quæ ſupra commemorata, vel comprahenſa ſunt minime obſervare, quin fortaſſe violare, aut rumpere temptaverit, ſciat ſe penam perſoliturum Abbatibus ipſius monaſterii emmunitatem noſtram quam in omnibus conſtituimus eccleſiis, & monaſteriis, ſcilicet centum libras auri optimi. Præcipimus etiam, ut ubicumque repertum fuerit ex rebus, vel cellis ejuſdem monaſterii inlicitas, atque damnoſas, ſeu inutiles conſcriptiones, vel commutationes evacuentur, & in juſſu vel poteſtate ipſius monaſterii reſtituantur. Ut autem hæc noſtra imperialis præceptio per futura tempora firmiorem obtineat vigorem, manu noſtra ſubter firmavimus, & anulo noſtro ſigillari juſſimus.*



*Signum Domini Otthonis magni, & invictiſſimi Imperatoris Auguſti.*

*Liutgerius Cancellarius ad vicem Widonis epiſcopi, & Archicancellarii recognovi, & ſubſcripſi. Data II. Id. Febr. Anno dominicæ incarnationis DCCCCLXIV. indictione ſeptima anno imperii Magni Ottonis imperatoris auguſti III. Actum in villa Rajano in Comitatu Balbenſe feliciter. Amen.* Adeſt ſigillum cereum.

In hoc privilegio poſt enumerata ampliſſima hujuſce cœnobii bona, poſtque confirmationem eorumdem, piiſſimus imperator judicibus ſuis omni-

omnibus vetat, ne aliquod unquam vectigal a rebus, ſervis, & hominibus illius cœnobii exigant, omniaque jura, quæ ad fiſcum regium pertinerent condonat, ſubque ſua protectione cœnobium recipit. Quo conſtat nullum ſibi jus in ejuſdem cœnobii bona reſervare, ut de ampliſſimis illis donandi formulis juriſconſulti quique definiunt.

*Pagi* nomen, quod in hoc privilegio recenſetur non aliud Tranſalpinis Gallis ſignificabat, *Regio*, *Provincia*, ut plurium ſcriptorum authoritate probat Peregrinius in Diſſertatione de Ducatu Beneventano in antiquas provincias attributa pag. 76. V. doctiſſimus Hadrianus Valeſius in præfat. ad notitiam Galliarum. Ducangius verb. *Pagus*, & Meibomius junior in commentario de utriuſque Saxoniæ, & vicinarum regionum quarumdam pagis, ubi initio ait: *Cave autem hic Pagum intelligas vicum, ſeu villam muris, ac portis carentem, quæ hodie eſt pagi ſignificatio, ſed tractum, ſive diſtrictum unius ditionis, vel regionem, provinciam, & populi alicujus partem imperator Henricus II. in litteris anno* 1013. *Werla datis &c. in pagis quibuſcumque, vel territoriis &c.*

Privilegia ab Otthone magno conceſſa ſunt S. Adelheide uxoris ſuæ precibus.

Allata duo Otthonis Magni privilegia anno 964. & 967. cœnobio Caſſinenſi conceſſa ſunt rogatu S. Adelheidis imperatricis, cujus vitam, & miracula ſcripſit S. Odilo Abbas Cluniacenſis oculatus teſtis. Plurimum ſancta hæc imperatrix Benedictum Ordinem fovit quibuſdam fundatis, dotatiſque cœnobiis, in quorum uno ſepeliri voluit anno 999. die 16. Decembris, V. Mabillon. To. IV. Annal. pag. 132., & itineris Ital. pag. 222., Baronius, & Pagi anno 1000.

Ottho etiam II. Privilegium conceſſit.

Ottho etiam II. patrem imitatus hoc privilegium Caſſinatibus conceſſit, quod authenticum in noſtro tabulario aſſervatur.

*In nomine ſancta, & individua Trinitatis Otto Divina providente providentia imperator Auguſtus. Oportet imperiali magnitudine prælatis Deo famulancium preces obaudire, & quod petierint amore Sanctorum, quorum veneracione loca dicata ſunt, ubi greges Dei divina militacionem exequi procurant libenter obtemperare, ſuaque munera erga eadem loca ob percipiendam divinam retribucionem, conferre. Quanto ſtudioſius hoc quis procurare contendit, tanto ejus miſericordia fultus, & preſencia facilius tranſilibit, & eternam beatitudinem felicius capeſſere promerebitur. Igitur cunctorum fidelium Sancta Dei eccleſia, noſtrorumque preſentium, videlicet, ac futurorum cognoſcat ſolertia, quia vir venerabilis Abbas Aligernus rector cænobii S. Benedicti, quod eſt ſitum in caſtro Caſino, ubi ipſe ſui corporis ſepultura locum veneratione dicavit, cum cuncta congregatione, quam in eodem loco ſub regula almifici confeſſoris omnipotenti Deo Benedicti veraciter deſervire cognovimus per quoſdam fratres miſerunt ad nos legationem, pecientes celſitudinem noſtram, ut ob honorem Dei, & reverentiam ejuſdem S. loci, animaque noſtra augmentum, nec non ſtabilitatem noſtri regni ſecundum noſtrorum predeceſſorum præcepta, imperatorum auguſtorum, ſcilicet Caroli, Lotharii, nec non genitoris mei glorioſiſſimi Ottonis, per hoc noſtra auctoritatis imo confirmationis præceptum circa ipſum venerabilem locum, ea, que ſubter ſcripta decernunt confirmare, & corroborare dignaremur, videlicet omnes res, & poſſeſſiones, & mancipias, & aldianas, cartulatos, vel offertos, ſervos, & ancillas, cum terris, & vineis; ſilvis, montibus, planis, planiciebus, aquis, aquarumque decurſibus, atque piſcariis poſita infra fines Landulfi principatus, Capuano, & Veneventano cum univerſis pertinenciis, quæ eſſe videntur infra as fines, quæ inferius declaramus, & quæ ab antiquis temporibus poſſeſſus eſt; id eſt incipiente a prima fine ab ipſo Carnello, & quomodo ſalit per ipſa Vantra uſque in rivo ſicco, & aſcendente uſque ad eccleſiam S. Martini, & quomodo pergit per ipſe criſte S. Petri, de ſecunda parte fine Serre de monte, qui dicitur Ciſino, & quomodo pergit per Serra de monte, qui dicitur Aquilone, & vadit ad lacum, qui dicitur de Pupplo, & quomodo pergit ad lacum Vitecuſii, & vadit directum ad Aqua fundata, & quomodo aſcendit per ipſum montem qui eſt ſuper caſale, & pervenit ad vadum fluvii, qui dicitur rapidu, & pergit per ipſa via, quæ tendit ad ipſa via antica, quæ eſt in capite Mellarini, & quomodo pergit per ipſas criſtas Montium, & pervenit ad Terra alba; inde venit a Furca S. Valentini, & quomodo aſcendit per criſtas montium, qui ſunt inter Atine, & Vallelucis, & recto tramite pervenit at Petra ſcripta, & aſcendit a Serra montis, qui dicitur Ordicoſa, & pergit ſuper ipſe Peſclora, qui dicitur Falconari, & pervenit ad ipſe fines, quæ ſunt inter montes, ex quibus unus vocatur Spinacius, & alter Porcacius, & inde aſcendit ad criſtas montis qui vocatur Caira, & pervenit ad ipſe Petre ſuper Aqua Vibola, & aſcendit ad Collem, qui vocatur Gimbirati, de tertia parte quomodo deſcendit in Quirquitulu, & deſcendit in foſſatu juxta S. Damaſu, & vadit directum in Silice ad locum qui dicitur Arcu de Gizzoli, & qualiter pergit ad lacum qui dicitur Radeprandi, & qualiter vadit in Farnetu, & inde qualiter vadit per campum qui dicitur Marozze, & qualiter deſcendit in fluvio, qui dicitur Carnellu, & ſicut vadit in aqua, qui dicitur Coſa, & ſalit per ipſum montem, qui dicitur S. Donati, de quarta parte fine media Serra de eodem monte S. Donati, & quomodo deſcendit ſuper ipſi Monticelli de Marri, & vadit ad ipſi Peſcli, qui ſunt ad pede de ipſum monte de Balbola, & quomodo vadit inde ſuper duos Leones, & inde ſalit per ipſe Serre ſuper caſalem, & inde deſcendit ſuper ipſum montem ſuper ipſa villa de Gareliano, & inde vadit ad ipſum Peſclum, qui nominatur Cripta imperatoris uſque in flumen, qui dicitur Gareliano, & aſcendente per eodem fluvio uſque ad priores fines, nec non in ambobus Ducatibus noſtris, Spoletino, atque Firmano, ſeu infra omnes fines noſtri Regni Italici, & quicquit viſum eſt pertinere, at prædictum monaſterium S. Benedicti, vel ad monaſterium S. Angeli Michaelis, quod ſitum eſt in loco, qui vocatur Barregium ſupra fluvium Sangri, quod venerabilis memoria pater meus pro anima ſua remedio per ſua auctoritatis ſtabile præceptum ſupradicto monaſterio S. Benedicti, quod vocatur de monte Caſino perhenniter habiturum firmiter delegavit. Quorum petitionem juſtam, ac Deo placitam eſſe decernentes, libenter audivimus, ideoque, prout juſte, & legaliter poſſumus, permiſſimus, confirmamus, atque corroborabimus, & ea quæ ſupraſcripta ſunt, & ea*

*etiam, quæ infra legenda ſunt, & decernuntur, videlicet omnes res jam dicti monaſterii S. Michaeli in Marſicano Comitatu, cella S. Mariæ in Fundo Magno, & S. Eutitii in Ariſtina, S. Pauli ſupra Marſicanam civitatem, S. Mariæ vero in Oretino, S. Gregorii in Paterno, S. Salvatoris in Avezano, S. Antimi in Vico, S. Angeli in Alba, S. Angeli in Carciolo, nec non S. Sebaſtiani, & S. Angeli in Traſaquis. In Valvenſi vero Comitatu cella S. Petri in Barbarano, S. Salvatoris ſupra flumen, S. Angeli at Aqua viba, & S. Angeli etiam ad Floretum, & cellam, quæ eſt poſita inter Aquis. In Forcone quoque cellam S. Felicitatis. In Pennenſe autem Comitatu cellas S. Mariæ in Querceto, & S. Georgii in Collina, S. Felicis ſub veſtigio ſeu alia res in Peticiano, & quæ per diverſa loca poſita ſunt. In Aprutio etiam cella S. Angeli, quæ vocatur Marano cum omnibus cellis, earumque rebus ſibi ſubjacentibus. In Aſculo autem cella domini Salvatoris in caput Aquis S. Angeli de ſtabulo, S. Angeli de Feltriano, S. Petri in Petegnano, & res de Caſa Perhenne; eas etiam de Curte Adelberge de Silva, nec non de Caſa Luponis de Pectegnano, inſuper in Comitatu Spoletino poſitas per diverſa loca cum omnibus pertinenciis vel ſubjacenciis, & cum omnibus quæ in quibuſcumque noſtri Regni finibus poſiti ſunt, ut quemadmodum ad eundem venerabile monaſterium beati Archangeli Michaeli pervenerunt, & poſſeſſe fuerunt, per hanc noſtra confirmacionis auctoritate, noſtris futuriſque temporibus Abbates ipſius loci S. Benedicti firmiter, atque inviolabiliter teneant, & poſſideat, diſponatque, prout facultas, vel utilitas ipſius venerabilis loci exigerit, ita ut nullus judex publicus, nec quislibet ex judiciaria poteſtate in cellas, & villas, aut agros, ſeu loca, ſive reliquas poſſeſſiones ſupraſcripti cœnobii S. Benedicti, quas moderno tempore in quibuſcumque pagis, & territoriis infra noſtri regni ditionem juſte & legaliter poſſidet, vel quicquid etiam deinceps divina pietas ipſo loco voluerit augere at cauſas audiendas, vel fredi, aut tributa exigenda, vel manſiones, aut paratas faciendas, vel fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius monaſterii tam liberos, quam ſervos, ſeu cartulatos, vel offertos, & qui ſuper terram ipſius monaſterii reſident, nullatenus diſtringendos, nec ullas redivitiones, aut inlicitas occaſiones, requirendas noſtris, futuriſque temporibus ingredi audeat, nec ea quæ ſuperius memorata ſunt penitus exigere præſumat, ſed liceat preſentem Aliernum venerabilem Abbatem, ejuſque ſucceſſores, una cum Congregatione ibidem Deo famulante ſub noſtra munitatis defenſione quieto ordine vivere, ac reſidere, & Deum pro noſtra anima ſupplicare, & quicquid fiſcus ex jure jamphati monaſterii pars publicas ſperare poterat, pro anima noſtra mercede luminaribus ipſius venerabilis monaſterii noſtra maneat auctoritate conceſſum, nec non etiam a nobis addi, atque confirmari placuit, ut ex omnibus rebus, vel mancipiis ex ipſo monaſterio pertinentibus cartulatis, vel offertis, liberos, atque ſervos ubi pars ipſius monaſterii degerit, atque acclamaverit, cum miniſtris vel exactoribus publicis per tres, aut duos circamanentes atque conſiſtentes veraces homines quos ipſius monaſterii Monachi adclamaverint, inquiſicio fiat, qualiter & rei veritas facilius inveſtigetur, & Monachi ipſius monaſterii citius ſuam valeant Juſtitiam conſequi, ita ut poſt factam inquiſitionem, rem, quæ claruit per prædictos veraces homines jam dicto pertinere monaſterio, liceat Monachis quiete poſſidere, & ut nulli liceat Monachis ſæpedicti monaſterii in placito quorumcumque taliter reſpondere, ut ad ſacramentum compellantur; ſi vero de ſervis, aut ancillis vel de quibuslibet rebus orta contentio fuerit, liceat Monachis ejuſdem monaſterii ipſos retinere, quouſque in noſtra, ſeu deundeceſſorum noſtrorum præſenciam veniant, & ibidem coram nobis poſiti deliberentur. Quicumque autem adverſus hanc noſtram imperialem inſtitutionem ire temptaverint, aut ea quæ ſupra memorata, vel comprahenſa ſunt minime obſervare, quin fortaſſe violare, aut irrumpere temptaverit ſciat ſe pœnam perſolviturum Abbatibus ipſius monaſterii, & munitate noſtra, quam in omnibus conſtituimus eccleſiis, ſcilicet centum libras auri optimi. Præcipimus etiam, ubicumque reppertus fuerit ex rebus ipſius monaſterii, vel cellis illicitas, atque damnoſas ſeu inutiles conſcriptiones vel commutationes evacuentur, & ad jus, vel poteſtatem ipſius monaſterii reſtituatur. Ut autem hæc noſtra Imperialis præceptio per futura tempora firmiorem obtineat vigorem manu noſtra ſubter firmavimus, & annulo noſtro ſigillari juſſimus.*

*Signum domni*  *ſecundi Ottonis ſereniſſimi Imperatoris Auguſti.*

*Johannes Cancellarius ad vicem Petri Papienſis epiſcopi archicancellarii recognovi, & ſubſcripſi. Data octavo idus Auguſti anno Dominicæ incarnationis nongenteſimo octogeſimo primo, imperii vero domni ſecundi Ottonis Imperatoris Auguſti quartodecimo, indictione nona. Actum Cerice feliciter. Amen.* Adeſt ſigillum cereum.

Hoc privilegium Thomæ Salernitano Præſidenti regiæ cameræ Summariæ exhibitum fuit, factumque ejus juſſu apographum in proceſſu Portulaniæ pag. 309. reperitur; Ibi vero poſt laudatos egregios Caſſinatium mores, exemplo imperatorum potiſſimum Caroli, Lotharii, & Otthonis Magni eas omnes cœnobii Caſſinenſis juriſdictiones, aliaque bona confirmat, quæ *ab antiquis temporibus* poſſeſſa a Caſſinatibus in tota Italia fuerant, fineſque Abbatiæ Caſsinenſis adamuſſim deſcribit a Giſulfo olim ſtatutos, ab aliiſque imperatoribus probatos, jubet ne ullus magiſtratus, judexque, vectigal aliquod, aut militare ſervitium exigeret, vel juriſdictionem ullam audiendo cauſa &c. exerceret, in quibuslibet cœnobio Caſsinenſi ubicumque ſubditis, rebus, & perſonis. Pluresve alias immunitates concedit, quas inter, ut ſi quæ orta lis inter cœnobium, aliumque ſibi equalem fuerit coram imperatore decideretur, quare nullum alium ſibi ſuperiorem recognoſcebat cœnobium Caſsinenſe, præter imperatorem, cui non ſubjectionis, ſed protectionis jure obſtrictum erat. Cœterum eſto Imperator ſupremum ſe Dominum haberi a Caſsinatibus hoc diplomate voluerit, quod principes ejus anteceſſores haud contendere, nil moror. Neque enim id ſupremæ cœnobii Caſsinenſis in ſuos ſub-

ditos

ditos juriſdictioni repugnat, cum hactenus quoque plures Dynaſtæ imperatori ſubditi ſint, qui ſupremam in ſubditos ſuos juriſdictionem exercent, quod in univerſis fere Germaniæ, atque quibuſdam Italiæ principibus evenit. Advertendum vero quod Baronius ait in Appendice ad To. X. pag. 974. Edicionis typographiæ Vaticanæ anni 1602. dum inquit: *Hucuſque diploma in quo, ſicut in aliis omnibus ab eo datis publicis monumentis apparet, annos imperii ab eo incipi numerari, non a tempore, quo parenti ſucceſſit imperatori, ſed ab eo potius anno, quo eſt coronatus a Romano Pontifice, antea vero non Imperatorem, ſed regem dumtaxat nominare voluiſſe, quod erratum ſcias in hac editione, dum incaute ab eo tempore, quo parenti ſucceſſit ejus anni imperii notati ponuntur, qui ſunt regni tantummodo numerandi: Corrigat errorem typographus in ſequenti editione*. V. Pagi anno 973. Quid ſibi in hoc aliiſque privilegiis Freda ſignificet, explicat eruditiſsime Du Cangius in Gloſſario hiſce verbis. *Mulcta, Compoſitio, quæ Fiſco exſoluta, reus pacem a principe conſequitur &c.* Fredum fiſco perſolutum docent lex Alemann. tit. 3. §. 3. tit. 4. lex Bajuwar. tit. 6. §. 3. tit. 10. §. 4. lex Friſion. tit. 16. Capitularia Caroli M. lib. 3. ca. 30. lib. 5. c. 185. Additio 4. Ludov. c. 83. &c. Interdum tamen freda fiſco non exolvebantur, ſed judicibus ipſis, ut eſt in lege Salica tit. 52. §. 4. tit. 55. §. 2. in Decreto Chlotarii §. 12. &c. Freda de quibuslibet cauſis in Eccleſiarum poſſeſsionibus exigere vetantur Judices in Privilegiis, & immunitatibus a Principibus iis indultis, ita ut quod ex his fiſcus ſperare potuerit, in Eccleſiarum uſus, in luminaria locorum Sanctorum, vel in ſtipendia Sanctorum Dei convertatur. Quæ verba paſsim habentur in veteribus Chartis apud Marchulfum lib. primo for. 2. 3. & Beslium in Comitib. Pictav. p. 155. 165. Sanjulian. in hiſt. Burgund. pag. 242. 274. Doubletum, & alios, Boldricum in Chron. Camerac. lib. 1. c. 37. 62. 72. 76. 106. &c.

Fredum pro quavis exactione videtur interdum uſurpari in aliquot chartis, apud Ducheſnium in hiſt. Monmorenc. p. 20. 22. Hemereum de Accadem. Pariſ. pag. 33. Beslium in Epiſc. Pictav. p. 33. &c. Neque etiam fuit Fredum ſolida compoſitio a reo exſoluta, ſed tantum pars tertia, quæ fiſco aut Judici exſolvebatur &c. Capitul. Carol. M. lib. 4. cap. 14. Triplo componatur, duæ partes eidem Presbytero, tertia pro fredo ad Eccleſiam &c. Adde capitulare 3. ann. 813. cart. 2. 3. 4. Decretionem Chlotarii II. Regis cap. 9. &c. Idem vocabulum memoratur in privilegiis a Mabillonio allatis de re Diplomatica, & in Annalibus, in Spicilegio Lucæ Acherii, in tom. II. & III. Miſcellaneorum Baluzii, & in Capitularibus regum Francorum, atque formulis Malculfianis, in Formulis Liendebrogii, in Ital. Sac. Ughelli, & apud alios authores, Goldaſtus in Gloſſario Tom. III. conſtitutionum imperialium habet ſimiliter: *Fredum: Mulcta judicialis, compoſitio fiſco debita*. Et Hieronymus Bignonius in notis ad Marculfum To. II. Capitul. regum Francorum col. 375. ait: *Freda. Gregor. Turon. de Mirac. S. Martini lib. 4. cap. 26. clare interpretatur. Affirmavit rex, quoſdam ex his, qui abſoluti fuerant ad ſe veniſſe, compoſitionemque fiſco debitam, quam illi Fredum vocant a ſe indultam. Carol. M. in Capit. Hoc quoque jubemus, ut judices nominati, ſive fiſcales de quacumque cauſa freda non exigant, priuſquam facinus componatur &c. tertiam partem coram teſtibus fiſco tribuat, ut pax perpetua, ſtabiliſque permaneat. Ex quibus poſtremis verbis tentari poſſet, Fredum tertiam eſſe compoſitionis, quæ parti ſolvenda erat, nam in quibuſdam cauſis, quæ legibus expreſſa erant, præter compoſitionem, & Fiſco, Fredum ſolvebatur, quo nil frequentius in veteribus legibus, ut in leg. Salicenſ. tit. 14. & leg. Alamann. tit. 1. & 3. & paſſim in aliis; Litis enim expenſa nondum uſu recepta erant, ut infra cap. 20. dicetur. Fredum vero Joachimus Vadianus, & Amerpachius a Germanica voce Frid deducunt, quaſi dicunt violata pacis pœnam. Paci namque obſervandæ, & ne quis eam infringere audeat, multis ab annis Germani ſtudent, legibuſque obbligantur, quod quidem Germanis expendendum relinquo. Dicam tamen pacis conſervandæ leges, quas treugas ſcriptores vocant a Frederico primo Enobarbo cepiſſe, qui id in expeditione Italica ſanxit ad privata bella, & diſſidia, quæ tum nimium invaluerant, tollenda, ut Radevivus lib. 3. cap. 26. teſtatur.* In veteribus autem legibus, fredi vox aliud ſonat: illud ipſum deſcripſit Tacitus de moribus Germanorum: *levioribus delictis pro modo pœnarum equorum, pecorumque numero convicti multantur, pars mulcta regi, vel civitati pars ipſi, qui vindicatur, vel propinquis ejus exſolvitur*. Non omittendum, Fredi verbum, & Functionem adhuc Frederici imperatoris temporibus duraſſe, ut edictis ejus palam eſt.

*Manſiones* vero ſic explicat Ducang. in Gloſſar. cum pluribus adductis ſignificationibus ſubdit: *Manſiones præterea dicebantur diverſoria Legatorum miſſorum, & aliorum magiſtratuum publicorum, qui principis mandato aut in Provincias ad juſtitias faciendas, & reformandas uti loquebantur, vel in exteras regiones reipublicæ cauſa proficiſcebantur. Tenebantur enim ſubditi hoſpitio excipere ejuſmodi miſſos, & legatos, & eorum miniſtros, & viaticum eis pro uniuſcujuſque dignitate præſtare &c.* Interdum principes eccleſias, & monaſteria ab ejuſmodi hoſpitum exceptione eximebant, privilegio peculiari, quod Emunitatis nomine appellabatur, quo cavebatur vulgari formula, ne quis judex publicus, ſub quolibet prætextu, manſiones, aut paratas tollere præſumeret. *Parata* ex Goldaſtio in ſupracit. Gloſſ. eſt, *expenſa ad Hoſpitum ſuſceptiones*. Ducang. *Paratæ* expenſæ ad hoſpitum ſuſceptiones, maxime Miſſorum, ſeu legatorum publicorum Miſſatici. Summus etiam vir Chriſtianus Lupus Synodorum generalium, & provincialium tom. v. editionis Venetæ anni 1725. in notis ad concilium Toloſanum fol. 57. oſtendit eruditiſsime voces has *Parata*, & *Manſio* latiniſsimas eſſe, atque illas explicat eleganter.

*Fidejuſſores tollere dicebatur judex*, (ex Ducangio) *qui in jus vocatum, aut accuſatum de aliquo crimine, vadem dare ad dictum diem juri ſe ſtiturum cogebat*. Hinc pignerari dicuntur rei, ſeu in jus vocati, conventus Ticinenſis an. 853. c. 3. Oc-

Digitized by Google

c. 3. &c. Occurit autem paſſim hæc ſormula in privilegiis, & immunitatibus eccleſiis conceſſis, qua judices vetantur in eorum terris, ad audiendas altercationes ingredi; freda de quibuslibet cauſis exigere, aut manſiones, vel paratas tollere, ut apud Marculſum lib. 1. for. 3. 27. 28. &c. Quo verborum circuitu nihil aliud intelligitur, quam ut judex in terris, in quibus immunitas conceſſa eſt, jus non dicat, aut juſtitiam non exerceat. Et Goldaſtius loco cit. ait. *Fidejuſſores tollere, pignorare, repræſaliare, alicujus ſubditos.*

*Diſtringere eſt, cum ſeveritate punire, coercere, animadvertere; interdum eſt compellere ad aliquod faciendum per mulctam, pœnam, vel capto pignore; vel judicio, ac ſententia litem dirimere, mulcta in male litigantem irrogata*; ut ex Ducangio.

Verba item *ad Freda tollenda, homines monaſterii diſtringere &c.* Significare conceſſam confirmatamque cœnobio Caſſinenſi a laudatis imperatoribus ne dum civilem juriſdictionem fuiſſe, verum etiam criminalem, conſtat ex ſcriptura tempore Caroli I. Neapolitani regis ab advocato fiſcali facta, quam infra refellemus, adverſus privilegium ab Henrico VI. anno 1191. die 23. Maii cœnobio noſtro conceſſum. Ait enim adverſarius verbis illis, quæ in privilegio quoque Henrici extant, criminalem juriſdictionem ſignificari, quam tamen Henricus concedere haud poterat.

*Redhibitio*, ex eodem Du-Cangio, eſt *multa; item Vectigal, tributum, præſtatio.* Judex publicus idem eſt, ac *judex regius*, aut imperatorius. Et Bignonius in notis ad Marculſum col. 877. ait. *Nullus judex publicus. Sic in immunitate monaſterii Dervenſis a Childerico rege indulta, quæ in collectaneis Camuzatii extat. Ita & Hodoardus Hiſtor. Remenſ. lib. 2. cap. 9. de Dagoberti regio præcepto. Eadem quoque complectitur privilegium a Carolo Magno Gradenſi eccleſia indultum apud Sigonium de regno Ital. lib. 4. & illud quod Patavina eccleſia datum eſt lib. 5. &c. Ad quid vero judicis publici nomen? An non omnes publici judices erant. Putavi aliquandiu publicorum ad privatorum diſtinctionem dici, ut publici fuerint qui regii eſſent, regiamque juſtitiam exercerent, privati autem qui privatorum dominorum loco jus dicerent. Namque tunc, aut Caroli M. Sæculo privatas juſtitias fuiſſe, ex quibuſdam locis non obſcure colligi poteſt; ut in capitular. lib. 2. cap. 44. Dagobertus rex in immunitate Dionyſii data Pariſiis anno* 10. *regni IV. Kal. Auguſti, & ut ab omnibus optimatibus noſtris & judicibus publicis, ac privatis, melius, ac certius credatur &c. quæ & ſi non aliena viderentur, mutavi tamen ſententiam ſuccurrente altera, veraque ni fallor, interpetratur. Publicus enim judex eccleſiaſtico judici opponitur, Capitular. Caroli M. lib. 5. cap. 16. ut omnes juſtitiam faciant, tam publici, quam eccleſiaſtici, & lib. 6. cap. 107. ut epiſcopus judices publicos commoneat &c. S. Leo ad epiſcopos per univerſas provincias. Malefici, qui ita ſe demerſerant, ut nullum his auxiliantis poſſit remedium ſubvenire, ſubditi legibus ſecundum Chriſtianorum principum conſtituta, ne ſanctum gregem ſua contagione polluerent per publicos judices perpetuo ſunt exilio relegati. Anianus utitur ad legem 12. de epiſcop. & cleric. cod. Theodoſ. Specialiter prohibetur, ne quis audeat apud judices publicos epiſcopum accuſare. Unde deſuper videtur cap.* 390. *lib.* 5. *Capitul. Benedicti Levitæ, cujus ratio peti poteſt ex leg. 3. de epiſc. audiend. cod. Theodoſian. in qua Valentinianus, Theodoſius, & Arcadius impp. de epiſcopis ajunt; habent illi judices ſuos, nec quidquam his publicis commune cum legibus. Chartulati*, iidem ſunt ac ſervi per chartulam manu miſſi.

Proſequitur Leo Oſtienſis juriſdictiones cœnobii noſtri diligentiſſime recenſere, dum cap. 6. ait. *Huic Pandulfo proclamavit præfatus Abbas ſuper Bernardum Comitem de Aliphis, eo quod minabatur incendere, & deſtruere unum caſtellum hujus monaſterii de loco, ubi Curvara dicitur, & homines ejuſdem caſtelli prædari, & cedere. Quapropter idem princeps flexus clamoribus ejus, ſigillato præcepto conſtituit, ut ſive prædictus Bernardus, ſive quicumque homo ſub ſua dicione poſitus aliquam moleſtationem, vel minimam aut eidem caſtro aut habitatoribus ejus inferre præſumeret, componeret aureos bizanteos mille &c. Giſulfus quoque Salernitanus princeps &c. Una cum Gemma uxore ſua fecit chartam in hoc monaſterio de quarta parte omnium, quæ Lampertus Dux & Marchio poſſediſſe viſus eſt in comitatu Marſicano, & Balva, Furcone, Amiterno, nec non & Marchia Firmana, & Ducatu Spoletino, exceptis ſervis, quos omnes libertate donavit, quæ videlicet omnia ex parte Itta principiſſæ, Aviæ ipſius Gemmæ ſibi in hereditatem obvenerant. Sed & Borrellus Comes de Petra abbundanti fecit in hoc monaſterio chartam oblationis de monaſterio S. Euſtaſii &c. loco qui dicitur ad Arcum.* Inde fidelium quaſdam oblationes deſcribit, plures permutationes, aliaque recuperata bona. Alia recuperantur a Caſſinatibus Bona.

Donatio Giſulfi extat in regeſto Petri Diaconi num. 224. fol. 99. a t. atque ita ſe habet.

Donatio Giſulfi.

*In nomine Domini triceſimo anno principatus Domni noſtri Giſolfi glorioſi principis menſe ſept. quintadecima indictione. Clare facimus nos ſuperius dictus Giſolfus divina protegente clementia princeps, & filius bonæ recordationis domni Waimari olim principis, & mulier nomine Gemma, gratia Dei principiſſa, qui ſumus conjugatos vir, & uxor. Quoniam mihi, ex dicti Giſolfi pertinentes eſt rebus per comitato Marſicano, & per Balba, & per comitatu de Furcone, & per comitatu de Amiterno, & pro finibus, & pertinencia de Marcha de firmo, & Marca de Spoliti pertinentes mihi a partibus domnæ Itta glorioſa principiſſa avia mea, in quo ego nominata Gemma domini miſericordia principiſſa, quartam partem profiteor habere porcionem per ſcriptum Morgincaph mihi emiſſum a ſupradictus domnus Giſolfus glorioſiſſimus princeps vir meus, & dum nobis amboque viri, & uxori congruum eſt pro noſtra ſalutis anima offerirent illud in monaſterio S. Benedicti, quod ſitum eſt in monte Caſino, ubi nunc domnus Aligernus venerabilis Abbas praeeſſe videtur tam ego nominata mulier per conſenſum, & voluntatem iſtius viri mei in cujus mundiu me ſubjacere palamfacio, nos ambo vir, & uxor unanimiter, parique conſenſu pro Chriſti, & ſalvatori noſtro miſericordia, quam & pro remedium ſalutis animæ noſtræ, obtulimus Deo, & in prefato monaſterio S. Benedicti de monte Caſino inclita ipſa rebus noſtra, quantum nobis fuit, & eſt pertinens in toto comitatu Marſicano,*

Digitized by Google

ſicano, cum lacu, & terris, & piſcacione exinde pertinontes, & per toto comitatu, & pertinencia de Balba, & de Forcone, & de Amiterno, & per tota finibus, & pertinencia de ipſa Marca de Firmu; & de ipſa Marca de Spoliti, ubicumque per ipſis locis, & finibus eorum ex ipſa rebus fuerit inventus in montibus, quam & in planis intra civitatibus, & caſtellis, & foras, una cum ipſo lacu, noſtraque, porcione cum terris, & piſcacionibus, unde de hæc omnia ſupraſcripta nullam nobis, aut cuique hominibus, vel in quamvis partibus exinde reſtitit, aut dicimus remanere porcionem, ſed totum funditus cum omnia intro ſe habentibus, omnibuſque ſupraſcriptis pertinenciis, & cum vice de vie ſue, & cum vice, & pertinencia noſtra de munimina indeque pertinentes in præfato monaſterio offeruimus, tantum ſceptuavimus exinde omnes ſervos, & ancillas noſtras, ita ut modo, & omni tempore liberi, & libera permaneant cum omni ſua parata, & conquiſita, abſque omni jugo ſervitutis, nihilque aliquam condicionem, vel Aldietatem ſuper ſe habentes, nam ſicut ſupra dictum eſt, alia omnes rebus noſtra ſtabile cum Sorcione noſtra de ipſum lacum, & munimina de predictis locis, quantum ſupradictum eſt in ipſo monaſterio offeruimus, ut ſecuriter, & firmiter amodo, & ſemper pars ipſius monaſterii, ejuſque Rectores illud habendum, poſſidendum, dominandum, & omnia exinde faciendum, qualiter voluerit, abſque omni noſtra noſtrorumque hæredibus amodo, & ſemper antiſtandum, & defendendum illud in partibus præfati monaſterii da illis hominibus, & partibus, cui per nos illud, vel exinde datum, vel obbligatum, paruerit, vel qui pro noſtra parte quodcumque cauſaciones exinde prepoſuerit ad pars prædicti monaſterii, ſi autem ſicut dictum eſt, taliter illud non defenſaverimus in ipſo monaſterio, aut ſi nos noſtriſque heredibus quomodocumque per qualecumque rationem queſierimus offerſionem iſtam removere, aut contraire, & quamcumque cauſationem inde propoſuerimus ad partem ipſius monaſterii & carta iſta publice in judicio nobis lecta fuerit, & antea taliter cauſandum axerimus, componere obligavimus nos noſtriſque hæredibus ad partem ipſius monaſterii centum ſolidos Conſtantinopolitanos, & ſicut dictum eſt per invitis illud in ipſo monaſterio defenſemus, & ſemper taciti, & vacui inde maneamus. De aliis vero hominibus poteſtatem habeat pars ſupraſcripti monaſterii, ejuſque Rectores vice noſtra in omnibus inde cauſare, & finem facere, & per ſe inde eſſe tutores, & defenſores cum quale munimen, & rationem inde habere potuerint tantum ipſis familiis, indeque maſculi, & fæmina natos, naſcentes, ſicut dictum eſt liberi permaneant cum ſua conquiſita, & ut in aliis modis charta iſta non fiat traſmutata iſta tenemus ad poteſtatem noſtram, & aliam talem chartam ſcriptam dedimus ad poteſtatem ipſius monaſterii, & hanc chartam in ſupraſcripta ratione firma permaneat, quod tibi Johanni notario ſcribere præcepimus, in ſacro noſtro Salernitano palacio. Ego Grimoald, ego Madelfreda, ego Rachiſi, ego Malo.

Ubi advertendum duo hujuſce chartæ exemplaria confici, quorum unum apud principem, aliud in monaſterio Caſſinenſi ſervaretur.

Borelli, Borelli donatio a Paldolfo, & Landolfo confirmata eſt hoc diplomate.

Ex originali in Archivio. ✝ In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei Æterni Paldolfus, & Landolfus divina ordinante providentia Longobardorum gentis principes. Cum principalis exellentia dilectis ſui petitione petentis clementer favet. Igitur noverit omnium fidelium noſtrorum, preſencium ſcilicet, ac futurorum ſolercia, quia Burrellus dominus Petra habunnantis fidelis noſter una cum uxore ſua Ruta, & cum filiis ſuis ſcilicet Johanne Burrello, & Oderiſio, obſecravit noſtram excellenciam, ut pro amore omnipotentis Dei, & ſalbacione anima noſtra concederemus in monaſterio beati Benedicti confeſſoris Chriſti ſitus in monte Caſino, ubi nunc, Deo auxiliante, domno Aligerno venerabilis Abbas præeſſe videtur ad poſſeſſionem prephati monaſterii, & de ejus Abbatibus, & rectoribus, in perpetuum eccleſiam S. Euſtaſii de Arcu in Comitatu Moliſie, ſitam prope caſtrum Petra habundantis, quam obtulerunt ipſi beato Benedicto de monte Caſino, cum terris, vineis, ſilvis, montibus, planis, aquis, aquarumque decurſibus, qualiter inferius declaramus; de quibus petiit a noſtra excellencia, ut firmitatis apices in eodem S. Monaſterio fieri juberemus, cujus peticionem exaudientes hos firmitatis apices ibidem exinde fieri juſſimus. Per quos omnino ſancimus, & perpetualiter habendum noſtris, & futuris temporibus concedimus in eodem S. loco eccleſiam S. Euſtaſii ſupradictam, cum omnibus ſuis poſſeſſionibus, quomodo incipit da ipſa fonte coperclata, & aſcendit per biam baldenſem ad petre poſite juſta fontem Gualderii, & inde deſcendit per ballonem de Macclaroteca, ad rivum Falaſcoſum, & inde aſcendit in viam Iſerniæ, & rebolvente vadit per ipſam biam ad fontem de Turricella, & in rivum vivum, & per ipſum rivum deſcendit in vadum de Caſtanea, & aſcendit per rivum, unde verni temporis aqua decurrit, uſque in rivum ſiccum & inde deſcendit in fluvio Berrino, & per ipſum flumen aſcendit in rivum vivum, & per ipſum rivum vivum aſcendit in rivum Francoli, & per ipſum rivum Francoli in Junturam vallonis devenit a femonis, & aſcendit in rivum Rubeum & per ipſum rivum rubeum in via, que vadit ad dictum caſtrum Petra Abunnantis a fonte coperdato, & per ipſam viam redit ad primum finem. Ea videlicet racione quod ſupradicta eccleſia S. Euſtaſii cum ſupradictis poſſeſſionibus in prephato S. monaſterio beati Benedicti concedimus, & confirmamus abendi, ac poſſidendi, cum viis, & aquis, & cum omnibus ſuis pertinentiis inferius, & ſuperius in perpetuum, & ſi infra dictis poſſeſſionibus homines habitaverint, & fuerint ibi villas, ſeu caſalia, ipſi homines ſemper ſint ſub dicione B. Benedicti, & nullus homo aliud eis precipiat, aut aliquid tollat de bonis eorum, niſi per Abbatem dicti monaſterii, quod ſi magna, vel alta perſona contra hoc venire preſumperit noſtro palacio libras auri centum componat, & hoc præſens privilegium in ſua firmitate ſemper permaneat, ut autem hac noſtra conceſſio verius credatur, manu propria ſcripſimus, & ex anulo noſtro ſubpter fecimus ſigillari.

Signum

Digitized by Google



*Signum domni Paldolfi excellentiſſimi principis Petrus notarius ex juſſione ſupradictæ poteſtatis me ſubſcripſi. Datum duodecima martii anno triceſimo quarto principatus domni Paldolfi, & anno viceſimo ſebtimo principatus domni Landolfi glorioſis principibus indictione quinta Actum in civitate Capuana.*

Hæc potiſſimum ibi conſideranda verba. *Et ſi infra dictis poſſeſſionibus homines habitaverint, & fecerint ibi villas, ſeu caſalia, ipſi homines ſemper ſint ſub dicione beati Benedicti, & nullus homo alius eis præcipiat.* Moliſii Comitatus in hoc diplomate memoratur, quod neſcio an ullibi antea factum.

Landolfi IV. Privilegium primum.

Landolfi privilegium Aligerno conceſſum in archivo noſtro authenticum extat, atque ita ſe habet.

† *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni Landolfus divina ordinante providentia Langovarborum gentis princeps. Cum principalis excellentia petitione dilecti ſui petenti clementer favet. Igitur noverit omnium ξξξ Quapropter noverit omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet, & futurorum ſagacitas, declaro quia per præceptum ſigillatum conceſſum habuit domno Paldolpho glorioſo principi genitore noſtro, & domno Landolfo Magnifico principi Thio noſtro in monaſterio Sanctiſſimi Benedicti conſtructo in monte, qui dicitur Caſino, ubi nunc modo domnus Aligernus venerabilis Abbas preeſt, omnia, quæ ab imperatoribus ſeu a regibus, & a ſingulis principibus anteceſſoribus illorum in eodem monaſterio datas, ſeu conceſſa ſunt; ſimulque & conceſſerunt, & confirmaberant, in eodem S. Monaſterio, ut nullo atbeniente tempore per nullum modum tollere, aut quererent tollere vobes, aut carrum da parte ipſius monaſterii, per qualiſcumque ſerbicium publici faciendum, vel in oſtes eos minandum ſet ſemper pars ipſis monaſterii ſecurus exinde manerent, nec non & conceſſerant, & confirmaberant in eodem S. Monaſterio eccleſia bocabulo S. Benedicti, quæ edificata eſſe bidetur infra muro, & muricino de cibitate larino, quam edificavit Leo presbiter, & monachus cum omnibus rebus, & ſubſtanciis pertinentibus de eadem eccleſia, ſicut in eadem eccleſia ipſa omnia datum, & offertum habuit eodem Leo presbiter, & monachus, quam & confirmaberant in eadem eccleſia S. Benedicti omnem hereditatem, quam ibidem offeruerat Criſpolus monachus cum omnibus rebus, & ſubſtanciis, quæ de antea, & uſque tando tenuit, & poſſedit pars eidem monaſterii S. Benedicti in tota pertinencia, & dominacione larinu, quemadmodum ipſos in jamphato monaſterio a Domno Landolfo glorioſo principe genitore ipſorum Havius noſter per præceptum ſigillatum conceſſum, & confirmatum eſt, nec non & confirmaberamus in eodem S. Monaſterio omnes res, & ſubſtancias, qualitercumque, ſeu quomodocumque poſſedit, & poſſidet pars eidem monaſterii, in quibus modis per ſingula loca fundos & terras quantas, & quantas pars ipſius monaſterii pertinentes habuit, in Liburias, loco ubi nominatur at Trefone, ſeu & quantum ſacri ſui palatii pertinerent per totos fines de eodem loco Trefone, quemadmodum in jam dicto S. Monaſterio a prædicto glorioſo principe genitore illorum per preceptum ſigillatum conceſſum, & confirmatum eſt, quam & confirmaberat in eodem S. Monaſterio, ut a tando, & ſemper poteſtatem & licentiam haberent pars prædicti monaſterii, quando volerent, mittere ad piſcandum in lacum Patrienſe duos londres, cum duas paraturias de ipſi londres, & cum quadtuor homines, qui in eadem lacu piſcarent quando voluerint, & quandiu volere, & confirmaberant in eodem S. Monaſterio omnem cenſum, & dacionem quicquid pars illorum publici tollere, vel exigere debuerint de ipſu Gualdu, & curte, & terris eidem monaſterii, qui dicitur caſa Jenciana quemadmodum in prefato monaſterio a jam dicto genitore illorum conceſſum, & confirmatum eſt, & confirmaberat in eodem monaſterio terris prædicti monaſterii incultis, & aliquantis cultis, quæ eſſe videtur in Aquinenſe finibus, ubi edificata ſunt eccleſiis S. Ambroſii & S. Andreæ, & S. Apollinaris, & S. Stephani, & S. Georgii, quem pars prædicti monaſterii per indicate finis per ſcriptum combenientia ſecundum legem datum habuit Adenulphi, quemadmodum a jam dicto genitore ipſorum in eodem S. Monaſterio per preceptum ſigillatum conceſſum eſt, & conceſſerat, & confirmaberat in eodem S. Monaſterio terra, quæ, & quantum pertinuit vel pertinentes eſſe bidentur ſacri eorum palacii, hoc eſt a fine de S. Martinu, quomodo deſcendit ribo ſicco, & vadit erga aquam, qui dicitur Bantra, & ſicut deſcendit uſque in flubio Carnellu & uſque nominatur monte qui dicitur Caſino, & conceſſerant, & confirmaberant in eodem ſancto monaſterio omnes fæminas liberas, quantas uſque tando ſerbi præfati monaſterii ſibi copulaberint Maritos, vel quod adhuc in antea illorum tempore ſi copulaberint inſimul cum eiſdem ſerbos ſibi copulatos, & cum filiis filiabus ipſorum, quemadmodum a jam dicto glorioſo principe Jenitore eorum in præfato monaſterio per præceptum ſigillatum conceſſum eſt, nec non & conceſſerant, & confirmaberant in eodem Sancto monaſterio omnia, quæ, & quantum ſacri ſui palatii pertinuit aut pertinerent, vel pertinentes fuerint per qualiſcumque modis, terris cultis, & incultis de planis, & de montibus, de bineis, & olibetis, de pratis, paſcuis, adque paludi, de ripis, & aquis, quæ eſſe bidetur infra has fines, hoc eſt ab una parte fine rapidu, de alia parte fine Carnellu, de tertia parte fine ribo, qui dicitur de Marozza, & fine*

*& ſine Farnietu, & ſine lacu, qui nominatur de Radeprandu, & quomodo vadit uſque in Silice, de quarta autem parte ſine ipſa Silice, quæ eſt infra has fines, hoc eſt quomodo incipit da ipſa coſa, & ſalit per ipſum montem, qui dicitur S. Donati, per media Serra, & quomodo deſcendit ſuper ipſi Monticelli de Marri, & vadit uſque ad ipſi Pleſki, qui ſunt ad pede de Monte de Balba, et quomodo vadit inde per duos Leones, et inde ſalit per ipſe Serre ſuper caſale, et inde deſcendit per ipſum Montem ſuper ipſa villa de Gariglianu, et inde vadit ad ipſu Pleſcu, qui nominatur Gripta Imperatoris, uſque in flumen, qua jam dicti ſacri monaſterii pertinent ſecundum ſuis rationibus, et cætera qualiter in eodem preceptum ſigillatum, qui ſcripto eſt per Petrum notarium continere bidetur, iterum, et concederemus, et confirmaremus in jamphato monaſterio ea omnia, qua a ſupradictum genitorem noſtrum, ſeu & a predictis patruum noſtrorum, ſeu a reliquis principibus, & imperatoribus vel regibus, reliqua omnia per ſingula precepta in eodem monaſterio hau eis datum, & conceſſum eſt in praphato S. monaſterio ipſos concederemus, & confirmaremus, modo vero poſtulando mandavit noſtram clemenciam ſuperius dictus Aligerno venerabilis Abbas per Grimoaldum Comitem dilectus noſter, ut concederemus, & confirmaremus in predicto Sancto monaſterio integra ea omnia, qua ſupradicto precepto continet cum omni continencia, & pertinencia, qua ſupradicta preceptora continet, qua ipſe precepto continere bidetur, cum reliqua ea omnia continencia, & pertinencia, qua pars ipſius monaſterii per alia preceptora ſibe a predictum genitorem noſtrum, vel patruum noſtrum ſive a reliquis principibus, ſeu imperatoribus, vel regibus in eodem S. monaſterio conceſſum, & confirmatum, ſeu per qualiſcumque modum datum eſt, cujus peticionem exaudientes, hos firmitatis apices in jamphato S. monaſterio ibidem exinde fieri juſſimus, per quos omnino ſancimus, & perpetualiter havendum noſtris, & futuris temporibus concedimus, & confirmamus in praphato S. monaſterio S. Benedicti ſitus in predicto Monte Caſinu, ubi vir venerabilis Aligernus Abbas praeſſe videtur de ea omnia ſupradicta, qua & quantum ſacri noſtri Palatii per qualiſcumque modis pertinuit aut pertinet vel pertinentes fuerit, ſimul, & omnia ſupradicta, qua a jam dictis imperatoribus, ſeu a regibus, vel a ſingulis principibus, quam & a ſupradictis principibus genitorem, & patruum noſtrorum per ſingula ſupradicta preceptora, & reliqua alia in eodem S. monaſterio conceſſa ſunt, cunctum, & integrum ipſos pro amore omnipotentis Dei, & hanima noſtra ſalbacionis in prafato S. monaſterio ipſos concedimus, & confirmamus una cum omnia intus bavendum ad bavendum, & poſſidendum ipſos hamodo, & ſemper pars ſuperius dicti monaſterii, & ejuſque Abbatibus, & rectoribus, & faciendum exinde omnia, qua eorum placuerit, ita ut amodo, & nullo atveniente tempore, neque a nos neque a nullis ex noſtris comitibus, caſtaldeis, judicibus, vel ſculdahis aut a quibuſcumque perſona hominis aliquando pars predicti monaſterii, aut ejus rectoribus de omnia ſupradicta baveant qualecumque moleſtiam, aut contrarietatem, vel inquietudine per nullum modum in perpetuum, ſet perpetuis temporibus pars ſuperius dicti S. monaſterii, & ejuſque Abbatibus, & rectoribus omnia ſupradicta firmiter, & ſecuriter bavere, & poſſidere valeant, in nullo ibidem exinde in aliquo contraria ingerente. Ut autem hec noſtra conceſſio verius obſervetur, manu propria ſcripſimus, & ex anulo noſtro ſubter juſſimus ſigillari.*



*Signum Dñi Landolfi excellentiſſimi Principis. Adelchiſi ſcriba ex juſſione ſupraſcripta poteſtatis ſcripſi. Data decimo ſeptimo Kalendas Jun. anno tertio decimo, principatus dñi Landolfi glorioſi principis indictione nona. Actum in civitate Capuana &c.* Adeſt ſigillum cereum.

Hoc privilegio Landolfus confirmatis omnibus cœnobio Caſſinenſi a parente ſuo omnibuſque a principibus, vel quibuslibet Chriſti Fidelibus conceſſis, ipſe quoque omnia ad proprium fiſcum quomodolibet pertinentia elargitur. Adeout Monachi iis de rebus pro libito poſſent diſponere, neque ipſe princeps aut aliquis ei ſubditus magiſtratus, vel judex ullam moleſtiam, aut inquietitudinem irrogare deinceps poſſet. Landulphus hujuſce nominis quartus filius fuit Paldolfi, quo cum ab anno 968. imperare cœpit, ſolus vero ab anno 981. ad 982. quo inito, cum Saracenis bello occiſus eſt, ut aſſerit Camillus Peregrinius in cit. ſtemmate. Leo tamen Oſtienſis narrat Landolfum interemptum anno 983. eo prælio ab Otthone II. contra Saracenos, Græcoſque commiſſo, cujus ſententiam, atque Gerardi ejus ævi ſcriptoris in vita S. Udalrici Auguſtæ epiſcopi ſequitur Baronius, Mabillonius ſæculo V. pag. 460. & Michael Monachus in ſanctuario Capuano pag. 618. Quæ Leonis Oſtienſis narratio ex laudando mox privilegio veriſſima eſſe comperitur, quod anno quartodecimo ejus principatus menſe Novembri conceſſum eſt. Quare non potuit Landolfus eo in prælio deſiderari, quod menſe Julio anni 982. eſt commiſſum ex ſcriptorum aſſertione, quos Peregrinius, & Pagius anno 983. nu. 1. & ſequentibus afferunt. Illud vero nobis mirum videtur, cur Pagius Gerardi authoritatem, qui anno commiſſi prælii in vivis erat, laudans dicat; non ſatis Baronium cum verba Gerardi anno 983. prælium collocantis recenſet attendiſſe errori ipſius Gerardi, aut amanuenſis, ſubdatque: *Mabillonio etiam fucum fecit locus iſte, notanti, ex eo corrigendum eſſe Hermannum Contractum.* Cur vero, amabo virum eruditiſſimum, non potius lapſi ſint Hermannus Contractus, Lambertus Scafnaburgenſis, Sigebertus, & Chronographus Hildesheimeinſis qui prælium illud anno 982. collocant, quam Gerardus coævus author, & Leo Marſicanus? Landulfi certe privilegium authenticum in noſtro archivo aſſervatum, quo Anglenæ aquam cœnobio noſtro con-

concedit, laudatos a Pagio ſcriptores errores revincit. Illud ſe habet.

Alterum.

✠ *Nos Landolſus divina ordinante providentia Langobardorum gentis princeps per rogum Gariperti Caſtaldei dilecti noſtri concedimus in monaſterio S. Benedicti majori, ubi nunc, Deo ſabente, domnus Aligernus Abbas, & ſpiritualis pater noſter praeſſe bidetur, aqua, qua dicitur Anclena, incipiento da ipſu poritu qua vocatur la Pilluſu, & qualiter vadit, & ungit ſe in alia aqua, qua dicitur Aucla, nec non & alii aqua, qua nominatur foſſatu de Ortellu, qualiter exiit de ipſi canali, & badit, & jungit ſe cum pradicta aqua de eadem Anclena ſimul & alia aqua, qua dicitur Bareca, qua eſt inter pradictam aqua de eadem Anclena, & jam dicto foſſatu, & jungit ſe hac aqua cum jam dicta aqua, qua exiit de predicto foſſatu. Hac autem jam phata aquis cum ripis ſuis ex utraque parte poſita, & cum albeis, & biis ſuis ibidem intrandi, & exiendi, ibique in predicto monaſterio conceſſimus habendi, ac poſſidendi, atque piſcandi, vel ancellandi, & faciendi ibi omnia, qua pars jamphati monaſterii, & ejus rectoribus placuerit, & juſſerit, abſque contrarietate cujuſcumque perſona hominis, ut perpetuis temporibus predicto S. monaſterio habeant, & poſſideant, neminem ſuis Abbatibus, & rectoribus in aliquo contraria ingerente. Quod ſi quiſpiam hanc noſtram conceſſionem in quomodocumque violare preſumpſerit, ſciat, ſe in praſato S. monaſterio, et ejus Abbatibus, atque rectoribus compoſiturus auri optimi libras quinque, et hac conceſſio de quibus continet firma, et ſtabilis maneat ſemper. Scripſi Ego Petrus notarius ex juſſione ſupradicta poteſtatis in anno quartodecimo principatus ejus, menſe novembrio, indictione undecima. Actum in civitate Capuana.*

Aliæ Principū Donationes.

Æque pii atque munifici erga Caſſinates fuere alii principes viri, de quibus hæc habet Leo Oſtienſis cap. 13. *Per idem tempus ſupradictus Ottho tertius interventu matris auguſta Theophanii praceptum huic monaſterio fecit confirmans de more omnes pertinentias ejus. Giſulfus praterea Teanenſis Comes fecit oblationem in hoc monaſterio de loco, & caſtello, quod dicitur caſale Caſpuli, cum finibus, & pertinentiis ejus. Berteramus etiam nobilis vir de comitatu Pennenſi obtulit res ſuas S. Benedicto in loco, qui dicitur Fontorecta, cum eccleſia S. Flaviani, et medietate caſtelli de loco Carello, et caſtello de Monte Petitto, et cum aliis curtibus ſuis; etc.* Plures alias donationes cœnobio noſtro, atque conceſſiones emphiteuticas a Manſone Abbate factas, qui ab anno 986. ad 996. cœnobio Caſſinenſi præfuit, deinde recenſet Leo Marſicanus.

Donatio Caſtri Caſpuli.

Giſulfi donatio caſtri Caſpuli in regeſto Petri Diaconi num. 236. fol. 106. exarata hæc eſt.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni quarto anno principatus domni Landolfi glorioſi principis, menſe Auguſti nona indictione. Ideoque ego Giſolfus gratia Dei Comes Teanenſa civitatis filius bona memoria domni Paldolfi principi divina inſpiracione compulſo pro mercede, et redempcione anima mea, aut apud omnipotentem Dominum requiem, & miſericordiam invenire valeam per hanc chartam offerui in monaſterio S. Benedicti, de Monte caſtro Caſino ubi Deo auxiliante domnus Manſo venerabilis Abbas regimen tenere videtur, hoc eſt una petia de terra mea quam habeo in finibus ejuſdem noſtra Teanenſis, loco caſale Caſpuli, ubi in aliquantulum caſtello eſſe videtur, quia nominatur jam dicto caſale Caſpuli, quem mihi eſt pertinentes a partis publica per jam dictum modo comitatum Teanenſis, Qua habet has fines de prima parte fine Serra de monte qua nominatur Camino, ſecunda parte Terra noſtra da ipſu Pleſcu Corvaru, & quomodo vadit ipſa Rabe uſque in in ipſa aqua, qua nominatur Peccia. Tertia parte pradicta Peccia quomodo vadit in ipſa Rabe da ipſa Fracte. Quarta parte Rabe, & quomodo aſcendit uſque in ſuprascripta Serra de jam dicto monte Camino. Hac autem jam dicta petia de terra, qualiter ſuperius de fine in fine indicata eſt cum omnia inferiora, ac ſuperiora ſua, una cum arboribus, et cum via ſua intrandi, et extendi, et cum omnia ibidem introhabentibus, una cum jam dicto caſtro, quod edificato ibidem eſſe videtur, totum, et integrum ipſos in jamdicto monaſterio offerui ad poſſeſſionem ejuſdem monaſterii, ejuſque Abbatibus, atque rectoribus, unde mihi nec a meis heredibus, nec uxori mea, nec alicui homini nullam inde ſervavi, vel dico remanere, ea ratione, ut amodo et ſemper pars iſtius monaſterii, et ejus Abbatibus, atque rectoribus firmiter habeant, et poſſideant integra ſupradicta petia de terra, et jam dicto caſtello, que in jamdicto monaſterio offeruimus, et faciet inde omnia, qua voluerit, et obligo me ſupra Giſolfus Comes, et meis haredibus ad pars ſupraſcripti monaſterii, et ejus Abbatibus, atque rectoribus integra jamdicta petia de terra, cum jam dicto caſtro, quem ibidem offerui, defendere, et anteſtare ſemper a parte uxori mea, et ab omnibus hominibus, ab omnique parte, et a partis publica, et quando pars ſupraſcripti monaſterii, vel ejus Abbatibus, atque rectoribus voluerint vicibus noſtri fieri ſibi inde anteſtare, et defenſare, poteſtatem, et licentiam habeant vice mea, et de meis heredibus per iſta carta offerſionis, et pro aliis veſtris, et noſtris rationibus, prout melius poteſtis, et ſcieritis. Nam ſi ego qui ſupraſcriptus Giſolfus Comes, vel meos heredes, hanc offerſionis chartam in amodo, et quomodocumque adveniente tempore, per quocumque ingenium dirumpere, vel retornare queſierimus, & non vobis illud defenſaverimus ſicut ſupradiximus, aut ſi hanc cartam offerſionis in qualemcumque parte refutare temptaverimus, & omnia ſuperius dicta ad pars ſupraſcripti monaſterii non compleverimus ducentos ſolidos aureos bizantios, pœnam me, & meos haredes ad pars ſupraſcripti monaſterii, & ad ejus Abbatibus, atque rectoribus compono, & obbligo, & hac offerſionis carta, de quibus continet firma permaneat ſemper, & taliter ego ſupra Giſolfus Comes ſicut mihi congruum fuit feci pro mercede, & redemptione anima mea, & te Grauſoni ſubdiacono, & notario ſcribere rogavi. Actu Teano. Ego Johannes judex, Ego Ciceno.*

Giſulfus hic ex ſententia Peregrinii in Stemmate Principum Capuæ, & Beneventi, Pandolfi filius fuit, atque memoratur in privilegio cœnobio noſtro conceſſo ab Aloara, & Landenulfo ejuſdem Giſulfi fratre. Caſtrum Caſpuli Mugnano, & Roccæ Evandri conterminum eſt, illudque modo poſſidet Joſeph Sparanus celebris in regio Neapolitano conſilio advocatus.

Berterami Donatio.

Berterami quoq; donatio in laudato regeſto Petri Diaconi n. 335. fol. 116. reperitur, atq; ita incipit.

*In*

Digitized by Google

*In Dei nomine ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni nongenteſimo, nonageſimo primo, & dies quartodecimo menſe Junius per Indictione quarta. Ideo conſtat me Berteramo filii quondam Albeni, hodierna die propria bona, & ex ſpontanea mea voluntate per hac car. dono, & judico atque offero pro anima mea mercede in ipſu monaſterio S. Benedicti ad proprietate ſupraſcripti S. monaſterii S. Benedicti poſſidendum, quod ſitum eſt in monte, qui vocatur caſtro Caſino territorio Beneventano, hoc eſt de rebus proprietatis mea, quæ mihi in hereditate a bb. a prædicto genitore meum & in porcione, & in diviſione mihi obenuta eſt a Conſortibus meis, & ſunt ipſis rebus, in territoriis Pinnenſe, & in loco, qui nominatur Fontetecta ideſt omnibus ipſis rebus meis de prædicta Fontetecta, cum inclita medietate de ipſa eccleſia, quæ edificata eſt in honore beati S. Flabiani, quantum ad ipſa medietate de ipſe tres porcione pertinet de ipſa prædicta eccleſia, & omnibus poſſeſſionibus meis de Bico Maureſco, & omnibus rebus meis de colle Carelli cum medietate de ipſo caſtello, quæ in ipſo prædicto colle Carelli edificatum eſt, cum caſe edificiis ſuis, & cum omne firmamentum, quantum ad ipſa ſupraſcripra medietate de ipſo jam dicto caſtello pertinet, & pertinentes eſſe videtur, & cum introito, & exito ſuo, quantum ad ipſa ſupraſcripta medietate pertinet, & omnibus ipſis rebus meis de Area de Malali, & omnibus ipſis rebus meis de prato, & omnibus rebus meis de Fenoccleto, & omnibus ipſis rebus meis de Selba, & omnibus ipſis rebus meis de Ballefredda, & omnia inclita mea porcione de ipſo caſtello de Monte pedicto, quantum mihi pertinet infra ipſo caſtello, & foras ipſo prædicto caſtello, & per eorum vocabulis, quæ ſunt terra culta, & inculta cum vineis, campis, pratis, paſcuis, ſilbis, ſalectis, cannetis, cum aquis, aquimolis, vel decurſibus aquis, & uſus aquarum, & cum locis Moleadinis, quantum mihi pertinet & per ſingule pecie exunata inſimul, quæ faciunt terra pro menſura modiorum ſeptingenti, & ſunt omnibus ipſis rebus infra fines fineranclet, & fine Bolelano, & fine Plomba cum aqua ſua, quantum ad ipſa mea pars pertinet, cum porcione mea de ipſe molina quantum mihi ad ipſa medietate de ipſe tres porcionibus pertinet, & fine ipſo Rigo, de Fadano, & prædictis omnibus ipſis rebus meis quantum mihi pertinet infra ipſe ſupraſcripto finis, una cum terris, & vineis, cum pomis, & arboribus, & cum omnia, & in omnibus, quantum ipſi ſupraſcripti rebus infra ſe & ſupra ſe habentem, quantum mihi pertinet in integrum, & quantum plus fuerit de ipſi ſupraſcripti rebus infra ipſe finis, quantum mihi pertinet, unde mihi, nec ad heredibus meis, neque ad conſortibus meis, nec ad ullum qualibet hominem, nec exinde feci reſervationem, nec aſceptuatione porcione requirendi, ſet in integrum per ac cartam qualiter ſuperius legitur Ego ſupraſcripto Berteramo ſic dono, & judico, atque pro anima mea in ipſo ſupraſcripto monaſterio ad habendum, & ad proprietate ſupraſcripti S. monaſterii S. Benedicti poſſidendum, & pro Launegild imputo mercedem meam, quæ in loca ſanctorum Launegild impedire non debet, ea videlicet racione amodo, & ſemper habeat, & teneat, atque poſſideat ipſo ſupraſcripto ſancto Monaſterio ipſa ſupraſcripta mea dacione, atque conceſſione ego ſupraſcripto Berteramo, nec qualiter de meis heredibus aliquando ad ipſum ſupraſcripto monaſterio non contradicatur, ſi quis contraire voluerit, promitto me ego ſupraſcripto Berteramo obligo, vel meis heredibus ad ipſo ſupraſcripto S. monaſterio S. Benedicti, ut ipſa ſupraſcripta mea datione atque conceſſione ad omnes homines antiſtare, & defendere debeamus ad ipſum ſupraſcripto S. monaſterio, & ſi a qualibet homines antiſtare, & defendere non potuerimus, & non voluerimus, aut exinde aliquid retollere, vel minuere præſumpſerimus, aut ſi ego ſupraſcripto Berteramo, vel meis heredibus de ipſa ſupraſcripta mea datione, atque conceſſione contra ipſum jam ſupradicto S. monaſterio, aut contra ejus Abbatem, vel Propoſitum, ſeo eorum abbocatum aut contra hac cartula aliqua cauſatione mittere queſierimus, aut præſumpſerimus ibidem in ipſe ſupraſcripte loca, vel vocabulis ſub æſtimacione de aliis propriis rebus noſtris dupla, & meliorata res ad proprietate ſupraſcripti S. monaſterii S. Benedicti reſtituam vobis, atque obbligavi qualis in illa die apparuerit, quando exinde cauſatio fuerit. Quem vero hac cartula donacionis, atque conceſſionis rogatus a ſupraſcripto Berteramo. Scripſi ego Petrus notarius, & judice dies iſtius, menſe, & indictione ſupraſcripta. Actum in Penne feliciter. Ego Berteramo in hac cartula a me facta ſubſcripſi. Ego Arduini rogatus a ſupraſcripto me ſubſcripſi. Ego Madelberto rogatus a ſupraſcripto me ſubſcripſi. Ego Beraldo rogatus a ſupraſcripto me ſubſcripſi.*

Fontecchia eſt oppidum in Aprutio Ultra.

Principum Capuæ erga Caſſinates beneficia.

Hæc deinde narrat Leo cap. 14. *Hic itaque &c. a Landenulſo etiam principe, qui ut jam diximus a Capuanis apud eccleſiam S. Marcelli crudeliter interremptus eſt, præceptum confirmationis totius Abbatiæ accepit, ſecundum tenorem ſcilicet præcepti patris ipſius. Laydulfus quoque ejuſdem Landenulfi frater, qui illi in principatu ſucceſſit, quindecim illi familias in Aquinenſi civitate de majoribus, quæ ibi erant conceſſit. Cui etiam nono Abbatiæ ipſius anno præceptum de Caſtro Cœli cum toto Monte, qui dicitur S. Angeli in Aſprano per ſuas pertinentias faciens, juravit illi omnem ſecuritatem, & ut de tota omnino Abbatia, ſe vivente illum fideliter adjuvaret. In præfati itaque Montis ſummitatem idem Abbas aſcendens, cum nonnulla ibi veterum ædificium reperiſſet, voluit ibi caſtrum conſtruere, ſed propter aquæ penuriam id facere diſſuaſus, deſcendit, & in latere ejuſdem montis roccam, quæ ſicca nuncupatur, edificavit.*

Imperavit Landenulfus cum Matre Aloara ab anno 982. ſeu verius 983. ad 993. quo eſt occiſus die 20. Aprilis, & Laidulfus ab anno 993. ad 999. quo ob interemtum fratrem ab Otthone III. imperatore in exilium eſt actus, hicque ultimus ex Aloaræ progenie fuit juxta S. Nili Abbatis Græci prophetiam. V. Peregrinius in citat. ſtemmate. Ex oppido Caſtri cœli haud pridem diruto ad oppida Palatioli, & Collis S. Magni in eodem Monte ſita, incolæ conceſſere. In oppido Roccæ ſiccæ aliquot poſt ſæcula ortus Magnus Thomas Aquinas.

Tria hic adnectimus ex autographis in no-

*Diſſertat.* H ſtro

Privilegium Landenulfi. Primum.

ſtro archivio privilegia Landenulfi, & Aloaræ, quorum principum haud facile apud alios reperias diplomata, ex quibus plura eruuntur Italica verba, puta *Arcora*, *Eſſere*, *Carra*, *Plangas*, *Aſtrecas*, *Scampare*, per *traberſum*, *Grondales &c.* Eorum primum ſic incipit.

† *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei Æterni. Landenolfus, divina ordinante providentia, Langobardorum gentis princeps. Cum principalis excellentia petitione dilecti ſui petenti clementer favet. Quapropter noverit omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas, quia Nantari dilectus noſter noſtram exoravit excellentiam, quatenus ob amore omnipotentis Dei, & ſalbatione hanima noſtra concederemus, & confirmaremus in monaſterio S. Benedicti ſitus in monte Caſinu, ubi Manſo venerabilis Abbas eſſe videtur terra culta, & inculta jam dicti monaſterii infra fines, qua inferius declaramus, de quibus petiit a noſtra excellentia, ut firmitatis apices in eodem S. monaſterio fieri juveremus, cujus petitionem exaudientes hos firmitatis apices ibidem exinde fieri juſſimus, per quos omnino ſancimus, & perpetualiter havendum noſtris, & futuris temporibus concedimus, & confirmamus in praphato S. monaſterio, ubi veneravilis Manſo Abbas religioſus eſſe videtur, omnibus territoriis, qui fuerunt, & ſunt pertinentes in jam dicto S. monaſterio per has fines incipientes, de prima parte laneu, de ſecunda parte aqua, qua dicitur Verolana, de tertia parte alia aqua, qua dicitur Pelliavicana, quam & alia Pelia pradicti monaſterii, & bia, qui decernit inter hac terra, & terra ſupradicti monaſterii, de quarta parte a parte Orientis fine terra, qua modo retinunt filii Gaucii, & alii homines, qui ibi hac fines ſunt, & qualiter pervadit in pradicto Laneo ad ipſu portu, qui dicitur de Monachi; ſimulque & concedimus, & confirmamus in pradicto monaſterio, ut nullus homo, qui ſub noſtra dominatione habitans praſumet facere qualiſcumque contrarietatem, aut damnietatem in pradictis terris tam cultis, & incultis per ſupradicti finis, qua fuerunt, & ſunt pertinentes in jam dicto ſancto Monaſterio, terris, & ſylbis ipſis ſunt propinque Caſa Jenzana, ubi eccleſia veſtri monaſterii S. Benedicto conſtructa eſſe videtur, ſet ſemper haveant, & poſſideant jam dicto monaſterio, & ejuſque Cuſtodes, atque Rectores integre predictis terris & ſylbis cultis, vel incultis per ſupradicti finis abſque contrarietate cujuſcumque perſona hominis tantum non haveant poteſtatem in jam phato S. monaſterio de jam dictis ſylbis plus ſcampare, vel at cultum perducere abſque voluntate, & largitate noſtra niſi ipſis terris, quem pars pradicti monaſterii ſcampatum, & at cultum perducta habuerunt intro jam dicti finis ſemper haveant, & poſſideant, & faciant laborare homines quem pars jam dicti monaſterii, & ejus cuſtodes voluerint, & pradictis terris, & ſylbis per ſupradicta finis havere & dominare deveant ſemper, ſicut ſuperius legitur, ea videlicet ratione ea omnia qualiter ſuperius legitur in præfato S. monaſterio ipſos concedimus & confirmamus, ut ſemper ipſas haveant & poſſideant abſque contrarietate comitis, caſtaldeis, judicis, aut de cujuſcumque perſona ſet ſemper jam dictis terris, & ſylbis haveant, & poſſideant in jamphato S. monaſterio, & ejuſque cuſtodes, atque rectores, & juxta legem exinde faciant omnia, qua eorum placuerint, neminem in eodem S. monaſterio exinde in aliquo contraria faciente. Quod ſi quiſpiam homo hanc noſtram conceſſionem in quomodocumque violare praſumpſerit, aut de jam dictis terris facere queſierit in præfato monaſterio qualecumque contrarietatem, aut moleſtationem, ſciat ſe compoſiturus in pradicto monaſterio, & ad ejuſque cuſtodes, adque rectores auri puri libras centum, & ac conceſſio de qualiter continet firma permaneat in perpetuum: Ut autem hac noſtra conceſſio verius obſervetur, manu propria ſubſcripſimus, & ex anulo noſtro ſupter juſſimus ſigillari.*



*Signum domni Landenolfi excellentiſſimi principis. Adelchiſi ſcriba ex juſſione ſupradicta poteſtatis ſcripſi. Datum V. Kal. Auguſti anno V. principatus domni Landenolfi glorioſi principis indictione quintadecima. Actum in civitate Capuana.* Adeſt ſigillum cereum.

Alterum privilegium Landenolfi, & Aloaræ.

† Alterum ita ſe habet.

*In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Aloara, & Landenolfus filio ejus divina ordinante providentia Langoardorum gentis principes. Cum principali excellentia petitione dilecti ſui petenti clementer favet. Igitur noverit omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas, quia Grimoaldus Comes dilectus noſter noſtram obſecravit excellentiam, quatenus hob hamore omnipotentis Dei, & ſalbatione hanima noſtra concederemus, & confirmaremus in monaſterio S. Benedicti ſitus in monte Caſino, ubi Manſo Abbas eſſe videtur terra, & preſa pertinente ſacri noſtri palatii, & parti noſtra publici, qua eſſe videtur intro hanc Capuana civitate propinquu porta, qui dicitur S. Angeli habentes finis hab uno latere fine muro ujus civitati ex alio latere fine platea iterum ujus cibitati, uno capu tenet in terra, & preſa pertinente Sacri noſtri palatii ſic directe quomodo pergit Traſonna pertinente ipſius monaſterii ac caſa Fabrita ipſius monaſterii, qui fuit de Stephano Magiſter, aliu capu tenet in terra, & preſa ſimiliter pertinente ſacro noſtro palatio, qua modo tenet Maraldello filius quondam Guidoni habet per ſingula latera in longum pedes centum nonaginta, & tres, & per ſingula capita per traberſum habet pedes tredecim, ac menſura de pede de manu Landoni Seniori terra, & preſa ipſa menſurata, quam & concederemus, & confirma-*

*ſirmaremus in præfato S. monaſterio, de alia parte jam dicta platea circa muru de caſe ipſius monaſterii in latitudine de ipſa platea pedes duos, & a ſupradicto pede, & in longitudine directe quantum vadit jam dicta indicata, & menſurata terra, ita ut licentiam, & poteſtatem haveret parte jam dicti monaſterii in ſupradicta terra in traverſu, qua ſunt pedes duos fodere, & fundamenta mittere, & pilas fabrire, & Arcora ſuper eadem platea volbere, & Caſa Fabrita, & ſuper eadem Arcora hadificare, & licentiam havere mura de ipſa caſa conjungere cum ſupradicto muru ujus cibitati, & licentiam haveret pars ipſius Monaſterii ſupra eodem muru facere, & ponere canali conjuncta cum caſe illa qua ibidem edificare deveret, ubi diſcurrant aquas de Grondales de caſe ipſa, & prædictas aquas pergant per ipſos canales foras jam dictas terras, quam hadificare pars ipſius monaſterii duabus mura ſuper anditum de eodem muru ujus civitati deveant ſic directe quomodo finietur prædictum indicata, & menſurata terra a parte de jam dicta terra, & preſa, qua modo retinet jam dictus Maraldello, & tantum deveant eſſe mura ipſa Fabrita in ſurſum, ut nullus homo petranſire poſſet de una parte in alia, & jam dicta Arcora tantum deveant eſſere in altitudine, ut de ſuptus poſſant ingredere, & egredere carras cum fenu, & cum alias cauſas, cum quo neceſſe fuerint, & ſuper Arcora ipſos ponere deveant trabes, & plantas ſternere, & Aſtrecas facere de quibus petiit a noſtra excellentia, ut firmitatis apices illi exinde fieri juberemus, cujus petitionem exaudientes hos firmitatis apices ibidem exinde fieri juſſimus per quos omnino ſancimus, & perpetualiter havendum noſtris, & futuris temporibus concedimus, & confirmamus in præfato S. monaſterio ſupradictas indicatas, & menſuratas terras una cum omnia inferius & ſuperius haventibus, & cum via ibidem intrandi, & exiendi, at poſſeſſionem jam dicti monaſterii, & at ejuſque cuſtodibus, atque Abbatibus, ſic tamen, ut poteſtatem, & licentiam haverent pars ipſius monaſterii ibidem, & ſupra eadem platea jam dicta Arcora volbere, & prædicta hadificia ſeu caſa Fabrita hadificare, & conjungere mura ipſu cum ſupradicto muru ujus cibitati, & prædicto canali ſuper eodem mura facere, & ordinare, ut diximus, ubi diſcurrant aquas de prædictas Grondales, & per eodem canales diſcurrant foras prædictas indicatas, & menſuratas terras, ea videlicet ratione ea omnia ſupradicta in jam dicta ratione, ut ſupradiximus in præfato Sancto monaſterio ipſo concedimus, & confirmamus at poſſeſſionem prædicti monaſterii, & de ejuſque Cuſtodibus, atque Rectoribus havendi, ac poſſidendi abſque contrarietate cujuſcumque perſona hominis, neminem vobis exinde in aliquo contraria faciente. Quod ſi quiſpiam homo hanc conceſſionem in quomodocumque violare præſumpſerit, ſciat ſe compoſiturus in præfato S. monaſterio, & ad ejuſque cuſtodes, atque rectores auri puri libras decem, & ac conceſſio, de qualiter continet, firma permaneat in perpetuum. Ut autem hac noſtra conceſſio verius obſervetur, manu propria ſubſcripſimus, & ex anulis noſtris ſupter juſſimus ſigillari.*



*Signum domni Landenolſi excellentiſſimi principis. Adelchiſi ſcriba ex juſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſi. Datum decimo Kal. Julii anno ſexto principatus domni Landenolſi glorioſi principis, indictione prima. Actum in civitate Capuana.* Adeſt ſigillum cereum.

Tertium ejuſdem Landenulfi, & Aloaræ privilegium addimus ex autographo in noſtro archivo exſcriptum.

† *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Aloara, & Landenolfus filius ejus divina ordinante providentia Langovardorum gentis principes. Cum principalis excellentia peticione* Tertium. *dilecti ſui petenti clementer favet ʒʒʒ Quapropter noverit omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas, quia Aidolfus, & Giſolfus Comitibus dilectis & amavilis filiis & fratribus noſtris obſecraberunt noſtram excellentiam, quatenus hob hamore omnipotentis Dei, & ſalbacione hanima noſtra concederemus, & confirmaremus in monaſterio ſanctiſſimi Benedicti conſtructus in Monte, qui dicitur Caſino, ubi nunc Deo fabente domno Manſo religioſo Abba praeeſt omnibus rebus, territoriis cum montibus, & planitiebus cultis, & incultis cum aquis, & uniberſis pertinenciis, qui ſunt videtur infra fines, qua inferius declaramus, & quem ab antiquis temporibus uſque nunc eodem monaſterio poſſeſſus eſt. Ideſt incipiente a prima fine da ipſu Carnellu, & quomodo ſalit per ipſa Bantra uſque in ribo ſicco, & ſaliente uſque ad eccleſias S. Martini, & quomodo pergit per ipſe criſte de Monte S. Petri. De ſecunda parte fine Serra de Monte, qui dicitur Ceſino, & quomodo pergit per Serra de monte, qui dicitur de Aquilone, & vadit ad lacum, qui dicitur de Pupplo, & quomodo pergit ad lacum bitecuſu, & vadit directum ad Aquafundata, & quomodo aſcendit per ipſum montem, qui eſt ſuper caſale, & pervenit ad vadum flubii, qui vocatur rapidu, & pergit per ipſa via, qua tenditur ad ipſa via antica, qui eſt in capite Mellarini, & quomodo pergit per ipſas criſtas moncium, & perbenit ad terra alba, inde pervenit ad Furca S. Valentini, & quomodo aſcendit per criſtas montium, qui ſunt inter Atine, & Ballelucis, & recto tramite perbenit ad Petra ſcripta, & aſcendit ad Serras montis, qui dicitur Ordicoſo, & pergit ſuper ipſe peſclora, qui dicitur Falconarii, & perbenit aa ipſe fines qua*



Digitized by Google

ſunt inter montes, ex quibus unus vocatur Spinacius, & alter Porcacius, & inde aſcendit ad criſtas montis, qui vocatur Caira, & perbenit ad ipſe Petre ſuper aqua vivola, & aſcendit ad colle, qui vocatur Gimberuti. De tercia parte fine terre, unde finitionem factam habet parata ejuſdem monaſterii, cum quondam Adenolfum comitem pro parte comitatu Aquinenſe, ſicut Staffili, & terminos, ex finantur, & qualiter pergit ad lacum, qua dicitur de Radeprandu, & qualiter vadit per terra qua dicitur Farnietu, & ab inde qualiter vadit per capu de ribo, qui dicitur de Marotſa, & qualiter deſcendit in flubio, qui dicitur Carnello, & ſicut vadit in aqua qua dicitur Coſa, & ſalit per ipſum montem, qui dicitur S. Donati. De quarta parte fine media ſerra de eodem monte, qui dicitur S. Donati, & quomodo deſcendit ſuper ipſi monticelli de marri, & vadit ad ipſi Peſchi, qui ſunt a pede de ipſu monte de Balba, & quomodo vadit inde per duos Leones, & inde ſalit per ipſe ſerre ſuper caſale, & inde deſcendit per ipſu monte ſuper ipſa villa de Gareliano, & inde vadit ad ipſu Peſclu, qui nominatur Cripta imperatoris; uſque in flumen, qui dicitur Gariliaпu, & aſcendente per eadem flubio uſque ad priores fines. Simulque & claro ſcimus quia domnus Paldolfus piiſſimus princeps viro, & Genitore noſtro, & domnus Landolfo cognato, & patruo noſtro conceſſum, & confirmatum habuit in prafato ſacro monaſterio beati Benedicti omnia qua ab imperatoribus, ſeu a regibus, & a ſingulis principibus anteceſſoribus in eodem monaſterio datas, & conceſſa erant. Igitur & conceſſerant & confirmaberant in jam dicto S. Monaſterio, ut nullo abeniente tempore per nullum modum tollerent, aut quererent tollere bobes, aut carrum da parte ipſius monaſterii pro qualiſcumque ſerbicium publici faciendum vel in hoſtes eos minandum, ſet ſemper pars ipſius monaſterii ſecurus exinde manerent. Nec non, & confirmaberat ad jamphato S. Monaſterio eccleſiam bocabulo S. Benedicti, qua edificata eſſe videtur infra muro, & muricino de civitate Larina, quam edificavit Leo presbiter, & Monachus, qui poſtea factus eſt pſeudo epiſcopus, cum omnibus rebus, & ſubſtanciis pertinentibus de eadem eccleſia, ſicut in eadem eccleſia ipſa omnia datum, & offertum habuit eodem Leo presbyter, & Monachus. Iterum & confirmamus in pradicto S. Monaſterio quantum fuit, & eſt pertinentes per qualiſcumque modis de terris cultis, & incultis, de planis, & de montibus, de vineis, & olibetis, de pratis, paſcuis, adque paludis, de ribis, & aquis, & ripis ex utraque partibus, qua eſſe videtur infra has fines hoc eſt ab una parte fine rapidu, de alia parte fine ipſu Carnellu, de tertia parte fine ribu, qui dicitur de Maroza, & fine Farnietu, & fine lacu, qui nominatur de Radeprandu, & quomodo vadit uſque in Silice. De quarta autem parte fine ipſa Silice, & terris, & montibus, & ſilbis, & aquis infra has fines, hoc eſt quomodo incipit da ipſa coſa, & ſalit per ipſu monte, qui dicitur S. Donati per media Serra, & quomodo deſcendit ſuper ipſi monticelli de Marri, & vadit ad ipſi Pleski, qui ſunt ad pede de monte de Balba, & quomodo vadit inde per duos leones, & inde ſalit per ipſe Serre ſuper caſale, & inde deſcendit per ipſum monte ſuper ipſa villa de Garilianu, & inde vadit ad ipſu Plesku, qui nominatur Cripta Imperatoris, uſque in flumen, qua jam dicti S. Monaſterii pertinet ſecundum ſuis racionibus, & catera alia omnia, qua continentur in ipſum praceptum, qua ſcripta eſt per Petrum notarium, nec non & confirmaberat in eodem S. Monaſterio domnus Landolfo glorioſo principi per unum alium praceptum ſigillatum filio, & germano noſtro, ut nullo abeniente tempore, per nullum modum tollere, aut querent tollere vobes, aut carrum da parte ipſius monaſterii per qualiſcumque ſerbicium publici faciendum, vel in hoſtes eos minandum, ſet ſemper pars ipſius monaſterii ſecurus exinde manerent, quam & conceſſerat, & confirmaberat in eodem S. Monaſterio omnes res, & ſubſtancias, qualitercumque, ſeu quomodocumque poſſedit, & modo poſſidet pars ejuſdem monaſterii in quibuſcumque modis, per ſingula loca, fundos, & terras, quantos, & quantas pars ipſius monaſterii pertinentes habuit in Liburias loco ubi nominatur at Trifone, ſimulque, & confirmaberat in eodem S. Monaſterio, ut a tando, & ſemper poteſtatem, & licentiam haberent pars pradicti monaſterii, quando volerent, mittere ad piſcandum in lacum Patrienſe duos lontres cum duas paraturias de ipſis lontres, & cum quatuor homines, qui in eodem lacum piſcarent, quando voluerint, & quandiu volerent, & confirmaberant in eodem S. Monaſterio omnem cenſum, & dacionem, quicquit pars illorum publice tollere vel exigere debuerint de ipſu Gualdu, et curte, et terris, eidem monaſterii, qui dicitur Caſa Genzana, quemammodum in prefato monaſterio a jam dicto genitore illorum, conceſſum, et confirmatum eſt, et catera alia omnia qualiter in eodem praceptum continere videtur, qui ſcripta eſt per Adelgiſi ſcriba. Iterum et conceſſerat, et confirmaberat in pradicto S. Monaſterio ea omnia, qua ab imperatoribus, vel a regibus, ſeu et a genitore vel a patruo ſuo, vel a ſingulis principibus reliqua ea omnia per ſingula pracepta in eodem S. monaſterio ab eis datum, et conceſſum eſt ipſos conceſſerat, et confirmaberat. Modo vero poſtulando mandabit noſtram clemenciam ſuperius dictus Manſo veneravilis Abbas per ſupradictum Aidolfum, et Giſolfum Comites, ut concederemus, et confirmaremus in predicto S. Monaſterio integra ea omnia, qua ſupradicta preceptora continunt, cum omni continencia, et pertinencia, qua jam dicta preceptora continunt, et qua ab imperatoribus, et a regibus, et a ſingulis principibus anteceſſoribus noſtris in eodem monaſterio conceſſum eſt totum ipſos ibidem confirmaremus, cujus peticionem exaudientes hos firmitatis apices in eodem S. Monaſterio fieri juximus, per quos omnino ſancimus, et perpetualiter havendum noſtris, et futuris temporibus una pro amore Dei omnipotentis, et ſalbacione anima noſtra concedimus et confirmamus in praphato S. Monaſterio S. Benedicti ſitus intro caſtro monte Caſino ubi vir veneravilis Manſo Abbas praeeſt ea omnia ſupradicta, qua, et quantum per qualiſcumque modis pertinuit, aut pertinet, vel pertinentes fuerit, ſimul et omnia ſupradicta, qua a jam dictis imperatoribus, ſeu a regibus, quam a ſingulis principibus, vel a ſupradictis principibus genitorem, et patruum noſtrum per ſingula ſupradicta praceptora, et reliqua alia in eodem S. monaſterio conceſſa, vel confirmata ſunt cunctum, et integrum ipſos in predicto S.

mo-

*monaſterio ipſos concedimus et confirmamus, nec non et concedimus et confirmamus in jam dicto S. monaſterio omnibus ſupradictis rebus, territoriis, cum montibus, et planitiebus, cultis, et incultis, cum predictis aquis, et univerſis pertinenciis, qua ſunt videtur infra ſuperius dicta, et quem ab antiquis temporibus uſque nunc, eodem monaſterio poſſeſſus eſt totas, et integras in predicto S. Monaſterio ipſos concedimus, & confirmamus ad poſſeſſionem jam dicti monaſterii, & de ejuſque Abbatibus, vel cuſtodibus, ita ut nullus homo vobis inde facientem qualiſcumque moleſtiam aut contrarietatem, ſet perpetuis temporibus omnia ſupradicta jamdicto monaſterio, & ejuſque Abbatibus, vel cuſtodibus ipſos haveant, & poſſideant, & juxta legem exinde faciant omnia, quod eorum placuerit abſque contrarietate cujuſcumq; perſonas hominis, quod ſi quiſpiam homo hanc noſtram conceſſionem in quomodocumque violare preſumpſerit, aut de omnia, qua in eodem S. monaſterio conceſſimus, & confirmabimus aliquod tollere, aut diminuare quaeſierit, ſciat ſe compoſiturus in eodem S. Monaſterio, & ad ejuſque cuſtodibus, vel Abbatibus auri libras centum, & hac conceſſio de qualiter continet firma permaneat in perpetuum. Ut autem hac noſtra conceſſio verius pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem manu propria ſcripſimus; & ex anulo noſtro ſubter juſſimus ſigillari.*



*Signum Domini Landenolfi excellentiſſimi principis. Adelchiſi ſcriba ex juſſione ſupradicta poteſtatis ſcripſi. Anno nono principatus domni Landenolfi glorioſi principis indictione quarta. Actum in civitate Capuana.* Adeſt ſigillum cereum.

In hoc autem privilegio, deſcriptis Giſulfianæ donationis finibus, res omnes a vetuſtiſſimis temporibus a cœnobio Caſſinenſi poſſeſſæ confirmantur. Aſſeritur deinde Paldolfum, & Landolfum omnia ditionis Caſſinenſis bona, juriſdictioneſque confirmaſſe, quod imperatores, regeſque præſtiterunt, demumque ampliſſimis formulis quæcumque cœnobii Caſſinenſis bona ab omni prorſus moleſtia immunia ita eſſe jubentur, ut Monachi quidquid luberet circa ea diſponerent. Illud etiam, atque etiam a lectoribus poſtulamus, ut generales, ampliſſimaſque privilegiorum noſtrorum formulas inviſant, cum eas nos verbis noſtris

*Diſſertat.*

recenſere hic ſuperfluum judicemus, contenti generatim admonere bona omnia, juriſdictioneſque fuiſſe confirmatas, quæ quidem oppida, montes, plana, ſylvas, aquas, ſervos &c. complecti volumus, id quod ſemel pro univerſis diplomatibus monitum volumus.

† Laidulfi vero privilegium ex autographo in archivo eſt hujuſcemodi. **Laidulfi privilegium.**

*In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Laidulfus divina ordinante providentia Langovardorum gentis princeps. Cum principalis excellentia peticione dilecti ſui petenti clementer favet. Igitur noverit omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas, quoniam Guido Comes dilectus noſter noſtram obſecravit excellentiam, quatinus concederemus domno Manſoni reverentiſſimo Abbati cœnovii S. Benedicti confeſſoris Chriſti ſitus in caſtro Caſino ad poſſeſſionem ſuam, & de ſucceſſoribus ſuis, & de parte predicti ſui cœnovii ideſt montem, qui dicitur S. Angeli, & caſtro Cœli per ſubſcriptas fines, & indicaciones, ut ſupter legitur de quibus peciit a noſtra excellencia, ut firmitatis apices ei exinde mittere juveremus cujus peticione exaudientes hos firmitatis apices ei exinde fieri juſſimus, per quos omnino ſancimus, & perpetualiter habendum noſtris, & futuris temporibus concedimus tibi cui ſuper domno Manſoni reverentiſſimo Abbati ad poſſeſſionem tuam, & de ſucceſſoribus tuis, & de parte præfati cœnovii, hoc eſt integrum predictum montem pertinentem ſacri noſtri palacii, qui dicitur S. Angeli, & Caſtrocœli per has videlicet fines, & indicaciones, ideſt de prima parte fine Gradu, qui dicitur Malu, de ſecunda parte ſicut incipit a predicto grado malo, & qualiter vadit per pede de eumdem montem, qui dicitur S. Angeli, & caſtro Cœli, & deſcendit, & jungit cum rivo, & ſicut vadit directe per ipſum rivum, & relinquente eodem rivo, & vadit directe uſque in Granaru, de tercia vero parte fine jam dicto Granaro, ex quarta namque parte videtur conjunctum cum via antiqua que dicitur Arceſana, qua vadit per pede de eodem monte ſicut incipit a predicto Granaro & vadit uſque priorem finem, qua dicitur Gradu malu. Ideo vero predictum montem, qui dicitur S. Angeli & caſtrum Cœli per predictas fines, ut ſuperius leguntur, cum omnia ſuperius, & inferius inde habentes, & cum viis ſuis ibidem intrandi, & exiendi, & ſacri noſtri palacii pertinentur, tibi cui ſuper domno Manſoni reverentiſſimo Abbati dilecto parenti noſtro ipſas concedimus ad poſſeſſionem tuam, & de ſucceſſoribus tuis, & de parte predicti tui cœnovii, ad habendum, & poſſidendum ipſos, & faciendum exinde omnia, qua vobis, & ad partem veſtri monaſterii placuerit abſque contrarietate Comitis, Caſtaldeis Judicis, vel ſculdahis, aut cujuſcumque perſona hominis contradictione, vel inquietudine, ſet perpetualiter vos, & ſucceſſoribus veſtris, & partem ſuperius dicti veſtri cœnovii ipſos habeatis, & poſſideatis nemine vobis exinde aliqua contraria faciente. Quod ſi quiſpiam hanc noſtram conceſſionem in quomodocumque violare præſumpſerit, ſciat ſe vobis, veſtriſque ſucceſſoribus & ad partem predicti veſtri monaſterii compoſiturus auri libras centum, & hac noſtra conceſſio de quibus continet firma permaneat in perpetuum. Ut autem hac*



Digitized by Google

*noſtra conceſſio verius, atque pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem manu propria ſcripſimus & ex anulo noſtro ſupter juſſimus ſigillari.*



*Signum domni Laidulſi excellentiſſimi principis Agelghiſi clericus, & ſcriba ex juſſione ſupra ſcripta glorioſa poteſtatis ſcripſi. Data quarto idus Decembri anno ſecundo principatus domni Laydulſi glorioſi principis indictione octaba actum in civitate Capuana.* Adeſt ſigillum cereum.

In hoc privilegio mons S. Angeli caſtrumque Cœli libere, abſoluteque concedimus in perpetuum, nulloque ſervitio, aut vectigali reſervato, quod ex illis verbis conſtat. *Ad faciendum exinde omnia qua vobis placuerit abſque ulla Gaſtaldei, aut alterius judicis contradictione.* Hujuſce privilegii meminit Camillus Peregrinius in ſerie Abbatum Caſſinenſium pag. 41.

Laydulfus Manſoni Abbati Caſſinenſi juramento ſe obſtrinxit;

Memoratus Laydulfus hoc juramento ſeſe Manſoni Abbati obſtrinxit, quod ex regeſto Petri Diaconi num. 616. fol. 255. utpote lectu digniſſimum noſtrique cœnobii juriſdictiones exprimens exhibemus. *Promitto & juro, & jurare facio ego Laydulfus princeps tibi domni Manſoni Abbati, qui amodo, & omnibus diebus vita mea non ero in facto, neque in conſenſu ut vita, vel membra, aut honorem, qua nunc habes perdas, vel comprehenſi ſitis, Abbatiam vero Sancti Benedicti, & monte Caſino una cum monaſterio Puellarum S. Johannis, Adjutor ero tibi omnibus diebus vita mea integram ad tenendum, & dominandum, & defendendum contra omnes mortales, una cum omnibus ſuis terris, & caſtellis, & ancillis, aquis, & molinis inſimul cum integra curte, & ſilva, qua dicitur Caſa Genſana, aliiſque omnibus earum pertinentiis, quantum in noſtro principatui Capua dicioni eſſe videtur, ita ut eam tenniſtis, & dominaſtis ab illo die quo domna Aloara principiſſa noſtra genitrice, & domnus Landenulfus princeps ejus filius frater noſter tibi eam tradiderunt, & in tua poteſtate miſerunt uſque in iſto praterito Natalis Domini, qui fuit per indictione ſexta, & non tollam, neque minuabo de tua poteſtate de hac omnia ſupraſcripta, neque cuicumque mortali tollere, vel minuare volentibus conſentiam, abſque tua voluntate, & tibi per noſtrum praceptum firmabo cuncta alia praceptora, qua noſtros anteceſſores fecerant in pradicto tuo monaſterio, hoſtem vero de tota praphata S. Benedicti pertinentia non queram omnibus diebus vita mea portari vel mandari in quacumque alia parte ſine tuo conſenſu, & voluntate quam & dabimus tibi ad tenendum, & habendum in tua poteſtate integrum montem, qui S. Angeli, caſtroque Cœli vocatur infinibus Aquinenſis, adjutor tui ero recta fide illud ad tenendum, & defendendum contra omnes tuos inimicos omnibus diebus vita tua prout melius potuero, & ſciero, per ipſis videlicet finis, & rationibus quibus, & qualis contineri videtur in ipſum praceptum a nobis tibi conceſſum quod apud te remiſimus, & non tibi ex his omnibus tollam neque minuabo, vel tollere, aut minuare conſentiens ero, ſine tuo conſenſu, & voluntate omnibus diebus vita tua. Hac omnia ſupradicta obſervabo tibi omnibus diebus vita mea abſque omni malo ingenio, & abſque omni mala deceptione.* Hæc ibi verba notatu digniſſima. *Hoſtem vero de tota præfata S. Benedicti pertinentia non queram omnibus diebus vita mea portari, vel mandari in quacumque alia parte, ſine tuo conſenſu, & voluntate, &c.* Quid ſibi hoc loco ſignificet hoſtis, fuſe explicat Du-Cangius in Gloſſario, nempe eſt exercitus, caſtra, expeditio bellica, &c. quod legum, ſcriptorumque authoritate fuſe probat. Quo conſtat nullam Capuanos principes in ditione Caſſinenſi juriſdictionem habuiſſe, vel minimam, proindeque non illos, ſed cœnobium Caſſinenſe abſolutum ditionis ſuæ dominum extitiſſe.

Et Landulfus S. Agathæ Johanni III.

Sed age receptum ſemel ditionis noſtræ diligentiſſimum aſſertorem Leonem Marſicanum proſequamur, qui cap. 15. hæc ait. *Non multo poſt idem Ademarius a Capuano principatu depellitur, & ſancta Agatha filius Landulfi Beneventani principis in principem ſubrogatur. Hic princeps ſupradicto Abbati jure jurando firmavit, & jurando firmari fecit duodecim nobiles Capuanos totam ex integro Abbatiam, cum omnibus omnino intra Capuanum principatum pertinentiis ejus, ſicut eam tenuit ſub præfata Aloara principiſſa, & Landenulfo filio ejus, a quibus ei dudum fuerat confirmata. Comitatum etiam Aquinenſem totum ex integro ſimul cum epiſcopatu ejus, & caſtellum Arcis,* (alio in codice legitur, & Caſtellum Teramenſe, & Caſtellum Arcis) *cum omnibus pertinentiis eorum, ſicut eo tempore tenebat, & dominabatur. Inſuper & caſtellum de Bantra, quod fuit Landonis comitis cum univerſis pertinentiis ipſius, tenore quo ſupra dictum eſt, confirmavit cum diverſis videlicet aliis conditionibus, quas a prædicto principe Abbati eidem requirere viſum fuit, quemadmodum in ipſius Sacramenti ſerie continetur.* Illud vero juramentum ex regeſto Petri diaconi num. 615. fol. cit. quo caſtra, & comitatum Aquinatem poſſediſſe cœnobium Caſſinenſe conſtat, exhibemus. *Promitto, & juro, & jurare facio ego Landulfus princeps tibi domno Maſoni Abbati, quia amodo, & omnibus diebus vita mea non ero in facto, neque in conſenſu, ut vita, vel membra, aut honore, qua nunc habes perdas, vel comprehenſi ſitis. Abbatiam vero S. Benedicti una cum monaſterio puellarum S. Johannis adjutor ero tibi omnibus vita tua integram ad tenendum, & dominandum, & defendendum contra omnes mortales, una cum omnibus ſuis terris, & caſtellis, ſervis, & ancillis, aquis, & molendinis inſimul cum integra corte, & ſylva, qui dicitur Caſa Genſana, aliiſque omnibus earum pertinentibus quan-*

Digitized by Google

*quantum in noſtro principatu Capuæ ditione eſſe videtur. Itaut eam tenuiſti ab illo die, ut domna Aloara principiſſa, & domnus Landenulphus princeps filius ejus tibi eam tradiderunt, & in tua poteſtate miſerunt, Comitatum Aquinenſem cum ejus epiſcopatum, & cum ipſo caſtello de Terame, cum ſuis pertinentiis, & ipſo caſtello de Arce cum ſuis pertinentiis, vel adjacentiis, & prefatum Comitatum de Aquinum cum ſuis pertinentiis ſicut amodo tenetis, dominatis, omnibus diebus vitæ veſtræ, non illum tollimus, neque conſentiemus volentibus tollere, ſimiliter caſtellum de Bantra cum pertinentiis, & adjacentiis ſuis, & non tollam, neque minuabo de tua poteſtate de hac omnia ſupraſcripta, neque cuicumque mortali tollere, vel minuare volentibus conſentiam, & tibi per noſtrum preceptum firmabo cuncta alia præceptora, quæ noſtros anteceſſores fecerunt in prædicto monaſterio. Hoſtem vero de tota prefata S. Benedicti præſencia non queram omnibus diebus vitæ meæ portari, vel mandari in quancumque alia parte, excepto infra principatu Capuano, ejuſque dicioni ſine tuo conſenſu, & voluntate. Hæc omnia ſupraſcripta obſervabo tibi omnibus diebus vitæ meæ, abſque omni malo ingenio, & abſque omni mala deceptione.* Ubi obſervandum nullum Exercitum ab Abbatia Caſſinenſi extrahere licuiſſe Capuanis principibus; Neque mirum videri debet, Aquinenſem epiſcopum ſubditum Abbati Caſſinenſi fuiſſe, cum venerabilis Beda ſit author in Hiſtor. Anglicana lib. 3. cap. 4. omnes Hiberniæ, & Scotiæ epiſcopos ſubditos Abbati S. Columbæ in inſula Hyenſi fuiſſe dum ait; *Habere ſolet ipſa Inſula Rectorem ſemper Abbatem presbyterum, cujus juri, & omnis provincia, & ipſi etiam epiſcopi, ordine inuſitato debeant eſſe ſubjecti juxta exemplum primi doctoris illius, qui non epiſcopus ſed presbyter extitit, & monachus nempe Columba.* Vid. Mabillonius Annal. Tom. I. pag. 210. Braudand in verbo Hii inquit. *Inſula Scotiæ adjacens ad occaſum Beda, quæ Jona hodie, teſte Camdeno, nominatur, populi Hijenſes.* Et Mabillonius laud. loco ſcribit: *Jovam ſeu Jonam, inſulam, quam Hijenſem alii vocant &c. Exigua hæc Inſula &c. jacetque in Deucaledonio mari ad occidentem, hactenus Colmkil appellata apud Spedum in Scotia deſcriptione tracto vocabulo ab ipſo S. Columba, qui a nonnullis, ut Beda auctor eſt; Id. lib. 5. cap. 10. compoſito a cella, & Columba nomine Columcelli vocabatur &c. In hac inſula conditum fuit Hijenſe monaſterium aliorum omnium, quæ a Columba inſtituta ſunt, caput.* In id vero inclinat animus, ut credat principes illos in hoc juramento memoratos monaſterio Caſſinenſi jus tantum donaſſe epiſcopum Aquinatem nominandi, quod ſibi tunc forte competebat. De juramenti hujus veritate nullum ſuboriri poteſt dubium, cum ſincerus, atque coævus pene Author illud referat Leo Oſtienſis, qui annos circiter ſexaginta poſt Monachum induit, proindeque & per ſe ſcripturas legere potuit, & a ſeniore aliquo monacho id reſcire. Cum vero Landulfus S. Agathæ juxta Peregrinii ſupputationem anno 999. Capuæ princeps evaſerit, quo Johannes III. Caſſinenſis Abbas erat, irrepſiſſe in hoc juramento videtur Manſonis nomen. Crediderim itaque amanuenſis oſcitantia in Petri regeſto Manſonis nomen inſertum, cujus generis exempla quædam refert Mabillonius de re diplomatica pag. 246., & 436. niſi ſuſpicari velimus, dormitaſſe Landolfi cancellarium, qui juramenti formulam a Laidulfi juramento exſcripſerit, neque ad Abbatis nomen adverterit, vel tandem evenire potuit Manſonem hoc juramentum a Landulfo nondum Capuano principe, ut monaſterii rebus proſpiceret exegiſſe. Suſpicatus forſan eſt Manſo, quod evenit Laydulfum necis fraternæ ſontem brevi principatu dejectum iri, remque omnem ad Landulfum Beneventani principis filium deventuram. Porro Landolfus S. Agathæ legitimus erat Capuani principatus hæres, ubi Laydolfi linea defeciſſet, cum ab uno eodemque Athenulfi ſtipite Beneventani, Capuanique principes deſcenderent, ut videre eſt apud Camillum Peregrinium in ſtemmate principum Langobardorum, qui ex genere Atenulfi Comitis Capuæ, & demum Beneventi principis prodierunt. Landulfus S. Agathæ Capuæ princeps fuit ab anno 999. ad 1007., quo die 24. Julii obiit. Vid. Peregrinius in cit. ſtem.

Loquens de Johanne II. Caſſinenſi Abbate, qui ab anno 996. ad 997. præfuit hæc ſcribit Leo Oſtienſis cap. 20. *Audivi a quodam ſene quod dum quadam die ſuper municipium hujus monaſterii vocabulo Piniatarium, cujus habitatores olim rebellare temptaverant, hoſtiliter perrexiſſet, eccleſia quædam juxta idem municipium poſita ab his, qui ſecum jerant cum aliquot eorumdem ruſticorum mapaliis igne ſuccenſa ſit, & ob hanc cauſam in multis ſe maximiſque lamentis dedens, Abbatiam hujuſmodi occaſione inventa dimiſerit, &c.*

Rebelliſtes ſubditos coercet Abbas Caſſinenſis.

De Johanne vero III. ab anno 997. ad 1010. Abbate Caſſinenſi hæc idem Leo cap. 22. ait: *Hic primo anno ordinationis ſuæ recepit preceptum confirmationis totius Abbatiæ ab Ottone III. imperatore aureo ſigillo bullatum.* Vid. Camillus Peregrinius in ſerie Abbatum Caſſinenſium pag. 42. Mabillon. Annal. Tom. IV. pag. 117., Baronius ad ann. 996.

Hujuſce privilegii autographum in archivo noſtro aſſervatur, quod recognovit, exſcripſitque Thomas Salernitanus alias memoratus, ut conſtat ex proceſſu Portulaniæ pag. 311. Illud hic damus.

Privilegium Otthonis III.

*In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis* Otto *divina favente clementia Romanorum Imperator auguſtus. Oportet imperialem magnitudinem Deo famulantium preces audire, & quod juſte pecierint amore ſanctorum, quorum veneratione loca dicata ſunt, ubi greges Dei divinam militationem exſequi procurant libenter adimplere; Quocirca cunctorum fidelium S. Dei eccleſiæ noſtrorumque præſentium videlicet, ac futurorum comperiat ſolercia, quia vir venerabilis Abbas Johannes rector cœnobii S. Benedicti, quod ſitum eſt in caſtro Caſino, ubi ipſe corporis ſui ſepulturam veneratione dicavit petens celſitudinem noſtram, ut ob honorem Dei, & reverentiam ejuſdem loci ſancti animæque noſtræ remedium, nec non & ſtabilitatem noſtri imperii ſecundum noſtrorum prædeceſſorum precepta imperatorum auguſtorum, ſcilicet Karoli, Luthari, aviique, nec non genitoris noſtri glorioſiſſimi imperatoris per hoc noſtrum preceptum circa ipſum venerabilem locum ea, quæ ſubtus ſcripta habentur, confirmare, & corroborare dignaremur, cujus petitionem juſtam, ac Deo placitam eſſe libenter audivimus, & pro juſte, ac legaliter valemus, ea quæ digne popoſcerat conceſſi-*

Digitized by Google

*ceſſimus, & corroboravimus omnes res, mancipia aldiones, aldias, cartulatos, vel oblatos, ſervos, & ancillas, & quicquid in principatibus Beneventano, & Capuano videlicet cellam S. Adiutoris, curtem Cataliſcam, Atillem. In finibus Termulenſis civitatis, curtem de Petra Fracida, ripam de Urſa, montem Bellum, caſtellum de Conca, curtem de Capriata: In Ducatu Spoletino monaſterium S. Michaelis ſitum in loco qui dicitur Baregium ſupra fluvium Sangri, quod noſter avus bonæ memoriæ Otto imperator auguſtiſſimus pro anima ſua remedio per ſuæ auctoritatis præceptum jam dicto monaſterio S. Benedicti in monte Caſino perhenniter habiturum firmiter delegavit. In Marſicano Comitatu cella S. Mariæ in Fundo Magno, & S. Euticii in Triſtina, S. Pauli ſupra Marſicanam civitatem, S. Mariæ in Oretino, S. Gregorii in Paterno, S. Salvatoris in Avazano, S. Antimi in vico, S. Angeli in Alba, S. Angeli in Carciolo, S. Sebaſtiani, & S. Angeli in Traſaquis, cellam S. Benedicti infra Marſicanam civitatem, S. Gregorii in Serviliano, S. Coſmi in Clereto, in Comitatu walvenſi cellam S. Petri in Barbarano, S. Salvatoris ſupra flumen, S. Angeli ad aquam vivam, S. Angeli ad Floretum, cellam, quæ eſt poſita infra aquas, curtem de Petoriano, curtem de Flaturno. In Furcone quoque cellam S. Felicitatis, & S. Mariæ. In Comitatu Teatino, cellam S. Liberatoris cum quadraginta cellis, S. Theodori, S. Calixti. In Pennenſi Comitatu cellam S. Mariæ in Cerqueto, S. Georgii in collina, S. Felicis ſub veſtigio, S. Benedicti in Lauriana, S. Angeli in Galbiano, S. Petri in Caſtriniano, S. Mariæ in Offani, S. Felicis inter flumina S. Valentini, S. Silveſtri in Orti, S. Boniti in Valle, S. Martini in Saline, S. Mariæ in Maurino cum ipſo portu S. Salvatoris in fluvio Tabe, S. Venancii in Paterno, S. Nicandri ad Trivium, S. Salvatoris in Seriole, curtem Gimberuti, ſeu alias res in Peticiano, & quæ diverſa per loca poſita ſunt. In Abrucigenſi Comitatu cellam S. Angeli in Marano cum omnibus cellis, earumque rebus ſibi ſubiacentibus. Cellam S. Terentiani, & S. Heliæ. In Aſculano Comitatu cellam domini Salvatoris ad caput Aquæ, S. Angeli de Stabulo, S. Angeli de Feltriniano, S. Petri in Petiniano, & res de Caſa perhenne, eas etiam de curte Adalberga de Silva de Caſa Luponis de Pectigiano, omneſque res poſitas in comitatu Spoletino poſitas cum omnibus earum pertinenciis, vel ſubiacenciis, & cum omnibus, quæ in quibuſcumque noſtri regni locis poſita ſunt cum terris, vineis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcacionibus, ut ad quemadmodum ad ipſum monaſterium S. Benedicti pervenerunt, & poſſeſſa fuerunt, per hanc noſtræ confirmationis auctoritatem noſtris, futuriſque temporibus Abbates ipſius loci firmiter, ac inviolabiliter teneant, atque diſponant, prout facultas, & utilitas ipſius loci exigerit, ita ut nullus judex publicus, nec quislibet ex judiciaria poteſtate in cellas, villas, aut agros, ſeu loca, ſive reliquas poſſeſſiones jamdicti cœnobii S. Benedicti quas moderno tempore in toto Italico regno juſte poſſidet, vel quicquid deinceps divina pietas ipſi loco voluerit augere ad cauſas audiendas freda, tributa exigenda, manſiones, aut paratas faciendas, ſeu fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius monaſterii tam liberos, quam ſervos, ſeu cartulatos, vel offertos, & ſuper terram ipſius monaſterii reſidentes nullatenus deſtringendos, vel ullas redibiciones, vel illicitas occaſiones requirendas noſtris, futuriſque ingredi audeat, nec ea, quæ ſuperius memorata ſunt penitus exigere preſumat, ſed liceat prædictum Johannem venerabilem Abbatem; ejuſdemque ſucceſſores, una cum congregatione ibidem Deo famulante te ſub noſtra munitatis munitione quieto ordine vivere, & Deum pro noſtra anima ſupplicare, & quicquid Fiſci ex jure jamfati monaſterii pars publica ſperare poterat pro anima noſtra mercede in luminaribus ipſius venerabilis monaſterii noſtra maneat auctoritate conceſſum. Inſuper confirmamus, ut ex omnibus rebus, mancipiis, liberis, & ſervis ipſi monaſterio pertinentibus, ubi pars ipſius monaſterii elegerit, vel acclamaverit cum Miniſtris, vel exactoribus publicis per tres, aut duos veraces homines circa manentes, quos ipſius monaſterii Monachi acclamaverint inquiſitio fiat. Ita ut Monachi cicius valeant ſuam juſticiam conſequi, & poſt factam inquiſitionem rem, quæ claruerit per prædictos veraces homines jam dicto monaſterio pertinere, liceat Monachis quiete poſſidere, & ut nulli liceat Monacho illius monaſterii in placito quorumcumque taliter reſpondere, ut ad Sacramentum compellantur. Si vero de ſervis, aut ancillis, vel de quibuslibet rebus orta contentio fuerit, liceat Monachis ejuſdem monaſterii ipſos retinere, quouſque in noſtram, ſeu de deceſſorum noſtrorum preſentiam veniant, & ibidem coram nobis poſiti deliberentur. Quicumque ergo adverſus hanc imperialem conſtitutionem rem temptaverit, ſciat ſe compoſiturum auri obtimi libras mille, medietatem prædicto Abbati Johanni, & medietatem cameræ noſtræ. Præcipimus etiam, ut ubicumque repertum fuerit ex rebus ipſius monaſterii, vel cellis illicite, atque damnoſe, ſeu inutiles conſcriptiones vel commutationes evacuentur, & ad jus vel poteſtatem ipſius monaſterii reſtituantur, ut autem hæc imperialis præceptio per futura tempora firmiorem obtineat locum, manu noſtra ſubter firmavimus, & ſigillo noſtro ſigillare juſſimus.*



*Signum Dñi Ottonis inclitiſſimi Imperatoris Auguſti. Heribertus Cancellarius vice Petri Cumani epiſcopi recognovi. Data octavo Kalend. Junii anno dominicæ Incarnationis 998. indictione undecima anno tertii Ottonis regnantis XV. imperii ſecundo. Actum Romæ in palatio feliciter Amen.*

In hoc diplomate confirmantur omnia principum, potiſſimum Caroli Magni, Lotharii, duorumque Otthonum privilegia, omniaque bona, juriſ-

dictio-

Digitized by Google

ditioneſque Caſſinenſium. Vetatur ne quis judex publicus, aut magiſtratus queſtionem in cœnobii Caſſinenſis ſubditos, ditionemque exerceat, aut ſervitia, vectigalia &c. inde repetat, ſed omnia liberæ cœnobii diſpoſitioni ſint obnoxia. Si vero aliquod fuerit ortum de ſervis, aliiſque rebus diſſidium cum aliqua cœnobio non ſubdita perſona, illud coram Imperatore eſſe dirimendum, interimque Monachi Servos, bonaque controverſa retinerent. Quæ quidem omnia ampliſſimis formulis explicata nullumque Jus ne quidem fiſci imperatori reſervantia ſupremam cœnobii Caſſinenſis juriſdictionem luce clarius demonſtrant. Quod ad eruditionem pertinet præcipuum hic eſt, ut in aliis quoque imperatoris præceptis viſitur, illud, *Signum domni Otthonis*. Eruditiſſimus Edmundus Martene in Commentario ad Regulam S. Benedicti cap. 63. pag. 829. probat antiquitus Domni titulum Pontificum tantum, Imperatorum, Regum, Principumque fuiſſe proprium; Hincque ait; *Verum antiquis non videtur fuiſſe niſi unus Dominus Deus: unde etiam auguſtus imperator Domini nomen recuſaſſe legitur apud Oroſium lib. 6. cap. 21. quamquam poſtea a Scriptoribus ut humiliori vocabulo uterentur, ex verbo Dominus, factum ſit per ſyncopem Domnus*: Subditque: *Hinc tritus ille verſiculus*

Titeli Domni Pontificum, Imperatorum &c.

*Cœleſtem Dominum, mortalem dicito Domnum.*

Et Mabillonius de re Diplomatica pag. 92. habet: *Jam Domni vocabulum non tantum Abbatibus & Monachis, ſed etiam Romanis Pontificibus, ac Regibus, imo & ſanctis tribuebatur &c.* Ubi probat hunc titulum viris tantum dignitate illuſtribus conceſſum. Certe Sanctis quoque attributum pluribus exemplis conſtat, potiſſimum authoritate S. Auguſtini, qui de S. Stephani protomartyris miraculis loquens, ubique eum Domnum appellat in libro de Civitate Dei. Obſervanda præterea illa verba *Inclitiſſimi Imperatoris*, atque in privilegio Otthonis I. *Invictiſſimi Imperatoris*: de quibus honorificentiæ titulis loquitur Mabillonius de re diplomatica pag. 89. hiſce verbis; *Cæterum non ſolum in inſcriptionibus, ſed & in ſubſcriptionibus frequentes ſunt hujuſmodi tituli honorifici, quibus utuntur reges, atque adeo imperatoris. Signum Caroli glorioſiſſimi regis; Signum Ottonis invictiſſimi Imperatoris, &c. ſed præ cæteris magnifica eſt Rogerii Siciliæ regis ſubſcriptio in Siciliâ* Sacra*: *Rogerius in Chriſto Deo bene fidelis, potens rex, & Chriſtianorum adjutor.* Quandoquidem vero huc ſermo devenit, quædam ab eodem Mabillonio ibidem recenſita proferemus in medium. Ait ergo. *Huic argumento affine eſt aliud de titulis compellatoriis, qui in veteribus inſtrumentis occurrere ſolent. Reges primæ, ac ſecundæ ſtirpis apud Francos utebantur vocabulis*, Celſitudinis, Serenitatis, *& ſimilibus, cum ſermonem de ſe ipſi inſtituebant, aliis eos excellentiæ magnitudinis gloriæ, aliiſque ſimilibus nominibus paſſim compellabant. Iidem uxores ſuas reginas vocabant &c. Hoc vocabulo ſæpiſſime utuntur mediæ ætatis ſcriptores. Eddius Stephanus in lib. de vita S. Wilfridi epiſcopi Eboracenſis, reginam regis Oſuvin, & poſtea regis Egfridi reginæ id eſt uxor &c. eodem etiam titulo donabantur regum filii, ac filiæ, eumque ſibi ipſi tribuebant. &c. Et quidem Dominorum nomine comprehendebantur*

Alii tituli imperatorum, regum, & reginarū.

* Sicil. lib. 4. pag. 14.

Titulus Dominorū, Domnicelli.

*imperatorum filii, ac uxores, uti eruditus Garnerius ad librum diurnum obſervavit. Quapropter Domnicellus a Marculfo appellatur regis filius recens natus &c. quin mariti uxores ſuas, etiam in actis publicis Dominas appellitabant &c. Ad hæc reges ipſi epiſtolas, aut præcepta optimatibus ſuis dirigentes, eos magnitudinis, ſollertiæ, prudentiæ, ſollicitudinis, induſtriæ, & utilitatis vocabulis cohoneſtabant &c. Majeſtatis compellatio Romano Pontifici, Archiepiſcopis, Regibus, ac Principibus olim communis fuit: Sed rarius ante Seculum undecimum &c. Mirum eſt vero Hilarum papam in epiſtola tertia ad Leontium Arelatenſem pontificem ſic loqui de ejus provincia, quæ ad Monarchiam, inquit, tuam pertinet. Quominus mirari ſubit, Gregorium Turonenſem eciam Monarchiæ vocabulum tribuere Lupicino Abbati &c. Imo etiam eundem ipſum titulum ſibi arrogavit Bruno Lingonenſis epiſcopus &c. Quin etiam eodem elogio, (ſcilicet Sanctitatis) donati ſunt Abbates uſque ad S. Bernardi Abbatis ætatem, imo, & reges &c. Quid quod Sanctiſſimi dicti ſunt ab epiſcopis etiam catholicis, principes tum profani tum heretici? fuit qui quondam Johannem Papam octavum nobilitatis titulo proſecutus eſt Lampertus Comes. Factum indigne tulit pontifex, ratus id ſecularibus viris non ſuæ dignitati convenire; cenſuitque Lampertum hac in re minime ſibi devotum extitiſſe, ut qui tam vilibus verbis, & inconvenientibus ſermonibus ſcripſiſſet. Non magis ſeculare videtur excellentiæ vocabulum, quod tamen Summis Pontificibus non adeo diſplicuiſſe invenio. Eo quippe Hadrianum affecit Carolus Magnus in epiſtola apud Cheſnium, eundemque Alcuinus, Leonem tertium, Kenulfus rex Merciorum &c. Paſchalem ſecundum Ivo epiſcopus Carnutenſis; Neque propterea putes, excellentiæ titulum nobilitatis vocabulo potiorem, & illuſtriorem fuiſſe. Nam uterque Francorum regibus tributus eſt a Pontificibus Romanis &c. & Caroli Magni filii ſat habuerunt, ſe nobiliſſimos dicere &c.* Scriptorum, aliorumque monumentorum teſtimonia, quibus hæc probat videri apud eum poſſunt. Qua vero de cauſa hæc a nobis adnotata ſint, habes ex eodem Mabillonio: *Hæc extra propoſitum eſſe nequis exiſtimet memini aliquod privilegium falſi poſtulatum fuiſſe in cauſa Forenſi propterea, quod excellentiæ nomen Papæ aſſignatum fuiſſet. Eundem nihilominus excellentiæ titulum Leutherico Senonum antiſtiti tribuit Fulbertus Carnutenſis epiſcopus, eundemque S. Bernardus Ricuino Tullenſi, & celſitudinis Guilengo Lingonenſi, ſed longe ante eum Mundanus Tolletanus antiſtes Turibio viro religioſo. Denique Eminentiæ nomine a Gregorio magno compellati ſunt Italiæ epiſcopi non ſemel &c. Redeo ad Francorum reges, ex quibus Rotbertus Sanctus Pater compellatur &c. Philippus primus, & Ludovicus ſextus in nonnullis chartis, & literis venerabiles dicti ſunt, ſeu venerandi. Hinc in Philippi diplomate hic edito &c. Signum Philippi venerandi regis &c. Mitto reges Francorum Carlovingos nonnunquam dici Seniores, ideſt Dominos: quo nomine etiam inferiores Domini appellantur, imo, & Abbates, Seniores Monaſteriorum, & mariti.* V. Mabillon. ibid. pag. 62. nu. 7. & pag. 84. ubi inquit: *Et ne Langobardorum reges omnino intactos dimittamus, notandum eſt illis maxime placuiſſe excellentiſſimi titulum,*

Majeſtatis.

Monarchiæ.

Sanctitatis.

Sanctiſſimi.

Excellentiæ.

Nobilitatis.

Eminentiæ.

Venerabilis.

Senioris.

*tulum, ut patet ex edictis, quæ pro nova legum inſtitutione ediderunt Rotharis anno* 643. *Ego in Dei* Excellentiſſimi. *nomine Rotharis Rex vir excellentiſſimus, ſeptimus decimus rex gentis Langobardorum anno regni mei, Deo propitio octavo &c. Luitprandus anno* 813. *robuſtiſſimum Deceſſorem noſtrum, atque Eminentiſſimum Rotharim Regem vocat; & de ſe* Catholici &c. *ipſo hæc habet: Ego in Dei omnipotentis nomine Liutprand excellentiſſimus Chriſtianus, & catholicus Deo dilecta gentis Langobardorum rex &c. Ratchiſius anno* 746. *Ego divino auxilio fretus Ratchis praexcellentiſſimus, & eximius princeps &c. Denique Aiſtulfus anno* 756. *Ego Aiſtulfus praexcellentiſſimus Catholicus Langobardorum rex, &c.* In privilegiis quoque nobis a Langobardorum princi- Sereniſſimi &c. pibus conceſſis ſæpe *Sereniſſimi* titulus reperitur, quem primus uſurpavit Atenulfus in privilegio S. Mariæ in Cingla conceſſo, & ante eum Grimoaldus in ſuis diplomatibus appellatur *Piiſſimus*, atque *Excellentiſſimus*, Vir *glorioſiſſimus*, *Summus* Princeps. Princeps; Sico, *Eximius*, & *Magnus* Princeps *praexcellentiſſimus*, Ugo Italie Rex, *Piiſſimi* regis, Langobardi alii Principes ſæpe in ſubſcriptionibus uſurparunt *Glorioſi* Principis, *Excellentiſſimi &c.* De initiali formula privilegiorum trium Otthonum, Henrici II. & ſucceſſorum conſulendus Mabillonius laudati operis pag. 83. ubi etiam ait: *Illud inſuper animadvertendum, Ottones, Henricos, & Federicos in more habuiſſe, ut quo quiſque ordine eſſet, ſecundus, tertius, quartuſve in ſubſcriptione deſignaret: At qui id initio diplomatis expreſſerint paucos invenias ante ſæculum decimum tertium &c.* Oppidum Montis Belli, cujus in hoc diplomate mentio in Aprutio ultra eſt ſitum, & conca prope Teanum. Ottho hic III. filius fuit Otthonis II. & Teophaniæ filiæ Conſtantini Imperatoris Conſtantinopolitani rex Germaniæ anno 983. evaſit, atque a Gregorio V. Romæ coronatus Imperator anno 996. ad quem annum hæc inquit Baronius: *Hoc namque anno quo Romæ creatus eſt Imperator a quo ſunt anni ejus imperii numerandi legitime, & non a parentis obitu &c.*

Cœnobii S. Mariæ in Cingla juriſdictiones. Quibuſdam obortis inter parthenonen S. Mariæ in Cingla Caſſinatibus ſubditam, ab iiſque adminiſtratam atque Comitibus Aliſanis litibus ob latifundia quædam montes, eccleſias, obque juriſdictionem, quam utraque pars ſibi competere aſſerebat in ſervos, & ancillas, alioſque earumdem poſſeſſionum incolas, diſcuſſa res eſt ante Audoaldum judicem, & legatum, ſeu delegatum Imperatoris Ottonis III. atque anno 999. deciſa eo modo, quo in mox adducendo inſtrumento continetur. Annus in eo notatus optime quadrat, cum tertio imperii Otthonis III. anno, cumque duodecima indictione, nam hic Imperator eſt inauguratus prope finem menſis Maii anni 996. ut Baronius, & Pagius probant. Principes in eodem inſtrumento recenſiti alii eſſe non poſſunt a Pandulfo II. Beneventano principe, qui anno 981. imperare cœpit, & Landulfo V. ejus filio, qui anno 987. a patre principatus Socius adſcitus eſt, ut oſtendit Peregrinius in Stemmate principum Beneventi, & Capuæ, qui ex Atenulfo profluxere. Quare annus Otthonis tertius, Pandolfi decimus octavus, & Landolfi duodecimus eſſe debebat. Ex hoc vero Inſtrumento luculentiſſime apparet, laudatum S. Mariæ in Cingla monaſterium jus ſervis, ancillis, aliiſque poſſeſſionum ſuarum incolis dixiſſe, ejuſque hac de re privilegia clara adeo fuiſſe, ut Aliſani Comites refragari non potuerint, quare licitum eo tempore eccleſiis erat, juriſdictionem in proprios ſervos, atque poſſeſſionum colonos exercere, quamquam latifundia illa in aliena ditione ſita erant. Nil itaque mirum, ſi privilegia cœnobio Caſſinenſi potiſſimum ab imperatoribus conceſſa, & facultatem Caſſinatibus elargiuntur, nedum juriſdictionem in ditione ſua exercere, verum etiam in ſervos, ancillas, alioſque illorum latifundiorum incolas, quæ in aliena ditione ſita eſſent, ut quilibet per ſemet in privilegiis hactenus allatis, laudandiſque videre poterit. Quædam etiam Comitum Aliphæ nomina ex hoc inſtrumento, aliiſque archivi noſtri monumentis innoteſcunt, quorum Camillus tantum Peregrinius in cit. Genealogia meminit dum ait: *Aldemarius, Audoaldus, & Audoaldus Gaſtaldeus parentes principis Landulfi tertii vivebant in* 966. *Hos reputo ex Comitibus Calium, & affines Comitum Venafri, originemque duxiſſe ex quodam Ademario Theſaurario, qui eorum fuerat biſavius.* Conſtat tamen memoratos in hoc inſtrumento dynaſtas fuiſſe Comites Aliſanos.

† *In nomine Domini tertio anno imperii Domini noſtri Ottoni imperatori ſemper auguſto, & ho-* Celebre placitum inter monaſterium S. Mariæ in Cingla, & Comites Aliſanos. *ctabodecimo anno principatus domni Paldolfi glorioſi principis, & duodecimo anno principatus domni Landolfi magni principis filius ejus menſe Martio duodecima indictione. Ideoque nos hi ſumus Audoaldo Comes filius bonæ memoriæ Aldemarii Comitis, & Aldemarii Comes filius quondam Audoaldi Comiti, clare facimus quoniam Petrus venerabilis Sacerdos, atque præpoſitus monaſterii S. Mariæ, quæ conſtructa eſt in loco, qui dicitur Cingla una cum Landulfus Comiti advocatorem ipſius monaſterii ante Audoaldum Imperiali judice, cui commiſſa eſt judicia ad judicandum ab ipſo invictiſſimo Imperatore, & ante Adericus Gaſt. & Judex, & alios plures idoneis nobiliores homines Beneventanæ civitatis habitantibus excitaverunt cauſaciones adverſus nos dicentes, ut contraſſemus ad partem ipſius monaſterii ipſis rebus de ſupradicto loco Cengla, & de Aline, & de monte S. Biti & de Airano, & de S. Archangelo, & de Lactanico, & Brellanico, & Sepezzano, qui ſunt in pertinentia de ipſo Comitato noſtro Aliſano, quæ ſunt infra fines de ipſe ſcriptiones, atque præceptora ipſius monaſterii, quod ipſe præpoſitus cum jam dicto ſuo advocatore nobis ad legem oſtenderunt, & coram ipſis judicibus, & nobilioribus hominibus nobis relecta fuerunt. Prima ſcriptione manifeſtacionis erant continente, quomodo Johannes presbyter, atque prepoſitus ipſius monaſterii anteceſſore eorum definitionem fecerat mecum qui ſupra Audoaldo Comite, & cum ſupradicto Audoaldo Comite genitore meoque Aldemarii Comiti de ipſis rebus de ſupradicto loco Cengla, quæ ſunt pecia duæ, Prima pecia ex ipſis rebus, in qua ipſa eccleſia S. Mariæ conſtructa eſt habebat hæc fines; de prima parte fine Serra de Monte, qui dicitur Eremonio, de ſecunda parte fine flubio, qui dicitur Ete, & deſcendente per eodem flubio Ete uſque in flubio Bulturno, & qualiter vadit per ipſo flubio Bulturno, uſque in Rivo Cerbatu. De tertia*

parte

parte fine predicto rivo, & traberſante directe per montes, ſeu Balles, & vadit uſque ad jam dicta Serra de predicto monte, qui dicitur Eremonio. Secunda pecia ex monte in qua eccleſia S. Biti conſtructa eſſe videtur. De prima parte fines nita de Iſernienſe. De ſecunda parte fine predicto flubio, qui dicitur Ete, & fine rivo, qui dicitur Pentimoſo, & ab inde directe per Tora, & Balles ſicut directe exiit per ipſa Tora, & Balles jam dicti monaſterii, uſque ad pradictos fines de Iſernienſis. Da tertia parte fine pradicto flubio Vulturno, & erat ſcripta ipſa ſcripcione ipſius monaſterii per Petrus clericus, & notarius, & bene a teſtibus roborata.

Secunda ſcripcione manifeſtacionis erat continentem quomodo pars ipſius monaſterii definicionem fecerat mecum qui ſupra Audoaldo Comite, & cum jam dicto Audoaldo Comite genitore, meoque Aldemarii Comiti de ipſis rebus pradicti monaſterii, ex jam dicto loco Cengla per ſupradict. finis, & erat ſcripta ipſa ſcripcione per Drogonem clericum, & notarium, atque ſcriba, & bene roborata teſtibus. Ipſa tertia ſcripcione erat continentem. Quomodo ego ipſe Audoaldo Comite pro parte mea, & pro parte, & vice ſupradicti Audoaldi Comiti Conſobrino fratre meo, atque genitor, meoque Aldemarii Comiti quam & pro parte Aldemarii Comiti nepoti, noſtrorumque Audoaldi, & Audoaldi Comitibus, atque Conſobrino fratre, meoque Aldemarii Comiti definicionem feceram cum ſupradict. Johannes presbiter, atque prapoſitus prafati monaſterii S. Maria de tribus pecie de terris de finibus Alife Comitato noſtro, in hoc ordine, velut hic ſubter legitur. Prima pecia ex eadem terra declarabat eſſe ad Ponte qui dicitur Oroluni propinquo eccleſia S. Mauri habentes fines ab uno latere, & uno capite fine vie publice, & ex alio latere fine terra meaque Audoaldi Comiti, & de ſupradictis meis conſortibus; alio capu fine rivo, & erat ipſa pecia ex ipſa terra tantum in longitudo quantum & in latitudo. Secunda pecia ex pradicta terra eſſe videtur in locum, qui dicitur ad Plunzanu, in qua eccleſia S. Maria conſtructa eſſe videtur, & erat continentem hac fines de ambas latera, & uno capite fine vie, & alio capite fine Monte. Tercia pecia qua dicitur ad Brellanicu habente fines de prima parte fine Monte. De ſecunda parte fine via antiqua, qua decernit inter hac terra, & terra qua fuit ceſpite Oderiſi, qua tandem retinebat Selleto cum conſortes ſui, & fine terra de aliis hominibus, qui ibidem ad fines ſunt ſicut directum perexiit in via publica, qua eſt ſtrata. De tortia parte fine eadem via publica, qua eſt ſtrata, & ſilice. De quarta parte fine via, & terra unde via fuit unde in aliquantulum tandem via decernebat, ſicut termiti exfinabat, & perexiente uſque in vie Boſurce, & traberſante eadem vie, & perexiente ad jam dictum Montem & Terra, qua fuit Alloni, qua tandem retinebat Jaquinto. Unde pars ipſius Monaſterii cum eo cauſaciones abuerat, & de ipſe duabus pecie ex terra, ideſt de ipſa una pecia ex terra qua dicitur ad Ponte Horolum, & de ipſa alia pecia qua dicitur ad Plunzanu dederat exinde nobis ſupradictorum Audoaldi, & Audoaldi Comitibus, & ſupradicti Aldemarii Comiti nepoti noſtro pars ipſius monaſterii per convenientia ordine juxta legem integram medietatem, & de ipſa tertia pecia ex Terra de ſupradicto loco Brellanico dederat exinde nobis pars ipſius monaſterii per conveniencia ordine juxta legem ducenta modia ex terra in Allanttu ad poſſeſſione noſtra, & de noſtris heredibus velut per omnia ipſa noſtra carta conveniencia continet quod inde aput nos firmatam retinemus, & alia quibus in ipſa ſcripcione continere videbimus, & erat ſcripta per Petrus clericus, & notarius, & bene a teſtibus roborata. Quarta videlicet ſcripcione memoratorium erat continentem quomodo pars ipſius monaſterii conjunxerat ſe ad legem in ſacratiſſimo Beneventano palatio cum Baruſo, qui & Anſelberto vocabatur commorante de finibus Alife fili quondam Traſelberti de una pecia de Terra pradicti monaſterii in loco Lactanica in qua eccleſia S. Columbani couſtructa eſſe videtur, & erat continentem per hac fines. De una parte via, qua venit de ipſa ſtrata, & pergit ad predicto flubio Bulturno, qui decernit inter hac terra, & terra monaſterii S. Benedicti ab alia parte fine limite, qui decernit inter hac terra, & terra de Alifani, De tercia parte fine pradicta ſtrata, qui decernit inter hac terra, & terra prafati monaſterii. De quarta parte fine pradicto flubio Bulturno, & erat ſcripta eadem ſcripcione memoratorii per Petrus clericus, & notarius, & bene a teſtibus roborata. Quinta ſcripcione erat continentem quomodo ego ipſe Audoald Comes cauſacionem habueram cum pars ipſius monaſterii de terris de ſupradicto loco Sepizzano, & manifeſtaberam me exinde ad pars ipſius monaſterii per hac fines. De prima parte fine via, qua pergit per Vicum ad ipſum Toranum. De ſecunda parte fine alia via, qua vadit circa Rabe, & pergit ad ecclesia S. Angeli. De tercia parte fine via, qua eſt ſub ipſu Torum. De quarta parte fine alia via, qua vadit, & conjungit ſe in ipſa via, qua eſt prioras fines, abſque viginti modia de terra quam ego exinde reſidebam, & ad meam retinebam poteſtatem, & erat ſcripta eadem ſcripcionem per ſupradictum Petrus clericus, & notarius, & bene a teſtibus roborata. Uno ex ipſa praceptora legebatur quomodo domnus Sichenolfus Dei providencia Langobardorum gentis princeps concefferat in prafato monaſt. S. Maria, hoc eſt omnes res puplicalia, quem pars Palatii pertinere videtur ſibe per famulos ſuos vel per qualiſcumque modum infra as fines de his dictis curtibus pertinentibus jam fati cœnovii. Prima curte in quo ſanctum monaſterium conſtructo eſt, ſicut incipitur per montes Eremonio vocantes & ab inde qualiter vadit in flubio Ete, & per eodem flubio ſicut vadit in flubio Bulturno, & per eodem flubio ſicut pergitur ad rivo, qua nunc dicitur Cerbaro, & per pradicto rivo aſcendentes per montes veſtrique cœnovii, & ſicut pergit in monte Ermonio. Alia namque curte, & montes in qua cacumine ejus conſtructa eccleſia S. Biti, hujus finis eſt. De prima parte a parte Iſernienſis fine flubio, qui dicitur Saba, & ab inde ſicut incipit, & vadit per terras, qua pertinuit domina Adelghiſa qua nune noſtri palatii pertinet, & ſicut directe vadit per fines de aliorum hominum uſque in rivo, qui Pentemuſu dicitur, & ab inde vadit per pedes de ipſo Morretellu uſque in pradicto flubio Ete, & ſicut pergit per eodem flubio Ete uſque ad Bulturno flubio, & ſicut aſcendit per eodem flubio Bulturno, uſque in rivo Cutaru, et per eodem rivo aſcendit per montes, et vadit uſque in pradicto Saba flubio, et bene erat ab anulis bonorum praceptorum ſigillatum.

Privilegium Sichenolfi Principis.

Digitized by Google

Privilegium Grimoaldi Principis.

tum. In ſecundo precepto legebatur, quomodo domnus Grimoalt Dei pravidentia Beneventane probincia princeps conceſſerat in præfato monaſterio Sanctæ Mariæ omnes curtes, & territoria, ſervos, vel ancillas, ſcriptiones ſeu precepta, cum omnibus ſuis continentiis ut ſecuriter in perpetuum ea omnia poſſiderent pars præfati cœnovii ejuſque rectoribus ut nullum cenſum vel dationem quocumque adveniente tempore pars reipublicæ vel cuicumque perſonæ perſolberent, ut nullus princeps, Dux, Marchio, Comes, Gaſtal., Judex, Sculdahis, magna ſeu parba perſona aliquid exinde invadere aut minuari præſumerent, & nulla judicalia, nec fiſcalia quiſpiam querat habere in hereditates, ac ſervos, ſeu liberos homines, qui in rebus prædicti cœnovii habitaberint per diverſis ſuis locis, & ut non darentur cenſum, nec dationes, nec eſcaticum, nec ſiliquaticum, nec portaticum, nec plateaticum, neque Caſaticum cuicumque perſona pro parte reipublici, & nec ad vigilias civitatis, neque ad judicium invitis, ſeu ſponte ante cujuſcumque perſone vadant, niſi ante Abbatiſſa, ſeu præpoſitus, vel qui ab eis fuerint, & alia, quibus in eodem precepto continere videbimus, & ab anulis bonorum preceptorum erat ſigillatum.

Privilegium Ludovici imperatoris.

In tertio precepto repperentem invenimus, quomodo Ludovicus gratia Dei imperator auguſtus conceſſerat in ſupraſcripto Monaſterio, ut ab illis diebus, & deinceps nullus princeps, Dux, Marchio, Comes, Gaſtal., judex, Sculdahis, magna parbaque perſona, cenſum, dacionemve Abbatiſſæ ejuſdem eccleſiæ quocumque modo tollere audeant, & neque judicalia neque fiſcalia, neque eſcaticum, neque erbaticum, neque ſiliquaticum, neque portaticum, neque plateaticum, neque Caſeaticum ab hominibus vel territoriis in quibuſcumque locis rebus ipſius eccleſiæ fuerint querant tollere, ſet perpetuis temporibus Abbatiſſa ſeu præpoſitus ipſius eccleſiæ in ſua poteſtate habeant. Nam ſervos ejuſdem eccleſiæ quam etiam liberos in territoriis ejuſdem eccleſiæ habitaberint, judicare atque ab eis exigere, eaque propter non deberent, & alia quibus in eo legebatur, & bene ab anulis bonorum preceptorum ſigillatum.

Privilegium Paldolfi principis.

Quarto precepto erat continentem, quomodo Paldolfus Domini gratia princeps conceſſerat in monaſterio puellarum S. Dei Genitricis, & Virginis Mariæ ſitus foras Capuana civit. juxta porta S. Angeli omne ſervicium, vel dacionem, vel imperacionem, quæ parte reipublica in eodem monaſterio imponere voluerint, aut potuerint ad omnes illos hominibus liberos, vel ſervos, qui in rebus prædicti monaſterii habitaberint, & ut nullus comes, aut Judex, vel Sculdahis, aut qualiſcumque alius homo de ſub ſua dicione videlicet de comitato Tiano, & comitato Calbenſe, & comitato Bulturnenſe, & comitato Calinulo, & comitato Sueſſano, & comitato Benafrano, & comitato Aliſano, atque Teleſino auderent, aut præſumerent judicare, aut quaslibet violentias facerent de qualiſcumque cauſaciones, aut intenciones, aut alia qualibet cauſas ad hominibus liberos vel ſervos, qui in rebus ejuſdem monaſterii, habitaberint; ideſt qui in has terris, & curtibus jamdicti monaſterii in curte, & terris de Cingla & in curte & terris de Ailane, & prata, & in curte de Airano, & de S. Archangelo, & in curte, & terris de S. Columbano in finibus Aliſane & in Curte, & terris de Brellanico, & Delectanico, & in curte & terris de Sepizzano, & alia quibus in eodem precepto legebatur, & bene erat ab anulis bonorum preceptorum ſigillatum.

Privilegium Ottonis ſecundi.

In quinto precepto legebatur, quomodo domnus Otto imperator auguſtus conceſſerat in præfato monaſterio S. Mariæ omnes res & proprietates ſuas, quas antiquitus ipſum prædictum monaſterium, quod in locum, qui Cingla vocatur conſtructum fuerat, ſive per preceptoria ſeu per quaſcumque ſcripciones, & monimina cartarum poſſederat, ut nullus Dux, princeps, Marchio, comes, vice comes, Gaſtald. nullaque noſtri regni magna, aut parba perſona deinceps ipſum monaſterium, ſeu Abbatiſſa, aut ejuſdem ſanctemoniales inquietare, aut moleſtare, aut de eorum propriis, & eccleſiæ ſine legali judicio diſveſtire, aut ab aliquibus tam ſervis, quam liberis ſuper res ipſius eccleſiæ reſidentibus, vel eas laborantibus, aliqua tributa, daciones, penſiones, vectigalia quemlibet puplicum exequium exigat, & alia quibus in eodem precepto legebatur, & bene erat ab anulis bonorum preceptorum ſigillatum. Cumque nos ſuperius dicti &c. Comitibus Audoald. & Aldemari ipſas ſcriptiones, & prædicta preceptora præfati monaſterii taliter relegentis atque continentis audivimus, & agnobimus, quomodo ipſe ſcripciones, & jamdicta preceptora prædicti monaſterii bona, & veriteſa eſſent, & ille vel illas contradicere non poteremus, medium noſtri adeſſent ſuperius dictis judicibus, & prædictis idoneis nobilioribus hominibus, qui cauſam ipſam ad conveniencia ordinem inter nos producere querebant ut melius eſſent, quod nos inde ad partem ejuſdem monaſterii ex ipſis rebus ex jam dictis locis per ſupradictum finis manifeſtaremus per conveniencia ordinem juxta legem, quam inde ad compoſitionem, aut ad perjurium perveniremus, quæ nobis, & ipſius Petri venerabilis ſacerdoti, atque præpoſiti præfati monaſterii, & ad ipſo ejus Advocatore obtime faciendi eſſe ſe comparuit. Denique reminiſcente nos eorum, quæ in lege Langobardorum per pars eccleſiarum de conveniencia ſcriptum eſt, ideo juxta inſtitutionem ejuſdem legis intereſſent vocabimus ſupradictis judicibus, & jam dictis idoneis nobilioribus hominibus, ut hoc quod inter nobis ordine conveniencia juxta legem faceremus omni tempore firmum, ſtabilemque maneret, & dum prædictis judicibus, & idoneis nobilioribus hominibus interfuiſſemus, ideoque firmabimus inter nobis hanc convenienciam juxta eandem legem. Quapropter nos qui ſupra Audoaldus, & Aldemari Comitibus, ideo dum nobis congruum eſſe videtur, bona etenim noſtra voluntatis ante ſupradictis judicibus, & idoneis nobilioribus hominibus per hoc videlicet ſcriptum per conveniencia ordinem juxta legem manifeſtabimus nos tibi eidem Petri venerabili ſacerdoti, atque præpoſito, & ad ipſo tuo Adbocatore, ut aliquando tempore nos, neque noſtris heredibus vobiſcum, neque cum veſtris ſucceſſoribus, neque cum parte veſtra præfata Eccleſia, neque cum ejus Rectoribus de ſupradictis rebus ex jam dictis locis intra prædictos fines cauſare, aut contendere nullatenus poteremus, neque per teſtes, neque per monimen, neque per nullam quamlibet inventa racione abſque illut, quibus exceptamus, nam de aliis omnibus rebus ex jam dictis locis infra prædicte finis. Nos autem exinde vobis manifeſtabimus ad partem præfati monaſterii, ſimulque & manifeſtabimus. Nos vobis per conveniencia ordine juxta legem ad partem

ſupra-

Digitized by Google

*ſupraſcripti cœnovii de hos ſervos prædicti monaſterii Johannes Birini, & Bobi filius Guandi & Luciano filius Martini presbiteri, & Johannes filius Leonis, & Corbo filius . . . . . . . . . . , & Kalendolo filius . . . . . . . . . . ut de illorum perſonibus, neque de perſones mulierum illarum, neque de filiis filiarum illarum neque de cauſas eorum cauſare, aut contendere non deberemus, neque de aliis famulis, vel famula præfati cœnovii. Pariterque ordine conveniencia juxta legem manifeſtavimus vobis ad partem ſupraſcripti monaſterii, ut aliquando tempore nec nos, neque noſtris heredibus non judicemus, neque judicare faciamus, nec liberos, nec ſervos, qui in rebus præfati monaſterii ordinati fuerint ad reſidendum, & nec portaticum, neque plateaticum, neque nullum cenſum, nec daciones illorum tollamus, aut tollere permittamus, & ſi forſitan quiſcumque ex noſtra dicione ex eis judicaberint abſque noſtra voluntate, unde nos auſi fuerimus jurare ad partem prædicti monaſterii ad S. Dei Evangelia ſecundum legem dicendum ut per noſtram demandationem, neque per noſtram voluntatem exinde non judicaſſent ſoluti exinde maneamus a parte præfati monaſterii, & de illum hominem qui ſub noſtra dicionem eſt, & exinde judicaberint, ut veram legem exinde judicemus ad partem præfati cœnovii, & ad ejus rectoribus, de quibus ordine conveniencia juxta legem Guad vobis dedimus nos qui ſupra Audoaldus, & Aldemaris Comitibus, & mediatores vobis poſuis nos ipſos, & ego ſupradictus Audoaldus comes media vobis poſui Chottonem Gaſtald. filium Theuderici, qui fuit Gaſtald., & Adelferii comes filius quondam Audoaldi Comiti, & ego ipſe Aldemarii Comes mediam vobis poſui Truppoald, & Dauferii germanis filii Truppoaldi li hoc tinore ut ſi aliquando tempore nos aut noſtris heredibus de ſupradictis rebus ex jam dictis locis infra ſupraſcripte finis per quacumque inventa racione cum parte præfati cœnovii, vel cum ejus rectoribus, abſque illut, quibus ſupra exinde exceptabimus, aut ſi de ipſis hominibus liberi, vel ſervi, qui in ipſis rebus prædicti monaſterii reſederint judicaberimus, aut judicare permiſerimus qualiſcumque homo, qui ſub noſtra fuerint dicione, aut ſi de ipſis ſervis, vel ancilla præfati monaſterii cauſare, aut contendere præſumpſerimus, aut ſit de liberi vel ſervi, qui in rebus præfati monaſterii reſederint aliquid de cauſa illorum tulerimus aut tollere permittimus, aut ſi hanc convenientiam qualitercumque retornare vel remobere queſierimus, ideo ante omnia mille ſolid. Conſtant. ſingulos ad ſingulos, tam nos qui ſupra Audoaldus & Aldemarii comes. Tibi quam & noſtris heredibus vobis ſupradicto Petri venerabili ſacerdoti atque Prepoſiti, quam & ad veſtris ſucceſſoribus ſeu ad partes ſupraſcripti monaſterii, & ad ejus Rectoribus per convenientia ordinem juxta legem penam componere obbligamus, & in antea omni tempore exinde per invitis taciti permaneamus ad partem ejuſdem monaſterii & adverſus ejus Rectoribus, & per invitis exinde tacere faciamus omnes homines qui pra parte de noſtro datu, aut de ſupradictis Genitoribus noſtris ex prædictis rebus ex jam dictis locis, infra prædicte finis vobiſcum aut cum veſtris ſucceſſoribus cauſaberint abſque de illut quibus ſupra exinde exceptabimus & per invitis ea qua perlegitur vobis, veſtriſque ſucceſſoribus adimplere debeamus in omni racione, & ordine velut ſupra legitur per eadem Guadie, & nos ipſis atque prædictis mediatoribus, & pena obbligata, & tam nos ipſis, qui ſupra comitibus, quam & nos ſupradictis mediatoribus ante poſuimus ad partem ſupraſcripti monaſterii, & ad ejus rectoribus ad pignerandum omnia cauſa noſtra legitima, & inlegitima ſine calumniis uſque ad legem. Quam te Drogo clericus, & notarius taliter ſcribere rogavimus ſſ. benev. Ego qui ſupra Aldericus me ſubſcripſi. Ego Landolfus*



*Ego qui ſupra Audoaldus imperialis judex. † Ego Potto † Ego Haideradus.*

Quo autem vera in hoc inſtrumento enunciata eſſe conſtet, privilegia hic Grimoaldi, Otthonis II. Pandolfi, & Landolfi, quorum autographa in Archivo noſtro extant, ſubnectimus & ſi longe ante hæc tempora emanata. **Grimoaldi privilegium pro cœnobio. S. Mariæ in Cingla.**

† *In nomine Domini Dei ſalvatoris Jeſu Chriſti nos vir glorioſiſſimus Grimoaldus Dei providentia Beneventana provincia princeps motus omnipotentis Dei, & pro redemcione anima noſtra, ſuggerente glorioſe Dauferigaſto fideli noſtro concedimus in monaſterio beate Dei genitricis Maria qua vocatur Cengla, ubi Anſilenda Abbatiſſa praeeſt omnes curtes, & territoria, ſervos, & ancillas ſcriptiones, ſeu pracepta, cum omnibus ſuis continentiis, ut ſecuriter amodo, & in perpetuum omnia poſſideat, & nullum cenſum, vel dationem quocumque adveniente tempore parti reipublica vel cuicumque perſona perſolbat, & nullus princeps, Dux, Marchio, Comes, Caſtaldeus, judex, Sculdahis, magna, ſeu parba perſona aliquid exinde invadere, aut minuere præſumat, & nulla judicalia nec Fiſcalia quiſpiam . . . . . . . . . . . . . . . habere in ereditates, ac ſerbos, ſeu liberos homines qui in rebus prædicti cœnobii habitat per diverſis ſuis locis, ut non dent nec cenſum, nec dationem, nec eſcaticum, nec ſiliquaticum, nec portaticum, cuicumque perſona pro parte reipublica, & nec ad vigiliam civitatis, nec ad judicium invitis, ſeu ſponte ante cujuſcumque perſona abcedant, niſi ante Abbatiſſam, ſeu prapoſitos, vel qui habeis ſunt ordinati eidem S. cœnobii, ut ſemper jamphatus cœnobius, Abbatiſſa, vel prapoſitus, ſeu ſanctimon. ejus omnes, qua ſibi ſubjectis, abſque omni datione publica permaneat in perpetuum. Si quis autem, quod abſit, hanc noſtram conceſſionem in qualibet parte diſrumpere temptaverit, centum libras auri puriſſimi prædicti cœnobii ſe compoſiturum ſciat. Quod . . . . . . . . . præceptum conceſſionis ex juſſione ſupraſcripta poteſtatis ſcripſi ego Leo notarius Actu in curte Papalatii Venebentani. Quinto anno menſe Auguſto tertia indictione feliciter.*

Grimoaldus hic cujus anno quinto menſe Auguſto indictione tertia mox editum privilegium



Digitized by Google

eſt conſignatum, filius fuit Arichis primi Beneventani principis, cui ipſe ſucceſſit, atque tertius hujuſce nominis, ſi a ducibus nota numerica deſumatur. Ex hoc privilegio conſtat ſucceſſiſſe patri anno 790. nam quintus ejus annus menſe Auguſto, indictione tertia erat annus 795. Quamquam exiſtimo hujuſcemodi indictionem non recte in eo diplomate adnotatam, nam Pagius, atque Cointius demonſtant patri Grimoaldum anno 788. ſucceſſiſſe, qui annus privilegio ab illo cœnobio Caſſinenſi conceſſo, quod ſupra retulimus, optime quadrat, in quo annus nonus principatus Grimoaldi legitur, & indictio quinta, ideſt 797. quæ indictio notis chronologicis conſentit, in donationibus ſupra recenſitis Gracconis adnotatis, in quibus indictio etiam quinta, & annus nonus Grimoaldi legitur. Ughellius Tom. VIII. in Archiepiſcopis Beneventanis col. 51. refert privilegium Grimoaldi, aliudque habet Chronicon S. Sophiæ ibidem col. 638. quæ anno ſecundo principatus ejus, indictione duodecima, menſe Junio ſunt data, eaque indictio anno 789. reſpondet; quare crediderim Amanuenſium, vel notariorum oſcitantia factum, ut in hoc S. Mariæ in Cingla privilegio indictio tertia legatur. Nec mirum, cum indictiones ſæpe ſæpius in ſcripturis falſo poſitas experimento compererim. Quot annos imperaverit Grimoaldus non ſatis etiam exploratum, nam Anonymus Salernitanus apud Peregrinium pag. 261. duodeviginti regnaſſe annos ſcribit, quanquam, ut idem Peregrinius pag. 259. admonet, peſſime hujuſcemodi catalogus eſt confarcinatus. Ejus tamen ſententiam amplexus videtur Peregrinius ipſe, dum pag. 237. ait, anno 806. obiiſſe Grimoaldum. Vid. Cl. Fontaninus in Appendice ad vindicias antiquorum diplomatum pag. 265. in notis ad hoc privilegium olim a nobis illi communicatum, & Pagius ad ann. 806. num. 20. Anonymus tamen Caſſinenſis ſæculi noni, omniumque vetuſtior Author apud Peregrinium pag. 116. viginti Grimoaldo annos tribuit, ejuſque mortem anno decimo Giſulfi Abbatis Caſſinenſis conſignat, qui eſt Chriſti 807. menſe junio, quo Abbatiam Giſulfus iniit, ut oſtendit Peregrinius in ſerie Abbatum Caſſinenſium. Anonymo noſtro conſentiunt Anonymus Monachus S. Sophiæ apud Peregrinium pag. 264. qui annos undeviginti, & ſeſqui Grimoaldo tribuit, & antiquus Anonymus Cavenſis apud eundem pag. 302. viginti annos. Annaliſta Cæſareus a Lambecio editus anno triceſimo nono regni Caroli Magni obiiſſe ait Grimoaldum. Primus autem Caroli annus, ut oſtendit Pagius, menſe Octobris anni 768. incipit; Triceſimus itaque nonus erat annus 807. Verba hæc a Peregrinio pag. 237. allata, *Tumulus Grimoaldi principis Beneventi filii principis Arichis, qui obiit anno* 806. Sunt Peregrinii, non tumulo Grimoaldi inſculpta, ut credidit Pagius.

Alterum in inſtrumento memoratum privilegium eſt Paldolfi, & Landolfi.

Paldolfi, & Landolfi privilegium pro Parthenone S. Mariæ in Cingla.

† *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei Æterni, Paldolfus, & Landolfus filio ejus, divina ordinante providentia, Langovardorum gentis principes. Cum principalis excellentia petitione dilecti ſui petenti clementer favet, Quapropter noverit omnium fidelium noſtrorum preſencium ſcilicet., at futurorum ſagacitas, quia Aloara principiſſa dilecta uxore noſtra obſecravit noſtram excellenciam, quatenus ob amore omnipotentis Dei, & ſalbacione anima noſtra concederemus, & confirmaremus in monaſterio puellarum S. Dei genitricis, & virginis Maria ſitus foras anc Capuana civitate juxta Porta S. Angeli apellatur, ubi domna Carda Abbatiſſa, & Johannes ſacerdos, & prepoſitus eum cum monaſterio ex quibus olim puellarum in loco Cingla regimen tenere videtur, omnem ſervicium, & dacionem, vel imperacionem, que parti reipublicæ imponere voluerit, acupotuerit ad omnes illos hominibus liberos, qui in rebus predicti monaſterii havitare videtur, ſimulque, & concederemus, & confirmaremus in jamphato S. Monaſterio, ut nullus comes, aut judex, vel Sculdahis, aut qualiſcumque alius homo de ſub noſtra dicione videlicet de comitato Fiano, & comitato Calbenſe, & comitato Bulturnenſe, & comitato Calinola, & comitato Sueſſano, & comitato Benafrano, & comitato Alifano, atque Teliſino audeant, & preſument judicare, aut qualibet violenciam facere de qualiſcumque cauſaciones, aut intenciones, aut alia qualibet cauſas ad omnibus, qui in rebus predicti monaſterii havitarent, vel havitatores fuerint, ideſt in has terris, & curtibus jam dicti monaſterii in curte & terris de Cingla, & in curte, & terris de Ailane, & de Prata, & in curte de Airanu, & de S. Archangelu, & in curte, & terris de S. Columbanu in finibus Aliſana, & in curte, & terris de Brillanicu, & Delectanicu, & in curte, & terra de Sipiczanu, & in curte, & terris de finibus . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . quam & in finibus Comitato Benafrano, & in Sueſſano, & . . . . . . . . . . . . . Comitato Calinolo, & Bulturnenſe & in curte, & terris de finibus . . . . . . . . . . . . . . . . . de Calacie, ſet ſemper liceat in prephato S. Monaſterio . . . . . . . . . . . . . . . nec non & concederemus, & confirmaremus in jam dicto monaſterio . . . . . . . . . . . . . . . . dictis, & terris ejus havitaberint, vel havitatores fuerint qualibet homo de predicto comitatas aliquando tollere plateaticum, vel portaticum, ſeu ſiliquaticum, & ſemper ipſos dare deviant ad Abbatiſſa, & prepoſitus, qui in prephato monaſterio ordinatus fuerit, de quibus petiit a noſtra excellentia, ut firmitatis apices in eodem S. monaſterio fieri juberemus, cujus petitionem exaudientes, hos firmitatis apices ibidem exinde fieri juſſimus, per quos omnino ſancimus, & perpetualiter havendum noſtris, & futuris temporibus concedimus, & confirmamus in prephato S. Monaſterio Puellarum S. Dei Genitricis, & virginis Maria ſitus foras hanc Capuana civitate juxta S. Angeli appellatur, ubi predicta domna Carda Abbatiſſa, & Johannes Sacerdos, & præpoſitus eum cum monaſterio, ex quibus olim Puellarum in loco Cingla regimen tenere videtur, omnem ſervicium, & dacionem, cenſum, vel imperacionem, porteaticum, & plateaticum, ſeu ſeliquaticum, & aliam omnem dacionem, qua parti reipublica imponere voluerit, aut potuerit ad omnes illos hominibus, qui in rebus predicti monaſterii havitare videtur, quam & concedimus, & confirmamus in præfato monaſterio, ut*

*nullus*

Digitized by Google

*nullus comes, aut judex, vel Sculdahis, aut qualibet alius homo de ſub noſtra dicione videlicet ſupradictis Comitatibus audeant aut præſumant judicare, aut qualibet violenciam facere de qualiſcumque cauſaciones, aut intenciones, vel alia qualibet cauſas ad omnibus hominibus, qui in prædictis curtis, & terris jam fati monaſterii havitaverint, vel havitatores fuerint de omnes cauſaciones, & intenciones quas habuerint, exinde judicare ſet ſemper deveant eorum exinde judicare ipſa Abbatiſſa, & prepoſitus, qui in prædicto monaſterio hordinatus fuerit, quomodo melius illis ſcierit, ita ut nullus ex noſtris comitibus, Caſtaldeis, Judicibus, vel Sculdahis, aut cujuſcumque perſone aveant jam dicto monaſterio exinde, & ejuſque Cuſtodibus, atque rectoribus qualecumque moleſtiam, aut contrarietatem, ſet perpetuis temporibus ſecuriter maneant de omnia ſupradicti jam fato monaſterio, & ejuſque Abbatiſſa, atque prepoſitus neminem exinde ibidem in aliquo contraria ingerente. Quod ſi quiſpiam homo anc noſtram conceſſionem in quomodocumque violare præſumſerit, ſciat ſe compoſiturus in prædicto monaſterio, & ad ejuſque cuſtodes, atque rectores auri puri libras centum, & ec conceſſio de qualiter continet firma permaneat in perpetuum, ut autem ec noſtra conceſſio verius obſervetur, manu propria ſcripſimus, & ex anulo noſtro ſupter juſſimus ſigillari.*



*Signum domni Paldolfi Excellentiſſimi principis.* Adeſt ſigillum cereum.

*Dat. quinto decimo Kalendas januarias anno viceſimo ſeptimo principatus domni Paldolfi glorioſi principis, & anno primo principatus domni Landolfi ejus filii indictione tertia decima.*

Paldolfus hujus nominis primus, fuit inter Capuæ principes Caput ferreum dictus filius Landulfi II. quocum imperare cepit anno 943. cumque filio Landolfo IV. anno 968. Cum vero hoc privilegium anno vigeſimo ſeptimo Pandulfi ſit datum, & primo Landulfi filii Indictione XIII. annus Chriſti erit 970. Fuit etiam Pandulfus Spoleti Dux, Marchio Camerini & princeps Salerni, ut alibi adnotatum. De monaſterio S. Mariæ in Cingla deinde Capuam translato egimus in compendio Hiſtorico.

*Diſſertat.*

Otthonis II. Privilegium pro S. Mariæ in Cingla.

Tertium in inſtrumento memoratum privilegium Otthonis II. eſt hujuſmodi.

*In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Otto divina favente clemencia imperator auguſtus. Si ſanctorum eccleſiis ſtabiliendis inſiſtimus ad ſtabilimentum noſtri imperii provenire confidimus. Quapropter omnium ſanctæ Dei eccleſiæ fidelium comperiat univerſitas, preſencium ſcilicet, ac futurorum, qualiter Johannes venerabilis Sacerdos, & Prepoſitus monaſterii S. Mariæ, quod ipſe Johannes proprio ſumptu juxta Capuanam portam, quæ S. Angeli appellatur extra urbem conſtruxerat, & a Gentibus iddem monaſterium in loco qui dicitur Cingla, deſolatum idem ipſe Johannes in nova Urbe in jam dicto loco readificaverat, noſtram adiens clemenciam rogare ceperat, ut noſtra auctoritate res omnes, & familias ejuſdem monaſterii confirmaremus, quatenus Abbatiſſa cum ſanctemonialibus perpetua pace degentes, ibidem Deo ſervirent, & pro ſtatu Imperii noſtri finetenus orarent, cujus dignis peticionibus annuentes, interventu, ac peticione Deoderici pontificis noſtrique dilecti Fidelis, & conſanguinei, prout juſte, & legaliter poſſumus per hanc noſtri precepti paginam confirmamus, & corroboramur jam dicta eccleſia omnes res, & proprietates ſuas, quas antiquitus ipſum vetus monaſterium, quod in loco, qui Cingla vocatur conſtructum fuerat, ſive per preceptaria, ſeu per quaſcumque ſcripciones, & nominina cartarum poſſederat, una cum omnibus terris, vineis, caſalibus, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, rivis, piſcacionibus, molendinis, ſervis, & ancillis, omnibuſque rebus ad ipſum monaſterium pertinentibus, & reſpicientibus, ut ſicut antiquum monaſterium in jam dicto loco conſtructum poſſederat, ita & prænominatum omnia integrum poſſideat, novum præcipientes ſiquidem & omnino jubentes, ac noſtra Imperiali auctoritate ſtatuentes, ut nullus Dux, Princeps, Marchio, Comes, Vicecomes, Kaſtaldio, nullaque noſtri Regni magna aut parva perſona deinceps ipſum Monaſterium, ſeu Abbatiſſam, aut ejus ſanctæ moniales inquietare, moleſtari aut de eorum propriis, & eccleſia ſine legali judicio diſveſtire, aut ab aliquibus tam ſervis, quam liberis ſuper res ipſius eccleſiæ reſidentibus, vel eas laborantibus aliqua tributa daciones penſiones, vectigalia qualibet, aut quodlibet publicum obſequium exigat, ſed liceat Abbatiſſam, quæ nunc præeſt Aldegrimmam, ſuaſque ſubſequentes, ſub noſtra tuicione pacifice vivere, rebuſque Eccleſiaſticis ad utilitatem eccleſiæ ordinandis praeeſſe, ut habeant poteſtatem . . . . , . . . . ſuper fluvios ejuſdem eccleſiæ ex utraque parte molendina ædificare, & quæ eis libitum fuerit ædificia conſtruere, omnium hominum contradictione remota. Si quis vero noſtris, aut futuris temporibus hoc noſtrum preceptum infringere temptaverit, aut ſuper ſcripta non obſervaverit, cognoſcat ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem Kameræ noſtræ, & medietatem prædictæ Abbatiſſæ ſibi ſuccedentibus, quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, propria manu ſuptus roborantes hanc paginam noſtri nominis ſigno ſigillare precepimus.*



Digitized by Google



*Signum Domni Ottonis ſereniſſimi Imperatoris, & invictiſſimi Auguſti Johannes Cancellarius ad vicem Petri epiſcopi, & Archicancellarii recognovi, & ſubſcripſi. Data tertia idus Octobris anno dominicæ incarnationis noncenteſimo octuageſimo primo, imperii vero domni ſecundi Ottonis XIV. Indict. IX. Actum in palacio Beneventi, in Dei nomine feliciter. Amen.*

Iſtud Otthonis II. privilegium datum eſt anno 981. die 13. Octobris, nona indictione, quæ memorato anno optime quadrat, qui menſe Octobris quartus decimus erat imperii Otthonis, ut ſupra cum Pagio monuimus, qui, anno 973. nu. 5. ait: *Othonis II. Otthonis Magni filii, ac ſucceſſoris duæ ſunt epochæ, altera a die natali Chriſti anni 967., quo in conſortium imperii adſcitus eſt, altera a die ſeptima Maji præſentis anni, quo patri ſucceſſit deducta. Juxta priorem annus ſeptimus Imperii ejus die natali Chriſti currentis anni inchoatus, ut ex ejus diplomatis eruitur.* Hinc prima Otthonis epocha menſe Octobris annus 981. quartuſdecimus erat imperii ejus annus. Idem confirmat Baronius in appendice ad Tom. X. pag. 974., cujus ſupra verba retulimus, atque expreſſe ex hoc, alioque ſupra relato Otthonis privilegio colligitur. Beneventi hoc privilegium eſt datum, ubi tunc morabatur imperator, nam Hermannus Contractus ex editione Aniſiana hoc anno 981. habet: *Ottho Imperator peragrata Italia, Campaniam, Calabroſque fines cum exercitu ingreditur.* Et Sigebertus: *Otto Imperator Apuliam, & Calabriam Italiæ provincias ad jus regni Græcorum appendentes transferre ad Imperium Romanum conatur, maxime propter affinitatem, quam per uxorem ſuam Theophaniam cum Imperatore Græcorum habebat.* Lambertus Scafnaburgenſis eodem anno teſtatur Otthonem celebraſſe diem Natalis Domini Romæ, licet Chronographus Hildemsheimenſis aſſerat celebraſſe ſacrum Paſcha. Primum Otthonis adventum Capuam, Tarentum, Metapontum, atque in Calabriam indigitat etiam Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 9.

PRIMÆ

Digitized by Google

# PRIMÆ DISSERTATIONIS PARS QUARTA.

# SÆCULUM SEXTUM A CONSTRUCTIONE COENOBII CASSINENSIS

## Christi Undecimum, ab anno M. ad MI.

Donatio Raynaldi Comitis.

CYnoſura Diſſertationis noſtræ hoc etiam ſeculo erit Leo Oſtienſis, qui Chron. Caſſinenſis lib. II. cap. 23. ait: *Per idem tempus Rainaldi Comes Marſorum fecit monaſterium de eccleſia S. Maria, qua dicitur in cellis territorio Carſeulano, idque in circuitu non parvis poſſeſſionibus ditans, caſtellum etiam quod nunc celle vocatur, tunc autem caſtellum S. Angeli nuncupabatur cum omnibus ejus pertinentiis in eodem monaſterio confirmavit &c.* Donatio hæc in Regeſto Petri Diaconi num. 252. fol. 114. extat.

*In nomine Dñi Dei, & Salvatoris Jeſu Chriſti. Conſtat me Rainaldus Comes filius quondam Berardi comiti ex nacione Francorum in Ducato ſpoletino Comes de provincia Marſorum, bona, & expontanea voluntate mea, & ſecundum meam Salicham legem perfrugum, & Andilagine per coltellu, & guaſone, & per anlango, & per ramis de arboribus, & per hoſtium de domibus tractantem, & conſiderantem, me de Dei miſericordia, & remedium ſalutis anima mea, vel parentum meorum, ut a Domino Deo in eterno judicio de peccatis noſtris minuere adque dimittere digneris, & eterna gaudia cum electis ſuis poſſidere mereamur, ſicut dicit ſcriptura: beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur; Et alibi Bonum mihi videtur mercimoniorum adipiſci; qui de terrenis comparat cœleſtia, & pro rebus tranſitoriis premia mercat eterna. Propterea ſtatuo, & conſtituo, atque confirmo in honorem Dei omnipotentis, & Alma Virginis Maria genitricis ejuſdem Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti, Monaſterium in territorio Carzulano de ipſa eccleſia, qua eſt conſecrata ad honorem Dei, & S. Maria ſemper virginis domina noſtra, qua ponit juſta via publica infra duobus Pontibus marmoreis, unum qui vocatur de Maura, & alium lapideum, ut ibi vel Parentum meorum in ſempiternum, ut oracionem habeamus. In quo, & domnus Dodo domini gratia humilis presbiter, & eximius monachus, atque Angelicus Abbas. Et ſicut jam ſupradiximus conſtituo, & confirmo, atque offero ego ſupraſcripto Rainaldus comes tibi ſupraſcripti Dodoni Abbati, tuiſque ſucceſſoribus ſupraſcripti monaſterii amodo, & uſque in fine Mundi, ex jure dominacionis mea in jure dominacionis ſupraſcripti monaſterii tibi ſupraſcripti Dodoni Abbati, tuiſque ſucceſſoribus Abbatibus, atque Monachis in perpetuum, in eadem vero racione, & confirmacione, ut tuus ſupraſcriptus tuis ſucceſſoribus in prephato S. monaſterio regais, in ordine monachicum, non Canonicum, ita ut neque a Pontifice, neque ab epiſcopis, neque ullo homine tributum debeatis perſolvere, niſi mihi ſupraſcripti, vel meis heredibus annualiter cereum unum valientem denarium unum jam ſupraſcriptum confirmatum Monaſterium pro amore Dei omnipotentis, & redempcione anima mea, dono, cedo, trado, & irrevocabiliter largo, adque offero ex propria mea ſubſtancia de meis juris dominii, ideſt ipſa terra in circuitu ſupraſcripti monaſterii, ab uno latere petra naturalis, a ſecundo latere via publica, & a tercio latere flumine, a quarto latere pontem lapideum. Secunda pecia de terra juſta ipſum monte lapideum habet finis ab uno latere via publica, a ſecundo latere monumentum, & fonte antiqua, a tercio latere, qui exiit de ſupraſcripta fonte antica, a quarto latere flumen de Maura, & ipſa Mola, qua ponitur ſupra Ponte de Maura juſta via publica medietatem a ſupraſcriptum Sertum de aquimolum, uſque ad pontem lapideum, ubi aquimolum edificare potueritis infraſcriptum monaſterium permanet, & tercia pecia de terra ſupra via publica cum ipſa vinea, & eſt menſurata a manibus plus minus modiola quadraginta tres, habet finis ab uno latere via publica a ſecundo latere tenientes terra Martini Gaitrude, a tercio latere terra Siconi presbyteri. A quarto latere petra naturalis, & quarta pecia de terra trans fluvio de Maura, & ſunt menſurata a manibus modiola plus minus octo, & habet fine ab uno latere terra da Johanne Maria, a ſecundo, & tercio latere terra Johanni Criſpi. A quarta latere Rivus cum aqua currente, & quinta pecia de terra ſupra via publica modiorum plus minus numerum octo, habet fines ab uno latere via publica, a ſecundo latere terra Abboni, a tercio latere terra de Benoni, & Johannis Germani. A quarto latere cacumen colli, & ſexta pecia de terra ſupra via publica modiorum numerum plus minus ſex habet fines ab uno latere via publica, a ſecundo latere terra Abboni, a tertio latere terra Johanni Maria. A quarto latere terra pede de collis, & juſta Ponte de Matura. Et ſeptima pecia de terra juſta Ponte de Matura, modiorum plus minus tres, & habet finem ab uno latere via publica, a ſecundo latere terra Benedicti cum germanis ſuis, & a tertio, & a quarto latere flumen de Maura, & offero in ſupraſcripto monaſterio caſtellu qui vocatur S. Angeli, qui eſt ſupra poſitum Ponte de Maura cum omnia adjacencia, & pertinencia ſua, & ipſa pertinencia in ſupraſcriptum caſtellum habet infra ſe finis Ponte lapideum quomodo vadit in clavaca & ab ipſa Clavica vadit in terra Johanni Cabballi, & ab ipſa terra quomodo aſcendit in cacumina montis Romani, & quomodo aſcendit in rivius, qui decurrit juſta colle Pertoni, & venit in rivus Fabriciani, & quomodo a rivus Fabriciani*

*aſcendit in Petra Cinta, & quomodo deſcendit a Petra Cinta in rivu Carvulanu qui decurrit per valle de Intenſa, & venit in Mauram, & ſicut ipſa Maura aſcendit in foſſatum altum, & per ipſum Foſſatum altum pervenit in locus, qui nuncupatur Campli, qui eſt finis inter caſtellu S. Angeli & ſicut venit per foſſatu Cupu in Maura, & aſcendit in Ponte lapideum infra ipſe ſupraſcripte finis, qui eſt caſtellum, omnia, & in omnibus quantum in ſupraſcripte finis mihi pertinet, vel pertinere debet in ſperiore monaſterio in perpetuum permaneat, & ſicut illi homines qui in ſupraſcriptu caſtellu habitant ſine mea licentia venundare non potuerint, ita ſine juſſione Domni Abbati, ac ſucceſſoribus ſuis de ſupraſcripto monaſterio ſupraſcripti homines vendendi, nec communtandi poteſtatem non habeant, neque audeant, Res vero ſupraſcriptas ſcriptum monaſterium, & per nominatis rebus cum introitu & exitu ſuo, & cum omnia infra ſe, vel ſuper ſe habentes, & cum omnia ſua pertinencia de Jure Dominacianis mea in jure dominacionis de ſupraſcripto Monaſterio dono, trado, largo, atque offero, ſicut ſupra legitur a preſenti die uſque in perpetuum ſupraſcriptum monaſterium habeat, poſſideat, teneat, utendi, fruendi, & in eadem monaſterio permanendi uſque in finem mundi. Unde & me ſupraſcriptus Rinaldus Comes, & ſecundum meam Salicham legem per ſiſtuga exinde omnibus fecit, & totum dimiſit ad proprietatem de ſupraſcripto monaſterio, & abſque ulla calumpnia, in qua racione ſic exponendo, & obligo me ſupraſcriptu Rainaldo Comes, vel meis heredibus, & poſteris ſi contra hanc chartam venire temptaverimus, nunc non ſolum perjurii reatum incurram, verum ante omne litis initium perſolvamus Monaſterio veſtro auri obrizi libras quingentas, & præſens hac charta in perpetuum inviolata permaneat. Unde pro ſtabilitate Franconem judicem, & notarium ſcribere rogavi anno ab incarnacione Domini noſtri Jeſu Chriſti* 1000. *regnante domno Ottone Sereniſſimo imperatore auguſto, anno quarto regni ejus indictione tercia decima die menſis Februarii primo. Actum in Carſoli menſe, & indictione ſupraſcripta feliciter ✠ Signum manu Rainaldi Comitis, qui hanc chartam fieri rogavi ✠ Ego Adenulfus Judex rogatus teſtes ✠ Signum manus Aczolini rogatus teſtes ✠ Signum manu Tophani rogatus teſtes ✠ Signum manu Ildeprandi rogatus teſtes, ✠ Signum manu Bonizu rogatus teſtes: Ego qui ſupra Franco Judex & notarius ſcripſi, & complevi manibus meis.* Ottho III. coronatus eſt imperator menſe Majo anno 996.: qua de re videatur Pagi ad eum annum ubi num. 7. Papebrochii, & Mabillonii authoritatem refert.

De Andelagine hæc ait Du Cangius in Gloſſar. *Incertum hactenus manet, quid proprie ſit Andelanga vel Andelago in hiſce formulis. Nam quod Malbrancus loc. cit.* Crematram *interpretatur non video plane unde id hauſerit; Soliti ſunt, inquit, antiquitus in ſymbolum Juris proprii tradere in manus poſſeſſori triticeam ſpicam, ſi quid arabile donaretur; vel andelaginem ideſt crematram ſi domus, vel habitaculum. Quod vero* crematram *vocat, reſpexit forte ad* Andelam, *ſeu ſuſtentaculum focarium, quod vulgo* Landier *dicimus; quod tamen aliud eſt a cremastra. Utcumque ſit, hac annotatio Malbranci admodum incerta eſt. Spelmannus, ut ſolet, ad linguam Saxonicam recurrit, aitque andlans, congitudinem ſignificare: quod & firma Somnerus in Gloſſ. Saxonico. Eſto, ſed nihil hac notio ad rem facit: niſi andlas idem valeat, quod fuſtis, ſeu baculus longior; nam per fuſtem inveſtituras olim fieri ſolitas docemur. Quod ſi hac ſententia vera eſt inde fortean billis noſtris, ſeu Andovilles inditum nomen, quod longioris baculis ſpeciem referant exiſtimare fas erit. Wendelinus Andelangum idem ſonare ait quod traditio in manus, mancipatio ex in handen langen, tradere in manus; at in formulis hac vox quidpiam corporale ſonat Guaſone,* docente Ducangio eſt ceſpes: *ramus* de Arboribus *cortellu*, verba fere Italica ſunt quibus verbis in jamphato privilegio Rainaldus utitur tamquam terminis Inveſtituræ, quæ diverſimode fieri ſolebant ſcilicet per herbam, per terram, per fuſtem, per lapidem, per librum, per vexillum &c. ut cum ſupradicto DuCangio plura probant diplomata, legum doctorumque authoritates.

Patris religionem imitatus eſt ejus filius, de quo hæc ſcrbit Leo cap. 26. *Oderiſius quoque Comes ejuſdem Rainaldi filius oppidum, qui dicitur caſa Fortini cum omnibus pertinentiis ejus mille videlicet modiorum terra, quod idem Comes a parte conjugis ſua Gerviſa tunc retinebat eidem Abbati contradidit, & recepit ab eo ſub nomine concambii, caſtellum S. Urbani, & alias eccleſias, ſeu curtes in Comino loco huic pertinentes, terram utique quaſi modiorum nongentorum &c. Quique Rainerius ante annos circiter ſex fecit chartulam in hoc monaſterio de omnibus omnino rebus, ac pertinentiis proprietatis ſua, que poſſidere videbatur in Comitatu Pinnenſi, Aſculano, Teatino, atque Aprutienſi. De caſtello videlicet Ambleto, & de Pharaone, & de Murro, & de Cantalupu, & de Aterno, & de Arche, & de plurimis curtibus ſuis, quod eſt terra, octo millia modiorum &c.* Plura inde deſcribit a piis fidelibus cœnobio Caſſinenſi conceſſa, aliaque quædam a cœnobio in emphiteuſim aliis data. Ejuſque filii Oderiſii.

Rainerii donatio ex regeſto Petri Diaconi nu. 245. fol. 110. a t. & ſeqq. hæc eſt. Rainerii Donatio.

*In nomine Domini anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti* 1000. *primo Imperante domno Otto imperator auguſto, menſe Julio quartadecima indictio. Ego Raineri filius quondam Joſeppi ab hodierna die propria expontanea mea voluntate, cum Dei adjutorio, concedo in monaſterio S. Benedicti, quod ſitum eſt in loco, qui nominatur caſtro Caſino, ideſt omnibus rebus proprietatis mea quantum in hereditatem, & ad meum conquiſitum obligo, vel de qualibet adtractum quod ego tenebam, vel mihi pertinebat in Comitatu Aſculano in loco, qui nominatur Samati, & ipſe rebus meis de Acq; & ipſe rebus de ipſa civitate de Aſculo, et ipſe rebus meis de ipſa Plage, et ipſe rebus meis de ipſa curte de Faciniano, et ipſe rebus meis de ipſa curte de Furnello, et de ipſo vocabulo de Fabreca. Et omnia ipſe rebus meis de ipſa curte de Ambleto et de Monte ſancto cum ipſa mea porcione de ipſa Fara, et cum ipſa mea porcione de ipſo caſtello de Ambleto, et cum ipſa porcione mea de ipſo caſtello de Faraone, et ipſe rebus meis de ipſa curte de Plano, et ipſe rebus meis de ipſa curte de murro, cum ipſa mea porcione de ipſo caſtello de Murro, et ipſe rebus meis de ipſa curte de Sancto Savino, et ipſa porcione de ipſo caſtello de Cantalu-*

po,

Digitized by Google

pe, et ipſe rebus meis de campo rotundo, et ipſe rebus meis a curte de Malteniano, & de ipſa res mea de limiti, & ipſe rebus meis de ipſa curte de Amlano, & ipſe rebus meis de Poſeliano, & in Belolano, & ipſe rebus meis de ipſa curte de caſa Paſſari, & ipſe rebus de ipſa curte de Carruſa, & in Caſelle. Et ipſi rebus meis de ipſa curte de Apiniano, & in caſa nova, & in eorum ſupraſcripti locis pertinenciis, vel ſubiacenciis eorum & omnes ipſi rebus meis de Comitato Aprucienſe omnia ipſe rebus meis de ipſa curte de Maſſa, & de ipſa curte de Fetrano, & de ipſa curte de Cerelano; & ipſa curte de Peneta, & de ipſa curte de Ozano, & de ipſa curte de Tibitella cum ipſa mea porcione de Tibitella, & de ipſa curte de Tarſiana & in Coparano, & in ipſe Foſſe, & in Gualdo Mercorio, & in Arneto, & in Cameliano, & in Malteniano, & ipſe ceſe de Plano, et in Leciniano, et per etrum ſupraſcriptis locis, vocabulis, cum omnibus pertinenciis, vel ſubiacenciis eorum, et omnia ipſe curte, et rebus meis de Comitato Pinnenſe nomina eorum de ipſe curte de Saliano, et in Foliano, et in Scarpario, et in Ampullula, et in Erano, et in Furca, et in ipſe rebus meis de ipſa curte de Petruniano, et in Caſubte, et in ipſa curte de Cerqueto, et in ipſa Silva nera, et in luceri, et in caſa Jedde, et in Sancto Leupapido, et in Colle Meczano, et ipſa curte de Petruniano, et in Caſubte, et in ipſa curte de Cerqueto, et in Silva nera, et in Lucerii, et in Caſaledde, et in S. Leopardo, et in colle Meczano, et in ipſa curte de Gemeliano, et in Folenniano, et in Grezano, et in Pereto, et in ipſe curti, et in vico Niſſi, et in lateniano, et in Mortella et in Palazzo, et in S. Maria in Peſele, et in ipſe Cerreta, et in caſtello vecclo cum ipſa medietate de res mea Dearege, et in Lateniano, et in ipſa curte de Tegella, et in Ranclano, et in Poſano, et in Muſafano, et in Celadano, et in Tallano, et in colle piloſo, et in ipſa curte de Gazzano, et in caſa Mitri, et in ipſa curte de Citcle, et in Colmiano, et in ipſa curte de Orphiano, et in Coronole, et in caſa Raccolini, et in Rigulo, et in ipſo caſtello da Mare cum ipſa mea porcione de Mare, et in Mazzoculo, et in Freſano, et in ipſa inſula Iſengarde, et in Fabaſorio, et in Spectore, et in Monte ſicco, et in Catalupo. Omnia ipſe ſupraſcripte mea porcione de ipſis curtis, et rebus cum ipſe porciones de ipſe caſtella, et cum pertinenciis de ipſe ſupraſcripta porciones, vel ſubiacenciis eorum, et omnia ipſi rebus meis de Comitato de Teatenſe cum ipſa porcione mea de Aterno et cum ipſa porcione mea de ipſo caſtello de Arche cum omnibus pertinenciis, vel ſubjacenciis eorum, et ſunt omnia ipſi ſupraſcripti rebus meis infra ſupraſcripte Comitata, et infra ſupraſcripte locis, qui in terra culta, et inculta per ſingule petie ex uno latere inſimul faciunt per menſura modiorum octo milia, et ſunt ipſi rebus infra finis a capo fine Furca de Cereſolo, quomodo pergit in ipſi monti in fluvio Trinio, a pede fine littore Maris, et de uno latere fine fluvio Aſo, quomodo pergit in Mare, et de alio latere fine fluvio Trinio quomodo pergit in Mare. Hec pradicti omnia ipſi ſupraſcripti rebus cum cellis, et datis, et caſtellis, et locis, molendinis, et cum vineis, et Pomis, et cum omnia, et in omnibus quantum ad ipſis ſupraſcriptis rebus pertinet, vel pertinere debet, et cum omnia quod ſuper ſe, vel in infra ſe habentes in integrum exceptuavimus in ipſa curte de Gemeliano modiorum triginta, et in Corcito, et in Olbeto, et in Naxege modiorum centum quinquaginta, quod in iſta cartula concedimus, nam alia omnia, et in omnibus ipſi ſupraſcripti rebus quomodo ſuperius legitur ſic concedimus per hanc cartam conceſſionis ſic concedimus in ipſo jam dicto monaſterio S. Benedicti pro anima mea, ut a Domino Jeſu Chriſto veniam accipere merear in ea videlicet racione concedo ad regendum, et gubernandum, et ad ordinandum, et ad proprietatem de ipſo monaſterio conſervandum uſque in perpetuum, et obbligo me vel meis heredibus in ipſo jam dicto monaſterio S. Benedicti, et ad ipſum Abbatem vel ſucceſſoribus ejus, ut ipſa mea confirmacione ab omnes homines anteſtare ego, vel meos heredes, et dependere debeamus ad ipſum jamdictum monaſterium. Et ſi ego qui ſupra Rainerius, vel meos heredes contra hanc cartulam conceſſionis aliquam cauſacionem mittere preſumpſerimus tam per nos quam per ſummiſſa, aut ſuppoſita perſona pro qualibet ingenium, vel occaſione, ut componamus in ipſo jam dicto monaſterio pena auri optimi libre quingenti; ſi quis auſus aut temerarius fuerit tam de mea generacione, quam et de qualibet homines, qui iſta jam dicta conceſſiones meas, quod ego pro anima mea conceſſi inquietaverit, aut moleſtaverit, in primis in ira Dei incurrant, et S. Benedicti, et non habeat partem in prima reſurrectione, et non ſit dignus audire vocem Chriſti, quando dicturus eſt, Venite Benedicti patris mei poſſedite regnum, ſed cum Juda proditore, qui ab apoſtolico agmine ſegregatus eſt, pars illius ſit in ſtagnum ignis ardentis, et ſulfuris, et in igne ardeant ſine fine, et deſcendat ſuper illum Dei maledictionem, et omnium Sanctorum, et cartula iſta conceſſionis omniumque tempore ſemper firma, et ſtabile permaneat in ſuam firmitatem ſicut in edicto Langobardorum continet pagina. Quem vero hanc cartulam conceſſionis rogatus a ſupraſcripto Raineri ſcripſi Ego Rainaldo notarius, et judice; dies, menſe, et Indictione ſupraſcripta. Actum in Pinna Feliciter.

Caſtra Faraonis, & Morri ſunt in Aprutio ultra; Cantalupi in comitatu Moliſii. Aternum vero Piſcariam eſſe puto, quæ in Aprutio citra extat, ubi quoque eſt oppidum Archi.

Quorundam Principũ Privilegia.

Leo Marſicanus cap. 31. hæc ſcribit. *Hujus anno ordinationis tertio* (ſcilicet Atenulfi Abbatis Caſinenſis filii Pandulfi principis Beneventani) *anno videlicet domini milleſimo quartodecimo, quo tempore Paſchalis feſtivitas ipſo die S. Marci, juxta calculi ordinem extitit, Heinricus rex, de quo ſupradiximus venit Romam, & coronam Romani imperii de manibus Benedicti Octavi papa recepit &c. Nec non & ipſe imperator* Heinricus *ab eodem Abbate, & univerſa hujus loci congregatione rogatus, per preceptum aureo ſigillo bullatum univerſas pertinentias hujus monaſterii hic confirmavit. Specialiter autem, ac nominatim res de Comitatu Thermulenſi, quarum videlicet fines ſunt. A capite Rivus planus, a pede mare, ab uno latere flumen Trinium cum aqua, & portu ſuo, ab altero Rivus, qui dicitur Ticcle cum caſtellis Petra Fracida, Ripa mala, & cum monaſterio S. Benedicti ibidem conſtructo. Item Phara, Ripa Urſa, Mons bellus, Peſclori, cum univerſis omnino finibus, ac pertinentiis eorum. Item alibi in eodem comitatu juxta Bifernum*

Digitized by Google

*fernum habent fines a capite pertinentia S. Gregorii, a pede mare, ab uno latere Biſernum, cum aqua, & medietate portus, ab altero rivus vivus, cum omnibus adjacentiis ſibi pertinentibus &c. Inſuper etiam duo caſtella, Cominenſis territortis ideſt Vicum album, & Sanctum Urbanum alio ſuo præcepto poſtquam ultra montes regreſſus eſt in hoc monaſterio, confirmavit. De quibus videlicet jam pridem poſt patris mortem Pandulfus Capuanus princeps frater ſuus eidem Abbati præceptum fecerat, nec non & de monaſterio S. Valentini in eodem territorio Cominenſi, cum univerſis rebus, ac pertinentiis ipſius &c. Hic etiam Pontius, una cum Bernardo filio manifeſtaverunt, & renunciaverunt nobis in placito Marſorum Comitum totam pertinentiam de Opi et Peraccle in territorio Marſicano, quæ olim Sancti Angeli de Barregio pertinuerat.* De S. Henrici imperatoris, & Pandulfi Capuani principis privilegiis loquitur Baronius anno 1014. & Mabillonius To. IV. Annalium pag. 234. S. Henricus filius fuit Henrici Bavariæ Ducis, & Giſelæ filiæ Conradi regis Burgundiæ, patri in Bavariæ Ducatu anno 995. ſucceſſit, annoque 1002. rex Germaniæ factus tandem anno 1014. imperator evaſit die 24. Februarii; ut cenſent Baronius, & Mabillonius, vel die 14. ejuſdem menſis, ut contendit Pagius ad eum annum.

Privilegium a S. Henrico Atenulfo ab anno 1011. ad 1022. Abbati conceſſum extat in regeſto Petri Diaconi num. 129. fol. 59. a t. Cum vero idem fere illud ſit cum alio ab eodem Henrico Theobaldo Abbati conceſſum, epocham tantum referre juvabit. *Datum anno Dominicæ incarnationis 1014. indictione duodecima. Anno vero domni Heinrici imperatoris auguſti regnantis duodecimo, imperii ejus primo. Actum Romæ feliciter. Amen.* Hujuſce privilegii apographum extat in proceſſu Portulaniæ jam recenſito pag. 312.

Potiſſimum S. Henrici.

Conceſſio vero a S. Henrico cœnobio Caſſinenſi facta civitatum Vicalvi, & S. Urbani originalis in noſtro archivo extat, ex quo hic damus.

*In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Heinricus divina favente clementia, Romanorum imperator auguſtus. Si ſancta, & venerabilia loca ſuperſtitionibus pravorum hominum dilaniata, atque diminuta reſtauramus, atque augemus participes nos fieri mercedis eorum, qui ea Deo voverunt nullatenus dubitamus. Quapropter omnium fidelium S. Dei eccleſiæ, noſtrorumque præſentium ſcilicet, ac futurorum noverit univerſitas, qualiter domnus Atinolphus venerabilis Abbas monaſterii beatiſſimi patris noſtri Benedicti, quod conſtructum eſt in loco, qui dicitur Caſini Monte, direxit ad nos ſuum nuncium petens, & ſupplicans, quatenus duas ipſius monaſterii cortes, ſcilicet civitatem de S. Urbano, & civitatem de Bico Albo ſtatuere, & corroborare, atque confirmare noſtra præceptali auctoritate dignaremur. Cujus precibus annuentes pro Dei amore, & beatiſſimi Benedicti Abbatis honore, nec non & pro ipſius delibati Abbatis, ſuorumque omnium Monachorum fratrum ineffabili caritate, & interventu, ac petitione domni Peregrini noſtri videlicet Cappellani, quin etiam pro voto, & ſupplici affamine fratri Petri humillimi monachi, & legati ipſius Abbatis, atque pro noſtra remedio animæ ſupradictas cortes eidem cœnobio concedimus, confirmamus, & corroboramus, cum omnibus ſuis pertinentiis, & cum omnibus rebus mobilibus, & immobilibus, cum cortibus, cellulis, caſtris, domibus, ædificiis, ſervis, & ancillis, aldiis, & aldiabus, famulis utriuſque ſexus, libellariis, precariis, cartulariis, maſſariciis, campis, vineis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, venationibus, montibus, alpibus, vallibus, planitiebus, ſalectis, olivetis, cannetis, molendinis, cultis, & incultis. Præcipientes inſuper jubemus, ut nullus Metropolitanus, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Princeps, Marchio, Comes, Vicecomes, Sculdaſcio, Caſtaldio, nullaque imperii noſtri magna, parvaque perſona prædictum venerabilem Abbatem, vel ejus ſucceſſoribus, aut monachos ibidem Deo famulantes de jam prenominatis cortibus, vel familiis utriuſque ſexus, ſeu de omnibus ſupradictis rebus inquietare, aut moleſtare, ſive diſveſtire ſine legali judicio temerario auſu preſumat, aut teloneum, ſive aliquam publicam functionem ab eis exigat. Nullumque fodrum, vel cenſum, aut paratam perſolvere cogatur. Si quis autem hujus noſtræ confirmationis præceptum infringere, vel violare temptaverit, ſciat ſe compoſiturum auri obrizi libras mille, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem præphato Abbati, aut ejus ſucceſſoribus. Quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur anulo noſtro affigi precepimus.*



*Signum Domai Heinrici Sereniſſimi, & Invictiſſimi Imperatoris Auguſti.*

*Peregrinus Cancellarius Vice Archicancellarii Everardi Epiſcopi recognovit.*

*Dat. III. Id. Julii anno Dominicæ incarnationis milleſimo vigeſimo, Indictione ſecunda anno Domni Heinrici Regis decimo ſeptimo, Imperii vero ejus quinto. Actum Radesbono feliciter. Amen.* Adeſt ſigillum cereum.

*Libellarii* erant Servi per libellum, ſeu chartam manumiſſi. *Maſſaricia* idem ac ſupellex.

Et principum Beneventi, & Capuæ.

Diploma quoque Paldolfi Beneventi, & Paldolfi Capuæ principum, quo omnia cœnobio Caſſinenſi conceſſa privilegia confirmantur, & quædam in urbe Capua conceduntur ex ſuo originali in archivo noſtro excribimus.

† *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni Paldolfus, & Paldolfus divina ordinante providentia Langovardorum gentis principes. Cum principalis excellentia petitione dilecti ſui petenti clementer favent. Quapropter noverit omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet ac futurorum ſagacitas, quemadmodum Atenolfus venerabilis Abbas monaſterii S. Benedicti ſitus in*

*caſtro*

Digitized by Google

*caſtro Caſini Montis dilecti filii, ſeu confrater noſter expetivit noſtram excellentiam per Landolfum Comitem dilectum confratum, ſeu compatrnelem noſtrum, ut ob amorem omnipotentis Dei concedcremus, & confirmaremus jam dicto monaſterio S. Benedicti in quo ipſe praphatus domnus Atenolfus Abbas praeſſe videtur, omne illa preceptora, quod in eodem Monaſterio conceſſa ſunt, ſive ab imperatoribus, ſeu a regibus, vel a principibus anteceſſoribus noſtris, cum omnia, qua, & qualiter in ipſa preceptora ſcripta reperiuntur, quam, & concederemus in eodem monaſterium S. Benedicti aliquantum de terra, & preſa intus hanc noſtram Capuanam civitatem propinquo porta hujus pradicta civitatis, qua dicitur S. Angeli, per finis, & indicationibus ſicut inferius declaramus, ſimulque et aliquam partem de duo platea hujus pradicta noſtra civitatis, qua ſunt platea ipſa conjuncta cum parietes de clauſtra cœnobii Sancti Benedicti de intus hanc noſtram predictam civitatem, de quibus petiit a noſtra excellentia, ut firmitatis apices in prafatum monaſterium de cuncta, ut ſuperius pralegitur, firmitatis apices fieri juberemus, cujus petitioni ob Dei amore libenter aſſenſum prebentes hos firmitatis apices in praphato monaſterio fieri juberemus, cujus petitioni ob Dei amore libenter aſſenſus prebentes hos firmitatis apices in prephatum monaſterium fieri juſſimus, per quos omnino ſancimus, & perpetualiter habendum, & ſecure poſſidendum pars prephati monaſterii concedimus & confirmamus in prephatum S. Benedicti monaſterium omne illa preceptora, quod ibidem conceſſa ſunt, ſive ab imperatoribus, ſeu a regibus, vel a principibus noſtris anteceſſoribus tam de terris cultis, vel incultis, planis, quam & de montibus, aquis, & curſibus aquarum, ripis, & alveis, homines, & daciones eorum omnia, & in omnibus quodcumque, & quomodocumque in ipſa precoptora ſcripta repperiuntur totum, & per omnia in eodem Sanctum monaſterium conceſſimus, & confirmavimus, quam & concedimus, & confirmamus in jamphatum monaſterium S. Benedicti ipſa pradicta terra, & preſa qua eſt intus hanc pradictam noſtram Capuanam civitatem, propinquo pradicta porta hujus civitatis, qua dicitur S. Angeli, qua eſt terra, & preſa ipſa conjuncta ab uno latere cum murum hujus pradicta civitatis, alio latere tenet in platea publici hujus pradicta civitatis, hae autem terra, & preſa in jam dictum monaſterium ſic integra conceſſimus, & confirmavimus, quemadmodum illa modo tenet, & dominat pars prophati monaſterii, ſimulque, & concedimus in eodem S. cœnovium ipſum vredictum murum hujus civitatis in quo conjuncta eſt ipſa pradicta terra, & preſa, ut licentiam & poteſtatem habeat pars prephati monaſterii facere, & habere omnem edificium, quod voluerit in jam dicta terra, & preſa, & conjungere in predictum murum hujus civitatis omnem edificium quod pars praphati cœnovii voluerit omni tempore abſque leſione de ipſum predictum murum hujus civitatis . . . . . : . . . Concedimus in eodem S. cœnovium ipſa predicta platea publici hujus civitatis, qua adjacet infra predicta terra, qua ſuperius pradiximus, & parietem, qui eſt de clauſtra praphati cœnovii incipiente a porta praphati cœnovii, & uſque ad terra & preſa de heredes quod Landelfridus, ut licentiam, & poteſtatem habeat pars praphati Monaſterii in quantum pradiximus de pradicta platea facere, revolvere arcora ſuper jam dicta platea, & conjungere cum predicta terra, & preſa, & uſque ad predictum murum hujus civitatis, qualiter ad pars prephati monaſterii placuerit, & ſuper pradicta platea facere omnem edificium quodcumque pars praphati monaſterii voluerit, ita tamen, ut ſub ipſa arcora, et edificium, quod ibi conſtruxerit, bene valeat omni tempore tranſire carra carecata, ſive de fenum, ſive de ligna, vel de alia omni re ſicut conſuetudo eſt in hac pradicta noſtra civitate. Nec non & concedimus in eodem S. cœnovium de ipſa alia platea majore publici, qua eſt Silice hujus pradicta civitatis pedes ſex in latitudine, et in longitudine quantum eſt a cantone de pariete, qui eſt de clauſtra praphati cœnovii, in quo eſt pradicta porta prephati cœnovii, et uſque ad caſa Fabricata de Filii quod Jaquinti, et conjuncti cum pradicta parietem jamphati cœnovii, et ad menſura de pede de manu Landoni ſeniori caſtaldei menſurati ipſi predicti ſex pedes in latitudine ex pradicta platea majore, qua eſt Silice, ad faciendum ibidem infra predictum finis omne edificium quodcumque pars prephati Monaſterii voluerit omni tempore, itaut ſi pars praphati Monaſterii voluerit incidere jam dictum parietem, qui eſt juxta praphatam plateam, qua eſt Silica, licentiam, et poteſtatem habeat illud incidere ubicumque infra predictu finis voluerit, et facere ibi regias, et introitus ad intrandum, et exiendum in jam dicta clauſtra praphati cœnovii cum carra, et cum omnia quodcumque pars praphati monaſterii voluerit, et in predictis ſex pedibus de eadem platea facere omnem adificium quod pars praphati Monaſterii voluerit facere, et habere ibidem omni tempore. Ea ſcilicet racione omnia, qua, et qualiter ſuperius legitur, & partibus reipublica pertinet ob Dei amorem in praphatum monaſterium Sancti Benedicti illud conceſſimus, & confirmavimus ad poſſeſſiones praphati monaſterii, & de ejus Abbatibus, & rectoribus ad habendum, & poſſidendum, & juxta legem omnia faciendi exinde quod pars praphati monaſterii voluerit, abſque contrarietate Comitis, Caſtaldeis, Judicis vel Sculdahis, vel cujuſcumque perſona hominis contradictione, vel inquietudine nemine excuncta qua prelegitur ad partem praphati monaſterii in aliquo contraria faciente. Quod ſi quis hanc noſtram conceſſionem in quomodocumque violare praſumpſerit, ſciat, ſe ad partem prephati monaſterii compoſiturus auri libras centum, & hac noſtra conceſſio, de quibus continet firma permaneat in perpetuum. Ut autem hac noſtra conceſſio pleniorem in Dei nomine optineat vigorem noſtris propriis manibus ſcripſimus, & ex anulis noſtris ſupter juſſimus ſigillari.*

*Signum*

Digitized by Google



*Signum Domni Paldolfi ſenioris Principis.*



*Signum Domni Paldolfi junioris Principis.*

*Adeodatus clerice, & ſcriba ex juſſione ſupradictarum glorioſa poteſtatis ſcribſi. Dat. quarto Kal. Februarii anno triceſimo primo principatus domni Paldolfi ſenioris principis Beneventani, & Capua quarta, & ſexto anno principatus domni Paldolfi junioris principis, indictione decima. Actum in civitate Capuana.* Adeſt ſigillum cereum.

Aliud etiam Capuæ Principum.

Aliud Paldolfi, & Paldolfi patruelium Capuæ principum quo caſtrum, & oppidum Vici Alvi, eique contermina loca ampla Caſſinatibus donatione elargiuntur ex autographo in archivo noſtro edimus.

† *In nomine ſummæ, & individuæ Trinitatis, Paldolfus, & Paldolfus fratres divina ordinante providencia Langobardorum gentis principes. Cum principali excellencia peticione dilecti ſui peſenti clementer favet; Quapropter noverit omnium fidelium noſtrorum preſencium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas, quia Grimoaldus Comes dilectus parens noſter obſecravit noſtras excellencias, quatenus concederemus in monaſterio Sancti Benedicti ſito in Monte caſtro Caſino videlicet caſtrum, & oppidum, quod nominatur Vicum alvum cum terris cultis, & incultis planis, & montibus per finis, & indicacionibus ſicut inferius declaramus. De quibus peciit a noſtras excellencias, ut firmitatis apices in ipſo S. cœnobio exinde fieri juberemus. Cujus peticioni ob Domini amorem libenter aſſenſum prabentes, hos firmitatis apices in ipſo S. cœnobio exinde fieri juſſimus, per quos omnino ſancimus, & perpetualiter habendum noſtris, & futuris temporibus concedimus in præfato S. monaſterio beatiſſimi confeſſoris Chriſti Benedicti ſito in præfato monte, & caſtro Caſini in quo cœnobio, Deo protegente, domnus Atenolfus germanus, & confratruus noſter Abbas praeſſe videtur, hoc eſt ipſum prædictum caſtrum, & oppidum, quod nominatur Vicum alvum, cum terris cultis, & incultis planis, & montibus per has itaque finis. Prima fine ipſu Colle, qui nominatur de Brocco, & quomodo vadit ad Eccleſiam S. Viti, & exinde quomodo vadit in rivio qui nominatur Carnellu, & ab eodem riviu quomodo vadit in Pleſcu, qui dicitur de Dominicu, & exinde quomodo vadit in Caprarica, & ab eodem loco Caprarica quomodo vadit in foſſa majore, & exinde quomodo revolvet ipſe monte de Alveto in ipſa civitas, & quomodo deſcendit in locum, qui dicitur foſſa de Giſo, & ab eodem loco quomodo deſcendit in ipſa caſtellucza, & exinde quomodo vadit in ipſa Piſcarola beccla, & ab ipſa Piſcarola quomodo vadit in riva nigru, & per ipſum riviu quomodo vadit ad ipſum roboriccia, & exinde quomodo vadit ad eccleſiam S. Martini, & quomodo vadit in ipſu pinu, & exinde quomodo vadit in riviu de Sclavi, & quomodo vadit ipſe rivio in flumine, qui dicitur Carnellu, & ab ipſo Carnello quomodo vadit in predicto colle, qui nominatur de Brocco, qua eſt prima finis, ipſum namque pradictum caſtrum, & oppidum quod nominatur vicum alvum una cum omnibus terris cultis, & incultis, planis, & montibus, ſilbis, & paludibus, aquis, & aquarum curſibus, clauſuris, & piſcacionibus, molendinis, & ceteris omnibus edificiis omnia, & in omnibus quæque infra pradictus finis concluditur una cum omnibus hominibus infra pradictus finis habitantibus, & omnibus eccleſiis infra pradictus finis conſtructis cum omnibus pertinenciis ipſarum eccleſiarum omnia, & in omnibus, ut pradiximus in integrum illud in ipſo prænominato Sancto Monaſterio funditus conceſſimus ad habendum, & poſſidendum, ea ſcilicet racione omnia, & in omnibus, quæ, & qualiter ſupra legitur, & partibus reipublica pertinet in præfato S. monaſterio Sanctiſſimi confeſſoris Chriſti Benedicti in præfato Monte, & caſtro Caſini per omnia conceſſimus ad poſſeſſionem præfati S. monaſterii, & pradicti domni Atenolfi venerabilis Abbati germani, & confratui noſtri, & aliorum Abbatum, ſucceſſorumque ejus, qui in præfato S. monaſterio beatiſſimi Benedicti praeſſe videntur ad habendum, & poſſidendum, & legibus faciendum exinde omnia, quæ ad partem præfati S. monaſterii, & de ejus Abbatibus, atque rectoribus placuerit abſque contrarietate Comitum, Caſtaldeorum, Judicibus, vel Sculdahiis, vel cujuſcumque perſona hominis contradictione, vel inquietudine, ſed perpetualiter omnia, & in omnibus ut ſupra ſcripta ſunt, ſint in poteſtate, & poſſeſſione præfati S. monaſterii, & de ejus Abbatibus, & partibus omni tempore, nemine exinde ad partem S. monaſterii, vel ad ejus Abbatibus, vel rectoribus aliquo modo, in aliquo contraria faciente. Quod ſi quiſpiam hanc noſtram conceſſionem in quomodocumque violare praſumpſerit, ſciat ſe ad partem prephati S. monaſterii, & ad ejus Abbatibus, atque rectoribus, compoſiturus auri libras centum.*

Et

Digitized by Google

*Et hæc noſtra conceſſio de quibus continet firma permaneat in perpetuum. Ut autem hæc noſtra conceſſio verius obſervetur, manu propria ſcripſi, & ex annulis noſtris ſubter juſſimus ſigillari.*



*Signum domni Pandolfi excellentiſſimi principis.*

*Adeodatus clerice, & ſcriba ex juſſione ſupradictarum glorioſarum poteſtatum ſcripſi. Data ſeptimo idus Magii anno ſecundo principatus domni Paldolfi, & undecimo anno principatus domni Paldolfi glorioſorum principum, ac fratrum, indictione quintadecima. Actum in civitate Capuana.* Adeſt ſigillum cereum.

Iidem Caſtrum S. Urbani Caſſinatibus concedunt.

Iidem Principes caſtrum, & oppidum S. Urbani cœnobio Caſſinenſi concedunt hoc privilegio, quod autographum in tabulario noſtro extat.

† *In nomine ſummæ, & individuæ Trinitatis Paldolfus, & Paldolfus fratres, divina ordinante providencia Langovardorum gentis principes. Cum principali excellencia peticione dilecti ſui petenti clementer favet. Quapropter noverit omnium fidelium noſtrorum preſencium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas. Quia Grimoaldus Comes dilectus parens noſter obſecravit noſtras excellencias, quatenus concederemus in Eccleſia & monaſterio S. Benedicti ſito in monte caſtri Caſini, videlicet eccleſia, & caſtrum, & oppidum, quod nominatur S. Urbani cum terris cultis, & incultis, planis, & montibus per finis, & indicacionibus ſicut inferius declaramus. De quibus peciit a noſtras excellencias, ut firmitatis apices in ipſo S. monaſterio exinde fieri juberemus. Cujus peticioni a Domino amorem libenter aſſenſum prabentes hos firmitatis apices in ipſo S. cœnobio exinde fieri juſſimus, per quos omnino ſancimus, & perpetualiter habendum noſtris, & futuris temporibus, concedimus in præfato ſancto monaſterio beatiſſimi confeſſoris Chriſti Benedicti ſito in praphato monte, & caſtro Caſini, in quo cœnobio, Deo protegente, domnus Atenulfus germanus, & confratruus noſter Abbas praeſſe videtur, hoc eſt ipſa prædicta eccleſia, & caſtrum, & oppidum, quod nominatur S. Urbani cum terris cultis, & incultis, planis, & montibus per has itaque finis. Prima fine incipiente a loco, qui nominatur ad columpnelle, & quomodo vadit in ipſu Sangru, & qualiter directe deſcendit in Juniperitu, & qualiter aſcendit in colle longu, & qualiter in Serra de monte qui nominatur aciru, & qualiter vadit in Serra de monte qui nominatur Janula, & qualiter deſcendit in balle, qui dicitur bona, & qualiter deſcendit in foſſatu qui dicitur Landoni, & qualiter directe deſcendit in ipſe Aque vive in riviu molle, & quomodo vadit ipſe rivio molle & tranſit in ipſa mamora, & qualiter directe vadit in ipſa monumenta ad ipſu Ponticellu, & quomodo vadit in ipſa Junctura de rivio nigro in Melſe, & qualiter vadit in ipſa Fontana de Caſa Selberi, & quomodo retornat ad Sanctum Martinum, & qualiter vadit in riviu nigru, & quomodo aſcendit per eodem riviu in ipſa Piſcarola, & qualiter vadit in ipſu Caſtelluczu, & quomodo aſcendit in foſſa de albeto, & qualiter vadit in ipſa Civitella, & qualiter vadit in Foſſa Molore, & qualiter vadit per torella, & quomodo vadit in Furca de Riu, & qualiter vadit in Petra Guidorum, & qualiter vadit per ipſe Serre uſque a prædictas columpnelle, quæ eſt prima finis. Ipſa namque prædicta eccleſia, & caſtrum, & oppidum, quod nominatur S. Urbani una cum omnibus terris cultis, & incultis, planis, & montibus, ſilbis, & paludibus, aquis, & aquarum curſibus, clauſuriis, & piſcacionibus, molendinis, & ripis aquarum, caeteriſque omnibus edificiis; omnia, & in omnibus quæque infra prediſt. finis concluditur, una cum omnibus hominibus infra prædict. finis havitantibus, & omnibus eccleſiis infra predict. finis conſtructis cum omnibus terris ipſarum eccleſiarum, & cum omnibus pertinentiis ipſarum omnia, & in omnibus, ut prædiximus, in integrum illud in ipſo prænominato Sancto monaſterio funditus conceſſimus ad habendum, & poſſidendum, ea ſcilicet racione omnia, & in omnibus, quæ & qualiter ſupra legitur, & partibus reipublicæ pertinet in prefato S. monaſterio ſanctiſſimi confeſſoris Chriſti Benedicti ſito in prephato monte, & caſtro Caſini per omnia conceſſimus ad poſſeſſionem prephati S. monaſterii, & prædicti domni Atenolfi venerabili Abbati germani, & confratrui noſtri, & aliorum Abbatum ſucceſſorum ejus, qui in præfato ſancto monaſterio beatiſſimi Benedicti praeſſe videntur ad habendum, & poſſidendum, & legibus faciendum exinde omnia, quæ ad partem præfati monaſterii, & de ejus Abbatibus, atque rectoribus placuerit abſque contrarietate Comitum, Caſtaldeorum, judicibus, vel ſculdahis, vel cujuſcumque perſonæ hominis contradictione, vel inquietudine. Set perpetualiter omnia, & in omnibus, ut ſupra ſcripta ſunt, ſint in poteſtate, & poſſeſſione præfati S. monaſterii, & de ejus Abbatibus, & rectoribus omni tempore nemine exinde ad partem ſancti prædicti monaſterii vel ad ejus Abbatibus, vel rectoribus aliquo modo in aliquo contraria faciente. Quod ſi quiſpiam hanc noſtram conceſſionem in quomodocumque violare præſumpſerit, ſciat ſe ad partem praphati ſancti monaſterii, & ad ejus Abbatibus, atque rectoribus compoſiturus auri libras centum, & hæc noſtra conceſſio de quibus continet firma permaneat in perpetuum. Ut autem hæc noſtra conceſſio verius obſervetur manu propria ſcripſi, & ex anulis noſtris ſubter juſſimus ſigillari.*

*Signum domni excellentiſſimi*



*Paldolfi Principis.*

*Adeodatus clerice, & ſcriba ex juſſione ſupradictarum glorioſarum poteſtatum ſcripſi. Data tertio nonas Magii, anno ſecundo principatus domni Paldolfi, & undecimo anno principatus domni Paldolfi glorio-*

Digitized by Google

*glorioſorum principum*, *ac fratrum*, *Indictione quintadecima*. *Actu in civitate Capuana*. Adeſt ſigillum cereum.

Illud vero animadvertendum, laudatos principes caſtra Vicalvi, & S. Urbani concedere cum omnibus ad ea pertinentibus hominibus, & rebus, eoque modo, quod fiſcus poſſideret, quod illis verbis explicatur: *Et partibus reipublicæ pertinet ad habendum*, *& poſſidendum*, *& legibus faciendum exinde omnia*, *quæ ad partem prephati monaſterii placuerit*, abſque ulla magiſtratuum contradictione, neque ullam ſibi juriſdictionem reſervare. Notatu inſuper digniſſimum, in omnibus principum Langobardorum, Capuæ, Salerni &c. diplomatibus, ſigilla in cera, vel alia ſimili mixtura impreſſa affixa membranis eſſe, illiſque ſemper adverſum ſigillum appoſitum. Rarum id eſſe obſervat eruditiſſimus Johannes Mabillonius, dum in Itinere Italico pag. 118. de celebri Monaſterii Cavenſis Archivo loquens ait: *In duobus inſtrumentis Waimarii*, *ſeu Guaimarii Salernitani principis*, *ac monaſterii conditoris ſigillo affixo apponitur adverſum ſigillum*, *quod nuſquam in ſigillis affixis deprehenderamus*, *ſigillum cereum ex una parte Waimarium*, *dimidiato corpore cum Sceptro in dextera*, *& corona clauſa in capite præfert ſub hac inſcriptione*: *Waimarius Princeps*: *ex adverſa manum extenſam medio digito ad pollicem reflexo cum eadem inſcriptione*. Et in ſupplemento de re diplomatica pag. 49. *Sigillis affixis nullum vulgo apponebatur contra ſigillum ut alias obſervavimus* &c. & pag. 116. loquens de privilegio a Guaimario Richerio Abbati Caſſinenſi conceſſo habet: *Iiſdemque litteris affixum eſt ſigillum cereum exhibens in averſa parte contra ſigillum*, *quod rarum eſt in ſigillis affixis*. Libro vero ſecundo capite 19. de re diplomatica pag. 151. primæ editionis inquit: *Penſiles bullæ plumbeæ & aureæ ex utraque parte inſcriptæ ſunt*, *cerea ſigilla primum ſine averſo ſigillo*, *aut contra ſigillo appenſa ab epiſcopis magnatibus*, *& a Ludovico VI. Francorum rege*. *Primus regum noſtrorum in poſtica ſigillum aliud appoſuit Ludovicus VII. ob Ducatum Aquitaniæ*. *Sed illud repudiata uxore dimiſit*. *Philippus Auguſtus unicum lilium primus adhibuit pro contra ſigillo*. *Ludovicus VIII. aliquando unum*, *aliquando innumera*, *aliique ad Carolum V. Inter primos epiſcopos Hugo Rotomagenſis contra ſigillo uſus eſt ab anno 1138. non tamen ſymbolo gentilitio*, *quod epiſcopi vix ante medium ſæculum XIII. uſurparunt*. *Uno ante ſæculo milites*, *ſeu nobiles viri ejuſmodi ſymbola gentilitia in contra ſigillis expreſſere*, *nobiles matronæ exeunte Sæculo XII. quo tempore Abbates etiam*, *& Monachorum conventus contra ſigillis uſi ſunt*. Vid. idem Mabillonius ibidem pag. 139. 146. 149. & Pandulfus II. princeps Beneventi, & Capuæ imperavit ab anno 981. ad 1014. Pandulfus vero II. Capuæ princeps ab anno 1007. poſt patrem, cum Patruo Pandulfo II. ab anno 1009. ad 1014. cum patruele Pandulfo IV. ab Anno 1016. cum nepote Pandulfo V. ab anno 1020. ad 1022. Pandulfus IV. Capuæ princeps, fraterque Athenulphi Abbatis Caſſinenſis imperavit cum patruele Pandolfo II. ab an. 1016. cum eodem Pandolfo II., ſuoque filio Pandolfo V. ab anno 1020. ad 1022. cumque filio Pandulfo V. tantum ab anno 1026. ad 1038. cum filio & nepote Landulfo V. ab anno 1046. ad 1047. Vid. Peregrinius in laudato ſtemmate.

De ſigillis, & adverſis ſigillis.

Egregie quidem ſe Athenulfus in præfectura Caſſinenſi geſſit, ut narrat Leo Oſtienſis cap. 32. ubi etiam ait. *Civitatem deorſum circa eccleſiam Domini ſalvatoris*, *quam ſupradiximus S. Martyre Chriſti Abbate Berthario inchoatam ex magna parte conſtruxit*, *&c.* In eodemque capite plures donationes refert cœnobio Caſſinenſi factas, quas inter: *Sed & Albo quidam Aprutienſis optulit in hoc monaſterio integram medietatem de Caſtello Saline ſibi jure hereditario pertinentem*, *una cum eccleſiis*, *& univerſis omnino rebus ac pertinentiis earundem eccleſiarum*, *& prædictæ medietatis quod ſunt terræ modia circiter ſeptingenta*. *Adelpertus etiam cujuſdam Azzonis filius id ipſum fecit de curtibus*, *& de portionibus ſuis de duobus caſtellis apud Aprutium*, *& eccleſiis aliquot cum terra modiorum quadringentorum*.

Egregia Athenulfi Abbatis adminiſtratio.

Albonis donationem ex regeſto Petri Diaconi nu. 263. fol. 120. a t. integram damus.

Donatio Albonis.

*In Dei nomine*. *Ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti anni ſunt* 1021. *menſe november per indictione quarta*. *Ideoque ego Albo filius quondam Ardemanni bona mea voluntate per hanc chartam judico*, *& trado*, *adque concedo pro anima mea in ipſo monaſterio ſancti Benedicti*, *quod ſitum eſt in caſtro Caſino ad proprietatem de ipſo monaſterio ad poſſidendam hoc ſunt omnia ipſi rebus proprietatis meis quæ mihi in hereditate obvenit da quoddam ſupraſcripto genitore meo infra territorio Aprucienſe per Caſalibus*, *& loca nominande cum ipſa medietate de ipſo Caſtello de Saline*, *& medietate de ipſa eccleſia*, *quæ intus in ipſo caſtello ſtare videtur in Pratuſza*, *in Camponervi*, *in Calcaria*, *in Fullano*, *in ipſo Polo de S. Theodoro*, *& in Oblaciano & in Tritrano*, *in Belliricu ipſa porcione de ipſo caſtello*, *qui mihi pertinet*, *& in Fonticella*, *& Arboreta*, *cum ipſa quarta porcione de ipſa eccleſia S. Ilpidia cum cellis & dotis*, *& oratoriis*, *& omnia ornamenta de ipſa eccleſia*, *& per eorum locis*, *& vocabulis*, *quæ ſunt terre culta*, *& inculta exunate per ſingulæ pecia inſimul faciunt per menſura modiorum ſeptingentorum*, *& eſt ipſa res infra finis da capu fine la morta*, *& alia fine Fonte majore*, *& quomodo venit ſtrada de Aniano*, *& pergit in ipſo fluvio Saline pe de fluvio ſaline*, *& quomodo venit ipſa ſtrada Furci & quomodo venit in ipſo Cerreto*, *& venit in ipſa morta*; *hæc omnia ipſa ſupraſcripta res ſuper ſe*, *vel infra ſe habentes*, *cum caſe*, *& rebus manualibus*, *& rebus conjuncte cum caſe & recenſuite ſive de eccleſie cum cellis*, *& rebus ſuis omnibus in integrum dono*, *& trado*, *& judico*, *atque confirmo pro anima mea ad proprietatem ſupraſcripto monaſterio*, *& hoc repromitto*, *& obbligo me ego ſupraſcripto Albo vel meis heredibus ad ipſum monaſterium S. Benedicti*, *ut ſi aliquando tempore ego ſupraſcripto Albo*, *vel meis heredibus de omnia ſupraſcripta res contra ipſum monaſterium*, *aut contra hanc chartulam exinde aliquam cauſatione mittere queſierimus per qualibet ingenium*; *aut ſi a qualibet homini ipſa ſupraſcripta res defendere non potuerimus*, *aut non voluerimus ad ipſum ſupraſcriptum monaſterium*, *& nos culpabili apparuerimus*, *ut componamus a ſupraſcripto S. Monaſterio pena auri libras decem*, *&*

carta

Digitized by Google

*carta iſta qualiter ſuperius legitur, taliter omniumque tempore ſemper firma, & ſtabile permaneat ad proprietatem ſupraſcriptum ipſum monaſterium, & ego qui ſupraſcriptus Albo te Giſo Not., & judice hanc chartam pro anima mea ſcribere rogavi. Actu in Aprucio feliciter † Signum manu ſupraſcripti Alboni, qui hanc chartam pro anima ſua fieri rogavi † Ordengo rogatus a ſupraſcripto manu miſi † Signum manu Aczolini teſtes rogatus manu miſi.*

Adelperti Donatio. Donatio Adelperti ex eodem regeſto num. 262. fol. 120. hæc eſt.

*In Dei nomine. Ab incarnacione Domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni milleſimo viceſimo primo & menſe November per indiccione tercia. Ideoque ego Adelpertus filio quondam Aczoni bona mea voluntate per hanc chartam judicavi, & dedi, & tradidi, atque confirmavi in ipſo monaſterio S. Benedicti, quæ ſitum eſt in caſtro Caſino ad proprietatem ejuſdem monaſterii ad poſſidendum. Hoc ſunt omnia ipſis rebus proprietatis meis, quæ mihi in hereditate, & ad meum conquiſitum habeo infra territorium, quæ ſe per caſalibus, & loca nominande in Papiniano, in Dalmati, & in Onianello, & in Latroniano, & in Peticiano cum porcione mea de ipſa eccleſia S. Anthimi, & in Tuliano, & Muro cum porcione mea de ipſo Caſtello Veccio, & Popegiano, & Valle cum porcione mea de ipſa eccleſia S. Archangeli, & Ceſule cum porcione mea de ipſo caſtello, & de ipſa eccleſia S. Andreæ, & in Lajano, & Veczano, & per eorum alii locis, & vocabulis, quæ ſunt terra culta, & inculta, & terre cum vinee, & vineatica, & terre cum ſilva exunata per ſingule pecie, inſimul faciunt per menſura modiorum quadringentorum, & ſunt ipſe rebus infra finis ſine Iczano, & quomodo ipſa via de Iozano venit per ipſa prata in ipſo rigo de Taſſo, & quomodo ipſo rigo de Taſſo venit in ipſe rigo, qui currit inter Caſa Martini, & Caſi & fine ipſo t. calio de caſa Norſeni, & quomodo ipſo rigo currit inter Conca, & Numiano, & quomodo currit in fluvio Trutino, & quomodo ipſo rigo currit inter Mortiliano, & Juliano & quomodo currit in flumine Trutino, & fine fluvio Trutino, ipſa ſupraſcripta res de ipſe nominate finis ſicut ſupra legitur cum omnia mea porcione de ipſa caſtella, & de ipſe eccleſie, cum cellis, & dotis, & ornamenta, & oratoria ſupraſcripta ipſa eccleſia, & cum omnia ſuper ſe vel infra ſe habentia, & ſi amplius fuerit de ipſa ſupraſcripta mea porcione infra ſe ſupraſcripte ſi nulla reſervavi, & in integrum in ipſo monaſterio judicavi, & tradidi ad proprietatem poſſidendum pro anima mea poſſidere dum mercede, ita ut ipſe Abbas, aut Monachi qui tempore ipſo monaſterio cuſtodierit faciat de ipſa ſupraſcripta res quod voluerit ad proprietatem de ipſo monaſterio poſſidendum, & hoc repromitto me ego ſupraſcripto Adelberto, & obbligo me, vel meis heredibus contra ipſo monaſterio, aut cum ipſo Abbate, aut monachi, vel prepoſiti, qui tempore ipſo monaſteri cuſtodierit, aut ſi aliquando tempore ipſa ſupraſcripta res defendere non potuerimus, aut non voluerimus aut contra hac carta aliqua cauſacione mittere quæſierimus, ut componamus ego ſupraſcripto Adelberto, vel meis heredibus auro libre octuaginta, & cartula pro anima mea qualiter ſuperius legitur, taliter omniumque tempore ſemper firma, & ſtabile permaneat ad proprietate de ipſo monaſterio poſidendum pro anima mea, & ego ſupraſcriptus Adelperto Johannes notarius, & judice hanc chartam pro anima mea ſcribere rogavi. Actu in Aprucio feliciter. † Signum manu Adelberti, qui hanc chartam fieri rogavi † ſignum manu Aczolini teſtes rogatus. † Signum manu Roczi teſtes rogatus.*

Cœnobium S. Angeli vallis regiæ inſtauratum. Narrat deinde Leo Oſtienſis cap. 34. Azzonem monachum Caſſinenſem juſſu Athenulfi Abbatis inſtauraſſe cœnobium S. Angeli vallis regiæ, quod deſtructum antea, incenſumque fuerat una cum Saracenis, qui illuc confugerant. *Et convocatis* (verba ſunt Leonis) *artificibus, eccleſiam primitus, cujus fundamenta tantum remanſerant deinc officinas ceteras reſtaurare protinus cepit; Reverſuſque conſequenter ad Abbatem, hominibus, quos in poſſeſſionem ejuſdem monaſterii neceſſarium erat inducere, libellos ab eo acquiſivit, moxque caſtellum, quod eidem monaſterio proximum eſt Bala vocabulo condidit, &c.* (& inferius) *Præfatus vero Dominicus ejuſdem magiſtri ſui ſolertiam imitatus, non multo poſt, Roccam, quæ inter montes dicitur, non longe ab ipſo monaſterio conſtruxit, atque colonos, qui prius in loco, qui Civitella vocabatur habitaverant, in ea conſtituit.* Quæ duo oppida noſtri monachi conſtruxere.

Et capite 35. hæc idem Leo ſcribit. *Per idem tempus contentio Cajetanorum Ducum, & comitum Trajectenſium orta eſt contra hoc monaſterium, eo quod cepiſſemus repetere terras quaſdam, & ſilvas in confiniis Aquini huic monaſterio antiquitus pertinentes, quas ipſi ante non multos annos a Papa Johanne Octavo, & Johanne Papa decimo per privilegium receperant, pro eo ſcilicet, quod ſuper deſtructione Sarracenorum Gariliano degentium potentiſſime ſe intromiſerint. Sed cum apud Argenteum caſtrum ad placitum res hæc perducta fuiſſet, in quo cum principe Capuano, & ejuſdem civitatis Archiepiſcopo, nec non & cum Duce Neapolitano, & Cajetano epiſcopo domnus Athenulfus Abbas, & plurimi de diverſis partibus nobiles, judiceſque convenerant relecta ſunt primitus in omnium præſentia præfata privilegia illorum, demum vero relecta ſunt a parte noſtra præcepta regum Caroli, Hugonis, atque Lotharii, qui eaſdem terras huic monaſterio conceſſerant, & firmaverant. Quo facto, decretum a judicibus eſt tam ex Romanis legibus, quam ex Langobardis, nequaquam poſſe Cajetanis terras illas aliquatenus pertinere, ſed nos eas omnino legaliter, ac firmiter optinere debere. Cumque hæc judicum ſententia, & a principe, & ab univerſis aſſidentibus collaudata ſimul, & confirmata fuiſſet, præfati Duces, ac Comites videntes ſe legum auctoritati contradicere non poſſe, cartolam protinus manifeſtationis, ſeu renunciationis de univerſis rebus illis fecerunt, & apud nos remiſerunt, pena centum auri librarum appoſita, ſi umquam vel ipſi, vel ſui heredes, hæc aliquatenus dirumpere, ſeu removere quæſiſſent.*

Hujuſce controverſiæ monumentum exſcribendum hic opere pretium duximus, quod plura notatu digniſſima contineat.

Inſigne Placitum ad favorem Caſſinatium, cõtra Duces Caje- ✠ *In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti viceſima tertia anno Comitatus domni Daoferi, & domni Landoni, ſeu & duodecimo anno Comitatus domni Ederadi, & domni Marini menſe Julii duodecima indictione Trijectu,*

Diſſertat. K borta

tanorum, & Comites Trajectenſiũ. * ideſt cõtentio.

horta eſt itaque intentio * inter me ſupranomĩ. Dauferius fili qud. domni Gregorii bonæ memoriæ Comitis intus Caſtro Argu. pertinencia Gaetanæ civitatis, & te videlicet Lioto Monachus miſſo domni Atenolfi reverentiſſimi Abbati cœnobii S. Benedicti ſitus in monte caſtro Caſino. Eo denique pro parte ſupraſcripti monaſterii erga tecum abendo Landolfus Abcã. ipſius monaſterii de terras, & ſilvas, que eſſe videntur in finibus Aquinenſis, unde fuimus pro parte reconjuncti in eodem caſtro ante domĩ. Paldolfum glorioſum principem Capuanenſis, & inivi adeſſent domnus Sergius Conſul, & Dux civitatis Neapoli, & domĩ. Paldolfus Domini gratia Archiepiſcopus ſanctæ ipſius Capuanæ eccleſiæ, ita & ivydem adeſſent ipſe domĩ. Atenolfus Abbas, ſeu & ividem adeſſent domnus Bernardus Hepiſcopus ipſius Gaetanæ ſedis, ſimulque etividem adeſſent Landolfus, qui dicitur de domna Gemma, & Leo, qui dicitur de domna Marocza, & Marinu de domna Leo & Johannes Papa, & Gregorius Salpa, & Petru de Marinu de Capu de muru habitatores civitatis ipſius Gajetæ. Ita & ividem adeſſent Johannes filius Leoni de Fundi Dux cum plures illuſtrium birorum de civitate ipſius Capua, & de civitate Neapoli ipſa, quam & hividem adeſſent plures reliquos Gajetanos, unde ego qui ſupra Daoferi Comes querebam introire infra ipſas terras & ſilbas, & abere ſorcionem pro eo quod dicebat, ut noſtras raciones contineret ipſos, unde nos qui ſupra Liutu Monachus pro pars ſupraſcripti monaſterii erga vobiſcum habendum ſupraſcriptum Abocatorem, dicebatis mihi, ut oſtenderemus quomodo mihi pertineret illut. Ego qui ſupra Dauferi talia audiente oſtenſi vobis in judicium ividem una ſcripſio noſtra, & unum capitulum noſtrum, quæ relecta ſcripſio ipſa inter cætera continente quomodo Joannes Hepiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectiſſimis filiis Docivilis, & Johannes Ducibus, & Ipatis Gagetanorum, & per illos in veſtro Ducatum in perpetuum; dum præeſſe q. ñd. juſtitia, & pro remedio Chriſtianæ fidei profectibus paſtorali vigilancia ſemper devere eſſe ſecundum regula juridice juſticia ſuper omnes chriſtianos populos, ſicut verus paſtor Chriſtus, qui ſuam animam propria a ſemetipſo poſuerat pro omnibus fidelibus, itaque curam gerebat ſumma, & principalis prime cathedra Apoſtolorum ſemper die noctuque decebat vigilare ſuper cunctos chriſtianos populos, & non ſolum omnia, quæ herat ſuper dominio eccleſiæ Apoſtolorum principis, ſet eciam omnia quæ erant eccleſiæ regularis cœnobii dare pro ſalvacione Chriſtianorum populo, & ad ultimum pro Chriſti Domini caritate & dilectione, ſe metipſum ponebat ad morte. Igitur quia ſupraſcripti illis ſuis filiis penetraverant una cum eis Saracenos ad ſalvandum Chriſtianum populum, & maſſime illos, qui erant vere famuli apoſtolorum, & ſemper fuerat deſervientes in ſervicio Apoſtolorum, & eorum pro ſalvacione gentis chriſtianiſſimæ, quemammodum chriſtianiſſimi filii propter illum promptum, & verum eorum ſervicium quod fecerat Deo, & Chriſto, & ejus Apoſtolos, et eis illi ſemetipſos poſuerat ad mortem cum totis eorum omnibus pro ſalvacione apoſtolorum, et meritis abſque mora, iccirco per illam cauſam, & ſervicio conceſſerat, & donaverat eorum, & ad eorum ſucceſſoribus perpetualiter totum, & inclitum Patrimonium Trajectanum cum omnibus ſibi pertinentibus, quam de ſuo apoſtolatu,

Privilegium Joannis VIII.

Agitur de expulſione Sarracenorum.

Patrimonium Trajectanum

quam & de omnibus monaſteriis proprietatibus, & de Romanis populiſq; erat ſub jure Romanæ eccleſiæ Cujus omnipot. Domĩ. favente illi erat Vicarii, iu ſuper pro eorum fideli ſervicio, & pro defenſione gentis chriſtianæ, & pro eo quod pugnaverat, & pugnare devebat Sarracenos cum eorum populis, & cum tota eorum virtutem, & eruperat pacem agente Agarenorum pro Dei amore, & ejus Apoſtolis totam terram ſalvando ab ipſis Agarenſis junſerat, & donaverat eis, corumque ſucceſſoribus perpetualiter totam, & inclitam civit, & terram Fundanam, cum omnibus ſibi pertinentibus, cum caſtellis, & Villis, & caſalibus, & fluminibus, & lacis, & rybis, & eccleſiis, & monaſteriis, quæ erat poſita in territorio Fundano, & ſub Ducatu Fundanæ civitatis omnia ſupraſcripta eſſere eorum, & eorum ſucceſſoribus donatã, & conceſſã a Deo, & ab apoſtolis ejus, & a nobis eis, & eorum ſucceſſoribus ſempiternaliter propter fidum ſervicium, quod fecerat, & faciebat in eccleſia apoſtolorum principis. Igitur a Canneto de Terracina & ſicut ibat ſuper monte Doſati ſuper Sancti Viti indirecte, & quemadmodum decurrebat ſuper monte, qui vocatur Chriſpoli, & ſicut pergit per pede de Silva de Virnne, & quemadmodum decurrebat ſuper monte Sancti Angeli, qui vocatur Altinni, & quomodo ibat per Fammara, & ſuper duos Leones, et uſque ſuper ipſa Caldana putida quæ erat poſita ſuper Gareliano omnia quæ fuerat poſita infra ipſis finibus, uſque ad plagia maris, montes, et flumina, lacua, ribos, eccleſias monaſteria, Civitates, caſtellis, villas, et caſales, et ſylvas, omnia cum omnibus pertinentibus per totum in cuncto territorio Trajectano, et Fundana eſſeret, eorumque et eorumque ſucceſſoribus donata, et conceſſa Deo, et ab ejus apoſtolo, et ab eis, et ab eorum ſucceſſoribus perpetualiter totum et inditum territorium Trajectano cum omnibus ſibi pertinentibus tam de ſuo apoſtolatu, quam et de Romanis populis, et eccleſiis, et monaſteriis, quæ erant, et quæ fuerant ſ.è Ducatu, et Territorio Fundano eſſeret eorum, et eorum ſucceſſoribus donata, et conceſſa a Deo, et a Petro ejus apoſtolo, cui ille ejus vice tenebat Pontificatum. In cuncto terrarum circuitu, et ab eis, et ab ejus ſucceſſoribus uſque in finem ſaculi, ideſt per ſuos ſupraſcriptos fines deſuper ipſam Caldanam putidam quæ erant ſuperpoſitam ſuper Garelianum, et veluti decurrebat ſuper duos Leones, et quomodo ibat ſuper Famaram, et ſuper montem Altinum S. Angeli, et quomodo ibat ſuper Silva de Nerona, et ſuper monte, qui vocatur Chriſpuli et ſuper Monte Doſati ſuper S. Viti, et uſque ad Canneto de Terracina omnia iſta ſupraſcripta quicquit in ipſis finibus fuerant, et erant a plagia Maris uſque ad ſupraſcriptas fine civitatis, et caſtellas, et villas, et caſales, et flumina, et piſcarias, et ribos, et lacua, quicquit pertinencia fuerat, et erat de toto Trajecto territorio, et Fundano eſſeret eis eorumque ſucceſſoribus ſempiternaliter ab eis, et ab eorum ſucceſſoribus. In omni racione, et ordine, ſicut in ipſa ſcripſio, quæ erat conceſſionis, et donacionis continebat per manus Melchiſet, & ſcriniarii S. Romanæ eccleſiæ pridie Idus Junii indictione quinta bene balete. Ille pridie idus Junii Theofilactus ſecdi. Clericus S. Sedis apoſtolicæ ſcripſerat, imperante Dono ſuo piiſſimo PP. Auguſtu Lo . . . . . ico Magno imperatore ideſt ſupraſcri-

pta

erat Romani Pōtificis.

Comitatus Fundanus S. Sedis.

*pta quinta, ſcripta per manum Melchiſet, & ſcriniarii S. Romanæ eccleſiæ. Ideſt ſupraſcripta quinta vollatum per vullam plumbiam ipſo Capitulario erat*

Bulla plumbea.

*continentem in eum inter alia quomodo repromiſerat Theofilactus ſenatores Romanorum Gratianus Dux, Gregorius Dux, Auſtoaldus Dux, Sergius Primicerius, Stephanus ſecundi Clericus, Sergius de*

Dignitates Romanorũ.

*Euſemia, Adrianus genitor domini Stephani Papæ; Stephanus Primicerius Defenſorum, item Stephanus Arcarius, Theofilactus Sacellarius, & per juſſionem, & dicti domini Joanni decimi, & univerſari Papæ juraverat illi adque jurare fecerat alios decem & ſeptem nobiliores homines, qualiter illi querere Nicolao ſtratico Langobardiæ Gregorius Neapolitano conſuli, & Landolfum imperiali patritiu, & Atenolfo, & Guamario principibus, Johanni, & Docibilis glorioſi Ducibus, & Ipati Gajetanorum Ducibus iterum repromiſerat, et juraverat, et jurare fecerat ipſorum, et confirmaverat præceptum per juſſionem domini Johanni decimi, et univerſari Papa quod aberet factum a domno Johanne octabo, et*

Cõfirmatio Joannis.

*univerſari Papa totum, et inclitu territorio Trajectano cum omnes ſivi pertinentibus, Inſuper confirmaverat eorum in ipſo præcepto, quod aberet .... ſcripto ſicuti habebat, et inclita cibitate, et terra Fundana cum omnibus ſibi pertinentibus per finis ipſe ſicut ſuper letum pro eo quod decertaverat, et percertaverunt pro amore Chriſtianæ fidei delere Sarracenos de cuncto territorio Apoſtolorum, ſeu et deventanis partibus, ſeu ex omnibus partibus pugnaverat, et pugnaverunt in omni racione, et ordine, ſicut ipſu capitulariu continebatur vullatum per vullam plumbia, relecta vero ſcripſio ipſa conceſſionis, et ipſum Capitularium noſtrum dederat ego in manu ſuper et ſcripti domni Paldolfi Harchiepiſcopi ipſa noſtra ſcripſio, una cum ipſu capitulariu, et vos pro parte ſupraſcripti monaſterii dediſti in manu ipſius Dom. Harchiepiſcopi cum licere ipſius domni Abbatis duabus præceptora pertinentes ipſius monaſterii, et manifeſtavimus pro parte ut plus ſcripſione vel præcepta inter nos ad cauſando non haberemus, quibus ille per ordinem ipſa præceptora quas vos pro parte ſupraſcripti Monaſterii relegi feci, uno ex ipſe erat inter cætera continentem quomodo Carolus Rex Francorum, et Langobardorum, ac Patritius Romanorum*

Privilegium Caroli magni.

*pontificum noverit ſolertia .... a qualiter ad petitionem ei religioſo viro Theomari .... erat monaſt. S. Benedicti, quod erat conſtructo in loco, qui dicitur Caſinu caſtru tale beneficium circa ipſum monaſt. viſi fuerat conceſſerat, unde Monachi Deo ſervire, & pro eis, & cuncto populo Chriſtiano vovere valeret, ideſt terras, & ſylvas ſacri ſui palatii pertinentes per finis in territorio Aquinenſe incipiente ab ipſa coſa, quomodo ſe jungebat cum ipſo flumine, & ibat per media Serra de monte S. Donati, & exinde deſcendebat ſuper monticello de Marri, & uſque ad illos Peſclos, qui erant ad pede de monte de Valba, & comodo ibat exinde per duos Leones, & inde per Serras montis ſuper caſale, & per ipſum montem uſque ad villam de Gareliano, & a Gareliano uſque ad Peſclum, qui dicitur Cripta Imperatoris, uſque ad flumen, & cætera in omni racione, & ordine ſicut in ipſo Præcepto continebatur roboratum per ſignum Carolus, ſigillatu ab anulo ipſius Regi. Ipſo alio Precepto continente in eo inter cætera quomodo Ugo, & Lotthario rex confirmaverat,*

Diploma Hugonis, & Lotharii Regũ.

*& corroboraverat omnia privilegia Romanorum Pontificum, præcepta quoque regum, & imperatorum, nec non & monaſteria virorum, & puellarum, & cellas, res quoque, & familias inivi a religioſis, & clementibus viris conceſſas, amore igitur Divino accenſera, & Valduini ven. Abbatis precibus acclinati, prælivato cœnovio Chriſti confeſſoris Benedicti ........ primatici cantione prout licite, & legaliter poſſumus confirmaverat, & corroboraverat omnia privilegia Romanorum Pontificum, præcepta quoque regum, & imperatorum, nec non & monaſt. virorum, & puellarum, & cellas nomina, ſive omnia prædia circa ipſum monaſterium adjacentia per confinia, & loca antiquitas terminant in territorio Aquinenſis incipiente ab ipſo Coſa, comodo ſe jungebat cum ipſo flumine, & ibat per media Serra montis S. Donati; & exinde deſcendebat ſuper monticello de Marri, & uſque ad illos Peſclos, qui ſunt ad pede montis de Balba, & comodo vadit exinde per duos Leones, & inde per Serras montis ſupra caſale, & per ipſum montem uſque ad villa de Garelianu, & de Garelianu uſque ad Peſclu, quod dicebatur cripta Imperatoris uſque ad flumen, cætera in omni racione & ordine continebat præceptum ipſum, quod ſcriptum erat per Giſerandum Cancellarius roborato per ipſis regibus ſigillato ab anulo ipſorum regis, relecta vero præceptora ipſa coram is omnibus, dixerat Petrus judex ipſius Capuæ, ut minime ego habere poterat de integras terras, & ſylvas, vel inde quæ continunt ipſa preceptora per indicate finis pro eo, quod continet in lege Langobardorum in capitulo, quæ conſtituerat Luitprando Rex, ut cuicumque deceſſoribus illorum datum erat ſtabili ordine devere permanere ſicut illi. quod illi dederat, & in añ. dederat qualiter ibidem contineret, & in lege nobelle Juſtiniani in capitulo quodam conſtitut. erat ſi quis mala fido rex alienas poſſideret, vendiderit eas, vel donaverit, vel alio modo alienaverit, is autem qui ſe Domino earum putabat ſciebat oteſtatione unde nuptiaverat ei, quod rex ceperat intra decennium res firmt. apt. emptorem, vel qui donationem acceperat, vel alio modo alienationis nactus erat quod ..... Domino mala fide poſſeſſor alienaverit, non aliter ocp. judice Domino impediat niſi triginta annorum ſpatium tranſactum ſit, quamvis is, qui emerat, vel alio modo alienationis nactus erat bona fidei poſſeſſor fuerat, eo quod ipſe quod dominus Carolus Rex dederat illut per jamdictum præceptum in ipſum cœnobium, et ipſis dom. Ugo, et dom. Lotharius regibus confirmaverat inter alias terras, & ſylvas ipſas in ipſum cœnobium per ille fines, ut ividem continebat poſtmodum nec Papa urbis Romæ; nec qualivet rex dare illud nullatenus poteret, et dicebat, ut mala fide de ipſas terras, et ſylvas, quæ continunt ipſa præceptora, quæ pertinunt ad partem ſupraſcripti cœnovii poſſideret et per legem de integra terras, et ſylvas ipſas, quæ continnunt ipſa præceptora aberet, ego non potere inde ſet ante fa. ad majorem intentione perveniſſemus per colloquia bonorum hominum utrumque partium amatores benimus exinde, ut ego qui ſupra Dauferius me manifeſtaret, et concludere vobis pro parte ſuperſcripti monaſterii de integras jam dictas terras, et ſylvas per ſupraſcripte fines qui continunt ſupraſcripta præcepta, et ideo ſicut Domino Deo placuit, qui eſt amator omnium bonorum operum ..... pacis .....*



Digitized by Google

*Daoferius cogente, neque contradicente, aut vim patiente, ſet bona, expontaneaque mea boluntate per hanc cartula manifeſtum facio ego qui ſupra Daoferius coram omnibus ſupraſcriptis reſidentibus, ſeu intervenientibus, qui ibidem erant, tibi qui ſupra Liotto Monacho pro parte ſupraſcripti monaſterii, erga tecum habendo ſupraſcriptum Abbocatum, quia ſupraſcriptas terras, et ſylvas per jam dictas finis, et indicationibus qua continunt ipſa duabus pracepto-ra legibus ſunt pertinentes ſupraſcripti monaſterii per ipſa praceptora, et per aliis racionibus, eorum, et mihi qui ſupra Daoferius de ipſis, vel inde nullatum eſt pertinentes, neque per ſcriptum, neque abſque ſcripto, nec per poſſeſſionem, nec per alia qualivet raciones, vel umanum injenium. Inſuper repromitto, et obligo me ego qui ſupra Daoferius me, et meos haredes ipſius dño Atenolfi venerabilis Abbatis, et a ſucceſſores ſuos, et ad partem ſupradicti monaſterii taliter ut amodo, et ſemper tacitis, et quietis de ipſo vel exinde faciamus munere ſemper ego, et heredes meos contra eis omnia magna vel parvaque perſona hominum qui pro parte, et datum noſtrum aut ſupradicti genitori mei cum ipſum domnum Atenolfum venerabilem Abbatem, aut cum ſucceſſores ſuos, vel cum parte ſupradicti ſui monaſterii de integras jam dictas terras, et ſylvas per jam dictas fines vel exinde cauſare vel contendere queſierit quibuſcumque modo, eo quod ita vobis complacuit. Verum quod abſit, et divinàm advertat potencia, ſive ego, aut eredes meos, aut ſummiſſa perſona omnium aliquod contrarie agere boluerimus, aut queſierimus, aut per qualecumque ingenium, vel humana aſtutia removere queſierimus, hac cartula per racione, et ordine illud qualiter pralegitur compoſituri ſubjaceamus ego, et heredes meos ipſius dom. Atenolfi reverentiſſimi Abbatis, et ad ſucceſſores ſuos, et ad partem ſupradicti monaſterii pena nomini auri obrizi libras centum, et poſt ſoluta pœna, hac manifeſtatio ſecuritatis firma, et ſtabili permaneat in perpetuum, et taliter ego qui ſupra Daoferius una cum conſenſu uxori mea ea omnia ſuper et ſcripta feci, ſcript. per veſtras demandatia a Petro Notario in ſupradicte civitat. in menſe, et indictione ſupradicta duodecima. ✠ Signum manus de Domni Daoferi, qui nobis ſcribere praſcripſit ✠ Signum manus de Leo de Luccia ✠ Signum manus de Sicu de Milo. ✠ Signum manus de Leo de Lupo. ✠ Ego Petrus Notarius in ſupradicte civitati complebo, et abſolbo in menſe, et indictiane ſupradicta duodecima.*

In hoc documento ut verum cognoſcitur privilegium Caroli magni ſupra a nobis laudatum. Ex eoque corrigendus Ughellius qui tom. VI. Ital. Sacræ col. 322. agens de Archiepiſcopis Capuanis, Pandulfum anno 1008. obiiſſe cenſet huic controverſiæ præſentem. Ea vero non ante annum 1014. evenire potuit, cum Athenulfus, ſub quo acta eſt non niſi anno 1011. Abbas Caſſinenſis fuerit inauguratus teſte Leone Oſtienſi lib. II. cap. 31. Chron. Caſſ. Scriptore coevo, quod probat Peregrinius in ſerie Abbatum Caſſinenſium pag. 45. Laudatus vero Leo poſt narratas cap. 30., 31., 32., 33., 34. plures donationes Athenulfi præfectura cœnobio noſtro factas pluraque ejuſdem Athenulfi geſta hanc controverſiam ſubdit, quæ quidem primo ejus præfecturæ anno orta eſſe non potuit, cum potiſſimum idem Leo cap. 31. narret obtenta ab Athenulfo regiminis ſui tertio anno Chriſti 1014. privilegia Benedicti VIII., & ſancti Henrici, deindeque cap. 35. natam hanc controverſiam teſtatur. In eundem errorem eſt lapſus Michael monachus in ſanctuario Capuano in ſerie Archiepiſcoporum Capuæ pag. 232. Majori tamen errore labitur Ughellius in ſerie epiſcoporum Cajetæ To. I. col. 530. nu. 11. dum aſſerit Bernardum ejus urbis epiſcopum tempore Otthonis magni vixiſſe, poſt quem duos alios epiſcopos numerat deindeque num. 15. Stephanum hiſce verbis: *Stephanus ex Abbate Sanctorum Theodori ac Martini electus anno* 1031. *Hic poſt mortem Dominici Abbatis Caſa Marii Ordinis S. Benedicti ejuſdem loci Monachis conceſſit locum Cajeta poſitum olim Sancta Scholaſtica dedicatum, ut collapſam pene ibi eccleſiam reficerent, in cujus edificatione (ut olim S. Benedicti temporibus evenerat) ferunt hujuſmodi accidiſſe miraculum, ferrum ſcilicet in mare forte delapſum, Monachorum precibus ſua ſponte ad haſtile cui fuerat infixum innatans, ſuique ponderis oblitum rediiſſe ec.* Ughellio ſubſcripſit Lucentius Tom. I. Ital. Sac. col. 430. nu. 10. & 13. in ſerie epiſcoporum Cajetæ. Patriæ caritati concedent eruditi, ſi Bernardi epiſcopi ætatem diligentius examinandam ſuſcipimus, quamquam extra inſtituti noſtri rationem eſſe videtur.

## EXCURSUS.

### De Bernardi Cajetani Epiſcopi ætate.

Perperā Ughellius, & Lucentius ætatem Bernardi collocāt.

Illo tempore non ſediſſe Bernardum, quo Ughellius, & Lucentius cenſent, cum ex mox allato documento noſtro, cui ipſe interfuit, tum ex duobus aliis ad cœnobium Caſſinenſe pertinentibus, atque a nobis amiciſſimo Lucentio communicatis, quæ ipſe in epiſcopatu Caſſinenſi col. 640. & 641. edidit, maxime conſtat. In iis enim evidentiſſime legere eſt Bernardum poſt Stephanum fuiſſe Cajetæ epiſcopum. Horum primum documentum ex regeſto Petri Diaconi num. 294. fol. 132. a t. hic exſcribimus.

Quod duobus hiſce monumentis conſtat.

*In nomine Domini Dei Salvatori noſtri Jeſu Chriſti anno octabo decimo conſulatus domni Johanni menſe Apralis indictione ſeptima. Cajeta chartam firmam ſecuritatis, et definitionis, claramque manifeſtacionem quod facimus, et firmamus nos Hemilia Duciſſa Senatrix relicta Domni Johanni Conſuli, et Duci bona memoria, quam & nos ſupraſcripta Johannes gratia Dei conſul & Dux filii ſupraſcripti D. Johannis conſuli, & Duci bona memoria. Nos quidem dominu Johannes venerabili Abbati cœnovii beati Benedicti ſitum in caſtro Caſino ideſt de eo quod Stephanus epiſcopus bona memoria S. Cajetana eccleſia offertam habet ad veſtro monaſterio Sancti Benedicti ipſa eccleſiam vocabula S. Scholaſtica poſitum infra hac civitate Gajetane ad montem ſuper portam novam: quam vero eccleſiam S. Scholaſtica ſubtractam habuit ſub veſtro monaſterio D. Bernardus epiſcopus cognatus & Thia noſtro propter quod cum eo ad judicium ſteтiſtis, & hoſtendiſtis in eodem judicio ipſam chartam offercionis quod in veſtro monaſterio fecerat qui ſupra Stephanus epiſcopus de eadem eccleſia s. Scholaſtica & de*

totam

Digitized by Google

*totam pertinenciam ipſius eccleſia, & dum monſtrata fuiſſet ipſa charta, & ante domnus Bernardus epiſcopus, & coram ipſius judices relectam, ſtatimque cognovit D. Bernardus epiſcopus, & ipſis judices, quod vos D. Johannes Abbates, & veſtro monaſterio recte habetis, & in eadem hora ipſe D. Bernardus epiſcopus refutavit vobis, & dedit, & tradidit ipſa ſupraſcripta eccleſiam S. Scholaſtica cum ſua omnia pertinentia, ſic integram eam vobis admiſit, & in veſtro ſupraſcripto monaſterio tradidit, qualiter per chartam ſupraſcriptus Stephanus epiſcopus offeruit. Etenim nos ſupraſcripti mater & filius cognoſcimus vere quod rectum eſt habere veſtro monaſterio perpetualiter pradicta eccleſia S. Scholaſtica pro quo confirmamus ut ipſa eccleſia S. Scholaſtica cum ſua omni pertinentia qualiter eam per chartam habetis a ſupraſcripto Stephano epiſcopo offertam taliter amodo & uſque in ſempiternum in veſtra, & de veſtris ſucceſſoribus maneat poteſtates, & neque a nobis ſupraſcriptis Hemilia Duciſſa, & Johannes Conſul & Dux, Mater, & filii, neque ab heredibus, & ſucceſſoribus noſtris, neque a nobis nullam ſummiſſam perſonam magnam vel parvam, nullam requiſicio habebitis vos, aut veſtri poſteri ſucceſſores de ſupraſcripta eccleſia S. Scholaſtica, & de ejus pertinencia uſque in ſempiternum. Verum etiam quod abſit, & avertat divinitas, quod ſive nos, aut noſtris heredibus ſucceſſoribus, vel qualicumque a nobis ſummiſſam perſonam magnam vel parvam contra hanc noſtram ſecuritatis manifeſtacionis & confirmacionis chartam ſicut ſuperius legitur contrarie aliquid agere voluerimus, compoſituri vobis veſtriſque ſucceſſoribus ſubjaceamus pena nomini auri eurizi libras quinque: & poſt ſolutam pœnam hac noſtra ſecuritas, & completa deciſio, manifeſtacio, qualiter ſuperius dicta eſt firma permaneat in perpetuum. Scripta per juſſionem noſtram a Conſtantino presbytero, & ſcriva civitatis in menſe, & indictione ſupraſcripta ſeptima. Ego Johannes conſule & Dux ſubſcripſi, ego Campolus filius Ducibilis, ego Leo filius Boni. Ego Leo filius Ducibilis, ego Conſtantinus presbyter, et ſcriva civitatis complevi, et abſolvi, in menſe, et indictione ſeptima.*

Aliud præceptum ex eodem regeſto num. 293. fol. 132. deſumtum eſt hujuſcemodi. quod duobus hiſce monumentis conſtat.

*In nomine Domini Dei Salvatoris Jeſu Chriſti anno octavo decimo conſulatus D. Johannis menſe Aprilis indictione ſeptima Cajeta: Cartam firmam ſecuritatis, et diffinicionis quod facimus et firmamus nos Bernardus epiſcopus S. Gajetana eccleſia vobis D. Joannes venerabilis Abbati cœnovii beati Benedicti ſitum in caſtro Caſino ideſt de altercaciones quod vobis cum habuimus de eccleſia S. Scholaſtica ſitum infra hac civitate ad montem ſupra Portam novam, quem vero eccleſiam in ſupraſcripto veſtro monaſterio offeruimus Stephanus epiſcopus bona memoria ſed nos quidem ipſam eccleſiam ſubtraximus ſub noſtro monaſterio. Modo quidem orta eſt inter nobis, et vobis intencio ex ipſa pradicta eccleſia S. Scholaſtica et proinde in diximus nos vobiſcum ad legem, et dum eſſemus utrinſque partibus ad judicium hoſtendiſti ipſa cartam, quod ad veſtro monaſterio fecerat ſuperſcriptus Stephanus epiſcopus bona memoria, quod vero chartam dum ad judicium eſſet oſtenſa, et relectam, ſtatim cognovimus nos, et ipſi judices, quod per legem non poſſumus ſub veſtro monaſterio S. Benedicti ſubtrahere ipſam eccleſiam S. Scholaſtica ſed qualiter eadem eccleſiam cum ſua omnia pertinenciam dedit et offeruit predictus Stephanus epiſcopus taliter decet haberet veſtro monaſterio in ſempiternum. Et dum nos Bernardus epiſcopus talia cognovimus ſtatim admiſimus, et dedimus vobis, et in veſtro monaſterio ſupraſcriptam eccleſiam S. Scolaſtica cum ſuis omnibus pertinenciis, ita ut unquam neque a nobis, neque a meis poſteris ſucceſſoribus exinde nulla intencio vobis, aut in veſtro monaſterio faciamus ſed amodo, et uſque in ſempiternum ipſa eccleſia S. Scholaſtica cum ſuis omnibus pertinenciis in veſtra, et de veſtro monaſterio maneat poteſtates. Unde mittimus nos qui ſupra Bernardus epiſcopus, ſeu et meis poſteris ſucceſſoribus vobis, et ad veſtri ſucceſſores hanc plenariam ſecuritatem, et completa deciſionem, ut ex ipſa eccleſiam nulla iteretur intencio in ſempiternum, qualiter eam dedit ſupraſcriptus Stephanus epiſcopus per carta totam, et integram cum ſua omnia pertinenciam in veſtra, et de veſtri ſucceſſoribus maneat poteſtates amodo, et in perpetuis temporibus, veram eciam quod abſit, & avertat divinitas quod ſive nos qui ſupra Bernardus epiſcopus, ſive meis poſteris ſucceſſores, vel qualicumque transferendam, vel parvam contra hanc noſtra ſecuritatem, & completa deciſionem, ſicut ſuperius legitur contraire aliquid agere voluerimus compoſituri vobis veſtriſque ſucceſſoribus ſubjaceamus pena nomini auri vizanteis olibus quattuor. Et poſt ſolutam penam hac noſtra ſecuritas, & completa deciſio ſicut ſuperius legitur firma permaneat in perpetuum. Scripta per juſſionem noſtram a Conſtantino presbytero, & ſcriva civitatis, in menſe, & indiccione ſupraſcripta ſeptima. Ego Bernardus epiſcopus ſubſcripſi. Ego Conſtantinus Archipresbyter. Ego Leo. Ego Conſtantinus. Ego Marinus. Ego Conſtantinus.*

Eccleſiam S. Scholaſticæ in hiſce monumentis memoratam cœnobio Caſſinenſi, non Caſæ Marii ſubjectam, cum ex allatis ipſis monumentis ineluctabiliter conſtat, tum ex Victore III., qui Dialogorum lib. 2. pag. 80. ait. *Quodam tempore ſicut ab iis, qui optime noverant agnovi dum fratres hujus monaſterii eccleſiam beata Scholaſtica Virginis intra Cajetanam urbem &c. conſtruerent &c.* Ferrum, quod in mari ceciderat per miraculum recuperatum eſt, ex quibus verbis conſtat miraculum Victoris tempore accidiſſe. Idem refert Leo Oſtienſis cap. 61. lib. 2. dum ait: *Tunc temporis constructa eſt a fratribus hujus monaſterii intra Gajetanam civitatem in honore S. Virginis Chriſti Scholaſtica juxta veterem, qua inibi fuerat, nominis ejuſdem, eccleſiam, qua videlicet largitione bona memoria D. Stephani ejuſdem civitatis epiſcopi, ideo illis fuerat olim conceſſa &c.* S. Scholaſticæ eccleſia.

Hæc eadem eccleſia a Romanis Pontificibus ſemper cœnobio Caſſinenſi fuit confirmata, actuque eam poſſidemus cum omnimoda ſpirituali juriſdictione privative quoad dominum Cajetanum Epiſcopum.

Lucentius poſt relatum ſecundum hoc monumentum ſubdit: *Superius decretum Hemilia Duciſſa, & Johannis ejus filii emanatum præfertur de mortuo Stephano epiſcopo, qui ſedere cepit anno 1031. & nos ex Ughello enarravimus ſacram ad excolendam adem Benedicti monachos adſciviſſe e* Confoditur ulterius Lucentius.



Digitized by Google

*Caſa Marii cœnobio, quod ſane tunc temporis ex Caſinatibus coaleſcebat*. Nec tamen advertit vir doctus in hoc diplomate Berhardum fateri, eam S. Scholaſticæ eccleſiam cœnobio Caſſinenſi conceſſam a Stephano jam demortuo epiſcopo; quod unicum ſufficere Lucentio poterat ad evincendum Stephanum Bernardo deceſſorem fuiſſe: Johannes, quo cum quæſtionem egit Bernardus fuit tertius Caſſinenſis ab an. 997. ad 1010. Abbas. Ughellius Italiæ ſacræ tom. V. col. 1499. & ſeqq. in additamentis ad ſeriem epiſcoporum Cajetæ plura vetera documenta affert ad eorum ſeriem illuſtrandam, deque primo documento loquens ait: *Documentum excripſi egomet ab ipſo originali, quod cum pluribus aliis preciosiſſimis illorum temporum in pergameno ſcriptis vidi apud bona memoria Abbatem Conſtantinum Cajetanum*. In nupera vero Ughellii editione reperiuntur hæc documenta quum tom. primo deſcribuntur Epiſcopi Cajetæ.

Documenta ad Cajetanam urbem ſpectantia. Documenta ab Ughellio edita, omniaque alia ad Cajetanam potiſſimum urbem ſpectantia, quæ juris olim erant eruditiſſimi Abbatis Cajetani, in manus noſtras autographa devenere, eaque archivo Caſſinenſi dono dedimus. In eadem vero appendice hoc monumentum extat, quod anſam præbuit Ughellio, & Lucentio aſſerendi, Bernardum Cajetæ fuiſſe epiſcopum ann. 954. imperante Otthone magno.

† *In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti imperante domno noſtro piiſſimo perpetuo auguſto a Deo coronato magno pacifico imperatore Ottoni excellentiſſimo anno imperii ejus octavo decimo. Et temporibus domni Johanni glorioſi conſulis, & Duci fili domni Marini glorioſi conſulis & Duci anno viceſimoprimo, quam & domni Johanni glorioſi conſulis, & Duci filii ejus anno octavo menſe martio, indictione duodecima, Gaeta. Cumque imperaret in Italia ſupradictus imperator Auguſtus Ottonem, & S. hujus Gaetana eccleſia praeſſetis epiſcopus vos domne Bernarde ad utilitatem veſtri regiminis quadam die ex more anteriorum veſtrorum epiſcoporum juxta veſtram praceptionem convocati ſunt famuli S. veſtra eccleſia qualiter devenirent in veſtro ſervitio cum quibus convocare feciſtis nos, & nos Joannes, ſeu Anatolius filii Paſſari Caprucce, ſeu Benefacta jugalibus pro vice noſtra, & de alios noſtros parentes, quod habere viſi ſumus ex parte dicti Paſſari noſtri genitoris. Nos autem ut talem praceptionem audivimus a veſtra parte contentionem fecimus, ut nullo modo eſſemus veſtri ſervi, ſed veri liberi; pro videlicet contentione alii veſtri famuli ſancta veſtra eccleſia ita contendebant ſe liberi ſicut, & nos; ex quare nullo modo veſtris praceptis obtemperavimus, ſed in noſtro Conſilio perſtiterimus, ut autem cognoviſtis quod nos ad veſtram voluntatem non poſſe converti, perexiſtis ad ipſum imperatorem, & feciſtis ſuper nos interpellationem apud eum. Quem videlicet imperator dedit vobis ſuum miſſum, & capellanum ſuum clericum nomine Notticherum, qui venit vobiſcum in Gaeta & in Trajecto, & in Argenti, & remitteret veſtros famulos ſub veſtri ſacri epiſcopii poteſtate, cum quibus feciſtis nos ad ejus venire judicium, & ibi compellaſtis nos devenire in veſtro ſervicio, ſed & nos coram contebamus nos eſſe veri liberi, & non ſervi. Ille audiens talem contentionem, fecit nobis dare guadiam, & quindenitatorem inter partes ponere Andream venerabilem epiſcopum S. Trajectane eccleſia, ut uſque in tertium diem haberemus inducias penſandi inter nos, ut ſi voluiſſemus proinde pugnari ad ſpatham pro vice noſtra, & de alii noſtri parentes, qui a parte noſtri genitoris ſunt, nos pugnaſſe, & noluiſsemus pugnari manifeſtaſſemus nos, ut vere eſsemus ſervi veſtra eccleſia, in qua dicta quindeniacione permanſimus uſque in diem tertium pro vice de omnibus heredibus Paſſari, & Marini Capruccia genitori, & Thio noſtro, habuimus proinde inter nos conſilium pro magno pavore recuſavimus ipſam pugnam, et manifeſtavimus nos in publico ut a parte Benefacta bona memoria genitricis noſtra auſi fuiſſemus jurare, ut vera libera fœmina fuiſſet, et abſque omni alicujus condicione et a parte dicti Paſſari genitore non fuiſſemus auſi jurare, ut ſervicium de epiſcopio non feciſſet, ſicut alii Maſarini; ideoque dicta manifeſtacione quod nos a parte noſtri fecimus miſericordia moti eſtis ſuper nos per rogaciones domni Andrea epiſcopi, & pervenimus proinde una vobiſcum in praſenciam dicti Notticheri miſſum, & cappellanum imperatoris, & in preſencia domni Johanni, & domni Joanni patri, & filio glorioſi conſules, & duces, & coram domnum Marinum Ducem Fundanum & domnum Dauferium comitem Trajectanum, & domnum Docibilem fili domni Gregorii Duci, & Marinum Conſtantinum comitem, & coram domnum Maſtalum, & Maurum filii domni Mauroni Advocatori veſtri epiſcopii, & domnum Conſtantinum, & domnum Johannem filii domni Gregorii, & coram cuncto populo Gajetano in bonam convenienciam ad redimendum nos omnes heredes Paſſari, & Benefacta jugalibus de condicione veſtri epiſcopii, omnis ſexus maſculi, vel fœmina in generacione, & generacione, quatenus propter omnes inclitas illorum omnium perſonas daremus, nos pro conciandum, & renovandum vos palacium veſtri epiſcopii una libra de auro puriſſimo in hac utilitate, ut amodo, uſque in ſempiternum omnes haredes dicti Paſſari, & Benefacta jugalibus maſculi, & femina permaneremus abſoluti ab omni condicione veſtri epiſcopii, & veſtra, & de veſtris poſteris ſucceſſoribus, ſicut noſtra charta ſecuritatis continere videtur, quod nobis omnibus factam, & roboratam habetis quam videlicet ſupradictam manifeſtacionem vobis fecimus pro vice noſtra, & de ipſis noſtris parentibus, que a parte dicti noſtri genitori eſſe videntur in eo ordine, ut ſuperius legitur, & propterea dedimus Vicarium pro omnes noſtras perſonas vobis expendendi in palacio veſtri epiſcopii una libra de auro puriſſimo, & definivimus nos cum dicto veſtro epiſcopio amodo, & uſque in ſempiternum, unde promittimus, ut ſi quolibet tempore aliud pro aliud dicere praſumpſerimus, niſi qualiter ſuperius legitur, dupla condicione vobis, veſtriſque poſteris componere obligamus, & poſt ſoluta pena, hac noſtra manifeſtacio, & noſtra ingenuitas, ſicut ſuperius legitur, firma permaneat in perpetuum. Scripta per rogos noſtros, & veſtra praceptione a Johanne presbytero, & ſcriva civitatis hujus in menſe, & indictione ſupraſcripta duodecima. ✠ Signum manu Johanne, qui ſcribere rogavit. ✠ Ego Andreas epiſcopus proprie manus ſubſcr. ✠ Ego Conſtantinu*

*filio*

*filio domni Gregorio.* ✠ *Ego Johannes filio domni Gregorii.*

*Guadia* eſt fidejuſſio: *Spatha major* eſt gladius, enſis &c. Vid. Du-Cangius, qui plura ibi eruditiſſime pro more congerit. *Quindeniacio* eſt Quindenitas. *Thio* eſt patruus, ex quo *Zio* vox Italica: De *Advocatore* agemus infra: *Pro conciandum*; eſt ad ſarciendum, ornandumque, unde vox Italica *acconciare*: *Vicarius* hic eſt veluti vades præs. *Rogum* eſt preces, deprecatio.

De epiſcopis Trajectenſibus nulla apud Ughellium, Lucentium, aliosque authores, quod ſciam, mentio, præterquam in Concilio Romano Nicolai I. anno quarto, & Ludovici Pii anno undecimo, die 18. Novembris, contra Johannem Ravennæ epiſcopum coacto, cui tantum Itali quidam epiſcopi ſubſcribunt, eosque inter Johannes Signinus, Georgius Trajectanus, Rodericus Caſtello Felicitatis &c. Hujuſce Concilii acta edidit V. Cl. Benedictus Bacchinus in Appendice ad To. II. Agnelli Ravennatis. An hi epiſcopi illius Trajecti fuerint, quod non longe a Gariliano diſtat, incompertum, cum nullum quod ſciam, monumentum extet, ex quo evincatur epiſcopos hoc oppidum unquam habuiſſe proprios, atque adeo conſtet illud Diœceſis ſemper Cajetanæ fuiſſe. Eruditiſſimus Theodericus Ruinart nobis dum viveret familiaritate conjunctiſſimus, in Notis ad Gregorii Turonenſis Hiſtoriarum lib. VII. cap. 13. de Duello hæc ait: *Diu perſeveravit peſſima illa conſuetudo lites dubias duello dirimendi, quæ etiam in controverſiis circa res eccleſiarum frequenter locum habebat*, Vide Anſegiſi Collectionem lib. 4. cap. 23. *Nunquam tamen hujuſmodi pugnas approbavit eccleſia, licet authoritate publica ſæpius factæ fuerint.* Et in notis ad cap. 51. Fredegarii Scholaſtici: *Judicium Dei appellabant ſingularia certamina examina per ignem, aut aquam &c. quibus ad detegendam veritatem occultam tunc utebantur, quod perſuaſum haberent ejuſmodi probationibus, Deum rei veritatem, etiam miraculo, ſi opus eſſet, certo manifeſtaturum. De ejus generibus, variiſque ritibus, quibus fieri ſolebat, quando etiam permiſſum, aut vetitum fuerit, fuſe differit Cangius in Gloſſario, quem conſule.* V. Martene To. III. de antiquis eccleſiæ Ritibus cap. 7. lib. III. pag. 456. & ſeqq. ubi agit de variis judiciis, ſeu probationibus ad detegenda occulta, ſeu dubia crimina.

Ughellius non edidit præfatum diploma cum ſolœciſmis, &c.

Documentum hoc integrum cum iiſdem ſolæciſmis, & barbariſmis, qui in edito ab Ughellio non extant, ex ſuo originali exſcripſimus, quod plura ab eruditis probanda, patriamque noſtram pertinentia contineat. Ughellium decepit Otthonis nomen abſolute poſitum, quod ad Otthonem Magnum retulit, non ſatis attendens vir eruditiſſimus A. 954. nullam in Italia juriſdictionem exercuiſſe Otthonem Magnum, quam ab A. 952. iterum regendam commiſerat Berengario Marca tantum Veronenſis, & Aquileenſis excipitur, quæ Henrico Fratri Regis committitur, teſte continuatore Reginonis apud Pagium in hoc anno, idque conſtat etiam ex privilegiis hoc anno pluribus Italiæ eccleſiis conceſſis a Berengario, quorum unum Monaſterio S. Michaelis Archangeli Vallis regiæ anno 953. ab eodem datum, ſupra edidimus. Vid. Sigonius, Baronius, Pagius ad cit. annos. Hoc itaque documentum imperante Otthone III. eſt factum, qui anno duodeviceſimo regni Germaniæ, imperii quarto, & Chriſti milleſimo, Italiam petiit, nudiſque pedibus Roma ad montem Garganum perrexit, pœnitentiæ cauſa ſibi a S. Romualdo impoſitæ, quod contra jusjurandum Creſcentium Romanum Senatorem, capite plecti juſſerit, ejuſque uxorem ſibi nefario concubitu copulaverit, ut refert. S. Petrus Damiani in vita S. Romualdi. Inde redux Ottho Cajetam appulit, ſanctumque Nilum Abbatem, qui ad maris littus in loco vulgo Serpere dicto, habitabat, eſt allocutus, teſte Bartholomeo ſancti viri diſcipulo, ejuſque vitæ Scriptore in hæc verba: *Beatus pater cum fratribus, quos habuerat comites, & cum celeberrimo Stephano, in Cajetæ finibus, cum parvulum reperiſſet locum &c. illum incoluit. Initio quidem in magna victus inopia, ſed non multo poſt fratribus cunctis, ſane Dei amantibus haud paucis convenientibus ſubſecuta eſt rerum omnium affluentia &c. poſt pauca ſubdit. Imperator autem pœnitentiæ cauſa ſuſceptum indicans laborem ab Urbe ad Garganum pedibus iter fecit veneraturus Michaelem Archangelum. In reditu beati viri hoſpitium inviſit; Cum igitur ex editiori loco monaſterium conſpexiſſet, & fratrum tuguria circa oratorium fixa: Ecce, inquit, tabernacula Iſrael in deſerto: ecce regni cœlorum cives: hi non ut habitatores, ſed ut viatores hic manent. At ſanctus vir &c obviam illi profectus eſt cum univerſis fratribus.* Poſtque enarratum obitum beati Stephani S. Viri diſcipuli ſubdit: *Poſtquam vero beatam, eternamque nactus eſt requiem, præcepit pater duplex præparari ſepulchrum, ut & ipſe curſu conſumato, una ſepeliretur. Id cum Cajetæ princeps vir admodum religioſus magnamque de ſanctitate patris opinionem habens, rogaſſet, & ſepulturæ cauſam reſciviſſet, ad præſentes dixit: Ergo ſi pater deceſſerit, hic ego illum relinquam, & non transferam in meam urbem, ut illi ſit turris inſtar inconcuſſæ, quod poſteà quam perlatum eſt ad beatum ſenem vehementer triſtatus eſt, & de mutando domicilio cogitavit, ut eo ſecederet ubi nulli cognitus eſſet, &c. Cum ergo ſtatuiſſet honorum contemptor, pater noſter Nilus deſerere Monaſterium, quod Serperis vocatur, in quo ad annos decem Monaſticam duxerat vitam, vix pro ſenio potuit equum conſcendere, ut Romam veniret, &c.* De Otthonis III. cum S. Nilo colloquio agit Baronius A. 1000. Neque morari quem debet in hoc documento Tertii numerum non eſſe poſitum, cum etiam in fine editæ a nobis ſupra donationis Rainaldi hæc legitur epocha ſine nota Tertii. *Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo regnante Domino Ottone Sereniſſimo Imperatore Auguſto anno quarto regni ejus*: & initio donationis Rainerii: *In nomine Domini anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti* 1001. *imperante Domno Ottone Imperatore Auguſto &c.*

Hoc quoque monumentũ ad Bernardum pertinet.

Aliud ejuſdem anni documentum Bernardo quoque epiſcopo ſpectans ſic incipit.

† *In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, imperante domno noſtro piiſſimo perpetuo auguſto Otthoni a Deo coronato Magno pacifico imperatori anno imperii in Italia quarto, ſimulque præſi-*

Digitized by Google

*præſidentibus in anc civitate Gajetam domno Johanni glorioſo Conſul, & Dux anno viceſimo primo, & domno Johanni glorioſo Conſul, & Dux filius ejus, anno octavo, menſe Aprelis, indictione duodecima. Quadam die dum prædictus imperator auguſtus Ottoni dirigeret ſuum miſſum, atque capellanum unum clericum nomine Noticherium gentis Lotherincum, in hac civitate Gajetam, propter diſtringendum, ac diſiniendum hereditates Sacri epiſcopii S. Gajetanæ eccleſiæ. Pleno conventu palactii hujus prædicte civitatis coram præſencia de prædictis Conſulibus, & Ducibus patri, & filio ibique reſidentibus ipſum Noticherium Cleric. miſſum domni imperatoris, & domnum Marinum, & domnum Leonem Ducibus Fundanæ civitatis, & domnum Ducibilem, & domnum Gregorium, & domnum Landolſum germanis fratribus filiis domni Gregorii Ducis, & domnum Marinum fili domni Conſtantini, & domnu Hcampulum fili domni Docibili, & domnum Conſtan., & domnum Johannem ger. filiis domni Gregorii de Agnello, & domnum Maſtolum, & domnum Maurum ger. filiis domni Mauroni, & aliis quamplures majores natu, & minores Gajetæ. Tunc coram omnibus interpellavit domnus Bernardus ſanctiſſimus epiſcopus hujus S. Gajetanæ eccleſiæ ſuper domnum Dauferium comitem Trajectanæ civitatis, ut detineret unum caſalem ſui epiſcopii vocabulo Spinio. In qua dicta ejus interpellacione manifeſtus ſum ego Dauferius Comes quod de medietatem de ipſum caſalem Spinium, quod veſtri epiſcopii pertinet nihil retineo, neque retinere volo, ſed clare facio coram cunctis reſidentibus, vel adſtantibus, quia medietas inclita de totum, & inclitum ipſum caſale cum omnibus vocabulis, & ſuis omnibus pertinentiis proprietas fuit, & eſt, eritque de veſtro epiſcopio de quantum infra fines concluditur. Quemadmodum fines incipiunt in primis ab Oriente ab ipſe Pentome Tallate, ſicut vadit ab inde in Elcruni, & per ipſe criſte vadit in ipſe Faeta, deinde per parte Occidentis per ipſu Capule, & per ipſe Criſte vadit in ipſu Panſaturum, & deinde per parte Septentrionis vadit per ipſe criſte inter fines noſtras, & fines de Langovardi. Et a meridie ſicut vadunt Pentome de Civita de Spinlun....... deinde vadit in Pentome, & deſcendit in Pſiriali, & per ....... deſcendit in ipſa Conca, & deinde vadit in..... atone de Aguvanum, & retornat uſque in ipſa prima fine ad ipſe Pentome Tallate unde cepimus, de omnia, & in omnibus, quantum infra iſte dicte fines concluditur montibus, vallibus, ...., rivis, Pari...., indariis, caſtannetis, pratis, ſilvis, cultum, & incultum ſacionalem, & inſacionalem, ripis, apendicibus, aquis, fontibus, puteis, ciſternis, cum arboribus fructiferis, & infructiferis diverſis generis veſtri epiſcopii cauſa eſt una medietas inclita, & in ipſo veſtri epiſcopii medietas nihil habuimus, ſed quemadmodum ex veſtro epiſcopio fuit ſemper, ita permaneat amodo, & uſque in ſempiternum. Unde rogo Guannum ponere domni Imperatoris, ut ſive ego Dauferius comes ſive meis heredibus vel qualibet humana perſona a noſtra parte ſummiſſa aliquando ſurrexerit contra ſacrum veſtrum epiſcopium ut vobis, vel ad veſtris poſteris ſucceſſores aliquid ex ipſa veſtra medietas minuare queſierit per quovis modum ingenii, aut per aliqua antepone occaſione. Quicumque hæc inquietare præſumpſerit ſubjaceat compoſiturus tam vobis, quam & ad veſtris poſteris ſucceſſoribus pœna auri eurizi libras vigintiquatuor, & perſoluta pœna, hæc noſtra manifeſtacio qualiter ſuperius legitur de medium caſalem Spinium firma permaneat in perpetuum, quem videlicet manifeſtacionem coram omnibus a nos factam, & traditam ſcribendam rogavimus a Johannem presbyterum, & ſcriva civitatis hujus in menſe, & indictione dicta duodecima. ✠ Ego Marinus Dux ſubſcripſi. ✠ Ego Decibili filius domni Gregorii Ducis. ✠ Ego Kampulus filius domni Docibile. ✠ Ego Leo filio Bonu. ✠ Ego Maſtalu filio domni Mauroni.*

Illud inſuper animadvertendum, Bernardum fuiſſe Cajetæ epiſcopum anno viceſimo primo Conſulatus & Ducatus Johannis, & anno octavo Ducatus, & Conſulatus Johannis ejus filii; Stephanus vero fuit epiſcopus anno ſextodecimo Johannis patris, ut ex hoc privilegio conſtat monaſterio Sanctorum Theodori, & Martini Urbis Cajetæ dato. Bernardo anterior Stephanus.

† *In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti anno ſexto decimo Conſulatus domni Johannis, & tertio anno Conſulatus domni Johanni filio ejus menſe November, indictione ſeptima Cajetæ. Igitur quia Dei potentia amminiſtrantes venerabilium locorum qualitatem, unuſquiſque debet eſſe adjutor, & protector, maximeque defenſor, ut inibi degentes in miniſterio, nec loci minuationem, nec poteſtas formidetur. Nos, qui auctore Deo ſupraſcriptæ civitatis, & eccleſiæ ſumus paſtores, magis volumus tuitiora loca venerabiliter augeri, quam minuari, ut commorantium ſit ſupplementum, & oſpitibus refugium, nobiſque medellam in perpetuum, & in præſenti comodum nomen, & opem. Hac nos Johannes, & Johannes pater & filius Conſules, & Duces conſiderantes, ne ſub formidine aliqua, vel cujuſque malæ eſſe oppreſſiones ſubnixus beati Theodori monaſterium hujus civitatis Gajetæ vocato Stephano ſupraſcriptæ S. Gajetanæ eccleſiæ pontifex, ſancivimus una cum ipſo, ut qualiter temporibus domni Johanni Thii noſtri prædictus monaſterium fuit inclitus, & non imminutus perſeveraret, ut aliqua nobis, & qualibet haberet aliqua moleſtacione, aut contrarietatem in ſuis ſubjectis eccleſiis, ideſt eccleſia S. Angeli in Planciano cum terris, & vineis cum Portu ſuo, quomodo eam domno Johanne Thio noſtro in prædicto monaſterio offeruit, & cum omnia, & in omnibus, quantum Anaſtaſius Abbas bonæ memoriæ comparavi, & quantum vos Leo venerabilis Abbas hibidem per concambium hacquiſiſti omnia, & in omnibus cum eorum omnibus pertinenciis maneat in veſtra poteſtate beate Theodore, & beate Martine, quam & habeas prædicto monaſterio beate Theodore, & beate Martine. Ipſa eccleſia S. Petri apoſtoli, quæ ſita eſt in porto Scauritano, cum terris, & vineis, & omnia ſua pertinencia, quam & eccleſia S. Mariæ poſita in caſtro Argenti cum omnia ſua pertinencia ſit de prædicto veſtro monaſterio. Et ipſa curte, quod vos ſupraſcriptus Leo venerabilis Abbas comparaſti da domnum Johannem domna Gemma Thio noſtro totam, & inclitam cum terris, & vineis, cum aquis molis ſuis, & cum portibus ſuis, & cum medio aquiſmo cum quod per legem hacqueſiſti da Petro Caſtaldo, & cum omnia & in omnibus eorum pertinenciis habeas beate Theodore tuo monaſterio*

*rio amodo, & uſque in ſempiternum, & ipſa mola totam, & inclitam, quod vos jam dicto Leo Abbas nunc comparaſti da Johannes filio Athenolfi, & da Conſtantino filio Leoni, qualiter eam habuit totam & integram domnus Johannes Conſul, & Dux Thio noſtro, & qualiter eam integram cum ſua omnia pertinencia, nos una cum domno Marino Conſul, & Dux bona memoria patri meo donabimus ad ſupraſcripto Athinolfus, ſic nos, & noſtris ſucceſſoribus totam, & integram cum ſua omni pertinencia ſtamus & defendimus veſtro monaſterio beate Theodore, & beate Martino in perpetuum, & omnia vinea quantecumque de comparatum, vel per concambium hacqueſita habeatis in Balle S. Laurencii, excepto quantum per legem, & deffinicionis exinde dedimus in monaſterio S. Archangeli per finem inter eis mittere, ideſt dua modia; reliqua omnia vinea quantacumque de comparatum, & per concambium hacquiſitum havetis in pradicta valle S. Laurencii, & omnibus earum pertinenciis in tuo monaſterio beate Theodore perſiſtat poteſtas. Ergo omnibus hoc legentibus pateat quia volumus, & precipimus per hunc noſtrum ſcriptum, ut omnia, & in omnibus ubicumque, & undecumque habuit pradictum monaſterium cuncta ejus ſubſtancia cum eccleſiis, & eorum pertinenciis, & cum hereditatibus cum ſervis & . . . . as, & cum curtes, & cortiſanos abſque omni ambiguitatem, & formidinem habeat, tam de intus civitatem, quamque extra civitatem, tam de intus eccleſiis, quam & foris eccleſiis, tam intus clauſtra quam extra cla..... & omnia, & in omnibus quo a tempore monaſterio eſſe cepit, & uſque modo quod in eo eſt paratum, & conquiſitum, eciam ejus ſuppellectila non ſit imminuta amodo, & uſque in ſempiternum. Excepto quod ex eo...... egem talimus. Et S. Archangeli dedimus per finem inter eos mitteret: ideſt media cella, & media eccleſia extra clauſtram & de vineam, ut ſuperius diximus plus minus media dua hac totum ſe... mus pelam ſit ultra quiſquam ex hoc monaſterio aliquid tollat aut minuat ulterius; Sed qualiter ſuperius legitur integer ipſe, & ſua poſſeſſio permaneat ad hutilitatem; & poteſtatem....... comparantis, atque advenientis, ipſis & eorum Monachis ſucceſſores perpetuis temporibus pro quo, & eis habitantibus promittimus nos veſtris ſucceſſoribus tutores, & defenſores ....qui ſub jure ....monaſterii habitante beate Theodore illi ex tua hereditatem vel eccleſiis, & earum pertinenciis minuat aut minuere, aut tollere in malo praſumet ſed .......... dicionem, & poteſtatem Abbatis, & congregacionis illic commorancium ſemper ſit poteſtatem, & qualiter a nobis eſt dictum nil refutatum vel contradictum ſit, ſed firmum, & ſtabilis .... beate Theodore, & beate Martine, omnibuſque per veſtra loca habitancium fratrum, & neque a nos ſupraſcripti Johannes, & Johannes pater, & filius Conſules & Duces, neque a me Stephano epiſcopi .... ceſſores habentes querellam, aut calumniam vos beatiſſimis Theodore, & Martine, vol veſtris Monachis, ſed nos protectores qualiter per chartule, & finibus habetis poſſideatis.. ... & noſtrum hunc ſcriptum, & traditum cum eis, & eas jure quieto amodo & uſque in ſempiternum, & ſi quis vobis ex qualibet veſtras facultas, aut de eccleſiis, qua vobis ſubjecta ſunt, aliqui.... ...tollere praſumpſerit, vobis ſubtrahere judicio Dei incurrat, & damnacione eterni incendii ſancita ſemper.. Et ſi nos noſtrique ſucceſſores hoc conſenſerimus eadem pena feriamur.... habitantibus locis compoſituri ſubjacemus auri tiritzi libras ſex, & poſt ſoluta pena hoc, quod vobis promiſemus maneat firmus in perpetuum ſcriptum per juſſiones, & Notarius hujus civitatis in menſe & indictione ſupraſcripta ſeptima.*

† *Ego Johannes Conſul, & Dux ſub.*
† *Ego Kampolus filio Domnumirus.*
† *Ego Johannes filio domni Johannis.*
† *Ego Johannes filio Anatoli.*
† *Ego Stefanus epiſcopus ſub.*
† *Ego Johannes archipresbyter propria manu......*
† *Ego Gajetanus presbyter, & Pria.....*
† *Ego Anatolius archidiaconus.....*
† *Ego Conſtantinus presbyter, & notarius hujus civitatis complevi, & abſolvi in menſe, & indictione ſupraſcripta.*

Notatu mihi dignus videtur hic ſubſcribendi modus, quo ſeculares ſub Conſulis nomine, eccleſiaſtici ſub illo epiſcopi adnotantur.

*Cortiſani*. Qui curtes curant, vel colunt, aut incolunt.

Laudatis Docibili, & Johanni trigeſimam octavam inter ſuas hanc epiſtolam ſcripſit Johannes octavus Romanus Pontifex. *Johannes Epiſcopus Docibili, & Johanni Hypatis Cajeta. Devotioni tua pro labore fidei Christiana, quam excolis gratiarum actionibus perſolutis iterum, & iterum exhortamur, ut magis, & magis ſatagere, & decertare, & ceptum laborem ad perfectam ducere actionem procures: ut Chriſtiani nominis viri Paganorum fædera fugiant, & ſolum in Deum qui eos creavit, & non in Diaboli membra, qua ſunt filii fornicationis, & vaſa ira, ſpem ſuam ponere diſcant. Quod cum egeris ſalvabis animam tuam, & operies multitudinem peccatorum. Dicit enim beatus Jacobus: Qui converti fecerit peccatorem ab errore via ſua, ſalvabit animam ſuam a morte, & operiet multitudinem peccatorum. Data V. Idus Aprilis, indictione decima.* Epiſtola Johannis octavi.

Hujuſce epiſtolæ meminit Baronius anno 887. To. X. fol. 523. atque ſubdit: *Quod eſt difficilius redditum ob fædera, qua inierunt cum Sarracenis Neapolitani, Amalphitani, atque Beneventani aliique finitimi populi, cujus rei gratia fuit mittenda legatio ab eodem Johanne pontifice Cajetam ad hujuſmodi fædera diſſolvenda. Functi ſunt hac legatione pracipui Romana eccleſia Cardinales epiſcopi, nempe Walbertus Portuenſis, & Eugenius Oſtienſis, &c. Suaſione autem Docibilis, & Johannis Gracorum Imperatoris Miniſtrorum ejuſmodi fuit a pontifice miſſa legatio, ut adeo ejuſdem papa litera data ſignificant: ut autem res optatum conſequeretur effectum, idem Pontifex ad Pulcharium Amalphitanum prefectum literas dedit, nec non ad Landulphum Capuanum epiſcopum. Sed & ſcripſit ad Sergium ipſum Ducem, ſeu Magiſtrum militia, Neapolitanam civitatem moderantem comminatorias literas niſi contractam cum Sarracenis fædus diſſolvat. De his etiam ipſos monuit Neapolitanos per ipſorum epiſcopum Athanaſium,*

Digitized by Google

*thanaſium, ut reſipiſcerent ab errore, cujus cauſa excommunicationis nexibus fuerant ab eodem pontifice obligati. Scripſit, & de his ad Ajonem Beneventanum epiſcopum. At non ſatis miſiſſe legatos, ſed & ipſe ſe Trajectum oppidum haud longe a Cajeta poſitum venturum fore pollicetur, ſi ſpes aliqua eſset, ut Dux Neapolitanus Sergius parere vellet Pontifici ſalubria ſuadenti &c.* Et poſt multa. *Porro Johannes Papa (ut ipſe teſtatur in epiſtola ad Archiepiſcopum Ravennatenſem) ut propoſuerat, profectus eſt Trajectum oppidum non longe a Cajeta, ad diſſolvendum fedus, quod Neapolitani cum Sarracenis inierant; ex quo facto, ut teſtatur non nihil quietis eſt partum regionibus illis.*

Anno vero 879. fol. 571. hæc ſcribit a Leone Oſtienſi lib. 1. cap. 43. Chron. Caſſinen. mutuata. *Poſt hæc Pandenulphus, qui tunc Capuæ praerat in Papæ fide perdurans, oravit eum, ut ditioni ſuæ Cajetam ſubjiceret. Namque eo tempore Cajetani Romano tantum Pontifici ſerviebant. Quod cum illi Papa conceſſiſſet Cajetanos tam acriter infeſtare cepit, ut illis vel uſque ad molas egredi non liceret. Docibilis quidem tunc eis praerat Dux. Is tantum dedecus ſibi, ſuiſque illatum minime ferendum putans, miſit Agropolim, et Sarracenos ibi degentes evocans primum illos ad lacum Fundanum per mare deduxit in locum, qui ſancta Anaſtaſia dicitur. Inde per fluvium fundos uſque aſcendentes ibi ſcaphis egreſſi, cunctaque per circuitum depopulantes, Cajetam tandem pervenerunt, & in Formianis Collibus caſtra poſuerunt. His Papa compertis pœnitentia ductus blandis alloquiis, & epiſtolis, ac pollicitationibus multis Cajetanos lenire cepit, ut eos ſibi conciliaret, atque a Sarracenis adduceret. Cujus monitis Docibilis princeps obtemperans, rupto fœdere, bellum cum Sarracenis protinus iniit, in quo tamen Cajetanorum plurimi ceſi & capti ſunt. Rurſum Saraceni cum Docibile fœdus inierunt, captiviſque redditis, Garilianum ad habitandum ab eo directi ſunt. Ubi annis ferme quadraginta conſtituti, innumera undique mala geſſerunt, multumque Chriſtiani ſanguinis effuderunt. Quo in loco dum eos crebro Principes noſtri debellare tentaſſent, divino judicio uſque*
Idem Epiſtol. 256. & 270. *ad id tempus invicti perſtiterunt (hæc Leo). Porro profectum eſſe Cajetam ipſum Johannem Papam ſuis literis ipſe docet. De rumpendo autem fœdere icto cum Sarracenis & de Cajetanis, & aliis Johannes Papa in epiſtola ad Fœderatos cum Sarracenis iſta habet anno ſequenti: Idcirco vobis inducias uſque ad Kalend. Decembris iſtius tertia decima indictionis frangendam largimur, & tam vos quam Cajetanos, atque Amalphitanos lucrari volentes ſi uſque ad idem tempus omnem Sarracenorum amicitiam, nec non, & omne fœdus diſſolvere ſolito contempſeritis, utroſque ſententia eccleſiaſtica jaculis feriemus, & perpetuo anathemati ſubmittemus, ut qui ſocii diſciplina eſſe non vultis, communionis quoque noſtra non ſitis participes.* Camillus Peregrinius in §. fines Ducatus Beneventi ad meridiem pag. 28. ait: *At Cajetam & perinde adjacentia ei oppida (ad oſtia ſcilicet lyris, uſque & Trajectum, quod Johannis Octavi aperitur epiſtol. 69. & 74.) labentibus annis nec ſane multis Romano Pontifici plene, ac firmiter acceſſiſſe ex Erchemperto dignoſcimus nu. 65. Sed clariſſime ex Oſtienſi lib. 1. cap. 43. &c.* Utinam Notarius in laudato documento verba bullarum Johannis VIII. & Johannis X. recenſuiſſet, ex quibus actas apud Cajetanos res clarius cognoſceremus. Verum inditus cuique patriæ amor plus nimio nos ab inſtituto abripuit. Pauca tamen admodum hæc ea ſunt ſi cum iis compares, quæ dicendi copia ſuppeteret, ob plurima monumenta apud nos aſſervata, quibus & res ad eccleſiam Cajetanam pertinentes, & principum qui illic imperarunt, res geſtæ, nominaque dilucidari maxime poſſent. Sed age diſſertationem proſequamur.

Egregia hac parta victoria, Caſſinates novi in dies beneficiis ſunt aucti. Novis rebus aucti Caſſinates. Hinc Leo Oſtienſis cap. 36. hæc ſcribit: *Eodem quoque tempore Pandulfus, & Giſulfus Teanenſes comites, proclamante eodem Abbate in judicio Capuani judicis, & Archiepiſcopi manifeſtaverunt ſe, & renunciaverunt nobis totam pertinentiam de Ceſima, appoſita nihilominus pœna centum librarum auri, ſi eandem renunciationem removere aliquo modo temptaviſſent. Idipſum etiam fecerunt filii Unzonis de caſtro Conca, & de omnibus pertinentiis ipſius, & de Pilano, & S. Felice, & Ceſima, proclamante Andrea prepoſito noſtro in placito Antonii cappellani, & Benzonis miſſi Henrici imperatoris appoſita pena, ſi removerent, quinque millium bizanteorum.* Ad principes Capuæ, utpote quibus Teanenſis comes parebat confugere Caſſinates, cauſam contra illum acturi. Miſſi vero, ſeu imperatoris legati ſepe ſepius Italiam adibant, jus redditurı civitatibus Feudatariis, ex quorum forſan numero filii Unſonis erant, aliiſque perſonis, cujus rei plenæ ſunt Hiſtoriæ. Vid. Sigonius de regno Italiæ lib. 7. anno 973.

In fine vero cap. 37. hæc habet Leo. *Tunc temporis Benafrani comites in poſſeſſione hujus monaſterii, quæ Viteeuſum dicitur ingredientes caſtrum ibidem, & in loco, qui dicitur Aquafundata ædificare ceperunt. Quod dum Abbati Atenulfo nuntiatum fuiſſet, miſſis militibus illos injuriis affectos, verberibus honuſtos, de hujus monaſterii finibus expulit, & quæ edificaverant a fundamentis evertit.* Supremæ Caſſinatium juriſdictionis argumenta. Quod quidem ſupremæ juriſdictionis Caſſinatium indicium eſt manifeſtiſſimum; nec enim niſi ſupremus princeps milites habere poteſt, qui ditionem tueantur ſuam. Quare ad id evincendum aptiſſime idem Leo cap. 38. ſubdit. *Interea cum præfatus Abbas imo potius hoc monaſterium magnis Aquinenſium comitum infeſtationibus urgeretur, & neque ſervorum Dei hic commorantium, neque ipſius S. patris Benedicti reverentia aliquatenus illorum nequitia ſedaretur, magna demum Abbas neceſſitate coactus, fortiſſimos aliquot ſibi ex præfatis Normannis aſcivit, eoſque juxta ſe in oppido, quod Pigniatarium nuncupatur non longe a civitate S. Germani ad monaſterii bona tuanda conſtituit, quod quidem illi quandiu Abbas ipſe ſuperfuit ſtrenue ſatis, & fideliter executi ſunt.* Eadem narrat Victor III. lib. 2. dialogorum pag. 103. & Bouſſiers in hiſtoria originis Regnorum Siciliæ, & Neapolis ad annum 1021.

Poſt narratam vero Leo Marſicanus cap. 42. Theobaldi Abbatis Caſſinenſis ann. 1022. factam electionem coram Benedicto VIII. & S. Henrico imperatore, qui calculi dolore Caſſini a S. Benedicto ſanatus, plura dona obtulit, ſubdit cap. 43. *Poſt hæc idem Chriſtianiſſimus imperator*

*adhuc*

Digitized by Google

*adhuc parum quid exiſtimans, ſe præ nimia hujus loci dilectione feciſſe, admonitus ab eodem Piligrino, & a Theoderico cancellario ſuo, altera die fecit præceptum conceſſionis in hoc loco de Rocca, quæ dicitur Vantra, cujus poſſeſſores, ac ſi latrunculi quidam hoc monaſterium frequentiſſime infeſtabant, ac propterea illam de manibus eorum ereptam ad uſus ſervorum Dei hujus loci in perpetuum habendam, & retinendam contradidit. Fecit & aliud præceptum de univerſis ubique terrarum hujus loci poſſeſſionibus juxta tenorem videlicet imperatorum anteceſſorum ſuorum, per quod etiam præceptum monaſterium S. Mariæ in Canneto in finibus Termolenſis imperiali autoritate in hoc monaſterio confirmavit, ſicque commendans ſe plurimum patri Benedicto, & omnibus fratribus, cum illorum benedictione reverſus ad propria eſt, &c. Tantaque de cetero circa hunc ſanctum locum devotionis extitit, ut ſi aliquando diutius viveret, relicto imperii faſtigio de eo ſe ſub S. profeſſionis habitu hic ſerviturum ſponderet.*

Eadem narrat Sigonius de regno Italiæ lib. 8. pag. 352. Baronius ann. 1022. Mabillonius Annal. tom. IV. pag. 289.

Rocca Vandre, ſeu Evandri cœnobio noſtro conceſſa.

Primum S. Henrici imperatoris privilegium eſt hujuſcemodi ex Autographo in noſtro Archivo.

*In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus divina favente clementia Romanorum imperator auguſtus. Quamvis communiter loca Deo ubique dicata cottidie in melius proficere noſtra ope adhibita velimus, ſingulariter tamen, & quaſi ſpecialius cæteris locum in quo venerabilis patris noſtri ſanctiſſimi Benedicti corpus fovetur pollere admodum cupimus, quippe quem a primo ætatis flore ſemper maxime dileximus, cujuſque interceſſione piiſſima hactenus, & in regno roborati, & in infirmitate ſepius poſiti miſericorditer relevati ſumus, ergo omnium Chriſti noſtrorumque fidelium univerſitatem ſcire jubemus, qualiter nos pro remedio animæ noſtræ montem ejuſdem S. Benedicti viſitantes, penſabamus, quali nobis munere Deum ibidem melius placare poſſemus. Penſatione autem hac circumquaque diffuſa, de quodam caſtello ſemper loco eidem contrario de manibus inimicorum noſtrorum erepto nobis autem in proprium imperiali jure hereditato ab Archiepiſcopo Piligrimo, nec non a familiare noſtro Dioderico, videlicet cancellario admoniti per eorum communem interventum idem caſtellum Bandra vocatum ſitum in principatu Capuano tradidimus ad altare S. Benedicti, & ad uſus monachorum Deo ibidem famulantium per hanc imperialem paginam cum omnibus appendiciis, id eſt cum areis, edificiis, vineis, agris, pratis, paſcuis, ſilvis, venationibus, aquis aquarumque decurſibus, terris cultis, & incultis ſeu cum omni utilitate, quæ vel ſcribi, vel nominari poſſit, conceſſimus, tradidimus, & de noſtro jure in eorum jus omnino in proprium transfudimus. Ea videlicet ratione ut præſentialiter ordinatus Abbas aliique ejus ſucceſſores, ſicut de cæteris S. Benedicti bonis de eodem caſtello liberam habeant poteſtatem, quod eccleſiæ utile ſit faciendi, & ut hæc noſtra authoritatis pagina ſtabilis permaneat, eam manu propria roborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.*



*Signum domni Henrici Romanorum invictiſſimi imperatoris Auguſti. Teodericus Cancellarius vice Ebbonis Papembergenſis epiſcopi, & Archicappellani recognovit.*

*Anno ab incarnatione Domini milleſimo vigeſimo ſecundo indictione V. Anno vero domni Heinrici Romanorum invictiſſimi imperatoris auguſti ſecundi. regnantis XXI. imperantis autem nono. Actum in monte Caſino feliciter amen.* Adeſt ſigillum cereum.

In hoc vero fatetur piiſſimus imperator in omnibus periculis, atque infirmitatibus preſto ſibi fuiſſe S. Benedicti opem. Atque roccam Vandræ cœnobio noſtro ea juriſdictione concedit, *quæ vel ſcribi vel nominari poſſit*, abſoluta quidem, prorſuſque independenti. Eandem donationem confirmavit altero privilegio an. 1024. In mox vero allato privilegio, quamquam originali in ejuſque apographo in regeſtro Petri Diaconi deeſt menſis, & dies, quo datum eſt, de cujus tamen veritate nullus prudens dubitare poterit, tum quod illud a Leone Oſtienſi illis temporibus viciniſſimo ſcriptore refertur, tum potiſſimum quod omnibus veritatis ſinceritatiſque notis pollet. Neque hujuſce omiſſionis unicum ac ſingulare exemplum eſt hoc noſtrum privilegium, nam refert Mabillonius lib. 2. de re Diplomatica cap. 25. pag. 186. in originali bulla Leonis IX. deeſſe locum in in quo data ſit, & ibidem lib. 6. cap. 3. teſtatur, deeſſe in originali Philippi I. Galliarum regis privilegio annum Chriſti, qui jam pridem uſurpabatur, aliaque hujuſce generis exempla adduci facile poſſent.

In regeſto Petri Diaconi num. 87. fol. 38. a t. extat ejuſdem imperatoris epiſtola data apud montem Caſſinum per manus ejuſdem Theoderici cancellarii, quæ incipit.

S. Henricus Romano Pontifici Caſſinates commendat.

*In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Heinricus divina favente clementia Romanorum imperator Auguſtus B. urbis Romæ Sanctiſſimæ Papæ ejuſque ſucceſſoribus canonice in apoſtolicam ſedem ſubſtituendis in perpetuum. Ad Romani imperii curam attinet omnibus per totum orbem Romanum conſtructis eccleſiis imperiali poteſtate defenſionis auxilia miniſtrare, ut ejus juvamine ab omnium infidelium ſeu pravorum tueatur impetu. Proinde Caſinenſi eccleſiæ providentes Ben. ſedis apoſtolicæ Pon. quæ ſpecialius ad Romanum ſpectat imperium & prædeceſſorum noſtrorum Camera ab ipſo ſuæ conſtruccionis exordio extitit, quæque ab omnium mortalium dominatu immunis permanſit, & libera. Eandem eccleſiam ditatam imperiali munificencia paternitati tuæ commendamus, ne quavis cujuſcumque poteſtatis quodlibet injuſtum patiatur, ſalvo eo quod ſpecialiter,*

Digitized by Google

liter, & ſingulariter præ cęteris aliis eccleſiis ad Romanum imperium ſpectare videtur. Nam cum omnis eccleſia ab omni condicionali ſeu ſervili nexu ſit libera, ſpecialius tamen poſt ſedis Romanæ dignitatem libera Caſinenſis eccleſia, quæ per patrem Benedictum legis monaſticæ principatum tenet, & quam omnes noſtri predeceſſores imperatores videlicet Pipinus, Karolus, Ludovicus, Lotharius, Ludoicus, Lotharius, Otto, ac reliqui imperatores ſuam specialem Cameram habuerunt libertatis debet potiri inſigne. Igitur præfatum cœnobium paternitati tuæ commendamus ut illius cooperatores exiſtatis, & ab omnibus infeſtationibus defendatis . . . . . . . . . .
Salvo eo, quod Romani imperii ſingularis camera eſt, & ſpecialiter ad noſtrum imperium ſpectat &c. Quod ut verius credatur manu noſtra roborare & anuli noſtri impreſſione ſupter illam inſignire decrevimus: Signum domni Henrici Sereniſſimi, ac invictiſſimi Romanorum imperatoris Auguſti. Ego Chonrandus Dux domini imperatoris conſobrinus
* Papembergenſis. ſubſcripſi. Theodericus cancellarius vice Ebbonis * Papendegreſſis epiſcopi, & Archi-Cancellarii recognovit anno ab incarnatione Domini MXXII. Indiccione V. Anno vero domni Heinrici excellentiſſimi ac invictiſſimi Romanorum imperatoris auguſti regni XXII. imperantis autem IX. Actum in monte Caſino feliciter Amen.

Aliud S. Henrici privilegium ex ſuo originali in archivo noſtro hic damus.

Confirmatq; eorum privilegia, In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus, divina favente clementia, Romanorum imperator auguſtus. Oportet imperialem magnitudinem Deo famulantium preces audire, & quod juſte petierint amore Sanctorum, quorum venerationem loca dicata ſunt libenter impertire; & quaque munera erga eadem loca ad percipiendam divinam retributionem conferre. Hoc quanto ſtudioſius quis procurare contendit, tanto ejus miſericordiam fultus, & præſentia facilius tranſiliet, & eternam beatitudinem felicius capeſſere promerebit. Igitur cunctorum fidelium ſancta Dei eccleſiæ noſtrorumque præſentium videlicet, ac futurorum cognoſcat ſolertia, quia quidam venerabilis Abbas nomine Theobaldus eruditus regularibus diſciplinis, & rector cœnobii S. Benedicti, quod eſt ſitum in caſtro Caſini, ubi ipſe ſui corporis ſepulturæ locum veneratione dicavit cum anni congregatione, quam in eodem loco ſub regula almifici confeſſoris Benedicti, omnipotenti Deo, ac Benedicto ſancto veraciter deſervire cognovimus noſtram pertinens celſitudinem, ut ob honorem Dei, & reverenciam ejuſdem Sancti loci, animæque noſtræ augmentum, nec non & ſtabilitatem noſtri regni ſecundum prædeceſſorum noſtrorum imperatorum præcepta Auguſtorum, ſcilicet Caroli, Lotharii, Ottonis per hoc noſtræ auctoritatis immo confirmationis præceptum circa ipſum venerabilem locum, ea, quæ ſubter ſcripta decernuntur confirmare, & corroborare dignaremur; videlicet omnes res, & poſſeſſiones, mancipia, & Aldianas, cartulatos, vel offertos, ſervos, & ancillas, cum terris, & vineis, ſilvis, montibus, planis, planitiebus, aquis aquarumque decurſibus, atque piſcariis poſitis infra fines principatus Pandulfi Capuani, & Pandulfi Beneventani principis, & cum univerſis pertinentiis quæ eſſe videntur infra has fines, quas inferius declarabimus, & quas ab antiquis temporibus poſſeſſus eſt. Ideſt prima fines incipiens a Carnello vadit per vandram uſque in rivum ſiccum, hinc uſque ad eccleſiam S. Martini, inde vero vadit per greſte S. Petri; a ſecunda parte finis Serre de Monteciſino, hinc per Serram montis, qui dicitur Aquilone, & vadit ad lacum, qui dicitur de Puplo, ab hinc ad lacum Vitecuſum inde recte ad Aquam fundatam, exinde vadit per montem, qui eſt ſupra caſale, uſque ad Vadum fluvii, qui dicitur rapidum hinc per eundem Rapidum pergit in ſeriam montis, qui dicitur Caballo & inde in lacum, qui dicitur Benefranum, hinc vero per Serram montis, qui dicitur Rendenaria majores vadit in lacum, Comenenſe, ab hinc pergit in capite Mellarini, inde per Serram ad petram ſcriptam hinc ad Serram montis, qui dicitur Ordicoſa, inde pergit ſuper Peſclora, qui dicitur Falcomara, & pervenit ad fines inter duos montes, ex quibus unus vocatur Spinacius, & alter Porcacius, inde ad Criſtas Montis, qui dicitur Caira, hinc ad Petram ſapra Aquam vivolam, exinde ad Collem qui vocatur Gimbituri, De tertia parte vadit in querquitulo, hinc in foſſatum juxta Sanctum Damaſum, inde per ſilicem ad locum, qui dicitur Arco de Gizzoli, ab hinc pergit ad lacum, qui dicitur Rademprandi, hinc in Farnetum, exinde per caput de Rigu, qui dicitur Maroze inde in fluvium, qui dicitur Carnello, hinc per ipſum fluvium ad Aquam quæ dicitur Coſa, & ſalit per montem qui dicitur S. Donati. A quarta parte finis Serra media ejuſdem Montis S. Donati hinc aſcendit ſuper monticellos de Marri, & vadit ad Peſcli qui ſunt ad Pedem montis de Balbola, exhinc pergit per duos Leones, & ſalit per Serram ſuper Caſale, ab inde deſcendit a Monte ſuper Villam de Galeliano, hinc in Cripta Imperatoris uſque in fluvium, qui dicitur Galeliano, hinc per eundem fluvium uſque ad priores fines. Nec non & res de Comitatu Termulenſe quas prædictum monaſterium S. Benedicti longo tempore predictas habuit reddimus, & perpetualiter confirmamus per hoc noſtrum imperiale præceptum, quorum videlicet fines ſunt: A capite finis Rivi plani, & a pede finis Mari, & de uno latere finis fluvii Trinu cum aqua ejuſdem fluvii, & Portu ſuo, & de alio latere finis Rivi, qui dicitur Tiale cum omnibus ſuis pertinentiis, cum Caſtellis videlicet Petra fracida, & Ripa mala monaſteriumque Sancti Benedicti, quod ibidem edificatum eſt, & Phara, & Ripa Urſa, & montem Bellum, & Peſcloli, cum omnibus ſibi adjacentibus pertinentiis, ſcilicet eccleſiis, caſis, terris, vineis, aquis, molendinis, ſalectis, pratis, paſcuis, ſilvis, & aliam partem terræ in prædicto Comitatu Termolenſe juxta fluvium Bifernum, quæ habet fines rivum, qui deſcendit in caput finis rivi S. Gregorii, & in caput ipſius pertinentiæ S. Gregorii a pede finis Maris de uno latere finis fluvii Biferni cum aqua & medietas portus, de alio latere finis Rivi vivi cum omnibus ſuis pertinentiis, videlicet eccleſiis, caſis, terris, vineis, aquis, molendinis, ſalectis, pratis, paſcuis, ſilvis, ſalinis, & aliis rebus quocumque jacentibus ſimiliter & monaſterium S. Liberatoris in Comitatu Teatino cum omnibus pertinentiis ſuis, ſicut in præceptis regum videlicet Caroli, Pipini, atque Lotharii continetur, ideſt eccleſia S. Angeli, quæ eſt in latere Montis plani cum integro monte plano, & cum caſtello S. Angeli, & integris

ſuis

*ſuis pertinentiis, & curte Caſaleprandi, & tota corte de Gariſuli, & caſtello S. Petri, & corte S. Januarii, & Valleplana, & Luciano, quarum fines hæ ſunt. De uno latere finis cripta latronis vadit juxta caſtellum Saracenicum uſque ad Staffili de Magella, & ab ipſo ſtaffilo in Aquam Fraſininga, & Foſſatum de Vacinio; Hinc vero ab ipſo foſſato in Puteum de Capetano inde in foſſatum Sancti Januarii, & in Reſente; de alio latere finis Viſara inde in via, quæ vadit in lacunam ſupra S. Donatum, hinc in Ficarium, & inde in Foſſatum S. Luciæ ex hinc per Aquam frigidam uſque in limites montis plani, ab inde foſſatum de Gariſuli ſub limites, & per eundem foſſatum in Alento, & in Comitatu Valvenſe monaſterium S. Patris cum omnibus pertinentiis ſuis, & monaſterium S. Mariæ in Cartiniano, eccleſiam S. Angeli in inſula infra montem & in Comitatu Theatino monaſterium S. Columbæ cum omnibus pertinentiis ſuis, ſeu et aliis eccleſiis, vel rebus cum omnibus pertinentiis et adjacentiis in integrum in quibuſcumque noſtri regni finibus poſita ſunt, ut quemadmodum ad idem monaſterium beati Benedicti Chriſti confeſſoris pervenerint, et poſſeſſa fuerint, vel quolibet modo tenta per hanc noſtram confirmationis authoritatem noſtris futuriſque temporibus Abbates ipſius monaſterii S. Benedicti firmiter inviolabiliterque teneant, et poſſideant prout facultas, vel utilitas ipſius monaſterii exegerit. Ita ut nullus Judex publicus quislibet ex judiciaria poteſtate in cellas et villas, aut agros ſeu loca, ſive reliquas poſſeſſiones ſupraſcripti cœnobii S. Benedicti, quas moderno tempore in quibuſcumque pagis, et territoriis infra noſtri regni ditione juſte, & legaliter poſſidet, vel quicquid etiam deinceps divina pietas ipſi ſancto loco voluerit augere ad cauſas audiendas, vel fredi, aut tributa exigendi, vel manſiones, aut paratas faciendas, vel fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius monaſterii tam liberos, quam ſervos, ſeu cartulatos vel offertos, et qui ſuper terram ipſius Monaſterii reſident nullatenus diſtringendos, nec ullas redibitiones aut illicitas occaſiones requirendas, noſtris futuriſque temporibus ingredi audeat, nec ea, quæ ſuperius memorata ſunt pœnitus exigere preſumat; ſed liceat Theobaldo præſenti Abbati ejuſque ſucceſſoribus, una cum congregatione ibidem Deo famulante ſub noſtra defenſionis munitatem quieto ordine vivere ac reſidere, & Deo pro noſtra anima ſupplicare, & quicquid fiſcus ex jure jam præfati monaſterii pars publica ſperare poterat pro anima noſtra mercede ipſi ſanctiſſimo monaſterio noſtra maneat auctoritate conceſſum. Nec non etiam a nobis confirmari placuit, ut ex omnibus rebus vel mancipiis ipſi monaſterio pertinentibus cartulatis, vel offertis, liberis atque ſervis ubi pars ipſius monaſterii citius valeat ſuam juſtitiam conſequi; Ita præfata inquiſitione rem, quam clamaverint per prædictos veraces homines jam dicto monaſterio pertinere liceat, Monachiſque quietem poſſidere, & nullus ex ipſis jam dicto monaſterio in placito quorumcumque taliter reſpondere aut Sacramentum compellantur. Se vero de ſervis, aut ancillis vel de quibuslibet rebus orta contentio fuerit, liceat Monachis ejuſdem monaſterii ipſos retinere quouſque in noſtram præſentiam veniat & ibidem coram nobis poſitis deliberentur. Ad hæc quippe pro remedio animæ noſtræ delectiſſimæ conjugis, & per interventum noſtrorum fidelium videlicet Piligrini Archiepiſcopi, & Theoderici noſtri dilecti Cancellarii concedimus, et confirmamus quandam Abbatiam in honore S. Mariæ conſtructam ſitam in loco, qui dicitur Cannetum in comitatu Termolenſi prædicto monaſterio S. Benedicti, et ob memoriam mei. Igitur quicumque hanc noſtram imperialem inſtitutionem infregerit, et ea quæ ſupra memorata ſunt minime obſervare, ſed fortaſſe violare aut dirumpere temptaverit, ſciat ſe perſolviturum auri puriſſimi libras mille medietatem cameræ noſtræ, et medietatem Abbati ſuiſque ſucceſſoribus, et munitati eccleſiæ S. Benedicti; Et ut hæc noſtra imperialis preceptio per futura tempora firmiorem obtineat vigorem manu propria roborantes eam ſubtus ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Signum dñi Henrici Romanorum invictiſſimi imperatoris Auguſti.*



*Theodericus Cancellarius vice Eberhardi Epiſcopi, et Archicappellani notavit. Datum ſecundo nonas Januarii anno Dominicæ incarnationis MXXIII. anno vero domini Henrici regnantis XXI. imperii vero ejus VIIII., indictione ſexta. Actum Poderbrunnon feliciter Amen.* (Adeſt ſigillum plumbeum.)

In hoc privilegio poſt laudatos egregios Caſſinatium mores Imperator exemplo Caroli, Lotharii, Otthonis, omnia cœnobii noſtri bona, juriſdictioneſque ampliſſime confirmat, tum quæ intra fines Abbatiæ Caſſinenſis, quos hic deſcribit poſſideret, tum quæ intra fines Beneventani, Capuanique principatus extarent, omniaque alia variis Italiæ locis conſtituta potiſſimum vero cœnobium S. Liberatoris ſicut in præceptis regum Caroli Pipini, atque Lotharii continetur, cum omnibus ei ſubjectis oppidis, doniſque. Vetat, ne ullus unquam judex in ullo ſeſe cœnobii Caſſinenſis juriſdictioni immiſceret, pluresque immunitates concedit, quas in eo videre eſt. Elargitur præ aliis Abbatiam S. Mariæ in Canneto. Hoc privilegium ex ſuo originali exſcribendum curavit præſidens Thomas Salernitanus illiuſque apographum proceſſui Portulaniæ pag. 314. inſeruit. Ne vero quis ſuccenſeat inter fines Abbatiæ Caſſinenſis in donatione Giſulfiana, aliiſque memoratis privilegiis hæc legi: *Et quomodo deſcendit ſuper monticellos de Marri, et vadit in ipſos Peſclos, qui ſunt in pede Montis, qui dicitur Balba*, quique mons in aliis privilegiis vocatur *de Barbola*, nullumque e montibus Cajetam verſus Fractas, & Roccam Guilielmi appellari *Balba*; monendum ducimus a pluribus jam ſæculis hunc montem immutato nomine Famaram dictum. Hunc vero eundem eſſe cum Balba ex eo conſtat, quod alii deſignati noſtri fines optime propriis hactenus recentis nominibus



Digitized by Google

reſpondent, nempe montibus Marri, monti Caſalis, aliiſque enunciatis finibus in Giſulfi donatione; Balba vero montem Famaram deinceps dictum pluribus monumentis demonſtrare fas eſſet, uno hic dumtaxat contenti erimus tempore Athenulfi Abbatis initio undecimi ſæculi facto, quod ita ſe habet.

*In nomine Domini noſtri JeſuChriſti Dei eterni. Triceſimo primo anno principatus Domni Paldolfi glorioſi principis Beneventi, et tertio anno principatus præfati ejuſdem domni Paldolfi excellentiſſimi principis Capuæ, et quinto anno principatus domni Paldolfi glorioſi principis Junioris menſe Auguſtus, nona indictione. Ideoque Ego Atenolfus nutu Dei Abbas monaſterii S. Benedicti ſitus in monte caſtro Caſino declaro, quia Deo tuente prædictum noſter monaſterium multis ditatus eſt de rebus inter quas habet his dictus noſter monaſterius terris, et ſilvis inter fines de jam dicto noſtro monaſterio, ſub ipſi* Marri *qui ſunt ſub monte qui dicitur* Famara, *et convocavimus per hoc Fratres ejuſdem noſtri monaſterii, et inito cum eis cœpimus exinde habere conſilio, quid de prædictis terris agere deberemus, cunctis congruum paruit, ut ſi inveniremus hominem qui jamdictis terris, et ſilvis ad cultum perducere, & a nos in convenientia ordinem ſecundum legem reciperet amodo, et uſque in aliquantos annos nobiſque ex ea annos ſingulos cenſum dare unde aliqua neceſſitate prædicti noſtri monaſterii ipſe facere valeremus, daremus ipſas. Cumque cauſa huc, atque illuc divulgaretur venit at nos vir nomine Baſilius Monachus natione Græcorum, qui ſe dixit prædictis terris, et ſylvis avoleret a nos in convenientia ordinem ſecundum legem recipere, et terris, quam, et ſylvis ad cultum perducere amodo, et uſque viginti, et novem annos expletos, nobiſque ex ea annos ſingulos cenſum dare; cumque taliter inter nobis conveniſſet, et ut convenientia iſta ſecundum legem firmiter fierent, convocavimus infra nos Jaquinto Judicem, & ſubſcriptos idoneos homines, qui ſe nobiſcum intereſſe dixerunt, ſicut in lege ſcriptum eſt de convenientia, et ita fecimus, et firmamus inter nos hunc convenientiæ ſcriptum. Idcirco ego jam nominatus Atenolfus nutu Dei Abbas, una cum conſenſu fratrum Monachorum noſtrorum noſtrique monaſterii, quam & erga nobiſcum habendo Majonem Langobardum Abbocato ſupradicti noſtri monaſterii, & per hunc convenientiæ ſcriptum ſecundum legem dedimus, & tradidimus tibi qui ſupra Baſili ſupradictis terris, & ſylvis, quæ ſunt ſub ipſi* Marri *de* Famara *amodo, & uſque in annos viginti, & novem expletos per has fines. De prima parte fine habet* Aqua biba: *de ſecunda parte fine habet terra Leoni frigidi, & inde vadit directum in* terra Johanni Faſcari, *& deſcendit in ipſa* via publica: *De tertia parte fine habet ipſa ſupradicta via publica, quæ pergit ad caſale uſque ad fines, quod eſt inter nos, & Gageta, & aſcendente per ipſus fines uſque in Monte, qui dicitur* Famara. *De quarta parte fine habet ipſa* Famara, *& deſcendit in terra* Johanni preſbyteri, *& inde vadit directum uſque ad ſupradictas fines, qui dicitur Aqua biba. Hæc autem prædictis terris, & ſylvis ſuperius legitur de fine in finis indicate ſunt, una cum arboribus, & cum omnia ibi intro habentibus ſubtus, & ſuper, & cum via ſua ibidem intrandi, & exiendi cuncta & integra ipſas tibi qui ſupra Baſili dedimus, & tradidimus ad poſſeſſionem tuam amodo, & uſque in viginti, & novem annos expletos, & habeatis ibidem poteſtatem eccleſiam conſtruere, vinea plantare, area facere fodere, & alia omnia veſtra utilitate facere amodo, & uſque in ſupradicto conſtituto, unde de ea nec nobis, nec ad poſteri meos, nec alii cuilibet homini nullam exinde reſervabi amodo, & uſque in prædicto conſtituto, & per hæc recepi ego qui ſupra Atenolfus nutu Dei Abbas pratium a te qui ſupra Baſili, hoc eſt una libra de argento pro pars ſupradicti noſtri monaſterii ea ſcilicet ratione, quatenus ut amodo, & uſque in prædicto conſtituto firmiter habeatis, & poſſideatis integre ſupraſcripte terre, & ſylvis per ſupradictos finis tantum annos . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . &c.*

Deficiunt reliqua quia fuit cæſum præfatum Inſtrumentum.

**S. Henricus Principatum Beneventanum Pandulfo, & Johanni concedit.**

Eodem anno 1023. eodemque menſe, die, & loco, S. Henricus principatum Capuanum elargitur & concedit Pandulfo, & Johanni ejus filio diplomate quod ex regeſto Petri Diaconi fol. 71.

*In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis, Heinricus divina favente clemencia Romanorum imperator auguſtus. Si fidelium noſtrorum devotiſſimam ſervitutem alicujus doni commodo remunerare ſtuduerimus, & ipſos ac devotius nobis ſerviendum accendimus, & aliis exemplum ſimilia de nobis ſperandi præbemus. Quapropter noverit omnium Chriſti noſtrorumque fidelium tam præſencium, quam & futurorum induſtria, qualiter nos per interventum ac peticionem Pelegrini Colonienſis eccleſiæ Ben. archiepiſcopi principibus inclitis noſtris quidem fidelibus dilectis Pandulfo, & Johanni filio ejus principatum Capuanum cum omnibus ad eum juſte pertinentibus Comitatibus, atque caſtellis, cæteriſque, quæ quomodocumque ſcribi, aut nominari poſſunt dignitatibus ad ipſum principatum pertinentibus, ita videlicet, ut avus ejus Pandulfus tenuit per hanc noſtram imperialem paginam concedimus, atque largimur exceptis Abbatiis imperialibus S. Benedicti de Monte Caſino, & S. Vincentii, & ut hæc noſtre ingenuitas auctoritas ſtabilis, & inconvulſa omnium poſt hinc permaneat tempore hoc imperiale præceptum inde conſcriptum manu propria confirmantes, ſigilli noſtri impreſſione præcepimus inſigniri.*

**Exceptis Abbatia Caſſinenſi, & S. Vincentii.**



*Signum domni Heinrici ſecundi Romanorum invictiſſimi Imperatoris auguſti.*

*Theodoricus Cancellarius vice Eberhardi epiſcopi, & Archicancellarii novit. Datum nonis Januarii, indictione VI. Anno Dominicæ incarnationis MXXIII. Anno vero domni Heinrici ſecundi regnan-*

Digitized by Google

*regnantis XXI. imperii autem IX. Actum Poderbrunnon feliciter. Amen. Heinricus Dei gratia Romanorum imperator auguſtus. Roma caput Mundi regit Orbis frena rotundi. Aurea Roma, Chriſte protege Heinricum Imperatorem.*

In hoc vero animadvertendum maxime eſt Abbatiam Montis Caſini, & S. Vincentii in Vulturno a principum Capuæ ditione exemtas, & imperiales declaratas.

Huc revocandum inſtrumentum quoad juriſdictionem cœnobii S. Mariæ in Cingla Caſſinatibus ſubditi factum anno XVIII. Paldolfi, & XV. Paldolfi ejus filii. Alii hi principes eſſe non poſſunt, niſi Paldolfus Capuæ princeps, qui cum conſobrino Paldolfo II. imperare cœpit ab an. 1016. cumque filio Pandolfo V. ab an. 1020. ad 1049. ut Peregrinius in ſtemmate principum Capuanorum probat. Quare hujuſcemodi inſtrumentum anno circiter 1033. confectum videtur.

De controverſia in hoc inſtrumento memorata egimus anno 999.

Secundum Placitum inter Cœnobium S. Mariæ in Cingla & Comitem Alifanum pro Juriſdictione, & aliis rebus.

† *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Hoctabo decimo anno principatus domni Paldolfi, & quinto decimo anno principatus domni Paldolfi ejus filii glorioſis principibus menſe September ſecunda indicione. Dum nos Aidulfus judex hujus Capuana civitatis quadam die eſſemus ante ſupradictum dominum Paldolfum magnificum principem in aula ſui palacii cum cæteris viris inter cauſatores judicandum, & definiendum cauſis, tunc venit coram eundem glorioſum principem, noſtraque praſencia Petrus presbyter miſſo domina Maria religioſa abbatiſſa monaſterii puellarum S. Maria ſitus in loco, qui dicitur Cingla una cum Jaquinto Abbocato ſupradicti monaſterii; ex parte etenim altera venit Aldemari comes cognomento Borrello filius vona memoria Aldemari comitis, qui cum veniſſent, & pariter ante eodem glorioſum principem, & noſtra praſencia reconjuncti eſſent querebat ipſe Aldemari comes legibus definire cum ipſum Petrum presbyterum & ipſum ſuum abbocato pro parte ſupradicti monaſterii cauſaciones illas, quas inter eum & partem ſupradicti monaſterii horta fuerat ab ipſo Aldemari Comite excitata. De rebus ſcilicet curtibus, et territoriis cultis, et incultis, et montibus, et collibus, et aquis, et molendinis, qua eſſe videntur in finibus prata, qua eſt infra finibus, et pertinenciis Alifana, videlicet in ſupradicto loco ubi dicitur Cingla, et ubi dicitur Ailane, et ubi dicitur Gattucini, et ubi dicitur aqua Bibola, et ubi dicitur Vicu Bonelle, et ubi dicitur Ceppolini, et ubi dicitur Tordiſci, et ubi dicitur Potuliſci, et ubi dicitur Heremonio, et de eccleſiis qua ſunt constructa infra his curtibus, et territoriis, videlicet eccleſia S. Johanni, et eccleſia Sanctorum ſeptem Fratrum, et de cæteris eccleſiis qua ibidem conſtructa ſunt, quam et de aliis curtibus, et territoriis cultis, et incultis, et montibus, et collibus, et aquis, et molendinis qua eſſe videntur ibique in eadem finibus Prata, qua eſt infra finibus et pertinenciis pradicta Alifana loco ubi dicitur Airanu, et ubi dicitur Sanctu Archangelu, et ubi dicitur paczanellu, et ubi dicitur Vallefariti, et de eccleſiis qua conſtructa ſunt infra his terris, videlicet eccleſia S. Viti, et eccleſia S. Archangeli, et eccleſia S. Heraſmi, et eccleſia Ss. Johannis, et Pauli, et quod de jam dictis curtibus, et territoriis, et montibus, et collibus, et aquis, et molendinis, et eccleſiis ipſe Aldemari Comes habere querebat, quia dicebat, ut ei exinde pertineret, et ipſe qui ſupra Petrus presbiter cum ipſo Abbocato pro parte jamfati monaſterii ipſos in integrum habere querebat pro poſſeſſione juxtam legem, et per raciones præfati monaſterii per ſubſcriptas indicatas fines. Quarum ipſis primis in omnibus curtibus, et territoriis, et montibus, et collibus, in qua ipſe monaſterio S. Maria conſtructu eſt cum aquis, et molendinis has habentes fines. De una parte fine Serra de monte, qui dicitur Heremonio. De ſecunda parte fine flubio, qui dicitur Hete. De tercia parte fine flubio Vulturno. De quarta parte fine ribo, qui dicitur Cerbario, deinde quomodo vadit per montes, et valles uſque in pradicta Serra de monte, qui dicitur Heremonio, qua eſt prior fine. Ipſis vero aliis curtibus, et territoriis, et montibus, et collibus, cum aquis, et molendinis has habentes fines. De prima parte fine finitu de Comitato Hiſernienſe. De ſecunda parte fine flubio pradicto qui dicitur Hete, et fine ribo, qui dicitur Pentimoſo, et ab inde ſicut vadit per montes, et valles qualiter perexiit per ipſa montes, et valles pertinentes pradicti monaſterii puellarum uſque in jam dictas fines de pradicto Comitato Hiſernienſe. De tercia vero parte fine pradicto flubio Vulturno eciam et de hominibus ſerbis, et ancillis, atque liberis infra ſupradictarum finis, et indicacionibus reſidentibus ex quibus ipſe Aldemari Comes habere querebat judicalia, et cenſora, ardaciones, et reliqua ſervicia. De qua ipſe Petrus presbyter cum ipſo ſuo Abbocato dicebat, ut ipſe Aldemari Comes nullam dominacionem habere poteret legibus, neque in ipſi ſerbis, et ancillis, neque in ipſis liberis infra ipſe finis, et indicacionibus reſidentes. Et quod ab antiquis temporibus in ipſo jamfato monaſterio conceſſum eſſeret. Cum autem ſupradictus magnificus princeps ipſum Aldemarii Comite contra partem ſupradicti monaſterii de rebus ipſis cauſare intendiſſet contra eum dicere cepit, ut quomodo ille de rebus ipſis contra partem ſupradicti monaſterii cauſare voleret, quia quando ſupradictus glorioſus princeps cum eo finem feciſſet de intencione, qua cum illo habuerat tando ille voluntarie ſue per ſacramentum ad evangelia, et per lignum Sancta crucis Domini, eique glorioſo principi promiſiſſet, ut de rebus ipſis pertinentibus pradicti monaſterii ſe ille at partem pradicti monaſterii manifeſtaſſet, et inſuper in ipſo ſacramento promiſiſſet, ut omnibus diebus vita ſua atintor eſſet ille at partem ſupradicti monaſterii at defendendum rebus ipſis ut plus poteret, et ſciret. Ad hæc autem dictio reberſus at ſe ipſe Aldemari Comes dicere cœpit. Vere quia ille jam eique glorioſo principi per ſacramentum promiſiſſet, et paratus eſſet ſe inde manifeſtare ſe, et atintor ille eſſet at partem ſupradicti monaſterii omnibus diebus vita ſua at defendendum rebus ipſis, ſicut ille per ipſum ſacramentum promiſſum haberet, et tunc ipſe Aldemari Comes voluntarie ſue coram ſupradicto glorioſo principe, et noſtra praſencia, et coram omnibus, qui ibidem aderant, manifeſtavit dicendo, quia integris omnibus ſupradictis curtibus, et territoriis cultis, et incultis, et montibus, et collibus, et aquis, et molendinis per ſupradictorum finis, et indicacionibus,*

Juriſdictio ſuper homines.

*nibus, cum piſcacionibus, et cum omnibus earum pertinenciis, et eccleſiis, et omnibus hominibus, ſerbis, & ancillis, atque liberis infra ſupradictorum finis, & indicacionibus reſidentes, legibus ſint pertinentes, at partem ſupradicti monaſterii pro poſſeſſione, & per alias raciones dicti monaſterii, & eique Aldemari Comiti, neque totum ipſos ex parte nullam pertineret proquabis racione, vel humanum ingenium ſcriptum, vel abſque ſcriptum. Denique voluntarie ſue ipſe Aldemari Comes obligat ſe & ſuos heredes ac partem ſupradicti monaſterii, & ad ejus rectoribus eo tenore, ut amodo, & ſemper ille, & ſuos heredes taciti, & quieti maneant contra partem ſupradicti monaſterii, & contra ejus rectoribus de integris omnibus jam dictis curtibus, & territoriis cultis, & incultis, & montibus, & collibus, & aquis, & molendinis, & piſcacionibus, & de cunctis eorum pertinenciis, & de omnibus hominibus, ſervis, & ancillis pradicti monaſterii, atque liberis, quantis infra ſupradictos finis, & indicacionibus habitaberint, vel de rebus ipſis pradicti monaſterii laboraberint, ita ut per nullam racionem, vel humanum ingenium ſcriptum, vel abſque ſcriptum de ſupradictis curtibus, & territoriis cultis, & incultis, & montibus, & collibus, & aquis, & molendinis, ſeu piſcacionibus & eccleſiis, vel de eorum pertinenciis, neque de totum ipſos neque de ex parte, neque de hominibus ipſis, ſerbis, vel ancillis, ſeu liberis, vel de rebus eorum, neque de toti, neque ex parte ex ipſis, contra partem ſupradicti monaſterii cauſare, vel contendere querat, neque judicentur, aut judicare faciantur, nec liberis, nec ſerbis, qui in rebus prefati monaſterii hordinati fuerint at reſidendum, vel laborandum, & nec portaticu, neque plateaticu, neque eſcaticu, vel herbaticu, nec nullum cenſum, nec daciones illorum tollant, aut tollere permittant, vel in quacumque ſervicio eis minare, vel eorum imponere, aliquando, & tacitis, & quietis exinde obligat facere manere ſemper ille, & ſuos herodes de omnibus illis hominibus, & partibus, quod pro parte, vel datum ſuum, aut de ſuos heredes, ſeu pro parte, vel datum ſupradicti genitoris ſui de ea omnia ſupradicta totum, vel ex parte contra partem predicti monaſterii, vel contra ejus rectoribus cauſari, vel contendere queſierint. Quod ſi aliquando at beniente tempore ille, vel ſuos heredes de ſupradictis curtibus, & territoriis cultis, & incultis, & montibus, & collibus, & aquis, & molendinis, ſeu piſcacionibus & eccleſiis, vel de eorum pertinenciis, ſibi de totum ipſos ſibe de ex parte, vel de hominibus ipſis ſerbis, vel ancillis, ſeu liberis, vel de rebus eorum, ſibe de toti, ſibi de ex parte pro quacumque adibenta racione, vel humanum ingenium cum parte ſupradicti monaſterii, vel cum ejus rectoribus cauſare preſumſerit, vel ſi de ipſis hominibus liberis, vel ſerbis, qua ſupradicta ſunt judicaberint, aut judicare permiſerint qualiſcumque homine, qui ſub ſua dicione fuerit, aut de cauſas illorum aliquit tulerint, aut tollere permiſerint, vel in quacumque ſerbicio eis minaberint, vel minare permiſerint, vel ſi non fecerint, & non compleberint, at partem ſupradicti monaſterii, & ad ejus rectoribus, & at omnia per ipſum hordine qualiter ſuperius leguntur, duocentas libras auri puriſſimi pena ſe ipſe qui ſupra Aldemari Comes, vel ſuos heredes componere obligavit ad partem ſupradicti monaſterii, & ad ejus rectoribus, & omnia ſupradicta per complere obligavit at partem ſupradicti monaſterii, & ad ejus rectoribus quemammodum ſupra dictum eſt. Et ita eſt cauſa ipſa inter ipſum qui ſupra Aldemari Comite, & partem ſupradicti monaſterii finita, & deliberata in omnibus cumque nos qui ſupra judex taliter hac omnia ſupradicta facta, atque perfecta conſpeximus, judicabimus, ut a nunc & ſemper pars ſupradicti monaſterii Sancta Maria, & ejus rectoribus ſecuro nomine habeant, & poſſideant integris omnibus ſupradictis curtibus, & territoriis cultis, & incultis, & montibus, & collibus, & aquis, & molendinis, & eccleſiis, & piſcacionibus cum omnibus eorum pertinenciis, & omnibus pradictis hominibus abſque omni contrarietate, & moleſtacione ſupradicti Aldemari Comiti, & de ejus heredibus, & de partibus ipſis quemammodum ſupra leguntur. Quapropter recordandum in perpetuum ea omnia, qualiter ſuperius geſta ſunt, hac pro ſecuritate de parte ſupradicti monaſterii, & de ejus rectoribus nos qui ſupra judex hunc exinde at partem ejuſdem S. monaſterii hemiſimus noſtrum judicatum quem tibi Petro notario ſcribere juſſimus.*

✠ *Ego qui ſupra Aydulfus judex.*

✠ *Ego qui ſupra Jaquintus.*

Aliud ejuſdem generis inſtrumentum ſubnectimus factum anno vigeſimo laudati Paldolſi, & XVI. Paldolfi ejus filii, qui anno 1035. reſpondet.

Tertium Placitum inter prefatū monaſterium, & Aldemarum Comitem Alifanū.

† *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Viceſimo anno principatus domini Paldolfi, & ſextodecimo anno principatus domni Paldolfi ejus filii glorioſis principibus, Menſe Aprelis, tertia indictione. Ideoque ego Aldemari Comes Langobardus cognomento Borrello filius vona memoria Aldemari Comitis Langobardi declaro quia ante preſentia Aidulfi judici Capuana tibitati, & de aliis terris. Exhorta fuit cauſacio inter me, & bos videlicet Majorem venerabilem presbiterum cuſtodem ecclesia qua eſt monaſterio puellarum S. Maria ſita in loco, qui dicitur Cinzla, ubi domna Maria religioſa Abbatiſſa eſſe bidetur. De rebus illis, unde ſtatim vos erga vobiſcum habendo Jaquintum abbocato S. eccleſia, & monaſterii Hoſtenſis michi in judicium una ſcripcione pertinente ejuſdem monaſterii, qua relecta in auribus meis coram ſupradict. Judicem, & plures biros continente in ea, inter cetera quomodo Audoalde Comes filius bona memoria Aldemari Comiti, & Aldemari Comite filius quondam Audoaldi Comiti clare fecerant quoniam Petrus venerabilis Sacerdos atque prepoſitus monaſterii S. Maria, que conſtructa eſt in loco qui dicitur Cengla una cum Landolfus Comite Abbocato ipſius monaſterii ante Audoaldum imperiali judex cui commiſſa erat judicia at judicandum ab ipſo inbictiſſima imperatore, & ante Adericus Gaſt. & judex, & alios plures idoneos nobiliores homines Venebentana civitati habitantibus excitaberant, cauſaciones atverſus eis dicentes ut contraſſent at partem ipſius monaſterii ipſis rebus de ſupradicto loco Cengla, & de Ailane, & de Monte S. Biti, & de Airano, & de S. Archangelo, & de Lactanico, & Brellanico, & Sepiczeno, qui erant in pertinencia de ipſo Comitato ſuorum Alifano, qui erant infra fines de ipſe ſcripciones, atque preceptora ipſius monaſterii, quod ipſe prepoſitus cum jam dicto ſuo ab-*

*bocato*

Digitized by Google

*bocato eorum at legem hoſtenderant, & coram ipſi judicibus, & nobilioribus hominibus eis relecta fuerant. Prima ſcripcione manifeſtacionis erat continente quomodo Joannes presbyter, atque prapoſitus ipſius monaſterii anteceſſora eorum definicionem fecerat ſecum qui ſupra Audoaldo Comite, & cum ſupradicto Audoaldo Comite genitore, ſuoque Aldemari Comiti de ipſis rebus de ſupradicto loco Cengla qua ſunt pecie dua. Prima pecia ex ipſis rebus in qua ipſa eccleſia S. Maria conſtructa eſt, habebat hac fines. De prima parte fine Serra de Monte qui dicitur Heremonio. De ſecunda parte fine fluvio, qui dicitur Hete, & deſcendente per eodem fluvio Hete uſque in fluvio Vulturno, & qualiter vadit per ipſo fluvio Vulturno uſque in ribo Cerbaru. De tercia parte fine pradicto ribo, & traberſante directe per montes ſeu Balles, & badit uſque at jam dicta Serra de pradicto monte, qui dicitur Heremonio. Secunda pecia ex monte in qua eccleſia S. Biti conſtructa eſſe bidetur, De prima parte fine finita de Hiſernienſe. De ſecunda parte fine pradicto fluvio qui dicitur Hete, & fine ribo qui dicitur Pentimoſo, & ab inde directe per Tora, & Balles ſicut directe perexit per ipſa Tora, & Balles jam dicti monaſterii uſque at pradictos fines de Hiſernienſis. De tercia parte fine pradicto flubio Vulturno, & erat ſcripta ipſa ſcripcio ipſius monaſterii per Petrus clericus, & notarius, & bene a teſtibus roborata. Secunda ſcripcione manifeſtacionis erat continen. quomodo pars ipſius monaſterii definicionem fecerat ſecumque Audoaldo Comite, & cum jam dictum Audoaldum Comite genitore, ſuoque Aldemari comiti de ipſis rebus pradicti monaſterii ex jam dicto loco Cengla per ſupradictum finis, & erat ſcripta ipſa ſcripcio per Drogonem clericum & notarium, atque ſcriba, & bene roborata teſtibus ipſa tercia ſcripcione erat continen. quomodo ipſe Audoaldo comite pro parte ſua, & pro parte, & bice ſupradicti Audoaldi comiti conſobrino fratre ſuo, atque genitor, ſuoque Aldemari comiti, quam & pro parte Aldemari comiti nepote, ſuorumque Audoaldi & Audoaldi comitibus, atque conſobrino fratre ſuo Aldemari comiti, definicionem fecerat cum ſupradictus Johannes presbiter, atque prapoſitus prafati monaſterii S. Maria, de tribus pecie de terris de finibus Aliſe comiti ſuorum in ipſum hordine, velut ibi ſubter legebatur, prima pecia ex eadem terra declarabera eſſe at ponte qui dicitur Horoluni propinquo eccleſia S. Mauri habens fines ab uno latere, & uno capite fine vie publice, ex alio latere fine terra ſuaque Audoaldi comiti, & de ſupradictis ſuis conſortibus, aliu capite fine Ribo, & erat ipſa pecia ex ipſa terra, tantum in longitudo, quantum & in latitudo. Secunda pecia ex pradictis terris eſſe bidebatur in locu, qui dicitur at Plumzanu, in qua eccleſia S. Maria conſtructa eſſe bidebatur, & erat continen. per hac fines de abbas latere, & uno capite fine vie, & aliu capite fine monte. Tercia pecia, qua dicitur at Brellanicu haben. fines. De prima parte fine monte. De ſecunda parte fine via antiqua, que decernebat inter hac terra, & terra, qua fuerat ceſpite Oderiſſi, qua tandem retinebat ſellecto cum conſor. ſui, & fine terre de aliis hominibus, qui ibidem at fines erant, ſicut directe perexiebat in via publica, qua erat ſtrata. De tercia parte fine eadem via publica, qua erat ſtrata, & Silice. De quarta parte fine via, & terra, unde via fuerat, unde in aliquantulum tandem via decernebat, ſicut termiti exſinabat, & per exitu at uſque in via boſurhce, & traberſante eadem via, & perexiente at jam dictum monte, & terra, qua fuerat Alloni, qua tandem retinebat Jaquinto, unde pars ipſius monaſterii cum eo cauſaciones habuerat, & de ipſe duabus pecie ex terris ideſt de ipſa una pecia ex terris, qua dicitur at ponte Horoluni, & de ipſa alia pecia, qua dicitur at Plumzano dederat exinde ipſorum ſupradictorum Audoaldi, & Audoaldi comitibus, & ſupradicti Aldemari comiti nepoto ſuorum pars ipſius monaſterii per conbeniencia hordine juxta legem integra medi., & de ipſa tercia pecia ex terris de ſupradicto loco Bullanico dederat exinde eorum pars ipſius monaſterii per conveniencia hordine juxtam legem ducenta modia ex terris in d. . . . . . . at poſſeſſionem ſuorum, & de ſuorum heredibus velut per omnia ipſa ſuorum carta conbeniencia continebat, quod inde aput ſe firmatam retinebat, & alia, quibus in ipſa ſcripcione continere videbatur, & erat ſcripta per Petrus clericus, & notarius, & bene a teſtibus roborata. Quarta videlicet ſcripcio memoratoriu erat continens, quomodo pars ipſius monaſterii conjunxerat ſe at legem in ſacratiſſimo Benebent. palacio cum Baruſo, qui & Anſelberto bocabatur commorante de finibus Aliſe filius quond. Traſelberti de una pecia de terra pradicti monaſterii in loco Lactanico, in quo eccleſia S. Columbani conſtructa eſſe bidebatur, & erat continens per hac fines. De una parte via qua venit in ipſa ſtrata, & pergit at pradicto fluvio Vulturno qua decernebat inter hac terras, & terras monaſterii S. Benedicti, ab alia parte fine limite qui decernebat inter hac terram, & terram de Abſani. De tercia parte fine pradicta ſtrata, qua decernebat inter hac terram prafati monaſterii. De quarta parte fine predicto fluvio Bulturno, & erat ſcripta eadem ſcripcione memoratorium per Petrus clericus, & notarius, & bene a teſtibus roborata. Quinta ſcripcionem erat continen. quomodo ipſe Audoaldo comite cauſacionem habuerat cum pars ipſius monaſterii de terris de ſupradicto loco Sepiczano, & manifeſtaberat ſe exinde at pars ipſius monaſterii per hac fines. De prima parte fine via qua pergebat per vicu ad ipſu Toranu. De ſecunda parte fine alia via, qua badit circa Rabe, & pergit ad eccleſiam S. Angeli. De tercia parte fine via, qui erat ſub ipſu Tora. De quarta parte fine alia bia, qua badit, & conjungit ſe in ipſa bia, qua eſt prioras fines abſque biginti modiis de terra, quam ille exinde reſidebat, & at ſuam retinebat poteſtatem, & erat ſcripta eadem ſcripcione per ſupradictus Petrus clericus, & notarius, & bene a teſtibus roborata. Vno ex ipſa preceptora legebatur quomodo domnus Sichenolfus Dei probidencia Langobardorum gentis princeps conceſſerat in prafato monaſterio S. Maria, hoc eſt omnes res publicas, quem pars palatii pertinere videtur ſibe per famulos ſuos, vel per qualiſcumque modum infra has fines de iſtis Curtibus pertinentibus jam fati cœnobii. Prima curtis in quo ſancto monaſterio conſtructa eſt, ſicut incipitur per montes Heremonio vocantes, & ab inde qualiten badit in flubio Hete, & per eodem flubio ſicut badit in flubio Vulturno, & per*

Diploma Sichenolfi Principis.

eodem flubio ſicut pergitur at ribo qua nunc dicitur Cerbaru, & per predicto ribo aſcendentes per montes veſtrique cœnobii, & ſicut pergit in monte Hermonio. Alia namque curtis, & montes in qua cacumine ejus conſtructa eccleſia S. Biti hujus finis eſt. De prima parte a parte Hiſernienſis fine flubio, qui dicitur Saba, & ab inde ſicut incipit, & badit per terras qua pertinuerat domne Aldechiſe, qua tandem ſui palacii pertinebat, & ſicut directe badit per fines de aliorum hominum uſque in ribo, qui Pentimuſu dicitur, & ab inde ibat per pedem de ipſo Morretellu uſque in pradicto flubio Hethe, & ſicut pergebat per eodem flubio Hethe uſque ad Bulturno flubio, & ſicut aſcendit per eodem flubio Vulturno uſque in ribo Cutarum, & per eodem ribo aſcendit per montes, & badit uſque in pradicta Saba flubio, & bene erat ab anulis bonorum praceptorum ſigillatum.

Privilegium Grimoaldi Principis.

In ſecundo precepto legebatur quomodo domnus Grimoalt Dei prebidencia Benebentana probincia princeps conceſſerat in prafato monaſterio S. Maria omnes curtes, & territoria, ſerbos vel ancillas, ſcripciones, ſeu pracepta cum omnibus ſuis continenciis, ut ſecuriter in propter ea omnia poſſiderent pars prafati cœnobii ejuſque rectoribus, ut nullum cenſum vel dacione quocumque atbeniente tempore pars reipublica vel cuicumque perſolberent, ut nullus princeps, Dux, Marchio, comes, Gaſt., judex, Sculdahis, magna ſeu parba perſona aliquit exinde inbadere aut minuari preſumerent, & nulla judicalia, nec fiſcalia quiſpiam querat habere in hereditates ac ſerbos, ſeu liberos homines, qui in rebus pradicti cœnobii habitaberint per diberſis ſuis locis, & ut non darentur cenſum, nec daciones, nec eſcaticu, nec fiſquaticu, nec portaticu, nec plateaticu, neque caſaticu, cuicumque perſona pro parte reipublica nec at Bigilias cibitatis nequeat judicium inbitis, ſeu ſponte ante cujuſcumque perſona badant, niſi ante Abbatiſſa ſeu Prepoſitus, vel qui ab eis fuerint, & alia quibus in eodem precepto continere bidebitur, & ab anulis bonorum preceptuum herat ſigillati.

Privilegium Ludovici Imp.

In tercio pracepto repperente inbenerat quomodo Ludowicus gratia Dei imperator Auguſtus conceſſerat in ſupradicto monaſterio, ut hab illis diebus & deinceps nullus princeps, Dux, Marchio, comes, Gaſt., judex, Sculdahis, magna, parbaque perſona cenſum dacione Abbatiſe ejuſdem eccleſia quocumque modo tollere auderent, & neque judicalia, neque Fiſcalia, neque eſcaticu, neque herbaticu, neque ſilliquaticu, neque portaticu, neque plateaticu neque caſeaticum, ab hominibus, vel territoriis, in quibuſcumque locis rebus ipſius eccleſia fuiſſent, quereret tollere ſe propter temporibus Abbatiſa ſeu Prapoſitus ipſius eccleſia in ſua poteſtate haberent. Nam ſerbos ejuſdem eccleſia quam etiam liberos in territoriis ejuſdem eccleſia habitarent judicare, atque hab eis exigere, caque pre non deberent, & alia quibus in ea legebatur, & bene ab anulis bonorum preceptorum ſigillati.

Diploma Paldolfi principis.

Quarto pracepto erat continent; Quomodo Paldolfus domini gratia princeps conceſſerat in monaſterio puellarum S. Dei genetricis, & birginis Maria ſitus foras hanc Capuanam cibitatem juxta porta ſancti Angeli omne ſervicium, & dacione vel imperacione, quem pars reipublica in eodem monaſterio imponere bolerent, aut poterent a Dominis illos hominibus liberos vel ſerbos, qui in rebus predicti monaſterii habitarent, & ut nullus comes aut judex, vel Sculdahis, aut qualiſcumque alius homo de ſub ſua dicione videlicet de comitato Tiano, & comitato Calbenſe, & comitato Vulturnenſe, & comitato Calinulo; & comitato Sueſſano, & comitato Benafrano, & comitato Aliſano, atque Teloſino auderent, aut preſumerent judicare, aut quaslibet violencias facerent de qualiſcumq; cauſaciones aut intenciones, aut alias quaslibet cauſas ad hominibus liberos, vel ſerbos, qui in rebus ejuſdem monaſterii habitaberint, ideſt qui in has terris, & curtibus jam dicti monaſterii in curtibus, & terris de Cingla, & in curtibus & terris de Ailane, & Prata, & in curtibus de Airano, & de S. Archangelo, & in curtibus & terris de S. Columbano in finibus Aliſane, & in curtibus, & terris de Brellanico, & Lactanico, & in curtibus, & terris de Sepiczano, & alia quibus in eodem pracepto legebatur, & bene erat ab anulis bonorum praceptorum ſigillati.

Privilegium Otonis ſecundi.

In quinto pracepto legebatur quomodo domnus Atto imperator Auguſto conceſſerat in prafato monaſterio S. Maria omnes res, & proprietates ſuas quas antiquitus ipſum predictus monaſterio, quod locum qui Cingla bocatur conſtructum fuerat ſibe per praceptalia, ſeu per quaſcumque ſcripciones, & monimina cartarum poſſederat ut nullus Dux princeps, Marchio, comes, vicecomes, Gaſtal. nullaque ſui regni magna aut parba perſona deinceps ipſum monaſterium ſeu Abbatiſa, aut ejuſdem Sancta Moniales inquietare, aut moleſtare, aut de eorum propriis eccleſiis ſine legali judicio disbeſtire aut ab aliquibus tam ſerbis quam liberis ſuper res ipſius eccleſia reſidentibus, vel eas laborantibus aliqua tributa, daciones, penſiones, bectigalia qualibet publica exequium exigeret, & alia quibus in eodem precepto legebatur, & bene erat ab anulis bonorum praceptorum ſigillatum: Cumque ipſis ſuperius dictis comitibus Audoaldo, & Aldemari ipſe ſcripciones, & predicta preceptora prefati monaſterii taliter relegentes atque continentes audierant, & agnoberant quomodo ipſe ſcripciones, & jam dicta preceptora pradicti monaſterii bona, & beritoſa eſſent, & illa vel illas contradicere non poterent medium ſuorum adeſſent ſuperius dictis judicibus, & pradictis idoneis nobilioribus hominibus, qui cauſa ipſa at conbeniencia hordine inter eis perducere querebant ut melius eſſent quod illi inde at partem ejuſdem monaſterii ex ipſis rebus ex jam dictis locis per ſupradicti finis manifeſtarent per conbeniencia hordine juxta legem, quam inde at compoſicionem, aut perjurium perbenirent, que eorum & ipſius Petri venerabili Sacerdoti atque prapoſito prafati monaſterii, & ab ipſo eorum Abbocatore optime faciendum eſſet comparuerat. Quapropter ipſis qui ſupra Audoaldo, & Aldemari comitibus ideo dum eorum congruum eſſe bidebatur bona etenim ſua boluntatis ante ſupradictis judicibus, & idoneis nobilioribus hominibus per ipſum videlicet ſcriptum per conbeniencia hordine juxta legem manifeſtaverant ſe ipſius Petri venerabili Sacerdoti atque prapoſito, & ad ipſo ſuo Abbocatori ut aliquando tempore illi neque ſuorum heredibus cum eis, neque cum ſuis ſucceſſoribus neque cum parte ſua prefata eccleſia, neque cum ejus rectoribus de ſupradictis rebus ex jam dictis locis infra predictos fines cauſare aut contendere nullatenus poterent, neque per monimen

neque

*neque per nullam qualibet inbenta racione abſque illut quibus exceptaberant, nam de aliis omnibus rebus ex jam dictis locis infra prædictos fines, illi autem ex inde eis manifeſtaberant at partem præfati ſui monaſterii, ſimulque, & manifeſtaberant illi ei per conbeniencia hordine juxtam legem & partem ſupradicti ſui cœnobii de hos ſerbos prædicti monaſterii Johannes Birini, & Jobo fil. Guandi, & Luciano fil. Martini pbi., & Johanne fil. Leonis, & Corbo fil. . . . . . . . . . & Hcalendolo fil. . . . . ut de illorum perſonibus, neque de perſones mulierum illorum, neque de filiis filiorum illarum neque de cauſis eorum cauſare, aut contendere non deberent, neque de aliis famulis, vel famulæ præfati cœnobii pariterque hordine conbeniencia juxta legem manifeſtaberant ei at partem ſupradicti monaſterii, ut aliquando tempore nec illi, neque ſuis heredibus non judicarent, neque judicare facerent nec liberos nec ſerbos, qui in rebus præfati monaſterii hordinati fuerint at reſidendum, & nec portaticum neque plateaticum neque nullum cenſum, nec daciones illorum tollant aut tollere permitterent, & cetera ſic in omnibus quæ, & qualiter in ipſa ſcripcio continere bidetur, quæ ſcripcio eſt per Drogo clericus, & Notarius roborata per ipſis qui ſupra Audoaldus imperalis judex, & Adericus & per alios teſtes. Et poſt relecta eadem ſcripcio conbeniencia manifeſtacionis cauſaſtis vos qui ſupra Majo venerabilis presbyter, & cuſtos, una cum ipſo veſtro Abbato contra me dicendo, ut ego, & ſerbi mei per meam juſſionem malo hordine introbiſſemus in rebus ipſis præfati monaſterii infra prædic. indicatas fines, & foſſata ibidem feciſſemus, & terminos antiquos inde effodiſſemus, & fruges malo ordine inde tuliſſemus baliente plus de biginti ſolidis, & de ipſis hominibus ibidem reſidentibus judicaſſem ego & judicare feciſſem, & de rebus eorum malo hordine tuliſſemus & in ſervicium eis minaſſemus. Unde ego memoratus Aldemari comes quo auditus, cognoſcente quia ſcripcio ipſa conbeniencia manifeſtacionis præfati monaſterii bona, & beritoſa eſſent, & rebus ipſis legibus ſupradicti monaſterii pertinerent, & nequaquam ego inde legaliter contra partem prædicti monaſterii cauſare poterem ſet neque in hominibus ipſis ibidem reſidentibus judicalia, vel aliqua dominacione habere poterem ſecundum racionem ſet preceptora ſupradicti monaſterii. Ideo negabi ego de ipſa veſtra queſtione unde me ut ſupra queſiſtis, ut talia nunquam feciſſemus, & Guad. vobis exinde dedi de jurandum ſecundum legem, & fidejuſſorem vobis poſui Landolfum comite fil. Potoni comiti ex cibitate Benebento, & vos erga vobiſcum habendo ſupradictum veſtrum Abbato. Guad. michi dediſtis, & fidejuſſorem poſuiſtis Landonem comite Cajatienſe, deplicandum vos cum ſancta Dei Evangelia, & recipiendum a me Sacramentum ipſum, ſet antequam exinde inter nos per eodem ſacramentum legibus finem faceremus locuti ſunt infra nobis pacifici homines, ac Deum timentes querentes nos ex hac re at bona perducere conbeniencia ut bos mihi dimitteretis, & relaxaretis ſacramentum ipſum, & ego me vobis per partem ſupradicti monaſterii ex ipſis rebus de jam dicto locora per ſupradictas indicatas fines manifeſtare atque obligare per conbeniencia hordine juxta legem quia melius eſſet, ut ego me at partem ſupradicti monaſterii de jam dictis rebus manifeſtare, atque obligare ut dixi, quam Sacramentum ipſum vobis unde dare nefas, te ego inde in perjurium incurriſſem quem balde inter nos complacuit conbeniencia ipſa exinde faciendi. Et ideo ut conbeniencia iſta ſecundum inſtitucione noſtra legis firmiter ſtabilemque ribores conbocabimus inter nos ſupradictum Aidulfum judicem, & ſubſcriptos idoneos homines, ut conbeniencia inde juxta eandem legem perficeremus, & dum inter nos eſſent ſupradicti judex, & ipſi idonei homines fecimus & firmabimus exinde inter nos hac conbeniencia ſecundum eandem legem. Et quia vos qui ſupra Majo venerabilis presbyter & Cuſtus pro parte ſupradicti monaſterii herga vobiſcum habendo ipſum veſtrum Abbocatorem dimiſiſtis, & relaxaſtis mihi per hordine conbeniencia qua, ut dixi juxtam legem Sacramentum ipſum, quem ego vobis ut ſupra dare debuit de ſupradicta veſtra queſtione. Idcirco ego qui ſupra Aldemari Comes Langobardus dum mihi congruum eſſe bidetur bona mea boluntate per hanc cartam conbeniencia ordine juxtam legem manifeſtabi me tibi qui ſupra Majoni venerabili Presbytero atque cuſtodi erga vobiſcum habendo ipſum veſtrum Abbocatorem, atque oblig. me, & meos heredes, tibi tuiſque ſucceſſoribus, & at partem prædicta ecclesia, & monaſterii, & aliquando tempore non poſſamus, nec queramus ego, vel meos heredes vobiſcum, vel cum veſtris ſucceſſoribus, neque cum parte ſupradicti monaſterii, neque cum ejus Rectoribus de ſupradictis rebus ex jam dictis locis infra dictos fines cauſare, aut contendere, neque per teſtes, neque per monimen, neque per nullam quamlibet inbenta racione abſque illut quibus exceptuatum eſt, ut ſupra declaratur. Nam de aliis omnibus rebus ex jam dictis locis infra prædictos fines, ego me vobis manifeſtabi at partem præfati veſtri monaſterii atque obligo me, & meos heredes, ut ſupradixi ſimulque per hordine conbeniencia juxta eandem legem, qua ut dixi, manifeſtabi me vobis at partem prædicti monaſterii, atque obligo me, & meos heredes tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & at partem jam dicti monaſterii, ut aliquando tempore ego vel meos heredes non judicemus, neque judicare faciamus, nec liberos nec ſerbos, qui in rebus præfati monaſterii hordinati fuerint at reſidendum, & nec portaticu, neque plateaticu neque nullum cenſum, nec daciones illorum, vel de cauſa eorum tollamus, aut tollere permittamus, & ſi forſitan quiſcumque, ex noſtra dicione ex eis judicaberint abſque noſtra voluntate, unde nos auſi fuerimus jurare at partem prædicti Monaſterii at ſancta Dei evangelia ſecundum legem dicendo per Sacramentum, ut per noſtra demandatione, neque per noſtra boluntate exinde non judicaſſet, ſoluti ex inde tunc maneamus a parte præfati monaſterii, & de illum hominem qui ſub noſtra dicione fuerit, & exinde judicaberit ut beram legem ex inde judicemus, & partem præfati cœnobii, & ad ejus rectoribus, ſet & de ea omnia ſupradicta de quibus me ego vobis manifeſtabit taciti, & quieti maneamus ſemper ego & meos heredes vobis, & at partem ſupradicti monaſterii, & ejus Rectoribus, & tacitis, & quietis exinde faciamus manere ſemper ego, & meos heredes omnibus illis hominibus, & partibus, qui per partem vel datum meum, aut de meos heredes, ſeu per partem vel datum ſupradicti geni-*

Digitized by Google

genitori mei vobiſcum, vel cum veſtris ſucceſſoribus, ſeu cum parte ſupradicti monaſterii totum, vel ex parte cauſari, vel contendere queſierint, de quibus hordine conbeniencia juxta legem, qua ut dixi Guad . . . . vobis dedit ego qui ſupra Aldemari comes, & Fidejuſſorem vobis poſui me ipſum pro ipſa conbenieneia hoc tinore, ut ſi aliquando tempore ego aut meos heredes de ſupradictis rebus ex jam dictis locis infra ſupradicte finis integris vel exinde per quamcumque inbenta racione cum parte prafati cœnobii vel cum ejus rectoribus cauſaberimus abſque illut quibus ſupra exinde exceptuatum eſt aut ſi de ipſis hominibus liberi, vel ſerbi, qui in ipſis rebus predicti Monaſterii reſederint judicaberimus, aut judicare permiſerimus qualiſcumque homo, qui ſub noſtra fuerit dicione, aut ſi de ipſis ſerbis vel ancillis prefati monaſteris cauſare aut contendere praſumpſerimus, aut ſi de liberi, vel ſerbi qui in rebus prafati Monaſterii reſederint aliquit de cauſa eorum tulerimus, aut tollere permiſerimus, aut ſi hanc conbeniencia per quobis ingenium remobere queſierimus, & omnia ſupradicta non compleberimus decem milia ſolid. Conſtañ. ego qui ſupra Aldemari comes, & meos heredes vobis ſupranomi. Majoni venerabili presbitero atque cuſtodi, quam & at veſtris ſucceſſoribus ſeu, at partem ſupradicti monaſterii & ad ejus rectoribus per conbeniencia hordine juxta legem pena componere obligo, & hac conbeniencia cart. qualiter ſecundum legem ſtare poteſt ſit firma. De quibus ego qui ſupra Aldemari Comes per me ipſum Fidejuſſorem per ipſa conbeniencia, qua ut dixi obligat. at partem ſupradicti monaſterii, & ad ejus rectoribus at pignerandum me & meos heredes omnia cauſa noſtra legitima, & in legitima ſine calumniis uſque ad legem, & taliter ego qui ſupra Aldemari Comes Langobardus cognomento Borrello, ſicut mihi congruum fuit per ipſa conbeniencia ſecundum legem feci, & Te Petrum notarium qui interfuiſti ſcribere rogavi. &c.

✠ Ego qui ſupra Aydulfus Judex.

✠ Ego Joha. ſ.

Ego Littefredus &c.

Que Theobaldi Abbatis tẽpore evenere. De Theobaldo vero Abbate loquens Leo Oſtienſis cap. 51. inquit: *Hic eo tempore quo Imperator Heinricus in Apuleam diſcendit &c. eidem per Marchiam tranſeunti obvius exiit atque ad honorem, & commendationem hujus loci ſtrenuiſſime deſervivit. Quo etiam in loco preſidente cum univerſis magnatibus ſuis in eorum omnium praſencia proclamavit ſuper Attonem & Pandulfum Comites de rebus S. Benedicti in Comitatu Termulenſi, qua ipſi tunc temporis retinebant, qua ſunt nominatim caſtella quinque, ideſt Petrafracida, Pleſcloli, Guardia, Ripaurſa & Montebellu cum monaſterio S. Benedicti, & S. Nicolai, & cum aliis eccleſiis intra eorundem caſtellorum pertinentias, poſitis intra has fines a capite Rivus planus, a pede vero mare cum ipſo littore ſuo, & portibus, atque piſcationibus ab uno latere flumen Trinium, ab alio Rivum Teclum, qua omnia in preſentia pradicti imperatoris, & magnatorum ipſius prafati Comites refutaverunt in manus ejuſdem imperatoris ad partem hujus noſtri monaſterii cum univerſis omnino rebus, ac pertinentiis eorum intra ipſos quos diximus terminos, & ipſe imperator manu ſua inveſtivit ſupradictum dominum Theobaldum de omnibus ipſis obligans tam illos quam te omnes qui deinceps iſta aliquo modo invadere praſumpſerint, pœna duarum millium librarum auree in hoc monaſterio &c.* Et cap. 54. *Circa hos dies Hugo vir nobilis natione Caſetanus ad extrema veniens fecit chartam in hoc monaſterio de medietate caſtri quod Sujum vocatur, nec non & de omnibus omnino rebus, tam qua ſibi in Cajeta quam in predicto Sujo a parte parentum competere videbatur &c.*

Hæc quidem donatio non tempore Theobaldi, ſed Richerii Abbatis eſt facta, ut ejus originali monumento in noſtro archivo aſſervato conſtat, quod hic exſcribimus. Donatio Hugonis.

† *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Anno ab incarnacione Domini noſtri Jeſu Chriſti anni milleſimo quadrageſimo menſe Aprilis octava indictione. Ideoque ego vir nomine Ugo filius bona recordacionis domni Docivilis cognomento de domna Poleſſena natibus, & habitator in civitate Gajeta declaro, quia cauſa oracionis debeni in monaſterio S. Benedicti, qui ſitus eſt in monte caſtro Caſino, ubi Sacratiſſimum corpus ejus humatum eſt, & nunc, Deo tuente, domnus Richerius venerabilis Abbas ibidem regimen tenere videtur eſſe, qui dum ibi adveniſſem, & ſuſceptus in oracione a Sanctis viris fratribus, & conſcrips me & conjugem meam ſtatim compunctus in corde meo, ut ſic mihi Dominus concederem vitam, & redirem ad domum meam, & diſponerem de facultatibus meis, qualiter poſt meum obitum fieri deberet, qui dum reverterem, & antequam venirem ad propriam, & applicarem in loco qui dicitur Vallefrigida, & venit mihi validam agritudinem, de qua me cicius vitam finire eredo. Sed data michi a Domino proteccione, ſana mente, & recte loquere valeo, mox recurri at predictum cœnobium S. Benedicti convocabi itaque Johannem judicem, & Seniorectum, & Johannem cognomento Comitem, & Deuſdedem, & aliis bonis hominibus, qui ſupter ſcripti ſunt ante praſenciam ſupradicti domni Richerii venerabilis Abbatis. Nec non & Monachorum cetum, & coram hominibus pro mercede, & ſalvacione anima mea ut in eterna vita requiem accipiam de peccatis meis. Sic judico atque diſpono mea ſpontanea voluntate, & per hanc cartulam do, & trado, atque concedo in predicto S. monaſterio S. Benedicti perpetualiter ad abendum, & tenendum, & dominandum coram vobis omnibus, qui hic atſtatis. Hoc eſt medietas de ipſa ſorte mea, qua michi pertinet de caſtello de Sujo cum omnia pertinencia ſua, qua mihi pertinet cum Kaſis, & Caſilis, tam de intro caſtello, quam & de foris cum ortis, & cum cortaneis ſuis, & de cunctiſque territoriis meis quem habeo in finibus infra Territorio de ſupradicto caſtello de Sujo. Nec non & de ſilvis, vineis, pratis, molendinis, cum ſediminibus ſuis, & curſus aquarum, & cum introitu, & exitu ſuo, & cum olivetis, & arbuſtis, arboribuſque fructiferis & infructiferis campis, & ſilvis, planis, & paſcuis cum omnia pertinencia, & ſubjacencia ſua ſuper & ſubter nobis pertinentes ita ut filio meo . . . . detis partem unam, qua eſt medietas, & vos habeatis partem aliam, qua eſt medietas nec non & de omnibus terris, qua habeo in comitatu Sueſſano uſque in fluvio Gareliano cum arbuſtibus, & vineis, ſalectis, ac patulibus, terris fructiferis, & infructiferis, caſis, & ortis, & cortaneis ſuis, & areis, in quibus eſtant, & ubicunque in pradicto Comitatu reperti*

*perti fuerint medietas exinde habeatis in predicto S. monaſterio at tenendum in integrum ipſa medietas, & dominandum, & laverandum, & quicquid vobis viſum fuerit faciendi. Hac itaque judicavi adque diſpoſui coram ſubſcriptis teſtibus, & in manu tradidi domni Richerii venerabilis Abbatis, ut ea qua ſuperius dixi atque diſpoſui firmum, & ſtabilem permaneat imperpetuum in S. monaſterium S. Benedicti. Nam ſi qualiſcumque meos heredes hac mea diſpoſicione atque offercione, & tradicione aliquo modo dirrumpere, aut removere voluerit, volendum vobis exinde aliquit contrare, aut removere, ante omnia centum libras auri componere, & dare me obligo, & meos haredes in predicto ſancto Monaſterio, & de ejus Abbatibus, ejuſque rectoribus, & omni quoque tempore taciti, & quieti maneamus nos per invitis. Et hac cartula judicacionis in ſupradicta racione firma permaneat. Quam te Benedicte notarie ſcribere rogavi. Actu in civitate Caſina, menſe, & indictione ſupraſcripta feliciter. ✠ Ego qui ſupra Johannes judex in hac cartula judicati ſubſcripſi. ✠ Signum manus qui ſupra Johanni Comitis in hac cartula judicacionis rogatus ſubſcripſi, ✠ Ego Sennio Rectus rogatus ſubſcripſi per teſtem. ✠ Signum manus Deuſdedi rogatus a ſupraſcripto Hugo ſubſcripſi teſtem,*

Ex hac vero donatione conſtat anno adhuc 1040. & ſequentibus Caſſini civitatem non omnino nomen amiſiſſe ſuum, quo cum hic in aliiſque privilegiis nominatur illa formula: *ſitum* (ſcilicet monaſterium) *in monte caſtro Caſino*. Quæ deinceps civitas S. Petri ad monaſterium nuncupari cœpit.

Aliæ Donationes. Subdit cap. 57. Leo Oſtienſis: *Tunc temporis Abbatiſſa quadam Raimburga nomine de civitate Firmana optulit in hoc monaſterio monaſtarium ſuum vocabulo S. Maria loco Levarino, & eccleſiam S. Johannis de Garzania, & caſtellum de Barbulano cum eccleſia S. Maria, & S. Blaſii cum omnibus omnino rebus, ac pertinentiis eorundem locorum &c.* Alias quoque donationes cœnobio Caſſinenſi factas refert multaque bona in emphiteuſim a Theobaldo Abbate conceſſa. Hujuſce donationis meminit Mabillonius Annal. To. IV. pag. 383.

Donatio Raimburgæ. Extat illa in regeſto Petri Diaconi nu. 283. fol. 128. a ter. atque incipit.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt milleſimo triceſimo ſecundo, & regnante domno Corrado imperator anno imperii ejus ſex, & menſis Octuber per indictione quartadecima. Quoniam profiteor me Rainburga filia quondam Gualteri Abbatiſſa de monaſterio S. Maria, qui edificatum eſt in territorio Firmano in loco, qui dicitur Leveriano juxta fluvio Aſo per conſenſum de Sororibus ancillarum Dei, qua ordinata ſunt in ſancto noſtro monaſterio propria mea voluntate dono, trado, atque concedo pro redempcione genitori mei, & genitricis mea, & pro fratribus, & ſororibus in monaſterio S. Benedicti, qui edificatum eſt in caſtro Caſino, & tibi domni Theobaldi Ben. Abbas de ipſo S. monaſterio, & ad poſteriſque ſucceſſoribus tuis, ideſt ipſa ſupraſcripta eccleſia S. Maria, & quantum ad ipſa eccleſia pertinet, & ipſa eccleſia S Johannis, qua edificata eſt in ipſo caſtello de Garzania, & cum omne ipſe rebus, & pertinenciis quantum ad ipſe eccleſie pertinet, & pertinere debet, qui eſt ipſe rebus poſita in Garzania, & in Morazano, & in Arboſela, & in Leveriano, & in Paterno, & in Marciano cum ſua pertinencia, & cum ipſa caſtella, qua in ipſe ſupraſcripte vocabula edificata ſunt, & cum medietate de ipſa eccleſia S. Marci, qua in ſupraſcripta Curte de Marciano edificata eſt, & ipſo caſtello de Barbolano, & cum ipſa eccleſia S. Blaſii, & cum ipſa eccleſia beata Maria, qua edificata ſunt in ipſo ſupraſcripto monte de Barbolano cum omne ſua pertinencie, quantum ad ipſo ſupraſcripto caſtello, & ad ipſe ſupraſcripte eccleſia pertinet, & ſunt ipſe ſupraſcripte caſtella, & ipſe ſupraſcripta eccleſia cum introitu, & exitu ſuo, & cum ipſe mulina, & curſions aquarum qui in ipſe ſupraſcripta rebus ſunt & ipſe, & cum cartulati, & preſtandarii quantum ad ipſe ſupraſcripte eccleſia pertinet, & omnes ipſe rebus cum pomis, & arboribus ſuis, & cum omnia quod ſuper ſe, vel infra ſe habentes in integrum, & habet finis ipſe rebus ipſa curte de Vocclano, & fine ipſo monte de Rainardi, & fine ipſo Tribio de Caſelle, & quomodo venit ipſa via ad ipſo Tribio de Protitulo, & venit ad monte Robiano, & venit ad Cuti, & fine ipſo rigo de Amniovu, & fine aqua maris, & fine medietate de ipſo fluvio Aſo. In tali autem tinore dedi ego ſupraſcripta Rainborga ipſe ſupraſcripta eccleſia, & ipſe ſupraſcripte caſtella, & omne ipſe ſupraſcripte rebus in ipſe ſupraſcripte rebus, in ipſo monaſterio S. Benedicti, quod non habeatis licenciam, nec poteſtatem vos ſupraſcripto Abbas, nec poſteriſque ſucceſſoribus tuis omne ipſe ſupraſcripte eccleſie, & ipſe ſupraſcripte caſtella, & ipſe ſupraſcripte rebus, nec vendere, nec donare, nec concambiare, nec per nullum ingenium interius poteſtate dare noſtra congregacione ad juſta cauſa faciendum, & ſi vos ſupraſcripto Abbas, vel poſteriſque ſucceſſoribus tuis ipſo ſupraſcripto tinore non ſervaveritis omnia ſuperius legitur, quod ego ſupraſcripta Rainburga, & poſteriſque ſucceſſoribus meis ipſe eccleſie, & ipſe rebus abeamus licenciam reprehendere, & abere tote quomodo nos antea abuimus. Si ego Raimborga vel ſucceſſoribus meis ipſe eccleſia, & ipſe rebus ad ipſo monaſterio S. Benedicti retulerimus, aut contenderimus per nullum ingenium niſi quomodo ſuperius legitur componamus, ego Raimborga, vel poſteriſque ſucceſſoribus meis tibi ſupraſcripto Abbas, vel ad poſteriſque ſucceſſoribus tuis Bizanti aurei mille, & cartula iſta in ſua permaneat firmitate, quem vero cartula iſta rogatus a ſupraſcripta Raimburga ſcripſi ego Aczolino judice, & cancellarius die, menſe feliciter. Ego Rainborga Abbatiſſa. Ego Giborga. Ego Giſo Judice. Ego Galgini. Ego Acto.*

Proprio hæc donatio loco reponenda erat, quam hic rejecimus, ut Leonem Oſtienſem in ordine quoque rerum ſectaremur. Animadvertendum tamen quinque hic caſtella donari, quorum unum dumtaxat compendio uſus retulit Leo. Indictio hic memorata a menſe Septembri incipit, quod pro ſubſequentibus etiam chartis monendum volumus.

Paldolfi, & Johannis ejus filii privilegium ex originali in archivo pro more integrum damus. Paldolfi, & Johannis Privilegium.

† *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Paldolfus, & Johannes filius ejuſdem glorioſi principis divina ordinante providencia Langobar-*

gobar-

gobardorum gentis principes. Cum principalis excellentia petitioni dilecti ſui petenti clementer favet, nunc & ſemper illud. Quapropter noverit omnium fidelium noſtrorum preſencium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas. Quia Ademarius Dux, & Marchio, & Landolfus filius quondam Guaymarii, & Lando filii quondam Indolfi, & Auloaldus filius quondam Auſcenſcii, & Radelchiſius filius quondam Radoaldi, & Auloaldus, & Laydolfus fratres filii quondam Unerici. Et Unericus filius quondam Unerici, & Lando, & Landenolfus ger. Comitibus filii quondam Landolfi Comiti Calbenſis, & Atenolfus, & Paldolfus, & Landenolfus, & Guido, et Adenolfus ger. Comitibus filii bidelicet Atenolfi Comitis Calbenſis tamen ger. iſti una cum licere ipſius Atenolfi Comiti ſuis genitoris noſtras deprecaverunt clemencias, ut per noſtros preceptali paginam concedi juveremus pro Chriſti pietatem, et animabus noſtri mercedem domno Theobaldo reverentiſſimo Abbati monaſterii S. Benedicti ſitus in monte Caſtro Caſino pro ipſo Sancto ſuo monaſterio vel ad cunctos ejus ſucceſſores, ut amodo et ſemper omni tempore quando voluerit pars ipſius Sancti monaſterii ut poteſtatem, et licerem haberet mittere in lacu Patrienſem pro piſcandum duos lontres, una cum quatuor homines, et cum ſuis retiis, et reliqua omnia conciatura ſuorum, que ad unam paraturiam cauſa piſcandi pertineret, ut piſcarent illi in eodem lacu Patrienſem ut voluiſſent, et quandiu voluiſſent abſque omni contrarietate cujuſcumque perſonæ hominis, vel abſque omnem dacionem noſtri palacii, et parti noſtræ publicæ dandum per ipſam piſcacionem ejusdem paraturiæ. Seu et de altere unius paraturiæ quod conceſſum eſt per antiquitus ejuſdem S. monaſterii in racione et ordine cum reliqua omnia, ut hic ſubter dicturi erimus. De quibus pecierunt a noſtris excellenciis, ut noſtræ municionis apices inde eis fieri juveremus, quarum precatum benigniſſime exaudientibus hos noſtræ firmitatis apices inde eis fieri juſſimus. Per quos omnino ſancimus, & perpetualiter abendum noſtris, & futuris temporibus per hoc noſtrum roboreum preceptum concedimus tibi qui ſuper domno Theobaldo reverendiſſimo Abbati monaſterii S. Benedicti ſitus in monte caſtro Caſino pro ipſo ſancto tuo monaſterio, vel ad cunctos tui ſucceſſores, ut amodo, & ſemper omni tempore, quando voluerit pars ipſius Sancti tui monaſterii, quatenus poteſtatem, & licenciam habeat mittere in lacu Patrienſem pro piſcandum eodem lacu duos lontres, una cum quatuor homines, cum ſuis reciis, & cum reliqua omnia conciaturia, & ordinem, quæ ad unam paraturiam pertinet pro piſcandum, ut piſcari deveant illi in eodem lacu Patrienſem, ut voluerit, & quandiu voluerit, abſque omni contrarietate cujuſcumque perſonæ hominis. Inſimul, & confirmamus vobis per hoc noſtrum praceptum, & una alia veſtra paraturia cum ſuos lontres, & cum hominibus, & cum reciis, & reliqua omnia ejus pertinencia, & illam piſcari liceat in eodem lacu Patrienſem omni tempore quæ, & qualiter voluerit, & quantum voluerit, ut quemadmodum ipſius Sancto tuo monaſterio conceſſum eſt a Principibus noſtris anteceſſoribus, & omnem dacionem quod ex predictis ambobus paraturiis per ipſam piſcacionem evenire debuerint in partem reipublicæ noſtræ, & noſtro palacio quatenus ſint tibi qui ſupra domno Abbati, & ipſius Sancti tui monaſterii, & ad cunctos tui ſucceſſores per hoc noſtrum præceptum conceſſum ad faciendum inde omnia quod vobis placuerit. Nec non & concedimus tibi qui ſuper domno Abbati, & ipſius S. tui monaſterii, & ad cunctos tuos ſucceſſores. Ut licenciam & poteſtatem habeat pars, ipſius ſancti tui monaſterii ponere furcas, & canales, & aurire aquas in fluvio Vulturno in Portum, & via publica illa, quæ eſt coniuncta cum muro, quæ eſt Caſtellone de Monaſterio puellarum S. Dei genetricis, & Virginis Mariæ, quæ eſt de foris hanc noſtram Capuanam cibitatem, & liceat vos, & pars ipſius tui monaſterii in eodem fluvio, & in eadem via publica qui mergit ad ipſu portum, & ad ipſam aquam ubicumque vobis aptum fuerit, & circa muro ipſo de ipſo caſtellone, vel circa turrem quam ibidem inchoata eſt facere pilas, ſeu volvere arcoras, facere ibidem omnem ædificium ſive ex parietibus conſtructum, ſive ex lignis, ſive ſuper terra, ſive ſubtus terram, ut volueritis, vel in aliam viam publicam ibique conjunctam deducendi per ipſe ædificio, vel laborem veſtrum aquam ad veſtro Valneo, quem in Curte veſtri monaſterii conſtrui feciſti, abſque contrarietate cujuslibet perſonæ hominis. Inſimul & confirmamus vobis per hoc noſtrum preceptum, & omnibus ſigillatis preceptis pertinentia de ipſo ſancto veſtro monaſterio, quæ ab imperatoribus, ſeu & a principibus ei conceſſum ad rem publicam pertinentia, ut omnia ſint vobis confirmata ſecundum eorum continenciis ad faciendum inde omnia quod vobis placuerit abſque contrarietate Comitis, Caſtaldei, judicis, vel de alia perſona hominis vobis contrariam ingerenti. Quod ſi quiſpiam hanc noſtram conceſſionem violari preſumpſerit ſciat ſe eſſe compoſiturus tibi, qui ſuper dom. Abb. & ad partem ipſius Sancti tui monaſterii, & ad cunctos tuos ſucceſſores auri puriſſimi libras centum, & hæc noſtra conceſſio de quibus continet ſit vobis firma ſemper. Ut autem hæc noſtra conceſſio verius obſervetur manu noſtra ſcribimus, & ex annulo noſtro ſubter juſſimus ſigillari.



Signum domni Paldolfi excellentiſſimi Principis.

Petrus clericus, & Scriba ex juſſione prædictæ ſereniſſimæ Poteſtatis ſcribſi. Data quarto nonas Junias, anno ſecundo principatus domni Paldolfi, quam & ſecundo anno principatus domni Johannis ejus filii glorioſis principibus, indictione ſexta. Actum in cibitate Capuana. Adeſt ſigillum cereum.

Paldolfus ex Teani Comite Capuæ princeps beneficentia S. Henrici imperatoris evaſit, ut ſupra diximus, atque imperavit cum filio ab an. 1022. ad 1026. Vid. Peregrinius in cit. ſtemmate. Notatu digniſſima ſunt illuſtrium virorum nomina, quo-

quorum precibus hi principes Monachis Caſſinatibus permiſere, ut quandocumque vellent piſcatum mitterent in lacu Patriæ *duos lontres*, qui ſunt navigia.

Privilegium Paldolfi,

Alia quædam concedunt, confirmantque omnia imperatorum principumque privilegia Caſſinatibus conceſſa.

Non diu tamen hic Paldolfus Capuæ princeps fuit, mortuo quippe S. Henrico, Paldolfus jam Capuæ princeps carcere liberatus exturbato Paldolfo principatum recuperavit. Hic vero *Paldolfus preterea* ( *verbà ſunt Leonis Oſtienſis cap.* 58.) *a prioribus ſuis nequitiis nequaquam deficiens, deque hujus monaſterii devaſtatione quaſi pro imperatoris odio ſua ſatisfacere malitia ambiens Theobaldum Abbatem ſimulata benevolentia, ſecum apud Capuam quaſi pro utriuſque ſecuritate remorari rogavit, imo coegit: ita ut jam illum minime huc redire permitteret praceptum tamen ei de confirmationis totius Abbatia de more principum fecit &c.* Hujuſce privilegii autographum in noſtro archivo aſſervatur, atque incipit.

*In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Paldolfus, & Paldulfus pater, & filius, Divina favente clementia gentis Langovardorum principes. Cum principalis excellentia dilecti petenti clementer digne tribuuntur, qua propter noverit omnium fidelium noſtrorum preſencium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas, quia Adenolfus Comes filii quondam Adenolfi Comitis, & Johannes Comes filius quondam Landolfi Comitis, & Petrus Comes filius quondam Landoni Comitis, & Adenolfus Comes filius quondam Landoni Comitis, qui clamabatur Caputo. Dilectis noſtris parentibus, & qui ſunt Aquinenſis Comitibus obſecraverunt noſtram clemenciam, quatenus ob amore Dei omnipotentis, & animarum noſtrarum mercedis per noſtrum roboreum praceptum concederemus, atque confirmaremus in cœnobio beati Benedicti confeſſoris Chriſti ſitus in Monte caſtro Caſino hubi vir venerabilis Thobaldus nomine, Abbas eſſe videtur integris omnibus terris cultis, & incultis, montibus, & collibus, planiciebus, aquis, aquarumque decurſibus, ſilvis, ac paludibus per ſubſcriptas indicatas fines de quibus pecierunt a noſtris excellenciis, ut firmitatis apices in eodem ſancto cœnovio exinde fieri juveremus, quorum petitiones benigne exaudientes, hos noſtra firmitatis apices in ipſo Sancto cœnovio exinde fieri juſſimus, per quos omnino ſancimus, & perpetualiter abendum noſtris, & futuris temporibus ob amore Dei omnipotentis, ejuſque confeſſoris beati Benedicti, atque animarum noſtrarum mercedis, per hoc noſtrum roboreum praceptum concedimus, & confirmamus in ipſo prafato Sancto, & venerabili monaſterio beati Benedicti confeſſoris Chriſti ſitus in monte caſtro Caſino infra ſubſcripte fines, in qua monte ſupraſcripto caſtro Caſino eſſe videtur. Ideſt integris omnibus terris ipſis cultis, & incultis, montibus, & collibus, atque planiciebus, aquis, aquarumque decurſibus, ſylvis, hac paludibus per has fines, ſicut incipit ab ipſo Carnello, & aſcendit per aquam qua dicitur Bantra, uſque in rivo ſicco, & aſcendit per eodem rivo uſque in furcam S. Martini, & inde aſcendit per ipſe Serre, & vadit in monte, qui dicitur Ciſino, & quomodo vadit in Peſclu, qui vocatur Corvaru, & quomodo vadit per ipſe Serre, & pervenit ad Furcam, qua vocatur Pupplo, & directum vadit ad lacum, qui vocatur Viticuſum, & inde vadit at Aquam fundatam, & aſcendit inde in ipſum montem, qui vocatur de Sile, & quomodo vadit in capite de aqua qua vocatur Rapidu, & quomodo aſcendit in montem, qua vocatur Cavallu, & vadit directum in montem, qua vocatur Rendenaria major, & inde per Serras moncium, & pervenit ad Rendenaria minor, & quomodo vadit directum per pedes moncium, qui vocatur Freſelona, & vadit in aque qua vocatur Melarino, & quomodo ſalit directum in montem, qui nominatur terre albe, & quomodo vadit per Serras moncium, & pervenit in montem qui vocatur Vallelucis, & quomodo vadit per ipſas Serras moncium, & deſcendit ad petram ſcriptam & inde aſcendit ad Serras montis qui dicitur Ordicoſa, & quomodo vadit per Serras moncium, & pervenit at Peſclora, qui dicitur Falconari, & quomodo vadit per duos montes ex quibus unus vocatur Spinacius, & alter Porcacius, & inde aſcendit ad criſtas montis, qui vocatur Caira, & pervenit ipſe petre ſuper aqua Vivola, & aſcendit ad collem, qui vocatur Gimbiruti, & quomodo deſcendit in quirquitulum, & deſcendit in Foſſatum juxta S. Damaſum, & vadit directum in Silice in locum, qui dicitur arcu de Giczuli, et qualiter pergit ad lacum, qui dicitur Radeprandi, & qualiter vadit in Farnitum, et inde qualiter vadit in rivo, qui dicitur Marocze, et qualiter deſcendit in fluvio, qui dicitur Carnellu, et aſcendit per eodem fluvio uſque at aquam, qui dicitur Coſa, et ſalit per Serram montis, qui dicitur S. Donati, et quomodo deſcendit ſuper ipſi Monticelli de Marri, et vadit ad ipſi peſeli, qui ſunt ad pede de ipſum Monto de Balba, et quomodo vadit directum per duos leones, et inde ſalit per ipſe Serre ſuper caſale, et deſcendit per ipſum Montem ſuper ipſe Ville de Gariliano, et inde vadit ad Gripta imperatoris, et deſcendit in fluvio de Gareliano, et aſcendente per eodem fluvio uſque ad priores fines, una cum integris omnibus caſtellis quibus ſunt infra jam dictos fines, & cum aquis, & molendinis, & eccleſiis, cateraque omnia infra ſupradictos fines habentes, ſimulque & concedimus, & confirmamus in eodem ſancto monaſterio, qua a Pontificibus S. R. ſedis conceſſa, data, aut firmata ſunt, quam & illut qui pro ſua anima redempciono in eodem S. cœnobio ſe cum rebus ſuis offeruerunt vel omnia, & in omnibus, quantum a ſingulis principibus anteceſſoribus noſtris, ſeu a quibuſcumque hominibus ibi conceſſa, atque oferta, ſeu data ſunt. Hac omnia ut ſupra leguntur in eodem S. cœnobio, qua infra ſupradictas indicatas fines in ipſo monte caſtro Caſino eſſe videtur conceſſimus, atque confirmabimus at ſua ſuiſque Abbatibus, cuſtodibus, atque rectoribus poſſeſſionem ſemper exiſtendum, abſque contrarietate comitibus Caſtaldeis, ſeu Judicibus noſtris, vel de cujuſcumque perſone hominis contradictione vel inquietitudine, ſet a preſenti, & deinceps perpetuis temporibus pradictum S. cenobium ejuſque Abbates, Cuſtodes, atque rectores habeant, & poſſideant omnia ſupradicta jure quieto faciendo exinde quot voluerint in ſupradicta racione, quemadmodum pradicti noſtri anteceſſores*

*glorioſi*

Digitized by Google

*glorioſi principes inſtituerunt, atque diſpoſuerunt, quod ſi quiſpiam hanc noſtram conceſſionem, atque confirmationem noſtri præcepti in quomodocumque violari preſumpſerit ſciat ſe compoſiturum auri obtimi libras ducentas, medietatem ſacro noſtro palatio, & medietatem in præfato ſancto, ac venerabili monaſterio, & hac noſtra conceſſio, atque confirmatio de quibus continet firma permaneat in perpetuum, quot ut verius credatur diligentiuſque ab omnibus obſervetur hoc præceptum noſtræ largitionis propria manu confitmantes ſigilli noſtri inpreſſione inferius inſigniri juſſimus.*



*Alfredus clericus & ſcriba ex juſſione prædictæ glorioſæ poteſtatis ſcripſi. Data pridie idus Aprelis anno ſeptimo decimo principatus domni Paldulfi, & anno tertio decimo principatus domni Paldulfi ejus filii glorioſis principibus, indictione quintadecima. Actum in civitate Capuana.* Adeſt ſigillum cereum.

In hoc privilegio omnis Abbatiæ Caſſinenſis juriſdictio ſuis finibus Giſulfanis deſcripta ampliſſime confirmatur, omniaque Romanorum Pontificum, imperatorum, principumque privilegia. Nil vero clarius hoc privilegio adduci poteſt ad oſtendendum ſupremam cœnobii noſtri in oppida ditionis ſuæ juriſdictionem. Tanti illud fecit Camillus Peregrinius vir eruditiſſimus, harumque rerum peritiſſimus, licet ejus tantum apographum in regeſto Petri Diaconi viderit, ut ad inſtar fundamentalis baſis utatur ad cognationem comitum Aquini cum principibus Capuæ demonſtrandam. Vid. idem Peregrinius in Hiſtor. Princ. Lang. pag. 195. Adjumento certe contra Comites Aquini, quorum precibus impetratum fuerat hoc privilegium Caſſinatibus fuit paulo poſt. Cum enim Aquini comites Abbatiæ Caſſinenſis fines invaderent hoc privilegio convicti, uſurpata jam bona reſtituerunt, ſpoponderuntque haud ſe amplius cœnobio Caſſinenſi negocium facturos. En conventionem ab iis initam, quam ex ſuo origniali in noſtro archivo, ut pote plura memoratu haud indigna continentem integram exſcribimus.

Placitum, & conventio Aquini comitum cum Caſſinatibus.

*✠ In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, nono decimo anno principatus domni Pandolfi, & ſextodecimo anno principatus domni Pandolfi ejus filii glorioſis principibus menſe januario II. indictione. Quemadmodum conveniens judicis legibus de judicio agere. Nos denique Unſo judex una cum ceteris illuſtris viris reſediſſemus in aula palatii hujus Capuanæ civitatis ſupradictorum glorioſorum principum ante ejus aſpectu venit Baſilius egregius diaconus, & monachus, ac præpoſitus, ſeu omni modo procurator monaſterii beati Benedicti ſito intro hanc prædictam Capuanam civitatem juxta platea adhibita adito portæ, quæ dicitur S. Angeli etenim ejuſdem B. monaſterio conſtituto in monte, qui dicitur Caſino celſior præ omnibus ceteris ejus monaſteriis, ipſa namque Baſilius egregius diaconus, & monachus, ac præpoſitus allatis in ſuis manibus duabus car. ſcriptis, qui cum veniſſet anxie gracilis voce prædicti glorioſi principi cepit intimare, & dicere Domine reminiſce quoniam ante te, & ibidem ad erat Petrus judex, & Agelchiſius advocatus ejuſdem monaſterii Do. Theobaldus venerabilis Abbas ejuſdem monaſterii ſicut iſta major legitur carta, ordinem fecit cum Adenulfo comite Aquinenſis, & ut iſta alia ſcripta brevius legitur carta mihi guadiam dedere comitis ejuſdem Aquinenſis, ſed judicio Dei caſus humanæ fragilitatis ipſe judex, atque Advocatus, & de teſtibus qui inter aderant obiere, & ordines iſti inroborati remanſere, ſed Deo gratias veſtra poteſtas ante cujus providentia fuit, permanet benignus namque ſupraſcriptus princeps ut Profetica docet vaticinatione: juſta judicate filii hominum, & alibi: juſtitiam diligite qui habitatis terram, ad hac dicta prudens accommodans aures, & alia intelligentes nos vocare ad ſe, cepitque dicere nobis, quid tibi videtur de hiis ſcriptionibus, quibus ante nos ordine qua legitur fuit conſtituto, & Petrus judex, & Agelchiſius advocatus ejuſdem monaſterii, & de teſtibus qui tunc ibi aderant obiere, & ſcriptiones iſtæ inroboratæ remanſerunt. Nos vero talia auditi intra nos cogitante reſponſum dedimus illi valde ſtabile hordine in par. ſupraſcripti monaſterii exinde eſſe poteſt Deo gratias a quo veſtra manet gloria de obitu illorum hic minime impeditur, quia major eſt quod ordines honorum tribueret, quam cui tribuitur, ut vos eſtis, per quem judices, & alii honores conſtituti ſunt, & nos qui minime judices per noſtrum juſſum valemus in partibus ſupraſcripti monaſterii emittere judicatu ſcriptum, & per vos roboratum; hac autem memorans glorioſus princeps audientes placuit ei, præcipitque nobis, vade, & ut melius tibi videtur, ex hoc diſpone, & forſitan aliquid in his ſcriptionibus inutilis inveniens ad congruum duc, & robora illud in par. ſupraſcripti monaſterii, nos reminiſcimus, quia quando fuit hoc conſtitutum fuit dictum, ut qualiter melius abſque deceptione eſſe poterit, ita eſſet ſcriptum, & roboratum; prelatus namque glorioſus princeps etiam cartam ipſis in noſtra dedit manu, & nos illis accipientes amoti ab eo notarium fecimus venire, & cartam ipſis per ordinem legere a ſumma uſque deorſum, prior continet ita ✠ In nomine domni noſtri Jeſu Chriſti quartodecimo anno principatus domni Pandolfi, & decimo anno principatus domni Pandolfi ejus filii glorioſis principibus, nec non & ſecundo anno Ducatus Neapolitanorum ipſorum glorioſorum principum menſe Aprili duodecima indictione. Ideoque ego Adenulfus comes Aquinenſis filius bonæ memoriæ Adenulfi comitis declaro quia ante preſentia Petri judicis, & aliorum teſtium exorta cauſatio inter me, & vos videlicet domnum Theobaldum domini*

mini

Digitized by Google

mini gratia Abbas monaſterii beati Benedicti confeſſoris Chriſti ſiti in monte caſtro Caſino. Nos denique pro parte jam præfati veſtri monaſterii nobiſcum habentes Agelchiſium advocatum ſupraſcripti veſtri monaſterii de terris & montibus per fines, ut inferius legitur, infra cujus fines ipſi montes caſtro Caſino eſſe videntur unde nos qui ſupra domnus Theobaldus Abbas pro parte ſupraſcripti noſtri monaſterii, & erga nos habentes ſupraſcriptum advocatum ſupraſcripti cœnobii oſtenſiſti mihi qui ſupra Adenulfo comiti Longobardorum in judicium unum præceptum ſigillatum pertinen. ſupraſcripti veſtri monaſterii, quod relecto continetur in eo inter cætera, quomodo ſupraſcriptis glorioſis principibus per rogum meum qui ſupra Adenulfi comitis, & Johannis & Petri filii quondam Landulfi comitis, & Petri filii quondam Landonis comitis qui ſumus Aquinenſes comitibus ob amorem Dei omnipotentis, ejuſque confeſſoris beati Benedicti, atque animarum mercedis per ipſum roboreum præceptum conceſſerat, & confirmaverat in prefato ſancto, & venerabili monaſterio beati Benedicti confeſſoris Chriſti ſito in monte caſtro Caſino infra ſubſcriptiones in qua monaſterio ſupraſcripto caſtro Caſino eſſe videtur ideſt integris omnibus terris ipſis cultis, & incultis, & montibus, & collibus, atque planitiebus, aquis, aquarumque decurſibus, ſilvis, ac paludibus per bis fines ſicut incipit ab ipſo Carnello, & aſcendente per aquam, qua dicitur Bantra, uſque in rivo ſicco, & aſcendente per eodem rivo uſque in furca S. Martini, & inde aſcendente per ipſe Serre, & vadit in monte, qui dicitur Ciſino, & quomodo vadit in Peſclu, qui vocatur Corbaru, & quomodo vadit per ipſe ſerre, & pervenit ad Furcam qua vocatur publo, & directe vadit ad locum, qui vocatur Vitecuſu & inde vadit ad aquam fundatam, & aſcendente inde ad ipſum montem, qui vocatur de ſilve, & quomodo vadit in capite de Aque, qua vocatur rapidu, & quomodo aſcendente in monte, qui vocatur Cabalis, & vadit directe in monte, qui vocatur Rendenaria major, & inde per ſerras montium, & pervenit ad Rendenaria minor, & vadit directe per pedes montis qui vocatur Treſelone, & vadit in aqua, qua vocatur Mellarino, & quomodo ſalit directe in monte, qui vocatur terre albe, & quomodo vadit per ſerras montis, & pervenit in monte, qui vocatur Vallelucis, & quomodo vadit per ipſas ſerras montis, & deſcendit ad Petram ſcriptam & inde aſcendit ad ſerras montis, qui dicitur Ordicoſa, & quomodo vadit per ſerras montium, & pervenit ad Peſclora, qui dicitur Falconari, & quomodo vadit per duos montes, ex quibus unus vocatur Spinatius, & alter Porcatius, & inde aſcendit ad criſtas montis, qui vocatur Cajra, & pervenit ad ipſe Petre ſuper Aqua vibola, & aſcendit ad collem qui vocatur Gymbiruti, & quomodo deſcendit in quirquitulu, & deſcendit in Foſſatum juxta S. Damaſum & vadit directe in ſilice in locum, qui dicitur Arcu Giczuli, & qualiter pergit ad lacum qui dicitur Radeprandi, & qualiter vadit in Farnitu, & inde qualiter vadit in rivo, qui dicitur Marocze, & qualiter deſcendit in fluvio qui dicitur Carnellu, & aſcendit per eodem fluvio uſque ad aqua qua dicitur Coſa, & ſalit per ſerras montis qui dicitur S. Donati, & quomodo deſcendit ſuper ipſi monticelli de marri, & vadit ad ipſi Peſcli, qui ſunt ad pede de ipſo monte de Balba,



& quomodo vadit directe per duos Leones, & inde ſalit per ipſe ſerre ſuper caſale, & deſcendit per ipſum montem ſuper ipſe ville de Garcliano, & inde vadit ad Cripta imperatoris, & deſcendit in fluvio de Gareliano, & aſcendente per eodem fluvio uſque ad priores fines una cum integris omnibus caſtellis, quibus ſunt in dicta fines, & cum aquis, & molendinis, & eccleſiis, cæteraque omnia infra ſupraſcriptos fines habentur, & cetera in omni ratione, & ordine ſicut ipſum præceptum ſupraſcripti monaſterii continere videtur, quod ſcriptum eſt per Alfredum clericum, & ſcriba roborato per ſuperius dicti domni Pandolfi magni principis manu ſua propria ſcripta ibidem ſuum nomen per litteras rubeas, & ab anulis ipſorum glorioſorum principum in cæra ſigillato. Relecto vero ipſe per ordinem cauſaſtis vos qui ſupra domni Theobaldus Abbas cum ſupraſcripto advocato ſupraſcripti veſtri monaſterii contra me qui ſupra Adenulfum Comitem dicendo, ut poſtquam præcepto ipſe per noſtrum rogum ad partem ſupraſcripti veſtri monaſterii firmato fuit poſtea ſervi mei per meam juſſionem malo ordine introiſſent in terris ejuſdem veſtri monaſterii, qui ſunt infra ſubſcriptos fines quas ipſe præcepto ſupraſcripti veſtri monaſterii continet, & cappellaſſent in querquas, & mela, & pera, & Caſtanea & terminos antiquos inde effodiſſent, & fruges malo ordine exinde tuliſſent valientes plus de viginti ſolidis; ectiam, & dicebatis ut auditi eſſeritis ut ego diſſiſſem habere rationem per quam mihi de ea prædicta qua ipſe noſtro præcepto continet pertinere, inde a me querebatis pro parte ſupraſcripti veſtri monaſterii audiſſe reſponſum, & legem recipere, ex qua ego negavi dicendo, ut ſervos meos taliter nunquam feciſſent, de illud vero unde dicebatis ego diſſiſſem ut ſupra habere rationem manifeſtam, ego in eodem judicio dicendo quia nullam habeo rationem ſcriptam, vel abſque ſcriptam, per quem mihi de ea ſupraſcripta, qua ipſe noſtro præcepto continet pertineat, vel exinde contra vos, aut contra partem ſupraſcripti veſtri monaſterii ad cauſandum, ſed antequam exinde inter nos altercando legibus finem faceremus per colloquia bonorum hominum pervenimus exinde inter nos ad hanc convenientiam, ut ego qui ſupra Adenulfus comes Longobardorum qui ordinem convenientia ſecundum legem me vobis manifeſtare de integra ea omnia, qua ipſo præcepto jam dicti veſtri monaſterii continet, & vos pro parte ſupradicti veſtri monaſterii dimitteretis, & vel aſſaretis mihi Sacramento, vel compoſitione quicquid ego vobis facere debui, de jam dicto veſtro querimonio, ut ipſos ſervos meos feciſſent in omni ratione, & ordine qualiter hic ſubter leguntur, & ideo, ut convenientia iſta ſecundum legem firmata fieret convocavimus intra nos ſupraſcriptum Petrum judicem, & ſubſcriptos idoneos homines, qui ſe nobiſcam intereſſe dixerunt ſicut in lege ſcriptum eſt de convenientia, & ita fecimus, & firmavimus infra nos exinde hanc convenientia cartam, idcirco ego qui ſupra Adenulfus comes Longobardus voluntarie mea per hanc cartam convenientia ordine ſecundum legem manifeſtum facio vobis qui ſupra domno Theobaldo venerabili Abbati pro parte ſupraſcripti veſtri monaſterii erga nobiſcum habentes jam dictum advocatum ejuſdem veſtri cœnobii, quia integris omnibus jam dictis terris cultis, & incultis, montibus, & collibus, atque planitiebus,

*& aquis, aquarumque decurſibus, & ſilvis, ac paludibus per ſupraſcriptas indicatas fines, ceteraque omnia, quæ in ipſo præcepto ſupraſcripti veſtri monaſterii continentur legibus ſupraſcripti monaſterii ſunt pertinentes per jam dictum præceptum, & per aliis rationibus, ejuſdem veſtri monaſterii & ſupraſcripto precepto in omnibus, quæ continet veritoſo ſunt, & mihi ipſa omnia ſupraſcripta, vel ex ipſa nulla pertinet per quavis ratione vel humanum ingenium ſcriptum, vel abſque ſcriptum, & obligavi ego qui ſupra Adelnulfus Comes Longobardus me, & meos heredes vobis qui ſupra domno Theobaldo venerabili Abbati, & ad ſucceſſores veſtros, quatenus amodo, & ſemper ego, & meos heredes taciti, & quieti maneamus de integra ea omnia ſupraſcripta de quibus me vobis ut ſupra manifeſtavi ut non queramus contra vos, vel contra ſucceſſores veſtros ſeu contra partem ſupraſcripti veſtri monaſterii de ipſa omnia integra, vel de aliquid ex ipſa cauſare vel contendere in quibuſcumque modum, & omnibus temporibus, quibus ego, vel meos heredes tenuerimus de Comitatu ipſo Aquinenſe tacitis, & quietis exinde faciamus manere vobis, & ad ſucceſſoribus veſtris, & ad partem ſupradicti veſtri monaſterii omnibus hominibus, quibus habitantes, vel manentes ſunt vel fuerunt intra predictos Comitatus fines, & inſuper amodo, & ſemper ego, & meos heredes tacitis, & quietis exinde faciamus eſſe, et permanere omnibus illis hominibus et partibus, qui pro parte, vel datum meum, aut de meos heredes ſeu pro parte vel datum ſupradicti qu. Adenulfi Comitis, qui fuit genitor meus contra vos vel contra ſucceſſores veſtros, ſeu contra partem ſupraſcripti veſtri monaſterii de integra ea omnia ſupraſcripta vel de aliquid ex ipſa cauſari, vel contendere queſierint, et vos qui ſupra dom̃. Theobaldus venerabilis Abbas pro parte ſupraſcripti monaſterii cum conſenſu fratrum monachorum ejuſdem veſtri monaſterii et erga vobiſcum habentes ſupraſcriptum advocatum ejuſdem veſtri cœnobii per eandem convenientiam dimiſiſtis, et relaxaſtis mihi qui ſupra Adenulfo Comiti a Longobardo integro Sacramento, vel compoſitione, quam ego vobis pro parte jam dicti veſtri monaſterii facere debui de jamdicto veſtro querimonio, et obligaſtis vos, & ſucceſſores veſtros mihi, meiſque heredibus taliter, ut ſi vos vel ſucceſſores veſtros illud removeri queſieritis quinque libras aurei pena vos vel ſucceſſores veſtros componere obbligaſtis mihi vel ad meis heredibus; ſi autem ego qui ſupra Adenulfus Comes vel meos heredes hanc cartam convenientia de quibus continet aliquando per qualicumque ingenium removeri quaſierimus, & non compleverimus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus ea omnia qualiter perlegitur, mille libras auri puriſſimi penam me, vel meos heredes componere obligo vobis qui ſupra dño Theobaldo Venerabili Abbati, vel ad ſucceſſores veſtros, & hac carta convenientia de quibus continet qualiter ſecundum legem ſtare poteſt, firma permaneat, & taliter ego qui ſupra Adenulfus Comes Langobardus qualiter mihi congruum fuit, & inter nos convenit ſecundum legem feci, & te Petrum notarium ſcribere rogavi Capua, & alia ſic, die Dominico, quarta die ſtante menſe Aprili, duodecima indictione rogaverunt Adenulfus Comes filius qm. Adenulfi comitis, & Johannes Comes filius qm. Landulfi Comitis, & Petrus Comes filius qm. Landonis Comitis his omnibus Comitibus Aquinenſibus & Landenulfus Comes filius qm. Landoni Comes, qui dicitur Caputu guadium dederunt nobis Baſilio Diacono & Monacho, atque præpoſito, erga nos habendo Agelchiſium Advocatum ipſi omnes prenominati, & fidejuſſores nobis poſuerunt Atenulfum Comitem Iſernienſem, & Landonem Comitem Cajactienſem, ut manifeſtent ſe illi, & faciant manifeſtare ipſe Johannes comes Petrum germanum ſuum, & ipſe Landenulfus Comes Guidonem germanum ſuum quemadmodum dixerit ipſe domnus Pandolfus glorioſus princeps per rationes, & obbligationes, & pena, ſicuti ipſe glorioſus princeps dixerit, & ſi hoc non compleverint obligaverunt penam trecentos ſolidos bizan. explete vero ipſe ſcriptiones legendo, prima comparuit nobis ipſa alia; & incongrua eſſet ſcripta, quia non legitur quo ordine illi deberent illi ſe manifeſtare & concludere tam̃ ſenſus ex ea portat & ut ipſe glorioſus princeps ut ſupra nobis precepit, ut ſic eſſet ordinatum, ut nullam deceptionem, vel impedimento inde eſſent in parte ſupraſcripti monaſterii, & etiam in ipſa ſequente ſcriptio legitur ſic eſſet illi manifeſtati, ut ipſe glorioſus Princeps diceret, & penam poneret; Idcirco nunc ſcribere precepimus ut ipſis nominati Adenulfus, et Johannes, et Petrus, et Landenulfus comitibus, et Petrus ipſe germanus filius Johannis Comitis, et ſubſcripto Guido germanus ſupraſcripti Landenulfi Comitis, et eorum heredibus per ſupraſcriptam Guadiam, et jam dicti fidejuſſores pro eorum heredibus ſi illi modo per ſe alia ſubſcriptione non firmant in parte ſupraſcripti monaſterii ut ſupra de ipſa diximus guadiam taciti, et quieti maneant illi, et heredes eorum de ſupraſcriptis terris cultis, et incultis, et montibus, et collibus, et planitiebus, et aquis, et de ipſis aliis rebus ſicut ipſa prior ſcriptio continet ſupraſcripti dñi Theobaldi venerabili Abbati, et ad ſucceſſores ſuos ſeu ſupraſcripti monaſterii, vel illorum qui pro parte ejuſdem monaſterii ſeu vice et dominatione inde contendunt, ut per nullum ingenium ſcriptum ipſis omnes comites, vel eorum heredibus, aut quiſpiam pro eorum parte vel datum, ſeu vice de ipſis vel ex ipſis terris cultis, et incultis, et montibus, et collibus, et planitiebus, et aquis, et de prædictis aliis rebus quemadmodum ipſa prior ſcriptio continet cauſare, vel contendere non querat quocumque tempore, et ſi illud removere queſierint, et complere noluerint illi vel eorum heredibus mille libras aurei puriſſimi pena ipſi omnes prænominati Comites, & ſuorum heredibus componant ſupraſcripto dño Abbati, vel ad ſuos ſucceſſores, ſeu parte ſupraſcripti monaſterii vel illorum, qui pro eorum vice, & dominatione talia querunt, & omnia ſupraſcripta percompleant per ſupraſcriptam guadiam, & jam dicti fidejuſſores vel pro heredibus eorum pignerandum ſi expedit ipſe Baſilius egregius Diaconus & Monachus, ac Præpoſitus, ſeu alius prepoſitus, vel auctor ſeu procurator præfati monaſterii prædictus Atenulfus, & Landonem Comitibus fidejuſſores, vel eorum heredibus rebus eorum uſque ad legem de hoc iterum ob futuris temporibus memoriam recordandum ex juſſione, at præfata glorioſa poteſtatis judicamus nos Unſo judex, ut in omni tempore de ipſis omnibus Terris cultis, & incultis, & montibus, & collibus, & planitiebus, & aquis, & de ipſis aliis rebus quemadmodum ipſa prior ſcri-*

*ſcriptio continet ſecurus, & illeſum maneat predictum monaſterium & ejus Abbas ipſe domnus Theobaldus venerabilis Abbas, vel ſuos ſucceſſores, atque qui exinde pro eorum vice, & dominatione contendit abſque omnia adverſa ipſorum omnibus Comitibus, & de eorum heredibus etiam hunc noſtrum a ſupraſcripto glorioſo principe juſſu judicatum in parte ſupraſcripti monaſterii exinde emiſimus, quem tibi Petro notario ſcribere precepimus locus ✠ Signi notarii. ✠ Unſo Judex. ✠ Ego Jaquintus. ✠ Ego Lictofredus.*

*Capellare* eſt cedere, incidere, frangere &c. *Guadia* eſt Vadimonium, pignus, fidejuſſio. Oſcitantia notarii eſt factum, quod quartum decimum Paldolfi patris annum, & decimum Paldolfi filii recenſet, cum privilegium conventioni inſertum, anno decimo ſeptimo Paldulfi patris, & decimo tertio Paldulfi filii ſit conceſſum. Quare ſcribere debebat notarius annum decimum octavum patris, & decimum quartum filii. Animadvertendum autem, eundem Atenulfum fateri rogatu ſuo, aliorumque Aquini Comitum hujuſcemodi privilegium a Caſſinatibus obtentum. In fine hujus privilegii quod fere integrum in ea conventione refertur eadem hæc reperiuntur verba a nobis ſupra memorata: *Una cum integris omnibus caſtellis, quibus ſunt indicte fines, & cum aquis, & molendinis, & eccleſiis, cateraque omnia infra ſupraſcriptos fines habentur, & cetera in omni ratione, & ordine ſicut ipſum preceptum &c. continere videtur, quod ſcriptum eſt per Alfredum clericum, & ſcribam robborato per ſuperius dicti domni Paldolfi magni Principis manu ſua propria ſcripta, ibidem ſuum nomen per literas rubeas, & ab anulis ipſorum glorioſorum principum in cera ſigillato.*

**Paldolfi ſcelera in Caſſinates.**

Nihil tamen hoc privilegio Caſſinates profecere, nam Paldulfus ipſe, teſte Leone Marſicano, cap. 59. *Univerſos monaſterii homines in ſuam fidelitatem jurare faciens, & univerſa caſtella, ſeu villas monaſterii, preter S. Germanum, & S. Petrum, S. Angelum, & S. Georgium Normannis, qui ſibi tunc adherebant, diſtribuens, Todinum quendam de monaſterii famulis nequitia ſua complicem eiſdem ipſis, qua monaſterio ſupereſſe videbantur prefecit, eumque apud S. Germanum in ipſa Abbatis manſione manere conſtituit, inſuper, & roccam, qua Vantra dicitur, illi contradens ad ſuam fidelitatem cunctos illi tam Normannos, quam ceteros quoſque parere precepit &c.* Victor III. illorum temporum author poſt narrata Paldulfi ſcelera lib. 1. Dial. pag. 30. & ſeqq. ſubdit: *Igitur cum plurimas opes Chriſti eccleſiis diripiens abſtuliſſet omnia caſtra, villas, ac predia hujus monaſterii cupiditate ductus ſacrilega abſtulit &c. Inſuper etiam omnem theſaurum hujus monaſterii auferens aſportavit, ac in arce, quam non longe a Capuana urbe in monte, qui S. Agathe Martyris dicitur conſtruxerat, in qua multa ſpolia orphanorum, viduarum, & eccleſiarum, ac pauperum intulerat condens repoſuit, &c.* Eadem narrat Petrus Diaconus in vita SS. Guinizzonis, & Januarii apud Bolland. To. VI. Maii pag. 451. & ſeqq. Sigonius de regno Italiæ lib. 8. pag. 356. Baronius, & Pagius an. 1038. Mabillonius Annal. To. IV. pag. 358. Ex hac Victoris, Leonis, aliorumque narratione conſtat, cœnobium Caſſinenſe, oppida, homineſque habuiſſe ſibi ſubditos, quos Paldulfus Capuæ princeps in verba ſua jurare coegit, quo etiam conſtat, nullo eos modo fuiſſe unquam Capuano principi ſubditos; ſecus qui recens principi fidelitatem jurarent? S. Germanus, S. Angelus, S. Georgius, S. Petrus oppida ſunt, hodieque pluribus habitatoribus culta. Teuza dono dedit Caſſinenſi monaſterio quum alia permulta, tum portionem Caſtri Faræ, quæ ipſi debebatur. Autumamus autem in hoc Teuzæ privilegio erratum fuiſſe in anno, quum indictio tertia, qua notatur privilegium anno fuerit 1035. non autem 1036. & Theobaldus Abbas cujus frequens ibi injicitur mentio mortuus jam fuerit anno 1035.

**Donatio Teuzæ. Ex originali in Archivo.**

† *In Dei nomine ab incarnacione Domini Noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni milleſimo triceſimo ſexto, & menſe Julius per indiccione tercia, ideoque ego Teuza filias quoddam Afredi declaro enim inſtitutum eſt in edicti pagina Langobardorum, & quia domnus Lioprandus res in ſuo capitulare conſtituit ſi mulier res ſuas donare, & judicare boluerit non in aſconſe, ſet in preſencia de parentibus ſuis, & nomina eorum Tetmari, & Merulo unaque per boluntate, & conſencientes mihi Petri filius quoddam Johanni, qui eſt Mundualdo meo in cujus Mundio modo permaneo, & ego ſupraſcripta illa conſencientes ſunt tibi jam dicta Teuza, qua eſt Mundualda mea, & ego jam dicta Teuza per conſenſu de ſupraſcripto Petri, qui & Mundualdo meo, nec intus a qualibet omnes, niſi ſana mea mentes, & bona mea boluntate ſiquit Langobardus abet ſtatum umana fragilitatis recogitat pro ſalute anima ſua de rebus ſuis cartula donacionis facere bolnerit abſolute faciat unuſquiſque de rebus ſuis quod velit, & noverit, modo vere in ea bidelicet racione ego ſupraſcripta Teuza, ſic dono adque concedo pro anima mea, ſeu & pro anima Aifredi Jenitore meo, & pro anima Johanni abio meo in ipſo predicto monaſterio beati S. Benedicti, quod ſitum eſt in monte bocatur caſtro Caſino in territorio Benebentano in locum ubi nunc preſenti tempore venerabilis Abbas Theubaldus regimen tenere eſſe bidetur in ipſo predicto monaſterio pro anima mea, vel pro jamdictis parentibus meis fieri juſſimus, oc eſt de re mea, qua mihi ſupraſcripta Teuza in ereditatem obbenit, & ipſe rebus infra territorio Pinnenſe in locum qui nominatur Toremniano cum ipſa porcione mea de ipſo caſtello de la Fara cum introito, & eſito ſuo, & cum pertinencia ſua, & cum ipſa porcione mea de ipſa eccleſia beati S. Laurencii, qui intus in ipſo caſtello edificata eſt cum cellis, & libris, & dotis, & omnia ornamenta eccleſiarum, & per locis, & bocabuli, in nelle ceſe, & in campo de Parre, & in ipſo colle de Sancta Barbara, & per aliis locis, & bocabulis, qui eſt terra culta, & inculta cum binea, & bineaticis per ſingule pecie exunate inſimul faciunt modiorum decem, & ſunt ipſe rebus infra finis capo fine ipſo Tricalio de Alzano quomodo pergit in plumba, & quomodo pergit in rigo da murro, & ipſo rigo quomodo currit in flubio Tabe, & Tabe currit in mare, & pede fine mare, & de alio lato fine flubi plumba ipſe ſupraſcripte re infra ipſe ſupraſcripte finis cum terris, & bineis, pomis, & arboribus ſuis cum omnia ipſa mea porcione de ipſo ſupraſcripto caſtello, & de ipſa ſupraſcripta eccleſia, & de ipſa res mea quantum mihi pertinet, vel pertinere debet, et cum omnia ipſa res ſuper ſe, vel infra ſe abente in integrum ſic donabimus, et concedimus pro anima mea, vel jamdicti parentibus meis in ipſo predicto Mo-*



Digitized by Google

*Monaſterio, et tibi predicto Theubaldi venerab. Abbas, vel a poſteriſque ſucceſſoribus tuis ad proprietate de ipſo jamdicto Monaſterio amodo, et deinces in ſempiterna ſeculo poſſidendum, et ipſo pradicto Monaſterio avendum, et faciendum omnia, ſicut de aliis rebus ipſius monaſterii, ſi quis hujus noſtra concesſionis ſacrilegus, aut temerarius, qui auſus fuerit contra ac noſtra conſeſiones mineraciones, ſeu moleſtacione, vel imbaſione facere praſumſerit, aut diſturbare queſierit tam de noſtra gen. quam ex qualibet alia, ſias ſe in tremendi juſti Judicis examine cauſa nobiſcum dicturus, atque per oc in ira ſumme, et indibidua Trinitatis incurrat, & deſcendat ſuper eum paternaru ſuaru malediccio, & aveat parte cum Juda traditore, & qui Apoſtolico amine ſegregatus eſt, & cum impiis, ac ſacrilegis ſequeſtratus pars illius ſit in ſtannum inis ardentis ſulforis, & inſuper repromictimus, & obligabimus nos ſupraſcripti Teuza, & Petri qui eſt Mundualdo meo vel noſtri eredibus, ſeu gen. eredumque noſtrorum in ipſo pradicto Monaſterio & tibi pradicto Theubaldi venerabilis Abbas, vel a poſteriſque ſucceſſoribus tuis quod ſi hec omnia quod ſuperius ſcriptum eſt ſi non adimpleverimus, vel omnia ſi non obſervaverimus aut ſi exinde aliquit retollere, vel minuare queſierimus ut componamus nos ſupraſcripti Teuza & Petri, vel noſtri eredibus ſeu gen. eredumque noſtrorum in ipſo pradicto monaſterius, & tibi pradicto Theubaldi venerabilis Abbas, vel a poſteriſque ſucceſſoribus tuis, cui ex noſtri culpa exclaraverit auru libra duo, & argentu pondera decem, & cartula iſta donacionis ſeu concesſionis, omniumque tempore, ſemper firma, & ſtabilem permaneat, quem vero ac cartula iſta donacionis, ſeu concesſionis rogatus ad ſupraſcripta Teuza, & Petri ſcripſit. Ego Emmo notarius, & dies iſtius menſe indiccio ad ſupraſcripto. Actu in Pigno feliciter. ✠ Sinnum manum Teuze, & Petri ac cartula donacionis, ſeu conceſionis ſcribere rogabit, & ſinnum crucis fecit. ✠ Sinnum manum Temari teſte ſum rogatus, & ſinū crucis fecit. ✠ Sinnum manum Moroli teſte rogatus, & ſinū cruci fecit. ✠ Sinnum manum Amiconi teſte rogatus, & ſinum cruci fecit.*

Quæ Baſilio Abbate evenere.

De Baſilio vero ab an. 1036. ad 1038. Abbate Caſſinenſi diſſerens Leo Oſtienſis cap. 64. ait: *Hic fecit libellum de caſtello, quod dicitur Petrafracida cum pertinentiis ejus quibuſdam Termulenſibus, pro quo recepit ſolidos mille ducentos, pro cenſu vero ſolidos quatraginta;* ideſt in feudum conceſſit, ut puto, & cap. 65. adventum Conradi Imperatoris in Italiam hiſce verbis narrat: *Cum autem jam Deus omnipotens tantis iniquitatibus, tantiſque hujus Sancti loci direptionis decerneret modum imponere, & orationes, ac gemitus ſervorum Dei, orphanorumque, ac Viduarum, & pauperum ſingultus, ac lacryma a maxilla in cœlum intra ipſum, exauditionis ſacrarium eſſent admiſſa, anno divina incarnationis 1038. Chuonradus imperator cum valido nimis exercitu, tranſitis Alpibus, Italiam introivit, venitque Mediolanum &c. Ibi de noſtri monaſterii Prioribus aliquot, qui ad eum ultra montes proclamationis gratia jam dudum perrexerant illum, adeuntes, univerſa, qua per tot annos a Pandulfo mala pertulerant, flebilibus ei querimoniis denuo retulerunt, orantes, ac ſupplicantes, ut tandem dignaretur venire, ac beati Benedicti cœnobium, quod eatenus ſui anteceſſores ſub ſua tutela reverenter nimis habuerant, de tanti Tyranni manibus dignaretur eripere. Quod Imperator querimoniis ac precibus, ut erat valde piiſſimus inclinatus, Romam concitus venit, ubi etiam innumerabilium aliorum tam videlicet Eccleſiaſticorum, quam reliqui ordinis virorum innumeras ſuper Pandulfo querelas accepit &c.* Pauloque poſt: *Imperator autem cernens ſe a Pandulfo condempni, ira ſuccenſus, ſumpto exercitu venit Caſinum &c. quo facto, honorifice ſatis quantum ad illas (ſcilicet monachos) Imperator receptus, & hoſpitatus, altero die cum uxore pariter, & nuru ſua beato Benedicto, & Fratribus ſe commendaturus aſcendit ad monaſterium. Quem cum Fratres multa honorificentia, gratulentiſſime ſuſcepiſſent poſt orationem illos allocuturus Capitulum eſt ingreſſus &c. Tunc Imperator jurejurando affirmans ſe, ob eam ſolummodo cauſam ad has partes tranſiſſe, ſeque locum hunc ex toto corde ſuo honoraturum, ac protecturum, quandiu viveret devotiſſime pollicens, jubet demum, ut duodecim ex eis ad ſe Capuam pergant, ubi quicquid ſuper hoc negotio agendum ſit illorum conſilio peragat, ſicque petita benedictione Capuam eſt profectus, ut beati Benedicti cœnobium de ſervitute nequiſſimi principis liberaret, ac devotiſſime ſe illorum orationi commendans &c.* Et infra: *Imperator itaque conſilio tam cum ſuis, quam cum Capuanis magnatibus habito, Guaimario Salernitano principi Capuani tradidit principatus honorem, Rainulſum quoque ipſius Guaimarii ſugeſtione de Comitatu Averſano inveſtivit. Adenulfum etiam Capuanum Archiepiſcopum, quem peſſimus Pandulfus carceri mancipaverat, ſedi ſua reſtituit, eiſque Richerium Abbatem (Caſinenſem ad preſens) univerſamque cauſam monaſterii noſtri multum commendans, ut ſuam hanc vicem tueri, et procurare deberent &c.* Eadem narrat Victor III. lib. I. Dialogorum pag. 31. 32. & 33., ubi ſubdit: *Satellites vero præfati principis, qui monaſterii bona ejus imperio ad ſui uſum detinebant, poſtquam de Auguſti adventu certificati cognoverunt, omnes huc illucque fugientes diſperſi ſunt, ſicque factum eſt, ut monaſterium omnia caſtra, villas, ac pradia ſibi ablata uno die reciperet, & ea, qua ibi ad alienum uſum miniſtri ſcelerum congregaverant, in Monachorum poteſtatem devenirent &c.* & infra: *Ipſe vero in Arcem, quam in Montem S. Agatha Martyris ſummo ſtudio munierat ex eadem Urbe fugiens, ſe contulit. Unde divina diſpoſitione contigit, ut omnia, qua latrocinando, pejerando, multorumque cruorem innoxium effundendo, multa per tempora acquiſierat, in ſpatio unius ſeptimana amitteret. Nihilque ſibi ex tot, & tantis aquiſitis municipiis præter arcem, quam prædiximus remaneret, & qui multos aliorum natos, ſuis ablatis rebus mendicare coegerat, qui ex eo orti ſunt, uſque hodie huc, illucque mendicatum pergant. Que omnia meritis beati Benedicti ſibi eveniſſe quis dubitet, cujus ipſe bona iniqua ductus cupiditate diſtraxit.* Et Petrus Diaconus in vita Sanctorum Januarii, & Guinizonis iiſdem narratis, addit: *Ad poſtremum autem univerſos monaſterii homines in ſuam fidelitatem jurare faciens, et cuncta caſtella ſeu villas ejuſdem loci Normanis, qui ſibi tunc adhærebant diſtribuens* &c. Vid. Baronius, & Pagius an 1038.

1038. Mabillonius Annal. To. IV. pag. 358. & 419. Sigonius de Regno Italiæ lib. 8. pag. 360. Eodemque in capite refert Leo, meritis S. Benedicti illæſum evaſiſſe cœnobium Caſſinenſe igne a Ruſtico caſu in monte excitato, ſubditque: *Ruſticus itaque qui tanti mali licet ignarus auctor extiterat ut Monaſterio ignem propinquare conſpexit, amariſſime lamentans, & pœnitens ſtatim deſcendit, & ſola conſcientia torquente, ac pertrahente, ſponte ſe carcere publico condemnavit; quod Abbas, & Fratres altius, & religioſius perpendentes, & illum quidem illeſum abire ſinerunt, & miſericordi Deo pro tanti loci liberatione gratias innumeras reddiderunt*. Si ergo Abbas Ruſticum carcere liberavit, juriſdictionem certe illa in loca habebat. Hæc, quamquam minutiora, juriſdictionem cœnobii Caſſinenſis maxime probant.

Privilegium Conradi Imperatoris.

Leo Oſtienſis caput 66. hiſce verbis incipit: *Huic Chuonradus imperator anno Domini milleſimo triceſimo octavo quo Abbas ordinatus eſt,* (*ſcilicet Richerius natione Bavarus*) *per preces Giſla conjugis ſua, & Heinrici filii, nec non & Cadeloi Epiſcopi, atque cancellarii ſui apud Beneventum preceptum aureo ſigillo bullatum, juxta morem priorem Auguſtorum de univerſis monaſterii pertinentiis fecit &c. Eodem tempore Guaimarius princeps fecit preceptum beato Benedicto cum aurea Bulla de univerſis monaſterii pertinentiis, ſpecialiter autem de S. Urbano, & Vicalbo, & decima parte totius civitatis Atina, de Alveo quoque Carnello, qui fluit circa Inſulam cognominatam limatam, centum videlicet paſſos ſuper eandem Inſulam, & centum inferius, cum ripis, & limitibus utriuſque partis &c.* Conradiani privilegii meminit Sigonius cit. lib. pag. 361. Tum Conradi, tum Guaimarii Baronius an. 1038. Mabillon. Annal. To. IV. p. 419. Camillus Peregrinius in Serie Abbatum Caſſinenſium pag. 50. & in ſtemmate principum Salerni. Privilegii quoque a Guaimario conceſſi meminit Taulerus in memoriis hiſtoricis civitatis Atinæ lib. 2. pag. 86. Conradus Salicus rex Germaniæ evaſit menſe Septembri an. 1024. atque an. 1027. die 26. Martii imperator a Johanne XIX. coronatus ut probant Baronius, Pagius, & Mabillonius, licet id anno præcedenti factum contendit Petavius in Ration. Temp. Guaimarius IV. Salerni princeps imperavit cum patre Guaimario III. ab an. 1018. ſolus ab an. 1031. cum filio Johanne III. ab an. 1038. quo anno Capuæ princeps ab Imperatore Conrado eſt factus. Capuæ principatum ad an. 1047. retinuit, quem ſponte abdicavit: mortuo vero Johanne imperavit cum Giſulfo II. filio ab an. 1042. ad 1052. quo eſt interemtus. Fuit quoque Amalphitanorum Dux ab an. 1039. & Dux Surrenti ab an. 1040. Ducem etiam Calabriæ, & Apuliæ ſeſe an. 1042. appellavit. Vid. Peregrinius in ſtemmate Principum Salerni. Richerius Abbas fuit Caſſinenſis ab an. 1038. ad 1055.

Conradi privilegium autographum in noſtro archivo aſſervatum eſt hujuſcemodi.

*In nomine ſancta, & individua Trinitatis. Chuonradus, divina favente clementia Romanorum imperator Auguſtus. Oportet imperialem magnitudinem prelatis Deo famulantium preces obaudire, & quicquid petierint amore Sanctorum quorum veneratione loca dicata ſunt, ubi greges Dei divina miſeratione famulari procurant libenter obtemperare, atque munera erga eadem loca ad pericipiendam divinam retributionem conferre. Quanto ſtudioſius hoc quis procurare contendit, tanto ejus miſericordia fultus, & preſencia facilius tranſilibit, & eternam beatitudinem felicius promerebitur. Igitur cunctorum fidelium Sancta Dei eccleſia noſtrorumq; preſentium videlicet, ac futurorum cognoſcat ſolertia, quia vir venerabilis Abbas Rigerius eruditus regularibus diſciplinis, & rector cœnobii S. Benedicti, quod ſitum eſt caſtro Caſino, ubi ipſe ſui corporis ſepultura locum veneratione dicavit cum omni congregatione, qua in eodem loco ſub regula almifici confeſſoris omnipotenti Deo deſervit noſtram celſitudinem adiens poſtulavit, ut ob honorem Dei, & reverentiam ejuſdem ſancti loci, animaque noſtra augmentum nec non ſtabilitatem noſtri Regni, ſecundum praceſſorum noſtrorum precepta, ſcilicet Caroli, Lotharii, Ottonis per hoc noſtra auctoritatis, immo & confirmationis preceptum, omnes res, & poſſeſſiones, qua predicto venerabili loco pertinent, confirmare, & corroborare dignaremur cum ſervis, & ancillis, aldianis, mancipiis, cartulatis, vel offertis, cum terris, & vineis, ſilvis, montibus, planitiebus, pratis, aquis, aquarumque decurſibus, atque piſcationibus, qua omnia videntur eſſe infra fines Capuani ſive Benevantani principatus, nec non cum univerſis rebus, & pertinentiis, quas ab antiquis temporibus habere, vel detinere videtur infra fines inferius memorandos, ſcilicet infra flumen Carnellum, & finem, qui vadit per Bantram uſque in Rivo ſicco aſcendentem uſque ad eccleſiam S. Martini, & ſicut pergit per Criſtam S. Petri; A ſecunda parte eſt finis per Serram de monte Ciſino, & ſicut pergit per Serram de monte Aquilone uſque ad lacum de Puplo, & quomodo pergit ad lacum Vitecuſum, & vadit recte ad Aquam fundatam, & ſalit per montem, qui eſt ſuper Caſalem, & pervenit ad Vadum fluvii, qui dicitur Rapidus, & ſicut vadit per Serram de monte Caballo, uſque in lacum, qui dicitur Benafrum, & uſque per Serram de monte Rendenaris majoris, & vadit in lacum, qui dicitur Comeneſe, uſque in capite Mellarini, & pergit per Serram de Petra ſcripta uſque ad Serram montis Ordicoſi, & pergit per Peſcloram Falconari, & pervenit uſque ad duos montes, quorum unus vocatur Spinacius, & alter Porcacius, ſive uſque ad cacumen Montis, qui dicitur Caira, & pervenit ad petram ſuper Aquam vivolam, & aſcendit ad collem, qui dicitur Gimberoſi. De tertia parte finis, qui deſcendit in quirquitulo, & in foſſato juxta S. Damaſum, & vadit directum in Silicem, & ad Arcum Gizuli, & qualiter pergit ad locum, qui dicitur Rademprandi, & in Farnetum, atque per caput Rivoli, qui dicitur Maroze, ſicut deſcendit in fluvium Carnellum, & aſcendit per ipſum fluvium ad aquam qua dicitur Coſa, & ſalit per Montem S. Donati. De quarta parte finis eſt media Serra de eadem Monte S. Donati, & deſcendit per Monticellos de Marri, uſque ad Peſclos, qui ſunt ad pedes Montis de Balbola, & ſicut vadit per duos leones, & inde ſalit per Serras ſuper caſalo, & deſcendit per ipſum montem uſque ad villam de Gareliano, & aſcendit per eundem fluvium uſque ad priores fines. Nec non in ambobus Ducatibus*

ſcilicet Spoletino, atque Firmano, ſeu infra omnes fines noſtri Italici regni quicquid viſum eſt pertinere ad prædictum Monaſterium S. Benedicti, vel ad Monaſterium S. Archangeli Michaelis, quod ſitum eſt in loco, qui dicitur Barregium ſupra fluvium Sangri, quod venerabilis memoria domnus Otto ſereniſſimus imperator pro anima ſua remedio, per ſua authoritatis præceptum præfato monaſterio perhenniter habendum delegavit. Cujus petitionem juſtam, ac Deo placitam eſſe decernentes ob interventum Gisla noſtra contectalis dilectiſſima, atque Heinrici noſtri amantiſſimi filii, & Cadelohi epiſcopi, & cancellarii, noſtrique dilecti fidelis libenter audivimus. Ideoque prout juſte, & legaliter poſſumus, permittimus, confirmamus, atque corroboramus, tam ea, quæ ſuperius ſcripta ſunt, quæ inferius ſunt deſcribenda, videlicet omnes res jam dicti monaſterii S. Michaelis in Marſicano Comitatu, cellam S. Benedicti, & cellam S. Mariæ in Fundo Magno, & S. Eutitii in Areſtino, & S. Pauli ſupra Marſicanam civitatem, S. Maria in Auritino, S. Gregorii, S. Salvatoris in Avezano, S. Antimi in Vico, S. Angeli in Alba, S. Angeli in Carciolo, nec non S. Sebaſtiani, & S. Angeli in Tranſaquis, S. Coſme in Silva, S. Benedicti in Tella, S. Mariæ, S. Gregorii, S. Pauli, S. Leutii in Muſcuſo, S. Mariæ in Monteroni, S. Victorini in Cellano. In Balbenſi Comitatu cellam S. Patris, & S. Petri in Barbarano, S. Salvatoris ſupra flumen, S. Angeli ad Aquam vivam, S. Angeli ad Floretum, S. Liberatoris inter aquas S. Mariæ in Cartiniano. In Forconenſi Comitatu cellam S. Felicitatis. In Pennenſi autem Comitatu cellam S. Mariæ in Querqueto, & S. Gregorii, & cellam S. Scolaſticæ, S. Benedi ti in Muſcuſo, S. Angeli in Galbanico, S. Nicolai in Angrenio, S. Salvatoris in Lucerolo, S. Martini in Salino, S. Mariæ in Maurino cum Portu, & omnibus ſuis pertinentiis, S. Columbæ, S. Boniti, S. Salvatoris in Serole, & unam eccleſiam infra ipſam civitatem, & cellam S. Salvatoris ſuper fluvium Tabe, S. Nicandri, S. Felicis in Montaniano, S. Petri in Caſtriniano, S. Benedicti ad Novem, S. Felicis inter flumina, eccleſiam S. Thomæ cum ipſa Civitella S. Valentini, S. Mariæ in Offano. In Aprutio cellam S. Angeli in Marano, S. Nicolai ſuper fluvium Trutinum, cum omnibus cellis, earumque rebus, ſive ſubjacentiis, cellam S. Laurentii. In Aſculo autem Domni Salvatoris cellam, in caput aquis S. Angeli de ſtabulo, & S. Angeli de Staloſiano, S. Petri in Pertignano; & res de Caſa perhenni eas etiam de curte Adelberga de Silva, nec non de Caſa Luponi. In Comitatu vero Firmano monaſterium S. Mariæ juxta fluvium, qui dicitur Aſu, & cellam S. Benedicti juxta fluvium, qui dicitur Tiſinus, S. Benedicti juxta fluvium, qui dicitur Trauto. In Comitatu Teatino eccleſiam S. Liberatoris cum quadraginta cellis, cellam S. Angeli in Magella, Sanctæ Columbe in Muntecle, Sanctæ Juſtæ, & caſtellum S. Angeli cum omnibus ſuis pertinentiis, & caſtellum S. Petri, & S. Genuarii, & S. Demetrii, & cellam S. Benedicti juxta fluvium Cenella nec non & res de Comitatu Termolenſi quas in prædicto monaſterio confirmamus quarum, videlicet fines a capite finis Rivi plani, & a pede fine maris de uno latere finis fluvii Trinii cum aqua ejuſdem fluvii, & portu ſuo, de alio latere finis Rivi, qui dicitur Tiale cum omnibus ſuis pertinentiis cum Caſtellis videlicet Petra frazida, Ripa mala, monaſterium quoque Sancti Benedicti quod ibidem edificatum eſt, & Para, Ripa urſa, & Montem bellum, Peſcoli cum omnibus ſuis pertinentiis, ſcilicet eccleſiis, caſis, terris, vineis, aquis, molendinis, ſalectis, pratis, paſcuis, ſilvis, & aliam partem terræ in prædicto Comitatu Termonenſi juxta fluvium Biſernum, quæ habet fines Rivum, qui deſcendit in caput finis rivi S. Gregorii, & in caput ipſius pertinentiæ S. Gregorii a pede finis maris, de uno latere finis fluvii Biſerni, cum aqua, & medietate portus, de alio latere finis Rivivivi cum omnibus ſuis pertinentiis adjacentibus, & cellam S. Mariæ in Canneto, S. Mariæ in Baretano, & S. Benedicti in Petenario cum omnibus cellis ſuis, & S. Benedicti in Alarino, S. Benedicti in Benafro, & Curtem de Capriato, S. Mariæ in Cingla. S. Sophiæ in Benevento, & S. Modeſti, cellam S. Benedicti in Salerno, & s. Benedicti in Aſculo, s. Ceciliæ in Napoli, s. Mariæ in Bance. In Capua vero cellam s. Benedicti, & s. Johannis, s. Scholaſticæ, & s. Heraſmi. In Calvo cellam s. Benedicti, & in Tiano cellam s. Benedicti cum omnibus pertinentiis ſuis, caſtellum de Concha, & cellam de Ceſame, & s. Benedicti in Sueſſa, & s. Benedicti, & s. Scholaſticæ in Gageta, & s. Georgii in Termole, ſanctæque Trinitatis, & cellam S. Angeli in Cannutio, & s. Petri in Excleto & cellam s. Benedicti in Colle de Inſula, & s. Silveſtri in Arpino, ſeu confirmamus ſibi omnes eccleſias, & res in quibuſcumque noſtri regni partibus ſibi pertinentes, vel in futuro concedendas, vel adquirendas omni publica exactione remota. Precipientes itaque jubemus, ut nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Princeps, Comes, Vicecomes, Sculdaſſius, Gaſtaldio, nullaque noſtri regni magna parvaque perſona audeat, vel præſumat præfatum monaſterium ſuumque Abbatem de prenominatis rebus moleſtare, inquietare, vel dilacerare, ſive Monachos, & alios illius eccleſiæ ſubditos ad placitum, niſi ante noſtram, vel illius loci Abbatis preſentiam provocare, ſed quiete, & pacifice & Abbas, & Monachi Deo famulentur, & adquiſitis, & adquirendis rebus fruantur ſub noſtra protectionis munimine conſiſtentes. Si quis autem, quod minime credimus, hujus noſtri præcepti temerarius violator extiterit, auri optimi libras mille, medietatem Kameræ noſtræ, & medietatem prædicto Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus ſe compoſiturum recognoſcat, quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inferius inſigniri, manu propria corroborantes.



Signum

*Signum Domni Chuonradi inviƈtiſſimi Romanorum Imperatoris Auguſti.*

*Kadelous Cancellarius vice Herimanni Archicancellarii recognovit. Datum nonas Junii anno Dominicæ incarnationis milleſimo trigeſimo octavo. Anno Domini Chuonradi regnantis quartodecimo, Imperantis tertiodecimo. Indictione ſexta. Actum in Benevento feliciter. Amen.*

In hoc vero privilegio exemplo Caroli, Lotharii, Otthonis, aliorumque Imperatorum bona omnia intra univerſæ Italiæ fines contenta, quæ ad cœnobium Caſſinenſe pertinebant, juriſdictionemque confirmat, ampliſſime numeratis ditionis Caſſinenſis vetuſtiſſimis Giſulfianis finibus: jubetque ne judex ullus Caſinenſis *Eccleſiæ ſubditos ad placitum, niſi ante ſuam, vel illius loci Abbatis præſentiam provocet.* Quid ſignificet Placitum explicat Nuceus in notis ad cap. 39. lib. I. Chron. Caſſ. hoc modo: *In Placito Henrici judicis Beneventani lib. 2. c. 4. In Placito Marſorum Comitum conventus, & convictus cap. 16. In Placito Andreæ Marchionis, In Placito Termulenſi, & lib. 3. cap. 41. Cumque ad placitum res producta fuiſſet.* Forum, ſeu locus ubi Cauſæ aguntur, vel ipſum litigium. Hinc placitare, litigare, judicio experiri. *Robertus Holkot in lib. Sap. cap. 2. ordinavit quod nullus in curia regis placitaret, niſi in Gallico. Italice Piatire, & Piato. Neapoli Chiaito, Chiaitare. Hiſpanis Pleyto, Pleitear. Placitum dicitur aut quod publico conſilio, ſeu placito inſtituantur lites, & judicia, aut ex Germanico verbo, quod Forum ſignificat ex Martinio in legibus Langobard. lib. 2. tit. 43. l. 2. Ut nullus ad Placitum banniatur, niſi qui Cauſam ſuam querit exſceptis Scabinis ſeptem, qui ad omnia placita eſſe debent, & l. 3. Ut in anno tria ſolummodo generalia placita obſerventur, ad cetera vero placita, quæ Centenarii tenent, non alius venire jubeatur, niſi aut is, qui litigat, aut qui judicat, aut teſtificatur. Erant autem Scabini (ut obiter hoc notem) judices Comitibus, ſeu preſidibus dati, Vicarii, ut patet ex eiſdem legibus. Centenarii vero, Judices pedanei minores, dicti etiam Centgravii. Eedem leges lib. 12. tit. 53. l. 3. Nullus homo in Placito Centenarii, neque ad mortem, neque ad libertatem ſuam amittendam &c. judicetur: ſed ea omnia in præſentia Comitum vel miſſorum noſtrorum judicentur, & l. 10. omnis controverſia coram Centenariis diffiniri poteſt, excepta redemptione terræ, & mancipiorum, quæ non poteſt diffiniri niſi coram Comite. Frequenter de Placito in Capitulari Caroli Magni, & can. Tibi Domino diſtinct. 63. In Roma nullum Placitum, aut ordinationem faciam. Placitum, & Mallum idem ſunt. Placitare, Mallare. Ex legibus Langob. lib. 2. tit. 52. l. 1. 2. & 3. & tit. 52. l. 11. Advocati eorum in Mallo publico ad preſentiam Comitis veniant, & ibi legitimus terminus &c. Tit. 56. leg. 27. & tit. 47. l. 1. nullus ad Mallum, vel ad Placitum &c. Hinc Admallare in jus vocare ad litigandum in Foro. Vide Voſſ. de Vit. Serm.*

Ducangius in verbo Placita ait: *Placita vocabant conventus publicos totius regni ordinum quibus reges ipſi præerant, & in quibus de arduis regni negotiis, & imminentibus bellis tractabatur. Annal. Francor. Bertiniani an. 763. Pipinus rex habuit placitum ſuum Nivernis. Ita an. 764. 765. 766. Anno vero 767. ibi Synodum fecit cum omnibus Francis in campo Paſſim. Bis autem quot annis tenebantur ejuſmodi* placita *Hincmarus de ordine Palatii c. 29. Conſuetudo autem tunc temporis talis erat, ut non ſepius, ſed bis anno placita duo tenerentur, unum quando ordinabatur ſtatus totius regni ad anni vertentis ſpatium in quo placito generalitas univerſorum majorum tam clericorum, quam laicorum conveniebat, &c.* & infra: *Placita vero tenebantur in locis apertis, publicis, ſubdio. Simeon Dunelmenſis anno* 1070. *Verum cum illis Epiſcopus ſub divo placitare noluit. Jus Feudale Saxonum cap. 32. §. 19. In Curia Serata, vel ſub tecto non licet Domino Feudali judicio preſidere: Et cap. 39. §. 1. Nullam Curiam oportet illum (Regem) in literis aſſignare, quia ubi Rex judicat in aperto ibi eſt Curia ſua.* Zylleſius in Defenſione Abbatiæ Imperialis S. Maximini pag. 10. ſic explicat: *Placitum .n. Conventus judiciales, Bannum, et Fredas vero evocationes, mulctas, et penas antiquorum Scriptorum uſus ſignificare conſtat.* Vid. idem Zylleſius, qui aliquot eidem Abbatiæ conceſſa privilegia refert, in quibus eadem extant, atque in noſtris verba puta in illo Ludovici Pii hæc leguntur: *Igitur iſtud præceptum ad utilitatem Monachorum fieri juſſimus, per quod imperamus, ne quislibet de judiciaria poteſtate in Curtes, vel in villas ipſius monaſterii ad cauſas audiendum, nec fidejuſſores tollendum, neque ad manendum, aut homines ipſius Eccleſiæ diſtringendum ingredi preſumat, ſed ſicut ipſe locus ſub anteceſſorum regum hactenus fuit conſervatus, ita deinceps per noſtram authoritatem permaneat inconvulſus &c.* In Privilegio Lotharii Regis: *Nulli etiam comitatui Bannum, aut Fredas exſolvat, nec aliquis in locis ejuſdem ſine noſtro juſſu placitum habere præſumat &c.* Subditque Author: *Quibus verbis Imperatores, & Reges omnem juriſdictionem Principibus, Comitibus, & Dynaſtis, Imperatori inferioribus in S. Maximini ditiones denegant, ejuſque omne exercitium tollunt, niſi id ex ipſorum imperatorum, & regum juſſu mandato, vel delegatione concedatur &c. Atque ex allegatis decretis, & diplomatibus evincitur, Abbatiam S. Maximini a Conſtantini Magni tempore, alioque a prima ſua origine, uſque ad Dagobertum Auſtraſiæ regem, & deinde tam ſub illo, quam conſequentibus imperatoribus, & Auſtraſiæ regibus immediate ſub Imperio, vel regno ſupremo ſtatum liberum habuiſſe.*

Anno 1037. Tedemar, Adam, Johannes, & Treſidius oppidum Oliveti, aliaque latifundia magno pretio vendidere, ex quo conſtat magni momenti illud fuiſſe. Hanc ideo venditionem diſſertationi noſtræ inteximus quod Zaccus Adami filius anno 1055. illud oppidum monaſterio S. Liberatoris Caſſinatibus ſubdito dono dederit, ut illo anno narrabimus. Ex hiſce vero aliiſque venditionibus, donationibuſque quas in tota hac noſtra diſſertatione attulimus, liquet, haud opus fuiſſe conſenſu principis ad oppida vendenda, donandaque.

*In Dei nomine ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni milleſimo triceſimo ſeptimo, & imperantes dominus Chomradus dibina probidencia imperator auguſtus anni imperii ejus Deo propicio in Italia undecimo & dies menſe auguſtus per indicione* Ex originali in Archivio.
*quin-*

*quinta. Ideo conſtat nos Tedemari, & Adamo, & Johanni qui ſupra nomen bocatur Grolo, & Treſidio, qui ſupra nomen vocatur Roſo, fili quondam Johanni odierna die propria expontanea noſtra vona voluntate, per ac cartula bindedimus adque dies preſente quia dedimus tibi Adami filius quondam Giſoni ad tua proprietatem, tuiſque heredibus poſſidendum, hoc eſt de res noſtras infra territorio Pinneſe in loco, qui nominatus Olivetu, & in ipſe Cerreta, & in Volenniano, & in Piſcaria, & in Varejo, & per alii locis, vel vocabuli omnia ipſe rebus, quomodo de nobis ad noſtro conquiſitum obbenit, & in ereditate de ipſa porcione, qua fuit Rainerri ideſt in integra ipſe porcione quod modo Raineri pertinuit de ipſo caſtello de Oliveto cum omnis firmamentum, vel & defici ejus quam cum pertinet ad ipſo porcione de ſupraſcripto caſtello, & cum introito, & exito ſuo, & eſt terra cum ipſa porcione de ſupraſcripto caſtello per ſupraſcripti vocabulis a te in ſimul faciunt per menſura modiorum duocenta, & ſunt in medio ipſo pradicte rebus cum ſupraſcripto caſtello infra finis capo fine bia, qua pergit in ſancto Aneſtaſio, & quomodo pergit in ipſa Guardia, & quomodo pergit in flubio Lanora pede fine flubio de Pinſcaria, & de uno lato fine flubio Lanora cum porcione noſtra de aqua ſua, & de alio fato fine flubio de Piſcaria, & fine rigo de Vobumi in ipſe pranominate finis una cum caſis, terris, vineis, campis, pratis, paſcuis, ſilbis, ſalectis, nequis, olivetis, ficariis, pomis, & arvoribus ſuis, & cum omnia, & in omnibus quantum infra ſe abentes ſeo de ſancti eccleſia cum cellis, & dotis, & oratoria ſua, vel ornamenta eccleſiarum, & cum porcione noſtra de molitia, & locis molendinis, & cum aquis, aquarumque decurſibus ſuis, & uſus aquarum, & cum formis, & Pauſe, & cum omnia & in omnibus quantum nobis infraſcripte finis pertinet vel pertinere devet quam, & vendedimus tibi omnia ipſo amplio quantum de ipſa ſupraſcripta res noſtra nobis pertinet infra ſupraſcripte finis, unde ad manum noſtra, nec ad eredibus noſtr., neque ad nullum alium omine nulla exinde fecimus reſerbacione nec ſceptuacione requirendum, ſet in integrum & in omnibus per ac cartula qualiter preelegitur ſibindedimus, & tradedimus ego ſupraſcripto Tedemari, & Adamo, & Johanni, et Treſidio tibi ſupraſcripto Adamo tua proprietate, tuiſque eredibus poſſidendum, et pro ejus recipit ego ſupraſcripto Thedemari, et Adamo, et Joanni, et Treſidio da te ſupradicto Adamo in per iſta ſupraſcripta noſtra bindicione de tua mobilia in appreciatum balientes ſolidos dua milia, ſunt autem vel deliveratum precium, quod per manibus noſtris recepimus, et apnt nos teſte ſunt abere ea bidelice ratione, ut amodo et ſemper abeatis, teneatis, et poſſideatis tu ſupraſcripto Adamo, vel ad tuis eredibus ipſa ſupraſcripta noſtra bindicione ad nullum homine ne qualivet de noſtris heredibus aliquando non contradicatur vobis. Si quis vero contraire voluerit . . . . . . . . . . . Ego ſupraſcripti Tedemari, et Adamo, et Johanni, et Treſidio, et obligabimus nos vel noſtris eredibus tibi ſupraſcripto Adamo vel ad tuis beredibus, ut ipſa ſupraſcripta noſtra bindicione ab omnes homines antiſtare, et defendere devemus vobis, et ſi a qualivet homines antiſtare et defendere non potuerimus, et non voluerimus aut ſi exinde aliquit retollere vel minuare quaſierimus, aut ſi ego ſupraſcripti Tedemari, et Adamo, et Johanni, et Treſidio vel noſtris eredibus tibi ſupraſcripto Adamo, vel ad tuis heredibus aut contra hac cartula aliqua cauſacione mittere queſierimus ibidem in ipſis pradicti loci ſub eſtimacione de alie proprie noſtris rebus qualis in illa die apparuerit quando exinde cauſare bidetur talis ego ſupraſcripti Tedemari, et Adamo, et Johanni, et Treſidio, vel ad noſtris eredibus tibi ſupraſcrito Adamo, vel ad tuis eredibus duplam, et meliorate rebus, et meliorato caſtello reſtituamus vobis ibidem in ipſe ſupraſcripti locis vel vocabulis ſub eſtimacione qualis in ea apparuerit quando, et inde cauſare bidetur, et cartula iſta bindicionis in ſuper dicta ratione omnique tempore ſemper firma, et ſtabile permanead. Quem vero ac cartula bindicionis ſeo tradicio rogatus a ſupraſcripta Tedemari, et Adamo, et Joanne, et Treſidio ſcripſit ego Ardemari notarius, et judice dies iſtius menſe et indiccio ſupraſcripta. Actum in Pinne feliciter.*

✣ *Signum manum a ſupraſcripti Tedemari, & Adami, & Joanni, & Treſidie, qui anc cartula fieri rogaberunt, & ſignum crucis fecerunt.*

✣ *Signum manum Sanſoni teſte rogatus a ſupraſcripti, & ſignum cruci fecit.*

† *Signum manu Gozzani teſte rogatus a ſupraſcriptis, & ſignum crucis fecit.*

† *Signum manu Raineri teſte rogatus a ſupraſcripti, & ſignum crucis fecit.*

Guaimarii quoque privilegium ex autographo in noſtro archivo damus. Guaimarii privilegium.

† *In nomine Domini Salvatoris Jeſu Chriſti Dei eterni. Guaimarius, divina ordinante providencia, Langobardorum gentis princeps: cum principali excellencia petitione dilecti ſui petenti clementer favet. Quapropter noberit omnium fidelium noſtrorum preſencium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas; Quoniam Grimualdus comes palacii, & filius quondam Madelmi, qui fuit comes palacii, & Majo comes filii, quondam Pandoni, qui fuit comes, & Sico comes filii cujuſdam Majoni, qui fuit comes dilectiſſimis noſtri parentibus noſtram obſecraverunt clemencia, quatenus ob amore omnipotentis Dei, & anima noſtre ſalvacione per noſtrum rovoreum praeceptum concederemus, atque confirmaremus in monaſterio beatiſſimi Benedicti confeſſoris Chriſti ſitus in monte caſtro Caſino, ubi Sacratiſſimum corpus ejus umatum eſt, & ubi nunc Deo auxiliante domnus Richerius venerabilis Abbas praeſſe videtur ad poſſeſſionem praphati monaſterii, & ad ejus Abbatibus, & rectoribus integris omnibus terris cultis, & incultis montibus & collibus, & planiciis, aquis, aquarumque decurſibus, ſilbis, ac paludibus per ſubſcriptas indicatas fines qualiter inferius declaramus, de quibus pecierunt a noſtra excellencia, ut firmitatis apices in eodem S. Monaſterio exinde fieri juveremus. Quorum peticiones benigniſſime exaudientes os noſtra firmitatis apices in ipſo S. Monaſterio exinde fieri juſſimus. Per quos omnino ſancimus, & perpetualiter habendum noſtris, & futuris temporibus ob amorem omnipotentis Dei, & anima noſtra ſalbacione. Per hoc noſtrum rovoreum preceptum concedimus, & confirmamus in ipſo prafato ſancto, & venerabili monaſterio beatiſſimi Benedicti confeſſoris Chriſti ſitus in monte caſtro Caſino infra ſubſcrite fines in qua monte ſupraſcripto caſtro Caſino eſſe videtur.*

tur. Ideſt integris omnibus terris ipſis cultis, & incultis, montibus, & collibus, atque planiciis, aquis, aquarumque decurſibus, ſilbis, ac paludibus per as fines, ſicut incipit a flavio, qui dicitur Carnello, & aſcendente per aqua, qua dicitur Vantra, uſque in rivio ſicco, & aſcendente per eodem ribeo uſque in furcam S. Martini, & inde aſcendit per Serre & badit in monte, qui dicitur Ciſino, & quomodo badit in peſclu, qui vocatur Corvaru, & quomodo badit per ipſe ſerre, & pervenit ad Furcam, qua vocatur pumplo, & directum badit ad lacum, qua vocatur Vitacuſum, & inde vadit ad Aquamfundatam, & aſcendit inde in ipſum montem, qui vocatur de Sile, & quomodo vadit in capite de aqua, qua vocatur Rapidu, & quomodo aſcendit in montem, qui vocatur Caballu, & badit directum in montem, qui vocatur Rendenaria major, & inde per ſerras moncium, & pervenit ad Rendenaria minor, & quomodo vadit directum per pede moncium, qui vocatur Freſelona, & badit in aqua, qua vocatur Mellarino, & deſcendente per eadem aqua cum utriſque ripis, & badit in parietibus de Balneara, & inde badit per locum, qui dicitur Anglone, & indè aſcendit ad furcam, qui vocatur Ballelueis, & quomodo vadit per ipſas ſerras montium, & deſcendit ad petram ſcriptam, & inde aſcendit ad ſerras montis, qui dicitur Ordicoſa, & quomodo vadit per ſerras moncium, & pervenit ad peſclora, qui dicitur Falconari, & quomodo vadit per duos montes, ex quibus unus vocatur Spinacius, & alter Porcacius, & inde aſcendit ad criſtas montis, qui vocatur Caira, & pervenit ad ipſe Patre ſuper aqua Vibola, & aſcendit ad colle, qui vocatur Gimbirmi, & quomodo deſcendit in quirquitulum, & deſcendit in foſſatum juxta S. Damaſum, & badit directum in ſilice in loco, qui dicitur areu de Giczoli, & qualiter pergit ad lacum, qui dicitur Radeprandi, & qualiter vadit in Farnitum, & inde qualiter vadit in rivo qui dicitur Maroeze, & qualiter deſcendit in flubio, qui dicitur Carnellu, et aſcendente per eodem flubio, uſque ad aquam, qui dicitur Coſa, et ſalit per ſerram montis, qui dicitur S. Donati, et quomodo deſcendit ſuper ipſi monticelli de Marri, et badit ad ipſi Peſcli, qui ſunt ad pede de ipſo monte de Balva, et quomodo vadit directum per duos leones, et inde ſalit per ipſe ſerre ſuper caſale, et deſcendit per ipſum montem ſuper ipſe ville de Gareliano, et inde vadit ad Cripta imperatoris, et deſcendit in flubio de Gariliano, et aſcendente per eadem flubio uſque ad priores fines, una cum omnibus integris caſtellis, quibus ſunt infra jam dictas fines, et cum aquis, et molendinis, et Hecclefiis, ceteraque omnia infra ſupradictas fines habentes. Simulque et concedimus, et confirmamus in eadem S. Monaſterio eccleſia, et caſtrum, quod nominatur S. Urbani cum terris cultis, et incultis, planis, et montibus per has itaque fines. Prima fine incipiente a loco, qui nominatur ad Columnelle, et quomodo badit in ipſu Sangru, & qualiter directe deſcendit in juniperitu, & qualiter aſcendit in colle longu, & qualiter badit in ſerra de monte, qui nominatur auru, & qualiter vadit in ſerra de monte, qui nominatur Janula, & qualiter deſcendit in vallo, qua dicitur vona, & qualiter deſcendit in foſſatum, qui dicitur Landoni, & qualiter directe deſcendit in ipſe aque vibe in riveo molle, & quomodo badit ipſo ribio molle, & tranſit in ipſa memora, & qualiter directe badit in ipſa monumenta ad ipſum ponticellum, & quomodo vadit in ipſa Junctura de riveo nigro in Melfe, & qualiter vadit in ipſa fontana de caſa Selberi, & quomodo reternat ad S. Martinu, & qualiter vadit in rivio nigro, & quomodo aſcendit per eodem ribeo in ipſa piſcarola. Et qualiter vadit in ipſum caſtelluczum, & quomodo aſcendit in foſſa de albeto, & qualiter vadit in ipſa Civitella, & qualiter vadit in foſſa majore, & qualiter vadit per torella, & exinde vadit in furca de rio, & inde badit in petra guidorum, & qualiter vadit per ipſe ſerre uſque ad predicte columnelle, qua eſt priorem finem. Quam & concedimus, & confirmamus in præfato S. monaſterio, hoc eſt caſtrum quod nominatur vicum album, cum terris cultis, & incultis, aquis, aquarumque decurſibus, & piſcariis, & lacis, & planis, & montibus. Per has itaque fines prima fine ipſu colle, qui nominatur de Broeco, & quomodo vadit ad Hecclefiam S. Viti, & exinde badit in ribeo qui nominatur Carnellu, & ab eodem rivo vadit in peſclum, qui dicitur de Dominicu, & inde vadit in Caprarica, & exinde vadit in Foſſa majore, & qualiter revolvet ipſe monte de Alveto in ipſa cibitas, & deſcendit in locum, qui dicitur foſſa de giſe, & hav eodem loco deſcendit in ipſu Caſtelluczu, & qualiter vadit in ipſa piſcarola boccla, & ab ipſa Piſcarola quomodo vadit in rivio nigro, & per ipſum rivium quomodo vadit ad ipſum Revericcium, & exinde vadit ad eccleſiam S. Martini, & pervenit in ipſum pinum, & exinde vadit in Ribeo de Solavi, & exinde in flumine, qui dicitur Carnellu, & au ipſo Carnello vadit in predicto colle, qui nominatur de Urocco, qua eſt prima finis. Nec non & concedimus in præfato S. Monaſterio integram decimam partem de civitate, qua dicitur Atine, qua ſita eſt in comitatu Cominenſem in ſimul cum integra decimam partem de terris cultis, & incultis, planis, & montibus, & ſilbis cum aquis, aquarumque decurſibus, & de molendinis, ſeu cætera qua exinde ſacri noſtri palacii pertinet. Inſuper & concedimus in predicto monaſterio integris omnibus terris, & vineis, & caſis, qui fuerunt Magiperti quem ipſe offertum habet in predicto monaſterio per offercionis car. in ſimul cum cætera omnia qualiter in is dicta offercionis car. continet. Itaque & concedimus in praphato monaſterio albeum de fluvio, qui dicitur Carnellu, qua circundat Iſola qua fuit ſupraſcripti Magiperti, qua eſſe videtur in loco qui dicitur limata, ubi conſtructa eſt eccleſia in honore S. Mauricii, incipiente ab ipſa inſula circa ipſum albeum in ſurſum paſſ. centum & ſub ipſa iſola. ſimili. paſ. centum cum ripis ex utraque partibus. Igitur & concedimus, & confirmamus in jam dicto monaſterio, ut nullo adbeniente tempore per nullum modum tollere, aut querent vobes, aut carrum, ſeu caballum de parte ipſius monaſterii pro qualecumque ſervicium puplicum faciendum vel in hoſtes eos minandum ſet ſemper pars ipſius monaſterii exinde ſecurus maneant. Nam & concedimus, & confirmamus in eodem S. Monaſterio omnes aquas, ſeu albeis aquarum ubicumque terras prædicti monaſterii eſt conjunctas cum ripis ex utraque latere de ipſis prædictis aquis ad faciendum in aquis, et ripis ip-

ſis

Digitized by Google

*ſis clauſurias, et molinas, vel fuſarias, et alia omnia edificia, quod ad partem ejuſdem monaſterii placuerit facere, et habere ibidem omni tempore. Quam et concedimus jamphati monaſterii cetera omnia qua continet per ipſorum preceptalia, qua a Pontificibus S. Romana ſedis conceſſa, et data firmata ſunt, et qua ab imperatorum, ſeu Regum, vel Principibus anteceſſorum noſtrorum conceſſerant in eodem S. Monaſterio omnes res, et ſubſtancia qualitercumque, ſeu quomodocumque poſſedit, et poſſidet pars ejuſdem monaſterii in quibuſcumque modis fundos, et terras quantos, et quantas pars ipſius monaſterio pertinenſ. habuit in omnibus locis, ſeu et in totas liburias, quam et confirmamus in eodem monaſterio, ut amodo, et ſemper poteſtatem, et licenciam habeat pars pradicti monaſterii quando volerent mittere ad piſcandum in lacum patrienſem duos lontres, cum duas paraturas de ipſi lontres, cum quaduor hominibus, qui in eodem lacum piſcarent quando voluerint, et quandiu volerent. Eciam concedimus, et confirmamus omne cenſum, et dacionem quicquit pars illorum tollerent vel exigere debuerint de gualdum, et curte, et terris ejuſdem monaſterii pertinentes per totas ipſas liburias, nec non et de aliis locis pertinentes prafati monaſterii. Hac autem omnia, qua ſupra leguntur conceſſimus, atque confirmamus in ſupradicto S. Monaſterio ad ſuam ſuiſque Abbatibus, cuſtodibus, atque rectoribus poſſeſſionem ſemper exiſtendum abſque contrarietatem comitibus, Caſtaldeis, ſeu judicibus, aut Schulahis, vel de cujuſcumque perſone hominis contradiccionem, vel inquietudine, ſet a preſenti, et deinceps perpetuis temporibus pradictum S. Monaſterium, ejuſque Abbatibus, cuſtodibus atque rectoribus habeant, et poſſideant omnia ſupradicta jure quieto, faciendo exinde quod voluerint. Quod ſi quiſpiam homo hanc noſtram conceſſionem, atque confirmacionem noſtri pracepti in quomodocumque violare preſumpſerit ſciad ſe eſſe compoſiturus auri obtimi libras quaduor milia, medietatem noſtris palacii, et medietatem in praphato S. ac venerabile monaſterio. Et poſt ſolutam penam hac noſtra conceſſio, atque confirmacio de quibus continet firma permaneat imperpetuum. Ut autem hac noſtra conceſſio, et confirmacio verius obſervetur manu noſtra propria ſcripſimus, et ex anuli noſtri impreſſione ſubter juſſimus ſigillari.*



*Signum domni Guaimarii excellentiſſimi principis. Ex juſſione predicta glorioſa poteſtatis ſcripſi ego Adenolfus notarius. Datum ſecundo idus junii anno viceſimo ſecundo principatus Salerni jamphati domni Guaimarii magnifici principis, et ſecundo anno principatus ejus Capua, ac ſecundo anno Ducatus illius Amalfis, et primo anno Surrenti.*

In hoc privilegio piorum quorumdam virorum rogatu conceſſo, Guaimarius confirmat ditionem omnem Caſſinenſem, cujus fines Giſulfianos enumerat, ejuſque omnia integra oppida, & juriſdictionem, & caſtrum S. Urbani, caſtrum Vicum album, decimam partem civitatis Atinæ, aliaque plura bona, & ea omnia, quæ ab imperatoribus, & Principibus fuere olim ſuis diplomatibus confirmata, & conceſſa. Hujuſce privilegii meminit Tauleri lib. 2. pag. 86. memor. Hiſt. Civ. Atinæ. Caſtrum S. Urbani appellatum etiam civitas S. Urbani modo Alvitum, caput Ducatus hujuſce nominis dicitur, ut aſſerit Johannes Paulus Matthias Caſtrucius in deſcriptione Ducatus Albeti pag. 19. & ſeqq. ubi etiam probare nititur veterem celebremque Cominii urbem, quæ deinde civitas S. Urbani in Cominio eſt appellata, & ex qua univerſus Comitatus, ſeu provincia Cominii nuncupatur eodem in loco ſitam fuiſſe quo nunc Albetum eſt. Idemque Author pag. 46. ait: *Fu poſſeduta queſta terra* (d' Alvito) *e ſuo ſtato dal monaſtero Caſinenſe al quale fu donata &c.* Vicum album vulgo hodie *Vicalvi* dicitur ſub ditione Ducis Albeti.

Incipit cap. 68. Leo Oſtienſis hiſce verbis: *Chonrado igitur ab Italia recedente, non multo poſt Guaimarium principem Abbas cum exercitu advocat, & ad oppugnandam, ſeu recolligendam Roccam ſuperius dictam qua poteſt inſtantia properat. Cum itaque per trium hanc menſium ſpatium obſediſſent, & Guaimarius tam privatim, quam publice machinaretur eandem Roccam Teanenſibus comitibus reddere, quidam de primoribus ejuſdem Arcis fideles noſtri monaſterii hoc perſentiſcentes per Teutonem tunc Prepoſitum cum Abbate paciſcuntur, & ſi ſe una cum prafato Todino in ſua vellet fide recipere, & ſua tantum ſibi, qua ante imperatoris adventum, & Todinus in caſtello S. Helia, & ipſi in oppido quod Piniatarium nuncupatur, hareditatis jure poſſederant reddere, Roccam illi ſine aliqua mora contraderent. Libentiſſime id ab utriſque factum eſt, & in ipſis vigiliis Aſſumptionis S. Dei genetricis Maria ipſa Rocca a noſtris recepta eſt* (ſcilicet de Vantra) Ex hac narratione liquet nullam Guaimario Capuæ principi juriſdictionem in oppida cœnobii Caſſinenſis fuiſſe, cum nulla ipſe ratione potuerit Roccam Vandræ Teani comitibus concedere, imo ejus Roccæ homines pacta cum Abbate directo eorum Domino, non cum Guaimario inire. Oſtendimus enim cum de diviſione Beneventani principatus a Radelchi, & Siconulſo inita nulli Cyſtiberinæ Italiæ principi Caſſinates fuiſſe ſubjectos, idemque ex allatis hactenus ineluctabilibus

Guaimarii principis auxilium a Caſſinatibus imploratum.

Digitized by Google

bilibus monumentis conſtat. Abbas quoque bona a Todino in oppido S. Eliæ, atque a primoribus Roccæ Vandræ in oppido Pinatarii poſſeſſa ob perduellionis crimen publicavit, Quid vero id eſt, quam ſupremi principis poteſtas?

Damna a Comitibus Aquini Caſſinatibus irrogata.

Cap. 69. hæc habentur apud Leonem Oſtienſem. *Interea & cum Aquinenſes Comites, & Comites de Sexto Pandulfi parti pro poſſe faverent, Laidulfus Teanenſis Comes Adenulfum, qui poſtea Dux Cajetæ fuit fratrem Landonis Comitis Aquinenſis, cum aliis non paucis, apud Teanum captum in Guaimarii principis captionem tradiderat. Unde Aquinenſes Comites vehementer irati, aggregato tam Normannorum, quam noſtratium non parvo exercitu ſuper Teanum pergere diſponebant: ſed obſiſtente illis Abbate, fluvium tranſire nequibant. Cumque in Caſini campo per quindecim ferme dies hac de cauſa hoſtiliter reſediſſent in auxilium quoque Abbatis nonnulli milites apud S. Germanum commorarentur, ipſo die Kalendarum Majarum, conſilio habito, Cervarium oppidum expugnatum ire aggreſſi ſecum pariter Abbatem ire precati ſunt. Sed cum nil ibi agere potuiſſent ab inde revertentes ſubito prædicti adverſarii conſpiciunt, & vado fluminis quod per tot dies invenire nequiverant, extemplo reperto a loco, qui nunc pons ligneus appellatur, præcipiter tranſeuntes, Abbatem protinus capiunt, ejuſque ſociis partim captis, partim fugatis, nonnullos interimunt. Laudulfus vero Teanenſis Comes, qui hora eadem in Abbatis ſervitium venerat, eventum rei conſpiciens, valde perterritus, ita ut armatus erat, mox ad monaſterium aſcendit, & ut ſe in fide ſua reciperent, & Aquinenſibus Comitibus non traderent, precari, & obteſtari Monachos cœpit. Cumque nil timere illi ſuaſum fuiſſet a Fratribus, mandant e veſtigio Aquinenſes ad monaſterium, ut ſi eundem Landulfum eis contradere vellent, ipſi protinus Abbatem illis cum omni honore remitterent. Fratres autem ab Abbate commoniti nullo unquam pacto id ſe facturos renuntiant, potius ſe omnem monaſterii ſubſtantiam daturos, potius vitam propriam amiſſuros, quam ut homo in fide ſuſceptus ab eis proderetur, remandant. Ita demum Abbas Aquinum perductus eſt, et die ſequenti oppidum S. Angeli ſponte ad Aquinenſes defecit. Poſt paucos dies univerſi fratres, qui pedites incedere poterant Aquinum pariter properantes Abbatem ſibi reſtitui lacrimantes expoſtulant: ſed fruſtra precibus fuſis, et neque videndi illum, neque alloquendi eis conceſſa licentia ſine aliquo effectu ad propria repedant. Non autem multo poſt Guaimarius, quia non aliter potuit, Adenulfo prædicto cum ſacramento fidelitatis ſuæ Fratribus reddito Abbatem Monachis recollegit, poſt hac illum ad ſe e veſtigio convocans monet, ut ultra montes impiger vadat, omnique rei veritate Imperatori expoſita, vel illum ad has partes, ſi poteſt, ad ſui monaſterii liberationem perducat, vel militum ab eo auxilia inſtanter expoſcat, alioquin et monaſterium in proximo deſtruendum, et Principatum ſibi pariter amittendum oſtendat. Præbitis igitur a principe abundanter univerſis, quæ illi erant in itenere neceſſariis, duobus tantum Fratribus, & aliquot ſervientibus Abbas acceptis, marino itinere ad Romanum portum devenit, ubi fracta navi, & univerſis præter ſolos homines quæ ferebat, amiſſis, quibuſdam Romanorum nobilibus honorifice Romam deductus, ibique aliquandiu remoratus eſt, Poſt hæc præfati nobiles, equos illi, & quæque itineris neceſſaria ſatis liberaliter concedentes, eumque proficiſcentem honorabiliter deducentes, arreptum iter peragere non ſegniter adhortati ſunt. Illo itaque ultra montes profecto, gravis eodem anno Aquinenſes vexare peſtilentia cœpit, & uno de Comitibus Siconolfo nomine interempto, ad duo millia quingentos numero promiſcui vulgi conſumpſit. Prædicti igitur Adenulfus, & Lando defuncti Comitis fratres divinitus ſe percuti ob Abbatis injuriam pervidentes, moxque ad monaſterium ligatis collo reſtibus properantes magnis ſe vocibus in tantum virum graviter deliquiſſe, & tam venerabilem locum nequiter parvipendiſſe confeſſi, præfatum S. Angeli oppidum Monachis refutarunt. Protinus ergo Fratres nuntium ſuper hoc Abbati tranſmittunt, utque reverti ad monaſterium debeat adhortantur. Qui cum reverſus quingentis ſe comitantibus ex Lambardia militibus eſſet apud Patenariam cum Guaimario locutus e veſtigio ejus eſt conſilio gratia potioris exercitus ultra montes regreſſus &c.* Quid vero hac narratione clarius, quam ſcribit Leo Oſtienſis coevus author, ad ſupremam cœnobii Caſſinenſis, & abſolutam juriſdictionem demonſtrandam? cogebat exercitum, prælium contra Teani comites inibat, obſidebat oppida Cervarii, & S. Angeli ſibi ſubdita, quæ rebellaverant, quorum hoc in partes Comitis Aquinatis infenſiſſimi cœnobii noſtri hoſtis conceſſerat. Quamquam ab eodem poſtea eſt redditum. Ob quam oppidi S. Angeli perduellionem inquit Leo Oſtienſis cap. 70. *Poſt duos ferme annos, quod fuerat ultra montes profectus Richerius iterum majori ſatis exercitu congregato rediit, ſed nec cum eis Normannos aggredi Guaimario placuit. Tandem itaque univerſos Normannos, qui terras monaſterii retinebant, Abbati jurare fidelitatem faciens exercitum omnem ad ſua remiſit: Abbas vero ad monaſterium rediit. Inter hæc cum ſupradicti oppidani S. Angeli adhuc inquieti conſiſterent, & Aquinenſes ad ſe recipiendos rurſus ſollicitarent, Abbas reminiſcens qualiter olim ſuæ captionis tempore a ſe defeciſſent, congregatis Normannis, idem oppidum adiit, captiſque, ac depredatis cunctis eis primoribus muros in circuitu a fundamentis evertit, ſicque demum hactenus infidos, & inquietos, deinceps manere quietos coegit.* Ex quibus ſupremus etiam, atque independens cœnobii Caſſinenſis in oppido S. Angeli dominatus luce clarius conſtat cum comparato exercitu ad illud pergens Abbas ejus mænia ſolo æquaverit, & Princeps Guaimarius Nortmannos milites in Abbatis verba jurare adegerit. Quis neget ſupremam Abbatis Caſſinenſis, independentemque & abſolutam authoritatem?

Quæ deinceps Nortmanni in noſtram ditionem tentaverint hiſce verbis narrat Leo Oſtienſis cap. 71. *Porro demum Normannis arcem, quæ nunc S. Andreæ dicitur in ſuum refugium ædificare aggreſſis mandat Abbas ab incapto deſiſtere, ſed nullam inde obedientiam, nullam illi reverentiam voluerunt habere. Cernens itaque Abbas nullo ſe modo proficere, & Normannorum quotidie vires accreſcere decernit ultra montes ulterius huc non regreſſurus abire &c. Ecce nutu Dei non poſt multos dies Comes illorum Rodulfus nomine non paucis ſe militibus comitatibus* Res a Normannis tentatæ.

*ad*

Digitized by Google

*ad Abbatis curiam venit, eundem ut tunc putatum eſt Abbatem ſeu capturus, ſeu occiſurus: Sed dolor, imo dolus ejus converſus eſt in caput ejus. Cum enim foris eccleſiam juxta conſuetudinem, armis depoſitis, eandem eccleſiam cum omnibus pariter oraturus intraſſet, repente monaſterii ſervientes in ſimul omnes conveniunt, equos, & arma illorum capiunt, januas eccleſiæ claudunt, & campanas omnes ſimul pulſare incipiunt. Quod ſubito audientes reliqui civitatis homines valde perterriti, diverſis utique armati telis occurrunt, & reſeratis baſilicæ portis ingreſſi, Normannos ſolis ſpatis armatos invadunt, eoſque nunc ſeſe defenſare nitentes, nunc fidem Dei, quam ipſi dudum parvipendentes infregerant, fruſtra fuſis precibus implorantes, fugientibus cæteris quindecim ex illis obtruncant, ſolum Comitem ſalva manu ſupervenientes, Monachi capientes, eumque vix a tumultuaria manu eripientes; mox illum ſurſum apud monaſterium trudendum in cuſtodiam mandant. Quo facto, univerſam protinus terram in circuitu peragrantes, ac ſubita formidine captos aggredientes, preter caſtellum S. Victoris, & prædictam arcem S. Andreæ univerſa fere, eo die Deo auxiliante recipiunt. Deinde nihil morandum rati Comites Marſorum, & filios Borrelli cæteroſque monaſterii fideles in auxilium advocant, & prædicto S. Victoris oppido poſt paucos dies recepto, ad Roccam S. Andreæ in quo & uxor prædicti comitis, & Normanni cæteri ſe contulerant obſidendam expugnandamque proficiſcuntur. Cumque per dies ibi ferme quindecim reſediſſent, & tam loci munitione quam commanentium repugnantia prævalere minime poſſent, ſtomachati tandem Fratres, qui aderant adverſus obſidentes, jam qua ſi nona hora diei. Quid, inquiunt, moras in dies teritis, & nil omnino agentes, fruſtra tempus conſumitis? Inſurgite tandem, & omnes unanimiter arcem aggredimini, nihilque trepidetis, contra inimicos ſiquidem Dei, contra perjuros noſtros, contra latrunculos denique non plurimos vobis pugna eſt. Aderit Deus, & pater ſanctiſſimus Benedictus, qui & adverſariis noſtris fidei, ac perjurii reis dignam confuſionem, & victoriam nobis de juſtitia præſumentibus afferat. Hac adhortatione vehementer accenſi omnes, mox arma corripiunt, omnique conamine ab intus adverſariis reſiſtentibus, lapidibus, telis, atque miſſilibus arcem adoriuntur. Mira dicturus ſum: ſed abſque ulla prorſus cunctatione veriſſima. Denique cum ex utraque parte viritim lapides, ac jacula mitterentur, Normannorum tela, ſeu quelibet miſſilia de intus venientia noſtris permixta, veluti a vento quodam valido introrſus reducta in eos, qui ſeſe mittebant retorqueri, & plurimos ſauciare ceperunt. Quod Normanni cernentes, & voluntati Dei contraire ulterius non valientes, arcem protinus reddunt, ſeſeque monachorum manibus tradunt, a quibus vix defenſati inermes ad ſocios Averſam aufugiunt, equi eorum, arma, atque pecunia hoſtibus univerſa permiſſa, ſtatuentibus deinde Averſanis ſociorum injurias vendicare, Guaimarius obſtitit: ſicque beati Benedicti ope, & meritis ſuo juri terra hac ex integro reſtituta, ex tunc & deinceps a Normannorum infeſtatione Dei miſeratione quieſcit. Acta ſunt autem hæc de Normannorum expulſione anno Domini milleſimo quadrageſimo quinto.* Eadem narrat Victor III. in II. Dialogorum libro pag. 104. & ſeqq., ubi hæc ait: *Normannica cohors, quæ ob noſtram defenſionem admiſſa fuerat nobis infida, atque adverſa paulatim eſſe cœpit, quæ quotidie ad noſtram perniciem, ut canis, & ſerpens, modo hac, modo illa nobis auferens, ad dominationem ſui juris ſacrilega ducti cupiditate devolvunt. Unde factum eſt, ut ex tanta, tamque ampla poſſeſſione nihil aliud ad noſtri commodi uſus præter civitatem, quæ ad radicem Caſini montis ſita eſt cum quattuor, vel quinque Villarum fundis remanſerit &c.* Et infra: *Beatiſſimus pater Benedictus cuidam ruſtico in agello cujuſdam noſtræ Villulæ commoranti per viſionem apparuit, eique, ut egrediens ſe ſequeretur, juſſit. Cumque idem ruſticus ad eandem viſionem animum intenderet, viſum eſt ei quod beatiſſimus Benedictus cunctos Nortmannos, qui ejus bona invaſerant cum virga, quam manu geſtabat potenti virtute a finibus hujus terræ expelleret, eoſque vacuos rebus, oneratoſque ignominia a ſui hereditate monaſterii eliminaret.* Proſequitur deinde eadem, quæ Leo, narrare.

Nortmanni deriſi, vel fugati.

Caſſinates bona ſua recipiunt.

Capiunt caſtra S. Victoris, & Andreæ.

Hæc inde ſcribit Leo Oſtienſis cap. 72. *Denique ut hæc omnia Benedicti patris voluntate, & auxilio geſta credantur, nocte ipſa, quæ diem iſtam præceſſerat, cum quidam ruſticus de caſtello Cervario nomine Hieronymus in domu ſua quieſceret, videbat in ſomnis ſe per viam quæ a caſtro Mortula ducit, redire, cum ecce ſubito quidam monachus reverendi admodum habitus, quaſi feſſus itinere virgam manu gerens, illi in via conjunctus eſt &c. Perquiſitus de nomine, quod Frater Benedictus appellaretur, reſpondit, et iterum ſurgentes viam incipiunt. Cumque viam illam, qua ad Sanctum Andream pergitur Monachus fuiſſet ingreſſus, & quo tenderet fuiſſet a ruſtico percunctatus, hac, inquit, vado, quoniam in Arce hac proxima mihi aliquid eſt agendum. Experrectus ruſticus retulit Domino ſuo Mainardo archipresbytero quod viderat ſomnium, & die ſequenti Arx eadem ordine ſuprascripto recepta eſt. Hodieque ſuperſunt aliqui ejuſdem arcis incolæ, qui aſſerunt in ipſo gravi utriuſque partis conflictu vidiſſe ſe quendam Monachum viriliter contra Normannos pugnantem, ſuoſque enixius confortantem, cum nemo, qui tunc aderant Monachorum ſe illi pugnæ miſcuerit.* Aliamque viſionem refert a victore quoque III. relatam. Vid. Baronius an. 1045., ubi hæc referens, ſubdit: *Porro tantam Victoriam, quam abſque hominis nece Monachi obtinuerunt, non niſi ope S. Benedicti contigiſſe, quæ preceſſerunt viſiones oſtenſa viris juſtis ſignificarunt &c.* Et infra: *Et quidem exitus declaravit miraculum, cum qui Leones adverſus omnes alias ſe gentes exhibuere cum Monachis Caſſinatibus agni mitiſſimi extitere, ſicque extemplo perſpicuo fuerit monſtratum ad Barbaros debellandos, ſanctorum preces magis conferre quam arma.* Priuſquam vero hanc Baronius narret hiſtoriam ait: *Hoc eodem anno Nortmanni, qui potita Apulia terribiles redditi erant omnibus ob ingentem arrogantiam propter victorias partas vincuntur a Monachis Caſſinenſibus ope divina, Sancti Benedicti precibus implorata, res geſta memoria digna ſcribitur a Leone Oſtienſe epiſcopo &c.* Vid. Sigonius lib. 8. pag. 367. an. 1045. Mabillonius Annal. To. IV. pag. 469. Bouffiers de origine Regnorum Siciliæ, & Neapolis an. 1044.

Viſo Ruſtico exhibita.

Quaſdam inde donationes cœnobio Caſſinenſi factas narrat Leo Oſtienſis cap. 73. dum ait: *Hoc tem-*

Donationes Caſſinatibus factæ.

Digitized by Google

*tempore quidam viri nobiles de Aſculo ideſt Rolandus, & Atto, & Tedericus, & alter Rolandus obtulerunt beato Benedicto de cauſa juris ſui duo caſtella quorum unum dicitur Decinianum aliud Tribilianum cum eccleſiis, & cum univerſis omnino pertinentiis, ac poſſeſſionibus prædictorum caſtellorum, nec non & totam portionem ſuam de caſtello, qui vocatur Cabine, & alias per diverſa loca poſſeſſiones nonnullas, quæ eſt terra modiorum circiter duo millia. Hic Abbas fecit libellum Dayferio Comiti de Larino de omnibus eccleſiis, & rebus hujus monaſterii, quæ erant in eodem Comitatu, & in pertinentia Thermulenſi pro cenſu annuo centum biſanteorum. Eodem tempore Corbo quidam Aprutienſis obtulit monaſterio beati Benedicti, quod ſitum eſt in eodem comitatu, juxta fluvium Trontu, & huic cœnobio ſubjacet totam portionem ſuam de caſtello, quod dicitur Fanum, & de monte Domnelli cum omnibus omnino rebus, ac pertinentiis eorundem portionum ſuarum, quod ſunt modia terrarum tria millia. Similiter etiam fecit quidam Tedericus Aſculanus de integra portione juris ſui de duobus caſtellis, ideſt Pomonte, & octavo, terra videlicet modiorum quatuor millium. Guaimarius poſt hæc cum jam ferme annus elaberetur una cum Drogeno Normannorum Comite, & cum multis aliis capitaniis ad hoc monaſterium venit & eorum ſupplici valde rogatu, ut prædictus Comes (ſcilicet Rodulfus) abſolveretur, vix tandem impetratum eſt, ſacramento ab eodem prius exacto, ne unquam ulterius de aliqua hujus monaſterii pertinentia conquirenda, ſe intromitteret, neve Abbati, vel alicui ex parte hujus cœnobii talionem (ſcilicet parem vindictam, & in C. Teodoſiano lib. 9. l. 3. appellatur pena reciproci. Placuit hoc jus Rhadamanto, & auctoribus legum duodecim tabularum. Moſaica etiam lege probatum, dens pro dente, oculum pro oculo) pro hujuſcemodi facto, ſeu meritum aliquando retribueret, ſicque tandem libertati redditus, & mille tarenis, qui ea die a prædictis Capitaniis oblati fuerant, ab Abbate donatus, ita ad Socerum eſt Averſam reverſus.* Narrat Sigonius lib. 8. pag. 368. Guaimarium principem Caſinum adiiſſe Rodulfi libertatem ab Abbate impetraturus. Quo conſtat nullam Guaimarium Capuæ, Salerni, &c. principem habuiſſe in ditione Caſſinenſi poteſtatem. Ad quid enim preces adhibuiſſet pro Rodulfo Comite a ſubditis cœnobii Caſſinenſis capto liberando?

**Donatio Rolandi.** Rolandi, Sociorumve donationem ex regeſto Petri Diaconi nu. 377. fol. 164. hic pro more integram edimus.

*In Dei nomine ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni milleſimo quadrageſimo quinto, & dies menſe Julii per indictionem tertiamdecimam. Ideoque ego Richerius Domini gratia Abbas monaſterii S. Benedicti quod conſtructum eſt in Monte caſtri Caſini, ubi ſacratiſſimum corpus ejus humatum eſt. Declaro quia Rolando filius quoddam Otthoni, & Rolando filius quoddam Ferraci, & Atto, & Tederico, filius quoddam Mainardi habitatores de Comitatu Aſculo in amore Dei ferventes, & inſpiracione Dei compuncti bona, & ex ſpontanea ſuorum voluntate nullo cogente neque vim faciente per cartulam offercionis dederunt, & tradiderunt, atque conceſſerunt in prefato noſtro Monaſterio S. Benedicti de rebus proprietatibus eorum, quod eorum habuerunt infra Comitatu Aſculano, ideſt caſtello, qui dicitur Deciniano, cum ipſa eccleſia, qua intus in ipſo caſtello edificata eſt in honore S. Petri, cum datis, & libris & ornamentis eccleſiarum, & cum omni edificio de ipſo caſtello, quantum ad ipſum caſtellum pertinet, & alium caſtellum, qui dicitur Tribiliano cum ipſa eccleſia, qua intus in ipſo caſtello edificata eſt in honore S. Laurencii, cum datis, & libris, & ornamentis eccleſiarum, & cum omni edificio, quantum ad ipſum caſtellum pertinet, & foris ipſis caſtellis. In Ciniano, & in Collecelo, & Illometano, & in Carpeniano, & Collo Sarraceno, & in Monte Adammi, & in Noſula, & in ipſe Valli, & per eorum locis, & vocabulis, qui ſunt inter terra, & vinee, & terra culte, & inculte, & ſilve, & ſingule pecie adjuvante per menſuram inſimul faciunt modiorum duo millia. Sunt omnia iſte ſupraſcripta rebus per has fines. A primo capite fine habet Fulmetrone, de ſecundo latere fine habet claro, de alio latere fine clarata quomodo currit in claro. Et ſi amplius fuerit de ipſe ſupraſcripte rebus quod illorum pertinet per hereditatem aut per conquiſitum nullam reſervacionem, neque exceptuacionem exinde fecerunt excepto ipſo Polo de Trivio, cum quadraginta modiorum de terra, et ipſa illorum porcione de caſtello quod dicitur Cabbine, et cum omnibus edificiis quantum ad illorum porcionem pertinet. Nunc autem poſcentes noſtram excellentiam hii ſupraſcripti Rolando filio Ferraci, et Tederico filio Mainardi, et Ferraci filius Rolandi, et Sciolfo filio ſupraſcripti Attoni, ut faceremus illis aliquod ſcriptum, ne nunquam nos, aut noſtros ſucceſſores, aut pars noſtri monaſterii non habeamus poteſtatem de omnibus ſupraſcriptis caſtellis, aut terris cultis, et incultis ſubtrahere de predicto noſtro monaſterio S. Benedicti de Monte caſtro Caſino ſuper quem altario cartula offercionis poſuerunt. Talia denique nos qui ſupraſcriptus Richerius Abbas audientes convocabimus Fratres ſupraſcripti noſtri monaſterii, & inito cum eis conſilio, quod exinde facere deberemus, cunctis congruum paruit, ut illorum peticionibus acquieſceremus. Idcirco jam praphatus Richerius Domini gratia Abbas una cum conſenſu fratruum Monachorum noſtri monaſterii, quam et erga nobiſcum habendo Olaldo abboccatore ſupraſcripti noſtri monaſterii, et Sico judice, et idoneos homines, qui ſe nobis cum intereſſe dixerunt, ſicut in lege ſcriptum eſt, et per hoc ſcriptum firmamus vobis ſupraſcripti Ronaldi filio Ferraci, et Tederici filio Mainardi, et Ferraci filio Ronaldi, et Sciolfi filio Attoni ſupraſcriptis caſtellis cum omnibus ſupraſcriptis ſuis pertinenciis ſpondimus atque promittimus, ut neque nos qui ſupraſcriptus Richerius Abbas, neque noſtri ſucceſſores aut pars ſupraſcripti noſtri monaſterii nullo tempore habeamus poteſtatem de omnibus ſupraſcriptis caſtellis, neque de ſupraſcriptis illorum pertinenciis aut ſubjacenciis ſubtrahere, aut concedere, aut commutare alicui homini magna, vel parva perſona, ſed jure ſemper permaneat in ſupraſcripto Sancto monaſterio S. Benedicti, ejuſque Abbatibus, atque rectoribus ſint poteſtates dominandi, imperandi, ordinandi, & faciendi quidquid placuerint ſi autem nos qui ſupraſcriptus Richerius Dei gratia Abbas, aut noſtri ſucceſſores, aut pars ſupraſcripti noſtri monaſterii ali-*

*quid de omnibus ſupraſcriptis caſtellis id eſt Ciniano, & Tribiliano, & Gabine, aut de illorum pertinentiis, villis, terris cultis, & incultis, aut de Molendinis ſubtraxerimus, aut alicui magna vel parva perſona conceſſerimus, aut commutacionem fecerimus per qualecumque ingenium vel humana aſtutia, quatuor milia mancoſi auri pena nos qui ſupraſcriptus Richerius Domini gratia Abbas, & poſteros ſucceſſoreſque noſtros & pars ſupraſcripti noſtri monaſterii vobis qui ſupraſcripti Rainaldi, & Tederici, & Ferraci, & Sciolſi, veſtriſque heredibus componere, & dare obbligamus, & te Theofanius Clericus, & notarius ſcribere rogavimus. Ego Richerius Dei gratia Abbas ſubſcripſi.*

Tederici, Tederici donatio ex eodem regeſto nu. 376. fol. 163. a t. incipit.

*In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Anni ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt milleſimo quatrageſimo quinto, & menſe Junius per indiccionem decimamquartam. Quoniam profiteor me ego Tederio filius quoddam Mainardi, qui vocatur Bonacti propria mea bona voluntate hodierna die dono, trado, atque concedo, & judico pro redempcione anima mea, & pro redempcione de ſupraſcripto genitore meo, & de genitrice mea in ipſo monaſterio S. Benedicti, quod eſt in territorio Beneventano in loco, qui nominatur caſtro Caſino, dono, & confirmo & concedo in ipſa caſa S. Liberatoris, qua eſt de ipſo ſupraſcripto monaſterio, & ad domnus Richerius venerabilis Abbas a ſupraſcripto Monaſterio, vel ad poſteriſque ſucceſſoribus ſuis rem juris mei, qua mihi ſupraſcripto obvenit ex jura genitorem meum vel de meo conquiſito ideſt ipſa res meas in territorio Aſculano in locum ubi dicitur Pomonte cum ipſa mea porcione, & ipſo ſupraſcripto Caſtello de ipſa occleſia S. Ruſtici, qua in ipſo caſtello edificatum eſt cum omnia quantum ad ipſa mea porcione, & ipſo ſupraſcripto caſtello cum introitu, & exitu ſuo, cum omnia ſua pertinencia vel ſubjacencia quantum mihi pertinet, & habet finis fine ipſo Monte, qui vocatur Cocina, & quomodo pergit in rigo de Ariſi & quomodo vadit in Trivio de Mandariola, & quomodo pergit in Brecta & fine Brecta, & fine fluvio Tronto cum curſo aquarum, & fine ipſo rigo, qui currit inter Pomonte, & Meliano, & ipſa mea porcione de ipſo caſtello de Octabo, cum ipſa mea porcione de ipſa eccleſia Sancti Johannis, qua in ipſo caſtello edificata eſt cum omnia quantum ad ipſa eccleſia pertinet de ipſa mea porcione, & cum ipſa mea porcione de ipſo caſtello cum introitu & exitu ſuo, & cum omnia ſuper ſe vel infra ſe habentem in integrum, & cum omnia ſua pertinencia vel ſubjacencia, & habet finis fine Lava, & fine fluvio Tronto cum curſo aquarum, & fine ipſo colle qui vocatur Maracoci Griſiano, quomodo currit in fluvio Tronto, & fine S. Maximo, & quomodo vadit in ipſa Serra, & pergit in Lava, & ſunt omnia ipſe ſupraſcripta res infra iſte ſupraſcripte finis terram, & vineam, & ſilvam, & terra culta, & inculta pro menſura modiorum quatuor millia inter adunata, & exjunctata, & ſi amplius fuerit, nulla mihi reſervo ſed in integrum concedo in ipſo jam dicto Monaſterio, & omnia ſupraſcripta res infra iſte nominati finis cum caſe, & rebus cenſuite, cum caſe & rebus coloniciate cum caſe & rebus manualibus cultum, vel incultum movile, vel immobile omnia, & in omnibus, quantum mihi pertinet in ipſe ſupraſcripte finis ſic concedo, & trado, & judico in ipſo ſupraſcripto Monaſterio ſicut ſuperius legitur tantum ut ad diem praſentem habeas, teneas, & poſſideas a nullo homine vel meis heredibus ab ipſo ſupraſcripto monaſterio aliquando contradicentem, ſi quis vero contraire voluerit, promitto me ego ſupraſcripto Tederio vel meis heredibus ab ipſo jam dicto monaſterio ſtare, & defendere, & ſi defendere non potuerimus, aut ſi de iſta ſupraſcripta mea donacione impoſuerimus, tam ego ſupraſcripto quam meos heredes ab ipſo ſupraſcripto monaſterio Ferquido reſtituamus ideſt ſimiles manente cartula iſta in ſua firmitate, quem vero cartula iſta donacionis rogatus a ſupraſcripto Tederio ſcripſi ego Johannes judice, & notario, die menſi, & indiccione ſupraſcripta. Actum in Aſculo feliciter. Ego Tederio in hac cartula donacionis a me facta ſcribere rogavi. Ego Atto manu ſubſcripſi. Ego Albertus manu ſubſcripſi.*

Sequitur in eodem regeſto num. 375. fol. 163. hujuſcemodi Corbi donatio, Corbi,

*In Dei nomine ab incarnatione domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni milleſimo quinquageſimo, & regnante domno Henrico gratia Dei Imperator menſo Marcio, indiccione tercia. Ideoque ego Corbo filius quoddam Coni hodierna die propria mea bona voluntate pro mercede, & redempcione anima mea dono, & trado in monaſterio S. Benedicti de monte caſtro Caſino ad proprietatem de ſupraſcrito monaſterio poſſidendum ad ejus Richeri vir venerabilis Abbatis, vel ad poſteriſque ſucceſſoribus de res proprietatis meis, qua mihi Abrucci in hoereditate ejus. Eſt ipſa res mea in territorio Aprucienſes & in territorio Firmano in monaſterio noſtro Tenſen in locum, qui dicitur in Fano, & in Aquitino, & in Corneto, & in Maciano, & in Cretorio, & in Caſareco, & in Marcianello, & per aliis locis & vocabulis terra culta & inculte faciunt modiorum tria millia, & ipſa mea porcione de ipſo caſtello de Fano cum caſe, & intrinſecus caſe, & cum ipſa mea porcione de ipſa eccleſia Dei genetrice virginis Maria intus in ipſo caſtello edificatum eſt, & aliis eccleſiis ipſo ſupraſcripto caſtello cum introitu, & exitu ſuo, cum pertinencia, ſubjacencia ſua, cum molendini, ut molina cum forme deſerte, & cum ſedis, & in omnibus edificiis, & cum ipſa mea porcione de ipſo monte dompnelli cum caſe, & intrinſecus caſe, & cum introitu ejus, & exitu ſuo, cum pertinencia, vel ſubjacencia ſua, & ipſa mea porcio de ipſa eccleſia qua edificata eſt in honore S. Petri, qui dicitur in Campli cum omnia ornamenta eccleſiarum, & habet finis de capo fine finvio, & quomodo venit in rigo Forioſo, & quomodo venit in Capiſtrino, & pedo fine litore mare, & de uno lato fine fluvio Tronto, & de alio lato fine ipſo Farniolo, & ubicumque quaſita vel inventa fuerit de ſupraſcripta res ſic concedimus ad proprietatem poſſidendum ipſa ſupraſcripta res qualiter ſuperius legitur cum terra, & vinea & ſilva cum ſanctis eccleſiis, dotis, & cellis, vel ornamentis ejus ſimul de Pogia ubicumque fuerint, & de caſtella cum introitu & exitu ſuo cum pertinencia vel ſubjacencia ſua, & cum omnia quantum mihi pertinet vel pertinere debet, & cum omnia infra ſe, vel ſuper ſe habet in integrum ſic concedo ego ſupraſcripto Corbo in ipſo S. monaſterio ad proprietatem poſſidendum pro anima mea mercede a Domino acci-*

pere

Digitized by Google

*pere mereamur repromitto ego ſupraſcripto Corbo, & obligo me vel meis heredibus tibi ſupraſcripto Richerio vir venerabilis Abbas, vel ad poſteriſque ſucceſſoribus tuis, ſi de ipſa ſupraſcripte res quod ego in ſupraſcripto monaſterio pro anima mea judicavi amodo & in antea retollerimus, aut contenderimus, vel foras inde mittere preſumpſerimus qualibet ingenium, aut a qualibet homine defendere non potuerimus, aut noluerimus, aut contra hac cartula conceſſionis aliquam cauſacionem mittere preſumpſerimus pro qualibet ingenium, et nos culpabilis apparuerimus, ut componamus ego ſupraſcripto Corbo, vel meis heredibus pena auro mancoſi quinque millia tibi ſupraſcripto Richerio venerabili Abbati, vel ſucceſſoribus tuis in ipſo ſupraſcripto monaſterio componere obbligavimus, et cartula iſta conceſſionis rogatus a ſupraſcripto Corbo, et ſcripſi ego Atto Johanne et judice per indiccione ſupraſcripta. Actum in Apruncio. ✠ Signum manum Corboni qui hac cartulam iſta fieri rogavi. Ego Atto manu ſubſcripſi. Ego Feroni manu ſubſcripſi.*

Caſſinenſis Abbatiæ oppida mœniis circumdata.

*Abbas autem* (inquit Leo Oſtien. cap. 74.) *jamdudum ſuſpectam habens Normannorum nequitiam, ſingula monaſterii caſtella muris in giro munivit, ibique ruſticos, qui hactenus in Villis habitaverant manere conſtituit. Tunc etiam, et oppidum S. Angeli quod ipſe dudum deſtruxerat, muris amplioribus cinxit. Juxtaque ipſum pontem optimum ſuper Lyrim fluvium fecit.* Et Sigonius loc. cit. *Abbas autem fidei Nortmannorum diffiſus ſingula monaſterii caſtra muris in circuitu communivit, ibique agreſtes ex agris translatos conſtituit. Caſtrum etiam S. Angeli etc. muris amplioribus ſepſit etc.* Oppida munire magnum certe eſt ſupremi dominatus argumentum: hinc Zylleſius pag. 24. §. 8. de aliis quibuſdam eminentibus Abbatis ſui regaliis differens, iiſque enumeratis pag. 25. habet: *Quoad monitiones probatur primo ex antiquiſſimo S. Gregorii ſecundi documento, in quo habetur juxta regum, & imperatorum privilegia, ut nullus Dux, nullus Comes, nulla perſona eccleſiaſtica, ſive mundana in poſſeſſione, vel Allodio S. Maximini Montem ſive Rupem capere, vel munitionem in eis facere præſumat, niſi forte Abbas ejuſdem monaſterii propter metum Paganorum, vel propter incurſionem malignorum hominum ad tempus, donec tranquillitas pacis redeat ſe ſuos interim muniat. Secundo ex literis concambii inter Sigifridum primum Comitem Luxemburgenſem, & Abbatem Vikerum de anno 963. in quibus docetur monaſterium habuiſſe in edita rupe ad Aliſuntiam munitionem caſtelli quod dicitur Lucelenburghut hodie arx Luxemburgenſis &c. Tertio ex formula inveſtituræ regalium cum inveſtiatur in ea Abbas de oppidis ſuburbiis, caſtris, caſtellis, rupibus &c. Quarto ex eo quod ipſum Maximinianum Monaſterium velut oppidum ſeparatum, foſſas & menia ſua in circuitum habuerit, ut etiam num videtur, ſuburbia autem Maximiniana habuerint ſuos limites in ipſis portis civitatis Trevirenſis. In antiquiſſimis Theodorici Abbatis literis ante ſexcentos circiter annos editis, vocatur monaſterium S. Maximini caſtrum, & caſtellum S. Maximini, eo autem nomine vocari oppidum priſcis temporibus diſces ex Turonenſi l. hiſt. 8. cap. 15. Ubi oppidum Gnodium vocat Epoſium caſtrum, & ex teſtamento S. Willibrordi apud Scribanum in orig. Antuerp. c. 5. ubi Antuerpe caſtellum eſt oppidum Antuerpienſe, & ex donatione Robingi anno DCCXXV. facta apud Miraum in Notis Eccl. Belgic. c. 15. ubi idem oppidum vocatur caſtrum Antuerpis, & ex literis Caroli Magni apud Miraum loc. cit. c. 23. quibus Urbs Aquiſgranum dicitur caſtellum. Litteras Theoderici habes ſub num. 28. quas lege, & diſces monaſterium S. Maximini fuiſſe ab antiquis temporibus locum munitum, & oppidum ſuis propriis mœnibus portis excubiis diſtinctum a civitate Trevirenſi &c.* Leo Marſicanus villas a caſtellis diſtinguit, nam caſtellum oppidum eſt foſſa, valloque munitum; Villa vero oppidum apertum nullis męniis, foſſaque vallatum. *Villa nullam habent juris propriam ditionem, ſed ſubſunt alicui caſtro, vel civitati l. nonnulli §. fin. de Epiſcop. & Cleric. & in ff. ad mun. l. 1. §. qui ex vico Bart. in Extravag. qui ſint rebelles. At Galli Urbes etiam villas vocant.* Illud hic quoque obſervandum, caſtra, ſeu oppida ditionis Caſſinenſis a Monachis non ab accolis fuiſſe edificata. — Differentia inter Caſtellum, & Villam.

Ducangius de caſtello hæc ait. *Caſtrum antiqui oppidum vocabant in alto poſitum cujus diminutio facit Caſtellum. Quo ſenſu Hirtius dixit caſtella complura locis editis poſita. Gloſſar. Lat. Græc. Caſtellum municipium, Ugutio: Caſtrum, quod in loco alto ſitum eſt, quaſi caſa alta, unde caſtellum. Salvianus lib. 5. ſicuti ſolent hi, qui hoſtium terrore compulſi ad caſtella ſe conferunt &c. Guibertus Abbas Novigenti de laud. beata Maria cap. 7. Caſtellum autem ex vallo, & muro, turrique conficitu r, & idipſum a Caſtrando, & coercendo vocatur.* In voce vero Caſtellatio ſcribit: *Seu Caſtelli edificatio ſine licentia, & permiſſu principis, & cæterorum majorum criminum cognitio ipſum ſolum principem ſpectat, ut eſt in legibus Henrici primi regis Anglorum &c. Porro Caſtellum edificare non licet abſque licentia Domini ſuperioris &c.* Et in voce caſtra ait. *Vocabant ſcriptores medii avi urbes, qua civitatis, ideſt epiſcopatus, jus non habebant.*

Infenſiſſimus Caſſinatium hoſtis Pandulfus *expulſos hinc Normannos* (ut ait Leo Oſtien. cap. 75.) *accerſit, eiſque univerſam hujus monaſterii terram, de qua projecti fuerant, facile ſe reſtiturum promiſit, ſi ei contra Guimarium ferre vellent auxilium. Quibus id libentiſſime pollicentibus mox adunato tam illorum, quam ſociorum non parvo exercitu, terram iſtam ingreſſus, ad primum oppidum S. Petri in Flea (erat monaſterii tentoria figit futurum ut, niſi Deus impediret, cunctam ex integro terram pervaderet. Iterum igitur fuga, iterum tribulatio, & pavor ingens adeo totam terram invadit, ut aliquantorum fidelium domus ſurſum juxta monaſterium ad ejus defenſionem tunc fuerint ordinata. Et quia jam nullum ab homine ſperabant auxilium, mandat fratribus Abbas ut opem ſuper hoc divinam expeterent, & diſcalceatis pedibus, cum letaniis per omnes montis eccleſias pergerent. Cognitis his Adenulfus* (Aquinenſis Comes & Dux Cajetæ, qui erat captus apud Guaimarium) *mandat Guaimario, ut ſi ſe demittere vellet, ipſe protinus Pandulfi incepta deſtrueret, ſibique fidelitatem perpetuam & monaſterii beati Benedicti omnimodam defenſionem jurare inviolabiliter ſpondet &c. Factum eſt, & dimiſſus Adenulfus, pacto, quo idem ſtatuerat, ad Abbatem protinus venit, rem omnem aperuit. Mane cum* — Pandulfus Normannos in Caſſinenſes educitat.

*maxima lætitia cunctorum ad monaſterium aſcendit,*
*ac ſuper altare beati Benedicti aureum calicem im-*
*peratoris, & pluviale Diaſprum &c. devotus repo-*
*ſuit, ibi eum Abbas, & equo optimo, & armis præ-*
*cipuis cum inſigne* (ideſt Inſegna, Bandiera) *pul-*
*cherrima donans, monaſterii defenſorem illum con-*
*ſtituit. Mandat protinus Pandulfo ſe eſſe reverſum,*
*defenſorem ſe monaſterio datum, quam citius poteſt*
*de monaſterii finibus exeat, niſi forte velit, ut ipſe*
*turpiter illum expellat. Nullatenus id credente Pan-*
*dulfo intra biduum Adenulfus tam ex propinquis,*
*quam ex amicis exercitum non modicum aggregat &*
*congreſſurus die altera cum Pandulfo in campo, qui*
*ad Perticellas vocatur, tentoria locant. Quo viſo*
*Pandulfus ſtatim confuſus receſſit: Adenulfus vero*
*cum pace ad Cajetanum Ducatum, quem Guaima-*
*rius illi firmaverat rediit.* Et cap. 77. hæc ſcribit.
*Quidam poſt hæc propinqua ſuo nomine Ardemando,*
*quem in rocca, quæ Vantra dicitur, Abbas ad cu-*
*ſtodiendum poſuerat, Teanenſes comites, & mu-*
*nera maxima, & ſororem ſuam daturos ſe in conju-*
*gium, ſi roccam eamdem illis traderet, inſtantius*
*polliceri callidus ille cuncta promittere. Nocte con-*
*dicta venientes eos clam intromittere ſpondet. Cum-*
*que ad locum, & horam diſpoſitam ventum fuiſſet,*
*Laidulfum unum ex eiſdem comitibus cum aliquot*
*militibus intromittens, portas ſubito claudit, uni-*
*verſoſque illos pariter in vincula conjecit, cæteri ve-*
*ro repulſi ad ſua ſunt cum digna confuſione reverſi*
*Poſtmodum vero rogatur a Guaimario Abbas per*
*Guidonem fratrem ſuum, & comitem Rainulfum,*
*& Leonem de Manſo illuſtrem virum quos pariter ad*
*eum miſerat, ut comitem fratribus redderet, ne-*
*quaquam congruum ducens tantorum virorum ſper-*
*nendas preces, accepto a prædicti comitis fratribus*
*Sacramento, ac refutatione cum obligatione centum*
*librarum auri, fecit quod fuerat poſtulatus. Quam*
*rem prædictus Ardemannus indigniſſime ferens, ſe-*
*que in eadem rocca protinus rebellans, Normannis*
*eam tradere minabatur. Abbas vero nequaquam*
*moratus, congregatis aliquot militibus ad roccam*
*acceſſit, eundemque Ardemannum ad colloquium*
*ſuum deſcendere multis precibus, ac pollicitationibus*
*vix aliquando tandem optinuit, ſed cum magnis ra-*
*tionibus, maximiſque blanditiis illi ſatisfacere, &*
*eum placare nullatenus poſſet, cernentes hoc qui*
*cum Abbate erant milites, eum protinus capiunt,*
*& niſi roccam illis quanto citius reddat, mortem illi*
*preſentem minantur. Cumque vir peſſimus nec*
*ſic adquieſceret, ſeque malle necari, quam roccam*
*reddere teſtaretur, eundem mox ſuper crates li-*
*gneas alligantes ad expugnandam roccam unanimi-*

Milites Caſinatum expugnant roccam Evandri.

*ter armis inſtructi accedunt, cum nequam ille, dia-*
*bolo plenus, ſuis vociferando clamaret, ut prius ip-*
*ſum opprimerent, quam roccam alicui redderent.*
*Illi autem, qui in arce erant, ab Abbate commoniti*
*pariter, & exterriti, mox portas aperiunt, &*
*Abbatis proſtrati pedibus indulgentiam poſtulantes,*
*Roccam illi ſine mora reſtituunt.* Ex hac etiam nar-
ratione tum ſuprema Abbatis Caſſinenſis poteſtas,
tum Guaimarii principis nulla in ditionem Caſſi-
nenſem juriſdictio luculentiſſime demonſtratur.
Abbas enim exercitum ad roccam expugnandam
cogit, & Guaimarius fratrem ipſum ſupplicem
ad Abbatem miſit, ut Laidulfum liberaret.

Juramentum comitum Teanenſium.

Juramentum comitum Teani ex regeſto Petri
Diaconi num. 623. fol. 256. eſt hujuſmodi. *Pro-*
*mitto, & juro tibi D. Richerio venerabili Abbati de*
*monaſterio S. Benedicti monte caſtro Caſino per*
*Deum patrem omnipotentem, & filium ejus,*
*& Spiritum S. Trinitatem inſeparabilem, & per vi-*
*vificum lignum S. Crucis, & per omnia quæ ad*
*fidem Chriſtianitatis pertinet: & per iſta quat-*
*tuor ſancta Dei evangelia quod amodo, & ſemper*
*non ero in facto, neque in conſilio, vel conſenſu, ut*
*vitam, vel membra, neque integram Abbatiam S.*
*Benedicti, & de omnibus pertinentiis, vel adja-*
*cenciis ſuis perdatis, aut comprehenſi ſitis & abre-*
*nuncio me nunc de Caſtello, & rocca de Vantra, &*
*de omnibus pertinenciis, & ſubſtanciis ſuis, ut amo-*
*do, & nullo adveniente tempore neque per nos, ne-*
*que per ſummittentem perſonam ex noſtra parte, ne-*
*que contra partem ſupraſcripti veſtri monaſterii S.*
*Benedicti, nec tollere, neque diminuare, aut ca-*
*lumniam exinde aliquam facere vel quærere preſu-*
*mamus, ſed ſemper taciti, & quieti exinde maneca-*
*mus. De rebus vero S. Benedicti, & hominibus*
*tam liberi, quam & ſerbi quem habetis infra ipſo in-*
*clyto comitatu noſtro Tianenſe, tam intro civitatem,*
*quam & de foris nullam violenciam facimus, nec*
*facere permittimus, nec injuſte aliquid tollere exin-*
*de. Et ſi vos vel monachos aut homines ſupradicti*
*monaſterii S. Benedicti contra nos, vel contra no-*
*ſtros homines reclamacionem habueritis de terris vel*
*caſis, aut de aquis vel molendinis, aut ſedilibus tam*
*de planis, quam de montibus veram legem vobis ex-*
*inde judicamus, & facimus, & facere faciemus,*
*& complere faciemus uſque ad finem perfectum, &*
*de hoc quod veſtri homines comprehenderunt Landol-*
*fum comitem fratrem noſtrum in rocca de Vantra,*
*& tenerunt; nec ego, nec ullum hominem per noſtra*
*juſſione, vel imperacione aut conſenſionem, nec vo-*
*bis, nec alicui homini aliquod malum non reddimus*
*aut reddere faciemus, aut conſentimus reddere.*
*Hæc omnia obſervabo ego tibi D. Richerio venerabili*
*Abbati de S. Benedicto de monte caſtro Caſino abſque*
*omni fraude, & malo ingenio, & mala decepcione.*
*Hæc omnia ſervabo tibi ſalva fidelitate domni Guai-*
*marii principis.*

Henrici Imperatoris in Caſſinum adventus.

Narrat deinde Leo cap. 80. Henrici III. Impera-
toris ad nos adventum hiſce verbis. *Poſt hæc ſum-*
*pto exercitu Imperator ad hoc monaſterium venit,*
*& cum omni honore receptus a fratribus planetam*
*purpuream optimam auro, ac gemmis ornatam ſu-*
*per altare cum altero pallio optimo poſuit, in capitu-*
*lo vero auri libras aliquot fratribus obtulit, ſeque illis*
*devotiſſime commendans, Capuam abiit &c. Ibi e-*
*tiam præceptum aurea Bulla ſignatum, Abbati Ri-*
*cherio juxta imperialem conſuetudinem fecit, &c.*
Hujuſce privilegii meminit Baronius ann. 1047.
Mabillonius Annal. Tom. IV. pag. 482. & Sigonius
lib. 8. p. 372.

Ejus privilegium.

Privilegium Henrici imperatoris authenticum
in noſtro tabulario aſſervatur.

*In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Hein-*
*ricus divina favente clemencia Romanorum impera-*
*tor Auguſtus. Oportet imperialem magnitudinem*
*Deo famulantum preces obaudire, & quicquid pe-*
*tierint amore ſanctorum, quorum veneratione loca di-*
*cata ſunt, ubi greges Dei divina miſeratione famu-*
*lari procurant libenter obtemperare, atque munera*
*erga eadem loca ad percipiendam divinam retribu-*
*tionem*

Digitized by Google

tionem conferre. Quantoſtudioſius hoc quis procurare contendit, tanto certius Dei miſericordiam ſe promereri gaudebit. Igitur cunctorum fidelium S. Dei eccleſiæ noſtrorumque præſentium ſcilicet, ac futurorum ſolers induſtria noverit, qualiter nos pro amore divino, animæque noſtræ remedio, tum ob petitionem venerabilis Abbatis Richerii cœnobio S. Benedicti, cui idem præeſt ſitum in caſtro Caſſino juxta præceſſorum noſtrorum præcepta ſcilicet Caroli, Lotharii, Ottonis per hoc noſtræ auctoritatis, immo et confirmationis præceptum, omnes res, & poſſeſſiones, quæ prædicto venerabili loco pertinent confirmare, & corroborare decrevimus, cum ſervis, & ancillis, aldianis, mancipiis cartulatis vel offertis, terris, & vineis, ſilvis, montibus, planitiebus, pratis, aquis, aquarumque decurſibus, atque piſcationibus, quæ omnia videntur eſſe infra fines Capuani, ſive Beneventani principatus, nec non cum univerſis rebus, & pertinentiis, quas ab antiquis temporibus habere vel detinere videtur infra fines inferius memorandos, ſcilicet infra flumen Carnellum, & finem, qui vadit per Bantram, uſque in rivo ſicco aſcendentem uſque ad eccleſiam S. Martini, & ſicut pergit per Criſtam ſancti Petri; a ſecunda parte eſt finis per Serram de monte Ciſino, & ſicut pergit per Serram de monte Aquilone, uſque ad lacum de Pupplo, & quomodo pergit ad lacum Vitecoſum, & vadit recte ad aquam fundatam, & ſalit per monte ſuper caſale, & pervenit ad Vadu fluvii, qui dicitur rapidus, & ſicut vadit per Serram de monte Caballo uſque in lacum, qui dicitur Benafrani, & uſque per Serram de monte Rendenarii majoris, & vadit in lacum, qui dicitur Cominenſe uſque in capite Mellarini, & pergit per Serram de Petra ſcripta uſque ad Serram montis Ordicoſi, & pergit per peſclora Falconarii, & pervenit ad duos montes, quorum unus vocatur Spinacius, & alter Porcacius, ſive uſque ad cacumen montis, qui dicitur Caira, & pervenit ad Petram ſuper aquam vivolam, & aſcendit ad collem qui dicitur Gimberoſi. De tertia parte finis, qui deſcendit in quirquitulo, & in foſſato juxta S. Damaſum, & vadit directum in ſilicem, & ad arcum Gizuli, & qualiter pergit ad lacum, qui dicitur Radem-prandi, & in Farnetum, atque per caput Rivuli, qui dicitur Marocza, ſicut deſcendit in fluvium Carnellum, & aſcendit per ipſum fluvium ad aquam, quæ dicitur Coſa, & ſalit per montem S. Donati, de quarta parte finis eſt media ſerra de eodem monte S. Donati, & deſcendit per monticellos de Marri uſque ad Peſclos, qui ſunt ad pedes montis de Balboba, & ſicut vadit per duos Leones, & inde ſalit per ſerras ſuper caſale, & deſcendit per ipſum montem uſque ad villam de Gareliano, & uſque ad criptam Imperatoris & aſcendit per eundem fluvium, uſque ad priores fines. Nec non in ambobus Ducatibus ſcilicet Spoletino, atque Firmano, ſeu infra omnes fines noſtri Italici regni, quicquid viſum eſt pertinere ad prædictum monaſterium S. Benedicti vel ad monaſterium S. Archangeli Michaelis ſitum in locum, qui dicitur Barejum ſuper fluvium Sangrum, quod venerabilis memoriæ Otto ſereniſſimus imperator eidem monaſterio liberali confirmatione habendum delegavit. Inſuper etiam imperiali noſtra auctoritate confirmamus omnes res jam dicti monaſterii S. Michaelis in Marſicano comitatu, cellam S. Benedicti, & cellam Sancti. Mariæ in Fundo Magno, & S. Eutitii in Areſtino, & Sancti. Pauli ſupra Marſicanam civitatem, S. Mariæ in Auritino, Sancti. Gregorii, Sancti. Salvatoris in Avezano, S. Antimi in Vico, S. Angeli in Alba, ſancti Angeli in Carciolo, nec non S. Sebaſtiani, & S. Angeli in Traſaquis, S. Coſmæ in ſilva, S. Benedicti in cella, S. Mariæ, S. Gregorii, S. Pauli, S. Leutii in Muſcuſi, S. Mariæ in Monteroni, S. Victorini in Celano. In Balbenſi comitatu cellam S. Patris, & S. Petri in Barbarano, S. Salvatoris ſupra flumen, S. Angeli ad aquam vivam, S. Angeli ad Floretum, S. Liberatoris inter aquis S. Mariæ in Canciniano. In Forconenſi comitatu cella S. Felicitatis. In Pennenſi autem comitatu cella S. Mariæ in Querqueto, & S. Gregorii, & cella S. Scholaſticæ, S. Benedicti in Muſcuſo, S. Angeli in Galbanico, S. Nicolai in Angremo, S. Salvatoris in Lucerolo, S. Martini in Salino, S. Mariæ in Maurino cum portu, & omnibus ſuis pertinentiis, S. Columbæ, S. Boniti S. Salvatoris in Serole, & unam eccleſiam infra ipſam civitatem, & cellam S. Salvatoris ſuper fluvium Tabe, S. Nicandri, ſancti Felicis in Montano S. Petri in Caſtriniano, S. Benedicti ad Novem, S. Felicis inter flumina, eccleſiam S. Thomæ cum ipſa Civitella, S. Valentini, S. Mariæ in Offano. In Abrutio cellam S. Angeli, in Marano S. Nicolai ſuper fluvium Trutino, cum omnibus cellis earumque rebus, ſive ſubjacentiis, cellam S. Laurentii, in Aſculo autem domini ſalvatoris cellam in caput aquis, S. Angeli de ſtabulo, & S. Angeli de Staloſiano, S. Petri in Pettignano, & res de Caſapenni, eas etiam de curte Adelbergæ de ſilva, nec non de Caſaluponi. In Comitatu vero Firmano monaſterium S. Mariæ juxta fluvium, qui dicitur Aſu, & cellam S. Benedicti juxta fluvium, qui dicitur Tiſinus, S. Benedicti juxta fluvium qui dicitur Truncto. In Comitatu Teatino eccleſiam S. Liberatoris cum quadraginta cellis, cella S. Angeli in Majella, S. Columbæ in Montecle, S. Juſtæ, & Caſtellum S. Angeli cum omnibus ſuis pertinentiis, & caſtellum S. Petri, & S. Januarii, & S. Demetri, & cellam S. Benedicti juxta fluvium Senella, nec non & res de comitatu Termolenſi, quas in prædicto monaſterio confirmamus. Quorum videlicet fines a capite finis Rivi plani, & a pede finis Marii de uno latere finis fluvii Trinii cum aqua ejuſdem fluvii, & portu ſuo de alio latere finis rivi, qui dicitur Tiale cum omnibus ſuis pertinentiis, cum caſtellis videlicet Petrafracida, ripa mala, monaſterium quoque S. Benedicti, quod ibidem edificatum eſt, & Fara, ripa Urſa, & Montem Bellum, Peſcoli, cum omnibus ſuis pertinentiis, ſcilicet eccleſiis, caſis, terris, vineis, aquis, molendinis, ſalectis, pratis, paſcuis, ſilvis, & aliam partem terræ in prædicto comitatu Termoenſi, juxta fluvium Bifernum, quæ habet fines rivum qui deſcendit in Caput finis rivi S. Gregorii, & in caput ipſius pertinentiæ, Sancti Gregorii a pede finis maris de uno latere finis fluvii Biferni cum aqua, & medietate. Portus, de alio latere finis rivi vivi, cum omnibus ſuis pertinentiis adjacentibus, & cellam S. Mariæ in Canneto, & S. Mariæ in Baretano, & S. Benedicti in Petenario cum omnibus cellis, & ſuis pertinentiis & S. Benedicti in Alarino, & cellam S. Euſtaſii & S. Benedicti in Benafro, & cellam S. Nazarii ibidem, & cur-

*tem de Capriato, S. Maria in Cingla, S. Sophia in Benevento, & S. Modeſti, cellam S. Benedicti in Salerno, & S. Benedicti in Aſculo, S. Cecilia in Neapoli, S. Maria in Banſe. In Capua vero cellam S. Benedicti, & S. Johannis, & S. Scholaſtica, & S. Heraſmi, in Liburia terra S. Benedicti cum cellis, & eccleſiis, atque vicis, cum ipſa piſcaria de Patria. In Calvo cellam S. Maria, & cellam S. Agapiti, & eccleſiam S. Laurentii. In Tiano cellam S. Benedicti cum omnibus pertinentiis ſuis, Caſtellum de Conca, & cellam de Ceſamo, & S. Benedicti in Sueſſa, & S. Benedicti, & S. Scholaſtica in Gaieta, & S. Gregorii in Termule ſancteque Trinitatis, & cellam S. Mauricii in Limata, S. Angeli in Cannucio, & S. Petri in Eſcleto, & cellam ſancti Benedicti in collo de inſula, cellam S. Silveſtri & S. Lucia in Arpino. In Sora eccleſiam S. Germani; in comitatu Cominenſe cellam S. Nazarii, & S. Valentini, & S. Salvatoris, & S. Maria in Gallenario, & monaſterium S. Pauli. Seu confirmamus ſibi omnes eccleſias, & res in quibuſcumque noſtris regni partibus ſibi pertinentes, vel in futurum concedendas, vel adquirendas omni publica exactione remota. Pracipientes itaque jubemus, ut nullus Archiepiſcopus, epiſcopus, Dux, Marchio, princeps, comes, Vicecomes, Sculdacius, Gaſtaldeo, nullaque noſtri regni magna parvaque perſona audeat, vel praſumat prafatum monaſterium, ſuumque Abbatem de prenominatis rebus moleſtare, inquietare, vel dilacerare, ſive monachos, & alios illius eccleſia ſubditos ad placitum, niſi ante noſtram vel illius loci Abbatis preſentiam provocare, ſed quiete, & pacifice, & Abbas, & monachi Deo famulentur, & adquiſitis, & adquirendis rebus fruantur ſub noſtra protectionis munimine conſiſtētes. Si quis autem quod minime credimus, hujus noſtri precepti temerarius violator extiterit, auri optimi libras mille medietatem camera noſtra, & medietatem pradicto Abbati ſuiſque ſucceſſoribus ſe compoſiturum recognoſcat, Quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inferius inſigniri manu propria corroborantes.*



*Signum domni Heinrici ſecundi Romanorum invictiſſimi imperatoris Auguſti.*

*Heinricus Cancellarius vice Erimanni Archicancellarii recognovi. Data tertio nonas Februarii anno Dominica incarnationis MXLVII. Indictione XV. anno autem domni Heinrici tertii ordinationis ejus decimo octavo, regnantis quidem octavo, ſed imperantis primo. Actum Capua in Dei nomine feliciter amen.*

In hoc privilegio exemplo prædeceſſorum Imperatorum, potiſſimum Caroli, Lotharii, & Orthonis omnia bona, caſtraque in univerſa Italia cœnobio Caſſinenſi ſubjecta ipſamque ditionem Caſſinenſem, cujus Giſulfianos fines deſcribit ampliſſime confirmat Imperator, jubetq; ne ullus unquam juriſdictionem, vel minimam in ea exerceat.

Caſtra non nominat intra fines Abbatiæ Caſſinenſis contenta cum illa generalibus hiſce verbis complectantur: *cum ſervis, & ancillis, aldianis, mancipiis, cartulatis, vel offertis, terris, & vineis, ſilvis, montibus, planiciebus, pratis, aquis, aquarumque decurſibus, atque piſcacionibus, qua omnia videntur eſſe infra fines Capuani, ſive Beneventani principatus, nec non cum univerſis rebus, & pertinenciis, quas ab antiquis temporibus habere, vel detinere videtur, infra fines &c.* Abbatiæ Caſſinenſis, quos deſcribit, intra quos compertiſſimum eſt ex ſuperius demonſtratis, caſtra, oppidaque tunc temporis extitiſſe plura. Henricus III. rex, & II. Imperator poſt mortuum an. 1039. menſe Junio patrem Rex evaſit, atque Imperator coronatus a Clemente II. in ipſo natalis domini die Romæ an. 1046. cum Agnete uxore ad an. 1056. imperavit. Vid. Baronius, Pagius, Petavius, Mabillonius ad cit. ann.

Nobilium quorumdam in Caſſinates machinamenta.

*Per hos dies*, ut ſcribit Leo Oſtienſ. cap. 82., *quidam Capuani Nobiles pro caſtro quodam hujus monaſterii, quod Conca vocatur, multas cum Abbate contentiones effecerant conantes, utique illud a monaſterii dicione ſubtrahere, & ad ſui juris uſus redigere, ſed cum Abbati nil prevalere valerent, quadam die, conſilio habito ſtatuerunt pradatum in terram iſtam venire. Decernunt igitur, ut adveſperaſcente die iter incipiant, & apud quandam Curtem ſuam in Teanenſi Comitatu parumper quieſcant, inde ſe tali noctis hora promoverant, ut ſummo mane monaſterii fines ingreſſi, & inſperato protinus irruant, & quantam magis ex ea predam potuerint agant. Venientes vero ad condictum locum, &c. circa mediam fere noctem aſcenſis equis aggrediuntur ire quo diſpoſuerant. Res mira, ſed omnino certiſſima, quippequa ab uno eorum, qui tanta equitatui interfuit mihi relata eſt. Ab illa itaque hora uſque ad crepuſculum iter conficientes, cum ſe jam veniſſe in finitima hujus terra putarent, atque ad diſcurrendum, ut pradantium moris eſt, ſe inſtantius prapararent, ſubito reſpicientes in eo loco, quo equos aſcenderant ſe reperiunt. Obſtupefacti &c. intelligunt tandem patris Benedicti meritis ſe noctis errore cœcatos, dum tanto temporis ſpatio recto ſe itinere gradi putantes pradictam Curtem girando ac regirando mane ſe inibi repperiſſent, ſicque confuſione pariter, & admiratione repleti, Capuam ſunt reverſi ipſimet palam omnibus referentes quaque ſibi contingerant.* Vid. Victor III. Dialog. lib. I. pag. 35. Peregrinius in Hiſtor. Princip. Lang. pag. 286. ubi oſtendit nobiles hoſce Capuanos ex Principum ſtemmate ortos.

Saraceniſcum cœnobio noſtro donatum hoc Pandulfi Diplomate.

Scribit deinde Leo Oſtienſis cap. 90. *Hoc etiam anno princeps Pandulfus junior fecit preceptum conceſſionis in hoc monaſterio de caſtello, quod Sarraceniſcum vocatur in confinio Cominenſi, cum omnibus adjacentiis, ſive pertinentiis ejus, quamvis idem caſtellum intra antiquos noſtri monaſterii terminos videatur eſſe conſtructum. Quem videlicet locum non multo ante Marſorum Comites Oderiſius, & Rainaldus, qui tunc Comino praerant per cartam oblationis, cum finibus, ac terminis ejus Beato Benedicto firmaverant &c.*

Pan-

Pandulfi conceſſio.

Pandulfi conceſſio authentica in noſtro tabulario aſſervata hæc eſt.

✠ *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni: Pandulfus, & Landulfus pater & filius, divina ordinante providentia Langovardorum gentis principes. Cum principalis excellentiis petitione dilecti ſui petenti clementer favunt nuc & ſemper. Quapropter noverit omnium fidelium noſtrorum præſencium ſcilicet, ac futurorum ſagacitas, quia domnus Richerius venerabilis Abbas monaſterii S. Benedicti ſitus in Monte caſtro Caſino dilectus noſter expetivit noſtra excellentia per Johannem filium cujuſdam Anloaldi noſter dilectus ut ob amore omnipotentis Dei concederemus, & confirmaremus jam dicti monaſterii S. Benedicti, in qua ipſe prefatus domnus Richerius Abbas praeſſe videtur, id eſt portum incipiente da Puſterola, qui eſt directe da Valneum ipſius monaſterii, & qualiter vadit uſque ad turre, qua dicitur allu Cantone ad S. Maria dell' Arcora. Iterum & concederemus præfati ſui Monaſterii albeum de flubio Vulturno directe, & per longitudo quantum tenet ſupraſcriptum portum. Ita & concederemus in prefato monaſterio ut licentiam abead pars ejuſdem monaſterii facere Arcora ſuper platea noſtra publica. Incipiente da porta clauſtre S. Benedicti, & qualiter vadit uſ. propiñ eccleſiam prefate Sancte Maria, & ab ipſa eccleſia Sancta Maria qualiter vadit platea ipſa uſque ad terram, & prẽ & caſa fabrĩ Landenolfi comitis Calacia, & ſuper ipſe Arcora facere hedificium. Nec non & concederemus in prefato monaſterio unum caſtellum, qui dicitur Sarraceniſcum cum ſuis pertinentiis qualiter parti noſtra reipublica pertinet, qua eſſe videtur ſupra gualdu S. Benedicti per hac finis, de prima parte terra ipſa abet finem foſſatum, qui pergit de Acze, & mittet in ipſum ribeum de felecte, & ſicut ipſum ribeum mittet in flumme, qui mellarino vocatur, & directe adſcendit in ſumma Serra de ipſu monte, qui ultra mellarino eſſe videtur, & ſicut ipſa Serra mictet in ipſa forcella de balbole, & mictet in ipſis ſaſſi de balbole, & directe mictet in ipſum rapidum, & commodo per ipſum rapidum aſſcendit in ipſum Monte de acze, & atraverſa per ipſum monte, & mittet in ipſum jam nominatum foſſatum quod eſt priore fine, de quibus petiit noſtra excellentia ut firmitatis apices in prefatum monaſterium de cuncta, ut ſuperius fieri juberemus, cujus peticio ob Dei amore libenter in prafatum monaſterium fieri juſſimus, per quos omnino ſancimus, & perpetualiter abendum noſtris, & futuris temporibus pars predicti monaſterii: Per hoc noſtrum rovoreum preceptum concedimus, & confirmamus in prefatum monaſterium S. Benedicti, id eſt jam dictum portum qualiter ſupradiximus, & jam dictum albeum de jam dicto flubio Bulturno directe & per longitudo quantum tenet ſupraſcriptum portu. Iterum & concedimus in jam dicto monaſterio, ut licentiam abead pars predicti monaſterii ſuper ipſa noſtra platea qua ſupra diximus facere Arcora & hedificium ſicut ſupra diximus, & in ipſa aqua, & albeo de jam dicte flubio Vultur. facere molina, & fuſaria, nec non & concedimus in prefato monaſterium ſupradictum caſtellum, qui dicitur Sarraciniſcum cum ſuis pertinentiis per ſupraſcripte finis, & indicacionibus, ut ſupra legitur, cunctum, & integrum ipſoque, & qualiter parti noſtra reipublica pertinet, ea omnia ſupraſcripta qualiter ſupra leguntur. In præfato monaſterio conceſſimus, & confirmavimus ad poſſexione præfati monaſterii, & de ejus Abbatibus & cuſtodibus, atque rectoribus ad habendum, & firmiter ſemper poſſidendum abſque contrarietate Comitis, Caſtaldeis, Judicis, vel Sculdais, ſeu cujuſcumque perſona homini contradicione. Quod ſi quiſpiam homo magna, vel parba perſona contra hanc noſtra concexionem noſtri precepti in quomodocumque violari preſumpſerit ſciad ſe eſſe compoſiturus auri puriſſimi libras decem medietate in Sacro noſtro palacio & reliqua medietate in prefato monaſterio ad ejus Abbatibus, vel cuſtodibus atque rectoribus. Et poſt ſolutam pena hac noſtra conceſſio de quibus continet firma permanead in perpetuum, & ut verius credatur hac noſtra conceſſio manus noſtra propria ſupſcriſſimus, & hec anulo noſtro juſſimus ſigillari.*




*Signum Domni Pannulfi Principi.*

*Et ex juxione prefata Serendiſſima poteſtatis, ſcriſſi ego Johannes notarius. Datum menſe December anno tricesimo ſexto principatus prefati domni Paldolfi, & hoctabo anno principatus prafati domni Landolfi filia ejus glorioſis principibus indicione octaba.* Adeſt ſigillum cereum.

Identidem in privilegiis Langobardorum principum, atque in Hiſtoria Leonis Oſtienſis Gaſtaldei, & Gaſtaldatus nominantur. Quid vero hæc ſignificant nomina videndum in notis Angeli de Nuce ad cap. 14. lib. 1. Chron. Caſſinenſis n. 596. & in Diſſertatione Camilli Peregrinii inſcripta: *Ducatus Beneventanus in antiquas Provincias attributus*: a p. 77. ad 90. ubi ſolidiſſima eruditione Gaſtaldorum dignitates, officia, juriſdictiones, perpetuitateſque deſcribuntur; & pag. 77. circa finem de Gaſtaldatibus loquens Peregrinius a Radelchi principe Siconulfo Salernitano principi datis ait: *Quid inquam per tales Gaſtaldatus denotare cenſendum eſt niſi plurium oppidorum quaſdam dixeris collectiones, & ſocietates ſingulis præſignioribus illis urbibus contributas, atque adſcriptas, Satrapias quaſdam, ac provincias expoſita ſuperius rationis conſiſtentes, ex quibus Siconolfo conceſſus principatus conſtabat Salernitanus. Sane haud aliud valet apud Petrum Diaconum in Auct. ad Oſtien. lib. 4. cap. 22. Gaſtaldatus Teramnenſis cujus primaria urbs Teramus, olim dicta Interamnia, cum promiſcue etiam appellaretur Aprutium, quaniam Pregutiorum fuerat Metropolis, Gaſtaldatui nomen dedit, unde tandem Aprutii provincia duplex inſtituta eſt, quia priſcos fines in conterminam regionem ea eſt denominatio ſupergreſſa &c.* Et fol. 79. *Nam Gaſtaldes nulla*

Quid Gaſtaldeus?

*nulla ambiguitate minores, & ſub Ducibus fuiſſe ex ipſa plurium Gaſtaldatuum in uno Beneventano Ducatu patet diſtinctione, quin Comitibus eos fere pares feciſſe videtur Auctor Hiſtoria Miſcella lib. 19. &c.* Et fol. 80. *Singulorum autem Gaſtaldatuum curam adminiſtrationemque penes ſingulos Gaſtaldos fuiſſe, ita certum eſt, quam quod certiſſimum &c. Qua poteſtas ipſis Gaſtaldis, quia erat decori, ſepe ob eam turba, vel inter propinquos per fas, perque nefas fuere excitata &c. Ejuſmodique dira ambitio Campanos pracipue Langobardos proceres vexavit &c. Namque Gaſtaldorum auctoritas, aut ſortis tantum illius fuit, qua in legibus Langobardorum lib. 1. tit. 34. & lib. 2. tit. 17. aliiſque in locis Gaſtaldi dicuntur circa regias caſas, & curtes, ſeu dicas villas, & pradia verſari: eccleſiaſticarumque rerum adminiſtratores ab Urbano II. nominantur cauſa 1. quaſt. 3. can. 8. Salvator, unde monaſteria Monialium ſuos etiam habuere Gaſtaldos &c. ſed Gaſtaldi ſunt quoque appellati, qui in ſingulis civitatibus civilem publica auctoritate gerentes magiſtratum, res curabant publicas, juriſque publici erant defenſores, quorum ſpecimen prafert antiqua cartula in archivo monaſterii S. Sophia, &c.*

*Urbis Beneventana mihi inſpecta in anno exarata 41. imperii Baſilii, & cum eo regnante Conſtantino fratre ejus menſe Februario ſecunda indictione Luceria, hoc eſt in anno Chriſti* 1013. *qua his verbis exorditur. Caſtald: Polcari, Johannes, Idvini, & Optabiano ordinati a Theodoro imperiali excubito Langobardia, & ſumus reſidentes in iſta civitate Luceria ad ſeniorandum judicandum, & regendum tunc ad noſtra poteſtatis palatium cecidit una caſa &c. Ex qua inſuper ad Gaſtaldorum quoque munus aliquando acceſſiſſe cognoſcimus, ut ipſorum fuerit judiciis praeſſe: quod in Cajetana quoque urbe obtinuiſſe municipales ejus leges typis jam pridem edita manifeſtant, iiſque pro ejuſdem publici muneris ſalario, vel dicas mercede, certos ſtatutos fuiſſe publicos redditus quod etiam num aliquibus in locis obſervatur &c.* Et fol. 81. *Gaſtaldorum autem munus cum fuerit ſubjectis populis jura reddere, judiciiſque praeſſe, quod praterea ex Pipini Regis conſtitutione aperitur legum Langob. lib. 2. tit. 52. l. 19. qua ſancit ut de univerſali populo, qui ubicumque juſtitiam quaſierint ſuſcipiat, tam a Comitibus ſuis, quam etiam a Gaſtaldeis, non tamen id abſque unius, ſive plurium Juriſperitorum, ut alibi exponam conſilio exercebant, &c.* Et pag. 83. in fine. *At Gaſtaldos preter Civilem obtinuiſſe aliquando poteſtatem etiam militarem lex declarat regis Rhotaris lib. 1. tit. 14. &c.* Et pag. 84. probat, Gaſtaldei dignitatem perpetuam fuiſſe. Illud vero ſilere non poſſum hallucinatum Peregrinium, cum ait: *Ex qua inſuper ad Gaſtaldeorum quoque munus aliquando acceſſiſſe cognoſcimus ut ipſorum fuerit judiciis praeſſe, quod in Cajetana quoque urbe obtinuiſſe municipales ejus leges, &c.* in legibus quippe Cajetæ Municipalibus hæc habentur de officio Caſtaldorum ſeu Centramorum, & Tubictæ cap. 182. *Solent etiam eſſe duo in civitate Cajeta, qui dicuntur Caſtaldi, ſeu Centrami, aut nuntii Curia, ut unus ipſorum debet eſſe Tubicta, & eorum officium eſt ſervire curia civili, facere mandata, citationes, & executiones ad mandatum dominorum Bajuli, & judicum, & vendere bona, & alia in publica ſubaſtatione, & emictere banna de mandato domini Capitanei, & dominorum judicum in opportunis, & in omnibus ſervire ipſis Judicibus, & ipſi univerſitati Cajeta. Et licet aliter ſervatum fuerit, ſtatuimus de eorum ſalario ad hoc, ut bene ſerviant, quod ille qui eſt Tubicta habeat, & habere debeat ab ipſa univerſitate Cajeta, de pecunia ipſius univerſitatis uncias tres & de pecuniis perventuum curia Capitanei uncias duas anno quolibet, & ſerviat ipſi curia in opportunitatibus ibi ſtando donec ipſa curia regitur, & bandiendo ubi opus fuerit. Et alius qui non eſt Tubicta habere debeat quolibet anno uncias tres de pecunia ipſius univerſitatis & ita in futurum obſervetur. Et eliguntur, deputantur, ponuntur, removentur, & mutantur ad arbitrium, & voluntatem dominorum judicum Cajeta. Et etiam ſolet eis dari ab ipſa univerſitate anno quolibet una veſtis, ſeu gabanum albi, & rubi coloris quartiatum ſecundum Diviſam dicta civitatis quo debent veſtiri, ut appareat quod ſint ſalariati, & deputati ad ſervitia dicta univerſitatis, & dominorum judicum, quibus cum ſolertia, & diligentia fideliter, & bono animo in omnibus opportunis occurrentibus ſervire debeant.* Quod caput ex Cajetanis ſtatutis jam olim typis editis exſcripſimus, ex eoque conſtat, Cajetanos Gaſtaldeos non præfuiſſe judiciis, ſed fuiſſe curiæ nuncios, ſeu famulos. Hincque corrigendus etiam Du-Cangius, qui a Peregrinio eundem errorem eſt mutuatus. Hic vero in voce Gaſtaldus, Caſtaldus, Caſtaldeo, &c. inquit: *Gaſtaldorum munus, & officium varium fuiſſe, & diverſum pro temporum, & principum ratione, docent ſcriptores, nam apud Langobardos, qui officio iſti nomen indiderunt Gaſtaldi primo dicti videntur, qui quaſi Cuſtodes, Actores ſive procuratores pradiis, aut Villis Regiis imponebantur, velut Oeconomi, aut Villici &c. Habuere etiam olim eccleſia ſuos Gaſtaldos &c. qui a ſcriptoribus Oeconomi, Advocati, & Vicedomini paſſim appellantur &c. Sed praſertim ita appellatos conſtat regionum, & urbium prafectos &c. Muneri adjungebatur Juriſdictio: Gaſtaldorum enim pracipue officium erat ſubjectis populis jura reddere, Judiciiſque praeſſe &c. eorum tamen Juriſdictio in plebem ſolummodo, & viliora capita porrigebatur, non vero in nobiles, aut vaſſos Dominicos, qui Ducibus, aut ſupremis provinciarum prafectis ſubjecti dumtaxat erant &c. Intererant placitis cum Comitibus, & aliis judicibus &c. Si bellum eſſet, ſubditos in exercitum conducebant &c.*

De dignitate, poteſtate, juriſdictioneque Comitum vid. Peregrinius loc. cit. p. 85. & ſeqq. & pag. 282. & ſeqq. de Stemmate principum Langobardorum; Angelus de Nuce in Digreſſione Philologica, & Hiſtorica de Comitibus lib. I. Chron. Caſſ. cap. 20. & Ducangius, qui in verbo *Comites* hæc ait: *Comites a comitando primum dicti aula Romana ac imperatorii palatii proceres quod ii principem ſectarentur, ejuſque lateri adhererent ſeu domi maneret, ſeu in expeditionem proficiſcerentur. Spartianus in Hadriano: Cum judicaret, in conſilio habuit non amicos ſuos, & Comites ſolum, ſed jure conſultos &c. hinc comites imperatorum, vel auguſtorum in veteribus inſcriptionibus paſſim Roma, &c. Poſtea cum ex eorum numero adſumerentur, qui ad provincias regendas mittebantur Comites illi*

Quid Comes?

non

*non amplius principis a quo aberant, ſed Provincia dicebantur quam ipſi cum comitiva dignitate gubernabant. Ita etiam qui ſacri palatii miniſteriis, ac officiis præficiebantur eorumdem miniſteriorum, ac officiorum Comites dicti, ut ex infra obſervandis conſtat &c.* Et poſt multa: *Comes, Comitus, Italis comito &c. qui turmis ac copiis militaribus in navigiis præeſt &c. Comites in Anglia appellantur Ducum, ut Vicecomites Comitum filii &c. Comes Ærarii, Comites Sacri, ac privati Ærarii ideſt Comites ſacrarum, &, privatarum largitionum &c. Comes annonæ, cui cura incumbebat annonam in urbem tranſportandi &c. Comites archiatrorum ſacri palatii, de quibus eſt titulus in Cod. Theod. & Juſtinianeo. Ita appellabantur ex archiatris palatinis ii, quibus imperatores comitiva dignitatem interdum primi ordinis, interdum ſecundi pro merito concedebant, ut liquet ex l. un. hoc tit. Apud Gothos ea erat iſtius dignitatis prærogativa, ut illius ſententia oborta de re medica quæſtiones dirimerentur &c. Comes caſtrenſis qui caſtrum a principe feudi titulo poſſidet, ut ejus guardiam ſeu caſtaldiam gerere debeat &c. Comes civitatis, qui in civitate judicis munus implet, eique præeſt, &c.* Et Mabillonius pag. 634. de re diplomatica: *Comites quippe in civitate, & circumpoſito pago juſdicebant in tota provincia Duces &c.* Poſtquam vero Ducangius plurium officia explicaſſet, qui Comitum nomine donabantur, ſubdit: *Comites Palatini generatim dicti, qui in palatiis regum militabant, ſeu qui in eorum erant obſequio, quos vulgò nude palatinos alii nuncupant &c. Comites palatini appellati, qui in regum palatiis juris auctoritate Judicum officio fungebantur &c. Cognoſcebant igitur Comites palatini de cauſis omnibus, quæ nullo medio ad palatium devolvebantur &c. cognoſcebant præterea de cauſis reipublicæ, ſeu publicis, ideſt quæ regem ſpectabant, aut regiam dignitatem, vel publicam utilitatem &c.* Et Mabillonius pag. 484. de re diplomatica habet: *Præſente rege Comites palatii res non judicabant, ſed controverſiæ ſtatum ei exponebant, ut ex placitis hic editis intelligitur &c. Erant denique certa cauſa, quæ ex principum privilegiis ſolum Comitem palatinum expectabant &c. Sedebant autem Comites palatini in palatio cum aſſeſſoribus, quos Scabinos palatii vocat Chronicon S. Vincentii de Vulturno &c. Neque tantum in palatio jus dixere Comites palatini, ſed etiam in provinciis &c.*

Proſequitur plurium aliorum Comitum munera explanare.

Pandulfus V. cum patre, & patruo Pandulfo II. ab an. 1020. ad 1022 imperavit, iterumque cum patre ab an. 1026. ad 1038. Tertium cum patre & filio Landulfo V. ab anno circiter 1047. ac demum cum filio ab 1049. ad 1057., quo obiit. Vid. Peregrinius in cit. ſtemate.

Anno 1055. Zaccus Adami filius oppidum Villæ Oliveti cœnobio S. Liberatoris dono dedit, ut hoc diplomate conſtat, cujus autographum in archivo noſtro aſſervatur.

Donatio Zacchi.

† *In Dei nomine ab incarnacione Domini Noſtri Jeſu Chriſti anni ſunt milleſimo quinquageſimo quinto, & dies . . . . menſe October per indiccione tercia, Ideo coſtat me Zacco Filius qd. Adammi declarabimus ſicut in edicti Langobardorum continet pagine, ut ſi quis qualecumque omo licencia, & poteſtatem abeat, & pro ſalute anima ſue in ſanctis locis cauſa pietatis, vel in exinedobio judicare voluerit, & quod indicaberit ſtabilem debeat permanere modo vero in ea bidelicet racione, ut amodo declarabimus vos, quia venit nobis egritudo mortis periculum tendere pro mercede, & redencione, & ſalbacione anima mea, & anima Adammi, qui fuit genitor meus, & Raynardi & Zarici qui fuit Germani mei Remgarda qua fuit genitrice mea, ut nobis dominus noſter Jeſus Chriſtus veniam retribuere dignaretur de peccatis noſtris, & ad ſuam ſanctam gratiam rebocetur, ut cum Dominus ad judicandum venerit mereamur audire vocem Domini venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi, ut cum venerit die illum futurum judicium mercede a Domino accipere mereamini, propterea dono, concedo de res mea in eccleſia beati S. Liberatoris qua ſita eſt ipſa eccleſia infra territorio Teatenſe, & in bocabulo ad radicem montis de Magella, & eſt in capite Alenti qua eſt cella beati S. Benedicti de monte Caſini, & eſt ipſa res mea infra territorio pinnenſe, & vocabulo de Oliveto cum ipſo caſtro, & cum muris, & carbonariis & cum introito, & exito ſuo, & cum omne ejus edificio quantum michi exinde pertinet, vel pertinere debet, & cum omnia ipſius pertinenciis, & ſunt in vocabulis bocabulo de caſale, & in bocabulo de cerquetu, & in cerretu, & in bocabulo de Boloniano, & de Berzano, & de Arene & de inſula munda, & de aliis locis, & bocabulis qua eſt per menſura modiorum tres milia & cum ſanctis, & cum omnia illorum ornamenta, & cum molina, & locis molendinarum, & cum omnia illorum edificiis quantum nobis pertinet vel pertinere debet, & capu fine via ſalaria, & pergit ad ipſe Murelle ad ipſa guardia, & quomodo pergit da ipſa, & venit in ipſo fluvio Lanora pede fine fluvio de Piſcaria uno later. fine rigo buboni, & pergit ad priorem finis, & de alio lato fine fluvio de Lanora, & ſunt infra ipſe fines & cum vineis pomis & arboribus ſuis, & cum omnia, & in omnibus quantum ipſa ſupraſcripta res infra ſe, vel ſuper ſe habentes in integrum, & in omnibus ſic abeatis vos ſupraſcripte caſe vel a tibi Venerabilis Abbas vel a poſteriſque ſucceſſoribus tuis, vel a tibi benerabilis prepoſitus Mainfredus vel a poſteriſque ſucceſſoribus tuis, quia nec per Launegild impuſo mercedem meam, & repromitto, & obligo me Ego ſupraſcripto Zacco vel meis heredibus ad vobis caſe Dei, & monaſteriis, & a ſucceſſoribus veſtris, ut ipſa ſupraſcripta mea judicacione, aut confirmacione, ſeu conceſſione ab omnis omines antiſtare, & defendere debeamus vobis ſupraſcripte Caſe Dei & ſi ab omnis homines antiſtare, & defendere non potuerimus aut non boluerimus, aut ſi exinde aliquod retollere, vel minuare preſumpſerimus, aut ſi ego ſupraſcripto Zacco vel meis eredibus contra vobis ſupraſcripte Caſe Dei, ut contra ac cartula, vel contra ſucceſſoribus de ipſa ſupraſcripta Monaſteria aliqua cauſacione mittere queſierimus, tam ego ſupraſcripto quam meis eredibus vobis ſupraſcripte Caſe Dei, vel a poſteriſque ſucceſſoribus tuis compñus vobis ſupraſcripte Caſe Dei a tibi Abbas, vel a tibi prapoſitus qui odie ſunt, vel a poſteriſque ſucceſſoribus veſtris pena auri obtimi monita ſolidos ſex milia, & poſt pena ſoluta ac cartula judicacionis, aut confirmacionis ſeu conceſſionis omni tempore ſemper firma, & ſtabilem permaneat, quem vero ac car-*

*cartula judicacionis , aut confirmacionis , ſeu conceſſionis rogatus a ſupraſcripto Zacco ſcripſi ego Trademannus judice & Not. dies iſtius menſe , & Indiccio a ſupraſcripta . Actum in Pinne feliciter .*

✠ *Signum manum Zacconis , qui ac cartula Judicacionis fieri rogabit , & ſignum crucis fecit .*

✠ *Signum manum Morelli teſte rogatus a ſupraſcripto , & ſignum Crucis fecit .*

✠ *Signum manum Rayneri teſte rogatus a ſupraſcripto , & ſignum Crucis fecit .*

✠ *Signum manu Luponi teſte rogatus a ſupraſcripto , & ſignum Crucis fecit .*

Hæc Zacci donatio preſentata fuit in proceſſu Litis inter Teatinos , & Caſſinenſes , quam infra referemus ſæculo XV. , eaque donatio an. 1468. probata eſt hac ſententia, quam executioni demandavit ipſemet fiſci Patronus : *Viſo quodam inſtrumento producto per Priorem S. Liberatoris olim die decima menſis Maji prima Indictionis* 1468. *in quo inſertum fuit privilegium Zachi qm. Adami ſuper conceſſione caſtri Oliveti cum omnibus pertinentiis ſuis certis finibus deſignatis &c.* Inter alias vero oppoſitiones huic donationi a patronis urbis Teate factis hæc fuit , ut ex Amici prioris S. Liberatoris an. 1468. facta petitione liquet : *Adveniente itaque die 23. menſis Maji prima indictionis Neapolis dictus Ven. Fr. Amicus Prior qui ſupra S. Liberatoris , aſſeruit olim apud acta produxiſſe inſtrumentum donationis factum per Zaccum de territorio Oliveti , in quo eſt Silva regia ſuper qua vertitur quæſtio , & quia per procuratorem partis adverſæ increpatur fides dictæ donationis propter incongruitatem ipſius donationis ad validationem ejuſdem produxit , & oſtendit plura alia inſtrumenta eidem Monaſterio S. Liberatoris facta de diverſis aliis bonis , quorum vigore dictum monaſterium plura alia bona aſſeruit tenere , & poſſidere , & ſic ad oſtendendum veritatem rei , et ſtilum , qui tunc ſervabatur in ſimilibus donationibus , inter alia plura inſtrumenta ſingulariter duo produxit , quorum copiæ ſequuntur inferius* etc. Ex hiſce inſtrumentis unum fuit donatio Roberti an. 1079. , & donatio Ripæ corbariæ an. 1104. a Comite Roberto cœnobio S. Liberatoris factæ , de quibus in laudata ſententia hæc dicuntur : *Viſa quadam petitione producta per Fratrem Amicum Priorem S. Liberatoris in effectu continentem quod ex quo procurator parti adverſæ nititur infringere donationem Zachi qm. Adami , quia in eadem apparet incongruitas grammaticalis ad clidendum hoc dubium , dicit monaſterium S. Liberatoris plures tenere , & poſſidere terras vigore ſimilium donationum , & ideo certa talia produxit privilegia incongruitatem grammaticalem continentia , quæ regiſtrata ſunt apud acta ipſius cauſæ &c.* Parcendum vero procuratori Teatino, quod barbaram vetuſti temporis inſcribendo conſuetudinem ignoraverit, de qua Ughellius Tom. VIII. in Archiep. Beneventi col. 75. ait: *In gratiam antiquitatis , ut præfatus ſum , hujuſmodi rubigines jam diu naufragantis , & pœne obliterata latinitatis tranſcribo , licet minus erit fortaſſe quod mireris in jam relato diplomate , cum majorem barbariem deprehendet quicumque Beneventanorum principum monumenta pervolvet .* Et col. 87. loquens de privilegio a Landolfo, & Pandolfo Monaſterio SS. Lupi , & Coſimi Beneventi ex Ordine S. Benedicti conceſſo ſubdit : *Et ſi , ut mos erat illorum temporum , latinitatem rudem diſſonamque per ſe ferat .*

Scripturæ antiq.; plenæ erroribus grammaticæ.

*Per idem tempus* , ait Leo Oſtienſis cap. 91. *præfatus Comes Tranſmundus graviter infirmatus , & Monachus effici cupiens, Richerium ad ſe venire rogavit . Qui ſeſe ſuppliciter tradens multamque illi pecuniam offerens , tria ſui juris caſtella S. Benedicto in territorio Teatino conceſſit , quorum vocabula ſunt mons Alberici , Friſa , & Muccla , cum portu , & piſcatione ſua , & cum eccleſiis S. Mariæ , & S. Luciæ , & S. Blaſii , & omnibus omnino rebus , & pertinentiis eorumdem caſtellorum , & eccleſiarum , quod ſunt quinque millia quingenti modii de terra , eccleſiam quoque S. Juſtæ cum omni pertinentia ſua , quod ſunt modii quingenti , ſimul etiam conceſſit huic monaſterio in territorio Pinnenſe , in caſtello , quod vocatur Laſtenianum , unam eccleſiam S. Nicolai , cum omnibus ſimiliter pertinentiis ejus, ideſt modii terræ tria millia &c.* Vid. Baronius ad an. 1055. ubi p. 125. de Electione Petri Abbatis Caſſinenſis loquens ait : *Erat plane magni ponderis opus Abbatem conſtituere Caſſinenſem , ut pote non tam monaſterii Abbatem , quam principem , qui quam plura caſtra, & oppida poſſideret , &c.*

Tranſmundus Comes quædam oppida obtulit hac Donatione.

Tranſmundi donatio ex regeſto Petri Diaconi nu. 371. fol. 161. a t. hæc eſt .

*In Dei nomine ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni milleſimo quinquageſimo ſexto , & Imperante dominus Henricus gratia Dei imperator auguſtus , anni imperii ejus in Italia & decimo , & dies menſe Octobris per indiccionem nonam Ideo conſtat nos Tranſmundo comes filius quondam Ottonis comes bona , & ſpontanea mea bona voluntate cogitavi mecum dies mortis , & eterna Judicii ſperavimus, atque deſideravimus Dei omnipotentis miſericordia , aut cum venerit dies futuri judicii mercedem a Domino Deo accipere mereamur , & mereamur audire vocem Domini quando Deus omnipotens , et dominus noſter Jeſus Chriſtus dignatus eſt dicere venite benedicti patris mei percipite regnum , quod vobis paratum eſt ab origine mundi , propterea ego ſupraſcripto Tranſmundo Comes pro redempcione , atque ſalvacione anima Ottoni Comitis , qui fuit genitore meo , et pro anima Giſle , quæ fuit genetrice mea , et pro anima mea , et pro anima Antiochiæ , quæ eſt conjuge mea , et pro anima de aliis parentibus meis dono , et trado , atque concedo in ipſo monaſterio S. Benedicti quæ ſitum eſt in territorio Beneventano in locum, qui nominatur caſtro Caſino , ubi nunc preſenti tempore venerabilis Richerius Abbas regimen tenere videtur ſic dono , et concedo in ipſo ſupraſcripto monaſterio S. Benedicti , et tibi venerabili Abbati , et a proprietate tenendum , et poſſidendum in ipſo monaſterio donavimus , atque concedimus ſupraſcriptum Cōms ipſa ſupraſcripta res in ipſo predicto monaſterio ad proprietatem poſſidere , dum et eſt ipſa res quæ ego ſupraſcripto in ipſo monaſterio concedo infra territorio Teatino de ipſo caſtello , quæ dicitur lo Monte cum ipſa eccleſia , quæ eſt edificata in honore S. Mariæ cum cellis , et dotis , et libris et oratoria , et cum duo millia mediorum de terra quæ habet finis capo fine terra S. Johanni pede fine terra Tranſmundi comes de uno lato terra S. Clementi et de alio latu terra Luponi , et Ardigi , et Banponi , et de alio caſtello quod nominatur Friſa cum duo millia quingenti, qui habet finis capo fine terra S. Joanni , pedes terra*

*Meru-*

Digitized by Google

*Meruli, uno lato fine Filtrino, et de alio lato lo Moru, et cum ipſa eccleſia de ipſo caſtello de Friſa qua eſt edificata in honore S. Lucia cum cellis, et libris, et dotis et oratoria, et cum alio caſtello della Muccla cum mille mediorum de terra, qua habet fini capo, et uno lato terra Transmundi Comes, uno lato fines Rigo de Argelli, et a pede finem lictore mare, et cum ipſo porto, es cum ipſa piſcacione, et cum ipſa eccleſia de ipſo caſtello della Muccla, qua eſt edificata in honore S. Blaſii, cum cellis et dotis et libris, et oratoria, et cum curſibus aquarum cum Molina, et locis Molendina, et cum omnia quantum apus molendinis pertinet, et cum introitis, et exitis ſuis infra iſte pranominata finis, una cum caſis, terris, vineis, & vineatice, & terre culte, vel inculte, pratis, paſcuis, riis, ſalectis, Cannetis, cum pomis, & arboribus ſuis cum omnia, & in omnibus quantum infra ſe vel ſuper ſe habent in integrum, & ſi amplius fuerit infra iſte finis, nulla reſervacione nec mihi non feci in integrum ſic trado, et concedo, ego ſupraſcripto Transmundo Comes ipſa ſupraſcripta res in ipſo pradicto monaſterio tenendum, et poſſidendum, et omnia faciendum ſicut de aliis rebus ipſius monaſterii S. Benedicti facere debet ita faciatis de ipſa ſupraſcripta res, cum ſupraſcripto Richerio Abbas, vel ſucceſſoribus tuis, ſine omne calumnia, ſic trado, et concedo ego ſupraſcripto Transmundo Comes et ipſam ſupraſcriptam res in ipſo pradicto Monaſterio ſecundum ſtatutum, legem noſtram Langobardorum ſi quis ſine dictis continet pagine, et pro quia dñus Liuprandus res in ſua capitulare inſtituit, ut ſi infans, et dñus Carolus Rex in ſua capitula ſic adfirmavit, ut qua heres ſua pro anima tradere voluerit abſolute faciat unuſquiſque de rebus ſuis quod velit et noverit. Propterea ego ſupraſcripto Transmundo Comes trado ipſa res pro anima mea et pro anima de parentibus noſtris ad proprietatem de pradicto monaſterio ad habendum, et poſſidendum quomodo prelegitur, ſi quis vero noſtra conceſſionis minoracionis, aut invaſione facere preſumpſerit aut diſturbare queſierit, ſciat in tremendi Juſti Judicis examinet cauſam nobiſcum dicturum atque per hac in ira ſumma, et individua Trinitatis incurrat, et deſcendat ſuper eum paternarum malediccione et habeat parte cum traditore Juda qui ab Apoſtolico agmine ſegregatus eſt, & cum impiis ſacrilegis ſequeſtratus pars illius ſit in ſtagnum ignis ardentis, & ſulforis inſuper & promitto, & obligo ego ſupraſcripto Traſemundo & omnes meis heredibus in ipſo ſupraſcripto monaſterio, & tibi venerabili Abbati, ut ſi aliquo tempore contra hanc cartula aliquam cauſacionis, aut diſturbacionis, ſeu invaſionis facere praſumpſerint, aut ſi de ipſa res retollere queſierimus cum et culpa noſtri claruerit componamus in ipſo monaſterio, & vobis per nominati, vel a ſucceſſoribus veſtri pena auri libre mille, & cartula iſta conceſſionis in ſupradicta racione omni tempore ſemper firma, & ſtabili permaneat. Quam vero hanc cartulam tradicionis ſeu conceſſionis rogatus a ſupraſcripto Transmundo Comes qualiter pralegitur, ſcripſit Ego Tetmari judice et not. & dies iſtius menſis Indicci: ſupraſcripta Actum in Teate feliciter.*

✠ *Signum manum Transmundi Comitis hac cartam conceſſionis fieri rogavi, & ſignum crucis feci.*

✠ *Signum manu more qui hac cartula iſta fieri rogavi a ſupraſcripto, & ſignum crucis feci. Ego Rainaldus manu ſubſcripſi. Ego Johannes.*

In eodem regeſto nu. 373. fol. 162. a t. hæc leguntur: *Breve recordationis qualiter illuſtriſſimo viro Transmundo Comes una cum conjuge, & domna Antiochia Comitiſſa de re, quod in S. Benedicto conceſſerunt pro redempcione anima eorum, & patrum & matrum eorum, & omnium ſuorum ſanguineum de caſtello, quod vocatur Muccla, ut omni tempore per ſingulos annos decem naves optime habeat in Portu, ſive Angonetana, vel Dalmatia aut Ravenniana eciam Apolitana, aut qualiter invenire poteſt de una quoque terra, ut domnus Richerius Abbas, qui nuper eſt praordinatus in monaſterio S. Benedicti ipſe jam dicto, & ſucceſſoribus ejus firmiter teneat, & in S. Benedicti ſervicio, ut dudum diximus ſine omne leſione, nec non & moleſtacione, ipſe jam dicte Naves omni tempore intacta & inleſa, atque onuſta permaneat. Transmundu Comes nimis peccator memor es mei Paſtor bone.* Illuſtriſſimi titulus longe antea tributus legitur generali Præfecto Perſiani Exercitus a legatis imperatoris Heraclii apud vetuſtiſſimum Alexandrinum Chrônicon ad an. 615. dum ajunt: *Quia tamen Sain Babmanzadago illuſtriſſimus Perſici exercitus Exarchus ad fines Chalcedonis acceſſit, & cum noſtro religioſiſſimo imperatore nobiſcum colloqutus &c.* ſequioribus vero ſæculis Ptolomæo Romano Conſuli tribuit Petrus Diac. lib. 4. Chr. Caſſ. cap. 61.

In eodem quoque regeſto nu. 374. fol. cit. altera *ejuſdem Transmundi donatio extat, qua incipit: In Dei nomine, ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni milleſimo quinquageſimo ſexto, & imperante domnus Inricus gratia Dei imperator auguſtus anni imperii ejus Deo propicius in Italia, & dies menſe Octub. per indiccione nona, Ideo conſtat me Transmundo Comes filius quoddam Ottoni Comitis bona, & ſpontanea mea bona voluntate tota cogitavi dies mortis, & eterni judicii ſperavi, atque deſideravi Dei omnipotentis miſericordia, ut cum venerit diem futuri Judicii mercedem a domno Deo accipere mercamur, & mereamur audire a Domino venite benedicti patris mei percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine propterea ego vero ſupraſcripto Transmundo comes pro redempcione atque ſalvacione anima Ottoni comitis, qui fuit genitore meo, & pro anima Giſla qua fuit Genitrice mea, & pro anima mea, & pro anima mea antiochia, qua eſt conjuge mea, & anima de aliis parentibus meis dono, & trado, atque concedo in ipſo monaſterio S. Benedicti, quod ſitum eſt in territorio Beneventano in locum qui nominatur caſtro Caſino, ubi nunc preſenti tempore venerabilis Richerius Abbas regimen tenere videtur, ſi dono, & concedo in ipſo Sſ. Monaſterio S. Benedicti, & tibi venerabili Abbati, & a proprietate tenendum, & poſſidendum in ipſo monaſterio, dono, atque concedo ſupradictum Transmundum comes in ipſa ſupraſcripta res, in ipſo predicto monaſterio, ad proprietatem poſſidendum, & eſt ipſa res, quod ego ſupraſcripto in ipſo monaſterio concedo fra territorio Pinnenſe de ipſo caſtella quod dicitur Laſteniano cum ipſa eccleſia, qua eſt edificata in honore S....... cum cellis, & dotis, & libris & oratoria, & cum ipſa pertinencia ſua qua eſt pro menſura modiorum tria milia capo fine terra Goſzoni, & de ſingulis hominibus, pede fine fluvio, pede* Altera Transmundi Donatio.

*de Piſcaria uno lato fine terra Perini, & de ſuis conſortibus, & de alio lato, & fine terra Atinolfi epiſcopi infra iſte prenominate fini una cum Caſis, terris, vineis, & vineatica terra culta vel inculta pratis, paſcuis, ſalectis, Canne, olivetis, cum pomis, & arboribus ſuis, cum omnia, & in omnibus quantum infra ſe, vel ſuper ſe habentes in integrum ſic trado, & concedo ego ſupraſcripto Transmundo comes ipſe ſupraſcripte res, & in ipſo predicto monaſterio tenendum & poſſidendum, & omnia faciendum, ſicut de aliis rebus ipſius monaſterii S. Benedicti facere debet ita faciatis de ipſa ſupraſcripta res tu ſupraſcripto Richerius Abbas vel ſucceſſores tui ſine omne calumnia ſic trado, & concedo ego ſupraſcripto Tranſmundo comes ipſa ſupraſcripto res in ipſo predicto monaſterio ſecundum ſtatutam legem noſtram Langobardorum, ſi quis ſine dictis continet pagine, & pro quia Domnus Liuprandus res in ſuo Capitulare ſic inſtituit, & quondam domnus Carolus rex in ſuo capitulare ſic adfirmavit, ut qui res ſua pro anima tradere voluerit, & abſolute faciat, unus quiſque de rebus ſuis quod velit, & noverit propterea ego ſupraſcriptum Tranſmundo comes trado ipſa res pro anima mea & pro anima de parentibus noſtris ad proprietatem de predicto monaſterio ad habendum, & poſſidendum quomodo perelegitur. Si quis vero hujus noſtræ conceſſionis, minoracionis aut invaſione facere preſumpſerit, aut ſturbare queſierit, ſciat ſe in tremendi juſti Judiciis examinat cauſa cum dicturus atque hanc in ira ſumma & individuæ Trinitatis incurrat, & a conſorcio Sanctorum ſit ſegregatus. Promitto, & obligo me ſupraſcripto Tranſmundo comes, vel meis heredes in ipſo ſupraſcripto monaſterio, et tibi domno Richeri venerabili Abbati tuiſque ſucceſſoribus, et ſi aliquando tempore contra hanc cartulam queſtionem movere, preſumpſerimus, componamus in ipſo monaſterio pena auri mille libras, et hanc cartulam conceſſionis omni tempore firma, et ſtabili permaneat, hanc cartulam conceſſionis rogatus a ſupraſcripto Tanſmundo comes ſcripſi ego Tetmarius judex, et notarius, menſe et indiccio ſupraſcripta. Actu in Pinne feliciter † Signum manu Tranſmundi comitis, qui hanc cartam fieri juſſit. Ego Morellus S. Ego Rainaldus S. Ego Johannes S.*

Etſi vero in his donationibus per Comitem Traſmundum factis anno 1056. habeatur mentio Richerii Abbatis, qui anno 1055. objerat, quia tamen Leo Oſtienſis ſynchronus author eidem Richerio factas refert in regeſto Petri anachroniſmum eſſe ultro lubenteſque fatemur, Indictionem tamen veram eſſe non inficiamur, quum in Regno Neapolitano in uſu ſæpe fuerit indictio Conſtantinopolitana.

Aliaque bona reſtituit Caſſinatibus. Demum vero idem Tranſmundus, teſte Leone Oſtienſi cap. 94. *Abſolutionis ſuæ cauſa Romam pergens, & fere omnia quæ Friderico abſtulerat referens, cum poſt magnam ſatisfactionem ſe abſolvi obtinuiſſet, ſuggerente eodem Friderico, atque Humberto conventus a Papa atque admonitus, caſtellum nomine Friſa, quod uxor ejus S. Benedicto conceſſerat iſque poſt ejus mortem invadendo abſtulerat in manu ejuſdem Papa (Victoris ſecundi) ſponte refutavit, & in jus monaſterii hujus reſtituit &c.* Vid. Baronius an. 1057. *Cartula memorationis, & teſtificationis, quod ſcribere facimus nos Sergi filius domni Campuli habitator de cibitate Gajeta de guadia, quod levabi inter domno Richerius Abbas cenobii S. Benedicti, & inter domno Marino Comes de cibitate Trijectu, qui ſe inguadiabit pro parte, & vice ſua, & de ſuis conſortes; ante preſentia, & juſſione domni Adenolfi glorioſi Conſuli, & Duci de cibitate Gajeta, & ibidem aderat domno Landolfus, & Landolfo filio ejus, & Atenolfo Comitibus de cibitate Sueſſa, & domno Adenolfo Comes de cibitate Cabinoli, & Decibili de domno Landolfo, & Marinus Coronella, & Docibili Capaccius de cibitate Gajeta, & aliis plures nobiliores hominibus, unde reclamabit ſupraſcripto domno Richerius Abbas ſecum abendo abocatore domno Lanfus cognomento Fuſcus filius domni Atenolfi de cibitate Capua ante preſentia ſupraſcripto Seniore ubi aderat ſupraſcriptis bonis hominibus, & oſtendebat manutenente ipſum preceptum, quod Carulus Imperator fecerat in cenobio jam dicto S. Benedicti; Judicate nobis de domno Marinus, & de ſuis conſortes, & ſuos ſerbos, qui intraberunt malo ordine per virtutem in fine de ſupraſcripta preceptum noſtrum, unde reſtituere debeat ſupraſcripto domno Marinus pro ſe, & pro ſuis conſortes, noli deficiat nos, neque noſtros parentes, & conſortes, aut noſtris ſerbis in fine de ſupraſcripto noſtro preceptu non introibimus malo ordine, ſet in noſtre finis, qualiter noſtris parentibus anteriores tenuerunt, & poſſiderunt, taliter nos tenemus, & poſſidemus, taliter ſupraſcripto ſeniore audientes ambarum partium cauſationis, precipit domno Marinus Coronella, ut ex inde judicium daret, unde judicabit ſupraſcripto Marinus, ut juraret parte ſupraſcripti domni Marini Comiti ad Dei ſancta Evangelia, ut neque nos, neque noſtros parentes, & conſortes, neque fratres ſerbos in fine de jam dicto veſtro precepto malo ordine non introibimus, ſet per ipſe finis, qualiter noſtris parentibus anterioribus tenuerunt, & poſſiderunt, taliter nos tenemus, & poſſidemus, & ſupraſcripto domno Abbas faceret exinde manifeſtum, ut amplius nec ipſe, nec ſuis poſterioribus aliquat moleſtationem eis faciat.*

Ex originali in Archivo.

Privilegii interim, quod nos ſuo loco retulimus autenticitas ex eo etiam probatur, quod Marinus Trajecti Comes, Caſinenſis Abbatiæ fines a Carolo Magno ſtatutos, Richerio Abbati, nec per ſe ipſum, nec per alios ſe authore turbatum iri promiſerit, in quo promiſſo leguntur nomina Atenulfi Comitis, & Ducis Cajetæ, Comitum Sueſſæ, Carinolæ, aliorumque virorum illuſtrium.

Cap. vero 95. hæc ad juriſdictionem Caſſinenſem pertinentia habet Leo. *Interea quatuor tantum quidam de Fratribus nimis hæc indigne ferentes &c. mandant protinus & omnes fera hujus terræ incolas ad arma excitos, die altero, quaſi in Abbatis auxilium advocant. Cum ecce die ſequenti cum omni pace a Capitulo ſurgentibus, ſubito diverſis armata telis advenit innumera multitudo frementium, & qui eſſent, qui Abbatem illorum vellent deponere inquirentium, eoſque perdere cupientium. Quod fortaſſe feciſſent niſi Abbas ad illos egreſſus, vix tandem multis rationibus oſtenſis eorum ſevitiam repreſſiſſet, adiciens nunc uſque modo nemo mihi Abbatiam tollere potuit, ſed vos hodie veſtra ſtultitia mihi illam eripuiſtis, quod pro certo veriſſimum fuit &c.* Vid. Baronius an. 1057. & Mabillon. Annal Tom. IV. p. 570.

Capite

Digitized by Google

Capite vero 96.hæc ſcribit Leo: *Fridericus natione Lotheringus triceſimusſextus Abbas cœnobii hujus ſedit menſibus decem*,(ſcilicet in anno 1057.XI.Kal. Junii uſque ad IV. Kal. Aprilis 1058.) *qui ex regali progenie ducens originem a puero liberalibus litterarũ ſtudiis eruditus &c. Sabbato itaque in jejuniis menſis Junii Cardinalis presbiter de titulo s.Chryſogoni ordinatus,in Nativitate vero S.Johannis Abbatiæ eſt conſecrationem adeptus &c. Quo etiam tempore privilegium ab eo per manus præfati Humberti recepit &c.* Vid. Baronius an. 1057. Mabillon.loc.cit. p. 571. Sigon. pag. 384. Ex hoc Victoris II. Privilegio, quod integrum retulit Mabillonius Annal. Tom. IV. p. 744. & ſeqq. noſque ſupra, hæc verba notanda ſunt. *Unde & ſecundum privilegia eorundem anteceſſorum noſtrorum, atque conſuetudinem tibi, quem Abbatem ſacravimus, monaſterium almi Patris Benedicti ſitum monte Caſini caſtri cunctamque ipſius monaſterii Abbatiam integre cum cellis ſuis, caſtellis, prædiis, & omnia ſua pertinentia concedimus, & noſtra auctoritate decernimus, tam in finibus Beneventanorum, Apulorum, & Calabrorum, quam etiam in finibus Marſorum, & in Marchiis, ſive ubicumque longe, & prope hactenus jure ſibi pertinet aliquid, ſive quidquid deinceps ubivis juſte aquiſierit. Ad hæc juſtitiam vel quodlibet debitum quod officiales noſtri ſacri palatii exigent a navibus ad Romanum portum applicantibus veſtri cœnobii navi peculiari gratanter relaxamus &c.* Et infra: *Sed remota, & propulſata qualibet oppreſſione eccleſiaſticarum, vel ſecularium perſonarum ſicut hactenus manſit a præſenti decima indictione hoc noſtro privilegio in perpetuum quietum, & liberum ad ſervitium, & gloriam Dei maneat ſub defenſione, & jure S. Romanæ, & apoſtolicæ ſedis cum ſuis omnibus, ex quibus ſummatim, & generaliter omnibus hæc nominatim, & ſpecialiter tantum iſtic digeſſimus &c.* Inter alia vero cœnobio noſtro caſtella hæc confirmat; *In primis ad pedem Montis S.Salvatoris, quod eſt S.Germani, S. Petri, Piniatari, Plumbarola, S. Stephani, S. Georgii, S. Apollinaris, Vallisfrigida, S. Andreæ, Bantra Comitalis, Bantra Monaciſca, Junctura, S. Angeli, Turucculum, S. Victoris, S. Petri in Flia Cervara, Vallis rotunda, S. Heliæ, Sarraceniſcum, Conca, Capriata, Francilione, S. Johannis, S. Benedicti minoris, S. Johannis in Capua; quorum aliqua olim fuere monaſteria, ſed a Sarracenis deſtructa poſtmodum ad tuitionem patriæ neceſſario facta caſtella: Inſuper Laſtinianum, & alia tria caſtella, Mons Albrici, Muccla, S. Quirici cum portum decem navium, quæ duo Tranſmundus Comes filius Ottonis beato Benedicto in monte Caſino legali donatione, & chartarum munimentis contulit, tertium autem caſtellum Friſa, quod præfati Tranſmundi uxor pro anima ſua ſimili, ut ſua maritus modo contradidit, quod etiam poſt mortem uxoris præfatus Comes non timuit invadere ſed Laterani in cappella S. Laurentii præſente Humberto Sylvæ candidæ epiſcopo, te quoque filio noſtro Friderico nondum ad regimen electo admonitus a nobis &c. ſponte refutavit.*

Diploma Victoris ſecundi.

Ubi animadvertendum ex hiſce oppidis aliqua fuiſſe olim monaſteria, ad quorum tutamen Abbates caſtra, oppida conſtruxere, ut ſupra demonſtratum.

*Diſſertat.*

Plures donationes referens Leo cap. 97. habet: *Marinus etiam Trajectenſis Comes eiſdem diebus optulit huic monaſterio totam & integram portionem ſuam ideſt quartam partem totius Comitatus Trajectenſis, & medietatem caſtri Spinei, & quartam partem de caſtro Fracte, nec non & Monaſterium S. Marini, quod in pertinentia ejuſdem Frattenſis oppidi ſitum eſt cum univerſis omnino ſubſtantiis, ac pertinentiis ejus.* Vid. Mabillonius loc. cit. qui p. 747. integram hanc Marini donationem refert, eamque ex originali in noſtro tabulario aſſervato recudimus.

Donationes quædam.

† *In nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti quinquageſimo ſecundo anno Comitatus domini Marini, & quintodecimo anno Comitatus domini Dauferii, & domini Landoni Dei gratia Thio, & nepotibus, atque Comitibus menſe Januar, undecima indictionis Trijectu. Quoniam quidem Deo dignum, & valde placabile, tam in veteri quidem teſtamento, quam & in novo offerre Deo Sanctiſque baſilicis patrimonium jubetur pro requie animarum defunctorum, & pro ſpe futura ac beatæ reſurrectionis, quapropter credibili fide indubitanter accipitur promereri veniam delictorum, pro quibus hic largitur aliquid hujus mundi tranſeuntium verum, & pro opibus oblatis terreſtribus, proculdubio a Domino recepturi ſperamus eternas. Hac ſiquidem fide & credulitate firmati, & de omnipetentis Dei miſericordia confiſi ſperantes apud illum mercedem recepturos æternam. Nos Marinus Dei gratia Comes una cum Obdulana Comitiſſa dilectiſſima conjux mea, tam pro redemptione animæ noſtræ, quamque etiam & pro requie animarum genitorum, ſeu genitricum noſtrarum placuit nobis ab hodierna die, & perpetuis temporibus uno tenore, & uno conſilio promptiſſima, & gratuita noſtra voluntate offerre & tradere, & perpetualiter tranſcribere in cœnobio tuo o Sanctiſſime Benedicte, quod honorifice, & famoſiſſime ſitum eſt in Caſini caſtro, ubi domnus Stephanus Papa, qui & Abbas ejuſdem monaſterii regimen tenet, ideſt totam, & integram noſtram portionem quod eſt quartam partem de inclito Comitatu Trajecto cum omnibus ſuis pertinentiis, hoc eſt terris, vineis, planis, paſcuis, montibus, vallibus, aquis molis. Inſuper tradimus, & offerimus tibi o Sanctiſſime Benedicte omnibus caſis quæ in hac ſupraſcripta civitate habere videmur, & medietatem de ipſo caſtro Spineo quod nobis pertinenda eſſe videtur, & integram ipſam quartam partem de caſtro Fracta. Hæc omnia tibi damus, & offerimus atque tradidimus cum omnibus ſuis pertinentiis, ſicut ſuperius legitur ea tantum ratione ut nullum ſervitium exigant tui rectores ab habitantibus in ſupradicta civitate, & caſtellis, niſi qualiter antiquitus ſoliti ſunt facere nobis, ita tamen ut qui cum caballo ſervire conſueti ſunt, ita pro tuo jure & ſanctiſſimi jam ſupra nominati cœnobii deſerviant, & qui cum boves ſimilum faciant. Iterum damus, & offerimus tibi totum, & integrum noſtrum monaſterium vocabulo S. Martini cum omnibus ſuis paraturis, & codicibus, & cum terris & vineis, & aquis molis, & cum peculeis majori vel minori, & cum omnia, & in omnibus ad ſupradictum monaſterium pertinentibus, & ipſam quartam partem de monaſterio S. Martini de aqua Mundula cum omnibus ſuis pertinentiis, & omnia & in omnibus ubicumque vel undecumque*

Donatio Comitum Trajectenſium.

*nobis pertinent, vel pertinentia eſſe videntur a jure parenterum noſtrorum, qualiter ſuperius diximus tibi beate Benedicte offerimus, & tradidimus, in eo vero tenore ut amodo, & uſque in ſempiternum in tuo jure, & dominio permaneat, & neque a nos, qui ſupra Marinus Dei gratia Comes cum Obdulana Comitiſſa conjux neque a noſtris heredibus neque a nobis nulla ſubmiſſa perſona nunquam exinde habeant tui rectores querela, aut calumnia in ſempiternum, Verum, quod abſit, & Divina avertat potentia, quod ſive nos qui ſupra, aut noſtris heredibus, aut quavis perſona hominum magna, vel parva contra hanc noſtram offerſionem, ſeu traditionem aliquid contrarie agere voluerit, vel repugnare tenptaverit fiat anathematizatus a Domino, & a trecentis decem, & octo Sanctis Patribus, & partem habeat cum Juda traditore Domini noſtri Jeſu Chriſti inſuper compoſiturus ſubjaceat in ſupradicto tuo S. cœnobio Caſinenſi auri puriſſimi libras centum. Et poſt ſoluta pena, & anathemate percepto hac noſtra offerſio, & traditio qualiter ſuperius legitur firma permaneat in perpetuum. Script. per juſſiones noſtras a Benigno presbitero & notarius ſupradicte civitatis in menſe, & Indictione ſupradicta.*

*✠ Ego Marinus Comes. ✠ Ego qua ſupra Obdulana Comitiſſa qua ſcribere precepi, & manus mea in hac car. crux feci. ✠ Signum manus ego Gregorii Filii Joanni Conſtant. ✠ Signum manus Johanni de Maraldo. Ego Benignus inmeritis presbyter, & notarius ſupraſcripta civitatis complebi, & abſolvi in menſe, & indictione ſupraſcripta undecima.*

Deſiderius Abbas privilegii Trajectenſibus elargitur.

Anno 1060. Deſiderius Caſſinenſis Abbas plura privilegia Trajecti civibus eſt elargitus hoc diplomate, cujus autographum in archivio noſtro extat,

† *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti: tertio anno principatus Domni Richardi, & Jordani filii ejus glorioſis principibus menſe Junii quarta decima indictione. Ego Deſiderius divina providencia Abbas monaſterii S. Benedicti, quod in caſtro quod Caſinum dicitur ſitum eſt cum conſenſu, & voluntate noſtrorum confratrum omnibus hominibus de civitate Trijecto pertinentibus noſtro predicto monaſterio ſecundum cartham offerſionis quam domnus Marinus ejuſdem civitatis Comes una cum conjuge ſua Oddolana Comitiſſa in jam dictum monaſterium optulit, qua eſt inclita pars quarta predicta civitatis Trijecti cum caſtellis ſibi pertinentibus concedimus, & confirmamus, ut injuſta vobis non faciamus nec facere permittamus terras veſtras & vineas ſimul & caſas, quas legaliter poſſidetis non contradicimus nec contradicere facimus: extraneum judicem ſine veſtra voluntate ſuper vos non ordinamus, quem veram legem vobis judicare in omnibus precipimus. Quicumque autem ex vobis cum equo ſuo nobis ſervire voluerit, nullum alium ei ſervicium imponemus, nec terraticum, nec laudaticum, nec aliquam dacionem ab eo requirimus excepto pro parietibus ipſius civitatis, & ſubjectis caſtellis conſtruendis, & reedificandis, caballos, boves, & aſinos, ſeu aliquam beſtiam, vel aliquam rem per virtutem a vobis tollere non exquirimus excepto de majoribus porcis de decem unum, de minoribus vero de quindecim unum per omnem annum tollere debeamus, exceptis his, qui cum equo ſuo nobis, noſtriſque ſucceſſoribus, vel parti noſtri monaſterii deſervierint: feminas veſtras non comprehendimus, nec comprehendere facimus vel in matrimonio per virtutem copulamus, ſed vos ſecundum veſtram voluntatem, & placitum veſtras feminas in conjugio copulate, parentelam inter vos facere, hereditates, & caſas vendere in eccleſiis de veſtris mobilibus, & immobilibus offerre cui volueritis de veſtris donare & judicare, & de omni parte iſtius noſtri Comitatus exire voluerit, & in aliam terram ire omnia ſua vendendi, & donandi, & offerendi licentiam, & poteſtatem habeatis ſine aliqua noſtra noſtrorumque ſucceſſorum, vel partis noſtri monaſterii contrarietate vel moleſtacione. Concedimus iterum vobis neque vos neque veſtri haredes amplius nobiſcum, vel cum ſucceſſoribus noſtris, vel parte noſtri monaſterii cum ſuis equis veniant, excepto a civitate Roma, & uſque totum principatum Capuanum. Pro confirmandis autem omnibus ſupraſcriptis obligo me ego ſuperius dictus Deſiderius Dei gratia Abbas meoſque ſucceſſores, & partem noſtri monaſterii, ut ſi omnia qua ſuperius leguntur non adimpleverimus, trecentos Vizanteos ſolidos aureos componere, & dare obligamus vobis ne in aliquo neceat, quod inter virgulas ſcriptum eſt legitur deſervierint. Ex juſſione Domni Deſiderii venerabilis Abbatis ſcripſi ego        notarius. Actu S. Benedicti loco Sancto Ger.° Mn. p.*

*✠ Ego Deſiderius Dei gratia Abbas SS.*
*✠ Ego Amatus Monachus SS.*
*✠ Ego Landulfus Sacerdos, & Monacus.*
*Ego Geraldus indignus presbyter, & Monacus interfui, & ſubſcripſi.*

Deſiderius hic Caſſini Abbas ab an. 1058. ad 1087. fuit.

Illati a Fractenſibus damna.

*Interea Fractenſes oppidani*, ut ſcribit Leo Oſtienſis lib. III. Chr. Caſſ. cap. 12. *inquietorum ſcilicet, & perfidorum hominum genus, ac ſi quidam latrunculi junctis ſibi Minturnenſibus, aliiſque vicinis, nunc furtim nunc palam oppida ſibi contigua nobis pertinentia infeſtare non deſiſtebant. Terminum ſiquidem, qui inter nos & illos antiquitus dividebat ideſt duo lapidei leones cum non procul ab eorum caſtro conſiſteret, olim malitioſe clam confringentes in proximum demerſerant puteum, qua nimirum fraude fidentes ſi quando terminum noſtrum inter duos leones, ſicut precepta continent computabamus, illi de leonibus, qui ſecus portas S. Georgii poſiti ſunt illud dici pertinaciter affirmabant. Horum igitur frequentiſſimas moleſtationes Deſiderius egerrime ferens, ſimulque illius ſententia reminiſcens, obſervatio ordinis noſtri ſummam depoſcit quietem, & ſecuritatem, cum neque beneficiis eos, neque rationibus aliquatenus ſedare valeret, ad eorum tandem violenter frenandam nequitiam totus intendit, & Adenulfi Cajetani Ducis cui gratiam principis conciliaverat adminiculo fultus, mox caſtellum cui novum proprie nomen inditum eſt in monte, qui Peranus dicitur omni inſtantia contra illos erexit ſicque ſua deinceps eos tutare non autem amplius aliena pervadere compulit.*

Deſiderius Abbas ædificat Caſtrum novum.

Nuceus in notis ad hoc caput inquit: (*Duo lapidei leones*) *Quod lapideis terminis & territoria & dominia antiquitus quoque finirentur liquet ex lege fin. ff. de Offic. Præfect. Vrbis, & ex Doctoribus ibi, & Bald. conſil. 445. Decian. reſpon. 4. Gentilium etiam ſuperſtitio lapidem colebat informem atque rudem, vel ſtipitem, cui nomen erat* terminus, *ex La-*

Digitized by Google

*ex Lactan. de falſ. Relig. lib. 1. cap. 20. Ovid. 2. Faſtorum.*

*Termine, ſive lapis, ſive es defertus in agro*
*Stipes ab antiquis, tu quoque Numen habes.*

*Et Apul. lib. 1. Floridor. vel Truncus dolamine effigiatus, vel ceſpes libamine humigatus, vel lapis unguine delibutus. Vocabatur Herma, hoc eſt Truncus, quod brachiis truncus effigiaretur.*

*Cur autem Leonibus potius, quam alio terminorum genere Caſinatis agri limites finirentur, ſive fortuitum fuerit, ſive arbitrarium antiquam conſuetudinem reſpexiſſe refert, qua vel caput Vituli, vel Aquila, vel ſimile quid lapideum pro termini ſigno deſigebant, vel cum armis gentilitiis & nomine Dominorum, Chaſſan. Catalog. Glor. mundi par. 1. conſid. 38. concluſ. §. Hapingus de jure inſignium cap. 10. nu. 13.* Caſtellum novum hactenus pluribus indigenis habitatum in ſpiritualibus cœnobio Caſſinenſi ſubeſt.

Deſiderius Abbas privilegium a Nicolao II. obtinet.

Narrat deinde Leo cap. 13. Deſiderium Cardinalem S. R. E. creatum a Nicolao II. a quo: *Privilegium ab eo ſatis honorificum juxta conſuetudinem prædeceſſorum ſuorum recepit quo inſuper ad Cardinalatus videlicet ejus dignitatem & honorificentiam patris Sanctiſſimi Benedicti per totam Campaneam, & principatum Apuleam quoque atque Calabriam ab ipſo fluvio Piſcaria ſicut fluit in mare vicem ſuam idem Apoſtolicus illi conceſſit &c.* Et infra: *Hæc omnia ab eodem Pontifice Paſchalis feſtivitatis gratia invitatus fuerat, Romam reverſus, poſt feſtum urbem egrediens, Melfiam Apuleæ urbem perrexit ubi tunc idem Apoſtolicus Concilium celebrare diſpoſuerat, in qua etiam ſynodo dum Richardus Capuanus princeps cum aliis compluribus interfuiſſet a ſupradicto Papa Nycolao ammonitus præceptum fecit beato Benedicto de monaſterio S. Mariæ in Calena cum pertinentiis ſuis.* Vid. Baronius an. 1059. Mabillon. To. IV. Annal. p. 585. Sigonius p. 387.

Privilegium Nicolai II. ampliſſimum eſt, in eoque caſtrum S. Petri ad pedes Caſſini montis olim Caſſini civitas, aliaque plura memorantur, ut videre eſt in ipſo privilegio, quod ex regeſto Petri Diaconi num. 28. fol. 17. a t. hic damus.

*Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Deſiderio dilecto filio Abbati venerabili cœnobii almi patris Benedicti, quod nuncupatur Mons Caſinus, cunctiſque ſucceſſoribus ejus illic regulariter ad regimen promovendis in perpetuum. Paſtoralis ſollicitudinis noſtræ bonum ſi debet perſpicere, & perficere omnibus etiam extraneis & longinquis, multo magis domeſticis, & propinquis. Ipſis quippe poſt Dominum ſecundo gradu admovenda eſt inviſibilis caritas. Ut per eos velud quadam viſibilis flamma gradatim ad remociores quoſque diſcurrat. Piis ergo locis, & divina Religione venerabilibus debita conſolacionis, & defenſionis porrecturi manus illum ceteris preferendum non ambigimus, quem monaſtica norma conſtat eſſe principale gimnaſium, & Sanctæ Romanæ, & apoſtolicæ Sedi contiguum, quem cives Romani, patres videlicet eximii Benedictus Maurus, & Placidus cum nonnullis aliis fundarunt, quemque a gentibus deſtructum, Romani Pontifices nihilominus ſua auctoritate reſtruxere, & privilegiis apoſtolicæ Sedis merito ceteris cœnobiis prætulerunt atque contra quorumlibet ſuſpectas injurias efficaciter munierunt quorum nos Sacra auctoritati ſicut tempore, & loco ſuccedimus, ſic eorum exemplo ut oportet innitimur, & per hujus noſtræ decretalis paginæ tenorem tibi dilectiſſime fili Deſideri quem Abbatem conſecravimus concedimus ſecundum privilegia anteceſſorum noſtrorum, atque conſuetudinem monaſterium almi patris Benedicti ſitum monte caſtri Caſini cunctamque ipſius monaſterii Abbaciam in integro cum cellis ſuis, caſtellis, prædiis, & omni ſua pertinencia & hac noſtra auctoritate confirmamus, tam in finibus Beneventanorum, Apulorum, & Calabrorum, quam eciam in finibus Marſorum, & in Marchiis ſive ubicumque longe, & prope actenus jure tibi pertinet aliquid ſive quicquid deinceps ubivis juſte aquiſierit ad has juſticiam, vel quodlibet debitum quod officiales noſtri Sacri palatii exigent a navibus ad Romanum portum applicantibus veſtri cœnobii navi peculiari gratanter relaxamus, & quocienſcumque Romam ad ſervicium ſanctæ Romanæ eccleſiæ veneritis in Sancta Jeruſalem palacii Suſurriani Oſpicium abeatis, & defuncto Abbate ibidem veſtra vel veſtrorum ſucceſſorum eleccione Abbas conſtituatur a Romano pontifice conſecrandus, conſervato vobis, veſtriſque ſucceſſoribus privilegium, tam quod ex navi veſtra, quam quod ex ipſa deſtructa eccleſia, ut vel ſic reſtrueretur proximus deceſſor noſter Sanctus Leo firmavit Abbati Richerio, Uſum quoque Sandaliorum, & Dalmaticæ quamvis jure Cardinalatus tui ab apoſtolica Sede perceperis, a nobis tamen tibi, & loco deinceps in principalibus feſtis tantum concedimus ad honorificenciam tam venerabilis cœnobii, & ob dileccionem tui ſecundum quod prefatus deceſſor noſter tuo præfato conceſſit. Præterea corroboramus tibi, tuiſq; ſucceſſoribus in omni conventu epiſcoporum, & Principum ſuperiorem omnibus Abbatibus ſedem, & in conciliis, & judiciis priorem ſui ordinis hominibus ſentenciam pro reverencia tanti loci, qui primum, & ſummum monaſticæ legis latorem vivum, & mortuum retinere promeruit, quique ipſius legis lacionem ſcripto verbo, & exemplo cœnobialem propoſitum appetendo in toto mundo ſole clarius evibravit. Defuncto autem Abbate ex ſeſe ipſa Congregacio ſecundum ſanius conſilium ſapientum, & ſeniorum fratrum ſibi Abbatem eligat, & Apoſtolicæ Sedis Pontifici firmandum & conſecrandum exhibeat. Nec aliter ibi Abbas conſtituatur, aut aliunde illuc intromittatur, niſi forte ex ſe aliquem tanto regimini idoneum non habuerit, & ob id ſaniori conſilio extraneum ſibi elegerint. Porro præter ſummum apoſtolicæ ſedis præſulem cujuslibet eccleſiæ epiſcopum vel ſacerdotem in præfato monaſterio, vel in cellis ipſius ditionem quamlibet ſibi præſumere hac noſtra interdicimus auctoritate. Ita ut niſi ab Abbate fuerit invitatus, nec miſſarum ſolemnia inibi audeat celebrare, ſed remota, & propulſata qualibet oppreſſione eccleſiaſticorum vel ſecularium perſonarum ſicut hactenus manſit a præſenti duodecima indictione hoc noſtro privilegio imperpetuum quietum, & liberum ad ſervitium, & gloriam Dei maneat ſub defenſione, & jure Sanctæ Romanæ, & apoſtolicæ ſedis cum ſuis omnibus. Ex quibus ſummatim, & generaliter omnibus hac nominatim, & ſpecialiter tantum iſtic digeſſimus. Imprimis monaſterium domini Salvatoris poſitum ad pedem ipſius montis, atque monaſterium ſanctæ Dei genetricis, & virginis Mariæ qui vocatur*

*tur Plumbarola, ſeu & caſtellum S. Petri ad pedem ipſius montis, quod ab antiquis dictum eſt caſtrum Caſini, nec non & caſtellum S. Angeli, caſtellum qui vocatur Piniatario, & Junctura; caſtellum S. Georgii, & S. Apollinaris, & S. Ambroſii, & S. Andreæ, & caſtellum, qui vocatur Vallisfrigida, caſtellum, qui dicitur Bantra, & S. Petri in Flia, S. Victoris, Toroculum, Cervaru, S. Heliæ, Vallem Rotundam, Rocca de Bantra cum omnibus ſuis pertinentiis, caſtellum, qui dicitur Saraciniſcum, & caſtellum S. Stephani, cellam S. Mariæ in Albaneta, & S. Nicolai in Ciconia, S. Benedicti in Cliæ, S. Angeli in Vallelucis, & cella S. Michaelis, in Comitatu Aquinenſe cellam S. Gregorii, S. Mauricii, & S. Nicolai in Pica, S. Angeli in Cannuccio, S. Mariæ in Berole, & S. Petri in Aſcleto. Item in Luca cellam S. Georgii prope Poſterulam wirivvalam, quam S. Benedicto contulere Henricus, & Rolandus fratres ſanctæ converſationis habitum quærentes. Cellam S. Benedicti, & S. Scholaſticæ in Gaeta, S. Stephani in Terracina, S. Luciæ, S. Petri in Curuli, S. Silveſtri, & S. Luciæ in Arpino, S. Benedicti in Colle de Inſula, S. Germani in Sura, curtem S. Urbani in Comino, cellam S. Pauli ibidem, & S. Nazarii, & S. Valentini ac S. Salvatoris, cellam S. Benedicti in Venafro, & S. Nazarii, & S. Mariæ in Sala, curtem S. Benedicti minoris ibidem, caſtellum quod dicitur capriata, & Francillonis, & S. Johannis, curtem S. Felicis, caſtellum, qui vocatur Conca, cellam S. Benedicti in Ceſama, S. Benedicti in Teano, et S. Benedicti in Sueſſa, nec non et cellam S. Benedicti in Capua, cum ipſo Gualdo de ligure, et cum omnibus ſuis pertinentiis. Cellam S. Johannis Ancellarum Dei in eadem civitate. S. Mariæ in Calvo, S. Mariæ in Cingla, S. Adjutoris in Aliſas, S. Ceciliæ in Napoli, eccleſiam S. Crucis in Amalfi, cellam S. Benedicti in Salerno, et cellam S. Sophiæ infra civitatem Beneventanam, cellam S. Benedicti in Aſculo, cellam S. Benedicti in Trani, et S. Benedicti in Bari, cellam S. Mariæ Ancillarum Dei in civitatem Coſentiam, cellam S. Benedicti in Peſtinaro, S. Mariæ in Banſe, S. Benedicti in Alariano, cellam S. Euſtaſii quam S. Benedicto obtulit Adelpherius Pantaſia, cellam S. Mariæ in Murone, S. Euſtaſii in Petra abundanti, S. Mariæ in Barratano, S. Mariæ in Canneta juxta fluvium Trinium, S. Benedicti in Ripa urſa cum ſuis omnibus pertinentiis, nec non et caſtellum, qui vocatur Laſtinianum, et alia tria caſtella Montem Alberici, Mucclam S. Quirici cum portu decem navium, quæ duo Traſmundus Comes filius Attonis beato Benedicto in monte Caſino legali donatione, et cartarum monimentis contulit, tertium autem caſtellum Friſam, quod præfati Tranſmundi uxor pro anima ſua conſentiente viro ſuo S. Benedicto obtulit, S. Juſtæ ibidem cellam S. Focati in Alarino, S. Georgii in Termole, cellam S. Liberatoris in Marchia cum quadraginta cellis, S. Salvatoris in Tabe, S. Scolaſticæ in Pinne, S. Martini in Salino, S. Nicolai in Apruzo, S. Angeli in Maranno cum omnibus cellis ſuis ſanctorum ſeptem Fratrum, S. Laurentii, et S. Benedicti in Trunto, S. Apollinaris in Firmo, S. Benedicti in Tiſino, et S. Mariæ in Arboſcola, cellam S. Benedicti in Marſi, et S. Coſmati, cellam S. Angeli in Valleregia cum caſtellis, et omnibus ſuis pertinentiis, nec non et caſtella in Comitatu Aſculano ideſt Octavus, et poſt montem Cinianum, et Trivilianum, et Cavinum, quod Rolandus in præfato Monaſterio cum ſuis nepotibus obtulere, cellam S. Jacobi in Tremiti cum ipſis Inſulis, In Comino caſtellum, qui dicitur Vicalbo cum omnibus ſuis pertinentiis. His igitur et omnibus, quæ præfato cœnobio juſte pertinet nunc, et quæ in futuro juſte pertinebunt ſub tutela, et Romana libertate hoc privilegio perpetualiter ad temporalem ſervorum Dei præſentium ſcilicet, atque futurorum quietem ſtatutis, atque confirmatis apoſtolica cenſura ſub interpoſitione diſtricti anathematis, et divini conteſtatione judicii interminamus omnibus tam præſentibus, quam futuris, ne ullus hominum cujuſcumque ordinis dignitatis, conditionis, vel cujuſcumque officii ſeu qualibet, vel quantumlibet parva, aut magna perſona quibuſcumque rebus, vel perſonis præfato Monaſterio juſte pertinentibus aliquam violentiam inferat aut calumnioſus exiſtat vel incumbat. Inſuper quia monaſticus curſus ſecundum præceptum regulæ almi patris Benedicti æſtivis, et hiemalibus temporibus præfixus eſt, auctoritate apoſtolica concedimus, ut liceat Fratribus ſignum pulſare in eodem monaſterio, et in cellis ejus tam ad diurnas quam ad nocturnas horas quandocumque voluerint. Liceat quoque ipſius monaſterii, et cellarum ejus fratribus clericum cujuſcumque ordinis de quocumque epiſcopatu fuerit ſecundum traditionem ſanctorum patrum ſuſcipere cum rebus ſuis ad converſandum, et Monachicum habitum ſuſcipiendum abſque interdictione quorumlibet epiſcoporum, ut liceat eiſdem ſubiectis monaſteriis eorum judicare tam monachos, quam et ſanctimoniales fœminas abſque prohibitione, et contradictione cujuſlibet ſecularis poteſtatis, ſeu eccleſiaſtica, et quia cupimus tam præſentium, quam futurorum maligna avaritiæ, et nequitiæ obviare, hac noſtra apoſtolica auctoritate pariter interdicimus ſeditiones, quas dicunt levas ſeu depredationes, ne fiant aliquo modo in cujuſcumque Abbatis, aut rectoris morte aut electione; ad hæc liceat vobis ſacrum Chriſma, et eccleſiaſticos ordines, et altarium conſecrationes ab epiſcopo quolibet canonice promoto accipere, et chriſtianiſmum in eccleſiis veſtris agere per clericos veſtros: et Hymnum Angelicum per dies Dominicos, et Feſtivitates ad Miſſarum ſolemnia rite decantare. Et nullus epiſcopus præſumat in jam dicto monaſterio venire vel in eccleſiis ſibi ſubiectis ſacerdotem excommunicare, vel ad Synodum provocare aut Abbatem et Monachos qui illo in tempore fuerint. Porro cupientes conſulere monaſticæ religioni, quæ peccatis exigentibus paſſim depravatur; te tantummodo diebus vitæ tuæ Vicarium nobis ad correctionem omnium monaſteriorum, et Monachorum ab ipſo fluvio Piſcaria ſicut influit in mare, ſcilicet per totam Campaniam, Principatum quoque, et Apuliam, atque Calabriam aſſumere decrevimus ita ut capitulum in eis habeas, et vice noſtra indiſciplinatos cum adjutorio epiſcoporum ad quos monaſteria ipſa pertinent corrigas, et quæ ſunt emendanda, ſi potueris, ſecundum Dominum emendes, aut apoſtolicæ ſedis Pontifici renuncies ad perpetuam animæ veſtræ mercedem, & monaſticæ religionis emendationes, & conſervationem pariter quoque ad tui Cardinalatus dignitatem, & SSmi Benedicti honorificentiam, & gratiam ut monaſticus ordo corrigatur illis in partibus per te Religio-*

Digitized by Google

*ligioſum, & prudentiſſimum ſucceſſorem illius. Si quis vero quod non optamus hujus noſtri privilegii decretalem paginam temerario auſu in aliquo infringere temptaverit, eterna maledictionis innodatum vinculis ſe noverit, & perpetua ſupplicia luiturum cum Diabolo & Angelis ejus, niſi forte prius reſipiſcens ſatisfecerit. At qui pietatis intuitu devotus obſervator extiterit ipſius interventu almi patris Benedicti perfectorumque ſequacium, ſociorumque ejus ſempiterna Benedictionis particeps, & paradiſi beatus poſſeſſor efficiatur. Amen. Scriptum per manum Ottaviani Notarii, & ſcriniarii ſancta Romana eccleſia apoſtolica ſedis anno primo pontificatus domini Papa Nicolai ſecundi indictione duodecima. Datum Auximi, Octavo idus Marcii anno Jeſu Chriſti milleſimo quinquageſimo nono, per manum Humberti ſancta eccleſia Silva Candida epiſcopi, & Bibliothecarii apoſtolica ſedis.*

Oblatio S. Mariæ in Calena. Richardi diploma quo S. Maria in Calena conceditur eſt hujuſmodi ex regeſto Petri Diaconi nu. 404. fol. 174.

*In nomine ſancta, & individua Trinitatis anno incarnacionis Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo quinquageſimo nono, indictione duodecima domno Nicholao venerabili Papa apud Amelphim ſacram Synodum cogente cum aliis quampluribus interfui ego Richardus nutu divino Capuanus princeps. Ubi complurima de animarum ſalute tractarentur inſpirante divina miſericordia recogitare cepi in corde meo aliquid mihi agendum fore, quod ad ſalutem anima mea, & parentum meorum defunctorum proficerem. Tunc monente predicto univerſali Papa accerſito domno Deſiderio venerabili Abbate Caſſinenſi pro remedio anima mea, meique avunculi Rainulſi, ac fratris mei Asketini inveſtivi eum de Abbacia, qua dicitur Sancta Maria in Calena ſita infinibus Apulia inter montem Garganum, & mare Adriaticum, juxta caſtellum, quod dicitur Beſti, fieri quoque pracepimus hos noſtra oblacionis apices, per quos præfati Caſſinenſis cœnobii S. Benedicti dictioni ſubicimus predictam Abbaciam S. Maria cum integris omnibus caſtellis, villis, vicis, cellis, domibus, territoriis, pradibus, ſilvis, arbuſtis, vineis, olivetis, pratis, aquis, molendinis, piſcariis, aliiſque omnibus rebus mobilibus, & immobilibus ad preſens quocumque modo præfata Abbacia pertinentibus, cum aliis etiam, qua amodo ad opus ejuſdem Abbacia Abbates, aut Rectores ejus aquiſituri ſunt quibuſcumque legalibus modis. Unde univerſis noſtris fidelibus indicimus nunquam aliquando moleſtiam invaſionem, vel frandacionem pati præfatum venerabile monaſterium S. Benedicti de predicta Abbacia, quam ſibi optulimus. Cognita cunctis, ac noſtra auctoritatis firmiſſima ſancione, quoniam ſi noſtrorum fidelum qualiſcumque humano ingenio principale hoc ſcriptum, quod manu noſtra, & teſtium idoneorum roboratum eſt noſtroque ſignatum infringere volens, pradictam Abbaciam de dicione præfati cœnovii ſubtrahere temptaverit, vel ex eis ſibi moleſtus fuerit, ſubiacebit compoſicioni auri librarum centum medietatem noſtra Camera, & medietatem pradicto ſancto cœnovio. Nos metipſos quoque noſtroſque haredes, & ſucceſſores perpetua ſubicimus obligationi, ut nunquam ipſam Abbaciam cum ſuis omnibus quaramus a patronatu, & dicione ejuſdem monaſterii ſancti Benedicti ſubtrahere. Quod ſi temptaverimus ſimus ei culpabiles auri libras mille. Hujus ſcripti manu noſtra, & teſtium roborati, & ſigillo noſtro ſignati tenore ſolidiſſime in perpetuum permaneme. Data decimo Kalendas Septembris anno principatus ejuſdem glorioſi principis domni Richardi ſecundo. Scriptum per manu Aldemarii jubente eodem ſereniſſimo Principe.*



*Signum Domni Riccardi Excellentiſſimi Principis. Ego Rudulphus clericus interfui, & ſubſcribens firmavi. Ego Bernardus clericus qui interfui hoc firmo. Ego Aliriſus, qui interfui hoc firmo.*

Agunt de hoc concilio Baronius, Pagius, & collectores conciliorum ad an. 1059. poſt cujus celebrationem, non in ipſo concilio, ut perperam quidam credidere, Nicolaus Pontifex Ducis titulo magnanimum Robertum Guiſcardum decoravit, qui accepta nova Apuliæ, & Calabriæ inveſtitura in verba Pontificis juravit, ſeſeque Vaxallum ſeu ligium hominem eccleſiæ Romanæ dixit, ut fatetur expreſſe Guillelmus de Apulia coævus author in Poemate de rebus Geſtis Nortmannorum in Italia lib. II. hiſce carminibus.

*Finita Synodo, multorum Papa rogatu*
*Robbertum donat Nicolaus honore Ducali.*
*Hic Comitum ſolus conceſſo jure Ducatus*
*Eſt Papa factus jurando jure fideli:*
*Unde ſibi Calaber conceſſus, & Appulus omnis*
*Eſt locus, & Latio patria dominatio gentis.*
*Romam Papa redit, cum magno Dux equitatu*
*Obſeſſum repetit Cariatum, &c.*

*Primo igitur anno:* proſequitur Leo Oſtienſis cap. 17. *quo Princeps* (Richardus) *ſimul cum Jordano filio factus eſt juxta morem priorum principum generale preceptum fecit huic monaſterio de omnibus omnino pertinentiis, ac finibus ſuis: ſequenti vero tempore fecit praceptum monaſterio noſtro quod Capua ſitum eſt, de Platea publica, qua erat inter Murum civitatis, & clauſtrum ejuſdem cœnobii, unde magnam inquietitudinem Fratres tam a quibuſlibet tranſeuntibus, quam & a vicinis feminarum garrulitatibus cotidie patiebantur.*

Privilegium Richardi, & Jordanis ejus filii authenticum in tabulario noſtro aſſervatur, ex quo edimus. Privilegiũ a Richardo & Jordano Capuæ Principibus Caſſinatibus conceſſum.

† *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Riccardus, & Jordanes, divina ordinante providentia Capuani principes. Cum principali excellentia petitioni dilecti ſui clementer favent. Igitur fidelium noſtrorum præſencium, ac futurorum notum fieri volumus univerſitati, quoniam interventu, ac peticione Adenulſi filii qm. Guala, & Roffredi filii qm. domini Sergii Amalfitanorum olim glorioſi patricii tradimus, concedimus, atque confirma-*

ſirmamus monaſterio beatiſſimi Benedicti confeſſoris Chriſti, quod ſitum eſt in monte caſtro Caſino ubi ſanctiſſimum, ac venerabile corpus ejus humatum eſt, in quo nunc Deo providente domnus Deſiderius reverendiſſimus Abbas praeſſe videtur ad poſſeſſionem præfati monaſterii, & prædicti Abbatis, ejuſque ſucceſſorum, atque rectorum integras omnes res, ac poſſeſſiones per ſubſcriptas fines indicatas qualiter inferius declarantur ob recordacionem eciam, & noſtram æternaliter ſtabiliendam conceſſionem, tradicionem, atque confirmationem hos noſtræ firmitatis apices pro amore omnipotentis Dei, atque confeſſoris beatiſſimi patris Benedicti, & redempcione animarum noſtrarum fieri juſſimus; quibus omnino ſancimus, & perpetualiter habendum mandamus, ut amodo, & ſemper ipſum præfatum venerabile monaſterium beati Benedicti confeſſoris Chriſti, quod ut ſupra diximus ſitum eſt in monte caſtro Caſino, & ipſe domnus Deſiderius venerabilis Abbas, ejuſque ſucceſſores, & rectores ſecure, libere, & quiete habeant, & poſſideant integras omnes terras cultas, vel incultas, montes, colles ac planiciem, aquas, aquarumque decurſus, ſilvas, ac paludes, cum omnibus illarum continentiis, & pertinenciis per has fines ſicut incipit a fluvio qui dicitur Carnellus, & aſcendit per Aquam, quæ dicitur Bandra uſque in Ribum ſiccum, & qualiter aſcendit per ipſum rivum uſque ad Furcam ſancti Martini, & inde aſcendit per Serras, & vadit in montem qui dicitur Cyſino, & inde qualiter vadit in Peſculum, qui vocatur Corbarium, & qualiter vadit per ipſas ſerras ad Furcam, quæ dicitur Pumplo, & directe pergit ad lacum, qui vocatur Vitecuſum, & inde vadit ad Aquam fundatam, & aſcendit in montem qui dicitur de Sile, & quomodo vadit in caput aquæ, quæ dicitur rapidus & inde ſicut aſcendit in montem, qui vocatur Caballus, & vadit directe in montem, qui vocatur Rendenaria Major, & inde per Serras Moncium pervenit ad rendenariam minorem, & inde qualiter directe vadit per pedes moncium, qui vocatur Freſolana, & vadit in aquam quæ dicitur Mellarino, & deſcendit per eandem aquam cum utriſque ripis, & vadit in parietibus de Valneara, & inde vadit per locum, qui dicitur Anglone, & inde aſcendit ad Furcam, quæ dicitur Vallis lucis, & quomodo vadit per ipſas Serras moncium, & deſcendit ad Petram ſcriptam, & inde aſcendit ad terras montis, qui dicitur Ordicoſa, & quomodo per Serras moncium vadit, & pervenit ad Pleſcora quæ dicuntur Falconarii, & quomodo vadit per duos montes quorum unus Spinacius, & alter Porcacius vocatur, & inde qualiter ad Criſtas montis qui vocatur Cayra, & pervenit ad Petras ſuper aquam vivolam, & inde aſcendit ad collem, qui vocatur Gibiruti, & deſcendit in Quirquitulum, & deſcendit in Foſſatum juxta S. Damaſum & vadit directe in ſilicem in loco, qui dicitur arcus de Gigzoli, & qualiter pergit ad lacum, qui dicitur Radoprandi, & qualiter vadit in Farnitum, et inde in rivum, qui Marocze, et qualiter deſcendit in ipſum fluvium Carnellum, et per eumdem fluvium aſcendit ad Aquam, quæ dicitur Coſa, et qualiter aſcendit per Serras montis, qui dicitur S. Donati, & quomodo deſcendit ſuper monticellos de Marri, & vadit ad ipſos Pleſcos qui ſunt in pede montis de Balba, & qualiter vadit directe per duos Leones, & inde aſcendit per Serras ſuper caſale, & aſcendit per ipſum montem ſuper villas de Gariliano & inde vadit ad Creptam Imperatoris, & deſcendit ad fluvium Garilianum, & ſuper eundem fluvium aſcendit uſque ad priores fines, una cum integris omnibus caſtellis, vicis, domibus, eccleſiis, molendinis, aquis, ceteriſque omnibus, quæ infra prædictas fines habentur concedimus etiam, & confirmamus eidem monaſterio inclitum caſtellum cum ipſa rocca, quæ dicitur de Bantra cum omnibus ſuis pertinenciis ſimul, & concedimus, & confirmamus eccleſiam, & caſtrum, quod dicitur Sancti Urbani, cum omnibus, quæ infra has fines continentur, prima fine incipit a loco, ubi dicitur ad Columnelle, inde qualiter vadit in Sangrum & qualiter directe deſcendit in Juniperitum, & qualiter aſcendit in montem Longum, & qualiter vadit in Serram montis, qui nominatur Acirum, & qualiter vadit in Serram montis qui dicitur Janula, & qualiter deſcendit in vallem quæ dicitur bona, & qualiter deſcendit in foſſatum, qui dicitur Landonis, & qualiter directe deſcendit in aquas vivas in rivo molli, & quomodo vadit ipſe rivus mollis, & tranſit in Memora, & qualiter directe vadit in monimenta ad monticellum, & quomodo vadit in ipſa Junctura de Ribo nigro in Molſe, & qualiter in Fontanam de caſa Selberi, et quomodo retornat ad S. Martinum, et qualiter vadit in ribum nigrum, et quomodo aſcendit per eundem ribum in Piſcarola, et qualiter vadit in Caſtelluzzum, et aſcendit in foſſam de Albeto, et quomodo vadit in Civitellam, et inde in foſſam majorem, et qualiter vadit per Torellam in Furcam de Rio, et inde in Petram Guidorum, et qualiter vadit per ipſas Serras, uſque prædictas columnellas, quæ eſt prior finis, concedimus quoque, et confirmamus prædicto ſacro monaſterio caſtrum quod dicitur Vicum album cum omnibus rebus, et poſſeſſionibus, quæ infra has fines habentur. Prima finis eſt collis, quæ dicitur de Brocco inde qualiter vadit ad eccleſiam S. Viti per exinde in ipſum Carnellum, et inde in Pleſcum, qui dicitur de Dominico, et qualiter vadit in Caprarica, et exinde in foſſa majore, et qualiter revolvet ipſe mons de Albeto in ipſam Civitatem, et deſcendit in locum qui dicitur Foſſa de Giſe, et exinde deſcendit in ipſum Caſtelluczum, et qualiter vadit in Piſcarolam Bealam, et inde ſicut vadit in Ribum nigrum, et qualiter per ipſum ribum vadit ad Roboricuum, et inde ad eccleſiam S. Martini, et pervenit in ipſum Pinum, et inde in ribum de Sclavi, et exinde ſicut pervenit in ipſum Carnellum, et ab inde ſicut vadit in prædictum Collem de Brocco, ubi eſt prima finis. Simul concedimus, et confirmamus præfato monaſterio integram decimam partem de civitate, quæ dicitur Atina ſita in Comitato Cominenſi cum integra decima parte de omnibus rebus, ac poſſeſſionibus, quæ exinde ſacro noſtro palatio pertinent. Concedimus eciam, et confirmamus predicto monaſterio omnes res, ac poſſeſſiones Maciperti quas ipſe quondam optulit præfato monaſterio per cartulam aſſercionis ſicut in ipſa cartula continentur. Præterea concedimus, et confirmamus ipſo venerabili monaſterio Albeum fluminis Carnelli cum utriſque ripis qui circumdat inſulam quæ fuit præfati Magiperti, quæ eſſe videtur in loco, qui dicitur limata, ubi eſt conſtructa eccleſia in honore S. Mauricii, et juxta ipſum

Albeum

Digitized by Google

*Albeum ab ipſa inſula inſurſum paſſos centum, et ſub ipſa ſimiliter alios centum paſſos cum ripis utrarumque partium; Concedimus quoque, et confirmamus, ut ſemper ſecura permaneat pars predicti monaſterii, ut nullo adveniente tempore audeat ab eo tollere, vel exigere aliquis boves, vel Planiſtra, aut Caballum, vel quolibet peculium ad faciendum quodcumque ſervicium publicum. Concedimus etiam et confirmamus, ut ubicumque terra ipſius prefati monaſterii conjuncta eſt cum qualicumque aqua ex utraque parte licenciam, & poteſtatem habeat pars ejus, et in albeis, et in ripis facere, et habere omnem illorum utilitatem, et neceſſitatem, et omnem edificium, quod illi placuerit amodo, & ſemper. Praterea concedimus, & confirmamus eidem venerabili monaſterio, catera omnia quacumque ſibi conceſſa, & confirmata ſunt per pracepta vel ſcripta ſigillata ſive a Pontificibus S. Romana eccleſia, ſive ab Imperatoribus, ſeu Regibus, vel Principibus, anteceſſoribus noſtris ſimul & omnes res, ac ſubſtancias, quas poſſedit & poſſidet quibuſcumque modis in tota Liguria, ſive in aliis quibuſcumque locis inſuper & omne cenſum vel dacionem, qua pars ejuſdem Sacri monaſterii tollere, vel exigere debet de Gualdo, & curte, & terris ſibi pertinentibus per totas ipſas Ligurias ſeu per alia quaelibet loca. Concedimus quoque & confirmamus eidem venerabili monaſterio, ut amodo, & ſemper poteſtatem & licenciam habeat pars ejus quanta voluerit mittere in lacum Patrienſe duos lintres cum duabus paraturis ipſorum & quatuor hominibus cauſa piſcacionis ad ſuam utilitatem. Hac igitur omnia praſcripta pro noſtrarum ſalutem animarum prafato venerabili monaſterio concedimus, & confirmamus per hujus noſtri pracepti firmitatem ad poſſeſſionem ejuſdem Sacri monaſterii, & jam dicti Abbatis domni Deſiderii, ejuſque omnium ſucceſſorum Abbatum ſive Rectorum ſive quieto ſemper exiſtendam, & ad faciendum exinde quodcumque voluerint abſque omni contrarietate, vel moleſtatione cujuſcumque Comitis, Caſtaldei, Judicis, Sculdabis, ſeu cujuſcumque hominum perſone, & partis noſtra reipublica. Quod ſi quiſpiam mortalium hujus noſtri pracepti conceſſionem & confirmacionem quocumque modo violare preſumpſerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras quatuor milia medietatem noſtro palacio, & medietatem prafato Sacro monaſterio, & poſt ſolutam penam hac noſtra conceſſio, atque confirmacio, cum quibus continet firma permaneat in perpetuum, ut autem hac noſtra conceſſio, atque confirmacio firmius credatur, diligenciuſque ab omnibus obſervetur manu noſtra inferius ſcripſimus, & noſtro ſigillo juſſimus inſigniri.*



*Signum Domni Richardi excellentiſſimi Principis.*

*Ex juſſione prafata Sereniſſima poteſtatis ſcriptum per manus Aldemarii in anno primo principatus ipſius domni Riccardi, & domni Jordanis glorioſorum principum. Data pridie Idus Novembris.* Adeſt ſigillum plumbeum.

In eo laudati Principes confirmant integros Abbatiæ Caſſinenſis fines Giſulfianos, cum caſtellis omnibus, vicis, eccleſiis &c. roccam Vantræ, caſtellum S. Urbani, & Vicum album, civitatis Atinæ decimam partem, quam ideo expreſſe nominant, quod extra Abbatiæ Caſſinenſis fines ſint conſtituta aquas omnes, earumque alveos concedunt, vetantque, ne ſervitium ullum publicum e bonis cœnobii noſtri, ejuſque ditione exigatur. Confirmant omnia Pontificum, Imperatorum, regum, principum privilegia, aliamque omnem juriſdictionem noſtram ampliſſimis loquendi formulis. Richardus fuit Averſæ Comes, una cum Hermanno nepote ſuo ab an. 1050., ejecto deinde Landul. V. Capuæ Princeps evaſit ab 1058. cum Jordane Filio, quo cum Dux Cajetæ fuit ab an. 1063. ad 1078., quo obiit. Vid. Leo Oſtien. lib. 3. cap. 16. Petrus Diacon. lib. 3. cap. 44., aliique. Uxorem habuit Fredeſinnam Sororem Drogonis Apuliæ Comitis, Unfridi, & Roberti Viſcardi. Vid. Leo Oſtien. lib. 2. cap. 67. Guaifredus Malat. lib. 3. cap. 35., & lib. 4. cap. 26., & Guillelmus Apulus lib. II., qua mortua aliam duxit. Vid. Camillus Peregrinius in ſtemmate Principum Capuæ Nortmannorum.

Privilegium, quo plateam prope eccleſiam S. Benedicti iidem principes in urbe Capua concedunt ex ſuo originali in noſtro archivo eſt hujuſcemodi. Aliud eorumdem Privilegium.

✠ *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Criſti Dei eterni Riccardus, & Jordanes divina ordinante providentia Capuanorum principes cum principali excellentia petitioni dilecti ſui clementer favent. Igitur omnium noſtrorum fidelium praſencium, ac futurorum pateat ſagacitati. Quoniam per interventum, ac peticionem Paldulſi filii quondam Guala noſtri dilecti fideli, & pro amore Dei, & anima noſtra ſalvacione domno Deſiderio venerabili Abbati monaſterio S. Benedicti ſitus in Monte caſtro Caſino pro parte, & vice prafati Sacri monaſterii damus, tradimus, concedimus in oorum liveram poteſtatem tranſducimus inclitam Plateam pertinentes noſtri palacii, qua eſt juxta clauſtra Monaſterii ejuſdem beati Benedicti, ſitus intus hanc noſtram Capuanam civitatem propinquo porta, qua dicitur S. Angeli. Per has fines, & menſuras, a parte meridiei fine platea majoris ubi eſt ſilicis qui pergit ad ipſam portam qua dicitur S. Angeli, & paſſus quinque a parte Occidentis finis muri clauſtre pradicti monaſterii, & paſſus octuaginta tres, & qualiter rebolvit in ipſa parte occidentis finis muri ipſius clauſtre, & finis terris, & preſis pradicti monaſterii, & paſſus viginti, & nobem, & pedes tres, & medium, & ab ipſa parte occidentis finis platee qua noſtri palacii reſervabimus poteſtate & paſſus duos, & pedes tres & uncias tres a parte Septemptrionis finis muri iſtius noſtra civitatis, qui ſitus eſt ſuper ripam pertinontem ſuprafati monaſterii Vulturni fluminis, & paſſus triginta, & duos a parte Orientis finis eccleſia S. Maria, qua dicitur ad Arcora, pertinentem jam dicti monaſterii, & terris, & preſis ipſius monaſterii, & paſſus ſeptuaginta, & nobem, & pedes tres, & plantam*

*unam,*

Digitized by Google

*unam, & revolbente in ipſa parte Orientis, juxta terris, & preſis ipſius monaſterii, & pedes quatuor, & uncias quattor, & revolbente in ipſa parte meridiei juſta terras, & preſas noſtri palacii in qua Portararii ſoliti ſunt reſidere, & paſſus tres ad menſuram de paſſu, & pede de manu Landonis Senioris Caſtaldeis menſuratum ob recordacionem eciam, & noſtram eternaliter ſtabiliendam tradicionem, & conceſſionem hos noſtra firmitatis apices fieri juſſimus quibus omnino ſancimus, & perpetualiter avendum mandamus, ut amodo, & ſemper ipſe domnus Abbas Deſiderius ſuique ſucceſſores, & pars præfati monaſterii firmiter, ſecure, libere, & quiete habeatis, & poſſideatis inclytam ſupraſcriptam plateam per ſupraſcriptas fines, & menſuras, & faciatis de ea qualiter ad pars prædicti monaſterii neceſſarium fuerit, omnia que volueritis remota omni inquietudine, & moleſtacione cujuſcumque Comitis, Caſtaldeis, Judicis, Sculdahis, & omnium mortalium perſone, quod ſi quelibet hominum magna parvave perſona contra hanc noſtri precepti firmitatem agere præſumpſerit, aut ejus violatrix in quocumque fieri temptaverit, ſciat, ſe compoſiturus auri puriſſimi libras quingentas, medietatem noſtra camera, & medietatem tibi præfato domno Deſiderio vel tuis ſucceſſoribus, ſeu partibus prædicti monaſterii, & ſoluta pena hujus noſtra conceſſionis munitum, firmum, ac ſtabile maneat in perpetuum. Ut hac autem noſtra conceſſionis pagina firmius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur manu noſtra corroborabimus & noſtri ſigilli impreſſione juſſimus inſigniri.*



*Signum Domni Riccardi excellentiſſimi Principis.*

*Ex juſſione præfata Sereniſſima poteſtatis ſcriptum per manus Aleriſii Sacri Romani palacii judicis in anno quinto Principatus ipſius Domni Riccardi, & Domni Jordanis Glorioſorum Principum. Datum decimo Kalendas Magii Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Criſti MLXIII. Indictione prima.*

Plura Caſſinatibus oppida Richardus donat, vel concambiat. *Tanta igitur poteſtatis Deſiderius*, verba ſunt Leonis Oſtienſis lib. 3. cap. 18. Chron. Caſſ., *Dei nutu amicitia fretus nequaquam tam acceptabile tempus neglegendum ducens eidem principi tum precibus, tum muneribus non exiguis inſtare cepit, ut huic monaſterio quod tantopere ſe diligere fatebatur quietem dignaretur, & ſecuritatem largiri, & caſtella nobis finitima quibus undique frequenter infeſtabamur, que videlicet ipſe jam in ſuam dicionem redegerat, eidem monaſterio in perpetuum poſſidenda firmaret. Ejus itaque votis princeps gratantiſſime annuens, primo quidem caſtrum, quod Mortula dicitur, ſimul cum caſa Fortini de hinc oppidum Frattarum, cujus jam ſupra meminimus. Sequenti vero anno roccam cognomine Cucurizzum cum omnibus pertinentiis ejus. Turrem quoque, que juxta mare ſita eſt, in eo videlicet loco, quo mari Lyris fluvius admiſcetur. Nec non & caſtellum Teramenſe. Hac, inquam, omnia principalibus ſingillatim præceptis huic loco ex integre conceſſit, & confirmavit. Data ſunt autem in commutationem eidem principi pro Frattis caſtellum, quod dicitur Capriata cum omnibus pertinentiis ſuis additis inſuper trecentis biſanteis. Pro Teramenſi vero caſtro datum eſt illi caſtellum quod dicitur Conca, quod ipſe nobis dudum reddiderat una cum curte S. Felicis de Miniano. Oppidum preterea vicinius monaſterio, quod Peſmontis vocatur, & infeſtius, ac moleſtius cæteris eodem tempore a Comitibus Aquinenſibus Deſiderius commutavit pro quo videlicet Roccam quidem vocabulo Cellarellum, & Poſtam illis ex toto conceſſit, retento ſibi lacu ejuſdem loci cum eccleſiola, qua juxta eſt, partem vero de municipio S. Urbani nobis tunc pertinentem, ideſt centum viginti familias ſingillatim dedit Comiti Adenulfo, in vita tantum ſua tenendam, retentis ſibi familiis duodecim, cum eccleſia S. Urbani, & cum Terra qua ſufficeret ad duo paria bovum: ea videlicet condicione, ut ſi vellet nobis prædictus Comes in vita ſua eaſdem hominum familias reddere, nos daremus illi quinquaginta libras denariorum, ſin autem poſt mortem illius in noſtram omnes illi homines dicionem redirent.*

Mortulæ ejuſque habitatorum conceſſio authentica in noſtro archivo aſſervata hæc eſt. Mortulæ conceſſio.

✠ *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni Riccardus, & Jordanus, divina ordinante providentia Capuanorum principes. Cum principali excellentia petitioni dilecti ſui clementer favent. Igitur omnium noſtrorum fidelium ſcilicet preſentium ac futurorum pateat ſagacitati, quoniam Landolfus filius quondam Pandulfi olim principis, & Landulfus nepos ipſius Landulfi, & filii quondam Pandulfi, & Johannes, & Petrus germani, & filii quondam Giſulfi, & Paldulfus, & Landenolfus germani, & filii quondam Laydolfi olim Thianenſis Comitibus contra noſtram animam cogitaverunt, & conſiliaverunt, ac inimicos noſtros intus noſtram provinciam invitaverunt, atque introduxerunt, propter quod ſecundum legem Langobardorum omnes res eorum in noſtro publico devoluta ſunt ad faciendum exinde omnia qua voluerimus, nunc autem conſiderantes qua ſacra Scriptura teſtatur, quoniam quidem invaſores & diſſipatores Sanctuarium Dei omnipotens Dominus confundit, & diſperdit, & ſicut ſtipulam ante faciem venti ad nihilum eos deducit. Econtra fautores enim, atque augmentatores, ac tutores eccleſiarum Dei Conditor omnium rerum eos proteget, defendet, exaltabit, atque cuſtodiet, eternamque requiem eis concedet. Nos autem formati talibus preceptis, & ideo at per interventum, ac peticionem Paldulfi noſtri dilecti fidelis, & filii quondam Guala domno Deſiderio venerabili Abbati Monaſterio S. Benedicti ſitus in Monte caſtro Caſino pro parte, & vice præfati Sacri monaſterii damus, tradimus, concedimus, ac confirmamus, & in eorum liberam poteſtatem tranſducimus ſcilicet inclitum oppidum cognomento Mortolam, quod fuit prædictorum Comitum, & modo eſt pertinentes noſtri palacii cum muris, & portis ipſius oppidi, & cum omnibus hominibus ibidem morantibus, vel moraturi erunt, & cum montibus, & planis, ſylbis, pratis, paſcuis, aquis,*

& cum

*& cum terris, & viis ſuis, & omnibus pertinentibus ipſius oppidi, excepto terris, & rebus, & hominibus quod juſte, & legaliter pertinent Capuanis hominibus qui modo Capuam habitant; Et damus, & confirmamus tibi jam dicto domno Deſiderio venerabili Abbate pro parte, & vice jamfati monaſterii S. Benedicti in inclitas terras, & curtes, & homines de loco cognomento Caſa fortina, quæ eſt in ipſo dominio Mortolæ qualiter pertinet ipſi monaſterio S. Benedicti per ſuas cartulas, & raciones ob recordacionem eciam, & noſtram eternaliter ſtabiliendam tradicionem, ac conceſſionem, & confirmacionem hos noſtræ firmitatis apices fieri juſſimus, quibus omnino ſancimus, & perpetualiter habendum mandamus, ut amodo, & ſemper ipſe domnus Deſiderius, ſuique ſucceſſores, & pars præfati Monaſterii firmiter, ſecure, libere, & quiete habeatis, ac poſſideatis inclitum prefatum oppidum Mortolæ cum muris, & portis ipſius oppidi, & cum omnibus hominibus ibidem morantibus, vel moraturi erunt, & cum terris, montibus, planis, ſilbis, pratis, paſcuis, aquis, viis ſuis, & omnibus pertinentibus ipſius oppidi, excepto terris, & rebus, & hominibus, quod juſte, & legaliter pertinent Capuanis hominibus qui modo Capuam habitant, & damus, atque confirmamus tibi domno Deſiderio venerabili Abbati pro parte, & vice jam dicti monaſterii tuiſque ſucceſſoribus inclitas terras, & curtes, & homines de loco cognomento Caſafurtina, quæ eſt in ipſo Dominio Mortolæ, qualiter illud pertinet ipſi monaſterio per ſuas cartulas, & alias ejus raciones per omne, ſicut ſuperius ſcriptum eſt, & faciatis de eis, vel exinde qualiter parti prædicti Monaſterii neceſum fuerit omnia quæ volueritis, remota omni inquietitudine, & moleſtacione cujuſcumque Comitis, Caſtaldis, judicis, Sculdays, & omnium mortalium perſone quod ſi qualibet hominum magna parvave perſona contra hanc noſtri precepti firmitatem agere præſumpſerit, aut ejus violatrix in quocumque fieri temptaverit, ſciat ſe compoſiturus auri puriſſimi libras ſeptingentas, medietatem noſtræ Cameræ, & medietatem tibi præfato domno Deſiderio, vel tuis ſucceſſoribus, ſeu partibus prædicti monaſterii, & ſoluta pœna, hujus noſtræ conceſſionis pagina munitum firmum, & ſtabilem maneat in perpetuum; ut autem hæc noſtra conceſſionis pagina firmius credatur, diligenciuſque ab omnibus obſervetur, manu noſtra corroborabimus, & noſtri ſigilli impreſſione juſſimus inſigniri.*



*Signum Domni Ricchardi excellentiſſimi Principis.*

*Ex juſſione præfatæ Sereniſſimæ poteſtatis ſcriptum per manus Alerisii Sacri Romani palacii judicis in anno ſeptimo principatus ipſius domni Riccardi, & domni Jordanis glorioſorum principum, & ſecundo anno Ducatus illorum Cajetæ. Datum quartodecimo Kal. Februarii anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſexageſimo quinto indicione tertia.*

Iidem principes liberæ Abbatis Caſsinenſis poteſtati tradidere oppidum Fractarum hoc diplomate, quod ex originali in tabulario noſtro edimus. Commutatio Caſtrorum Fractæ, & Capriatæ inter Principes Capuanos, & Abbatem Caſinenſem.

*✠ In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni Riccardus, & Jordanus divina ordinante providentia Capuanorum principes, cum principali excellentia petitioni dilecti ſui clementer favent. Igitur omnium noſtrorum fidelium ſcilicet præſentium, ac futurorum pateat ſagacitati, qualiter nos loca Deo ubique dicata de bono in melius proficere ſtudemus, ſingulariter tamen, & ſpecialius locum, in quo patris noſtri Sanctiſſimi Benedicti corpus fovetur, quod ſitum eſt in Monte caſtro Caſino, ubi nunc Deo auxiliante domnus Deſiderius venerabilis Abbas præeſt ex noſtris rebus per interventum Pandulphi noſtri dilecti fidelis, & filii quondam Gualæ pro ſalute animæ noſtræ, & parentum noſtrorum Roberti, & Rainulphi quam etiam ob remedium animæ magnæ recordationis avunculi noſtri Comitis, & Ducis Rainulphi per hanc cartam damus, tradimus, atque concedimus, & confirmamus in præfato monaſterio Caſinenſi, & domno Deſiderio Abbati, & ſucceſſoribus ejus, & in eorum liberam poteſtatem tranſducimus inclytum caſtrum Fractæ pertinentem ſacro noſtro palacio cum muris & portis ipſius oppidi, & cum omnibus hominibus ibidem commorantibus, vel qui habitaturi erunt, cum montibus, planis, ſylvis, pratis, ſylvis, paſcuis, aquis, cum terris, & viis ſuis, & omnibus pertinentiis ipſius oppidi in integrum damus, & confirmamus in eodem monaſterio Caſſinenſi in perpetuum, pro quo videlicet caſtro Fractenſi recepi in commutationem a jam dicto Deſiderio Abbate caſtellum, quod dicitur Capriata cum omnibus pertinentiis ſuis additis inſuper trecentis Bizanteis ob recordationem etiam & noſtram eternaliter ſtabiliendam traditionem, conceſſionem, & confirmationem hos noſtræ firmitatis apices fieri juſſimus, quibus omnino ſancimus, & perpetualiter habendum mandamus, ut amodo, & ſemper ipſe domnus Deſiderius Abbas, ſuique ſucceſſores, & pars præfati monaſterii firmiter, ſecure, libere, & quiete habeatis, ac poſſideatis inclytum prefatum caſtrum Fractæ cum muris, & portis ipſius oppidi, & cum hominibus ibidem commorantibus, vel qui commoraturi erunt cum terris, montibus, planis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, cum terris, & viis ſuis, & omnibus pertinenciis ipſius oppidi, ſicut ſuperius ſcriptum eſt, ut faciatis exinde qualiter parti prædicti Monaſterii neceſſum fuerit omnia, quæ volueritis in perpetuum, remota omni inquietitudine & moleſtacione cujuſcumque Comitis, Caſtaldeis, judicis, Sculdais, & omnium mortalium perſonarum. Quod ſi qualibet hominum magna, parvaque perſona contra hanc noſtri precepti firmitatem agere præſumpſerit, aut ejus violatrix in quocumque fieri temptaverit, ſciat ſe compoſiturum auri puriſſimi libras ſeptingentas, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem tibi præfato domno Deſiderio, vel tuis ſucceſſoribus, ſeu partibus prædicti monaſterii, & ſoluta pœna hujus noſtræ conceſſionis pagina munitum firmum, ac ſtabile maneat in perpetuum. Ut autem hæc noſtra conceſſionis pagina firmius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſer-*

obſer-

Digitized by Google

*obſervetur, manu noſtra corroboravimus, & noſtri ſigilli impreſſione juſſimus inſigniri.*



*Signum Domni Riccardi excellentiſſimi Principis.*

*Ex juſſione prephata sereniſſima poteſtatis ſcriptum per manus Aleriſii Sacri Romani palacii judicis in anno ſeptimo principatus ipſius domni Riccardi, & domni Jordanis glorioſorum principum, & ſecundo anno Ducatus illorum Cajetæ. Datum quarto decimo Kalendas Februarii anno ab incarnatione domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſexageſimo quinto, indictione tertia.*

Adeſt ſigillum plumbeum.

In hac vero permutatione ita princeps, & Abbas ſimul contrahunt, ut nullum inter eos diſcrimen fuiſſe videatur; nempe æqua lance, nulloque ſibi reſervato ſupremo iure, quod oſtendit, eamdem in Caſſinates ſubditos fuiſſe Abbati juriſdictionem, quam in ſuos Princeps haberet.

Jurisdictio ſuprema.

Juris Gariliani.

Conceſſio vero Turris Gariliani ex regeſto Petri Diaconi nu. 408. fol. 176. hæc eſt.

† *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Richardus, & Jordanes divina ordinante providentia Capuanorum principes. Cum principali excellencia peticioni dilecti ſui clementer favent. Igitur fidelium noſtrorum preſencium omnium, ac futurorum univerſitas noverit qualiter nos loca Deo ubique dicata quotidie in melius proficere noſtra ope adhibita velimus, ſingulariter tamen, & quaſi ſpecialius cæteris locum in quo patris noſtri SS.mi Benedicti corpus fovetur, quæ ſitum in monte caſtro Caſino ubi nunc venerabilis dñus Deſiderius regulari diſciplina eruditus Abbas, praeeſt nunc autem ob amore Dei, quam & pro ſaluto animæ noſtræ, nec non & pro ſalute animeque Fratrum meorum Roberti, & Rainulfi, quam etiam & ob remedium animæ magnæ recordacionis avunculi noſtri Comitis, & Ducis Rainulfi nobis autem proprio principali jure ereditato a Landulfo filio Auloaldi nec non a Pandulfo filius qm. Guale noſtri dilecti per eorum commune interventum damus, atque concedimus, & confirmamus in prafato ſancto, ac venerabili loco Turrem quæ eſt in finibus Sueſſa juxta Gareliano, & dicitur turre ipſa ad mare cum habitationibus quæ circa eadem turre fuerint, & ſunt, & cum omne quicquid exinde tollere ſolitum eſt cum eccleſia, & quantum cognoſcitur per murum inchoatum, quæ fuit pro Caſtellone. Damus etiam & concedimus in eodem ſancto loco terram, quæ eſt ante ingreſſu ipſius Caſtellonis d.ı pſum Oſenteque ibi ad fines videtur uſque in aqua predicti fluminis, piſcationes tamen ipſius ab ipſa ora fluminis uſque directum cum ipſa Turre, quæ eſt ex alia parte quali noſtro Principatui pertinet. Damus, & confirmamus prout nobis bonum videtur prefato ſancto loco piſcationes aquarum, quæ appellatur Oſentes etiam, ut nobis melius videtur concedimus in ſupradicto loco inclitus litus Maris ab ora prafati fluminis, uſque in directum, cum Bicum, qui dicitur Manſtrianni. Quam etiam dationem, confirmationem, atque conceſſionem totam, & integram qualiter ſupraſcripta ſunt in prefato ſancto, ac venerabile loco concedimus nec non & prefato domno Deſiderio rmo Abbati, ejuſque ſucceſſoribus, atque rectoribus regulariter faciendum exinde omnia, quæ pro parte ipſius prafato loco ſancto placuerint, ob recordacionem eciam & noſtram eternaliter ſtabiliendam dacionem, ac conceſſionem hos noſtræ firmitatis apices fieri juſſimus, quibus omnino ſancimus, & perpetualiter habendum mandamus, ut amodo, & ſemper ipſe domnus Deſiderius Abbas ſuique ſucceſſores, & pars prædicti SS.mi loci firmiter ſecure, libere, & quiete habeant, & poſſideant inclitam prædictam turrem cum prædictam conceſſionem per omne ſicut ſuperius ſcriptum eſt, remota omni inquietudine, & moleſtacione cujuſcumque Comitis, Judicis, Caſtaldeis, Sculdahis, & omnium mortalium perſone. Quod ſi qualibet hominum perſona parva, vel magna contra hanc noſtri pracepti firmitatem agere preſumpſerit, aut ei violatrix in quocumque fieri temptaverit, ſciat ſe compoſiturus auri puriſſimi libras octoginta medietatem noſtræ cameræ, & medietatem tibi prafato domno Deſiderio Abbati, vel tuis ſucceſſoribus, & ſoluta pœna, hujus noſtræ conceſſionis pagina munitum, firmum, ac ſtabile maneat in perpetuum. Ut autem hæc noſtræ conceſſionis pagina firmius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manu noſtra corroborabimus, & noſtri ſigilli impreſſione juſſimus inſigniri.*



*Signum Domni Riccardi excellentiſſimi Principis.*

*Ex juſſione præfata Sereniſſimæ poteſtatis ſcriptum per manus Johannis judicis in anno octabo principatus ipſius domni Riccardi, & dñi Jordanis glorioſorum principum, & tercio anno Ducatus illorum Cajetæ. Data pridie nonas Marcii, anno ab incarnacione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſexageſimo ſexto, indiccione quarta.*

Interamnia.

Interamniam quoque iidem principes libere abſoluteque cœnobio noſtro conceſſere hoc diplomate cujus autographum in noſtro archivo aſſervatur.

† *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni Riccardus, & Jordanes divina ordinante providencia Capuanorum principes, cum principali excellentia petiticni dilecti ſui clementer favent. Igitur fidelium noſtrorum præſencium omnium, ac futurorum univerſitas noverit qualiter nos loca Deo ubique dicata de bono in melius proficere ſtudemus ſingulariter tamen, & quaſi ſpecialius locum in quo patris noſtri Sanctiſſimi Benedicti corpus fovetur, quod ſitum eſt in monte Caſtro Caſino, ubi nunc Deo auxiliante domnus Deſiderius venerabilis Abbas preaeſt ex noſtra ope pro ſalute noſtræ animæ ibidem dare, atque concedere volumus, nunc autem Deo*

tuen-

*tuente nos proprio principali jure hereditati cum illi Comitibus, quorum fuerat caſtellum Terame contra animam noſtram cogitaverunt, & conſiliaverunt, ac inimicos infra noſtram provinciam invitaverunt, & conduxſerunt propterea res eorum noſtro Fiſco deducta ſunt, nunc autem ob interventum* Robberti *Criſpini noſtri dilecti fideli, & Guigelmi Vicecomitis, & Landulfi filio Audoaldi damus, concedimus atque confirmamus in præfato monaſterio prædictum caſtellum Terame cum omnibus ſuis pertinenciis, & atiacientiis per has fines. Incipiente a capite de rivo qui dicitur Marocze, & qualiter directum vadit in via, quæ eſt Silice, & traverſande ipſa Silice qualiter deſcendit per Caba., quæ eſt inter fines de civitate Aquinenſe, & de caſtello Terame, & deſcendit in aqua, quæ nominatur Sogne, & qualiter vadunt Sogne per pendome extraverſante ipſe Sogne, & quomodo vadit per rivo, qui nominatur Brictoli, & quomodo aſcendit per ipſa Cava antiqua, quæ decernit per fines de cibitate Aquinenſe, & caſtello Terame, & quomodo deſcendit per locum qui dicitur Aquaru,& deſcendit per rivo qui deſcendit in campo,qui dicitur Aquile, & qualiter badit ipſe rivo, & vadit per rivo,qui dicitur de Lijajuni uſque in Cava quæ eſt inter fines de civitate Pontecurbo,& caſtellum Terame, & qualiter deſcendit per locu, qui dicitur Aquaru, unde per hieps tempus aqua decurrit, & intrat in rivo, qui dicitur Barbanu & quomodo decurrit eodem Rivo, uſque in fluvio qui dicitur Carnello, & qualiter vadit ipſo fluvio uſque ubi intrat prædicto rivo, qui dicitur Marocze, & quomodo aſcendit per eodem rivo uſque in capite ubi eſt priore fine, quã eciam dacione, confirmacione, atque conceſſionẽ totam, & integrã qualiter ſupraſcripta ſunt in prephato S. ac venerabile loco concedimus, nec non & prephato domno Deſiderio reverentiſſimo Abbati, ejuſque ſucceſſoribus, atque rectoribus regulariter faciendum exinde omnia, quæ pro parte ipſius prephato S. loco placuerint ob recordacionem eciam & noſtram eternaliter ſtabiliendam dacionem, ac conceſſionem atque confirmacionem hos noſtræ firmitatis apices fieri juſſimus, quibus omnino ſancimus & perpetualiter habendum mandamus, ut amodo & ſemper ipſe domnus Deſiderius Abbas ſuique ſucceſſores, & pars prædicti SSmi loci firmiter ſecure livere, & quiete habeant, & poſſideant inclitum prædictum caſtellum cum omnia, quæ qualiter ad eodem caſtellum pertinentes fuit, aut eſſe invenitur per omnia quemadmodum ſuperius ſcriptum eſt, remota omni inquietudine, & moleſtacione cujuſcumque judicis Comitis, Caſtaldeis, Sculdays, & omnium mortalium perſone. Quod ſi qualibet hominum perſona parva vel magna contra hanc noſtri precepti firmitatem agere temtaverit, aut ejus violatrix in quocumque fieri præſumpſerit ſciat ſe compoſiturus auri puriſſimi libras centum, medietatem noſtræ cameræ, & medietatem tibi prephato domno Deſiderio Abbati tuiſque ſucceſſoribus, atque rectoribus prædicti SSmi loci, & ſoluta pena, hujus noſtræ conceſſionis pagina munitum firmum, ac ſtabile maneat in perpetuum. Ut autem hæc noſtræ conceſſionis pagina firmius credatur, diligenciuſque ab omnibus obſervetur manu noſtra corroboravimus, & noſtri ſigilli impreſſione juſſimus inſigniri,*



*Signum Domni Riccardi Excellentiſſimi Principis.*

*Ex juſſione præfatæ Sereniſſimæ poteſtatis ſcriptum per manus Johannis judicis in anno nono Principatus ipſius domni Riccardi, & domni Jordanis glorioſorum principum, & quarto anno Ducatus illorum Cajetæ. Data quarto Kalendas Julii anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſexageſimo ſexto indiccione quarta.*

Adeſt ſigillum plumbeum.

Hoc oppidum vetus eſt Interamnia celebris Romanorum colonia, qua de egimus cum de ditionis Caſſinenſis deſcriptione.

Plures alias donationes cœnobio noſtro factas refert Leo Oſtien. cap. 19. quas inter: *Pandulfus Venafranus Comes obtulit beato Benedicto quartam partem de caſtello quod dicitur ſextum, & medietatem totius partis ſuæ de Valle Venafri, & de Teano, & de Calinulo, & de Calvo, & de Cajatia, nec non & de omnibus, quæ poſſidere videbatur in toto Principatu Capuano. Alio etiam præcepto obtulit in hoc loco quartam partem de Cerretu Plano, & Torcino, & medietatem de rocca S. Georgii, & de Vitecuſo, & de Ceraſolo, nec non & integrum caſtellum, quod dicitur Cerulanum, cum omnibus omnino ſibi pertinentibus, ac poſſeſſionibus &c. Preterea & Johannes Comes de Pontecurvo cognomento Scintus ſuperius jam nominatus obtulit in hoc loco eccleſiam S. Angeli &c. & integram curtem de Baniolo, & Sipizano, & caſtellum, quod appellatur Paſtina, nec non & quatuor Terre iviera non parvas, cum univerſis prædictarum eccleſiarum, curtiumque poſſeſſionibus. Johannes quoque fili Landolfi Comitis Teanenſis, per cartam firmavit, & conceſſit in hoc monaſterio integram partem ſuam de caſtello Murtula, & de omnibus, quæ illi a parte patris in eodem caſtello pertinere videbantur. Idem etiam fecit & de altera integram partem ſuam frater ejus Landulfus infans infra ætatem. Per eos dies Berardus Marſorum Comes ad hoc monaſterium veniens per cartam reddidit beato Benedicto monaſterium S. Mariæ de Lucu ſimul cum rocca quæ ſuper ipſum monaſterium conſtructa erat,& cum omnibus Villanis, quæ ibi reſidebant, & cum univerſis omnino per totam Marſiam pertinentiis ejus. Tunc etiam Pandulfus quidam Sipontinus ad obitum veniens de quinquaginta paſſibus in mari, in loco, qui vocatur Rigera ad piſcandum oblationem in hoc Monaſterio fecit.*

Pluresaliæ Donationes recenſentur.

Pandulfi, ſeu Paldonis Comitis donatio eſt hujuſcemodi ex regeſto Petri Diaconi num. 491. fol. 208.

Pandulfi Donatio.

*In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab incarnatione ejus* 1064. *Principatus domni Ricar-*

Digitized by Google

*Richardi, & Jordani filii ejus anno ſexto, menſe Martio ſecunda indictione. Quoniam quidem Deo dignum, & valde placabile tam in veteri, quam in novo teſtamento offerre Deo, ſanctiſque baſilica. Nos Paldi Dei gratia Comes, una cum Maria conjux mea pro redemptione anima noſtra quam & parentum noſtrorum placuit nobis offerre & tradere in cœnobio S. Benedicti ubi domnus Deſiderius Abbas praeſt, ideſt inclita quarta parte de caſtello Sextu cum omnibus ſuis pertinentiis, & medietatem de Benafro, & medietatem de Comitatu Tianenſe, & medietatem Carinolu, & ſimiliter de Comitatu Calbu, & medietatem in Comitatu Cajazza, & medietatem de Limatula, & medietatem de comitatu Caſerta, & medietatem, qua mihi pertinet in Laneu & medietatem qua mihi pertinet in Leburie, & in Roſelle & medietatem qua mihi pertinet in civitate Capua intus, & exterius, hac omnia tibi damus, & offerimus cum omnibus ſuis pertinentiis, ſicut ſuperius legitur tibi beato Benedicto, ut amodo, & in ſempiternum dominio permaneat neque ad nos neque ad noſtris heredibus neque a nulla ſubmiſſa perſona, nunquam exinde habeant tui rectores querelam, aut calumpniam in ſempiternum, & qui contra hanc cartam offertionis contrarie agere voluerint, vel refutare temptaverint, fiat anathematizzatus a Deo patre omnipotente, & omnibus ſanctis, inſuper compoſiturus ſubjaceat in ſuprascripto monaſterio auri puriſſimi libras centum. Et poſt ſoluta pena hac noſtra offertio qualiter ſuperius legitur firma permaneat. Scripta per juſſionem noſtram a te Domnello Presbytero & Notario in caſtro Cerulano. Ego Paldi hanc cartulam a me facta. Ego Raineri Judex.*

Hujuſce meminit Ciarlante lib. 3. pag. 262. memor. Hiſtor. Samnii: eruditiſſimus Camillus Peregrinius de Stemmate Principum Langobardorum, qui ex genere prodierunt Atenulfi Capuæ Comitis, & demum principis Beneventi differens pag. 282. hæc adnotat, ex quibus hæ, aliæque donationes maxime illuſtrantur: *Sicut Æſernia Sueſſa, & Teani, plaroſque Comites ex ipſorum Principum ſtirpe prodiiſſe certis cognoveram documentis, ita generationem quoque Comitum ceterarum urbium utriuſque principatus non minoribus indiciis condiſcere, quos fere omnes per ea tempora, quibus Adenulfi poſteri imperarunt ex eorundem genere exiiſſe non dubito. Quam mihi ante omnes perſuaſit opinionem Erchempertus perhibens nu. 21. & 40. filios, & nepotes Landulfi Capua tunc comitis, ex quo preſens principum emanavit ſtemma illo defuncto, avita ditionis urbem quemque ſuam iterata diviſione obtinuiſſe: nempe tali exemplo nunc deſuetum exponens genus politia nullos olim e magnorum Langobardorum dynaſtarum filiis carere propriis, & peculiaribus feudis, modo adeſſet facultas, ſolitum fuiſſe; qua tamen ut conſtanti obſervatione facile eſt advertere ipſorum Comitum heredes eadem cupiditate praſedendi aliis detenti, utque ſpecioſo illo Comitum titulo pariter condecorarentur indiviſa dein poſſidere conſueverunt: ne ſcilicet illa in minima velut fruſta iterum, & iterum perpetua, ac multotiens importuna ſectione comminuerentur, atque hoc eſt apud Oſtienſem lib. 3. cap. 19.* Supracitata Leonis verba refert, indeque ſubdit. *Nam comes ille e Capua principibus, & ex hoc Atenulfo genus certe cum duxiſſet ad quos univerſi etiam recenſitarum urbium Comites lineam ſanguinis referebant, utique in eas omnes aliaque principatus loca non unius ſortis, ſed juxta multiplices gradus cognationis, quibus eos contingebat, partiaria conſervabat jura ſucceſſionis, ut patet.*

*Me igitur arbitro ab expoſita hac conſuetudine Beneventani quoque principes, nec hi tantum de quibus eſt ſermo, ex Atenulfo deſcendentes, ſed quicumque alii, atque adeo etiam Salernitani, ſicut de Campanis dictum eſt, eos omnes filios, quos poſt primogenitos ſuſcepiſſent, Comites inſtituere, ſuorumque principatuum urbibus præficere conſueverunt; indeque ne longius abeam exemplo confirmo filiorum Radelchiſi principis Beneventi, cujus uxor Caretruda qua ut in tumulo 7. legitur.*

*Sui magno fructus in culmine ventris.*
*Ter quartum vidit fructificaſſe gradum,*
*Pontificem, & Comites genuit, Proceresque ſagaces.*

*Hoc nempe more Langobardi regenda ſervandaque ſua reipublica bene eſſe conſultum ex antiquiſſima inſtitutione perſuaſum habentes.*

Et in margine pag. 283. hæc ſcribit: *Omnia hac alia a Pandulfo Venafr. poſſeſſa loca ex ejuſdem conceſſionis chartula in anno data 1064. cujus exemplum habetur in referto regiſtro Petri Diaconi pag. 263. declarantur fuiſſe de Limatula, de Caſerta, in Laneo, in Liburia, in Roſella, & Capua tam intus, quam foris.* Ubi advertendum identidem Peregrinium authoritate regeſti Petri Diaconi uti. Vid. Peregrin. in ſtemmate principum Langobardorum, ubi hiſce verbis memoratum Pandulfum laudat. *Pandolfus Comes Venafri Oſtien. lib. 3. cap. 19. dictus etiam Paldus vivebat in 1064. uxor Maria.* Alteram Pandulfi donationem ex eodem regeſto nu. 489. fol. 207. a t. damus. Altera ejuſdem.

*In nomine Dñi noſtri Jeſu Chriſti. Anno Incarnationis ejus milleſimo ſexageſimo quarto principatus Domni Richardi, & Jordani filii ejus anno ſexto menſe Martii ſecunda indictione, quoniam quidem Deo valde placabile eſt, homines de ſuis rebus offerre. Idcirco Ego Paldi Dei gratia comes una cum Maria Comitiſſa conjuge mea pro mercede animarum noſtrarum gratuita voluntate ab hodierna die offerimus, & perpetualiter tradimus in cœnobio tuo o ſanctiſſime Benedicte quod eſt in caſtro Caſino in quo veſtrum ſacratiſſimum requieſcit corpus, ubi dñus Deſiderius regimen tenet totam, & integram noſtram porcionem de civitate Benafro cum omnibus ſuis pertinentiis, ſextam partem, & de Cerritu planu inclitam quartam partem cum omnibus ſuis pertinentiis, & de Rocca S. Georgii inclitam medietatem cum omnibus ſuis pertinentiis, & de caſtello Torcino inclitam quartam partem cum omnibus ſuis pertinentiis, et caſtellum quod dicitur Cerulano totum, et integrum excepta terra S. Maria, et Curta Johanni Comitis, et medietatem de caſtro Veticuſu cum omnibus pertinentiis ſuis, et de caſtro Ceraſolu inclite tres porciones med. cum omnibus ſuis pertinentiis. Hac omnia offerimus, atque tradidimus tibi beate Benedicte, ut in tuo jure adque dominio ſit amodo, et ſemper et neque a nobis, neque a noſtris heredibus, neque a nobis nulla ſumiſſa perſona nunquam exinde habeant tui rectores querelam, aut calumpniã in ſempiternum. Quod ſi nos vel noſtri heredes aut magna parvaque perſona contra hanc noſtram offercionem, ſeu tradicio-*

Digitized by Google

*dicionem contrarie agere, vel repugnare voluerit, ſit maledictus a Deo. Inſuper componat in ſupraſcripto ſancto cœnobio Caſſinenſi auri puriſſimi libras centum, & poſt ſoluta pena, hac noſtra offercio qualiter ſuperius legitur firma permaneat in perpetuum. Scripta per juſſionem noſtram a te Domnello presbytero, & notario caſtro Cerulano. Ego qui ſupraſcriptus Paldi hanc cartulam a me factam. Ego Raineri Judex.*

Donatio Johannis Comitis. Comitis Johannis donatio authentica in archivo noſtro aſſervata incipit.

† *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ab incarnatione ejuſdem domini noſtri anno milleſimo ſexageſimo quinto, & octavo anno principatus domni Richardi, & D. Jordani ejus filii glorioſi principibus menſe Feber. quarta indiccione. Ideoque ego Johannes Scintu Dei gratia Comes, filius quoddam bona memoria domni Landolfi Comiti cilii. Pontecurbo divina inſpiracione compulſus pro mercede anima mea, & anima Alfarana uxori mea, & anima Adenolfi, & Landolfi filii mei, & anima domni Landolfi genitori mei, & domna Gemma Genitricis mea, & anima Landolfi qui fuit Ger. meus, & anima domni Ber . . . . . Thio meo . . . . . . . . qua fuit uxor mea, ut hic, & apud æternum Dominum de peccatis noſtris requiem, & miſericordiam invenire valeamus. Declaro me habere pars divitia ſeculi hujus, rem mobiles, & immobiles, inter quas habeo eccleſiis, & terris, & aliis rebus, qua mihi aptum eſt ſponte offerre, & dare pro anima mea, & anima de omnibus ſupraſcriptis vivis, atque defunctis, eccleſia S. Angeli, qua eſt dedicata in loco, qui vocatur Merolanu cum omni ſua pertinencia, & eccleſia S. Blaſii, qua eſt edificatum ſubter caſtello, qui vocatur Pika cum omni ſua pertinencia, & ipſa curte de Bagnolum cum omni ſua pertinencia, & ipſa curte de Sipiczanu cum omni ſua pertinencia, & tota inclita mea pars de caſtello qui vocatur Paſtina, qua mihi dedit ſupraſcriptus Bernardo Thio meo, qua mihi exinde fecit veram, & idoneam cartam a manu teſtium pleniter roboratam ſecundum legem, & qua poſtmodum exinde aquiſivi, & quatuor petie de terris cum omnia eorum pertinenciis, qua omnia mihi pertinent pro meis racionibus. Prima pecia de terra eſt poſita in ipſo collo de ipſi Laurencii. Et tres pecie in loco, qui nominatur Beczaca. Prima pecia de terra jam dicta habet has finis unu latu fine habet terra de jam dicto Laurencii inde ſunt paſ. 102. Ali. lat. finem habet terra de ipſi Andriani inde ſunt paſſi 101. Unu capu finem habet foſſatu unde aqua deſcendit quando pluvia ſunt, inde ſunt paſſus centum quadraginta quattuor. Ali. cap. finem habet terra de jam dicto Laurentii ex terra de filii Litolfi inde ſunt paſſus 56. ad paſſum juſtum menſuratum. Et ſecunda pecia de terra, qua eſt in jam dicto Beczaca habet hæc finis. Unu lat. finem habet terra de ipſi Venafri, & terra de filio Falki, & terra de ipſi Calbiſi in- ſunt paſſus 225. Ali. lat. finem habet de tercie peciole de terra, que dicturi ſumus inde ſunt paſſus 228. Unu capu finem habet via publica in ſunt paſſ. viginti & tres. Ali. cap. finem habet foſſatum unde aqua deſcendit quando pluvia ſunt, inde ſunt paſſus 102. ad paſſum juſtum menſuratum, Tercia pecia de terra juxta prædictam terram adjacentem habet hac finis, uno lat. finem habet ſupraſcripta petia de terra inde ſunt paſſ. 228. Ali. lat. finem habet terra*

Timmari.

*Leoni Juge, & terra de fili Petri Albi, inde ſunt paſſus cum ipſe volte 263. Unu cap. finem habet foſſatum unde aqua deſcendit quando pluvia ſunt inde ſunt paſſus centum, & tres. Ali. cap. finem habet via publica inde ſunt paſſus quadraginta, & octo ad paſſum juſtum menſuratum. Et quarta pecia de terra in eodem loco adjacentem habet hac finis. Unu latu finem habet ter. de jam dicti Laurentii, & terra Johanni qui dicitur Citu inde ſunt paſſus 130. Ali. latu finem habet terram de Filii & her. Sikeluerti inde ſunt paſſus centum, & unum. Unu cap. finem habet via publica inde ſunt paſſ. nonaginta, & octo. Ali. cap. finem habet terram de ſupraſcriptis filii, & heredes Sikelverti, & Aquarolu inde ſunt paſſ. 50. & ſex ad paſſ. juſtum menſuratum, qua mihi aptum, & congruum eſt, & ſpontanea mea voluntas per hanc videlicet cartam offero omne ſupraſcripta meis rebus in almificum monaſterium S. Benedicti, quod eſt edificatum, atque conſtructum in montis cacumen, qui dicitur Caſinum unde modo rector eſſe videtur domno Deſiderio venerabilis Abbas. Hac autem prædicta mea offercionem qualiter ſuperius eccleſiis, & curtis, & pars, & pertinencia de jamdicto caſtello de Paſtina & prænominata pecia de terris qualiter ſuperius legitur de finem in fine indicate, & menſurata ſunt cum omnia inferiora, ac ſuperiora eorum una, cum arboribus, & cum omnia ibique intro habentes ſubter, vel ſuper, & cum omne, qua ad ſupraſcripta mea rebus pertinet, vel pertinentes fuerint, & cum vie eorum ibidem intrandi, & exiendi omnia, & in omnibus offerui in ſupraſcripto monaſterio ad poſſeſſionem de jamdicto rectori, & de ejus ſucceſſoribus habendi, & poſſidendi, & quicquid pro utilitate, remelioratione prædicti monaſterii quomodo edict. continet, vendendi, commutandi, & faciendi ex ipſis omnia que voluerint, unde de jamdictis rebus, & ſubſtancia, qua offerui in ſupraſcripto monaſterio, nec mihi qui ſupra Johanne Comes, nec ad meos heredes, nec ad uxeribus meis, nec aliuilibet homini nulla exinde reſervavi nec aliquid dico remanere, ſed omnia, & in omnibus offerui in ſupraſcripto monaſterio, tamen reconde, & reſervo ex omnibus prædictis mea rebus, ut ſi quod abſit, me, atque meos heredes in talem inopiam, atque in vitabilem cauſam dejecti fuerimus, ut alia noſtra, qua ſupra nunc poſſidemus nobis eos per vim tollat, nos volentes neſcimus, qui ſupra nobis adjutorium impendat, aut ubi confugiamus, vel ſtemus habeamus ſed in dictum, & in ſupraſcriptum ſanctum Monaſterium proinde ſi talia quandoque acciderit inviti reſervamus exinde vitam habere anima, & corporis. Ego qui ſupra Johanne Comes, & uxor mea Alfarana & Adenolfo, & Landolfo filiis noſtris, & bonus homo filiis naturalem ſupraſcripti genitori mei unuſquiſque ex nobis habeant ſecum duos perſona ſibi ſervientes, qui noſtra expleant ſervicia nobiſcum ducentes pro his omnibus reſervo, ſi nobis opus fuerit, ut dixi habeamus dum vivimus de ſupraſcripto monaſterio victum & veſtimentum, & calceamentum, & operimentum, & . . . . . qualiter nos regere poſſamus cum noſtris ſervientibus dum vivimus in hac vita, & de jam dicto caſtello de que mea eſt pertinencia de Paſtina hoc reſervo ad meos legitimos heredes, ſi qualecumque adveniente tempore, ut talem habeant potenciam, ut emere poſſint ipſa mea pertinencia de ſupraſcripto caſtello,*

*quod offerſi a ſupraſcripto venerabilis Abbas, vel ab ejus ſucceſſores detur proinde ſupraſcripti filii mei in ſupraſcriptum ſanctum monaſterium libre duodecim, ſex libre de dinari, & ſex libre de alia eorum rebus, & dum data fuerint libra in ſupraſcriptu Monaſterium a ſupraſcripti filii mei, habeant ſibi, & poſſideant ab inde omni tempore ſecuro nomine quomodo ego eum tenui . . . . . . . . . . . . . . . antequam eum offerſiſſem, & ſi aliquando non poſſunt emere ſupraſcripti filii mei, ut diximus firmum, & ſtabilem in ſanctum monaſterium ſemper ſemper, & ſi Dei eſt voluntas, ut talia mala non Obt. accidat, ut noſtra qua ſuperſunt poſſidere, & dominare poſſamus nos, & noſtros heredes omnem ſupraſcripta mea offerſionem in ſupraſcriptum ſanctum monaſterium firmam, & ſtabilem permaneat imperpetuum, & quicumque de hac mea offertione in eo tinore, & ordine quomodo ſuperius legitur abſque voluntate ſupraſcripti Abbati, vel de ejus ſucceſſoribus aliquid diminuare, vel ſubtrahere, aut contrarietatem agere queſierit, aut vim facere voluerit per qualibet modum Mundi hujus argumento, vel ingenio non ſit illi licere in hac vita exinde pœnitentiam agere neque per Epiſcopos, neque per Sacerdotes, neque per nullom catholicam perſonam deum timentem, ſed dampnacione habeant tam hi qui faciunt, quam & omnes qui conſenciunt, vel conſiliant ipſas ſubtrahere, cum Anna, & Cayſa, & cum Poncio Pilato, & cum Juda traditore, & cum omni Dampnatos habeant porcionem, & maledictus ſit a trecenti decem, & octo Patres ſancti, & ab ejuſdem ſancta Dei eccleſia, & ab apoſtolos, & evangeliſtas, & ab omnes virtute celorum, & ab omnes ſanctos, ac ſanctas Dei, & inſuper miſericordiam Dei non inveniant, & taliter ego qui ſupra Johanne Comes ſicut mihi aptum, & congruum fuit, & qualiter pro redempcione anima mea, & anima de omnibus ſupraſcriptis, vivis atque. defunctis feci, & tibi Johanne presbiter, & notarius ſcribere juſſi. Actu Pontecurbu in ſupraſcripto caſtello de Pica. Ego Guido judex, Ego Petrus, Ego Johannes.*

Oppidi Mortulæ partem idem donat.

Donatio altera Johannis Teanenſis Comitis quæ partem caſtri mortulæ ad ſe pertinentem cœnobio Caſſinenſi elargitur, extat in regeſto Petri Diaconi num 485. fol. 106. a t. eſtque hujuſcemodi.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti anno ab Incarnatione ejus milleſimo ſeptuageſimo, & terciodecimo anno principatus domni Richardi, & domni Jordani filii ejus glorioſis principibus, & octavo anno Ducatus Gaeta menſe September nona Indictione. Ideoque ego Johannes filii quoddam Landolfi, qui fuit Comes Tianenſe ſicut mihi aptum, & congruum eſt, bona mea voluntate pro amore Dei omnipotentis, & ſalvacionis anima mea, quam & pro ſalvacione anima qm. ſupraſcripti genitoris mei, ut apud eternum Dominum de noſtris peccatis requiem, & indulgentiam invenire baleamus, ante preſenciam Antoaldi judicis civitatis Capuana & de aliis teſtes per hanc cartam do, atque offero in Eccleſia, qua eſt in monaſterio beati Benedicti ſita in monte Caſino, in qua domnus Abbas Deſiderius praeſſe videtur, hoc eſt integra mea omnis pars & pertinencia pro ſucceſſione quoddam ſupraſcripti Landolfi Comitis genitori mei de integro caſtello, qui nominatur Mortula, qua eſſe videtur infra fine Comitatus ipſo Tiano, cum integra omni parte, & pertinencia mea de territoriis, planiciebus, & montibus, & de aquis, & decurſus ipſius aqua, & de omnibus pertinenciis ad eodem caſtello pertinentes, & una cum integra omnia pertinencia mea de judicalibus, & ſcadicionibus, de hominibus, quibus modo infra finibus, & pertinenciis de ipſo caſtello ſunt, & adhuc in antea ibidem habere videntur cum tota, & integra jam dicta mea pars & pertinencia de jam dicto caſtello, & de alia omnia qualiter pradixi, una cum viis ſuis, & anditis, cunctiſque ſuis pertinenciis, & cum omnia inferiora, & ſuperiora ſua, ego que ſupraſcriptu Johannes in eodem S. monaſterio dedi, & tradidi atque offerſi ad poſſeſſionem pradicti monaſterii, & ad domnum Deſiderium Abbatem, & de ſucceſſores ejus ad habendum, & poſſidendum, & faciendum exinde omnia qua eis placuerit nec mihi, nec aliquibet homini exinde nullam reſervavi. Et obligo me, qui ſupraſcrittu Johanne, & meos heredes in predicto monaſterio, & te domnus Deſiderius Abbas, & ad ſucceſſores ejus, et quando voluerint defendamus eos ipſos. Si autem ego qui ſupraſcriptu Johannes, vel meos heredes hanc cartulam offerſionis de quibus continet aliquando per qualecumq; ingenium dirrumpere, aut removere queſierimus, et ſi non fecerimus, et non compleverimus eis omnia per ordinem, qualiter ſuperius leguntur centum libras auri puriſſimi pena ego me qui ſupraſcriptu Johannes, vel meos heredes pradicto monaſterii S. Benedicti, et domno Deſiderio Abbati vel ad ſucceſſores ejus, cop. obligamus, et omnia ſupraſcripta compleamus. Et hac cartula donacionis, atque offercionis, de quibus continet firma, et ſtabile permaneat ſemper; Et taliter ego qui ſupraſcriptu Johannes, qualiter mihi aptum, et congruum fui feci pro amore Dei omnipotentis, et ſalvacione anima mea, et ſalvacione anima Landolfi genitoris mei. Et te Johannes notarius qui interfuiſti ſcribere rogavi. Capua. Ego qui ſupraſcriptu Antoaldus judex. Ego Johannes.*

Atque Alteram Landolfus.

Alteram ejuſdem oppidi partem Landulfus Teanenſis Comes cœnobio quoque noſtro conceſſit conſimili fere diplomate, quod ex regeſto Petri Diaconi num. 484. fol. cit. exſcribimus.

*In nomine Domini noſtri anno ab incarnatione Domini milleſimo ſeptuageſimo, et terciodecimo anno principatus domni Riccardi, et domni Jordani filii ejus glorioſis principibus, et octavo anno Ducatus eorum Gajete menſe Septembris nona indictione. Ideoque ego Landolfus infans intra atate filii qm. Landolfi qui fuit Comes Teanenſis ante preſencia Antoaldi judicis Capuani offero pro anima mea in monaſterio S. Benedicti de monte Caſino, ubi ſacratiſſimum corpus ejus humatum eſt, in quo domnus Deſiderius Abbas praeſt integram partem meam de caſtello Mortula cum territoriis, planiciebus, montibus, aquis, aquarumque decurſibus judicalibus, ſcadicionibus, de hominibus, qui ibi habitant, vel in antea habitare videntur una cum viis, anditis, et cunctis pertinenciis ſuis, cum inferiora, et ſuperiora ſua, et exinde nec mihi, nec alio nil reſervavi, ſed omnia in eodem monaſterio dedit ea racione, ut amodo, et ſemper firmiter habeat, et poſſideat ipſe prafatus Abbas, et ejus ſucceſſores. Et obligo me ego qui ſupraſcriptu Landolfus, et meos heredes hanc offercionem defendere, et anteſtare pradicto monaſterio, et ejus Abbatibus amodo, et ſemper ab omnibus hominibus, omnibuſque partibus. Si autem ego*

qui

*qui ſupraſcriptu Landolfus, et mei heredes hanc offercionem aliquando pro qualecumque ingenium dirrumpere, aut removere queſierimus, et ſi non fecerimus, aut non compleverimus omnia quæ ſuperius leguntur, centum libras auri puriſſimi pena me, et meos heredes prædicto monaſterio, et ejus Abbatibus componere obligo, et omnia ſupraſcripta compleri, et hac cartula firma permaneat ſemper. Et taliter ego Landolfus ſicut mihi congruum fuit feci, et te Johannem notarium, qui interfuiſti ſcribere rogavi in Capua. Ego qui ſupraſcriptu Landulfu. Ego qui ſupraſcriptu Auloaldus Judex. Ego Johannes Notarius ſcripſi, et complevi.*

Mortulæ quidem oppidum cœnobio noſtro conceſſum a Richardo Capuæ Principe fuerat, illud tamen iterum Teanenſes Comites conceſſere, vel quod laudati Comites haud ſe jure ſuo cecidiſſe crederent, quanquam fiſco ſuo caſtrum illud adjudicarat Richardus, vel quod opportunam hanc quoque donationem exiſtimavit Deſiderius Abbas ad poſſeſſionem cœnobii Caſſinenſis magis corroborandam, vel demum quod Theanenſes Comites publicata jam bona recuperaverint ſibi a Richardo reſtituta; quocum concordes fuiſſe hæc allatæ conceſſionis verba inſinuant: *Exceptis terris, & rebus, ac hominibus, quod juſte, & legaliter pertinent Capuanis hominibus, qui modo Capuam habitant &c.* Camillus Peregrinius de Stemmate Principum Langobardorum pag. 286. & ſeqq. pluribus argumentis oſtendit generali hoc nomine *Capuanorum* dynaſtas illos omnes venire, qui ex Capuanorum principum genere deſcenderant, quales haud pauci erant intra fines Capuani principatus degētes.

Donatio Berardi Marſorum Comitis authentica in archivo noſtro aſſervata eſt hujuſcemodi. Donatio Berardi Marſorũ Comitis.

✝ *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab incarnacione ejus milleſimo ſeptuageſimo menſe Novembri indiccione nona. Ego Berardus gratia Dei Marſorum Comes filius quoddam Berardi Comitis. Cum eſſem in monaſterio S. Benedicti in monte caſtri Caſini ſito, preſente domno Deſiderio reverentiſſimo Abbate ejuſdem monaſterii, cum ſuis quibuſdam religioſis, & venerabilibus Monachis, aſtantibus quoque nobiliſſimis meis fidelibus, pro ſalute, ac defenſione corporis, & anima mea, & uxoris, ac filiorum meorum, & pro redempcione animarum parentum meorum obtuli ſanctiſſimo Benedicto in ipſo ſuo ſancto altari monaſterium S. Dei genetricis, & virginis Mariæ qui dicitur Lucus cum ipſa rocca, quæ ſuper ipſum monaſterium eſſe videtur, & cum omnibus ſuis pertinentiis. Secundum ſuas fines quæ in hac cartula ſcribuntur, ex una parte habet finem aquam de Fucina, & aſcendit per ipſam Pinnam, & vadit in Spinazola; & aſcendit in monte, qui dicitur Termine, deinde vadit per ipſa Serra de Longanie, deinde deſcendit per ipſum locum, qui dicitur Canali, & venit per medietatem de Valle Traſaquante, & revertit in aqua de Fucina, infra has fines quantumcumque pertinet in monaſterio S. Mariæ de Lucus in libera poteſtatem ſupraſcripti cœnobii S. Benedicti concedo; & ejus rectorum ad tenendum, & dominandum in perpetuum abſque ulla contradictione mea, vel meorum heredum, ſeu cujuslibet hominis pro parte noſtra. Si autem ego qui ſupra Berrardus Comes vel mei heredes hanc oblacionis cartulam evacuare quocumque modo queſierimus, vel contradicere his, quæ continet, ſubiaciamus pena compoſitionis librarum auri centum, & hac oblacionis cartula in omnibus firma, & ſtabilis in perpetuum permaneat. Quæ ut verius credatur me præcipiente ſcripta eſt per manum Johannis judicis, & notarii, & idoneorum teſtium qui affuerunt roborata nominibus.*

✠ *Signum manus Berardi Comitis, qui hanc cartulam ſcribere rogabit.*

✠ *Signum manus Ugonis Vicecomitis filius quoddam Alberti rogatus.*

✠ *Signum manus Johanni nobile viro filius quoddam Abillonii rogatus.*

✠ *Signum manus Pinconi filius quoddam Tidolfi rogatus.*

*Ego Joannes judex, & notarius complebi, & reddidi.*

Conceſſio piſcationis a Pandulfo factæ ex regeſto Petri Diaconi nu. 352. fol. 153. hæc eſt. Pandulfi conceſſio.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti quarto anno* (ſcilicet anno 1063.) *regnante imperio domno Conſtantino Duca ſanctiſſimi imperatore noſtro menſe Majo 2. indictione. Ideoque nos quos nomina ſumus Jaquinto filius Urſi, & Urſo fili Cotungi judice, & Guiſenolfus fili Guiſenolfi, qui ſumus Cōſis civitatis Sipontinæ. Clarefacimus, nos quia Pandolfus fili Silveſtri quando venit ad obitum ſuum fecit nos convocare, & perreximus in domum ſuam ubi in lectulo ſuo infirmum jacebat, & ac ante judices, & nobilos homines ipſe predictus Pandolfus per fuſtem tradidit, atque miſit nobis in manu quinquaginta paſſis de aquis piſcacionis in mari, quod eſt in loco, qui vocatur Riora in ſupraſcripta mari piſcationis Baſſi fili Pinnini, & in ſupraſcripta mari pinnino tradidi fili Sebaſtiani, ut poſt obitum ejus poteſtatem habeamus offerire illi in prefato monaſterio beati Benedicti Abbatiæ montis Caſinis ſicut ille nobis præcepit, & judicatum noſtrum continet de ipſa manumiſſione in qua regimen videtur tenere domno Deſiderio venerabilis Abbas, & nullum pretium nec Launebild* (ideſt reciprocum donum, ſeu pretium quodammodo rei donatæ, donatio rei ſimilis ſive remuneratio) *exinde querimus, niſi tantum Miſſa, & orationis canctis ad Deum omnipotens pro anima ſupradicti Pandolfi, vel de illius parentibus, idcirco nos ſupranominati Jaquinti, & Urſo, & Guiſenolfus, ſtatim bona noſtra voluntatis coram preſentiam Ferro judice, aliorumque ſubſcriptos teſtium per fuſtem, atque per hanc cartam offertionis tradidimus, atque offerimus tibi domnum Anſerico Monachus integris ipſi predicti quinquaginta paſſis de aquis piſcationis in mari, quod eſt in loco, qui vocatur Riora per ipſe jam dictos fines, & tecum habentem Johannem judicem advocatori tuo fili Saxis Archidiaconi, & Abbas vice prædicti domni Deſiderii gratia domini venerabilis Abbas de præphato S. monaſterio beati Benedicti Abbati monte Caſinis, & nullum precium nec Launechilt exinde querimus niſi tantum Miſſa, & orationis de precetis ad Dñi omnipotens pro anima ſupradicti Pandolfi, vel de illius parentibus, ea ratione quatenus a præſenti die tua ſit poteſtatem integris ipſi prædic. quinquaginta paſſis de aquis piſcacionis in mari, & de tuis ſucceſſoris dominandi poſſidendi frugiandi faciendum exinde quicquid veſtra fueris voluntates abſque omni contradictionem noſtram, vel de noſtris heredibus. Pro qua ergo obligamus nos ſupranominati Jaquinti, & Urſo,*

*& Guiſenolfo per guad. & med. nos ipſi es poſuimus tibi prædicto Dño Anſerico Monachus tuiſque Advocatori vice prædicti domni Deſiderii gratia Domini venerabilis Abbas. Eadem noſtra offerſionem de ipſi prædicti quinquaginta paſſis de aquis piſcacionis ab omnibus hominibus antiſtare & defendere, quem ſi antiſtare, & defendere non potuimus, aut noluerimus, vel nos ipſis per qualibet ingenium iſtam offerſionem quam prelegitur vobis removere, ſeu tollere queſierimus, & in quantumcumque de noſtra poteſtate, exinde ſubtrahere voluerimus, & hanc cartam irritam facere preſumpſerimus per qualiſcumque modis, vel ingenium obligamus nos, & noſtros heredibus comp. nobis, noſtriſque poſteriores quinquaginta ſoli. auri boni ſciphati, & alii quinquaginta ſoli. aurei boni in curte Regis, & in omni tempore defendamus illam nobis per invitis perdic. guadiam quam et tribuimus nos, et noſtros heredibus tibi prædicto domno Anſerico Monachus, tuique advocatori vel poſteros noſtros vice domni Deſiderii gratia Domini Abbati, vel cui iſtum bb. nrm. immanu paruerit ad pignorandum per omnia noſtra pignera legitimi, et inlegitimi, donec perveniatis ad noſtram Juſticiam, et hanc car. offerſionem omni tempore firmiter maneat. Ideo et nunc bb. ſcripſi Ego Urſo Diaconus atque nōs, quia ſic novi, et interfui. Ego Girardus Archiepiſcopus eccleſia Sipontina. Ego qui ſupra Ferrus Judex. Ego Pandulfus Primicerius. Ego Kadelaitus Notarius.*

Laminæ in Valvis Eccleſiæ Caſſinenſis a Deſiderio factæ.

Narratis Leo Oſtienſis cap. 20. pluribus pro eccleſia Caſſinenſi a Deſiderio comparatis ornamentis ſubdit: *Videns autem* (Deſiderius) *tunc portas æreas epiſcopii Amalfitani, cum ſatis placuiſſent oculis ejus, mox menſuram portarum veteris eccleſiæ Conſtantinopolim miſit, ibique illas valde pulchras fieri fecit. Nam non dum diſpoſuerat eccleſiam renovare, et ob hanc cauſam portæ ipſæ ſic breves effectæ ſunt, ſicut actenus permanent.*

Memoratæ portæ, ſeu potius laminæ, quæ in preſentiarum quoq; principem Caſſinenſis baſilicæ portam ligneam cooperiunt triginta octo ſunt numero, ideſt ejuſdem menſuræ viginti, latæ undecim palmi Neapolitani uncias; longæ palmum unum cum ſemiſſe, profundæ minutum unum, ſeu ſexageſimam palmi partem. Duæ poſtremæ latitudinis habent palmum unum cum duabus unciis, & longitudinis palmum, octoque uncias. In viginti duobus hiſce laminibus excavatæ ſunt litteræ omnes æquales argento deinde repletæ magnitudinis ſex minuta, unaque characterum linea ab alia unciæ medietate diſtat. Grandiorum laminarum characteres ampliores ſunt. In hiſce vero omnibus Caſtra, aliaque cœnobii Caſſinenſis bona deſcribuntur. Eæ juſſu Deſiderii ann. 1066. confectæ, ut in fine earumdem legitur, quamquam non omnes eodem anno. Cum vero hæ laminæ, Leone teſte, eo tempore confectæ fuerint, quo nondum eccleſia ampliata a Deſiderio fuiſſet, hinc in meliorem, amplioremque formam redacta Caſſinenſi baſilica, ejus quoque valvæ ampliatæ ſunt, quas ut integre cooperiret Oderiſius II. teſte Petro Diacono, ſexdecim alias laminas conficiendas juſſit, quas Petrus Diaconus lib. 4. Chron. Caſſ. cap. 80. Portas vocat. Ex hiſce vero quinque longæ ſunt palmum unum, & uncias quinque, latæ novem unicas. Novem aliæ latæ ſunt uncias decem, longæ palmum, & ſeſqui, omneſque ejuſdem profunditatis. Characteres in iis excavati nunquam alio metallo repletos fuiſſe oculis patet; duaſque illi menſuras habent, nam novem laminarum Characteres longi ſunt, quemadmodum primi, major tamen intercapedo inter Characteres, lineaſque intercedit, neque adeo ſunt grandes. Quinque aliæ laminæ Characteres habent ejuſdem formæ, ſed longos tantum quatuor uncias. Reliquæ duæ laminæ Characteres ita efformatos exhibent, ut ſaltem diverſum habuiſſe artificem oſtendant, cum literas, dictioneſque decurtatas referant, quæ in aliis non videntur. Color quoque patinæ diverſus in iis laminis videtur, cum illæ a Deſiderio factæ obſcuriorem referant, & umbratum. Oderiſii vero rubicundior eſt, minuſque obſcurus. In illis quoque Oderiſii laminis oppida, bonaque cœnobii noſtri numerantur. Illa hic edere gratum futurum eruditis cenſemus, cum potiſſimum inde magna oppidorum, quæ cœnobio noſtro parebant copia appareat. Tres primi verſus ad autographum Deſiderii hic delineavimus, quemadmodum tres illarum verſus, quas Oderiſius confici juſſit. Ne autem caſu aliquo hæ laminæ deperirent, publicitus exſcriptæ ſunt iuſſu prioris Caſſinenſis an. 1535. coram teſtibus, & judice ad contractus a notario Marco Antonio de Marco Sangermanenſi, ejuſque rei documentum aſſervatur in fine primi regeſti Congregationis.

✠ *Civitas Sancti Germani*
*Caſtellum Sancti Petri*
*Plumbariola*
*Peſdemonte*
*Terame*
*Pinnatari*
*Sanctus Angelus*
*Junctura*
*Sanctus Stephanus*
*II. Sanctus Georgius*
*Sanctus Apollinaris*
*Sanctus Ambroſius*
*Sanctus Andreas*
*Vallisfrigida*
*Caſtellum novum*
*Fratta*
*Suju*
*Turris ad Mare*
*Villa Lauriana*
*Mortula*
*III. Cucuruzzu*
*Caminus*
*S. Joannes de currenti*
*Caſpuli*
*Rocca de Vandra*
*Vantra*
*Torocclu*
*S. Petrus in Flia*
*S. Victor*
*Cervarium*
*Sanctus Helias*
*IV. Vallisrotunda*
*Saraciniſcu*
*Cardetus*
*Aquafundata*
*Vitecuſum*

*Villa*

*Villa de Venafro*
*S. Urbanus in Comino*
*Caſtrum Cæli*
*Rocca ſicca*
*Villa Sancti Gregorii*
*V. Sanctus Benedictus, et Sancta Scholaſtica in Gaeta cum pertinentiis ſuis.*
*S. Stephanus de Terracina cum pertinenciis ſuis*
*S. Mannus cum pertinentiis ſuis,*
*S. Nicolaus de Pica*
*S. Johannes in Poto*
*S. Petrus de Foreſta*
*Sanctus Paulus cum omnibus illorum pertinentiis*
*S. Mauricius,*
*VI. Cetraru cum omnibus pertinentiis ſuis*
*S. Nicola de Sallectanu cum omnibus pertinentiis ſuis*
*S. Benedictus de Salernu, cum omnibus pertinentiis ſuis.*
*S. Laurentius cum omnibus pertinentiis ſuis.*
*S. Angelus della Forma cum omnibus pertinentiis ſuis.*
*S. Benedictus in Capua cum omnibus pertinentiis ſuis*
*VII. S. Maria de Monache cum omnibus pertinentiis ſuis*
*S. Joannes de Monache cum omnibus pertinentiis ſuis*
*S. Benedictus de Tiano, cum omnibus pertinentiis ſuis*
*S. Benedictus de Ceſima cum omnibus pertinentiis ſuis*
*S. Heraſmus de Mole de Gaeta cum pertinentiis ſuis*
*VIII. S. Maria in Cengle cum Villa, & Molendinis, & Ailanu*
*Villa Sancti Viti*
*Caſtellum S. Archangeli*
*Eccleſia cum Curtis, & cum Villis ſuis*
*Omnia S. Maria in Cingla cum omnibus pertinentiis ſuis.*
*IX. S. Sophia de Benevento cum omnibus pertinentiis ſuis*
*S. Nycola cum omnibus pertinentiis ſuis*
*S. Anaſtaſia de Calabria cum omnibus pertinentiis ſuis*
*S. Maria de Tropea cum omnibus pertinentiis ſuis*
*X. S. Maria in Caſali planu, cum omnibus pertinentiis ſuis*
*S. Staſius de la Riza cum omnibus pertinentiis ſuis*
*Alia S. Maria in Caſali planu cum omnibus pertinentiis ſuis.*
*S. Benedictus in Pectinali cum omnibus pertinentiis ſuis.*
*XI. S. Benedictus in Trinnu cum omnibus pertinentiis ſuis*
*S. Euſtaſius de Petra habundanti cum omnibus pertinentiis ſuis.*
*Hoſpitale de monte S. Angeli cum omnibus pertinentiis ſuis.*
*XII. Et cum toto Gualdo de Bolejano, & Caſtellum ejus Nubeſca & Caſtellu qua Comes Traſmundo S. Benedicto dedit Biſenti, Arſeta, Bacuccu in Aprutia.*
*S. Nicolaus in Trutino*
*Cella Sanctorum*
*XIII. Septem fratrum cum Inſula de Papinnanu.*
*S. Angelus in Mairanu cum Cellis ſuis*
*S. Maximus in Vairano in Aſculo*
*S. Angelus Ancillarum Dei*
*S. Benedictus in Trunto cum Cella S. Margarita*
*S. Angelus in Centum Ceraſa*
*XIV. S. Nicolaus de Balle Sorana*
*S. Germanus de Sora.*
*S. Benedictus de Colle de Inſula.*
*S. Silveſter, &*
*S. Martinus in Arpino*
*S. Angelus de Peſclu Maſculinu*
*S. Nazarius,*
*S. Benedictus de Clia.*
*XV. S. Nicolaus de Turrici*
*S. Petrus in Eſcleta*
*S. Maria de Berole*
*S. Valentinus*
*S. Pancratius in Ferentinu*
*S. Petrus de Morolu*
*S. Angelus de Algido*
*S. Agata de Toſcolana in Roma*
*S. Maria de Pallara cum pertinentiis illorum.*
*XVI. S. Maria de Celle cum omni ſua pertinentia*
*S. Coſma de Civitella*
*S. Maria de lucu cum omni pertinentia ſua*
*S. Benedictus de Civita cum omni pertinentia ſua*
*S. Petrus de lacu cum quindecim cellis ſuis.*
*XVII. Caſtellone de Apulia cum omnibus pertinentiis ſuis.*
*S. Benedictus in Aſculo, cum omnibus pertinentiis ſuis.*
*S. Angelus de Troja cum omnibus pertinentiis ſuis*
*S. Nicandru cum omnibus pertinentiis ſuis.*
*S. Petrus in Tarantu,*
*XVIII. Petra fracida*
*Ripa mala*
*Montem S. Benedicti in Phara,*
*Ripa Urſa*
*Montem Bellum*
*Peſcloli cum omnibus ſuis pertinentiis*
*In Penne Caſtellum Laſtinianus.*
*S. Martinus in Saline.*
*XIX. Monaciſca, &*
*Peſcu Conſtantii cum tredecim Cellis, & Villis ſuis.*
*S. Angelus de Barrea cum Villanis, & omnibus pertinentiis ſuis.*
*S. Angelus de Peſclu Canali*
*S. Benedictus de Paſcu Sanu.*
*XX. Olivetum, Villa ſancta Columba.*
*S. Eufemia in Fara, & cum quadraginta Cellis.*
*Tria Caſtella, qua Comes Traſmundo Sancto Benedicto dedit.*
*Mons Alberici*
*Friſa*
*Muccla*
*S. Quirici in Triniu*

TITULUS.

*XXI. Hoc ſtudiis Mauri munus conſiſtit opuſcli*
*Gentis Melſigene renitentis originis Arce*
*Qui decus, & generis hac effert laude laboris*
*Qua ſimul auxilii conſpes maneat Benedicti*
*Ac ſibi celeſtes ex hoc commutet honores.*

*Diſſertat.* P 3 XXII.

*XXII. Hoc fecit Mauro filius Pantaleonis de Comite Maurone ad laudem Domini, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti ab ejus Incarnatione anno milleſimo ſexageſimo ſexto.*

*II. Civitas Pontis Curvi cum pertinentiis ſuis*
*Caſtrum Pica*
*S. Petrus de Curuli*
*S. Onufrius de Campo de Mille*
*S. Martinus*
*De Inola. S. Helias de Ambriſe.*
*S. Benedictus de Spolite*
*In Calcara S. Salvatoris in Civitella in Terra*

*III. Arnulfi S. Benedictus de Crema.*
*S. Benedictus de Paſcolano juxta Nonantulam in Aretio*
*S. Benedictus in Ficarola.*

*IV. In Civitate Firmana Monaſterium S. Mariæ loco Leveriano, & Eccleſia S. Joannis de Gargania, & Caſtellum de Bubalano*

*V. Cum Eccleſia S. Mariæ & S. Blaſii cum pertinentiis eorum. Eccleſia S. Chriſtophori in Caſtello Petroſo cum pertinentiis ſuis in Penne loco.*

*VI. Qui dicitur Fonte tecta Eccleſiam ſancti Flaviani cum medietate Caſtelli de Colle Carello, & de Monte Petitto cum omnibus rebus ſuis.*

*VII. In Dalmatia prope*
*Civitatem Raguſiam Eccleſia Sanctæ Mariæ in loco, qui dicitur in Rabiata Item in Sardinia Eccleſia Sanctæ Mariæ in loco qui dicitur Bubalis*
*Sancti Heliæ de Monte Sancto*

*VIII. Cum omnibus pertinentiis ſuis*
*In Draconaria Eccleſia S. Nicolai*
*S. Euſtaſius de Pantaſia In Amalfi Eccleſia S. Crucis Et S. Nicolai in Aſculo*
*Duo Caſtella ideſt De-*

*IX. Cinianum, & Tribilianum cum omnibus Eccleſiis, & poſſeſſionibus earum Item ibidem duorum portiones Caſtellorum*

*X. Ideſt Pomontii & Octavi cum terra modiorum quatuor milia*
*S. Illuminata de Muſano.*

*XI. In Lucca S. Georgius*
*S. Silveſtri in Piſa*
*In Sardinia S. Maria in Thergo cum pertinentiis ſuis S. Nicolai in 50.*

*XII. S. Nazarius de Rocca Piperuzo*
*S. Petrus de Sexto*
*S. Benedictus de Benafro*
*S. Marcus de Carpenone*
*S. Crucis in Sernia.*

*XIII. Intra Civitatem Capuanam Eccleſiam S. Nicolai, S. Rufi, S. Angeli in Rodaldiſci, & S. Benedicti Piczoli cum pertinentiis eorum*

*XIV. In Campo Maurania Eccleſiam S. Mariæ ſuper ipſos lacus ejuſdem Civitatis cum omnibus pertinentiis ejus*
*S. Martinus de Furca*

*XV. S. Nazarius de Rocca de Piperoczu*
*S. Petrus de Sextu*
*S. Benedictus de Benafro*
*S. Benedictus de Monterodoni*
*S. Crucis in Serniæ*

*XVI. S. Vincentius de Taberna*
*S. Maria ad Flumen tepidum*
*S. Martha, & S. Pantaleonis ad Olivarum*
*S. Georgii de Tulvi, &*
*S. Maria de Palma cum pertinentiis eorum*

Pia Sardorum regis ſolicitudo pro aliis Monachis Caſſinatibus regno ſuo invehendis, quandoquidem primi interclusi a Piſanis fuerant, hiſce verbis a Leone Oſtienſi cap. 24. deſcribitur. *Sardorum interea rex* (Bareſo) *digna pro tantis injuriis ſatisfactione a Piſanis recepta cum rurſus ad hoc monaſterium mandaſſet ſe quidem multo ardentius in priori devotione perſiſtere, nos vero propter id quod evenerat nequaquam debere neglegere duos tandem illuc Fratres jam poſt biennium fere tranſmiſſos Rex idem alacriter nimis recepit. Eiſque eccleſiam beatæ Mariæ in loco qui dicitur Bubalis, nec non & S. Heliam de Monte ſancto cum integro ipſo monte ad monaſterium conſtituendum per præceptum conceſſit cum colonis, & ſervis quamplurimis, & cum ſubſtantiis, ac poſſeſſionibus magnis. Hunc æmulatus ad bonum alter rex ejuſdem Sardiniæ nomine Torchytorius, fecit & ipſe cartulam oblationis ſuæ, & tranſmiſit ad hoc monaſterium, de s. ſcilicet Vincentio de Taberna cum ſervis multis, & ſubſtantiis plurimis, nec non & de s. Maria ad flumen tepidum, & de s. Martha, & de ſancto Pantaleone ad Olivarum, & de s. Georgio de Tulvi, atque de s. Maria de Palma omnes inquam eccleſias has, cum univerſis eorum pertinentiis ad monaſterium ex eis conſtituendum rex prædictus per cartam beato Benedicto contribuit.*

Rex Sardiniæ Monachos Caſſinates accerſit.

Baraſonis donatio ex autographo eſt hujuſcemodi.

Boniſque ditat.

† *In nomine Dei eterni, & Miſeracos & pii, rennante Dño Baroſſone, & nepote ejus Donno Marianus, in Renno, quo dicitur ore: Deinde Donicelo Mariane, & Donnicelo Petra, & Donnicello Comita ſimul cum omnibus fratres, & parentes eorum conſiderabimus, & memorabimus nobis de omnibus peccatis noſtris, & pro mercede & redempzione anima noſtra, udic. ed in eternum dñi requie, & miſericordia imbenire baleamus, ſic tradimus atque concedimus baſilica s. Mariæ Dei genetricis Dñi de loco, quod dicitur Bubalis. Deinde s. Elias de Monte ſancto cum omnibus qua modo abent, & antea jubente Deo, dare potuerimus illis omni charitate perfecta, ſic tradimus illos monaſterios noſtros a baſilica, & monaſterio S. Benedictus, qui dicitur caſtro Caxinom, & da donno Deſiderio gratia dñi Abbas, & a ſuos ſucceſſores ad abendu tenendu, atque poſſidendu, & faciendu omnia quidquid, ut dillis neceſſaria in iſos monaſterios, & nullus Rege queſt obito noſtro rennabit ib non beat comiato retrahere Abbas in bita, & ſit migrabit de iſtius ſeculi ib & nunque avet alius quod ſacret ad abas. Dirigat miſos agere s. Benedicti, & dacipiat alius Abbas, & xi quiſta Cartula, quod nos juſi fueri eſtruere, aut eſterminare boluerit ſive Judice, ſibe Donna eſtrumet Deus nomen ſuu de libro bibenxiu, & carnes ejus dirrupiat bolatilibus celi, & bebias terren, & fiat maledicti de s. Benedicto, & duodecim Apoſtoli, & ſexdecim Propheta, & aveat maledictione de quatuor evangeliſtas Marcus, Maczeus, Lucas, & Johannes, & novem ordines Angelorum & decem Artangelorum, & dapiriat illis Terra, & declutiat eos bibos, ſicut declutibit Dattan Coren & Abiron, & fiat maledicti de omnes ſancti, & ſanctas Dei amen, fiat amen fiat, fiat: Et xi quiſta breve audire ea boluerit, & differit quia bene eſt abeat benediczione de Domino noſtro Jeſo Chriſto, & de*

Digitized by Google

*& de ſancta Glorioſa matre ejus Maria, & da benedictione de ſanctũ Benedictu, de Sm. Elias Confeſſor, & dabeat benedictione de omnes e ſanctas Dei quod ſuperius diximus amen fiat fiat.*

*Nicitalebita Iſcribanus in palactio regis iſcriſi quod in illa ora fuit tenebre, & paucu lumine abit inn illa ora, & grande preſſerat mihi domino Abbate de Caſſinenſis mons quod ſetis in ſerbizziu Dei, & S. Benedictum no michi tenentis, inde cuperiu ſi imbemnietis littera edificata male vos qui ſapios eſtis demendate in corde beſtro, & donate pro me miſero & gulpapile quo ego ſo teſtimoniu.* Adeſt ſigillum plumbeum.

Privilegia Alexandri Papæ.

Circa medium cap. 26. Leo Oſtienſis mirum Romanorum Pontificum erga Caſſinates ſtudium deſcribit dum inquit: *Eodem tempore ſolemne deſiderio privilegium idem Apoſtolicus* (Alexander) *præter cætera ſuper omnimoda hujus cœnobii libertate conceſſit, ne videlicet aliquis alicujus eccleſiæ epiſcopus præter Romanum Pontificem non ſolum in noſtra ac principali eccleſia verum etiam in omnibus ubique locorum nobis pertinentibus cellis quamlibet dicionem uſurpare quolibet modo præſumeret auctoritate apoſtolica interdicens, &c.* Hujuſce privilegii hæc potiſſimum verba adnotanda: *Confirmamus, & caſtellum S. Petri ad pedem ipſius montis, quod ab antiquis dictum eſt caſtrum Caſſinum, nec non & caſtellum S. Angeli caſtellum, qui vocatur Piniatari, caſtellum S. Georgii, & S. Apollinaris, S. Ambroſii, & S. Andreæ, & caſtellum, qui vocatur vallis frigida, caſtellum, qui dicitur Bantra, & S. Petri in Flia, & S. Victoris, Torrucclum, & Cervarum, & S. Eliæ, & Vallisrotunda, Rocca de Bantra cum omnibus ſuis pertinentiis, caſtellum, qui dicitur Sarraceniſcus, & s. Stephani, & caſtellum, qui dicitur Terame, & caſtellum, qui vocatur Fratte, quos commutaſtis a Richardo principe, & caſtellum qui vocatur Mortula cum ipſa curte, que vocatur Caſa fortini*; & poſt multa: *Nec non & caſtellum qui vocatur Laſtinianum; & alia tria caſtella montem Alberici, Mucclam s. Quirici cum portu ſuo, quæ duo Tranſmundus Comes filius Octonis beato Benedicto in monte Caſino legali donatione, & cartarum monumentis contulit. Tertium autem caſtellum Friſam; quod præfati Tranſmundi uxor pro anima ſua; conſentiente viro ſuo, s. Benedicto obtulit; &c.* Vid. Sigonius p. 396.; Baronius an. 1066., & Mabillonius Annal. To. IV. pag. 682.

Tremitenſis inſula Caſſinenſibus ſubdita.

Præterea cum de Rectoribus Tremitenſis cœnobii (ait Leo Oſtien. cap. 27.) *quod nobis antiquitus pertinuiſſe Romanorum quoque Pontificum privilegia, pleraque teſtantur &c. qui cum Abbatem ejuſdem loci Adam multorum facinorum reum convictum exinde ſubduxiſſet, Roberto de Laurotello, & Petrono de Leſina Comitibus; & epiſcopis Trojano Draconarienſi, ac Civitatenſi, nec non & Abbate Terræ majoris, ſe comitantibus; inſulam præfatam ingræſſus; Tranſmundum inhibi filium Oderiſii Marſorum Comitis nimis honorifice ordinat in Abbatem. Egregiæ ſane tunc indolis adoleſcentem, prudentia, & litteris non parum valentem, oneſtis quoque moribus hoc in loco a puero inſtitutum &c.* & infra: *Paucos poſt dies* (ſcilicet Tranſmundus) *tribus de prioribus ejuſdem loci Monachis oculos eruit, uni vero linguam abſcidit; fuerant enim apud eum de rebellatione inſulæ a ſociis inſimulati &c.* Vid. Mabillonius, loc. cit. Ex qua narratione conſtat Tremitenſem, ſeu Diomedis Inſulam Caſſinenſi cœnobio olim ſubjectam.

Petri Diaconi fides, & authoritas.

Jam vero cum in locum Diſſertatio noſtra devenit, quo Leonis Oſtienſis integerrimi, omniq; exceptione majoris hiſtorici authoritas cynoſuræ nobis loco eſſe deſiit. Nullo tamen id rerum noſtrarum periculo factum, cum Petrus Diaconus vices ſubeat, qui Monachus & ipſe Caſſinenſis, ſuique temporis ſcriptor haud ignobilis, vel indiligens Chronicon Caſſinenſe ad ſua tempora ſupplevit. Quanta vero diligentia hiſtoriam ſuam Petrus concinnaverit, ex ejus prologo conſtat, quo limpidos, ſinceriſſimoſque fontes aperit, e quibus narrationis ſuæ monumenta deſumſit. Jam vero quantæ dignitatis, & fidei ipſe ſit author, ex plurium ſcriptorum elogiis conſtat, quæ nos in apologia de Leone Oſtienſi, & de Petro Diacono attulimus, modoque ſufficiat teſtimonium refricaſſe Cardinalis Baronii haud quidem aſſentationibus ullis, favoribuſque erga ſcriptores potiſſimum noſtros proclivis. Huic enim cum To. XI. & XII. Annalium eccleſiaſticorum ſæpe authoritate utitur Petri Diaconi, tum Tom. XII. pag. 7. edit. Vatican. an. 1605. ad 1100. hæc ait. *Atque Petrus Diaconus in Chronico Caſſinenſi, iidemque ipſi hujus quoque temporis authores, & quidem integræ fidei, &c.*

Richardi beneficentia.

*Per idem tempus,* ſubdit Petrus cap. 37. *Richardus princeps per præceptum obtulit beato Benedicto eccleſiam s. Angeli, quæ nuncupatur ad Formas, &c. conceſſit in eodem loco eccleſiam s. Angeli de Olaldiſi intra Capuam, cum omnibus pertinentiis ſuis, nec non & quicquid palatio pertinebat in toto Sarzano cum univerſis ibi habitantibus villanis, & omnia quæ ibi pertinuerunt Gregorio Comiti palatii, & Petro filio Doferi in loco s. Heraſmo, cum omnibus itaque his, & cum univerſis pertinentiis ſuis &c. in hoc Caſſinenſi cœnobio prædictam eccleſiam optulit.*

Duo hic Capuanorum principum privilegia recenſet Petrus Diaconus, in quorum primo Richardus, & Jordanes quidquid in toto Sarzano juris ſui erat; homineſque quoſdam cœnobio S. Angeli ad Formas a ſe conſtructo ſubdunt, ut hoc privilegio, cujus autographum in archivo noſtro aſſervatur, conſtat.

† *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni Riccardus, & Jordanes divina ordinante providentia Capuanorum principes. Cum principali excellentia petione dilecti ſui clementer favent. Igitur fidelium noſtrorum preſencium; ac futurorum noverit multitudo, qualiter nos loca Deo ubique dicata noſtra ope adhibita de bono in melius cotidie proficere ſtudemus, nunc autem ob amore omnipotentis Dei, & B. Archangeli Michaelis eccleſiam ejus, quæ nominatur ad arcu Dianæ quam eccleſia, & locum valde aptiſſimum per cœnobio conſtruendum conſpeximus, idcirco pro Dei, & ipſius S. amore nec non, & pro ſalutem animarum noſtrarum, ſeu parentum noſtrorum; videlicet Askitini; & Roberti, quam eciam, & ob animam magnæ recordacionis avunguli noſtri Conſulis, & Ducis Raynulfi per hoc noſtrum Principale ſcriptum damus, concedimus, & confirmamus in præphatum cœnobio nuper a nobis conſtructum, & ubi nunc venerabilis Capuanus Abbas regimen tenere videtur quit quantum noſtro principali*

cipali

Digitized by Google

*cipali juri pertinet in toto Sarzano cum omnibus hominibus, qui ibidem modo commorantes ſunt, vel fuerint, & partes, & pertinencias, qualiter pertinuit Gregorii filius Grimoaldi Comitis palacii, & Petri filio Doferi Comiti in loco s. Eraſmum, qua legaliter noſtro fiſco deducta ſunt, & eccleſiam s. Angeli qua videtur intus Capuam juxta platea de Auloaldiski cum univerſis ſuis pertinentiis ad poſſeſſionem ipſius s. loci, & prephati Abbati, & de ejus ſucceſſores, & rectores ad faciendum exinde regulariter omnia qualiter meruerit ob recordacionem eciam & noſtram eternaliter ſtabiliendam dacionem tradicionem atque confirmacionem hos noſtra firmacionis apices fieri juſſimus, quibus omnino ſancimus, & perpetualiter habendum mandamus, ut amodo, & ſemper ipſe præfatus monaſterius, & prædictus Abbas, et ſui ſucceſſores firmiter ſecure livere, et quiete habeant et poſſideat totas, et inclitas ſupranominatas daciones, atque confirmaciones per omne quemadmodum ſuperius ſcriptum eſſe invenitur, remota omni inquietudine, vel moleſtacione cujuſcumque judicis Comitis, Caſtaldeis, Seudahis, & omnium mortalium perſona. Quod ſi qualibet perſona hominum magna, vel parva contra hanc noſtri præcepti firmitate agere præſumpſerit, aut ejus violator in quocumque fieri temptaverit ſciat ſe compoſiturus auri puriſſimi libras ſexaginta, medietatem noſtra Kamera, & medietatem prephati monaſterii, & prædicti domni Capuani reverendiſſimi Abbati, & ad ſuos ſucceſſores, & poſt ſoluta pena, hujus noſtra conceſſionis paginam munitum firmum, ac ſtabile maneat in perpetuum. Ut autem hac noſtra conceſſionis, & dacionis, atque confirmacionis firmius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manu noſtra propria corroborabimus, & noſtri ſigilli impreſſione juſſimus inſigniri.*



*Signum Domni Riccardi Excellentiſſimi Principis.*

*Ex juſſione præfata Sereniſſima poteſtatis ſcriptum per manus Johannis judicis. Anno nono Principatus ipſius domni Riccardi, & domni Jordanis glorioſorum principum, & quarto anno Ducatus eorum Gajeta. Data anno dominica incarnationis MLXV. per indictione quarta.*

Adeſt ſigillum plumbeum.

Altero privilegio Richardus princeps cœnobium S. Michaelis, cum omnibus juribus monaſterio Caſſinenſi ſubdit. Illud hic ex autographo ſubnectimus, quamquam aliquibus poſt primum annis conceſſum, ut Petri Diaconi auctoritatem, qui ambo hæc ſimul connectit, pro more perſequeremur. Deſunt in hoc privilegio, Notarii forſan oſcitantia, notæ Chronologicæ, & locus, in quo eſt datus; nec tamen proinde de ejus authenticitate dubitare cuiquam licebit, qui autographum in archivo noſtro aſſervatum conſulat, quique reflectet, pluribus deinceps afferendis diplomatibus authenticis, Richardum principem privilegium hoc enunciare, confirmareve Caſſinatibus cœnobium S. Angeli ad Formas. En vero privilegium

† *In nomine Domini Dei eterni, & Salbatoris noſtri Jeſu Chriſti. Nos Richardus Dei gracia princeps anno Deo propicio principatus noſtri quarto decimo, menſe Februario, indictione decima. Quia ſatis licitum, & ſaluberrimum eſſe videtur ex noſtris aquiſicionibus eccleſias Dei honorare. Idcirco ob amore ipſius omnipotentis Dei, & beati confeſſoris ſui Benedicti, cujus monaſterium ſitum eſt in monte caſtro Caſino pro ſalute anima mea ſeu parentum meorum, nec non & pro ſalute anima avunguli noſtri magna recordationis conſulis, & Ducis Rainulſi, per hanc cartam damus, tradimus, atque offerimus in præfato monaſterio, ubi nunc Deo tuente, domnus Deſiderius reberentiſſimus Abbas praeeſt, ideſt cœnovium s. Michaelis Archangeli, qui antiquitus dicebatur ad arcu Diana, & nunc dicitur ad Forma, cum eccleſiis ſibi ſubiectis, & cum ſuis pertinenciis, quit qualiter nobis eſt pertinentes per cartas comutacionis nobis emiſſa ante hos annos a domno Hildebrando Archipreſule Archiepiſcopatus SS. Protomartyris Stephani, & Agatha hujus Capuæ s. ſedis, inſimul eciam cum ipſa conceſſione, quod per noſtrum principalem ſcriptum ibidem a nobis conceſſum, & confirmatum eſt, totum, & integrum illut damus, atque offerimus in præfatum monaſterium, ad habendum, & fruendum, & poſſidendum, & faciendum exinde regulariter amodo, & in antea, & ſemper omnia quacumque ipſe præfatus domnus Deſiderius Abbas, & ſui ſucceſſores, & pars prædicti monaſterii voluerint. Quam eciam pro legale defenſione damus, atque offerimus in præfato monaſterio prædicta carta commutacionis, per quam nobis pertinet ad poſſeſſionem ipſius monaſterii, & prædicto domni Abbati, & de ſuis ſucceſſoribus, & obligavimus nos ſupranominatus Richardus princeps nos, & noſtros heredes ad prædictum monaſterium, & ad præfatum Abbatem, & ad ſuos ſucceſſores integra ſupraſcripta noſtra dacione, atque offertione defendere, & anteſtare amodo, & ſemper ab omnibus hominibus, ab omnique partibus, & quando voluerint ipſe domnus Abbas, & ſui ſucceſſores, & par prædicti monaſterii licenciam habeant ſibi exinde auctores, & defenſores eſſe vicibus noſtris, & de noſtris heredibus cum iſta offercionis cartula, & cum prædicta carta commutacionis, cum aliis ſuis, & noſtris rationibus quomodo, vel qualiter melius potuerint, & voluerint. Si quis ſane, quod fieri minime credimus eſſe venturum homo, qui adverſus hanc cartam noſtra dacionis, atque offercionis inquietare præſumpſerit, aut aliquid de quod ſuperius ſcriptum eſt, prædicti cœnobii ſanctiſſimi Benedicti ſubtrahere voluerit, vel ſubtraxerit peccatis damnacionis anima ſua ſit obligatus, qui pro hac re a noſtris facinoribus, favente Deo, putamus nos eſſe purgatus. Idcirco quod ſi nos qui ſupraſcriptus Richardus Domini gracia Princeps, vel noſtri heredes hanc cartam dacionis, atque offercionis de quibus continet aliquando, vel qualecumque ingenium dirrumpere, aut remobere*

Donatio cœnobii S. Michaelis Archangeli cum ſuis eccleſiis.

bere

Digitized by Google

*here queſierimus quinquaginta libras auri puriſſimi pena nos, vel noſtros heredes componere obligavimus ipſi domni Abbati, & ad ſucceſſores ſuos, & ad pars predicti monaſterii, & poſt ſolutam penam hæc noſtra dacio, atque offerio firma, & ſtavilis manead imperpetuum. Et taliter nos qui ſupraſcriptus Richardus Domini gracia princeps qualiter nobis congruum fuit pro ſalute Anima mea feci, & tibi Johanni notario ſcribere juſſimus.*

*Ego Johannes judex ſ.*

✠ *Ego Landolfus.*

✠ *Ego Paldolfus Comes.*

✠ *Ego Sico Comes.*

Ejuſdem eccleſiæ S. Benedicti, & S. Petri in Scaphato conceſſio.

Eccleſiam quoque S. Benedicti, & S. Petri in Scafato Richardus cœnobio Caſſinenſi anno 1072. conceſſit hoc diplomate ex antiquo regeſto S. Angeli Langobardicis characteribus exarato, p. 23.

† *Igitur fidelium noſtrorum preſencium, ac futurorum noverit multitudo, quoniam pro ſalute animarum noſtrarum, ſeu parentum noſtrorum Aſckitini, & Robberti, quam eciam, & ob animam magna recordacionis avunculi noſtri conſulis, et Ducis Raynulfi per interventum Landulfi, Ricke, et Pandulfi, Guala, et Citro Vice principis, per hoc videlicet principale ſcriptum damus, tradimus, concedimus, et confirmamus in monaſterio S. Benedicti ſito in monte Caſino, in quo domnus Deſiderius divina ordinante clemencia venerabilis, ac religioſus Cardinalis, et Abbas regimen tenere videtur, eccleſiam S. Benedicti Piczoli ſitam in Capua non longe ab eccleſia Archiepiſcopatus ſanctorum martyrum Stephani, et Agathes, cum eccleſiis, et terris, et aquis, et univerſis pertinenciis ſuis, nec non et eccleſiam S. Petri, que dicitur ad Scaphati ſitam in territorio Neapolitano cum eccleſii, et terris, et ſervis, et univerſis pertinenciis ſuis ad poſſeſſionem, et proprietatem prephati monaſterii et predicti domni Abbatis, et ejus ſucceſſorum ad habendum, et poſſidendum, et faciendum regulariter omnia, quæ eis placuerint, remota omni inquietudine, vel moleſtacione cujuſcumque Comitis, judicis, Caſtaldei, Sculdahis, et omnium mortalium perſona. Quod ſi qualibet perſona hominum magna vel parva contra hanc noſtri pracepti firmitatem agere praſumpſerit, aut ejus violator in quocumque fieri tentaverit, ſciat, ſe compoſiturum auri puriſſimi libras quinquaginta, medietatem noſtra camera, et medietatem praphato monaſterio, et pradicto domno Deſiderio reverentiſſimo Cardinali, atque Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus: et poſt ſolutam penam hujus noſtra conceſſionis pagina munita, firma, et ſtabilis maneat in perpetuum. Ut autem hac noſtra conceſſio, dacio, atque confirmacio firmius credatur, et diligencius ab omnibus obſervetur, manu noſtra propria corroboravimus, et noſtri ſigilli impreſſiono juſſimus inſigniri.*



*Ex juſſione prephate Sereniſſima poteſtatis ſcriptum per manum Joannis Judicis, anno Dominica incarnationis milleſimo ſeptuageſimo ſecundo menſe Auguſto indictione decima in anno principatus ipſius domni Riccardi Deo annuente quarto decimo.*

Hujuſce donationis meminit Petrus diaconus lib. 4. cap. 69. Chron. Caſſ.

Anno 1069. Adelbertus plura cœnobio S. Liberatoris bona conceſſit, eaque inter, duodecimam partem Caſtellionis, cum vigeſima ſede de hominibus, ut hoc diplomate conſtat.

*In Dei nomine, milleſimo ſexageſimo nono anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti, die ſeptimo menſis Februarii ſeptima indicione. Ego Adelbertus filius cujuſdam Guidoni, qui ſum abitator in comitato Teatino, in caſtello, qui nominatur Caſtellione declaro quia Dei proteccionem ſanam, & rectam in me cognoſco habere memoriam, & dum in ac ſanitate maneo cauſam meam judicare, & ordinare providi, qualiter poſt obitum meum diſpoſita, & judicata permaneat, ideo declaro me pertinencia habere in territorio de Caſtellione in locum, qui nominatur colle Juſtoli, & in colle Mazoccato, & in Burano, & in Cannagetta, & ad puteum de ſancto Laurentio, & in Dolliola & in Follonice, & in bibario, & in Sculcula, & in cellariolo, et in Laento, et in Pratella, et in Scalella, et in colle Gulberti, et in colle Sicardiſco, et in s. Columba, et duodecima parte do ipſo caſtro de Caſtellione cum vigeſima ſede de omnibus, et in flubio Laento, in quinque ſedia de molina, quantum mihi pertinet omnes iſte rebus, qua ſupraſcripta ſunt, per ſingula loca, vel bocabula inſimul faciunt modia trecenti, et habet finis capo fine bertice monte de Magella, pede fine ipſa pertinencia de la Calcaria, de uno lato fine ficario, et de alio lato fine Roſente, omnes ſupraſcripte rebus, quod mihi pertinent, cum caſis, et omnibus cenſuitis, cum bineis et pomis, et arboribus ſuis, et cum locis, molendinis, et cum omnibus quantum infra ſe vel ſupra ſe habent, bona mea boluntate, et pro firma ſtabilitate, et pro remedium anima mea, et pro anima Guidoni genitori meo, et pro anima Giſoni filii mei, et pro anima Gerguiſa uxori mea per hanc bidelicet cartulam offero Deo, et ſanctis ejus, et in monaſterio s. Liberatoris, qui edificatus eſſe bidetur infra comitato Teatino, juſta fluvio Laento, ubi nunc Deo auxiliante domnus Atenulfus Prepoſitus regimen tenere bidetur, omnes ſupraſcripte rebus, cum biis, et anditis ſuis omnibuſque ſuis pertinenciis trado, et confirmo in eodem s. monaſterio, ejuſque Rectoribus abendum, et poſſidendum ea racione, ut amodo, et ſemper ipſo ſancto monaſterio et ejus Rectori jam dicta mea offercione, ut ſupralegitur avere et poſſidere debeatis ſecuriter inde faciendum omnia, quod volueritis, ſine contradiccione mea, et de meis eredibus, et ſine cujuſcumque requiſicionem. Si quis autem hujus noſtra conceſſionis, ſeu offercionis cartula ſacrilegus, aut temerarius auſus fuerit contraire, de jam dicta mea offercione quomodo ſupralegitur, anathematis nodo innodetur, et Juda traditoris maledictione percellatur, et ſocietur cum Anna, & Caifa in illa bita ubi ituri ſunt. Igitur aũ obligo me ego ſupradicto Alberto, & meos eredes ad parte pradicti monaſterii, & ad ejus rectores eadem mea offercionem, ut ſupra legitur in integrum amodo, & ſemper ab omnibus hominibus antiſtare, defendere, una cum omnibus ſuis*

*reme-*

Digitized by Google

*remelioracionibus ſecundum Langobardorum legem per pena obligata componere debeamus, de colludio autem, ſi a bos pulſati fuerimus ad Dei evangelia legibus bobis ſatisfaciamus, quam taliter te Atto judex, & notb. ſcribere rogabi in tuis monaſterio S. Liberatoris feliciter.*

✠ *Signum manu Alberti, qui hanc cartula ſcribere rogabi, & ſubſcripſi.*

✠ *Signum manum Petri teſte rogatum a ſupraſcripto, & ſubſcripſi.*

✠ *Signum manum Alberti teſte rogatum a ſupraſcripto, & ſubſcripſi.*

✠ *Signum manum Transberti teſte rogatum a ſupraſcripto, & ſubſcripſi.*

Anno 1073. idem Adelbertus ſeptem homines, eorumque bona cœnobio S. Liberatoris tribuit, ut hac charta conſtat.

† *In Dei nomine ab incarnacione Domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni milleſimo ſeptuageſimo tercio, & dies menſe Septembris per indiccione decima. Ideo conſtat me Adelberto filius qdq. Guidoni propria & expontanea mea bona boluntate declaravit, ſicut in edicti continet pagine, ut qua res ſuas in caſa Dei tradere voluiſe quem abuiſet poteſtate, & quod tradidit ſe in Caſa Dei ſtavilem permanſiſſet, propterea ego ſupraſcripta Adelberto ſi concedo, & trado pro animam mea, & pro animam Girviſe mulierem mea, & pro anima Giſoni filio meo, ut nobis pius Dominus veniam, & indulgenciam donet de peccatis noſtri, propterea vero ego ſupraſcripto Adelberto ſi concedo, & trado pro anima noſtra ſunt ſepte hominibus nomine earum Johanni filio Urſi, & Petri Fratrum, & Granello, & Petro filio Petri, & Guerro Ruſpo, & Johanni filio Guidoni Toſani, & Ferro presbiter, & ipſo beneficia qui fuit Petri lieti, & Johanni filio Iſelberti, & Johanni Lieti, & concedo, & trado ego ſupraſcripto Adelberto pro animam mea, & pro anima Girviſe Mulierem mea omnia ipſa rex mea que ego ſupraſcripto Adelberto in ereditatem obbenit da Bernardo ſeniorem meum per mea comparacione ad proprietatem de ipſo monaſterio S. Liveratori, & dom̃i Roſfri. Prepoſitus, & ad primatis Monachis qui per ordinati ſunt in officio de ſupraſcripto S. monaſterio, & ad poſteriſque ſubceſſoribus tuis, & ſunt ipſi ſupraſcripti ominibus, & ipſe ſupraſcripte in Comitatum Teatino, & illoca de Caſtelioni, & in pertinencia de Ripa corvaria ideſt in Colle arſo, & in arca, & in colle Juſtoli, & in colle Mazzocato, & in ipſa Coll. Romaldiſco, & in ipſa Calcaria bocabulis in Turri, & in Canezano, & in colle Monaciſco, & Maſtriſi, & in ipſo colle de ſancto Lazario, & in Galeiſo, & a le Ceſe, & in Alento, & per locis, & bocabulis, & ipſa vinea de Scalella, qua ego ſupraſcripto Adelberto in hereditatem obb. da Mari per mea comparacione, & ubicumque inbenta, vel inſumpta fuerit de ipſa ſupraſcripta res que ſancto adelberto in ereditatem obb. da ſupraſcripto Berardo, ſi concedo, & trado ego ſupraſcripto Adelberto pro animam mea, & per animam de ſupraſcripta mulierem mea, & pro animam de ſupraſcripto filio meo, ut nobis pius Dominus veniam, & indulgencia donet de peccatis noſtris, & mereamur audire bocem illa deſideravilem quam dominus dicturus erit benita benedicti Patris mei percipite regnum, quod bobis paratum eſt ab origi mundi propterea vero & per ac cartl. ſic concedo, & trado & confirmo, & ego ſupraſcripto Adelberto ad proprietatem de ipſo ſupraſcripto S. Monaſterio, & de ſupraſcripto Prepoſitus, & de primatis Monachis ad abendum tenedum, & poxidendum, & omnia quacumque opor. fuerit ad ipſa ſupraſcripta ſancta eccleſia, & ad ipſo ſupraſcripto Prapoſitum, & ad primatis Monachis, & ad poſteriſque ſupceſſoribus veſtris, & ſunt omnia ipſi ſupraſcripti hominibus cum illorum teni neta, quod hodie tenet, cum terra culta, & inculta, & cum binea & pomis, & cum incenſa, & datis, & cum omnia, quomodo odie tenunt, & in antea Deo adjubantem, parare, aut conquerere potuerunt, & cum omnem ſervicium, quomodo mihi ſupraſcripti Adelberti ſervire debetis, ſi. ſervi ad proprietatem de ipſo ſupraſcripto ſancto monaſterio, & tivi domni Roffridi Propoſitus, & ad poſteriſque ſupceſſoribus tuis, & ſunt omnia ipſa ſupraſcripta rebus de ipſi ſupraſcripti hominibus, & omnia ipſe ſupraſcripte rebus cum omnia, & in omnibus, quantum infra ſe, vel ſuper ſe abentes cum introita, & exita illarum in integrum, & in omnibus per ac cartl. ſi concedo, & trado ad proprietatem de ipſo ſupraſcripto ſancto Monaſterio, & de ſuis cuſtodes, & hoc repromicto, & obligo me ego ſupraſcripto Adelberto, vel meis Eredibus ad ipſa ſupraſcripta ſancta eccleſia, & ad ſupraſcripto propoſitus, & ad primatis Monachis, & ad poſteriſque ſupceſſoribus veſtris, ſi ego ſupraſcripto Adelberto, vel meis erede ipſi ſupraſcripti omnibus, & de ipſa ſupraſcripta rex retulerimus, aut contenderimus, aut ſi vos ſupraſcripto Prapoſitus, & de primatis monachis, aut veſtros miſſos foras eicere praſumſerimus dupla, & meliorata rex reſtituamus ad ipſo ſupraſcripto ſancto Monaſterio, & ſi qualecumque alium homine de ipſi ſupraſcripti hominibus, & de illorum tenimenta aut de ipſa ſupraſcripta rex retollere aut minuare, aut ipſa ac cart. rumpere aut falſare preſumſerit, non abead partem de vita eterna in reſurreccione in noviſſimo die, abeat pactum cum Agna, & Caifas, & cum Juda, & Pilato in inferno cruciantur, & cartl. iſta conceſſionis, & tradicionis omnium tempore permanead in ſuam firmacione. Quem vero ac cartl. conceſſionis, et tradicionis rogatus a ſupraſcripto Adelberto ſcripſit Ego Johanni Judice et Notarius dies iſtius menſe, et Indiccio ſupraſcripta. Actum in Teatem feliciter.*

✠ *Signum manum Adelberti, q. ac cartl. fieri rogavi.*

✠ *Signum manum Guidoni, qui ſupranom̃. Ciocco bocatur, rogatus a ſupraſcripto.*

✠ *Signum manum Giſalfi rogatus a ſupraſcripto.*

✠ *Signum manum Girvini rogatus a ſupraſcripto.*

*Preſentatum in S. R. C. per nobilem Alexium Scoppas Procuratorem die prima Martii 1578. Neap. cum poteſtate relaxandi copiam, et recuperandi preſens originale: Julius Ceſar Balius Actorum Magiſter. Amadeus Capograſſus dicit quod neſcit legere hoc Privilegium, et ideo petit, quod per aliquem interpretem ſibi declaretur, alias neſcit, quod velit dicere, et detur ſaltem ſibi terminus, ut poſſit eum intelligere, alias non poteſt etc. ita etc.*

Inter donationes alias cœnobio Caſſinenſi factas, quæ cap. 39. memoratur, hæc legitur. **Borrel donat Petrum de Avellana.** **Ius S.**

*Borellus Comes Borrelli majoris filius etc. Monaſterium S. Petri, quod vocatur de Avellana, quod vide-*

*videlicet pater ipſius beato Dominico ante quatuor & quadraginta annos ad conſtruendum tradiderat, quodque idem Borrellus ſatis ampla terrarum conceſſione ditaverat, cum eccleſiis, & colonis, & cum omnibus omnino pertinentiis, ac poſſeſſionibus ſuis, quod eſt terra quinque millium circiter modiorum, beato Benedicto devotiſſimus optulit. Cujus monaſterii cum longe poſt Gualterius nepos ipſius duodecim caſales de Rivo Franculi nequiter retineret, veniens ad hoc monaſterium ſua ſponte nobis ipſos refutavit, ac reddidit. Theodinus quoque, & Oderiſius atque Bernardus Balvenſes Comites non multo poſt, & ipſe quoque monaſterium S. Petri, quod ſitum eſt in Valle de lacu, & aliud monaſterium Heremitarum in loco, qui dicitur Pratum Cardoſum, quæ nimirum & ipſa nihilominus a beato Dominico ante non plures annos fundata extiterant, pari modo in hoc monaſterio obtulerunt cum quinque ſcilicet adjacentibus lacubus, cum eccleſiis, & colonis, & cum omnibus omnino pertinenciis, ac poſſeſſionibus eorum, tam in eorum Comitatu Balvenſi, quam in Marſicano, & Teatino. Eodem anno oblatum eſt beato Benedicto a quibuſdam nobilibus Marſicanis caſtellum, quod nominatur Meta in Valle de Orbeto cum omnibus finibus, ac pertinentiis ſuis &c.*

*His quoque diebus Litteſridus Fundanus conſul cartam fecit huic monaſterio de omnibus, quæ ſibi pertinebant de civitate Fundana, & Valle de Curſa, & Aquaviva, & Ambriſe, & Paſtina, & Tnola, Campo de Mele, vetera, & de tertia parte Piſcaria ad S. Anaſtaſiam, & de monaſterio S. Archangeli, & de omnibus quæ ei pertinebant a paterno, vel materno jure &c.*

Borelli donatio extat in regeſto Petri Diaconi nu. 494. fol. 209. a t. atque incipit.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab incarnatione ejus 1069. menſe martio, indictione ſeptima. Cum larga, & copioſa pietas omnipotentis Dei ſua gratia, & largitate, ſuis nos bonis pluribus large, & copioſe ditaverit, viſum eſt mihi Borrellu gratum, & acceptum fieri Deo, nobis autem ſalutare, ſi de innumeris beneficiis ejus quibus per ipſum floremus in ſecula, ſanctis ſuis devoto animo aliqua impertiremur. Igitur ad honorem Dei, & ad remedium, & ſalutem animæ meæ, & Gerviſe conjux mea, & Burrelli genitori mei, & genitricem meam, & Oderiſi, & filiorum meorum: Ego Burrelli filius qm. Burrelli una cum conjuge mea, per hanc cartam offero Deo omnipotenti, & tibi beato Benedicto in monte Caſino, ubi tuum ſacratiſſimum corpus ejus umatum eſt, ubi domnus Deſiderius Abbas præeſt, hoc eſt Monaſterium S. Petri in territorio Sangretano in loco, qui dicitur Obellana, cum omnibus ſuis pertinentiis, prima fine eſt ipſum Serrone de Serra de Piru da ipſe Lacentoria, & quomodo deſcendit ad ipſa Serra, & vadit directe in Forcel. que eſt in pede mon. Milluru, & venit in riguo franculis, & per ipſu rivi, & vadit in ſalſa Johanne magiſtru, & venit in via rigori, & deſcendit ad ipſu col. Falaſcuſu, & per ipſa via de ipſu col. qui deſcendit in Rivi Francli., & deſcendit in fluvio de Sangro, & aſcendit per ipſum flumen ad ipſu foſſatu dabiete & per ipſum Foſſatu ad ipſa lama, & aſcendit in peſſolitu, & aſcendit in ipſum col., & revertit in priores fines, & ſunt collecta ipſa ſupraſcripte rebus. Per has ergo fines, & menſura indicatis pertinentiis ſupraſcripti monaſterii S. Petri cum ipſis pertinentiis, cum caſis, & terris, & vineis, & molendinis, quæ in ſupraſcripta finis habentur, & omnibus mobilibus, & immobilibus, quæ modo habet, & in ante a aquirere potuerit, & cum viis ſuis intrandi, & exeundi, tranſmitto in libera poteſtate ſancti Benedicti, ejuſque Abbatibus, ad tenendum, & dominandum in perpetuum, abſque ulla contradictione mea, vel meos heredes, ſeu cujuslibet homini pro parte noſtra. Si autem Ego qui ſupraſcriptu Borrellu, vel meis heredibus hanc oblacionis cartule evacuare quocumque modo quæſierimus, vel contradicere his, quæ continet, ſubiaceamus pena compoſicionis librarum auri mille, & cartula iſta firma permaneat. Ego Benedictus Judex, & Notarius per rogum ſupraſcripti Borrelli hanc cartam ſcripſi. Actu in Sangru feliciter. Ego Burrellus, qui hanc cartam ſcribere rogavi. Ego Atto Epiſcopus interfui. Sanzo Johannis Martini Ben.*

Donatio monaſterii S. Petri de Avellana cum ſuis bonis.

In hoc S. Petri Avellanæ territorio, quædam deinde oppida conſtructa ſunt, ut infra dicemus; hactenus illud tantum S. Petri de Avellana ſupereſt in temporalibus, & ſpiritualibus cœnobio noſtro ſubjectum.

Duodecim vero Caſalium reſtitutio ex regeſto Petri Diaconi num. 495. fol. cit. hæc eſt. Duodecim Caſalia reſtituta.

*Eo die, quo dedimus ſocietatem noſtram Gualterio filio Borrelli infantis ipſe Gualterius cum Oddone filio ſuo pro anima ſua, & avi, & patris ſui, & filiorum ejus, ponendo regulam ſuper Altare Benedict. reddit beato Benedicto, & S. Petro de Avellana celle ipſius beati Benedicti, duodecim caſales, quas pater ejus Borrellus reſtituerat de rivo Francoli, & ſex eccleſias, videlicet S. Laurentium, S. Petrum de Serra, & S. Nicolaum, & S. Angelum, & S. Martinum, ad que S. Stephanum cum omnibus pertinentiis earum. Addidit quoque vigintiſex ſervitia hominum, obligans enim ſe ipſos, & ſuos heredes, ſi aliquando modo removere quæſierint componere boni auri libras nonaginta, & haberent perdicionem cum traditore Juda, & cum omnibus ſacrilegis, & excom. ſi aliter fecerit; ſimili modo de eccleſia S. Nicolai, quæ eſt ſita in monte Caprarum, cum terris, ſylvis, & vineis ex uno latere fonte, quæ vocatur ſpongia, & quomodo vadit per ipſum Serram de monte Hoaipone uſque in vertice de monte Capro., & conjungit ſe cum terra S. Petri, quomodo deſcendit per ſin. de Capra cocta, pergit in Foſſato de magiſtros Ben. & in fluvium Berrini, & revertit in Terra S. Petri, & eccleſia S. Blaſii de Guaſto Marſicano: De eccleſia S. Petri de capite fluvii Berrini cum foculares triginta octo. Eccleſia S. Juſta cum quatuor Feudis in pena, et obligatione, et excommunicatione ſupraſcripta.*

Todini, & Oderiſii fratrum donationem ex regeſto Petri Diaconi num. 496. fol. 210. exſcribimus. Todini, & Oderiſii Donatio

*In nomine Domi noſtri Jeſu Chriſti anni ab incarnatione Domini milleſimi ſexageſimo ſeptimo menſe Aprilis, indiccione VII. Conſtat nos Todini, et Oderiſi germanis fratribus filii quondam Randiſi comes, et Bernardus filius quondam Berardi Comitis habitatores in comitatu Balbenſem habere monaſterium in valle de Lacu conſtructum in honore beati Petri Apoſtoli infra fines ſubſcripti Comitatu Balvenſem, et ibidem aliud monaſterium Heremitarum in*

Digitized by Google

*in Valle, quæ dicitur Pratum Cardoſum, ſimiliter in honore ejuſdem beati Petri Apoſtoli dedicatum, quæ tradidimus, et obtulimus cum omnibus pertinentiis ſuis infra has fines ſine Scañum, et ſine Serra de caminu de ipſo monte, et ſine Serra de monte de Argatone, et pergit in Serra de monte de Pile, et pergi ipſo Roniczo et ab inde aſcend. per ipſum mon. de Perelula, et venit in Maccla de Jumenta, et venit per ipſa peſclatura, q. ven. in ipſu Varecu, et venit in Furca Silvangi, et pergit per cacumen de Monte S. Angeli, et deſcendente per ipſum Mon. et venit ſuper ipſe Petre, qui ſunt in pede de caſtro S. Angeli, et pergit per ipſu Peſſuletu ad ipſe Petre ubi Lecina vocatur, et pergit per ipſu lacu ad coda de Taſſetu, et pergit longu ipſu lacu de voluntatis, et venit ad ſcannum in priores fines. Cum ipſis ſupraſcriptis rebus, quæ ſunt intra has fines, cum Heremis ſcriptis ſpeluncis, cavernis cum introitu, et exitu ſuo, et cum omnia quantum infra ſe, vel ſuper ſe habentes, ſic tradimus atque offerimus in ſupraſcripto monaſterio montis Caſini, cum omnibus ſupraſcriptis poſſeſſionibus cum terris, et vineis, pratis, paſcuis, ſylvis, aquis, molendinis, montibus planiciis cultis, vel incultis, et cum omnibus mobilibus ſuis, et cartis, et ſcriptionibus herditarum ſuarum, et cum introitu, et exitu ſuo, vel quicquid habet infra Comitatu Marſicano ſeu infra Comitatu Teatino, ſive in ſupraſcripto Balbenſium beati Benedicti ſitum in monte Caſino ubi domnus Deſiderius Abbas præeſt, pro redemptione animarum noſtrarum, et parentum noſtrorum, tam ipſe, quam et ſuis ſucceſſores poteſtatem faciendum quæcumque voluerit. Quapropter oblig. nos Todinus, et Oderiſius, et Bernardus, noſtroſque heredes, ut ſi aliquando tempore quæcumque ingenium ſubtraere, vel minuare quæſierimus, aut ſi hanc cartam defendere, et anteſtare noluerimus componere in ſupraſcriptu monaſteriu beati Benedicti auri libras centum, et hac cartula firma permaneat quam cartam Ego Johannes judex, et notarius rogatu prædictorum Comitum ſcribſi. Signum manu Todini, et Oderiſi Com̃. Ego Bernardus, qui hanc cartam ſcribere rogavi. Ego Tranſmundus. Berardus Com̃. Lupo teſtis.*

Caſtrum Meta aquiſitum.

Donatio caſtri Meta ex regeſto Petri diaconi nu. 467. fol. 202. ſic incipit.

*In nomine Domini Dei, et Salvatori noſtri Jeſu Chriſti. Ab incarnatione Domini anni ſunt milleſimo, ſeptuageſimo ſecundo, et dies menſe December per indictionem decimam. Ego Azzo filius quoddam Azzoni de territorio Marſicano habitator ſum modo in Valle Urbetu in caſtellum, quod Meta vocatur propria, et ſpontanea mea voluntate, et propter nomen Domini, et remedium ſalutis anima mea, ut mihi Dominus de peccatis meis dimittere, et diminuare digneris in eterna ſæcula, et in eterno judicio, propterea dedi, et tradidi, et offerſi, et judicabi in ipſum monaſterium S. Benedicti, qui eſt poſitus in monte qui Caſino dicitur. Hoc eſt ipſa mea rebus, quæ ego habeo in ipſa valle de Orbetu per loca vel vocabula ideſt ipſum jam dictu caſtellum de ipſa Meta cum terris, et vineis, et cum adjacenciis, et pertinenciis, quomodo ego hodie habeo et mihi pertinet, in ipſa Valle de Orbetu omnia, et in omnibus tota, & integra dedi, et tradidi in ipſum monaſterium ad habendum, tenendum, et ad domnum Deſiderium Abbatem, vel ad ſuos ſucceſſores, omnique tempore poſſidendum, ſicut ſupraſcriptum eſt, et ſi ego Aczo, vel meis heredibus de ipſa jam dicta mea rebus retollere, vel minuare voluerimus ſi ab omnes homines antiſtare, et defendere non potuerimus, aut noluerimus duplum, et mehoratum reſtaurare promittimus, et obligamus in ipſum monaſterium qualis in illa die invenerit, quando exinde cauſare videtur, et ſi quis per aſtuciam ſacrilegus, aut temerarius retollere, vel minuare volueris flamma ſulphureas arſurus in inferno, et ſit ſub anathema ſicut fuit Simon magus a Petro Apoſtolo, quam et per rogum de ſupraſcriptu ſcripſi ego Johannes judex, et notarius. Actum in Marſi feliciter. ✠ Signum manu Aczoni, qui ac cartula ſcribere rogavit. ✠ Signum manu Benedicti filius Actoni rog. a ſupraſcripti. ✠ Signum manu Benedicti rogatus a ſupraſcripti. † Signum manu Johanni filius Grimoni rogatus a ſupraſcripts. Ego Johannes judex, et notarius complevi, et reddidi.*

In eodem quoque regeſto num. 437. fol. 188. a ter. reperitur donatio Littefridæ Ducis, qua portionem ſuam civitatis Fundanæ pluriumque Caſtrorum cœnobio noſtro concedit, ſi abſque legitimis liberis deceſſiſſet. — Donatio Littefridæ Ducis.

*In nomine Dei, et Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti decimo anno eorum Ducatus domni Littefreda eccellentiſſimi Ducibus menſe Octuber undecima indiccione, Fundi: Ideoque ego Littefreda Dux qui ſum natibus, et habitator de terra Fundana de loco, qui dicitur civitate fundi, divina inſpiratione compulſus ſum pro mercedem, et redempcionem anima patris mei, et mea ut in eternum requiem invenire valeam per hanc cartulam dedimus, et tradidimus in monte caſtro Caſino omnia quantum mihi pertinuit da paterna, vel materna parte in terra Fundana, ideſt de ipſa ſupraſcripta civitate, quæ dicitur Fundi, et de Aquaviba caſtello, et de caſtello de Valle de Curſa, et de caſtello de Ambriſe, et de ipſo caſtello de Paſtina, et de ipſo caſtello, qui dicitur Inola, et de ipſo caſtello de Campu de Melle, et de ipſi caſtello, qui dicitur Vetera, et de ipſa Piſcara, et de ipſu monaſterio, qui vocatur S. Archangelu, de omnia et in omnibus de ipſe ſupraſcripta Civitatis, et de ſupraſcripte caſtella, et monaſteria, et de ipſa ſupraſcripta Piſcara, qui eſſe videtur ad S. Anaſtaſia de omnia dedit ipſa parte, quæ mihi pertinuit da parte de domno Marino pater meus, et da domna Riganda matre mea, ſic quomodo ego D. Litteſreda Dux debeo ſortire de ipſa cauſa inter nos Fratres in tres partes. In tali vero tenore dedit, & tradidit ego ipſa ſuperſcripta mea porcione in caſa S. Benedicti, qui dicitur monte Caſino, ut faciatis de eo, quem ad vos placuerit, & hoc innoteſco Ego qui ſupraſcriptus domnus Littefrida Dux qui dum ego vivus ſum omnia fiat in mea poteſtate, & ſi filius, aut filia habeo de mea legitima muliere, poſt meum obitum in eorum remaneat poteſtate, non in caſa S. Benedicti, ſicut ſupradiximus, ſet ſine filiis, vel filia legitime mortuus fuero, omnia ipſa ſupraſcripta mea porcione deveniant in poteſtate beati Benedicti, et in monaſterio ipſius de ſupraſcriptis caſtellis, et eccleſiis, cum omnibus rebus ſuis ſicut ſupradiximus, et de omnia ſupraſcripta habeatis poteſtatem, et virtutem exinde facere quicquid opportunum, vel neceſſarium fuerit, et in nullius hominis reſervo ex eis rebus poteſtatem poſt meum obitum niſi in Eccleſia, et*

mona-

*monaſterio S. Benedicti Montis Caſſini eorumque Abbatibus, atque rectoribus. Si vero Ego Littefrida Dux de ipſis rebus ſupraſcriptis me ſubtrahere voluero, & omnia ſicut jam diximus non adimplevero, componere me obligo in monaſterio & in Eccleſia S. Benedicti, & ejuſdem Rectoribus omnia ipſa mea porcione in duplum, & taceat per invitis. Et te Johannes notarius ſcribere rogavi. Actu Fundi † Ego Littefreda Dux. Ego Landolfu. Ego Aifridu.*

Cauſa Caſſinenſibus adjudicata.

*Eodem tempore*, ut narrat Petrus Diaconus cap. 41. *Cum Landenulfus, qui fuerat Comes Galeni contendiſſet nobiſcum de alveo fluminis Gariliani, quod non deberet aliquo modo pertinere Caſtro noſtro de Mortula, & quod ipſi homines de criptis ejuſdem loci nihil nobis deberet in judicio Judicum Sueſſanorum, cauſa ipſa diutius ventilata, victus rationibus ceſſit, & de his omnibus per cartam ſe manifeſtavit nullam prorſus habere juſtitiam. Sed & Loffridus qui cognominatus eſt Monius, per idem tempus ex imperio Richardi principis, veniens ad hunc monaſterium, in præſentia Deſiderii ſponte ſua, per ſcriptum manifeſtavit, ac refutavit in manus ejus ipſas piſcarias quæ ſunt in flumine Gariliano ad ipſos currentes, qualiter incipit a rivo qui dicitur vivus, qui deſcendit ab ipſis Criptis, & vadit uſque in rivum, qui deſcendit a S. Cruce, & mittit in prædictum fluvium Garilianum, quæ videlicet Piſcariæ antiquitus pertinuerunt partim huic Monaſterio, partim Sancto Salvatori de Cucuruzzo, quas etiam uſque ad illud tempus Sueſſani Comites violenter, & malo ordine retinuerunt.*

*Tunc etiam & Lando domnus Arpinenſis civitatis ad mortem veniens judicium fecit in hoc monaſterio de omnibus, quæ ſibi jure hereditario pertinebant, ideſt de medietate Arpini, & montis nigri & S. Urbani, & Vici Albi, & Caſa Silverii &c.*

Landi Donatio.

Hujuſce Landi donatio ex regeſto Petri Diaconi nu. 479. fol. 205. ita ſe habet.

*In nomine Dei, & Salvatoris noſtri Anno Dominicæ incarnationis milleſimo ſeptuageſimo ſexto, & anno principatus domini noſtri Richardi glorioſi principis Capuæ & ejuſque filii domni Jordanis glorioſi principis menſe Auguſto indictione 14. Ego denique Lando Senior filius bonæ memoriæ Landonis Senioris de civitate Herpino conſiderantes, & tractantes me de Dei omnipotenti miſericordia quam & pro mercede, & redemptione animæ meæ, ſeu genitoris, & genetricis meæ, ut apud eternum Dominum requiem, & miſericordiam invenire valeamus propterea bona etenim mea voluntate offerui, & tradidi in monaſterio S. Benedicti ſitum eſt in Caſtro Caſino, ubi Deo auxiliante venerabilis domnus Deſiderius Abbas præeſſe videtur, hoc eſt omnia quantum mihi pertinet a ſupraſcripto genitore meo, ideſt medietatem de Civitate prædicta Herpino, cum civitate vetere cum omnibus ſuis pertinentiis, Montem Nigrum ipſa medietate cum ſua pertinencia, & de civitate S. Urbani, & de caſtello, quod dicitur Caſa Silverii, & de Vicualbo omnia quantum mihi a prædicto genitori meo exinde pertinet excepto ipſo caſtello, quod dicitur Sclavi, quod ante offerui in monaſterio S. Dominici. Alia vero omnia prædicta meam ſubſtancia, qualiter ſuperius legitur, & mihi pertinet, cum inferiora, ac ſuperiora ſua cum terris & vineis, cum ſylbis, & aquis, omnia vero, & in omnibus ubicumque ſeu quomodocumque mihi pertinet in eodem S.*

*Diſſertat.*

*monaſterio offerui ad poſſeſſionem ejuſdem rectoribus, & Cuſtodibus, unde exinde ſupraſcripta mea offerſione nec mihi ſupraſcripti nec alicuilibet hominibus nulla exinde reſervavi, nec dico remanere, ſed ſemper jam dicto, & venerabile loco, ejuſque rectoribus & cuſtodibus firmiter habeant, atque poſſideant. Pro quibus obbligo me ego ſupraſcripto Lando, vel meis heredibus ad partem prephati S. monaſterii, & ad ejus rectores, ut amodo, & ſemper defendere, & anteſtare hanc meam offerſionem ab omnibus hominibus ab omnique partibus. Si autem ego SSto. vel meis eredibus amodo, & ſemper hanc meam offerſionem per qualecumque ingenium dirumpere, vel renovare queſierimus, & ſi hanc cartulam in quavis parte refutare temptaverimus, & etiam ſupradicta non compleverimus, in eodem Sancto Monaſterio ad ejus rectores centum libras auri pena me, & meis eredibus componere obbligamus, & inſuper omnia ſupraſcripta invitis eorum percompleamus et hanc cartam offerſionis de quibus prælegitur, firma, & ſtabile permaneat ſemper, & aliter ego ſupraſcripto Lando ſicut aptum, & congruum mihi fuit feci; & te Petrus Notarius ſcribere rogavi. Actum Sora feliciter. Ego ſupraſcripti Landoni, qui hanc cartam ſcribere rogavi. Ego Alchiſi Judex. Ego Leo, Ego Tranſmundus. Ego Petrus Notarius ſcribſi, & complevi.*

Caſtrum montis nigri in territorio Arpinate modo dirutum poſſidet domnus Infanciulli, feudi ruſtici titulo. Alta vero ejus rocca, quæ hactenus ſupereſt, pluraque ejus rudera oppidum non ignobile fuiſſe demonſtrant, teſte Clavellio de antiquo Arpino pag. 231.

Altera ejuſdem Donatio.

Idem Lando eodem anno, & menſe cum extrema infirmitate ſua detineretur alia quædam obtulit hac donatione, quæ originalis in archivo noſtro aſſervatur atque extat etiam in regeſto Petri Diaconi num. 480. fol. cit.

*In nomine Domini, & Salvatoris noſtri, anno Dominicæ incarnationis milleſimo ſeptuageſimo ſexto, menſe Auguſti indiccione quartadecima. Ego denique Lando Senior filius bonæ memoriæ Landoni Senioris de civitate Herpinenſe dum in lectulo meo in infirmitate jacente & ad extremum vitæ me ipſum agente, & jam facta cogitante, & timente dum recte loquente conſiderantes, & tractantes me de Dei omnipotenti miſericordia quam & pro mercede, & redemptione animæ meæ, ſeu genitoris, & genitricis meæ, ut apud eternum Dominum requiem, & miſericordiam invenire valeamus offerui, & tradidi in monaſterio S. Benedicti ſitum eſt in caſtro Caſino, ubi Deo auxiliante Venerabilis domnus Deſiderius Abbas præeſſe videtur, hoc eſt omnia rebus proprietatis, & ſubſtancia mea, quantum mihi pertinet a ſupraſcripto genitore meo, ideſt civitatibus, & caſtellis, ſeu manſis, & terris, & vineis cultum, vel incultum, omnia vero, & in omnibus ubicumque mihi pertinentes eſt in toto Regno Langobardorum, excepto ipſum caſtellum, quod dicitur Sclavi quod antea tradidi in monaſterii S. Dominici. Alia vero omnia ipſa parte quod mihi pertinuit a prædicto genitore meo ſic offerui in prædicto monaſterio S. Benedicti ad poſſeſſionem ejuſdem rectoribus, & cuſtodibus unde exinde ſupraſcripta mea offercione, nec mihi ſupraſcripti nec alicuilibet hominibus nulla exinde reſervavi, nec dico remanere, ſed ſemper jamdicto,*

 *& ve-*

Digitized by Google

*& venerabili loco, ejuſque rectoribus, & cuſtodibus firmiter habeant, atque poſſideant. Pro quibus obligo me ego ſuprascripto Lando, vel meis heredibus ad prædictum Sanctum monaſterium, & ad ejus rectores, ut amodo, & ſemper defendere, & anteſtare hanc meam offercionem ab omnibus hominibus, ab omnique partibus. Si autem ego ſupraſcripto, vel meis heredibus amodo, & ſemper hanc meam offercionem per qualecumque ingenium dirumpere, vel removere queſerimus, & ſi hanc cartulam in quavis parte refutare temperaverimus, & omnia ſupradicta non compleverimus in eodem Sancto monaſterio, & ad ejus rectores centum libras auri pena me, & meis heredibus componere obligamus, & inſuper omnia ſupradicta invitis eorum percompleamus, & hanc cartulam de qualiter ſuperius continet firma, & ſtabilem permaneat in perpetuum. Et taliter Ego ſupraſcripto Lando pro mercede, & redempcione anima mea ſeu genitoris, & genitricis mea feci, & te Petrus notarius ſcribere rogavi. Actum Sora, menſe, & indiccione ſupraſcripta feliciter.*

✠ *Signum manus ſupraſcripti Landonis Seniori, qui hanc cartulam ſcribere rogavi.*

*Ego Alchiſi judex.*

✠ *Signum manus Johanni judici rogatus a te ſupraſcripto.*

✠ *Signum manus Leoni filius Landoni rogatus a te ſupraſcripto.*

✠ *Signum manus Transmundi filius Grimoaldi rogatus a te ſupraſcripto.*

† *Ego Petrus notarius ſcribſi, & complevi.*

Divitem quidem Landonem maxime fuiſſe oſtendunt, quæ ipſe cœnobio noſtro concedit, nempe portiones civitatum, caſtellorum, terrarum &c. in toto regno Langobardiæ ad ſe pertinentes. Hujuſce donationis meminit P. D. Bernardus Clavelli de antiquo Arpino p. 29.

Oppidi ſui pars Caſſinatibus donata.

*Præterea Johannes Filius Ugonis Comitis*, ſequitur Petrus Diaconus cap. 44. *patris exemplum ſecutus obtulit, atque firmavit beato Benedicto integram partem ſuam de caſtello ſuio, quod eſt medietas ipſius, cum univerſis ad eandem medietatem pertinentibus, tam intus, quam foris, nec non & integram partem ſuam de ſupradicto monaſterio S. Heraſmi in Turmia. Item Sanſo filius Alberti de Comitatu Pennenſi cartam fecit huic monaſterio de integra ſorte hereditatis ſua, id eſt de medietate caſtelli quod dicitur Planellu, cum eccleſia S. Stephani ibidem, & de medietate Paſiniani, cum terra mille modiorum menſura. Dux quoque Robbertus capta Tarento nobiliſſima civitate Apulia, optulit beato Benedicto monaſterium ejusdem civitatis, quod vocatur S. Petrus imperialis, cum omnibus pertinentiis ſuis, nec non quatuor, & centum familias hominum eidem loco pertinentes. Inſuper etiam totam decimam ſuam frumenti, & ordei, vini, & olei, & omnium piſcium piſcariarum ſuarum, pena appoſita quingentarum librarum auri quicumque id removere queſiſſet, &c.*

Donatio Sampſonis.

Memorata a Petro Diacono Sampſonis donatio extat in regeſto Petri Diaconi nu. 299. fol. 134.

*In Dei nomine ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni milleſimo octuageſimo, & die menſis November per Indiccione prima. Ideo conſtat me Sanſo filius q. Adelberti bona, & ſpontanea mea bona voluntate cogitabo de die illum judicii, & ideo pro mercede, & redempcione anima mea, & Gilburga conjugis mea, & Adelberti genitoris mei, & Giburga genetricis mea, & Teodaldi germani mei, et Teodaldi, et Sanſoni filiorum mei, ego qui ſupraſcripta Sanſo, et Geburge donavimus, tradidimus, atque concedimus omnia, et integra ipſa res mea, qua mihi prædicto Sanſo in hereditatem et ad meum conquiſitum obiti, hoc eſt ipſa medietate de ipſo caſtella de Planello, cum introitu, et exito ſuo, et cum ipſe mura, et ipſe Carbonarie, et cum ipſa eccleſia domni s. Stephani, cum cellis, et dotis, et libris, et oratoria ſua, et cum ipſe caſe, qua mihi in prefato caſtello pertinent, et cum medietate ipſius caſtelli Paſeniano cum introita, et exitu ſuo cum carbonariis, muris, edificiis, firmamentis quantum ad ipſa caſtella mea ſortis pertinet, vel pertinere debet, cum adiacencia, et ſubjacentia ſua cum terris, vineis, campis, ſellectis, olivetis, cannetis, ficariis, ſylvis, ripis, rivis, aquis, aquarumque decurſibus, et uſus aquarum, cum eccleſiis, cellis, tote res proprietatis mea, quaſmodo habeo, teneo, et poſſeſſor ſum in Comitatu Pinnenſe, in loco, qui nominatur Planello lato in fluvio Tabe, de alio latere fine valle de Loretulo, et pergit in rigo da Porroſolo, et pergit in ipſo Tricalio Ridolfi, et vadit in S. Victoria a Capo via, qua pergit dalo polo, et currit in fon. Curt, et vadit in Pon. de Agine, et pergit in fluvio da Lanora, pede in via Victoria, et pergit in Celaczano, et currit in valle dello colle delli Maſtri, et pergit in lemenoſa, et vadit in S. Benedicto, et pergit rectum in fluvio Tabe cum terra culta, et inculta vineis pro menſura modiorum mille, et ſi quantecumque inventa fuerint de ſupraſcriptis rebus, cum prefatis caſtellis, caſis, terris, vineis, arboribus, eccleſiis, molendinis, aquis, aquarumque decurſibus, cum omnia, et in omnibus infra ſe, vel ſuper ſe habentes in integrum, et in omnibus per hanc cartulam, qualiter prælegitur. Ego prædictus Sanſo, et ſupraſcripta Giborge, donavimus, atque conceſſimus ipſa ſupraſcripta res, et ſupraſcripta medietate de ipſo prefato caſtello do Planillo, et ipſa medietate de ipſo Polo de Paſenlano in monaſterio S. Benedicti in caſtro Caſino per hanc cartula judicavimus, atque concedimus, ad habendum tenendum, et poſſidendum, et faciendum omnia quæcumque voluerit, et obligo me ego prædicto Sanſo, vel meis haredibus in ſupraſcripto monaſterio S. Benedicti, ejuſque Abbatibus defendere, et anteſtare ab omnes homines, et ſi non potuerimus defendere, aut non voluerimus, aut exinde aliquid tollere, vel minuare præſumpſerimus, aut contra hac cartula aliqua cauſacionem mittere queſierimus, ut componamus ego prefata Sanſo vel meis eredibus ſoli novientos in ſupraſcripto monaſterio s. Benedicti, ejuſque Abbatibus, et hanc cartula firma permaneat in perpetuum, quam et per rogum de ſupraſcripto Sanſo hanc cartulam ſcripſi ego Azo judice, et notarius. Actum in Pinna feliciter. Ego ſupraſcriptus Sanſo, qui hanc cartulam conceſſionis fieri rogavi. Ego Adelbertus. Ego Giſo. Ego Theobaldo.* Illud hic advertendum elargiri Samſonem quorumdam Caſtrorum partes cum muris, ædificiis, introitu, exitu, &c. & Eccleſiam Domini S. Stephani, cum cellis, libris &c.

Invaſores ditionis Caſſinenſis Excommunicati.

Inter Canones in Concil. VII. Romæ ſub Gregorio VII. A. 1080. coacto ſtatutos hic legitur. *Item Si quis Northmannorum Terras S. Petri, videlicet illam*

Digitized by Google

*illam partem Firmanæ Marchiæ, quæ nondum pervaſa eſt, & Ducatum Spoletanum, & Campaniam, nec non maritimas, atque Sabinum, & Comitatum Tiburtinum, nec non monaſterium S. Benedicti montis Caſſini, & terras ſibi pertinentes, inſuper etiam Beneventum invadere, vel deprædari præſumpſerit, gratiam S. Petri, & introitum eccleſiæ ejuſque ad ſatisfactionem interdicimus. Verum ſi quis illorum adverſus habitatores harum Terrarum aliquam juſtam cauſam habuerit, prius a nobis, vel a rectoribus, ſeu miniſtris inibi conſtitutis juſtitiam requirat, quæ ſi ei denegata fuerit concedimus, ut pro recuperatione ſuarum rerum de terra illa accipiat, non tamen ultra modum, nec more prædonum, ſed ut decet Chriſtianum, & eum, qui ſua magis quærit recipere, quam aliena diripere, & qui timet gratiam Dei amittere, & maledictionem beati Petri incurrere, &c.*

Eundem hunc Canonem poſt XIV. Gregorii epiſtolam videre eſt. V. Baron. ad eum annum. Paulus Bernriedenſis in Vit. Greg. VII. cap. XII. To. VI. Maii apud Papebrochium, poſt relatam gravem S. Pontificis Gregorii VII. ægritudinem ſubdit. *Prædixerat eidem Deſiderio Pater Sanctus, quod non interfuturus eſſet migrationi ipſius, quamvis ob hoc infirmantem inviſiſſet, & cum eo uſque in finem perſeveraret, & Sanctas exequias cum cæteris fidelibus celebraret, multumque eum attonitum, triſtemque reddiderat. Cumque hæreret in admiratione quidnam impedimenti futurum eſſet, ſubito nunciatur ei a Northmannis facta circumvallatio, cujuſdam* caſtelli *ſuo monaſterio ſubjecti; & compulſus neceſſitate ſuccurrendi ſuis, abeundi licentiam accepit. Sicque licet invitus explendæ prophetiæ locum dedit.* Nihil certe clarius ad probandam cœnobii Caſſinen. Sec. XI. juriſdictionem aſſerri poteſt, neque dubitare quis jure poterit *Terrarum* nomine non intelligi *Caſtella, Oppida &c.* cum id luculentiſſime canonis contextus evincat; Sique pro *Terris Oppida* non intelligeret Gregorius VII. renovaſſet profecto tantum canonem a ſe factum in concilio Romano IV. A. 1078. qui ita ſe habet: *Si quis Normannorum, vel quorumlibet hominum prædia monaſterii S. Benedicti montis Caſſini invaſerit, vel quaſcumque res ejuſdem monaſterii injuſte abſtulerit, excommunicationi ſubjaceat, donec reſipiſcat, & eccleſiæ ſatisfaciat.* Eundem hunc canonem refert Baronius an. 1078. pag. 523. in quo tantum prædia, latifundiaque cœnobii noſtri recenſentur. Camillus certe Peregrinius pag. 225. & ſeqq. pluribus allatis exemplis ab hiſtoriis, privilegiiſque deſumptis oſtendit, nomine v. g. *Terra Filiorum Borrelli* denotari collectionem *Oppidorum* coeuntium in unam Dynaſtiam.

Prophetia S. Gregorii VII.

Invaſores bonorum monaſterii Caſſinenſis excommunicati.

Nomine Terræ denotatur collectio multorum oppidorū ſub uno Domino.

Hinc ad rem noſtram, Romualdus Salernitanus in Chronico in tom. VII. Rerum Italicarum Scrip. *Papa vero Innocentius mortuo Anacleto dominio Urbis potitus magnum exercitum de Romanis, & Campaninis congregavit, & Terram Regis ingreſſus s. Germanum, & pene totam Terram S. Benedicti occupavit &c.* & Gregorius IX. in bulla data Peruſii VII. Id. Novembris Pontificatus ſui an. II. hæc ait. *Dilecti filii Abbas, & Conventus monaſterii Caſſinenſis ſua nobis petitione monſtrarunt quod multa de bonis monaſterii ſui alienata ſunt illicite, ac diſtracta, quæ Guilielmus de ſora miles N. Rector eccleſia S. Angeli de caſtro S. Stephani, & quidam alii* Terræ *monaſterii Caſſinenſis contra juſtitiam detinent, &c.*

Et Honorius in bulla data Laterani Idibus Septembris pontificatus ſui an. I. *Dilectis filiis S. Abbati, & Conventui Caſſinen. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ex parte veſtra fuit propoſitum coram nobis, quod homines* Terræ *S. Benedicti in fraudem, & elutionem debiti repetendi bona ſua donant ſuis uxoribus inter vivos &c.*

Atque Alexander IV. in bulla data Neapoli IX. Kal. Januar. pontificatus ſui an. I. *Dilectis filiis Abbati, & Conventui monaſterii Caſſinenſis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem &c. Claræ memoriæ Henricus Romanorum Imperator rex Siciliæ de conſenſu claræ memoriæ Conſtantiæ uxoris ſuæ Romanorum Imperatricis, reginæ Siciliæ, Thelonium, Tabulæ, s. Germani ad eos pertinens monaſterio veſtro pro ipſius luminaribus pia liberalitate donavit conceſſa Abbati Caſſinenſi, qui pro tempore fuerit, ut in* Terra *ipſius monaſterii per Judices ſuos cauſas criminales decidi faciat, libera poteſtate prout in litteris inde confectis plenius dicitur contineri.*

Roberti donatio in eodem regeſto nu. 420. fol. 181. a to. extat.

Roberti Ducis Donatio monaſterii S. Petri de Tarento cum aliis bonis.

*In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Ego Robbertus divina favente clementia Dux, & uxor mea Sikelgaita Duciſſa, & filius meus Ruggerius. Credentes nos a Deo conditore omnium dignas mercedes accepturos, ſi ſanctis, ac venerabilibus locis curam, & ſollicitudinem impendimus. Et quod ab eorum cultoribus poſtulamur in eiſdem ſanctis locis prout poſſumus adimplemus timore, & amore ipſius compulſi, qui filium ſuum pro nobis fecit carnem ſumere, & patibulum crucis ſubire, & mortem guſtare ut nos morte ſua perque cooperationem Spiritus Sancti a morte perpetua liberaret, nobiſque vitam tribueret ſempiternam, damus, & autorizamus monaſterio S. Benedicti de monte Caſino cœnobium S. Petri Imperialis, quod conſtructum eſt in civitate noſtra Tarento cum omnibus pertinentiis ſuis mobilibus, vel immobilibus, & cum omnibus hominibus, quos modo habet, vel habiturum eſt perpetuo habendum. Inſuper etiam totam decimam frumenti, & hordei, vini, & olei, & omnium piſcium piſcariarum noſtrarum, quas nunc illic habemus, vel habituri ſumus. Hæc omnia præfato monaſterio, & tibi domne Deſideri venerabilis Abbas ita damus, ut ſemper in tua poteſtate habeas, & quod volueris de his omnibus facias tu, & ſucceſſores tui, & ut ab heredibus, noſtris, vel a Jurmarchis, ſeu Vicecomitibus, vel a quibus actoribus noſtra reipublica quolibet in tempore ex hoc monaſterio tuo, & tibi, tuiſque ſucceſſoribus damus nulla contrarietas inferatur interdicimus, & execramus. Si quis autem Monaſterio S. Benedicti de monte Caſſino, cui, Dei gratia praes, ut aut tibi, ſeu ſucceſſoribus tuis de his omnibus infeſtus extiterit, aut eorum quicquam minuere quolibet modo præſumpſerit, ſit ex auctoritate Dei Omnipotentis, & Beatæ Mariæ ſemperque Virginis Dei Genitricis, & beati Petri Principis apoſtolorum, & beati Benedicti, atque omnium Sanctorum a conſortio fidelium ſegregatus, & anathema Maranatha, in die adventus Domini, quin & in hoc ſeculo, ea pœna multetur, ut quingentas libras auri pro tanta præſumpcione prædicto Monaſterio S. Benedicti cogatur*

*tur exſolvere, Qui vero infeſtatoribus, aut diminutoribus hujus donationis conſenſerint, aut ſi inde poteſtatem habuerint non defenderint eam pro viribus ſuis, ei anathemati, & auri damno, cui & ſupradicti ſubjaceat. Teſtamentum itaque hujus donacionis ſcribere præcepimus tibi Urſoni Prothonotario, & pro confirmacione, & corroboracione perpeti, ac ſtabilitate juſſimus illud bullari cum bulla aurea tipparii noſtri. Anno ab incarnacione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo octuageſimo menſe Junio indictione tertia. Ego Urſus Archiepiſcopus teſtis ſum. Ego Robbertus divina favente clementia Dux huic oblationi a me facta pro majori firmitate ſubſcripſi. Ego Rogerius filius ejus interfui, & conſenciens ſubſcripſi. Ego Marcus qui Abba Monte dicor, filius ejus ſimiliter conſenſi, & ſubſcripſi. Ego Abba Jelardus ſimiliter conſenſi, & ſubſcripſi.*

*Turmarchus* eſt Regionis Præfectus.

Hujuſce cœnobii latifundia cœnobium Caſſinenſe poſt aliquot ſecula juſtis de cauſis alienavit atque eccleſia S. Petri Imperialis Fratribus Ordinis Prædicatorum de catholica eccleſia optime meritis, noſtrique Ordinis amantiſſimis conceſſa eſt, pro qua hodieque quotannis penſum cœnobio Caſſinenſi perſolvunt, ut ex inſtrumento concordiæ ſpeciali decreto S. Congregationis Epiſcoporum & Regularium an. 1707. die 16. Decembris emanato, quod executioni demandavit Archiepiſcopalis curia Tarentina ad hoc delegata die 30. Januarii 1708. conſtat, rogato penes acta Notarii, Johannis Mariæ Caſtorio Tarentini die 1. Maii 1708.

Jordanus Capuæ privilegia cœnobio Caſſinenſi concedit.

*Jordanus quoque Capuæ Princeps*, teſte Petro Diacono cap. 47. *more priorum principum generale præceptum huic monaſterio fecit de omnibus finibus, ac pertinentiis ejus. Quo etiam præcepto ſpecialius confirmavit eidem monaſterio univerſa, quæ tam pater, quam ipſe huic monaſterio conceſſerant, ſeu concambiaverant, vel reddiderant, ideſt caſtellum, quod dicitur Fratte, & Terame, & Pedem de monte, & Mortulam, & Cucuruzzum, & Turrem ad Mare, ſed & omnia, quæ antiquitus huic monaſterio pertinuerunt in tota Liburia &c. Biennio poſt hæc oblata eſt ab eodem principe in hoc monaſterio eccleſia S. Rufi intra civitatem Capuanam &c. cum ſervis, & ancillis, atque colonis, nec non libris, & ornamentis &c. Per eos etiam dies Comes Adenulfus ſimul & Fratres fecerunt oblationem ſuam in hoc loco de lacu majori, qui eſt juxta civitatem Aquinenſem, cum omnibus ejuſdem loci pertinentiis ſuper eam oblationem quam ante annum princeps Jordanus fecerat.*

Primum.

Primum Jordanis privilegium autographum in noſtro archivo aſſervatum hic damus integrum pro more.

† *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Jordanus divina ordinante providentia Capuanorum princeps petitioni dilecti ſui clementer favet. Igitur Fidelium noſtrorum præſencium, ac futurorum noverit multitudo, qualiter per interventum Gaitelgrimmæ principiſſæ uxoris meæ dilectæ concedimus, & confirmamus monaſterio Sanctiſſimi Benedicti confeſſoris Chriſti, quod ſitum eſt in monte caſtro Caſino, ubi Sanctiſſimum, ac benerabile corpus ejus umatum eſt, in quo nunc Deo tuente domnus Deſiderius rñus Abbas praeſſe videtur ad poſſeſſionem præfati Monaſterii, & prædicti domni Abbatis, ejuſque ſucceſſorum adque rectorum integras omnes res, ac poſſeſſiones per ſubſcriptas fines indicatas, qualiter inferius declarantur ob recordacionem eciam, & noſtram eternaliter ſtabiliendam conceſſionem, & confirmacionem, hos noſtræ firmitatis apices pro amore omnipotentis Dei, ejuſque confeſſoris patris Benedicti, & ob redencionem animæ meæ fieri juſſimus, quibus omnino ſancimus, & perpetualiter habendum mandamus, ut amodo, & ſemper ipſum præfatum benerabile monaſterium beatiſſimi Benedicti, & ipſe domnus Deſiderius Abbas, ejuſque ſucceſſores ſecure, livere, & quieto habeant, & poſſideant integras omnes terras cultas, vel incultas, Montes, collem, ac planiciem, aquas, aquarumque decurſus, ſilvas, ac paludes, cum omnibus illarum continentiis, & pertinenciis per has fines. Sicut incipit a Fluvio qui dicitur Carnellus, & aſcendit per aquam, quæ dicitur Bantra, uſque in rivum ſiccum, & qualiter aſcendit per ipſum rivum, uſque in Furcam S. Martini & inde aſcendit per Serras, & vadit in montem, qui dicitur Ciſino, & inde qualiter vadit in Pleſcum qui vocatur Corvarium, & qualiter vadit per ipſas Serras ad Furcam qui dicitur Pumblo, & directe pergit ad lacum qui vocatur Vitecoſum, & inde vadit ad Aquam fundatam, & aſcendit in Montem, qui dicitur de Sile, & quomodo vadit in caput Aquæ qui dicitur Rapidus, & inde Sicud aſcendit in montem, qui vocatur Caballus, & vadit directe in Montem, qui vocatur Rendenaria major, & inde per Serras Moncium pervenit ad Rendenariam minorem, & inde qualiter directe vadit per pedes moncium, qui vocantur Freſelona, & vadit in Aquam, quæ dicitur Mellarino, & deſcendit per eandem aquam cum utriſque ripis, & vadit in parietibus de Valneara, & inde vadit per locum, qui dicitur Anglone, & inde aſcendit ad furcam, quæ dicitur Ballis lucis, & quomodo vadit per ipſas Serras moncium, & deſcendit ad Petram ſcriptam, & inde aſcendit ad Serras montis qui dicitur Ordicoſa, & quomodo vadit per Serras moncium, & pergit ad Pleſcora, qui dicuntur Falconari, & quomodo vadit per duos montes quorum unus Spinacius, & alter Porcacius vocatur, & inde qualiter ad criſtas montis qui vocatur Caira, & pervenit ad Petram ſuper aquam vivolam, & inde aſcendit ad Collem qui vocatur Gimbiruti, & deſcendit in quirquitulum, & deſcendit in Foſſatum juxta S. Damaſum, & vadit directe in Silicem in loco qui dicitur Arcus de Giczoli, & qualiter pergit ad lacum qui vocatur Radem-prandi, & qualiter vadit in Farnitum & inde in rivu qui vocatur Marocze, & qualiter deſcendit in ipſum fluvium Carnellum, & per eundem fluvium aſcendit ad Aquam, quæ dicitur Coſa, & qualiter aſcendit per ſerras montis, qui dicitur S. Donati, & quomodo deſcendit ſuper Monticellos de Marri, & vadit ad ipſos Pleſcos, qui ſunt in pede montis de Valva, & qualiter vadit directe per duos Leones, & inde aſcendit per Serras ſuper caſale, & deſcendit per ipſum montem ſuper Villas de Gariliano, & inde vadit ad criptam Imperatoris, & deſcendit in fluvium Garilianum & ſic per eundem fluvium deſcendit uſque ad priores fines. Una cum integris omnibus caſtellis, vicis, domibus, eccleſiis, molendinis, aquis, cæteriſque omnibus quæ infra ipſos prædictos*

Digitized by Google

dictos fines habentur. Concedimus eciam, & confirmamus eidem monaſterio inclitum caſtellum, cum ipſa rocca, quæ dicitur Bantra cum omnibus ſuis pertinentiis, ſimul, & concedimus, & confirmamus ecclesiam, & caſtrum, qui dicitur S. Urbani, & cum omnibus, quæ infra hos fines continentur. Prima finis incipit a loco, qui dicitur Columnelle, inde qualiter vadit in Sangrum, & qualiter directe deſcendit, in Juniperitu, & qualiter aſcendit in Montem longum, & qualiter vadit in Serram montis qui nominatur Acirum, & qualiter vadit in Serram Montis, qui dicitur Janula, & qualiter deſcendit in Vallem, quæ dicitur bona, & qualiter deſcendit in foſſatum, qui dicitur Landonis, & qualiter directe deſcendit in aquam vivam in rivo molli, & qualiter vadit ipſe Rivus mollis, & tranſit in Memora, & qualiter directe vadit in monumento ad Ponticellum, & quomodo vadit in ipſa Junctura de rivo nigro in Melfe, & qualiter in fontanam de caſa Selveri, & quomodo retornat ad S. Martinum, & qualiter vadit in rivum nigrum, & quomodo aſcendit per eundem rivum in Piſcarolam, & qualiter vadit in Caſtelluczum, & aſcendit in Foſſam de Alveto, & quomodo vadit in Civitellam, & inde in foſſam majorem, & qualiter vadit per Torellam in Furcam de Rio, & inde in Petram Guidonum, & qualiter vadit per ipſas Serras uſque prædictas columnellas quæ eſt prior finis. Concedimus quoque, & confirmamus prædicto S. monaſterio caſtrum, qui dicitur Vicum alvum, cum omnibus rebus, ac poſſeſſionibus, quæ infra hos fines habentur. Prima finis eſt collis quæ dicitur de Brocco, inde qualiter vadit ad eccleſiam S. Viti, et exinde in ipſum Carnellum, & inde in Pleſcum, qui dicitur de Dominico, & qualiter vadit in Capranicam & exinde in Foſſam majorem, & qualiter revolvet ipſe mons de Alveto, in ipſam civitatem, & deſcendit in loco, qui dicitur Foſſa de Giſe, & exinde deſcendit in ipſum Caſtelluczum & qualiter vadit in Piſcarolam Becclam, & inde ſicud vadit in Rivum nigrum, & qualiter per ipſum Rivum vadit ad Roboriccium, & inde ad eccleſiam S. Martini, & pervenit in ipſum pinum, & inde in rivum de Sclavi, & exinde ſicud pervenit in ipſum Carnellum, & ab inde ſicud vadit in prædictum collem de Brocco ubi eſt prima finis. Simul concedimus, & confirmamus prefato monaſterio integram decimam partem de civitate quæ dicitur Atine ſita in Comitatu Cominenſi cum integra decima parte de omnibus rebus, ac poſſeſſionibus quæ exinde ſacro noſtro palacio pertinet. Concedimus eciam, & confirmamus præfato monaſterio integras omnes res, ac poſſeſſiones Maciperti, quas ipſe quondam obtulit præfato monaſterio per cartulam offercionis ſicud in ipſa cartula continentur. Præterea concedimus, & confirmamus ipſi venerabili monaſterio Alveum fluminis Carnelli cum utriſque ripis, qui circundat inſulam, quæ fuit præfati Magiperti, quæ eſſe videtur in loco ubi dicitur Limata ubi eſt conſtructa eccleſia in honore S. Mauricii, & juſta ipſum alveum ab ipſa Inſula in ſurſum paſſos centum, & ſub ipſa ſimiliter alios paſſos centum cum ripis utrarumque parcium. Concedimus eciam, & confirmamus, ut ſemper ſecura permaneat pars prædicti monaſterii, ut nullo adveniente tempore audeat ab eo tollere, vel exigere boves, vel plauſtra aud caballum, vel quodlibet peculium ad faciendum ſervicium publicum.

Concedimus eciam, & confirmamus, ut ubicumque terra ipſius præfati monaſterii conjuncta eſt cum quacumque aqua ex utraque parte licenciam, & poteſtatem habeat pars ejus, & in Alveis, & in ripis facere, & habere omnem illorum utilitatem, & neceſſitatem, & omne edificium quod illi placuerit amodo & ſemper. Præterea concedimus & confirmamus eidem venerabili monaſterio cætera omnia quæcumque ſibi conceſſa, & confirmata ſunt per præcepta, vel ſcripta ſigillata, ſive a Pontificibus Sanctæ Romanæ eccleſiæ, ſive ab Imperatoribus, ſeu a Regibus, vel Principibus anteceſſoribus noſtris ſimul, & omnes res ac ſubſtancias quas poſſedit, & poſſidet in tota Liguria, ſive in aliis quibuſcumque locis. Inſuper & omnem cenſum, & dacionem, quæ pars ejuſdem Sacri monaſterii tollere, vel exigere debet de Gualdo, & curte, & terris ſibi pertinentibus per totas ipſas ligurias, ſeu per alia quelibet loca. Concedimus quoque & confirmamus eidem venerabili monaſterio, ut amodo, & ſemper poteſtatem habeat, & licenciam pars ejus quando volverit mittere in lacum Patrienſe duos lintres cum duabus paraturiis ipſorum, & quattuor hominibus cauſa piſcacionis ad ſuam utilitatem. Concedimus eciam, & confirmamus prædicto monaſterio quodcumque perſcriptum datum adque conceſſum eſt in præfato monaſterio, & tibi prædicto domno Abbati, & cunctis tuis ſucceſſoribus a domno Richardo genitori noſtro, & a nobis, hoc eſt caſtellum Fracta cum pertinenciis ſuis, quod Pater meus præfato monaſterio in commutacionem dedit pro caſtro qui dicitur Conca, & caſtellum Terame cum pertinenciis ſuis, & caſtellum qui dicitur Pedemonte & caſtellum Mortola cum cunctis pertinenciis ſuis, & ſanctum Salvatorem cum caſtello de Cucuruczu, et Turrem de mare, et monaſterium S. Michaelis qui vocatur ad Formam, cum omnibus pertinenciis ſuis qualiter modo cuſtodes ipſius eccleſiæ poſſident, et monaſterium S. Petri de Scafati cum pertinenciis ſuis, et S. Benedictum, qui appellatur Pictolum cum pertinenciis ſuis. Nec non concedimus, et confirmamus præfato monaſterio, et tibi domno Abbati, tuiſque ſucceſſoribus Gualdum in Liguria, qui eſt juſta Caſale, cum eccleſia S. Mauri, qualiter antiquitus fuit, et pertinuit prædicto monaſterio S. Benedicti. Hæc igitur omnia præſcripta pro ſalute animæ bonæ memoriæ Patris mei principis Richardi, et mea præfato venerabili monaſterio concedimus, et confirmamus per hujus noſtri præcepti firmitatem, ad poſſeſſionem ejuſdem ſacri monaſterii, et prædicti domni Abbatis ſuorumque ſucceſſorum Abbatum, adque rectorum jure quieto ſemper exiſtendam, et ad faciendum exinde quodcumque voluerint regulariter abſque omnibus contrarietatibus, vel moleſtacionibus cujuſcumque Comitis, Judicis, Sculdais, Kaſtaldei, et omnium mortalium perſone, et partis noſtræ reipublicæ. Quod ſi quiſpiam mortalium hujus noſtri præcepti conceſſionem, et confirmacionem quocumque modo violare præſumpſerit, ſciat ſe compoſiturum auri puriſſimi libras quatuor millia medietatem noſtro Palacio, et medietatem præfato monaſterio, et poſt ſolutam penam hæc noſtra conceſſio, et confirmacio firma, ac ſtabilis maneat in perpetuum. Ut autem hæc noſtra conceſſio adque confirmacio firmius credatur, diligenciuſque ab omnibus obſervetur, manu noſtra inferius ſcripſimus, et noſtro ſigillo juſſimus inſigniri.



Digitized by Google



*Signum Jordanis Principis.*

*Ex juſſione prafata ſereniſſima poteſtatis ſcripſi Ego Canſolinus in anno principatus ipſius Domni Jordanis viceſimo tercio, et nono decimo anno Ducatus ejus Cajeta.*

*Data tertiodecimo Kalendas Octobris anno ab Incarnacione domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo octogeſimo, indiccione tercia.*

In hoc privilegio Abbatiæ Caſſinenſis Giſulſiani fines confirmantur libere abſoluteque: *Cum omnibus caſtellis, vicis, domibus, eccleſiis, molendinis, aquis, cæteriſque omnibus.* Illud vero animadvertendum, quod longe antea explicari debebat intra Caſſinenſis Abbatiæ fines comprehenſam civitatem S. Germani, Vicum, ſeu caſale Cairæ, oppidum S. Petri ad monaſterium, olim celebris Caſſini civitas, modo dirutum, oppida S. Eliæ, Vallisrotundæ, Aquæfundatæ, Vitecuſii, caſalis modo dirutum; Cardeti modo dirutum, Sarraciniſci dictum quoque S. Blaſii, Cervarii, Terrucculi modo dirutum, S. Angeli in Theodice, Pignatarii, Plumbariolæ modo dirutum, Pediſmontis S. Luciæ Villæ, S. Georgii, Vallisfrigidæ, S. Apollinaris, S. Andreæ, S. Ambroſii, Juncturæ modo dirutum, Vantræ modo dirutum, S. Victoris, S. Petri in Fine, & alia quæ omnia habitata, deſertaque oppida poſſedit ſemper, actuque poſſidet cœnobium Caſſinenſe. Confirmat præterea laudatus princeps roccam Vantræ, caſtrum S. Urbani, Vicum Album &c. Jubet, ne quis boves, plauſtra, equos ad publicum ſervitium e ditione Caſſinenſi exigat. Aquas omnes conjunctas bonis cœnobii noſtri dilabentes, omniaque Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum privilegia, omnem cenſum, quem in tota Liburia perque alia quælibet loca exigere debebat cœnobium Caſſinenſe, aliaque multa caſtra cœnobia, bonaque, *ad faciendum exinde quodcumque voluerint*, Caſſinatibus confirmat, quæ in privilegio ipſo videre eſt.

Oppida intra fines Abbatiæ Caſſinenſis congenta.

Anno vero 1078. die 12. Decembris principatus ſui anno vigeſimo primo cum Aquini Jordanes verſaretur, hujuſcemodi privilegium Caſſinatibus conceſſit, quod autographum in noſtro tabulario extat.

Alterum ejuſdem Jordani Privilegium.

† *In nomine Sancta et individua Trinitatis. Jordanus divina ordinante clementia, Capuanorum princeps. Cum principali excellentia petitioni dilecti ſui clementer favet. Igitur omnium Chriſti, noſtrorumque fidelium univerſitatem ſcire jubemus qualiter nos per petitionem, et interventum Mirandi fidelis noſtri rogati, ut concederemus, redderemus, pieteque dimitteremus pro amore omnipotentis Dei, et redemptione anima noſtra in monaſterio S. Caſſinenſis eccleſia, atquo ejuſdem loci domno Deſiderio venerabili Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus noſtra principali auctoritate ea qua nominatim inferius declarantur cujus petitioni benigniſſime ſuperna nos monente providentia annuentes, hos noſtra firmitatis apices in S. prafato Monaſterio fieri juſſimus, per quos omnina ſancimus, concedimus; reddimus, et quiete dimittimus, ut noſtris, futuriſque temporibus per hoc noſtrum firmiſſimum praceptum S. Caſſinenſis eccleſia, in qua nunc Deo auxilante domnus Deſiderius reverentiſſimus Abbas praeſt perpetualiter habeat, et poſſideat omnes Terras, quas ubicumque emptas, et paratas habent homines ſcilicet de caſtro Pedemontis, et Plumberola, et Terame, caterique homines pradicti S. Monaſterii uſque nunc ab hominibus de Aquino, et qualiter illas modo poſſident, et eis calumniabimus. Itaque hac omnia qualiter ſuperius declaravimus S. prafata Caſſinenſi eccleſia concedimus, reddimus, et quiete dimittimus ad habendum, et perhenniter poſſidendum, ea videlicet ratione, ut nullus Comes, judex, Caſtaldeus, Sculdaſcius, nullaque qualibet noſtri principatus magna, vel parva perſona prafatam S. Caſſinenſem eccleſiam ſeu pradictum domnum Deſiderium venerabilem Abbatem, ſuoſque ſucceſſores de cunctis rebus, qua ſuperius leguntur diſveſtire, inquietare, moleſtare, vel per aliqua placita fatigare praſumat. Si quis autem temerario auſu hujus noſtri pracepti paginam violaverit, aut infringere voluerit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi libras centum medietatem partis noſtra puplica, et medietatem pradicta S. Caſſinenſi eccleſia aut Abbati eidem tunc temporis praſidenti. Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur hanc paginam manu propria roboratam ſigilli noſtri oſtenſione juſſimus inſigniri.*



*Signum Domni Jordani Excellentiſſimi Principis.*

*Petrus Diaconus ad vicem Roberti Capellani juſſione pradicta glorioſa poteſtatis ſcripſi. Datum pridie idus Decembris anno Dominica incarnationis milleſimo ſeptuageſimo octavo Indictione prima, anno vero principatus domni Richardi, & domni Jordanis Filii ejus glorioſorum principum vigeſimo. Actum in Civitate Aquinenſi feliciter Amen.*

Hic

Digitized by Google

Hic itaque cœnobio Caſſinenſi perpetuo habendas, poſſidendaſque omnes terras concedit libere, quieteque, quas homines Pedis montis, Plumbariolæ, & Serami ab Aquinatibus emerant, itaut nullus judex quoad eas *Placitum*, ſeu judicium exercere poſſet, vel cauſas agere. Hoc principis Jordani privilegium, quod datum eſt menſe Decembri Richardi Patris præ ſe fert nomen, qui menſe Aprili ejuſdem anni 1078. e vivis exceſſerat, uti conſtat apertiſſime tum ex alio Jordani privilegio dato hoc eodem anno die 23. Septembris cum ex Anonymo Caſinenſi, qui ad hunc annum ita loquitur. *Richardus Princeps obiit Capuæ feria Cœna Domini, & Neapolis obſidione ſoluta eſt, & Jordanus fit Princeps.* Hæc autem Anonymi verba ab Antonio Caracciolo in trium Anonymorum hiſtoria perperam, & per errorem ad annum referuntur 1077. quod obſervavit etiam Peregrinius in caſtigationibus ad Lupum Protoſpatam fol. 87. Genuinum vero eſſe hoc privilegium nullus dubito quin fateantur omnes, qui noverint annos tantum poſt quinquaginta cum ejuſdem nominis, & anni epigraphe exſcriptum illud fuiſſe a Petro Diacono noſtro in ſuo regeſto fol. 179. & alter Petrus Diaconus dum pro Roberto Sacellano autographum ſcriberet per incogitantiam annum ſcripſit 1078. quum notare debuiſſet 1077. quo anno juxta Neapolitani Regni conſuetudinem erat indictio prima cujus ſemper a Menſe Septembri ſumebatur initium, & Richardi, ac Jordani principatus vigeſimus excurrebat annus, quum anno 1058. dominari cepiſſent.

Tertium ejuſdem Privilegium.

Ex originali in Archivo.

✠ *In nomine Domini Salvacoris noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni. Jordanes Capuanorum princeps petitione dilecti ſui clementer favet. Igitur fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet, ac futurorum noverit multitudo, qualiter nos per interventum Paldulſi filii quondam Guale, & Cedri noſtri dilecti fidelis Viceprincipis damus, concedimus, atque confirmamus in monaſterio S. Benedicti Confeſſoris Chriſti quod ſitum eſt in monte Caſtro Caſino ubi nunc domnus Deſiderius Venerabilis Abbas præeſt pro ſalute animæ noſtræ, & magnæ recordationis genitoris noſtri principis Richardi, atque genitricis noſtræ Freſelindæ caſtellum, quod nominatur Suju, quod eſt intra pertinenciam noſtri Ducatus Cajetanorum, qui nobis atque noſtro præfato genitori conceſſus, atque confirmatus eſt a domno Alexandro venerabili Papa, & quia Raynerius cum aliis ſuis conſortibus, & parentibus qui in ipſo caſtello habitaverunt talem culpam fecerunt, unde legaliter omnes res eorum noſtro Fiſco deducta ſunt. Idcirco præfatum noſtrum caſtellum cum tota ſua pertinentia in prephato Monaſterio, damus, atque concedimus ad poſſeſſionem prephati Monaſterii, & prædicti domni Abbatis, & ad cunctos ſuos ſucceſſores, ad faciendum exinde omnia, quæ eis placuerint quemadmodum de aliis rebus prædicti Monaſterii faciunt nemine eis aliquod contrarium vel moleſtiam ingerentem. Ob recordacionem etiam & noſtram eternaliter ſtabiliendam conceſſionem hos noſtræ firmitatis apices fieri juſſimus. Quibus omnino ſancimus & perpetualiter habendum mandamus, ut amodo, & ſemper ipſum prephatum monaſterium & prædictus dominus Abbas, & ſui ſucceſſores firmiter, ſecure, livere, & quiete habeant, & poſſideant in perpetuum remota omni inquietudine vel moleſtacione cujuſcumque judicis, Comitis Caſtaldeis, Sculdays, & omnium mortalium perſone. Quod ſi quelibet hominum magnave perſona contra hanc noſtri præcepti firmitatem agere præſumpſerit, aut ejus violator in quocumque fieri temptaverit ſciat ſe compoſiturum auri puriſſimi libras quinquaginta medietatem noſtræ cameræ, & medietatem præphato monaſterio, & prædicto domno Deſiderio Abbati ſuiſque ſucceſſoribus, & ſoluta pœna hujus noſtræ conceſſionis, & confirmacionis pagina munitum, firmum, ac ſtabile maneat in perpetuum. Ut autem hæc noſtra conceſſionis pagina firmius credatur diligenciuſque ab omnibus obſervetur manu noſtra propria corroboravimus, & noſtri ſigilli impreſſione juſſimus inſigniri.*

*Signum domni Jor-*  *danis excellentiſſimi Principis.*

*Ex juſſione præfatæ Sereniſſimæ poteſtatis ſcriptum per manus Johannis judicis in anno viceſimo primo principatus ipſius domini Jordanis glorioſi principis, & ſextodecimo anno Ducatus ejus Gajetæ. Data nono Kalendas Octubris anno ab Incarnacione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſeptuageſimo octabo per indictionem ſecunda.*

Quod tamen Jordano aſſeritur, & a Petro Diacono lib. 3. cap. 61. Sugi caſtrum monaſterio donatum, non ita ſumendum eſt, ac ſi nova conceſſio fuerit, quum monaſterium longe antea illud poſſederit, uti videre eſt in 2. ex laminis, quas eccleſiæ foribus apponendas juſſit Deſiderius Abbas anno 1066. a quo etiam in feudum datum illud fuiſſe Goffrido monitum habetur Caſ. Chronici lib. 3. cap. 52. ſed quod illius poſſeſſionem Monachis confirmaverit præfatæque conceſſionis authenticum privilegium ſignatum, indictione, quæ incipit menſe Septembri, ſervatur in Monaſterii archivo.

Neque hoc contentus Jordanus, majorem lacum Aquinenſem Caſſinatibus hoc diplomate eſt elargitus quod authenticum in noſtro archivo aſſervatur. Quartum ejuſdem Privilegium.

✠ *In Nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Jordanus divina ordinante clementia Capuæ princeps petitioni dilecti ſui clementer favet. Igitur quia omnipotentis Dei clemencia nobis tanti honoris excellenciam tribuere dignata eſt. Idcirco pro amore Dei redemptoris noſtri, & beati Benedicti confeſſoris Chriſti nec non & pro ſalute, & redempcione animæ patris mei magnæ recordacionis principis Richardi, & Fredeſſindæ matris meæ interveniente Gaytelgrimma principiſſa uxore mea damus, atque concedimus monaſterio beati Benedicti Confeſſoris Chriſti conſtructo in caſtro montis Caſini cui domnus Deſiderius reverentiſſimus Abbas præeſſe videtur, videlicet tres partes de lacu Majore, qui fuit Comitum Aquinenſium, qui contra animam noſtram cogitaverunt, & conſiliati ſunt unde omnes res eorum legaliter noſtro fiſco adducta ſunt,*

& eſt

Digitized by Google

*& eſt in ſuperiori parte civitatis cum ripis ſuis, & cum introitu, & exitu ſuo, & cum omnibus rivis, & venis àquarum, qua in ipſo lacu influunt, & cum omnibus piſcacionibus ſuis, que quovis modo in ipſo lacu fieri poſſunt, & cum omnibus Trecenariis, qua ſunt juſta ipſam Silicem ad poſſeſſionem ſupraſcripti monaſterii, & prafati domni Abbatis ſuorumque ſucceſſorum, & partis pradicti monaſterii ob recordacionem eciam & noſtram eternaliter ſtabiliendam conceſſionem adque dacionem hos noſtra firmitatis apices exinde fieri juſſimus, quibus omnina ſancimus, & perpetualiter habendum mandamus, ut amodo, & ſemper prafatum Monaſterium, & praſcriptus domnus Abbas, & ſui ſucceſſores, & pars ejuſdem monaſterii firmiter ſecure, livere, & quiete habeant, & poſſideant inclitas tres partes de ſupraſcripto Laco ut ſupra ſcriptum invenitur, remota omni inquietudine, vel moleſtacione cujuſcumque principis, Viçeprincipis, judicis, Sculdays, Caſtaldei, & omnium mortalium perſone; Quod ſi quislibet hominum magna vel parva perſona contra hanc noſtram dacionem, ad que conceſſionem agere praſumpſerit aud ejus violator in quocumque fieri temptaverit, ſciat ſe compoſiturum auri puriſſimi libras duocentum, medietatem noſtro palacio, & medietatem prafato monaſterio beati Benedicti, & domno Deſiderio reverentiſſimo Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus, & ſoluta pena hoc ſcriptum firmum, & inviolabile maneat in perpetuum. Et hoc firmius credatur, & diligencius ab omnibus obſervetur manibus noſtris propriis corroboravimus, & noſtri ſigilli impreſſione juſſimus ſigillari.*

*Signum domni Jor-*  *danis excellentiſſimi Principis Capua.*

*Ex juſſione prafata ſereniſſima poteſtatis ſcripſi Ego Canſolinus in anno prinoipatus ipſius domni Jordani viceſimo tercio, & nonodecimo anno Ducatus ejus Cajeta. Dat. ſextodecimo Kalendas octubris anno ab incarnaciono Domini noſtri Jeſu Chriſti millcſimo octoageſimo primo. Scriptum Capua per quintam indiccionem.*

Adeſt ſigillum plumbeum.

Præfati privilegii indictio a menſe Septembris ducit initium. Id vero in hoc diplomate eſt præcipuum; tertiam partem lacus concedi cum introitu, & exitu ſuo cum omnibus rivis, & venis aquarum, quæ in ipſum lacum influunt cum piſcationibus, *& cum omnibus Trecenariis, qua ſunt juxta ipſam ſilicem ad poſſeſſionem ſupraſcripti monaſterii.*

Lacus Aquinas Caſſinatibus datus. Hujuſce lacus a Comitibus Aquini cœnobio noſtro facta donatio extat autographa in archivo Caſſinenſi.

† *In nomine Domini, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab Incarnatione ejus milleſimo octageſimo ſecundo, indictione ſexta, menſe Februario, vigeſimo quinto anno principatus domni Jordani glorioſi principis. Ego Adenulfus Comes, & Landulfus Comes, & Pandolfus Comes, & Lando Comes Aquinenſes, & filii Johanni Landonis Comitis de Aquino, divina inſpiracione compulſi pro redempcione animarum noſtrarum, & ſupradicti genitoris noſtri, & genitricis noſtra dña Sicelgarda, per hanc cartam offerimus Deo omnipotenti, & tibi ſanctiſſime Monachorum pater Benedicte in tuo monaſterio ſito in monte caſtri Caſini, in quo tuum ſacratiſſimum corpus humatum eſt, cujus S. monaſterii regimini domnus Deſiderius reverentiſſimus Abbas praeſſe videtur, hoc eſt inclita pars, & pertinencia noſtra de ipſo lacu majore, quod eſſe videtur juſta pradictam civitatem Aquinenſem cum omnibus pertinenciis ſuis, hoc autem totum ex integro nos ſupradicti Fratres, & Comites pro ſalute animarum noſtrarum, nec non & geniteris genitriciſque noſtra ex noſtro jure in liberam poteſtatem ſupraſcripti cœnobii S. Benedicti tranſmittimus, & ejus rectoribus, atque cuſtodum ad tenendum, & dominandum, & faciendum omnia, quę ad utilitatem ejuſdem monaſterii pertinent in perpetuum abſque ulla contradiccione noſtra, vel noſtrarum heredum, ſeu cujuslibet hominis pro parte noſtra. Si autem nos qui ſupra, vel noſtri heredes hanc oblacionis cartam evacuare quocumque moda pecierimus, vel contradicere his qua continet, ſubjaceamus pena compoſitionis librarum auri decem. Et quicumque ex alii contraire tenptaverit huic noſtro ſcripto inimicitiam tuam a beatiſſime Benedicte, cui nos, inſpirante Deo, hac offerimus, hic, & in futuro ſentiat, & vindictam, hac oblacionis cartula in omnibus firma, & ſtabili in perpetuum permanente. Qua ut verius credatur nobis rogantibus, ſcripta eſt per manum Senioricti notarii, & idoneorum teſtibus, qui auſuerunt roborata nominibus. Actum apud ſupradictum monaſterium S. Benedicti in monte Caſino. ✠ Ego qui ſupra Adenulfus Comes. ✠ Ego qui ſupra Pandulfus Comes. ✠ Ego qui ſupra Landulfus Comes. ✠ ego qui ſupra Lando Comes.*

Hunc vero lacum concedunt: *ad tenendum, & dominandum, & faciendum omnia, qua ad utilitatem ejuſdem monaſterii pertinent in perpetuum.* Quamquam vero hunc locum cœnobio noſtro Jordanus conceſſerat, illum concedunt quoque Comites Aquinates, vel quod id ad firmanda validius cœnobii Caſſinenſis jura petierit Deſiderius, vel quod memorati Comites haud ſe poſſeſſione ejus Lacus, Fiſco ſuo a Jordano judicati decidiſſe oſtentare vellent, vel demum quod quartam eam lacus partem hactenus poſſiderent, quam Jordanus non conceſſerat.

Donatio eccleſiæ S. Rufi extat in vetuſtiſſimo regeſto S. Angeli ad Formas fol. 29. in noſtro archivo aſſervato ex quo hic damus. Eccleſia S. Rufi donata a Jord. Principe

*In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni Jordanus divina favente clemencia, Capuanorum princeps peticioni dilecti ſui clementer favet. Igitur notum ſit omnibus fidelibus noſtris praſentibus, & abſentibus, noſque ad hoc divina gratia promovit in principem, ut eccleſiarum defenſor, atque ditator exiſtam pro ſalute anima patris mei principis Riccardi, & matris mea Fredeſinda, mei eciam, & uxoris mea Gaytelgrima, & haredum meorum, prudencia ipſius mea conjgis intervenientu, & Joffridi Ridelli eccleſiam S. Rufi conſtructam in civitate Capuana, qua nobis conceſſa eſt a noſtris fidelibus Capuanis, & per Sacramentum firmata,*

*cum*

*cum omnibus pertinenciis ſuis intus Capuam, & foras, qualiter antiquitus pertinuit praphata eccleſia quovis modo, & qualiter tenuit, & dominatus fuit Herluinus Cappellanus noſter, cum ſervis, & ancillis, cum curtiſanis, & aldiis cum aquis, & piſcacionibus, cum ſilvis, & paſcuis, cum paludibus, & univerſis pertinenciis ſuis dediſſe, conceſſiſſe, & confirmaſſe monaſterio S. Benedicti conſtructo in monte Caſino per hoc principale ſcriptum, & domno Deſiderio ejuſdem monaſterii venerabili Abbati cunctiſque ſuis ſucceſſoribus, nemine praphato monaſterio, domnoque Abbati, & ſuis ſucceſſoribus ex praſcripta conceſſione aliquam contrariam vel moleſtiam ingerente. Quod ſi quis hujus noſtri pracepti violator extiterit, mille libras auri optimi componat, medietatem noſtra camera & medietatem pradicto monaſterio, & domno Abbati, cunctiſque ſuis ſucceſſoribus, & ſoluta pena, hoc praceptum firmum, & inviolabile maneat in perpetuum, & ut firmius credatur, & diligencius obſervetur, manu noſtra propria ſubſcripſimus, & noſtri ſigilli impreſſione ſigillari pracepimus. Signum Domni Jordani glorioſi Principis.*



*Ex juſſione praphata Sereniſſima poteſtatis ſcripſi Ego Canſolinus in anno Principatus ipſius vigeſimo quinto, & viceſimo anno Ducatus ejus Gaeta. Data octabo Kalendas Octobris Anno ab Incarnacione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo, octogeſimo ſecundo ſcriptum Capua per ſextam Indictionem.*

Diplomatis hujus indictio a menſe Septembris ducit initium.

*Generoſa Deſiderii cœpta.*

Cum Deſiderius ad Henricum III. diris devotum vocatus ire noluiſſet, minitabatur imperator, ſe omnia cœnobii bona peſſum daturum, quam rem veritus S. Abbas, Monachos Caſſinates generoſis hiſce verbis alloquitur, teſte Petro Diacono cap. 50. *Anguſtia mihi ſunt undique: Si enim ad Imperatorem non jero, imminet periculum, & everſio monaſterii, ſi autem jero, & voluntatem ejus implevero, incurram periculum anima, ſi vero jero, & voluntatem ejus non fecero, imminet periculum corporis mei, ſimulque timeo, ne iratus Imperator, ita Normannis monaſterium iſtud, quod ſub tutela, & defenſione ejus eſt, ſicut & totum principatum concedat: Pergam tamen ad eum, tradens me morti, & periculo &c. Si enim millies occidar, nullus me ſeparabit a dilectione loci iſtius, nam non dico Imperatori, qui Chriſtianus eſt, ſed etiam alicui pagano, ſive tyranno occurrere non recuſo, dummodo res monaſterii valeam ab ejus barbarie liberare. Nam & Leo Papa, ut civitatem Romanam a devaſtatione, & incendio liberaret, Genſerico regi Ariano occurrit, & Savinus Canoſinus Attilam aque Arianum ad convivium invitavit, & de manu ejus caliſem accepit, & bibit, &c.* Et infra: *Poſt hac Imperator accepto a principe* (Jordano) *magno quantitatis pratio, per praceptum aurea bulla bullatum confirmavit totius Capuani principatus attinentias, retempto ſibi & imperio monaſterio Caſſinenſe cum univerſis rebus, ac pertinentiis ſuis &c.* Et in fine: *Deſiderius autem ab eodem Imperatore praceptum aurea bulla bullatū de hujus loci poſſeſſionibus accipiens, & licentia redeundi ab Imperatore impetrata, ad hoc monaſterium eſt reverſus.* Quid amabo ſupernam Caſſinatium juriſdictionem luculentius demonſtrare poteſt præ illis Deſiderii verbis? ſub tutela itaque, & defenſione Imperatoris erat cœnobium Caſſinenſe, cum non ulli poteſtati, aut principibus Beneventi, aut Capuæ ſubditum principatum habebat, quem per ſummam injuriam adimere potuiſſet Imperator, atque Nortmannis tradere: Imperator Capuanum Principatum Jordano confirmans cœnobium Caſſinenſe, ejuſque bona reſervat, indubia certe juriſdictionis Caſſinenſis argumenta. Vid. Baron. an. 1083. cap. vero 52. hæc ſcribit Petrus: *Sequenti tempore Jannellus, & Scifridus pro parte ſua, & parentum ſuorum renunciaverunt, ſe huic monaſterio de caſtello Sarraceniſco cum pertinentiis ſuis recipientes præſentialiter a Deſiderio moneta Papienſis ſolidos ducentos, centum librarum auri pena propoſita.*

*Juriſdictio monaſterii Caſſinenſis ſuprema.*

*His porro diebus Deſiderius ante preſentiam Jordani principis conceſſit Goffrido cognomento Monio diebus vita ſua caſtrum Sujenſe, in eo tenore, ut ipſum caſtrum non recognoſceret neque a principe, neque ullo homine, niſi a pradicto Abbate, & ſucceſſoribus ſuis, & ſerviret inde huic monaſterio, & ejus Abbatibus per rectitudinem, ad mortem vero pradictum caſtrum in loci hujus poteſtate rediret.*

Ex hac quidem caſtri Suii conceſſione in feudum conſtat luce meridiana clarius ſuprema Abbatis Caſſinenſis juriſdictio. Quid enim eſt non a Capuano principe, ſed ab Abbate caſtrum recognoſcere? ſervitium præſtare? Si hæc ſupremi principis conceſſio non eſt, quænam futura ſit plane non video.

*Sujum in Feudum conceſſū ab Abbate Caſſinenſi.*

Inter Jordanum Capuanum principem, atque ſubditos cœnobii noſtri, quædam hoc tempore contigiſſe ſuſpicor, quæ in hoc diplomate authentice in archivo Caſſinenſi aſſervato, continentur.

*Jordanus Juriſdictionem Caſſinenſis Abbatis fatetur.*

*Jordanus Dei gratia princeps. Hoc ſcriptum memoria fieri jubeo, ut a me, fidelibuſque meis conſtanter credi poſſit, & conſervari quomodo a me ordinatum ſit S. Germani in curte Abbatis Deſiderii pietatis fama venerabilis. Ego vero proclamationem ſuorum hominum qui caſtellum Pede montem habitant facio quoniam ipſi mihi, meiſque injuriam intulerant, quod minime de cuiſed praterea terras, cateraſque poſſeſſiones, quas ſub cartula ſcripti ab incolis Aquinatibus emerant homines ejuſdem Abbatis, ad hac de caſtello notato, nomine Teramo, & de finibus locorum, qui infra fines continentur, quod genitori meo, atque ſimul mihi ſancitum, & acratum eſt in S. Benedicti cœnobio. Quoque autem Aquinates noſtri querimoniam agere ſtudebant Abbati de oppido nomine Serracinſco, quoniam ipſe Habbas cum anteceſſoribus ſuis cum pace, & ſine querela habuerunt, & adhuc retinet hic. Poſtea vero cum a Monachorum collegia, ad ipſoque Abbate humiliter rogatus fuiſſem, ne contra eum, neque ſibi contra ſubditos quicquam malivolencia machinari vellem,*

nec

Digitized by Google

*nec mei mecum, quod a me ab adverſariorum in curſu muniri, & defenſari debent. Ideo quod bonum & utile hoc fuiſſe cognoveram præſentibus iſtis videlicet, Girardo de Ravennia, Rotberto de Labolita, Guillelmo de ſancto Lando, & cum his epiſcopo Ambroſio Terracinenſe, Præpoſita autem Oderiſio, Johanne Prepoſito S. Benedicti Capuenſis, aſtantibus quibuſdam Monachis cum Johanne Capuenſi judice miſſo a principe Riccardo, quod virga ei condonavi, & omnem malivolenciam, & iram quam contra homines Pedemontis diu memoria commendaveram, eademque tradicione hereditatis, quarum prius mencionem feci, eiſdem qui eas priuſquam Guillelmus de Menterolo inde finem daret cum Abbate emerant tempore Guillelmi anteceſſorum, quas dato fine cum Abbate emerunt, non a me conceditur. Illos igitur qui caſtellum Serraciniſcum habitant, ut ſupra dictum eſt cum pace, & quieto eſſe concedo exceptis duobus hominibus quorum alter habitat Teramum nomine Johannes, alter autem Plumbariolum nomine Petrucium. Si quis autem ſuperbia elatus vel contumacia conſtituta hic infringere laboraverit, ſeſe reum Abbate Caſini montis dandum certam emendacionem ſciat videlicet centum auri libras, quatenus ſervetur præcipio omnibus, hæc dicta conſervare hanc paginam manu propria confirmatam, ſigilli noſtri notamine juſſimus imprimi Guillelmus.* Adeſt ſigillum plumbeum.



Caſſinenſi Abbatis abſoluta Juriſd.

Quid vero eſt Jordanum ipſum principem Capuanum in Curia Abbatis Deſiderii proclamationem de illatis ſibi a ſubditis Caſſinenſibus injuriis facere, niſi expreſſe fateri Juriſdictionem ditionis Caſſinenſis penes Abbatem abſolute fuiſſe, ad quem de ſuorum ſubditorum criminibus judicare pertineret.

*Sequenti vero tempore*, ait Petrus Diaconus cap. 56. *Teodinus filius Maynerii de Trivento obtulit huic loco monaſterium ſancti Salvatoris, quod ſitum eſt prope fluvium Treſta ſimul cum caſtello, quod eidem monaſterio pertinet vocabulo Peſclatura, & duabus aliis eccleſiis, ideſt de S. Maria de Collerotundo, & S. Paulus de Petra Curvina cum univerſis earumdem eccleſiarum mobilibus, & immobilibus. Traſmundus quoque Teatinus Comes ſimiliter obtulit in hoc monaſterio tria ſui juris caſtella in Comitatu Pinnenſe, quorum unus vocatur Arſeta, alterum dicitur Bacuccu, tertium nominatur Biſenti cum terra nihilominus decem millium, & eo amplius modiorum &c. Per hos dies oblata eſt in hoc monaſterio a ſupradicto Principe Jordano eccleſia S. Agatha juxta Averſam &c. cum curtibus, & villanis, & univerſis pertinentiis ſuis, qualiter eam Richardus Princeps pater ejus dotaverat &c.*

Donatio Theodini ex regeſto Petri Diaconi nu. 456. fol. 198. hæc eſt. Theodini Donatio.

*In Dei nomine milleſimo octuageſimo quarto anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti menſe Aprilis ſeptima indictione. Ego Teudinus filius cujuſdam Maineri declaro me pertinentem habere jure hereditatio unum monaſterium vocabulo ſancti Salvatoris, quod ſitum eſt in territorio Triventino propinquum flumine Treſta. Similiter declaro me pertinentem habere dua alia eccleſia, una quæ vocatur S. Maria ad Collerotundo, alia vero, quæ dedicata eſt in honore S. Pauli propinquo de Petra Curbina, quæ ſunt ſite amba in territorio de Caſtellone. Utraſque ſupradictas eccleſias cum omnibus rebus ſuis mobilibus, & immobilibus trado, & concedo S. Benedicto in monte Caſino poſito, quem Deo annuente, ſecundum Regulam ipſius ſupradicti S. Benedicti, domnus Deſiderius Abbas regimen tenere videtur pro redempcione anima mea genitoris genitriciſque mea, & Fratrum meorum & uxoris mea. Quapropter me qui ſupra Teudinus ideo dum mihi congruum eſſe videtur bona etenim mea voluntatem, & per firmam ſtabilitatem in præſentia domni Alferi venerabili epiſcopi intereſſent Johannis Judice & aliorum teſtium, per hanc quoque videlicet cartam per remedium animarum noſtrarum, ut hic, & apud altiſſimum Dominum requiem invenire valeamus offero Deo, & ſupradicto ſancto Benedicto ſupradictas eccleſias cum omnibus ſuis pertinentiis cum caſtello, quod nominatur Peſclatura pertinentem eidem monaſterio cum ſilvis, & pratis, cum vineis, & terris cultis, & incultis cum molendinis, & aqueducto cum libris & cum omni ornatu earum eccleſiarum, infra hac vero fines ſicuti nominabimus nec mihi, nec quarta uxori mea, nec cuicumque alteri habendum nullam reſervavi ſed in integrum ipſas eccleſias una cum inferius, & ſuperius, & cum viis, & anditis ſuis, omnibuſque ſuis pertinentiis offero in prædicto monaſterio S. Benedicti habendum, ejuſque rectoribus poſſidendum ea racione ut hamodo, & ſemper pars ejuſdem monaſterii S. Benedicti, & ejus Rectores ipſa mea offercione velut prælegitur in integrum habere, & poſſidere debeat, ſecuriter inde faciendum omnia, quod voluerint ſine contradiccione mea, de meis heredibus, & ſine cujuſcumque requiſicione quod ſi aliquando tempore ego qui ſupra Teudinus, aut meis heredibus, cum pars ejuſdem monaſterii, aut cum ejus rectores pro quacumque racionem cauſare aut contendere queſierimus de ſupradicta mea offercione volendo exinde aliquid tollere vel minuare, aut ſi hoc retornare, vel removere queſierimus, centum libras auri componere obligo me, & meis heredibus ad partem prædicti monaſterii & ad ejus Rectores, & exinde omni tempore perinvitis taciti, & quieti permaneamus per eadem obligata pena igitur autem obligo me qui ſupra Teodinus, & meis heredibus eadem mea offercione velut prælegitur in integrum amodo, & ſemper ab omnibus hominibus, ab omnique partibus antiſtare, & defendere ſecundum Langobardorum legem per ſupraſcripta pena obligata. Si quis autem hanc noſtram conceſſionem aliquo temerario auſu in aliquo violare præſumpſerit, vel minuare, ſupradictus pontifex Alferius auctoritate Beati Petri apoſtolorum principis eum coram omnibus adſtantibus anathematiza-*

Digitized by Google

*tizavit, & cum Juda traditore eum perimendum, ac vinculis anneƐtendum in perpetuum damnavit. Quam taliter te Johannes Judice, & Notarius ſcribere rogavi intus Trivento civitate. Ego Alferius epiſcopus. Ego Falco Archipresbyter. Ego Albertus Monachus. Ego qui ſupra Johannes Judice. Ego Sikenulfus Monachus. Ego Albertus.* Hujuſce donationis meminit Ciarlanti p. 272.

Donatio Transmundi Comitis.

In eodem regeſto extat donatio Traſmundi Comitis nu. 457. fol. cit. a t. quæ incipit.

*In Dei nomine ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni milleſimo oƐtuageſimo quinto, & dies Menſe OƐtuber per indiƐtione oƐtava. Ideoque ego Tranſmundo Comes filio qm. AƐtoni Comes, propria, bona, & ſpontanea mea voluntate declaro enim quia quadam die cogitare cepi qualiter in peccato ſum concepti, & qualiter ab infancia noſtra dies noƐtuque, oris, atque momentis innumerabilia peccata commiſimus, & qualiter in illo terribili judicio de omni faƐto ñro ſubito Deo concedente invenimus. Ego ſupraſcriptus Tranſmundo Comes conſilium unde dono trado, judico, & concedo de res mea pro anima mea, & do genitore meo, & de Genitrice mea in monaſterio beati BenediƐti monte caſtro Caſino, ubi nunc dominus Deſiderius venerabilis Abbas praeſt, hoc eſt de res mea, qua mihi in hereditatem, & per conquiſitum obbatum eſt & eſt ipſa res juxta Comitatu Pinnenſe in ipſo caſtello de Arſeto cum Porte, & carbonarie ſua, & cum introitu, & exitu ſuo cum eccleſia S. Johannis & cum omnibus ornamentis ſuis & rebus, & ipſo caſtello Bacucco cum univerſis pertinentiis ſuis, & cum Eccleſiis cellis, & univerſis ornamentis ipſorum, & ipſo caſtello de Beſenti cum porte, & eccleſiis, & ornamentis ſuis, vel omnibus quantum in ipſe pertinentie de ipſo caſtello mihi pertinet terra culta, & inculta cum vineis, pomis, arboribus, ſilvis, campis, pratis, ripis, flumina, aquis, curſibus aquarum, cum molina, & ſedia, & omnia edificia ſua, qui faciunt ipſa res modiorum decem milia, & amplius quantum in ipſe ſupraſcripte pertinentie mihi pertinet, & habet finis primo capite fine montibus pede fine terra S. Johannis, & Traſmundi, Et de uno lato fine Pretocone, & de alio lato fine terra Gualterii, & de filii Giſoni filio Rainaldi, & de conſortibus ſuis ipſe ſupraſcripte caſtella cum illorum pertinentie quantum infra iſta ſupraſcripta finis mihi ſupraſcripto Traſmundo Comes pertinet in integrum, quam & dedit pro anima mea & de genitorem meum, & de genitricem meam, & omnia faciatis de ipſe ſupraſcripte caſtella, & de ipſa res tu ſupraſcriptus domnus Abbas, qui regimen de ipſo ſupraſcripto S. monaſterio tenere eſſe videtur vel poſteriſque ſucceſſoribus tuis, ſicut de aliis propriis rebus monaſterii, & hoc repromitto, & obligo me ego qui ſupraſcripto Traſmundo Comes vel meis heredibus tibi ſupraſcripto domnus Abbas, vel poſteriſque ſucceſſoribus tuis ipſe ſupraſcripte caſtella, & ipſe ſupraſcripta ad ipſo ſupraſcripto S. monaſterio contra omnes homines antiſtare, & defendere debeamus & ſi adqualibet homines anteſtare, & defendere non potuerimus, aut non voluerimus, aut ſi exinde tollere vel minuare præſumpſerimus, tam nos, quam ipſa qualibet heredum noſtrorum aut qualibet homine de ipſo S. monaſterio tollere præſumpſerit, ſciat ſe in tremendi juſtum judicium examinata cauſa nobis ſecum dicturum, & in peiora ſumamus, & individua S. Trinitatis incurrat, & diſcedat ſuper illos paternarum ſuarum malediccione ſed ſit condempnatus cum Herodes, & Nerones, & cum Juda traditore, qui Apoſtolica agmina ſegregavi, & non abeat partes in prima ResurreƐtione, & cum inpii, ac ſacrilegus ſequenſtratus, pars illius ſtannum innis & ſulphuris ardentis, & ſupra componamus pena auro libra decem milia & argenteum libra viginti milia, & poſt pena ſoluti qua eſt vero hac cartula judicacionis, ſeu tradicionis rogatum a ſupraſcripto Traſmundo Comes ſcripſit ego Giſo Notarius, & judices iſtius menſe Indiccio. AƐtum Pinnem feliciter. † Signum manum Tranſmundi Comes, qui hanc carta judicacionis ſcrivere rogavi, & ſignum crucis fecit. † Signum manum Giſoni teſto rogatum, & ſignum crucis fecit. † Signum Luponi teſto rogatum, & ſignum crucis fecit. † Signum manu Gerardi teſto rogatum & ſignum crucis fecit.*

Quartum Jordani Privilegium.

Diploma vero, quo Jordanus princeps cœnobio noſtro eccleſiam S. Agatæ prope muros Averſanæ urbis conceſſit, authenticum in noſtro archivo aſſervatur.

*† In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Jordanus divina ordinante clementia Capuanorum princeps. Petitioni dileƐti ſui clementer favet. Notum ſit omnibus S. & Catholica eccleſia filiis, me quem ad hoc divina gracia promovit in principem, ut eccleſiarum defenſor, atque ditator exiſtam ob ſalutem, & redempcionem anima principis Richardi patris mei, & Fredeſſinda matris mea, & ob meorum peccatorum indulgenciam dediſſe, conceſſiſſe, & confirmaſſe monaſterio S. BenediƐti confeſſoris Chriſti ſito in monte Caſino, & domno Deſiderio ejuſdem monaſterii venerabili Abbati per interventum Gaitelgrime principiſſa uxoris mea eccleſiam S. Agatha conſtruƐtam prope muros Averſana urbis cum curtibus, & terris, & villanis, & cum univerſis ſuis pertinenciis, quas princeps Richardus pater meus ibi dedit, & qualiter Gualterius cappellanus eam tenuit cum omnibus ſuis pertinenciis in die obitus ſui ad poſſeſſionem poteſtatem, & dominacionem prediƐti monaſterii S. BenediƐti, & Domni Abbatis ſuorumque ſucceſſorum remota omni contrarietate, & moleſtacione mortalium omnium. Quod ſiquis diabolica ſuaſione compulſus hanc noſtram dacionem, oblacionem, conceſſionem violare irritaſve facere temptaverit, centum auri optimi libras perſolvet medietate noſtro palatio, & medietatem praſcripto monaſterio, & pradiƐto Abbati ſuiſque ſucceſſoribus, & ſoluta pena hoc ſcriptum firmum, & inviolabile maneat in perpetuum, & ut firmius credatur, & diligencius ab omnibus obſervetur manu mea ſubſcripſi, & mei ſigilli impreſſione feci ſigillare.*

*Signum domni Jordani glorioſi principis.*

*Per juſſionem præfata Sereniſſima poteſtatis ſcripſi ego Conſalinus judex in anno principatus illius viceſimo oƐtabo, & viceſimo tercio anno Ducatus ejus Gageta.*

Data

Digitized by Google



*Data octabo Kalendas Marcii anno ab incarnacione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo octuageſimo quinto.*

*Scriptum Capua per nonam Indictionem, Nullam autem hic princeps in ruſticos juriſdictionem ſibi reſervat.* Adeſt ſigillum plumbeum.

Quintum ejuſdem Diploma.

Idem princeps latifundia quædam noſtro cœnobio concedit hoc diplomate, quod autographum in archivo Caſſinenſi aſſervatur.

✠ *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni. Jordanus divina ordinante clementia Capuanorum princeps. Petitiani dilecti ſui clementer favet. Igitur fidelium noſtrorum preſencium, ac futurorum noverit multitudo, qualiter per interventum Gaitelgrimma mea dilectæ uxoris concedo, & confirmo monaſterio S. Benedicti in monte Caſino, cui domnus Deſiderius venerabilis Abbas praeeſſe videtur, videlicet Terram cultam, & incultam, & ſilvam noſtro palacio pertinentem, quæ eſſe videntur in comitatu Sueſſe juxta fluvium Gariliani habentes hos fines. A parte Septemptrionis incipiente primo capite a fluvio, & a termino, qui ibi poſitus eſt, & menſurando infra duas columnas marmoreas ab antiquitus ibi fixas dum compleantur paſſus centum quattuordecim, & deinde qualiter deſcendit juxta paludem quæ dicitur Feſtara uſque in rivio, qui vocatur Auſenti. A parte Occidentis qualiter deſcendit ab ipſo termino uſque in mare juxta præſcriptum fluvium Gariliani. Et concedo, & confirmo prædicto monaſterio de ipſa ſilva ab ipſo fluvio juxta mare paſſus trecentos ſexaginta quinque, & qualiter vadit directe uſque in Pantanum, & qualiter divertit uſque in rivio qui vocatur Auſenti omnes prædictas terras cultas & incultas, & ſilvam, quæ ſunt infra præſcriptos fines & menſuras menſurando ſemper ad paſſus Landonis Gaſtaldei. Ego prædictus princeps concedo, & confirmo præſcripto monaſterio, & prædicto Abbati ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum ob ſalutem & redempcionem Animæ patris mei principis Richardi, & meæ. Nec non & concedo, & confirmo præſcripto monaſterio, & prædicto Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus turrim, quæ vocatur da mare, quæ eſt infra præſcriptos fines cum piſcacionibus maris, & fluminis, & cum omnibus ejus pertinenciis, qualiter princeps Richardus pater meus per preceptum eam dedit atque conceſſit prædicto monaſterio, & ſupraſcripto Abbati ad poſſeſſionem, poteſtatem, & dominacionem prædicti monaſterii; & domni Abbatis ſuorumque ſucceſſorum: Remota omnium mortalium moleſtacione. Quod ſi quis diabolica ſuaſione compulſus, hujus noſtræ conceſſionis & confirmacionis paginam violare irritamve facere præſumpſerit, centum auri optimi libras perſolvat, medietatem noſtro palatio, medietatem præſcripto monaſterio, & prædicto Abbati ſuiſque ſucceſſoribus, & ſoluta pena, hoc ſcriptum firmu & inviolabile maneat in perpetuum, & ut firmius credatur, & diligentius obſervetur manu mea ſubſcripſi, & meo ſigillo feci ſigillare.*



*Signum domni Jordani glorioſi Principis.*

*Ex juſſione præfatæ ſereniſſimæ poteſtatis ſcripſi Ego Canſolinus judex in anno principatus ipſius viceſimo octabo, & viceſimo tercio, anno Ducatus ejus Cajetæ. Data quartadecimo Kalend. Decembris anno ab incarnacione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo octoageſimo quinto. Scriptum Capua per nonam indictionem.* Adeſt ſigillum plumbeum.

Diplomatis huius indictio a menſe Septembri ducit initium.

Jordanus hic princeps Capuanus cum patre fuit ab an. 1058., quocum fuit etiam Cajetæ Dux ab an. 1063. Poſt patris obitum Dux quoque, & princeps fuit ab an. 1078. cum filio Richardo II. ab an. 1081. ad 1090., quo obiit die 20., aut 21. Decembris in monaſterio Caſſinenſi ſepultus. Uxorem habuit Gaitelgrimam ſororem Giſulfi II. Salerni principis. Illud vero maxime advertendum, Jordanum eiuſque patrem Duces Cajetanos eo modo fuiſſe, quo Pandenolfus Capuæ comes, cui Cajetam conceſſerat Johannes VIII. teſte Leone Oſtienſi lib. I. cap. 42., quo tamen eodem tempore Cajetæ Dux Docibilis erat, ſed Pandenulpho ſubiectus. Ita etiam Richardi, & Jordani tempore Cajeta Duces proprios, ſed inferioris, ut ita dicam ſubſellii habebat. Ejuſmodi fuere Giffridus, ſeu Loffridus Ridellus an. 1072. aliique. Vid. Peregrinius in ſtemmate Principum Nortmannorum Capuæ.

Magnifica Roberti Guiſcardi, & Sicelgaitæ munera.

Refert deinde Petrus cap. 58. plurima eaque magnificentiſſima cœnobio noſtro oblata numera a piiſſimis conjugibus Roberto Guiſcardo, & Sicelgaita, atque ſubdit. *Anno ſequenti eodem Duciſſa Silcegaita per conſenſum filii ſui Ducis Rogerii obtulit beato Benedicto per cartam aurea bulla ſignatam locum qui Cetrarius dicitur in Calabria cum toto portu ſuo, & omnibus pertinentiis ſuis &c.* Eadem narrat Baronius an. 1085.

Citrarii Caſſinatibus donatum.

Citrarii donatio a Sicelgaita facta authentica in archivo noſtro aſſervatur, atque incipit.

† *In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Ego Sikelgaita divina favente clemencia Dux. Si divinum cultum, & ſanctæ eccleſiæ honorem, atque utilitatem debita reverentia, & ordine digno attendimus, tota profecto devotione circa ſanctam Dei eccleſiam diligentiſſimam curam, & ſolacium adhibere*

Digitized by Google

*bere debemus, ut tanto nos ſuperna pietas gracius protegat, quanto ferventius ſuam eccleſiam pro viribus exaltare, atque tueri ſatagimus. Idcirco pro amore omnipotentis Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti, & pro ſalute anima domini viri mei Robberti glorioſi Ducis, atq; mea filiorumque noſtrorum, & omnium parentum per interventum, atque conſenſum filii mei Roggerii Ducis offero in monaſterio S. Benedicti de monte Caſino locum, qui Cetrarius dicitur cum toto portu ſuo, & cum omnibus pertinentiis ſuis, atque univerſis colonis ibidem habitantibus, quod in dotem a predicto viro meo habeo, atque per manus domni Deſiderii Abbatis, eo modo illud in prædicto monaſterio, cui ipſe Abbas praeeſt, offero, ut per totam vitam meam ad frudiandum eum habeam, atque poſt meum obitum in praſcripto monaſterio abſque omni calumnia meorum haredum ac ſucceſſorum noſtrorum perveniat, & prafatus Abbas ejuſque ſucceſſores, & pars ipſius monaſterii licentiam habeant de eo facere quod voluerint, & neque a nobis, neque a noſtris heredibus, ſeu judicibus, Comitibus Turmarchus, neque a quibuslibet auctoribus noſtra reipublica pradictus Abbas, ejuſque ſucceſſores, & pars ipſius eccleſia quolibet tempore de eo aliquam contrarietatem habeant, ſed in perpetuum ſecure illud habeant, & poſſideant ad faciendum ex eo ad utilitatem ipſius monaſterii ſicut ſupra ſcriptum eſt, quodcumque voluerint. Quod ſi ego, aut heredes mei, vel alius aliquis temerario auſu hujus mea oblacionis aliquando violator extiterit perpetuo anathematis ſubjaceat, & partem cum Juda traditore Domini habeat, ſciatque ſe compoſiturum auri puriſſimi libras centum, medietatem Camera noſtra, & medietatem parti ipſius monaſterii, & inſuper hac oblacio ſemper firma, & inconcuſſa permaneat. Textum vero hujus noſtra oblationis ſcribere pracepimus tibi Petro Medico, & palatii noſtri notario. Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo octuageſimo ſexto indictione nona. Actum Salerni feliciter. † Ego Alfanus Electus Sancta Sedis Salernitana. † Ego Urſo Dei gratia Archiepiſcopus Sancta ſedis Canoſina, & Barina. † Ego Maralduſus Feſtanus epiſcopus. † Ego Ruggerius Dux. Ego Robbertus frater ejuſdem Ducis.*

Ita vero piiſſima mulier Citrarium concedit cum portu & colonis ut libere illud cœnobium noſtrum deinceps poſſideret.

Alfanus Salerni archiepiſcopus huic donationi ſubſcriptus ſecundus eſt ejus nominis. Pluries hanc donationem in Regia Camera Summatiæ præſentarunt Caſſinates, ejuſque apographum audito Fiſco extractum, quod in proceſſu reperitur in memorata camera inter regium Fiſcum, noſtrumque cœnobium pro anchoragio Citrarii ventilato. Nullam vero ſibi in ea conceſſione aut Sicelgaita, aut Rogerius ejus filius juriſdictionem, vel quid aliud reſervant. Robertum Guiſcardum Sicelgaitæ maritum, ejus que filium Roggerium abſolutos fuiſſe Apuliæ, & Calabriæ Duces, res eſt notior, quam ut ullus unquam qui ſummis, ut ajunt, labiis eccleſiaſticam, profanamque Hiſtoriam delibaverit, revocare póſſit in dubium. Quare poterant libere, abſoluteque civitates, oppida, aliaque bona pro libito cuique concedere. Quod idem de Beneventanis, Capuanis, aliiſque ejus ordinis Principibus dictum volumus. Si quis vero rerum imperitiſſimus in dubium revocare, atque adeo negare id contenderet, quanquam in fulſitatis, imperitiæque damnabunt eruditi, nil tamen moramur, cum omnia bona cœnobio Caſſinenſi donata ampliſſimis formulis confirmaverint Imperatores, regeſque Neapolitani, ut demonſtravimus hactenus, infraque demonſtrabimus, cum de Rege Rogerio, Henrico VI., aliiſque. Ab ipſo quidem donationis initio ad hæc uſque tempora nulla interrupta ſerie oppidum Citrarii poſſedit monaſterium Caſſinenſe, cum juriſdictionibus omnibus criminali, civili, mixtæ, Syclæ, Portulaniæ, Bajulationis &c. neque unquam Adoham, vel quid aliud regibus Neapolitanis perſolvit.

Mariti uxores dotabant.

Aſſerit in hac donatione Sicelgaita, Citrarii oppidum ſibi a marito in dotem conceſſum. Mos quippe apud Gothos, Langobardos, Romanos ipſos, aliaſque gentes, ut ex eorum legibus conſtat a Ducangio allatis, verbo Dos, invalverat, maritos uxoribus dotem dare. Qui quidem mos apud Leonem Oſtienſem lib. I. Chron. Caſſin. cap. ult., & apud Petrum Diaconum lib. 4. cap. 25. etiam legitur. Imo Mabillonius Itin. Ital. p. 210. viſum aſſerit, a ſe in archivo inſignis monaſterii S. Xiſti Placentiæ ab Angelberga Imperatrice uxore Ludovici II. fundati inſtrumentum Dotis ab eodem imperatore Angelbergæ datæ juxta legem Francorum, ut ibi legitur, & pag. 222. teſtatur in archivo quoque celebris noſtri Ordinis monaſterii S. Salvatoris Papiæ ab Adelaide Auguſta conſtructi reperiri Inſtrumentum dotis, eidem ab Lothario primo ejus marito an. 938. datæ, illudque dotis Bertæ reginæ ab Hugone Italiæ rege conſtitutæ.

Petrum cœnobii Caſſinenſis incrementa.

Mirum quantum dignitate opibuſque cenobium Caſſinenſe ſub præfectura SSmi Abbatis Deſiderii creverit. Hinc, teſte Petro Diacono cap. 59. *Johannes Comes filius Landolfi de Venafro ad extrema veniens ad hoc monaſterium cum rebus ſuis ferri ſe juſſit, & concambium de caſtello ſuo, quod Cardetum vocatur, ideo nobis valde congruum quia contiguum, diu jam optanti Deſiderio fecit. Data ſunt autem pro hujuſmodi caſtelli commutatione quatuor eccleſia, quas in Venafro habebamus cum omnibus poſſeſſionibus, ac pertinentiis earum &c. Per hos dies Marinus Comes Trajectenſis una cum Oddulana uxore ſua obtulit beato Benedicto totam partem ſuam de Comitatu Trajectano, & caſtro Spinei, ac Fracta, pena appoſita centum librarum auri id removere querentibus &c.*

Marini confirmatio.

Hæc Marini confirmatio, quæ duos, & ſeſqui annos poſt donationem Stephani Noni Pontificis Romani & Abbatis Caſſinenſis tempore factam evenit, ex autographo in noſtro archivo hic exſcribimus.

† *In nomine Domini Dei Salvatoris Jeſu Chriſti quinquageſimo quarto anno Comitatus domni Marini & ſeptimo decimo anno Comitatus domni Dauferii & domni Landoni Dei gracia Thio, & nepotibus atque Comitibus Meñs Octuber terciadecima indiccione Trilectu. Quam quidem Deo dignum, & valde placabile tam in veteri quidem teſtamento quam in novo offerre Deo ſanctiſque baſilicis patrimonium jubetur pro requie animarum defunctorum, & pro phutura hac beata reſurrectionis. Quapropter credibili fide indubitanter accipitur promereri veniam delictorum pro quibus hic largitur aliquid hujus mundi tranſeuncium rerum, & pro opibus oblatis Terreſtribus proculdubio a Domino recepturi ſpe-*



Digitized by Google

*ramus eternas. Hac ſi quidem fide & credulitate firmati, & de omnipotentis Dei miſericordia, confiſi ſperantes aput illum mercedem recepturos eternam. Nos Marinus Dei gracia Comes una cum Oddolana Comitiſſa dilectiſſima conjux mea, tam pro redempcione Anima noſtra quamque eciam & pro requie animarum genitorum ſeu genetricum noſtrarum. Placuit nobis ab hodierna die, & perpetuis temporibus uno ore, & uno conſilio promptiſſima, & gratuita noſtra voluntate offerre, & tradere, & perpetualiter tranſcribere in cœnobio tuo o SS͠me Benedicte, quod honorifice, & famoſiſſime ſitum eſt in Caſſinenſi caſtro, ubi domnus Deſiderius venerabilis Abbas ejuſdem monaſterii regimen tenet, ideſt totam & integram noſtram porcionem, quod eſt quartam partem de inclito Comitatu Trijecto, cum omnibus ſuis pertinenciis, hoc eſt terris, vineis, planis, paſcuis, montibus, vallibus, aquis, mollis, inſuper tradimus, & offerimus tibi o Sanctiſſime Benedicte omnibus caſis qua in hac ſupraſcripta civitate habere videmur, & medietatem de ipſo caſtro Spineo, quod nobis pertinenda eſſe videtur, & integra ipſam quartam partem de caſtro Fracta. Hac omnia tibi damus, & offerimus, atque tradidimus cum omnibus ſuis pertinenciis ſicut ſuperius legitur. Ea tantum racione ut nulli ſervicium exigant tui rectores ab abitantibus in ſupraſcripta civitate, & caſtellis, niſi qualiter antiquitus ſoliti ſunt facere nobis, ita tamen ut qui cum caballo ſervire conſueti ſunt ita perpetuo jure & ſanctiſſimi jam ſupranominati tui cœnobii deſerviant, & qui cum Boves ſimiliter faciant, iterum damus, & offerimus tibi totum, & integrum noſtrum monaſterium vocabulo S. Marini cum omnibus ſuis paraturis, & codicibus, & cum terris, & vineis, & aquis, molis, & cum peculiis majori vel minori, & cum omnia, & in omnibus ad ſupraſcriptum monaſterium pertinentibus, & ipſam quartam partem de monaſterio S. Marini de aqua Mundula cum omnibus ſuis pertinenciis, & omnia, & omnibus ubicumque vel undecumque nobis pertinent, vel pertinenda eſſe videtur a jure parentorum noſtrorum qualiter ſuperius diximus tibi beate Benedicte offerimus, & tradidimus, in eo vero tenore, ut amodo, & uſque in ſempiternum in tuo jure, & dominio permaneat; & neque a nos qui ſupra Marinus Dei gracia Comes cum Oddolana Comitiſſa conjux, neque a noſtris heredibus, neque a nobis nulla ſubmiſſa perſona nunquam exinde abeant tui rectores querela aut calumpnia in ſempiternum. Verum quod abſit, & divina avertat potencia, quod ſive nos, qui ſupra, ſive noſtri heredes, aut quavis perſona hominum magna, vel parva contra hanc noſtram offercionem ſeu tradicionem aliquid contrarie agere voluerit, vel repugnare temptaverit, fiat anathematizatus a Domino, & a tricentis decem, & octo ſanctis patribus, & partem abeat cum Juda traditore Domini noſtri Jeſu Chriſti. Inſuper compoſiturus ſubjaceat in ſupraſcripto tuo S. cœnobio Caſſinenſi auri puriſſimi libras centum, & poſt ſoluta pena, & anathemate percepta, hac noſtra offerſio, & tradicio, qualiter ſuperius legitur, firma permaneat in perpetuum, Scripta per juſſiones noſtras a Benigno presbitero, & notarius ſupradicta civitatis in menſe, & indiccione ſupraſcripta.*

*✠ Ego Marinus Comes. ✠ Ego qui ſupra Oddolana Comitiſſa, qua ſcribere pracepi, & manus mea in hac cartula crux feci. ✠ Signum manus Gregorii Filii Joanni Coſtani. ✠ Signum manus Joanni de Maraldo. ✠ Signum manus Joanni Papa. † Ego Benignus in meritis prasbiter, & notarius ſupraſcripta civitatis complebi, & abſolbi in menſe & indictione ſupradicta terciadecima.* Adeſt ſigillum cereum.

Permutatio inter Johannem Comitem noſtrumque cœnobium pro caſtro Cardeto inita reperitur in regeſto Petri Diaconi nu. 492. fol. 108. a t. atque incipit. Permutatio inter Johanné Comité, & cœnobiũ Caſſinenſe.

*In nomine Domini. Anno ab incarnatione ejus milleſimo octuageſimo ſexto menſe Julii nona indictione. Ego Johannes Comes Benafri, filius Landolfi Comitis propterea mihi abtum, & congruum eſt bona mea voluntate per hanc cartam commutacionis commutabi, & in cambium dedi tibi domno Deſiderio venerabili Abbati de monaſterio S. Benedicti de monte Caſino erga tecum habendo Johanne Oderiſi Abbocatorem tuum, hoc eſt integrum caſtellum unum, quod dicitur Cardeto que eſſe videtur infra finibus Benafro cum caſis, & montibus, & collibus, & planiciis, & aquis, vel decurſibus aquarum, & cum omnibus ſuis pertinenciis, vel adjacenciis ſuis, & habet fines a prima parte incipientes monte qui nominatur Joanni Atexani, incipiente de ipſa Maccla qua nominatur Joanni Atexani, & qualiter directe deſcendi in ipſo Foſſatello, qui decernit inter hac terra, & terra Donati clerici, & terra de homine, qui fuerunt de Sangro, & qualiter deſcendit in ipſu Foſſatellu, & mittit in ipſa Rabe, & vadit per ipſa Rabe in terra Petri Gregorii, & terra Rhodolfi, & directe vadit in ipſu claru & directe vadit in ipſa rabicella, & aſcendit per ipſa coſta de ipſo collicellu, qui eſt in capite de ipſa Valle qua nominatur Aceretu, & qualiter aſcendit in Forcella de ipſo monte majore, qui decernit inter fines de Cardeto, & caſale, & vadit per vertice de ipſe Serre alte qua nominatur Silare, & deſcendit in ipſa Rabicella, & directe vadit in ipſa lota petroſa, & aſcendit & vadit per ipſa Serra alta, & deſcendens in ipſo barricaturo de ipſu Rapidu, ubi eſt ilicetu, & de alia parte territorio S. Benedicti, & de alia parte territorio Cominenſem, & vadit per ipſa Serra Rendenara majore, & vadit in ipſo monte, qui nominatur Peſclu per ipſa Serpa, & deſcendit in jam dicta Maccla, qui eſt priores finis. Hac autem dicto caſtello cum omnibus ſuis pertinenciis, & per ejus fines qua ſuperius dicta ſunt, & cum omnia ibi intra ſe habentibus ſubter, & ſuper, & cum viis ſuis ibidem intrandi, & exiendi cunctas & inclita, adque funditum illum tibi ſupraſcripto domno Deſiderio Venerabilis Abbas commutavi, & in cambium dedi ad poſſeſſionem ejuſdem eccleſia vocabulo S. Benedicti, qua ſita eſt in monte Caſſino, & ad ejus rectoribus ad habendum, & poſſidendum amodo, & uſque in ſempiternum, & faciendum inde omnia eis, qua placuerit, unde exintegrum jam dictum caſtellum cum omnibus ſuis pertinenciis, & ſupraſcriptis finis, qua ſupradicta ſunt, nec mihi qui ſupraſcriptu Joannes nec uxori mea nec meos heredes, nec alicui homini aliquid reſervavi, & ſuper dicta mea commutacione manifeſtus ſum. Ego Johannes Comes, qui a preſenti in cambium recepi a te ſupraſcripto domno Deſiderio Abbate tecum habendo abbocatorem tuum, & cum conſenſu Fratrum Monachorum, & ante praſencia domni Marini Comitis, hoc eſt inclite dua curta de terre cum eccleſia,*

*& caſa,*

Digitized by Google

*& caſa, & vinea, & per finis ſicut ſubter dicimus inclita dua eccleſia cum omnibus ſuis pertinenciis, qua vos habetis infra finibus Benafro prima parte cum una Eccleſia qua vocatur S. Benedictus Piczolu, & habet finis de una parte Bulturnus, & vadit juxta terra S. Vincentii, & vadit per ipſo limitu in Ribio Tiberni. Ex alia vero parte de rivo Tiverni uſque in fluvio Vulturnu. Tertia vero parte da fluvio Vulturnu uſque in jam dicta terra S. Vincentii qua eſt priores fines. II. curtis una eccleſia, qua vocatur S. Maria in Sala habet fines da una parte flumen qui vocatur Seſtu, alio fine terra Urſi Giſa, & terra Fermoſi cum ipſi volta, & pergit in via publica, tertia fine terra qua fuit de Deodatu & pergit in via publica, & vadit per ipſa via uſque in terminum. 4. finis foſſatu, qua in iberno aqua decurrit, & vadit in fluvio Seſtu in priores fines. 3. Eccleſia S. Nazarii, qua eſſe videtur in monte, qui dicitur Peperonu cum omnibus ſuis pertinenciis. 4. Eccleſia S. Benedicti qua eſſe videtur infra ipſa civitate Benafro ſuper ipſe caſe cum omnibus ſuis pertinenciis. Finita vero commutacione ea ratione quatenus, ut amodo, & ſemper in jam dicta eccleſia S. Benedicti ejuſque Abbatibus firmiter habeatis poſſideatis integra ſupradicta mea commutacione. Et obligo me qui ſupradictus Johannes, & meos heredes defendere ab omnibus hominibus ab omnique partibus, & ſi non defenſaverimus vobis ipſos, & non compleverimus ex vobis omnia, & in omnibus, ut ſupradictum eſt, vel ſi hanc cartam in qualecumque parte refutare temptaverimus de quibus continet M. ſoli. bizant eos pena me, ego qui ſupraſcriptu Joannes, & meos heredes in jamdicta eccleſia S. Benedicti ejuſque Abbatibus componere, & dare obligamus, & omnia ſupradicta vobis per compleamus, & hanc cartul. commutacionis de quibus continet firma, & ſtabile permaneat ſemper, & taliter ego qui ſupraſcriptus Johannes, ſicut mihi aptum & congruum fui fecit & te Lando notarius ſcribere rogavi. Benafro. Ego Guelto Judex, Joanne judex. Ildeprandus teſtes.*

Hujuſce permutationis meminit Ciarlante pag. 270.

Feuda a Deſiderio Abbate conceſſa.

*Hic Abbas Deſiderius*, ut ait Petrus Diaconus cap. 60., *conceſſit Landoni Comiti Trajectenſi quartam partem de eodem Comitatu Trajectano, quam videlicet Marinus Comes ſicut ſupradiximus ſancto Benedicto cum Obdulana uxore ſua tradiderat, & quartam partem de caſtro Fracta, & medietatem de caſtro Spinii, & quartam partem de monaſterio S. Martini ad Aqua Mundula, excepto monaſterio S. Marini cum pertinenciis ſuis in eo tenore, ut inde ubicumque vocatus fuiſſet ſupradicto Abbati, ac ejus ſucceſſoribus fideliter ſerviret, poſt mortem vero ſuam omnia hac in jus monaſterii noſtri abſque omni contradictione redirent. Fecit & libellum Tranſmundo Comiti Teatino uſque in tertiam generationem de caſtello monte, & caſtello Muccla, & caſtello Friſa cum pertinentiis ſuis, eo videlicet ordine, ut in tercia generatione ſupradicta caſtra in monaſterii hujus dicionem redirent &c.* Supremus itaque erat princeps Deſiderius, qui feuda ea lege nobilibus quoque viris concedit, ut ſibi ſuiſque ſucceſſoribus ubicumq; vocati fuiſſent inſervirent.

Berardi Marſorum Comitis Donatio.

Inter alias vero donationes, quæ cap. 61. Petrus noſter refert, eſt illa Berardi Marſorum Comitis hiſce verbis: *Berardus etiam Comes filius Berardi Marſorum Comitis eo tempore obtulit beato Benedicto monaſterium S. Maria in valle Porclaneci, & caſtellum Roſcolu cum pertinenciis ſuis &c. Hoc tempore Rolandus vir nobilis de civitate Lucenſi obtulit beato Benedicto partem ſuam de monaſterio S. Georgii infra eandem civitatem, & partem ſuam de eccleſia S. Maria in Palatio, & caſtello Alfrexo, & de eccleſia S. Matthei, & S. Maria in Curte Vecchia, & S. Nazarii in Burcho, S. Martini, & S. Martini in eodem Burcho, & quicquid ſibi pertinere videbatur in Comitatu * Lunenſe, Pinſenſe, Piſtorienſi, Florentinenſi, Voloterrenſi, Populonienſi, & Roſelenſi. Matilda praterea ductrix Liguria, & Tuſcia &c. conſtituit, ut nullum plateaticum, vel thelonicum in civitate Piſana, & Lucenſi, & in omni dicionis ſua terra Monachi noſtri aliquando darent; &c.* In regeſto Petri Diaconi nu. 460. fol. 200. extat Berardi Comitis donatio, qua caſtrum Ruſculi Eccleſiæ S. Mariæ elargitur, atque incipit.

* Lucenſe

Hac charta contenta.

*In nomine Domini Dei, & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti ab incarnatione Domini anni ſunt milleſimo quadrageſimo octavo, & dies menſe Julius per indiccionem XV. Ideo conſtat me Berardus Comes filius qm. Berardi Comiti de provincia Marſorum, bona, & ſpontanea mea voluntate, pro timore Dei, & redempcione anima mea, & parentum meorum judico, & offero unum caſtellum nomine Foſculum cum omnia ſua pertinencia, terris cultis, & incultis, vineis, paſcuis, & ſilvis ad ipſum monaſterium ſancta Dei genitricis, & Virginis Maria, qua constructa eſt in loco ubi balle Porcaneci vocatur, & eſt ipſa pertinencia de ſupraſcriptu caſtello infra fines, fine de Maſſa, & fine via, qua venit de Albe, & vadit ad Ponte, & fines Serro de monte de Mandre, & fina Bolpe morta, & fin. . . . . . . . infraſcripta iſte finis, ubicumque inventa fuerit de ipſa pertinencia de ipſo ſupraſcripto caſtello pertinet pro timore Dei, & amore S. Dei genitricis tibi domno Johanni Abbati vel ad tuis ſucceſſoribus ego Berardus Comes ſupraſcriptu caſtellu adipſum monaſterium dono ad habendum, & poſſidendum omnique tempore ſicut ſuperius legitur. Et ſi ego ſupraſcriptu Berardus Comes, vel meis heredibus ad ipſu ſupraſcriptu monaſterium S. Dei Genetricis tollere, vel minuare ſeu contraire praſumſerimus per qualibet ingenium de alia propria noſtra caſtella duplum reſtaurare promittimus in conſimile caſtro qualis in illa die apparuerit, quando exinde cauſari bidetis, & qui ſubtraere praſumſerit habeat participare cum Anna, & Caypha, qui cruciantur in infernum, quam & per rogo de ſupraſcriptu Berardus Comes ſcripſi ego Giſo judices, & notarius. Actu in Marſi menſe, & indiccione ſupraſcripta feliciter. † Signum manum Berardi Comitis, qui hanc cartula fieri rogabis. † Signum manu Berardi rogatus. † Signum manu Bonus Homo. † Signum manu Dacteri. Ego Giſo judex notarius complevi & ſcripſi.*

In eodem regeſto nu. 449. fol. 193. a t. & ſeqq. extat donatio Rolandi quæ ſic incipit.

Rolandi Donatio.

*In nomine Domini Noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Anno ab incarnatione ejus milleſimo ſexageſimo quarto. Idibus Februarii, indiccione tertiadecima, Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti gratia revelante, hoc Divina legis didicimus auctoritate, ſic ego hujus mundi, rebuſque qua profecto fragiles, & caduca*

ſunt oportere perfrui, quod ad illam glorioſam, & celeſtem Jeruſalem in cujus edificio vivi, & perfecti lapides compagie ſumma dilectionis ligantur, ex hoc nequam ſecula tranſire poſſimus, ſic etenim poſt carnis hujus ſolutionem beatam in cœlis confidimus habere nos felicitatem, & glorioſe Sanctorum conventu Societati, ſi evangelici memores precepti illuc hujus mundi transferamus ubi eas non mordar; erugo nec tinearum morſus exterminet: ſed in Summi regis palatio perpetuo reſerventur. Enimvero magni & inextimabilis precii largitionem noſtre opes condonabuntur, quum pro temporalibus eterna pro terrenis celeſtia pro infimis ſublimia a Deo bonorum omnium largitorem compenſabuntur, theſaurus enim ille eterni regis ſemper in eternum manſurus nobis pro temporalibus conſervetur ſtipendiis, & pro terrenis rebus cæleſtia cuncta patebunt, et ideo manifeſtus ſum ego Rolandus filius bo: me: Siſemundi per hanc cartam pro anima mea remedio, & pro remedio anima quoddam Henrici, qui fuit germano meo, & pro remedio animarum jam dictis genitoris mei, & quod fuit Berte qua fuit genitrix mea, atque propinquorum meorum parentum offero tibi Deo, & eccleſia, & monaſterio beati, & s. Benedicti quod eſt conſtructum, & edificatum in loco, & finibus monte Caſino ideſt meam portionem ex integram de una pecia de terra illa, qua eſt ortus cum Eccleſia illa cui vocabulum eſt Beati, S. Georgii Martiris cum caſis, & Curte, ſeu puteo infra ſe habentes, qua eſſe videtur infra hanc urbem Lucam prope poſterulam, qua dicitur Guiriguala & prope muro iſtius civitatis tenentes uno capo in via publica, & alio capo tene in muro iſtius civitatis lato uno tene in terra, que fuit q: Martini, & qdd. Joanni qui dic. Caprelli, & aliquantulo in via publica, & alio latu tene in terrra Glandolfi Clo. & Rolandi filio bona mem. Donati. De hac ſupraſcripta pecia de terra, quod eſt orto cum Eccleſia Seo caſis, & curte, atque puteo ſuper ſe habentes cum fundamentis, & omnibus edificiis ſuorum, qualiter ab omnibus partibus circumdata eſt per deſignatas locus competi exinde mihi medietatem. Ipſa vero exintegram meam portione & cum inferioribus, & ſuperioribus ſuis, ſeo cum acceſſionibus, & ingreſſibus ejus tibi Deo, & pradicti monaſterio S. Benedicti offerre previdear excepto, & antepono de pradicta pecia de terra quod eſt Orto de partibus Orientis per menſura ad juſta pertica menſurata Schalas octo, quod pradicta eccleſia, & monaſterio minime offero. Item offero tibi Deo, & ipſius eccleſia, & monaſterii S. Benedicti ideſt octo intercaſis, & rebus illis maſſariciis meis quinque ex ipſis quam habeo intus burgo de loco, & finibus Cappiano una ex ipſe regitur per Bonſilia, ſecunda regitur per Petrus, tertia regitur per alio Petrus, quarta regitur per Morecto filio bo: me: Vitali cum ſuo Gen. & illa quinta qua recta fuit per quodam Bornacho & tres ex ipſis quam habeo inter burgo, qui dicitur s. Martini una ex ipſis regitur per Ubertello, & illa ſecunda regitur per Bacarone, & illa tercia regitur per Petrus. Caſis, & rebus vero ipſis Maſſariciis cum fundamentis, & omne edificiis vel univerſis fabricis ſuarum, ſeo curtis, ortis, terris, vineis, olivetis, caſtanetis, quercietis, ſilvis virgareis, pratis, paſcuis, cultis rebus, vel incultis omnia, & in omnibus rebus tam donicatis, quam & maſſariciis, quantas ubique in quolibet locis vel vocabulis ad ſupraſcriptis caſis, rebus, maſſariciis ſunt pertinentibus, vel aſpicientibus, & pradictis denominatis hominibus Maſſaricum ſuorum cum Sortabus exinde ad laborandum ad manus ſuorum abere, et detinere videtur vel habuerunt, et detinuerunt exinde cum inferioribus, & ſuperioribus ſuarum, ſeu cum acceſſionibus, & ingreſſibus earum, tibi Deo, & pradicto monaſterio S. Benedicti offerrere previdear. Seu offero tibi Deo, & pradicta Eccleſia, & monaſterio s. Benedicti ideſt meam porcionem exintegram de decem & octo intercaſis, & Caſſinis, ſeu rebus illis Maſſariciis, que ſeptem ex ipſis eſſe videtur intus burgo de loco, & finibus Galleno, qua duo ex ipſis regitur per Vitulo Maſſario, qui dicitur Porcareſe, & illa tercia regitur per Jo: & illa quarta regitur per Bernardo, & illa quinta regitur per Martino, qui dicitur Cathibbio, & illa ſexta regitur per Petrus, & illa ſeptima regitur per Suge Maſſarium, & quatuor ex ipſis eſſe videtur in loco, et finibus Deccio in duo ex ipſis Caſis eſſe videtur, & regitur per Martino cum ſui gni. & cum ſuorum conſortibus, & illa duodecima eſſe videtur in loco, & finibus ubi dicitur a Scharza qua recta fuit per quodam Dominico Maſſario, & illa terciadecima eſſe videtur in loco, & finibus, ubi dicitur Caleſtriano qu. regitur per Maſſario, & illa quartadecima eſſe videtur in loco & finibus, ubi dicitur Monaſteſſ. Sicheradi, qua recta fuit per Battecapo Maſſario, & quatuor ex ipſis eſſe videtur in loco, & finibus Peſchalia, una ex ipſe recta fuit per qd. Leo Maſſario, & illa ſecunda recta fuit per Sabatino, & ille tercia recta fuit per Marcoraczolo, & illa quarta recta fuit per Bonio Maſſario. De Caſis, & rebus vero ipſis maſſariciis cum fundamentis, & omne edificiis, vel univerſis fabricis ſuarum ſeu de curtis, ortis, terris, vineis, olivetis, caſtanetis, quercietis, ſilvis, virgareis, pratis, paſcuis, cultis rebus, vel incultis de omnia, & in omnibus rebus donicatis, quam et maſſariciis de quantas ubique in qualibet locis, vel vocabulis, ad pradict. caſis, et rebus Maſſariciis ſunt pertinentibus, vel aſpicientibus, et predictus denominatus omnibus maſſarii cum ſuorum conſortibus exinde ad laborandum manus ſuorum habere et detinere videntur, vel exinde habuerunt, et detinuerunt competi exinde mihi medietatem ipſa vero exintegra meam porcionem cum inferioribus, et ſuperioribus ſuarum, ſeu cum acceſſionibus, et ingreſſibus earum tibi Deo, et pradicto monaſterio s. Benedicti offerere pravideor, una cum mea porcionem exintegram de eccleſia illa, cui vocabulum eſt S. Maria quod dicitur in palatio cum ſua pertinentia, et cum omnibus caſis, et terris, ſeu ſtationi et Merchata, et bancha, et ortis, et rebus meis illis, quam habeo infra civitatem Luca, ubi dicitur in curte Regi, et in Marchato, et ubi dicitur Solario Teudic, et prope eccleſia s. Mathei, ut dictum eſt in integrum cum inferioribus, et ſuperioribus ſuarum, ſeu cum acceſſionibus, et ingreſſoras earum tibi Deo, et ipſius eccleſia, et monaſterio s. Benedicti offerrere pravidear una cum quinque pecie de terris meis illis, duo ex ipſis quam habeo in loco, et finibus Scleto. Una ex ipſe cum duo Caſſine ſuper ſe habentes, ſeu curte, et orto, et campo atque vineam inſimul comprehenſa ubi dicitur Trebbio gonnari, tenente uno capo cum uno latu in vie publiche, et alio capo tene in terra mea, qua ſupraſcripta eccleſia S. Benedicti ſubter offerrere pravideor, et alio lato tene in terra Odulini

et in

Digitized by Google

et in terra de eccleſia, et monaſterio s. Salvatoris de Sexto, et in terra mea quas ſubter praſcripta eccleſia ſimiliter offerrere pravideor, et ille ſecunda pecia de terris quod eſt campo prope eccleſia s. Ambroſii tenentes uno capo in via publica, et alio capo tene in terra ſupraſcripta s. Salvatoris de Sexto, latu unum tene in terra pradicti s. Salvatori, et in terra ſupraſcripta eccleſia, et monaſterio s. Benedicti, et alio latu tenet in terra ſupradicti s. Salvatori de Sexto, quod eſt per menſura ad juſta pertica menſuratas ſiſt. triginta, et quatuor et duo ex ipſis quod ſunt vineis, quam habeo in loco, et finibus Gello; una ex ipſe tenentes uno capu in via publica, et alio capo ten. in foſſa magnari, lato uno tene in terra Paganolfi, et in terra Lei, et alio latu tenet in terra praſcripti s. Benedicti, et illa alia tenentes uno capo in via publica, et alio capo tene in preſcripta foſſa magnari, lato uno tenet in terra predicti Paganolfi, et alio latu tenet in terra Octulini et de ſuis conſortibus, quod ſunt inter ambo per menſura ad juſta pertica menſuratas Siſt. Sidoci, et illa quinta pecia de terra quod eſt campo quam habeo ultra fluvio de Serclo ubi dicitur Campo Mammulli prope Claſſo quod dicitur Lovencini, tenentes uno capo in terra s. Benedicti, et alio capu cum uno lato tenet in terra Pagani et alio lato tenet in via publica quod eſt per menſura ad juſta pertica menſuratas. s. Sta. triginta, et octo. Has pſtis. quinque peciis de terris qualit. ab omni parte circumdati ſunt per deſignatas locas, et ſicut ſuperius legitur. Per unam quamque pecia de terra, vel quantas mihi exinde eſt pertinentes in integrum una, cum inferioribus, et ſuperioribus ſuarum, ſeo cum acceſſionibus, et ingreſſoras earum tibi Deo, et ipſius eccleſia s. Benedicti offerre previdcor cum mea porcione quod eſt quartam porcionem exintegram de tres intercaſis, et rebus maſſaritiis; Una ex ipſe videtur in loco, et finibus, ubi dicitur Ducentura, qua recta fuit per Guadanguo Maſſario et ille. Secunda eſſe videtur in loco, et finibus Gello prope caſtello de Fondangno, et prope eccleſia s. Caſſiani, qua recta fuit per . . . . et illa tercia dicitur Caſſeſe qui recta fuit per qdd. Martino Maſſarium de caſis, et rebus vero ipſis cum fundamentis, et omnibus edificiis, vel univerſis fabricis ſuarum, tam cultis, quam, et incultis rebus ad ſupradictis caſis, et rebus Maſſariciis ſunt pertinentibus, vel aſpicientibus, ut dictum eſt jam dicto mea porcione exinde exintegram cum inferioribus, et ſuperioribus ſuarum, ſeo cum acceſſionibus et ingreſſoras earum tibi Deo, et ipſius eccleſia et monaſterio s. Benedicti offerrere pravideor cum mea porcionem exintegram, quod eſt quartam porcionem de quatuor peciis torris illis, una ex ipſe eſſe videtur in loco, et finibus, ubi dicitur Monticello, ubi dicitur Simitula tenentes uno capo intra Albianeſe, et alio capo tene intra Borianeſe, lato uno tene in terra, qua fuit quod. Huberti, et alio lato tene in terra, qua dicitur Piſciatoro, et illa ſecunda prope fluvio Serclo Tenentes uno capo in fluvio Serclo, et alio capo tenet in terra Vinti, lato uno tene in terra S. Ponciani et alio lato tene in terra, qua fuit q. Uberti. Et illa tertia eſſe videtur ultra fluvio Serclo dic. Allelame, tenentes uno capo in terra ſupradicti s. Ponciani, et alio capo tene in terra Macti. Lato uno tene in terra, qua fuit ſupradicti q. Huberti et alio lato tene in terra ſupraſcripti Ponciani, et illa quarta quod eſt campo, eſſe videtur prope Guidulfo, q. detinet Paone, tenentes uno capo in terra de filii Micheli, et alio capo tene in terra Belloni q. Homici, lato uno tene in terra s. Benedicti da Palacio, et alio lato tene in terra Betiti da Coltano, et de ſuis conſortibus. De has pſtas. quatuor peciis de terris, qualiter ab omni parte circumdati ſunt per deſignatas locas ut dictum eſt jam dicta mea porcione, exinde integram cum inferioribus, et ſuperioribus ſuarum, ſeu cum acceſſionibus, et ingreſſuras earum tibi Deo, et pradicta eccleſia et monaſterio S. Benedicti offerrere pravideor una cum mea porcione quod eſt octavam porcionem de quinque pecsis de terris illis, q. Scampora, q. eſſe videtur in loco, et finibus Fredana quattuor ex ipſis dic. Alpoplo quas detinuit filii Lei presbyteri de loco Arſina cum nepotibus ſuis, et nepotibus Tendi, et ille quinta vinea Huberti, q. Chuniti quod detinet pradictis hominibus de his ſupraſcriptis quinque peciis de terris ſicut per capitas, et laterteras invenitur eſſe ut dictum eſt jam dicta mea porcione exinde exintegra cum inferioribus, et ſuperioribus ſuarum, ſeu cum acceſſionibus, et ingreſſuras earum tibi Deo, et ipſius eccleſia, et monaſterio s. Benedicti offerrere videor, cum meam portionem quod eſt quartam portionem exintegram de caſa et curte illa Donicata, qua eſſe videtur in ſupraſcripto loco, et finibus Cappiano juxta fluvio Luſciana cum caſtello, quod dicitur Alflexo, et eccleſia illa, cui vocabulum eſt S. Matthei ibi conſiſtento una cum mea porcione quod eſt quartam porcionem exintegram de triginta incercaſis, et Caſſinis, atque rebus illis maſſariciis pertinentibus de ſupraſcripta caſa, et curte Domnicata, et de pradicto caſtello de ſupraſcripto loco, et finibus Cappiano. Duo ex ipſis eſſe videtur in loco et finibus Orentano quod una regitur per Andrea et illa alia regitur fili Albiti presbiteri. Et tres ex ipſis videtur in loco, et finibus ubi dicitur a Valle, quod una regitur per Vitali, et duo ex ipſis regitur per Chonecto, & Cuccio germano Maſſarii. Et illa Sexta eſſe videtur in loco, et finibus ubi dicitur Sto. Fridiano regitur per Ortingo. Et illa ſeptima eſſe videtur in loco, et finibus ubi dicitur Albonatica regitur per Pagano, et illa Octava eſſe videtur in loco et finibus, ubi dicitur Cornacthano quod regitur per ſupraſcripto Bertingo. Et illa nona eſſe videtur in loco, et finibus, ubi dicitur Valle Pectori, et illa decima eſſe videtur in loco, et finibus Pantaneto. Ambo ex ipſis regitur per ſupraſcripto Pagano. Et tres ex ipſis eſſe videtur in loco, et finibus, ubi dicitur curte vecchia, qua duo ex ipſis regitur per Bacarone et illa Tercia recta fuit per q. Manutio. Et illa quarta decima eſſe videtur in loco, et finibus monte, qui dicitur Acti regitur Dominico, et Ferreiccio gni. et illa quintadecima eſſe videtur in loco, et finibus Caſule regitur per Caſcio ſexta decima eſſe videtur in loco, et finibus, ubi dicitur Vallalo regitur per Vitali Maſſario cum gni. ſui, Septima decima eſſe videtur in loco et finibus, ubi dicitur Garecto, qua regitur per Alberto cum ſuis conſortibus, & illa octava decima eſſe videtur in loco, & finibus, ubi dicit orto vecchio regitur per Huberto quod dicitur Guaĩ. Pactha. Decimunona eſſe videtur in loco, & finibus lama que regitur per Urſo Gonna, & illa vigeſima eſſe videtur in loco & finibus Vicchio regitur per Chono. Vigeſimaprima eſſe videtur in loco, & finibus ubi dicitur Hortale novum regitur per Joannes, qui dicitur Lambardo, vigeſima ſecunda eſſe videtur in loco, & finibus ubi

dicitur Pollajo, regitur per Savino, vigeſima tercia eſſe videtur in loco, & finibus, ubi dicitur per piano regitur per Bachare. Vigeſima quarta, & quinta eſſe videtur in ſupraſcripto loco per piano, una ex ipſe regitur per Benicio, & alia per homicio, & illa vigeſima ſexta eſſe videtur in loco, & finibus ubi dicitur Vigna Agguli regitur per . . . . . . Vigeſima ſeptima eſſe videtur in loco, & finibus Rengnano, & vigeſima octava eſſe videtur in loco, & finibus prope fluvio Arno, regitur per Witio filio Roffredi, cum ſuis conſortibus Vigoſima nona eſſe videtur in loco, & finibus, ubi dicitur Arſicciure que regitur per . . . . Et illa trigeſima eſſe videtur in loco, & finibus a colle q. regitur per Actio, & Morecto gñi filii qm. Vitali Balardi. De caſis & rebus vero ipſis tam Domicatis, quam & maſſariciis, cum fundamentis, & omnem edificiis vel univerſis fabricis ſuarum tam cultis, quam & incultis rebus q. ad ſupraſcriptas caſas, & rebus maſſariciis, & ad pradictam curtem Domnicatam atque ad pradicto caſtello ſunt pertinentibus, vel aſpicientibus, & pradictis nominatis hominibus Maſſarii exinde ad laborandum ad manus ſuorum habere, & detinere videtur, vel exinde habuere, & detinuere ut dictum eſt jamdicta mea porcionem exinde exintegram cum inferioribus, & ſuperioribus ſuarum ſeu cum acceſſionibus, & ingreſſoras earum tibi Deo, & ipſius eccleſia & monaſterio S. Benedicti offerre pravideor, una cum meam porcionem exintegram quod eſt quartam porcionem exintegram deſideci intercaſis, & Caſinis ſeo rebus illis maſſariciis, quatuor ex ipſis eſſe videtur in loco, & finibus ubi dicitur Caſſciana, & quatuor aliis ex ipſis eſſe videtur in loco, & finibus impuli, qua duo regitur per Moracto, & Pepulo Maſſarii cum ſuorum conſortibus, & illi alii due regitur per Joannes filio Alſelmi, & per Almicio, qui ſupra nomen dicitur Torta in pecto. Nona ex ipſe eſſe videtur in loco, & finibus ubi dicitur Saline regitur per Berito, Decima eſſe videtur in loco & finibus ubi dicitur Richingnana regitur per Johannes & illa undecima eſſe videtur prope fluvio Arno regitur per Winicio filio Roffredi. Et quinque ex ipſis eſſe videtur in loco & finibus Creti, ubi dicitur Alliano quarum una regitur per Bonicio filio Octri, & illa ſecunda regitur per Joannes filio Donati cum ſuis conſortibus tertia regitur per Joannes, qui vocatur Gamello de Sancto Donato. Quarta regitur per Theucio da Batiſſatica cum ſuis conſortibus. Et illa quinta regitur per Amiculo da Caſalino. De caſis, & Caſſinis, & rebus vero ipſis maſſariciis cum fundamentis, & omne edificiis, vel univerſis Fabricis ſuarum tam cultis, quam incultis rebus de quantas ubique inquolibet locis, vel vocabulis ad S. ſidecim Intercaſis, & Caſſinis ſeo rebus Maſſariciis ſunt pertinentibus vel aſpicientibus & predictis hominibus Maſsariis exinde ad laborandum ad manus ſuorum habere, & detinere videtur, aut exinde habuerunt, & detinuerunt, ut dictum eſt, quartam porcionem exinde exintegro cum inferioribus, & ſuperioribus ſuarum, ſeo cum acceſſionibus, & ingreſsoras earum tibi Deo, & ipſius eccleſia, & monaſterio S. Benedicti offerere pravideor, & cum meam porcionem exintegra de quatuor eccleſiis illis, qui una ex ipſa eſse videtur in ſupraſcripto loco, & finibus ubi dicitur Curte vecchia, qua olim edificata fuit ad honorem S. Maria, & illa ſecunda, cui vocabulum eſt beati S. Nazarii, que eſse videtur prope Burgo ſupraſcripti S. Martini, & illa tertia cui vocabulum eſt S. . . . . . . . , eſse videtur in ſupraſcripto loco & finibus Impoli, et illa quarta cui vocbabulum eſt B. Sancti Martini quod eſt conſtructa, et edificata intus pradicto Burgo que dicitur S. Martini cum meam porcionem exintegram de omnibus caſis, et Terris ſeu rebus ad pradictis eccleſiis pertinentibus cum inferioribus, et ſuperioribns ſuis, ſeo cum acceſſionibus ſuis, et ingreſsoras ſuas tibi Deo, et ipſius eccleſia, et monaſterio S. Benedicti offerrere prevideor, cum una pecia de terra mea illa quod eſt campo, quam habeo in loco, et finibus prope eccleſia Sancti Angeli, que dicitur in Cornuta, et vocitatur campo da Bona. Tenentes ambas capitas in vie publice. Lato uno tene in terra, qua fuit quod que pacci, et alio lato tene in terram Dimidia foſsa Germanelli has predictas pecias de terra quod eſt campo qualiter ab omni parte circumdata eſt per deſignatas locas quod eſt per menſura ad juxta pertica menſuratas Sti, quadraginta et tres. Et ſi amplius de meo jure, et dominio infra ſupraſcripta pecia de terra quod campo plus inventa fuerit quam ut ſupra per menſura legitur, et cum inferioribus et ſuperioribus ſuis, ſeo cum acceſſionibus ſuis, et ingreſsoras ſuas tibi Deo, et ipſius eccleſia, et monaſterio S. Benedicti offerere pravideor, una cum omnibus aliis Caſis, et Caſſinis, ſeo caſalinis, atque eccleſiis, ſive terris, et rebus meis illis, quam habeo infra Comitatos Lucenſe, Lunenſe, Pinſenſe, Piſtorienſe, Florentino, Voloterenſe, Populonienſe, Roſelenſe, et in eorum finibus, vel per alis locis, et vocabulis ubicumque habere et poſſidere viſus ſum. Ideo tam caſis, et rebus Domnicatis, quam et caſis, et rebus maſsariciis cum fundamentis, et omnem edificiis, vel univerſis fabricis ſuarum, ſeu curtis, Terris, vineis, olivetis, caſtanietis, quercietis, ſilvis, virgarois, pratis, paſcuis, cultis rebus, vel incultis, ſive mobile, vel immobile, ſeo que ſe moventibus quacumque res ubicumque in qualibet locis vel vocabulis ubicumque habere, et poſſidere viſus, et mihi per quacumque ordinem legibus eſt pertinentes, ut dictum eſt in integrum, et cum inferioribus, et ſuperioribus ſuarum ſeo cum acceſſionibus, et ingreſsoras earum una cum omni cartula, et moniminas meas tibi Deo, et ipſius eccleſia, et monaſterio S. Benedicti offerre pravideor, excepto et antepono exinde omnes familias meas, ſervis, et ancillis, quas in mea reſervo poteſtatem faciendum quod voluero nam illis aliis omnibus ſupraſcriptis caſis, et curtis ſeu caſtellis, et eccleſiis ſeo Caſſinis, et caſilinis, ſimulque terris, et rebus, et mobilias, ſivo cartulas, et moniminas qualiter ſupra legitur una cum omnibus piſcariis, et aqueductis meis, ut dictum eſt omnia in integrum, et cum inferioribus, et ſuperioribus ſuarum ſeo cum acceſſionibus, et ingreſſoras earum tibi Deo, et ipſius eccleſia, et monaſterio S. Benedicti offerrere pravideor, tali ordine, ut ab hodierna die in antea in ipſius eccleſia, et monaſterii, et Abbati Deſiderio, qui praſenti tempore feliciter pradictum monaſterium regit, ejuſque ſucceſsores ſint permaneant poteſtatem omnes ſupraſcripta res qualiter ſuperius legitur eas habendi, tenendi, poſſidendo, imperandi, laborare faciendi, et uſufructuandi. Verumptamen hac omnia, qua ſuperius leguntur pro anima mea remedio, et pro remedio

*dio animarum prædictorum parentibus meis firmare, itaque conſiſtere, ut nullus Abbas, vel aliqua poteſtas non habea poteſtatem, neque licenciam aliquid de ſupraſcriptis rebus commutare, nec alienare, neque pignorare, ſed ſint ſemper in poteſtate de illis presbyteris et diaconibus, ſeo clericis, atque Monaci, qui in prædicta eccleſia S. Georgii ordinati fuerint, a parte jam dicta eccleſiæ beati S. Benedicti, et ibidem pro tempore officium Dei fecerint, ut habeant, et poſſideant pleno jure cum licentia prædicti Abbatis, ejuſque ſucceſſorum ad tenendum et gubernandum, laborare faciendum, et uſufructuandum, et ſi oportunum fuerit ſit ei licenciam, et poteſtatem a parte ſupradicta eccleſia, et monaſterii S. Benedicti cauſas exinde agendi, querimoniam faciendi, reſponſum reddendi, finem ponendi modis omnibus de parte ſupraſcripta eccleſia, et monaſterii S. Benedicti defenſandi cum cartula iſta offerſionis, qualiter juſta legem melius potuerint ad ſalvacionem prædicta eccleſia, et monaſterii S. Benedicti. Hoc autem omne, quod ſupra legitur pro anima mea remedium ſtabile permaneat ſemper, & ſi aliquo tempore ego qui ſupra Rolando, vel meis heredibus, aut noſtra ſubmittente perſona de prædictis rebus, qualiter ſupra legitur prædicta eccleſia, & monaſterium S. Benedicti, vel illos presbiteros, & diaconos, ſeu clericos, Monachos, qui in prædicta eccleſia beati S. Georgii ordinati fuerint, & ibidem officium Dei fecerint a parte jam dicta eccleſia, & monaſterii S. Benedicti in aliquo exinde intencionaverimus aut retolli, vel ſuptrai queſierimus, aut ſi exinde ullo modo dato vel factum in aliquo tempore apparuerit, & ſi hec omnia quæ ſupra leguntur ad parte jam dicta eccleſia, & monaſterii S. Benedicti ab omni homines defendere non potuerimus, ſpondeo ego qui ſupra Rolando una cum meis heredibus componere ad parte jam dicta eccleſia, & monaſterii S. Benedicti omnes ſupraſcriptas res in duplum infer quidem loco ſub extimatione quales tunc fuerint, ſi vero aliqua perſona hanc noſtram diſpoſicionem rumpere, vel minuare, vel violare aliquo modo temptaverit, ſit ille maledictus, & anathematizatus a Deo patre omnipotente, & filio ejus Jeſu Chriſto, & ſpiritu Sancto ab angelis quoque, & Archangelis a Tronis, Dominationibus ſimulque cunctis cælorum virtutibus, & Sanctorum omnium glorioſe ſocietate perpetua maledictione ſit damnatus, atque confuſus, aperiat terra hos ſuum, & degluciat eum vivum, ut antea habeat ſepulturam quam morte, ſicut evenit Datan, & Abiron, & filiis Chora, Simon quoque Mago, conjungatur in tormentis Juda traditori, ſocientur in perpetuum, ſit vita ejus diſpoſita in dolore, & amaritudine, & ſemper retro decurrens, nunquam ad aliquam felicitatis partem perveniat. Omnes vero illa maledicciones, quas Moyſes in libro legis Dei deſcriptis, & quæ in veteri, & novi teſtamenti reperiuntur ſuper eum repentino curſu deſcendant niſi ad emendationem ſecundum ſibi conceſſa facultatem reverſus fuerit. Quoniam vero hæc mea diſpoſitio recte proceſſiſſe viſa eſt, & omnia, quæ ſuperius leguntur meo animo complacuerunt, ideo Ildebrandus notarius domini Imperatoris ſcribere rogavi pro ſalute, ac remedio anima mea. Actum Deo propicio feliciter intus civitatem Luca. Signum domni ſupraſcripti Rolandi, qui hanc cartam offerſionis fieri rogavit. Ego Rolandus judex ſacri palacii ſubſcripſi. Ego Theubertus judex domini Imperatoris ſubſcripſi. Joannes judex ſacri palacii ſubſcripſi. Ego Wido judex ſacri palatii ſubſcripſi. Heodegrimus judex ſacri palatii ſubſcripſi. Ego Ildebrandus notarius domini Imperatoris poſt tradita complevi, & dedi.*

Medietatem caſtelli Alflexo aliaque innumera propemodum latifundia, bonaque cœnobio Caſſinenſi concedit; *pleno jure*, cum poteſtate *cauſas exinde agendi, querimoniam faciendi, reſponſum reddendi, finem ponendi rebus omnibus*, ſeu litibus circa res illas ortis. Hujuſce donationis meminit Petrus Diaconus Chr. Caſſ. lib. III. cap. 61. hiſce verbis. *Hoc tempore Rolandus vir nobilis de civitate Lucenſi obtulit beato Benedicto partem ſuam de monaſterio Sancti Georgii infra eandem civitatem, & partem ſuam de eccleſia S. Mariæ in palatio, & caſtello Alfrexo, & eccleſia S. Matthæi, & S. Mariæ in curte Vecchia, & S. Nazarii in burgo S. Martini, & S. Martini in eodem burgo, & quidquid ſibi pertinere videbatur in Comitatu Lucenſe, Lunenſe, Pinſenſe, Piſtorienſi, Florentinenſi, Volaterrenſi, Populonienſi, & Roſelenſi, &c.* Ejuſdem caſtri medietatem aliam, aliaque plura latifundia, *cum hominibus*, ea incolentibus monaſterio noſtro dono dederat antea Henricus Rolandi frater hac charta, quam ex regeſto Petri Diaconi nu. 391. fol. 170. hic exſcribimus.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Anno ab Incarnatione ejus milleſimo quinquageſimo, ſexto, undecimo Kalen. Octubris indiccione decima. Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti gratia revelante hoc divina legis didicimus auctoritate, ſic ego hujus mundi rebus, quæ profecto fragiles ſunt, ſummopere perfrui, quoad illam glorioſam, & celeſtem Hieruſalem, in cujus edificio vivi, & perfecti lapides compage ſumma dilectionis ligantur, ex hoc nequam ſæculo tranſire poſſumus. Sic etenim poſt carnis hujus ſolutionem beatam in cælis confidimus nos habere ſocietatem, & ideo manifeſtus ſum Henricus filius Guiſmundi, quia per hanc cartulam pro anima mea, & parentum meorum offero tibi Deo, & eccleſia S. Benedicti, quæ eſt ſita in caſtro Caſino, ideſt meam portionem integram de caſis, et curte illa domicata quæ eſſe videtur in loco, et finibus Cappia juxta fluvio Luſciano cum caſtello, et eccleſia S. Matthei, ibi conſiſtente cum mea portione et integra de caſis, et curte illa Domicata quæ eſſe videtur in loco, et finibus Inpoli una cum viginti, et quatuor intercaſis, ſeu caſalinis, ſeu rebus meis illis maſſariciis ſeptem, quæ eſſe videntur intus Borda Cappiano pertinentibus, et ſupraſcripta mea porcione de prædicta curte de Cappiano una ex ipſis regitur per Baccato, ſecunda per Bonicio Sarto. Tercia per Baſone. Quarta per Pepo. Quinta per Mello. Sexta per Bonicio Biſcalitho. Septima per Ruſtico. Octaba, et nona ſunt intus Burgo, qui dicitur S. Martini. Una ex ipſis regitur per Migatto, alia per Bernardum. Decima, et undecima in burgo Galleno, et regitur per Vitale et Dominico, alia per Martino Thoppo. Duodecima eſt in Alicippa et recta fuit per Manthio et conſortibus ejus; quatuor alia ſunt in loco Caſſiana, et recta ſunt per Amico, et Ericio. Septimadecima in vinea Picci, et regitur per Joannem Atti, et per Johannem Tenti; Tres ex ipſis ſunt in loco Marignanula, et reguntur per Bonicio Baruncigl0, et per* Henrici Donatio.

*Petrum*

Petrum Tenti. Duæ ex ipſis ſunt in loco Limpuli; & reguntur per Muratto, & Pepulo, Vigeſimatercia, & vigeſimaquarta reguntur per Joannem Anſerme, & per Amicio Torta in pectu. Hæc omnia cum prædicto caſtello, & eccleſia in eo, & Curtibus, & viginti quatuor caſis, & Caſſinis, caſalinis, fundamentis, edificiis, curtibus Ortalibus, terris, vineis, olivetis, caſtanetis, quercetis, ſilvis, pratis, paſcuis, cultis vel incultis, omnia, & in omnibus ubicumque mihi pertinet, cum inferioribus, & ſuperioribus, ſimulque, & denominatis hominibus offero tibi Deo, & SS̃mo patri Benedicto. Offero autem & portionem meam totam de ſex Caſis Caſſinis, & caſalinis, prima eſt prope ſupraſcripta eccleſia S. Martini, & regitur per Paganum cum ea portione de eadem eccleſia, ſecunda, & tertia in Galleno, & reguntur per Petrum, & Vitum, quarta in Muſileo, quinta in ſaligine, & regitur per Bericium filium Petri cum conſortibus ejus. Sexta in Richinnano, & regitur per Joannem Tenti. Hæc omnia una cum mobilibus, & immobilibus, & ad eaſdem nominatas res pertinentibus totam, & integram portionem meam, (medietatem ſcilicet) cum inferioribus & ſuperioribus tibi beatiſſime Benedicte offero, una cum porcione mea integra de viginti, & una intercaſis, & caſſinis, & caſalinis. Prima eſt in Oretano, regitnr per Andream, Secunda in vallo regitur per Vitanem, tertia ad ſanctum Fridianum regitur per Borningum, quarta in Abonatica, regitur per Pagano, quinta in Cornaczano, regitur per Borningum, Sexta in Vallepectoris, Septima in Pantaneto et reguntur per ſupraſcriptum Paganum. Octaba in monte Acti, regitur per Dominicum & Ferrucium. Nona in Caſule regitur per Caſinum, decima in Ballagio regitur per Vitalem, Undecima in Garepto, regitur per Albertum, & conſortes ejus, duodecima in Ortovente regitur per Umbertum. Tertiadecima in lama regitur per Urſum Gonnam, Quartadecima in Vicchio regitur per Chono, quintadecima in hortale Lobbu regitur per Joannem Lombardum, ſextadecima in Polalo regitur per Savinum, ſeptimadecima in per piano regitur per Balanum, octavadecima, & nonadecima in perpiano reguntur per Bonicium, & Amicium, vigeſima in Rignano, regitur per Girardum, vigeſima prima prope fluvio Arno, regitur per Guintium filium Roffridi cum ſuis conſortibus. De jamdictis caſis; caſinis, caſalinis, maſſariciis, fundamentis, edificiis, hortis, curtibus, terris, vineis, olivetis, caſtanetis, quercetis, ſilvis, pratis, paſcuis, rebus cultis, vel incultis omnia & in omnibus ubicumque in quolibet loco mihi, et ſupraſcripti hominibus, et conſortibus ſuis pertinet; Quæ mihi competit exinde quarta portione, una cum portione mea integra de eccleſia S. Nazarii, quæ eſt poſita in Cervario, una cum omnibus rebus, et eccleſiis, Piſcariis, molendinis, et aqueductu, et terris, et rebus, quas habeo in villa Saltuclo prope fluvio Serclo, uſque ad montem Piſanum et fine monte Magno, uſque ad ſupraſcriptum locum de finibus Impoli, et infra civitatem Lucca, et per loca, et funda nuncupata caniſtriano, monte Falcuni, & in vallo, & a monte Guidi, & a colle in alio colle Arſiciule, & a caſtello veteri, & a Cappiano, & in Cervario, & in ſupraſcriptis locis & vocabulis ſuperius dictis, & in eorum finibus mihi per quemcumque ordinem pertinentes, caſis, & terris, de rebus vero ipſis cum fundamentis, & omne edificium, vel univerſis fabricis ſuarum, curtibus, hortis, terris, vineis, olivetis, caſtanetis, quercetis, ſilvis, virgareis, pratis, paſcuis cultis, vel incultis, omnia, & in omnibus rebus, tam donicatis, quam, & maſſariciis, quam de ſubſcriptis locis, & vocabulis ſuperius dictis, quæ mihi per quemcumque ordinem legibus pertinentibus, vel aſpicientibus, ut dictum eſt omnia in integrum cum inferioribus, et ſuperioribus ſuorum, ſeu cum acceſſionibus de ingreſſoribus earum tibi Deo, et ſupraſcripta eccleſia, et monaſterio S. Benedicti offero, præjudico tali ordine, ut ab hodierna die in antea in ipſius eccleſia, et monaſterii, et Abbatum permaneat poteſtate ad poſſidendum, et ad imperandum, et faciendum cum timore Dei quod juſtum eſt; Veruntamen hæc omnia quæ ſupra leguntur, volumus firma, grataque conſiſtere, ut nullus Abbas, vel aliqua poteſtas non habeat licentiam aliquid de ſupraſcriptis rebus commutare, nec alienare, neque pignorare. Sed ſint in eccleſia beati Georgii martiris, quæ eſt conſtructa in civitate Lucca, et ab ipſi Monachis qui ve ordinati fuerint a parte jamdicta eccleſia S. Benedicti, et ibidem officium Dei pro tempore fecerint, ut habeant, et poſſideant pleno jure cum licentia prædicti Abbatis, ejuſque ſucceſſorum ad tenendum, et gubernandum ſub poteſtate prædicta eccleſia, et jure S. Benedicti Caſſinenſis monaſterii. Hæc autem omnia quæ ſupra legitur pro anima mea parentumque meorum remedio ſtabile permaneat ſemper. Et ſi aliquo tempore ego qui ſupra Henricus, vel mei heredes aut a me ſubmittente perſona de ſupraſcriptis rebus, qualiter ſuper legitur ſupraſcripta eccleſia monaſterii S. Benedicti in aliquod exinde intentionaverimus, aut ſubtrahere queſierimus, et ſi ab omnibus hominibus defendere non potuerimus, ſpondeo ego qui ſupra Henricus, vel meos heredes componere a parte jamdicta eccleſia monaſterii S. Benedicti omnes prædictas res in duplum inferre eidem loco ſub æſtimatione, quales tunc fuerint. Si vero aliqua perſona hanc noſtram diſpoſitionem rumpere vel violare aliquo modo temptaverit, perpetua maledictione ſit dampnatus, atque confuſus, et veniant ſuper eum omnes maledictiones, quæ reperiuntur in veteri, vel novo teſtamento. Quoniam vero hæc mea diſpoſitio recte proceſſiſſe viſa eſt, et omnia quæ ſuperius leguntur meo animo complacuerunt, ideo te Octo notarium Domini imperatoris ſcribere rogavi pro ſalute et remedio animæ meæ. Actum Deo propicio feliciter . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Signum Domni ſupraſcripti Henrici, qui hanc offerſionis chartam fieri rogavit. Ego Ugo. Ego Goffridus. Ego Ildebrandus SS. Octo. notarius domni Imperatoris poſt tradita complevi, et dedi.

In hac donatione Henricus caſtelli nomen non explicat, quod expreſſit Rolandus. Rolandum vero, & Henricum germanos fuiſſe fratres, nedum ex Bolandi donatione conſtat, verum ex hac alia amborum donatione, qua eccleſiam S. Georgii in urbe Luca cœnobio noſtro obtulerunt. Ea vero ex regeſto Petri Diaconi nu. 390. fol. 169. a t. Sic incipit.

Eccleſia S. Georgii in urbe Lucę nobis donata hæc Chartula.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Anno ab Incarnatione ejus milleſimo quinquageſimo ſexto undecimo Kal. Octobris indiccione decima. Dei, et Domini noſtri Jeſu Chriſti gratia revelante

hoc

*hoc divina legis didicimus auctoritate. Sic nos hujus mundi rebus, qua profecto fragiles, & caducem ſummopere perfrui, quod ad illam glorioſam, & celeſtem Jeruſalem, in cujus edificio vivi, & perfecti lapides compage ſumma dilectionis ligantur, & hoc nequam ſeculo tranſire poſſumus. Sic etenim poſt carnis hujus ſolucionem beatam in cœlis confidimus nos habere ſocietatem, & ideo manifeſti ſumus nos Henrico, & Rolandus filii bona memoria Giſmundi, per hanc cartam pro animarum noſtrarum remedium, vel parentum noſtrorum nunc offerimus tibi Deo, & eccleſia S. Benedicti, qua eſt ſitus in caſtro Caſino, ideſt noſtram porcionem exintegram de una pecia de terra cum eccleſia cui vocabulum eſt beati Georgii martiris cum caſa & caſſina, ſeu puteo, infra ſe habentes, qua eſſe videtur infra civitatem Luca prope Puſterola qua dicitur Wirignala, & prope muro iſtius civitatis tenentes uno capu in via publica Ali. cap. tenet in muro iſtius civitatis. Lato uno tenet in terra Martini, & Joanni Caprelli, & in via publica. Ali. lat. tenet in terra Landolfi, & Orlandi. Hac omnia, una cum eccleſia, & caſa, ſeu caſina, & puteo ſuper ſe habentes cum omnibus edificiis ſuis ab omni parte. Offerimus in monaſterio S. Benedicti ubi Petrus Abbas praeſt ad habendum, & poſſidendum tali ordine, ut nullus Abbas habeat licenciam ſupraſcriptas res commutare, alienare, aut per libellum dare, quod ſi nos ſupraſcriptas res tollere, aut minuare queſierimus, componere obligamus nos, & noſtros heredes S. Ben. ſupraſcriptas res in duplum infer quidem ſub eſtimacione quales tunc fuerit, ſi vero aliqua perſona hanc noſtram offercionem rumpere queſierit ſit maledictus a Deo omnipotente, & omnibus virtutibus cœlorum, & Sanctorum, ſit cum Dathan, & Abiron, & filiis Chora, & Simone Mago, & Juda traditore, & omnes maledicciones, qua in veteri, & novo teſtamento reperiuntur ſint ſuper eum; Et hanc offercionem te Otto notarius domni Imperatoris ſcribere rogavimus. Actu Deo propicio feliciter intus caſtello de Moligno. Signum manuum ſupraſcriptorum Henrici, & Rolandi Germanorum, qui hanc oblationis cartam fieri rogaverunt, Ego Johannes judex ſacri palatii ſubſcripſi. Ildebrandus filius Sichifridi. Ugo filius Balditi. Goffridus filius Ilditi, Lotho notarius domni Imperatoris poſt tradita complevi, & dedi.*

De hujus eccleſiæ donatione agit Leo lib. II. cap. 93. ubi germanos fratres Rolandum, & Henricum appellat.

Privilegium Mathildis comitiſſæ.

Privilegium vero Mathildis piiſſimæ ergaque noſtrum Ordinem beneficientiſſimæ Comitiſſæ autographum in noſtro archivo aſſervatur, eſtque hujuſcemodi.

† *Mathilda Dei gratia, ſi quid eſt ſacratis, & Deo dicatis locis juſtum, & pium eſt nos auxilium prabere, ſanctum eſt nos defenſionem exhibere q. remiſſionem peccatorum imploramus Sanctorum interceſſione. Nuper praſencia noſtra in civitate Piſa poſita delatum ad noſtra poteſtatis eſt audienciam, aliquos procuratores Mercati, & Ripa ejuſdem civitatis, abſtuliſſe hominibus monaſterii S. Benedicti in monte Caſino poſiti Theloneum pro aliquot pannis ad utilitatem Fratrum emptis, quod ad notitiam noſtram delatum graviter accepimus, & emendari illico fecimus, & ne de cetero quiſquam contra memoratam congregationem aliquid tale preſumat, amore S. patris noſtri Benedicti, cujus memoriam dulciter amplectimur, cujus nomen cum ſuavitate audimus, & ob reverentiam Fratrum, qui in predicto monaſterio Deo ſerviunt, concedendo concedimus, & per praſentis pagina ſcriptum confirmando confirmamus, ut in civitate Piſa, & in Luca, & in omni noſtra poteſtatis terra liceat hominibus pradicti monaſterii libere emere quacumque utilitati congregationis quidem pradicta expedire videbuntur pro tempore; ita vero, ut nec theloneum, nec curatura, nomine alicui quicquam exhibeant. Quicumque autem contra pracepti noſtri paginam quicquam eis auferre thelonei nomine praſumpſerit, vel moleſtias inferre temptaverit, & noſtra mala voluntatis pœnam incurrat, & inſuper curia noſtra centum libras componat. Ut autem hoc verius credatur, & firmius teneatur, preſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione ſignando firmamus.* Adeſt ſigillum cereum.

*Curatura* eſt thelonei ſpecies ex mercibus in nundinis diſtracta.

Ceſtrum Aquæfundatæ, acquiſitum.

Petrus itaque Diaconus lib. IV. Chron. Caſſinen. cap. 6. narrata donatione Gentilis Baldoini comitis filii, qua cœnobio noſtro dono obtulit monaſterium S. Mariæ, aliaſque quaſdam eccleſias, ſubdit: *Propterea & Morinus Benafranus Comes obtulit beato Benedicto caſtrum Aquafundata, quod videlicet antiquitus ſicut pracepta imperatorum continent intra hujus monaſterii fines ſitum eſſe dinoſcitur cum omnibus pertinentiis ſuis, pena appoſita mille Bizanteorum, pro quo videlicet caſtro idem Abbas* (S. Oderiſius I.) *centum, & quindecim libras ei contradidit.*

Hæc Morini Donatione.

Hæc Morini oblatio in ejuſdem Petri Diaconi regeſto num. 85. fol. 37. reperitur, eſtque hujuſcemodi.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab incarnatione ejus milleſimo octuageſimo nono menſis Julii duodecima indictione. Ego Ugo, qui & Morinus Comes vocor, filius Roberti habitator in civitate Benafri divina inſpiracione compunctus, ut apud diſtrictum, & juſtiſſimum judicem in extremo examine de peccatis & offenſionibus meis veniam, & miſericordiam valeam invenire, bona, ac ſpontanea mea voluntate pro redempcione anima mea, per hanc cartulam judico, & diſpono, concedo, atque trado monaſterio Sanctiſſimi confeſſoris Chriſti Benedicti, quod ſitum eſt in monte caſtro Caſino, & ubi ejus ſacratiſſimum corpus humatum eſt, cujus regimen vir reverentiſſimus domnus Oderiſius Abbas habere videtur, hoc eſt totum, & integrum unum caſtellum, quod eſt in comitatu Benafro ubi dicitur Aquafundata, quod videlicet caſtellum antiquitus ſicut in pracceptis imperatorum continetur intra poſſeſſiones ejuſdem monaſterii ſitum eſſe dignoſcitur cum omnibus pertinenciis ſuis, cum muris, & portis ejuſdem caſtelli, & cum omnibus hominibus ibidem modo habitantibus, & qui amodo ibidem inantea habitaturi erunt, & cum omnibus ſubſtanciis, & poſſeſſionibus eorum, ſicut modo poſſidere videntur, cum caſis, & terris, montibus, collibus, & planis, tam cultis, quam incultis, cum inferioribus, & ſuperioribus ſuis, & cum viis ſuis ibidem intrandi, & exiendi, & aquis, & curſibus aquarum, & cum omnibus territoriis, & pertinenciis, & adjacenciis ſuis, & hos habet fines: A prima parte incipiente montem qui dicitur Aquilone,*

Digitized by Google

*ne, & vadit per ipſas Serras minores, quæ ſunt conjuncta cum monte Terino, & pergit per ipſas Serras de monte Tarino, & vadit in ipſum collem ubi aqua ſuppuzzat, & deſcendit directe in ipſas portellas, & deſcendit per ipſam rabem, quæ eſt inter caſale, & ipſas Juncturas, & deſcendit in ipſas aquas vivas, & aſcendit per ipſam rabicellam & vadit in Macclam, quæ vocatur Joannes Stephani, & directe vadit in latere de monte de Poſta, ab ipſa Poſta majore, & directe vadit in Collem Guarachoni, & aſcendit in verticem de monte de Fruna, & in ipſum Pizzonem majorem, & vadit per Serram de monte de Foſſe, & pergit per caput de valle de Foſſe, et vadit per ipſam Serram, & vadit in ipſam Forcellam, quæ nominatur Aceretum, & aſcendit in Forcella de ipſo monte majore, qui diſcernit inter fines de Cardeto, & caſale, & vadit in verticem de ipſe Serre alte, quæ nominatur Silare, & deſcendit in ipſam rabicellam, & directe vadit ipſa loca pretoſa & aſcendit, & vadit per ipſam Serram altam, & aſcendit per ipſum Baricatorium de ipſo rapido, ubi eſt ylicetum, & vadit uſque in territorium S. Benedicti, & pergit in montem Aquilonem, qui eſt prima finis, hæc inquam omnia ſicut ſuperius ſcripta ſunt trado, offero Ego qui ſupra, Ugo, qui & Morinus in prædicto monaſterio S. Benedicti, & ad ejuſdem monaſterii Abbates, atque Rectores cum jam dictis territoriis cultis, & incultis, & cum ipſis montibus, & collibus, & planis, & ipſis indicatis finibus ad habendum, & poſſidendum inde faciendum quicquid eis placuerit vicem cauſandi, & poteſtatem inde do, ut quemadmodum ego, & mei heredes inde facere deberemus, ita & tu venerabilis Abbas Oderiſi omneſque tui ſucceſſores, & ipſius monaſterii rectores exinde faciatis, & obligo me, ego qui ſupra Ugo qui & Morinus, & meos heredes in jamdicto monaſterio S. Benedicti, & tibi Abbati Venerabili Oderiſio, tuiſque ſucceſſoribus totam, & integram meam indicacionem, & diſpoſicionem ibidem defendere & anteſtare ab omnibus hominibus. Si autem Ego qui ſupra Ugo, qui et Morinus, et mei heredes non compleverimus in eodem S. monaſterio omnia quæ ſuperius dicta ſunt, vel ſi hanc cartulam in qualibet parte, quolibet ingenio refutare temptaverimus, obligo me, et meos heredes jamdicto S. cœnobio, ejuſque Abbatibus, atque Rectoribus componere ibidem auri optimi ſolidos Bizanteos mille, et inſuper omnia ſupradicta ibi complere, et hæc cartula judicacionis, et diſpoſicionis de omnibus, quæ continet, firma et ſtabilis permaneat ſemper, hæc omnia taliter ego qui ſupra Ugo, qui et Morinus vocatus Comes, ſicut aptum, et congruum viſum eſt pro redempcione animæ meæ feci, et te Landulfum clericum, atque notarium, qui interfuiſti ſcribere rogavi in Benafro. ✠ Ego Guelto Judex. Ego Johannes filius Majonis Vicecomes. ✠ Ego Johannes filius Sergi. Ego Ildebrandus filius Joannis Judicis. Giſemundi. ✠ Ego Ugo Muzzulus. ✠ Ego Iternus. † Ego Paldi Comes filius Domni Joannis Comitis.*

Fatetur Morinus jam olim hoc caſtrum in ditione Caſſinenſi conſtructum idque ex Imperatorum diplomatibus conſtare. Quod quidem vetuſtiſſimam cœnobii Caſſinenſis poſſeſſionem confirmat. Hujuſce donationis meminit Ciarlante p. 280. Ejuſdemq; donationis tranſuntum authenticum die 22. Novembris an. 1402. inſtante Bartholomeo Monacho, & procuratore cœnobii Caſſinenſis factum decreto nobilis, ſapientiſque viri judicis Johannis Comati Neapolitani doctoris, & generalis Vicarii Caſſinenſis, a notario Apoſtolico Itaſio filio notarii Petri Sangermanenſis. Poſt notarii ſubſcriptionem hæc leguntur: *Ego Johannes Comatus de Neapoli juriſperitus generalis Vicarius Caſſinenſis viſa petitione prædicta, & facta collatione cum originalibus donationibus, & oblationibus prædictis, quia ipſa originalia per omnia concordare invicem cum dicto tranſumpto, ideo pro tribunali ſedens adſolitum Bancum juris, meam authoritatem interpoſui, pariter, & decretum, in teſtimonium præmiſſorum, propria manu ſubſcripſi.* Sequuntur deinde ſubſcriptiones Antonii de Venuto Sanctagathenſis notarii regii, Antonii filii notarii Petri de Plumbariola publici totius Abbatiæ Caſſinenſis notarii, Petri filii, Judicis Franciſci Averſani de Plumbariola notarii regii, & Angeli . . . . . de Cucurutio notarii regii, qui omnes fatentur ſeſe huic collationi interfuiſſe, vidiſſeque tranſumptum cum originali concordare, atque interfuiſſe etiam interpoſitioni decreti &c.

Hiſce quoque temporibus Jordanus Capuanus princeps monaſterio S. Angeli ad Formam Capuæ ſito, quod cœnobio Caſſinenſi erat ſubditum omnia bona a patre ſuo Richardo illi donato hoc privilegio confirmat, ex vetuſtiſſimo Regeſto S. Angeli ad Formam Langobardicis characteribus ſcripto pag. 30. deſumto. Bona cœnobii S. Angeli ad Formam a Jordano Principe confirmata hoc diplomate.

*Notum ſit omnibus ſanctæ, et catholicæ eccleſiæ filiis, Richardum principem patrem meum, quia cognovit locus, qui dicitur ad Arcum Dianæ in quo eccleſia S. Angeli conſtructa eſt itidem ad congregacionem Monachorum, et conſtruendum monaſterium, anguſtum tamen adeo quod non erat amplius, quam eccleſia nuper conſtructa accingit, et officina Monachorum dediſſe pro eo in commutacione Ildeprando Capuano Archiepiſcopo eccleſiam magnam conſtructam in Capuam vocabulo Sancti Johannis a Reppaldi ditatam terris multis, et ornamentis, et libris et recepit in commutacionem ipſam eccleſiam S. Angeli ad Arcum Dianæ, et aliam eccleſiam S. Angeli conſtructam in Capuam, quæ nuncupatur de Olaldiſcho. Et quia ſunt tempore religioſus ille locus cœpit augmentari additis ſuis rebus ſecundum quod placuit quam maxime crevit. Quapropter a me, et ad uxore mea locus ille valde diligitur. Die quadam ego præſcriptus Jordanus Princeps divina inſpiracione compulſus, ibi ad præſcriptam eccleſiam S. Angeli ad Arcum Dianæ cauſa oracionis, et religioſorum plurimorum Monachorum a me poſtulavit prudencia Johannis ſcilicet Monachi, et Decani, et Mainardi, et Petri, et aliorum Monachorum, et quatenus per firmitatis apices concederem monaſterio quæ poſſidebantur, et dominabantur quorum precibus favens per hujus conceſſionis paginam concedo quæ princeps Richardus Pater meus dedit, et quæ ego poſtea tribui, et quæ eidem pertinent monaſterio, et quæ poſſidebantur, et dominabantur. Illius vero loci fines primum indico ſic concedens ex una parte ſunt cava Cimentarea, qualiter pergitur per eccleſiam ſancti Marcelli, et ad terram quæ dicitur de Bertariſki, et qualiter vadit per ipſa terra de Bertariſki, et vadit ad canalem quæ deſcendit de Aſculcule,*

*et qua-*

*et qualiter aſcendit per ſuper adſcriptum canalem directe ad trivium qui conjungitur tres vie, una quæ deſcendit ad ſanctum Marcum, & alia, quæ deſcendit ad S. Angelum & alia aſcendit ad Roccam, & inde qualiter aſcendit per ſuper adſcripta via, quæ aliquantulum vadit ſuper cripta arenaria, & vadit in monticellum, & ad planam ſuperſcripti monticelli, quæ eſt ſuper vallis, quæ vocatur Venula, & incipiente per ſupraſcripta plana per traverſum per canalem, quæ vocatur da ſanctu Fuſcule directe in coſta, quæ dicitur turris Veſpulum uſque in ſemitam quæ deſcendit ad ſupraſcripta Rocca, & deſcendit per ipſa Somita in monticellum quæ Rickibollum vocatur, & inde qualiter deſcendit ad terram S. Vincentii, & per terram S. Benedicti majoris conſtructi in Capua, & aliquantulum per terram Auſencii imperatoris, & per terram S. Vincencii, uſque ad ſupraſcriptas Cavas cimentarias, & concedo quidquid continetur in cartula oblacionis quod pater præſcriptus optulit eidem monaſterio S. Angeli Sarzanum, & homines & terras a ſancto Martino, qui dicitur ad Lavem, & per ipſum Battitizzum quo modo ſedent homines veſtri, & uſque in Ventuvanum. Concedo quoque eidem monaſterio S. Angeli eccleſiam S. Angeli de Olaldiſchi cum terris, & ſervis cum omnibus ſuis pertinentibus, & eccleſiam S. Benedicti Piccoli cum eccleſiis, & terris, & pertinentibus ſuis, quæ eccleſia ſunt in Capuam & ſanctum Petrum de Scaphati cum monaſteriis, ſervis & terris, & omnibus ſuis pertinentibus, & eccleſiam S. Ruphi cum ſervis, & terris, & omnibus ſuis pertinentibus, & eccleſia S. Agathæ ſitam prope muro Averſanæ urbis cum hominibus & terris, & univerſis ſuis pertinentibus & unum Caſtanetum obtimum, & terras pro ſervicio oſpitum quod eſt prope Battitizzum in finibus Sarzani, omnia preſcripta concedo, & confirmo perpetualiter præſcripto monaſterio S. Angeli ſubdito monaſterio S. Benedicti montis Caſini, cui Oderiſius venerabilis Abbas præeſſe videtur ab eodem vero Abbate ordinatus Girardus eſt prepoſitus monaſterio S. Angeli ad poſſeſſionem ejuſdem monaſterii & dominacionem. Quod ſi quis hujus conceſſionis violator eſſe præſumpſerit, centum libras auri obtimi perſolvat, medietatem eidem monaſterio, ejuſque rectoribus & medietatem fiſco meo, & ſolvat hac pœna hujus meæ conceſſionis pagina firma & inviolabilis maneat ſemper. Et ut firmius credatur, & diligencius obſervetur manu mea ſubſcripſi & meo ſigillo feci decorare.*



*Ex juſſione predicti Principis ſcripſi Ego Canſolinus judex in anno triceſimo principatus ipſius, & viceſimo ſexto anno Ducatus ejus Gajete Dat. ſexto Kalendas marcii anno ab Incarnacione Dñi noſtri Jeſu Chriſti milleſimo octuageſimo nono. Scriptum Capue per indiccionem duodecimam.*

Eo iem anno 1089. Jordanus eidem S. Angeli cœnobio magnam caſtanearum ſilvam conceſſit, deque ejus bonis diſſerens concedit, ut quicumque ad terras præfati monaſterii incolendas perrexiſſent ſub dominio ejuſdem monaſterii manerent. En privilegium integrum ex eodem regeſto pag. 31. a t. **Aliud ejuſdem Principis Diploma.**

*In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni. Jordanus divina ordinante clemencia Capuanorum princeps. Peticioni dilecti ſui clementer favet. Notum ſit omnibus Sanctæ & Catholicæ eccleſiæ filiis, me Jordanum quem ad hoc divina gratia promovit in principem, ut eccleſiarum defenſor, atque ditator exiſtam pro ſalute, & redempcione animæ principis Richardi patris mei, & Fredeſſindæ matris meæ, & parentum meorum & pro ſalute mea, & Gaitelgrimæ principiſſæ uxoris meæ, & filiorum meorum prudencia ipſius uxoris meæ interveniente dediſſe, & conceſſiſſe monaſterio S. Angeli quod dicitur ad Arcum Dianæ ſubdito monaſterio S. Benedicti montis Caſini cui domnus Oderiſius venerabilis Abbas præeſt et domno Girardo ejuſdem monaſterio S. Angeli Propoſito, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum pro ſervicio hoſpitum Caſtanetum quod eſt ad ſanctum Georgium prope Bactitizum habens taliter fines, ab uno capite eſt cripta ſancti Georgii et Trivium S. Martini de Lave, et qualiter vadit per Cavam quæ dicitur via antiquam, quæ aſcendit in montem, et inde qualiter deſcendit per terram, quæ dicitur Johannis Coppule, et intrat in viam publicam quæ vadit ad Imatulam, et redit ad prædictam criptam et Trivium, et homines, et terras, quæ fuerint Petri de Roſella, et germani ejus, ſicut cartula præſcripti Patris mei continere videtur de oblacione quam fecit eidem monaſterio S. Angeli quæ ſunt apud ſanctum Heraſmum, et terras quæ ſunt in Ponticello, et in caſa alba, et in ſancto Priſco, et ubicumque ſunt terræ ipſæ in partibus veteris Capuæ, vel ubicumque. Et concedo præſcripto monaſterio S. Angeli, ut ſi aliquis homo venerit ex aliis partibus libere ſit ad habitandum in terris ipſius monaſterii S. Angeli ad ſervicium Fratrum faciendum, ut nullus homo eos audeat inquietare, ſed ſecuri ſerviant monaſterio, et ejus rectoribus ad poſſeſſionem, et dominacionem prædicti monaſterii S. Angeli, et præſcripti domni Girardi Præpoſiti ſuorumque ſucceſſorum, remota omni contrarietate, et moleſtacione mortalium omnium. Quod ſi quis hujus meæ conceſſionis violator eſſe præſumpſerit, centum auri optimi libras perſolvat, medietatem meo Fiſco, et medietatem præſcripto monaſterio S. Angeli, ſuiſque Rectoribus, et ſoluta pena hoc ſcriptum firmum, et inviolabile maneat in perpetuum. Et ut firmius credatur, et diligencius obſervetur, manu mea ſubſcripſi, et meo ſigillo decoravi. Signum Jordani principis.*



*Ex juſſione præſcripti principis ſcripſi ego Canſolinus*

Digitized by Google

*nus judex in anno principatus ipſius triceſimo primo, & viceſimo ſexto anno Ducatus ejus Gajetæ. Datum quarto Kalend. Februarii anno ab Incarnatione domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo octuageſimo nono. Scriptum Capua per indiccionem duodecimam.*

Feudatarii Juramento ſeſe Abbati Caſſinenſi obſtringunt.

Evidens ſupremæ Caſſinatium juriſdictionis exemplum affert Petrus Diaconus cap. 7. hiſce verbis. *Tunc temporis Richardus, cui cognomen de Aquila inditum eſt ad hoc monaſterium veniens Abbati noſtro jure jurando firmavit, quod caſtrum Sujum non recognoſceret ab ulla perſona niſi tantum ab hoc monaſterio Caſſinenſi, & ex predicto caſtro ſerviret inde S. Benedicto ſecundum tenorem quod Goffridus Monius Deſiderio Abbati fecerat, ad mortem vero ſuam abſque alicujus contradictione, in hujus cœnobii dicionem rediret.* Et cap. 9. narrat Raynaldum Ridellum ſimulata amicitia per ſummum ſcelus proditorie ex improviſo caſtrum Fractarum invaſiſſe: *Quod ubi Oderiſio Abbati nunciatum eſt, eundem Raynaldum rogando mandavit, ut accepto centum ſolidorum pretio caſtrum monaſterio redderet. Hoc dum ille etiam audire contempneret per integram ebdomadam ab eodem Abbate commonitus juſtitiam huic loco facere contempnens, ante patris Benedicti corpus excommunicatus eſt. Quarta autem die Adenulfus Aquinenſis Comes ab eodem Abbate illuc cum exercitu directus, ab Oppidanis in caſtro receptus, Arcem obpugnare modis omnibus cepit. Mira dicturus ſum, veriſſima tamen, nam cum hi, qui in arce erant ſuper obſidentes viritim lapides, & jacula mitterent, nullus quiſpiam in aliquo læſus eſt, ſicque auxilio Dei & meritis beati patris Benedicti intervenientibus, eandem vi arcem ceperunt captis omnibus ejuſdem Raynaldi fidelibus, qui ibidem reperti ſunt, cum univerſis eorum. Nam ut iſta beati Benedicti auxilio, ac voluntate geſta credantur, in exercitu deambulans quidam monachus apparuit cum nullus Monachorum tunc ſe illi pugnæ miſcuerit. Septimo vero die dum prefatus Abbas cum Papa Urbano Capuæ eſſet, aſtantibus multis clericis, atque nobilibus Capuanis prædictus Raynaldus cum omnibus qui ſecum erant, veniens diſcalciatis pedibus publice ſatisfecit, ſicque ab excommunicatione ſolutus eſt &c. Tunc temporis Oderiſius filius Oderiſii Sangrorum Comitis ad mortem veniens optulit beato Benedicto duo ſui juris caſtella, Fracturam ſcilicet, & collem Angeli, & quidquid ſibi a Paterno, vel materno jure pertinere videbatur in toto Comitatu Sangretano.* Eam plane narrationem confirmat Leo Oſtienſis, qui in ſingulari de conſecratione eccleſiæ Caſſinenſis libello, quem Antonius Caracciolus cum antiquis quibuſdam Chronologis edidit loquens pag. 175. de dedicatione eccleſiæ S. Andreæ in monaſterio Caſſinenſi ſitæ an. 1094. die 30. Januarii ait. *Dedicata eſt autem a domno Raynaldo Cajetano epiſcopo &c. cum ingenti devotione, & exultatione Fratrum univerſorum, ea nimirum die* (hoc eſt recurrente) *qua Caſtrum quod Fracte dicitur ultra omnem ſpem meritis beatiſſimi patris Benedicti, miſeratione divina recepimus, quod videlicet triennio ante a vicinis Nortmannis furatum nobis fuerat, atque pervaſum, ſed die . . . . . .,* (ſuppletur a Camillo Peregrinio *tertio Kal. Februarii*) *Domino auxiliante, receptum, atque ob ſempiternam illius triumphi memoriam in eadem die* (*anniverſaria*, ut bene explicavit Peregrinius, ac tranſacto triennio) *conſecrationis hoc ſolemne ſtatutum &c.* Eadem narrat Camillus Peregrinius in Serie Abbatum Caſſinenſium p. 60., & 61., & Anonymus Caſſinenſis a Caracciolo editus p. 132. an. 1090., ſeu potius 191. Quid vero eſt, exercitum ad caſtra recuperanda mittere niſi ſuprema juriſdictione pollere?

Fractæ recuperatæ.

Oderius comes Sāgrorū obtulit duo caſtra S. P. Benedicto.

Juriſd. abſoluta.

Pietas Nortmānorum Principū erga Caſſinates.

Quam vero pii exemplo Roberti Ducis fuerint erga cœnobium Caſſinenſe Nortmanni principes, ſatis oſtendit Petrus Diaconus dum hæc cap. 10. refert: *Idem præterea Roggerius Dux eo tempore fecit præceptum beato Benedicto de omnibus, quæ Robbertus Dux pater ejus una cum uxore ſua loco iſto conceſſerant &c. Inſuper & decem homines in eodem caſtro quorum nomina hæc ſunt &c. hos omnes cum familiis, & rebus ſuis in hoc S. cœnobio per præceptum aurea bulla bullatum conceſſit nec non & monaſterium S. Nicolai &c. Caſtellionem &c. ſed & Boamundus frater ejus eo anno ſimiliter per præceptum aureo ſigillo bullatum confirmavit omnia, quæ Pater ejus in hoc loco tradiderat cum monaſterio S. Petri Imperialis in Tarento cum omnibus omnino pertinentiis ſuis, &c.*

Rogerii Privilegium primum.

Rogerii privilegium autographum in noſtro archivo aſſervatur, ejuſque apographum audito fiſco extractum atque in proceſſu Anchoragii inſertum eſt.

† *In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Rogerius divina favente clementia Dux, Robberti Magnifici Ducis heres, & filius. Nos ab omnium conditore, & gubernatore Deo dignas credentes recepturos mercedes, ſi ſancti, ac venerabilibus locis competentem impenderimus curam, & quod juſte ab eorum cultoribus poſtulati fuerimus, bono, ac libenti animo præbuerimus, idcirco pro amore omnipotentis Dei, & pro redemptione animæ ſupradicti genitoris noſtri Roberti, & genitricis noſtræ Sykelgaitæ pro noſtrorum quoque remiſſione omnium peccatorum concedimus, & offerimus in monaſterio S. Benedicti de Monte Caſino, & tibi domne Oderiſi venerabilis Abbas ejuſdem monaſterii, univerſiſquo ſucceſſoribus tuis in eodem monaſterio regulariter promovendis in perpetuum totam piſcariam noſtram, quæ appellatur ſpecialiter Tonnaria in territorio Tropeæ loco qui Bordella vocatur, quemadmodum ad nos pertinuit, & pertinere videtur, & quemadmodum nos eam poſſidemus in mare, et Terra cum omnibus pertinentiis ſuis. Inſuper etiam, et decem homines in prædicta civitate Tropea cum omnibus familiis, et poſſeſſionibus, ac ſubſtantiis eorum tam in mobilibus, quam in immobilibus, vel quæ modo habent, vel quæ in antea adquirere potuerint, quorum nomina hæc ſunt; Coſta Langobardus, Leo deſtinato, filii de Exoriari, Baſilius de præsbytero Periſteri, Leo Caſpa, Filii de Sergio Caſpa, Gregorius de Brata, Baſilius Arnaci Nicolaus Scematico, Spadarius de Milinario Pullo. Confirmamus etiam et auctorizamus ſpecialiter in prefato monaſterio Caſſinenſi omnia quæ piæ memoriæ prædicta genitrix noſtra domna Sykelgaita in eodem venerabili loco obtulit, locum videlicet, qui Cetrarius dicitur una cum toto portu ſuo, et cum omnibus pertinentiis ſuis atque univerſis colonis ibidem habitantibus. Nec non et cum omnibus monaſteriis intra pertinentias prædicti loci conſtitutis, et cum omnibus ipſius territoriis, ſylvis, et paſcuis, aquis, et molendinis per has videlicet terminationes,*

*et fi-*

Digitized by Google

*et fines ab una parte ſicut deſcendit flumen ab ipſa criſta ejuſdem montis per ſcalam uſque ad S. Mariam de Laſcoſa ad mare, ab alia parte ſicut incipit ab ipſo mare, et aſcendit per aquam putidam uſque ad criſtam ejuſdem montis, et ſicut vadit Serra ejuſdem montis ab una Aqua in alteram, quemadmodum præfatus genitor meus per ſcriptum et ſigillum ſuum conceſſum, et confirmatum habuit ad homines loci ipſius, inſuper et eccleſiam S. Mariæ, quæ conſtructa eſſe videtur ante portam civitatis Tropeæ, quæ porta vaticana nuncupatur, cum duabus partibus de omnibus, quæ pertinuerunt Bernardo, qui eandem eccleſiam conſtruxit. Hæc itaque omnia quæ ſupraſcripta ſunt, libere, et abſolute concedimus, et confirmamus ſupradicto monaſterio S. Benedicti de monte Caſino, et tibi rño Abbati Oderiſio, ac ſucceſſoribus tuis, ea ratione, atque conditione, ut omnia ſuperius ſcripta ſint in poteſtate, et dominio prædicti monaſterii, et Abbatum ipſius, ita ut neque a nobis, neque ab heredibus noſtris, neque a quibuslibet miniſtris reipublicæ, neque ab aliqua cujuſlibet ordinis aut dignitatis magna, ſeu parva perſona ullo unquam tempore aliquo modo quicquam contrarietatis de ſupraſcriptis omnibus patiantur. Si quis autem temerario auſu hujus noſtræ conceſſionis, ſeu confirmationis aliquatenus violator extiterit, ſciat, ſe compoſiturum auri puriſſimi libras quingentas, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem præfato monaſterio, ſeu rectoribus ejus, & poſt ſolutam pœnam, hæc noſtra conceſſionis cartula firma, & inconcuſſa permaneat in perpetuum, que videlicet, ut ſemper roborata permaneat, tibi Landulfo notario noſtro ſcribere juſſimus, & cum noſtro typpario aurea bulla bullari præcepimus anno Dominicæ incarnationis milleſimo nonageſimo menſe auguſto indiccione terciadecima, anno Deo propicio Ducatus noſtri quarto. † Ego Rogerius Dux me ſubſcripſi. Signum Brueni Comeſtabulu. † Signum Ugoni Olliæ.*

Suprema Juriſd. Notatum vero hic digniſſimum oppidum Citrarii confirmari libere, & abſolute: Quid luculentius ad ſupremi principis jura Abbati Caſſinenſi vindicanda?

Alterum Rogerii Privilegium. Æque munifice alio privilegio ſuo libere etiam, abſoluteque quædam bona cœnobio Caſſinenſi confirmat, quæ in hoc diplomate legere eſt, cujus autographum in archivo noſtro extat.

† *In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Rogerius, divina favente clementia Dux, Robberti Ducis magnifici heres, & filius. Nos ab omnium conditore, & gubernatore Deo dignas credentes recepturos mercedes, ſi ſanctis, ac venerabilibus locis competentem impenderimus curam, & quod juſte ab eorum cultoribus poſtulati fuerimus, bono, ac libenti animo præbuerimus. Icciro pro amore omnipotentis Dei, & pro redemptione animæ ſupradicti genitoris noſtri Robberti, & genitricis noſtræ Sykelgaitæ, pro noſtrorum quoque remiſſione omnium peccatorum concedimus, & confirmamus in monaſterio S. Benedicti de monte Caſino, & tibi domne Oderiſi venerabilis Abbas ejuſdem monaſterii, univerſiſque ſucceſſoribus tuis in eodem monaſterio regulariter promovendis imperpetuum omnia, quæ ſupradictus Robbertus genitor noſter & Sykelgaita genitrix noſtra in predicto cœnobio S. Benedicti montis Caſini obtulerunt; ſcilicet monaſterium S. Anaſtaſiæ, cum omnibus ſuis pertinentiis, in territorio Follocaſtri. Inſuper & decem homines in prædicto Follocaſtro cum omnibus familiis, & poſſeſſionibus, ac ſubſtantiis eorum, tam in mobilibus, quam in immobilibus vel quæ modo habent, vel quæ in antea aquirere potuerint, quorum nomina hæc ſunt. Petrus Maori, Niciforus frater ejus. Theodorus Domini, Andreas Sceloxelli. Theodorus Scamni. Theodorus Marino. Leo Dorcari. Condomiti Calazuri. Perechiti. Leo Fargalari, & monaſterium S. Nicolai in territorio Biſinianenſi, monaſterium quoque S. Angeli de Troja, & monaſterium S. Nicandri, & Caſtellionem in eodem territorio Trojano, & Fundicum in civitate Amalfitana in loco Vallende. Hæc itaque omnia quæ ſupraſcripta ſunt libere & abſoluta concedimus, & confirmamus ſupradicto monaſterio S. Benedicti de monte Caſſino, & tibi reverentiſſimo Abbati Oderiſio, ac ſucceſſoribus tuis ea ratione, & condicione, ut omnia ſuperius ſcripta ſunt in poteſtate, & dominio prædicti monaſterii, & Abbatum ipſius, itaut neque a nobis neque ab heredibus noſtris, neque a quibuslibet miniſtris reipublicæ, neque ab aliqua cujuslibet ordinis, aut dignitatis magna ſeu parva perſona ullo unquam tempore aliquo modo, quicquam contrarietatis de ſupraſcriptis omnibus patiantur. Si quis autem temerario auſu hujus noſtræ conceſſionis, ſeu confirmacionis aliquatenus violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri puriſſimi libras quingentas, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem præfato monaſterio, ſeu rectoribus ejus; & poſt ſolutam penam hæc noſtra conceſſionis cartula firma, & inconcuſſa permaneat imperpetuum. Quæ videlicet, ut ſemper roborata permaneat, tibi Pandulfo noſtro notario ſcribere juſſimus, & noſtro cum typpario præcepimus aurea bulla bullari. Anno Dominicæ incarnationis milleſimo nonageſimo, menſe Auguſto, indictione tertiadecima, anno Deo propicio Ducatus noſtri quinto. † Ego Rogerius Dux me ſubſcripſi. † Signũ Brieni Comeſtabuli. † Signum Ugoni Olliæ.*

Boamundi privilegium ex regeſto Petri Diaconi num. 515. fol. 216. integrum pro more hic edimus. Boamundi Privilegium.

*In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Ego Marcus, qui & Abboamonte Rubberti Ducis filius. Si ſanctis, ac venerabilibus locis, eorumque rectoribus, & ſervitoribus curam, ſollicitudinem, atque ſervitutis meæ beneficium impendere a bonorum omnium largitore Deo, qui filium ſuum carnem ſumere, & patibulum crucis ſubire, mortemque pro nobis guſtare fecit, æternæ retribucionis gaudia me adepturum ſpero. Propter quod monaſterio SSmi Benedicti in monte Caſino, tibique venerabilis Abba domine Oderiſi, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum confirmo, & auctorizo cœnobium S. Petri, quod Imperiale dicitur in civitate Tarento conſtructum, quod bonæ memoriæ domnus Robbertus Dux genitor meus, una cum Fratre meo Duce Roggerio prephato monaſterio ejuſque Abbati venerabili Deſiderio liberali, atque legali donatione tradidit, atque conceſſit cum omnibus ſuis pertinenciis, terris, vineis, agris cultis, & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, olivetis, aquis, aquarumve decurſibus, eccleſiis, caſalibus, piſcatoribus, hominibus, & omnibus omnino rebus mobilibus, vel immobilibus, quæ vel nunc habet, vel in futurum habiturum eſt. Inſuper eciam totam decimam noſtram frumenti, vini, olei, ordei, anima-*



Digitized by Google

*animalium, piſcium, piſcariarum noſtrarum, quas vel nunc illic habeo, vel deinceps habiturus ſum. Hac omnia prafata monaſterio tibique venerabilis Abbas domine Oderiſi, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum tenenda, poſſidenda & ſicut vobis placuerit, ordinante, vel diſponente ſicut a genitore meo Duce Roberto, vel quacumque alia ab ipſo tradita ſunt, & conceſſa, ita & ego concedo, atque confirmo, ſed neque ab heredibus meis, neque a Turmarchis, ſeu Vicecomitibus ſive quilibet noſtra reipublica auctoribus, quolibet tempore ullam omnino vim, aut contrarietatem inferri volo, ſed omnibus execror, & interdico. Si quis autem monaſterio S. Benedicti de monte Caſino, cui Dei gratia praeſſ, tibi, tuiſque ſucceſſoribus de pranominatis omnibus contrarius exiſtens, quicquam eorum auferre, minuere, vel quolibet modo infeſtare praſumpſerit, ſit ex auctoritate Dei omnipotentis, & Beata Maria ſemper Virginis, atque beati Petri Apoſtolorum principis, & beati Benedicti, atque omnium ſanctorum a conſorcio fidelium ſegregatus, & in die judicii anathema maranthana deputatus, quin & in hoc ſeculo ea pena mulctetur, ut quingentas auri libras pradicto monaſterio S. Benedicti exolvere cogatur, & ſoluta pœna hac confirmationis noſtra carta firma permaneat, & inconvulſa. Quicumque vero in quocumque officio noſtrarum procuratores, vel exactores hujus donationis violatoribus conſenſerint, aut eam pro poſſe prafato monaſterio S. Benedicti non defenderint, eidem anathemati, & auri pena ſubiaceant. Ut autem tam hac noſtra confirmatio, quam paterna donatio per omnia in futurum tempora ſtabilis, & inconvulſa permaneat, hanc confirmationis cartam ſcribi, & aurea bulla typparii noſtri juſſimus bullari. Signum Marci, qui & Abboamonte manu propria. Ego Berardus Ydrontinus Archiepiſcopus teſtis. Ego Godinus Oritanus Archiepiſcopus teſtis. Ego willielmus Dec. teſtis. Ego willielmus Finigelli teſtis. Ego Gualterius Bulzardi teſtis. Ego Godeſcalcus presbiter, & monachus eo tempore Legatus apoſtolica ſedis ſcripſi. Anno ab incarnatione Domini 1090. menſe Auguſto, indiccione terciadecima. Actum Tarenti die XIV. Kal. Septembris.*

Boamundus hic ſui temporis miles ſtrenuiſſimus, Roberti, Apuliæ, & Calabriæ Ducis filius natu maximus fuit, atque Dominus Tarenti, Hydrunti, Auriæ, aliorumque oppidorum, ipſeque, Urbano II. Pontifice, cum ad Reparatoris noſtri ſepulchrum e Barbarorum manibus vindicandum in Syriam perrexiſſet, primus ibi Antiochiæ Princeps evaſit. Rogerius alter Roberti filius fuit, a quo adhuc ſuperſtite, Dux Apuliæ eſt inſtitutus poſthabito Boamundo ex priori conjuge Alberada accepto. Vid. Guilliel. Apulus lib. 4. uxorem habuit Alam, ſeu Adalam filiam Robberti Friſii comitis Belgii. Vid. Malat. lib. 4. c. 20. & 26. Imperavit ad an. 1111. quo Februarii die 22. obiit. Vid. Petrus Diaconus lib. 4. Chron. Caſſ. cap. 40., Falco Beneventanus, Romualdus Salernitanus, Anonymus Caſſinenſis, Emortuale Caſſinenſe, & Peregrinius in Stemmate Principum Nortmannorum.

Pandulfi de Preſēzano Donatio.

*Similiter Pandulfus de Preſenzana*, (verba ſunt Petri Diaconi lib. 4. cap. 12.) *obtulit B. Benedicto partem ſuam de caſtro Mirtula, & Bantra Comitale, & S. Salvatoris in Cucuruzo, cum univerſis pertinentiis illorum &c. pro qua etiam re Abbas Oderiſius nonaginta ſex libras ei contradidit. Rodulfus etiam de Moliſio Bovianenſis Comes cartam fecit, huic loco de monaſterio ſancta Crucis in Iſernia, nec non de caſtello, qui vocatur balneus, cum caſis, terris, vineis, aquis, molendinis, ſilvis, eccleſiis, & univerſis pertinentiis ſuis tam intus quam foris &c. accipiens ab eodem Abbate libras centum &c. Sed & Lando Dux olim Cagetanorum eodem tempore fecit & ipſe cartam beato Benedicto de omnibus, qua ſibi a paterno, vel materno jure pertinebant in toto Ducato Cagetano, ac Principatu de civitatibus, caſtellis, villis, eccleſiis, ſilvis, omnia, & in omnibus pena centum librarum auri appoſita.*

Quæ Pandulfi oblatio extat in Regeſto Petri Diaconi nu. 553. fol. 233. atque incipit.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab Incarnacione ejus milleſimo nonageſimo primo quam & duodecimo anno principatus domini Richardi juniori principis, menſe September quintadecima indictione. Ego Pandulfus Comes filius domni Pandolfi, qui fuit Comes Tiano, habitator in caſtello, qui nominatur Preſenzano, divina inſpiracione compunctus, ut apud diſtrictum, & juſtiſſimum judicem in extremo examine de peccatis, & offenſionibus meis, & de filiis meis veniam, & miſericordiam valeam invenire, bona hac ſpontanea mea voluntate pro redemptione anima mea, & de ſupraſcripta genitore meo, & de filiis meis, per hanc cartulam judico, & diſpono, concedo, atque trado in monaſterio SSmi Confeſſoris Chriſti Benedicti, quod in monte Caſino decenter conſtructum eſſe videtur, & ubi ejus corpus ſacratiſſimum eſſe reconditum creditur, cujus regimen vir reverentiſſimus domnus Oderiſius Abbas habere videtur, hoc ſunt inclite dua caſtella, qua fuerunt infra fines de Comitatu Teano, qua modo eſſe videntur infra fines de ſupraſcripto monaſterio S. Benedicti, primo caſtello, qui nominatur Mertula, ſecundo caſtellum Rocca, que nominatur Bantra, quod videlicet caſtella antiquitus intra poſſeſſiones ejuſdem monaſterii ſitum eſſe dinoſcitur, cum omnibus pertinentiis ſuis, cum muris & portis ejuſdem caſtellis, & cum omnibus hominibus inde modo habitantibus, & qui amodo in eiſdem habitaturi erunt, & cum omnibus in antea ſubſtantiis, & poſſeſſionibus eorum, ſicut modo poſſidere videntur cum caſis, & terris, montibus, & planis, tam culta, quam inculta cum inferioribus, & ſuperioribus ſuis, & cum viis ſuis intrandi, & exiendi, qua & quantumcumque mihi, & ad filiis meis pertinet de monaſterio, & caſtello qui nominatur S. Salvatori, qua & quantumcumque intra poſſeſſiones ejuſdem monaſterii S. Benedicti eſſe dignoſcitur, & intima omnia ſicut ſuperius ſcripta ſunt trado, & offero ego qui ſupra Pandolfus Comes in pradicto monaſterio S. Benedicti, & ad ejuſdem monaſterii Abbates, atque rectores habendum, & poſſidendum, & faciendum inde quidquid eis placuerit, & vice cauſandi, & poteſtate exinde do, ut quemadmodum ego, et meis heredibus inde facere debemus, ita et tu venerabilis Abbas Oderiſi, omneſque tui ſucceſſores ipſius monaſterii exinde faciatis. Et obligo me ego qui ſupra Pandulfus comes, et meos heredes jamdicto monaſterio S. Benedicti, et tibi Abbas venerabilis Oderiſi, tuiſque ſucceſſoribus totam, et integram meam*

Judi-

*Judicacionem, et diſpoſicionem ibidem defendere, & anteſtare ab omnibus hominibus ab omnique partibus. Si autem ego qui ſupraſcriptus Pandulfus Comes, & meis heredibus non compleverimus in eodem ſacro monaſterio omnia, quæ ſupradicta ſunt, vel ſi hanc cartula in qualibet parte quolibet ingenium refutare temptaverimus, obligo me, & meos heredes jam dicto ſancto cœnobio, ejuſque Abbatibus, ac rectoribus componere ibidem auri libras mille, & inſuper omnia ſupradicta ibi complere, & hæc carta judicacionis, ac diſpoſicionis de omnibus, quæ continet, firma, & ſtabilis permaneat ſemper. Hæc omnia taliter ego qui ſupra Pandulfus Comes, ſicut mihi aptum, & congruum viſum eſt, pro redempcione anima mea & de anima genitore meo, & de filii mei feci & te Aidulfus presbiterum, & notarium ſcribere rogavi Caſtro Preſenzano. † Ego Landolfus Judex. Ego Pandolfus Comes. Ego Ectore. Ego Laidulfus. Ego Nicolaus. Ego Alferi.*

Hæc Pandulfi donatio ad cœnobii Caſſinenſis poſſeſſionem magis roborandam eſt facta, cum jam caſtra illa poſſiderent Caſſinates, ut ex allatis jam diplomatibus conſtat; ipſeque Pandulfus innuere videtur, cum ait, ea caſtra intra fines ditionis Caſſinenſis jam tum reperiri. Pandulfus hic an. 1091. vivus, ut probat Peregrinius ex Atenulfi Capuæ, & Beneventi principis ſtemmate fluxit. Filios habuit Laidulfum, Hectorem, Pandulfum, & Giſulfum, teſte Petro Diacono lib. 4. c. 34., & 57. uxorem Mariam filiam Jozitelli: Ex illius filiis gens Preſenzana orta, inter Capuanas familias longe clariſſima. De Preſenzano eſt dicta, quod ejus oppidi eſſet domina, ut explicat Peregrinius de ſtemmate Principum Langobard. pag. 284., & 289.

**Rodolfi Donatio.** Ex eodem Petri Diaconi regeſto nu. 535. fol. 226. a t. repetenda Rodolfi donatio.

*† In Dei nomine. Anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo nonageſimo ſecundo menſe Marcio indiccione quintadecima, principatu domni Richardi filii Jordani principis. Ego Rodulfus cognomine de Moliſio Dei gratia Comes patria Bovianenſis, compunctus recordacione delictorum meorum, ex rebus meis propriis, quas teneo ſtabili jure & poſſideo, ex dono, & conceſſione Richardi Capuæ glorioſi principis, & poſt deceſſum ejus ſimiliter ex dono domini Jordani præfatæ civitatis incliti principis, qui ambo principatum ſuum ex dono, & munimine Papæ, nec non & Imperatoris tenuiſſe noſcuntur, una cum filiis meis Ugone ſcilicet Comite, et Rogerio pro redempcione anima mea, et remiſſione peccatorum meorum, et Ugonis filii mei, et Rogerii, et Roberti nepotis mei filii Roberti filii mei, et pro redempcione anima patris mei Guimundi, et matris meæ Emmæ, et filiorum meorum Robberti, et Rodulfi, et Wilielmi, nec non et Alferadæ uxoris meæ jam defunctæ et filiarum mearum Adeliczæ, et Beatricis in monaſterio S. Benedicti in caſtro Caſino conſtructo dedi et ſpontanee conceſſi ego, et Ugo Comes filius meus, mecum, et Rogerius alter filius meus eccleſiam S. Crucis cum omnibus pertinenciis ſuis ubicumque ſitis, quæ eccleſia S. Crucis conſtructa eſſe videtur in comitatu Iſerniæ civitatis ſupra locum, qui Peſcla vocatur. Hanc jamdictam eccleſiam S. Crucis, & omnia quæ ad eam pertinent, damus, & concedimus, & ſtabili jure firmamus in prædicto monaſterio S. Benedicti pro redempcione animarum noſtrarum, & parentum noſtrorum vivorum, & defunctorum, qui ſupraſcripti ſunt, vel ſubſcribentur, ideſt Fratrum meorum Roberti, Ugonis, Antonii, Guimundi, Alamni Stroſtrayni per manus domni Abbatis Oderiſii Vite venerabilis viri ante preſenciam Domni Leonis Iſernienſis epiſcopi hanc donacionem laudantis, & confirmantis, & ante preſenciam Idulfi judicis, & Johannis Vicecomitis Yſernienſis, & aliorum bonorum hominum, itaut deinceps omni tempore ſine contradiccione noſtra, & heredum noſtrorum, & ſine alicujus contradiccione teneat, & poſſideat. Offero autem & caſtellum, quod vocatur Valneum, cum omnibus pertinenciis ſuis, ſcilicet cum caſis, terris, & vineis, & aquis, & molinis, & ſilbis, & eccleſiis, tam intus, quam a foris, una cum inferius, & ſuperius, cum ſuiſque omnibus pertinentiis, quod eciam caſtrum ſupraſcriptum ego qui ſupra Rodulfus Comes precio auri, & argenti duo millia ſexcentorum tarenorum moneta Amalfitana emi a quodam milite nomine Beraldo, cui Ego, & filius meus Ugo dedimus ſupradictum caſtellum pro ſuo competenti ſervicio, de quo ego inveſtituram legitimam habere dinoſcor, ſicut in edicto continet. Hæc omnia quæ ſupraſcripta ſunt damus, & concedimus, & ſtabili jure firmamus, ita ut deinceps in antea firmiter ſine contradictione noſtra, & de noſtris heredibus & ſine alicujus contradiccio, teneat, & poſſideat. Quod ſi quis temerario auſu hanc tradicionem noſtram infirmare preſumpſerit judicio conatus componat C L. libras auri puriſſimi in jamdicto S. Benedicti venerabili monaſterio, & domno O. Abbati, & ſucceſſoribus ejus in Domino, & inſuper velit, nolit, tacitus maneat, & anathematis vinculo ſubjaceat damnandus cum Juda proditore Domini niſi reſipiſcat, & hæc cartula in omnibus de quibus continet, firma, & ſtabilis permaneat ſemper, quam te Anſeramę notarius civitatis Iſerniæ ſcribere rogavimus. In caſtro Carpinone ante præſenciam ſubſcriptorum teſtium. † Ego Leo Dei nutu Iſernienſis Epiſcopus confirmo. † Ego Rodolfus Comes confirmo. † Ego Ugo Comes confirmo. † Ego Rogerius confirmo. † Ego Joannes Iſernienſis vice Comes. † Ego Joannes de Carpinone Vicecomes. † Ego Idulfus Judex. † Ego Anſerius de Pectorano. † Ego Joannes Turturis.*

Hujuſce donationis meminit Ughellius de epiſcop. Æſerniæ To. VI. Ital. Sac col. 395. num. 12. Ciarlant. lib. III. Memor. Hiſtor. Samnii p. 271. ubi ait, Caſtrum hoc prorſus dirutum, in eoque unicam ſupereſſe eccleſiam ſancta Maria de Bagni appellatam Fallitur tamen dum aſſerit, Rodulfo cognomen de Molinis fuiſſe. De Rodulfo cecinit Guillielmus Apulus loc. cit.

*Hos Bovianenſis comitis comitata Rodulfi*
*Eſt virtus, & conſilio pollentis, & armis.*

Recenſenda quoque hic Landi donatio ex regeſto Petri Diaconi nu. 555. fol. 233. a t. **Landi Oblatio**

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab incarnatione ejus milleſimo ſeptuageſimo tertio, indictione prima, &c. menſe December die decima. Ego Lando olim Dux Gagetanorum cumulum peccatorum conſiderans, idcirco dono, & concedo propria, ſpontaneaque mea voluntate ante preſenciam Petri archipresbiteri eccleſiæ S. Theodori, & Romani archipresbiteri eccleſiæ S. Nicolai de carcere, & Benedicti*

*nedicti preſbiteri eccleſia S. Theodori, & ſubſcriptorum teſtium, ut audire merear illam magnificam vocem, quam Dominus noſter dignatus eſt dicere, venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum eſt ab origine mundi, & aliorum; quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Idcirco dono, & conceda tibi beate Benedicte confeſſor Domini glorioſe, & pater Monachorum, & per te tuo venerabilis monaſteria ubi tuum proprium corpus requieſcit, qui ponitur in Monte Caſino, ubi ſe domnus Oderiſi mitiſſimus Abbas, & per ipſum in cunctis Fratribus tibi modo ſunt, & imperpetuum moraturi, ideſt quantecumque mihi pertinet ex parte patris, vel matris, & omnium meorum parentum de civitatibus, caſtellis, villis, colonibus, domoras, & terris, pratis, paſcuis, ſilvis, vineis, ortis, omnia in omnibus ubicumque mihi legem, & racionem comparet, vel competere poterat, ſicut novas, & veteras muniminas, continetur ubicumque, & quomodocumque. Hæc omnia a preſenti die & te tuis ſervitores illorum jure vindicent, & defendant in uſu, & utilitate ſupraſcripti monaſterii, & hac omnia obſervare promitto, & promitto defendere cum meis heredibus, & ſucceſſoribus ſuis omni tempore, & in omni loco gratis ubicumque fuerit neceſſe, quod ſi non fecerimus, aut non potuerimus, ſive in aliquo litem propoſuimus, tunc componamus, per penam tibi tuiſque ſervitoribus centum libras auri optimi, & ſoluta pena hæc donacionis contractetur in ſuum nihilominus maneat firmitatem. Quam ſcribendam rogavi bonum hominem ſcriniarium ſanctæ Romanæ eccleſiæ in menſe, & indiccione prima. Ego Lando olim Dux Gagetanus in hanc plenariam donacionem propria manu ſubſcripſi & rogavi. Ego Petrus archipreſbiter quia interſui ſubſcripſi. Ego Gregorius filius Pinzaronis teſti Tito filius Titi, & Domne Dulkize, Johannes de Berardus de Inſula, Bono, Antonius, Aſtaldus, Romanus, Nicolaus, Petrus.*

Hic Lando Dux olim Cajetanorum quantacumque ad ſe pertinent de civitatibus, caſtellis, villis, colonibus &c. concedit cœnobio noſtro, quæ plane juriſdictionem ea in loca a Landone habita demonſtrant, eoque jure nobis dono data.

Arnulfi Donatio.

Neque in Ciſtyberina tantum Italia cœnobium Caſſinenſe fidelium pietate divitiis juriſdictioneque auctum; nam *Arnulfus vir nobilis* (teſte Petro Diacono cap. 13.) *cum omnibus parentibus ſuis ee tempore fecerunt huic ſancto loco cartam oblationis de Rocca, quæ vocatur Civitella in Ducatu Spoletino nec non & de monaſteria ſancti Salvatoris ibidem conſtructo, & eccleſiam S. Petri de monte Scopulo, ac medietatem de eccleſia S. Mariæ, & de eccleſia S. Agnelli in Ceſe, & curtem in Petraccle, & in Alanu, in Paganica, & in Porcaria in Comitatu Narnienſi cum omnibus pertinentiis illarum &c.*

Extat hæc oblatio in regeſto Petri Diaconi num. 564. fol. 236. at. hiſce verbis.

*In nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti anno ab incarnatione ejus milleſimo nonageſimo tercio, regnante Henrico rege in anno regni ſui 38. dies menſis Madii indictione prima. Conſtat nos omnes filii quoſdam Arnulfi, ideſt Albertum, & Marcum, Berardum Raynaldum, walderium, Joannem, Theobaldum, Rapezonem, Joannem, Udonem, Berardum, omnes inſimul fecimus ſimiliter fecerunt toti filii Arnolfi ideſt Guidonem, Johannem, & Raynerium, Paganum, Sarracinum, filii Raynerii, Luponem, Adam, Alberico, Albertum, & Offo filii Alb. & filii Arnolfi, ideſt Albertum leto Adenulfu, & Luponem, & filii Ruſtici, ideſt Petrum Widonem, & Raynerium, & filii Ugonis, ideſt Udonem, & Raynaldum cum fratribus ſuis, & Theobaldum et widonem, et Mayfridum filii Petri omnes inſimul, atque communiter pro redempcione animarum noſtrarum parentumque noſtrorum donavimus firmavimus in perpetuum in monaſterio beati Benedicti, quod ſitum eſt in monte Caſino, in quo domnus Oderiſius Abbas preeſt, monaſterium noſtrum, quod habemus in Ducatus Spoletano in loco ubi dicitur Civitella, et alium monaſterium in honore Domini Salvatoris cum ipſa Civitella, et cum omnibus rebus et pertinenciis ſuis tam mobili, quam immobili, ideſt eccleſia S. Petri de Monte Scopulo cum pertinenciis ejus, medietas plebis S. Mariæ de Ceſe cum pertinentiis ſuis, pars eccleſiæ S. Agnelli de Ceſe et cetera prædicto monaſterio pertinet in eadem curte de Ceſe cum pertinencia ejus in Curte de Petraccle cum pertinencia ejus in Curte Tealanu, cum pertinencia ejus, in curte de Scopulo, et cum pertinencia ejus, in curte de Paganica cum pertinentia ejus, in curte de Porcaria omnia qualiter pertinet in comitatu Narnienſi, et omnia in omnibus, que vel ad preſens tenere videtur prædictum monaſterium, vel in antea aquirere juſte, legaliterque potuerit, ſicut ſupra dictum eſt, damus, et offerimus in præfato monaſterio S. Benedicti de monte Caſino in perpetuum habendum, poſſidendum, qualiter cartæ, et monimina ejuſdem monaſterii tenere videntur, et nihil omnino, neque nobis, neque heredibus noſtris inde reſervavimus, tali vero tenore, et contradiccione, ut nullus Abbas poteſtatem habeat prædictum monaſterium S. Salvatoris vendendi, donandi, aut quacumque ingenio in alterius poteſtate alienandi, ſed ſemper ad Jura præfati monaſterii S. Benedicti in perpetuum reſervandi, quod ſi aliquis Abbas ita non obſervaverit predicto monaſterio S. Salvatoris ſuper poteſtate noſtra noſtrorumque heredum, eveniant, ſi vero nos omnes ſupranominati donatoris vel noſtros heredes amodo in antea in ſupradicto monaſterio atque Abbatibus aliquam moleſtiam fecerimus, aut ſi cum aliquo homine colludium fecerimus, vel ſi cartulam iſtam aliquo modo falſare vel rumpere voluerimus pro his omnibus promiſimus, et obligamus nos, noſtroſque heredes in ſupraſcripto monaſteria componere argenti monetas libras quincentas, et inſuper hac cartula firma permaneat. Inſuper etiam obligamus nos, noſtroſque heredes in ſupraſcripta monaſteria de prædictis omnibus offenderemus, et ſi appellati ſumus, et ab ipſo die appellacionis uſque ad diem centeſimum non emendaverimus, tunc liceat Abbati ſine aliqua contradiccione facere quod illi placuerit. Ego Mayfridus judex ſcripſi. Ego Carbones teſtes. Joannes filii Maczuli, Petrus totis ſupraſcriptis nominati, qui hac cartula fieri rogavit.*

Quædam ab Adenulfo Aquini Comite recuperata.

Atenulfus Aquini Comes a Jonata Jordani Capuæ principis filio captus rogatu Oderiſii Abbatis Caſſinenſis ea conditione eſt liberatus, ut mille ſolveret libras Jonatæ, *Poſt hæc* (ait Petrus Diaconus cap. 14.) *idem Comes ad monaſterium veniens, idem Abbas dedit ei libras centum, et alias centum* ac-

Digitized by Google

*accommodavit. & Comes Adenulfus dedit in civitate illius de S. Urbano omnes illos, quos beata memoria domnus Deſiderius Abbas cum eo concambiaverat, cum omnibus eorum pertinenciis in integro, &c. tali tenore, ut proxima Paſchali feſtivitate veniente, uſque ad aliam Reſurrectionem, &c. ſi Comes Adenulfus reddiderit centum libras &c. reddantur ex integro ipſi ſupradicti homines: Si vero ad prædictum terminum eaſdem libras non reddiderit, per cartam legaliter ſcriptam, teſtibuſque roboratam amittat omnes homines jamdictos cum omnibus illorum pertinentiis &c. & refutavit terram huic monaſterio pertinentem, quæ eſt ad Petram ſcriptam, quam poſt mortem patris ſui idem Comes ab hujus loci dicione ſubduxerat. Adveniente vero reddendi pretii termino ab Oderiſio Abbate Adenulfus Comes conventus, ut ſupradictas libras Caſſinenſi cœnobio redderet, ſe non habere profeſſus eſt, unde has nobis reſtituere poſſet.*

Teudi Oblatio. Poſt relatam vero quarumdam eccleſiarum donationem, a Pandone Venafri comite cœnobio Caſſinenſi factam, ſubdit. cap. 15. Petrus: *Sed, & Teudus vir nobilis obtulit huic ſancto cœnobio eccleſiam S. Petri ſubtus caſtrum Murolu, S. Angeli, & S. Martini ſupra caſtrum eundem, nec non octo familias hominum, quorum nomina hæc ſunt: Aſpranus cum familia ſua &c. hos omnes cum univerſis ſubſtantiis ſuis in hoc loco devotiſſimus obtulit &c.* Hæc Teudi oblatio repcritur in regeſto Petri Diaconi nu. 556. fol. 234.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni anno ab incarnatione ejuſdem milleſimo nonageſimo quarto, ſecunda indiccione. Temporibus domni Urbani Papæ menſe Januarii nono Kal. Februarii. Ego Teudo Domnus Caſtrorum Sculcula & Muroli, quam & areis Vitolini, divina compunctus clemencia offero, & trado pro redempcione animæ meæ, & uxoris meæ Mariæ, & animas parentum meorum beati Benedicti quod ſitum eſt in caſtro Caſino ubi nunc praeſt domnus Oderiſius venerabilis Abbas, unam eccleſiam S. Petri cum omnibus ſuis pertinenciis, & alia eccleſia S. Angeli, & eccleſia S. Martini, cum omnibus ſuis pertinenciis in manibus domini Amici Presbiteri, & domni Prudenti. Prima eccleſia S. Petri eſt ſubtus caſtro Murolu. Aliæ autem duæ eccleſiæ ſunt in monte ſupraſcripti Muroli, as autem dono, & trado cum ſuis omnibus quæ modo tenet, & tenere debet in monaſterio Caſſinenſi tradidi autem illas in preſencia Pandolfi judicis, & Franconis filii Fuſconis Verolanes civitatis Baſſis Salernitanus, & Fuſco filius Pandulfi judicis Ego qui ſupra Teodo conſenſiente, & mecum ſimul peragente jamdicta Maria conjuge mea, ut dictum eſt optuli & tradidi per manus ſupradictorum Caſſinenſium, habendo ſecum Advocatum nobilem virum Oderiſium de Babuco ſocerum meum perpetuo jure deinc tenendum ſupraſcripta omnia cum octo maſibus hominum, quorum nomina hæc ſunt, Aſpranus, Mabbo, Joannes de Silva de Muri, & filii presbiteri Benedicti de Merco, Joannes de Adammo cum filiaſtro ſuo, Leo de Raineri, Amato de dato, Joannes Silbii, dominandum, ordinandum, fruendum juxta voluntatem ſupraſcripti Abbatis, vel ſucceſſoribus ſuis, nihilque mihi inde, vel uxori meæ, vel meis heredibus reſervavi, nec alicui homini dixi remanere. Obligo me, meoſque heredes ſemper defendere, & anteſtare ab omnibus hominibus, ab omnique partibus, ſi autem ut dixi defendere non potuerimus, aut noluerimus, vel ſi hanc cartam noſtræ oblacionis, atque tradicionis refutare vel minuare temptaverimus, aut hanc noſtram oblacionem, atque tradicionem removere queſierimus, componamus in præfato monaſterio centum libras auri puriſſimi, inſuper optamus, atque obligamus nos, noſtroſque heredes perpetuitate hereditatis vinculo innodari, & hac cartula de quibus continet, firma, & ſtabili permaneat ſemper. Nos vero taliter qualiter nobis congruum fuit fecimus, quod tibi ſupraſcripte Pandolfe judex, & notarie ſcribere juſſimus, & ut magis, ac magis noſtra roboraretur oblacio, atque tradicio, poſt deſcriptos teſtes noſtro ſigillo ſignari voluimus. Actu Campania loco Sculcula. Ego Romoaldus de civitate Trecentu huic ſupraſcripti teſtes, ego Barone de Terrici, Joannes Maria de Babucu, ego Benedictus, ego Punzo Berulano, ego Pandulfus judex poſt teſtes hos complevi.*

Anno inſequenti Richardus II. Capuæ princeps monaſterio S. Angeli ad Formam omnia bona confirmavit a Richardo avo ſuo, & Jordane patre illi conceſſa hoc privilegio, quod ex ejuſdem monaſterii regeſto p. 46. damus. Richardi II. Principis S. Angelo conceſſum Privilegium Primum.

*Notum ſit omnibus ſanctæ eccleſiæ catholicæ filiis. Richardum principem avum meum eccleſias, & Monaſteria dilexiſſe, cenovia conſtruxiſſe, iterque eciam & monaſterium S. Angeli, qui dicitur in Formis feciſſe, eumque terris vineis, ſilvis, hominibus, eccleſiis, ac diverſis opibus ditaſſe. Quo defuncto Jordanum principem patrem meum omnia, quæ eidem monaſterio Richardus princeps pater ejus avus meus dederat confirmaſſe, ipſumque poſtmodum quamplurima eidem cœnobio contuliſſe. Ego autem ſecundus Richardus divina ordinante clemencia Capuanorum princeps pro ſalute animarum illorum principum parentum meorum, & meæ, ac ob ſtatum noſtri principatus interventu domni Petri Prepoſiti ejuſdem monaſterii, & domni Joannis venerabilis Averſani epiſcopi, & Mainardi Monachi, & Rodulfi de Mucegroſſa, & Stancionis, vice principis, ac Quiriaci judicis. Omnia quæ ſupraſcripti principes jam prephato monaſterio S. Angeli ſubdito monaſterio S. Benedicti montis Caſini, cui domnus Oderiſius venerabilis Abbas praeſt dederunt, & per principalem ſcriptum confirmaverunt. Per hujus conceſſionis meæ paginam concedo, & confirmo eciam quæ ego ipſe poſtea tribui, & quæ eidem pertinent monaſterio, & quæ poſſidet, & dominatur. Illius vero loci finis, in quo poſitum eſt monaſterium præſcriptum. Primum indico: ſic concedens, & confirmo, ex una vero parte ſunt cava Cimentarea qualiter pergitur per eccleſiam S. Marcelli, & ad terram quæ dicitur de Bertariſchi, & qualiter vadit per ipſa terra de Bertariſchi, & vadit ad Canalem, quæ deſcendit de Aſculcule, & qualiter aſcendit per ſuper adſcriptum canalem directe ad Trivium quæ conjungitur tres viæ. Una, quæ deſcendit ad S. Marcum, & alia quæ deſcendit ad S. Angelum, & alia aſcendit ad Roccam, & inde qualiter aſcendit per ſuper aſcripta via, quæ aliquantulum vadit ſuper ſcripta Arenaria, & vadit in Monticellum, & ad planam ſuperſcripti Monticelli, quæ eſt ſuper Vallis, quæ vocatur Venula, & incipiente per ſupraſcripta plana per traverſum per Canalem quæ vocatur*

*da Ficu Fuſcule directe in Coſta quæ dicitur turris Veſpulum uſque in ſemitam, quæ deſcendit de ſuper ad ſupraſcripta Rocca, & deſcendit per ipſa ſemita in Monticellum, quæ Ricki bellum vocatur, & inde qualiter deſcendit ad Terram S. Vincencii, & per terram S. Benedicti Majoris conſtructi in Capua, & aliquantulum per Terra Auſencii Imperatoris, & per terram S. Vincencii, uſque ad ſupraſcriptas Cavas cimentarias. Item concedo, & confirmo prædicto monaſterio quidquid continetur in cartula oblacionis, quam præſcriptus Richardus princeps avus meus eidem monaſterio obtulit, videlicet Sarzanum, & homines, & Terras a S. Martino, qui dicitur ad Lavem, & per ipſum Battitizzum ubi nunc ſedent homines preſcripti monaſterii, & uſque adventum vanum. Concedo quoque, & confirmo prephato monaſterio eccleſia S. Angeli, & eccleſia S. Agathæ ſita foras muro Averſano, cum hominibus, & terris, & univerſis ſuis pertinenciis, in Capua eccleſiam S. Angeli de Olaldiſchi cum terris, & ſervis, & univerſis ſuis pertinenciis; & eccleſiam S. Benedicti Piczoli cum eccleſiis, & terris, & univerſis ſuis pertinenciis. Et eccleſiam S. Rufi, cum omnibus terris, & ſervis, & univerſis ſuis pertinenciis foris & intus Capua, qualiter antiquitus pertinuerat præphatæ eccleſiæ quovis modo, & terras, & ſilvas, & paſcua, & paludes, & aquas, & piſcaciones, & ſervos, & ancillas, & curtiſannos, & aldios, & aldias in finibus Canciæ, & univerſa, quæ ſupraſcripta eccleſia S. Rufi, & rectores ejus jam per triginta annos, & eo amplius a parte principis Richardi Avi mei, & Jordanis principis Patris mei tenuerunt, & poſſiderunt, quæ eciam aliquando fuerunt quorumdam Fratrum Guidonis, & Landulſi, qui fuerunt filii cujuſdam Landonis qui dicebantur caputi, qui eciam prædicti tempore prædicti Richardi principis avi mei contra ejuſdem animam principis cogitaverunt, & inimicos intra provinciam ejus invitaverunt, celaverunt, & annonam dederunt, ob quas culpas res illorum fiſco præphati principis avi mei ſecundum Langobardicam legem devenerunt, quæ eciam & prephato Richardo principi, avio meo, & Jordaneo principi patri meo meque, & mihi per convencionem a Capuanis dimiſſa ſunt, & per Sacramentum firmata, & homines de Camiliano videlicet filios cujuſdam Summi, quæ eccleſiæ ſunt intra Capuam. Concedo quoque & confirmo præphato monaſterio S. Angeli eccleſiam S. Petri de Scaphati cum monaſteriis, ſervis, & terris, & univerſis ſuis pertinentiis, & homines, & terras, quæ ſunt in loco qui dicitur ad S. Heraſmum ſicut continetur in cartula oblacionis, quam avus princeps Richardus fecit exinde prædicto monaſterio & pater meus Jordanus princeps confirmavit, & terram & Caſtanetum, quæ ſunt prope loco, qui dicitur Battitizzu pro ſervicio oſpitum, omnia autem præphato monaſterio S. Angeli in perpetuum confirmo, & concedo ad poſſeſſionem, & poteſtatem, & dominacionem ipſius, & prædicti domni Petri venerabilis Præpoſiti ejuſdem monaſterii, & ejus ſucceſſoribus faciendo exinde regulariter quidquid eis placuerit, remota omni contrarietate, & moleſtacione omnium mortalium. Quod ſi quis hujus meæ conceſſionis, & confirmacionis pagine contemptor, aut violator eſſe preſumpſerit, centum libras auri puriſſimi perſolvat, medietatem meo ſacro palacio, & medietatem prephato monaſterio S. Angeli, & domno Petro venerabili Prepoſito prædicti monaſterii, ejuſque ſucceſſoribus, ſolutaque pena librarum, hac mea conceſſio, & confirmacio firma munita, atque inviolabilis maneat in perpetuum, & ut hoc firmius credatur, & diligencius obſervetur, manu propria ſubſcripſi & noſtri ſigilli impreſſione juſſi decorari, & inſigniri.*



*Ex juſſione Sereniſſimæ poteſtatis ſcripſi ego Quiriacus judex in anno dominicæ Incarnacionis milleſimo nonogeſimo quinto, & quinto decimo anno Principatus ipſius Doñi Richardi glorioſi Principis. Datum Averſæ ſeptimo decimo Kal. Octobris per indiccionem quartam.*

Diplomatis hujus indictio a menſe Septembri ſumit initium.

Aliud ejuſdem Richardi privilegium extat in eodem regeſto pag. 49. a t. & ſeqq. Alterum ejuſdem Diploma·

*Notum ſit omnibus ſanctæ, & catholicæ eccleſiæ filiis, Richardum principem avum meum eccleſias Dei & monaſteria dilexiſſe, cenovia conſtruxiſſe, inter quæ eciam & monaſterium S. Angeli, quod dicitur in Formis a novo fundamine reſtauravit. Cumque terris, vineis, & olivetis, ſilvis, paſcuis, hominibus, eccleſiis, ac diverſis opibus ditavit, quæ defuncto Jordanus princeps pater meus omnia, quæ eidem monaſterio prephatus Richardus princeps avus meus dederat confirmavit, ipſeque poſtmodum quam plurima eidem cœnovio contulit. Quadam vero die ego ſecundus Richardus divina ordinante clemencia Capuanorum Princeps, cum aput prædictum monaſterium ſancti Angeli oracionis cauſa jam haberem, fratres qui tibi Deo jugiter ſerviebant a magnitudine mea firmitatis apices donorum omnium, & conceſſionum, quæ principes præmemorati fecerant Deo, & eorum monaſterio me offerre poſtulaverunt. Quorum peticionibus digne obtemperans fieri procuravi, ex interventu igitur eorum & conſilio Rainulſi filii Gualonis, & Rainaldi Lupini dilectorum Baronum meorum per librum obtuli, & per paginam hujus præcepti tradidi, conceſſi, & confirmavi omnia quæ ſupraſcripti principes jam prephato monaſterio S. Angeli ſubdito monaſterio S. Benedicti montis Caſini, in quo nunc domnus Oderiſius venerabilis Abbas præeſt dederunt, & per principalem ſcriptum conceſſerunt & confirmaverunt per hujus quoque conceſſionis meæ paginam concedo, & confirmo eciam, & quæ ego ipſe in eodem S. loco poſtea tribui, & quæ eidem pertinet monaſterio, & quæ nunc poſſidet, & dominatur,*

Digitized by Google

tur, illius vero loci fines in quo poſitum eſt præſcriptum monaſterium. Primum ſic indico: Ex una parte ſunt Cavæ cimentareæ qualiter pergitur per eccleſiam S. Marcelli, & ad terram Bertariſki, & qualiter vadit per terram de Bertariſki, & vadit ad canalem quæ deſcendit de Aſcule, et qualiter aſcendit per ſupraſcriptum canalem directe ad Trivium, quod cunjungitur tres viis, una quæ deſcendit ad S. Marcum, et alia deſcendit ad prædictum monaſterium, et alia aſcendit ad Roccam, et inde qualiter aſcendit per ſupraſcriptam viam quæ aliquantulum vadit ſuper criptam arenariam et vadit ad monticellum, et ad planam ſupraſcripti Monticelli, ubi eſt pleſcum, quæ ſunt ſuper Vallem, quæ vocatur Venulæ, et incipiente per ſuperſcripta plana per tranſverſum per canalem quæ dicitur de Ficu Fuſcula directe in coſta, quæ dicitur turris Veſpuli, uſque in ſemitam de ſuperſcripta Rocca, et qualiter deſcendit per ipſam ſemitam in Monticellum qui Rickibellum vocatur, & inde qualiter deſcendit ad terram S. Vincentii, & per terram S. Benedicti majoris conſtructi in Capuam, & aliquantulum per terram Oſencii Imperatoris, & per terram ſancti Vincencii, uſque ad prædictas Cavas Cimentarias. Item concedo, & confirmo præſcripto monaſterio S. Angeli quidquid continetur in cartula Oblacionis, quam præſcriptus Richardus princeps avus meus eidem monaſterio obtulit, videlicet Sarzanum, & terras, & homines, qui ibi commorantes ſunt vel fuerint, cujus fines ſic indico. Incipiente a Trivio de S. Martino qui dicitur ad lavem, & deſcendente per viam uſque ad fluvium, & inde aſcendente per Battitizzum ubi modo reſident homines ſupraſcripti monaſterii, & qualiter pergitur uſque in Ventum vanum; concedo quoque eidem monaſterio caſtanetum qui eſt prope locum, qui dicitur Battitizzum quem Jordanus princeps pater meus eidem monaſterio dedit pro ſervicio hoſpitum, concedo quoque, & confirmo eidem monaſterio homines, & terras, quæ fuerunt Petri de Roſella, & Germani ejus, & homines Gregorii Comitis palacii quomodo ſunt commorantes in loco S. Heraſmi ſicut cartula oblacionis continere videtur, quam præſcriptus Richardus princeps avus meus eidem monaſterio S. Angeli fecit, & terras, quæ ſunt in Ponticello, & in Caſa alba, & in S. Priſco, & ubicumque ſunt terræ ipſe in partibus veteris Capuæ, concedo eciam & confirmo præfato monaſterio eccleſiam S. Angeli de Olaldiſcki quæ eſt conſtructa in Capuam cum terris, & ſervis, & ancillis, & cum omnibus ſuis pertinentiis, eccleſiam S. Benedicti Pictuli cum eccleſiis & terris, & univerſis ſuis pertinentiis, ſimili modo. Concedo, & confirmo prædicto monaſterio S. Angeli, eccleſiam S. Rufi, quæ eſt ſita in Capua cum omnibus terris, & ſervis, & ancillis ſuis, & aldios, & aldias pertinentes cum ſilvis eciam pratis, paſcuis, atque paludis, & cum univerſis pertinenciis ſuis tam intus Capue, quam, & de foris, qualiter antiquitus pertinuerunt præfatæ eccleſiæ, & eccleſiæ quæ ſibi pertinent, & nunc reſidet, & terras eciam, & ſilvas, & paſcuas, & paludes, & aquas, & piſcationes, & ſervos, & ancillas, & aldios, & aldias, in omnibus eorum finibus, & univerſa, quæ ſupraſcripta eccleſia S. Rufi, & rectores ejus jam per triginta annos, & eo amplius a parte prædictorum principum tenuerunt, & poſſiderunt quæ fuerunt ſcilicet quorumdam fratrum videlicet Guidonis, & Landenulfi, qui fuerunt filii cujuſdam Landonis, qui vocabatur Caputi, qui videlicet tempore prædicti Richardi principi avi mei contra ejuſdem animam principis cogitaverunt, & inimicos intra provinciam ejus, invitaverunt, celaverunt, & annonam ejus dederunt ob quam culpam omnis res illorum jure Langobardico fiſco prænominati avi advenerant, que res eciam præfato Richardo avo meo, & Jordano principi patri meo, mihique per convencionem a Capuanis dimiſſa ſunt, & per ſacramentum firmata. Concedo quoque prædicto monaſterio S. Angeli homines de Camiliano videlicet filios omnes cujuſdam ſummi & concedo eidem monaſterio, & confirmo eccleſiam S. Petri de Scaphati cum monaſteriis, ſervis, & terris, & univerſis ſuis pertinenciis, & eccleſia S. Agathæ, quæ ſita eſt prope muros Averſanæ urbis, cum omnibus terris, & hominibus, & univerſis ſuis pertinenciis, & eccleſiam S. Leonis, quæ ſita eſt foris muros Sueſſæ civitatis cum omnibus ſuis pertinentiis, concedo quoque, & confirmo in eodem monaſterio eccleſiam S. Benedicti, quæ dicitur a Adalſianam, quæ ſita eſt in finibus Cancie prope caſtello, quod dicitur ad mare cum terris, & ſilvis, & paſcuis, & piſcacionibus, & cum omnibus ſuis pertinenciis. Concedo quoque eidem monaſterio unam peciam de terra quæ dicitur campu cotidianu prope Saxeta, quæ ego prænominatus ſecundus Richardus princeps ſupraſcripto monaſterio S. Angeli per preceptum tribui. Item concedo, & confirmo eidem monaſterio S. Angeli omnia, quæ Paldi Comes de Benafro una cum Maria uxore ſua per cartulam offerſionis obtulerunt in prædicto monaſterio S. Benedicti ſita in monte Caſino quæ & ego per præceptum eidem monaſterio conceſſi, & in monaſterio S. Angeli. Concedo quoque in prædicto monaſterio S. Angeli, ut ſi aliquis homo venerit ex aliis partibus licenciam habeat habitandi in terris ipſius monaſterii S. Angeli ad ſervicium Fratrum faciendum, ut nullus homo audeat eos inquietare ſed ſecuri ſerviant in eodem monaſterio, & ejus rectoribus, atque cuſtodibus. Concedimus quoque in prædicto monaſterio S. Angeli unum Sedium Molini, & portum in loco Trifiſco quod olim Pandulfus, qui fuerat princeps Capuanæ civitatis conſtruere fecit, quod nunc deſtructum longo tempore eſt, quod Sedium eſt inter Sedium ulmi, & Sedium ſalicis una cum ripis, & alveo, et poteſtatem, et licenciam habeat pars prædicti monaſterii S. Angeli in ripis ex utraque parte, et in tantum quando dixi de alveo, palos figere, et cluſuriam facere, et molendina, et Piſcaria, et omnem utilitatem eidem monaſterio, omnes præſcriptas eccleſias cum libris, et ornamentis earum, quæ nunc habent, vel habuerunt, et cum univerſis pertinenciis earum, et omnes terras, ut ſupra ſunt ſcripta una cum omnibus inferioribus, ac ſuperioribus earum, et cum viis intrandi et exeundi in eccleſiis, et in omnibus ipſis terris, et cum ſepibus, et limitibus, et univerſis earum pertinentiis ego prenominatus ſecundus Richardus Capuanus princeps in præfato monaſterio S. Angeli per librum optuli, tradidi, et per hujus quoque meæ conceſſionis paginam concedo, et confirmo, ad poteſtatem, et dominacionem prædicti monaſterii S. Angeli, et domni Saxonis venerabilis præpoſiti ſuorumque omnium ſucceſſorum remota omni inquietudine, contrarietate, et moleſtacione omnium principum ſucceſſorum meorum, vel vice

*ce principum Comitum vel vice Comitum, judicum, Sculdahorum, Gaſtaldeorum, aliorumque omnium mortalium, quando ſi qualibet perſona hominum magna, vel parva contra hanc noſtri præcepti authoritatem aliquatenus agere præſumpſerit, aut ejus violator eſſe quolibet modo preſumpſerit, ſciat ſe compoſiturum auri puriſſimi libras centum, medietatem in prædicto monaſterio S. Angeli, & domno Saxoni venerabili Præpoſiti & ſucceſſoribus ejus, & pars prædicti monaſterii, & medietatem meo ſacro palacio ſolutaque pena librarum hujus meæ conceſſionis & confirmacionis pagina munita, & firma, atque inviolabilis maneat in perpetuum. Ut autem hoc meæ conceſſionis, atque confirmacionis preceptum firmius credatur diligenciuſque ab omnibus obſervetur, manu mea propria illud corroboravi inſuper, & mei ſigilli impreſſione inſigniri juſſi.*



*Ex juſſione prephate Sereniſſimæ poteſtatis ſcripſi ego Quiriacus Judex in anno Dominicæ incarnacionis milleſimo nonageſimo, octavo, & octavo decimo anno Principatus ipſius domni ſecundi Richardi glorioſiſſimi, ac magnifici principis Capuæ DAT. in prephato monaſterio menſe Julio videlicet ſeptimo die ſtantis, per indiccionem ſextam.*

Et in hoc Richardi ſecundi privilegio, & in illo Richardi primi, & Jordani I. omnes cœnobii S. Angeli, ejuſque bonorum fines deſcribuntur. Ideo vero Jordanus I. Richardus II., & Jordanus II. monaſterio S. Angeli confirmant eccleſias S. Rufi, S. Petri de Scafato, S. Agathæ in Averſa, S. Benedicti parvi, cum eorum bonis, quæ tamen cœnobio Caſſinenſi conceſſæ jam a Richardo I., & Jordano I. fuerant, ut vidimus cum de eorum privilegiis, quia eas adminiſtrabat Abbatis noſtri juſſu præpoſitus S. Angeli, quod cœnobium Caſſinenſi ſubiectum erat, ut ex iiſdem privilegiis conſtat.

Piorũ hominũ Donationes, potiſſimũ Adelgrimæ.

Ingens bonorum moles cœnobio Caſſinenſi accrevit ex donationibus Balduini domini caſtri Pontis S. Anaſtaſiæ, teſte Petro Diacono, qui ſubdit: *Aldegrima quoque comitiſſa filia Pandulfi principis Capuani habitatrix in territorio Carſeolano in caſtello, quod vocatur Auricula, relicta Raynaldi Comitis filii Berardi Comitis judicavit, & tradidis quatuor caſtella in dicto territorio Carſeolano anno dominicæ incarnationis milleſimo nonageſimo ſexto. Primo quidem caſtellum, quod nominatur Auricula, ſecundum quod vocatur Foſſaceca, tercium quod dicitur Camerata, quartum quod nominatur Piretus: necnon tria monaſteria, videlicet monaſterium S. Johannis cum ipſo oſpitali S. Johannis de Valle Calvula, & S. Petri de Piroto. Caſtella, & monaſteria ſupradicta cum omnibus omnino pertinenciis ſuis.*

Comitiſſa Adelgrima obtulit quatuor Caſtra.

Hujuſce donationis autographum in archivo noſtro aſſervatur.

*In nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, anno ab incarnatione Domini Noſtri Dei eterni anni ſunt 1096. & die menſe Martii per indiccionem quarta. Ego Altegrima Comitiſſa filia qm. Pandulfi qui fuit olim princeps Capuæ habitatrix in territorio Carſulano in caſtello quod vocatur Auricula, & relicta Raynaldi, qui fuit comes in ſupraſcripto territorio Carſulano, & filius qm. Berardi Comes. Declaro me abere rebus pertinentes mihi pro meis racionibus, quæ mihi datum, & traditum eſt a ſupraſcriptu Raynaldu Comes, qui fuit vir meus in die nupciarum, & alia die nupciarum ſuarum, quando me ſibi ſociabi uxore ſecundum lege Langobardorum ſicut mea ſcribtura continet, & declaro adhuc quia a ſupraſcriptu Raynaldu Comes jacebat in lectulo ſuo graviſſima infirmitate, unde ſe putabat de hoc ſeculo bita finire adhuc tamen ſana ſua mente ſecum habendo, & recte loqui balebat & judicabi, adque diſpoſui in præſentia Adenolfi Comitis, & ibi adeſſet Roſelmus fidele ſuo, & alii plures bonorum hominum omnes rebus, & ſubſtanciis ſuis quæ illius pertinebat in territorio Carſulano, ut ego dare pro anima ſua, & mea poſt ſuum obitum in monaſterio S. Benedicti. Set ego qui ſupra mulier nomine Aldegrima Comitiſſa dibina inſpiracione compuncta, ut apud diſtrictum, & juſtiſſimum judicem in extremo examine de peccatis, & offerſionibus meis veniam eternam valeam invenire, bona, & exſpontanea mea voluntate conſentiente mihi ſupraſcripto Adenolfo Comes Mundoalde meus pro redempcione animæ ſupraſcripti Rainaldi Comitis, & mea, & de Maria filia mea, per hanc cartulam judico, & diſpono, concedo, adque trado in monaſterio SS.mi Confeſſoris Chriſti Benedicti, quod in monte Caſino decenter conſtructum eſſe videtur, & ubi ejus corpus ſacratiſſimum eſſe reconditum creditur, in cujus regimen vir reverentiſſimus domnus Oderiſius Abbas habere videtur, hoc ſunt integre quaptuor caſtella, quæ ſunt, & eſſe videntur in territorio Carſulano. Primum quidem caſtellum qui nominatur Auricula, ſecundum vero caſtellum, qui vocatur Foſſaceca. Tercium qui vocatur Camerata. Quarto qui nominatur Peritum, & monaſterio S. Petri qui vocatur Peritus, & monaſterio S. Johannis cum ipſo hoſpitale, & S. Johannes de Valle Calvula. Supraſcripta caſtella cum omnibus pertinenciis ſuis, cum muris, & portis quidem caſtellis, & cum omnibus hominibus ibidem modo habitantibus, & qui amodo ibidem in antea habitaturi erunt, & cum omnibus ſubſtanciis, & poſſeſſionibus eorum ſicut modo poſſidere videntur cum caſis, & terris, montibus, & planis, tam culta quam inculta cum inferioribus, & ſuperioribus ſuis, & ſupraſcripte eccleſiis, cum omnibus eorum pertinenciis cum viis ſuis ibidem intrandi, & exiendi. Hac inquam omnia ſicut ſuperius ſcripta ſunt trado, & offero ego ſupraſcripta Altegrima Comit ipſa in prædicto monaſterio S. Benedicti, & ad ejuſdem monaſterii Abbates, atque re-*

*ctores*

Digitized by Google

*ſtores ad habendum & poſſidendum, & faciendi quidquid eis placuit, & vicem cauſandi, & poteſtatem exinde do ut quemadmodum ego & mei heredes inde facere debemus, ita & tu venerabilis Abbas Oderiſi omneſque tui ſucceſſores ipſius monaſterii rectores exinde faciatis, & obligo me, ego qui ſupraſcripta Altegrima, & meos heredes jam dicto monaſterio S. Benedicti, & tibi Abba venerabili Oderiſi, tuiſque ſucceſſoribus, tota & integra mea judicacione ibidem defendere, & anteſtare ab omnibus hominibus, ſi autem ego qui ſupra Altegrima Comitiſſa vel meis heredes non compleverimus in eodem ſancto monaſterio omnia quæ ſupradicta ſunt, vel ſi hanc cartulam in qualibet parte refutare temptaverimus obligo me, & meos heredes jamdicto S. cœnobio, ejuſque Abbatibus, atque rectoribus componere ibidem auri optimi libras mille, & inſuper omnia ſupradicta ibi complere, & eccleſia judicacion., atque diſpoſicion de omnibus, quæ continet, firma, & ſtabilis permaneat ſemper. Hæc omnia taliter ego qui ſupra mulier nomine Altegrima largiente me Adenolfo Comite ſicut mihi actu, & congruum fuit pro anima ſupraſcripti Rainaldi Comitis, & anima mea, & de Maria filia mea fecit, unde pro ſtabilitate veſtra me Rainaldu judices, & notarius ſcribere rogabitis. Actum eſt in Carſolis menſes, & indiccio ſupraſcripta feliciter. ✠ Signum manu Altegrimæ Comitiſſa, quæ ac cartulam fieri rogavi, & ſignum Crucis fecit. ✠ Signum manus Rainaldi de Berardi de Acto rogatus teſtis. ✠ Signum manus Beraldi de Randiſi rogatus eſt teſtis. ✠ Signum manus Landoni rogatus eſt teſtis. ✠ Ego qui ſupra Rainaldus judex, & notarius complevi, & finivi, & reddidi.*

Cum in hoc diplomate Aldegrima habitatrix territorii Carſolani dicitur, dominam fuiſſe intelligendum, nam, ut advertit eruditiſſimus Peregrinius de Stemmate Principum Langobardorum p.285. *Huc referendum, quod paſſim in antiquis cartulis legitur, Urbium, & oppidorum dici habitatores, quos eorumdem dominos fuiſſe conſtat, ſicuti, ut domeſticum afferam exemplum apud Petrum Diaconum in Auct. ad Oſtien. lib. 4. c. 16. Adelgrima Comitiſſa filia Pandulfi principis Capuæ relicta Rainaldi Comitis, filii Berardi Comitis, appellatur habitatrix in territorio Carſeolano in caſtello, quod vocatur Auricola. Hoc igitur pacto antiqui dynaſtæ loca, quibus præſidebant cum inhabitarent factum puto, ut ii ex ipſis municipiis ceu communes, cæterique alii municipes, ſed per quantam antonomaſiam municipales deſumerent denominationes, quas poſtmodum eorum filii, & nepotes, qui poſt longum annorum ordinem avitas retinuerunt dynaſtias, taliaque de avo in avum ſervarunt vocabula in gentilitia tandem cognomina commutarunt, ſub tempore ſcilicet Normanorum, quando talem increbuiſſe cognominum conſuetudinem facile eſt advertere &c.* Aldegrima in ſtemmate principum Langobardorum a Peregrino ponitur.

Urbani II. Privilegium.

Subdit Petrus Diaconus cap. 17. *Tunc temporis Abbas noſter Oderiſius a præfato Urbano Papa privilegium generale accepit, de libertate hujus cœnobii tam in capite, quam in membris eccleſiarum, atque caſtrorum &c.* Hujuſce privilegii, quo anno 1097. plura Urbanus ſecundus cœnobii Caſſinenſis bona confirmat, hæc ad rem noſtram verba maxime conferunt. *Item civitatem, quæ dicitur S. Germani poſitam ad pedem ipſius montis, & caſtellum S. Petri, quod ab antiquis dictum eſt caſtrum Caſini, caſtellum S. Angeli, Pinniatarium, Plumbariola, Peſdemonte, Juncturas, S. Ambroſii S. Apollinaris, S. Georgii, Vallisfrigida, S. Andreæ, Vantra Monaſtica, Vantra Comitalis, S. Stephani, Terami, Fracta, Mortula cum ipſa curte, quæ dicitur caſa Fortini, S. Salvatoris, qui vocatur Cucuruzo, Turrem ad mare juxta fluvium Garelianum, S. Petri in Flia, S. Victoris, Torocla, Cervaria, S. Heliæ, Valle rotunda, Sarraceniſcum in Marchia Teatina, caſtellum, quod dicitur Laſtinianus, montem Alberici, Mucclas, S. Quirici cum Portu, Friſa, S. Juſtæ. In Comitatu Aſculano caſtellum, quod dicitur Octavus, & poſt montem Cinianum, & Trivilianum, & Cavinum. In Principatu caſtellum, quod dicitur Ripa urſa, Monſbellus, Petrafracida. In Comino caſtellum quod vocatur Bicalvum. In Marſi territorio Carſeolano caſtellum, quod dicitur Auricula, Piretum, rocca, quæ dicitur in camerata, & Foſſaceca. In Calabria Cetrarium, &c. In territorio Trajano Caſtellione de Baroncello, &c.* Hic, atque in aliis hujuſcemodi privilegiis plura reticentur caſtra, quæ cœnobium Caſſinenſe tunc temporis poſſidebat, ut ſupra eſt demonſtratum, puta Balneum, Civitella, Fractura, Collis S. Angeli, Aquafundata, Cardetum, Lucus, Sujum, Spinium, aliaque plura. Qui id factum neſcio. Forte in Syllabo Cancellariis exhibito non erant adnotata.

Donatio cœnobio S. Petri Imperialis facta.

Anno 1096. Auguſto menſe donatio hæc facta eſt cœnobio noſtro S. Petri Imperialis apud Tarentum quæ ex autographo ſic incipit.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab Incarnacione ejuſdem milleſimo nonageſimo ſexto, menſe Auguſtus, quarta indiccione. Ideoque nos Goffreda, & Rao filii Umfreda de monte Scavioſo, inſpirante te nos divina clemencia offerimus Deo, & S. Petri apoſtoli, qui fundatum eſt in civitate Taranto ſuper nomen Imperiali, & tibi domno Joanne Priore eadem eccleſia, hoc eſt hunum homo nomine Leo clericus, & Mater ejus, & duo fratres ejus, ut ab hodierna die antea firma, & ſtabilis permaneat noſtra offercio, quæ nos pro anima noſtro patre, & pro anima noſtra matre, & pro anima noſtra, & de parentes noſtri facimus ad nominata eccleſia, ut firma, & ſtabilis permaneat cunctis diebus uſque in perpetuum, ut neque nos, neque ſucceſſores noſtros non faciat illi exinde aliqua contrarietate, & quicumque irrumpſerit noſtra offerſio, fiat maledictus, & ab omnino excommunicatus, & quicumque obſerſervaverit ea, quæ offerta ſunt a nobis habeant benedictionem celeſtem, atque terreſtrem, & fiat participem in oracio S. eccleſiæ uſque in perpetuum & in ſecula ſeculorum Amen, quam te qui ſupra Joanne Protonotario ſcripſi pro commutacione jam nominati mei ſeniores. Actum Monte Scavioſo menſe, & indiccione prænominata. † Signum manus Joffreda de Monte Scavioſo. † Signum manus Rao Machabeus, † Signum manum Aſgor. teſtis ſum. † Signum manum Capitivote teſtis ſum: Sta. firmiter eſt teſtis hujus* . . . . . . . .

Hanc quidem donationem ideo retulimus, quod a Goffredo montis Caveoſi Comite Unfredi filio ſit facta, quem perperam Guillelmus Tyrius Unfredum appellat. Inter præcipuos ille numeratur

ratur

ratur generoſos milites, qui ad ſepulchrum Domini vindicandum perrexere cum Boamundo, annoque 1097. in celebri habito cum barbaris prælio, in quo tres cœlites albis equis inſidentes pro fidelibus pugnaſſe viſi ſunt, fortiter pro Chriſto pugnans cecidit Kal. Julii a bonis omnibus ſumme deſideratus, potiſſimum vero a Boamundo conſanguineo. Vid. Petrus Diac. cap. 11., & Anonymus de Bello Sacro a Mabillonio editus To. I. Muſæi Italici p. 189. Ordericus Vitalis ad eum annum aliique.

Plura a Caſſinatibus recuperata.

*Per hos dies*, ait Petrus Diaconus cap. 18. *idem Abbas Oderiſius per Georgium monaſterii ſui Monachum Henrico IV. Imperatori literas deſtinavit per quas ſe Deſiderio in monaſterii regimine, & in imperatoris fidelitate, & ſervitiis ſucceſſiſſe monſtravit, quo etiam tempore jamdictus Frater Georgius in præſentia prædicti imperatoris Henrici, & Henrici quinti filii ejus, & Mathildæ Comitiſſæ proclamationem fecit de poſſeſſionibus cœnobii Caſſinenſis apud Liguriam conſtitutis, quæ patri Benedicto Ayſtulfus, & Deſiderius reges Langobardorum, nec non Karolus, Pipinus, & Lotharius imperatores, ac ceteri Deum timentes conceſſerant. De monaſterio S. Benedicti in Perſiceta territorio Mutinenſi intra fines fluvii Fuſculi, & limitis Malmeniliaci, quod videlicet Petrus Dux civitatis Ravennæ beato Benedicto ſub Abbate Angelario obtulerat cum tota curte Perſiceta, & curte de Greniano, & curte de Monterione cum molendinis duorum fluviorum, ideſt Fuſculi, & Gallici, deinde monaſterium S. Mariæ in Laurentiatico ultra fluvium Gallicum inde non longe eſt monaſterium S. Dompnini in curte Argelle, una cum ſilva alta, & ſilva majore, & tota piſcaria quæ dicitur Caucenna uſque in fluvium Gambacane, & uſque in Roſalese, & uſque in curte Ragoguſula, deindo ſubtus viam publicam monaſterium ſancti Vitalis cum tota curte Calderaria prope Caſtrum Sala monaſterium S. Joannis in Fraſſenetula cum tota curte ipſa uſque ad ſtratam petroſam ſitam prope caſtrum Cedula, monaſterium S. Martini, juxta ſtradam petroſam, in caſali Marciano cum tota ipſa curte prope caſtrum Unciola, & omnia dompnicalia. Monaſterium S. Salvatoris in Ponte longu cum tota eadem curte per Comitatum Mutinenſem, manſos terræ XXX., & jugera LX. unum. In pertinencia de Montirone ex ſuperiori, & inferiori parte ipſius caſtri quamplurima petia de terra, & molendinum in loco, qui dicitur Campaltus in fluvio Fuſculo, & curtes, quæ ſunt in Penſelio, quæ Berta filia compalatii Ticinenſis obtulit beato Benedicto infra hos fines. Ab Oriente limes Biſentulæ. A meridie via, quæ appellatur Major, & limites de Meleandroni. Ab Occidente flumen Riolum ſubtus Caſtellione, in Poſtumiano ſex, in Laino jugera II. Hec in quamomnia cum univerſis pertinenciis, & appendiciis ſuis in circuitu, cum caſalibus, fundis, & cum dompnicalibus, cum villis, ruſticis colonis utriuſque ſexus, cultum incultum, diviſum, indiviſum, ſubter, & ſuper ad jus pertinuerant antiquitus monaſterii Caſſinenſis, de his omnibus Imperator, veritate cognita Mathildæ Comitiſſæ præcepit, ut cuncta jam dicta eidem Fratri reconſignaret pro parte, & vice monaſterii Caſſinenſis, centum librarum auri pena appoſita &c.*

Quid *Manſo* ſignificet explicat Nuceus in notis ad hoc caput, & Du-Cangius in Gloſſar: ait: *Manſus, vel Manſa, aut Manſum (trino enim genere hæc vox effertur) definitur a Ceſario Prumienſi, apud Brouverum in Hyſtor. Fuldenſi p. 208. Villa, aut locus familiæ: a Sirmondo, Fundus cum certo agri modo: a Bignonio Vivula Coloni unius habitationi propria: ab Alvarotto, Zazio, & aliis Italis quibuſdam ſcriptoribus, quantitas terræ, quæ ſufficit duobus bobus in anno ad laborandum: denique Papiæ Manſus dictus a manendo, quod integrum ſit duodecim jugeribus, ex quibus conficitur revera manſum fuiſſe certam agri portionem, quæ & coleretur, & in qua coloni ædes eſſet, &c.*

Privilegium Richardi II. S. Angelo ad formi conceſsũ

Richardus II. Capuæ princeps anno 1099. cœnobio S. Angeli ad Formam hoc privilegio, quod in regeſto ejuſdem cœnobii pag. 52. & ſeqq. reperitur, territoria quædam, & molendina conceſſit.

*Notum ſit omnibus ſanctæ, & Catholicæ eccleſiæ filiis Richardum principem avum meum eccleſias & monaſteria dilexiſſe, cœnovia conſtruxiſſe, inter quæ eciam & monaſterium S. Angeli, quod dicitur in Formis feciſſe, cumque eccleſiis, hominibus, terris, vineis ſilvis ac diverſis opibus ditaſſe, quo defuncto Jordanum principem patrem meum omnia quæ eidem monaſterio prefatus Richardus princeps pater ejus, avus meus dederat, confirmaſſe ipſumque poſtmodum quamplurima eidem cænobio contuliſſe. Ego autem ſecundus Richardus divina ordinante clemencia Capuanorum princeps, pro ſalute animarum prædictorum principum Richardi ſcilicet avi, & Jordani patris mei, & mea, ac ob ſtatum mei principatus interventu Ivonis economi mei, & Rodulfi de Mucegroſſa meorum Baronum, & dilectorum fidelium, per hoc videlicet principale ſcriptum in perpetuum in prefato monaſterio S. Angeli ſubdito monaſterio S. Benedicti montis Caſini cui domnus Oderiſius venerabilis Abbas, & Cardinalis S. Romanæ eccleſiæ preeſt, damus, tradimus, concedimus, ac confirmamus, quidquid olim Joannes Maledictus cum Maria uxore ſua in prænominato monaſterio per cartulam oblacionis dederunt, & obtulerunt. Quin eciam in prædicto monaſterio S. Angeli ſimili modo in perpetuum do, trado, concedo, & confirmo in territorio Sueſſano in loco Balognu unum Villanum meum Johannem Cumanu nomine cum filiis, & terris, & univerſis ſuis pertinenciis ad faciendum, & perſolvendum ipſe, & filiis ſuis, & heredibus ſuis in prenominato monaſterio omnem cenſum, & daciones publicalia, & ſeadiciones, & omnia alia quæ parti reipublicæ facere, & perſolvere debent aut debuerint. Item in præfato monaſterio per hoc videlicet principale ſcriptum, in perpetuum concedo, & confirmo unum portum, & ſedium de Molendinis, quæ eſt in Triſiſco inter ſedium ſalicis, & ſedium ulmi cum duo molendina, quæ ſunt in una domo edificata, & cum aquis, & alveis, & ripis ex utraque partibus, & cum viis intrandi, & exeundi in eis, & cum omnibus earum pertinenciis, quam & per interventum domni Saxonis venerabilis Prapoſitus ejuſdem monaſterii S. Angeli, & Grimoaldi de S. Juſta & Petro judicis, concedo, & confirmo per hoc videlicet principale ſcriptum in prænominato monaſterio S. Angeli omnes terras, quas homines prædicti monaſterii emerunt, aut infiduciaverunt legaliter ab hominibus Capuæ, videlicet tempore patris mei, vel mei, de illis dico, quos habitantes ſunt in Sar-*

*Sarzano, & Battitizzu; Hæc omnia prædicta qualiter hic ſupra ſunt adnotata, una cum omnibus, quæ inferius, & ſuperius invenitur eſſe in ipſis terris, & cum viis intrandi, & exeundi in eis. Ego prænominatus ſecundus Richardus Capuanus princeps in prænominato monaſterio S. Angeli per hoc videlicet principale ſcriptum in perpetuum do, trado, concedo, & confirmo ad poſſeſſionem, & poteſtatem, & donacionem prædicti domini Saxonis venerabilis præpoſiti, ejuſque ſucceſſorum faciendo exinde utilitatem ejuſdem monaſterii, remota omni contrarietate, & moleſtacione omnium principum ſucceſſorum meorum, vel vice principum, Comitum, vel vice Comitum, judicum Sculdahorum, Caſtaldeorum, aliorumque omnium mortalium perſona. Quod ſi quis hujus noſtræ dacionis, tradicionis, conceſſionis, ac confirmacionis pagine contemptor, aut violator in aliquo eſſe preſumpſerit, quinquaginta libras auri puriſſimi perſolvat, medietatem omnipotenti Deo, & prædicto monaſterio ſancti Angeli, & domno prænominato Saxoni venerabili Præpoſito, ejuſque ſucceſſoribus, & medietatem meo Sacro Palacio ſolutaque pena librarum, hec mea dacio, tradicio, conceſſio, & confirmacio firma, munita atque inviolabile maneat in perpetuum, & ut hoc principale ſcriptum firmius credatur, & diligencius ab omnibus obſervetur, manu propria illud corroboravi, & mei ſigilli impreſſione juſſi inſigniri.*



*Ex juſſione præphatæ Sereniſſime poteſtatis ſcripſi Ego Quiriacus Judex in anno dominicæ Incarnacionis milleſimo nonageſimo nono, & nono decimo anno principatus ipſius Dñi ſecundi Richardi glorioſi principis Capuæ. Datum Capuam menſe Novembrio per indiccionem ſeptimam,*

Roccæ Comitiſſæ oblatio.

Interea Rocca filia Drogoni Comitis, ut loquitur Petrus Diaconus capite vigeſimo: *Obtulit quadraginta, & ſex homines in vico Sellectano, & in Caſtellione ſeptem homines cum omnibus rebus eorum ſtabilibus, vel mobilibus, & filiis eorum, & alios cum reverſi fuerint qui exiverant de ipſis terris, ſed Comes Roggerius Siciliæ, & Calabriæ confirmavit omnia, quæ Rocca neptis ſua huic cœnobio dedit, videlicet omnia illa. quæ in vico Sellectano poſſederat. Pari etiam modo Berardus Comes filius Oderiſii Sangretani Comitis obtulit beato Benedicto totam, & integram pertinenciam, quæ ſibi pertinebat intra fines montis Azze pro paſcuis &c. nec non obtulit cunctum, & inclitum locum qui dicitur de Lacuvivo & cunctum, & inclitum locum qui dicitur Godi, & quantum ſibi pertinuit de Pantana, totamque & integram Claranam, & Muricentum, & Altareoſaniam, & quantum ſibi pertinuit de loco, qui dicitur Saphinum, & campum de Armonia &c. Poſt non multum temporis ſpatium Landulfus Comes filius Laidolſi Comitis obtulit beato Benedicto totam & integram roccam de Camino cum ſuo caſtro, & ſuis pertinenciis, Sequenti autem anno Rocca quam ſupra nominavimus fecit privilegium de hominibus undecim, quos habebat in vico Sellectano cum familiis terris, & vineis eorum, & cum omnibus, quæ ad ipſos pertinebant, Obtulit etiam per privilegium eccleſiam S. Petri, quæ eſt ad Ferulitum, & medietatem eccleſiæ S. Demitrii &c & medietatem de omnibus terris cultis, vel incultis, montibus, planis, aquis, molendinis, Paſcuis, atque paludibus, & portus ipſius maris, auri librarum quinquaginta pœna appoſita,*

Autographum donationis a Rocca factæ in archivo noſtro aſſervatur. Prima.

† *Anno ab Incarnacione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo, atque centeſimo quinto, apud Romanos autem nonageſimo octavo, regnante domino noſtro Rogerio Duce, menſe Februarii, quinta indictione, Ego Rocca filia Dragonis Comiti Domina, & reſidente quæ ſum de caſtello Ullano. Inſpirante me divina clemencia conſideravi apud me ipſa pro ſalute animæ meæ, & de meorumque parentum dari de rebus meis pro anima mea, & de meis parentibus, & pro animabus omnium fidelium defunctorum, hac me denique cogitantem, nullam melioram mihi videtur eſſe ad redimendum peccata, quam qui ſocietatem, & Fraternitatem habet in monaſterio qui ſecundum Deum & regulam S. Benedicti obſervant, Hæc ſtatui in corde meo, atque elegi mihi monaſterium S. Benedicti, qui cognominatur monte Caſino, qui mihi, & omnibus Chriſtianis cognitus eſt, & quod ſancta & religioſa Congregacio Dei ibi eſt, quapropter notiſicavi illud domino Richardo Seneſcalco fratri meo, quam & Alexander filio meo, & Drogoni, & Uberto toti tres biſcerali filii mei, atque mundualdi ut mihi conſilium, & licenciam tribueret hoc opus bonum facientem, & ipſi cognoventem meum deſiderium, quod pro Dei amore, & mercede animarum noſtrarum hoc bolo facere, licenciam mihi tribuerent in omnibus faciendi, cumque ego Rocca accepta eorum licencia convocari feci, at me Johannes Bello, & monachus S. Benedicti, atque Præpoſitus S. Nicolai de loco Sallittano, qui obediencia dignoſcitur S. Benedicti, Monti Caſino, cumque in noſtra veniſſet præſencia ſtatim ego, quæ ſupra Rocca, mea bona voluntate hilari animo offero, atque concedo S. Benedicti monti Caſino, hoc eſt omnia quod viſa ſum habere & poſſidere uno die, & una nocte in eodem vico Sallittano. Iſunt nomina hominum, quos offerro. In primis Andrea Faber, Arnu, Ruſimanno frater ejus, Richo Frater eorum, Urſetta, Nicolaus frater ejus, Petro, & Melis filio Urſo, Leo de Johannis Saraceno, & Leni Mater ejus, Andreas de Lucia, Nicolaus Secebiſe, Urſo Barachalliſe, Bona Mater ejus, Johannes Catharo Mandri, Sikynolfu de Griſa fili. Johannis colli diſſipato, Petro Frater ejus, Nicolaus de Pipino, Johannaci Mauritano frater ejus, Dominico*

Nota diverſitatẽ numerationis annorum a Nativitate Domni Græcorum, & Romanorum.

Digitized by Google

*nico Benedicto Bantriſe, Papa Johannis, Johannaci de Paſcali, Petro frater ejus, Conſtantino de Dauſa: Nicolaus de Fugarda, Michele Paſtinello, Petro Frater ejus, Ademari de ſancti Quadraginta, Baſili de Gardu. Purpure, & Fr. ejus. Coſta de Adelgayta, leto Fugarello. Urſo Fr. ejus. Mauro Fr. eorum, Mile de Alferana, Adelgaita de Mauro minore, Petro Cattivo, Michele Fr. de Andrea Sellaro. Jemmu, Leo Pulejo, Petro de lu Surdo. Andrea Mazunaro. Nicolaus Johannis de Micita. Mutano Archontiſſa. Urſo de Gaviuſo, Maria, & Sanda, Andreas nepos de Andrea faver, & ipſi hominibus de Caſtillione, Urſo de Raynaldo. Guiſardo cog. ejus. Theoderus. Leo, & Nicolaus Fratri ejus, Michele Fr. eorum. Iſti ſupraſcripti hominibus cum omnibus rebus eorum ſtavilibus, vel movilibus, & filiis eorum traſactive offero eidem ſancta eccleſia ſimiliter, & hominibus, qui ſunt exuti, ut quandocumque revertuntur in ipſa Terra, & ipſi ſimiliter fiant ejuſdem S. Eccleſia. Iterum concedo, & offero cœnovii S. Benedicti, & S. Nicolay de Sallitano ipſe me culture, & terre alie, qua mihi in eodem loco videtur habere, ideſt in ipſo Cornito de quibus dicimus fines. In primis ſicut deſcendit Rio Rodani uſque in Finitella exepto ipſa terra quod tenet Raineri per pars Donniza Socera ejus, & deſcendit Finitella, uſque in ipſa Petra ficta, & aſcendit uſque in ipſa Aqua viva, & vadit per ipſa aqua, uſque in ipſe terre de li Septepani, ubi eſt alia fin, & quomodo aſendit ipſa via, & conjungitur in alia fin de li ficatelli, & tenet per ipſo Timone uſque in ipſa via qua pergit ad Biſuniano, & aſcendit ipſa via uſque in ipſi alia via puplica, & vadit ipſa via uſque in fluvio Tbule. Hæc omnia qua ſupra ſcripta ſunt, vel quidquid mihi pertinet de Sallittano tam de hominibus, quam & de rebus ſtabile, ideſt vineis & terris, & quicquid ego tenui totum & inclitum offero, & concedo S. Benedicti, & per hac cartula trado tibi qui ſupra Johannes Monachus pro vice dño Oderiſio Abbas S. Benedicti, & Cardinalis, ut omni tempore ſit firmum, & ſtavilis ejuſdem ſancta eccleſia, ad ſalutem & remedium anima mea, & de patri meo, & matre, & de omnium meorum parentum vibis atque defunctis, & ut omni tempore habeamus partem, & ſocietatem in omnibus benefactis ejuſdem monaſterii, & quicumque hac mea oblacio diſtraere, aud tollere queſierit eſtigante Diabolo, de ipſa ſancta eccleſia ſive ego haud meos heredes per quodlibet ingenium. In primis fiat maledictus, & anathematizatus a Patre, & filio & ſpiritu ſancto, aglorioſa Dei genitrix virgo Maria, & a quadtuor Evangeliſtis, & a duodecim Apoſtolos, & a tricenti decem, & octo Patres ſanctos, & da ipſa ſancta eccleſia cui cauſa conceſſitum eſt ad ſalutem vivorum, anc mortuorum, & cum Juda traditore Domini noſtri Jeſu Chriſti in die tremendi judicii ſit innodatus, & alimina ſancta eccleſia ſit ſegregatus ſi ad ſatisfaxionem & ad mendacionem non venerit hac cartula firmavi atque tradidi eidem ſancta eccleſia praſencia ſupter ſcriptorum teſtium, ut omni tempore ſit firmam, & ſtavilis ad honorem, & proficuum ſancta pranominata eccleſia. Nam & ego qua ſupra Johannis Monachus, & Propoſitus S. Nicolai poſtquam a te Domna recepi hac ſupraſcripta offereio in vice Domno meo Abbatis concedo tibi, & Alexander filius tuus quemadmodum vos mihi poſtulaſti, ideſt ut de ſupraſcripta rebus quem vos offeruiſti, ut teneatis exinde terre in ſeminacione capiente modia centum ad modio de quatuor Criva pro quo diebus vita veſtra recognoſcatis illud pro ipſa S. eccleſia, & pro Abbatibus ejuſdem cœnovii pro quo defenſores, & ajutatores fiatis de ſupraſcripta veſtra offercione noſtra S. eccleſia, & per ſingulos annos de victum quem ibi feceritis recognoſcendi nobis dictis ipſa decima, & poſt ovitum veſtrum revertad in poteſtate eccleſia. Nam & aliud tibi Domina repromitto, ut dñus meus Abbas per ſingulos annos faciad commemoracionem adque menſa ad ſenioribus monti Caſino duobus vicibus in anno pro animabus viri tui, & pro cunctis fidelibus defunctis. Quod ſcripſi ego Andreas notarius juſſu pradicta Domna R. per menſem, & indic. ſupraſcrita. † Ego Guidelmo Archcipreſbiter, Drogoni, & Ubberto qui ſumus filii pradicta Domina teſti ſumus. † Signum manum Angeri Jener, qui ſum Guidelmo filius Robberto. † Signum manum Guidelmo Graſſo. † Signum manum Oſmundo de lu Circlaro. † Signum manus Petro deſfacto. † Signum manum Guidelmo Calcavilla.*

Quomodo hæc Fraternitas, ſeu ſocietas monaſteriis extraneis, clericis, atque laicis a Monachis concederetur, explicat eruditiſſime Edmundus Martene de Antiquis Monachorum ritibus a pag. 845. ad 850., & Nuceus in notis ad cap. 51. Chron. Caſſinen. lib. III. In hac Roccæ oblatione ſeptem annos æra chriſtiana prorogatur, Græcorum certe more, qui in Apulia plurimum dominaverant, quorumque ritum forſan ſectabatur Rocca cum Romanum etiam computum nominet. Hæc quidem carta demonſtrat vera loquutum Petavium de Doctrinâ Temporum lib. 9., & lib. 12. cap. 5., & in Auctario lib. 8. Hervartum in ſua chronologia, & Bollandum in vita S. Clementis Ancyræ in Galatia epiſcopi, qui contendunt Grecos Natalem Domini ad annos ſeptem, vel octo prorogaſſe, quid quid contra obnitatur Pagius in Diſſ. de Periodo Græco-Romana nu. 28., & ſeqq. De prorogatione Epochæ Chriſtianæ annorum ſeptem.

Eam Roccæ conſobrinæ ſuæ donationem confirmavit Rogerius Dux Apuliæ, & Calabriæ, quem perperam Petri Diaconi amanuenſis ſcripſit Siciliæ comitem, hoc diplomate, quod ex autographo in noſtro archivo aſſervato damus. Qui confirmavit Rogerius Dux Apuliæ, & Calabriæ.

*† In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. Anno ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo nonageſimo octavo, indictione ſexta. Ego Rogerius Apulia atque Calabria Dux laudo, & confirmo cum ſcripto illud quod dedit Rocca conſobrina mea cœnobio S. Benedicti montis Caſini, videlicet omnia illa, qua in vico Sallitano ſine ulla contradictione poſſederat. Nomina vero illorum hominum quos Rocca beato Benedicto tribuit hac ſunt in vico Sallitano commorantium, Andreas, Faber, Arnulfus, Ruſſimanno Frater ejus Richo Frater eorum, Urſet, Nicholaus frater ejus, Petro, & Melis filius Urſonis, Leo de Johanne Saraceno, Eleni mater ejus, Andreas de Lucia, Nicholaus Sicylia, Urſo Barachalliſe, Bona mater ejus, Johannes Catharo Mandri, Sikinolfu de Griſaf, Johannes Colli diſſipato, Petro frater ejus, Conſtantinus de Dauſa. Nicholaus de Pipino. Johanna Cius Mauritano frater ejus, Dominicus, Benedictus Bantriſe, Papa Johannes, Johannaci de Paſclab, Petro frater ejus. Nicholaus, de Fugarda,*

*Mi-*

Digitized by Google

Michahel Paſtinello Petro frater ejus, Ademari de Sanctis Quadraginta, Baſili de Gardo, Purpure, & frater ejus. Coſta de Adelgaita leto Fugarello, Urſo frater ejus, Mauro frater eorum, Mile de Alferana, Adelgaita de Mauro Minore, Petro Cattivo, Michahel frater de Andrea Sellaro Jemma, Leo Puleo, Petro de lu ſurdo, Andrea Manzunaro, Nicholaus Johannes de Niceta, Muntano Archontiſſa Urſo de Gavuſo, Maria, & Sanda, Andreas Nepus de Andrea Faber. Homines autem de Caſtellione ſunt hi. Urſo de Rainaldo. Guiſardo cognatus. Theodorus. Leo, & Nicholaus frater ejus Michahel frater eorum. Iſtos ſupraſcriptos homines cum omnibus rebus ſuis tam mobilibus, quam immobilibus, & filiis eorum S. Benedicto Rokka conceſſit. Similiter, & illos homines, qui ex his locis exierunt concedit, ut poſtquam revertentur in poteſtate S. Benedicti contineantur. Iterum dedit Rokka S. Benedicto ſuas colturas, & alias terras, quas in vico Sallitano jure videbatur optinere, & quas habuit in ipſo Cornito. Quarum fines terrarum hi ſunt. Inprimis ſicut deſcendit rivus Rodani uſque in finitella. Excipitur ipſa terra, quam tenet Rainerius pro parte Doniza Socrus ſua. Et deſcendit finitella uſque in ipſam Petram fictam. Et aſcendit uſque in ipſam Aquam vivam, & vadit per ipſam aquam uſque in ipſam terram de li ſeptempani, ubi eſt alius finis. Et quomodo aſcendit ipſa via & conjungitur in alio fine de li ficatelli, & tenet per terminos ipſos uſque in ipſam viam, qua pergit a Biſuniano. Et aſcendit ipſa via uſque in ipſam aliam viam publicam, & vadit ipſa via uſquo in fluvium Turbule. Hac omnia ſupra nominata qua tribuit Rokka conſobrina mea monaſterio S. Benedicti laudando firmo. Ego Dux Rogerius pro redemptione anima avunculi mei Drogonis & omnium parentum meorum. Si quis vero contra hoc donum, atque hanc cartam facere preſumpſerit. Ego quandiu vixero, & poſt me heredes mei ero contra illum debellator adjuvans Donum hoc monaſterii beati Benedicti defendere ſervare, Poſt hac omnibus meis parentibus ſeu fidelibus, vel futuris heredibus, ſive hominibus meis interdico, ne aliquis contra hoc meum inſurgat Privilegium. Quod ſi fecerit, iram Dei, & meam habebit.

Altera Roccæ Donatio. Altera ejuſdem Roccæ donatio ex regeſto Petri Diaconi nu. 516. fol. 216. a t. hæc eſt,

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti anno ab incarnatione ejus milleſimo, atque centeſimo ſecundo, regnante domino noſtro Roggerio Duce, menſe Julii ſecunda indic. En ego Rocca filia Drogoni Comitis divina inſpiracione a Deo compulſa pro mercede, & redempcione anima mea, & de omnibus meis conſanguineis, cum voluntate, & conſenſum Roggerii Comitis, ſub cujus dominium me nunc videor eſſe, & cum conſenſum, & voluntatem Roggerii de Bernabilla gener meus, effero, atque concedo in eccleſia monaſterii S. Benedicti conſtructa in monte Caſino hoc eſt undecim homines quem habeo in vico Sallittano, cum familiis, & terris, & vineis eorum, & cum omnibus, qua ab ipſis pertinent. Quorum nomina hominibus hac ſunt, Mele filius Johanni Ruſſi cum omni cauſa ſua, Johanne Sanginitano cum omnibus ſuis rebus. Nikolaus de Stefano & Petrus frater ejus, & Boni frater ejus cum omnibus eorum rebus, & Andreas de ſanctis Quadraginta & Simeone frater ejus, cum omnibus rebus eorum. Conſtantinus frater de pp. Johanne cum omnibus ſuis rebus, Mele filius Nikolai Sicebiſe cum omnibus ſuis rebus, Simeonem Bertingo cum omnibus ſuis rebus, Nikolaus Porcaru cum omnia qua ad eum pertinet. Iſtos prefatos homines, quorum nomina ſcripta ſunt cum omnibus rebus eorum ſtabilibus, vel mobilibus, cultum, vel incultum, cum vineis, & terris eorum, & omne datum, & colta, atque angaria, qua mihi de eis pertinet offero in pradicta eccleſia, & tibi domno Oderiſio Abbati pradicta S. eccleſia pro pars, & vice eccleſia S. Benedicti Mon. Caſino tibi offero, ut omnibus temporibus ſint firmi, & ſtabilis in pranominata ſancta eccleſia, ad ſalutem anima mea, & de cunctorum meorum parentum ſine omni mea & de meis heredibus contrarietatem. Si quis autem hanc mea offercionem per quocumque ingenium dirrumpere vel removere, eſtigante Diabolo queſierit, aud de iſtis hominibus ſuperſcripti ſubtrahere de pradicta eccleſia S. Benedicti per quodlibet ingenium queſierit ſit excommunicatus, & maledictus a Patre, & filio, & Spiritu Sancto, & a quatuor evangeliſtis, & a duodecim apoſtolis, & a trecenti decem, & octo patri Sancti, & ab omnibus Sanctis, & electis Dei, & da ipſa ſancta eccleſia cui hac conceſſitum eſt ad ſalutem vivorum, hanc mortuorum, & anathematizatus ſit cum Juda Domini noſtri Jeſu Chriſti proditorem. In diem tremendi judicii deputatus ſit, & inſuper componat in ſupraſcripta eccleſia libra centum ex auro puriſſimo, & taceat, ut decet, invitis, & inſuper omni tempore ſit firma, & ſtabilis hac noſtra offercione, ut ſuperius continet, & hac mea offercio firmavi, atque ſtabilivi ejuſdem S. eccleſia ante Guidelmum Craſſum, & Guidelmum Calcavillanum, & alios milites, & bonos homines, & ſcribere precepi Andreas Regionarius notarius per menſo, & indictione ſupraſcripta. Signum manum me ipſo Roggerius Barnabilla. Signum manum me Guidelmum Calcavilla. Signum manum me Guidelmum Craſſum.

Præter haſce hominum familias alia quædam latifundia conceſſit cœnobio noſtro piiſſima mulier hac donatione in regeſto Petri Diaconi nu. 517. fol. eod. exarata. Tertia Raccæ Donatio.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni, anno ab Incarnacione ejus milleſimo centeſimo quarto, & viceſimo anno Ducatus domni Roggerii invictiſſimi Ducis, menſe Februarii ſeptima indiccione, Nos denique Rocca filia Drogoni incliti Comitis divina inſpiracione compulſa pro mercede, & redempcione anima patris, & matris mea, & pro mercede & redempcione anima mea, & filiorum, filiarumque mearum offero in prafato monaſterio S. Benedicti montis Caſini, ubi domnus Oderiſius venerabilis Abbas & Cardinalis regimen tenere videtur, hoc eſt eccleſiam S. Petri qua cognominatur ad ferulitum medietatem, & medietatem de eccleſia S. Dimitri, qua eſt obediencia pradicta eccleſia S. Petri, & offero in ſupraſcripto monaſterio medietatem de omnibus terris cultis vel incultis, montibus, planis, aquis, & molendinis, paſcuis, atque paludis, & portus ipſius maris, & cum omnia, qua in pradictis terris videntur habere ſubter, & ſuper, & cum viis ſuis ibidem intrandi, & exiendi ſcilicet cum omnibus in ſe legaliter pertinentibus, hac omnia pradicta offero, atque concedo prafato monaſterio S. Benedicti montis Caſini, ac prafato Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus, domi-



Digitized by Google

dominoque Saſſoni Rectori eccleſia S. Benedicti Citrarii, ad faciendum de ea omnia, qua eis placuerint tali modo, ut dum vivus fuerit Fr. Pancracius, ut non ei aliquis contrarietatem de victum & veſtimentum aliquam inferat, & ſi quis ei fecerit moleſtiam indeſtatim emendetur ſecundum morem Monachorum. Si quis autem hanc meam offercionem de medietatibus eccleſiarum, & de medietate de omnibus qua eis pertinent, & ſupraſcripta ſunt aliquo modo quoquo tempore dirumpere, vel removere quaſierit, ſciat ſe compoſiturum auri puriſſimi libras quinquaginta in predicto monaſterio S. Benedicti montis Caſini, & domno Oderiſio venerabili Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus, nec non Fratri Saxoni Monachis, & Sacerdoti. Inſuper male dicimus, & excommunicamus, & a liminibus Sancta matris eccleſia ſequeſtramus, a trecenti decem, & octo patres, & a duodecim Apoſtolos, & a beato Petro apoſtolo princeps Apoſtolorum, qui habet poteſtatem in Celo, & in terra ligandi, atque ſolvendi, ſit maledictus, & anathematziatus quicumque ac meam offerſionem diſrumpere, vel removere queſierit, vel de pradicta eccleſia S. Benedicti montis Caſini ſubtrahere temptaverit, niſi reſipuerit, & ad emendacionem & ſatisfaccionem venerit, & hanc meam offercionem quam pro mercedem, & redempcionem anima mea atque viri mei Ubberti, & pro mercede, & redempcione anima mea filiorum filiarumque mearum, & Richardi Seniſcalchi fratris mei, omniumque parentorum meorum feci firma, & inviolabilis, maneat ſemper in praſato monaſterio S. Benedicti Montis Caſini, & domno Oderiſio venerabili Abbati ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum. Et te Guidelmus archipresbiter, & notarius ſcribere rogavimus. Actu Ullano ante ſubterſcripti teſtis per menſes, & indictionem ſupraſcripta. Stephanus hoc teſtis presbyter Gramaticus eſt his, Johannes presbiter Rocca Capellanus teſtis ſum. Ego Petrus Diaconus, & notarius teſtes ſum. Inſuper Richardus confirmat hoc eſſe abtu. Signum manum Malgeri milites, Signum manum nobiliſſimi Militi domino Giliberti. Ego Petrus Seniſcalcu teſtes ſum.

Berardi Comitis Donatio.

Berardi Comitis donatio originalis in archivo noſtro aſſervata eſt hujuſmodi.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti anno ab Incarnatione ejus 1098. menſe Februarii indictione ſexta. Ego Berardus Comes filii qm. bona memoria Oderiſii Sangretani Comitis, divina inſpiratione compunctus pro mercede, & redemptione anima mea, & uxori mea, & filiorum meorum, & genitoris, & genitricis mea, & Oderiſii germani mei per hanc cartam offero Deo omnipotenti, & tibi Sanctiſſime Monachorum pater Benedicte in tuo venerabile monaſterio, ſito in monte caſtri Caſini, in quo tuum ſacratiſſimum corpus humatum eſt, cujus ſancti Monaſterii regimini domnus Oderiſius reverentiſſimus Abbas praeſſe videtur, hoc eſt totam, & integram meam pertinentiam, qua mihi pertinet intra fines montis Acze pro paſcuis, excepto Sylvis, & cultis, terris, & pratis defenſis. Similiter conceſſi, & optuli cunctum & integrum locum qui dicitur Capum de lacum vivum. Inſuper conceſſi, & optuli cunctum, & integrum locum, qui dicitur Godi, & quantum mihi pertinet de Pantana totamque, & integram claranam, & muri centum, & altareo Faniani, firmamus etiam ibi quantum mihi pertinet de locum, qui dicitur Saſinum, & Campum de Armonia, excepto ſilvis, & cultis terris, & pratis, defenſis, quomodo ſuperius dictum eſt, una cum viis, & aquis, & anditis ſuis, & cum omnibus inferioribus, ac ſuperioribus ſuis totam, & integram pradictam pertinentiam in prefato Sancto monaſterio optuli ut dixi ad habendum & poſſidendum, & omnia exinde faciendum, qua ad pars pradicti monaſterii placuerit, & ad ejus rectoribus in perpetuum. Unde taliter obligo me ego qui ſupra Berardus Comes, & meos heredes integram pradictam meam offerſionem, quam in praſato monaſterio optuli ipſos defendere, & anteſtare amodo, & ſemper a parte uxori mea, & ab aliis omnibus hominibus, ab omnique parte, nam ſi ego qui ſupra Berardus Comes aut mei heredes hanc offerſionis cartulam de quibus continet aliquando per qualecumque ingenium, vel humanam aſtutiam dirrumpere, aut exinde tollere, vel removere queſivertmus, vel ſi non fecerimus, & non compleverimus in praſato Monaſterio ea omnia qualiter ſuperius continere videtur, centum libras auri puriſſimi penam me, & meos haredes in pradicto monaſterio, & ad ejus rectores componere & dare obligamus, & inſuper omnia ſupradicta in eodem monaſterio inviti compleamus, & hac cartula oblationis de quibus continet, firma, & ſtabili permaneat ſemper. Et taliter ego qui ſupra Berardus Comes pro mercede, & redempcione anima mea & parentum meorum feci, & tibi Pagano judice noſtro notario ſcribere juſſimus apud Alfidenam. ✠ Ego qui ſupra Berardus comes manu propria me ſubſcripſi, & ſigillo meo firmavi. ✠ Ego Johannes Pagani manu miſi. ✠ Ego Milo filius quondam Bernardi manu miſi. † Ego Petrus Ildeprandi manu miſi. † Ego Paganus Judice atque Notario ultimo me ſubſcripſi, complevi, & reddidi. Hujuſce donationis meminit Ciarlante p. 273.

Donatio Landenulfi.

Donatio Landenulfi ex regeſto Petri Diaconi nu. 552. fol. 232. a t. ita ſe habet.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, ab incarnacione ejuſdem milleſimo centeſimo primo, & undecimo anno principatus domni Richardi glorioſiſſimi principis menſe Auguſto, nona indictione. Ideoque Ego Landenolfus Comes filius quondam domni Laidolfi Comitis, divina inſpiracione compulſus pro remedium anima mea, ut apud Dominum miſericordiam invenire valeamus per hanc quoque cartulam, offero in eccleſia, qua eſt monaſterio ſanctiſſimi Benedicti, quod conſtructum eſt in monte caſtro Caſino, ubi Abbas eſt domnus Oderiſius reverentiſſimus vir, hoc eſt tota, & inclita Rocca de Gamiho cum ſuo caſtro, & cum ſuis pertinentiis; Hac autem predicta Rocca qui ſupra Lando Comes integre optulit ſupraſcripto venerabili monaſterio Caſſinenſi cum omnibus pertinentiis ſuis ideſt terris & vineis, caſis, ſeu molendinis, & omnibus tam mobilibus, quam immobilibus eorum ad poſſeſſionem pradicti Caſſinenſis monaſterii, ad faciendum inde quicquid rectoribus ejuſdem ſancti monaſterii placuerit. De omni autem hanc ſupraſcripta oblacione, ego qui ſupra Landenolfus Comes nihil nec mihi, nec ad meis heredibus, nec alicui homini aliquid reſervavi ſed omnia ex integro pradicto Caſſinenſis monaſterio optuli, ut ſupra legitur, & obligo me ego qui ſupra Landenolfus Comes, & meos heredes pradicto venerabili monana-

Digitized by Google

*naſterio, ejuſque rectoribus hanc oblacionem defendere ſemper ab omnibus hominibus, & ab omnique partibus, & a parte eciam uxoris meæ. Si autem non potuerimus hoc predicta rocca cum omni ſua pertinencia qualiter ſuperius legitur; ad ſupraſcripto monaſterio defendere, & ad ejus rectoribus ego, vel meos heredes de colludio legibus jurare obligo, & reſtaurare in predicto monaſterio aliam talem, tantamque oblacionem qualis hæc fuerit. Eo tempore, quo hanc in ſupradicto monaſterio defendere non valuerimus. Si ego vero qui ſupra Landenolfus Comes per meos heredes aliquando qualicumque ingenio, ſeu aſtucia humana dirumpere, aut removere queſierimus hanc oblacionem, ſicut ex integro ſupraſcripta eſt, ſed ſi hanc cartulam in quamlibet partem refutare aut inanem facere, aut contrariare queſierimus, ſive per nos, ſive per ſubmiſſam a nobis perſonam, tunc centum libras auri puriſſimi me, meoſque heredes in predicto monaſterio obligo componere. Inſuper eciam & hæc cartula in perpetuum firma ſtabiliſque permaneat. Hæc autem taliter ego qui ſupra Lando Comes ſicut mihi aptum, & congruum eſt pro redempcione animæ meæ feci, & te Scigenolfus Presbiter, & notarius ſcribere rogabi. Ego qui ſupra Landenolfus Comes, Ego Johannes judex. Ego Guiſenardus.*

Rocca Camini oppido Gallucio contermina eſt in diœceſi Teanenſi, eamque poſſidet nobilis Cedronia gens cujus etiam eſt Rocca Evandri. Hanc quidem donationem, quamquam Sæculo duodecimo factam hic recenſuimus, ut Petri Diaconi ſcribendi ordinem ſequeremur.

# PRIMÆ DISSERTATIONIS PARS QUINTA.

# SÆCULUM SEPTIMUM A CONSTRUCTIONE COENOBII CASSINENSIS

## CHRISTI DUODECIMUM, AB ANNO MC. AD MCC.

Haud valde proſperi hujuſce ſæculi eventus.

EUm tandem in locum labor hic noſter devenit, quo non felices adeo ſucceſſus Caſſinatibus obvenere. Id quod non longe antea prædixerat Sanctiſſimus cœnobii Caſſinatis author Benedictus. Nam, ut narrat Petrus Diaconus cap. 101. *Hiis porro diebus quidam Frater Bonus nomine dum in eccleſia B. protomartyris Stephani poſt matutinalem Synaxim fatigatus obdormiſſet, beatus Benedictus in viſione ei apparens dixit. Multa incommoda, & perturbationes, & rerum maximum detrimentum pro hoc facto habebitis: ſed confidite in Domino, & in potentia virtutis ejus, quia adhuc domus mea reintegrabitur, & in ſuum ſtatum reducetur; &c.* Nec prophetia eventu caruit, ut ex iis conſtabit, quæ mox referemus. Facem vero nobis hoc ſæculo præferent Petrus Diaconus, qui paucis hujuſce ſæculi annis ſupervixit, tum Anonymi Caſſinates, atque Richardus a S. Germano.

Gualterii Comitis Donatio prima.

Petrus itaque libro IV. Chronici Caſſinenſis cap. 22. hæc ait: *Per idem tempus Gualterius Comes donavit, &c. quartam portionem caſtelli Johannis, & Pauli, cum pertinentiis ſuis &c. & dedit medietatem Ciſelani, cum pertinentiis ſuis &c. aliaque plura.*

Gualterii donatio extat in regeſto Petri Diaconi nu. 560., fol. 235. a t. atque incipit.

*In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, ab incarnatione ejus anno 1102. regnante Heinrico rege, regni ejus quadrageſimo ſexto, & dies menſis Madii indictione nona. Ideo conſtat, me Gualterium Comite Offredi filium, ac die, propria & ſpontanea voluntate pro anima mea, & genitori, & genitricis meæ, Boni filii mei remedio donaviſſe, & confirmantem tradidiſſe in perpetuum eccleſiæ S. Benedicti conſiſtentis in caſtro montis Caſino, & tibi Oderiſio ejuſdem monaſterii Abbati, tuiſque ſucceſſoribus videlicet caſas, & caſalinas infra civitates Teramnenſem, & Vineam, & terram, & molendinam & alvea in Caſtaldatu Teramnenſi, & terra, & vinea, & ſilva infra Ducatu Spoletanu in locis, ubi dicuntur Ciſelanum, & Pracclepetanum, & quartam porcionem caſtellis Johannis, & Pauli cum ſuis pertinenciis. vel ſi alia nomina ibi dicuntur infra ſupraſcripta civitatem, & caſtaldatu, & vocabula, quæ ſupradicta ſunt, in integrum donavit, tradidi, atque perpetualiter confirmavi in jam dicto monaſterio, & tibi prefato Abbati tuiſque ſucceſſoribus, una cum terra culta, & inculta ubicumque in prædicta civitate, & Caſtaldatu, & vocabulis invenire & inquirere potueritis, ſicut Bonus Comes filius meus pro anima ſua in prædicto monaſterio per cartula judicavi, & tradidi, cum edificiis, & hominibus, & podiis, & caſtellis, & aquis, & omnia, quæ Bonus Comes per cartulam prefato monaſterio donavit & tradidit, ego Gualterius Comes per iſtam cartulam donavi, & tradidi, & perpetualiter confirmavi. Inſuper tradidi prædicto monaſterio portionem caſtelli, vallis Urſi, cum ſua pertinencia, ſicut Bonus Comes habuit, & tenuit, portionem quæ fuit Petri ruſtici per carthulam tradidi in eodem monaſterio ad habendum, poſſidendum, & omnia quidquid tu prephatus Abbas tuiſque ſucceſſores pro neceſſitate ejuſdem monaſterii faciendum, & ſi ego ſupra ſcriptus Gualterius Co-*



Digitized by Google

*mes, vel meos heredes præfata eccleſia, & tibi Abbati, tuiſque ſucceſſoribus, amodo, in antea de omnibus, quæ ſupraſcripta ſunt aliqua moleſtia fecerimus per nos, aut per aliam perſonam quocumque ingenio, aut iſtam donacionis cartulam dirumpere, vel falſare, vel contendere præſumpſerimus, aut cum aliquo homine colludium fecerimus, aut ſi ab omni homine quandocumque, & ubicumque neceſſe fuerit omnia ſupraſcriptas res, quæ prefatus Bonus Comes in predicto monaſterio per cartulam tradidit, minime defendere potuerimus, vel noluerimus, pro his omnibus promitto, & obligo me meoſque heredes in prefato monaſterio, & tibi Abbati, tuiſque ſucceſſoribus componere libras quinquaginta auri optimi, & hac cartula firma permaneat, & ſi taliter non obſervaverimus, ante tribunal Chriſti cum S. Benedicto reddamus racionem, quod quidam ego Spoletinus judex ſcribere rogatus in Spoleto actum notavi, in menſe, & indictione ſupraſcripta. Ego Gualterius Comes hanc donacionis cartulam fieri rogavi. Vnaldus Claronis filius, & Rodulfus Neronis filius, & Adam Romani filius. Ego Spoletinus Judex hanc cartula ſcripſi.*

Hæc bona cœnobio noſtro Gualterius concedit: *cum ædificiis, & hominibus, & podiis, & caſtellis, & aquis.* Podium ſignificat rem quamlibet, cui innitimur.

Altera Gualterii Donatio.

Altera Gualterii & Wonis donatio in eodem regeſto nu. 561. fol. cit. extat.

*In nomine Domini, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, ab incarnatione ejus anno 1103., regnante Henrico rege, anno ipſius Regni 47., & die menſis Novembris indiccione II. Hac quidem tempore nos Gualterius Comes Offredi filius, & Vvo filius ejus noſtra ſpontanea voluntate pro redempſione animarum noſtrarum, & parentum noſtrorum, & Boni Comitis filii mei dedimus, atque tradidimus in monaſterio S. Benedicti, quod ſitum eſt in loco, qui nominatur mons Caſinus omnes res, quæ fuerunt Aſſcari in valle, quæ dicitur Perarcele, & Interamnes, excetavimus eccleſiam S. Paterniani, cum ſua pertinencia, & dedimus medietatem Ciſclani cum pertinenciis ſuis, & omne, quod fuit Vnaldi in Gruttule, & in Cinqualio, & in Sallano, & in Plano epiſcopale, & in Loniano, & in Producte, & in Mandulano, & unam peciam de terra in Cinqualio, & unam juxta Frontem Gruttule, & uti invenire potueritis, cum pomis, & arboribus. Pro hac enim noſtra donacione nullum queſivimus precium, neque Launecluld, niſi in eterna beatitudine ſalutem. Inſuper obligavimus nos, & noſtros hæredes praphato monanaſterio, & domno Oderiſio Abbati, poſteriſque, ſucceſſoribus tuis ſi amodo in antea de ipſa noſtra donacione aliquam moleſtiam fecerimus, aut ſi cum aliquo homine colludium fecimus, vel fecerimus, aut ſi ab omni homine quandocumque, & ubicumque neceſſe fuerit ipſam noſtram donacionem minime defendere potuerimus, vel noluerimus, aut iſtam cartam rumpere, vel falſare voluerimus, pro his omnibus promiſimus, & obligamus nos & noſtros heredes predicto monaſterio, & jamdicto Abbati, poſteriſque ſucceſſoribus ſuis componere libras centum bonorum papienſium denariorum, & hac cartula firma permaneat. Ego Grimualdus judex ſcribere rogatus, in Spoleto. Actum notavi in menſe, & indiccione ſupraſcripta. Nos Gualterius, & Vvo hanc cartulam ſcribere rogavimus. Ego Albertus. Johannis filius meus, & ego Rodulfus Alberti filius in hac cartula teſte ſumus.*

Comitis vero Boni oblatio in priori Gualterii donatione memorata, & confirmata reperitur in regeſto Petri Diaconi nu. 562. fol. 236. eſtque hujuſcemodi.

Boni Comitis Donatio.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab incarnatione ejus milleſimo centeſimo, Menſe Auguſto indiccione nona. Ego Bonus Comite filii qm. Gualterio Comiti, qui ſum nativus de Ducatu Spoletano, divina inſpiracione compunctus, pro ſalute, & redempcione anima mea, & genitori, & genitricis mea, & parentum meorum, ut hic, & apud eternum Dominum de peccatis meis requiem invenire valeam, ab hodierna die, & perpetuis temporibus placuit mihi ſpontanea mea voluntate offerire, & tradere Deo omnipotenti, & tibi Sanctiſſime Monachorum pater Benedicte in tuo venerabile monaſterio ſito in monte caſtri Caſini, in quo tuum ſacratiſſimum corpus humatum eſt, cujus S. monaſterii regimini domnus Oderiſius reverentiſſimus Abbas præeſſe videtur. Hoc eſt omnibus pertinenciis meis, quas modo habeo, & Teramnis, caſis, & caſalinis, & hominibus, terris, & vineis, & molendinis, cum ripis, aquarum decurſibus, & quartam partem, quæ mihi pertinet de caſtro S. Johannis, & Pauli, caſis, & caſalinis, & hominibus, & terris, & vineis cum omnibus ſuis pertinenciis, de intro, vel foras predicti Caſtro, ſimiliter & in pracele, & quæ mihi pertinet in valle Vrſi a parte Petri ruſtici omnia, & in omnibus offero, atque trado in ſupraſcripto cœnobio S. Benedicti, ſub eadem liberacione, ut amodo, & uſque in ſempiternum cum omnibus ſibi pertinentibus, vel ubicumque inventum, vel declaratum fuerit mihi pertinente de omnia quæ ſuperius diximus abſque omni minuitate permaneat ad veram poſſeſſionem in ſupraſcripto cœnobio habendi, tenendi, fruendi, poſſidendi, etiam & ſi neceſſe fuerit pro utilitate ipſius predicti cœnobii commutandi, ſeu vendendi in ejuſdem rectoribus maneat poteſtate. Inſuper defenſandum maneat omnia ſupradictis rebus pertinentibus michi, qualiter ſupradiximus in ſupraſcripto cœnobio. Ante omnes judices, omneſque poteſtates, ab omni humana, parvaque perſona omni tempore, & neque a me qui ſupra Bonus Comes, neque a meis heredibus, neque a nobis nulla ſubmiſſa perſona nunquam exinde habebit querelam, aut calumniam ſubſtineat ſupraſcripta cœnobio de omnia quod ſupra diximus, amodo, & uſque in ſempiternum. Verum, quod abſit, & divina avertat potentia, quod ſive nos qui ſupra Bonus Comite, ſive noſtris heredibus, aut quavis perſona hominum magna, vel parva contra hanc mea offerſio, vel tradicio aliquid contrarie agere voluerit, vel repugnare temptaverit, quicumque hac facere præſumpſerit, fiat anathematizatus a Domino, habeatque malediccione a trecentis decem, & octo ſanctis patribus, & partem habeat cum Juda traditore Domini noſtri Jeſu Chriſti, inſuper compoſitura ſubjaceat eadem perſona, quæ hoc facere preſumpſerit in ſupraſcripto cœnobio pena nomine auri obrizi libras centum, & poſt ſoluta pena hac præſens mea offercio, & tradicio qualiter ſupra legitur firma permaneat in perpetuum, & taliter ego qui ſupra Bonus Comite pro mercede, & redempcione anima mea, & genitori, & genitricis*

tricis

Digitized by Google

*tricis meæ, & parentum meorum feci. Quæ ut verius credatur, me rogante ſcripta eſt per manum Gualteri notarii, & idoneorum teſtium, qui affuere roborata nominibus. Actum in ipſo venerabili monaſterio Caſſinenſi. Ego Bonus Comite qui ſcribere præcepit, & manus mea in hac cartula cruce feci. Ego Rodulfus filius Tranſerici teſte ſum. Ego Teuctus filius Meri teſtes ſum. Ego Offrius filius Pagani teſte ſum. Ego Aczo filius Baroni teſte ſum.*

Oppidi Pontiſcurvi pars acquiſita, & alia pars empta.

*Richardus quoque ſecundus princeps*, teſte Petro Diacono cap. 25. *interventu Roberti Comitis dedit huic loco oppidum Pontiſcurvi cum pertinentiis ſuis exceptis caſtellis de foris cum illorum pertinentiis, &c. quod videlicet oppidum idem Gualguanus nomine dotis uxoris ſuæ dedit, & moriens dereliquit: Set illa debitam ſecuritatem dicto principi facere contempſit, & contra voluntatem ſuam hoſtibus ipſius ſe junxit, & gueram ſibi fecit, & negotium cum eis commiſit, & annonam eis tribuit, ob quam culpam praditum oppidum in principis juriſdictionem, et poteſtatem evenit, et præfato Robberto Comiti fratri dictæ uxoris Gualguani prædicti dedit, per quem videlicet Comitem, et a quo præfatum oppidum in noſtro cœnobio datum fuit, ſed et Robbertus Cajatianorum, atq; aliorum multorum Comes &c. partim dono, partim pratio conceſſit, et confirmavit huic cœnobio oppidum de Pontecurvo cum ſuis pertinentiis, ex conceſſione Richardi ſecundi principis, qualiter a prædicto principe ſibi conceſſum fuit etc. Ugo Comes de Moliſio filius Comitis Raulis optulit beato Benedicto integrum caſtellum nomine vitecoſum cum pertinentiis ſuis. Præterea praphatus Abbas recepit a ſupradicto papa Paſchali privilegium generale etc. Huic quoque Abbati, et ſucceſſoribus ejus Ptolomeus Conſul, et Comes Tuſculana affidavit unum navigium in qualicumque navigio ſint hujus cœnobii monachi, ut in mari, et terra ſecuri ſint a ſe ſuiſque hominibus, et omnia mercimonia eorum, et omnes homines, qui fuerint inventi navigio ipſo eundo Sardineam, et redeundo Gajetam, pena appoſita, ut omnia ſua perdant hoc removere temptantes.*

Anno 1104. Comes Robertus Richardi Comitis filius aſſentiente Giffrido Comite ejus patruele cœnobio ſancti Liberatoris ad radices Majellæ nobis ſubdito conceſſit oppidum Ripæ Corbariæ, nullo ſibi reſervato jure, ejuſque oppidi fines hoc diplomate deſcripſit.

† *In Dei nomine Amen, ab incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti anno milleſimo centeſimo quarto, et dies menſis Octubri per indictionem duodecimam. Declaro enim, ſicut in edicti Langobardorum continet paginam, ut omnis homo liber poteſtatem habead ubicumque voluerit de rebus ſuis donare pro anima ſua in ſanctis locis cauſa pietatis, vel in xenodochiis judicare quod voluerid, et quod judicaverid pro anima ſua, ſtabile debead permanere, et ud pius Deus, et Dominus noſter Jeſus Chriſtus de eccatis noſtris dimittere, et minuare dignetur, et ud habeamus partem in primam reſurrectionem, ut in judicio non inter ados ad ſiniſtram, ſed inter agnos ad dexteram aggregari mereamur conſortio. Propterea ego Robbertus Comes filius Richardi Comitis, bona, et ſpontanea mea voluntate, et pro voluntate, et conſenſu Giffredi Comiti patruelis meo, dono, offero, et per preſentem trado in eccleſia, et monaſterio ſancti Liberatori, quæ ſita eſt in loco ad radicem montis de Magella juxta fluvio de Alentu infra Comitato Teatenſi, ubi nunc præſenti tempore domnus Adenolfus præpoſitus regimen tenere videtur hoc eſt ipſum Caſtellare de Ripa Corbaria, quomodo deſcendit infra finis, quo eſt ipſa furca ante Caſtellare, et deſcendit in Roſente, et ex alio latere in Riu planu, et deſcendit in Cerretu planu, et per ipſa via Salaria deſcendit in Roſente, cum introitis, et exoitis ſuis, et cum ipſa eccleſia S. Calixti cum ſuis pertinentiis, quo infra prædicte finis pertinet, et cum cultis, vel incultis vineis pomis, et arboribus fructiferis, vel infructiferis, et ſilbis cum omnibus quantum infra ſe, et ſuper ſe habentes in integrum, unde nec ad manum meam, nec ad heredes meos, neque ad conſortem meam, neque ad ullum quemquam hominem nullam exinde feci reſervationem neque exceptuationem requirendi, & ſi cuilibet Rectori, vel Advocati opportunum fuerid, habead in omnibus licentiam, & firmiſſimam poteſtatem in omni loco iſtud munimen oſtendere, cauſare, agere, & rationare, & ad opus prædicti monaſterii S. Liberatoris, quæ eſt cella S. Benedicti de monte Caſino defendere abſque ulla calumpnia, & hoc repromitto, & obligo me, & meos heredes contra ipſum monaſterium, ejuſque Rectori, vel advocati, quod ſi ego, vel meos heredes contra hanc cartam cauſare præſumpſerimus, aud ab omni homine antiſtare, & defendere neglexerimus, aud ſi retollere, vel minuare, ſeu contrariare, aud in cauſatione mittere, præſumpſerimus per qualibet ingenium dupla, & & meliorata ad ipſum monaſterium reſtaurare promittimus, & obligavimus ſub extimatione qualis in illa die invenitur eſſe, quando exinde cauſare videtur. Inſuper obligo me, & meos heredes viginti libras de auro monitato ad ipſum monaſterium, ejuſque rectori, vel advocati, inſuper in ira Dei ſanctaque ejus eccleſia incurramus, & non habeamus partem in primam reſurrectionem, ſed ſid nobis pars, vel ſtagnum ignis ardentis, & ſulphuris, & cum Anna, & Caifa, & cum Juda, & Pilato compedes ligetur. Quam & per rogum ſupraſcripti Roberti hanc cartam ſcribſi ego Johannes notarius actum in Teate feliciter. † Signum manus Comitis Giffredi. † Signum manus Robberti Comiti, qui per conſenſum, & voluntatem Giffredi Comiti Patrueli ſuo hanc cartam offertionis ſcribere rogavit. † Signum manus Petronii Germanus ejus rogatus a ſupraſcripto. † Signum manus Guilgelmi Germanus ejus rogatus a ſupraſcripto. † Signum manus Aſcari rogatus a ſupraſcripto Comite. † Signum manus Credo in Deum. † Signum manus Jandiſii. † Signum manus Tranſmundi. Signum manus Gerardi. † Signum manus Petri Amati. Die 23. Menſ. Maii primæ indictionis 1468. Neapolis præſentatum apud Acta S. Regii Conſilii per venlem. virum Fr. Amicum Priorem monaſterii Sancti Liberatoris Ordinis S. Benedicti Caſſinenſis. Arnaldus de Brucella ſcriba & actorum magiſter S. R. Conſilii. Die 7. Maii 1577. Neapoli præſentata in M. C. V. per R. P. D. Thomam de Ebulo Priorem monaſterii Montis Caſini cum poteſtate relaxandi copiam, & recipiendi originale.*

Ripam Corbariam oppidum fuiſſe nedum clare evincitur ab hoc diplomate, in quo Caſtellare appellatur, atque Caſtellare idem eſt, ex Ducangio, ac caſtellum, verum ex alia ejuſdem Roberti



Digitized by Google

Comitis donatione an. 1107. eidem cœnobio facta menſe martio, in qua hæc leguntur; *Propterea ego Robbertus Comes &c. dono, offero, & per preſentem trado in eccleſia & monaſterio S. Liberatoris &c. una petia de terra, qua eſt ante ipſo caſtello de Ripacorbaria, & habet finis de uno latere ipſa terra S. Euphemia &c. & quomodo pergit ipſum rigum in Furca ante ipſum caſtellum de Ripacorbaria cum omnibus &c., & unum hominem in caſtello de Agrame, ideſt Johannis filius Raineriо cum ſuo beneficio, & unum molendinum in ipſa pertinentia de Agrame &c.* Oppidum etiam appellatur in bullis Honorii III., & Pauli II. aliiſque monumentis infra recenſendis.

Richardi principis juramentum, quo caſtrum Pontiſcurvi ſe cœnobio Caſſinenſi haud unquam adempturum ſpopondit eſt hujuſcemodi ex originali in noſtro archivo.

Richardi II. Juramentum. † *Ego ſecundus Richardus Capuanorum Dei gratia princeps promitto, & juro tibi domne Oderiſi Abbas Caſſinenſis monaſterii, quod ab hac hora non ero in conſilio, aut in facto, aut in conſenſu, ut prædictum monaſterium, aut tu, aut ſucceſſores Tui qui regulariter intraverint oppidum de Pontecurvi perdatis, ſed adjuvabo vos ad tenendum, & defendendum contra omnes homines qui vobis auferre temptaverint ſi inde ſummonitus fuero cum omnibus pertinenciis ſuis, exceptis caſtellis de foris, & eorum pertinenciis, & feudo illo, quod Richardus de Aquila ibi tenebat in vita Gualguani, & ſi potuero per amorem, & precibus ab eo impetrare, ut ipſe vobis concedat libenter inde adjuvabo, vos, & ſi vos cum ſua bona voluntate potueritis ab ipſo aquirere poteſtatem illud vobis concedo faciendi, niſi tale michi, aut Comiti Robberto, vel heredibus noſtris injuſtum tu aut ſucceſſores tui feceritis, unde mihi vel Comiti Robberto vel heredibus noſtris rectum in curia S. Benedicti, aut concordiam, quam gratanter recipiamus, facere non poſſitis, aut nolitis, aut niſi tale exonium habuero, quod propter hoc non ſit inventum, cum liber fuero ab exonio in eodem Sacramento permanebo. Hæc omnia tibi obſervabo, & ſucceſſoribus tuis regulariter intrantibus recta fide me ſciente.*

*Hoc factum fuit aput monaſterium S. Benedicti Montis Caſini ante me Comitem Robbertum, Joſfridum de Ponte Indulfi, Ivonem Economum, Ernaldum de Buſſone, Malgerium, Rodulfum filium Rahelis, Guimundum filium Alammi, Ugonem de labuli., Philippum, Ubo fili. Ernonis Rober. Abbatem, Landenulfum, Odaldum, Gueltum Judicem, & ante congregationem prephati monaſterii.*

*Exonium* ſignificat Excuſationem juſtam. Adeſt ſigillum plumbeum.

Ex allato autem juramento conſtat evidentiſſime nullam Capuanos principes habuiſſe in oppida cœnobii Caſſinenſis Juriſdictionem, nam Richardus princeps ad curiam S. Benedicti cauſas ſe laturum aſſerit, ubi aliqua ſibi injuſtitia fuiſſet ab Abbatibus Caſſinenſibus illata. At ſi principi aliqua fuiſſet in res Caſſinatium juriſdictio, per ſemet ſibi jus reddidiſſet, non poſtulaſſet a curia Caſſinenſi.

Altera Pontiſcurvi pars empta. Integrum Pontiſcurvi oppidum vendidit cœnobio Caſſinenſi Robertus cui Richardus partem conceſſerat, ut pretio inde recepto, honeſto conjugio copularetur ſororis ejus filia. Hujuſce conceſſionis, venditioniſque chartula authentica in noſtro archivo aſſervatur.

† *In Nomine Sancta & individua Trinitatis. Ego Rodbertus divina favente potencia Calacianorum atque aliorum multorum Comes, ac filius bona memoria Rainulfi Comitis, interventu, atque rogatu domni Johannis venerabilis Abbatis S. Gabrielis, ac dilecti Baronis noſtri, Malgerii, & Ugonis militis, ac conſtabilitoris noſtri, nec non & aliorum Baronum meorum per conceſſionem domni mei Richardi principis partim dono, partim precio concedo atque confirmo Caſſinenſi monaſterio & domno Oderiſio Abbati, ejuſque ſucceſſoribus regulariter introeuntibus oppidum de Pontercurvo cum omnibus ſuis pertinenciis, qualiter a pradicto principe mihi conceſſum eſt, quem videlicet Gualganus triduo ante quam moreretur poſſidere viſus eſt, de quo oppido filia Sororis mea quorumdam malorum hominum factione ex heredata fuerat. Timens igitur ne noſtris hoſtibus traderetur pradictum oppidum, & providens utilitati prafata puella & mea, meorumque parentum anima ſaluti hoc facere diſpoſui, quatenus & illa de precio quod inde ſuſcipitur honeſto conjugio tradatur, & mihi meiſque parentibus ad anima proficiat ſalutem. Igitur per auctoritatem hujus noſtra confirmacionis damus, concedimus, ac tradimus per manus domni Brunonis Signenſis epiſcopis, & domni Petri Romani, & Monachi, & domni Amici Sacerdotis, & Monachi prafato monaſterio S. Benedicti, & pradicto domno Oderiſio Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus prefatum oppidum Pontecurvum cum viis, Aquis, ſilvis terris cultis, & incultis, & molendinis, & cum habitatoribus ipſius terra, ſicut pradictus Gualganus ea habuit, & tenuit, ut liceat eis pradictum oppidum cum prephatis pertinenciis omnibus tenere poſſidere, & facere exinde quicquid eis jure placuerit ſine noſtra, noſtrorumque heredum contradictione, vel alicujus requiſitione. Ita ut nulli vicecomiti, judici Sculdaſio, magna, parvaque perſona liceat eis exinde calumpniam, aut litem inferre, ſed in omnibus prephato monaſterio, & pradicto Abbati, ejuſque ſucceſſoribus firmiter, ac inviolabiliter maneat noſtris futuriſque temporibus pradictum oppidum cum prafatis ſuis pertinenciis conceſſum, atque confirmatum, nemine eis exinde in aliquo contrarium ingerente, ſic tamen ut noſtros inimicos ad noſtrum dampnum ibi non ponantur. Quod ſi ego vel mei heredes, vel aliquis alius hanc noſtram conceſſionem in aliquo violare preſumpſerit, componat auri puriſſimi libras mille prefato monaſterio pradictoque Abbati ac ſuis ſucceſſoribus, & hac noſtra conceſſio, atque tradicio in omnibus qui continet firma permaneat in perpetuum, ut autem hac noſtra conceſſio atque traditio verius credatur, & firmiter ab omnibus obſervetur manu propria ſubſcribendo corroboravimus, & ad extremum impreſſione noſtri ſigilli inſigniri curavimus. Scripſi ego Johannes Calacientius judex, & ſcriba ox juſſione ſupradicta ſereniſſima poteſtatis in anno milleſimo centeſimo quinto, Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti. Nec non & octabo decimo anno Comitatus ejuſdem glorioſiſſimi Comitis. Data idus Januarii per indictionem tertiam decimam. Actum in civitate Calacia.*

*Signum domni Comitis.*

Adeſt

Digitized by Google



Adeſt ſigillum cereum.

Nullam vero ſibi in illud oppidum juriſdictionem reſervat Robertus, ſed libere abſoluteque in poteſtate cœnobii noſtri dimittit. Mabillon. Annal. to. 5. p. 484. refert hanc Ponticurvi donationem. Verum cum in ea legatur: *Tradimus per manus domni Brunonis Signenſis Epiſcopi hac per errorem*, Scriptor doctiſſimus ſubdit: *Bruno Signienſis Epiſcopus nondum a ſua legatione reverſus erat, ſiquidem in Gallia verſabatur adhuc anno ſequenti, quo Pictavis Concilium habuit.* Animadvertendum quidem erat viro eruditiſſimo, S. Brunonem Apoſtolicum legatum in Galliam perrexiſſe una cum Boamundo Antiochiæ principe an. 1106. ut probat Pagius ex Sugerio in Vit. Ludovici Craſſi & Orderico Vitali lib. XI. pag. 816. teſte oculato. Vid. Pagi an. 1106. nu. 5., & 7. Romualdus Salernitanus in cit. Chron. fol. 178. anno 1105. indictione 13. &c. *Menſe vero Decembris Boamundus a civitate Antiochia in Apuliam rediit, profectuſque in Galliam anno ſequenti duxit uxorem filiam Philippi Francorum Regis nomine Conſtantiam, ex qua Boamundus ipſe duos filios habuit, quorum quidem unus nominatus eſt Joannes, qui puer mortuus eſt; alter vero dictus eſt Boamundus, qui Patri ſuo ſucceſſit &c.* Nicolaus Georgius in libro inſcripto &c. *Notitie Iſtoriche della vita del glorioſo San Siſto I. Papa, e martire*: edito Neapoli Typis Felicis Moſca p. 33. hæc ait 1721. *Ruberto Conte di Cajazza, e di molti altri luoghi il quale da Riccardo II. Principe di Capoa &c. ſuo cogino ottenne nel 1103. la terra di Pontecorvo ricaduta ad eſſo Ricardo per la fellonia di N. . . . Sorella del medeſimo Robberto, alla quale era ſtata laſciata a nome di dote da Gualguano ſuo marito. Il Conte parte per denari, e parte in dodo diede queſta Terra al monaſtero di monte Caſino governato allora dall' Abbate Oderiſio, e cio l' anno 1104. ſecondo l' Anonimo Caſineſe, ma ſecondo la carta da me veduta nell' archivio Veſcovile di Cajazza nu. 290. fu fatta la donazione.* Idibus Januarii 1105. anno 18. Comitatus ipſius Ruberti, &c. Ex quibus evincitur, diploma noſtrum optime quadrare illi archivii Epiſcopalis Calatienſis. In laudando Anonymo Caſſinenſi utitur Georgius editione Caraccioli deſumpta ex codice Caſſinenſi MS. ſignato nu. 47. nec tamen advertit hujuſce codicis Amanuenſem ab an. 1034 antevertere annum unum, quod in codice Caſſinenſi 199., ubi eadem Anonymorum Caſſinenſium Hiſtoria exarata eſt, non evenit. In hoc itaque codice ad an. 1105. hæc ait Anonymus. *Domnus Oderiſius Abbas acquiſivit Oppidum Pontiſcurvi, & Caſtellum Vitecoſi, &c.* Sed de hac re infra ſermo recurret.

Oppidum Pontiſcurvi originali hoc diplomate rite donatum probavit Richardus II. princeps. Roberti Donationem, ſeu venditionem approbavit Richardus II.

† *In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Secundus Richardus divina ordinante clementia Capuanorum princeps petitioni dilecti ſui conſanguinei clementer ac benigne favet. Notum ſit omnibus ſancta & catholica eccleſia filiis Richardum principem avum meum, & principem Jordanum patrem meum eccleſias Dei dilexiſſe, ſuiſque opibus ditaſſe, nimiumque honoraſſe. Quapropter ego Secundus Richardus divina ordinante clementia Capuanorum princeps ſecutus illorum exempla do, trado, concedo, atque confirmo in perpetuum per hoc videlicet principale ſcriptum monaſterio Caſſinati, & tibi domno Oderiſio venerabili Abbati, & ſancta Romana eccleſia Cardinali, tuiſque ſucceſſoribus regulariter introeuntibus interventu Roberti Comitis mei dilecti fidelis, atque conſanguinei oppidum de Pontecurvo cum omnibus ſuis pertinentiis, exceptis caſtellis de foris, cum illorum pertinentiis, & excepto feudo Richardi de Aquila, quod ibi habebat in vita Gualgani, quod videlicet oppidum idem Gualganus nomine dotis ſua uxori dedit, & moriens dereliquit, ſet illa debita ſecuritatem mihi facere contempſit, & contra voluntatem meam meis hoſtibus ſe conjunxit, & guerram mihi fecit, & negotium cum eis commiſit, & annonam eis tribuit, ob quam culpam, prædictum oppidum in mei juris poteſtatem evenit, & prefato Robberto Comiti fratri ſuo illud dedi, per quem videlicet Comitem, & a quo præfatum oppidum in prædicto Monaſterio datum fuit. Ego igitur Secundus Riccardus, gratia Dei Capuanorum princeps ſicut dixi. Iterum dico, interventu predicti Comitis tibi domno Oderiſio venerabili Abbati predicti monaſterii S. Benedicti & Cardinali S. Romana eccleſia tuiſque ſucceſſoribus regulariter introeuntibus in perpetuum per hoc videlicet principale ſcriptum concedo, trado, atque confirmo prædictum oppidum cum ſuis pertinentiis ſicuti ſupraphati ſumus, & qualiter predictus Comes illud in predicto monaſterio, & tibi per cartulam dedit, & ego nunc concedo, & confirmo, ideſt cum omnibus habitatoribus, cum omnibus hereditatibus, & poſſeſſionibus illorum cum montibus, & planis, aquis, & molendinis, pratis, ſilvis, paſcuis, atque paludis, & terris cultis, & incultis, cum omnibus quæ ad prædictum oppidum pertinet exceptis caſtellis de foris cum pertinentiis illorum, & feudum predicti Richardi de Aquila. Hac omnia præſcripta, ut ſupra legitur. Ego Secundus Richardus Capuanus princeps in prædicto monaſterio S. Benedicti, & tibi domno Oderiſio venerabili Abbati & Cardinali S. Romana eccleſia tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum per hoc videlicet principale ſcriptum, damus, tradimus, & concedimus, & confirmamus ad poſſeſſionem, & poteſtatem, & dominationem jamdicti monaſterii, & tuam, tuorumque ſucceſſorum regulariter introeuntium faciendo exinde amodo, & in antea regulariter quicquid tibi, vel eis placuerit, remota omni inquietudine, contrarietate, & moleſtia omnium principum ſucceſſorum noſtrorum, vel vice principum,*

Digitized by Google

*pum, Comitum, vel vicecomitum, judicum, Sculdahorum, Caſtaldeorum, aliorumque omnium mortalium perſonæ. Quod ſi quis hujus meæ conceſſionis, & confirmationis paginam contemptor, aut violator in aliquo eſſe temptaverit, mille libras auri puriſſimi perſolvat, medietatem in prædicto monaſterio S. Benedicti, & tibi domne Oderiſi Abbas, & Cardinali S. Romanæ eccleſiæ, tuiſque ſucceſſoribus regulariter introeuntibus, & medietatem noſtro ſacro palatio, ſolutaque pena librarum, hoc principale ſcriptum cum omnibus quæ, & qualiter continetur firmum munitum, atque inviolabile maneat in perpetuum, & ut hoc firmius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur, manu propria illud roboravi, & mei ſigilli impreſſione inſigniri præcepi.*



*Signum Domini ſecundi Richardi Glorioſiſſimi ac Magnifici Principis.*

*Ex juſſione præfatæ Sereniſſimæ poteſtatis ſcripſi ego Quiriacus Palatinus judex in anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo quarto, & viceſimo quinto anno principatus præfati domni ſecundi Richardi glorioſi principis Capuæ. Dato Octavo Kal. Februarii per indictionem XIII.* Adeſt ſigillum plumbeum.

Ex hoc Richardi privilegio animadvertendum oppidum uxori Galgani ademtum, quod ſecuritatem a Feudatariis debitam Richardo principi facere renuiſſet. Hinc enim atque ex aliis hactenus a nobis relatis monumentis conſtat eos omnes Comites, qui oppida hiſce in partibus poſſiderent fidelitatis Sacramento Capuano principi obſtrictos fuiſſe. Quod quidem fidelitatis, ſeu ſecuritatis Sacramentum nunquam Capuani principes ab Abbate Caſſinenſi vel exigere ſunt auſi, vel illis præſtitum fuit. Quænam vero illa caſtella fuerint, quæ in Richardi diplomate excipiuntur, explicat Richardus de Aquila in juramento mox referendo, nempe oppida erant Roccæ Guillelmæ, Campelli, Pici, S. Johannis in Carico &c. quorum unumquodque lapidibus aliquot Pontecurvo abeſt.

Ponſcurvus quanti emptus.

Quanti vero Pontem curvum emerit cœnobium Caſſinenſe, conſtat ex hac notitia ab Oderiſio facta, quæ in regeſto Petri Diaconi nu. 633. fol. 253. reperitur.

*Notitia Commemorationis factæ a me Oderiſio Dei gratia S. Romanæ eccleſiæ Cardinali, ac Caſſinenſi Abbate de convenientia quam feci cum Jordano Pinzzaſt de medietate Pontiſcurvi, quod caſtrum Robbertus Comes noſtro cœnobio vendidit pro libris quingentis, & principibus Robberto, ac Ricardo propter hanc rem dedimus libras 290. & ipſi quidem ſupradicto Jordano Pinzzaſt quoniam ſecundum virem ſuam de hac cauſa adjuvavit nos dedimus libras centum viginti, ſimulque inveſtivimus eum per anulum aureum de medietate Pontiſcurvi in vita ſua, poſt mortem vero ejus in jus noſtri monaſterii redeat. Inſuper autem dedimus unam domum illi cum molendino in S. Germano, & quindecim homines inter Plumbariola & Piniatari. Interfuerunt huic rei Bruno epiſcopus Signinus, Frater Petrus PP., Frater Peregrinus Decanus. Frater Petrus Manſionarius, Frater Amicus, Frater Joannes de Maranola, Frater Berardus Balbenſis Cappellanus, Frater Sigenulfus, Frater Lando Gradulfi, Laici vero Johannes de Caminata, Johannes de Terame, & Oderiſius cum Malfreda, & Grimaldus de Johanne de Poto.*

Inveſtitura per anulum ſeu traditionem annuli majorum præſertim prædiorum, & dignitatum fiebat.

Ex hoc quoque monumento ſuprema Abbatis Caſſinenſis juriſdictio conſtat, cum inveſtituram concedere non niſi princeps ſupremus poſſet. Suprema Juriſdictio.

Richardus ſecundus Capuæ princeps cum patre fuit ab an. 1081. quo an. 1090. mortuo expulſus Capua a Longobardis principum ejus gentis conſanguineis Averſam confugit, ubi ad annum 1098. eſt commoratus, quo principatum recuperavit ope Roggerii Apuliæ Ducis, atque Roberti Siciliæ Comitis. Vid. Petrus Diaconus lib. 4. Chron. Caſſinenſis cap. 10. Guaufr. Malat. lib. 4. cap. 26. & Lupus Protoſp. an. 1098. De eodem Richardo agit Petrus Diaconus lib. 4. cap. 25. 26. & 96., & Guillelmus Apulus lib. 1. Obiit initio anni 1106. Vid. Peregrinius in Stemmate Nortmannorum.

Robertus Comes Calatiæ, Aliphæ, Teleſiæ, Abellinæ S. Agathæ, Gothorum &c. filius fuit Rainulfi Fratris Richardi I. Capuæ principis. De Rainulfo agunt Guil. Apul. lib. 3. Petrus Diac. in regeſto pag. 221. Oſtien. lib. 3. cap. 30., & 63. & lib. 2. cap. 57. & 76. De Roberto agunt Falco Benevent. an. 1113. 1114. & 1115., & Peregrin. in ſtemmate principum Normannorum.

Hugonis Comitis conceſſio, cujus Petrus laudato capite meminit, originalis in noſtro archivo aſſervatur, eſtque hujuſcemodi. Hugonis Comitis conceſſio.

† *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab incarnatione ejus milleſimo centeſimo quinto, menſe Sebtembrio indictione quartadecima. Ad hoc celeſtis, ac ſuperna dignatio nos divicziis & honoribus extulit, ut quanto præ aliis ſublimes habemur, tanto magis omnipotentis Dei clementie per bona opera, & pietatis ſtudia ſubiiciamur. Hac igitur de cauſa Ego Ugo Dei gratia Comes filius qm. bonæ memoriæ Comitis Raulis de Moliſio divina motus inſpiratione pro redemptione animæ meæ atque ſupradicti patris mei, & genetricis meæ, nec non & fratris mei Rogerii ſimulque filiorum meorum, cunctorumque meo-*

Digitized by Google

*meorum parentum trado offero concedo, judico, atque diſpono per hanc oblationis cartulam in monaſterio, quod ſitum eſt in monte caſtro Caſino beatiſſimi videlicet confeſſoris Chriſti Benedicti, & tibi venerabilis Oderiſi divina clementia Cardinalis, & Abba tuiſque ſucceſſoribus regulariter intrantibus integrum caſtellum nomine Vitecoſum cum muris, & portis ſuis, & cum Junoniris, quæ in eodem caſtro addita ſunt, pariter cum omnibus pertinentiis, quæ eiſdem pertinent ſimul cum omnibus emptionibus, quæ ab ejuſdem caſtri incolis empta ſunt, & cum hominibus, qui ibi habitant, & deinceps habitaturi ſunt, cum caſis, & terris montibus, & planis, tam culta quam inculta, cum inferioribus & ſuperioribus ſuis, cum viis, & anditis ſuis, & aquis, paludibus, & ſtagnis ſuis, & quemadmodum habitatores ſupraſcripti caſtelli modo detinent, & dominantur, excepto Foreſta, quæ Falaſcoſum vocatur. Hæc omnia ſicut ſuperius ſcripta ſunt trado, & offero ego, qui ſupra Ugo in prædicto Monaſterio S. Benedicti, & ad ejuſdem monaſterii Abbates atque rectores ad habendum, & poſſidendum, & faciendum inde quicquid eis placuerit, & vicem cauſandi, & poteſtatem exinde do, ut quemammodum ego & mei heredes inde facere debemus, ita & tu venerabilis Abba Oderiſi, omneſque tui ſucceſſores, & ipſius monaſterii Rectores exinde faciatis: Et obligo me ego qui ſupra Ugo Dei gratia Comes, & meos heredes jamdicto monaſterio S. Benedicti, & tibi Abba venerabilis Oderiſi, tuiſque ſucceſſoribus totam, & integram meam judicacionem, & diſpoſicionem ibidem defendere, & anteſtare amodo, & ſemper ab omnibus hominibus, ab omnique parte. Si autem ego qui ſupra Ugo, & mei heredes non compleverimus in eodem ſancto monaſterio omnia, quæ ſupra continetur, vel ſi hanc cartulam in qualibet parte, quolibet ingenio irritam facere temptaverimus, obligo me, & meos heredes jamdicto ſancto cœnobio, ejuſque Abbatibus, atque rectoribus componere ibidem auri optimi libras centum. Declaro etiam me Ego qui ſupra Ugo Dei gratia Comes obtuliſſe me in hoc eodem nominato monaſterio duo monaſteria cum omnibus pertinentiis quæ ad eadem pertinent videlicet S. Benedictum in monte Rodoni, & S. Petrum in Sexto, per ſupraſcriptam obligationem, & penam & hæc cartula judicacionis, ac diſpoſicionis de omnibus, quæ continet firma & ſtabilis permaneat ſemper, legali roborata anthoritate. Hæc omnia taliter Ego qui ſupra Ugo Dei gracia Comes ſicut mihi aptum, & congruum viſum eſt pro redempcione animæ meæ meorumque omnium parentum feci, & te Gentilem notarium ſcribere rogavi. Actum in territorio S. Benedicti, loco S. Germano. † Ego Ugo Dei gratia Comes per manum notarii ſubſcripſi. † Ego Bernardus de Carpenone. † Ego Bernardus Bojanenſis Epiſcopus. † Ego Guilelmus de Moliſio. † Ego Maurus Yſernienſis Epiſcopus. † Ego Alferius filius Roffrida. † Ego Johannes Sergii. † Ego Landolfus Fudiniano. † Ego Jordanus de Moliſio. † Ego Murinus. † Ego Malgerius de Moliſio. † Ego Raul de Hançario. † Ego Giraldus filius Guaiferi.*

In hac donatione illud eſt præcipuum, caſtrum Vitecuſi concedi cum rebus omnibus, *cumque omnibus emptionibus, quæ ab ejuſdem caſtri incolis empta ſunt, & cum hominibus, qui ibi habitant, & deinceps habitaturi ſunt cum viis, earumque aditis, aliiſque rebus omnibus*. Hujuſce donationis meminit quoque Ughellius Ital. Sac. Tom. VI. in epiſcopatu Æſernienſi col. 396. nu. 13.

Proſequitur deinde Petrus Diaconus circa finem cap. 26. hæc ſcribere: *Huic Abbati Robbertus Princeps Sacramentum fecit, confirmans de more omnes pertinentias monaſterii hujus*. Abbas hic erat Ottho qui a IV. nonas Decembris anni 1105. ad 1107. cœnobio Caſſinenſi præfuit. Robertus Capuæ princeps fuit poſt Richardum II. fratrem ab an. 1107. ad an. 1120., quo die 3. Junii obiit. Ejus ſæpe meminit Petrus Diaconus, & Peregrinius in ſtemmate Nortmannorum. Robertus Princeps Otthoni Abbati ſeſe obſtrinxit.

Roberti juramentum ex regeſto Petri Diaconi nu. 630. fol. 257. a t. hic damus. Hoc Juramento.

*Ego Robertus frater ſecundi Richardi principis promitto, & juro tibi domno Otthoni Caſſinenſis monaſterii Abbati, per hæc ſacra evangelia Dei, quod ab hac hora in antea non ero in conſilio, vel in facto, ſeu conſenſu, ut vitam, vel membrum de tuo corpore perdas, ut captus ſis at tuam damnitate honorem, & terram, quam Caſſinenſe monaſterium S. Benedicti tenuit, & dominatum eſt, vel conquiſivit infra principatum Capuanum, ſeu Ducatum Gaetanum tempore Richardi principis avi mei, & Jordani principis fratris mei, quod poſtea ibi, vel ſuis ſubditis eccleſiis offertum, vel datum eſt uſque nunc, & nominatim eccleſiam S. Agatha ſitam propo muros Averſanæ urbis cum omnibus terris & hominibus, quos Jordanus princeps pater meus dedit, & conceſſit prædicto monaſterio, & oppidum Pontiſcurbi cum his pertinenciis qualiter Richardus princeps frater meus illud conceſſit & confirmavit prædicto monaſterio, & domno Oderiſio Abbati. Adjuvabo te, & prædictum monaſterium ad tenendum, & defendendum contra omnes homines qui vobis illud, vel inde auferre temptaverint ſi inde ammonitus fuero, omnia præſcripta obſervabo recta fide abſque fraude & malo ingenio me ſcientem.*

In eodem regeſto nu. 634. fol. 258. extat Otthonis Abbatis diploma quo Oderiſii conceſſionem, utpote ſupremus princeps confirmavit Jordano, nempe medietatem oppidi Pontiſcurvi, hiſce verbis. Otthonis Abbatis Diploma.

*Ego O. Dei gratia Caſſinenſis Abbas. Prædeceſſoris noſtri Oderiſii veſtigiis innitentes, concedimus tibi Jordano Pinzaſt propter fidelitatem quam feciſti S. Benedicto, & nobis medietatem Pontiſcurvi omnibus diebus vitæ tuæ, & quindecim homines inter Plumbariola, & Piniatari, & unam Domum cum molendino in ſancto Germano. Tali etenim tenore, ut ſi ex preſenti uxore filios habueris, poſt mortem tuam in hoc Feudo tibi ſuccedant. Quod ſi ex ea filios non habueris ad mortem tuam omnia in poteſtate noſtri monaſterii redeant.*

*Comites interea Aquinenſes*, verba ſunt Petri noſtri cap. 29. *cum ab hujus loci infeſtatione nequaquam ceſſarent ad illorum nequitiam refrenandam idem Abbas animum dedit, ſingula namque monaſterii Caſtra Vallo in giro munivit ibique ruricolas, qui eatenus in villis deguerant manere conſtituit, ſicque contra eoſdem Comites ſe preparare modis omnibus cepit.* Comitum Aquinatũ audacia repreſſa.

Caſtra, oppidaque munire ſupremi principis jus eſſe in confeſſo eſt apud omnes: Huic Otthoni Sacramento ſeſe obſtrinxit Richardus de Aquila, Juramentum Richardi de Aquila.

quod

quod ex regeſto Petri Diaconi nu. 631. fol. 253. a t. pro more integrum edimus.

*Ego Richardo de Aquila juro, & promitto tibi domno Oddoni Abbati quia ab hac hora in antea non ſum in facto, aut in conſilio, vel in conſenſu, ut vitam perdas aut aliquod membrum de tuo corpore aut comprehenſus ſis mala captione ad tuam damnietatem & Abbatia S. Benedicti, & omne iſta terra nomine vero civitate, quæ vocatur Pontecurbu cum omnibus pertinenciis ſuis, ſicut Gualganus retinuit tribus diebus, & tribus noctibus antequam mortuus fuiſſet excepto terram quam retinet Guillelmo de Groſſavilla de ſupradicta civitate, exceptis caſtellis cum eorum pertinenciis nomine Rocca Guilleni, & Campellu, & Pica, & Rio Matricio, & S. Joanne in Carreca, & Feudum, quod tenuit, & tenet Anneo de rivo Matricio infra fines prædicta civitatis, & caſtella Sarraciniſcu, & Carditu, Aquafundata, Betecuſu, Valliſrotunda, Sancto Lia, Cervaru, S. Victor, S. Petru in fine, Torocclu, Rocca de Bantra, Bantra Monaciſca, Caminu, S. Salvatore, Mirtula, Caſa Fortini, S. Andreas, Vallisfrigida, S. Ambroſius, Junctura, S. Apollinarius, Pignatari, Terame, S. Angelus, S. Germanus, S. Petrus, Pedemonte, Plumbarola, S. Stephanus, S. Georgius, Fracte, caſtellu nobu, Turre de Mare, Auriana cum pertinentiis, quæ pertinent ad S. Benedictum, & aliis pertinenciis de ſupradictis caſtellis adjutor ero ad tenendum, & defendendum contra omnes homines, qui tibi tollere incipiunt, excepto ſi dominus Papa, aut princeps Robbertus, aut Comes Ugo, vel Simonem filii ejus guerram tibi fecerit, aut mihi facere præceperint, ero in adjutorio tuo, precibus rogando quantum melius potuero, ſine terra, & precio dando, & ſi precibus aquirere non valeo de terris, quas de eis teneo, adjuvabo eos & de ſupradicta terra de Pontecurbo, quam abſtulit Guillielmus poſt mortem Gualguani taliter qui ego rogabo Comitem Ugonem Seniorem meum abſque fraude, & malo ingenio, ut ſi ſupradictus Guigelmus mecum concordiam non fecerit litem & Guerram faciam ei ſine, neque concordiam neque treuguam non habebo cum eis, neque cum aliquo homine, qui eum inde adjuvaverit ſine veſtra licencia donec ipſam terram reſtituam beato Benedicto & tibi domno Otthoni Abbati, & ſi licenciam a Comite Ugone non potuero habere, ego te adjuvabo ut melius potuero ſine offenſione Sacramenti domini mei Ugonis. Hæc omnia obſervabo abſque fraude, & malo ingenio me ſciente, ſic Deus me adjuvet, & hæc Sancta Dei evangelia ſimiliter ab hac hora talem foris factum non fecerit ſcilicet de mea morte, & de filiis meis legitimis, & de Baronibus meis & terram perdere, & in curia beati Benedicti, & tua infra quadraginta dies mihi legem aut concordiam non feceris poſtquam te ſubmoneo vel ſubmonere facio pro quarantana ſi recipere valeo, & ſi talem ſonium non habemus inter nos qui ſupra pro hoc inventum non ſit, & ſi ſonio poſt tranſacto die infra quindecim diebus ſimiliter mihi legem aut concordiam obſervetis, & ſi hæc mihi non feceris maneat quietus de Sacramento ſi ego ſecurus ſum, in ſupraſcripta Curia S. Benedicti, & hominibus, quæ meeum veniunt.*

Nullum hoc monumento clarius afferri poteſt, quo evincamus, feuda ab Abbatibus conceſſa cum Robertus hic de Aquila aliis jam principibus ob accepta feuda ſubditus, Abbati Caſſinenſi ſe præſto futurum, ſed non contra priores ſuos Dominos ſpondeat.

Huc revocandum privilegium a Roberto primo Capuæ principe cœnobio S. Angeli in Formas conceſſum, quo omnia ejus bona, ac latifundia majorum ſuorum exemplo ampliſſime confirmat: illud ex regeſto ejuſdem cœnobii pag. 57. a t. hic damus. Privilegium Roberti primi cœnobio S. Angeli conceſſi.

*Notum ſit omnibus ſancta, & catholica eccleſia filiis Riccardum principem avum meum eccleſias Dei & monaſteria dilexiſſe, cœnovia conſtruxiſſe, inter quæ eciam & monaſterium ſancti Angeli quod dicitur in Formis a novo fundamine reſtauravit, eumque terris, vineis, & olivetis, ſilvis, paſcuis, hominibus, eccleſiis ac diverſis opibus ditavit, quo defuncto, Jordanus princeps filius ejus meuſque pater omnia quæ præfatus Riccardus princeps pater ejus, eidem monaſterio dederat confirmavit, & ipſe poſtmodum quam plurima in idem cœnobium contulit, poſt obitum cujus Richardus princeps natus ejus, & frater meus in prænotato cœnovio ex ſuis opibus, & ex publicis rebus dedit, conceſſit, ac confirmavit, deceſſum cujus cum quadam die ego Robbertus divina ordinante clemencia Capuanorum princeps apud prædictum monaſterium S. Angeli cauſa oracionis iter haberem, fratres, qui ibi jugiter Deo ſerviebant a magnitudine mea firmitatis apices omnium donorum, & conceſſionum, quæ memorati principes fecerant Deo, & ipſi monaſterio, me offerre, & concedere poſtulaverunt, quorum peticionibus digna obtemperans fieri procuravi. Ex interventu igitur eorum & deprecatu Ivonis economi per hanc principalem paginam tradidi, conceſſi, & confirmavi in perpetuum in prædicto monaſterio omnia, quæ memorati principes jamphato monaſterio S. Angeli ſubdito monaſterio S. Benedicti montis Caſini, in quo nunc domnus Oddo venerabilis Abbas praeſt dederunt, & per principale ſcriptum conceſſere & confirmavere, & quæ eidem monaſterio pertinet, & quæ nunc poſſidet legaliter, & dominatur. Illius vero loci fines in quo poſitum eſt predictum monaſterium ſic indico, ex una parte ſunt cava Cimentaria qualiter pergitur per eccleſiam S. Marcelli, & ad terram quæ dicitur Bertariski, & qualiter vadit per eam, & vadit ad canalem quæ deſcendit de Aſculcule, & qualiter aſcendit per ſupraſcriptum canalem directe ad trivium, qui conjungitur tres viis, una quæ deſcendit ad S. Marcum, & alia deſcendit ad prædictum monaſterium, & alia aſcendit ad Roccam, & inde qualiter per ſupraſcriptam viam aſcendit, quæ aliquantulum vadit ſuper criptam arenariam, & vadit ad monticellum, & ad planas ſupradicti Monticelli, ubi eſt Pleſcum, quæ ſunt ſuper Vallem, quæ vocatur Venula, & incipiente per ſupraſcripta plana per tranſverſum per Canalem quæ dicitur de Ficufuſcula directe in coſta quæ dicitur turris Veſpuli uſque in ſemitam de ſupraſcripta Rocca, & qualiter deſcendit per ipſam ſemitam in monticellum, qui Rickibellum vocatur, & inde qualiter deſcendit ad terram S. Vincentii, & per terram S. Benedicti Majori de Capua, & aliquantulum per terram quæ fuit Oſencii Imperatoris, & per terram S. Vincencii, uſque ad prædictas Cavas Cimentarias; concedo eciam, & confirmo in prædicto monaſterio S. Angeli quicquid*

*con-*

Digitized by Google

*continetur in cartula oblacionis quam prænominatus Riccardus princeps avus meus eidem monaſterio obtulit, videlicet Sarzanum, & terras, & homines ipſius monaſterii, qui ibi commorantes ſunt vel fuerint, cujus fines ſic indico. Incipiente a Trivio de S. Martino qui dicitur ad Lavem, & deſcendente per viam uſque ad fluvium, & inde aſcendente per Baſtiticzum & qualiter pergit uſque ad ventum varnum. Concedo quoque eidem monaſterio Caſtanetum, quod eſt prope locum qui dicitur Baſtiticzum quem prædictus pater meus J. Princeps eidem monaſterio dedit pro ſervitio hoſpitum. Concedo etiam eidem monaſterio homines, & terras fuere Petri de Roſella, & germani ejus, & homines Gregorii Comitis palatii, qui modo ſunt commorantes in loco S. Eraſmi ſicut cartula oblacionis continere videtur, quam prædictus avus meus eidem Monaſterio fecit, & terras quæ ſunt in Ponticello, & in Caſa alba, & in S. Priſco, & ubicumque ſunt terræ ipſæ in partibus veteris Capuæ illius ſcilicet Gregorii. Concedo quoque præfato monaſterio eccleſiam S. Angeli de Olaldiſcki, quæ eſt conſtructa in hac civitate cum terris, & ſervis, & ancillis, & cum univerſis ſuis pertinenciis, & eccleſiam S. Benedicti Pictoli & eccleſiam S. Ruphi quæ ſunt conſtructæ in hac civitate, cum Eccleſiis, & ornamentis illorum cum terris, & ſervis, & ancillis eorum, & aldios, & aldias & pertinentes, cum ſilvis, pratis, paſcuis, paludis, & cum univerſis pertinenciis illorum tam intus Capuæ quam & de foris qualiter antiquitus pertinuerunt præfatæ eccleſiæ, & eccleſiæ quæ ſibi pertinent, & nunc reſidet terras etiam, & ſilvas, & paſcuas, & paludes & aquas, & piſcaciones ſervos, & ancillas, aldios, & aldias, & univerſa quæ ſupraſcripta eccleſia S. Ruphi & rectores ejus jam per triginta annos, & eo amplius a parte prædictorum principum tenuerunt, & poſſiderunt quæ fuerant qm. ſcilicet quorumdam fratrum videlicet Guidonis, & Landenulfi filii cujuſdam Landonis, qui vocabatur Caputu, qui videlicet tempore prædicti Ricardi principis avi mei contra ejuſdem principis animam cogitaverunt, & inimicos intra Provinciam invitaverunt, celaverunt, & annonam eis dederunt, ob quas culpas omnes res illorum Langobardico jure fiſco prephati R. Principi advenerunt quæ res omnibus prædictis principibus demiſſa ſunt per convencionem a Capuanis, & per Sacramentum firmata. Concedo etiam in predicto monaſterio omnes filios cujuſdam ſummi de Camiglano. Concedo quoque et, confirmo eidem monaſterio S. Angeli eccleſiam S. Petri de Scaphati & eccleſiam S. Agathæ conſtructa prope muros Averſanæ urbis, & eccleſiam S. Leonis, quæ ſita eſt foris muros Sueſſanæ civitatis, & eccleſiam S. Benedicti qui dicitur ad Dalſianam quæ eſt in Canciæ finibus prope caſtellum quod vocatur de mare cum omnibus ornamentis, & eccleſiis, & hominibus, & terris, & ſervis, & ancillis, & aldios, & aldias, & pertinentes, & cum poſſeſſionibus, & univerſis pertinenciis illorum, & cum pratis paſcuis & ſilvis, & aquis, & piſcacionibus, & aliis omnibus rebus illorum, quæ poſſidentur, & dominantur. Concedo etiam in prædicto monaſterio unam peciam de terra quæ dicitur campo cotidianu prope Saxeta quæ prædictus Richardus princeps frater meus ibidem per præceptum tribuit, & quidquid Paldi Comes de Benafro cum Maria uxore ſua per cartulam in monaſterio S. Benedicti montis Caſini dederunt, qualiter prephatus princeps R. Frater meus eidem monaſterio, & monaſterio S. Angeli conceſſit, ita & ego concedo, & confirmo eis, & ſi homines extranei venerint ad habitandum in terris ipſius monaſterii ad faciendum ſervicium Fratrum, nullus homo eis injuſtum faciat, ſed quieti maneant, & ſerviant prædicto monaſterio, & Rectoribus ejus. Concedimus eidem monaſterio unum ſedium de Molino in triſiſco quod olim Pandulfus, qui fuerat princeps Capuæ conſtruere fecit, quod poſtea longo tempore deſtructum fuit, & eſt inter Sedium ulmi, & ſedium ſalicis, una cum ripis, & alveo, & poteſtatem, & licenciam habeat pars prædicti monaſterii in ripis ex utraque parte, & intantum quantum dixi de alveo palos figere, & cluſuria facere & molendina & omnem utilitatem, & commodum ipſius monaſterii peragendum. Hæc omnia præſcripta qualiter hic ſupra ſunt adnotata cum omnibus pertinenciis illarum inferioribus ſcilicet ac ſuperioribus earum, cum viis eciam in omnibus intrandi, & exeundi ego prænotatus Robbertus Capuanus princeps in prephato monaſterio S. Angeli per hoc principale ſcriptum in perpetuum conceſſi, & confirmavi ad poſſeſſionem, & poteſtatem, & dominacionem ejuſdem monaſterii S. Angeli, & omnium rectorum ejus, faciendi exinde ſecundum inſtitucionem legis, utilitatem ipſius monaſterii remota omni inquietudine, contrarietate, & moleſtia omnium principum ſucceſſorum meorum, vel vice principum, Comitum, vel vicecomitum, judicum, Gaſtaldeorum, aliorumque perſonæ omnium mortalium. Quod ſi quis hujus noſtræ conceſſionis, & confirmacionis paginam contemptor aut violator in aliquo eſſe præſumpſerit, centum libras auri puriſſimi perſolvat, medietatem in prædicto monaſterio S. Angeli, & medietatem meo ſacro palacio, ſolutaque pœna librarum auri hujus meæ conceſſionis & confirmacionis pagina cum omnibus, quæ & qualiter continere dinoſcitur firma munita atque inconvulſa perhenniter maneat, & ut hoc principale ſcriptum firmius credatur, & diligencius ab omnibus obſervetur, manu propria illud corroboravi, & mei ſigilli impreſſione inſigniri juſſi.*




*Ex juſſione præfatæ Sereniſſimæ poteſtatis ſcripſi ego Quiriacus palatinus judex in anno Dominicæ incarnacionis ejus milleſimo, centeſimo ſeptimo, & primo anno principatus prænominati Dñi Robberti excellentiſſimi principis Capuæ: Datum Capuæ menſe Septembrio, per indiccionem primam.*

Diplomatis hujus indictio a menſe Septembri ducit initium.

Non

Digitized by Google

Non æque tamen pacifica ſemper fuit Caſſinatium beataque quies; nam inſenſiſſimi cœnobii noſtri hoſtes, *Adenulfus, Lando, & Adenulfus Aquinenſes Comites*, teſte Petro Diacono cap. 32. *Diabolica debriati veſania caſtrum Terame ruſticorum proditione ingredientes & ejuſdem caſtri habitatores in ſuam fidelitatem jurare facientes, oppida monaſterio pertinentia depredare cœperunt. Hoc ubi prædicto Abbati nuntiatum eſt, ad eoſdem Comites dirigens ut caſtrum monaſterio redderent, & a tantis iniquitatibus, & direptionibus ceſſarent, monere cepit, illi autem ejus dicta non ſolum facere, ſed etiam audire ſpernentes deteriora in dies agere minabantur. Tunc Abbas cum Fratribus communicato conſilio, eoſdem ſacrilegos a liminibus eccleſiæ ſeparavit, ac e veſtigio Robertum principem evocans ad ejuſdem caſtri recuperationem invitat, qui copioſo valde congregato exercitu, ſuper eundem caſtrum adveniens illum oppugnare modis omnibus cepit, cumque hoſtiliter ibi per dies ferme quindecim reſediſſet, iidem Comites miſerunt ad eundem Abbatem, quod ſi illos cum armis ſuis exinde exire permitteret idem caſtrum abſque omni controverſia protinus monaſterio redderent. Quod dum Abbas annuiſſet, ſupradictum caſtrum in monaſterii hujus poteſtate recepit die iduum Auguſtarum anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo octavo, pro quo videlicet caſtro idem Abbas Capuano principi libras ducentas contradidit.* Quo in capite illa potiſſimum adnotanda ſunt verba: *Comites miſerunt ad eundem Abbatem, quod ſi illos cum armis ſuis exinde exire permitteret, idem caſtrum &c. recepit.* Nullam itaque Robbertus princeps juriſdictionem in Caſſinatium oppida habebat, atque Abbatem ſpectabat pacta accipere, non principi licet præſenti, cui ducentas libras non pro caſtro, & quod jam dudum poſſidebant, ſed pro expeditione ab eo ſuſcepta, impendiiſque factis perſolvere Caſſinates, quamquam aliunde juramenti religione qua ſeſe Robertus princeps obſtrinxerat præſto Caſſinatibus eſſe debuit.

Caſtrum Terami recuperatur.

Juriſd. abſoluta.

Laydulfi Comitis pro Caſſinatibus Proteſtatio.

Novis in dies, validiſſimiſque monumentis confirmata eſt Caſſinatium juriſdictio, nam ut refert Petrus Diaconus cap. 34. *Tunc temporis Laydulfus filius Pandulfi Comitis de Preſenzano in preſentia ejuſdem Abbatis manifeſtavit, & renunciavit ſe de inclita parte ſua de caſtello Mortula, & Caſa fortini, & Cucuruczu, & Rocca de Bantra, pœna appoſita centum librarum auri, ſi hoc removere queſiſſet.*

Quæ Laydulfi proteſtatio authentica in noſtro archivo extat.

† *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni anno ab Incarnacione ejuſdem Domini milleſimo centeſimo hoctabo, menſe September ſecunda indictione. Ideoque ego Laydulfus Comes filius qm. Pandulfi Comitis Thianenſe divina inſpiracione compunctus pro ſalute, & redempcione anima mea, & geniteris, & genitricis mea, & parentum meorum ut hic, & apud eternum Dominum de peccatis meis requiem, & indulgenciam invenire valeam ad huc tamen ſana mente mecum habeo, & recte loqui valeo in preſencia Hoctabiani judici, & Alferi filii quondam Gaderigi, & Johanne filii Garaldi judicis, & aliorum bonorum hominum bona mea voluntate . . . . . . . , & renuncio in monaſterio S. Benedicti caſtri Caſini, ubi domnus Bruno reverentiſſimus epiſcopus, & Abbas praeſſe . . . . . . . inclyta parte, & pertinencia mea qua, & quantum . . . . . . . . vel pertinens eſſe invenitur per quavis modis Deo . . . . . . . . . & Caſafortini, & de caſtro S. Salvatore, & de caſtro Cimino, & de Racca qua dicitur Vantra Comitale cum omnibus eorum pertinenciis, & adjacenciis ſuis, qua in poſſeſſione predicti monaſterii eſſe videntur, & ſicut homines de predictis caſtris modo tenunt, & dominant. Et obligo me Ego qui ſupra Laydulfus Comes, & mei heredes in predicto monaſterio S. Benedicti, & ejus Sacro altario, & ad ejus cuſtodes, vel rectores de predictis caſtris cum omnibus eorum pertinenciis . . . . . . . . concedere, & anteſtare amodo, & ſemper a parte . . . . . . . . . & ab aliis omnibus hominibus ab omnibuſque partibus . . . . , uſabo nec contendo, nec ego neque mei heredes . . . . . . . . . . predicto monaſterio, & ejus rectores, atque cuſtodes . . . . . modo nec aliquando adveniente tempore per nullis . . . . . . . . . . modis exinde cauſare, aut contendere voluero ego, & mei heredes in predicto monaſterio, & ad ejus ſacra Altario . . . . . . . . . . . . , & ad ejus rectores, atque cuſtodes obligo me, & meis heredes ad componendum in ſupraſcripto monaſterio auri libras centum . . . . . . & poſt ſoluta pena compleamus omnia, et in omnibus hec omnia que ſuperius geſta ſunt, quam et profeci . . . . . . . predicti monaſterii, et ejus rectoribus, atque cuſtodibus pro ſalute et redempcione anima, et parentum meorum feci. Quem tibi Girardus Y. poſt Diaconus, et notarius ſcribere precepi, atque rogavi Actu Teano juxta Preſentianum, et interfuiſti. ✠ Ego qui ſupra Octavianus Judex. ✠ Ego qui ſupra Laidulfus Comes, qui hoc ſcriptum ſcribere precepi, et ſignum crucis feci. ✠ Ego qui ſupra Alferius filii Gaderiſi. ✠ Ego qui ſupra Johannes filii Garardi. ✠ Ego Pandulphus.*

Quæ quidem donatio aliud Caſſinatibus utilitatis non offerebat, quam poſſeſſionis ſuæ, qua jam pridem fruebantur, majus quoddam robur, firmitatemque. Superius jam aſſeruimus Deſiderium Abbatem anno 1066. bona omnia, quæ tunc temporis Monaſterium habebat quibuſdam laminis imprimenda juſſiſſe, eaſque laminas foribus eccleſiæ infigendas ubi nunc etiam inſunt. In decima nona vero ex iſtis verſu ſecundo hæc habentur Peſcu Conſtantii cum tredecim cellis, & villis ſuis. Ignoramus tamen quo anno oppidum hoc Ottoni Gualterii filio traditum fuerit pro Cantalupo, aliiſque bonis, quamvis in ſæpe laudato Petri regeſto legatur fol. 76. nu. 170. Ottonem hunc jam dictum oppidum cum omnibus pertinentiis ipſius in die obitus ſui ſe redditurum promiſiſſe uti conſtat ex hac ipſius Charta.

*Anno ab incarnatione Dñi noſtri Jeſu Chriſti milleſimo centenſimo octavo, indictione prima, concurrente 3. epacta 6. Ego Otto filius Walterii promitto, et juro monaſterio S. Benedicti montis Caſini, et monaſterio S. Petri de Obbellana, et tibi dño Brunoni epiſcopo, et Abbati, et omnibus ſupraſcriptis monaſterii Abbatibus tuis ſucceſſoribus per regulam intrandi per hac ſacra evangelia Dei, quia dum vivo de caſtello Peſco Conſtantii, quod a parte predicti monaſterii in commutatione ſuſcepi, Ligius homo*

prefa-

Digitized by Google

*prafati monaſterii, tuique, tuorumque ſucceſſorum ero, & eccleſiam S. Angeli in pertinentia caſtelli Carceris poſitam cum omnibus hominibus, & pertinentiis ſuis, & magiſtrodato, & filiis ſuis, & rebus ſuis, quos dño Amico Decano in feudo dedit, & eccleſiam S. Maria in Peſculo conſtantio cum pertinentiis ſuis ſemper habere concedo, & homines illos, quibus munitiones ejuſdem caſtelli ad coſtodiendum, & tenendum datas habeo jurare facio, & omnes illos jurare faciam quibus in antea dedero, ut in die qua obiero, vel nocte tibi, vel ſucceſſoribus tuis, vel admiſſos tuos, ſive ad miſſos ſucceſſorum tuorum, vel prepoſito predicti monaſterii S. Petri, qui per te, vel ſucceſſores tuos ordinatus fuerit, prefatum caſtellum cum munitionibus, & pertinentiis omnibus ſuis reddant libera tua, vel eorum quos predixi poteſtate, abſque omni malo ingenio. Et ſi ego monachus fieri, ſive Jerhuſalem jero prefatum caſtellum cum munitionibus, & pertinenciis ſuis reddam, & ſuſcipiamus a te, ego, & filii mei, vel a ſucceſſoribus tuis, vel a miſſis tuis, ſive a miſſis eorum, quos predixi caſtellum Cantalupum, & terras illas, & eccleſiam S. Angeli cum pertinentiis ſuis, & homines qui tunc temporis vivunt, & ibi manent, qua omnia pro predicto caſtello jamdicto monaſterio data hebeo prater illud, quod pro animabus noſtris praphato monaſterio tunc de predictis terris, & omnibus, & caſtello dimictere voluerimus Hac omnia preſcripta obſervabo recta fide, & hoc repromitto, ego Otto per Sacramentum, & obligo me, vel filiis meis, omniumque heredum eorum, & cum pena obligata ſuper nos de me, & de filiis meis quadraginta libras auri componere promictimus tali tenore ſi cauſa hac quaſierisſimus retollere, vel minuare, aut defendere non voluerimus, omniaque ſicut ſupradicta habemus videlicet Cantalupum cum omni pertinentia ſua, & eccleſiam S. Angeli cum omnibus pertinentiis ſuis; interea dum poſſidemus cauſa iſta uſque ad illud tempus, quam per cambium ſtamus pro Peſclu Conſtantii. Quacumque hora poterimus reddere illum reddamus, habeat poteſtatem Prioris S. Petri Avvellanenſis prepoſiti quicquid facere voluerit cum omni congregatione ſua, ſicut de aliis rebus S. Petri ita faciat. Et iterum hac omnia, quod per convenientiam, & cambium fecimus. Nam ſi frangere voluerimus, vel minuare, vel diſturbare quaſierimus, & non obſervabimus placitum iſtud ſumma, & individua Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti incurramus iram filii Dei in vinculo excommunicationis, qua a Sanctis patribus facta eſt pro cauſa eccleſia Dei, & ad damnationem maledictionis ſine fine. Et deſcendat ſuper nos paterna maladictione, atque materna, & deleat nos Deus de libro vita, & pereamus cum damnatis, & cum omnibus, crucifixoribus Domini cum Juda, Anna, & Caipha, & Pilatu in ſecundo adventum Domini non reſurgat niſi ad damnationem in ſulfuris, & ſtagnum ignis ardentis in Inferno ubi ſine fine cruciemur ſi non emendaverimus. Amen fiat fiat. † Signum manus Ottoni filii Gualterii, qui hanc cartulam conceſſit, & ſcribere rogavit. † Signum manus Ramdiſi filii Aczarelli, qui interfuit, & teſtis inde eſt. † Signum manus Rimanni filii Oldirii, qui interfuit, & teſtis inde eſt. † Sgnum manus Borelli filii Anolini, qui interfuit, & teſtis inde eſt.*

Bruno Abbas Caſſini fuit ab an. 1107. ad 1111. *Diſſertat.*

De Gerardo vero ab an. 1111. ad an. 1123. Abbate Brunonis ſucceſſore loquens Petrus ait cap 45. *Privilegium ab eo* (ſcilicet a Paſchali II.) *an.* 1113. *de omnimoda monaſterii hujus liberate recepit*. In eo privilegio inter alia cœnobii dona hæc confirmat Paſchalis. *Item Civitatem qua dicitur S. Germani poſitam ad pedem ipſius Montis caſtellum S. Petri, quod ab antiquis dictum eſt caſtrum Caſini, caſtellum S. Angeli, Pinniatarium, Plumbarola Pedemonte, Junctura, S. Ambroſii, S. Apollinaris, S. Georgii, Vallemfrigidam, S. Andrea, Vantra Monaſtica, Vantra Comitalis, S. Stephani, Terame, Fracto, Mortula, cum ipſa curte, qua dicitur Caſa fortini, S. Salvatoris, qui vocatur Cucuruczu, Turrem ad Mare juxta fluvium Garelianum, S. Petri in Flia, S. Victoris Jorocclo, Cervaria, Elia, Saraceniſco, Cardetum, Aquafundata, caſtellum Pontiſcurvi, & Viticoſi. In Marchia Teatina caſtellum Laſtinianum, Montem Albrici, Muccla S. Quirici cum Portu, Friſa, S. Juſta. In Comitatu Aſculano Caſtellum quod dicitur Octavus, & poſt montem Cinianum, & Trivilianum, & Cavinum. In Principatu caſtellum Ripa Orſa, Monsbellus, Petra fracida. In Comino caſtellum Vicum album. In territorio Carſeolano caſtellum Auricula, Piretum, Rocca in Camerata, & Foſſa ceca. In Calabria Cetrarum. In Amalſi Fundicum. In territorio Trojano Caſtellone de Baroncello, et villam S. Nicolai, qua de Gallicianis dicitur. In territorio Capuano Gualdum de Liburia etc.* Neque tamen hic omnia nominantur oppida, quæ cœnobio Caſſinenſi ſuberant.

Paſchalis II. Papæ Privilegium.

Gerardo Abbati hoc juramento ſe obſtrinxit Rao quidam ex regeſto Petri Diaconi nu. 632. fol. 253.

Raonis Juramentum.

*Ego Rao filius Raelis promitto, et juro tibi S. Benedicto, et tibi Domno Gerardo Abbati, et ſucceſſoribus tuis regulariter intrantibus in Abbatiam S. Benedicti montis Caſini, quod ab hac hora, et in antea non ſum in facto, vel in conſilio, ſive in conſenſu, ut vitam, aut membrum de tuo corpore perdas aut captus ſis mala capcione ad tuam damnietatem Abbatiam S. Benedicti, et omnem terram, et monaſterium, et caſtella ejus, quod infra principatum Capuanum ſunt adjutor ero ad tenendum, et defendendum contra omnes homines, qui tibi, vel ſucceſſoribus tuis tollere incipiunt, excepto contra principem Robertum, et Comitem Robbertum dominos meos, preces tamen fundo abſque omni malo ingenio excepto Raynaldo Muſca, et Guilelmo Fraſinella, et Richardus de Gajeta, et Guimundo de Rocca Romana quibus ſimiliter preces effundo donec terminus fidentia illorum compleatur et quicquid monaſterium Capuanum tenuit tempore Jordanis principis quiete dimittam, extra dua opera per domus unius hominis in ebdomada uſque ad quatuor annos, et poſt completos quatuor annos dimitto inde unum opus pro anima mea, ita tamen ut centum tarenos dimittam uſque ad terminum ſupradictum de illis tarenis, quos colligere debeo per annum ſecundum uſum principis Jordanis, & poſt quatuor annos ſimiliter recipiam tarenos illos ſicut recipere ſolitus ſum poſtquam ego opus unum inde dimitto, ſicut jurando tibi promiſi, & illud, quod exinde excepi a te in beneficio recognoſco Hac omnia obſervabo me ſciente per hac Sancta Dei evangelia.*

Quod quidem juramentum ſupremam Caſſina-



Digitized by Google

tium juriſdictionem a principum Nortmannorum dynaſtia diſtinctam evidenter demonſtrat.

Guillelmi Ducis erga Caſſinates Beneficia.

Nortmannorum deinde principum erga cœnobium noſtrum propenſiſſimam voluntatem hiſce verbis narrat Petrus Diaconus cap. 48. *Sequenti vero anno Guillelmus Dux filius Roggerii Ducis ad hunc locum deveniens per præceptum confirmavit in hoc loco quidquid Robbertus, & Roggerius Duces S. Benedicto tradiderunt &c. Fecit & aliud Preceptum de Caſtellione de Baroncello cum pertinentiis ſuis, ut homines qui in eo manent ſolidi, quieti, & liberi ſint a ſe, & a ſuis ab omni datione vel cenſu. Sed & Conſtantia filia regis Francorum cum Boamundo filio ſuo eodem anno obtulit in eccleſia S. Petri Imperialis in civitate Tarento octaginta ſex familias hominum, cum rebus ſuis, & quicquid eidem loco conceſſum eſt per præcepta, & oblationes.*

Ejus Privilegium.

Privilegium Guillelmi Calabriæ, & Apuliæ Ducis autographum in archivo noſtro aſſervatur.

† *In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis.* w. *divina favente clementia Dux, Roggerii glorioſi Ducis heres, & filius. Convenit omnes in regimine conſtitutos dominicis obedire preceptis, atque ei per quem regnant colla ſubjicere, ut regni illius mereantur eſſe participes quod fine caret, quod ſemper ſine jactura, ſine mærore durabit: ob amorem igitur regis celeſtis, per quem ſubſiſtimus, regimur, atque regnamus, propter redemptionem animarum predicti genitoris noſtri bonæ recordationis, nec non & avi noſtri Robberti magnifici Ducis, & aviæ noſtræ Sikelgaitæ Duciſſæ, pro ſalute quoque noſtraque genitricis Halæ omniumque parentum noſtrorum confirmamus, & concedimus monaſterio beati Benedicti S. Caſſinenſis cœnobii, & tibi domno Girardo venerabili Abbati ejuſdem monaſterii, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum habenda, & poſſidenda omnia, quæ prædictus genitor noſter Roggerius Dux, & avus noſter Robbertus Dux & avia noſtra Sikelgaita Duciſſa in prefato S. cœnobio beati Benedicti Montis Caſſini obtulerunt, in primis in Calabria Monaſterium S. Anaſtaſiæ, in territorio Follonestri cum hominibus, & terris, & omnibus ſuis pertinentiis atque ſubſtantiis mobilibus, & immobilibus. Inſuper & eccleſiam S. Mariæ quæ conſtructa eſſe videtur ante portam civitatis Tropeæ quæ porta Vaticana nuncupatur, cum hominibus, & terris, & omnibus ſuis pertinentiis, atque ſubſtantiis mobilibus, & immobilibus, ſimulque & totam piſcariam, quæ ſpecialiter Junnaria appellatur in territorio prædictæ civitatis Tropeæ loco qui Bordella vocatur cum hominibus, & omnibus ſuis pertinentiis terra marique, mobilibus, & immobilibus, monaſterium quoque S. Nicolai in territorio Biſinianenſi in Vico qui Sillictana dicitur cum hominibus, & terris, & omnibus ſuis pertinentiis atque ſubſtantiis mobilibus & immobilibus, & cum omnibus rebus, & hominibus quæ in eodem loco domna Rocca amita noſtra filia Drogonis Comitis habuit, & per cartulam beato Benedicto optulit, nec non & locum illum, qui Cetrarius dicitur una cum toto portu ſuo & cum omnibus ſuis pertinentiis, atque univerſis colonis ibidem habitantibus, & cum omnibus etiam monaſteriis intra pertinentias prædicti loci conſtitutis, & cum omnibus ipſius territoriis, ſilvis, & paſcuis, aquis, & molendinis, ac pertinentiis omnibus mobilibus, & immobilibus terra marique in civitate Troja vel in territorio ejus monaſterium S. Angeli, & eccleſiam S. Thomæ & eccleſiam S. Bartholomei, quæ eſt ſubtus caſtellum ipſius civitatis, & eccleſiam S. Juſtæ cum omnibus pertinentiis, atque ſubſtantiis earum mobilibus, & immobilibus. Caſtellionem quoque, qui dicitur de Baroncello in eodem territorio cum hominibus omnibuſque ſuis pertinentiis mobilibus, & immobilibus. In territorio etiam ejuſdem civitatis Trojæ monaſterium S. Nicandri, & eccleſiam S. Nicolai, quæ dicitur de Gallitianis, cum hominibus, & cum omnibus earum pertinentiis, atque ſubſtantiis mobilibus, & immobilibus. In civitate Montis S. Angeli hoſpitale cum eccleſia, & hominibus, & terris, & cum omnibus pertinentiis, & ſubſtantiis earum mobilibus, & immobilibus. In civitate Salerni monaſterium S. Laurentii cum eccleſiis, & cum Fundico ad portam maris cum omnibus pertinentiis ſuis mobilibus, & immobilibus. In civitate Amalfitana in loco Valle Nole fundicum, & eccleſias S. Benedicti, & S. Blaſii, & S. Nicolai, & S. Crucis. Præterea confirmamus vobis terram, quam olim in Trojano territorio apud S. Juſtam conceſſimus in præfato monaſterio S. Benedicti. Inſuper concedimus vobis ut animalia veſtra quæ annualiter in noſtram terram devenerint, paſcua in ſolitis locis habeant, & abſque noſtri, hominumque noſtrorum, vel alicujus perſonæ contrarietate, vel infeſtatione, ſeu redditione maneant, & redeant, excepto eo, quod Troja dare ſoliti ſunt. Hæc itaque omnia quæ ſupraſcripta ſunt, & cunctas alias poſſeſſiones, quæ per omnes terras noſtri ducatus, ſive principatus, patritiatus etiam, aut comitatus prefato veſtro monaſterio quocumque modo ideſt divino, vel humano jure pertinent, omnia libere, & abſolute confirmamus, & concedimus eidem monaſterio S. Benedicti Montis Caſini, & tibi reverendiſſimo Abbati domno Girardo, ſucceſſoribuſque tuis in perpetuum ea ratione, ut ſemper ſint in poteſtate & dominatione prædicti veſtri monaſterii veſtraque prænominatæ Abbas reverendiſſime, veſtrorumque ſucceſſorum omnium ad habendum, & poſſidendum jure quieto in perpetuum, ſine noſtra, noſtrorumque heredum, aut ſucceſſorum, ſeu noſtræ reipublicæ exactorum omniſque humanæ perſonæ, contrarietate vel moleſtatione. Si quis vero temerario auſu harum noſtrarum confirmationum, vel conceſſionum aliquatenus violator extiterit, ſciat ſe iram Dei, & noſtri graviter incurrere & compoſiturum auri puriſſimi libras mille, medietatem cameræ noſtræ & medietatem prefato S. monaſterio ſeu rectoribus ejus abſque paginæ hujus aliqua infirmatione. Quod ut verius credatur, & firmius omni tempore obſervetur, Joanni noſtro notario ſcribere præcepimus, & noſtro cum tipario aurea bulla inſigniri juſſimus. Anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo quartodecimo Ducatus autem noſtri anno quarto, menſe October, Octava indictione.* † *Ego* w. *Dux me ſubſcripſi.* † *Ego Robbertus Capuanorum princeps me ſubſcripſi.* † *Signum crucis propriæ manus Johelis Comeſtabuli.* † *Signum crucis propriæ manus* w. *Comitis de Principatu.* † *Signum Crucis propriæ manus Fulconis de Baſungerio.* † *Ego Landulfus Protonotarius interfui & ſubſcripſi.* Indictio hujus diplomatis incipit a Kal. Septembris.

Hic confirmat quidquid Roggerius ejus pater, Robbertus avus, Sikelgaita, & Rocca cœnobio

noſtro

noſtro conceſſere potiſſimum monaſteria quædam cum hominibus illis ſubditis, oppidum quoque Citrarii, permittitque animalia cœnobii Caſſinenſis in territorio ditionis ſuæ paſcerent. Omnia vero, quæ cœnobium noſtrum, quocumque modo, hoc eſt divino, & humano jure ſpectant, libere, abſoluteque concedit. Hujuſce privilegii autographum preſentatum in proceſſu memorato Anchoragii fuit, auditoque fiſco extracta authentica copia, originale Caſſinatibus reſtitutum.

Alterum Guillelmi Privilegium.

Alterius quoque privilegii a Guillelmo conceſſi autographum in eodem archivo aſſervatur, eſtque hujuſcemodi.

✝ *In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis* W. *divina favente clementia Dux, Roggerii glorioſi Ducis heres, & filius. Nos ab omnium conditore, & gubernatore dignas mercedes credimus accepturos, ſi ſanctis. & venerabilibus locis curam impenderimus, & quod ab eorum cultoribus poſtulati fuerimus bono & ſincero animo prebuerimus. Idcirco ob amorem regis celeſtis, per quem ſubſiſtimus, atque regnamus, nec non pro redemptione animæ ſupraſcripti patris, aliorumque parentum noſtrorum concedimus in monaſterio S. Benedicti montis Caſini caſalem Caſtilioni, & omnia caſalia, ſibi pertinentia tam intus, quam & de foris in omni mea terra, vel qua in meo dominio ventura eſt, & ut predictus Caſtilionus, & omnes homines qui in eo manent deinceps ſolidi, & quieti, ac liberi ſint a me, & ab omnibus meis Ballivis, & quod nullus Straticotus, vel Ballivus aliquis noſtræ reipublicæ in eo intrare auſus ſit pro aliquo cenſu vel datione tollere, excepto ſi forte aliquam neceſſitatem mihi evenerit ut Balivus meo juſſu in prædicto Caſtiliono intrare, & adjutorium aliquod querero audeat, & neque a nobis, noſtriſque heredibus vel ſucceſſoribus, neque a Straticotis, vel vicecomitibus, neque a quibuſcumque noſtris ordinatis, neque a qualibet magna parvaque perſona prefatus monaſterius vel rectores aut partes ejus quocumque tempore de omnibus que in eodem monaſterio, ut dictum eſt concedimus, aliquam contrarietatem, vel moleſtiam habeant, ſed in perpetuum omnia, ut ſupra leguntur, jure quieto habeant, & poſſideant, & quod voluerint de eis faciant. Si quis vero hujus noſtræ conceſſionis quolibet tempore violator extiterit, ſciat ſe iram Dei, & meam acriter incurrere, ac compoſiturum auri puriſſimi libras decem, medietatem cameræ noſtræ, & medietatem prædicto monaſterio. Et inſuper hac noſtra conceſſio firma ſemper, & inconcuſſa permaneat. Teſtum autem hujus noſtræ conceſſionis tibi Ildeprando noſtro notario ſcribere præcepimus, & noſtro cum tipario plumbea bulla inſigniri juſſimus anno dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo vigeſimo ſexto. Ducatus autem noſtri anno ſexto decimo, menſe Auguſti, quarta indictiono.* † *Ego* W. *Dux me ſubſcripſi.*

Adeſt ſigillum plumbeum.

Straticotus erat Præfectus, ſeu rector civitatis alicujus provinciæ, ut ait Ducangius. Ballivi vero munus erat ea exigere, quæ ad Fiſcum principis pertinerent. Jus etiam in provinciis, atque majoribus civitatibus reddebant. Vid. Du-Cangius. Vicum ſeu caſale Caſtilioni concedit Guillelmus libere, quieteque cœnobio noſtro poſſidendum, quo conſtat ſupremam juriſdictionem conceſſiſſe. Guillelmus hic poſt patris Roggerii obitum Apuliæ Dux fuit ab an. 1111. Februario menſe, ad diem 26. Julii an. 1127. quo abſque liberis obiit, ut probat Camillus Peregrinius in ſtemmate Ducum Apuliæ.

Conſtantiæ Donatio.

Conſtantiæ donationem Petrus Diaconus in ſuo regeſto exſcribendam curavit nu. 576. fol. 240. a t. ejuſque autographi copia apud nos extat.

*In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Anno incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo centeſimo quartodecimo menſe Aprilis indictione ſeptima. En Ego Conſtantia Franoorum regis filia, & quondam domini Boamundi Antiocheni principis uxor una cum filio meo Boamundo, pro ſalute animæ domini, & viri mei bonæ memoriæ prædicti principis, omniumque parentum meorum per noſtri hujus ſigilli authoritatem concedo, atque in perpetuum confirmo eccleſiæ S. Petri Imperialis, quæ eſt in civitate Tarenti obediens S. Benedicto de Monte Caſino hos omnes homines, qui infra ſcripti ſunt, quos ego inveni eandem eccleſiam poſſidere. Hi ſunt ſcilicet homines. In primis Papa Nicolaus, Petrus Quatraro, Martinus Vulganus, & Johanne frater ejus, Beñ. Foſſor ſaxi, Johannes Cuzarolus. Stephanus cognatus, Petrus Quatrarius, Miohahel conſobrinus, Monachi Baſilii, Coſta filius Calanna, Johannes de Cannemena, & filiaſtra ejus, Theophilus, Johannes Zuccus, Theodorus Ortulanus, Georgius Bulgarus Criſo, Johannes de Curticella, Demetrius Texitor, Leo Picñtarius, Maraldus Monopolitanus, Roggerius Joannes Saracenus conſobrinus ejus, Leo Jumentarius, Theodorus Grecus, Leo Nepus, Nicolai Mancipii, Leo Cuſentinus, Demetris Grecus, Martinus Piſcator, Dragius Bulgarius, Joannes de Milea, Baſilius de Navoliriſſa, Nicolaus de Sicardo, Coſta Grecus, Michael de Bono, Leo Archontiſſa, Coſta depredata, Senior filius Stephani, Stephanus Nepos Monachi Stephani, Nicolaus Montanus. Nicolaus Corbellarius, Frat. Jubre, Johannis Scannabitellus, Theodorus Armenus, Grimoaldus, Petrus in mediomitteñs, Amicetus Trojanus filii Taccari, Melis filius Bariſana, Joannes de Gilio, Corbellarii, Simeon Bulgarus Filius Argentiæ, Nicolaus filius Biſantii Piſcaroli filius Ganbittelle Albertus Petracca, Calafati, Marinus filius Sergii, Alexius filius Luponis, Georgius Blachus, Romanellus filius Ugorii Richardus filius Petri Capitis lavati, filius Petri Urſonis Biſantis, Criſpus filius Georgii Porcarii, Bonus homo filius Tuteni, Biſantis filius Palumbæ Jordanis. Stephanus Squarta faldula, Nicolaus Cognatus Baronis, Nicolaus Cheſus, Boſo Cilitis, Nicita Cognatus Jordanis, Nicolaus filius Theodati, Baſilis Pallotto filius Romanæ, Nicolaus de Pectenara, Joannes Fuſarus, Ligoris, Blaſſius Bulgarus, Petrus Fabricator, Joannes Pellecteris, filius Siſinni, Joannes Raditor, Nicolaus Presbiter, & filius ejus, Nicolaus Caldararius, Grimes, & Frater ejus Marciſis, Leo Jumentarius, Leo ſurdus, Siſa Vidua Maria de Caro, Maria Lueaneca, Calia de Pideta, Mulier Anſgotti, Mulier Nicolai Mulinarii, Liſa filia Melis filii Leonis Bambacarii, Calia de Roſoca mulier de Leonis Dentice, Petraccla filius Marinæ, Mulier Amati, Urſo de Petri de Taſſilo, Regina Kyranna culuta, Maria Bulgara, Coſmas de Muſanno Curticis, Nicolaus Merditragolus, Robbertus de Alda filius Baſilii*



Digitized by Google

*Brancellæ, Diogenis. Hos omnes homines concedo, una cum filio meo prædictæ eccleſiæ S. Petri Imperialis cum omnibus heredibus ſuis, & rebus mobilibus, & ſtabilibus illis recte pertinentibus uſque in perpetuum, quin etiam & omnes alios qui eidem eccleſiæ dati fuerunt ſeu per ſigilla ſeu per oblacionem, ut Prelati ejuſdem eccleſiæ habeant poteſtatem faciendi de eis quod voluerint, ſicuti & alii domini faciunt de ſuis hominibus, abſque omni impedimento, & contrarietate mea, meorumque heredum ordinatorum, omniumque ſucceſſorum ſeu aliorum hominum: tamen, ut ſi aliquis Baronum meorum meiſque filii ipſis eccleſiæ rectores de prædictis hominibus calumniaverit vel proclamacionem fecerit, rectitudinem inde faciant ei in mea curia filiiſque mei, & cauſa ſecuritate, præcepi una cum prædicto filio meo eidem eccleſiæ & domno Bernardo Prelato ejuſdem eccleſiæ ſcribi hoc ſigillum per manum Petracæ noſtri notarii, & meo ſigillo plumbeo noſtri ſoliti typparii ſigillari, & ſignum ſanctæ Crucis propriis manibus ſcripſimus, menſe, & indiccione ſupraſcripta. Raynaldus Dei gratia* Carenti Archiepiſcopus ſubſcripſi. † Signum manus domnæ Conſtantiæ uxoris qm. domini B. Antiocheni principis. Ego Boamundi filius B. Antiocheni Principis. Ego Hugonis. Ego Dño Richardus Principatu. Ego Mautelli Camerarii. Ego Saffredus, Ego Alſerius. Ego Wdeydronto.*

* Tarenti

Hujuſce donationis meminit Ughellius in Archiepiſcopatu Tarentino To. IX. col. 128. nu. 23.

Robertus Gerardo ſeſe Juramento obſtrinxit.

Eidem Gerardo Abbati teſte Petro Diacono cap. 52. *Robertus princeps jurejurando firmavit totam ex integro Abbatiam, & omnem terram, caſtra, & monaſteria ſicut illa tenuit Otto Abbas &c: & omnia quæ hoc monaſterium retinebat infra principatum Capuanum. Id ipſum fecit Andreas Conſul, & Dux Cagetanorum de terra S. Benedicti* (ſic appellabatur ditio Caſſinenſis intra fines Giſulfi) *& nominatim de caſtro Pontiſcurvi cum pertinentiis ſuis.* Et cap. 54. ſubdit Petrus: *Sub iiſdem fere diebus cum jam ab Incarnatione Domini annus milleſimus centeſimus, ac quintus decimus elaberetur XI. Kal. Martii caſtrum hujus noſtri monaſterii quod Sujum dicitur, quodque a patris Deſiderii tempore ab hoc monaſterio ſubtractum fuerat poſt deceſſum Richardi de Aquila, qui eundem caſtrum tenuerat, captaque Alexandro, qui uxorem ejuſdem Richardi acceperat Sujenſes non ferentes inſolentiam exactorum ejuſdem Alexandri eundem caſtrum in manu præphati Abbatis reddiderunt. Rangarda igitur uxor præphati Richardi hoc agnito, turrem, quæ ad mare dicitur proditione cuſtodum in ſua accipiens, villam Laurianam, caſam majorem, S. Benedictum in Sueſſa, & omnia quæ in ſua dicione ad Caſſinenſe cœnobium pertinebant, ab hujus loci poteſtate ſubtraxit, & ex tunc, & deinceps, quicquid adverſi, quicquid incommodi Caſſinenſi cœnobio excogitare poterat inferre non deſinebat. Abbas autem non ſegnis ad hæc, aggregato exercitu, Sueſſanam terram igne ferroque devaſtare omnimodis cepit. Richardus etiam tunc Bartholomei de Caleno filius propter pugnam, quam cum eadem Rangarda pro Ducatu Gagetano habebat, eidem Abbati per Sacramentum firmavit totam ex integro Abbatiam, & quam antea recuperare poſſet in terra Fundana vel in Terra Guidonis de caſtro vel Comitum de Cyccano, & intra Capuanum principatum in comitatu Aquinenſi, Benafrano, Aliphano, ac Theanenſi, & nominatim caſtellum de Sujo cum pertinentiis ſuis, & ſpecialiter viam per flumen Garilianum eundi & redeundi cum navigiis, & mercata ad Portum de Sujo, & ſpecialiter terras quæ ab eadem Rangarda ſublatæ fuerant, ideſt curtem S. Johannis ad currenti curtem de Lando de Mari, caſam majorem, Laurianam, S. Benedictum de Sueſſa, & terras, quas retinebat Gezzolinus. Idipſum fecit & Robbertus princeps jure jurando confirmans beato Benedicto ſupradictum caſtrum de Sujo cum pertinentiis ſuis.*

Exercitum cogere quod alias monuimus, nonniſi ſupremi principis munus erat.

Privilegium Roberti principis ex regeſto Petri Diaconi nu. 577. fol. 241. eſt hujuſcemodi. Privilegium Roberti.

*† In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Dei eterni Robbertus divina ordinante clemencia Capuanorum princeps peticione dilectorum ſuorum Baronum clementer favet. Nos Robbertus divina ordinante clemencia Capuanorum princeps notum fieri volumus univerſis hujus ſanctæ catholicæ eccleſiæ cunctiſque Baronibus, ac militibus fidelibuſque noſtris, quoniam nos, quem divina clemencia commovit principem, ut eccleſiarum Dei ditator atque defenſor exiſtam, & ſpecialiter Caſſinenſis monaſterii cujus nobis defenſio, atque tutela commiſſa eſt prædeceſſorum noſtrorum glorioſorum Principum exempla ſequentes, quæ idem monaſterium exaltare ac multis opibus ditare ſtuduerunt, nos quoque in quantum poſſumus idem facere properamus. Igitur ad ſalutem, & remedium animarum quondam glorioſorum principum Richardi ſcilicet avi ac Jordani patris nec non ſecundi Richardi fratris noſtri, ac ob ſtatum noſtri principatus, interventu quoque domni Pandulfi venerabilis epiſcopi Teanenſis, & noſtrorum dilectorum Baronum videlicet Richardi filii Bartholomei, & Leonis Fundani Conſulis, & Thomæ de Calvo, ac Ugonis de Pulita per hoc videlicet principale ſcriptum in perpetuum damus, tradimus, concedimus, ac confirmamus prephato monaſterio S. Benedicti, & venerabl. domino Girardo ejuſdem Monaſterii Abbati, omnibuſque ſuis ſucceſſoribus, caſtrum ſcilicet, quod vocatur Sujo, cum hominibus, & terris cultis, & incultis, planis, montibus, ſilvis, paſcuis, aquis, aquarum decurſibus, & cum omnibus ejuſdem caſtri pertinenciis, ſicuti Richardus de Aquila, & Andreas filius ejus tenuerunt illud octo dies antequam mortui eſſent, ad poſſeſſionem, & poteſtatem, & dominacionem ipſius monaſterii, & memorati domni Girardi Venerabili Abbati, & omnium ſucceſſorum ejus faciendi de eorum caſtro, & de tota ejus pertinencia, ut prediximus utilitatem ipſius monaſterii, remota omni inquietudine, contrarietate, & moleſtia noſtra & omnium principum ſucceſſorum noſtrorum vel Principum, Comitum, vel vicecomitum, judicum, Sculdariorum, Caſtaldeorum aliorumque hominum mortalium perſone. Quod ſi quis hujus noſtræ conceſſionis, & confirmacionis paginæ contemptor aut violator extiterit, aut contra hoc principale ſcriptum agere præſumpſerit, mille libras auri puriſſimi perſolvat, medietatem jam nominato monaſterio S. Benedicti, & prefato domno Girardo venerabili Abbati, & ſucceſſoribus ejus, & medietatem noſtro ſacro Capuano palacio, & ſoluta pena librarum auri, hoc principale ſcriptum cum omnibus quæ, & qualiter continet, firmum, ac*

invio-

Digitized by Google

*inviolabile maneat in perpetuum, & ut firmius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur, manu propria illud corroboravimus, & noſtri ſigilli impreſſione juſſimus inſigniri.*



*Signum domni Roberti glorioſiſſimi, ac magnifici principis.*

*Ex juſſione præphatæ ſereniſſimæ poteſtatis ſcripſi ego Quiriacus palatinus judex in anno dominicæ incarnacionis* 1117. *& decimo anno principatus præfati domni Robberti principis Capuæ Data in Capuana civitate, menſe Februario per indiccionem decimam.*

Sujum caſtrum ad cœnobii noſtri ditionem poſt mortem Richardi de Aquila, cui ad vitam conceſſum a Caſſinatibus erat redire debuerat, quare hæc Robberti conceſſio nonniſi ad jura cœnobii validius confirmanda utilis eſſe potuit.

Anno vero 1115. Girardus Caſſinenſis Abbas rogatu Senioretti Decani monachis Caſſinatibus ad eorum *uſum, & ſumptum* eccleſias quaſdam conceſſit cum hominibus quibuſdam hoc diplomate, quod ideo relatum a nobis eſt, ut conſtet, Veſtiarium quoque Caſſinenſe ſubditos habuiſſe ſuos.

† *Cum ex apoſtolica auctoritate conſtet omne datum optimum, & omne donum perfectum a ſummo, atque glorioſiſſimo Deo patre videlicet luminum deſcendere, juſte, ac merito quicquid religioſe, ac pie faciendum nobis in mentem venit divinitus id eſſe conceſſum conſtantiſſime profitemur. Ideoque ego Girardus Dei gratia Caſſinenſis monaſterii Abbas communi Fratrum noſtrorum utilitate proſpiciens, liberalitatem hanc, quæ inferius continetur eis largiendam, & perpetuo habendam decrevi. Ex rogatu igitur Fratris Senioritti Decani, ac totius congregationis ad uſum, & ſumptum Fratrum tradidi, atque conceſſi eis in veſtiario eorum ideſt Eccleſiam ſanctæ Mariæ in caſale plano de Saccione, quæ ſita eſt in Larinenſi epiſcopatu, cum univerſis ad eam pertinentibus tam in hominibus, quam in terris cultis, & incultis, ceſis, vineis, ſilvis, & cum omnibus, ut diximus ejus pertinentiis, tam in mobilibus rebus, quam & immobilibus. Inſuper etiam dedi eis monaſterium S. Benedicti in Pectinari, quod conſtructum eſt in eodem epiſcopatu, cum omnibus rebus ibidem pertinentibus, tam in hominibus, quam in terris cultis, & incultis, ceſis, vineis, ſilvis, aquis, molendinis, & cum omnibus eccleſiis ubique ad eum pertinentibus. Conceſſi etiam eis eccleſiam S. Nicolai, quæ eſt in caſtro S. Martini, cum omnibus, quæ ad eam pertinent, cum hominibus, & terris, & univerſis rebus mobilibus, & immobilibus, ſeſeque moventibus. Preterea tradidi eis, atque conceſſi totum, & integrum illud, quod fuit Oldeberti fratris noſtri, quod utique glorioſus Robbertus Comes Comitum ſuper altare, beati Benedicti, nobis præſentibus, devotiſſime obtulit, & perpetuo habendum conceſſit, tam in hominibus, quam in domibus vineis, terris cultis, & incultis, & cum arboribus fructiferis, & infructiferis, & omnibus, quæ ad eum pertinentia fuerunt. Similiter concedo, & confirmo eis omnia, quæ antiquitus fuerunt juris noſtri monaſterii tam in civitate Termulenſi, quam & in territorio ejus, excepto eccleſiam S. Georgii, quam conceſſi ſecretario noſtri monaſterii. Hæc itaque omnia ſuperius comprehenſa. Ego Gerardus Dei gratia Abbas præfatæ congregationi ad uſum, & utilitatem veſtiarii trado, atque concedo, & ad ejus ſumptus in perpetuum, atque irrevocabiliter habendum confirmo, nec liceat mihi tale quod volui, ſed quod a me ſemel eſt factum, firmum, & inviolabile, tam apud me, quam apud ſucceſſores meos maneat in æternum, ut neque mihi, neque ſucceſſoribus meis liceat præfatam liberalitatem removere, vel in alios uſus retorquere, ſed ad illud, quod ſemel deſtinata eſt, atque conceſſa inviolabiliter omni tempore firma permaneat totius Congregationis utilitatibus profutura. Actum eſt hoc anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo quintodecimo, menſe Auguſto, indictione octava. Data Montis Caſini, ſexto decimo Kalendas Septembris.*

Meminit hujuſce donationis Petrus Diaconus lib. IV. Chron. Caſſinen. cap. 59. cum ait: *Hoc etiam tempore Abbas Girardus conceſſit in Veſtiario hujus ſacri cœnobii ob Fratrum utilitatem quicquid S. Benedicto pertinebat in comitatu Termulenſi, hæc non & terras, quæ fuerunt Oldiberti militis, quas Comes Robbertus ſicut ſupra retulimus huic loco optulit.*

Ejuſdem Roberti munificentia accepit an. 1115. privilegium monaſterium S. Angeli in Formis, quo Petrus presbiter, & Johannes ejus frater, cum omnibus eorum poſſeſſionibus illi conceditur. Illud vero extat in ejuſdem cœnobii regeſto, pag. 64. a t. **Aliud Roberti Diploma.**

*Nos Robbertus, divina ordinante clemencia, Capuanorum princeps. Notum fieri volumus univerſis filiis ſanctæ, ac catholicæ eccleſiæ, quoniam ad ſalutem, & remedium animarum qm. glorioſorum principum, Riccardi ſcilicet Avi, ac Jordanis patris, nec non ſecundi Riccardi fratris noſtri, ac ob ſtatum noſtri principatus. Interventu quoque Jordanis cariſſimi fratris noſtri, & Grimoaldi Comitis palacii in monaſterio Dei, & beati Michaelis Archangeli, quod dicitur in Formis, ſubdito monaſterio S. Benedicti Montis Caſinatis, cui domnus Girardus venerabilis Abbas præeſt, per hoc videlicet principale ſcriptum in perpetuum damus, tradimus, concedimus, atque confirmamus Petrum presbiterum, qui eſt habitator in Arce noſtra S. Agathes, & Johannem fratrem ejus, qui eſt habitator infra fines Sarzanu, in loco, qui dicitur Pedemonte, qui fuerunt filii qm. Mainardi presbiteri, cum filiis, filiabus, & heredibus eorum, & cum omnibus hereditatibus,*

*& poſſeſſionibus illorum, & cum omnibus terris, quas nos prædicto Petro presbitero dedimus, & conceſſimus, preter terras eccleſiarum noſtrarum, quas ipſe habet, ita ut amodo, & deinceps ipſi omnes pro dicto monaſterio S. Michaelis Archangeli, & domno Maynardo venerabili Propoſito, cæteriſque omnibus Propoſitis, & ordinatis ipſius monaſterii faciat perenniter, & perſolvant quicquid nobis, noſtræque parti publicæ facere, & perſolvere debent, aut debuerint & more facere ſoliti ſunt ad poſſeſſionem, & poteſtatem, & dominacionem ipſius monaſterii, memorati domni Maynardi venerabilis Propoſiti, & ſucceſſorum ejus faciendo exinde quicquid illi placuerit ad utilitatem, & augmentum ipſius monaſterii S. Angeli, remota omni contrarietate, & moleſtia noſtra, & omnium principum ſucceſſorum noſtrorum, vel vice principum, comitum, vel vicecomitum, judicum, Schuldahorum, caſtaldeorum, aliorumque omnium mortalium perſone. Quod ſi quis hujus noſtræ dacionis, tradicionis, conceſſionis, & confirmacionis paginam contemptor, aut violator extiterit, aut contra hoc principale ſcriptum agere, præſumpſerit, quinque libras auri puriſſimi perſolvat medietatem prædicto Monaſterio, & prænominato domno Mainardo venerabili Propoſito, & ſucceſſoribus ſuis, & medietatem noſtro palacio, & ſoluta pena librarum, hac noſtra dacio, conceſſio, & confirmacio firma munita, atque inconcuſſa maneat in perpetuum, & ut hoc ſcriptum firmius credatur, & diligencius ab omnibus obſervetur, & noſtro ſigillo illud ſigillari præcepimus, & manu propria illud corroboravimus, Ex juſſione prefatæ poteſtatis ſcripſi ego Quiriacus judex in anno dominicæ incarnacionis milleſimo centeſimo quintodecimo, & nono anno principatus prefati domni glorioſi principis Capuæ. Datum in Capuano palacio, menſe Auguſto, per indiccionem octavam. Robbertus.*



**Jordani Diploma.** Roberti principis frater Jordanus an. 1117. eidem cœnobio villam S. Petri in Scaphato cum hominibus eam incolentibus conceſſit hoc diplomate, quod ex regeſto memorato pag. 82. excribimus.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti anno ab incarnatione ejus milleſima centeſimo decimo ſeptimo, menſe Novembris, decima indiccione. Ego Jordanus filius qm. domni Jordani glorioſi principis Capuanæ civitatis, propter amorem omnipotentis Dei, & mercedis animæ meæ, trado, atque concedo tibi domno Mainardo venerabili Propoſito monaſterii S. Angeli ſita in Pedemontis de Rocca S. Agathe; tibi enim pro par. ſupraſcripto monaſterio S. Angeli & omnium ſucceſſorum veſtrorum, hoc eſt toti homines, qui habitant in villa S. Petri, ubi alli Scafati dicitur, ut ipſi homines quieti, & liberi fiant de ipſa eccleſia S. Angeli. Item poteſtatem do, atque concedo, ut qualiſcumque homo, ſive comite, aut de milite, ſive de noſtris propriis ad habitandum in ipſa Villa in terra de eccleſia S. Petri venire voluerit, quietus, & liber fiant de ſupraſcripta eccleſia, & nullus homo audeat ipſi homines, qui in ipſa Villa habitant in aliquo moleſtare aut præcipere, vel placitum de ipſi homines habero ſine juſſione Prioris, qui in ipſa eccleſia ſancti Petri præeſt. Item trado, & concedo tibi domno Mainardo, pro parte, & vice ſupraſcripto monaſterio S. Angeli, & omnium ſucceſſorum veſtrorum, ut animalia de veſtra curia S. Petri, & de veſtri homines, qui in villa S. Petri habitant, poteſtatem habeatis ire paſcendo per ſilvas noſtras, & marina uſque ad mare, & ſi veſtris animalibus aliquod dampnum fecerit, in veſtra curia juſtitiam habeat ipſus homine, qui dampnum patitur, & ipſum paſcone abſque dono, aud ſervicium habeatis. Item concedo ad vos, & ad veſtri homines pro parte, & vice ſupraſcripti monaſterii ad ſemper habendum, & poſſidendum, ſiliquas per noſtras ſilvas rationabiliter conligere ſine dono, & ligna propter curiam veſtram facere, & propter manſiones eccleſiæ, ſet veſtri homines propter ſuas manſiones habeant incidere viridem, & ſiccum per talem convenienciam tibi domne Mainarde, & veſtri homines concedo, ut de ligna virida ad nullum hominem venundetis, & de animalia de veſtri homines, nec de veſtra herbaticum ne detis ullo modo & ipſi homines, qui in ipſa terra eccleſia S. Petri habitant, vel qui ad habitandum in ipſa terra de eccleſia venerint, medietatem Romanæ legis in judicio habeant, & nullus homo, neque Comes, neque Vicecomes, aud miles, vel nulla perſona magna, vel parva ad ipſi homines, qui in ipſa terra habitant per vim nil auferent, vel diripiant, aut aliquod ſervicium, vel homiatum ejus imponant, vel imperent, aud requiret, niſi ipſa eccleſia S. Angeli, ejuſque rectores. Et concedimus ipſi homines, ut qualemcumque terram de ſanum exaudinaverit in hereditatem habeant ad reſpondendum, ſicut in matina conſuetudo eſt, ſine Calzaru, & precipimus, ut ipſa eccleſia S. Petri, vel ſuos homines ſupraſcriptos, neque ad Pontem de Scafati, neque in Nuceria viaticum dent. Hæc vero ſupraſcripta donationes, atque conceſſiones, qualiter ſuperius prælegitur, tibi jamdicto venerabili domno Mainardo Propoſito, pro parte, & vice ſupraſcripti monaſterii, conceſſi, & tradidi, ea racione, ut ſemper ſit in poteſtate prædicti monaſterii S. Angeli, ejuſque rectores, atque cuſtodes, faciendi exinde quod voluerint in omni deliberacione, & per convenienciam obligo me, & meos heredes, & ſucceſſores meos partibus reipublicæ ſemper defendere a prædictis pars monaſterii S. Angeli integras ſupraſcriptas meas tradiciones, adque conceſſiones. Et tribuit licenciam, ut quando voluerit pars prædicti monaſterii ejus Cuſtodes poteſtatem habeam modis illud defendere, qualiter voluerint, cum omnibus moniminibus, & racionibus, quas in te oſtenderint, & ſi nulla perſona hominum magna, vel parva, comes, vel Sculdahis, vel Judicibus aut actor reipublicæ, ſive ego, aut heredes mei vel ſucceſſores meos removere, aut contradicere per nullum modum præſumpſerimus, componamus tibi, & ſucceſſoribus tuis, vel cui hæc carta pro parte, &*

vice

Digitized by Google

*vice ſuprascripto Monaſter. in manu paruerit, centum auri ſolidi conſtat. & omnia ſupraſcripta adimpleamus. Hæc omnia tibi conceſſi, & tradidi domnus Mainardus pro parte, & vice ſupraſcripti monaſterii S. Angeli, ante Jaquintum judicem, & ante Johannem judicem, & ſupraſcripti teſtes, & taliter tibi Joannes notarius ſcribere præcepi Actum Caſtell. Nuceriæ, † Ego qui ſupra Jordanus. † Ego Robertus filius Jordani. † Ego qui ſupra Jaquintus judex. † Ego qui ſupra Joannes judex. † Ego Manſo interfui. Ego Roccus Vicecomes interfui. † Ego Drago interfui.*

Anno 1072. Richardi I. privilegium ſupra attulimus quo eandem hanc Villam cœnobio Caſſinenſi conceſſit. Cur vero iterum eam concedat, ſeu confirmat Jordanus II., alibi dictum.

Aliud Jordani Privilegium. Hic Princeps anno 1120. eidem cœnobio aliud Diploma conceſſit, quod in regeſto memorato pag. 67. a t. reperitur, quo omnes anteceſſorum ſuorum donationes confirmat.

*In nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Dei eterni Jordanus Secundus, divina ordinante clemencia, Capuanorum princeps, peticioni dilecti ſui clementer favet. Igitur nos ſecundus Jordanus, divina ordinante clemencia Capuanorum princeps. Notum fieri volumus univerſis filiis ſanctæ, ac catholicæ eccleſiæ, & noſtris fidelibus. Quoniam ſecundus Richardus princeps frater noſter, ob ſalutem, & remedium animarum glorioſorum principum Richardi quondam avi, ac Jordanis patris, & omnium parentum noſtrorum, conſilio quoque, ac interventu Rainulfi, filii Gualonis, & Rainaldi Lepini dilectorum Baronum ſuorum, per librum obtulit, & per paginam precepti tradidit, conceſſit, ac confirmavit in monaſterio S. Angeli, quod dicitur in Formis, ſubdito monaſterio S. Benedicti montis Caſſinenſis, quo domnus Girardus venerabilis Abbas nunc præeſſe videtur, omnia, quæ præſcripti principes in præfato monaſterio S. Angeli per principale ſcriptum conceſſerunt, & confirmaverunt, & conceſſit, & confirmavit in ipſo monaſterio omnia, quæ ipſe in eodem ſancto loco poſtea tribuit, & quæ ipſi monaſterio pertinet, & quæ tunc poſſidebat, & dominabatur, & conceſſit, & confirmavit ipſe præfatus princeps in præfato monaſterio S. Angeli quidquid continetur in cartula oblacionis, quam præſcriptus Riccardus princeps avus meus eidem monaſterio optulit, vid. Sarzannum, & terras, & homines, qui ibi commorantes ſunt, vel fuerint, cujus fines ſic indicant, ideſt incipiens a Trivio de S. Martino, qui dicitur ad Lavem; & deſcendit per viam, uſque fluvium, & inde aſcendit per Battitizzum, ubi modo ſedent homines ipſius monaſterii, & qualiter pergit uſque in Ventum vanum. Conceſſit quoque eidem monaſterio Caſtanetum, quod eſt prope ſupraſcriptum locum, qui dicitur Battitizzum, quem Jordanus princeps pater meus eidem monaſterio dedit pro ſervicio hoſpitum, & conceſſit, & confirmavit ipſi monaſterio homines, & terras, qui, & quæ fuerunt Petri de Roſelle, & Germani ejus, & homines Gregorii Comitis palacii, qui erant commorantes in loco S. Eraſmi, ſicut cartula oblacionis continere videtur, quam præſcriptus Richardus princeps avus meus eidem Monaſterio S. Angeli fecit, & terras, quæ ſunt in Ponticello, & caſa alba, & in S. Priſco, & ubicumque ſunt terræ ipſæ in partibus veteris Capuæ. Conceſſit eciam, & confirmavit præphata monaſterio eccleſiam S. Angeli de Olaldiſchi, quæ eſt conſtructa in Capuam, cum terris, & ſervis, & ancillis, & cum omnibus ſuis pertinenoiis, & eccleſiam S. Benedicti Piczoli, cum eccleſiis, & terris, & univerſis ſuis pertinenciis, ſimili modo conceſſit, & confirmavit prædicto monaſterio S. Angeli eccleſiam S. Rufi, quæ eſt ſita in Capua, cum omnibus terris, & ſervis, & ancillis ſuis, & aldias, & pertinentes, cum ſilvis eciam, pratis, paſcuis, atque paludis, & cum univerſis pertinenciis ſuis, tam intus Capuæ, quam de foris, qualiter antiquitus pertinuerunt prephata eccleſia & eccleſiæ quæ ſibi pertinent, & nunc reſidet, & terras eciam, & ſilvis, & paſcuas. & Paludes & aquas, & piſcaciones, & ſervos, & ancillas, & aldios, & aldias in omnibus eorum finibus, & univerſa, quæ ſupraſcripta eccleſia S. Rufi, & rectores ejus jam per triginta annos, & eo amplius a parte prædictorum principum tenuerunt, & poſſederunt, quæ fuerunt ſcilicet quorumdam fratrum, vid. Guidonis, & Landenulfi, qui fuerunt filii cujuſdam Landonis, qui vocabatur Capuanus, qui videlicet tempore prædicti Richardi primi avii mei contra ejuſdem animam principis cogitaverunt, & inimicos intra provinciam ejus invitaverunt, celaverunt, & annonam eis dederunt, ob quam omnes res illorum jure Langobardico fiſco prænominati avii advenerunt, quæ res etiam prephato Richardo avo meo, & Jordano principi patri meo, mihique per convencionem a Capuanis demiſſa ſunt, & per Sacramentum firmata; conceſſit quoque prædicto monaſterio S. Angeli homines de Carmiliano, videlicet filios omnes cujuſdam ſummi, & conceſſit eidem monaſterio, & confirmavit eccleſiam S. Petri de Scaphati, cum monaſteriis, ſervis, & terris, & univerſis ſuis pertinentiis, eccleſiam S. Agathæ, quæ eſt ſita prope muros Averſanæ urbis, cum omnibus terris, & hominibus, & univerſis ſuis pertinenciis, & eccleſiam S. Leonis, quæ ſita eſt foris muros Sueſſæ civitatis, cum omnibus ſuis pertinenciis. Conceſſit quoque, & confirmavit in eodem monaſterio eccleſiam S. Benedicti, quæ dicitur a Dalſianam, quæ ſita eſt in finibus Canciæ prope caſtellum, quod dicitur ad mare, cum terris, & ſilvis, & paſcuis, & piſcacionibus, & cum omnibus ſuis pertinenciis, conceſſit quoque eidem monaſterio unam pecie de terra, quæ dicitur campu Cotidianu, prope Saſſetam, quæ eidem monaſterio ipſe prefatus Richardus princeps frater noſter per præceptum tribuit. Item conceſſit, & confirmavit ipſi monaſterio omnia, quæ Paldi Comes de Benafro, una cum Maria uxore ſua per cartulam offercionis obtulere in prædicto monaſterio S. Benedicti, ſito in monte Caſino, quæ & ego per præceptum conceſſit eidem monaſterio, & in prefato monaſterio S. Angeli. Conceſſit iterum ipſi monaſterio S. Angeli, ut ſi aliquis homo venerit ex aliis partibus, licencia habeat habitandi in terris ipſius monaſterii S. Angeli ad ſervicium Fratrum faciendum, ut nullus homo audeat eos inquietare ſed ſecuri ſerviant in eodem monaſterio & ejus cuſtodibus atque Rectoribus. Conceſſit rurſum in predicto monaſterio S. Angeli unum ſedium molendini & portum in loco Triſtiſco, quod olim Pandulfus qui fuerat princeps Capuanæ civitatis conſtruere fecit, quod deſtructum a longo tempore fuit, quod ſedium eſt inter ſedium ulmi, & ſediu ſalicis, & cetera in ratione, & ordine,*

quem-

*quemadmodum in ipſo principali ſcripto contineri videtur, quod eſt ſcriptum per quondam Quiriacum judicem ſacri palacii, in anno Dominicæ incarnacionis milleſimo nonageſimo octabo, & octabo decimo anno principatus ipſius domni Secundi Richardi principis Capuæ roboratum vero per ipſum quondam ſupraſcriptum glorioſiſſimum principem, & per impreſſionem ſigilli ipſius inſignitum. Idcirco nos memoratus Jordanus Capuanorum princeps ob ſalutem, & remedium animarum ipſorum glorioſorum principum, & ob ſtatum noſtri principatus, per interventum Aymonis de Argincia, & Ugonis de Laborita, & Rubberti Abbatis, & Odoaldi Camerarii Guilielmi filii Augerii, & Manſonis noſtrorum dilectorum fidelium per hoc principale ſcriptum in perpetuum damus, tradimus, concedimus, ac confirmamus eidem monaſterio S. Angeli omnes præſcriptas eccleſias cum libris, & ornamentis eorum, quæ nunc habent, vel habuerint, & cum univerſis pertinenciis eorum, & omnes terras, ut ſupra ſunt ſcripta, una cum omnibus inferioribus, ac ſuperioribus eorum, & cum viis intrandi, & exiendi in eccleſiis, & in omnibus ipſis terris, & cum ſepibus, & limitibus, & univerſis eorum pertinenciis nos prænominatus Secundus Jordanus Capuanorum princeps in prephato monaſterio S. Angeli per hujus quoque meæ conceſſionis paginam concedimus, & confirmamus, ad poteſtatem, & domnacionem prædicti monaſterii S. Angeli, & ejus cuſtodibus, atque rectoribus, remota ex his omnibus prædictis omni inquietudine, contrarietate, & moleſtia omnium principum ſucceſſorum noſtrorum, vel vice principum, Comitum, vel vicecomitum, Judicum, Sculdaliorum, Caſtaldeorum, aliorumque omnium mortalium perſonę, quod ſi quelibet perſona hominum magna, vel parva contra hanc noſtri precepti accionem aliquatenus agere præſumpſerit, aut ejus violator quolibet modo eſſe preſumpſerit, ſciat ſe compoſiturum auri puriſſimi libras centum, medietatem in prædicto monaſterio S. Angeli, & ejus Cuſtodibus, atque rectoribus, & medietatem noſtro ſacro palacio, & ſoluta pena librarum auri, hac noſtra dacio tradicio, & confirmacio firma munita permaneat in perpetuum. Ut autem hoc principale ſcriptum firmius credatur, & diligencius ab omnibus obſervetur, manu propria illud corroboravimus, & inſuper ex meo ſigillo illud expreſſione inſigniri juſſimus.*



*Ex juſſione prephatæ poteſtatis ſcripſi ego Philippus Palatinus judex in anno Dominicæ incarnacionis milleſimo centeſimo viceſimo, & primo anno principatus præfati Domni Jordani glorioſiſſimi ac magnifici principis Capuæ. Datum in præfato monaſterio in Menſe Novembrio per Indiccionem quartamdecimam.*

Indictio hujus diplomatis incipit a Kal. Septembris.

Sangermanenſiū perviciacia obtrita.

*Interea* (ait Petrus cap. 56.) *cum homines de civitate S. Germani noſtro Abbati ſepe inquieti, & rebelles exiſterent, ad eorum nequitiam refrenandam, Gerardi animus ingens erigitur, unde cum Oderiſio Propoſito, & Seniorecto Decano &c. aliiſque prudentibus viris communicato conſilio, quoſque hujus loci fideles in ſuum auxilium evocans, ſeptimodecimo Kal. Februarias, nocturno tempore Monticulum Janulæ, qui eidem civitati imminet cepit, atque a civibus obſides accipiens, eandem Janulæ arcem, quæ a temporibus Aligerni Abbatis deſtituta, ac deſolata fuerit, reſtruere vir ſtrenuiſſimus cepit. Primo itaque in montis ſummitate turrem ſpecioſiſſimam, ac valde maximam extruxit, juxta quam duas veteres turres dirutas reparavit. Jam vero Abbatis cameram cum cappella, & reliquis officinis pulcherrime ſatis conſtruens, ipſius Arcis ambitum muro firmiſſimo ſepſit, & ſic demum rebelles, & infidos quietos manere coegit. Pari etiam modo caſtrum Pontiſcurvi, Cardetum, Vitecuſum, ac Sujum, muris, turribuſque munivit.* Hujuſce arcis a Gerardo conſtructæ meminit Baronius an. 1121. Identidem advertimus, principis tantum ſupremi jus eſſe Arces conſtruere, conſtructaſque munire.

Bona Caſinenſium invaſa.

Subdit vero Petrus cap. 57. *Hoc præterea tempore Ector, Pandulfus, & Giſulfus filius Pandulfi de Preſenzano, antiqui hoſtis malitia debriati, Caſtrum hujus monaſterii, quod Caminum dicitur furtive ſubripientes, terras hujus cœnobii ſibi contiguas modis omnibus infeſtare ceperunt. Abbas autem, ut erat magnanimus, exercitum aggregans, terram illorum, igne, ferroque conſumpſit. Eodem vero anno prædictus Papa Paſchalis II. urbem egrediens, venit ad hoc monaſterium, ubi honorifice nimis receptus, cum ei relatum fuiſſet de ſupradictis ſacrilegis, qui ante jamphatum caſtrum Camini invaſerant, inter ipſa Miſſarum ſolemnia tanti mali auctores, niſi reſipiſcerent, a liminibus eccleſiæ ſeparavit. Quid tantis? videntes ſibi Deum in omnibus reſiſtere, eundem caſtrum in manus noſtri Abbatis reddiderunt, atque ad hoc monaſterium venientes, cuncta congregatione aſtante, ſupradictum caſtrum ſupra beati Benedicti altarium refutavere. Lando interea filius Landonis Comitis, more parentum ſuorum, ab hujus loci infeſtatione nequaquam quieſcens, in Silva huic monaſterio contigua, quæ Tirille dicitur Caſtrum conſtruere cepit. Erat tum in hoc S. cœnobio Johannes S. Romanæ eccleſiæ Cancellarius, & hujus monaſterii Monachus, cujus ſuperius memoriam feci, qui tantam inſolentiam nequaquam ferendam cenſens, Seniorectum Decanum, alioſque ex Fratribus ſecum aſſumens, eundem Comitem adiit, atque illum ex parte Romani pontificis obteſtare cepit, ut in poſſeſſione beati Benedicti caſtrum non edificaret, niſi anathema Apoſtolicum experiri vellet. Tum ille, & pontificis ira, & beati Benedicti juſtitia agnita, de eodem loco confeſtim receſſit.* Et cap. 63. hæc ſcribit: *Eo etiam tempore Roggerius*

Digitized by Google

*rius filius Landonis Calvenſis Comitis ad hunc locum deveniens, obtulit beato Benedicto in Sicilia, in loco ubi dicitur Melazzeti, caſalem S. Andreæ, juxta fumen Plati platanean intra hos fines*; deſcribit fines, deindeque proſequitur: *cum hominibus in eodem loco ſibi pertinentibus quingentorum bizanteorum pena appoſita*.

Rogerii Donatio. Hujuſce Rogerii donationem idem Petrus in ſuo regeſto nu. 596. fol. 250. exſcripſit.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab incarnacione ejus milleſimo centeſimo octavo decimo, menſe Januarii, indiccio undecima. Ego Roggerius Scannacaballu filius cujuſdam Landonis Comitis Calvenſis, ob amorem Dei, & mercedem anima mea, & uxoris mea Zoa, trado, atque offero in monaſterio S. Benedicti montis Caſini, de feudo meo, quod habeo in Sicilia, in loco, qui dicitur Melazze a parte Riccardi, qui dicitur de Normandia domini mei, integram terram, qua eſt caſalis, quod dicitur S. Andrea, quod eſt juxta flumen, qui dicitur Plotiplatamon. Terram vero ipſam tres angulos habet, & hos fines. A prima parte conjungit in Monte, qui dicitur de Marge, quod eſt a parte Orientis, a ſecunda parte conjungit cum dicto flumine, & cum Torone, qui eſt juxta aliud flumen, quod dicitur de ſancta Venera. A tercia parte terra, qua dicitur caſale S. Nicolai de Milta, & obtuli ibi illum qualiter modo eum poſſideo, cum hominibus ibi habitantibus mihi pertinentibus, & cum aliis omnibus juſte ibi pertinentibus, tamen obſervatis ſubſcriptis racionibus, ut omnibus diebus vita mea habeam illud fruendi nomine, ſed tamen de frugibus ipſis debeamus tantum dare ad Monachum, quem ibi domnus Abbas predicti monaſterii ad habitandum direxerit, ut bene, & juſta racione inde ſe regere poſſit, cum duobus ſibi ſervientibus de victu, & veſtimento, & de equitatura, de cibo, & de domo, ubi maneant. Et ego debeo decertare viriliter ſine premio, damno, vel alio meo ſervicio adjungendo ſed fideliter deprecando, & obſecrando per me, & amicos meos apud predictum dominum meum, & apud Comitem Sicilia Roggerium, ut hac omnia pro eorum, meaque anima in ſupraſcripto S. monaſterio in perpetuum habendum confirment. Quod ſi ego, vel mei heredes hoc removere queſierimus, vel ſi non fecerimus, & non compleverimus omnia per ipſum ordinem, ut ſupra dictum eſt vel ſi aliquis illud, vel inde ſubtraxerit de ſupraſcripto S. monaſterio, & ego, vel mei heredes per nuncium Abbatis pulſati fuerimus, & non fuerimus auſi jurare ad Sancta Dei evangelia, quod per noſtrum colludium inde ſubtractum non ſit, quingentos biſantios aureos bonos pena componere obligo in prefato ſancto monaſterio, & omnia ſupraſcripta adimplere, & taliter ego qui ſupra Roggerius qualiter mihi congruum fuit pro mea anima, & anima ſupraſcripta uxoris mea omnia ſupraſcripta feci, & te Grimualdum Diaconum, & curia notarium civitatis S. Germani, qui interfuiſti ſcribere, & vos Paldi Comitem Venafrenſis, & Guillihelmum Primicerium, & Guaimarium, & Johannem clericum, & notarium ſubſcribere, & teſtificare rogavi. Actum infra pertinenciam ſupraſcripti S. monaſterii. † Ego Willielmus ſubdiaconus Romana eccleſia, & Primicerius S. Germani. † Ego qui ſupra Johannes clericus, & Notarius. † Ego Guaimarius filius Johannis Odaldi ſignum Crucis feci.*

Furati Donatio. Refert deinde Petrus cap. 67. plures eccleſiarum, aliorumque bonorum cum ſervis, & ancillis factas donationes a quibuſdam Sardiniæ optimatibus quas inter lepidiſſima illa eſt Furati de Gitil, cujus autographum in archivo noſtro aſſervatur.

*† Auxiliante Domino Deo, aque Salbatori noſtro Jeſu Chriſto, & intercedente pro nobis beatam, & glorioſa birgo Maria, & beato S. Petro Principe onniu Ad poſtoloru, & beato S. Gabinio protomet Januario Martire Chriſti, ſub cujus proteczione, & defenſione gubernatos nos credimus, & xe ſalbatos. Ego Furatu de Gitil, e Muliere mea Suſanna dezzori facimus ta carta cum boluntate de Deus & de Domnu noſtru judice Goſtantine de Laccon, & deſſa muliere donna Marcuſa Regina dicta nomina de Gunale, & de Arhipiſcopu noſtru Azzu pro cantunce ponemus a S. Nicolaus de ſoliu pro remediu anima noſtra, & de filios noſtros, & de parentoru noſtroru. Ponemus ibi Sadomo de Soliu, ed omines Aprabe Pizale integru, e dixa muliere, & Gabini maſala integru, e dixa muliere integra e dixa filia integra, Janne Piper integru, & tres pedes dexa muliere, & latus, & latus de Lucia Corria, & Petru Gotane, ed ixa muliere integra, & Dorgotorii pelle integru, & Simione Corrya integru, e dixa muliere integra, & quatuor filios ſuos integros, & Furatu de Nuſe tres pedes, e dixa muliere integra, & inſa filia tres pedes, Bittoria Muzzica integra, ed inza filia Oliſabe latus, ed inſa attera filia de Oliſabe, pedo latus de Furatu Coria, e latus de Juſta Saſorre, e latus de Elene Saſorre, Agabini conia integru, ed ixa muliere integra, & duos filios ſuos, Maria eforaſticu aſſimeone pizzas tres pedes, ed ixa muliere latus e dixu filiu tres pedes, pedo de Maria Cais, ed ad ambos fratres Antitonas a Janne, ed ad Andria, & duos filios de Janne Eccomi Tataneru intregu, elatus de Janne, Gottane, ed ixa muliere intrega, e dixu filium integru Addabidari razza tres pedes elatus dexa muliere e I. filiu ſuo intregu elatus deſſuataru. Eponiobi Sabinia me Ademuru Epomo biſabi Sabinia mea de Salape Eponiobi, Sabinia mea de petra lata, Cimiabe ade Parente Cunſade compartura Cibiabe Adegoſtantine de iſcanu, Eponiobi, Sabinia mea de barranca, Eponemus ſibi ſa terra denennor, e dixa domeſtica deſſa cidonia e dixa de prunazzonca, e dixa Iſcla ſutta Cleſia, e dixa terra de Concas, & dixa Terra de Jaccos, Et ponenus ibi Suſaltu de Nuſe, Eponemus ibi XXXXX. equas, e XX. Caballos domatos, e C. baccas, e CCC. porcos, e MILLCC. berbeces, e XXXXX. Capras, & XV. juga, e ponemus ibide intro de eccleſia II. libros Mixales, e I. umiliam, e I. nocturnale, e I. ſentenziale, e II. Antifanarios, unu de die, atteru de nocte, II. Salterus Monaſticos, e II. minores, e II. Mannales, e IIII. Calices de argentu, e II. timaniatares de argentu, e I. Grucifixu de argentu, e IIII. Candeleris, e I. Capone de argentu, e I. offerta de argentu, e I. Orzoliu de argentu de V. libras, & V. paramentos de pannos de Mixa, cum omnia arminiu ipſoro, e I. Plubiale, e I. Adalmatica, e II. Grucifixos de linna, e II. Campanas, Eponemus ibi de intro de domo ſeptem lectos armatos de pannos ipſoro, e X. cupas, e I. Callariu majores, e II. minores,*

Digitized by Google

*nores, e I. Sartagine, e I. Catricla, e tripides, e C. diſcos, e IIII. concas de Aramen, e VII. d' Eſtrales, e II. Serras, e II. aſcias, e VI. berrinias, e X. Sarclos, e VI. Arclas. Et ſi quiſta carta deſtruere, au deſterminare ea boluerit, iſtrumet Deus nomen ſuum de libro bita, & carnes ejus diſrrupat bolatilibus celi, e beſtiis terre, mittat in illis Dominus morte papelle, & deleantur de iſtu ſeculu cizius, ed abeat malediczione de XII. Adpoſtoli, & de XVI. Profetas, & de XX. e IIII. Seniores, & de CCCXVIII. Patres ſanctos, & canones diſpoſuerunt in Ician cibitate & abeat malediczione de III. Patriarhas Abraam, Iſaac, & Jacob, ed abeat malediczione de IIII. Evangeliſtas, Marcus, Maczeus, Lucas, & Johannes, ed abeat malediczione de Gerubin, Exerabin qui tenent tronum Dei, ed abeat malediczione de VIIII. hordines Angeloru, & de X. Archangelorum, ed abeat malediczione de CXL. e IIII. milliam, qui pro Domino paxi ſunt, ed abeat malediczione de beato Petro adpoſtolo in cujus manus tradidit Deus clabes regni cœlorum, e de omnes ſanctos, & ſanctas Dei amen, amen, fiat. Et ſi quiſta carta audire ea boluerit, & noſtras hordinacziones confortaberit, & dixerit quia bene eſt, habeat benediczione de Deo patre omnipotente, & de S. Maria matre Domini noſtri Jeſu Chriſti, ed abeat benediczione de XII. Apoſtoli & de XVI. Prophetas, e de XX. e IIII. Seniores, & de CCCXVIII. patres Sanctos, qui canones diſpoſuerunt in Ician cibitate, ed abeat benedictione de tres Patriarhas Abraam, Iſaac, & Jacob, ed habeat benediczione de Gerubin, e Serabin, qui tenent tronum Dei, ed abeat benediczione de VIIII. hordines Angelorum, e de decimo Arhangeloru, ed habeat benediczione de CXL. e IIII. miliam, qui pro Domino paxi ſunt, ed habeat benediczione de omnes Sanctos, & Sanctas Dei amen fiat. Et ſunt teſtes primus Deus omnipotens, deinde ego judice Goſtantine de Laccon, & muliere mea Marcuſa de Gunale, teſtes Donnicellu Comita de Laccon, Donnicellu Gunnari de Laccon, Donnicellu Izzoccor de Laccon, Donnicellu Petru de Serra, teſtes Goſtantine de Azzen, e Petruſu filiu teſtes Mariane de Uxan, Baruſone de Setilo, Dorgotori de Boſobe, Uzzaccor de Boſobe, Izzocor Laccon, Izzocor de Cerci, Goſtantine de Carbia ambos Marianes de Gapazenner, teſtes de Puli acceſos, comita de lilios, e Citaſu teſtes, ed omnes fratres meos, e fideles meos teſtes. Amen Amen fiat. Ed ego Melaci iſcrixi ſta carta imperando me Donnu meu judice Goſtantine de Laccon.* Adeſt Sigillum plumbeum.

Unde autem Sardiniæ optimates decimum Archangelorum ordinem eruerint divinare in animo non eſt.

**Privilegiũ Calliſti Papæ.** Proſequitur Petrus Diaconus ea, quæ ad juriſdictionem cœnobii noſtri pertinent in hæc verba deſcribere cap. 72. *Ab hoc etiam Venerabili Papa,* (ſcilicet Calixto II. an. 1123.) *prædictus Abbas privilegium de omnimoda loci iſtius libertate recepit &c.* In hoc privilegio Calliſtus bona, immunitateſque cœnobii noſtri confirmat, inter quæ; *Item civitatem, quæ dicitur S. Germani poſitam ad pedem Caſini Montis, caſtellum S. Petri, quod ab antiquis dictum eſt caſtrum Caſini, caſtellum S. Angeli, Plumbarolam, Pignatarium, Pedemmontis, Juncturam, caſtrum S. Ambroſii, S. Apollinaris, S. Georgii, Vallemfrigidam, S. Andreæ, Vantram Monaſticam, Vantram Comitalem, S. Stephani, Teramum, Fracte, Caſtrum novum, Mortulam, cum curte, quæ dicitur Caſa fortini, Cucurutium, Caminum, Sujum, cum omnibus pertinentiis ſuis, ex utraque parte fluminis, Turrem ad mare juxta fluvium Garelianum, caſtrum Pontiſcurvi. S. Petri in Flia, S. Victoris, Toruc clum, Cervariam, S. Eliæ, Vallemrotundam, Sarracineſcum, Cardetum, Aquamfundatam, Vitecoſum, caſtrum Cetrarii, cum pertinentiis ſuis, & eccleſiis. In Marchia Teatina caſtellum Laſtinianum, montem Albrici, Mucclam, S. Quirici, cum Portu ſuo, Friſam, S. Juſtam. In comitatu Aſculano caſtellum, quod dicitur Octavum, & poſt Montem Civianum, & Trivilianu, & Cavinum. In Principatu caſtellum Ripæ urſæ, montem Bellum Petrafracita. In Comino Vicum album. In territorio Carſeolano caſtellum Auriculam, Piretum Roccam in cameratam, & Foſſam cecam. In Amalfi Fundicum. In territorio Trojano caſtillionem de Baroncello, S. Juſtam. Villam S. Nicolai, quæ de Galliciano dicitur &c.* Neque hic tamen omnia cœnobii noſtri oppida nominantur.

**Donatio Jordani II.** Huc revocanda donatio a Jordano II. cœnobio S. Angeli in Formis facta, qua ſeries Nortmannorum principum optime demonſtratur. Illa vero in regeſto ejus cœnobii pag. 71. extat.

*Igitur fidelium noſtrorum preſentium, ac futurorum noverit multitudo, quoniam per interventum Robberti noſtri dilectiſſimi filii, ac Odoaldi Camerarii, & Manſonis noſtrorum dilectorum fidelium, nec non ob ſalutem, & remedium animarum qm. glorioſorum principum, vid. Richardi primi principis avi, ac bonæ memoriæ Jordanis patris, atque ſecundi Richardi, quam & Roberti principum fratrum noſtrorum, & ob ſtatum noſtri principatus, per hoc videlicet principale ſcriptum in perpetuum damus, tradimus, concedimus, ac confirmamus monaſterio S. Angeli, quod dicitur in Formis, in quo domnus Maurus Dei gracia venerabilis Prepoſitus praeſſe dinoſcitur, ſcilicet hunc ſubſcriptum hominem, cum omnibus rebus, & ſubſtanciis ipſius, ut ipſe faciat, & perſolvat prædicto monaſterio S. Angeli, & jamdicto domno Mauro venerabili Prepoſito ſuiſque ſucceſſoribus, ſemper cenſum, & dacionem, publicalia, & ſcadicionem, & alia omnia, quæ parti publicæ facere, aut perſolvere debet, aut debuerit, nomen cujus hoc eſt videlicet, Simeon cognomento Caprarius filius qm. Johannis Beneroſi, qui eſt habitator in loco, qui dicitur li Beneroſi, non multum longe a præfato Monaſterio S. Angeli, remota omni inquietudine, contrarietate, vel moleſtia omnium principum ſucceſſorum noſtrorum, vel viceprincipum, comitum, vel vicecomitum, judicum, Sculdahorum, caſtaldeorum, aliorumque omnium mortalium perſone. Quod ſi quis hujus noſtræ dacionis, tradicionis, conceſſionis, atque confirmacionis pagina contemptor, aut violator extiterit, aut contra hoc principale ſcriptum agere temptaverit, decem librarum auri puriſſimi perſolvat, medietatem prædicto monaſterio S. Angeli, & jamdicto domno Mauro venerabili Prepoſito ejuſque ſucceſſoribus, & medietatem noſtro ſacro palacio, ſolutaque pena librarum auri, hoc principale ſcriptum firmum, munitum, atque inviolabile maneat in perpetuum, & ut hoc*

*hoc principale ſcriptum firmius credatur, & diligencius ab omnibus obſervetur, manu propria illud corroboravimus, & noſtri ſigilli illud inſigniri juſſimus. Ex juſſione prephatæ Sereniſſimæ Poteſtatis ſcripſi ego Philippus palatinus judex in anno Dominicæ incarnacionis milleſimo centeſimo vigeſimo tercio, & tercio anno principatus prædicti domni Jordanis glorioſi principis Capuæ. Data Capuæ in menſe Abrelis per indiccionem primam. Jordanus.*



Oppida Caſſinatium infeſtata.

*His porro diebus*, teſte Petro Diacono cap. 75. *Pandulfus, cui cognomen de ſexto inditum eſt, antiqui ſerpentis nequitia debriatus, ſociato ſibi Odaldo quodam ſui ſceleris complice*, terras, *noſtri monaſterii ſibi contiguas infeſtare non deſinebat, contra quem noſter Abbas* exercitum congregans, *omnem illorum terram igne, ferroque conſumpſit. Pandulfus autem Sera pœnitudine ductus, ad hoc monaſterium venit, & jurejurando refutavit S. Benedicto, & eidem Abbati per cartam* caſtrum Vitecuſum, *cum pertinentiis ſuis, unde pugna illa exorta fuerat. Idipſum etiam fecit & Odaldus* de caſale de caſtro, *quod dicitur* Aquafundata *obligando ſe una cum Pandulfo, & heredes ſuos huic monaſterio, ut ſi ipſi, vel hæredes ſui amodo, vel aliquo tempore litem, aut calumpniam per ſe, vel per aliquam ſubmiſſam perſonam exinde S. Benedicto facere temptaverint, componerent auri optimi libras centum. His quoque diebus Rao filius Raelis collecta latrocinantium manu* caſtra *B. Benedicti* Sujum, & Mortulam *deprædatus eſt, quod dum Papa Calixtus audiſſet, Pandulfo Teanenſi epiſcopo, &c. precepit, ut ſupradictum Raonem exinde conveniret, quatenus totam terram reſtitueret, & tale quid in beati Benedicti, quæ ſub protectione Romanæ conſiſtebat eccleſiæ, ulterius facere non præſumeret. Si vero ſuper hoc eidem epiſcopo, imo Romanæ eccleſiæ obtemperare nollet, idem epiſcopus canonicam de eo juſtitiam faceret &c.* Quid hiſce luculentius pro ſuprema juriſdictione Caſſinatibus vindicanda? ſed præſtat alia ex eodem Petro audire ejuſdem veritatis ineluctabilia argumenta. Habet. n. cap. 79. *Interea homines de S. Angelo in Todici, qui omnium tribulationum, & perſecutionum in hoc loco venientium ſemper caput, & auctores fuerunt ſociatis ſibi his, qui caſtrum* Sancti Victoris *incolebant contra eundem Abbatem conſpirant, & jurisjurandi nexibus ſe mutuo alligant, ut nequaquam huic Caſſinenſi cœnobio, Abbatique fidelitatem faciant, niſi ad ſuum velle relaxationes illis, & placita tribuat. Quod dum Abbati nuntiatum fuiſſet, e veſtigio* Exercitum *congregans, illorum adjacentia quæque devaſtare modis omnibus cepit. Illi autem videntes eveniſſe, quod non ſperabant, ſera penitudine ducti, & ſolotenus Abbatis veſtigiis proſtrati, ſe deliquiſſe, ſe impie egiſſe teſtantur, utque ſibi Abbas veniam de perpetrato ſcelere tribuat inſtantiſſime rogant. Annuit illorum poſtulationibus Abbas, commiſſa dimittit, ſicque non parva quantitate pecuniæ ab eis extorta* (ſcilicet in pœnam, atqui pœna non niſi invitis infligitur) *& fidelitate recepta inſidos, & perverſos quietos, & fideles manere coegit.*

Caſſinates monachi in Dalmatiam accerſiti.

Inter hoſce vero belli tumultus, adeo Caſſinatium optimi mores non deſerbuerant, ut *his quoque diebus*, teſte Petro Diacono cap. 80. *Savinus vir nobiliſſimus, Dalmatino genere ortus direxit in hoc monaſterium duos ſciphos argenteos &c. rogans, & multa prece depoſcens, ut de noſtris Fratribus idem Abbas ad monaſticum ordinem demonſtrandum in Dalmatiam mitteret &c. Abbas autem nihil moratus, tres de hoc monaſterio ibidem Fratres direxit divinarum ſcripturarum codices, & eccleſiaſticum apparatum illis abundantiſſime tribuens, ſuſceptis namque Savinus eiſdem Fratribus, permittente ſupradicto papa Calixto, ac concedente Raguſeorum Archiepiſcopo, optulit beato Benedicto eccleſiam S. Mariæ, in loco qui dicitur Rabiata prope civitatem Raguſam cum portu, & piſcatione ſua cum ſervis, & ancillis, & cum omnibus omnino pertinentiis, & finibus ſuis.*

Jordani II. Juramentum.

Anno 1123. Jordanus II. Capuæ princeps hoc ſeſe juramento Oderiſio II. Abbati Caſſinati obſtrinxit, quod ex autographo in archivo noſtro aſſervato edimus.

*† Ego Jordanus princeps filius domni Jordani principis dico, & promitto tibi domno Oderiſio Cardinali, & Abbati Caſſinenſis monaſterii, quod ab hac die in antea ero tibi per fidem amicus, abſque fraude, & malo ingenio, & non ero in facto, nec in conſilio, ut vitam, aut membra perdas, aut aliquo ingenio ſis captus ad tuam damnietatem, Abbaciam, & honorem, quem hodie habes, non ero in facto, aut in conſilio, aut in conſenſu, ut eam perdas, & totam terram S. Benedicti cum caſtellis, & pertinenciis, & Villis ſuis, ſicut præcepta imperialia domni Karoli, Ottonis, Enrici, & Chonradi continent, per fines, & terminos ſuos, inſuper & caſtella quæ poſtea per conceſſionem, ſive per cambium a domno Richardo principe avo meo monaſterio S. Benedicti addita ſunt, ideſt Mortula, S. Salvator de Cucurozzo, Fracte, & Terame cum omnibus ſuis pertinenciis, ſicut præcepta, quæ prædictus Avus meus una cum Jordane principe patre meo fecit, continere videntur, & pedem de Monte, quod a parte S. Benedicti in concambio receptum eſt a Comite Adenulfo caſtellum de Sujo cum pertinenciis ſuis, ex utraque parte fluminis, ſicut Goffredus Monius tenuit illud quando Jordanus princeps pater meus tenebat civitatem Sueſſam, caſtrum Pontecurvo cum pertinenciis ſuis, ſicut Richardus princeps Frater meus, & Robertus Comes conceſſerunt, & firmaverunt illud S. Benedicto iſtas, & omnes alias terras, caſtella videlicet, cum pertinenciis eorum, & villas, quas hodie habes, & dominaris, ac tenes per te, vel per homines tuos, aut in antea, cum conſilio meo aquiſieris, ſicut ab anteceſſoribus meis principibus monaſterio S. Benedicti, & tibi, atque anteceſſoribus tuis conceſſa ſunt, & per Sacramentum confirmata. Hæc inquam omnia non ero in facto, neque in conſilio, ut monaſterium S. Benedicti & tu ea perdas, ſed contra omnes homines, qui ea vobis tollere queſierint adjuvabo te, & monaſterium ſancti Benedicti ad ea tenendum, & defendendum,*

*ad*

Digitized by Google

*ad honorem, & proficuum S. monaſterii, Omnia hac obſervabo tibi, tuiſque ſucceſſoribus per bonam fidem, ſine fraude, & malo ingenio. Sic me Deus adjuvet, & hac ſancta evangelia. Hoc actum eſt in capitulo Caſſinenſis monaſterii, Fratribus univerſis coram poſitis, & Baronibus principis, videlicet hii, Adenulfus Comes filius Adenulfi Comitis, Enricus de Bolita, Manſo, & Landulfus Frater ejus, Abner filius Triſtami, fuit eciam ibi Pandulfus de Sexto, & Jordanis Pinzaſta, & Paldi de Benafro, Pandulfus de Fracte, & alii plures milites, & boni homines. Anno Dominica incarnacionis milleſimo centeſimo viceſimotercia menſe Junio, indictione prima.*

Adeſt ſigillum cereum,

Abbas Caſſinenſis exercitum cogit. In eo hæc ſunt præcipua. Omnis ibi recenſetur S. Benedicti ditio cum oppidis, quemadmodum Imperatorum Caroli Otthonis, Henrici, & Conradi præcepta continent, omniaque alia oppida deinceps per cœnobium noſtrum acquirenda libere Caſſinatibus ceſſura. Qua quidem hujus principis confeſſione conſtat, nullum ſibi in ditionem Caſſinenſem fuiſſe Jus.

Verum ſupremam cœnobii noſtri juriſdictionem hæc inſuper Petri Diaconi cap. 82. verba demonſtrant evidentiſſima: *Per idem tempus Richardus cognomento Pygnardus, Picani Caſtri Dominus, Richardi de Caleno promiſſionibus illectus, evocans ad ſe Leonem Fundanum Conſulem, & Petrum filium ejus, poſt datum ei prandium in domo ſua, dum eſſet cum eo in ſecuritate per ſacramentum. Compater quoque ejus, & amicus ritu proditoris Juda hoſtiliter eum cum ſuis omnibus capiens, Richardo de Caleno quemadmodum inter ſe occulte conjuraverant, tradidit. Hoc dum ad notitiam papa Calixti perveniſſet, & de tam nefaria, ac flagitioſa proditione plurimum commotus, eidem Abbati mandavit, quatinus ſupradictum Richardum modis, ac niſibus quibus valeret, impugnare ſtuderet. Accidit forte, ut nunc quidam ex noſtris, quia res ita exigebat, Fundanam civitatem peteret, qui in ipſo itinere ab ejuſdem Richardi hominibus captus, ac de equo dejectus, & deoneſtationibus quinplurimis affectus, negotia pro quo abierat infecto, ad Abbatem rediret. Tali igitur Abbas occaſione accepta, cum Octaviano pradicti Leonis fratre confœderatur, & vallatus militum turmis, Picani caſtri attinentias devaſtare modis omnibus cepit. Sed cum per integrum fere annum eundem caſtrum devaſtaſſet, & afflixiſſet, Richardus certo certius agnoſcens, Papam Calixtum cum exercitu ſuper ſe eſſe venturum, ignorantibus cunctis, cum Fratribus ſuis occulte de caſtro receſſit. Quod dum Abbati relatum fuiſſet, ingenti coadunato exercitu ad eundem caſtrum accedit, & recipientibus eum ejuſdem caſtri incolis, arcem diu multumque expugnans, eandem in deditionem accepit anno Dominica incarnationis milleſimo centeſimo viceſimo tertio. Oppido vero Oderiſius Abbas, ut optabat, potito, papa Calixto per litteras hac notificare curavit, qui Deo omnipotenti ſuper hoc gratias referens, per anulum, quod manu geſtabat, beatum Benedictum, abſque ullo conſorte, vel participante de eodem caſtro inveſtivit. Richardus preterea Caleni Dominus, agnito, quod noſter Abbas ſupradictum caſtrum obtineret, tactus dolore cordis Capuam properat, & principis provolutus veſtigiis, rogat, ſupplicat, obſecrat, ut ſibi opem ferendo ſubveniat, quatenus caſtrum recipere valeat. Annuit propinqui ſui poſtulationibus princeps, exercitum congregans, & ad expugnandam, & depredandam hanc terram erigitur. Abbas autem ipſe militum vallatus agminibus ad caſtrum Bantrenſe deveniens, terram beati Benedicti illum ingredi non ſinebat. Ob id itaque princeps Papa Calixti litteris commonitus, & per Sacramentum quod Romana eccleſia fecerat, adjuratus, & Terram beati Benedicti non divaſtaret, ſin alius excommunicationi ſubjaceat, Abbatem ad ſe evocat, & trecentas ab eo libras accipiens, principale de ſupradicto caſtro preceptum huic noſtro cœnobio fecit, ſicque Capuanam eſt regreſſus ad urbem.*

Privilegium, quo Jordanus II. princeps caſtrum Picæ cœnobio Caſſinenſi confirmat, hujuſmodi eſt ex ejus autographo in archivo noſtro Privilegium Jordani II. aſſervato.

† *In nomine Domine Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Secundus Jordanus divina ordinante clementia Capuanorum princeps petitioni ſuorum clementer favet, Igitur notum fieri volumus omnibus fidelibus ſancta, ac catholica eccleſia, quoniam ob ſalutem, & remedium animarum quondam glorioſorum principum videlicet Richardi primi principis avi noſtri, ac bona memoria Jordani patris, atque ſecundi Richardi, quam & Robberti principum fratrum noſtrorum, & ob ſtatum noſtri principatus, conſilio quoque, ac interventu domnì Ottonis Dei gratia hujus Capuana ſedis antiſtitis, & Roberti Averſani epiſcopi nec non Ugonis de Labolita noſtri economi, atque Odoaldi camerarii, & Manſonis, ac aliorum noſtrorum dilectorum fidelium, per hoc videlicet principale ſcriptum in perpetuum una cum Robberto noſtro dilectiſſimo filio, damus, & tradenda confirmamus in monaſteria S. Benedicti montis Caſſinenſis, in quo domnus Oderiſius Cardinalis, & Abbas praeeſſe dinoſcitur, hoc eſt totum, & integrum Caſtrum, quod nominatur Lupica, cum munitione, & turri, & univerſis pertinentiis ejus ſicut Richardus filius Raonis Pigardi illud tenuit, & dominatus eſt quindecim dies antequam Leo Fundanus ibi caperetur, qui videlicet Richardus nepharia, & flagitioſa praditione, qua fecit, de Leone de Fundis ita Foriſterit, ut tam ipſe, quam ſua omnia in noſtra poteſtate jure perveniret, nam cum eſſet cum eo in ſecuritate per ſacramentum compater quoque ejus, & amicus fuiſſet, poſt datum ei prandium in domo ſua hoſtiliter tirannorum more comprennit tam ipſum, quam Petrum filium ejus, & Marinum de Etro, & homines eorum. Hunc ſupraſcriptum caſtrum, cum ſuperioribus ſuis, & inferioribus cum terris cultis, & incultis, cum ſilvis, paſcuis, fontibus, aquarumque decurſibus, & cum univerſis, ut dictum eſt pertinentiis ejus. Nos pradicti pater, & filius, per hoc idem principale ſcriptum in perpetuum damus, & tradendo confirmamus ad poſſeſſionem, & poteſtatem, ac dominationem prephati Monaſterii, & jam dicti domni Oderiſii Cardinalis, & Abbas, & ejus ſucceſſoribus faciendi exinde quicquid eis placuerit ex noſtra pleniſſima largitate, remota ex his omnibus pradictis omni inquietudine, contrarietate, vel moleſtia omnium principum ſucceſſorum noſtrorum, vel viceprincipum, comitum, vel vicecomitum, judicum, ſculdahorum, caſtaldeorum, aliorumque omnium mortalium perſonarum*

rum

Digitized by Google

*rum. Præterea per hanc noſtræ conceſſionis paginam confirmamus jamdicto monaſterio S. Benedicti, & tibi domno Oderiſio Abbati tuiſque ſucceſſoribus omnia ea, quæ prædeceſſores noſtri principes, videlicet Richardus avus, & Jordanus pater noſter, & ſecundus Richardus, & Robbertus principes eidem venerabili loco, aut monaſteriis ad illum pertinentibus contulerunt, vel quicquid nos ipſi eis conceſſimus, aut aliquis ex Baronibus noſtris, ſeu qualibet alia perſona ex voluntate noſtra, eis obtulit, ut tempore omni deinceps ea firmiter habeatis, & poſſideatis, abſque omni moleſtia, aut contradictione cujuslibet perſonæ. Quod ſi quis hujus noſtræ conceſſionis, confirmationis paginæ contemptor, aut violator extiterit aut contra hoc principale ſcriptum hagere temptaverit, mille libras auri puriſſimi perſolvat, medietatem prænominato monaſterio S. Benedicti, & jamdicto domno Oderiſio Abbati, vel ſucceſſoribus ejus, & medietatem ſacro noſtro palatio, ſolutaque pœna librarum auri, hoc principale ſcriptum firmum, munitum, atque inviolabile maneat in perpetuum. Ut autem hoc principale ſcriptum firmius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur, manu propria ſubſcribens illum corroboravimus, & noſtro ſigillo illum inſigniri juſſimus.*



*Signum Domni Jordani ſecundi Principis Capuæ quam & Robberti filii ejus.*

*✠ Ego qui ſupra Otto divina clementia Archiepiſcopus. Ex juſſione præphatæ ſereniſſimæ poteſtatis ſcripſi ego Philippus palatinus judex in anno Dominicæ incarnationis milleſimo, centeſimo vigeſimo quinto, & quinto anno principatus præſcripti domni Jordani glorioſi principis Capuæ. Datum Capuæ in menſe Februario per indictionem tertiam.* Adeſt ſigillum plumbeum.

Caſtrum Lupica ſub abſoluta cœnobii Caſſinenſis dominatione pleniſſime elargitur, nullumque propterea ſibi jus in illud reſervat. Huic privilegio monogrammate rubris litteris exarato ſubſcribit Jordanus ſecundus, Robertus vero ejus filius nigris characteribus.

Irrogata ditioni noſtræ damna hiſce verbis deſcribit Petrus cap. 85. *Richardus porro Caleni Dominus a noſtri monaſterii infeſtatione nequaquam quieſcens, congregato exercitu, inſperate terram iſtam ingreſſus caſtra huic monaſterio pertinentia, ſanctum Apollinarium videlicet, S. Ambroſium, & S. Stephanum, & partem de caſtello S. Georgii igne ferroque conſumpſit, indeque degrediens monaſterium S. Nicolai in Pica ex toto deprædavit, ſicque ad ſua rediit.* Narrans deinde Oderiſii Abbatis ſecundi geſta hæc ait cap. 88. *Accidit autem tunc, ut quoſdam pedites ſupradictus Oderiſius cum armis ſuis ad caſtrum Janulæ cuſtodiendum tranſmitteret &c.* Et inferius: *Oderiſius autem eventum rei agnoſcens civitatem egreſſus, ad Pontemcurvum exercitum congregaturus perrexit, minitans eandem civitatem* (ſcilicet S. Germani) *cum habitatoribus perdere &c.* & infra *illi e veſtigio* (ſcilicet Germanenſes) *monaſterii munitiones fraude occupaverunt &c. confeſtimque ad Janulæ arcem pergentes, & illos, qui in ea reſidebant pecunia corrumpentes ad ſuam voluntatem inflectunt, eandemque munitionem ab his qui illam cuſtodiebant accipientes diruunt &c.* Nec vero hæc tantum infeliciter Oderiſio obvenere, nam ab Honorio II. depoſitus, ſuffectoque in ejus locum Nicolao, ira percitus: *Oderiſius*, verba ſunt Petri Diaconi cap. 89. *cognita Nicolai inſperata electione agiliter ad Roccam, quæ Bantra dicitur pervenit pecuniam oportune importune diſpenſat, & milites undecumque aggregans, igni, ferroque caſtra, quæ eidem Nicolao favebant, demolire ſolotenus cepit.* Nicolaus electus fuit Caſſini Abbas an. 1126. præfuitque ad diem 12. Julii 1127. Superſtite Oderiſio, qui ab an. 1123. ad 1126. Abbas fuerat initio menſis Junii. Vid. Baronius an. 1126.

*Damna Caſſinatibus irrogata.*

Sub Nicolai itaque Abbatis regimine, ait Petrus Diaconus cap. 90. *Goffridus filius Richardi de Aquila cum Richardo Caleni Domino, & Raone Rahelis filio, Caſtrum Sujum diu, multumque expugnans, incolarum fraude, & conſuetudinaria proditione illum obtinuit. Nicolaus vero* (*Abbas*) *hoc agnito, Robertum filium Jordani principis in ſuum auxilium evocat &c.*

*Quæ Nicolao Abbate ſunt geſta.*

Neque multum abfuit quin ipſum Caſſinenſe cœnobium perduellium ſubditorum machinationibus caperetur, niſi ſolers Nicolai Abbatis induſtria præſto fuiſſet, nam *Statuentibus interea civibus* (*S. Germani*), ait Petrus Diaconus cap. 91. *iterum monaſterium capere &c. quod dum ille Fratribus reſeraſſet, e veſtigio fideles quoſque in monaſterii munitiones immittunt &c. Tunc temporis Adenulfus quidam caſtri ſpinei Dominus &c. locutus primo cum Richardo Caleni Domino, & Goffrido Sueſſana &c. evocat; interea idem Adenulfus illos, qui arcem caſtri novi cuſtodiebant pecuniam ſpondet, egregios illos, & felices facturos promittit, ſi ſupra-*

*Monaſterium Caſſinenſe Nicolaus propugnat.*

*dicti caſtri novi arcem ſibi traderent. Ait proditores cruentis promiſſionibus illecti, intempeſta noctis ſilentio cum quibuſdam latrunculis eum evocantes, Monacho, & ceteris oppidani ignorantibus, ſupradictam arcem contradunt. Quod dum Nicolao nunciatum fuiſſet &c. ut ſupradictum caſtrum recolligere poſſet, Picanum oppidum, quod Oderiſius predeceſſor ſuus aquiſierat &c. in Normannorum,* (ſcilicet Richardi, & Goffridi) *dicione remiſit, talique ordine jamdictum caſtrum novum recollegit. Reddidit etiam tunc ſupranominatus Goffridus turrem, quæ dicitur ad Mare, monaſterium S. Benedicti Sueſſa, curtem de lauriana, Caſa majorem, curtem de lando de mari, & S. Johannem ad Currentes, cum univerſis, quæ ad jamdictas curtes, & obedientias pertinebant.*

Oderiſii, pœnitentia.

Oderiſius interea, ait Petrus cap. 92., *cernens Romanum Pontificem ſibi in omnibus adverſari ſera pœnitentia ductus, Romam adiit, & Papæ proſtratus veſtigiis Caſſinenſem Abbatiam in manu ejuſdem apoſtolici refutavit, arcem vero Bantrenſem in hujus cœnobii jura remiſit. Tunc temporis Rao filius Rabelis ad hoc monaſterium veniens per ſcriptum renunciavit beato Benedicto omnes lites, querimonias, & calumpnias, quas adverſus hoc monaſterio habuerat de hominibus, qui fuere de civitate Teano, & eo tempore in hac terra reſidebant, CCCC. bizanteorum pœna appoſita. Per idem tempus Jordanus ſecundus princeps ad hunc locum deveniens, jurejurando firmavit eidem Abbati totam ex integro Abbatiam ſecundum morem anteceſſorum ſuorum.*

Landulfi machinamenta.

*Per idem tempus Pandulfus*, proſequitur idem Petrus cap. 93. *filius Landonis Aquinenſis Comitis in Sylva hujus monaſterii quæ Tyrilla dicitur, caſtrum conſtruere cepit. Quod ubi papæ Honorio nunciatum eſt per apoſtolicas litteras ei interdicendo, direxit, ne in poſſeſſione beati Benedicti caſtrum edificaret: Sed Deum in eodem contempnens Pontifice intentione ſacrilega eundem caſtrum ob hujus loci expugnationem, ſicut hodie cernitur a novo conſtruxit. Nicolaus autem cepta ejus prepedire cupiens in montem, qui Timmari appellatur, caſtrum contra eum erexit &c.*

Et Nicolai.

Miſerandis inde cœnobio Caſſinenſi illatis damnis ob Oderiſii ſecundi, & Nicolai depoſitionem narratis, ſubdit Petrus cap. 94. *Interea oppidani* (Caſſinenſis Abbatiæ) *occaſione accepta, ad ſuum velle relaxationes, ac placita exquirebant, & licet vi, recipiebant. Ex abbas igitur noſter Nicolaus favente, & juvante ſe Goffrido de Aquila, quandam hujus terræ partem, videlicet Myrtulam, S. Andream, Vallemfrigidam, atque caſtellum novum retinens, terram, quæ huic loco reſidua erat, infeſtare non deſinebat. Ob quam rem Jordanus princeps ab eodem Abbate,* (ſcilicet Seniorecto) *evocatus exemplo, cum non parva militum manu venit, atque ſuper caſtrum novum, quo nepos ſupradicti Nicolai reſidebat, tendens, adjacentia quæque, igni ferroque demolire precepit. Illi autem perſpiciens oppidanos diffluere, a ſe, & Abbatem clam nuntios deſtinaſſe protinus eidem Abbati dirigere ſtuduit, quod ſi eum cum hominibus ſuis ſecure exire permitteret ſine dilatione caſtrum illi continuo redderet. Quo impetrato, in Abbatis manibus confeſtim eundem reddidit caſtrum.* Quo etiam conſtat, nullam habuiſſe Capuanos principes ſupremam in oppida cœnobii noſtri juriſdictionem, cum Nicolai nepos caſtrum novum redditurus pacta cum Abbate, non cum Jordano II. principe Capuano præſente inierit.

Quæ reprimit Jordanus.

Roberti ejus filii erga Caſſinates amor.

Hujuſce Jordani Caſſinatium amantiſſimi principis pietatem imitatus eſt Robertus ejus filius & ſucceſſor, nam teſte Petro Diacono cap. 96. *Jordano Principe obeunte, Robbertus ejus filius eidem ſucceſſit in principatu, qui huic monaſterio privilegium fecit de data remiſſa hominibus Caſæ Gentianæ de ſcadentiis &c. de his, quæ dederunt Jordanus ſecundus pater ejus, Riccardus ſecundus, & Robertus patrui, Jordanus avus, & Richardus proavus ſui, Robbertus etiam Comes de Moliſio fecit privigium huic loco de medietate caſtri Serræ &c. Preterea Roggerius Dux fecit privilegium S. Benedicto de iis, quæ obtulerunt Robbertus Dux, & Sychelgaita uxor ejus, Roggerius, & Guillelmus filii in Apulea, Calabria, Principatu &c.*

Roberti Privilegium.

Privilegium Roberti II. principis originale in archivo noſtro aſſervatur.

† *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni: Robbertus divina ordinante clementia Capuanorum princeps petitione ſuorum fidelium clementer favet. Igitur nos prenotatus ſecundus Robbertus ſola Domini miſericordia Capuanus princeps, ob ſalutem, & remedium animarum quondam principum anteceſſorum parentum noſtrorum, & ob ſtatum noſtri principatus conſilio quoque, & interventu Richardi de Caleno noſtri conſanguinei & Raynaldi Lupini noſtri dilecti Baronis, atque aliorum noſtrorum dilectorum fidelium, per hoc videlicet principale ſcriptum remittimus, concedimus, atque donamus in perpetuum monaſterio S. Benedicti montis Caſſinenſis, in quo domnus Segnorictus Dei gratia venerabilis Abbas præeſſe dinoſcitur, ſcilicet trecentos tarenos, quos ſingulis annis accipiebamus ab hominibus de Caſa Genzana pro data ſimiliter, & terras, quas relinquunt homines, qui ſine heredibus moriuntur, quæ dicuntur ſcaditiones, quæ nunc ſunt, vel amodo erunt. Item damus, atque quiete dimittimus in predicto monaſterio viginti ſcilicet modios terræ quæ videntur eſſe in territorio S. Mauri ad caſale, & infra terris eidem monaſterii quos modios terræ homines noſtri uſque modo tenuerunt. Quin etiam damus, tradimus, concedimus, atque confirmamus in perpetuum in prefato monaſterio S. Benedicti montis Caſſinenſis, & hominibus ejus, quibus prefatus Abbas, & ſucceſſores ejus preceperit jus, & poteſtatem piſcandi in mari, & in flumine in omni territorio caſtelli, qui dicitur ad mare ſine omni conditione. Inſuper damus, tradimus, concedimus, ac confirmamus in perpetuum in predicto monaſterio quicquid noſtri anteceſſores principes ſcilicet Richardus bonæ memoriæ princeps proavus noſter & Jordanus princeps avus noſter, & ſecundus Richardus, & Robbertus principes patrui noſtri, nec non & ſecundus Jordanus princeps pater noſter dederunt, & nos de rebus noſtris dedimus, atque conceſſimus predicto monaſterio, & eccleſiis ejus. Preterea cauſa devotionis permittimus, atque concedimus in perpetuum, ut ſi quis ad prephatum monaſterium S. Benedicti, vel ad eccleſias ejus venire ad habitandum, vel reſidendum, aut de rebus ſuis pro anima ſua aliquid largiri voluerit ex permiſſu noſtro, liceat eis hoc facere ſecundum juſticiam, & conſuetudinem terræ.*

*Hec*

Digitized by Google

*Hec omnia preſcripta qualiter a nobis, vel a predeceſſoribus noſtris conceſſa ſeu redita ſunt predicto monaſterio S. Benedicti ibidem inviolabiliter in perpetuum manere conceſſimus. Ut neque nobis neque ſucceſſoribus noſtris ea deinceps alienare, ſeu inquietare liceat una cum omnibus inferioribus, ac ſuperioribus earum, & cum viis in eis intrandi, & exeundi, atque cum univerſis pertinentiis illarum. Nos prenominatus ſecundus Robbertus Dei gratia Capuanorum princeps in predicto monaſterio S. Benedicti montis Caſſinenſis ut ſuperius diximus per hoc videlicet principale ſcriptum in perpetuum damus, tradimus, concedimus ac confirmamus ad poſſeſſionem & poteſtatem ad dominationem prædicti monaſterii S. Benedicti montis Caſſinenſis, & jamdicti domni Segnoricti venerabilis Abbatis ejuſque ſucceſſoribus faciendi exinde legaliter quicquid eis placuerit; remota ex his omnibus prædictis omni inquietudine, contrarietate vel moleſtia omnium mortalium perſonarum. Qood ſi quis hujus noſtræ conceſſionis, & confirmationis paginæ contemptor, aut violator extiterit, aut contra hoc principale ſcriptum hagere temptaverit, centum libras auri puriſſimi perſolvat, medietatem ipſi monaſterio S. Benedicti montis Caſſinenſis, & prænotato domno Segnoricto venerabili Abbati, ejuſque ſucceſſoribus, & medietate noſtro ſacro palatio, ſolutaque librarum auri pena hoc principale ſcriptum firmum permaneat in perpetuum, ut autem hoc principale ſcriptum firmius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur, manu propria ſubſcribens illud corroboravimus, & noſtri ſigilli illud inſigniri juſſimus.*



*Ex juſſione præfatæ poteſtatis ſcripſi ego Philippus palatinus judex in anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo, vigeſimo octavo & primo anno principatus ſupraſcripti domni Robberti glorioſi principis Capuæ.*

*Data Capuæ in menſe Martii per indictionem ſextam.*

Ugo etiam Moliſinus Comes dono dedit Caſſinenſi monaſterio medietatem caſtri Serræ quod Robertus patruus ſuus eidem monaſterio teſtamento reliquerat. Opinamur autem caſtrum hoc illud eſſe, quod nunc temporis dicitur Serra Capriola, & ſitum eſt in provincia Capitanatæ ubi, & Larinum. Conceſſionis hujus inſtrumentum habemus authenticum in noſtro archivio, ut deſint in illius calce aliqua verba.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti anno ab incarnatione ejus milleſimo centeſimo viceſimo octavo menſe Junii indiccione ſexta. Ego Ugo Dei gratia Moliſii Comes divina inſpiracione compulſus per ſalvacione animæ meæ parentumque meorum offero, & dono, concedo, atque confirmo monaſterio S. Benedicti quod ſitum eſt in monte, qui vocatur Caſinus, cui domnus Seniorectus venerabilis Abbas praeſſe videtur ad uſus, & ſumptus Fratrum ibidem Deo ſerviencium in perpetuum ideſt integram medietatem caſtri Serræ, quod eſt ſub jure Larienſis epiſcopatus ſicut Robbertus Comes patruus meus quondam moriens pro mercede animæ ſuæ in eodem monaſterio dereliquit. Hanc itaque medietatem prædicti Caſtri quemadmodum Rubbertus Comes eam prænominato monaſterio judicavit. Ego Ugo Comes eidem Monaſterio dono, offero cum hominibus, ac rebus eorum tam mobilibus, quam immobilibus, cum terris, & vineis cultis, & incultis, ſilvis, pratis, paſcuis, paludibus cunctiſque aquis, earumque decurſibus tam in planicie, quam in montibus, & cum omnibus ad jus ejuſdem caſtri pertinentibus, ita ut præfatum monaſterium, & ejus Rectores hæc omnia deinceps habeant, teneant atque poſſideant quiete ſine omni mea, & heredum meorum, atque miniſtrorum ſeu officialium omniumque hominum ad nos pertinencium moleſtia, ſeu contradiccio, ut ſit vobis libera poteſtas ea commutandi, vel quolibet modo alienandi ad utilitatem ejuſdem monaſterii. Quod ſi prædictam noſtram donacionem, atque confirmacionem amodo præfato monaſterio tollere, contendere, vel minuere queſierimus, vel ſi hanc cartam per quodlibet ingenium infringere queſierimus, vel ſi eam præfato monaſterio omni tempore ab omnibus hominibus non defenſaverimus, & ſine omni moleſtia, atque inquietudine eam ſibi tenere, atque poſſidere non permiſerimus, & omnia ſupraſcripta non compleverimus centum libras puri auri componas, noſtroſque hæredes præfato monaſterio ejuſque rectoribus obligamus, & promittimus, & poſt ſolutam penam rerum prædictarum inſtrumentum omni tempore firmum, & ſtabile permaneat, & inſuper qui hanc noſtram donacionem violare, atquet corrumpere voluerit, anathematis vinculo feriatur, & hujus donacionis cartula firma, & inviolabilis permaneat noſtri ſigilli impreſſione inſignire præcepimus, atque ſignum crucis propria manu poſui, tibique Mathæe notarius ſcribere præcepi.* Cætera deſunt.

Roggerii etiam diploma ex autographo hic damus. Rogerii Diplom.

† *In nomine Domini Dei eterni, ac Salvatoris Jeſu Chriſti anno ab incarnatione ejus, milleſimo centeſimo trigeſimo, indictione octava. Ego R. Dei gratia Dux Apuliæ, Chriſtianorum adjutor, & clipeus Rogerii magnifici Comtiis heres, & filius, ſi juſte poſtulatio voluntatis omnibus Dei cultoribus, lociſque venerabilibus ſtudio debemus proſequente compleri, illis præcipue quos predeceſſores noſtri Duces Apuliæ colere, venerari, ſuiſque facultatibus ditare maluerunt, piæ poſtulationis effectum jugiter debemus impendere, tuis igitur, tuorumque Fratrum Seniorette Abbas ſanctiſſime petitionibus clementius annuentes, pro ſalute animæ patris noſtri glorioſæ memoriæ Rogerii Comitis, matriſque noſtræ Adela-*



Digitized by Google

*ſia regina, & noſtra noſtrorumque parentum venerabile monaſterium S. Benedicti in monte Caſino conſtructum, cum noſtra poteſtatis pertinentiis in tutelam noſtram excipimus, ſicut a bona memoria patruo noſtro Roberto Guiſcardo conſtat fuiſſe ſuſceptum. Quicquid etiam idem Dux, uxorque ſua Siguilgita, Rogerius, & Guillelmus eorumdem filii eccleſia S. Benedicti in Apulia Calabria, Principatus, Salerno, & in Amalfia muniminibus, ac privilegiis ſuis contulerunt. Nos per eoſdem fines, & menſuras Ducum, ſeu Duciſſa, ſeu ceterorum fidelium privilegiis innotatas eccleſiam Caſſinenſem, te, tuoſque ſucceſſores canonice promovendos, pagina praſentis authoritate in perpetuum habendum concedimus. Adicimus quoque, ut univerſa, qua hodie liberalitate, ac conceſſione principum, munificentia Baronum, oblatione fidelium, eccleſia Caſſinenſis poſſidet, vel inpoſterum juſte, atque canonice poterit adipiſci eccleſia Caſſinenſi, & tibi tuiſque ſucceſſoribus firma, & illibata, abſque ullius moleſtatione permaneant. Proinde univerſis noſtra dictioni ſubjacentibus generaliter interdicimus, ne quis aliquo in tempore hujus noſtra conceſſionis auctoritatem immutare, aut imminuere audeat, vel conditionem ultra conſuetudinem temporibus ſupramemorati Roberti Guiſcardi, & Rogerii Ducis habitam addere praſumat. Parro ſi qua, quod abſit, umilis, ſeu magna perſona hujus noſtri privilegii paginam temerario auſu violare, vel interrumpere praſumpſerit, ſciat ſe reatu offenſionis noſtra apud noſtram majeſtatem ſpecialiter debere teneri, & compoſituram auri libras trecentas, palatio noſtro medietatem, & medietatem eccleſia Caſſinenſi, pœnaque perſoluta praſens decretum priſtinum robur obtineat. Ad hujus autem noſtra conceſſionis indicium per manus Guarnerii Mazarienſis Decani inſcribi, noſtroque cum tipario cum bulla aurea inſigniri pracipimus. Data Panormi tertio Kal. Januarii, anno tercio, divina protegente clementia noſtri Ducatus. † Ego P. Dei gratia Panormi Archiepiſcopus: † Ego Guarinus Magiſter Camerarius domini Ducis.*

Adeſt ſigillum aureum.

Roberti Principis Donatio. Robertus II. jam memoratus Capuæ principes, bona quædam homineſque monaſterio S. Angeli, hoc privilegio conceſſit, quod ex eodem regeſto pag. 69. a t. exſcribimus.

*Igitur nos pranominatus ſecundus Robbertus divina ordinante clemencia Capuanorum princeps. Notum fieri volumus omnibus filiis ſancta eccleſia & noſtris fidelibus, quoniam ob ſalutem, & remedium animarum qm. glorioſorum principum parentum anteceſſorum noſtrorum, & ob ſtatum noſtri principatus. Conſilio quoque, & interventu Raynaldi cognomento Muſca noſtri cariſſimi Baronis, & Octonis Malivicini, atque Odoaldi noſtri camerarii, & Ganſolini, nec non aliorum noſtrorum dilectorum fidelium in monaſterio S. Angeli, quod dicitur in Formis, in quo Domnus Petrus venerabilis, ac Deo dignus Prapoſitus eſſe videtur, per hoc videlicet principale ſcriptum in perpetuum damus, & tradendo confirmamus, hoc eſt integram una petiam de terra, qua eſt prope dextructam eccleſiam S. Martini qua dicitur ad lavem, & habet hos fines, ipſa pecia de terra a parte Orientis eſt finis terra eccleſia S. Jacobi, a parte ſeptentrionis eſt finis terra heredum qm. Joannis Jaconi Petri. A parte Occidentis eſt fine terra heredum qm. Johannis Falconis, & fine terra pradicta eccleſia S. Jaoobi, a parte meridie eſt fine via publica. Hanc autẽ pradictam peciam Terra per pradictos fines, una cum omnibus inferioribus, ac ſuperioribus ſuis, & cum via ſua ibidem intrandi, & exeundi, atque cum omnibus ſuis pertinentiis. Nos memoratus II. Robertus Dei gratia Capuanorum princeps damus, tradimus, concedimus, ac confirmamus per hoc videlicet principale ſcriptum in perpetuum in pradicto monaſterio S. Angeli, qui dicitur in Formis, ad poſſeſſionem, & poteſtatem, atque dominacionem jamdicti monaſterii S. Angeli, & pranominati dñi Petri venerabilis Prapoſiti, & de ejuſdem monaſterii cuſtodibus, atque rectoribus, faciendi exinde quicquid eis placuerit. Rurſum quoque nos pranominatus ſecundus Robbertus Dei gratia Capuanorum princeps, per interventum praſcriptorum, vid. Raynaldi cognomento Muſca, & Ottonis cognomento Malus vicinus, & aliorum ſubſcriptorum noſtrorum fidelium in pradicto monaſterio S. Angeli, quod dicitur in Formis, in quo domnus Petrus venerabilis Prapoſitus praeſt, per hoc videlicet principale ſcriptum in perpetuum damus, tradimus, concedimus, ac confirmamus hos ſubſcriptos homines cum filiis, filiabus, atque heredibus eorum, & cum omnibus rebus, & poſſeſſionibus eorum, ut ipſi, & filii, & filia, atque haredes eorum faciant, & perſolvant ſemper in pradicto monaſterio S. Angeli, & jam dicto domno Petro venerabili Prapoſito, & ad ejuſdem monaſterii cuſtodibus, atque rectoribus, quidquid nobis noſtra publica parti facere, aut perſolvere debent, aut debuerint, nomina quorum hac ſunt: Joannes cognomento Petri Biti, & Lanno frater ejus, qui fuerunt filii Petri Biti, Petrus Battulia, & Vitus frater ejus filii qm. Battalia. Joannes, & Malo Diaconus filii qm. Joannis presbiteri, Malo filius qm. Grimoaldi, filia qm̃. Johannes, & Rutus filii qm. Stadii Ruti de Sua filia quond. Jemarii. Pandulfus filius qm. presbitori Pandulfi, Stadia filius qm. Roberti. Robertus filius qm. Ruti, Gentilis filius qm. Johannis Landidardani, Petrus, & Joannes filii qm. Petri Landidardani, Stabilis filius qm. Sabbatini, Sabbatinus filius qm. Majonis Fayda, Johannes filius qm. Landonis, Joannes filius qm. Landonis Maria Saſſi, Landulfus filius qm. Maria Dominici. Homines iſti ſunt habitatores in loco Sarzano. Remota omni inquietudine, contrarietate, vel moleſtia omnium principum ſucceſſorum noſtrorum, vel viceprincipum, Comitum, vel vicecomitum, judicum, Sculdahiorum, Caſtaldeorum, aliorumque omnium mortalium perſonarum. Quod ſi quis hujus noſtra conceſſionis, atque confirmacionis pagina contemptor, aut violator extiterit, aut contra hoc principale ſcriptum agere temptaverit quinquaginta libras auri puriſſimi perſolvat, medietatem pranominato monaſterio S. Angeli, & jam dicto domno Petro venerabili Prapoſito, & ejuſdem monaſterii cuſtodibus, atque Rectoribus, & medietatem noſtro ſacro Palacio, ſolutaque pena librarum auri, hoc principale ſcriptum firmum permaneat in perpetuum. Ut autem firmius credatur, & diligencius ab omnibus obſervetur, manu propria ſubſcribens illud corroboravimus, & noſtri ſigilli illud inſigniri juſſimus.*

Ex



*Ex juſſione prephate poteſtatis ſcripſi ego Philippus palatinus judex in anno dominicæ incarnacionis milleſimo centeſimo vigeſimo nono & ſecundo anno principatus præſcripti domni ſecundi Robberti glorioſiſſimi principis Capuæ. Datum Capuæ in menſe . . . . . . per indictionem ſeptimam.*

Aliam quoque donationem Rollandus, aliique monaſterio S. Petri Caſſinatibus ſubdito conceſſere ut conſtat ex regeſto S. Angeli in Formis, in quo pag. 83. hæc cartula legitur.

Donatio Rollandi &c.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab incarnatione ejus* 1131., *menſe auguſti, indiccione nona. Ego Rollandus miles, & Uliverius, & Guilielmus de Caſtello lauri viri Germani, & filii Guilielmi filii Gualterii. Dum inſpirante in nos Dei omnipotentis divina miſericordia, quam & pro mercede, & ſalute animæ noſtræ, & animabus parentum noſtrorum ante præſenciam Petri judicis, & ante Romualdum presbiterum, & David presbiterum, & Robbertum militem filium Petri judicis, & Bernardo Beccacraſſu de Strigano, & Manſum de Scaphati, offerimus unum hominem nomine Lando de Riſtaldo, & ſuas hered. naſcinaſcentes in eccleſia S. Petri ſub tempore domni Petri Prioris, qui vocatur Strulla, nihil reſervavimus noſtræ poteſtati porcionem ſed totum illum cum omnibus ſuis prephata eccleſiæ obtulimus & tradidimus. Quod ſi nos ſupradictus Rollandus, & Uliverius, & W. vel quicumque ex nobis nati fuerint aliquando tempore contra vos cauſare, aut ſubtrahere ipſum hominem, & ejus heredes voluerimus de veſtra poteſtate, noſtra cauſacio tacita, & vacua ſint, & obligamus nos, & noſtras heredes defendere ipſum hominem ſupraſcriptum, & ſuas heredes ab omnibus hominibus, omnibuſque partibus, & ſi nos, vel noſtras heredes de ipſu homine, & de ſuas heredes de veſtra poteſtate ſubtrahere queſierimus, obligamus nos, & noſtras heredes componere eccleſia S. Petri, ejuſque rectores viginti ſolidi regales, & hæc carta offerſionis firma, & ſtabilis ſit in perpetuum, quam te Guilielmum clericum, & notarium ſcribere rogavimus. ✠ Ego Petrus judex teſtis ſum. Ego Radulphus Clericus.*

Narrat Petrus Diaconus cap. 97., Anacletum II. pſeudo Pontificem Rogerio principatum Capuanum, & Ducatum Neapolitanum, Apuliam, Calabriam, Siciliamque confirmaſſe, addito regis titulo, deindeque ſubdit: *Per idem tempus Robbertus princeps, cujus ſupramemınimus, fecit privilegium huic loco, ſicut antea fecerat, & de relaxatione quinquaginta tarenorum de Gualdo, & de Portu molendini &c.* Hoc Roberti Privilegium ex autographo damus.

Robberti Principis Privilegium.

† *In nomine Domini Salvatoris noſtri Dei eterni ſecundus Robbertus divina ordinante miſericordia Capuanus princeps petitioni ſuorum fidem favet. Igitur fidelium noſtrorum præſentium, ac futurorum noverit multitudo, quoniam per interventum Sabiæ principiſſæ noſtræ Kariſſimæ uxoris, & Odoaldi noſtri camerarii, atque Adenulfi Straticoti, & aliorum noſtrorum dilectorum fidelium, ob ſalutem & remedium animarum quondam glorioſorum principum parentum anteceſſorum noſtrorum, ac ob ſtatum noſtri principatus, per hoc videlicet principale ſcriptum remittimus, ac donamus, atque concedimus in perpetuum monaſterio S. Benedicti Montis Caſſinenſis, in quo domnus Signorictus domini miſericordia venerabilis Abbas præeſt, ſcilicet quincentos tarenos, quos accipere ſoliti ſumus in omni tertio anno ab hominibus qui tenent terras de Gualdo procalzati, & tricentos tarenos quos accipiebamus ſingulis annis ab hominibus de caſa Genſana pro data, ſimiliter & terras quas relinquunt homines qui ſine heredibus moriuntur, quæ dicuntur ſcaditiones, quæ nunc ſunt, vel amodo erunt. Item damus & tradimus, confirmamus per hoc idem principale ſcriptum in perpetuum in ſupraſcripto monaſterio S. Benedicti portum unum molendini, quod eſſe dinoſcitur in fluvio Vulturnu in loco, qui dicitur Caczoli cum Portu ex utraque parte fluminis, & cum his, quæ ad illud neceſſaria ſunt, quin etiam damus, & tradimus, confirmamus in perpetuum in prædicto monaſterio S. Benedicti Montis Caſſinenſis, & hominibus ejus, quibus ſupraſcriptus, Abbas, & ſucceſſores ejus præceperint, poteſtatem piſcandi in mari, & in flumine, in omni territorio caſtelli, qui dicitur ad mare, ſine omni contradictione. Rurſum quoque per hoc idem principale ſcriptum in perpetuum damus, & tradimus, confirmamus præfato monaſterio in eodem territorio Caſtelli Maris hominem unum piſcatorem noſtrum nomine Petrum fili quondam Bibiani cum heredibus ejus, ſicut hactenus nobis pertinuit. Inſuper damus, tradimus, concedimus, & confirmamus in perpetuum in ſupraſcripto Monaſterio S. Benedicti, quicquid Riccardus bonæ memoriæ princeps proavus noſter, ac Jordanus princeps avus noſter nec non ſecundus Riccardus, & Robbertus, quam ſecundus Jordanus principes fratres in ſupraſcripto monaſterio dederunt, & nos de rebus noſtris dedimus atque conceſſimus prædicto monaſterio S. Benedicti, & eccleſiis ejus. Præterea cauſa devotionis permittimus, atque concedimus in perpetuum, ut ſi quis ad præfata monaſteria S. Benedicti, vel ad eccleſias ejus venire ad habitandum, vel reſidendum, aut de rebus ſuis pro anima ſua aliquid largiri voluerit, ex permiſſu noſtro liceat eis hoc facere ſecundum juſtitiam, & conſuetudinem terræ. Hæc omnia præſcripta, qualiter a nobis, vel a prædeceſſoribus noſtris conceſſa, ſeu tradita ſunt prædicto monaſterio S. Benedicti ibidem inviolabiliter in perpetuum manere conceſſimus, ut neque a nobis, neque a ſucceſſoribus noſtris ea deinceps alienare, ſeu inquietare liceat, una cum omnibus inferioribus, ac ſuperioribus earum, & cum viis in eis intrandi, & exeundi, atque cum omnibus pertinentiis earum nos memoratus ſecundus Robertus Dei gratia Capuanorum princeps præphato Monaſterio S. Benedicti Montis Caſſinenſis, ut ſuperius diximus per hoc videlicet principale ſcriptum in perpetuum damus, & tradimus, confirmamus, ad poſſeſſionem, & poteſtatem, atque donationem*



Digitized by Google

*ſuprascripti Monaſterii S. Benedicti Montis Caſſinenſis, & jamdicti domni Segnoricti venerabilis Abbatis, ejuſque ſucceſſoribus faciendi exinde legaliter quicquid eis placuerit, remota omni inquietudine, contrarietate, vel moleſtia omnium mortalium perſonarum. Quod ſiquis hujus noſtræ conceſſionis atque confirmationis contemptor extiterit, centum libras auri puriſſimi perſolvat, medietatem prædicto monaſterio S. Benedicti montis Caſſinenſi, & præfato domno Signoricto venerabili Abbati, ejuſque ſucceſſoribus, & medietatem noſtro ſacro palatio, ſolutaque pena librarum auri, hoc principale ſcriptum firmum permaneat in perpetuum; ut autem hoc principale ſcriptum firmius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur, manu propria ſubſcribens illud corroboravimus, & noſtri ſigilli expreſſione illud inſigniri juſſimus.*



*Ex juſſione prefata poteſtatis ſcripſi ego Philippus Palatinus vice . . . . . . . in anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo trigeſimo ſecundo, & quinto anno principatus ſuprascripti domni Robberti glorioſiſſimi principis Capuæ. Datum Capuæ in menſe Martii per Indictionem decimam.*

Adeſt ſigillum plumbeum.

Rogerii Regis Privilegium. Rogerius autem rex inauguratus amplum cœnobio Caſſinenſi privilegium conceſſit, quod ex autographo in archivo noſtro aſſervato exſcribimus.

† *In nomine Domini Dei eterni, Salvatoris Jheſu Chriſti, anno incarnationis ejuſdem milleſimo centeſimo, trigeſimo tertio, indictione duodecima. Ego Rogerius Dei gratia Siciliæ, & Italiæ rex chriſtianorum adjutor, & Clyppeus Rogerii primi Comitis, hæres, & filius. Convenit omnes in regimine conſtitutos dominicis obedire præceptis, atque ei per quem regnant, colla ſubicere, ut regni illius mereantur eſſe participes quod fine caret, quod ſemper ſine merore, ſine jactura durabit. Ob amorem igitur regis celeſtis per quem ſubſiſtimus, & regnamus, ob redemptionem animarum prædicti patris noſtri bonæ memoriæ Rogerii Comitis, matriſque noſtræ Adelaſiæ reginæ, & noſtra, noſtrorumque parentum remedio concedimus, & confirmamus cœnobio S. Benedicti, quod ſitum eſt in caſtro Caſino, & tibi dompno Senioricto venerabili Abbati prefati cœnobii veſtriſque ſucceſſoribus in perpetunm per hoc noſtræ auctoritatis imma confirmationis preceptum omnes res, & poſſeſſiones, mancipia, ſervos, & ancillas cum terris, & vineis, ſilvis, montibus, planis, planitiebus, aquis, aquarumque decurſibus, atque piſcariis poſitis infra fines noſtri regni, cum univerſis pertinentiis, quæ eſſe videntur infra has fines, quas inferius declarabimus, & quas ab antiquis temporibus poſſediſtis. Ideſt prima fine incipiens a Carnello vadit per Vandram uſque in rivum ſiccum hinc uſque ad eccleſiam S. Martini, inde vero vadit per greſta S. Petri, a ſecunda parte finis Serre de monte Ciſino, hinc per Serram Montis qui dicitur Aquilone, & vadit ad lacum qui dicitur de Pupplo ab hinc ad lacum Vitecuſum inde recte ad Aquam fundatam, exinde vadit per montem qui eſt ſupra caſale uſque ad Vadum, qui dicitur Rapidum, & pergit in Serram montis, qui dicitur Caballo, & inde in lacum qui dicitur Benafranum, hinc vero per Serram montis, qui dicitur Rendenaria majores, vadit in lacum qui dicitur Comenſe, ab hinc in capite Mellarini, inde per Serram ad Petram ſcriptam, hinc ad Serram Montis, qui dicitur Ordicoſa, inde pergit ſuper Peſclora qui dicitur Falconari, & pervenit ad fines inter duos montes, ex quibus unus vocatur Spinatius, & alter Porcacius, inde ad criſtas Montis, qui dicitur Caira, hinc ad Petram vivolam, exinde ad collem, qui vocatur Gimberuti. De tertia parte in Quirquitulo, hinc in Foſſatum juxta Sanctum Damaſum, inde per ſilicem ad locum qui dicitur Arcus de Gizoli, ad hinc pergit ad lacum, qui dicitur Rademprandi; hinc in Farnetum, exinde per capud de Rigu qui dicitur Maroze, Inde in fluvium, qui dicitur Carnellus hic per ipſum fluvium ad aquam, quæ dicitur Caſa, & ſalit per Montem qui dicitur S. Donati. A quarta parte finis Serra media de eodem monte S. Donati. Hinc aſcendit ſuper Monticellos de Marri, & vadit ad Peſclos, qui ſunt ad pedem Montis de Balbola, exhinc pergit per duos Leones, & ſalit per Serram ſuper Caſale, ab iñ deſcendit a monte ſuper Villam de Galeriano hinc in cripta Imperatoris uſque in fluvium, qui dicitur Galerianus, (Garilianus) hinc per eundem fluvium uſque ad priores fines. Similiter & monaſterium S. Liberatoris, quod ſitum eſt in radice Montis Magellæ in Comitatu Teatino, cum omnibus pertinentiis ſuis, ideſt eccleſiam S. Angeli, quæ eſt in latere Montis plani, cum integro Monteplano, & cum caſtello S. Angeli, & integris ſuis pertinentiis, & curte Caſaleprandi, & tota curte de Garifulis, & caſtello S. Petri, & curte S. Januarii, & Valleplana, & Luciano, quarum fines hæ ſunt: De uno latere finis Cripta latronis, vadit juxta caſtellum Saracenicum, uſque ad Staphilum de Magiella, & ab ipſo Staphilo in Aquam Fraſingam, & Foſſatum de Vacinio, hinc vero abipſo foſſato in Puteum de Capetano, inde in foſſatum S. Januarii, & in Roſente. De alio latere finis Viſera, inde in viam, quæ vadit in lacunam ſuper S. Donatum, hinc in Ficarium, & inde in foſſatum S Luciæ. Ex hinc per Aquamfrigidam uſque in limites Montiſplani abinde in foſſatum de Garifulis ſublimites, & per eundem foſſatum in Alento. In territorio Teatenſi caſale S. Columbæ cum omnibus pertinentiis ſuis. In territorio Pinnenſi caſale Oliveti cum omnibus pertinentiis ſuis. Et in Comitatu Valvenſe eccleſiam S. Patris & monaſterium S. Mariæ in Cartiniano, cum omnibus pertinentiis ſuis, ſeu & aliis eccleſiis, vel rebus, cum omnibus pertinentiis, & adjacentiis in integrum in quibuſcumque noſtri regni finibus poſita ſunt, ut quemadmodum ad idem monaſterium beati Benedicti, & S. Liberatoris pervenerunt, & poſſeſſa fuerunt, per hanc noſtræ confirmationis auctoritatem*

noſtris

Digitized by Google

*noſtris futuriſque temporibus Abbates ipſius monaſterii S. Benedicti firmiter inviolabiliterque teneant, & poſſideant, pront facultas, vel utilitas monaſteriorum ipſorum exegerint, ita ut nullus judox publicus quilibet ex judiciaria poteſtate in cellas, & villas, agros, ſeu loca, ſive reliquas poſſeſſiones ſupraſcriptorum cœnobiorum S. Benedicti, & S. Liberatoris, quod moderno tempore in quibuſcumque pagis & territoriis infra noſtri regni poſſederint, vel quiſquid etiam de inceps divina pietas ipſis ſanctis locis voluerit augere ad cauſas audiendas aut tributa exigenda, ſeu homines ipſorum monaſteriorum tam liberos quam ſervos, & qui ſupradictam terram ipſorum monaſteriorum reſident nullo modo diſtringendos, nec ullas redibitiones, aut illicitas occaſiones requirendas, noſtris, futuriſque temporibus ingredi audeat, ab omni jugo ſervitutis loca eadem decernendo libera perpetuo permanſura. Si quis autem hujus noſtra conceſſionis, & confirmationis paginam in aliquo violator extiterit, ſciat ſe iram Dei, & noſtra celſitudinis graviter incurriſſe, & compoſiturum auri puriſſimi libras mille, medietatem camera noſtra, & medietatem pro pradicto monaſterio Sancti Benedicti, & Sancti Liberatoris; pena ſoluta præſens decretum priſtinum robur obtineat. Ad hujus autem noſtra conceſſionis inditium per manus widonis noſtri Notarii ſcribi, noſtroque ſigillo plumbeo inſigniri pracipimus. Datum Salerni per manum Guarini noſtri cancellarii, ſexto Kalendas Auguſti, regni noſtri anno quarto.* Adeſt ſigillum plumbeum.

In ampliſſimo hoc privilegio Giſulfianæ donationis fines, aliaque cœnobio Caſſinenſi ſubdita plura monaſteria, atque oppida recenſentur, *omnium jugo ſervitutis loca eadem decernendo, libera perpetuo permanſura*, nempe abſolutam fatetur Rogerius Caſſinatium juriſdictionem. Alibi diximus, hactenus a nobis in provincia Teatina poſſideri oppida S. Angeli, S. Petri, & Vicum Oliveti, ſeu Villam Oliveti.

Dominatus Caſſinenſis viciſſitudines.

Jam vero nutantis imperii Caſſinatium vices hiſce verbis deſcribit Petrus Diaconus cap. 98. *Inter hac regis Cancellarius Guarinus nomine Canzolino, qui tunc Capua praerat, mandat quatenus Caſſinenſi Abbati, ut ad ſe veniat, deſtinet, venientem protinus capiat. Abbas autem talia dum perſenſiſſet abnuit, ac ſe minime tunc illo poſſe ire remittit. Cancellarius vero magis, ac magis in ſuſpicionem veniens, mandat Abbati, ut ſibi Capuam venienti cum feſtinatione occurrat, quatenus de regni negotiis cum ipſius terra Baronibus inſimul tractent &c. & infra. Ad quem (cancellarium) Abbas, parati ſumus, inquit: hoc cum neceſſe fuerit adimplere &c. Inſuper promittimus nos contra inimicos regis ſtrenue prapa rare, & pro poſſe Caſſinenſe cœnobium contra Imperatorem defendere, & manutenere. Cui cum Cancellarius dixiſſet cum quibus Caſſinenſe cœnobium contra Imperatorem defenſurus eſſet Abbas reſpondit cum opportunum fuerit de civitate S. Germani, & omni terra S. Benedicti fortiores, & robuſtiores quoſque eligentes hic habere ſtudebimus ſicque cum veſtro conſilio, & veſtris militibus in adjutorium, ſi res ita exigeret venientibus, Caſſinenſem eccleſiam contra Imperatorem, & contra milites ejus defendere, & manutenere curabimus, ita ut per Caſſinenſe cœnobium nulla rex detrimenta, vel dampna patiatur &c.* Contendebat quippe Cancellarius regis ſui nomine, ut ſibi cœnobium Caſſinenſe contra Lotharium III. Imperatorem, qui adverſus Rogerium in feſtis ſignis in cyſtiberinam Italiam pergebat, muniendum præberetur. Vid. Baronius an. 1136. *Abbas autem agnoſcens*, (ait Petrus Diaconus cap. 100. *quod Cancellarius de ſua morte, & cœnobii captione cogitaret, cum paucis communicato conſilio, legatos ad Landulfum de Sancto Johanne qui tunc Imperatori favebat direxit, mandans ut veniret, & Caſſinenſe monaſterium ſub cura ſua ſuſciperet, & contra eos, qui illud capere querebant defenderet, verum quia hoc per diem agi non poterat, per noctem impletum eſt, atque ex utraque parte factis Sacramentis &c. milites Landulfi jamdicti in monaſterium inducti, & munitiones contradita ſunt &c.*

Subditi Caſſinenſium rebellant.

Nihil tamen profectum, nam ut habet Petrus cap. 101. *Interea tota terra a fidelitate Abbatis & Fratrum prater caſtrum Caſinum receſſit, de quo facto homines de caſtro S. Angeli, cauſa, & initium extiterunt. Ipſi enim primitus inimicos monaſterii infra caſtrum ſuſcipientes, Caſſinenſe cœnobium oppugnare ceperunt. Poſt hac Bertulfus manſionarius natione Cymbris & Adenulfus cognomento Marſicanus hujus rei gratia ad Imperatorem Lotharium diriguntur; de hinc omnes obedientia per Campaneam, Picenum, Sampnium, Lucaniam, atque Calabriam capta atque a jure cœnobii Caſſinenſis ſubducta ſunt. Cancellarius vero, qui tanti mali caput, & actor fuit, ſeptimo decimo die poſtquam huc in vigiliis Epiphania pervenit apud Salernum ad extrema perveniens clamabat: Benedicte, & Maure cur me interficitis? Cumque hac crebro repeteret, vita deceſſit.* Vid. Baronius an. 1036., & Sigonius de regno Italiæ p. 500.

Roberti II. Juramentum.

Huic Abbati Seniorecto tot pene viciſſitudinibus obruto, ſeſe hoc juramento obſtrinxit Robertus II. Capuæ princeps more majorum ſuorum, quod ex originali in noſtro archivo aſſervato edimus.

† *Ego Secundus Robertus Dei gratia Capuanorum princeps promitto, & per hac ſancta Dei evangelia juro tibi domno Segnoricto Caſſinenſis Monaſterii Abbati, quod ab hac hora & deinceps non ero in conſilio, vel in facto, ſeu conſenſu, ut vitam, vel quodlibet membrum tui corporis perdas, aut captus ſis mala captione ad tuum dapnum honorem, & terras, quas Caſſinenſe monaſterium S. Benedicti tenet, & dominatur, vel quod in antea recuperaverit per ſe, vel per ſuos homines, vel in antea meo conſilio infra principatum Capuanum accquiſierit, & qua tempore Richardi principis proavi mei, & Jordani principis avi, & Richardi, & Robberti principum patruorum meorum, & Jordani principis patris mei pradicto Caſſinenſi monaſterio, vel in ſuis ſubditis eccleſiis offertum vel datum eſt uſque nunc, & nominatim eccleſiam ſancta Agata ſitam prope muros Averſa cum terris, & hominibus qualiter Jordanus princeps avus meus eidem monaſterio dedit, & conceſſit, & oppidum Pontiſcurbi cum ſuis pertinentiis, qualiter Richardus princeps patruus meus illud conceſſit, & confirmavit pradicto monaſterio, & domno Hoderiſio Abbati adjuvabo te, & pradictum monaſterium tenere, ac defendere contra omnes homines, qui tibi illud aut inde auferre temptaverit ſi inde ſummonitus fuero, niſi tale exonium intervenerit, quod propter hoc non ſit inventum, & tranſ-*

*acto*

Digitized by Google

*acto exonio infra quadraginta dies predicta aut adimplebo, aut rectum, vel gratam concordiam tibi inde fieri faciam; & facto recto vel grata concordia, in hoc Sacramento permanebo. Hac omnia prædicta obſervabo per bonam fidem, abſque fraude, & malo ingenio, quod ſit ad prædicti monaſterii, aut tui damnum pertineat. Hoc factum eſt in Capuana civitate die Dominico, quarto die ſtante menſe Februarii in anno Dominica incarnationis milleſimo centeſimo vigeſimo octavo, per indictionem ſextam ante præſencia ſubſcriptorum teſtium videlicet. Ri. de Caleno, Ugo de Labolita, Odoal. Camerarii, Philippi de Surrento, Toſtayni de Rivo Matricio, Ro. de Aczia, Borteraymi, Joannis de Calatia, Juliani de Juttura, Raynaldi de Gueku.* Adeſt ſigillum plumbeum.

Seniorectus cœnobio Caſſinenſi præfuit ab an. 1127. ad 1137. Robertus ſecundus Capuæ princeps fuit ab an. 1128. ad 1135. quo principatu a rege Rogerio privatus & in ordinem redactus, an. 1137. menſe Majo iterum reſtituitur, poſt quinque menſes iterum exturbatus ab eodem Rogerio. Tertium princeps ab an. 1155. ad 1156. evaſit. Tandem Richardi de Aquila proditione in Guillelmi I. regis poteſtatem cum liberis devenit, a quo oculis orbatus, paulo poſt in cuſtodia obiit. Vid. Camillus Peregrinius in ſtemmate Principum Nortmannorum.

Caſſinates in periculo.

Majora in die pericula Caſſinenſibus ingruebant nam mortuo Seniorecto Abbate, *cum adhuc Abbatis feretrum*, teſte Petro Diacono cap. 104., *in Eccleſia eſſet, diſtinati ſunt a Canzolino Capuani principatus camerario milites, ut nullus, eo abſente, de Abbatis electione tractare preſumeret. Dilatum itaque eſt, & contradicentibus, ac merentibus Monachis uſque ad ipſius adventum protelatum. Cumque illuc adveniſſet cum ei oſtenderentur de electione Abbatis patris Benedicti juſſio, & privilegiorum conſtitutio, reſpondit, quod nil ad preſens iſtius modi valeret oſtenſio. Sed differte uſque ad domini mei Roggerii Regis notitiam, ſin autem tradite arcem Bantrenſem, & eligite quem vultis, ita tamen ut prius fidelitatem regi faciat. Quod cum Fratres ſe non implere dixiſſent, ipſe exercitum congregans, univerſa Caſſinenſis cœnobii caſtra ab ejus dicione ſubduxit &c.*

A Lothario Imperatore levati.

Paulo poſt ait: *Lotarius autem Imperator miſericordia motus, nec non & memor qualiter ſub anteceſſorum ſuorum tuitione Caſſinenſis eccleſia fuiſſet, multo magis tamen propter odium regis Rogerii, quem Romano imperio inimiciſſimum eſſe judicaverat, propenſior erat apud predictos* (Fratres Caſſinates) *& juxta tenorem edicti quod Pipinius, & Kcarolus Magnus ſtatuerant, illos inter cappellanos Romani imperii juxta morem antiquum conſtituit. Cumque Duces, principes, ac Marchiones imperii congregaſſet, beneficia pradeceſſorum ſuorum in Caſſinenſi cœnobio conceſſa intimabat, & ſupradictum Raynaldum* (electum in Caſſinenſem Abbatem) *accuſans manifeſtum hoſtem Romani imperii pronuncians, quoniam Abbatiam ab inimico Romani imperii ſibi confirmatam acceperat, neglecto, & contempto Imperatore, a quo Caſſinenſis eccleſia civitates, & caſtra, & omnes poſſeſſiones acceperat.* Vid. Baronius an. 1136.

Datis Epiſtolis.

Scripſit hac de cauſa epiſtolas Abbati, atque Monachis Caſſinatibus, in eaque ad Monachos ſcripta hæc exarata fuiſſe refert Petrus Diaconus cap. 107. *Attendentes dignitatem tanta eccleſia, & religionem, qua præ ceteris hactenus floruit, in eandem reſpicere & manutenere eccleſiam ſicut ſpecialem, & ſingularem camera ſua domum diſpoſuiſſet &c.* Hæc Lotharii epiſtola extat in Appendice ad chronicon Caſſinenſe Pariſiis an. 1668. editum p. 24. Vid. Baronius cit. anno. Aliam deinde epiſtolam Lotharius Imperator Raynaldo electo Abbati Otthoni Decano & Monachis Caſſinatibus ſcripſit, conqueſtus Abbatem ad ſe non perrexiſſe, jubenſque ut quantocius id præſtaret; inter alia vero ſcripſit, teſte Petro cap. 108. *Accidiſſe quod homines beati Benedicti in illius ſiculi fidelitate manerent, & in caſtris adhuc monaſterii eſſent, placeret ut illos caute removeret, ne impendimentum Eccleſia Caſſinenſi per eos poſſit conferri &c.* & infra, *ſet cum in ſuſpicione* (Raynaldus) *quoſdam Fratres haberet monaſterium, & caſtra ejus amicis, & propinquis ſuis commendavit &c. tandem Abbas coactus in nativitate S. Joannis Baptiſta iter arripuit, ducens ſecum ex Caſſinenſi congregatione &c. Pandulfum Teanenſem epiſcopum & Caſſinenſis cœnobii monachum Maurum, quoque Curopalatem palatii imperatoris Conſtantinopolitani, Joannem Camerarium, & jamdictum Petrum Bibliothecarium, Anfredum Veſtaranum, Petrum Machabeum, Petrum, & Hectorem Caſſinenſis cœnobii Monachos, nec non Johannem civitatis S. Germani Archipresbiterorum alioſque nonnullos nobiles ſapienteſque laicos de terra S. Benedicti:* Et infra: *Tunc Imperator in ipſo, ac Fratribus pro beati Benedicti amore munificentiam oſtendit, moxque miſſo altare ſuo Henrico Duce Bajoaria genero ſuo, & Rodulfo, & Ottone palatinis Comitibus, ut tentorium, quod juxta papilionem Pontificis ipſius juſſu fixum fuerat removerent, illudque juxta ſuum tentorium figerent, mandavit, aſſerens cum Caſſinenſis eccleſia per Carlomannum, & Pipinum ſpecialis camera ſit Romani imperii conſtituta nequaquam juſtum eſſe cappellanos imperatoris, Monachos ſcilicet Caſſinenſis eccleſia ab imperatore ſeparari, ſet juxta eum ſuum tentorium figi debere, quod & factum eſt.* Et infra: *Ad hæc Ceſar quam amabilis, quam deſiderabilis Caſſinenſis eccleſia noſtris predeceſſoribus invictiſſimis imperatoribus fuerit & magnifica in auro, & argento data munera, & præcepta liquidiſſime oſtendunt &c.* Vid. Sigonius loc. cit. p. 502. In qua epiſtola ab eodem imperatore miſſa Rainaldo, hæc item leguntur: *Semper moris noſtri fuit eos manutenere, & amplecti qui ad nos ſpectare debent &c. unde proculdubio ſcias, quod eccleſia tua jus quouſque vixerimus, tuebimur, nec aliena poteſtati unquam permittemus, quod noſtri Juris eſt, & quod ad imperialem ſpectat dignitatem &c.* In epiſtola vero ad Decanum, & Monachos ſcripta, ait Imperator: *Nolentes, quantum Deus permiſerit, in aliquo terminos anteceſſorum noſtrorum Imperatorum excedere, jus eccleſia Caſſinenſis ad exemplum illorum in nullo imminui patiemur. Semper enim eccleſiam illam in vigore religionis permanſit, omnibuſque forma bona converſationis fuit. Unde noſſe vos volumus qua dominum Abbatem ad nos venire fecimus, & pro conſilio principum ita cauſam eccleſia veſtra diffinire, ut nihil libertatis ſua tempore noſtro ammittat.*

Neque

Digitized by Google

Neque hoc tantum ardentem ſuum erga cœnobium Caſſinenſe amorem oſtendit Imperatori, nam referente Petro Diacono cap. 111. *Altera die, cum piiſſimus Imperator cum ſuprascriptis magnatibus ſuis, quæ reſidua fuerant, audituri reſiderent, hac voce convenit exercitum, omnibus, qui intra Romanum Orbem conſtituti ſunt, notum eſſe non ambigimus in quali, quantaque reverentia noſtri prædeceſſores Romani ſcilicet Imperatores, Caſſinenſem ſcilicet eccleſiam ſuam, ſingularem, & ſpecialem cameram habuerunt, & ſuper omnia Romani imperii monaſteria exaltantes præpoſuerunt, ſuiſque præceptis & privilegiis ab initio honoraverunt &c.*

Quibus ut opem ferat cogit exercitū.

Hiſce deinde verbis ex eodem Petro cap. 112. proſequitur Imperator: *Nos Caſſinenſem eccleſiam, ut jam ſæpe docuimus, tanto defendere, exaltare, & venerare debemus, quanto amplius a noſtris prædeceſſoribus honoratam, & ditatam eſſe cognovimus. Sciat igitur dominus Apoſtolicus, Caſtra, Villas, & prædia omneſque monaſterii poſſeſſiones noſtro pertinere imperio. Epiſcopale autem jus in quantum ei debetur, ut ſuum ſit, concedimus.* Et infra: *Quid itaque mirandum, ſi Caſſinenſem pro poſſe tuemur eccleſiam, cum conſtet hoc a prædeceſſoribus noſtris glorioſiſſime actitatum? & illi quidem non aliter, quam propriam habuere cameram, adeo ut nonnulli ab his exuti ærumnis carnalibuſque impedimentis, ibi magis, quam in propriis domibus voluerunt tumulari. Quid de Sanctiſſimo, & omni memoria digno invictiſſimo auguſto Carolo retexam, qui, relictis imperialibus ſceptris, auguſtique dignitatibus, cenobialem inibi vitam exegit. Quid etiam de ipſius Carolo fratre Pipinio referam, qui in Germania poſitus, cum frater ipſius Carolus, qui ad eum Monachus jerat, obiſſet, nolens eum alibi ſepeliri, ad Caſſinenſe monaſterium tranſmiſit? Rachis quoque Langobardorum rex, relicto regno, ad idem venerabile monaſterium venit, monachicamque ibi uſque ad extremum vitam exegit. Quid etiam de Imperatoribus Juſtiniano, Juſtino, Theoderico, Pipino, Carolo, Pipino, Carolo Magno, binis Ludoycis, Ugone, duobus Lothariis, Alberto, tribus Ottonibus, & quinque Henricis. Quid de Michaele Romano, & Alexio referam, qui omnes Caſſinenſem eccleſiam dilexerunt, & magnis muneribus ornaverunt. Adeo itaque Caſſinenſis eccleſia imperialis extitit camera, ut ipſi Imperatores ad ejus liberationem cum omni Romani exercitus potentatu venerit. Henricus enim pius, invictiſſimus, & Chriſtianiſſimus Imperator ad eandem defendendam eccleſiam cum centum octoginta milibus armatorum Italiam ingreſſus eſt, eamque a Capuani principis manu auferens priſtina reſtituit libertati. Conradus etiam imperator auguſtus, & Henricus filius ejus cum centum ſexaginta millibus pugnatorum eandem defenſurus venit eccleſiam, cum Pandulfi iniquiſſimi, non dico principis, ſed tiranni, ſervitutis jugo ſubjiceretur.* Magno in honore Raynaldum habuit, nam, ut narrat Petrus cap. 115. *Raynaldus autem poſt hæc ad Imperatorem deductus, & ab eo cum ingenti honore ſuſceptus, & cum fratribus inter Capellanos imperii conſtitutus &c.* At paulo poſt depoſito Rainaldo. *Cernens Imperator*, eodem Petro cap. 124, teſte: *Guibaldum modis omnibus reluctare, Fratribus illum tradit quem ſuſcipientes in Caſſinenſi monaſterio Abbatem ordinaverunt, & ab Imperatore per Romani imperii ſceptrum, quod manu geſtabat de Caſſinenſi Abbatia cum omnibus poſſeſſionibus ſuis, ſicut a temporibus Juſtiniani, uſque ad illum diem Monaſterio conceſſa fuerant, eſt inveſtitus, dicens ad eum, fidelitatem a vobis de Caſſinenſi Abbatia ideo non accipimus, quia dudum nobis de Stabulenſi cœnobio fidelitatem dediſti, nolo ut ſucceſſores tui te trahant in exemplum, & dicant, ſe ſucceſſoribus meis de Caſſinenſi cœnobio ideo non facturos fidelitatem, quia a te noſtri imperii Majeſtas non exegit, ſet conſuetudinariam fidelitatem, quam a temporibus Caroli, & deinceps Abbates de Abbatia Caſſinenſi fecerunt, facere ſtudeant.* Petrus inde cujus hæc tempeſtate contigere, ſubdit: *Tunc quoque ex juſſu Imperatoris Raginulfus Dux Apuliæ, qui ab eodem Imperatore ordinatus fuerat, & Robbertus Princeps Capuanus, & omnes comites de principatu Capuano, & Comites Aquinenſes, & Normanni circummanentes prædicto Abbati Guibaldo fidelitatem fecerunt, jurejurando firmantes ſuper evangelia, & lignum Domini & ſanctorum reliquias Caſſinenſi cœnobio cum omnibus omnino poſſeſſionibus ſuis. Eo vero die, quo Guibaldus Abbas ordinatus eſt, per eundem Abbatem ſugeſtum eſt Imperatori, qualiter Pandulfus filius Landonis Aquinenſis Comitis nequiter, ac violenter in Silva monaſterii Caſſinenſis Tirilla vocabulo, caſtrum edificaverat & reſidua monaſterii prædia circumadjacentia deprædaverat. Imperator autem ad hæc verba commotus Brunonem campidoctorem cum cohorte deſtinans militum jamdictum caſtrum direptioni, & incendio tradidit, Raynaldus itaque &c. de monaſterio eſt egreſſus, atque in arcem, quæ caſtrum Cœli dicitur, quamque Manſo Caſſinenſis Abbas olim conſtruxerat, & ejus propinqui* (ſcilicet Raynaldi) *a poteſtate monaſterii ſubtraxerant, ſe contulit omni niſu, & omni inſtantia ſatagens, qualiter recedente Imperatore Caſſinenſem Abbatiam recuperare &c. poſſet.* Ad illa verba *ab Imperatore per Romani Imperii ſceptrum eſt de Caſſinenſi Abbatia inveſtitus*, hæc adnotat eruditiſſimus Nuceus; *Quamquam Lotharius repulſam ab Innocentio retulerit de inveſtituris eccleſiarum generaliter, de quo ſupra, cap. 97. Abbatia tamen Caſſinenſis inveſtitura ſpeciali jure ſpectabat ad Imperatorem, quod eſſet camera imperialis, & de jurepatronatus Imperii. Lotharius in ſuo diplomate Originali. Nos ab expeditione Apuliæ ad Caſſinenſem Eccleſiam, tamquam ad noſtram declinantes Cameram, & cetera omnino legenda ad hunc locum illuſtrandum, non enim juvat cuncta edere. Sic Deſiderius lib. 3. cap. 50. dicebat. Cum Romani imperii coronam eum* (Henricum) *habere vidiſſet tunc, ſi ſibi videretur, Abbatiam ab ipſo reciperet, ſi vero nollet, dimitteret.*

Prædeceſſorum exemplo motus.

Magno honore Abbatem Caſſinenſem Lotharius excepit.

Guibaldus electus Abbas Caſſinenſis.

*Electo vero Guibaldo Abbate* (ex Petro cap. 125.) *idem piiſſimus, & clementiſſimus Imperator per interventum Richizæ auguſtæ præceptum fecit confirmans Caſſinenſi cœnobio omnes poſſeſſiones ejus*, pauloque poſt refert epiſtolam Tybure ab Imperatore Lothario ad Guibaldum ſcriptam, in qua hæc habentur. *Lotharius Dei gratia Romanorum Imperator auguſtus dilectiſſimo fideli ſuo Guibalbo Caſſinenſis Gerarcha, & Romani imperii cancellario, & Magiſtro cappellano, ac principatus gratiam ſuam, & bonam voluntatem &c. Hii autem, qui imperiales apices ferebant, dum Caſſinum veniſſent, inve-*

Ad quem literas dat Lotharius.

*invenerunt Guibaldum ad belli procinctum, quod imminebat per totum. Raynaldus enim, qui ab Imperatore, & Pontifice de Abbatia ejectus fuerat, ubi Imperatorem receſſiſſe pro certo addidicit, de his, qui Roggerio favebant regi cohortem congregans, militum, aggregatis etiam terra circummanentis magnatibus, qui ei conſanguinitatis linea jungebantur, recipientibus ſe colonis, qui caſtrum S. Angeli incolebant, totam circum poſitam terram flamma, ferroque tradebat &c.* Lotharii III. Epiſtolam ad Guibaldum refert Goldaſtus Conſt. Imperial. To. III. p. 327.

Lotharii Privilegium.

Ejuſdem vero privilegium authenticum in archivo noſtro aſſervatur, eſtque hujuſcemodi.

*In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Lotharius, divina favente clementia, tertius Romanorum Imperator auguſtus. Ad Romani imperii curam attinet, omnibus per totum Orbem Romanum conſtructis eccleſiis, imperiali poteſtate defenſionis auxilia miniſtrare, ut ejus juvamine ab omnium infidelium, ſeu pravorum protegantur incurſu. Nam, cum omnis eccleſia ab omni conditionali, ſeu ſervili nexu ſit libera, ſpecialius tamen, poſt ſedis Romanæ dignitatem Caſſinenſis eccleſia principatum optinet, quæ per patrem Benedictum, & S. regulæ deſcritionem, & pretioſi ejus corporis ſepulturam monaſticæ diſciplinæ caput eſſe meruit, quamque etiam omnes predeceſſores noſtri, Romani ſcilicet Imperatores, ſuam ſpetialem cameram habuerunt, libertatis debet inſigni potiri. Proinde omnium fidelium noſtrorum, tam futurorum, quam præſentium noverit induſtria, quod nos ab expeditione Appuliæ ad Caſſinenſem eccleſiam, tamquam ad noſtram declinantes cameram, male eam ordinatam invenimus propter invaſionem cujuſdam Raynaldi, qui ſub falſa Abbatis electione eam ſibi uſurpare auſus fuit. Quo, canonica examinatione, remoto ex conſilio Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, & aliorum religioſorum ſuſtituimus in eadem eccleſia venerabilem Abbatem Stabulenſis eccleſiæ nomine Guibaldum, virum curiæ noſtræ acceptum, & moribus, & conſcientia non modica compoſitum, & informatum. In hujus ſubſtitutione non parum laborabat Romanus pontifex Innocentius ſecundus, quomodo hanc eccleſiam tamquam ſui juris eſſet ad ſuum ordinaret arbitrium, tandem multa altercatione habita, victus privilegiis apoſtolicorum, & imperatorum, hujus eccleſiæ diſpenſationem, & ordinationem noſtri, noſtrorumque ſucceſſorum juris eſſe conceſſit, & affirmavit, ſolamque Abbatis conſecrationem ex conceſſione anteceſſorum noſtrorum imperatorum obtinuit, & unum prandium, quod in eundo ad Beneventum, & in redeundo ipſi debetur. Hanc itaque eccleſiam, cum omnibus pertinentiis ſuis, debita tuitionis noſtræ diligentia amplectentes, concedimus, & confirmamus ipſi ex integro omnia, quæ ab anteceſſoribus noſtris Imperatoribus ipſi conceſſa ſunt, & confirmata infra hos fines ſcilicet, infra flumen Carnellum, & finem qui vadit per Bantram, uſque in rivum ſiccum aſcendentem uſque ad eccleſiam S. Martini, & ſicut pergit per criſtam S. Petri. A ſecunda parte eſt finis per Serram de Monte Ciſino, & ſicut pergit per Serram de Monte Aquilone, uſque ad lacum de Pupplo & quomodo pergit ad lacum Vitecuſum, & vadit recte ad Aquamfundatam, & ſalit per montem ſupra caſale, & pervenit ad fluvium Rapidum, & vadit per Serram de monte Caballo, uſque in lacum Benafranum & per Serram de monte Rendenaria majoris, & inde per Serras montium in Rendenariam minorem, inde directe vadit per pedes Montium, qui dicuntur Friſelona, & vadit in lacum Cominenſem, uſq; in capite Melarini, & pergit in locum, qui dicitur Anglone, & aſcendit ad Furcam de Valkelucis, & pergit per Serram de Petra Seripta uſque ad Serram Montis Urticoſi & pergit per Peſclora Falconarii, & pervenit ad Montes Spinatium, & Porcacium, & vadit ad cacumen montis, qui dicitur Caria, & pergit ad Petram ſuper aquam vivolam, & aſcendit ad collem Gibboroſi, de tercia parte finis, qui deſcendit in Querquetulo, & in foſſato juxta S. Damaſum, & vadit directe in Silicem, & ad arcum Gizoli, & pergit ad lacum Rageprandi, & in Farnetum, & per caput Rivuli Maroca, ſicut deſcendit in fluvium Carnellum, & aſcendit per eundem fluvium ad aquam, quæ dicitur Coſa, & ſalit per montem S. Donati. De quarta parte finis media Serra S. Donati, & deſcendit per Monticellos de Marri, uſque ad Peſclos, qui ſunt ad pedes montis de Balbula, & ſicut vadit per duos Leones, & inde ſalit per Serram ſuper caſale, & deſcendit per ipſum montem, uſque ad villam de Gariliano, uſque ad criptam Imperatoris, & aſcendit per eundem fluvium, uſque ad priores fines. Inſuper etiam imperiali noſtra auctoritate confirmamus quicquid a tempore Juſtiniani Imperatoris eidem loco oblata, vel conceſſa ſunt infra omnes fines Romani imperii. In primis monaſterium Domini Salvatoris poſitum ad pedes Caſini montis, S. Mariæ in Plumbarola, in Comitatu Aquinenſi eccleſiam S. Mauri, cum Villa Eucheria. S. Gregorii, S. Mauricii, S. Pauli, S. Conſtantii, S. Chriſtofori, S. Nicholai, S. Barbaræ, S. Mariæ, S. Laurentii, S. Felicis, & S. Martini in Sueſſa, S. Benedicti, S. Nicholai in Lauriano cum portu Trajectenſi, & Vulturnenſi, S. Benedicti, & S. Leonis, in Theano S. Benedicti, S. Scholaſticæ, Curtem S. Felicis, S. Hyppoliti, S. Silveſtri, S. Andreæ, S. Benedicti in Rota, S. Reparatæ, S. Pauli, S. Nicandri; In Caloo Villam, S. Agapiti, S. Mariæ, S. Petri, & S. Marci; in Capua monaſterium S. Benedicti, S. Mariæ Ancillarum Dei, S. Joannis, S. Angeli ad Formas, S. Rufi, S. Benedicti Pizoli, S. Angeli ad Odaldiſcos, S. Benedicti in Caſagentiana, S. Mauri in Caſale, S. Scolaſticæ in Silice, S. Nazarii, S. Benedicti in Anglena, S. Viti in monte S. Agathæ, S. Germani in Capua vetere, S. Eraſmi foris portam S. Petri in Scafati. In Caleno S. Anaſtaſiæ, S. Nicolai, S. Mauri in monte Draconis, S. Benedicti in Cilicia. In Aliſis S. Mariæ in Cingula, cum caſtellis, & pertinentiis ſuis, S. Nicandri, S. Benedicti in Gualdo Erimonio, S. Petri, S. Felicis in Alalma; S. Euſebii ibidem, S. Angeli in Cervario, S. Petri in Ceceſi, SS. Septem Fratrum, & S. Viti in Gattocini, S. Mariæ in Patianello, S. Archangeli in monte S. Viti, S. Martini, & S. Secundini ad Vulturnum; S. Petri in Lauri, S. Joannis ad Aquamvivam, S. Petri in Ailane, S. Severiani in Cervaro, S. Petri in Prato, S. Petri in Saba, S. Angeli ad centum claves, S. Potiti, S. Angeli, S. Adjutoris, S. Benedicti, & S. Viti in Riſpici; in Benevento cellam S. Sophiæ, S. Modeſti, S. Benedicti ad Portam Rufinam, S. Nicholai* in

*in Civitatē nova, S. Nicholai in Petra pedicina, S. Nicolai in Rodenandi, S. Mariæ Rotunda, S. Benedicti in Pantano, S. Benedicti in Petra pedicina, S. Georgii in Fenucleo, S. Joannis in Turlecoſo, S. Petri in Roſſano, S. Angeli in Capraria, S. Januarii S. Martini, S. Dioniſii, & S. Anaſtaſiæ, in ponte, S. Mariæ in Trinio. In Troja, S. Angeli, S. Nicandri, S. Thomæ, S. Bartholomæi, S. Juſtæ, S. Nicholai, Caſtellonem, S. Angeli in Morrone. In Larino S. Benedicti, S. Germani, S. Laurentii, S. Benedicti in Pectinali, S. Mar. in Morrone, S. Mariæ in Caſali plano, S. Mariæ in Plano, Medietatem Caſtri Serræ, S. Nicholai, Sanctæ Columbæ, S. Petri, & S. Terentiani in Leſina, totam Piſcariam cum eccleſia S. Focati, S. Benedicti, S. Martini, & S. Petri. In Caſtro Lenuſano S. Illuminatæ, S. Benedicti, S. Petri, S. Mariæ in Macclabona, S. Nicolai in Dragonara. In Termolis S. Trinitatis, S. Georgii, S. Petri in Pecoranza. S. Benedicti, & S. Nicholai. In Aſculo, S. Benedicti, S. Salvatoris, S. Petri in Deciniano, S. Laurentii in Tribiliano, S. Ruſtici in Pomonte, S. Johannis in Octavo, S. Euſtaſii in Pantaſia, S. Euſtaſii in Petra abbundanti, S. Euſtaſii in Vipera, S. Felicis, S. Pauli, & S. Elenæ in tona. In Neapoli S. Dimitrii, & S. Ceciliæ, in Surrento S. Severi. In Amalfi S. Mariæ, S. Nicolai in Vallenula, & S. Crucis. In monte S. Angeli eccleſiam S. Vigilii, S. Benedicti, S. Altiſſimi, S. Nicolai, S. Martini de ſilva, S. Lucæ, S. Viti, in Seponto, s. Benedicti, & s. Mariæ in Caleno cum pertinentiis ſuis, In Canuſio s. Potiti, s. Benedicti, s. Salvatoris in Straguiniano, s. Mariæ in Milazano, s. Salvatoris in Monorbino, s. Benedicti in Bari, s. Petri in Tarento, s. Benedicti in Trani, s. Mariæ in Tremeti, cum ipſis inſulis. In Calabria s. Anaſtaſiæ, s. Mariæ in Tropea, s. Nicholai in Salectano, caſtrum Cetrariæ, s. Petri, & s. Dimitrii in Ferulito, in Coſſentia s. Mariæ, s. Petri, s. Gregorii, s. Nicolai, s. Agathæ. In Tarſia, s. Martini in caſtro s. Marci. In Sicilia terras juxta fluvium Plati platano, & in Meſſana terras, quas Tertullus, s. Benedicto dedit cum decem, & octo curtibus ſuis, ſcilicet in Acio juxta civitatem Catanenſium. In Agrigento in Siracuſa, in Drepanis in aquis Segeſtianis, in Sounto in Termis, in Partenico, in Tcava, in Ceſalodo, in Aleſo, in Galeate, in Acaliate, in Agantino, in Tindare, & portum Panormitanum, & Meſſanum, in Aretia cellam s. Benedicti, s. Benedicti, & s. Ambroſii in Crema, s. Benedicti in Adili, s. Martini in Strata petroſa, s. Johannis in Fraxenetula, s. Domnini in Argelo, s. Vitalis in Caldararia, s. Mariæ in Laurentiatico, s. Benedicti juxta fluvium pactum, s. Silveſtri in Piſa, s. Georgii in Lucia, s. Nazarii, s. Matthæi, & s. Martini, in Spoleto cellam s. Salvatoris, s. Johannis, & Pauli, s. Martini, s. Petri in monte Scopulo, s. Mariæ, & s. Agnelli in Ceſe, s. Luciæ in Arno, s. Nicholai in Gaitanello, s. Paſtoris in Tiburim, s. Benedicti in Sublacu. In urbe Roma templum Palladis, s. Benedicti, s. Columbani, s. Martini, s. Nicholai in Foſſa, s. Benedicti in Albano. In Tuſculano s. Agathæ, s. Hieruſalem, s. Mariæ in Vineis, s. Angeli, & s. Luciæ in Algido, s. Petri, s. Salvatoris, s. Petri in Plegi, s. Felicitatis, & s. Antonini, in monte porculo, s. Valentini, & s. Zotici, in Ferentino, s. Moyſi, & s. Nicholai in Turrici, s. Mariæ, & s. Stephani in Berulis, s. Mariæ, s. Pauli, s. Archangeli, & s. Quintiani in Babuco, s. Petri, s. Angeli, & s. Martini in Morolu, s. Angeli in Canucio, s. Petri in Aſclita, s. Blaſii in Ciperano, s. Petri in Fabratera, in comitio, s. Valentini, s. Petri, s. Pauli, s. Angeli, s. Georgii, s. Felicis, s. Salvatoris, s. Martini, s. Urbani, s. Trinitatis, s. Felicis, s. Angeli in Praſora, s. Mariæ in Gallinari, s. Victorini, & s. Benedicti in Vicalbo, s. Vincentii, & s. Salvatoris in Sclavi, s. Martini, s. Eraſmi, s. Nazarii, s. Angeli, & s. Mariæ in Petra Maſculina, s. Germani, s. Benedicti, & s. Nazarii in Sora, s. Martini, & s. Bartholomei in Arce, s. Silveſtri, s. Martini, & s. Luciæ in Arpino, s. Benedicti in colle Inſula, s. Benedicti in Paſcuano, s. Petri in Morini, & s. Benedicti in Civitella, s. Luciæ in Rendenara, s. Nicholai, s. Stephani in Rivorivo, s. Reſtitutæ, & s. Mariæ in Morrei, s. Mariæ in Collelongo, s. Mariæ in Luco, s. Mariæ in Ruſconi, s. Mariæ in Ceſe, s. Eraſmi, s. Angeli, s. Donati in Pomperano, s. Patris, & s. Donati ad Formas, s. Angeli in Biturito, s. Victorini in Celano cum toto eodem monte, s. Mariæ in Auretino, s. Gregorii in Paterno, s. Mariæ in Monterone, s. Gregorii in Serviliano, s. Pauli, s. Euticii in Areſtino, s. Mariæ in Fundo magno, s. Salvatoris in Avezano, s. Antimi ad Formas, s. Angeli in Alba, s. Coſmæ in Ilareto, s. Benedicti in Civitate, s. Mariæ in Valle Merculana, s. Angeli in Carſoli, s. Sebaſtiani, & s. Angeli in Traſaquis, s. Leuticii in Muſcuſi, s. Martini in Sclavi, s. Martini in Filimini, s. Zenonis in Cervario, s. Mariæ in Cellis, s. Angeli, s. Thomæ in Bethuge, s. Magni in Caſtuli, s. Felicis in Carruſe, s. Mariæ, & s. Blaſii in Sambuco, s. Patris, & s. Petri in Balba, s. Salvatoris in Barbarano, s. Angeli ad Aquamvivam, s. Angeli ad Floretum, s. Liberatoris inter Aquas, s. Mariæ in Carciniano, s. Felicitatis in Furcone, s. Mariæ in Cerqueta, s. Gregorii, & s. ſcholaſticæ in Tabe, s. Salvatoris ibidem, s. Benedicti in Muſcuſo, s. Angeli in Galbanico, s. Nicolai in Angremio, s. ſalvatoris in Lucereno, s. Martini in ſalino, s. Mariæ in Maurino, s. Columbæ, s. Boniti in Valle, s. ſalvatoris in terrulo, s. Nicandri in Trino, s. Felicis in Montano, s. Petri, & s. Ceciliæ in Caſtriniano, s. Benedicti, & s. Felicis inter flumina, s. Thomæ, s. Mariæ in Oſano, s. Felicis in ſtabulo, s. Benedicti in Lauriano, s. Felicis in Ruſſiclo, s. Mariæ, & s. Venantii ad Paternum, s. Martini in Geneſtrula, s. Victoris in ſilva plana, s. Benedicti, s. Scholaſticæ, s. Terentiani, & s. Angeli in Baſſano, s. Georgii in Layano s. Georgii in Colline, s. Felicis ſubveſtigio, s. Pauli in Cide, s. Felicis in Montemalo, s. Johannis, s. Pauli, s. Johannis in Boſſeta, s. Flaviani in Fonte tecta, s. Nicholai in Sambuceta, s. Johannis in Arſeto, s. Angeli in Marano, s. Nicolai in Trutino, s. Laurentii, & s. Mariæ in Fano, s. Petri in Campo, s. Andreæ in Arube, s. Angeli de ſtabulo, s. Angeli in Feltriano, s. Heliæ in Baſſano, s. Petri in Pectinali, s. ſilveſtri, s. Nicolai, ad Aquamvivam, s. Savini in Peſtiniano, s. Mariæ in Tuciano, s. Joannis in ſcorpione, s. Victoriæ in ſareca s. Caliſti in Latriniano, s. Antimi in Petitiano, s. Archangeli in Fauniano, s. Andreæ in Ceſule, s.*

Bene-

Benedicti in Trivo, s. Elpidii in Alboreta, s. Johannis in Cirreto, s. Laurentii in Collenori. In Firmo, s. Mariæ in fluvio Aſu, s. Benedicti in Tiſino, s. Benedicti in Trunto, s. Benedicti in Sambuceta, s. Michaelis in Torpaliano, s. Mariæ in Carzania, s. Johannis, & s. Marci in Marciano. In Theate eccleſiam s. Liberatoris cum ſexaginta cellis ſuis, s. Angeli in monte plano, s. Mariæ in Bacinno, s. Felicis in Paſtoricio, s. Benedicti in Turri, s. Viti in Lavino, s. Heliæ in Sclangario, s. Comitii in Arullo, s. Felicis in Pidverio, s. Calixti, & s. Mamētis, in Yliano, s. Mariæ, & s. Marci in Pontiano, s. Elautherii, & s. Paulini Rupe, s. Eraſmi, s. Salvatoris, & s. Martini in Cerveto plano, s. Benedicti, s. Mariæ, & s. Comitii in Orno, s. Calixti, & s. Petri in Manlianello, s. Mauri, & s. Renati. In Tarantajano, s. Calixti, & s. Mariæ in Laento, s. Savini in Trevanico, s. Salvii, & s. Clementis in plumbata, s. Mariæ in Fluvioforo, s. Petri in Villiano, s. Severini, & s. Mennæ in Ripa, s. Andreæ in Colle de Albe, s. Petri in Ari, s. Angeli in Tortona, s. Crucis in Caſale, s. Pancratii, s Petri, & s. Pauli, s. Teclæ in civitate Teatina, s. Theodori, & s. Salvatoris in Ateono, s. Angeli in Majella, s. Columbæ in montecle, s. Juſtæ, s. Scholaſticæ in Pinne, s. Angeli, ss. ſeptem Fratrum, s. Petri, s. Januarii, s. Dimitrii, & s. Benedicti juxta fluvium ſanillum, s. Johannis in Veneri, cum pertinentiis ſuis, in Trivento s. Mariæ in Baretano, s. Mariæ in Collerotundo, s. Pauli in Petra corvino, s. Angeli in Barregia cum cellis, & pertinentiis ſuis, s. Petri in Avellana, s. Petri de Lacu, s. Benedicti, s. Luciæ, & s. Mariæ in oppido Banniulo, & s. Benedicti, & s. Andreæ in caudi, s. Agathæ in Averſa, s. Benedicti, & s. Laurentii in Salerno, s. Benedicti, s. Scholaſticæ, & s. Salvatoris in Cajeta, s. Eraſmi in Furmia, s. Magni in Fundi, s. Heliæ in Ambriſe, s. Mariæ in Amphiteatro, s. Mauri, s. Archangeli, s. Martini, ad Yaula, s. Egidii, & s. Martini in Tarelle, s. Stephani ſuper Terracinam, s. Andreæ, s. Agathæ, s. Benedicti, & s. Mariæ in Teracina, s. Felicis, & s. Mariæ in Cercejo, in Acerentia eccleſiam s. Mariæ, s. Petri, & s. Domnini in Feleſe, s. Stephani, & s. Eleutherii in Pettiniano, s. Benedicti in Pretorio in Bojano, s. Andreæ. In Cantalupo, s. Salvatoris, & s. Criſtofori. In caſtro Petroſo s. Juſtæ in Baranello, s. Nazarii. Villam s. Benedicti in Venafro, s. Nicolai ibidem, s. Blaſii, & s. Nicolai in Pica, s. Onufrii in monte, s. Petri, & s. Pauli in Foreſta, s. Benedicti in Baniarola, s. Mariæ, & s. Luciæ in reumatrici, s. Angeli in merulano, s. Petri in Curuli, s. Johannis in Poto, s. Nicolai in Ciconia, s. Mariæ in Albanota, s. Angeli in Valleluci, s. Benedicti in Clia. Item civitatem s. Germani, caſtrum Caſinum, caſtellum s. Angeli, Plumbarola, Pinnatarius, Peſmontis, Junctura s. Ambroſius, s. Apollinaris, s. Georgius, Vallemfrigidam, caſtellum s. Andreæ, Bandra plana, Bantra comitalis, caſtrum novum, Fracte, Mortula, Caſafortini, Cucuruzzum, Caminum, caſale Caſpuli, Conca, Capriata, Sujum, Turris ad mare, Pontem curvum, s. Stephani, Terame, s. Petri inſlea, s. Victoris, Toruculum, Cervarum, s. Eliæ, Atina, Septem Fratrum, caſtrum Foroli, Sclavi, Arpinum, Suram, Surellam, Vicum album, Broccum, Piciniſſi, s. Urbani, Nec non & terras, quæ fuerunt Pandulfi principis inter hos fines, a prima parte finita de Cominu, a ſecunda finita, de Campania, a tertia finita de Cajeta, a quarta finita ipſius monaſterii. Nec non comitatum Aquinenſem totum, ſicut a Laidulfo principe cum caſtro Arcis manſoni Abbati datum eſt. Caſtrum Pica, Roccam ſiccam, caſtrum cœli, Vallemrotundam, Sarraceniſcum, Cardetum, Aquamfundatam, Viteccuſum. In Pennenſi Comitatu caſtrum de monte Petitto, Colliſcarelli, Cantalupo, Ambletum, Faraone, murro, caſtrumvetus, Arke, laſteniano, Arſeta, Bacuccum, Biſenti. In Aprucio caſtrum ſaline, Fanum, ſeptem Fratrum. In Firmo caſtrum Carbonis, Marozzanum, Arboſcla, Leverianum, Paternum, Martianum, Barbulano, Lomonte Friſia muccla, Pomonte, Octavum, Decinianum, Tribilianum, Collicellum, Cavinium. In Theate caſtrum de manuplello, caſtrum s. Angeli, Vallisplana, caſtrum s. Januarii, Lucianum, Caſtrumvetus, Rocca de magnale, Fara majonis, Farabiana, caſtrum de ungo, civitatem Tacca, caſtrum de Prato, Geſſi, civitella, Valles s. Martini, lauretum, laveranum, Pollecanti, Collem auctum, caſtrum ceſa, Collemmajonis, Caſtrinianum, Cerretum, in comitatu Teomulenti Petra fracida, Peſcloli, Ripa mala, Guardia, Ripaurſa, montebello, Tuturitum. In territorio Triventino Peſclatura. In comitatu marſorum Rocca de Luco, Ruſcolum meta, Auricula Foſſaceca, Camerata, Peretum. In Ducatu Spoletino caſtrum ss. Johannis, & Pauli. Hec omnia cum omnibus pertinentiis ſuis, vel quæ deinceps eidem loco donata fuerint, concedimus cum ſervis, & ancillis, mancipiis cartulatis, oblatis, terris, vineis, ſilvis, montibus, planitiebus, pratis, aquis, aquarumque decurſibus, atque piſcationibus, jure perpetuo poſſidenda, quicquid etiam a tempore Juſtiniani imperatoris Romani Pontificis, Imperatores, Reges, Duces, Principes, aliique fideles Caſſinenſi cœnobio donaverunt, aut conceſſerunt, vel commutaverunt in eodem loco firma permaneant omni publica exactione remota. Ita videlicet, ut nullus Judex, aut publicus exactor aut imperialis aliquo tempore expeditio, fotrum, aut tributa, aut fidejuſſores tollendos, aut manſiones, vel paratas faciendas exiſtimet, aut homines ipſi monaſterio pertinentes vel in terra monaſterii reſidentes diſtringens, perturbare, aut occaſiones inquietandi querere preſumat. Quicquid autem imperialis Fiſcus ex ſupradictis poſſeſſionibus exigere, aut ſperare poterat, pro ſalute animæ noſtræ, noſtrorumque ſucceſſorum, luminaribus ejuſdem ſanctæ eccleſiæ concedimus inviolabiliter poſſidenda. Prohibemus etiam ſub atteſtatione imperialis majeſtatis, ne quis pro aliqua qualicumque cauſa Fratres ejuſdem cœnobii ad Sacramentum unquam ſive juramentum compellat. Res imobiles, quæ ab Imperiali dono ad hunc locum pervenerant, vel perventuræ ſunt, vendi, ſubtrahi, aut alienari nullatenus concedimus. Præcipimus etiam, ut ubicumque repertum fuerit, & rebus ipſius monaſterii, vel cellis illicitas, damnoſas, ſeu inutiles conſcriptiones, vel commutationes eſſe factas evacuentur, & ad jus, & poteſtatem monaſterii reſtituantur. Conventum ejuſdem loci, nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Princeps, vel alius quilibet,

niſi

Digitized by Google

*niſi ante noſtram, vel Abbatis preſentiam ad placitum audeat provocare. Tibi præterea dilectiſſime omnium noſtri imperii perſonarum venerabilis Abbas Guibalde, & per te tuis ſucceſſoribus in perpetuum concedimus, tradimus, & confirmamus, ſecundum decreta Zaccariæ Papæ, cæterorumque Romanæ ſedis Pontificum, & ſecundum ſtatuta Pipini, Karoli, Ludovici, & Ottonum, trium Henricorum, & omnium regum & imperatorum in omni conventu archiepiſcoporum, epiſcoporum, & principum, ſuperiorem univerſis Abbatibus ſedere, & in conſiliis, & in judiciis priorem omnibus tuis ordinis hominibus proferre ſententiam, pro reverentia tanti loci, qui primum, & ſummum monaſticæ diſciplinæ latorem, vivum, & mortuum retinere promeruit. Unde iterum, atque iterum decernimus, & corroboramus, ut ſupradictus locus dignitate, vigore, ac honorificentia omnia præcellat monaſteria, quæ conſtructa, vel conſtruenda ſunt in toto Orbe terrarum. Ei totius Chriſtianitatis Abbates, & monachi honorem, ac reverentiam deferant, illic monachici Ordinis ſpeculum, & normam accipiant, ubi univerſalis magiſter, & doctor Benedictus pater, eandem deſcribens promulgavit regulam, ubi corporaliter, una cum Sorore ſua quieſcens, glorioſæ reſurrectionis diem expectat. Obeunte autem per ſucceſſiones Caſſinenſi Abbate libere, & canonice de ſuis, quem digniorem invenerint, eligant, ſecundum regulam beati Benedicti, moribus, & vita laudabili integrum, lege divina, & humana inſtructum, nullius ambitionis notatum, ſi de ſuis invenire non poterint, liberam eligendi facultatem, de quocumque magis placuerit, religioſo cœnobio noſtræ conſenſu majeſtatis habeant, electum nobis per ſceptrum inveſtiendum repreſentent, aut per nuntios ſuos puritatem electionis ſuæ curiæ noſtræ declarent, ut per nos probata firma, & inconvulſa permaneat, ſi nos in expeditione nuncii invenerint capellanis curiæ noſtræ pro hoſpitio juxta morem antiquum jungantur. Tum demum læti a nobis completo ſuo negotio redeuntes inveſtitum apoſtolicæ ſedi ſine omni venalitate, vel alicujus pretii exactione conſecrandum exhibeant. Si autem quod abſit, in unitatem pure non conveniunt electionis prohibito malorum conſenſu, Imperator, qui pro tempore fuerit dignum, & Romano imperio fidelem, abſque cujuslibet contradictione in ſupradicto loco conſtituat Abbatem. De cetero ad removendum omne hujus ſanctæ eccleſiæ ſcandalum imperiali noſtra ſancimus auctoritate, ut omnis homo cujuslibet nationis, aut conditionis demigrans ad terram B. Benedicti ab omni quorumlibet hominum inquietudine, vel exactione ſecurus, & liber exiſtat. Si terram alteram quiſquam B. Benedicti poſſidet, de poſſeſſione tantum alterius ei, a quo poſſidet reſpondeat, ſi vero alterius, aut certe nullius terræ poſſeſſor eſt, poſſeſſor tamen terræ beati Benedicti, libertatem, & ſecuritatem obtineat. Si quis autem, quod minime credimus, auſu temerario hujus noſtri præcepti violator extiterit, quindecim millia librarum auri puriſſimi medietatem, cameræ noſtræ, & medietatem predicto Abbati ſuiſque ſucceſſoribus ſe compoſiturum recognoſcat. Quod ut verius credatur, & ab omnibus diligenter cuſtodiatur, hanc preſentem cartam hujus noſtri ſigilli impreſſione inſigniri juſſimus, adhibitis idoneis teſtibus, quorum nomina ſunt hæc: Peregrinus Patriarcha Aquilegenſis: Archiepiſcoporum etiam Adelbertum Treverenſis Cuonradus Magdeburgenſis: epiſcoporum. Heinricus Radiſbonenſis, Adalberto Leodienſis, Andreas Trajectenſis. Heinricus Tullenſis. Mengoldus Merſeburgenſis. Anſelmus Havelbergenſis. Adelberto Baſilienſis, Udalricus Conſtantienſis. Abbatum, Cuonradus Fuldenſis, Otto Augeñ, Remoldus Morbacen, Anno Luneburgenſis; Ducum quoque, Heinricus Dux Bajoariæ gener Imperatoris: Cuonradus de Sueviâ, Ulricus de Carintia Palatini comites. Otto de Reno. Otto de Bajoaria: Marchionum etiam, Cuonradus de Nuſimia, Manfredus de ſuperiore Italia, Frithericus de Anchona: Comitum etiam, Bobo de Anedeſſe, Bertulfus frater ejus, Gebeardus de Burchiiſin conſobrinus Imperatoris Werinherus, & Udalrici de Lanceburg. Guido de Blandrano malaſpine.*



*Signum Domni Lotharii tercii Romanorum Imperatoris Aug. Invictiſſimi.*

*Ego Erraldus vice Henrici archicancellarii, & Ratiſponenſis epiſcopi recognovi.*

*Data anno Dominicæ incarnationis MCXXXVII. indictione prima, anno regni domni Lotharii XIII. imperii ſexto. Actum apud Aquinum X. Kal. Octobris in Chriſti nomine feliciter, amen.*

Adeſt ſigillum aureum.

In quo privilegio Caſſinenſe cœnobium eadem perfrui libertate aſſeritur, atque eccleſia Romana, ideſt proculdubio abſoluta, & independenti. Quoad Jus temporale in ſubditos. Numerantur oppida omnia, quæ ad cœnobium Caſſinenſe pertinerent, fineſque Giſulfiani. Nominatur etiam Villa Euchelia S. Gregorii prope Aquinum, omneſque a Tertullo conceſſæ in Sicilia curtes, plureſque immunitates Monachis conceduntur. Hujuſce privilegii, atque juramenti, quo Capuæ princeps, & Apuliæ Dux ſeſe de ſervandis cœnobii Caſſinenſis bonis obſtrinxere, meminit Sigonius de Regno Italiæ lib. 11. pag. 501. Illud privilegium ad verbum confirmavit Henricus VI. imperator, atque utriuſque Siciliæ rex, ut ſuo loco dicemus, illiuſque apographum extraxit Præſidens Salernitanus, inſeruitque memorato proceſſui Portulaniæ p. 316. Aliud quoque ejus apographon præſentatum reperitur in proceſſu litis in R. Camera agitatæ inter Monaſterium Caſſinenſe, & Regentem Marcellum Pignonem Marchionem Olivolæ de Officio Magiſtri Actorum, ſeu cancellariæ in cauſis

civilibus, & mixtis civitatis S. Germani, ejuſque caſtrorum pluribuſque aliis in proceſſibus in R. camera agitatis. Lotharius hic, ejus nominis inter Italiæ Reges III. Imperatores inter II. non hoc dumtaxat privilegio ſubſcribitur III. ſed, & in alio autographo, quod in eodem extat archivo. Immo ab Ughellio duo referuntur Principis hujus diplomata cum hoc monogrammate: Signum domni Lotharii III. Romanorum imperatoris invictiſſimi; alterum cum Aſculitanos epiſcopos deſcriberet Italiæ Sacræ tom. 1. alterum quum Bergomenſes tom. 4., & Goldaſtus hoc eodem III. cognomento illum appellat conſtitutionum Imperialium tom. 1. fol. 260., & to. 3. fol. 320., & 327. Privilegii ſane hujus authentia in dubium revocari non poteſt, quum Enrici VI. privilegio a nobis inferius adducendo ad verbum inſeratur. Quæ vero in laudato Henrici habentur diplomate, *Ea igitur, quæ ex tenore privilegiorum, & præcipue ex divali pagina Lotharii Divi Auguſti nobis, & univerſis principibus noſtris fuerunt demonſtrata imperiali clementia confirmanda duximus, & ad poſterorum notitiam tranſmittenda &c.* addunt illa profecto Lotharianæ conceſſioni robur, & authoritatem, omnemque adimunt falſitatis ſuſpicionem.

Quum enim ab Imperatore ſuiſque proceribus perlecta fuerit iſthæc Lotharii conceſſio, nihilque in illa repertum ſit, quod eorum alicui diſplicuerit, quamvis noſſe poterant omnes, num Lotharius, qui annis tantum quatuor ſupra quinquaginta ipſis anteiverat, hujus nominis II. eſſet an. III. conſequens eſt de conceſſionis illius veritate dubitari non poſſe.

Guibaldus dies tantum quadraginta Abbas Caſſini fuit, qua dignitate ſponte renunciata, relictaque Monachis eligendi ſibi Abbatem libertate, in Germaniam abſceſſit.

Raynaldus II. eligetur Caſſinenſis Abbas.

Suffectus in ejus locum eſt Raynaldus II. de Colimenta, ut refert Petrus Diaconus cap. 128., ubi ſubdit: *Eo etiam tempore cum rex Rogerius civitates, & caſtra uſque ad confinia Caſſinenſis cœnobii recepiſſet fortiſſimoque ac duriſſimo imperio ſuo juri ſubditas retineret, eique nullo modo nullo pacto idem Abbas prout Rogerius volebat conſentiret, ſe, civitates, & caſtra omniaque monaſterio pertinentia demoliturum minare cepit, miſſiſque nuntiis, hoc Abbati, Fratribus, cunctoque populo nunciari mandavit. Verum, ut in talibus aſſolet primum ſævire vulgus ignobile, deinde ſevitia in timorem mutata ſuis cum omnibus, uxoribus quoque, & filiis Caſſinenſe ad monaſterium confugerunt. Nam poſt multum præfatus rex paciſcens, cum Caſſinenſibus treuguam interim, ut omnes qui ob timorem illius aufugerant, ut cum ſuis ad propria reverterentur conceſſit.*

Sententia pro monaſterio S. Petri Imperialis.

Anno 1137. hæc ſententia prolata eſt pro monaſterio S. Petri Imperialis Caſſinatibus ſubdito, quam integram adducimus, quod formam judiciorum illius temporis referat.

† *In nomine domini Dei eterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti anno incarnationis ejuſdem milleſimo centeſimo trigeſimo ſeptimo, menſe Novembris indiccione quintadecima. Dum Ego Roggerius de Biſiniano, & Rogerius de Barolo, & Rogerius de Brabala regalis curiæ Juſtificatores ad dirimenda negotia & injuſtitias dirigendas, precepto Domini noſtri magnifici Siciliæ, & Italiæ regis ad judicandum Tarenti ſederemus. Petrus eccleſiæ S. Petri Imperialis Prepoſitus Guarinum de Bella aqua impetiit, quod cujuſdam Villanæ eccleſiæ filium naturalem, qui etiam tributa eccleſiæ ſolverat injuſte tenebat. Guarinus autem, & matrem pueri villanam eſſe eccleſiam negabat, & puerum ſuis predeceſſoribus, & ſibi tributarium fuiſſe peribebat, abſque ulla ex parte eccleſiæ calumpnia. Judicavimus itaque, ut pars eccleſiæ probaret matrem pueri ſuam fuiſſe villanam, & puerum naturalem ejus filium eſſe, & eum eccleſiæ ſolviſſe tributa. Quæ omnia Sacramento Urſonis Bernachii eccleſia firmavit, quem ſolum de pluribus jurare paratis, prænominatus Guarinus elegit. Ex ſententia igitur curiæ, & Villanum, & omnis ab eo ſucceſſura progenies eccleſiæ reſtitutus eſt. Ut autem hoc noſtrum judicium firmum, & inviolabile omni tempore permaneat, præſens ſcriptum per manus Guidonis magnifici regis domini noſtri Rogerii notarii ſcribi præcepimus, & ſigna S. crucis propriis manibus noſtris fecimus. ✠ Ego Rogerius de Biſiniano camerarius magnifici regis Juſtitiarius qui ſupra confirmo. ✠ Ego Rogerius de Barolo regis Juſtitiarius qui ſupra confirmo. ✠ Ego Rogerius de Brabala regis Juſtitiarius qui ſupra confirmo.*

Anonymorum Caſſinenſium Authoritas.

Atque jam hoc anno 1138. Petri Diaconi hiſtoria deſinit, cujus authoritate deſtituti, Anonimorum deinceps Caſſinenſium, ad damna Caſſinenſibus irrogata, juriſdictioneſque eorum vindicandas, teſtimonio licet conciſo admodum, utemur, ne quid proferre in hac diſſertatione videamur, quod ineluctabilibus cujuſque temporis monumentis innixum non ſit. Sub unius tantum Anonymi Caſſinenſis nomine hiſtorias a tribus codicibus MSS. bibliothecæ Caſſinenſis ſig. nu. 47., & 199. atque in appendice ejus, qui Chronicon Leonis Oſtienſis, & Petri Diaconi continet, exſcripſit, ediditque, pag. 228. Cl. vir Antonius Caracciolus clericus Regularis Teatinus in libro, cui titulus: *Antiqui chronologi quatuor*. Hæc Hiſtoria ab an. 1000. ad 1212. protenditur. Primus quidem codex 47. hiſtorias continet ab an. 1000. ad 1152., alter ſignatus nu. 199., ab 1000. ad 1195. Tertius codex ab an. 1196., ad 1212., quidquid Caracciolus memoria lapſus, ait, poſteriorem hanc hiſtoriam in codice 199. contineri. In hac vero Caraccioli editione plura errata irrepſere, quod Peregrinius etiam advertit in notis ad haſce hiſtorias pag. 99., & 100., ubi non unicum earum fuiſſe authorem appoſite advertit, quare nos MSS. codicum authoritate utemur, quoties illa hiſtoria erit utendum.

Pontifex a Rogerio captus.

Anno itaque 1139. ex cod. Sig. 199., ait Anonymus Caſſinenſis, *Rogerius rex venit Apuleam, & cœpit eam, præter Barim, & Trojam, deinde venit Miniani, contra quem Papa Innocentius II. cum exercitu veniens, juxta Gallucium in fugam verſus comprehenditur, & quarto die, pace facta, confirmat illi totam terram a Fluvio Carnello, & infra, filiis que principatum, atque Ducatum; Caſtellum S. Angeli igne crematur, & Mortula cum S. Salvatore, & S. Victore, & S. Petro in fine.* Carnelli fluvium a Veteribus Syris dicebatur, qua de re adeunda notæ Angeli Nucei ad cap. 5. lib. I. Chr. Caſſ. caſtra S. Angeli, Mortulæ, aliaque recenſita erant, ſuntque hactenus cœnobii Caſſinen-

ſinen-

Digitized by Google

ſinenſis. Minianum erat comitatus Teanenſis, eſtque conterminum S. Petro in fine, & S. Victori: Gallucium comitatus etiam Teanenſis Mortulæ, & S. Salvatori conterminum eſt.

Roggerii Regis in Caſinum adventus.

Eodem anno hæc ſcribit Anonymus: *Idem rex ad hoc monaſterium* (Caſſinenſe) *venit tertio Kalendas Aprilis, cui per chartulam Rocca de Bantra traditur pro Ponte Curvo, quem dicebat injuſte a nobis detineri. Caſtrum quod Peſmontis dicitur cum Cardito, & Camino nobis tollitur.* Hoc eodem ſeculo oſtendimus cœnobium Caſſinenſe Pontiſcurvi oppidum titulo emptionis, & donationis a principibus ejus oppidi ſupremis poſſediſſe, quo conſtat injuria omnino Caſſinates a Roggerio hac de cauſa vexatos.

Roggerii Privilegium.

Verum non infenſus ſemper Rogerii animus in Caſſinates fuit, nam an. 1147. Noſocomium cœnobii Caſſinenſis ampliſſimo privilegio ditavit, quod hic damus ex originali in archivo noſtro aſſervato.

† *In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis, Roggerius, divina favente clementia, rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ principatus Capuæ. Regia majeſtatis cenſuram ad hoc in mundi climate divina præfecit potentia, ut pravos obterat piis, & divino cultui deditis locis ſtudeat impertiri juvamen. Nam, teſte Apoſtolo, principes conſtituti ſunt ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Piis ergo locis, venerabilibuſque xenodochiis debita tuitionis munimina impendentes, illum quam maxime juvare, & defenſionem impertire regiam celſitudinem convenit, quem Pater ſanctiſſimus Benedictus incoluit, extruxit, & ſua corporali preſentia clariſſimum, ac memorabilem toto orbi effecit, unicum egenorum ſolatium, peregrinorum, & neceſſitatem habentium portum. Proinde omnium fidelium noſtrorum, preſentium ſcilicet, ac futurorum ſcire induſtriam volumus, quia vir venerabilis Raynaldus S. Romanæ eccleſiæ Cardinalis, & ſacri Caſſinenſis cœnobii religioſiſſimus Abbas fidelis noſter, cum omni congregatione, quæ in eodem loco ſub regula almifici patris Benedicti omnipotenti Deo deſervit, Fratrem Richardum jam dicti ſacri xenodochii rectorem Caſſinenſem ad noſtram celſitudinem dirigens, obnixis precibus poſtulavit, ut ob honorem Dei, & reverentiam ejuſdem ſancti loci, animæque noſtræ augmentum, patriſque noſtri glorioſæ memoriæ Roggerii magnifici Comitis, & noſtræ excellentiſſimæ matris, nec non ſtabilitatem noſtri regni, ſecundum predeceſſorum noſtrorum præcepta, per hoc noſtræ regalis auctoritatis, & confirmationis præceptum omnes res, & poſſeſſiones, quæ prædicto venerabili xenodochio, jure pertinent, confirmare, & corroborare dignaremur, ſecundum uſus, & conſuetudines a nobis in noſtro regno poſitas, cum ſervis, & ancillis, aldianis, mancipiis, cartulatis, offertis, cum terris, vineis, ſilvis, montibus, planitiebus, pratis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, omnia, & in omnibus eidem xenodochio juſte pertinentibus ſub noſtræ celſitudinis tuitione, noſtrorumque heredum recipientes, confirmamus cuncta, quæ idem venerabili loco a quibus fidelibus jure conceſſa commutata, atque oblata ſunt in quibuſcumque noſtri a Deo conſervandi regni partibus, ſibi pertinentes, vel in futuro concedendas, vel acquirendas, omni publica exactione remota, niſi adjuvamen noſtri regni ſit neceſſarium. Præcipientes itaque, ac ſub Regiæ majeſtatis cenſura, jubemus, ut nullus Dux, Marchio, Princeps, Comes, Vicecomes, nullaque regni noſtri magna, parvaque perſona, audeat, vel præſumat præfatum xenodochium, ſuumque rectorem de prenominatis rebus moleſtare, inquietare, vel ailacerare, ſive Monachos, & alios eidem xenodochio ſubditos ad placitum, niſi ante noſtram, vel Caſſinenſis Abbatis præſentiam, provocare, ſed quiete, & pacifice rector ejuſdem xenodochii, & Monachi, vel quique fideles ibidem Deo deſerviant, & adquiſitis, & adquirendis rebus fruantur ſub noſtra a Deo conſervandæ regiæ Majeſtatis munimine conſiſtentes. Si quis autem, quod minime credimus, hujus noſtri Regalis præcepti temerarius violator extiterit, nobiſcum ſub diſtricto judice contendat. Quod, ut verius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inferius inſigniri, & tibi Roberto noſtro cancellario ſcribere præcepimus.*

Adeſt Sigillum plumbeum.

*Data per manum Robberti Cancellarii II. idus Decembris indictione XI. Incarnationis Dominicæ anno MCXLVII. regni vero glorioſiſſimi regis Roggerii anno octavo decimo feliciter amen, amen, amen.*

Ibi poſt tributas egregias Caſſinenſi cœnobio laudes, omnia bona xenodochii confirmat, *cum ſervis, ancillis, mancipiis &c.* quæ proculdubio juriſdictionem oſtendunt. Jubet, ne ullus huic xenochio ſubditus ad aliud niſi ſuum, aut Abbatis Caſſinenſis tribunal trahatur, quare abs dubio Abbatem Caſſinenſem juriſdicendi poteſtatem habuiſſe fatetur.

Gonnarii Sardiniæ Regis Privilegium.

Eodem anno Gonnarius Sardiniæ rex, omnes donationes a ſuis anteceſſoribus cœnobio Caſſinenſi factas confirmavit hoc diplomate, cujus autographum in archivo noſtro extat.

† *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti anno ab Incarnatione ejus milleſimo centeſimo quatrageſimo ſeptimo, indictione decima, octavo Kalendas Julii. Si injuſta, & vana poſtulantibus nullus omnino juſtus, & firmus eſt tribuendus effectus, juſte, & religioſæ poſtolationi, & maxime Dei cultorum, & locorum venerabilium manus eſt aperienda charitatis, & pietatis. Quapropter ego Gonnarius, divina diſpenſatione Turritanorum rex, & dominus, viceſimo anno regni noſtri Jeroſolimam pergens ad loca ſancta viſenda, ad limina ſanctiſſimi patris Benedicti declinare decrevimus, atque petitionibus reverendiſſimi domni Rainaldi Dei gratia Cardinalis, & Caſſinenſis Abbatis & Fratrum, quos ibi congregatos reperimus, quorum converſatio nobis valde placuit, aſſenſum præbuimus, quibus etiam vinculo ſocietatis, amore, & reverentia beati patris Benedicti, & ipſius loci, quam perſpeximus religione nos aſtringimus, & ea quæ a predeceſſoribus noſtris, & conſanguineis, vel a quibuſcumque in inſula Sardinia ſub regno noſtro Turritano, Caſſinenſi cœnobio, quoquo modo data, ſeu danda ſunt, quantum in nobis eſt, in perpetuum tenenda, & poſſidenda confirmamus, ſcilicet S. Mariæ de Thergo, eccleſiam S. Petri de Gulſubi, S. Nicolai de Solo S. Petri de Curchi, S. Michaelis de Ferruceſio, cum omnibus pertinentiis earum, & eccleſiis eis conceſſis, cum ſervis, & ancillis, terris & vineis, cultis, & incul-*



Digitized by Google

*incultis, ſilvis, & paſcuis, ſaltubus planiciis, montibus, & vallibus, molendinis, aquis, aquarumque decurſibus, quidquid preterea glorioſa memoria atavu meus Baraſo rex, & Marianus avus noſter, Conſtantinus etiam genitor noſter, & Marchuſa regina uxor ejus, & conſanguinei noſtri, cum filiis, & filiabus, & Comita cum uxore ſua Muſcundula, & Marianus cum uxore ſua Juſta, Bera filia Gonnarii, Conſtantinus de Carvia cum uxore ſua Jorgia, Foratus de Gitil cum uxore ſua Suſanna, nec non & alii, quique fideles, qui in eodem Caſſinenſi cœnobio dederunt, abſque omni moleſtatione, dilaceratione, condicione firma, & illibata perpetuo manere volumus, Amen, Amen, Amen. Fiat, Fiat, Fiat; Et ſi quis iſta carta deſtruere, aut exterminare eam voluerit, iſtrumet Deus nomen ſuum de libro vita, & carnes ſuas diſrumpat volatilibus celi, & beſtiis terra, & mittat in illis Dominus mortem Papella, & delcantur de iſto ſeculo citius, & habeat maledictionem de Deo patre omnipotente, & de ſancta Maria Matre Domini noſtri Jeſu Chriſti, & de beato Michaeli Archangelo, & quatuor evangeliſtas, Marcus, Mattheus, Lucas, & Johannes, & de duodecim apoſtolis, & de ſexdecim Prophetis, & viginti quatuor ſeniores, & de trecentos decem & octo patres ſanctos, qui canones diſpoſuerunt in Nicea civitate, & de novem ordines Angelorum, & de omnes ſanctos, & Sanctas Dei, Amen, Amen, Amen, Fiat, fiat, fiat, & ſi quis iſta carta audire voluerit, & noſtras ordinationes placuerit, & dixerit, quia bene eſt, habeat benedictionem de Deo patre omnipotente, & de S. Maria matre Domini noſtri Jeſu Chriſti, & de beato Michaeli archangelo, & de quatuor evangeliſtas, Marcus, Mattheus, Lucas, & Johannes, & de duodecim apoſtolis, & de ſexdecim prophetas, & de viginti quatuor ſeniores, & de trecentos, & octo patres ſanctos, qui canones conſtituerunt in Nicea civitate, & de novem ordines Angelorum, & de omnes ſanctos, & ſanctas Dei, Amen, Amen, Amen, Fiat, fiat, fiat; Et ſunt Deus omnipotens teſtes primus, deinde ego judike Gunnari, qui hanc cartam fieri precepi, & domnus Johannes Sorreñ epiſcopus, & domnus Robertus ejuſdem Regis curia magiſter, & Simondinus filius Bulli, & Comita de Tori nepos ejuſdem, & Torchetori de Serra, hoc totum confirmatum eſt in ſupradicta eccleſia Caſſinenſi praſente, & precipiente pradicto domno rege Gonnario, & domno Johanne epiſcopo Sorreñ, & magiſtro Robberto, & aliis ſupradictis in preſentia domni Raynaldi Caſſinenſis Abbatis, & Cardinalis, & ante preſentiam domni Mazzulini prafata eccleſia Advocati. Quod ego Johannes Diaconus, & curia notarius ex pracepto ſupraſcripti domni Gonnarii Turritani regis ſcripſi. Praſentibus his ad hoc vocatis teſtibus, ſcilicet Berardo de S. Rufina, Murino de Arpino, Ruberto filio Jo. de Albaneto Jo. . . majore Raynaldo filio* Johannis *de Majo. Scriptum in menſe, & indictione ſuperſcripta. ✠ Ego G. Judex Turritanus in domu beati Benedicti libenter ſubſcripſi. ✠ Ego qui ſupra Johannes Surreñ epiſcopus ſignum crucis feci, & interfui. Signum manu ſupranominati magiſtri Roberti Turronenſis ſubſcriptum. ✠ Ego Comita de Thori manu mea ſubſcripſi. Ego Torqueton de Serra hoc decens ſignum manu mea feci. Ego Sigiſmundino filio Bollo ſubſcripſi.*

Ancillæ, & ſervi confirmantur in hoc privilegio, quod argumento eſt, ea bona cum juris dicendi poteſtate in Sardinia conceſſa. Singulares certe, lepidæque ſunt benedictiones, maledictioneſque in hoc privilegio exaratæ. Eruditiſſimus Mabillonius lib. II. de re Diplomatica cap. 8. agit de maledictionibus, pœnis pecuniariis, aut corporalibus excommunicatione, depoſitione &c. a ſummis Pontificibus, conciliis, imperatoribus, regibus aliiſq; perſonis irrogatis in privilegiis, & donationibus, interque alia nu. 5. ait. *Eodem animo affecti ſunt Leo, & Alexander imperatores in novella ſua prima*, (a) *in qua varias proferunt exſecrationes adverſus judices, qui ſententias præter leges ferunt, nempe, ut Deum hic ſibi adverſantem inveniant, & celeſtes poteſtates infeſtas: ante diem de hac preſenti vita migrent, atque etiam futura jacturam faciant: denique ut ſemen eorum perpetuam ignominiam ſentiat, ac panem mendicet. Non minus graves, diras interminatur Manuel Comnenus in novella ſua* (b). Singulare etiam valde in hoc privilegio eſt, Deum pro primo teſte conſtitui, ſecundum regem, tertium epiſcopum Johannem &c. qui ut & Robertus proprio charactere ſubſcribit, quamquam epiſcopus inquit: *Signum crucis feci &c.* & Robertus: *Signum manu ſupranominati magiſtri Roberti Turonenſis, ſubſcriptum &c.* Laudatus Mabillonius lib. II. de re Diplomatica, cap. 21. evidentiſſimis teſtimoniis demonſtrat, privilegia aliaque regalia diplomata, quibus Imperatores, Regeſque ſubſcribebant, fuiſſe quoque ab aliis teſtibus ſubſcripta, uti conſtat ex teſtamentis Claudii, & Caroli Magni imperatorum, ex privilegiis Clodovei M. Clodovei junioris, Caroli Martelli, Pipini, ex donatione Romanæ eccleſiæ a Carolo M. facta, ex privilegiis Lotharii, Hugonis, Roberti, Henrici, Philippi Galliarum regis, aliorumque ejus ſucceſſorum. Id etiam a regibus Angliæ uſurpatum probat nu. 6., & a regibus Hiſpaniæ, Germaniæque imperatoribus nu. 9., Eadem teſtium ſubſcriptio viſitur in privilegiis a nobis allatis Lotharii III., & Roberti, in eoque Henrici VI. mox adducendo.

a Leun. clav. in jure Græ. corū: to. 1. p. 103.

b ibid. p. 151. & 152.

Richardi de Aquila conceſſio.

Duos poſt annos ſc. 1149. Richardus de Aquila feudum quoddam cum Villanis haud dubie ſubditis cœnobio Caſſinenſi conceſſit, hoc monumento, quod ex autographo in archivo noſtro excribimus.

† *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, ab Incarnatione ejuſdem Domini noſtri anno milleſimo centeſimo quatrageſimo nono, quam & nono decima anno domni Rogerii Magnifici regis menſe Decembris tercia decima indiccione. Quoniam Venerabilibus locis, maxime eccleſiis, qua ad Divinum ſervicium constructa, ſunt religioſi viri, & Deum querentes ſervire inceſſanter debent. Idcirco ego Richardus de Aquila, divina gracia Comes de Abellino, miſericordia Dei compulſus, optuli Caſſinenſi monaſterio in manus domni Raynaldi Dei gratia Cardinalis, & Caſſinenſis Abbatis, & omnis congregacionis, totum feudum meum, quod tenuit Jordanus Pincz. in civitate Pontiſcurvi, ſcilicet domos, villanos, terras cultas, & incultas, vineas, arbores fructiferas, & infructiferas, eccleſiis, cum omnibus poſſeſſionibus earum, cum viis, & aquis, & anditis earum, & cum omnibus, qua ad idem feudum generaliter pertinent quocumque modo intra,*

&

*& extra civitatem Pontiſcurvi, ſicut a prædicto domno Raynaldo Dei gratia Cardinale, & Abbate emi pro precio viginti quinque librarum denariorum Papienſium, quod Feudum prædictus Abbas emerat a Guillielmo filio prædicti Jordani. Hanc vero oblacionem feci ego prædictus Comes Richardus, & tradidi in manum prædicti domni Raynaldi Cardinalis, & Abbatis, pro anima mea, & pro animabus patris, & matris meæ, & omnium fratrum, & conſanguineorum meorum. Et prædictus domnus Abbas cum tota congregacione promiſerunt mihi, ſe, & poſteros ſuos daturos omni anno in die Sancta Job. de redditibus prædicti feudi, quinquaginta ſolidos denariorum papienſium, in mandato hoſpitum pro anima mea, & omnium conſanguineorum meorum. Promiſerunt etiam, quod omni anno in ſecunda Feria poſt Dominicam, qua cantatur, Populus Syon, quandiu ego vixero, celebrabunt ſollempnia miſſarum, pro redempcione peccatorum meorum, & omnium fidelium. Item eadem die facient refeccionem omnibus Monachis de redditibus ſupradictis, ut nihil ad convivium, quod ea die fit monaſterium expendat, preter ligna, & aquam. Poſt obitum vero meum promiſerunt ſe ſemper facturos in anniverſario meo plenum officium, & prædictam refeccionem, & hoc totum promiſerunt, quia ſic inter nos convenit, ſi autem hanc chartam oblacionis tradicionis meæ ego qui ſupra Richardus Dei gratia Comes, & mei heredes aliquando per quodlibet ingenium, vel humanam aſtuciam dirrumpere, vel removere queſierimus, aut hoc totum, quod ſupradictum eſt prædicto monaſterio quieto nomine habere non dimiſerimus, vel ſi hoc oblacionis ſcriptum in qualibet parte refutare temptaverimus, de quibus continet, centum libras denariorum Papienſium me & meos heredes componere obligo prædicto monaſterio, & ejus rectoribus, & poſt pena ſoluta hac cartula oblacionis meæ firmiter maneat in perpetum, & taliter ego qui ſupra Richardus Dei gratia Comes qualiter mihi aptum, & congrum fuit omnia ſupraſcripta pro anima mea, & pro animabus patris, & matris meæ, & fratrum, omniumque conſanguineorum meorum feci, & te Johannem preſbiterum, & notarium ſcribere rogavi in ſupraſcripta civitate Pontiſcurvi. † Ego Richardus Dei gratia Comes. † Ego Evulus de Maliano. † Ego Anneo de Rivo matrice. † Ego Raynaldus Judex.*

Eleemoſyna facienda in die Jovis S. pauperibus in lotione pedum. Miſſa celebranda pro Richardo.

Rogerius Rex obiit.

Obiit tandem ex noſtro Anonymo rex Rogerius an. 1154. menſis Februarii die ultima. Is, ut ex ejus privilegiis conſtat, regem Seſe Siciliæ, atque Italiæ dicebat, cum ſatis conſtet nunquam univerſa Italia potitum. Cui tamen ſcrupulo facit ſatis Peregrinius in correctionibus ad Lupum Protoſpatam pag. 84. in hæc verba: *At a Lupo, cum vides Barenſem Argirum hoc loco appellatum principem, & Ducem Italiæ, & infra in annum 1051. abſolute Ducem, ſemina hinc agnoſcere poteris Barenſis principatus, de quo plene alibi, ibique ſimul exponam, Italiæ nomine apud eundem auctorem, aliosque plures ipſius æquales haud omnem duplici mari, & Alpibus clauſam demonſtrari Italiam; ſed Apuliam, cujus Barium tunc fuit caput; & quandoque Italiam dumtaxat Ciſtyberinam: qua nimirum acceptione Rogerius, & uterque Guillelmus rex Siciliæ, & Italiæ, ignota aliis Diſſertat. diuque fruſtra hujuſmodi nuncupationis ratione quæſita, multotiens dictus reperitur. Certe Italiæ vocabulo in vita beati Nili verbis relatis ad annum 966. Apulia Græcis tunc poſſeſſa denotatur: Et Lupo metipſi ad an. 1033., & 1051. quem confer cum Oſtienſi lib. 3. cap. 10. initio. Et me, vide infra ad Falconem Beneventanum.* Atque in correctionibus ad hunc Falconem ad an. 1114. pag. 156. ait: *At neſcius erat ex Græcorum tunc idiotiſmo, noſtratibus etiam Italis ob mutuam cum iis conſuetudinem uſurpato communi Italiæ vocabulo a Falcone Apuliam ſolummodo demonſtrari, quem Langobardis, perindeque Italicis donaſtis ipſi ſubtraxerant &c.*

Quam opinionem quibuſdam auctoritatibus probat. Hunc vero Roggerium II. filium fuiſſe Rogerii I. Siciliæ Comitis, atque Adelaidæ, ejus ſecundæ conjugis, oſtendit idem Peregrinius in ſtemmate Nortmannorum Ducum Apuliæ, & Siciliæ regum. Poſt Guillelmi nepotis ſui mortem Dux Apuliæ evaſit an. 1127. Rex deinde coronatus, Natalis Domini die an. 1130., ut demonſtrat Peregrinius in Correctionibus ad Anonymum Caſſinenſem, & ad Falconem pag. 118. & 175., ubi eorum opinionem refutat, qui cenſent bis regem coronatum, nempe anno quoque 1129. menſe Majo. Peregrinio ſubſcribit Pagius ad an. 1130. num. 29. & ſeqq. Tres habuit uxores, quarum prima fuit Alberia Alphonſi Hiſpaniarum regis filia, altera Sybilla ſoror Ducis Burgundiæ, tertia Beatrix filia Comitis de Reteſte. Vide Romualdum Salernitanum loc. cit. fol. 393. Poſt invaſum, ademptumque legitimo Domino Roberto II. Capuæ principatum an. 1137. regem ſeſe Siciliæ, Ducem Apuliæ, principemque Capuæ dixit in ſuis privilegiis, quem deinceps titulum diu ejus ſucceſſores retinuere. Solus regnum adminiſtravit annos viginti duos, cumque filio Guillelmo annos tres. Conſtanter nos illud aſſerimus Rogerium haud ante annum 1128. in publicis cartis Ducem ſeſe Apuliæ dixiſſe, neque ante annos 1131. Siciliæ regem, ut ex ejuſdem Rogerii privilegio ſupra a nobis laudato conſtat, quod an. 1130. eſt datum III. Kal. Januar., atque in eo Ducem ſe Apuliæ dicit, tertiumque Ducatus ſui annum eſſe. Neque ſuſpicari quis poteſt, ſincerum non eſſe hujuſcemodi privilegium, nam præterquam omnibus ſinceritatis characteribus per ſemet pollet, accedit Guillelmi I. ejus filii authoritas, qui an. 1158. illud confirmavit ſuo diplomate infra edendo; in quo hæc leguntur: *Privilegium glorioſiſſimi patris noſtri regis Rogerii, quod venerabilis Abbas Raynaldus oſtendit curiæ noſtræ ſcriptum videlicet manu Guarnerii Mazarienſis Decani, ſub anno dominicæ incarnationis 1130. indictione octava. Preſentis decreti pagina confirmamus, illudque volumus inconcuſſa ſtabilitate vigere &c.* Ejuſdem privilegii meminit Peregrinius in correctionibus ad Anonymum Caſſinenſem, ut probet Rogerium memorato die, annoque corotum.

Aliæ Caſſinenſium viciſſitudines.

Alias Caſſinatium viciſſitudines narrat Anonymus an. 1155. hiſce verbis: *Exercitus regis Siciliæ cum Aſclentino cancellario Campaniam ingreditur, & combuſſit Ceperanum, & Babucum, & loca vicinia deinde rediens, mœnia Aquini, & Pontiſcurvi, & alio-*



Digitized by Google

*& aliorum oppidorum dirui fecit, & omnes Monachos de eccleſia Caſſinenſi foras expelli, exceptis duodecim &c.*

Ponſcurvus monaſterio Caſſinenſi tunc temporis ſubditum erat, ut oſtendimus. Eadem narrat Ciarlante p. 305. Cum autem Guillelmus Siciliæ rex in oppido Terracinæ Salerni, cujus meminit Anonymus Caſſinenſis an. 1204., & Richardus a S. Germano ad eum annum, atque ad an. 1226. comitia regni generalia haberet, illum adiit Raynaldus Caſſini Abbas, conqueſtuſque eſt ademptas ſibi ab Herbia de Bolita regis Juſtitiario quaſdam terras, ruſticos &c. qui ad caſtrum Pontiſcurvi pertinerent, aliaque ſibi illata ab eo damna. Quæſtione diſcuſſa, hæc a rege prodiit ſententia, quam integram edimus ex autographo in noſtro Archivo, quo potiſſimum illorum temporum judicandi modus conſtet. *Reſidente in palatio Terrecenæ urbis Salerni domino W. Magnifico rege Siciliæ Ducatus Apuliæ, & principatus Capuæ cum Comitibus, & magnatibus regni ſui Rainaldus Cardinalis, & venerabilis Montis Caſini Abbas, adverſus Herbiam de Bolita ſupradicti domini noſtri regis juſtitiarium, querimoniam depoſuit de quibuſdam Villanis, & terris pertinentibus caſtro ſuo Pontiſcorbi, quod ex longo monaſterio S. Benedicti pertinuerat, & ex dono domini regis Rogerii feliciſſimæ memoriæ, qui conceſſerat eidem Abbati pro parte ſupradicti Monaſterii ipſum caſtrum cum omnibus ſuis pertinentiis, & ita ipſe rex Rogerius cognoverat prædictos villanos & Terras, eſſe pertinentes eidem caſtro, quod coegerat W. de Gloſſa Villa reddere præfatos villanos, & terras ipſi monaſterio in ſui præſentia, & ſic ipſe Abbas prædictos villanos, & terras ſe poſſediſſe, & habuiſſe aſſerebat, ad quod prædictus Herbias reſpondit, omnia illa eſſe de pertinentiis ſuæ Roccæ, quia Marotta olim domina Pontiſcorbi dederat ea W. domino Roccæ; ſuper hoc curia judicavit, quod ſi prædictus Abbas idoneis teſtibus probare poſſet, prædictos villanos, & terras, eſſe de pertinentiis Pontiſcorbi, & ex mandato domini regis Rogerii ipſarum rerum poſſeſſionem habuiſſe, de cetero ipſe Abbas, ejuſque ſucceſſores quiete, & ſecure eaſdem villanos, & terras poſſiderent, & haberent. Si tamen ipſe Herbias aliquem de prædictis teſtibus per pugnam vellet impetere, non tamen per guerram poſſe hoc facere, prædictus Abbas appellavit adverſus eundem Herbiam, eo quod terminos, & fines diviſionum, quas ex præcepto domini regis Rogerii feliciſſimæ memoriæ Ebulum de Mallano, & Marium Borellum inter territoria Roccæ W. & territoria ipſius Abbatis non obſervabat. Hervias vero reſpondit, diviſiones illas eſſe factas contra rationem, & ideo eas obſervare non debere. Super hoc dominus Magnificus rex W. præcepit, & ſtatuit prædictarum terrarum terminos, & diviſiones ſic ſtare, ſicut a prædictis Ebulo, & Mario ordinatum fuerat, & ſtatutum; Et ſi prædictus Herbias probare poterit contra prædictos Ebulum, & Marium diviſiones non juſte factas eſſe, quando Curia poterit ad hoc intendere, Curia eum audiet, & juſte terminabit. Prædictus quoque Abbas adverſus eundem Herbiam querelam movit, eo quod triticum, & animalia, & vinum quaſi pro reditu injuſte exigebat de duabus eccleſiis pertinentibus xenodochio Caſſinenſi, quod cum dictus rex Roggerius beatæ memoriæ, cum omnibus ſuis pertinentiis in protectione ſua, & heredum ſuorum ſuſcepiſſe, ab omni publica, & injuſta exactione illud quietaſſet. Herbias vero reſpondit ſe ideo hoc exigere, quia & defenſionem præſtabat ipſis eccleſiis, & animalia ipſarum eccleſiarum in terra ſua paſcebant. Super hoc autem curia judicavit, quod prædictus Herbias nihil debet a præfatis eccleſiis, pro defenſione exigere, cum totum Regnum in defenſione domini magnifici regis ſit. Si vero earundem eccleſiarum animalia in pertinentiis, & paſcuis ipſius Herbiæ paſcenda ducere velint, ei exinde quod juſtum eſt tribuant, & perſolvant. Prædictus vero Abbas appellavit adverſus prædictum Herbiam, quod animalia hominum Pontiſcorbi paſcere vetabat in Terris, & paſcuis quarundam eccleſiarum pertinentiarum prædicto Monaſterio S. Benedicti, & in earum ſilvis homines prædicti Abbatis ligna incidere prohibebat, ad quod Herbias reſpondit quod in iiſdem terris animalia hominum prædicti Abbatis paſcere, & in earum Sylvis ligna incidere non deberet, quia ſemper domini Roccæ fuerunt defenſores earumdem eccleſiarum, ex conceſſione Caſſinenſium Abbatum; ſuper hoc curia judicavit, quod ſi prædictus Herbias inſtrumento, vel idoneis teſtibus probare poſſet prædictarum eccleſiarum defenſionem a prædicto Caſſinenſi Abbate, vel ejus prædeceſſoribus ei fuiſſe conceſſum prædictarum terrarum paſcua, & ſylvæ eſſe communia hominum prædicti Abbatis, & ſupradicti Herbiæ. Et ſi hoc probare non poſſet, dominium prædictarum terrarum ipſi Monaſterio permaneat. Nec non ipſe Abbas adverſus prædictum Herbiam querelam movit de quadam Sylva quorundam militum Pontiſcorbi, quæ eſt prope ipſam Roccam, quam domini Roccæ rogatu eorundem militum defendebant ab hominibus ipſius Roccæ, & modo Herbias defendebat eam ipſis militibus. Herbias reſpondit, ſe ideo hoc facere, eo quod anteceſſores ſui hoc fecerant, & earundem ſylvarum defenſionem præſtabat; ſuper hoc curia judicavit, quod propter hoc prædictas ſylvas militibus Pontiſcarvi vitare non debebat, eo quod omnes defenſiones totius regni dominæ regi pertinent, & nullum lucrum pro defenſione rerum S. Benedicti ipſe Herbias conſequi debeat. Ad hujus autem ſtatuti, & deciſionis memoriam, & inviolabile firmamentum duo ſcripta, unum, & idem continentia per manum Roberti regalis notarii ſcribi, & manu Majonis Magni Ammiratorum Ammirati, & Aſchettini Magnifici regis Cancellarii ſubteſtari juſſum eſt. Anno Incarnationis dominicæ milleſimo, centeſimo quinquageſimo quinto menſe Martio. Indictione tertia, regni vero domini W. Dei gratia Magnifici, & glorioſiſſimi regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & principatus Capuæ anno quarto feliciter Amen. † Majo Dei, & regia gratia Amiratus Amiratorum ſubſcripſi. † Ego Aſchitt. glorioſiſſimi Regis W. cancellarius ſubſcripſi.*

Sententia pro Caſſinatibus.

De hiſce controverſiis anno quoque 1167. agemus. Eruditiſſimus Camillus Tutini in diſſertatione de Magiſtris Juſtitiariis regni Neapolitani Herbiam hunc de Bolita prætermiſit. Herbia quædam exigere a memoratis eccleſiis volebat, eo titulo, quod earum defenſor eſſet. De eccleſiarum Defenſoribus agit Ludovicus Thomaſſinus de antiqua eccleſiæ diſciplina part. I. lib. II. cap. 98., ubi oſtendit, electos olim defenſores ad minores cauſas eccleſiarum dirimendas, ad patrocinandum pau-

pau-

Digitized by Google

pauperibus, contra potentes, & ad retundendos publicorum vectigalium exactores quando præſcriptas ſibi metas prætergrediebantur. Majonem fuiſſe Ammiratum Guillelmi I. regis teſtatur Hugo Falcandus coevus auctor in ſua Hiſtoria. Baronius an. 1156., Antonius Beatillus lib. II. de Hiſtoria Barii p. 109. Ughell. Ital. Sac. To. VII. col. 79., Rochus Pyrrhus ſicil. Sac. To. I. p. 316. Tutinus in Diſſertatione de Ammiratis regni Neapolitani pag. 36. Ammirati vocabulum a Saracenis eſt mutuatum, teſte Du-Cangio in Gloſſar. nihilque aliud ſignificat, quam ſupremum claſſis præfectum, deque Ammirati juriſdictione, poteſtateque agit Juſtinus a pag. 4. ad 26., ubi Capitula affert Federici II. Imperatoris, Caroli II., & Ferdinandi I. Regum Neapolis pag. vero 2. hæc Tutinus ait.

*Di queſt'officio ſe ne fa mentione ne capitoli del regno, & ha giuriſdizzione ſopra tutti coloro, che vivono dell'arte Marinareſca, come barcaroli, fabricatori di vaſcelli, Marinari, & altri, quali ſono riconoſciuti nelle cauſe civili, e criminali da giudici dell'Ammirante, che riſiedono in un particolare tribunale, con notari, ſcrivani, e carceri, quali amminiſtrano giuſtitia a ſopradetti, dalle cui ſentenze ſe ne può appellare al ſagro conſiglio, come ſupremo tribunale. In tutte le città, e terre del regno, che ſono allato le marine, vi riſiede uno Ammirante per ciaſcheduno, e queſti per lo paſſato eran creati dal Re, & avevan cura de Legni, e de'vaſcelli regii, e nelle ſcritture antiche de Re Angioini chiamati venivano Protontini, & amminiſtravano giuſtizia alli arteſici, a' Marinari, & altri di quell'arte, che riſiedono in quella città, o terra come di ſopra, & erano ſubordinati all'Ammirante, che perciò ſi diceva Ammiratus Ammiratorum.*

*Civitas S. Germani capta.* *Anno* 1157., ait Anonymus Caſſinenſis, *Menſe Novembris Comes Andreas cepit terram Fundanam, & Aquinum, & terram S. Benedicti, deinde cepit Cominum.* Et anno 1158. *Comes Andreas ſexto die menſe Januario cepit S. Germanum, & Raynaldus Caſſinenſis Abbas, & Alfanus Capuanus archiepiſcopus, & quamplures alii Caſinum conſcenderunt. Terra autem S. Benedicti reddidit ſe præfato Comiti Andreæ, qui ſequenti die aſcendit Caſinum, & acriter pugnavit, ſed nihil profecit, poſtmodum exivit de Regno &c.*

Quid ſibi velit apud hunc Caſſinenſem Anonymum, Leonem Oſtienſem, Petrum Diaconum, alioſque veteres ſcriptores, terra Pundana, terra S. Benedicti; explicat Peregrinius pag. 225. 226. dum aſſerit, ſignificare plurium oppidorum collectionem uni domino ſubjectorum, quæ dynaſtiam aliquam, Ducatum principatum &c. conſtituit & p. 226. ait: *Verum enim vero nonne conjuncta & continentia loca pluribus, vel communi jure, vel diviſis ſortibus poſſeſſa Dominis, qui ex uno eodemque genere ortum duxerunt, vulgus olim conſuevit nuncupare, hodieque facit, & dominantium nomine ſive gentilitio, ſive quavis alia ratione illis communi? Equidem apud Falconem Beneventanum ad annum* 1139. *adpellatas legimus terras filiorum Borrelli, aliis dictam Burreleſcas, Burrellenſes, & Burrellenſium; hoc eſt oppida prope quinquaginta continenti in regione contermina, quæ ab unius Burrelli poſteris, de quo viro Oſtienſis lib. 2. cap. 6. poſſidebantur. Atque in Chronico Richardi de ſancto Germano, quod in membranis ſcriptum adſervabatur in bibliotheca Caſſinenſi ſignatum nu.* 203. *adpellatione Terra filiorum Pandulfi, omnis antiquus Teanenſis Comitatus ſemel, & iterum deſignatur, ad annum* 1229., *nomine plane exerto ab exceſſu Pandulfi olim Teanenſis Comitis, & Capuæ poſtmodum principis, qui ſtirps fuit, & origo gentium tum aliarum tum de Cajanello, de Marczana, de Preſenzano, & de Roccaromana, in quas, ut puto, & in alias quoque progreſſu temporis, terra ſui Comitatus diſpertita fuit: illa quidem omnes inter cæteras Campanæ urbis patritias olim adnumeratas, de quibus frequentes in antiquis tabulariis extant memoriæ. Terra igitur Capuana ſive dicas Capuanorum, quæ plures ad huc concluduntur pagi, haud dubie nomen obtinuit a gente, a quo poſſidebatur jam tum exerto hoc gentili &c.* Intra Caſſinenſis Abbatiæ fines plura ſunt caſtra Caſſinatibus ſubdita, hincque terræ S. Benedicti nomenclatura. Certe in inſtrumento an. 1144. rogato, hæc ad ſunt verba. *Ego Baulardus qui ſum habitator in terra S. Benedicti in caſtro S. Angeli Theodici.* In alio anni 1254. *Nos Baldiſius, & Andreas &c. habitatores terra S. Benedicti caſtri S. Angeli in Theodice*; cujus generis verba in aliis pluribus Inſtrumentis in archivo noſtro aſſervatis leguntur. Hactenus terram Laboris, terram Barenſem, terram Hydruntinam &c. dicimus, quamquam hæ provinciæ ſunt, in quibus plures urbes & oppida reperiuntur, quæ tamen univerſa uni Præſidi ſubſunt. Vide quæ diximus ſupra.

Anno inſequenti 1158. rex Guillelmus hoc diplomate Rogerii patris ſui privilegium Caſſinatibus conceſſum confirmavit, cujus autographum in archivo noſtro aſſervatur. *Diploma Guillelmi I. Regis.*

† *In nomine Dei eterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti* W. *divina favente clementia rex Siciliæ Ducatus Apuliæ, & principatus Capuæ. Regii nos curam regiminis ad hoc divino munere ſuſcepiſſe cognoſcimur: ut noſtra potiſſimum directione Status eccleſiarum Regni noſtri, auctore Domino, ſalubriter, & comode diſponatur. Ceterum cum univerſis eccleſiis regno noſtro ſubiectis id prelationis ſollicitudine, & caritatis benivolentia debeamus, illis tamen locis, atque perſonis, quæ quidem amplioris religionis gratia eminent, propenſiori nos caritatis ſtudio, convenit imminere, felicis igitur memoriæ patris noſtri regis Rogerii inſtitutis tenacius adherentes Caſſinenſe famoſiſſimum, ac venerandum cœnobium, quod ipſe ſingulariter dilexit, & inviolabili ſuæ inſtitutionis privilegio communivit, Nos quoque preſenti privilegio communimus. Quatinus dum ejus quieti noſtro munimine per omnia ſtuduerimus providere, Religioſi Monachi ibidem Deo ſervientes divinum poſſint opus debita ductione, & ſecura mente peragere. Ex hoc enim a conditore Deo plurimum gloriæ conſequemur, ſi venerabilia loca, Deoque dicata oportuna ſtabilitate, nec non neceſſaria ordinatione firmaverimus. Ipſum itaque Caſſinenſe monaſterium nos pro religione excellentiori, excellentius diligentes ad ejus omnimodam immunitatem, Privilegium glorioſiſſimi patris noſtri regis Rogerii, quod venerabilis Abbas Rainaldus oſtendit curiæ noſtræ ſcriptum videlicet manu Guarnerii Mazarienſis Decani, ſub anno Dominicæ incarnationis M. C. XXX. indictione VIII.*

Digitized by Google

*VIII. preſentis decreti pagina confirmamus, illudque volumus inconcuſſa ſtabilitate vigere. Ad hujus autem confirmationis noſtræ memoriam, & inviolabile monimentum preſens ſcriptum per manus Roberti noſtri Notarii ſcribi, & bulla aurea noſtro tipario impreſſa juſſimus inſigniri anno, menſe, & indictione ſubſcriptis. Data Panormi per manus Majonis Magni Amiratorum Amirati, anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo quinquageſimo octavo indictione ſexta; regni vero domni W. Dei gratia glorioſiſſimi regis Siciliæ Ducatus Apuliæ, & principatus Capuæ anno octavo proſpere amen. Ducatus vero domni Rogerii Kariſſimi filii ejus anno tertio feliciter amen.*

Guillelmus hic Rogerii II., & Alberiæ quartus filius, mortuo Anfuſo fratre, Capuæ princeps, atque Dux Neapolis a patre eſt conſtitutus, mortuoque altero Fratre Rogerio Apuliæ Duce, hunc quoque titulum occupavit. Anno 1151. in regni ſocietatem adſcitus a patre, eoque mortuo, rex ſolus ad an. 1166. fuit, quo die 15. Maji obiit. Uxorem habuit Margaritam filiam Garziæ Navarræ regis. Romualdus Salernitanus loc. cit. fol. 206. de Guillelmo ait. *Rex autem Willielmus circa quadrageſimam fluxu ventris, & moleſtia cœpit affligi, quam paſſionem, quum aliquanto tempore occultaſſet, circa mediam. Quadrageſimam eadem paſſione creſcente credens ſe moriturum pœnitentiam & confeſſionem accepit, quoſdam de captivis liberavit; redemptionem pecuniæ, quam Apuliæ impoſuerat, condonavit. Teſtamentum fecit, in quo Guilielmum filium ſuum majorem totius regni haredem inſtituit. Henrico alteri filio Principatum Capuæ, quem conceſſerat confirmavit, pecuniam magnam expendendam pro ſalute animæ ſuæ dereliquit &c. Rex Willielmus Romualdum Salernitanum Archiepiſcopum, qui in arte erat medicinæ valde peritus, ad ſe vocari præcepit; Qui ad eum veniens circa Paſcha ab ipſo honorifice eſt ſuſceptus, cui multa ſalutaria medicinæ conſilia tribuit &c. unde accidit, quod Sabbato ante octavas Paſchæ emitit rea illum febris invaſit, & invaleſcente paſſione mortuus eſt, & ſepultus in capella S. Petri in palatio ſuo. Defunctus eſt autem rex Willielmus anno vitæ ſuæ quadrageſimo ſexto, anno autem regni ſui, quo cum patre ſuo, & per ſe regnaverat XV. menſe decimo, anno autem 1166. indictione XIV. menſe Madii ſeptimo die intrantis ejuſdem menſis circa horam nonam &c. divino Officio extitit multum intentus, & perſonas eſt eccleſiaſticas plurimum veneratus. Capellam S. Petri, quæ erat in palatio mirabilis muſibii fecit pictura depingi, ac ejus parietes pratioſi marmoris varietate veſtivit, & eam ornamentis aureis, & veſtimentis, & argenteis pratioſis ditavit plurimum, & ornavit. Clericos in ea multos, & prabendas inſtituit, & divinum in illo officium decenter, & tractatim, & cum Dei reverentia & timore celebrari diſpoſuit &c.* Vid. Peregrinius in laud. Stemmate, ubi, per errorem habet regnaſſe Guillelmum ſolum annos duos ſupra viginti, mortuumque 17. Kal. Maji. Vid. Pagi, aliique ſcriptores ad eum annum. Rainaldus Abbas paulo poſt regem menſe Octobri obiit, teſte noſtro Anonymo, poſtquam gubernaſſet annis viginti novem cœnobium Caſſinenſe.

Alexandri tertii privilegium. Longe ante obitum an. ſc. 1159. ab Alexandro III. Romano Pontifice ampliſſimum obtinuerat privilegium Raynaldus Abbas, in quo omnia cœnobii noſtri bona juriſdictioneſque confirmat, potiſſimum vero; *In Capitanata medietatem caſtri Serræ, S. Lucæ &c. In Teritorio Andegavenſi S. Mauri in Glannafolio cum illis villis, & omnibus pertinentiis ſuis &c. Item civitatem, que dicitur S. Germani, poſitam ad pedem Caſini Montis, caſtellum S. Petri, quod ab antiquis dictum eſt caſtrum Caſini, caſtellum S. Angeli, Plumbarola, Pignatarium, Pedemmontis, Juncturam, caſtrum S. Ambroſii, S. Apollinaris, S. Georgii, Vallem Frigidam, S. Andreæ, Vantram Monaſticam, Vantram Comitalem, S. Stephani, Teramum, Fractæ, Caſtrum novum, Mortulam, cum curte, quæ dicitur Caſa Fortuni, Cucuruzzu, Caminum, Sujum cum omnibus pertinentiis ſuis ex utraque parte fluminis, turrem ad mare juxta fluvium Garilianum, caſtrum Pontiſcurvi, S. Petri Fliæ, Torocclum, Cervarium, S. Victoris, S. Eliæ, Vallem rotundam, Sarraceniſcum, Cardetum, Aquamfundatam, Vitecoſum. In Calabria caſtrum Cetrarii, cum eccleſiis, & omnibus pertinentiis ſuis. In Marchia Teatina caſtellum Laſtinianum; montem Albrici, Mucclam S. Quirici cum portu, Friſam, S. Juſtam. In comitatu Aſculano caſtellum, quod dicitur Octavum, & poſt Montem Civianum, Trivilianum, & Cavinum. In Principatu caſtellum Ripæ Urſæ, montem Bellum, Petram Fracidam. In Carſino Vicum album; in territorio Carſeolano caſtellum Auriculam Piretum, Roccam Incameratam, & Foſſam cecam &c. In territorio Trojano Caſtillionem de Baroncello, S. Juſtam. Villam S. Nicolai quæ de Galliciano dicitur. In monte S. Angeli Hoſpitale. In territorio Capuano Gualdum de Liburia, &c.* De cœnobio S. Mauri Glannafolienſi actum in Compendio hiſtorico ſæculo undecimo, quod, ut ex privilegio Urbani II., aliorumque ſummorum Pontificum conſtat, plures villas poſſidebat. Neque in hoc quidem Alexandri privilegio omnia memorantur oppida, quæ cœnobium Caſſinenſe tunc temporis poſſidebat, neque comminiſci quis debet Alexandrum III., deceſſoreſque ejus Romanos pontifices cœnobio Caſſinenſi hæc ideo caſtra confirmaſſe, quod ſpirituali Caſſinatium ditioni ſubderentur, cum re ipſa non in omnia ſibi ſubdita caſtra juriſdictionem ſpiritualem exercerent Caſſinates, nam aliis epiſcopis ſubdita erant Serra S. Lucæ, Peſmontis, Fractæ, Caminum, Sujum, Ponſcurvus, Aquafundata, Vitecuſum, omniaque alia, quæ ab illis verbis continentur, *In marchia Teatina caſtellum Laſtinianum.* Imo receptum paſſim hiſce temporibus a Romanis præſulibus fuerat, ut non tantum eccleſias aliis eccleſiis ſubditas confirmarent, juriſdictionemque earum ſpiritualem in oppida, &c. ſed bona etiam juriſdictioneſque temporales &c. quod ex eorum diplomatibus conſtat, quibus ſub protectione ſua immediate quaſdam eccleſias recipiebant, quo major illis ab omnibus reverentia exhiberetur.

Eodem anno Benedictus Monachus Prior S. Petri de Scaphato hoc bonorum ejus cœnobii memoratorium fecit, quod in regeſto S. Angeli in Formis pag. 75. a t. continetur. Polypticon Bonorum S. Petri de Scaphato.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab incarnatione ejus milleſimo, centeſimo quinquageſimo*

*mo nono, menſe Februario, indictione ſeptima, temporibus domini noſtri W. glorioſiſſimi Siciliæ, & Italiæ venerabilis regis. Memoratorium factum a me Benedicto Monacho Priore de S. Petro de Scaphati; Quia noſtris tēporibus ſurrexerunt homines maligni de laure contra noſtram eccleſiam, qui homines perrexerunt ad Conſtantinum Calvum Catapane, Cecali, Summe, & Laure, & dixerunt, quoniam homines noſtri, quos habemus in laure vid. Orrico, & filios ejus Riccardus, & Florentinus, & Fratres ejus, & filius de Troppo non eſſent homines S. Petri, & noſtri, hoc cum audiſſet ſupradictus Conſtantinus, præcepit Vicecomiti ſuo, ut ad homines ipſos adjutorium, & angariam ſicut, & alios dare puplici homines requirerent, unde factum eſt, ut ad ipſos noſtros homines ſupraſcriptos duodecim tarenos pro adjutorium requireret, ideoque ipſe Orricus dicebat, nos non debemus, neque adjutorium, nec angaram facere, quia nec avos, nec patres noſtros, nec nos fecimus, nec dedimus aliquando, quia liberos homines de eccleſia S. Petri de Scaphati ſumus, & ipſius terram, & ciſternas ſedemus. Hæc cum audiret, Vicecomes fecit apprehendi boves eorum, hoc cum factum fuiſſet Orrico, & filios de Troppo venerunt ad me, & dixerunt mihi ſupradictum factum, ego vero perrexi ad Conſtantinum Catapane, & conqueſtavi me de Leporiſio Vicecomite ſuo, ipſe reſpondit mihi, ſcias pro certo, quia ego præcepi ipſe Leponiſio animalia de Orrico, & nepoti ejus apprehendi, quia relatum eſt noſtris auribus, quia ipſi liberos homines ſunt de dominio regis. Ego vero reſpondi ei, redde mihi animalia, que apprehendi feciſti, & venies ad Laure, ſtemus ad placitum ante veteres homines, & milites de Laure, & ſi nullus homo poteſt rationabiliter oſtendere, ut Orrico, & Patres ejus, cum filios, & filios de Troppo ſimiliter non fuiſſent homines de S. Petro fiant veſtri. Catapane hæc cum audiret, placuit ſermo, & fecit mihi reddi animalia, & ſtatuimus, terminum quando hoc eſſe potuiſſet, & cum veniſſemus ad ſtatutum diem, perreximus invicem in curia de Laure ante W. Cappell. & milites, & judices, & veteres homines de Laure, & cum ſediſſemus narravit Coſtantinus Calvus Catapane hoc, quod ſuperius dictum eſt, reſpondit W. Cappell. ſi vultis audire a me quod ego a patre meo audivi de ipſi homines, ego vobis referam. Reſpondit Catapanus: Volumus, & ideo venimus. Cœpit W. Cappell. narrare, dicens; patre meo adhuc vivente, Robbertus Comit. interrogavit patrem meum de ipſi homines quomodo eſſent in terra de eccleſia, & ſi ſuos anteceſſores ſervierunt, vel homines eorum fuerunt: pater meus reſpondit, quia ipſi homines, at avos eorum Cinnamus nomine, puerulus eum Monachi de S. Petro creverunt, & fœminam ei ipſi dederunt, & filium, & liberum hominem de S. Petro fuit, poſtea vero ſub tempore Robberti Capomazza filios de Cinnamo patiebant multa obbrobria a militibus, & hominibus de Laure, taliaque grave eis erat ſuſtinere, propter hoc perrexerunt ad dominam Sarracinam, & receperunt ab ipſa defenſa, & ſtatuerunt cum ipſa, ut nullus homo, neque vicecomit., neque miles aliquem nullam moleſtiam ei facere, vel animalibus eorum, nec ſervicium nullus ei imperet, & dabant ei omni anno tarenos decem. Hæc audiens Catapanus dixit judicibus Cecali, & laura & militibus univerſis, quid vobis videtur, de hoc judicate. Reſponderunt judices, nos dicemus ſicut W. Cappell. teſtificavit, ſic dimittantur quieti ipſi homines ad eccleſiam, ſalvi ipſi decem tarenis, quæ pro defenſa dederunt, deinceps nullus bajulus eis aliquam moleſtiam faciant, neque in domo, neque in campo, & ſi in aliquo peccaverint per Priorem S. Petri, juſtitiam faciant, & hoc ante bonos homines actum eſt vid. Richardus judex, Cecali, Jordanus judex, & Robbertus filius Guaimari, Orlando miles, Mattheo Filloru, Rainone miles, Joannes Notatu, & alios homines de laure, ſatis quod non potuimus ſcribere omnes. Poſt hæc ego Benedictus Prior S. Petri ad filios de Otrigo, & filios de Troppo Sacramentum tuli & nobiſcum ſtatuerunt, ut omni anno per ſingulas manſiones eorum, qui in terra noſtra habitant, cum ſalute,* (ideſt cum munere) *ad S. Petrum veniant tres vices in anno videlicet in Nativitate Domini, in Paſcha, & in S. Petri, & quando Prior S. Petri ad laurem perrexerit, ipſi ad ſuum expendium eum & ſuos homines, qui cum ipſo vadunt, una cum equitatura ſua corredent, in una vice unam manxionem, in alia altera, & ſic per ſingula annum finiant, & quando vinum ad S. Petrum deportamus, ipſi cum animalibus ſuis adjuvari nos debent, & Palmenta, & manſiones in quibus degunt, & noſtras proprias ciſternas ad ſuum ſpendium conciare debent, excepto quando fabricaverit Prior S. Petri de leguminibus, & de farina adjutorium eis debet impendere, & ſi hoc adimplere neglexerint, vel noluerint hoc quod ſuperius ſcriptum eſt, componant ſolidos decem, medietatem nobis, & medietatem in curia de laure, & hoc ſcriptum adimpleant ipſis, & ſuos heredes naſcinaſcentes, & Prior S. Petri ab omnibus hominibus defendere ipſos homines debent una cum Dominus laura.*

Rainaldus Abbas non paucas cum Monachorum aſſenſu immunitates tribuit civibus Caſtellionis hoc ſuo privilegio, cujus originale extat in noſtro archivio.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab incarnatione ejus milleſimo centeſimo ſexageſimo ſecundo, regnante quoque domino noſtro W. magnifico rege menſe Septembris indictionis decima. Nos Raynaldus Dei gratia Cardinalis, & Caſſinenſis Abbas. Conſiderantes deſtructionem Caſal. Caſtell., quod eſt noſtri monaſterii, ſitum in territorio Trojanæ civitatis. Volentes aquirere homines, qui omnibus dominantur, & mundanis rebus digniores habentur, convenit, & decet Dominos ipſos acquiſitos diverſis beneficiis retinere. Communicato itaque conſilio cum fratribus noſtris, nobiſcum habendo Petrum judicem, & advocatum monaſterii noſtri, conceſſimus unicuique militi eidem caſali redeunti, vel venienti, ut per annum non amplius reddat niſi decimas de campo, vineis, ortis, & olivis. Decimas quoque largiatur de porcis, & pecudibus, earumque fructuum, videlicet de Agnis, lana, & cajeo, & ipſas decimas in domum eccleſiæ repreſentet. Aliis vero, qui non ſunt milites, ſimiliter conceſſimus, ut annuatim amplius non reddant niſi decimas de his, quæ ſuperius leguntur, & duas ſalutes in anno; unam in Natale Domini, aliam in Reſurrectione Chriſti ſecundum longam conſuetudinem ipſius loci. Et ſi aliquis ex his de ipſo caſali exire voluerit, poteſtatem habeat omnia ſua hominibus ejuſdem caſalis vendere, & pro exitura Romanatum unum dare, & ire quo volue-*

Digitized by Google

*voluerit, & ſi quis ad habitandum ibi venerit, & ante annum exire voluerit, ex toto ſine exitura ſalve recedat; & ſi de ipſis ad obitum venerit, & filium, aut filiam, cum rebus ſuis alicui ſuo conſanguineo, vel alicui ejuſdem caſalis manumiſerit, poteſtatem habeat judicandi, & faciendi, & rector ipſius obedieneiæ non disfortiet illum de ipſo judicio, ſalvis tamen obedienciæ decimis, & omnibus Caſſinenſis eccleſiæ conſuetudinibus; & ſi quis ſine judicio mortuus fuerit, legitimi heredes ipſius omnia ſua habeant & poſſideant, & ipſi pro anima ſua judicium faciant, cum conſilio fidelium hominum ejuſdem loci Domini timentium. Si vero ex ipſis ſine legitimo herede deceſſerit, Caſſinenſis eccleſia omnia bona ſua percipiat, & habeat. De orfanis quoque conceſſimus, ut dum ad ætatem legitimam venerint, ſalutes non reddant. De aliis vero omnibus ſecundum legem, & uſum, & longam conſuetudinem illius loci homines noſtri vivant, & judicentur. Et tibi Leonardo curiæ noſtræ notario hanc noſtræ conceſſionis cartam ſcribere præcepimus. Actum in civitate S. Germani.*

Raynaldo Abbate Caſſinenſi adhuc ſuperſtite Robertus Caſertæ Comes cœnobio S. Angeli in Formis an. 1165. quoſdam homines dono dederat hoc diplomate.

† *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Nos Rubbertus favente divina clemencia Caſertanorum aliorumque plurium Comes, ſicut nobis aptum & congruum eſt, bona noſtra voluntate, precibus quoque, & interventu Domini Johannis dilectiſſimi noſtri Dei gratia Caſertanæ ſedis rdi. epiſcopi, ac D. Johannis eccleſiæ & monaſterii S. Petri Pediſmontis Caſſer. venerandi Abbatis, preſente eciam Johanne Caſertano judice noſtro fideli, aliiſque probis viris noſtris fidelibus ob redemptionem animarum noſtrorum defunctorum, & noſtræ, concedimus, & confirmamus, alienamus, damus, & tradimus vobis domno Stephano Dei nutu eccleſiæ, & monaſterii S. Angeli in Formis venerabili Propoſito, vobis tamen pro parte, & vice ejuſdem monaſterii: ſcilicet quoſdam noſtros homines, nomine Petrum cognomenſo Morrone Joannem cognomento dilecti Robbertum cognomento de Dardano, Johannem cognomento de labore heredes Petri cognomento Corveſſerii, heredes Petri cognomento Sutoris heredes Landonis cognomento de Caſerta, & heredes qm. Golitani. Quique omnes modo ſunt habitatores in loco Sarzani, & omnem poteſtatem, atque omnia jura quæ nos in prædictis hominibus, aut in eorum heredibus hactenus jure Dominorum habuimus, & nunc habemus ad poſſeſſionem, & proprietatem ejuſdem monaſteri veſtram, veſtrorumque ſucceſſorum faciendi exinde legibus quidquid vobis, vel ei placuerit ad utilitatem, & proficuum prædicti monaſterii. Et nos, & noſtri heredes defendamus illud vobis, veſtriſque ſucceſſoribus pro parte, & vice prædicti monaſterii amodo, & ſemper ab omnibus hominibus, omnibuſque partibus, & quando volueritis licenciam, & poteſtatem habeatis pro parte, & vice prædicti monaſterii vos vobis, vel illi ſibi exinde eſſe actores, & defenſores vice noſtra, & de noſtris heredibus, cum iſta conceſſionis, & alienacionis cartulam, & cum aliis noſtris, & veſtris, vel eorum ſtacionibus, quomodo, vel qualiter melius potueritis, & volueritis, & quicquid exinde legibus facere poteritis, & volueritis, ad utilitatem, & proficuum prædicti monaſterii veſtre, vel eorum ſit poteſtati, & quando volueritis defendamus vobis, vel eis illud ſicut ſuperius dictum eſt, utile tamen duximus nominatim exprimere quod a vobis pro parte, & vice prædicti monaſterii affeccionis gracia conſecuti ſumus, videlicet Tarenos aureos bonos monetæ Amalfiæ ducentos, & neque vos, nec veſtri ſucceſſores, aut pars prædicti monaſterii a nobis, vel heredibus noſtris aliquod contrarium, vel aliquam moleſtiam habeatis ſed firmiter, & quiete illud, ſicut ſuperius legitur teneatis, & defendatis, ac poſſideatis, & ſub veſtra dicione permaneat ſemper, quod ſi forte hujus noſtræ conceſſionis, alienacionis, & confirmacionis cartulam in aliquo violaverimus, & omnia ſupradicta, ut preleguntur, non compleverimus, componamus nos, vel noſtri heredes vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & parti prædicti monaſterii aureos ſolidos regales bonos quinquaginta. Et hac noſtra conceſſio, alienacio, & confirmacio vobis ſemper firma, & inconcuſſa permaneat; ut autem hæc noſtra conceſſio, confirmacio, & alienacio verius credatur, & firmiter obſervetur, manu propria ſubſcribendo corroboravimus, & tibi Joanni noſtro notarius taliter ſcribere præcepimus in anno Dominicæ incarnacionis milleſimo centeſimo ſexageſimo quinto, & quinto decimo anno regni Domini noſtri Guilielmi Dei gratia magnifici regis menſe Julii, indictione tertiadecima. Caſertæ.*



*Signum Comitis.*

† *Ego Joannes Caſertanus epiſcopus.* † *Ego qui ſupra Joannes judex.* † *Ego Johannes Sacerdos & Abbas monaſterii S. Petri.* † *Ego Richardus Sacerdos, & Canonicus epiſcopii Caſertani interfui.*

Anno poſt Raynaldi mortem nempe 1167. Theodinus Caſſinenſis, Abbas, & Cardinalis conqueſtus coram Guillelmo II. rege eſt, ademptas ſibi terras quaſdam, ruſticoſque ad Pontemcurvum pertinentes, eamque quæſtionem decernendam rex Johanni Apuliæ, & terræ laboris Camerario remiſit, qui hanc pro cœnobii noſtri juribus ſententiam protulit in curia Sueſſæ habita. Sententia pro Caſſinatibus lata.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno Incarnationis ejus milleximo centeſimo ſexageſimo ſeptimo, & primo anno regni domini noſtri Secundi Guilielmi, Dei gratia glorioſiſſimi regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, menſe Februarii, indictione quintadecima. Sententiis finita negotia ſcriptis comprehendere perneceſſarium eſt, ut ſi quando rem fuiſſe judicatam memoria hominum effugerit, inſtrumenti perlectione clareſcit. Curia igitur in civitate Sueſſæ congregata, preſidente Domino Johanne Magiſtro Camerario totius Apuliæ, &*

*Terra*

Digitized by Google

*Terra laboris, aſſiſtentibus quoque Andrea de Rocca Romana regio Juſtitiario, & Adenulfo de Aquino, Raynaldo Buccabetello, Gualeramo Fratre ipſius Raynaldi, Johanne Fratre, Herveo de Iabolita, Ameo de Rivo Matricio, Gualterio de Cartis, Rogerio Magiſtro Judice Capua, & Philippo, & Guilielmo Judicibus Capua, & Simeone Judice Curia. Predicti domini magiſtri Camerarii Roberto, & Riſone judicibus Sueſſa aliiſque militibus, & probis viris, predictus dominus Johannes Magiſter Camerarius fecit legi litteras ſibi a Regia mageſtate nuper tráſmiſſas, in quibus continebatur, quod dominus Theodinus venerabilis Abbas montis Caſini conqueſtus fuerat regia mageſtati; de quibuſdam tennimentis pertinentibus caſtro ſuo Pontiſcurvi, qua dicuntur Pulvica & vallis Rivi Vitelleti, & de quibuſdam Villanis ibi exiſtentibus, de quibus in ipſis litteris continebatur, quod juxta continentiam cujuſdam inſtrumenti in curia Salerni confecti tempore domini glorioſiſſimi regis Guillielmi beata memoria, & in preſentiarum ab eodem Abbate regia Majeſtati preſentati de predictis tennimentis & Villanis talem juſtitiam predicto domino Abbati faceret, ut ulterius juſte conqueri non poſſet, quod inſtrumentum perlectum, & auditum, in ipſa curia inter cetera continebat, quod reſidente in palatio Terracena urbis Salerni domino Guilielmo Magnifico rege Sicilia, Ducatus Apulia, & principatus Capua cum Comitibus, & magnatibus regni ſui, Raynaldus Cardinalis, & Venerabilis montis Caſini Abbas adverſus Herbiam de Bolita ſupradicti domini noſtri regis Juſtitiarium querimoniam depoſuit de quibuſdam villanis, & terris pertinentibus caſtro ſuo Pontiſcurvi, quod ex longe monaſterio S. Benedicti pertinuerat, & ex dono domini regis Rogerii feliciſſima memoria, qui conceſſerat eidem Abbati pro parte ſupradicti monaſterii ipſum caſtrum, cum omnibus ſuis pertinentiis, & ita ipſe rex Rogerius cognoverat predictos villanos, & terras eſſe pertinentes eidem caſtro, qui coegerat Guilielmum de Bloſſa villa reddere prefatos villanos, & terras ipſi monaſterio in ſui preſentia, & ſic ipſe Abbas predictos villanos, & terras ſe poſſediſſe, & habuiſſe aſſerebat ad quod predictus Herbias reſpondit omnia illa eſſe de pertinentiis ſue rocca, quia Marotta olim Domina Pontiſcorbi dederat ea Guilielmo domino Rocca. Super hoc curia judicavit, quod ſi predictus Abbas Caſſinenſis teſtibus probare poſſet predictos villanos, & terras eſſe de pertinentiis Pontiſcorbi, & ex mandato domini regis Rogerii ipſarum rerum poſſeſſionem habuiſſe, de catero ipſe Abbas, ejuſque ſucceſſores quiete, & ſecure eoſdem villanos, & terras poſſiderent, & haberent, ſi tamen ipſe Herbias aliquem de predictis teſtibus per pugnam vellet impetere, non tamen per guerram poſſe hoc facere, & erat ipſum Inſtrumentum ſcriptum per manus Roberti regii notarii, et erat roboratum per manus Majonis Amiratorum Amirati, & Aſquitini Cancellarii in anno Dominica incarnationis milleximo centeſimo quinquageſimo quinto menſe Martii indictione tertia, regno vero domini Guilielmi Dei gratia Magnifici regis Sicilia, Ducatus Apulia, & Principatus Capua anno quarto feliciter; Unde injunctum eſt predicto domino Abbati, ut ſi quos inde teſtes haberet, in Curia exhiberet, qui per Petrum judicem, & advocatum Caſſinenſis monaſterii exhibuit teſtes probata opinionis, ſcilicet Erveum filium Jordani, & Abbatem Johannem de Caput Aqua, qui ſigillatim interrogati, & diligentiſſime inquiſiti, teſtificati ſunt, ſe interfuiſſe, vidiſſe, & audiſſe quando Raynaldus venerabilis Abbas montis Caſini predeceſſor prafati Abbatis conqueſtus eſt glorioſiſſimo regi Rogerio feliciſſima memoria ad Pontem de Apino de Guilielmo de Bloſſa villa, quem injuſte tenere aſſerebat omnia predicta tennimenta de quibus modo lis erat, & idem dominus glorioſiſſimus rex plenarie cognoſcens ea eſſe de tennimento, & pertinentia Pontiſcurvi fecit. W. de Bloſſavilla renunciare in manu predicti Abbatis, & eundem Abbatem inde per pennam Mantelli praſentialiter inveſtire, & iidem teſtes dixerunt ſe interfuiſſe, & vidiſſe quando predictus Abbas per procuratores ſuos earundem rerum poſſeſſionem eſt adeptus, & poſtmodum por ſe ipſum corporaliter earundem poſſeſſionem apprehendit. Deinde Benedictus Berulanus idem de renunciatione, & inveſtitura teſtificatus eſt, & hoc idem Tiprandus miles Sueſſe non ab Abbate productus de inveſtitura, & renunciatione in plena curia teſtificatus eſt, produxit etiam octo alios teſtes, ſcilicet Raidulfum militem, Alexandrum militem, Petrum Angelarii, Pandulfum Aczarelli militem, Macchabeum presbiterum, presbyterum Kalozuri, presbyterum Ignatium, & presbiterum Lucam, qui ſigillatim teſtificati ſunt, ſe bene ſcire predicta omnia tennimenta eſſe de pertinentiis, & tennimento Pontiſcurvi, & predictum dominum Abbatem Raynaldum eorum omnium poſſeſſionem habuiſſe. Horum igitur teſtium verbis in curia ordine preſentatis, dictum eſt quampluribus hominibus roca Guilelmi ibi preſentibus, ut ſi aliquid ſive in perſonas teſtium, ſive adverſus eorum dicta vellent objicere, curia innoteſcerent, qui predicta tennimenta fuiſſe de pertinentiis Pontiſcurbi non negabant, ſed ex longo ſe ea tenuiſſe dicebant, adverſus dicta predictorum teſtium nihil allegantes, ſic factum eſt quod ex decreto curia omnes layci teſtes teſtimonium ſuum jurejurando corporaliter preſtito firmaverunt; presbyteris vero, ut per ſuppoſitas perſonas jurarent, injunctum eſt, ſed ipſi ſponte perſonaliter juraverunt, Abbas vero poſitis ſacroſanctis evangeliis, ſe verum teſtificatum fuiſſe ſuper ordinem ſuum dixit. His igitur auditis, & ex ordine legitime pertractatis, curia communi conſilio habito judicavit, ut juxta quod in curia Salerni ante regiam Majeſtatem judicatum eſt prout in inſtrumento ſupra declarato continetur, predicta tennimenta, & villanos, Caſſinenſe monaſterium de cetero firmo, & quieto jure poſſideat, & ut que geſta ſunt a memoria non recedant mandato predicti domni Magiſtri Camerarii per manum Petri Notarii qui interfuit in ſcriptis redacta ſunt.*



*Locus † Signi. † Signum Crucis Jo: Andrea de Rocca Romana Regii Juſtitiarii. † Signum manus Gual-*

Digitized by Google

*Gualterii de Cartis*. † *Signum manus Johannis Fratris*. † *Signum manus Anneide Rivo Matricio*. † *Ego qui ſupra Robertus ſubſcripſi Judex*. † *Ego qui ſupra Philippus judex ſubſcripſi*. † *Simeon Barenſis qui ſupra judex*. † *Ego qui ſupra Robertus judex*.

Guillelmus II. cognomento Bonus, filius Guillelmi I., & Margharitæ rex fuit inauguratus an. 1166. menſe Julio ex Anonymo Caſſinenſi, cui ſubſcribit Peregrinius in laudato ſtemmate, quamquam alii coronatum inquiunt eodem anno die 15. Maji quatuordecim annos natum, vixitque ad an. 1189., quo die 16. Novembris obiit, eodem Anonymo teſte, quem eo anno vixiſſe probat Peregrinius in correctionibus ad eundem pag. 140. Uxorem duxit Johannam filiam Henrici Angliæ regis, teſte Romualdo Salernitano apud Peregrinium. Vid. Pagi an. 1166. nu. 9., & 1189. n. 10. Devotiſſimum, amantiſſimumque Ordini S. Benedicti ſeſe præbuit, cujus rei æternum erit monumentum celeberrimum S. Mariæ montis Regalis cœnobium ab eo excitatum, quod ampliſſimis latifundiis, pluribuſque oppidis ditavit, in ejuſque eccleſiæ conſtructione immenſum plane Theſaurum inſumſit. Eam deinde a Lucio III. in Metropolitanam curavit erigendam, quæ hactenus omnium Archiepiſcopalium Italiæ ditiſſima eſt. Centum in ea Monachos a celeberrimo SS. Trinitatis Cavenſi cœnobio accerſitos Canonicos in ea eſſe voluit, quod hodieque munus Monachis manet. De hoc monaſterio, & eccleſia, deque ejus Archiepiſcopis, privilegiis &c. ſcripſerat olim Johannes Ludovicus Lellus, atque paucis ab hinc annis Eruditiſſimus, nobiſque amiciſſimus Michael del Giudice. Theodinus vero ab an. 1167. Abbas Caſſini fuit.

Concordia ab Oderiſio Comite cum Abbate Petro inita.

Petrus quoque Caſſinenſis Abbas coram eodem Guillelmo II. rege quæſtionem contra Oderiſium de Averſa inſtituit an. 1175., qui plura cœnobii S. Angeli Vallis regiæ bona uſurpaverat. Ut rem gratam Regi faceret Oderiſius, hanc cum Abbate concordiam iniit, quam integram edimus, quod quædam lectu digna contineat, ad juriſdictionem noſtram pertinentia.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab incarnatione ejus milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quinto, nono anno regni dñi W. ſecundi glorioſiſſimi regis menſe Januarii prima die ejuſdem menſis, indictione octava. Ego Oderiſius de Averſa per hoc preſens ſcriptum declaro, domnum Petrum Dei gratia venerabilem Caſſinenſem Abbatem oſtendiſſe, & queremoniam de me feciſſe, quod ego eccleſiæ ſuæ S. Angeli de Valleregia multa gravamina facerem, & indebitas condiciones ab eadem eccleſia, & rebus ejus exigere, ab hoc quidem mandato regio ad eundem Abbatem apud S. Germanum in curia, ſua preſentia ipſe acceſſi voluntati ſuæ ſatisfacturus, & dum per ſe prædicta gravamina, & condiciones mihi exponerentur, habito conſilio cum ſapientibus viris, & cupiens eternam vitam in celeſtibus potius quam res corporales in hoc ſæculo obtinere, & reverentiam beati Benedicti, & remiſſionem peccatorum meorum Caſſinenſi monaſterio in manu prædicti domni Petri venerabilis Caſſinenſis Abbatis, pro ſe, & omnibus ſucceſſoribus ſuis, bona, & ſpontanea mea voluntate remiſi, & renunciavi omnibus condicionibus, tam de ordinacionibus ſupradictæ eccleſiæ S. Angeli, quam de ejus rebus, ſicut inferius declaratur, & determinatur, licet eas anteceſſores mei de mala conſuetudine habuiſſent. In primis ut liceat Propoſito ejuſdem eccleſiæ S. Angeli ibidem ordinare Cellararium, ſine mea contradictione, vel diſturbatione, ſimiliter plenam habeat poteſtatem ordinandi Archipresbiterum Villæ, & omnes eccleſias ipſi eccleſiæ S. Angeli ſubditas, abſque meo, vel heredum meorum impedimento Monachos ejuſdem eccleſiæ contra voluntatem Abbatis, vel Prepoſiti non manutenebo. Homines reſidentes in Feudis ipſius eccleſiæ, qui dicuntur appoſiti, in jure, & poteſtate eccleſiæ penitus relaxamus, ita ut eos nec pro foris factis, eorum, nec aliquo modo unquam eos conſtringere, ſeu adjutorium eis quærere debeam neque per me, neque per aliam perſonam. Feuda, quæ ad manus eccleſiæ devenerint, liceat Prepoſito ordinare, & dari ea talibus hominibus, qui non ſint contra me, & faciant mihi Sacramentum fidelitatis. Adjutorium ab ipſa eccleſia nunquam quæram, vel querere faciam, pullitros de Jumentis eccleſiæ ulterius non exigam, nec tollere faciam. Salutem de quinquaginta pixis, & uno porco remiſi, & ex toto ipſi eccleſiæ relaxavi. Si quando Abbas Caſſinenſis ab eadem ecc. ſiæ S. Angeli adjutorium voluerit accipere, contrarietatem vel impedimentum per me, aut per alium ſibi nullum faciam. Has omnes prædictas condiciones ſicut prædictum eſt pro remiſſione delictorum meorum pœnitus remiſi, & relaxavi, atque renunciavi in manu ſuprascripti domni Abbatis, ut neque ego, neque Heredes mei amplius prædictas, & nominatas res, & condiciones, vel alias injuſtas amplius prædictæ eccleſiæ S. Angeli in Valleregia, quæramus, vel quærere faciamus, ſed ab omnibus iſtis libera, & quieta ipſa eccleſia a nobis permaneat in perpetuum: unde obligo me, & meos heredes ipſi domno Petro venerabili Caſſinenſi Abbati, & ſucceſſoribus ſuis, hæc omnia illibata, & inconcuſſa ſemper Caſſinenſi monaſterio obſervare, & contra hujus remiſſionis, & renunciationis pactum ulterius non ire, neque ea omnia eccleſiæ S. Angeli in Valleregia amplius querere preſumamus, & ſi hoc facere temptaverimus, obligamus nos, & noſtros heredes centum uncias auri Caſſinenſi monaſterio compoſituros, & inſuper hæc omnia ſicut ſuperius declarantur obſervaturos, & te Leonardum curiæ Notarium hanc chartam ſcribere rogamus. Actum in civitate S. Germani.*

*Locus* † *ſigni notarii*.

† *Ego qui ſupra Oderiſius de Averſa ſignum crucis feci*. † *Ego Gualterius judex, & advocatus Caſſinenſis rogatus fui, & interfui*. † *Ego Ger. Caſſinenſis Comeſtabulus rogatus fui, & interfui*. † *Ego Berardus Capocza rogatus fui, & interfui*. † *Ego Lando de Alcherio rogatus fui, & interfui*. † *Ego Gauutefridus de Baruco interfui*. † *Ego Petrani Capuani de Salerno interfui*.

Ugo item de Prata Eccleſiæ S. Mariæ de Cingla aliiſque eccleſiis ſuis, & earum bonis ſe nihil prætexturum, nihilque juris in illarum ſubditos ſibi fore Petro Abbati ſpopondit.

*In Nomine Dñi Noſtri Jeſu Chriſti. Anno incarnationis ejus milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quinto, & nono anno regni dñni Noſtri ſecundi Guilielmi divina providentia regis Siciliæ Ducat. Apuliæ, & Principat. Capuæ menſe Januarii, ind. octava.*

Ego

*Ego Ugo cognomento de Prata filius qm. Raynonis . . . . . . . . in preſentia Perſri Beneventana civitatis judicis, & Joannis Capuana urbis judicis, Joannis Cacaencarii Gualterji, & Matthea judicum terra S. Benedicti teſtium, quia per convenienciam bona mea voluntate guadiam dedi tibi dño* Ex originali in Archivo. *Petro Dei gratia venerabili Caſſinenſi Abbati tam pro parte, & vice eccleſia S. Maria de Cinglis, qua eſt ſubdita Caſſinenſi monaſterio, & fidejuſſorem tibi poſui me ipſum per eandem convenienciam tali tenore, ut amodo, & ſemper ego, & mei heredes taciti, & quieti maneamus tibi ſupra domno Petro Dei gratia venerabili Caſſinenſi Abbati, tuiſque ſucceſſoribus ac parti ſupraſcripta eccleſia S. Maria in Cinglis ſcilicet de omnibus condicionibus redditibus, ſerviciis, adjuteriis, & de tenimentis, ac poſſeſſionibus. Necnon, & de dominio, ac recenventiciis hominum pradicta eccleſia, eciam, & taciti, & quieti maneamus de eccleſia S. Nicandri, & de eccleſia S. Stephani, qua ſunt ſubdita eidem eccleſia S. Maria eciam & de tenimentis, & hominibus earumdem eccleſiarum, ita ut nullo advenienti tempore ego vel mei heredes aliquam condicionem ſeu reditus inreptarum. omnium eccleſiarum poſſeſſionibus, & tenimuetis, aut ab earum hominibus ſervicium, vel hominium, ſeu recommendiciam, exigamus, aut exigere faciamus. Sed amodo, & ſemper taciti, & quieti exinde, maneamus eciam, & de terratico, quod ab hominibus meis prafata eccleſia S. Maria habere debet partem ejuſdem eccleſia non impediamus ſed idem terraticum libere partem ipſius eccleſia habere faciamus. Quoniam ſic inter nos convenit.*

*Si autem ego vel mei haredes non fecerimus, & non compleverimus vobis vel eis ea omnia per ipſum ordinem, qui perlegitur, vel ſi hoc ſcriptum convenienciæ de quibus continet aliquando per qualecumque ingenium dirrumpere vel removere quaſierimus centum regales ſolidos aureos bonos pœna me, & meos haredes vobis, vel eis componere obligamus, & omnia ſupraſcripta vobis, vel eis per compleamus, & hoc ſcriptum de his, qua continet, firmum permaneat ſemper. Unde ſi neceſſe fuerit ad pignerandum obligo me ego qui ſupra Ugo per me ipſum fidejuſſorem, & meos haredes tibi qui ſupra domno Petro Dei gratia venerabili Caſſinenſi Abbati, tuiſque ſucceſſoribus ac parti ſupraſcripta eccleſia S. Maria ſeu pradictarum eccleſiarum S. Nycandri, & S. Stephani ſcilicet de rebus noſtris licitis, & inlicitis, uſque ad legem hoc ſcriptum huoi. convenienciæ ſcripſi Ego Guilielmus notarius, & interfui Capua Signus † Notarii. Ego qui ſupra Joannes judex † Ego qui ſupra Gualtherius judex † Ego qui ſupra Joannes teſtis † Ego qui ſupra Matthaus judex propria manu ſcripſi.*

Per juſtitiarium alioſque judices, qui Piſcariæ degebant hoc decreto cautum fuit, ne Rainaldus, & Alexander de Troja aliquid exigerent a monaſterio S. Angeli de Barano, nec moleſtiæ afferrent aliquid illius ſubditis.

*In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. Anno Domini 1175. Ind. VIII. regnante domno noſtro Rege Gulielmo II. nos Robertus Palatinus Comes Rotella magiſter Juſtitiarius per praſens ſcriptum notum facimus univerſis tam praſentibus quam futuris quod cum apud Aternum curiam regeremus, habentes nobiſcum Magiſtrum Petrum judicem, necnon & Magiſtrum Thomam de Carbonaria judicem ſimiliter cum aliis comitibus, Baronibus, militibus, & aliis bonis hominibus inferius ſubſcriptis a domno noſtro Sereniſſimo rege Gulielmo litteras recepimus in hunc modum. Gulielmus divina clementia rex Sicilia Ducatus Apulia Principatus Capua Roberto de Rotello Comiti Magiſtro Juſtitiario gratiam ſuam, & bonam voluntatem, ex querela venerabilis viri Petri Caſſinenſis Abbatis, & Actonis Prapoſiti, & conventus S. Angeli de Barano fidelium noſtrorum noſtra nuper ſerenitas intellexit quod Raynaldus, & Alexander de Troja auctoritate ſui eccleſiam pradictam plurimum aggravant, & moleſtant, imponendo ipſi eccleſia adjutoria, & inhoneſta ſervitia, nec non, & homines ipſius eccleſia moleſtant auferendo ejus bona, eorum juris ordine non ſervato, quod tanto diſplicet noſtra pietati, quanto Prapoſitum, & conventum pradictum, Eccleſias, homines poſſeſſiones, & eorum bona omnia in ſuis libertatibus, & honoribus volumus conſervari fidelitati tua firmiter pracipiendo mandamus quatenus partibus convocatis audias cauſam, & quod juxtum fuerit facias fine debito terminare ita quod Abbas, & prapoſiti ſepe dicti ad nos in tanta querimonia non recurrat. Datum Meſſana 26. M. Martii VIII. Ind. Nos itaque mandatum Domni exequi cupientes terminum partibus praſigentes ſcilicet dictis domnis Raynaldo, & Alexandro, & Prapoſito S. Angeli, qui pro parte dicta eccleſia mandato Caſſinenſis Abbatis extitit procurator coram nobis ipſe Propoſitus in generali Curia poſitis apud Aternum ſuperius nominatum conqueſtus eſt nobis procuratorio nomine Prapoſitus jam dictus prafata eccleſia, & conventus ſui, ut jam dicti Raynaldus, & Alexander ceſſarent ab indebitis exactionibus, & moleſtationibus ipſius eccleſia, & permictent ſuos homines, quiete, & pacifice ſine omni gravamine poſſidere. Inſuper petebat ab ipſis Raynaldo, & Alexandro crucem argenteam, calicem, & turibulum argenteum, & omnes telas pallei, & unam dalmaticam, qua omnia a dictis Raynaldo, & Alexandro de eccleſia ſuper altare S. Angeli fuerunt ſublata & pro eor. utilitate, & arbitrio dederunt, qua omnia petebat ſibi reſtitui, & ut ceſſarent de cetero ab indebtis exactionibus, & moleſtacionibus ipſius eccleſia, & ſuis hominibus. Nos itaque his omnibus auditis in praſentia dictorum Raynaldi, & Alexandi ſeriatis per lettas pracipimus eis ut ad ſingula reſponderent, ipſi vero habito conſilio per advocatum eorum tale coram nobis fecerunt reſponſum confitemur dictum Theſaurum de pranominata eccleſia S. Angeli nos abſtuliſſe. Superalia capitula dixerunt uſi eſſent jure ſui, & hac obtulerunt probare per teſtes. Inſuper pranominatus Propoſitus ſimiliter ſe obtulit probaturum omnia per teſtes qua in ſuo libello continebantur, ad quas probationes dato termino competenti pari eccleſia omnia dicta ſua probavit ſufficienter per bonos, & idoneos teſtes. Rainaldus, & Alexander pro parte eorum ſuper omnia qua obtulerunt probaturi nihil penitus probaverunt. Nos itaque hac omnia diligenter inſpecta, & cum judicibus magna curia Comitibus, Baronibus, militibus, nobiſcum habentibus in prafata curia, & ſeriatim omnia proviſa cum ingenti deliberatione judicum, Comitum, Baronum, Militum pradictorum ſententialiter decrevimus ipſam eccleſiam de pradictis reſarciri, & in poſſeſſionem reponi pariter Ray-*

*Raynaldum, & Alexandrum condemnantes, & quia coſtabat nobis per dicta teſtium eccleſia, quod eccleſia ſupradicta ſemper fuiſſet exempta, & libera tam interius, quam exterius cum omnibus bonis ſuis, & eccleſias ſubditas ſibi, & homines, & ſicut diximus, per partes Raynaldi, & Alexandri, nihil fuit probatum Raynaldo, & Alexandro, & eorum haredibus ſilentium perpetuum ſuper hac omnia duximus imponendum pœnam eis, & eorum haredibus impoſuimus centum bizanzios, medietatem curia, & aliam medietatem eccleſia ſupradicta ſi aliquando contra noſtram ſententiam venire per ipſos, vel per eorum haredes praſumpſerint, Unde in poſterum memoriam, & in futuram recordationem, & ad majorem cautelam eccleſia praſens ſcriptum per manus Roberti notarii noſtra curia juratus juſſimus ſcribi, ut maneat omni tempore firmo munimine roboratum. Actum apud Aternum XXII. Kal. Octobris, feliciter amen.*

*† Ego Robertus Comes Rotella magnus Juſtitiarius ſubſcripſi, & ſignum feci.*

*† Ego magiſter Petrus magiſter curia judex qui hanc ſententiam dictavi, & in hac cartula me ſubſcripſi.*

*† Ego Thomas de Carbonaria, qui huic ſententia interfui, & me in hac cartula ſubſcripſi.*

*† Ego Comes Raynaldus de Aprutia interfui huic ſententia lata.*

*† Ego Gualderius de Pall. interfui huic ſententia lata.*

*† Ego Ugo filius Acti interfui huic ſententia lata.*

*† Ego Leo Aterno interfui huic ſententia lata.*

*† Ego Tranſmundus Gadam Comite interfui huic ſententia lata.*

*† Ego Tranſmundus de Caſtello Vetulo interfui huic ſententię latę.*

*† Ego Robertus Lemoſinarius interfui huic ſententię latę. Ego qui ſupra Robertus Notarius, qui hanc ſententiam ſcripſi, & ſignum feci, ex mandato domni Roberti Comitis Palatini magiſtri Juſtitiarii.*

Bernardus, & Rogerius Domini Montis millii, ſi quid cauſæ ſibi ipſis eſſet cum eccleſia S. Petri de Avellana coram Abbate Caſſinenſi experturos promiſerunt, & quod in ipſa curia fuerit judicatum obſervaturos.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab incarnatione ejus milleſimo centeſimo actageſimo quarto decimo anno regni domni Willelmi ſecundi glorioſiſſimi regis, menſe Aprilis viceſima nona die ejuſdem menſis, indictione tertia decima. Nos Berardus, & Rogerius nepos ejus Domini de Monte Millulo per hoc ſcriptum profitemur homines de terra S. Petri de Avellana moviſſe querelam adverſus nos, quod quoſdam ex eis in pace domni regis cœpiſſemus, & verberaſſemus, & in vinculis tenuiſſemus, & animalia, & res eorum depredaſſemus, & per homines noſtros omnia ſupraſcripta ipſis fieri feciſſemus, & quod ſape eciam cum armis in terram S. Petri ad omnia ſupraſcripta facienda equitaſſemus. De quibus omnibus querelis vocati fueramus ad juſticiam faciendam in curiam Domini Comitis Tancredi Magiſtri Juſticiarii. Volentes ergo evitare ne in pradictam curiam traheremur ad reſpondendum de dictis querelis ad talem cum domino Petro Dei gratia venerabili Caſſinenſi Abbate, & cum ipſis hominibus convenienciam devenimus. Quod ego qui ſupra Berardus, & ego, qui ſupra Rogerius pro parte, & vice mea, & Henrici fratris mei bona, & ſpontanea noſtra voluntate promiſimus reſtituere omnes res ablatas a nobis, vel hominibus noſtris, quibuſcumque hominibus terra S. Petri a tribus menſibus retro, uſque nunc, & ſi qua promiſimus ſpecialiter nos reddituros de his, qua fuerant oblata predictis hominibus ante iſtos tres menſes, promiſimus etiam quod de catero ſupraſcriptas injurias, & moleſtias, vel eis ſimiles in terra S. Petri, vel homines ejus nullo modo faciemus, nec fieri ab hominibus noſtris permictemus, immo libere, & quiete ipſam eccleſiam, & terram ejus, homines, & res eorum ſine moleſtia, & inquietatione dimittemus, excepto ſi quas condiciones, vel jus aliquod aliquando dixerimus nobis competere in ipſa eccleſia, & inde condencio fuerit inter Prapoſitum, & nos noſtra autoritate nihil inde capiemus, ſed veniemus in curiam Caſſinenſem coram Abbate, qui pro tempore fuerit, & quod in ipſa curia nobis fuerit judicatum obſervabimus. Convenimus praterea, quod nullos ex hominibus terra S. Petri cogemus accipere contra voluntatem eorum Aſas de terra noſtra, ſed ſi qua voluerint ſponte ſua de terra noſtra Aſas recipere, permictemus eis ſine contradictione noſtra, vel hominum noſtrorum, & nihil amplius ab eis exigemus, qui accipiunt ipſas Aſas, niſi tres operas per tres dies, duas ad arandum, & unam ad metendum, & duas piczas, & unam ancam de porco ab eo, qui porcum habet. Si vero porcum non habet addat nobis piczam unam pro anca. A ceteris vero, qui Aſas de terra noſtra nolunt accipere, nihil pœnitus exigemus, hanc convenienciam, ſicut ut ſupra legitur promiſimus nos ſervaturos, & ego qui ſupra Rogerius promiſi me facturum ut Henricus frater meus, & ejus, & noſtri haredes convenienciam iſtam ratam habeamus, & obſervemus. Et ſi aliquando nos, vel noſtri haredes, vel Henricus, & ejus haredes contra convenienciam iſtam venire temptaverimus, quinquaginta uncias auri pradicto venerabili Abbati, & ejus ſucceſſoribus componere obligavimus. Et inſuper convenienciа iſta firma permaneat, & de his omnibus adimplendis, & obſervandis alter noſtrum pro altero viciſſim fidejuximus, & te Leonardum curia notarium, qui interfuiſti, hanc cartam ſcribere rogavimus. Actum in civitate S. Germani.*

Ex originali in Archivo.

*† Ego Berardus de monte Millulo ſignum crucis feci.*

*† Ego Rogerius de monte Millulo interfui. † Ego Berardus Juliani interfui. † Ego Petrus, qui ſupra Judex, & Advocatus Caſſinenſis ſubſcripſi. † Ego Magiſter Bartholomeus, † Ego Magiſter Berengerius de ſancto Germano. † Ego Riccardus de ſancto Germano interfui, & ſubſcripſi.*

Paucos poſt annos, ſc. 1182. Bareſon rex Sardiniæ hoc cœnobio noſtro privilegium conceſſit, quo plurimum ejus regni hiſtoriæ luci afferri poteſt.

Privilegium Bareſonis Sardiniæ Regis.

*In nomine patris, & Filii, & Spiritus ſancti Amen. Peccatorum pondere pragravatis principale reperitur remedium, ut temporale ſubſtantiam Chriſti pauperibus errogare feſtinent. Domino ipſo dicente: Date elimoſinam, & ecce omnia munda ſunt vobis, & iterum: Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, ut cum defeceritis recipiant vos in*

aterna

*æterna tabernacula ; ideoque hanc vocem audiens, ego Paraſon Arborea rex, & judex avi, & patris mei ſequens pro poſſe pia veſtigia, conſentiente uxore mea regina Algaburga, nec non & epiſcopis noſtris Mariniano Zorraki, de Terralba, & Comitano Pais de ala pro redemptione animarum noſtrarum, & parentum noſtrorum, tradimus, donamus, atque concedimus eccleſia S. Benedicti de monte Caſino eccleſiam S. Nicolai de Gurgo cum omnibus pertinentiis ſuis, cum ſervis, & ancillis, terris, vineis cultis, & incultis, ſaltibus, & pratis, & ſilvis, atque piſcationibus, nec non & animalibus, & cum omnibus, qua in cartulis ejuſdem eccleſia ſcripta continentur. Tali pacto, atque conventione, ut duodecim ibidem ad Deo ſerviendum, ſi tamen ſupradicta eccleſia hos ſuſtinere ſine ſui detrimento potuerit, dirigat Monachos, ex quibus tres, vel quatuor ita ſint litterati, ut, ſi neceſſarium fuerit, in Archiepiſcopos, & Epiſcopos poſſint eligi, & etiam regni noſtri negotia, ſive in Romana curia, vel in curia Imperatoris, & ubique valeant tractare; ſi vero tantos ſuſtinere non potuerit predicta eccleſia ſeptem, vel quantos ſecundum conſilium noſtrum viſum fuerit tranſmittat. De qua eccleſia viginti bizantios, & non plus annuatim accipiat eccleſia S. Benedicti montis Caſſini niſi forte aliquod intervenerit eidem eccleſia impedimentum, vel pro curia Romana, vel pro guerra, vel certe pro regis ſui negotio, vel etiam pro comporatione alicujus Terra, mihi autem, vel alicui alteri non liceat aliquomodo ſupradictam S. Nicolai repetere, vel inquietare eccleſiam, ſi ſupradictam tenere voluerint conventionem. Teſtes Marianus Zorracki epiſcopus Terralba, & Comitatus, Pais epiſcopus Ala, & Pontus Curator de Bonorzuli, & Comitanus Fronſacuta Curator de Campitano, & Comitanus de Lacon pedes curator de Valenza, & Conſtantinus Spanus Curator de Fro Doriane, Judex Paraſon de Gallul. Curator de Milli. Orzocho de Lacon filius meus Curator de Gilciber, Orzocor de Lacon Arborikeſus Curator de Barbaria de Meana. Conſtantinus Manca Curator de Mandra Oliſai. Johannes de Vinea Buja Keſorum major cum totis ſuis Sotiis. Petrus Paganus, quamvis indignus Sacerdos, qui hac omnia ſcripſit. Si quis autem contra hanc noſtra donationis cartulam aliquid moliri voluerit, omnipotentis Dei, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, nec non & beata ſemper Virginis Dei genetricis Maria, & omnium celeſtium virtutum, & Sanctorum patriarcharum, & prophetarum, apoſtolorum, evangeliſtarum, diſcipulorum, innocentium, martirum, confeſſorum, atque virginum & omnium incurrant maledictionem electorum Amen. Qui autem huic cartula conſenſerint, & eam confirmaverint, & veram eſſe crediderint, habeant benedictionem Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, nec non & beata ſemper Virginis Dei genetricis Maria, & omnium celeſtium virtutum, & SS. Patriarcharum, & Prophetarum, Apoſtolorum, Evangeliſtarum, Diſcipulorum, Innocentium, Martirum, confeſſorum, atque Virginum & omnium electorum amen. Hac omnia ſunt ordinata & firmata anno milleſimo centeſimo octuageſimo ſecundo.*

Adeſt ſigillum plumbeum.

Cum vero cœnobio ſancti Nicolai de Gurgo ſervos, & ancillas concedat rex Paraſon illud eſt evidens juriſdictionem quoque in eos conceſſam.

Cum an. 1187. Guillelmus II. Terræ ſanctæ expeditionem animo agitans quantum feudatarius quiſque ſervitii militaris impendere Regi deberet inſtituiſſet inquiſitionem, quæ in Archivo regio Syclæ aſſervatur: *Abbas Caſſinenſis* (ut ibi legitur) *obtulit in magna expeditione milites ſexaginta, & ſervientes ducentum.* Ubi advertendum (ut ſupra diximus) oblatos ex liberalitate ab Abbate milites pro pio adeo ſacroque bello, quos aliunde nullo debito dare tenebatur, quod alii feudali jure ſubditi Barones abnuere haud poterant, hincque de ſolo Caſſinenſi Abbate dicitur obtulit. Quam vero magna Abbatis Caſſinenſis oblatio hæc fuerit, ex eo conſtat, quod nulli, aut fere nulli Barones huic æqualem, majoremve militum copiam tribuerint.

Abbas Caſſinēſis pro expeditione Terræ ſãctæ milites libere offert.

Anno inſequenti 1188. die 21. Novembris Clemens III. Roffrido Abbati ampliſſimum privilegium concedit, quo omnia bona, atque oppida cœnobii Caſſinenſis confirmat eodem modo, atque Alexander III. Roffridus electus Caſſini Abbas fuit die 9. Julii hujus anni, præfuitque ad an. 1209. De eodem hoc Roffrido Anonymus Caſſinenſis an. 1189. ita ſcribit: *Wilielmus rex Sicilia ſine liberis, & teſtamento moritur, &c. Roffridus Caſſinenſis Abbas futurorum providus cum vicinis Comitibus, & Baronibus confederatur &c.* Ex hoc vero privilevilegio civibus Pontiſcurvi a Roffrido conceſſo an. 1190. conſtat cœnobio Caſſinenſi oppidum illud adhuc fuiſſe ſubditum.

Clemētis III. Privilegium.

Roffridi Abbatis Privilegium.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno incarnationis ejuſdem milleſimo centeſimo nonageſimo, menſe Februarii vigeſimo ſecundo die ejuſdem menſis indictione octava. Cum honeſtatis ratio exigat, & Monaſtica religionis ordo depoſcat, ut ſubjectis noſtris providere utiliter debeamus, dignum duximus vos homines de Pontecurvo a gravaminibus, quibus laboratis, eripere & in ſtatu bono utpote fideles Caſſinenſis eccleſia collocare. Quapropter nos Roffridus Dei gratia Cardinalis, & Caſſinenſis Abbas precibus veſtris aſſenſum prabentes ad fovendam libertatem veſtram juxta conſuetudinem predeceſſorum noſtrorum de communi conſilio, & voluntate Fratrum noſtrorum, nobiſcum habendo Magiſtrum Bartholomaum judicem, & advocatum Caſſinenſem, rogato quorundam militum noſtrorum de Pontecurvo, vobis omnibus hominibus, Pontecurvi fidelibus monaſterio Caſſinenſi, & noſtris praſentibus, & futuris, tam clericis, quam laicis per hoc preſens ſcriptum ſubſcripta Capitula indulgemus videlicet; ut tenimenta, qua ſunt ſine ſervitio, libere vendantur, & dentur, tenimenta libere comparata libere vendantur, & dentur. Tenimenta, qua ſunt de ſervitio vendantur, & dentur ſalvo ſervitio, & in noſtro dominio. Menſura vini, & frumenti tollantur ad eam menſuram, quam in eodem caſtro ſtatuit bona memoria Abbas Raynaldus pradeceſſor noſter. Nemo ſolvat penam pro foris facto Domini ſui. Nullus pignoretur pro Domino ſuo, ſi ipſe Dominus eſt fidejuſſor, aut debitor alicui. Nullus militum verberet hominem alterius, pro eo quod ipſe verberavit hominem ſuum. Nullus militum aliquem de populo audeat verberare, niſi evidens culpa preceſſerit. Sed neque aliquem exuere clamyde, niſi ſit illi fidejuſſor, & ita ſit pauper, quod res non habeat alias, quas*



Digitized by Google

capere poſſit. Ut nullus militum bannum ponat ſuper hominem Suum, quod ſi poſuerit, irritum ſit, & vanum. Si quis non habet legitimos, filios, inſtituat ſibi heredem de hominibus S. Benedicti quem vult, ſalvo ſervitio Domini ſui. Nulli liceat arbores alterius incidere violenter, neque fructus arborum, vel Hortorum capere, neque paleas Tuguriorum, Bannum pro utilitate terra ſtatuat curia noſtra de Pontecurvo praſentibus aliquibus de militibus, & de popularibus, & teneatur ab omnibus. Si quis violenter corruperit aliquam fœminam ſuam, aut acceſſerit ad uxorem hominis ſui, perdat dominium illius hominis. Si quis poſuerit hominem ſuum fidejuſſorem, & permiſerit eum incurrere, cogatur Dominus ſolvere debitum, & ipſe homo non cogatur de cetero fidejubere pro Domino ſuo. Inteſtatis defunctis propinquiores ſuccedant ſalvo ſervitio Domini ſui. Nullus capiatur ſine judicio. Qui foris facit unam tantum penam componat; mulieribus liceat ire in mundium cujuſcumque voluerint. Hominibus tamen S. Benedicti, mortuis viris ſuis niſi mundium ejus debeatur ex lege alicui certa perſona. Frumentum, vinum, & merces ſuas unicuique vendere, & dare liceat, ubi voluerit, niſi emergente neceſſitate. Tunc curia bannum mittat, ut in ipſo caſtello res ipſe vendantur. Si vir judicatus fuerit perdere omnia ſua, res uxoris ſua non capiantur. Pro banno res mulieris capi poſſunt preter lectum, ſalutes inter omnes Fratres dent illas conditionales, quas dedit pater pro uno eorum, ceteri dent pro ſe quales voluerint. Si aliquis ſine herede deceſſerit, illi qui ſuccedunt, ex lege in tenimento ejus non teneantur pro eo dare ſalutes. Servitium tamen, & redditus qui debentur ex tenimento faciant Domino defuncti. Nullus veſtrum ducatur ad juſtitiam faciendam, extra terram veſtram niſi forte per rectorem Pontiſcurvi juſtitiam facere noluerit, vel ſi, quod abſit, contra fidelitatem S. Benedicti, & noſtram, ſeu ſucceſſorum noſtrorum fecerit, vel quod ſpectet ad injuriam noſtram, vel Fratrum noſtrorum. Nullus veſtrum adjutorium, aut generale datum dare cogatur. Nullus det adjutorium Domino ſuo pro milite faciendo, neque pro filiabus, vel ſororibus maritandis, vel nepotibus, neque pro alia qualibet cauſa. Si de tenimento, quod eſt de ſervitio tantum diſtractum, vel venditum fuerit, quod Dominus tenimenti ſervitium conditionale non poſſit inde habere, capiat ipſe Dominus de venditis, vel diſtractis ſolummodo quantum viſum fuerit habere ſervitium, & incipiat capere a tenimentis ultimo venditis, vel diſtractis; concedimus vobis juſpatronatus in eccleſiis ſecundum veterem conſuetudinem. Inſuper concedimus vobis honores, & facultates, piſcationes, & venationes, & omnes bonas conſuetudines, & juſtas, & omnes alias libertates, quas anteceſſores veſtri habuerunt a tempore dñi Gualgani Rodelli uſque ad tempus ſupraſcripti Abbatis Raynaldi de Colemento, & eas quas nunc habetis, & habere judicem, & notarium & Vicecomitem de terra veſtra, ſupradicta vero capitula qua vobis ſupraſcriptis hominibus de Pontecurvo fidelibus noſtris indulximus, qua tam a nobis, quam a ſucceſſoribus noſtris obſervari volumus, firmiter inhibemus, ut nullus Rectorum, quos per nos, vel ſucceſſores noſtros Caſſinenſe cœnobium vobis regendis praficiet, contra hujus conceſſionis chartam veniat. Interdicimus etiam militibus noſtris de Pontecurvo, ne adverſus hujus benignitatis noſtra donum venire preſumant. Quicumque enim preſentis conceſſionis chartam obſervaverit, noſtram habebit gratiam, & bonam voluntatem; qui vero contrafacere preſumſerit, indignationem noſtram, & ſucceſſorum noſtrorum incurrat. Unde obligamus nos, & poſteros noſtros, & partem noſtri monaſterii vobis qui ſupra omnibus de Pontecurvo, clericis, & laicis tam preſentibus, quam futuris hujus noſtra indulgentia, & conceſſionis chartam ſervare, defendere, & anteſtare amodo, & ſemper ab omnibus, omnibuſque partibus, & taliter nos, qui ſupra Roffridus, Dei gratia, Cardinalis, & Caſſinenſis Abbas, de Fratrum noſtrorum conſenſu, nobiſcum habendo ſupraſcriptum judicem advocatum, qualiter nobis congruum fuit, fecimus, & tibi H. noſtro, & civitatis S. Germani publico notario hujus noſtra conceſſionis indulgentia chartam ſcribere juſſimus. Actum in eadem civitate S. Germani. Nos Roffridus Dei gratia, Cardinalis, & Caſſinenſis Abbas. Ego Fr. Adnulphus Caſſinenſis Decanus. Ego Fr. Oddo Diaconus, & Monachus. Ego Frater Petrus Comes Caſſinenſis Camerarius, Ego Fr. Gregorius Diaconus, & Monachus. Ego Frater Theodorus ſubdiaconus, & Monachus. Ego Guiglielmus Judex, Ego Littefridus de Judic. Ego Euſtaſius de Fo Pot. Ego Majel de Roberto. Ego David. Ego Euſtaſius Junior. Ego Guido de Landmar. Ego Ray. de Barthol. Ego Riccardus ex Rodulfo. Ego Roggerius. Ego Milittus. Ego Johannes de Guillelmo. Ego Baro de Landmar. Ego Landulfus de Caſſaro. Ego Jo. de Ado Jaceni Petri. Ego Berar. de Fontana. Ego Landenulfus. Deſumpſimus hoc privilegium ex Cod. bibliothecæ noſtræ mſ. ſignato n. 468.

Anno inſequenti 1191. Richardus a S. Germano de Tancredo Siciliæ rege diſſerens ait: *Et tunc roccam Bantra, & roccam Guilielmi Roffrido Caſſinenſi Abbati aſſignari mandavit, quarum alteram ſcilicet roccam Guilielmi, ipſe Abbas dedit cuidam Roberto de Apolita, cum quo de ſorore ſua contraxit, quam Herveo filio ipſius nobilis in conjugem tradidit, & reliquam, ſcilicet roccam Bantra, ad opus retinuit monaſterii Caſſinenſis, ponens in ea cuſtodem quemdam militem Petrum de Aymon conſubrinum ſuum*. Tancredus aſſentiente Clemente III. Siciliæ rex evaſit an. 1190., ut aſſerunt Anonymus Caſſinenſis, & Richardus a S. Germano, qui eo anno in vivis erat, Baronius, Pagius, aliique. Cum filius naturalis Rogerii Ducis, & Rogerii regis nepos eſſet aliiſque regni juribus ſuccedere contendit Conſtantia Rogerii regis filia, quæ ab an. 1186. nuptum Henrico VI. Germaniæ regi data fuerat a Guillelmo II. rege, cujus juſſu teſte Richardo in Prologo; *Omnes regni Comites Sacramentum praſtiterunt, quod ſi regem ipſum abſque liberis mori contingeret, amodo de facto regni tamquam fideles ipſi ſua amita tenerentur & dicto regi Alamannia viro, ejus*. Id etiam aſſerit Anonymus Caſſinen. an. 1190., aliique a Pagio allati, an. 1189. nu. 10. & an. 1190. num. 21. & ſeqq. Hinc Regnicolæ duas in factiones diviſi, quarum una Tancredo, altera Conſtantiæ favebant. Cum vero pro Conſtantia ſtarent Caſſinates, Acerræ Comes Tancredi levir, *terram S. Benedicti aggreditur*, nempe oppida Abbatiæ Caſſinenſis teſte Anonymo an. 1190.

Geſta Tancredi regis quod ad Caſſinates.

Hen-

Digitized by Google

Henrici Imperatoris in Caſſinum adventus.

Henricus itaque die 15. Aprilis an. 1191., quo ſecunda Paſchæ feſtivitas occurrit Imperator una cum Conſtantia conjuge a Celeſtino III. inauguratus *una cum ſupradicta Conſtantia Imperatrice*, (verba ſunt Anonymi Caſſinenſis) *per Campaniam deſcendens in regnum, roccam arcis violento capit inſultu &c. Abbate Roffredo apud montem Caſſinum ad mortem pene infirmato habito tractatu inter legatos Imperatoris, & conventum Caſſinenſem, qui multum Imperatori favebat, vocati ſunt homines S. Germani, & ibi de mandato Decani, & conventus juraverunt Imperatori. Imperatrix primum recta via poſt Imperatorem per Soram, & Atinum Caſſinum veniunt. Conventus eis jurat, Abbas minime, ſed obſides dat.*

Poſt narratam vero incaſſum tentatam ab Imperatore Neapolitanam obſidionem ſubdit: *Per Campaniam redit Caſinum &c. captis obſidibus de S. Germano & ſecumducto ſupradicto Abbate, redit in Teutoniam, menſe Septembris &c. Comes Richardus,* (*qui Tancredi partibus favebat*) *recuperata Terra laboris in Venafro Comitem Rogerium Moliſi obſidet, quo ſe redempto ad S. Germanum venit, eumque quorundam civium regi faventium ſcelerata factione obſidet Adenulphus Caſſinenſis Decanus relictus ab Abbate procurator in Caſino ſe recipit, & cum Monachis obſeſſus a Comite viriliter reſiſtit. Comes in Damanium regis capta terra S. Benedicti, redit in Terram laboris menſe Novembri &c.* Richardus vero a S. Germano eodem an. 1191. narratis, quæ proſpere initio Henrico Imperatori evenerant rebus, ſubdit: *Et exinde ſuper Neapolim vadens eam poſita obſidione coarctat, quoad ſiſtentibus ei dictis Comitibus & Baronibus principatus, nec non & Abbate Caſſinenſi prædicto cum viribus ſuis* (& poſt pauca) *ad S. Germannm veniens cum debilitato exercitu ſuo, dictum Caſſinenſem Abbatem toto tunc Conventu ſibi fidelitate preſtante, ſecum in Alemanniam ducit, Gregorio fratre ejus ad majorem ſecuritatem obſido relicto, apud Ducem Spoleti & quibuſdã de melioribus Terræ S. Germani captis obſidibus &c. in Alemanniam remeavit menſe Septembris &c.* Et infra: *Tunc is, quem præfatus ſum, Acerrarum Comes de Neapoli exiens cum Neapolitanis, & aliis undique collectis militibus venit Capuam &c. Tunc etiam Averſam recipit Theanum, & S. Germanum ad regis dicti fidelitatem, & Caſſinum conſcendens vallum monaſterii nullo obſtante intravit. Qui cum blande ſatis alloqueretur, Adenulfum Caſertanum Decanum Caſſinenſem, ut illum ad dicti regis fidelitatem converteret, & hoc ab eo precibus obtinere, & promiſſis non poſſet, de loco deſcendit, & abiit, tunc Comitem Moliſii recipit, & ponens in S. Germano, & in S. Angelo Theodiceo Maſnedam,* (ideſt catervam militum præſidiariorum) *quantum poteſt pro dicti regis ſororis ſui ſervitio elaborat.* Vid. Pagi ad eum annum.

Privilegiũ Henrici.

Dum Neapolim obſideret Henricus, ampliſſimum illud Lotharii III. privilegium a nobis memoratum Caſſinatibus confirmavit hoc diplomate cujus apographum in archivo noſtro extat: Originale enim poſtquam, ut dicetur inferius regiæ Cameræ exhibitum fuiſſet anno 1506. amiſſum dolemus. In eo viſa a ſe, ſuiſque Optimatibus fatetur Henricus omnia Caſſinatibus conceſſa ab Imperatoribus privilegia, quæ confirmat, conceditque præterea caſtrum Vairani, & caſtrum Matalone, aliaque plura beneficia gratiaſque elargitur, quæ ibi videre eſt. Hujuſce privilegii autographum anno 1465. præſentatum fuit in magna curia Vicariæ, cujus decreto ſolemni ritu apographum extractum. Modus apographa extrahendi lectu haud eſt indignus, quare illum hic adducemus.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti amen. Anno a nativitate ejuſdem milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quinto, regnante Sereniſſimo & illmõ D. noſtro, D. Ferdinando, Dei gratia, rege Siciliæ, Jeruſalem, & Ungariæ, regnorum vero ejus anno octavo, feliciter, amen, die penultimo menſis Julii, tertiedecimæ indictionis, Neapoli. Nos Antonellus de Angelo de Neapoli, ad contractus Judex; Vinciguerra Mazarocto de Mercugſyano, Civis, & habitator Neapolis publicus ubilibet per totum regnum Siciliæ regia auctoritate notarius, & teſtes infraſcripti ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati. Preſenti ſcripto publico declaramus, notum facimus, & teſtamur, quod prædicto die nobis prefatis judice, notario, & teſtibus ſubſcriptis perſonaliter exiſtentibus in quodam hoſpitio Magnæ curiæ Vicariæ, ſito, & poſito in platea S. Georgii Majoris civitatis Neapolis juxta bona nobilis, & egregii viri Perri loiſii Riccii de Neapoli juxta bona monaſterii Cavenſis, juxta vias publicas a duabus partibus, & alios confines, in quo quidem hoſpitio ipſa magna curia Vicariæ ad preſens regitur, & exiſtentibus nobis ibidem coram Magnifico Viro D. Nicolao de Porcinariis de Aquila milite, V. J. D. comite Palatino regio Conſiliario, Regente Magnam curiam Vicariæ excellentis D. Magiſtri Juſtitiarii regni Siciliæ, & in ipſa Magna curia locumtenente nec non D. Franciſco de Punteptis de Florentia, & D. Mariano de Adam de Theramo legum doctoribus dictæ magnæ curiæ judicibus pro tribunali ſedentibus, & magnam curiam ſupradictam regentibus, ſingulis, & unicuique conquerenti juſtitiam miniſtrando, prout ad uniuſcujuſque ipſorum ſpectavit, & ſpectat officium, una cum Jacobo de Tappo de Neapoli, Notario Nicolao Marino de Mercurio, Notario Johanne de Rotundis, Notario Marino Enta de Caſtro forti, & me prædicto Notario Vinciguerra Actorum Magiſtris M. Curiæ ſupradictæ, & aliis Officialibus ipſius magnæ curiæ comparuit coram dictis D. Regente judicibus, actorum magiſtris, & aliis officialibus magnæ curiæ ſupradictæ pro tribunali ſedentibus, & ipſam magnam curiam ut ſupra regentibus, nobilis vir notarius Johannes de litterelio de Neapoli procurator, & internuntius, ut aſſeruit venerabilis monaſterii Caſſinenſis, & eiſdem D. Regenti, judicibus, & aliis Officialibus ſupradictis, & etiam coram eis exhibuit, produxit, & preſentavit quoddam Privilegium in carta de pergameno ſcriptum, & magno pendenti ſigillo in cera ſigillatum tenoris, & continentiæ ſubſequentis.*

*In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Heinricus ſextus, divina favente clementia, Romanorum Imperator, & ſemper auguſtus. Imperatoriæ celſitudinis noſtræ decet ſolertiam præcipuam in agendis noſtris eccleſiarum curam gerere, earumque jura, & & libertatem, quæ a predeceſſoribus noſtris Romæ Imperatoribus, ſeu regibus divis auguſtis ipſis*

pio collata ſunt protectionis, & confirmationis noſtræ munimine eis conſervare illibata. Quapropter cognoſcat univerſorum imperii noſtri fidelium tam preſens ætas, quam ſucceſſura poſteritas, quod cum nos, pro obtinendo regno Siciliæ, & Apuliæ, quod tum antiquo jure imperii, tum ex hereditate illuſtris conſortis noſtræ Conſtantiæ Romæ imperatricis auguſtæ ad imperium deveniatur, exercitum noſtrum ad eccleſiam Caſſinenſem uſque produxiſſemus, recepta in poteſtatem noſtra eccleſia Caſſinenſi cum univerſis Caſtris, & terris ſuis a divis Romæ Imperatoribus, & regibus, & ſpecialiter aglorioſiſſimo Lothario Romæ imperatore auguſto, eandem eccleſiam Caſſinenſem in multis invenerimus privilegiatam. Ea igitur, quæ ex tenore privilegiorum & præcipue ex divali pagina Lothari divi Auguſti nobis, & univerſis principibus noſtris fuerunt demonſtrata imperiali clementia confirmanda duximus, & ad poſterorum notitiam tranſmictenda; hic erat tenor privilegii Lotharii Romæ Imperatoris. Cum omnis eccleſia ab omni condicionali, ſeu ſervili nexu ſit libera ſpecialius tamen poſt ſedis Romanæ dignitatem Caſſinenſis eccleſia principatum optinet, quæ per patrem Benedictum, & ſanctæ regulæ deſcriptionem, & precioſi ejus corporis ſepulturam Monaſticæ diſciplinæ caput eſſe meruit, quamque etiam omnes prædeceſſores noſtri Romani ſcilicet Imperatores ſuam ſpecialem cameram habuerunt, libertatis debet inſigni potiri proinde omnium fidelium noſtrorum tam futurorum, quam preſentium noverit induſtria, quod nos ab expeditione Apuliæ ad Caſſinenſem eccleſiam tanquam ad noſtram declinantes cameram male eam ordinatam invenimus, propter invaſionem cujuſdam Raynaldi, qui ſub falſa Abbatis electione eam ſibi uſurpare auſus fuit, quo canonica examinatione remota ex conſilio Archiepiſcoporum, & epiſcoporum, & aliorum religioſorum ſubſtituimus in eadem eccleſia venerabilem Abbatem Stabulenſis eccleſiæ nomine Guibaldum virum curiæ noſtræ acceptum, & moribus, & ſcientia non modice compoſitum, & informatum. In hujus ſubſtitutione non parum laborabat Romanus Pontifex Innocentius ſecundus, quomodo hanc eccleſiam tamquam ſui juris eſſet, ad ſuum ordinaret arbitrium. Tandem multa altercacione habita victus privilegiis Apoſtolicorum, & Imperatorum, hujus eccleſiæ diſpenſationem, & ordinationem noſtri, noſtrorumque ſucceſſorum juris eſſe conceſſit, & affirmavit, ſolamque Abbatis conſecrationem ex conceſſione anteceſſorum noſtrorum Imperatorum obtinuit, & unum prandium, quod in eundo ad Beneventum, & in redeundo ipſi debetur. Hanc itaque eccleſiam cum omnibus pertinentiis ſuis debita tuitionis noſtræ diligentia amplectentes, concedimus, & confirmamus ipſi ex integro omnia, quæ ab anteceſſaribus noſtris Imperatoribus ipſi conceſſa ſunt, & confirmata infra hos fines ſcilicet infra flumen Carnellum, & finem, qui vadit per bantram, uſque ad rivum ſiccum aſcendentem uſque ad eccleſiam S. Martini, & ſicut pergit per criſtam S. Petri. A ſecunda parte eſt finis per Serram de Monte Ciſino, & ſicut pergit per Serram de monte Aquilone, uſque ad Lacum de Pupplo, & quomodo pergit ad Lacum Vitecuſum, & vadit recte ad Aquam fundatam, & ſalit ſupra montem ſupra caſale, & pervenit ad fluvium rapidum, & vadit per Serram de monte Caballo, uſque in Lacum Venafranum, & per Serram de monte Rendenariæ majoris, & inde per Serras montium in Rendenariam minorem. Inde directe vadit per pedes montium, qui dicuntur Friſelona, & vadit in lacum Comminenſem uſque in capite Mellarini, & pergit in locum, qui dicitur Anglone, & aſcendit ad Furcam de Valleluci, & pergit per Serram de Petra ſcripta uſque ad Serram montis Vitecoſi, * & pergit per peſclora Falconarii, & — * Ordicoſi.
pervenit ad montes ſpinacium, & porcacium, & vadit ad cacumen montis qui dicitur Caria, & pergit ad petram ſuper aquam Vivolam, & aſcendit ad collem Gibboroſi. De tertia parte finis, qui deſcendit in querquetulo, & in Foſſato juxta ſanctum Damaſum, & vadit directe in Silicem, & ad arcum Gevoli * & pergit ad lacum Rugeprandi, & in Farnetum, & per caput rivuli Marocce, ſicut deſcendit in fluvium Carnellum & aſcendit per eundem fluvium ad aquam quæ dicitur Coſa, & ſalit per montem S. Donati. — * Gizzoli.
De quarta parte finis media Serra S. Donati, & deſcendit per Monticellos de Marri, uſque ad Peſclos, qui ſunt ad pedes montis de Balbula, & ſicut vadit per duos Leones, & inde ſalit per Serram ſuper caſale, & deſcendit per ipſum montem, uſque ad Villam de Gariliano, uſque ad criptam Imperatoris, & aſcendit per eundem fluvium, uſque ad priores fines. Inſuper etiam imperiali noſtra auctoritate confirmamus quidquid a tempore Juſtiniani imperatoris eidem loco oblata, vel conceſſa ſunt infra omnes fines Romani imperii. In primis Monaſterium Domini Salvatoris poſitum ad pedem Caſſini montis, S. Mariæ in Plumbarola, in Comitatu Aquinenſi eccleſiam S. Mauri cum villa Euchbería, S. Gregorii, S. Mauritii, S. Pauli, S. Conſtantii, S. Chriſtofari, S. Nicolai, S. Barbaræ, S. Mariæ, S. Laurentii, S. Felicis & S. Martini. In Sueſſa, S. Benedicti, S. Nicolai in Lauriano, cum portu Trajectenſi, & Vulturnenſi, S. Benedicti, & S. Leonis. In Theano, S. Benedicti, S. Scolaſticæ, Curtem S. Felicis, S. Hypoliti, S. Silveſtri, S. Andreæ, S. Benedicti in Rota, S. Reparatæ, S. Pauli, S. Nicandri. In Calvo Villam S. Agapiti, S. Mariæ, S. Petri, & S. Marci. In Capua monaſterium S. Benedicti, S. Mariæ ancillarum Dei, S. Johannis, S. Angeli ad Formas, S. Rufi, S. Benedicti Pizuli, S. Angeli ad Odaldiſcos, S. Benedicti in Caſa gentiana, S. Mauri in Caſale, S. Scholaſticæ in Selice, S. Nazarii, S. Benedicti in Anglena, S. Viti in Monte S. Agathæ, S. Germani in Capua vetere, S. Eraſmi foris portam, S. Petri in Scaphati. In Caleno S. Anaſtaſiæ, S. Nicolai, S. Mauri, in monte Draconis S. Benedicti in Cilicia. In Aliſis S. Mariæ in Cingula cum caſtellis, & pertinenciis ſuis, S. Nicandri. S. Benedicti in Gualdo Erimonio, S. Petri, S. Felicis in Alalama, S. Euſebii ibidem, S. Angeli in Cervario, S. Petri in Ceceſi, Sanctorum ſeptem Fratrum, S. Viti in Gittorini, * S. Mariæ in Pavanello, * S. Angeli in monte, S. Viti, S. Martini, & S. Secundini ad Vulturnum, S. Petri in Lauri, S. Johannis ad Aquam vivam, S. Petri in Aylane, S. Severiani in Cervaro, S. Petri in Prato, S. Petri in Saba, S. Angeli ad centum claves, S. Potiti, S. Angeli, S. Adjutoris, S. Benedicti, & S. Viti in Riſpici. In Benevento cellam S. Sophiæ, S. Modeſti, S. Benedicti ad portam Ruſinam, S. Nicolai in civitate nova, S. Nicolai in Petra Pedicina, S.

* Gattocini.
* Patianello.

Ni-

Digitized by Google

Nicolai in Redenandi, S. Mariæ Rotunda, S. Benedicti in Pantano, S. Benedicti in Petra Pedicina, S. Georgii in Fenuculo, S. Joannis in Turlecuſo, S. Petri in Roſſano, S. Angeli in Capraria, S. Januarii, S. Martini, S. Dioniſii, & S. Anaſtaſiæ in Ponte, S. Mariæ in Trinio; In Troja S. Angeli, S. Nicandri, S. Thomæ, S. Bartholomei, S. Juſtæ, S. Nicolai. Caſtellone S. Angeli in Marrone. In Larino S. Benedicti, S. Germani, S. Laurentii, S. Benedicti in Pectinali, S. Mariæ in Murrone, S. Mariæ in caſale plano, S. Mariæ in plano. Medietatem caſtri Serræ, S. Nicolai, S. Columbæ, S. Petri, & S. Terentiani. In Leſina totam Piſcariam cum eccleſia S. Focati, S. Benedicti, S. Martini, & S. Petri. In caſtro Lemuſano S. Illuminatæ, S. Benedicti, S. Petri, S. Mariæ in Maclabona, S. Nicolai in Draconara. In Termolis S. Trinitatis, s. Georgii, s. Petri in Pecoraria, s. Benedicti, & s. Nicolai. In Aſculo s. Benedicti, s. Salvatoris, s. Petri in Deniciano, s. Laurentii in Tribiliano, s. Ruſtici in Pomonte, s. Johannis in Octavo, s. Euſtaſii in Pantaſia, s. Euſtaſii in Petra abundanti, s. Euſtaſii in Vipera, s. Felicis, s. Pauli, & s. Helenæ in Thona. In Neapoli s. Dimitrii, & s. Ceciliæ. In Surrento s. Severi. In Amalfi s. Mariæ, s. Nicolai in Vallenula, & s. Crucis. In monte s. Angeli eccleſiam, s. Vigilii, s. Benedicti, s. Altiſſimi, s. Nicolai, s. Martini de Silva, s. Lucæ, s. Viti. In Seponto s. Benedicti, & s. Mariæ in Calena cum pertinentiis ſuis. In Canuſia s. Potiti, s. Benedicti, s. Salvatoris. In Stranguiniano s. Mariæ in Milazano, s. Salvatoris in Minorbino, s. Benedicti in Bari, s. Petri in Tarento, s. Benedicti in Trani, s. Mariæ in Tremiti cum ipſis inſulis; In Calabria s. Anaſtaſiæ, s. Mariæ in Tropea, s. Nicolai in Salectano, caſtrum Cetrariæ, s. Petri, & s. Dimitrii in Ferulito. In Coſentia s. Martini, s. Petri, s. Gregorii, s. Nicolai, s. Agathæ. In Tharſia s. Martini. In Caſtro s. Marci, in Sicilia terras juxta fluvium plati platamero, & Meſſanæ terras quas Tertullus s. Benedicto dedit, cum decem, & octo curtibus ſuis, ſcilicet in Acio juxta civitatem Catanenſium, in Agrigento, in Siracuſa, in Drepanis, in aquis ſegeſtianis, in Sounco, in Termis, in Parthenico, in Icara, in Cephalodo, in Aleſo in Galeate, in Acaliate, in Agantino, in Tindare, & Portum Panormitanum, & meſſanum. In Aretia cella s. Benedicti, s. Benedicti, & s. Ambroſii in Crema, s. Benedicti in Adili, s. Martini in Strata Petroſa, s. Joannis in Fraxenetula, s. Domnini in Argile, s. Vitalis in Caldalaria, s. Mariæ in Laurentiatico, s. Benedicti juxta fluvium padum, s. Silveſtri in Piſa, s. Georgii in Lucca, s. Nazarii, s. Matthæi, s. Martini In Spoleto Cellam s. Salvatoris, s. Joannis, & Pauli, s. Martini, s. Petri in Monte Scopulo, s. Mariæ, & s. Agnelli in Ceſos, s. Luciæ in Arvo, s. Nicolai in Gnaytanello, *s. Paſtoris in Tyberi, s. Benedicti in Sublacu. In urbe Roma Templum Palladis, s. Benedicti, s. Columbani, s. Martini, s. Nicolai in Foſſa, s. Benedicti in Albano, in Tuſculano. s. Agathæ, s. Jeruſalem, s. Mariæ in Vineis, s. Angeli, & s. Luciæ in Algido, s. Petri, s. Salvatoris, s. Petri in Plegi, s. Felicitatis, & s. Antonii in monte Porculo, s. Valentini, s. Zotici in Ferentino, s. Moyſi, & s. Nicolai in Turrici, s. Mariæ, & s. Stephani in Verulis, s. Mariæ, s. Pauli, s. Archangeli, s. Quinciani in Babucco, s. Petri, s. Angeli, & s. Martini in Moralo, s. Angeli in Cannutio, s. Petri in Aſcluta, s. Blaſii in Ciprano, s. Petri in Fabratera, In Comino s. Valentiani, *s. Petri, s. Pauli, s. Angeli, s. Georgii s. Felicis, s. Salvatoris, s. Martini, s. Urbani, s. Trinitatis, s. Felicis, s. Angeli in Pratora, s. Mariæ in Gallinario, s. Victorini, s. Benedicti in Vacalbo, *s. Vincentii, s. Salvatoris in Sclavi, s. Martini, s. Heraſmi, s. Nazarii, s. Angeli, & s. Mariæ in Petra Maſculina, s. Germani, s. Benedicti, s. Nazarii in Sora, s. Martyni, & s. Bartholomæi in Arci, s. Silveſtri, s. Martini, & s. Luciæ in Arpino, s. Benedicti in Colle Inſulæ, s. Benedicti in Paſcuſano, s. Petri in Morini, & s. Benedicti in Civitella, s. Luciæ in Rendenara, s. Nicolai, s. Stephani in Rivovivo, & s. Reſtitutæ & s. Mariæ in Morrey, s. Mariæ in Collelongo, s. Mariæ in Lucho, s. Mariæ in Ruſcolu, s. Martini in Ceſe, s. Eraſmi, s. Angeli, s. Donati in Pomperano, s. Patris, & s. Donati ad Formas, s. Angeli in Bituri-to, s. Victorini in Celano cum toto eodem monte, s. Mariæ in Auretino, s. Gregorii in Paterno, s. Mariæ in Monterone, s. Gregorii in Serviliano, s. Pauli, s. Eutitii in Areſtina, s. Mariæ in Fundo magno, s. Salvatoris in Aveczano, s. Antimi ad Formas, s. Angeli in Albo, s. Coſmæ in Ylareto, s. Benedicti in civitate, s. Mariæ in Valle Merculana, s. Angeli in Caſſoli, s. Sebaſtiani, s. Angeli in Traſaquis, s. Leutitii in Muſcuſi, s. Martini in Sclavi, s. Martini in Filimini, s. Zenonis in Cervario, s. Mariæ in Cellis, s. Angeli, s. Thomæ in Betuge, s. Magni in Caſtuli, s. Felicis in Caruſo, s. Mariæ, & s. Blaſii in Sambuco, s. Patris, & s. Petri in Balba, s. Salvatoris in Barbarano, s. Angeli ad aquam Vivam, s. Angeli ad Floretum s. Liberatoris inter aquas, s. Mariæ in Cartimiano, ſanctæ Felicitatis in Furcone, s. Mariæ in Cerquetas, s. Gregorii, & s. Scholaſticæ in Thabe, s. Salvatoris ibidem, s. Benedicti in Muſcuſo, s. Angeli in Galbanico, s. Nicolai in Angremio, s. Salvatoris in Lucereno, s. Martini in Salino, s. Mariæ in Maurino, s. Columbæ, s. Boniti in Valle s. Salvatoris, in Serubo, s. Nicandri in Trino, s. Felicis in Montano, s. Petri, & s. Ceciliæ in Caſtriniano, s. Benedicti, & s. Felicis inter fluvium s. Thomæ, s. Mariæ in Orbano, in ſtabulo s. Benedicti in Lauriano, s. Felicis in Ruſſule, s. Mariæ, & s. Venantii ad Paternum, s. Martini in Geneſtrula, s. Victoris in Silva plana, s. Benedicti, & s. Scholaſticæ, s. Terentiani, & s Angeli in Baſſano, s. Georgii in Lajano, s. Georgii in Collinæ, s. Felicis ſubveſtigio, s. Pauli in Cicle, s. Felicis in monte Malo, s. Johannis, s. Pauli, s. Johannis in Boſſeca, s. Flaviani in Fonte tecta, s. Nicolai in Sambuceta, s. Joannis in Arſete, s. Angeli in Marano, s. Nicolai in Tutrino, s. Laurentii, & s. Mariæ in Fano, s. Petri in Campo, ſancti Andreæ in Arube, s. Angeli de ſtabulo, s. Angeli in Feltriano, s. Eliæ in Baſſano, s. Petri in Pettinali, s. Silveſtri ad Aquamvivam, s. Savini in Feſtiniano, s. Mariæ in Tuſciano, s. Johannis in Scorpione, s. Victoriæ in Sareca, ſancti Calixti Latojano, s. Antimi in Petiſiano, s. Archangeli in Fauniano, s. Andreæ in Ceſule, s. Benedicti in Trinio, s. Elgidii in Alboreta, s. Joannis in Cir-

* Guitanello.

* Valentini.

* Vicalbo.

*Cirreto, s. Laurentii in Collenori. In Firmo s. Mariæ in fluvio Aſii, s. Benedicti in Ciſino, s. Benedicti in Trunto, s. Benedicti in Sambuceto, s. Michaelis in Torpaliano, s. Mariæ in Carzania, s. Joannis, & s. Marci in Marciano, In Theate Eccleſiam s. Liberatoris, cum ſexaginta cellis ſuis, s. Angeli in monte plano, s. Mariæ in Baccinno, s. Felicis in Paſtoricio, s. Benedicti in Turri, s. viti in Lavinio, s. Eliæ in Sclangario, s. Comitii in Arullo, s. Felicis in Pulverio, s. Calixti, s. Mammetis in Yliano, s. Mariæ, & s. Marci in Ponciano, s. Eleutherii, s. Pauli in Rupe, s. Eraſmi, s. Salvatoris, s. Martini in Cerretu plano, s. Benedicti s. Mariæ, s. Comitii in Orno, s. Calixti, s. Petri in Manlianello, s. Mauri, & s. Renati, in Tarantaliano, s. Calixti, & s. Mariæ in Laento, s. Sabini in Trevanico, s. Salini, & s. Clementis in Plumbata, s. Mariæ in fluvio foro, s. Petri in Villiano, s. Severini, & s. Menne in Ripa, s. Andreæ in Colle de Albe, s. Petri in Ari, s. Angeli in Hortona, s. Crucis in Caſale, s. Pancratii, s. Petri, s. Pauli, s. Teclæ in civitate Teatina, s. Theodori, & s. Salvatoris in Aterno, s. Angeli in Majello, s. Columbæ in Montecle, s. Juſtæ, s. Scholaſticæ in Pinne, s. Angeli, ſanctorum ſeptem Fratrum, s. Petri, s. Januarii, s. Dimitrii, & s. Benedicti juxta fluvium Sanellam, s. Johannis in Veneri cum pertinentiis ſuis. In Trivento s. Mariæ in Baretano, s. Mariæ in Collerotundo, s. Pauli in Petra Corvina, s. Angeli in Barregia, cum cellis, & pertinentiis ſuis, s. Petri in Avellana, s. Petri de Lacu, s. Benedicti, s. Luciæ, s. Mariæ in oppido Baniulo, s. Benedicti, s. Andreæ in Caude, s. Agatæ in Averſa, s. Benedicti, s. Laurentii in Salerno, s. Benedicti, s. Scholaſticæ, s. Salvatoris in Gajeta, s. Eraſmi in Formia, s. Magni in Fundo, s. Eliæ in Ambriſe, s. Mariæ in Amphiteatro, s. Mauri, s. Archangeli, s. Martyni ad Inolæ, s. Egidii, & s. Martini in Tarelle, s. Stephani ſupra Terracinam, s. Andreæ, s. Agathæ, s. Benedicti, & s. Mariæ in Cercejo in Terracina. s. Felicis, & s. Mariæ in Cercejo. In Acerencia eccleſiam s. Mariæ, s. Petri, & s. Domnini in Teleſe, s. Stephani, & s. Eleutherii in Pectorano, s. Benedicti in Pretorio. In Bojano s. Andreæ. In Cantalupo s. Salvatoris & s. Chriſtophori. In caſtro Petroſo s. Juſtæ in Barello, * s. Nazarii,* (* Baranello.) *Villam s. Benedicti. In Venafro, s. Nicolai, ibidem, s. Blaſii, s. Nicolai in Pica, s. Onufrii in monte, s. Petri, & s. Pauli in Foreſta, s. Benedicti in Banianola, s. Mariæ, & s. Luciæ, in Reumatrici, s. Angeli in Merulano, s. Petri in Curuli, s. Joannis in Poto, s. Nicolai in Ciconia, s. Mariæ in Albaneta, s. Angeli in Vallelucis, s. Benedicti in Clia. Item civitatem s Germani, caſtrum Caſſinum, caſtellum s. Angeli, Plumbarola, Pignatarius, Peſmontis, Junctura, s. Ambroſius, s. Apollinarius, s. Georgius, Vallem frigidam, caſtellum s. Andreæ, Vandra plana, Vandra Comitalis, Caſtrum novum, Fracta mortula, Caſafortini, Cucurutium, Caminum, caſale Caſpuli, Conca, Capriata, Sujum, Turris ad mare, Pontemcurvum, s. Stephani, Therame, s. Petri in Flea, s. Victoris, Toroclum Cervarium, s. Eliæ, Acthine, ſeptem Fratrum, caſtrum Foruli, Sclaſinarii, ** (* Sclavi.) *Arpinum, Soram, & Sorellam, Vicum album, Broccum Piciniſci, s. Urbani. Nec non terras, quæ fuerunt Pandulſii Principis intra hos fines, a prima parte finita de comuni, * a ſecunda finita de campania,* (* Comino.) *a tertia finita de Gaeta. A quarta finita ipſius monaſterii, Nec non comitatum Aquinenſem totum, ſicut a Laidulfo principe cum caſtro Arcis manſoni Abbati datum eſt. Caſtrum Pica Roccam ſiccam, caſtrum celi, Vallemrotundam, Saraciniſcum, Cardetum, Aquamfundatam, Vitecuſum. In Pennenſi Comitatum caſtrum de monte Petito, Collis Carelli, Cantalupo, Ambletum, Faraone murro, caſtrum vetus, Arche, Laſteniano, Arctea, Bacucum, Biſſenti. In Abrucio caſtrum Saline, Fanum ſeptem Fratrum. In Firmo caſtrum Carronia, * Morozanum,* (* Carbonis.) *Arboſcla, Lecurianum, Paternum, Marcianum Barbulanum, lo monte Friſa, Mucca, Pomonte, octavum Decinianum, Tribilianum, Callicellum, Cavinum. In Theate caſtrum de manuppello, caſtrum s. Petri, s. Angeli, Vallisplana, caſtrum s. Januarii Lucianum, caſtrum vetus, roccam de magnale Phara majonis, Farabiano, caſtrum de Nigo, * civitatem Taze, caſtrum de* (* Ungo.) *Prato, Geſſi, Civitella, Vallis s. Martini, Lauretum, Laveranum Pollecanti, Collemantum, caſtrum Ceſe collem Majonis, Caſtrinianum, Cerretum. In Comitatu Termulenſi Petra Fracida, Peſcloli, Ripamala, Guardia, Ripa Urſa, monte Bello, Turturicum. In territorio Triventino Pleſclatura; in Comitatu Marſorum Rocca de Luco, Ruſcolum, Metha, Auricula, Foſſaceca, Camerata, Peretum. In Ducatu Spoletano caſtrum s. Johannis, & Pauli. Hæc omnia cum omnibus pertinentiis ſuis, vel quæ deinceps eidem loco donata fuerint, concedimus, cum ſervis, & ancillis mancipiis, cartulatis, oblatis, terris, vineis, ſilvis, montibus, planitiebus, pratis, aquis, aquarumque decurſibus, atque piſcationibus jure perpetuo poſſidenda, quicquid etiam a tempore Juſtiniani Imperatoris, Romani* Pontifices, *Imperatores, Reges, Duces,* Principes, *aliique fideles Caſſinenſi cœnobio donaverunt, aut conceſſerunt, vel commutaverunt, in eodem loco firma permaneant, omni publica exactione remota, ita videlicet, ut nullus judex, aut publicus exactor aut imperialis, aliquo tempore expeditio fodrum, aut tributa, aut fidejuſſores tollendos, aut manciones, vel paratas faciendas exiſtimet, aut homines ipſi monaſterio pertinentes, vel in Terra monaſterii reſidentes diſtringere, perturbare, aut occaſiones inquietandi querere præſumant. Quicquid imperialis fiſcus ex ſupradictis poſſeſſionibus exigere, aut ſperare poterat, pro ſalute animæ noſtræ, noſtrorumq; ſucceſſorum luminaribus ejuſdem eccleſiæ concedimus inviolabiliter poſſidenda.* Prohibemus *etiam ſub atteſtatione imperialis majeſtatis, ne quis pro aliqua qualicumque cauſa fratres ejuſdem cœnobii ad Sacramentum unquam, ſive juramentum compellat. Res immobiles, quæ ab Imperiali dono ad hunc locum pervenerunt, vel perventuræ ſunt, vendi, ſubtrahi, aut alienari nullatenus concedimus.* Pre*cipimus etiam, ut ubicumque repertum fuerit ex rebus ipſius monaſterii vel cellis illicitas, damnoſas, ſeu inutiles conſcriptiones, vel commutationes eſſe factas evacuentur, & ad jus, & poteſtatem monaſterii reſtituantur. Conventum ejuſdem Loci nullus* Archiepiſcopus, *Epiſcopus, Dux, Marchio Comes,* Princeps, *vel alius quilibet niſi ante noſtram, &* Abbatis *præſentiam audeat vocare. Tibi præterea dilectiſ-*

ctiſſime omnium noſtri Imperii perſonarum venerabilis Abbas Guibalde, & per te tuis ſucceſſoribus in perpetuum concedimus, tradimus, & confirmamus, ſecundum decreta Zacharia Papa, caterorumque Romane ſedis Pontificum, & ſecundum ſtatuta Pipini, Caroli, Ludovici, & Octonum, trium Henricorum, & omnium regum, & imperatorum in omni conventu Archiepiſcoporum, epiſcoporum, & principum, ſuperiorem univerſis Abbatibus ſedem. In conciliis, & judiciis, priorem omnibus tui ordinis hominibus proferre ſententiam, pro reverentia tanti loci, quo primum, & ſummum Monaſtica diſciplina latorem vivum, & mortuum retinere promeruit. Unde iterum, & iterum decernimus, & corroboramus, ut ſupradictus locus dignitate, vigore, & honorificentia omnia pracellat monaſteria, qua conſtructa, vel conſtruenda ſunt in toto Orbe terrarum. Ei totius chriſtianitatis Abbates, & monachi honorem, & reverentiam deferant, illic monachici Ordinis ſpeculum, & normam accipiant ubi univerſalis magiſtèr, & doctor Benedictus Pater eamdem deſcribens promulgavit regulam, ubi corporaliter, una cum Sorore ſua quieſcens, glorioſa reſurrectionis diem expectat. Obeunte autem per ſucceſſiones Caſſinenſe Abbate, libere, & canonice de ſuis quem digniorem invenerint, eligant, ſecundum regulam S. Benedicti, moribus, & vita laudabili, integrum, lege divina, & humana inſtructum, nullius ambitionis notatum. Si de ſuis invenire non potuerint, liberam eligendi poteſtatem de quocumque magis placuerit Religioſo cœnobio noſtra conſenſu majeſtatis habeant, electum nobis per ſceptrum inveſtiendum repraſentent, aut per Nuncios ſuos puritatem electionis ſua curia noſtra declarent, ut per nos probata firma, & inconvulſa permaneat ſi nos in expeditione Nuntii invenerint, cappellanis curia noſtra pro hoſpitio juxta morem antiquum jungantur tum demum leti a nobis completo ſuo negotio redeuntes inveſtitum Apoſtolica ſedis ſine omni venalitate, vel alicujus pratii exactione conſecrandum exhibeant; ſi autem, quod abſit in unitatem pure non conveniunt electionis, prohibito malorum conſenſu, Imperator, qui pro tempore fuerit, dignum, & Romano imperio fidelem, abſque cujus libet contradictione, in ſupradicto loco conſtituat Abbatem. De cetero ad removendum omne hujus ſancta eccleſia ſcandalum imperiali noſtra ſancimus auctoritate, ut omnis homo cujuslibet nationis aut conditionis demigrans ad terram beati Benedicti ab omni quorumlibet hominum inquietitudine, vel exactione ſecurus, & liber exiſtat. Si terram alterius q. beati Benedicti poſſidet, de poſſeſſione tantum alterius ei a quo poſſidet reſpondeat. Si vero alterius, aut certe nullius terra poſſeſſor eſt poſſeſſorum tamen terra beati Benedicti libertatem, & ſecuritatem obtineat. Pradicta igitur omnia in privilegio felicis memoria anteceſſoris noſtri Lotharii imperatoris continentur, ſed qm̃. quadam ex ſupradictis locis, ſeu conceſſionibus anteceſſores noſtri, & nominatim reges Sicilia, & Apulia, videlicet Rogerius, Villermus primus, Villermus ſecundus in poteſtate ſua retinuerunt, & nos ſimiliter eadem ad manum noſtram retenturi ſumus: ideo pro ſalute anima noſtra, & pro reverentia beati Confeſſoris Benedicti, pro devotione fidelis, ac dilecti noſtri Roffredi Abbatis, & Cardinalis, & monachorum, damus, atque concedimus in recompenſationem pranominata Abbatia ad utilitatem Conventus caſtrum Vairanum, cum pertinentiis ſuis, caſtrum Matalone cum pertinentiis ſuis, & inſuper centum ſalmas vini, & centum ſalmas frumenti de Demanio noſtro annuatim ſtatuentes, & Imperatoria majeſtatis edicto pracipientes, ut tam de his conceſſionibus, quam de aliis, qua pranominata Abbatia tenet, libere, nullus Abbas, nullaque alia perſona alienationem aliquam facere praſumat. Quod ſi caſu aliquo factum fuerit, volumus, ut ad Imperium libere revertatur quicquid alienatum fuerit, ſive infeudatum, vel damnoſe locatum de pradictis caſtellis noſtra liberalitate conceſſis, ſane quacumque a tempore Lotharii Imperatoris contra ipſius privilegium vel alicujus alterius perſona denominationem, vel conceſſionem de rebus ejuſdem monaſterii, vel cellarum alienata ſunt, vel diſtracta, ſeu commutata caſſamus, & in irritum deducimus, atque ad jus, & poteſtatem monaſterii redire decernimus, nullam dampnoſam conditionem, ſeu impoſitionem contra privilegia, & libertatem pradicti monaſterii, cellarum, & omnium eccleſiarum de cetero permanere volentes, ad hac pracipimus, ut nemo monachum aliquem ſupradicta Abbatia capere, vel fuſtigare, vel injurioſo ledere praſumat. Sed ſi Abbas monachorum aliquem pro culpa aliqua redarguere voluerit, vel caſtigare id faciat ſervata correptione que in regula beati Benedicti continetur. Praterea ea, qua eccleſia S. Angeli de Vallelucis & eccleſia S. Benedicti in Clia, & eccleſia S. Nazarii curia noſtra in Atino annuatim ex mala conſuetudine reddere conſuevit, ex Imperiali dementia pro ſaluto anima noſtra relaxamus, volentes, prędictas eccleſias ab hujuſmodi oneribus eſſe de cetero liberas, & abſolutas. Si quis autem, quod minime credimus, hujus noſtri privilegii violator extiterit, quindecim milia librarum auri puriſſimi, medietatem camerę noſtrę, & medietatem prędicto Abbati, ejuſque ſucceſſoribus ſe compoſiturum recognoſcat. Quod, ut verius reddatur, & ab omnibus diligentius cuſtodiatur, hanc preſentem chartam hujus noſtri ſigilli impreſſione inſigniri juſſimus adhibitis Ydoneis teſtibus, quorum nomina ſunt hęc, Godefridus Patriarcha Aquilegenſis, Philippus Colonienſis Archiepiſcopus Will. Ravennas Archiepiſcopus, Otto Friſingenſis Epiſcopus, Matthęus Capuanus Archiepiſcopus, Bonefatius Novarienſis Epiſcopus. Raynaldus Aquinas Epiſcopus, Heinricus Sueſſanus Epiſcopus, Petrus Theathini Epiſcopus, Falco Averſanus Epiſcopus, Otto Boemorum Dux, Cuonradus Dux de Rotenbeve. frater noſter. Henricus marchio de Romcobue Comes, Rabado de Ortenbuc, Henricus, Frater Ducis Auſtrię Comes, Gerardus de Tollenſtein, Comes Albertus de Bogny, Theothitus Comes de Hoſtadin, Petrus Pręfectus Urbis, Comes Reynaldus Apruſci, Comes Petrus de Celano, Comes Berardus de Laureto, Comes Riccardus de Aquila, Comes Riccardus de Caleno, Comes Willel. de Lauro, Comes Rogerius de Moliſio, Heinricus Teſta mareſcalcus, Robertus de Durne, Craſt. de buo, Risbo., & alii quamplures.

Signum domini Henrici ſexti Romanorum imperatoris invictiſſimi.

Ego

Digitized by Google



Ego Vithorus imperialis aulæ Archiepiſcopus, & totius Ytaliæ Cancellarius vice Domini Philippi Colonienſis Archicancellarii recognovi. Acta ſunt hæc anno Domini MCXCI. indictione VIIII. regnante domino Henrico ſexto Romæ imperatore glorioſiſſimo anno regni ejus XXII., imperii primo.

Datum Acerris per manus Heinrici prothonotarii XII. Kal. Junii. Quo quidem privilegio coram præfatis domino Regente, judicibus, actorum Magiſtris, & aliis Officialibus magnæ curiæ ſupradictæ, ut prædicitur, preſentato præfatus Notarius Joannes procurator, & internuntius, ut ſupra, nos præfatos Judicem, Notarium, & teſtes ex regia parte requiſivit & ex ſuo quo ſupra nomine rogavit actentius noſtrum ſuper hoc officium, quod eſt publicum implorando, ut dictum privilegium ad cartulam, & pro cautela dicti monaſterii, & aliorum, quorum, & cujus inde intereſt, & intereſſe poterit in futurum cum decreto, & auctoritate magnæ curiæ ſupradictæ, authenticare, exemplare, & in preſentem publicam formam redigere deberemus, ut ubi quotiens, & quando, ac coram quibus opus eſſet de dicto Privilegio in judicio, & extra poſſit, & valeat exinde fieri plena fides, dubitans ne dictum originale privilegium caſualiter perderetur, & amitteretur. Cujus quidem Notarii Johannis quo ſupra nomine requiſitioni, & precibus annuentes, conſiderantesque, quod officium noſtrum publicum eſt illudque de jure nemini denegare poſſumus, nec debemus, & dictus Johannes, quo ſupra nomine, juſta petebat, & juſta petentibus non eſt denegandus aſſenſus, præſertim in hiis, quæ honeſtatem ſapiunt, & requirunt. Idcirco prædicto die penultimo dicti menſis Julii dicti anni tertiadecimæ indictionis, de voluntate conſcientia, beneplacito, & mandato, ac decreto dictorũ dominorum locumtenentis, & judicum dictæ magnæ curiæ, ac preſentia dictorum Magiſtrorum, Actorum, & aliorum Officialium Magnæ curiæ ſupradictæ dictum privilegium autenticavimus, exemplavimus, tranſumptavimus, & in preſentem publicam formam redegimus de verbo ad verbum, prout in dicto originali privilegio continetur, nihil addito, vel mutato ipſis domino Regente, judicibus, Actorum Magiſtris, & aliis Officialibus dictæ Magnæ curiæ præſentibus, pro tribunali ſedentibus, & dictam Magnam curiam regentibus, ac ſupra prædictis auctoritatem judiciariam pariter, & decretum interponentibus, prefatum privilegium authenticandi. In cujus rei teſtimonium, & dicti monaſterii, ac omnium, & ſingulorum aliorum, quorum, & cujus inde intereſt, & intereſſe poterit quomodolibet in futurum certitudinem, & cautelam, ac plenam fidem, factum eſt exinde de premiſſis hoc præſens publicum inſtrumentum per manus mei Notarii ſupradicti ſigno meo ſolito ſignatum, ſubſcriptione mei qui ſupra judicis, & ſubſcriptorum teſtium ſubſcriptionibus roboratum, quod ſcripſi ego præfatus Vinciguerra publicus, ut ſupra Notarius, qui premiſſis omnibus, & eorum ſingulis vocatus, & rogatus interfui, ipſumque meo conſueto ſigno ſignavi, ac abraſi, & emendavi ſuperius in uno loco ubi legitur. Archiepiſcopus & totius Italiæ Cancellarius, quod accidit non vitio, ſed errore. Signum Notarii, V. M.

✠ Ego Antonellus de Angelo de Neapoli, qui ſupra Judex ad contractus me ſubſcripſi.

✠ Ego Jacobus de Tuppo de Neapoli Magiſter Actorum Magnæ curiæ Vicariæ interfui, & me ſubſcripſi.

✠ Ego prænominatus Notarius Johannes de Rotundis Actorum Magiſter Magnæ curiæ teſtis ſubſcripſi.

✠ Ego Notarius Guillelmus de Biſacus Actorum Magiſter in magna curia teſtis ſubſcripſi.

✠ Ego prænominatus Notarius Nicolaus Marinus dictarum curiæ Actorum Magiſter interfui, & ſubſcripſi.

✠ Ego prenominatus Notarius Marinus Ruta Actorum Magiſter dictæ magnæ curiæ interfui, & me ſubſcripſi.

✠ Ego Johannes Vallyurite de Neapoli ſcriptor Actorum dictæ curiæ teſtis interfui, & me ſubſcripſi.

✠ Ego Minichellus de Tarſo de Neapoli ſcriptor Actorum dictæ curiæ interfui &c.

✠ Ego Michael Pulderus de Neapoli ſcriptor Actorum dictæ curiæ interfui, & me ſubſcripſi.

✠ Ego Notarius Matthæus Scarola de Neapoli ſcriptor Actorum magnæ curiæ interfui, & me ſubſcripſi.

✠ Ego Magnificus Franciſcus Tuppi de Neapoli, ſacri conſilii Actorum Magiſter magnæ curiæ ſcriba, & interfui, & me ſubſcripſi.

✠ Ego Notarius Salvator Apicella de Neapoli ſcriptor Actorum magnæ curiæ teſtis interfui, & me ſubſcripſi.

✠ Ego Petrus Baronus de Neapoli ſcriptor Actorum magnæ curiæ Vicariæ interfui, & me ſubſcripſi.

✠ Ego Notarius Sabbatinus de Venuto de Alento ſcriptor Actorum dictę curię interfui, & me ſubſcripſi.

✠ Ego Marchenſ. de Angelo de Neapoli ſcriptor Actorum dictę magnę curię, & interfui, & me ſubſcripſi.

✠ Ego Notarius Johannes Biſcardus de Neapoli ſcriptor Actorum dictę curię interfui, & ſubſcripſi.

✠ Ego Bernardus Vallyantus de Neapoli ſcriptor Actorum dictę curię ſubſcripſi.

✠ Ego Honoratus Baccius Cuda de Piſis prędictarum magnę, & Vicarię curię Actorum Magiſter prędictis interfui, & me ſubſcripſi.

Die decima menſis Martii milleſimo ſeptincenteſimo undecimo, Neapoli, preſentatum in regia Camera Summarię per magnificum V. J. D. Dominicum Carnicelli procuratorem cum poteſtate relaxandi copiam. Athanaſius Actuarius.

Repe-

Digitized by Google

Reperitur quoque in archivo noſtro alterum hujuſce privilegii apographum authenticum, in cujus calce hæc leguntur: *Die nona menſis Martii 1506. præſens copia extracta eſt ex ſuo originali oſtenſo, & producto in regia camera Summariæ Neapoli pro parte venerabilis ſacri monaſterii Caſſinenſis, cum quo, facta collatione, de verbo ad verbum concordat. Et ad fidem excellens dominus Michael de Afflicto dictæ cameræ locumtenens, eam ſua propria manu ſignavit, & ſigillum dictæ cameræ apponi juſſit, una cum ſubſcriptione unius ex Præſidentibus dictæ cameræ, ac mei Franciſci Coronati ipſius cameræ Actorum Magiſtri, Michael de Afflicto locumtenens Magni Camerarii, Ottavianus de Sanctis Præſidens. Franciſcus Coronatus pro Magiſtro Actorum. Locus ✠ ſigilli impreſſi.*

Henricus VI. Federici primi Imperatoris filius anno 1169. creatus, inauguratuſque eſt rex Germaniæ menſe Junio, ut probat Pagi hoc anno nu. 6. Gotthifredus S. Pantaleonis monachus in Annalibus apud Marquadum Freherum To. I. p. 243., & Chronicon Levordiæ Northof apud Meibomium To. I. Hiſtoriæ Germanicæ p. 385. coronatum ajunt die Aſſumptionis Dei paræ ſacro. Gotthifredus autem Viterbienſis Part. XVII. pag. 522. ait. *Anno ab Incarnatione Domini 1186., Indictione ſexta, ſexto Kal. Februarii, rex Henricus Sextus, cum regina Conſtantia filia Rogerii regis Siciliæ nuptias glorioſe celebravit Mediolani apud S. Ambroſium anno ætatis ſuæ vigeſimo primo, anno autem regni ſui decimo ſeptimo.* Quare ſi annus 1186. erat regni ſui decimus ſeptimus, annus certe 1191. erit regni viceſimus ſecundus. Coronatus fuit imperator, ut diximus, an. 1191. Obiit ex emortuali Caſſinenſi die 5. Octobris, ex aliorum vero aſſertione die 28. Septembris an. 1197. Vid. Baronius, Pagius, aliique.

Aliud Henrici Privilegium.

Eodem hoc anno 1191. die 23. Maii Henricus Imperator ampliſſimum aliud privilegium cœnobio Caſſinenſi conceſſit, cujus autographum in archivo noſtro aſſervatur.

*In nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis Henricus ſextus, divina favente clementia, Romanorum Imperator ſemper auguſtus, & Sicilię rex. Credimus ad imperialem excellentiam pertinere eccleſias Dei, & loca religioſa in ſua juſtitia perhenniter conſervare, & ea, quę ab anteceſſoribus noſtris conceſſa eis, & tradita dignoſcuntur, robore perpetuo confirmare. Cum autem noſtrę munificentię dexteram locis, & perſonis religioſis nominatim eis, qui per ſpecialia, ac devota obſequia favoris noſtri gratiam excellentius meruerint, copioſius, ac benignius extendimus, ad preſentis vitę curſum feliciorem, & ad ęterni premii retributionem, hoc nobis profuturum non dubitamus. Qua ſane conſideratione notum fieri volumus univerſis imperii noſtri, & regni Sicilię fidelibus, tam futuris, quam preſentibus, quod nos eccleſiam S. Benedicti montis Caſini, tanquam ſpecialem cameram imperii, & regni noſtri ſpecialibus commendatam habentes, & ejus ampliationi diligentius intendentes, fidem quoque puram, ac ſinceram devotionem dilecti fidelis noſtri Roffredi venerabilis Abbatis ejuſdem eccleſię pre oculis memoriter retinentes, ad petitionem dilectę conſortis noſtrę imperatricis Conſtantię ipſa preſente, volente, & conſentiente ſuorum, & predeceſſorum noſtrorum veſtigiis inherendo, ob ſpem retributionis eternę, & ad interventum prenominati Abbatis fidelis noſtri, damus, concedimus, & confirmamus predictę eccleſię S. Benedicti montis Caſini caſtrum Malvelſi, & caſtrum Atini, & roccam Albani, cum omnibus pertinentiis & poſſeſſionibus ipſorum perpetuo habenda, & poſſidenda. Addentes etiam ex noſtra benignitate & reſtituentes integraliter monaſterium S. Benedicti in Salerno cum univerſis, quę ad ipſum monaſterium pertinere dignoſcuntur. Quicquid etiam a tempore Juſtiniani imperatoris Romani Pontifices, Imperatores, reges, Duces, principes, aliique fideles Caſſinenſi cœnobio donaverunt, aut conceſſerunt, vel commutaverunt, in eodem loco firma permaneant omni publica exactione remota ita videliced, ut nullus juſtitiarius, judex, aut publicus exactor, aut imperialis, ſeu regalis aliquo tempore expeditio, fodrum, aut tributa, aut fidejuſſores tollendos, aut manſiones, vel paratas faciendas exiſtimet, aut homines ipſi monaſterio pertinentes, vel in terra monaſterii reſidentes, diſtringere, aliquo modo perturbare, aut occaſiones inquietandi querere preſumat. Quicquid autem imperialis, ſeu regalis fiſcus ex menſa publica S. Germani, vel ex poſſeſſionibus prefati monaſterii ex mala conſuetudine, exigere, aut ſperare poterat pro ſalute animę noſtrę, noſtrorumque Parentum, luminaribus ejuſdem S. Eccleſię concedimus inviolabiliter poſſidenda. Pretorea ea, quę eccleſia S. Angeli de Vallelucis, & eccleſia S. Benedicti in Dya, * & eccleſia S. Nazarii Curię noſtrę in Atino, & eccleſia S. Crucis de Peſclis in Carpenone annuatim ex mala conſuetudine redere conſuevit, ex imperiali clementia, pro ſalute animę noſtrę relaxamus volentes, predictas eccleſias ab hujuſmodi injuſtis oneribus eſſe de cetero liberas, & abſolutas. Statuimus ergo, & imperiali ſancimus edicto, ut nulla omnino perſona alta, vel humilis, eccleſiaſtica, vel ſecularis contra hanc noſtram donationem atque confirmationem venire audeat, vel eam aliquomodo perturbare. Quod ſi facere preſumpſerit in vindicta ſuę temeritatis XL. libras auri pro pœna componat; quarum media pars camerę noſtrę inferatur, reliqua pars injuriam paſſis perſalvatur. Ad cujus rei certam in poſterum evidentiam, preſentem paginam conſcribi, & majeſtatis noſtrę ſigillo juſſimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt Godefridus Patriarcha Aquilegen, Philippus Colonieñ. Archiepiſcopus. Wilielmus Ravennas Archiepiſcopus, Otto Friſigeñ. Epiſcopus, Mattheus Capuanus Archiepiſcopus, Bonefacius Novarienſis Epiſcopus, Raynaldus Aquinas epiſcopus, Herveus Sueſſanus epiſcopus, Petrus Theaneñ. epiſcopus, Falco Averſanus epiſcopus, Otto Boemorum Dux, Conradus Dux de Rotenbc. frater noſter. Heinricus Marchio de Romeſbc., Comes Rabodo de Ortenbc., Heinricus Frater Ducis Auſtrię, Comes Gerardus de Tolleſtem. Comes Albertus de Bogin, Petrus Prefectus Urbis, & alii quamplures.*

* Clia.

*Signum domini Heinrici ſexti Romanorum imperatoris invictiſſimi.*

Ego



*Ego Ditherus imperialis aulæ Cancellarius vice domini Philippi Colonenſis Archiepiſcopi, & totius Ytaliæ Archicancellarius recognovi. Acta ſunt hæc anno domini MCXCI. indictione VIIII. regnante domno Heinrico ſexto Romanorum Imperatore glorioſiſſimo. Anno regni ejus XXII. Imperii primo. Datum Acerris per manum Henrici Prothonotarii X. Kalendas Junii.*

Adeſt ſigillum aureum.

In eo præcipue advertenda, *ſpecialem cameram imperialem* dici cœnobium Caſſinenſe cui Imperator dat, confirmatque caſtra Malvelti, Atini, & Roccæ Albani, eaque omnia abſolute, libereque confirmat oppida, pluraque alia concedit, quæ ibi legenda; ſubſcribit huic privilegio Gotthofredus Patriarcha Aquilejenſis, de quo agit in Hiſtoria Forojulenſi Johannes Franciſcus Palladius a pag. 184., ad 189. Partis primæ. Ughellius Ital. Sac. T. V. col. 74. nu. 61., ubi aſſerit in aliis quoque privilegiis Henrici, hoc anno 1191. datis, ejus ſubſcriptiones ſelegiſſe, ſubſcribunt etiam Philippus Archiepiſcopus Colonienſis, qui in obſidione Neapolitana ab Henrico inſtituta obiit menſe Auguſto circiter, ut aſſerunt Gotthofredus Monachus illorum temporum author in ſuis Annalibus ad hunc annum, Chronographus Reicherſpergenſis, Arnoldus Lubecenſis Abbas aliique, Guillelmus Archiepiſcopus Ravennas, de quo agit Ughellius To. II. Ital. Sac. col. 373. nu. 82. ubi epiſtolam affert ab Henrico ſexto ad eum ſcriptam; Matthæus Archiepiſcopus Capuanus, Henrico cariſſimus, cujus meminit Ughellius To. VI., col. 329. nu. 20., Bonifacius epiſcopus Novarienſis, quem aſſerit ipſe Ughellius to. 4. col. 708. nu. 54. huic privilegio ſubſcripſiſſe; quod idem aſſerit To. I. col. 396. nu. 12. de Raynaldo Aquinenſi epiſcopo; de Erveo epiſcopo Sueſſano col. 537. nu. 9., de Petro epiſcopo Teanenſi col. 552. nu. 13. deque Falcone epiſcopo Averſano To. 1. col. 489. nu. 10. ubi perperam illum appellat Julium, quem in errorem lapſus eſt etiam Iucenti. Hallucinatur quoque Ughellius cum To. VI. pag. 712. nu. 25. aſſerit Petrum II. epiſcopum Teatinum huic privilegio ſubſcripſiſſe. Ottho quoque Boemiæ Dux, qui in obſidione Neapolitana cum pluribus Optimatibus obiit, teſte laudato Chronographo, huic privilegio ſubſcripſit præter alios plures principes viros, Gottofredus vero hoc anno ait: *Imperator in Apulia primo proſperis uſus ſucceſſibus montem Caſſinum cum civitate S. Germani, & centum ſexaginta caſtella in deditionem accepit, donec in Auguſto menſe aeris inconſueti intemperie corrupto exercitu omnes pene principes ſuos amiſit &c. Obiit ibidem Philippus Colonienſis Archiepiſcopus &c.*

Hujuſce privilegii apographum deſcripſit Præſidens Salernitanus, inſeruitque jam ſepe memorato proceſſui Portulaniæ per pag. 319. Illius quoque exemplar præſentatum fuit in proceſſu in regia camera agitato pro officio Magiſtri actorum civilium & mixtorum civitatis S. Germani, aliiſque Abbatiæ oppidis, quod ſibi conceſſum a rege aſſerebat Regens Pignone, hujuſque privilegii aliarumque ſcripturarum ii Judices pro monaſterio ſtetere, ut dicemus ſuo loco. Confirmavit an. 1370. hoc privilegium Urbanus V. bulla ſua in qua relatis compendio gratiis ab Henrico Caſſinatibus conceſſis, ſubdit: *Prout in ejuſdem litteris, quas nos propriis oculis vidimus, & diligenter inſpeximus, ac perlegimus, quarumque tenorem de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus, plenius continetur &c.* Hujus certe privilegii ait cœnobium Caſſinenſe Atinæ urbis dominatu potitum eſt, ut probat Taulerius in memor. Hiſt. ejus Urbis lib. II. cap. 12., uti hoc quoque Privilegium refert a Roffrido Caſſini Abbate Atinatibus conceſſum, cujus autographum in archivo ſpiritualis curiæ Atinatis aſſervatur. Roffridi Privilegium Atinatibus conceſſũ.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti anno Incarnationis ejuſdem milleſimo centeſimo nonageſimo quinto, & quarto anno imperii domini Henrici ſexti Romanorum, & regni Siciliæ imperatoris, & ſemper auguſti menſe Februarii, vigeſimo ſecundo die menſis ejuſdem. Quoniam igitur ſupradictus dominus Imperator nobis Roffrido, Dei gratia Cardinali, & Caſſinenſi Abbati, & monaſterio Caſſinenſi, intuitu laboris noſtri, & obſequii ſibi a nobis, & Fratribus noſtris exhibiti, Caſtrum Atini de largitate imperiali conceſſit in perpetuum, & privilegii ſui munimine confirmavit, & in eo nobis aquirendo cum hoſtiliter adhuc detineretur ab aliis, vos Clerici, milites, & univerſus populus Atini prompto animo, & utili opera nobis aſtitiſtis, poſtulationes veſtras libentius admittimus. Et ideo de Fratrum noſtrorum conſenſu nobiſcum habentes magnificum Bartholomæum judicem, & advocatum Caſſinenſem concedimus, ut eccleſia S. Mariæ de Atino libera ſit ſemper, & abſoluta omni videlicet honore ſibi conſervando juris eccleſiaſtici, ſicut in ipſius eccleſiæ privilegio continetur, ut juxta veterem conſuetudinem, & tenorem privilegii ſui omnes eccleſias juris ſui conſtructas infra fines territorii ſupraſcripti caſtri, vel in futurum infra finem Atini conſtruendas ſub ditione ſua libere teneat, & poſſideat, & ut clerici, & alia perſona eccleſiaſtica non capiantur, vel judicentur, de perſonis, vel rebus ſuis, niſi in capitulo S. Mariæ de Atino coram Præpoſito, & Canonicis ipſius eccleſiæ, præterquam de patrimonio ſuo, & de his tenimentis, quæ tenentur a Dominis ſuis, & ut tam eccleſia ipſa de ſuis hominibus, quam & vos milites Atini de hominibus veſtris habeatis diſtrictiores in bannis, & forfacturis, præterquam in his, quæ ſolent ad Juſtitiarios pertinere, & tam ipſa eccleſia S. Mariæ quam & vos milites, qui hactenus habuiſtis, habeatis ſimiliter & antea, venationes, & piſcationes*

*nes, aut aucupia ſicut habuiſtis, generaliter autem omnibus vobis clericis, & militibus, & aliis hominibus Atini fidelibus noſtris concedimus, ut amodo in coltis, & datiis dare inviti non teneamini, ut non diſtringamini ad juſtitiam faciendam in munitione, hoc eſt in fortellitiis ejuſdem caſtri, niſi forte in noſtram, vel ſucceſſorum noſtrorum Caſſinenſium Abbatum præſentiam fueritis aliquando vocati. Statuimus etiam, ut perſonæ veſtræ non capiantur abſque juſto judicio, & ratione, neque res veſtræ quarum dominium nunc habetis, vel in futurum aquiretis, auferantur vobis, abſque judice, & rationabili cauſa, & ut Judex conſtitutus in eodem caſtro, & in antea conſtituendus in præſentia veſtra conſuetum de legibus exhibeat juramentum. Bajulus autem de terra veſtra conſtituatur, ſicut temporibus regum fieri conſuevit, tempore ſcilicet quietis, & pacis. In ſumma vero uſus bonos veſtros, & conſuetudines, quas habuiſtis olim temporibus bonæ memoriæ Regis Rogerii, & aliorum regum Siciliæ temporibus utique pacis, & quietis, omnes in futurum vobis concedimus, & confirmamus, obligantes nos, & poſteros, & Patres noſtri monaſterii vobis omnibus tam preſentibus, quam futuris habitatoribus ſupradicti caſtri fidelibus noſtris ſupradictas conceſſiones noſtras firmas ſemper, & illibatas conſervare, & nullo tempore contra eas venire, quas utique ad perpetuam quietem veſtram præſentis ſcripto Privilegio vobis duximus conſervandas. Quod tibi Riccardo noſtro, & civitatis S. Germani publico notario ſcribere juſſimus, noſtras, & Fratrum noſtrorum ſubſcriptione roboratum. Actum in eadem civitate S. Germani Ego Fr. Roffridus Dei gratia Cardinalis, & Caſſinenſis Abbas. Ego Frater Adenulfus Caſſinenſis Decanus, Ego Frater Otho Diaconus, & M. Ego Fr. Benedictus Sacerdos & M. Ego Frater Johannes ſacriſta Caſſinenſis, Ego Frater Johannes Sacerdos, & Monachus, Ego Frater Otho Sacerdos & Monachus, Ego Fr. Rogerius ſubdiaconus, & M. Ego Fr. Petrus Sacerdos, & M. Ego Frater Dodo Sacerdos, & Monachus, Ego Fr. Palmerius Diaconus & M. Ego Fr. Joannes Diaconus, & M. Ego Frater Tancredus Diac. & M. Ego Frater Berardus Caſſinenſis Camerarius. Ego Frater Petrus Caſſinenſis Cellararius. Ego Frater Oddo Diaconus, & M. Ego Frater Bartholomeus Sacerdos, & M. Ego Frater Johannes Sacerdos, & Mon., Ego Fr. Lando Diaconus & M., Ego Frater Simon Diaconus & M. Ego Fr. Johannes Diaconus, & M. Ego Fr. Leonardus Diaconus, & M. Ego Fr. Tancredus Diaconus, & Monachus, Ego Frater Gerardus ſubdiaconus, & Monachus, Ego Frater Julianus ſubdiaconus, & M.*

Celeberrima Romanorum colonia Atina fuit, atque nobiliſſima Præfectura; de ea enim hæc loquitur Cicero pro Planco: *Tui municipes* (Tuſculani) *ſunt illi quidem ſplendidiſſimi homines; ſed tamen pauci ſiquidem cum Atinatibus conferantur. Hujus Prefectura plena virorum fortiſſimorum, ſicut nulla tota Italia frequentior dici poſſit. Atinamque potentem*, vocat Virgilius lib. 7. Æneid. Plures etiam habuit epiſcopos, quos laudatus Vir Cl. Tauleri enumerat lib. IV. cap. 2.

Adenulfi Decani Caſſinenſis geſta.

Quid actum in Caſſinati ditione ſit an. 1192. hiſce verbis ſcribit Richardus a S. Germano: *Dictus Adenulfus Caſſinenſis decanus, facta compoſitione cum Diopuldo rocca arcis caſtellano, qui ſe pro imperatore gerebat, congregato militari, & pedeſtri exercitu in Campaneam, quos prece, vel pretioque conduxerat, de Caſino deſcendens vi cepit caſtrum S. Petri monaſterii, & bonis propriis expoliavit. De civitate etiam S. Germani uſque ad eccleſiam omnium Sanctorum occupavit non tamen abſque ſtrage plurima Campanorum, & pace tandem hinc inde clamata, tota terra ipſi Decanos ſe reddidit &c. Tunc idem Decanus cum præfato Diopulto terram equitans cum inſigniis monaſterii relictum caſtrum Plumbareole occupavit vi cepit caſtrum Pignatarii, caſtrum S. Angeli, Pontem Curvum, caſtellum novum, Fracte & quedam alia caſtra pro jam dicto Rege ſe tenentia &c.* Eadem omnino narrat Anonymus Caſſinenſis, qui ſubdit: *Rogerius de Foreſta Caſtellanus Atini caſtrum S. Eliæ capit, S. Germanum collecto exercitu ab una parte obſidet, & uſque ad muros violento inſultu oppugnat, labores conſumit & exportat. Caream & alias villas igne commendat. Sed & prædictus Comes Caleni cum magno exercitu in obſidione civitatis apud Sanctum Angelum diu moratur. Qui ex condicto pariter venientes, violentos faciunt inſultus. Sed Decanus ſicut in Monacatu Monachicum, ſic in bello militarem gerens animum abſente Diopulto per ſe Urbem tuetur, ſuos animat, portas reſerat, & vigili cura diſcurrens ad omnes inſultus ſe objicit, ita ut, ſi poſſibile ſit uno momento portis omnibus adſiſtere cernatur, menſe Junii; Comes autem contra conſtantiam, ac animoſitatem Decani ſe videns non proficere, ab inſultu ceſſat, & de viribus diffidens ſpem in corruptela reponit, & quem bello non potuit expugnare, blanditiis, & muneribus attentat. Sed & Caſtellanus Atini captum a militibus regis fratrem Decani variis tormentis affligit, cujus liberatio Decano offertur, aurum promittitur, cujuslibet in regno dignitatis optio datur, ſed fidelis animus nec avaritiæ cedit, nec ambitioni, quinimo tormenta diſſimulans, jurat, ſe toleraturum magis ante oculos ſuſpenſionem Fratris, quam fidem imperii, & Abbatis ſui relicturum; inde Caſtellanus ſevit, montana Caſtra S. Benedicti capit, & deprædatur. Imperator Bertoldum Comitem cum exercitu miſit in Italiam, & cum eo remittit ſupradictum Abbatem, ſed Bertoldus in Tuſcia demorans milites Abbati concedit, cum quibus rediens &c. Applicat Abbas cum militibus, qui die quadam cum Decano euntes Atinum cancellos diruunt, magnam partem Atinæ deprædantur, & comburunt, cepiſſentque caſtrum, ſi conſilio Decani ſtetiſſent, &c. Abbatia ex parte favet Abbati, caſtrum S. Angeli ſolita perfidia induratum hoſtiliter reſiſtit, latrunculos conducit, &c. Caſtellanus Atini iterum invaleſcit, Montana caſtra S. Benedicti capit, & tam ipſa, quam caſtrum S. Eliæ gladio, præda igne diſſipat, & affligit. Inter has anguſtias adeo fames invaluit, ut ſepe apud S. Germanum venderetur caſcina frumenti pluſquam una uncia auri, & pſauma vini ſimiliter, & caſiſa olli tareni quinque. Diopultus auxilio Abbatis, collecto exercitu, Aquinum, ubi milites regis erant, obſidet, & militibus exeuntibus, obtinet, inde ſic invaleſcit, quod omnia vicinia, uſque Sueſſam deprædatur, & affligit.*

Atque an. 1193. *Supraſcriptus Abbas, exercitu collecto, recuperat caſtellum novum, & alia vicina caſtra, pacto facto de reddendo ſe ſtatuto tempore,*

*niſi erit eis a rege ſuccurſum. Caſtrum S. Angeli foris devaſtat. &c.* Et infra, *Rex* (Tancredus) *venit Theanum, ſperans ad ſe revocare ſupradictum Abbatem; ſed vir conſilii futurorum providus, & juſtitiæ conſcius nec muneribus regis . . . . . . . . . . . . . . . potuit inflecti &c.* Eadem narrat Richardus Sangermanenſis, dum de Roffrido Abbate verba habet, de quo etiam ait: *Rediens vero ad terram monaſterii caſtrum S. Angeli Theodicis ſibi contrarium, quia partem regis Tancredi favebat, cum Conrado caſtellano Sorellæ, & cum gente ſua, licet non profecerit, vehementer impugnat faciens quam potuit in exterioribus vaſtitatem &c.* Et infra: *Bertoldus vero coadſiſtentibus ei Muſcancervello Dioſpulto, & Conrado prædictis, nec non & Abbate Caſſinenſi Fundano, & Caſertano Comitibus cum viribus ſuis, caſtrum ſexti, ubi Landus de Montelongo comeſtabulus erat, cum quibuſdam Campanis militibus pro parte regis Tancredi, vi cepit &c.* aliaque Bertoldi geſta narrat.

Henricus Imperator a Roffrido receptus.

Anno inſequenti 1194. hæc ſcribit Richardus: *Dictus vero Henricus Imperator, parato navali, & terreſtri exercitu, regnum intrat, illum Roffridus Caſſinenſis Abbas magnifice recipit, nec non Fundanus Comes, & alii omnes Theutonici, & Latini ſuum preſtolantes adventum, cum quibus Terram laboris ingrediens, Neapolim recipit &c. Imperator vero Apuliæ fines, nullo obſtante, ingrediens, omnes Apuliæ recipit civitates ad mandatum, & fidelitatem ſuam convertens, dicto Caſſinenſi Abbate præeunte, cujus fidei puritas ſatis ipſi erat imperatori experta, cui & etiam procuram, auctoritatem, & poteſtatem contulerat, ut venire ad ſuam fidelitatem volentes opera poſſet offenſos, & per ipſum veniam mererentur. Tunc ipſi Abbati caſtrum Malveti ad opus contulit monaſterii Caſſinenſis &c.* Et infra, *Tunc dictus Caſſinenſis Abbas conceſſionem ab ipſo imperatore de Atino recipit, & de rocca Guillelmi, & filium Rogerii de Foreſta in Atino caſtellani, ab ipſo imperatore recipiens & mandatum per litteras ad Andream de Theano caſtellanum roccæ Guillelmi ut ſibi roccam ipſam aſſignare deberet dictus Abbas in ſua reverſus eſt.* Vid. Pagi ad memoratos tres annos, & Ciarlante p. 321., & ſeqq.

Atina recuperata.

Proſequitur an. 1195. hæc ſcribere Richardus. *Roffridus Caſſinenſis Abbas, tractatu quorumdam de Atino, nocturno tempore introductus Atinum recepit, dictum Rogerium de Foreſta caſtellanum intus arctat, & obſidet, qui cum non haberet victui neceſſaria, recepta de ſe, & de rebus ſuis ſecuritate ab Abbate predicto, & compoſitione facta cum eo de caſtro S. Petri in fine, quod recepit ab ipſo, & fidelitatem juravit eidem caſtrum Atini in manus reſignavit ejuſdem. Roccam Guillelmi etiam ab Andrea, & Thoma recipiens, fidelitate quoque ab eo recepta, ei caſtrum Cucurutii conceſſit, illam tamen poſtea de imperiali mandato cuidam Tancredo de Vero commiſit, fidelitatis ab eo juramento recepta. Hoc anno dictus Caſſinenſis Abbas caſtrum Terelli vi capiens igne cremavit.* Ex hiſce Anonymi Caſſinenſis, & Richardi narrationibus advertendum ſæpe, Abbatem Caſſinenſem exercitum coegiſſe, quo per duelles ſibi ſubditos in officio contineret, opemque imperatoris Ducibus ferret. Quod vero eſt præcipuum, Petro de Foreſta, a quo Atinum receperat, caſtrum S. Petri in fine Abbas conceſſit in feudum, recepto ſc. a Petro fidelitatis Sacramento. Quod idem Sacramentum pro caſtro Cucurutio præſtitit Andreas. Neque tamen Abbas Imperatoris ullam ad hæc caſtra in feudum concedenda facultatem expectavit, ſimile juramentum a Tancredo de Vero eſt præſtitum, cum illi roccam Guillelmi cuſtodiendam tradidiſſet Abbas. Conceſſerat jam ab an. 1191. Henricus imperator Caſſinatibus urbem Atinatem, caſtraque Malveti, & roccæ Albani, quam tamen forte a Tancredo fautoribus occupatam obtinere non potuit Abbas Roffridus, ut ex ejuſdem privilegio Atinatibus elargito conſtat, in quo hæc leguntur, *Quoniam igitur ſupradictus dominus Imperator nobis Roffrido &c. & monaſterio Caſſinenſi &c. caſtrum Atini de largitate imperiali conceſſit in perpetuum, & privilegii ſui munimine confirmavit, & in eo nobis aquirendo cum hoſtiliter adhuc detineretur ab aliis, vos clerici milites, & univerſus populus Atini prompto animo, & utili opera nobis aſtitiſtis. &c.* Quare iterum hoc anno illis eadem loca concedit Henricus alio privilegio, cujus autographum in archivo noſtro aſſervatur.

Atini civitas iterum conceſſa hoc privilegio.

*Henricus Sextus, Dei gratia, Romanorum Imperator, & ſemper auguſtus, & Siciliæ rex. Credimus ad imperialem excellentiam pertinere eccleſias Dei, & loca relligioſa in ſua juſticia perhenniter conſervare, & ea quæ ab anteceſſoribus noſtris conceſſa eis, & tradita dinoſcuntur, robore perpetuo confirmare. Cum autem noſtra munificentia dexteram locis, & perſonis relligioſis, & nominatim eis, qui per ſpiritualia, ac devota obſequia favoris noſtri gratiam excellentius meruerint, copioſius, ac benignius extendimus ad preſentis vitæ curſum feliciorem, & ad eterni premii retributionem hoc nobis profuturum non dubitamus. Qua ſane conſideratione notum fieri volumus univerſis imperii noſtri, & regni Siciliæ fidelibus, tam futuris, quam preſentibus, quod nos eccleſiam S. Benedicti montis Caſſinenſis tamquam ſpecialem imperii noſtri cameram ſpecialius commendatam habentes, & ejus ampliationi diligentius intendentes, fidem quoque puram, ac ſinceram devotionem dilecti fidelis noſtri Roffredi Abbatis ejuſdem eccleſiæ præ oculis memoriter retinentes ob ſpem retributionis eternæ, & ad interventum prænominati Abbatis fidelis noſtri, damus, concedimus, & confirmamus prædictæ eccleſiæ S. Benedicti montis Caſſin. caſtrum Malviti, & Caſtrum Atini, & Roccam Albani cum omnibus ipſorum pertinentiis, & poſſeſſionibus perpetuo habenda, & poſſidenda. Addentes etiam ei ex noſtra benignitate, & reſtituentes intergraliter monaſterium S. Benedicti in Salerno, cum univerſis, quæ ad ipſum monaſterium pertinere dinoſcuntur. Statuimus ergo, & imperiali ſancimus edicto, ut nulla omnino perſona, alta, vel humilis, eccleſiaſtica, vel ſecularis contra hanc noſtram donationem, atque confirmationem venire audeat, vel eam aliquo modo perturbare. Quod qui facere preſumpſerit in vindictam ſuæ temeritatis XL. libras auri pro pena componat, quarum media pars cameræ noſtræ inferatur, reliqua pars injuriam paſſis perſolvatur; Ad cujus rei certam impoſterum evidentiam preſentem paginam conſcribi, & majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt Henricus Buarmatien. Epiſcopus, Bonefatius Marchio montis Ferrati, Philippus*

pus

*pus Frater noſter, Robbertus de durne, Arnoldus de Horemberch, Marquardus Senoſcalcus, Henricus Pincẽa delut., & alii quamplures. Datum in Palatio Panormitano, anno dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo nonageſimo quinto, indictione decimatertia, octavo Kalendas Januarii.*

Adeſt ſigillum cereum.

Henricus Imperator declarat, Juriſdictionem omnem in ſubditos ſuos penes Caſſinates eſſe.

Hactenus luculentiſſime a nobis eſt demonſtratum, monaſterio Caſſinenſi liberam, ſupremamque fuiſſe in omnes ſuos ſubditos poteſtatem, juriſdictionemque, civilem, mixtam, crimiualem. Verum cum a moroſo aliquo critico non ſatis rei diplomaticæ perito, dubium excitari poſſet, an privilegiorum, quæ hactenus laudavimus vi, ea juriſdictio cœnobio noſtro competeret, ut omne amoliretur ſcrupulum, Henricus imperator die 25. Decembris declaravit, ea omnia privilegia ſatis ſuperque ſufficere ad poteſtatem omnem, juriſdictionemque Caſſinatibus aſſerendam. Ceterum ſe iterum ne quis aliquid cauſſari poſſet, juriſdictiones eas omnes criminales, mixtas, civiles &c. concedere, jubereque, ne quis Caſſinatibus ulla in re, vel ſervitio militari negotium faceſſat. En ejus privilegium, quod authenticum in noſtro archivo aſſervatur.

*Henricus ſextus Dei gratia Romanorum Imperator, & ſemper auguſtus, & Siciliæ rex. Ad imperialis celſitudinis ſoilertiam pertinet pro eccleſiarum quiete curam ſollicitam gerere, ut quod pro earum veneratione tam a nobis, quam a noſtris prædeceſſoribus imperatoribus Romanorum indultum eſſe videtur, nulla poſſit interpretatione variari. Licet igitur generalia privilegia Caſſinenſi eccleſiæ ab Imperatoribus Romanorum, & præcipue a diva memoria Lothario auguſto, & a nobis indulta ſatis ſufficere credamus ad immunitatem in ſubſcriptis capitulis eidem eccleſiæ conſervandam, ad interventum tamen fidelis noſtri Roffredi Abbatis ejuſdem eccleſiæ, cujus devotionem in agendis noſtris, & imperii efficacem ſumus experti, & omnis dubitationis cauſa removeatur, hanc noſtram ſuper eiſdem capitulis indulgentiam ſpecialem prænominatæ eccleſiæ duximus largiendam. Declaramus itaque, & tam eidem Abbati, quam ſucceſſoribus ejus, & dictæ eccleſiæ Caſſinenſi in elymoſinam ſtabilitate perpertua condonamus, ut de cetero pro nulla imperiali expeditione de militum, aut ſervientum obſequio requiri debeant, aut ſervire teneantur, cum magis ad imperii noſtri profectum redundare credamus meritis, & orationibus religioſorum virorum ibi deſervientium adjuvari, quam ſi nobis, & imperio ab eis, ſicut a ſecularibus temporalia miniſtrentur. Simili modo remittimus eis, & condonamus, ſi quid aliquando de cambio menſæ publicæ, quod in S. Germano exercetur a regibus Siciliæ conſuevit requiri, & neque a nobis, neque a miniſtris noſtræ reipublicæ impoſterum exigatur, ſet quicquid de hiis Fiſcus noſter exigere poterat, aut ſperare, pro ſalute animæ noſtræ, noſtrorumque ſucceſſorum ad eandem eccleſiam pro ipſius luminaribus devolvatur. Et ut tam in capite, quam in membris prænominata eccleſia Caſſinenſis perpetua tranquillitate fruatur, ſtatuimus, & imperiali edicto ſancimus, ut nulla unquam perſona eccleſiaſtica, vel ſecularis eidem eccleſię ſubdita, ab aliquibus regni, vel imperii juſtitiariis in judicium trahatur, aut diſtringatur, licet forte de capitulis illis quæſtio ſit habenda, quorum cognitio, & examinatio temporibus regum Siciliæ ad juſtitiarios regios deferri conſueverat. Set omnes quæſtiones tam civiles, quam criminales adverſus homines ipſius eccleſiæ movendæ coram judicibus ejuſdem eccleſiæ tractentur, & decidantur. Quod ergo a nobis per hanc imperialem indulgentiam declaratum eſt, & confirmatum, nulla omnino perſona alta, vel humilis, eccleſiaſtica, vel ſecularis corrumpere, vel immutare præſumat. Si quis autem, quod minime credimus, hoc attemptaverit, excluſus a gratia noſtra, centum libras auri pro pena componat, quarum medietatem cameræ noſtræ, reliquam vero paſſis injuriam perſolvi ſtatuimus. Ad cujus rei certam impoſterum evidentiam præſentem paginam conſcribi, & majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Datum in palatio Panormitano anno Dominicæ incarnationis MCXCV. indictione XIII. Octavo Kal. Januarii.*

Hujuſce privilegii apographum extraxit Præſiſidens Salernitanus, inſeruitque jam dicto proceſſui Portulaniæ p. 320., atque aliis in proceſſibus in dicta Camera agitatis præſentatum reperitur. Hujuſce privilegii vi identidem Pro-reges Neapolitani Caſſinenſi cœnobio milites, quos Barones alii præſtare debebant, non imperarunt; ut ſuis locis dicemus. Illud confirmavit Federicus II. imperator Henrici filius an. 1220. teſte Richardo a S. Germano, qui eo anno vivebat, in hæc verba: *Imperator ipſe* (Federicus) *Romæ in ſua coronatione quaſdam edidit ſanctiones pro libertate eccleſiarum, clericorum &c. & tunc Romanos fines deſerens per Campaneam iter habens, venit in regnum, & apud S. Germanum magnifice a prædicto Abbate receptus, menſam campſorum, & jus ſanguinis, quæ uſque tunc habuerat ex conceſſione imperatoris Henrici eccleſia Caſſinenſis, recipit ab eodem &c.* Confirmavit etiam Alexander IV. bulla ſua an. 1254. data, quam infra adducemus, ejuſque confirmationis meminit Odericus Rainaldus in annal. Eccl. tom. 14., ubi in fine ejus anni ait: *Claudemus hujus periodum nonnullis privilegiis, quæ Alexander, uti Siciliæ utriuſque Dominus contulit: Caſſinenſis enim monaſterii jura ab Henrico imperatore & Conſtantia conceſſa corroboravit.*

Juriſdictio Caſſinenſis propugnata.

Neque ſugillare quis debet τὸ *Homines ipſius eccleſiæ*, pro ſervis tantumodo, aut famulis monaſterii Caſſinenſis eſſe accipiendas, ut imperitus neſcio quis, moroſuſque criticus, quo vim hujus privilegii enervaret, aſſerebat in ſacro Neapolitano conſilio; nam perpendenda ſunt anteriora hæc verba privilegii: *Statuimus &c. ut nulla unquam perſona Eccleſiaſtica, vel ſecularis eidem eccleſiæ ſubdita ab aliquibus regni, vel imperii juſtitiariis in judicium trahatur, aut diſtringatur &c.* Quæ proculdubio demonſtrant, de univerſis cœnobio Caſſinenſi ſubditis Imperatorem eſſe locutum. Hæc vero ſimul nectens ſubdit Henricus; *Sed omnes quæſtiones tam civiles, quam criminales adverſus homines ipſius eccleſiæ movendæ coram Judicibus ejuſdem eccleſiæ tractentur, & decidantur.* Qui hæc legens non rideat critici inſulſitatem, & imperitiam? Præterquam quod illis verbis: *nulla unquam perſona eccleſiaſtica, vel ſæcularis eidem eccleſiæ ſubdita, ab aliquibus regni, vel imperii Juſtitiarſis in judicium trahatur, aut diſtringatur, licet forte*



Digitized by Google

*de capitulis illis quæſtio ſit habenda, quorum cognitio, & examinatio temporibus regum Siciliæ ad Juſtitiarios regios deferri conſueverat &c.* Henricus authoritatem Judicibus a cœnobio Caſſinenſi delegatis concedit, eas quoque quæſtiones judicandi quas regum Nortmannorum tempore regii Juſtitiarii cognoſcebant; quibus certe quæſtiones potiſſimum criminales judicandi poteſtas erat. Si vero cœnobio Caſſinenſi neque oppida parebant neque ſubditi, ſed famuli tantum, cur Henricus imperator immunitatem a militari ſervitio concederet? diceretve: *Ut de cætero pro nulla imperiali expeditione de militum, aut ſervientum obſequio requiri debeant, aut ſervire teneantur, &c.* Cum hæc tantum ſervitia pro poſteſſis oppidis impendantur. Neque quidquam alia contuliſſet immunitas, quæ ſequitur: *De cambio menſe publicæ &c. neque tertia, ſet quicquid de iis fiſcus noſter exigere poterat, &c.* Quare oppida, ſubditoſque habebant Caſſinenſes, deque illis in privilegio laudato ſermo eſt. Hujuſmodi fuiſſe Henrici imperatoris ſenſa, ex mox laudata Alexandri IV. bulla conſtat, in qua hæc habentur: *Henricus Romanorum imperator rex Siciliæ &c. conceſſit Abbati Caſſinenſi qui pro tempore fuerit, ut in terris ipſius monaſterii per judices ſuos cauſas criminales decidi faciat libera poteſtate &c.* Non ait Pontifex: ut in *ſervientibus &c.* Sed, ut in *Terris* ipſius monaſterii &c. Ipſum certe Henrici privilegium ita eſſe interpretandum judices ipſi regii paulo poſt faſſi ſunt, cum reclamante Caſſinenſi Abbate adverſum regni Juſtitiarium, quod initio regni Caroli Andegavenſis quendam ſibi ſubditum ſceleſtum hominem morti addixiſſet, ſe inconſulto, cui juriſdictio in cives Sangermanenſes criminalis competebat, ac oſtendens ad id comprobandum præ ceteris hoc Henrici privilegium, haud quidem reſponſum eſt: Henricum de famulis dumtaxat cœnobii Caſſinenſis loqui, ſed alia ſpecioſa quædam in medium allata, de quibus alias. Scire tamen quiſque eo temporis poterat, utrum Abbati Caſſinenſi ea fuerit unquam poteſtas, cum ab Henrici ad Caroli regnum ſeptuaginta vix anni interfluxerint. Id vero luculentius adhuc evincit epiſtola Urbani V. an. 1370. ad reginam Johannam I. data, in qua hæc ad rem noſtram leguntur: *Audivimus ſiquidem hactenus relatione fideli, quod dictum monaſterium merum, & mixtum imperium, & omnimodam juriſdictionem in omnibus ſuis terris habebat, & quod hoc in ſuis privilegiis continetur: Sed quod claræ memoriæ Carolus I. Rex Siciliæ in dictis terris juriſdictionem ſanguinis occupavit, quodque die occupationis hujuſmodi Siculi contra eum (quod dolenter referimus, ſed in caſu oportuno tacere non debemus id, quod putatur divinum judicium) rebellarunt, ex qua rebellione mala innumera ſunt ſecuta &c.* Hanc epiſtolam refert Raynaldus Annal. Eccl. tom. XVI. nu. 15. an. 1370. extractam a tom. VIII. epiſtolarum Urbani V. p. 117. Illud quidem compertum eſt, Henricum imperatorem, hoc privilegio Caſſinatium juriſdictiones ampliare voluiſſe, omneſque removere ſcrupulos, qui ob id ſuboriri poſſent. Quod ad ſua, aliorumque principum privilegia hactenus Caſſinatibus conceſſa. Exploratum item ex privilegiis cœnobio Caſſinenſi a principibus omnibus conceſſis, juriſdictionem Caſſinatibus fuiſſe conceſſam: quare Henricus juriſdictiones eas omnes Caſſinenſibus conceſſas ratas eſſe voluit, ampliataſque quod omnes ſubditos, non tantum quoad famulos, de quibus plane non video, quomodo Caſſinates judicia exercere potuiſſent criminalia, & civilia, ſi ſubditi non fuiſſent. Nec enim famuli heriri juriſdictioni ſubſunt. Præterea cur τo homines de famulis tantum, ſeu ſervientibus accipiendum, non pro colonis etiam conductoribus poſſeſſionum, earumque rectoribus, procuratoribus, &c.? Ita plane vocem homines explicant Cl. Jacobus Gotthofredus in Gloſſar. Nomico ad Codicem Theodoſianum, & in l. quod juſſu tit. 31. Cujacius lib. 8. obſerv. cap. 14., aliique doctiſſimi juriſconſulti, vetereſque ſcriptores. Nos tamen allatis mox ineluctabilibus rationum momentis fulti eruditiſſimo Du-cangio ſubſcribimus, qui in voce Homo, ait *Hinc homines generatim poſterioribus ſæculis dicti, qui vi alterius dominio quavis ratione ſubjecti, ſeu eſſent ii ſervilis conditionis, ſeu ingenui; ſed obſequii, ac ſervitii nexu ſuperioribus Dominis, atque adeo ſuis principibus ratione debitæ fidelitatis ſubditi.*

Haud vero contentus Imperator dilectiſſimos ſibi Caſſinates beneficiis cumulaſſe hoc addidit privilegium, cujus autographum in archivo noſtro aſſervatur.

Aliud Henrici Privilegium.

*Heinricus Dei gratia Romanorum imperator, & ſemper auguſtus, & Siciliæ rex. Licet ad univerſarum eccleſiarum imperii ſtatum bonum noſter animus libenter intendat, tamen ad illarum eccleſiarum profectum ſtudioſius invigilare conſuevit, quæ quadam prerogativa ſuæ dignitatis alias precellunt, & ſpecialiori vinculo majeſtati noſtræ, & imperio ſunt aſtrictæ. Quod in monaſterio S. Benedicti de monte Caſino attente conſiderantes, quia illud noſtræ cameræ ſpecialiter pertinet, & ſincero dilectionis amplexamur affectu, concedimus ei, atque ſtatuimus, ut nullus Dux, Marchio, Princeps, Comes, Juſtitiarius, Caſtellanus, aut Bajulus, nullaque eccleſiaſtica, vel ſecularis perſona præter nos, & heredes noſtros, & Abbatem Caſſinenſem, audeat ſe intromittere, de eccleſiis, monachis, hominibus, & univerſis poſſeſſionibus monaſterii Caſſinenſis, & obedientiarum ejus, & ut non exigatur ab his, qui miſſi fuerunt pro veſtimentis, & calceamentis Monachorum, & aliis rebus neceſſariis monaſterio Paſſagium, Plateaticum, Phalangaicum, & Anchoraticum de mercibus quas emerint, vel vendiderint ad opus monaſterii. Decernimus etiam, ut licitum ſit cuilibet fidelium Chriſti divina inſpiratione compuncto ſe, & ſua libere, & ſine alicujus contradictione offerre monaſterio prænominato, & ut cuilibet nationis, & conditionis homo demigrans ad terram beati Benedicti ab omni quorumlibet hominum inquietitudine, vel exactione ſecurus, & liber exiſtat: Volentes & imperiali ſancientes edicto, quod ſi quis auſu temerario contravenire attemptaverit, penam quinquaginta libras auri componat, medietatem Fiſco noſtro, partem aliam ſepe dicto monaſterio, quod ut nulli exiſtat ambiguum . . . . . . . . , & in poſterum eluceſcat, preſentem inde paginam conſcribere . . . . . . . . . . . noſtræ authoritatis bulla juſſimus inſigniri. Datum Panormi. Anno Domini milleſimo centeſimo nonageſimo quinto, indictione terciadecima, octavo Kal. Januarii.*

Omni-

Digitized by Google

Omnimodam in ſubditos ſuos Caſſinatibus juriſdictionem concedit univerſamque ditionem Caſſinenſem & perſonas omni hominum ſubjectione exemptas declarat. Præterea vectigali eximit ea, quæ pro monachorum veſtimentis in regno ſuo univerſo emerentur: Nomine, *hominum*, in hoc privilegio non certe niſi omnes ſubditi venire poſſunt. Vid. Pagi nu. 8. an. 1195. Adnotanda hic, quæ Lucenti Ital. Sac. Tom. I. col. 828. de Caſſinatibus ait: *Nemo ſit, qui ex his geſtis, Caſſinenſes opinetur refractarios Celeſtini Papæ, quod Henrico imperatori omnem ſuam ſervarent fidelitatem, cum regni Siciliæ jure apoſtolica inveſtitura legitimus eſſet poſſeſſor Tancredus, qui enim erant, & jura civilia habebant de camera imperii, civile imperatori obſequio tenebantur, nec ideo quidquam adverſus Pontificis mentem, & ipſum Tancredum moliti ſunt.* Id vero ex amore conſtat clarius, quo Cœleſtinus III. Caſſinates eſt proſecutus, pluribuſque beneficiis ditavit ea bulla, quæ ſic incipit: *Cœleſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis R. Abbati Tituli SS. Petri, & Marcellini presbytero Cardinali, Decano, & Conventui Caſſinenſi ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Ex devotione quam ad monaſterium veſtrum hactenus habuimus, & habemus, eidem monaſterio ad opus altaris duo candelabra argentea pro noſtrorum remedio peccatorum duximus conferenda &c. Datum Laterani quartodecimo Kal. Januarii, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.*

Caſtra recuperata.

Anno deinde 1196. hæc ſcribit Richardus a S. Germano: *Dictus Caſſinenſis Abbas caſtrum Fractarum recuperat, & caſtellum novum, caſtrum etiam S. Angeli Theodici, quorum habitatores mala innumera per ſe fecerant in Terra S. Benedicti, & per ſervientes, quos ad ſolidos retinuerant caſtrum combuſſerant Pignatarii per proditionem obtinuit, & recepit ad fidelitatem ſuam, & monaſterii Caſſinenſis, quibus tamen dignas pro meritis penas rependit, & ſub pretextu quorundam verſuum, quos ibidem invenit, quas hic annectere otioſum non cenſui, muros ipſius Caſtri ſterni ad ſolum fecit, & aggeres illius repleri &c.* Anno 1197. hæc ad rem noſtram habet: *Tunc quidam in Calabria Teuthonicus nomine Fridericus cum nollet Imperatrici favere, ſe in Malveti caſtro recipiens, quod furto ſuſtulerat cuidam Mauro de Mira ibidem Caſtellano ſtatuto pro monaſterio Caſſinenſi, juſſu Imperatricis ipſius, a Comite Amphuſo de Rotis cæteriſque Calabriæ Nobilibus in ipſo caſtello obſeſſus eſt, & arctatus &c.*

Caſſinenſes vexati.

Anno inſequenti 1198. magnopere Caſſinenſes vexatos hiſce verbis narrat idem Richardus: *Dictus vero Marcualdus cognito de morte imperatricis, congregato malignorum exercitu, quos prece pretiove conduxerat, regnum non ſine illorum, qui erant de regno, auxilio, & ducatu, intravit. Veniens in Comitatum Moliſii, in quo filii ſui reliquiæ ſervebantur, ad dictum Caſſinenſem Abbatem pro pace legatos miſit, per quos etiam ipſum, ut ſibi regni juvaret Balium, quod ſibi Imperator reliquerat, ut dicebat, requiſivit: Quia vero a prædicto Abbate hoc obtinere non potuit, nam primo regni ipſius Balium dicto Innocentio Papæ juraverat, qui contra ipſum Marcualdum ad jam dictum Abbatem duos miſerat Cardinales cum exfortio militum Campanorum, & auxilium terræ ſuæ eundemque.*

*Diſſertat.*

*Marcualdum excommunicationis vinculo innodaverat, & ſequaces illius ipſe ſui furoris impatiens cepit more Teuthonico in Terra monaſterii deſævire.* Subditque an. 1199. *menſe Januario hic per Venafrum veniens maledictus cum maledictis terram S. ingreſſus eſt Benedicti, & primo caſtrum S. Petri in fine deſertum ab incolis cauſa metus nullo obſtante occupans, igne cremavit. Caſtrum S. Victoris vi capiens, bonis propriis ſpoliavit, & movens exinde caſtra ſua, Cervarium, & Toreclum duo ſcilicet caſtra ab habitatoribus derelicta combuſſit, & ſeptimo intrante Januarii, ante S. Germanum in campis caſtrametatus eſt, & cum ad capiendam terram ipſam daret frequentes inſultus, capere vi eam non potuit, hominibus civitatis, ac militibus Campaniæ, qui in ea convenerant eo die, reſiſtentibus illi. Tunc Diopultus jam dictus, qui ad ipſum venerat Marcualdum, montem quendam, qui Majo dicitur cum ſuis occupans, ſua ibi tentoria fixit, quod tanti cauſa timoris fuit omnibus de terra ipſa, cum ſupereminens eſſet mons civitati, & poſſet de ſupernis montibus ab hoſtibus facile occupari, quod idem Abbas de nocte conſcendens occaſione muniendi Vallum monaſterii, nonnulli de civitate cum ſuppellectili ſua ſe ad Vallum contulerit memoratum, Cardinalibus ipſis mane ſequenti ſe recipientibus in ipſo monaſterio cauſa metus, ſicque die ipſo octavo ſcilicet Januarii relictam ab incolis civitatem Marcualdus intravit, bonis propriis ſpoliavit, & quos in ea invenit, pœnis addixit variis, & tormentis, quibus pietatis cauſa non profuit, niſi redimi profuiſſet. Nec contentus, eo quod terram occupaverat monaſterii, ad obſidendum illud, & capiendum, cum in eo cum multis Campaniæ militibus, & gente civitatis non modica ſe concluſerint Cardinales aſcendere voluit, qui cum per dies aliquot, poſita in viridario obſidione ipſum monaſterium tenerent obſeſſum, & vallum ipſum per frequentes inſultus hoſtiliter impugnaret, capere per vim illud non potuit, Campanis, & aliis, qui erant in Vallo conſtitutis militibus reſiſtentibus illi. Cumque firmata obſidione ad capiendum Monaſterium vehementer inſtaret, quod cum per vim non poſſet, credebat fame ſitive facile occupare, in die feſto beati Mauri, mutata ſubito ſerenitate aeris, temporis inclementia facta eſt, & tanta inundatio pluviarum admixta grandinibus, & imbribus multis, quod hoſtium tentoria ſtravit ad ſolum, propter quod qui erant obſeſſi, & jam areſcere cœperant aquis deficientibus in ciſternis, Deo, & S. Mauro debitas gratias retulerunt, & ab obſidione ipſa coacti ſunt recedere obſidentes. Tunc in deſcenſu montis caſtrum Plumbareola idem Marcualdus igne combuſſit, & rediens in S. Germano, ira commotus intus, & extra civitatem domorum, & tuguriorum vaſtitatem fieri mandans, caſtrum S. Heliæ affidatum combuſſit. Portas S. Germani, & mœnia ejuſdem in pleriſque locis everti fecit ad ſolum. Illis diebus cum viri nequam, qui erant cum ipſo Marcualdo facerent in cæteris eccleſiis, ſicut in aliis terræ domibus ſtationem, & ſua in eis ludicra exercerent, ipſi Deo, & ſanctis ejus non verebantur injurias irrogare, nam cum de cæteris altaribus certas extraxiſſent reliquias, unus ex prædictis violare aram beatæ Virginis attentavit, qui ſtatim aridam ad ſe manum retraxit. Alter cum crucifixo, qui eſt in eccleſia S. Germani, primo per lapidis ictum, demum*



Digitized by Google

*per urinæ injectionem in ipſum injurias graves inferre, roſa prius dentibus lingua, arefactus infelix vitam ſtatim cum morte finivit, quod tantum ipſi Marcualdo terrorem incuſſit, quod facta compoſitione cum Abbate prædicto, terram exiens monaſterii nonoſtante Februarii abuit malo omine in anteriora progreſſum. Eo tempore Richardus de Aquila Fundanus Comes, ut ſalvam faceret terram ſuam, Sifrido Fratri Comitis Diopulti filiam ſuam dedit in conjugem. Tunc ipſe Marcualdus caſtrum Pontiſcurvi, Teramum, S. Angelum, & caſtellum novum ipſi Comiti Diopulto, & ſuis ſervanda commiſit, &c.* Et infra: *Roffridus Caſſinenſis Abbas caſtrum S. Angeli recuperat.* Et Anonymus Caſſinenſis ait: *Tunc exiens de regno damnatæ memoriæ Marcualdus, conſiliarius ejus, & aliquantulum commorans in Marchia Anconitana, mortua Panormi jamdicta Imperatrice, rediens ille ad regnum, cum multo exercitu perditorum, & veniens cepit S. Germanum, & totam terram S. Benedicti diſſipavit ſimul, & ex magna parte combuſſit, tradens ſpolia habitantium in ea exercitui ſuo. Nonnulla quoque altaria iniquorum manibus reliquiarum abſtractione violata ſunt. Obſedit autem, & Monaſterium Caſſinenſe, ubi ſe concluſerant duo Cardinales, qui venerant ex parte domni Papæ Innocentii cum multis militibus de Campania in auxilium terræ. Sed domnus Abbas prædictus ferre non valens multitudinem virorum, & mulierum, qui ſe ibidem receperant, data illi pecunia numerata fecit eum de terra exire, commendato ab illo dicto Diopulto caſtello novo, caſtello Fractarum, & Pontecurvo.* Eadem refert Raynaldus hoc anno nu. 4. ubi de Richardo Sangermanenſi loquens, hæc habet; *Sed rei geſtæ ſeriem ex probatiſſimo authore ejus temporis ex eodem loco oriundo præſtat decerpere.* Et anno 1198. nu. 70. ſcripſerat: *Nunc breviter quid de eo Richardus de S. Germano in ſuo chronico afferat, perſtringamus; Pauca tamen de eo authore cujus manuſcriptum pervetuſtum in bibliotheca Caſſinenſi extat, atque ex eo delibatum ſumma fide exemplar habuimus, ſæpius a nobis adducendo ad illius laudem, quam ſilentio obruere, ac deterere nefas eſſet, præmittemus; illum ſive veritas ſpectetur hiſtoriæ, ſive diligentia, qua præcipua, quæ in Orbe univerſo, maximeque in utriuſque Siciliæ regno, e quo orindus erat, gerentur, collegit, primis etium Annalium ſcriptoribus conferendum. In ſuo ille hiſtoriæ proemio teſtatur, notarii ſe officio functum in oppido cui a S. Germano nomen indictum: ea ſuis Annalibus commendaſſe, quæ vel hauſiſſet oculis, vel a viris fide digniſſimis accepiſſet, eaque ad ſcribendum ratione permotum, quo ſecutura poſteritas veterum factis erudita aliquam utilitatem delibaret. Suam porro ille hiſtoriam a tempore a quo Guillelmus ſecundus Siciliæ rex fatis ceſſit, ſuique ingens deſiderium reliquit, & Clementis Papæ anno ſecundo eſt auſpicatus.*

Cujus rei meminit Innocentius III.

Innocentius III. Romanus Pontifex epiſtol. ſuarum lib. III. epiſt. 553. relata carptim a Rainaldo, atq; integra a Roccho Pirrho in prima Sicilæ ſacræ noticia p. 15. hujuſce obſidionis hiſce verbis meminit. *Panormitan., Regin., Capuan., Montis Regal. Archiepiſcopis, & Epiſcopis, Trojan. familiaribus, Regis: ſi diligenter attenditis &c. prius enim quam dilecti filii Magiſter B. Subdiac. noſter, & L. Judex ipſius Imperatoris, & regis, ac veſtra nobis ſcripta tuliſſent ad defenſionem Regni accingebamur viriliter, & potenter, & reſiſtendum Dei eccleſiæ inimicis milites in expenſis eccleſiæ miſeramus. Licet autem ex puſillanimitate hominum de S. Germano non ex potentia hoſtium caſtrum S. Germani traditum fuerit in hoſtili militibus noſtris ſe recipientibus in Monaſterium Caſſinenſe, plus tamen in hoc vobis Dominus, & toto regno conſuluit, quam fragilitas humana ſperaret, nam Marcualdo circa obſidionem Caſſinenſis monaſterii inaniter occupato Comites, Barones, cives, & alii regis, & regni fideles ex magna parte in ſingulis provinciis convenientes in unum ad reſiſtendum ei, ſibi mutuo ſubvenire juramenta firmarunt: Immunita munientes, & Villas, & caſalia reducentes ad civitates, & loca munita, & contra eum etiam exercitum congregantes. Interim etiam non ceſſavit manus domini flagellare tyrannum, cum milites noſtri ſæpius in exercitum Marcualdi facientes inſultum, multos ex eis occiderint, multos ceperint, plures etiam vulneraverint, & obſeſſi de obſidentibus froquenter victoriam reportaverint.* Obſeſſum monaſterium Caſſinenſe a Marqualdo refert quoque Honorius III. in epiſtola ad Federicum II. Imperatorem an. 1226., quem refert Raynaldus ad eum annum nu. 5. Advertenda illa Richardi verba: *Abbas nocte conſcendens occaſione muniendi vallum Monaſterii nonnulli de civitate cum ſuppellectili ſua ſe ad vallem contulerint memoratum &c. qui cum per dies aliquot poſita in viridario obſidione, ipſum monaſterium teneret obſeſſum, & vallum ipſum per frequentes inſultus hoſtiliter impugnaret &c.* Ubi, *Valli* nomine ut ego quidem ſentio, Fortalitium, ſeu arcem ſignificat Richardus. Vix enim credibile ſi vallum propria, latinaque ſignificatione pro munitione, ac propugnaculo monaſterii Caſſinenſis accepiſſet, vel pro foſſa, Sangermanenſes earumque res ſubdio permanſiſſe, apertoque in loco, ubi facile inimicorum inſultibus obvii eſſent. Accedit, Vallum a monaſterio ipſo fuiſſe diſtinctum, nam Marqualdus, & monaſterium Caſſinenſe ex viridario quo univerſum circumdatur obſidebat, vallumque impetebat eodem tempore. Hic vero per tranſennam monitum volumus haud longe a cœnobio noſtro abfuiſſe fortalitium, quod infra oſtendemus, atq; arces munire, ſuoque juri ſubditas habere ſupremi principis authoritatem eſſe, quique nulli ſuperiori pareat, ut alibi explicatum.



Digitized by Google

# PRIMÆ DISSERTATIONIS PARS SEXTA.

# SÆCULUM OCTAVUM A CONSTRUCTIONE COENOBII CASSINENSIS

## CHRISTI TERTIUMDECIMUM, AB ANNO MCC. AD MCCC.

*In felices hoc ſæculo adverſus Caſſinates eventus.*

QUæ intentata hactenus mala, atque infortunia ingruerant Caſſinatibus, hoc tandem ſæculo per ſummam injuriam inflicta ſunt Caroli Andegavenſis vi, qui cœnobium Caſſinenſe juriſdictione criminali tot ſæculorum præſcriptione firmata ſpoliavit, quibus de cauſis incompertum. Iras certe Dei vindices non effugit Carolus, ſi fides beato Urbano V. Romano Pontifici in ea epiſtola, quam anno 1370. ad Johannam I. Neapolis reginam dedit. Sed quærelæ nunquam gratæ licet quandoque neceſſariæ, ab hoc certe opere, quod hac de cauſa ſuſceptum non eſt abſint; Deo potius gratias ex corde agimus, quod incolumem hactenus qualemcumque hanc nobis umbram priſtinæ magnitudinis imperii ſpeciem conſervet.

*Diopulti proditoriæ invaſiones.*

Inſtitutam itaque diſſertationem, eodem Richardo a S. Germano duce, proſequemur, qui an. 1200. hæc ſcribit: *Diopultus Comes cum aliquibus, cum quibus ipſe remanſerat Marcualdus cum quibus per regnum mala innumera committebat præſtito aqud Venafrum corporaliter Sacramento de non offendendo amplius terram S. Benedicti propter quod homines S. Germani ſibi non cavebant ab eo, ipſe Diopultus, cum perditorum gente nocturno tempore hoſtiliter terram S. Germani intravit nono die Martii, eamque dans in direptionem, & predam miſeros, quos invenit in ea homines multis adjecit periculis, & tormentis, poſtque redimere ſe ſunt coacti. Abbas vero, qui erat in civitate ipſa fuga media cum Gregorio fratre ſuo in Atinum ſe recepit & exinde in Martiam contulit, gentis auxilium a Celani Comite petiturus, qui cum illud dare denegaret eidem ad Raynaldum Senebaldum fiducialiter ivit, qui totum argentum ſibi liberaliter tradidit, cum quo aliquot retinuit ſervientes, & Baliſtarios, cum quibus rediens per montana intravit nocturno tempore monaſterium, quo cognito Diopultus, cum ipſum Abbatem cum magnis crederet viribus rediiſſe, metus cauſa depopulatam liquens terram ſancti Germani exivit, & ſecum captivos quoſdam de Terra ipſa ad roccam Arcis deduxit.*

*Eo anno dictus Abbas Roccam Jani ſuper S. Germanum firmavit, & providens indemnitati terræ ejuſdem, eam per circuitum muris firmavit, & portis, & aggeribus communivit*; Et Anonymus Caſſinenſis ait: *Dictus Diopultus, cui baſerat omnis ille Exercitus perditorum cum apud Venafrum juraſſet ſatis ſolempniter treguam, & pacem domino Abbati, & hominibus S. Germani per fraudem de nocte veniens, cœpit S. Germanum, & multos de habitatoribus captivos tenens, omnia diripuit, quæ inventa ſunt inferens quæcumque mala potuit, ſicut erat moris ejus, omnibus caſtellis monaſterii, & habitatoribus eorum. Exivit autem de civitate, ſed vix ibi poterat aliquis ſine timore, & tremore habitare.*

*Qui a Gualterio Comite vincitur, fugaturq.*

Proſequitur hæc an. 1201. Anonymus Caſſinenſis: *Gualterius Comes Brennenſis mittitur in regnum a domino Papa Innocentio, & fretus auxilio Abbatis noſtri, dictum Diopultum apud Capuam cum multo exercitu contra eum venientem fugavit. Diripuit omnia, & cunctum ejus exercitum diſſipavit, capiens nonnullos eorum, & alios in fugam convertens quarto Idus Junii civitas Venafrana tota combuſta eſt in Vigilia S. Johannis Baptiſtæ cum auxilio dicti Comitis Gualterii dominus Abbas caſtellum Pontecurvum, caſtellum novum, & Fractas recuperavit, datis Robberto de Aquila, qui tenebat illa per dictum Diopultum eccleſia S. Magni in vita ejus, & molendino de Refoſorio apud S. Germanum, & tenimentis dicti Petri de Manſo.* Atque Richardus ait: *Eo anno dictus Abbas caſtellum novum, & Fractas recuperat, &c.* Anno vero 1202. ſubdit? *Dictus Comes Gualterius cum jamdicto Caſſinenſi Abbate in Apuliam vadit, qui Abbas una cum Petro Galloze Portuenſi epiſcopo, legationis officio fungebatur. Cumque ad dictum Comitem expugnandum memoratus Gualterius de Palear. Cancellarius cum Comite Manerio fratre ſuo, Diopuldo, & Oddone de Laviano Comitibus, congregatis undique viribus, ſub pretextu quod ipſum Comitem regis hoſtem dicebat, & regni, cum ipſo campeſtre bellum inierit apud Cannas. Dictus Cancellarius cum Diopulto præfato, per ipſum Comitem ſexto ſtante Octobris devicti ſunt, & fugati, nullis ex eis captis, & nonnullis gladio interemptis. Sunt etiam in prima qui ſteterant acie capti, Sifridus Frater Diopulti dictus Oddo de Laviano, & Petrus de Celano, qui Comes dicebatur Civitatenſis, qui autem fuga media evaſerunt, Cancellarius, & Comes Manerius frater ejus receperunt ſe in Salpitam civitate, quæ favebat eiſdem. Diopultus vero in rocca ſancta Agatha receptavit. Dictus Caſſinenſis Abbas in Apuliam vadit habita de Diopulto victoria, legatus in Siciliam vadit, ubi dictus Marcualdus ſuperveniente dyſenteria miſerabiliter expiravit.*

*Fames*

Digitized by Google

*Fames valida per totum regnum exorta eſt, Diopultus ſepeſatus iratus, a Finagrana, qui cum . . . . . . diſcordi a comite Gualterio receſſit, cum gente ſua properat ſuper S. Germanum, ubi idem Finagrana, & quidam ipſius Diopulti caſtellanus capti ſunt, & gladio peremipti.*

Partæ a Gualterio victoriæ, legationiſque Roffridi meminit Innocentius III. in epiſtola ad Siculos apud Raynaldum nu. 1. hiſce verbis: *Licet autem uſque adeo in obſequio regis, & regni jam eluceat fides ejus (Gualterii comitis) ut de puritate intentionis nullus penitus debeat dubitare, ut tamen omnis penitus ſuſpicio ſopiatur, dilectum filium R. Tituli SS. Marcellini, & Petri presbiterum Cardinalem apoſtolicæ ſedis legatum, & nobilem virum Jacobum conſobrinum, & Mareſcallum noſtrum in Sicilia duximus dirigendos, conceſſa eis plenaria poteſtate, ut gerant in illis partibus vices noſtras, & perſonam regiam, ſi de Marcualdi manu fuerit liberata faciant per familiares regios fideliter cuſtodiri. Comiti etiam dedimus in mandatis, ut procedat juxta diſpoſitionem eorum, & ipſorum ſtatutis humiliter acquieſcat &c.* Ejuſdem Roffridi meminit epiſt. 51. lib. 5. apud eundem Rainaldum nu. 6. dum ait: *Per apoſtolica ſcripta mandamus, ut ſuper hoc tam intra ſe, quam tecum & cum dilecto filio Roffrido, tituli SS. Marcellini, & Petri presbytero Cardinali Caſſinenſi Abbate apoſtolicæ ſedis legato conſilium communicent &c.*

Privilegium a Roffrido Abbate Accolis Fellæ cōceſſum. Ex originali in Archivo.

Idem hic Abbas Roffridus Accolis feudi Fellæ in Calabria cœnobii Caſſinenſis ſubditis amplum hujuſcemodi concedit privilegium.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab incarnationis ejus milleſimo ducenteſimo ſeptimo, & nono anno regni domni noſtri Friderici glorioſiſſimi regis menſe Januarii quintodecimo die ejuſdem menſis indictione X. Nos Roffridus Dei gratia Cardinalis, & Caſſinenſis Abbas non immemores ſervitii, quod vos homines habitatores caſtri noſtri Fellæ fideles noſtri nobis, & monaſterio noſtro Caſſinenſi longo jam tempore exhibuiſtis, maxime tempore hoſtilitatis, quo pro cuſtodia, & gubernatione dicti caſtri plurimum laboraſtis, & præcipue quia promiſiſtis, & conveniſtis vos, & heredes veſtri dare, & reddere nobis, & noſtro Monaſterio decimam, ſicut inferius continetur, de conſenſu fratrum noſtrorum, nobiſcum habendo Magiſtrum Berengerium judicem, & advocatum Caſſinenſem concedimus vobis, & heredibus veſtris omnes bonos uſus, & conſuetudines, ut inviolatas a nobis, & ſucceſſoribus noſtris perpetuo obſerventur. Item remictimus vobis medietatem angariæ præter operas ſex, & medietatem de dato, gallinas, panes, & alias ſalutes, nec non herbaticum, & glandaticum ſimiliter condonamus. Item quicumque veſtrum laboravit de demanio curiæ noſtræ non tenetur reddere nobis niſi decimam ſine terratico; pro redemptione Sacramenti non teneamini dare nobis niſi denarium unum. Item quicumque veſtrum ab inteſtato deceſſerit, ſuccedat frater, & ſoror fratri, & ſorori, filius patri, & matri, pater, & mater filiis, & filiabus, & hoc ſervitialibus uſque ad tertiam generationem conſervetur. Francis vero hominibus in perpetuum. Someriì veſtri non capiantur pro ſervitio Curiæ, niſi veſtra ſpontanea voluntate. De Foreſtis retinemus ad opus noſtrum medietatem, & medietatem ſubariti, & medietatem Querqueti, alias uſibus veſtris concedimus, ſed non ad deſtructionem. Franci vero homines poteſtatem habeant vendendi, donandi omnes res ſuas mobiles, & immobiles infra ipſum caſtrum Fellæ, & fidelibus Caſin. eccleſiæ & in eodem caſtro habitantibus, & hoc in perpetuum. Servitiales vero poſſint judicare res ſuas mobiles, & immobiles conſanguineis ſuis, ſalvis ſervitiis, uſque ad tertiam generationem, & vendere de rebus ſuis, ſalvo dato: nemo veſtrum capiatur in perſona, aut rebus ſuis ſine certa, vel judicata cauſa, exceptis his, quæ pertinent ad regalia, & hoc ſecundum conſuetudines veſtras. Si quis etiam graviter deliquerit, non deſtruatur: ſed de ipſo, & rebus ejus diffiniatur cum miſericordia, ſecundum providentiam bonorum hominum Fellæ, quibus Prior commiſerit. Stalium condonamus his, qui cartas inde habent, medietatem piperis, incenſus ſimiliter condonamus, ſalvo ſi pro domibus debetur. Item concedimus & in eccleſia Caſſinenſi fiat annuatim pro animabus veſtris, & defunctorum veſtrorum ſolemnis commemoratio nono die poſt Octavas Pentecoſtes, in qua habeat conventus noſter Caſſinenſis pro prandio untiam auri unam de decimis, de quibus decimis, dabitur pro munitione, & reparatione dicti caſtri noſtri Fellæ juſta providentiam noſtram per duos, vel per tres annos, donec caſtrum ipſum ſit bene roboratum, & firmatum quidquid tenetis in tenimento ipſius caſtri Fellæ unde cartas habetis a nobis, vel anteceſſoribus noſtris teneatis, & habeatis vos, & heredes veſtri imperpetuum. Nullus veſtrum cogatur ad nos venire pro queſtionibus, quæ inter vos verſantur, niſi pro his, quæ pertinent ad regalia, aut quando ad nos fuerit appellatum, aut ſi aliquis veſtrum in preſentia Prioris diſtringi noluerit: Queſtiones veſtræ, quæ ſemel coram nobis, vel Priore noſtro diffinitæ fuerint alia vice non reiterentur, nec teneatur quis iterum reſpondere. Decimas vero debitas, de his, quæ in tenimento Fellæ ſeminabitis, videlicet de multo frumento, hordeo, & fabis: De lino vigeſimam, de aliis ſeminibus non teneamini. Si forte ſeminaveritis in vineis dabitis decimam de muſto tantum, ipſa decima ſine occaſione, aut malitia alicujus partis reſtringatur. De ovibus dabitis decimam, de lana, caſeo, & recotta, de porcis dabitis decimam porcellorum, quando tales ſunt, qui ſine matre vivere poſſint. Hujus decimæ dabitur decima pars de victualibus presbyteris, & clericis Fellæ. De vino vero vigeſima, obligantes nos, & poſteros noſtros, & partem noſtri monaſterii hanc noſtram conceſſionem vobis, & heredibus veſtris firmam, & incorruptam conſervare, & nullo tempore contra eam venire, ſicut vos veſtra ſpontanea voluntate promiſiſtis nobis, & monaſterio noſtro omnia prædicta ſolvere, & ut hæc noſtra conceſſio a nobis, & ſucceſſoribus noſtris vobis, veſtriſque heredibus conſervetur illibata, preſentis privilegii munimine duximus roborandam, quæ tibi nicolao noſtro, & civitatis S. Germani publico notario ſcribere juximus. Actum in eadem civitate S. Germani. Ego Fr. Roffridus Dei gratia Cardinalis, & Caſſinenſis Abbas: Ego Frater Petrus Caſſinenſis Diaconus. Ego Fr. Vitalis Sacerdos, & Monachus. Ego Fr. Johannes Sacerdos, & Monachus. Ego Fr. Benedictus Sacerdos, & Monachus. Ego Fr. Odoriſius Sacerdos, & Monachus. Ego Frater Bernardus Sacerdos & Me-*

Digitized by Google

*monachus. Ego Frater Lando Diaconus, & Monachus. Ego Frater Petrus Diaconus, & Monachus. Ego Fr. Rogerius Sacerdos, & Monachus. Ego Fr. Joannes Sacerdos, & Monachus. Ego Fr. Robertus Monachus. Ego Fr. Joannes Caſſinenſis Veſtiarius. Ego Fr. Bartolus Sacerdos, & Monachus, Ego Fr. Paulus Monachus.* Ex hoc vero ſuprema Abbatis Caſſinenſis in illud caſtrum juriſdictio conſtat luculentiſſime, illoſque tunc accolas angariam ſolviſſe, neque bona ulla hereditate aliis etiam filiis potuiſſe tradere, aut vendere, &c.

Alia Roffridi geſta.

Alia quædam Roffridi Abbatis geſta narrat Anonymus Caſſinenſis an. 1208. hiſce verbis: *Menſe Januario, in vigilia Epiphaniæ dominus Roffridus Caſſinenſis Abbas civitatem Soræ, quam homo perditiſſimus, & perfidiſſimus Conradus de Marley Theutonicus cum Rocca de Sorella . . . . . fuerat ab Henrico imperatore ſexto relictus Caſtellanus, Peſclo ſolido, rocca arcis, & Brocco tenebat, conducta predonum, & ſibi ſimilium manu Campaniam, & adiacentia loca, & maxime terram S. Benedicti deprædabatur; in crepuſculo diluculi cum gente ingreſſus eſt. Eo die per civitatis transfugas, qui ſe receperant in Planellum, quam multæ civitatis domus igne deflagravere. Illi autem de loco illo natura munitiſſimo a gente Abbatis expulſi, eodem die in Sorella roccam ſe receperunt. Alia igitur die caſtellum Brocci expugnatum eſt, & arx Sorellæ de Planello arctius eſt obſeſſa. Menſe Februarii arx dicta noctu expugnatur a noſtris, uno tantum de noſtris ab hoſtibus audaciter reſiſtentibus cæſo. Captus Conradus Sorellæ cum univerſis, qui fuerant illic inventi tenetur in vinculis, Roccam arcis, & Peſclum ſolidum reddere pro ſua ſuorumque, qui tenebantur, liberatione promittens. Prima igitur quinta feria Quadrageſimæ Hugo pro liberatione D. Conradi, & ſuorum, Stephano Camerario domini Papæ Innocentii, & Richardi ejuſdem germano, Roccam Arcis aſſignat, recepta per eos a domino Papa multa quantitate pecuniæ, & firmata pſcār., & rerum ſecuritate. Menſe Junii dominus Papa Urbem exiens, ad S. Germanum contendit, convocatiſque illuc Comitibus, & Magnatibus regni, de Domini regis Frederici ſuccurſu, & regni pace tractavit, conſtitutis ad hoc capit, & mag. Juſtitiariis Apuliæ, & Terræ laboris, Comite Petro Cœlano, & Comite Richardo Fundano. Deinde montem Caſinum dominus Papa conſcendit, ibique diebus multis propter clementiam aeris immoratus, a prædeceſſoribus ſuis indulta monaſterio privilegia renovavit, & quædam de novo concedens &c.* Eadem fere ſic deſcribit Richardus a S. Germano: *Menſe Januario in vigilia Epiphaniæ Roffridus Caſſinenſis Abbas ſuperius memoratus congregatis militibus, & ſervientibus terræ ſuæ, & Baronum circum poſitorum, qui ſibi ex gratia libenter obſequebantur, una cum Dominis Aquini, & Mager Sorello, civitatem Soræ, precantibus hoc quibuſdam ipſius Abbatis conſanguineis, qui de Sora erant, nocturno tempore intrat, eamque ad opus recipit, & fidelitatem Innocentii Papæ, qui in ſuccurſum Abbatis ipſius mittit Stephanum de Foſſa nova Camerarium ſuum cum ex fortio militum Campanorum, qui Conradum tunc Soræ Comitem ſe in Sorella recipientem arctat, & obſidet, & male ſibi caventem intus Sorellam cepit, qui pro ſua redemptione Roccam Arcis in manus dicti Camerarii reſignavit. Tunc etiam Broccum, & Peſclum ſolidum amiſit. Eo anno Innocentius Papa in Vigilia S. Johannis Baptiſtæ menſe Junio venit ab Urbe ad S. Germanum, ubi ab ipſo Abbate Roffrido magnifice receptus eſt, & tam ipſe, quam fratres ſui domini Cardinales in neceſſariis omnibus honorifice procurati. Tunc venientes ad ipſum Petrus de Celano, & Richardus Fundanus Comites cum eis de ſuccurſu regis Friderici ſtatuit, & de defenſione regni, in hunc modum videlicet, ut ipſi Comites ſint magiſtri Capitanei, quibus ſuper iis omnes intentant a Salerno uſq; Ceperanum, ſicut a mari, uſque ad mare protenditur tractus terræ, ſalvo ſtatuto regio, quo Celanus Comes eſt Magiſter Juſtitiarius Apuliæ, & Terræ laboris, & ſalvo mandato regio, quod factum eſt Comiti Fundano de civitate Neapolitana, ut ſit ſpecialis rector ipſius, intelligentes hoc quantum ad propria negotia civitatis; ſed quantum ad ſuccurſum regis, & ad defenſionem, & ad pacem regni, omnes communiter intendent his duobus. Quicumque ordinationem iſtam receperint ad invicem ſibi pacem obſervent, & ſi quiſquam ab aliquo fuerit offenſus non ſtatim reoffendat eundem, ſed apud prædictos Comites querelam deponat, qui eam ſecundum rationem, ac regni conſuetudinem faciant emendari, &c.* Et infra: *Dictus Papa relicta ſub depoſito parte theſauri ſui non modica in monaſterio dictis Comitibus in ſua cum ipſius licentia redeuntibus, ipſe de S. Germano diſceſſit, & per Atinum iter faciens, quod dictus Abbas Roffridus tenebat, Soram ſe contulit, indeque in Campaniam reverſus eſt.* Vid. Raynaldus hoc anno nu. 27.

Privilegium Innocentii III. Papæ.

Amantiſſimus Caſſinatium erat Innocentius III. qui inter plura privilegia ampliſſimum illis hoc anno conceſſit, datum in S. Germano, in eoque hæc inter alia bona cœnobii Caſſinenſis confirmat: *In Calabria Cellam S. Anaſtaſiæ, caſtellum Fellæ &c. Item civitatem, quæ dicitur S. Germani poſitam ad pedem ipſius Montis, Pontemcurvum, & caſtellum S. Petri, quod ab antiquis dictum eſt caſtrum Caſini, caſtellum S. Angeli, Pignatarium, Terami, Plumbarola, Peſdemonte & Villam de Pedemonte, caſtellum S. Stephani, caſtellum S. Georgii, caſtellum S. Apollinaris, caſtellum S. Ambroſii, caſtellum S. Andreæ, Vallis frigida, caſtellum novum, Fractæ, & eccleſiam S. Martini, Mirtula cum ipſa curte, quæ dicitur Caſa Fortini, Roccam de Bantra cum omnibus pertinentiis ſuis, Sugium, Turrem ad Mare juxta fluvium Garilianum, S. Salvatoris, qui vocatur Cucurozo, Vantra Comitalis, Vantra Monaſtica, Caminum, Juncturam, Torocclum, Cervarium, S. Victorem, S. Petrum in Flia, S. Heliam, Vallemrotundam, Sarracineſcum, Caſtrum Atini cum omnibus pertinentiis ſuis, Cardetum, Aquamfundatam, Vitecoſam &c. caſtrum Cetrariæ cum omnibus eccleſiis, & pertinentiis ſuis; in Marchia Theatina caſtellum Laſtenianum, Montem Albrici, Mucclam, S. Quiricum cum portu, Friſam, S. Juſtam; in comitatu Aſculano caſtellum, quod dicitur Octavum, & poſt Montem Cinianum, Trivilianum, & Cavinum; In Principatu Caſtellum Ripæ Urſæ, Montembellum, Petrafracida; in Comino Vicumalbum; in territorio Carſeolano caſtellum Auricolæ, Piretum, Roccam Incameratam, Foſſamcecam, & Capriatam; in Amalfi Fundicum in territorio Trojano,*

Digitized by Google

*no, Caſtellone de Baroncello, S. Juſtam, Villam, S. Nicolay, quod de Galitiano dicitur; in Monte S. Angeli. Hoſpitale; in Territorio Capuano Gualdum de Liburia, &c. in regno Francorum Monaſterium S. Mauri Glannafolienſi cum Cellis, & pertinentiis ſuis. Hac omnia, ut diximus, cum omnibus rebus, & adjacentiis earum, tam in finibus Beneventanis per diverſa loca, quam & in Apuliis, & in finibus Marſorum, & Calabritanis etiam, & in finibus Marchia ſive ubi longe lateque per diverſa loca conſiſtunt, una cum colonis, & colone, ſervis, & ancillis utriuſque ſexus, ad ejuſdem monaſterii jura, & dominium pertinentibus confirmamus, &c.* Neque tamen hic omnia eo tempore a monaſterio Caſſinenſi poſſeſſa oppida numerantur. In alio vero brevi eodem die ab Innocentio ad Roffridum Abbatem ſcripto, hæc ad rem noſtram leguntur:

Ex originali in Archivo.

*Innocentius epiſcopus &c. Dilectis filiis R. tituli SS. Marcellini, & Petri presbytero Cardinali Abbati, & Conventui Caſſinenſi ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Licet ex apoſtolica ſervitutis officio, &c. de univerſis eccleſiis curam, & ſollicitudinem gerere teneamur, ad monaſterium tamen veſtrum ea propenſius nos convenit aciem noſtra proviſionis extendere, quo ſpecialius juris, & proprietatis apoſtolica ſedis exiſtit, cum non alium ſupra ſe, quam Romanum habere Pontificem dinoſcatur. Sane cum ad idem monaſterium Viſitationis gratia veniſſemus, inveſtigato de ſtatu ejus in interioribus, & exterioribus diligenter ab hoſpitali, veſtiario, ſacriſtia, infirmitorio, & cellarario, multa minus licite alienata comperimus, de quorum ſubtractione pralibata officia detrimentum multiplex ſubſtinebant &c. Decimas autem de poſſeſſionibus ad eccleſias veſtras de parochiali jure ſpectantibus, in quibus jus plenum habetis, liceat vobis nomine ipſarum eccleſiarum exigere, ac recuſantes ſolvere, cum tam ex veteris, quam ex nova legis pracepto decima debeantur eccleſiis, ad ſolvendum ſpirituali, & temporali diſtrictione ſi opus fuerit coercere, cum utramque juriſdictionem habeatis in ipſis, ita quod eum clericis, qui deſerviunt pradictis eccleſiis de hujuſmodi decimis rationabiliter componatis, tametſi hactenus eas minime percepiſſent, &c.*

Juriſdictionem ſpiritualem & temporalem habet Caſſinenſe monaſterium.

Haud abs re erit hoc loco monumentum referre, quo oſtenditur monaſterium SS. Coſmæ, & Damiani apud Taliacotium Caſſinatibus ſubditum cujus in epitome hiſtorica mentio facta eſt, vaſſallos habuiſſe, quibus jus diceret: cum potiſſimum plura inde Cl. Virorum nomina dignoſcantur, vel qui ejus oppidi Domini fuere, quorum non meminit in hiſtoria Marſorum Vir eruditus Mutius Phebonius, vel alii quidam, puta epiſcopi Benedictus, & Ingiamus, de quibus Phebonius ipſe agit in catalogo epiſcoporum Marſicanorum pag. 18., nu. 17. 20., & 25. atque Lucentius Tom. I. Ital. Sac. in ejuſdem urbis Epiſcopis nu. 14., & 17. Oderiſius Electus Balbenſis de quo agit Ughellius To. I. Ital. Sac. in Epiſcopis Valvenſibus & Sulmonenſib. nu. 24. Simon Abbas Sublacenſis, Leo Abbas S. Clementis Piſcariæ. Abdenago regis Guillelmi Juſtitiarius, aliique.

Juriſdictio monaſterii SS. Coſmæ & Damiani, apud Talliacotium Caſſinatibus ſubditi.

Ex originali in Archivo.

*Nos Joannes Prapoſitus S. Joannis de Celano preſenti pagina declaramus, recepiſſe litteras a ſummo Pontifice in hunc modum; Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio. I. Prapoſito Celanen. Marſican. Diœceſis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Grave gerimus, & indignum, quod licet ſuper eccleſia S. Maria de Sorbo, quam dudum in prejudicium monaſterii S. Coſma inter nobiles viros Barthomaum de Tallacozo, & Andream de Pontibus commutatam, nobilis vir Duraguerra de Pontibus Marſicana diœceſis detinebat ſemel, & ſecundo tibi ſcripſiſſe dicamus. Dilecta tamen in Chriſto filia M. ejuſdem monaſterii Abbatiſſa propter defectum tuum coacta eſt ſuper hoc nobis querelam tertio replicare, quod non ſolum adhuc ſuper Eccleſia memorata juſtitiam obtinere non potuit; verum etiam dictus Bartholomaus in multis aliis eam graviter moleſtavit, homines monaſterii a juriſdictione ipſius temere ſubtrahendo, ac terras, & vineas, quas iidem homines tenent a monaſterio ſupradicto redigendo ad proprium manuale; proprias quoque vicendas, & cannapinas monaſterii ſupradicti ad ſuas vicendas redigere non veretur, & tenimentum quoddam in monte Romano, quod . . . quondam ejuſdem monaſterii Abbatiſſa monaſterio ipſi emptionis titulo aquiſivit contra juſtitiam ei abſtulit, & reddere contradicit, ac debitam ei decimam de proprio ſubtrahens molendino, devino quod homines monaſterii pradicta Abbatiſſa ſolvere tenebantur, dolia ſua fecit violenter impleri, alias ei, & familiaribus monaſterii multipliciter injurioſius exiſtens; quocirca diſcretioni tua per apoſtolica precipiendo mandamus, quatenus in cauſa eccleſia ſupradicta ſecundum formam prioris mandati pravia ratione procedens, prapbatum B., ut eidem monaſterio ablata reſtituat, ut tenetur, & de damnis, ac injuriis irrogatis ſatisfaciens competenter ab indebita moleſtatione, ipſi de cetero conquieſcat monitione pramiſſa per cenſuram eccleſiaſticam appellatione remota compellas. Mandatum apoſtolicum taliter impleturus, quod de catera ſuper hoc juſta nobis querela per defectum tuum minime replicetur. Datum Roma &c., quibus perlectis terminum tam domine M. venerabili Abbatiſſa S. Coſma de Tallacozo q. domno Bartholomao de Tallacozo poſuimus in quo deberent ſe noſtre conſpectui preſentare, .s. in primo, & ſecundo termino prafato B. non veniente, tertium peremptorium, & ſecundum juris ordinem prafiximus, quem etiam terminum domina Abbatiſſa curavimus intimare. In quo tandem, ut q. parte ad nos veniente aſſeſſores, habentibus nobiſcum dominum A. Venerabile Archidiacono Pennen., domnum Raylm. de monacho, Magrm̃ Thom̃. Canonicos Celanenſes, & Magrm̃ Jacobum de S. Germano litteras domini PP. publice legi fecimus, quarum tenor utrique parti in litteris citatoriis fuerat intimatus; quibus lectis pars domina Abbatiſſa propoſuit in jure contra dominum Bartholomaum, primo quod in prajudicium & grave dampnum monaſterii S. Coſma eccleſia S. Maria de Sorbo, qua ſibi facere non licuit, commutarat. Secundo q. homines monaſterii a juriſdictione ipſius monaſterii ſubtrahens, eos exactionibus indebitis aggravabat; tertio q. vineas, & terras, quas prafati homines a jam dicto monaſterio detinebant, & vicendas, & cannapinas ipſius monaſterii ſua poteſtate redegerat ad proprium manuale; quarto quod monaſterio abſtulerat tenimentum, quod habuerat quondam in Monte Romano; quinto q. decimas cujuſdam molendini Monaſterio debitas ſubtrahebat; ſexto q. debito vini quod prafati homines tenebantur.*

Digitized by Google

*bantur reddere monaſterio ſua dolia fecerat violenter impleri, addens, & quod in hiis, & in aliis monaſterio, & familiaribus ejus gravis, & injurioſus multipliciter exiſtebat; de quibus omnibus ſibi juſtitiam fieri poſtulabat. Iis dictis adjecit q. quanta libertate monaſterium S. Coſma vigeret poteramus oculata fide colligere; primo ex privilegio bo. me. Alexandri eidem monaſterio indulto; ſecundo ex ſententia data ſuper quaſtione, qua vertebatur inter dominam Abbatiſſam, qua tunc vivebat, & dominum Bartholomaum de Tallacozo avum iſtius; tertio ex teſtamento domni Oderiſii patris iſtius Bartholomai. Quarto ex conventione, conceſſione, & refutatione ipſius domini Bartholomai, qui tunc cum prafato monaſterio litigabat; Ad hac dñus Bartholomaus ad quedam reſpondit, & ſuper quibuſdam diffugere petitis indutiis attemptabat. At dum ei a nobis diceretur, ut deberet ad ſingula reſpondere de voluntate, & conſenſu, ipſi fuerunt a parte Domna Abbatiſſa inſtrumenta de quibus ſuperius fecimus mentionem perlecta; quibus lectis, & ab eo intellectis, cœpit contra ea non expreſſe, ſet palliate obloqui, & ſe noſſe vera eſſe illa inſtrumenta reſponſione dubia ſimulare, verum tum ab altera parte praponeretur, quoniam ipſe etiam Barth. habebat ſimillima dicta, & eiſdem litteris, & dictionibus terminata, recognovit tandem inſtrumenta, qua lecta erant, vera eſſe, & ſe nunquam venire contra conventionem ſuam vel pradeceſſorum ſuorum, nec contra teſtamentum domini Oderiſii patris ſui eſt viva reſponſione profeſſus, ſuper quaſtionem vero S. Maria de Sorbo ſic reſpondit, quod nihil dederat cambiendo, niſi quod in ea habuerat, & ſi nihil in ea habuerat, ſe nihil dediſſe confitebatur; ſane quia ibi domnus Duraguerra ſocer ejus erat præſens, contra quem ſuper queſtione ejuſdem eccleſia nobis erant alia littera a ſummo Pontifice deſtinata queſivimus ab eo quod juris in prafata eccleſia S. Maria de Sorbo peteret vel haberet, & reſpondit, quia jus quod in ea habuerat Bartholomaus, & nihil aliud expetebat; quod ſi Bartholomaus nil in ea habuerat, vel dare potuerat ex commutatione facta nil in ea eccleſia poterat optinere, ſuper quaſtione vero terra de monte Romano, & collectam quam fecerat hominibus monaſterii noluit plenarie reſpondere. Nos vero, ut omne ſcandalum amputaremus, ei alium terminum praſiximus, ſcilicet, ut feria ſexta tunc primo ventura deberet ſe perſonaliter, vel per idoneos, & inſtructos reſponſales judicio praſentare, in quo termino predictus B. pro ſe reſponſales domnos Jonath., & Ber. Mancin. milites ſuos miſit, quibus in noſtra preſentia conſtitutis, pars monaſterii propoſuit, ut ſe procuratores domni Bartholomai fore legitimos comprobarent; & demum facta nobis fide, quod vero eſſent Procuratores, poſt multas hinc inde allegationes propoſitas firmiter promiſerunt, quod domnus Bartholomaus reddebat decimas, terras, & vineas monaſterio, & ceſſabat ab omni extorſione, & moleſtia hominum S. Coſma, ſecundum mandatum, & voluntatem noſtram. De terra autem montis Romani dixerunt, que faciebant monaſterio dare ſine quaſtione bonum concambium, quod ſi non poſſent, debebat queſtio pradicta terra fine debito terminari, & quod hac omnia domnus Bartholomaus obſervare deberet ſub pena quadraginta unciarum auri alternatim data cautione fidejuſſoria firmaverunt; Sane inſtrumenta, qua utraque parte praſente publice lecta fuerunt iis litteris verbo ad verbum fecimus inſeri, nec poſſet de facili utilitatibus eccleſia deperire; & primo poſuimus, quod in privilegio Papa Alexandri, ſigilli robore autenticata invenimus de quo tantum poſuimus quantum videbatur preſentem tangere queſtionem, quod tale eſt; pradictam refutationem coram nobis promiſſam, quam nobilis vir Bartholomaus de Tallacozo de pravis conſuetudinibus, quas a veſtro monaſterio exigebat coram perſonis pluribus fecit, ratam, & firmam habentes, authoritate apoſtolica prohibemus; ne conſuetudines ipſas idem Bartholomaus, vel heredes ejus aliquo tempore in monaſterium exercere praſumant, judicium tale fuit poſt multas injurias, & depradationes, & intolerabilem contumeliam, quas Bartholomaus de Tallacozo monaſterio S. Coſma ingeſſerat ejuſdem monaſterii Abbatiſſa, neceſſitate compulſa, poſt multas querelas, Caſſinenſe monaſterium, cui ipſum S. Coſma adjacet monaſterium, & regia curia factas, hortatu, & juvamine Caſſinenſium Monachorum querelam domno papa depoſuit, qui paterna motus pietate, praphatum Bartholomaum, ut ab infeſtatione monaſterii reſipiſceret, caritative commonuit, qui cum ſacris monitis minime acquieſceret, primo quidem interdictu ſua terra poſtremo excommunicationis vinculo, niſi reſipiſceret, eum innodavit, quo Bartholomaus terrore coactus dominum Papam adiit, in cujus praſentiam omnium pravarum conſuetudinum, quas a prafato monaſterio exigebat ſpontaneam perpetuo refutationem fecit, & hoc ſcripto publico confirmandum, & illa damna emendari promiſit. Quod cum ad effectum, ut promiſerat, perducere nollet, in primam rediere diſcordiam; cui videlicet diſcordia nobilis vir O. de Vecle. ſe apponens, hanc conventionem inter Bartholomaum, & Abbatiſſam induxit, ut hac diſcordia judicio, ſive concordia parentum ſuorum, quos ipſe eligeret, finiri deberet, quod Bartholomaus, & Abbatiſſa ſponte authorizaverunt, & ſua fide ſine fraude conſervandum ad invicem firmaverunt, de termino conſtituto O. de Vecle congregante curia placitum eſt inceptum, cui placito interfuerunt judices domnus Leonas Abbas S. Clementis Piſcaria Prior S. Petri Avellana, Abdenago filius Anibe Domni regis Juſtitiarius, Beraldus de Calvell., Randiſius, & Rayls. de Pontibus, Nicolaus Attenulſi, hi omnes audita utriuſque partis advocatione per ſententiam diffinierunt, ut refutationem omnium conſuetudinum, quas a monaſterio S. Coſma exigebat Bartholomaus, prout in praſentia domni Papa fecit, & litteris, quas Marſican. epiſcopo domnus Papa direxerat habetur, firma, recta, & inviolabilis permaneat, ex parte monaſterii fuerunt in placito, in primis Benedictus Marſorum epiſcopus, & Oderiſius Balben. electus. O. Canonicus S. Joannis de Celano. O. Prapoſitus S. Sabina Theodmſ. Manerii, Cira Eliadas. Iggezo Canonici S. Sabina, Richardus de Scarpa Caſſinen. Monachus, Tancredus judex Caſſinenſ. ejuſdem placidi advocatus, & laici, & clerici quamplures ejuſdem terra, ex parte Bartholomai fuerunt Gentil. plo. Gualtẽ. de Alarino, Gentil. de Oliveri ejus partis advocatus, hoc placitum inceptum, & peractum eſt anno Dominica incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ſecundo, temporibus piiſſimi Papa Alexandri, & victorioſiſſimi regis W., & hoc omnium*

*ſupra-*

Digitized by Google

ſupradictorum judicum, communi juſſu, & voluntate ſcriptũ eſt. † Signum manus Simonis Sublacenſis Abbatis. † Signum manus Lõnatĩ S. Clementis Abbatis. † Signum manus Theobaldi Prioris Fontis Avellanæ. † Signum manus Abdenago regis curiæ Juſtitiarius. † Signum manus O. de Vẽcle. † Signum manus Beral. de Calvell. † Signum manus Randiſii de Pontibus. † Signum manus Nicolai Attenulſi. Teſtamentum domni O. Patris iſtius Bartholomæi tale fuit. In nomine Domini Ego Oderiſius de Tallacozo æger corpore, ſet ſanus mente facio teſtamentum rerum mearum, & timore mortis diſpoſitionem. In quibus in primis ſive vivam, ſive moriar renuntio, & dimitto omnem pravam conſuetudinem eccleſiæ SS. Martirum Coſmæ & Damiani, quam aliquo tempore aut pater meus, aut ego recepi, & confirmo conventionem, quam pater meus cum domna Adviſa Abbatiſſa bonæ memoriæ pro eadem eccleſia convenit, ſalvo tamen q. ſi in hac memorata conventione reſervatum eſt aliquid ad tempus, ego cum aliis dimitto in perpetuum, & molendinum Monaciſcum pro redemptione peccatorum meorum, totum illud videlicet, quod mihi in eo competere videbatur perpetuo domino eccleſiæ S. Mariæ de Sorbo eidem eccleſiæ S. Coſmæ liberam, & abſolutam ab omni prava condicione dimitto, excepto q. ſi aliquando filius meus caſu apud eam diverterit, abſque ipſius eccleſiæ gravamine hoſpitetur, eccleſiam S. Joannis de Camerata, liberam ſimiliter, & abſolutam præſcriptæ eccleſiæ S. Coſmæ ab omni prava conditione dimitto. Nicolai Egidii, & Lupinos dimitto ſorori Meæ Mabiliæ eccleſiæ Abbatiſſæ pro anima mea ab omni prava conditione liberos tempore ſuo, eccleſiæ S. Mariæ de Sorbo duo quartaria de ſylva juxta ſylvam ſuam pro frumento, & vino, quæ tempore domni Benedicti Subdiaconi ex ea cum peccato abſtuli dimitto in perpetuum, quarum videlicet omnium eccleſiarum patrocinium prout mihi competit pre ea, q. monaſterio Caſſinenſi pertinent ad voluntatem familiarum earumdem eccleſiarum meo filio Barth. concedo, quæ omnia pater meus Bartholomæus, & filius meus Bar. cum oſculo pacis firmaverunt in conſpectu Clericorum, & laicorum, cujus videlicet teſtamenti domni de Tallacozo Barth. Pat., & Barth. ipſius domni Oder. de Tallacozo filius auditores, & teſtes presb. Nycolaus, presbiter Petrus, presbiter Beral., presbiter Joannes ego presbiter Joannes grũd., Nycolaus ſubdiaconus, Jonathas miles Robert. Folgerii, Joannes Armandi, Theodericus Volticcone, Bonaventura de Colle, Leonardus, & plures alii, poſt cujus etiam oppidum domnus Jo: Marſicanus epiſcopus in pp. excommunicavit omnes q. contra hoc teſtamentum a domno Oderiſio factum ad corrumpendum, aut minuendum contrairent convenientia, immo omnis litigii terminatio inter Monaſterium S. Coſmæ, & Barth. præſentem litigatorem, taliter fuit. Anno Dominicæ incarnationis M. C. nonageſ. ſexto indictione quintadecima menſe Madii, die vigeſima. Nos Bar., & Barth. de Tallacozo propria expontanea voluntate, hac præſenti die, & in honore Dei convenimus in eccleſia S. Coſmæ, & cum Mab. ejuſdem eccleſia Domna Abbatiſſa hoc modo firmantes, videlicet conventionem factam actenus cum prædeceſſore iſtius A. bonæ memoriæ pro eadem eccleſia a me majori Bartholomæo, in qua pro amore Dei, & pro redemptione animarum patris mei, & matris, & Fratris, & meæ, & omnium parentum meorum dimiſi omne debitum, q. ſive juſte ſive injuſte præſcripta eccleſia SS. Coſmæ, & Damiani petieram pro me, & pro meis hæredibus, & oĩs Clericos prædictæ Eccleſiæ, & oĩs familiares ejuſdem domus pp. eos q. feuda poſſident quietos clamavi in perpetuum, & ſi villicus, & bubulcus, & molinarius tenerent Feuda ipſi, & Apoſticii tempore domnæ A. Prædeceſſoris Abbatiſſe, liberi, & quieti permanerent. Nos autem iſtos videlicet Apoſticios, Villicum, & bubulcum, & molinarium ipſius Eccleſiæ; juxta tenorem teſtamenti Oderiſii quondam Domini de Tallacozo bo. me. filii mei, & patris iſtius Junioris Barth. in præſenti die liberos dimittimus, & quietos in perpetum. De aliis hominibus præfati monaſteri, qui feuda poſſident reſervamus nobis hominum, & adjutorium, ſicuti alii homines noſtri faciunt, & hoc ſine malitia, & foris faita rationabiliter, & ſine malitia firmationem caſtri ire in expeditionem, & tres operas in anno, totum vero aliud quod ſolitus eram inde accipere per tempore. A. preſcriptæ Abbatiſſæ illi dimiſi nunc ſecundum tenorem facti teſtamenti domni Oderiſii jam præſcripti, quæ ad tempus dimiſſa fuerant dimiſſa firmamus in perpetuum, frumentum autem, quod de molendino ſuo acceperant tempore ſuo A. Abbatiſſa dimiſeram, nunc ſecundum tenorem facti teſtamenti perpetuo relaxamus, de medictate molendini monaciſci cum utilitatibus, & pertinentiis ſuis, quæ nobis competere videbatur juxta q. nomina, tum jam teſtamentum ſonat dimittimus in perpetuum, & ſi caſu accideret, q. terram noſtram redimeremus, vel filiam marito daremus, vel filium noſtrum militem efficeremus, præſcripta domina M. Abbatiſſa, ſicut prædeceſſor ſua A. Abbatiſſa conceſſit adjutorium nobis ſecundum ſuam voluntatem faciat eccleſiam S. Mariæ de Sorbo liberam, & abſolutam ab omni prava condicione ſecundum tenorem teſtamenti ſæpe nominati perpetuo dimittimus, excepta quod ſi aliquando nos caſu apud eam diverterimus abſque ipſius eccleſiæ gravedine hoſpitemus eccleſiam S. Joannis de Camerata, eccleſiæ S. Coſmæ liberam, & abſolutam ab omni condicione dimittimus, de predictis hominibus eccleſiæ Feudatenentibus, tam de teniñtis, qũa de poſſeſſionibus eorum, omnes dulces conſuetudines, & bonos uſus, quos cum jam dicta eccleſia, & predeceſſore ſua domna Abbatiſſa habuimus huic ſepe nominatæ domina M. Abbatiſſa, & eccleſia obſervare cum integritate, & ſine fraude cum hominibus aliis prædictis, promittimus, de homnibus autem idem domna M. Abbatiſſa a prædicto domno Oderiſio in teſtamento delegatis, eſt ita conventum, ut ipſa domna teneat ſibi duos ex eis, cum duobus pedibus terræ, quales ſibi placuerit tempore ſuo, & reſiduos nobis, ſicut alios homines eccleſiæ, quos jam diximus, Feudatenentes dimittat. Super hoc Bãr. filius Oderiſii de Tallacozo confiteor me preſentia multorum juraſſe, teſtamentum, quod pater meus Oderiſius de Tallacozo prædictæ eccleſia, & domna M. ejuſdem eccleſiæ Abbatiſſa delegavit ſine fraude attendere, & ad ipſum in preſentiarum nos obſervaturos firmiter ſpondemus, & cum legalitate ſina dolo promittimus, & ſicut in priori convenientia continentur, & convenientiam iſtam vel nos, vel eccleſia, vel domna M. Abbatiſſa frangere temptaverimus, & q. fregerit, emendare noluerit redire ad judicium teneatur, Abdena-

dena-

*dengo filius Annibalis, Ber. de Calvell. Nycolaus de Attenol., Girardus de caſtello, Ber. Jagiti, Senebaldus de rete prioris conventionis rogati teſtes, domnus Theodinus de Varil. Dominus Rycc. domni PP. ſubd. Monachi Caſſinenſes rogati teſtes ſequentis conventionis. Domnus Raylſ. Fr. hoſpital. Joannes archipresbiter S. Mariæ de Colle, presbiter Petrus Guntiſii, presbiter Beraldus, presbiter Joannes Grunde. Ego presbiter Nicolaus hanc cartam rogatu ſcripſi, & reddidi, Oderiſius, domni Gerardi, Ber. Mancinus, Joannes Armanni, Bonaventura de Colle ejus conventionis rogati teſtes X. Signum utriuſque Barthol. q. hanc cartam ſcribi rogaverunt, hæc autem acta ſunt preſente domno R. venerabili Capuan. electo q. morabatur diebus illis apud Celanum litteras dein miſimus domno Bār. ut reſtitueret Cannapinas, vineas, decimas, & vinum ablatum Monaſterio S. Coſmæ. De his enim tam ipſe Bartholomæus ore proprio, quam procuratores confeſſione in jure facta, fuerant ſine dubitatione convicti hoc etiam prefatis procuratoribus intimavimus, ſcribentes eis quomodo pena quadraginta unciarum auri erant aſtricti ſic facere cum domno Bār., ut quicquid de iis, quæ ſuperius diximus injungebamus ei, deberet abſque difficultate executioni mandare, ſane quoniam audivimus, litteras noſtras ſupradicta aure fuiſſe receptas non parcentes labori, perſonaliter Tallacozum acceſſimus ducentes nobiſcum Magiſtrum Jacobum de S. Germano, quem in examinatione ipſius queſtionis habueramus a principio cum aliis aſſeſſorem, tandem ibidem partibus in noſtra preſentia ſecundum Juris ordinem conſtitutis, poſt multas altercationes, hinc inde habitas Bartholomæus reſtituit Cannapinas, & terras monaſterio, decimas vero molendini, & vinum de debito, quod abſtulerat ſecundum voluntatem domnæ Abbatiſſæ monaſterio eidem reddere repromiſit, conceſſit etiam q. Cellararium buburcum, Molendinarium, & alios familiares, & apoſticios eccleſiæ in pace dimittens, ab omni eorum vexatione penitus deſiſtebat, ſicut in ſcriptis prioribus continetur, & ita videbatur hoc ex corde puro dicere, quod quædam, quæ quibuſdam de familiaribus monaſterii jam dicti abſtulerat, reſtituit ſine mora poſſeſſionem etiam terræ, quæ eſt in monte Romano domnæ Abbatiſſæ reddidit, & promiſit q. eam ſuper hoc non de cetero moleſtabat, donec queſtio proprietatis judicio finiretur, & ſic poſtea ſi terra illa erat monaſterii, debebat eam in pace dimittere alioquin poterat eam terram ad proprium demanium revocare, ſane quia Bartholomæus quaſdam vineas, & terrulas abſtulerat hominibus monaſterii, & eas ſuo tenimento adjunxerat, quas non poterat reſtituere, ut dicebat, ſine deformitate curtis ſuæ quam ibi habebat, ſic conſenſu dominæ Abbatiſſæ ordinavimus, ut veniret Balivus eccleſiæ, & Balivus domni Bār. & jurarent, ut conſiderata quantitate, qualitate, & vicinitate illarum terrarum ſecundum q. prævia ratione viderent debebant tantumdē de Demanio domini B. accipere, & hominibus illis q. præfatas terras tenuerant aſſignare, quas terras loco prædictarum nomine præfati monaſteri detinent. Hæc autē conceſſio nullam firmitatem habeat, donec ſciamus per homines eccleſiæ, talę concambium a domno Bār. hominibus datum quod eccleſia in nullo videatur decepta, quo cognito, noſtrum erit poſtea, qualiter perpetua ſtabilitate firmetur concambium providere, ſane hæc omnia noſtris litteris denotata in præſentia noſtra ſunt, acta juriſdictione apud nos judiciaria, ex tenore litterarum ſummi Pontificis reſidente, quæ nec a nobis aſpirat, donec omnibus articulis queſtionis terminum ſententialiter præfigamus, ut autem hæc omnia firma ſtabilitate permaneant, freti authoritate Domini Papæ partibus ſub pœna excommunicationis injunximus, ut nullo modo quæ ſunt præpoſita mutando varient, ſet firma in futurum obſervent, eos etiam q. conſilio facto de cætero laboraverint, quomodo monaſterium S. Coſmæ privetur jure ſuo poſſeſſionibus, vel dignitatibus excommunicationis ſententia innodamus. Ne igitur hæc in futurum revocentur in dubium, præſens ſcriptum impreſſione ſigilli noſtri fecimus communiri. Anno verbi incarnati milleſimo ducenteſimo ſeptimo, die Martis, XI. ſtante menſe Novembris, Indictione undecima.*

Non diu ſupervixit Roffridus Abbas, nam an. 1209. hæc ſcribit Richardus a S. Germano: *Hoc anno menſe Madii, penultimo menſis ejuſdem dictus Roffridus Caſſinenſis Abbas apud S. Germanum obiit, cui Petrus dictus Conte, qui antea officio functus fuerat Decanatus, electus a Fratribus in Nativitate S. Joannis Baptiſtæ, & a papa Innocentio approbatus in regimine monaſterii ſucceſſit eidem. Huic Rocca Bantra, quæ uſque tunc monaſterio ſuberat Caſſinenſi, rebellavit, cui quemdam præfecerat Monachum Nepotem ſuum nomine Seniorectum, qui ſibi ab hominibus Roccę ipſius non præcavens cum de Rocca ipſa feciſſet ad villam deſcenſum, hoc ipſis de Villa proditorie procurantibus cum redire in Roccam vellet, non eſt amodo eam intrare permiſſus.* **Rocca Vandræ rebellat.**

Anno 1210. habet Richardus: *Otho dictus Imperator tractus a Diopulto, & Petro Celanenſi Comite, qui cum Diopulto contraxerat, quorum alter Capuam, alter vero ſibi Salernum tradidit, ſpreto juramento, quod Romanæ eccleſiæ fecerat, regnum intrat per Reatinas partes, ſub illorum Ducatu qui fidelitatem ei preſtiterant per Marſiam, & exinde per Cominum venit, ad quem dictus Caſſinenſis Abbas cui cura erat de terra & populo, cum ad ingreſſum ipſius Othonis eſſent homines exterriti, ita quod in S. Germano pauci admodum remanſerint, qui ad loca tuitiora ſua ſuppellectilia non tuliſſent, ſuos pro pace legatos miſit, & ipſe etiam exivit in occurſum ejus contra Fratrum omnium voluntatem. A quo ſatis benigne receptus terram monaſterii ſervavit indemnem &c.* Vid. Rainaldi nu. 1. & 2. hoc anno. **Otho ditionem Caſſinenſem ingreditur**

Proſequitur anno inſequenti 1211. mortem Petri Abbatis deſcribere cujus in locum ſuffectus a Monachis eſt Adenulfus cognomento Caſertanus, deindeque ſubdit: *Eodem menſe Martii Federicus rex Siciliæ ab Innocentio Papa vocatus navigio vectus a Gaetanis, relictis Panormi uxore, & filio, Gaetam venit &c. Tunc rex ipſe ad petitionem hominum rocca Bantrę, qui acceſſerunt ad eum, caſtellanum mittit Johannem Ruſſum civem Gagetanum militem ſuum, & a Gaeta diſcedens, per mare ad urbem vadit, ubi a Papa Innocentio, & ceteris Cardinalibus, ſenatu, Populoque Romano ingenti cum honore receptus eſt. Ad quem miſſus ex parte Conventus Stephanus cognomento de Marſia, tunc Camerarius Caſſinenſis mandato Papæ Innocentii literas, & mandatum impetravit a rege ad caſtellanum Roccæ prędictę, ut eam reſtitueret monaſterio Caſſinenſi, & poſt dies paucos ab urbe diſcedens cum*



Digitized by Google

*licentia Papę, & Cardinalium ſe navigio recipit, & Januam feliciter applicans &c.*

Rocca Vandræ recuperata.

Rocca tamen Vandræ anno dumtaxat 1212. recuperata, ut narrat Richardus a S. Germano, dum ait: *Menſe Madii Adenulfus Caſſinenſis electus Roccam Bantrę occaſione mandati Regii, cui parere noluit Caſtellanus, arctat, & obſidet, ſed cum vi Roccam ipſam optinere non poſſet, data quadam nepta ſua in conjugem filio ipſius Caſtellani, cum certa pecunię quantitate recuperavit Roccam ipſam Monaſterio Caſſinenſi. Innocentius Papa, &c. Menſe Junii Signiam ubi propter urgentem neceſſitatem dictum Adenulfum Caſertanum Caſſinenſem Electum in Caſſinenſem Abbatem promovit.*

Adenulfus Abbas invitus Abbatiã Caſſinenſem renunciat.

Annum 1215. hiſce verbis exorditur Richardus a S. Germano: *Hoc anno Rogerius de Aquila Fundanus Comes cepit Caſtrum Mortula,* (quod Caſſinenſis ditionis fuiſſę ſupra oſtendimus) *& illud bonis omnibus ſpoliavit &c. Idem Papa menſe auguſti inquiſitionem de perſona Abbatis Caſſinenſis Adenulfi pręfati fieri mandat per Nicolaum Cappellanum ſuum, qui in Tuſculanum eſt aſſumptus, & per Magiſtrum Rainerium tunc Notarium, qui in Cardinalem poſtea eſt permotus. Qui de ſtatu monaſterii, & de perſona dicti Abbatis per Monachos ſub juramento veritatem certius inquirentes, & quę dediterunt, redigentes in ſcriptis ipſi ſummo Pontifici retulerunt. Illis autem abeuntibus, idem Abbas pravo uſus conſilio, monaſterium munire curavit militibus, & ſervientibus, ſuis conſanguineis, & propinquis. Similiter & roccam Janulę, Atinum, roccam Rantrę, & caſtrum Fractarum, qui tandem a Papa vocatus apud Anagniam vadit ad ipſum, qui praſtito ſacramento, quod monaſterium de caſteilaret, & roccas predictas, eaſque in manus eorum traderet, quibus ipſe mandabat, correptus ab eo dimiſſus eſt, & rediens ad Monaſterium, illud tantum decaſtellavit, reliquis ſibi caſtellis retentis, & propterea vocatus a Papa, iterum inconſulte vadit ad ipſum. A quo redargutus de fide mentita, cum in eum publice vellet ferre depoſitionis ſententiam, perſuadenibus ſibi nonnullis, renunciavit, & ceſſit invitus. Quem ipſe Papa apud Larianum mandat cuſtodiri, donec roccas pradictas reſignari faciat ad mandatum ſuum. Hoc itaque cum innoteſceret in terra monaſterii, Miradda nepos dicti Abbatis conſulens vita ſua, cum eſſet in ſancto Germano, & multas nonnullis intuliſſet offenſas, nocte fugiens, relictis uxore, & filiis in rocca Bantra, in qua quidam erat Monachus conſobrinus ſuus ſe recepit, cum quo poſtmodum facti eccleſia rebelles, terram ipſius boſtiliter infeſtabant, &c.* Rocca tamen Vandræ brevi a Stephano Abbate ſuperiori anno electo, facta cum Miraddo compoſitione, recepta eſt, teſte eodem Richardo hoc anno.

Ordinationes ab Innocétio pro recto Caſſinatium regimine editæ.

Eodem anno Innocentius tertius bulla ſua die 20. Septembris, edita, capitula quædam ad monaſticam in cœnobio Caſſinenſi firmandam obſervantiam condidit, quorum hæc ad rem noſtram faciunt: *Porro Abbas cum pro emergentibus negotiis equitabit, ducat moderatam familiam, & honeſtam, & tam apud ſanctum Germanum, quam apud alia monaſterii caſtra, in quibus ipſe manere continget, tres, aut duo de ſenioribus Monachis viri probata religionis, & fama ſemper in una camera jaceant, cum eodem, aliis monachis, qui ſecum fuerint, in uno loco comedentibus, & jacentibus, &c. Abbas prapoſitos ipſos a prapoſituris, in quibus eos bene adminiſtraſſe conſtiterit, non amoveat, &c. Monachos vero de caſtris, & villis ad clauſtrum pracipimus revocari, niſi forte ad cuſtodiam illarum munitionum, qua ſunt in finibus Abbatia, ſunt aliqui neceſſarii, quos ibi pro tempore toleramus, quibus Abbas injungat in virtute obedientia, ut quantum poterunt, religioſe viventes, perſonam in judicia non accipiant: ſed equaliter juſtitiam faciant pauperi, & diviti debili, ac potenti &c. Et tam Monachi, quibus caſtra, quam illi, quibus eccleſia committentur, perſonaliter ad clauſtrum in feſto Dedicationis monaſterii annuatim accedant, &c.*

*Stephanus Caſſinenſis Abbas* (*ſuperiori anno electus*) *facta compoſitione cum Miraddo,* (*ut Richardus inquit*) *recipit Roccam Bantra.*

Ex iis quæ Richardus an. 1218. narrat, hæc adnotanda. *Pelagius Albanenſis epiſcopus a Brunduſio cum Jacoba comite Andria Romani exercitus Principe, in Syriam transfretat, & tunc nonnulli cruce ſignati de terra ſancti Benedicti, & aliarum partium, a Gaeta navigio Hieroſolimam petunt, & proſpere pervenientes Accon, audita de captione turris, vadunt ſine mora periculo Damiatam &c.* Vid. Rainaldus hoc an. nu. 4. & ſeqq.

E ſubditis Caſſinatibus quidam cruceſignati.

Duos poſt annos ſc. 1220. *Federicus rex,* verba ſunt Richardi centies jam laudati, *vocatus a Papa venit cum conſorte ſua Conſtantia ad coronam &c. & ambo in Principis Apoſtolorum Baſilica, menſe Novembris, in Feſto beata Cecilia, magnifice ſatis cum omnium Romanorum gratia, & honore, ſunt imperii diademate inſigniti. Quorum coronationi dictus Stephanus Caſſinenſis Abbas, nec non comes Rogerius de Aquila comes, Jacobus de ſancta Severina comes, Richardus de Celano, & nonnulli de regno Barones interfuerunt, occurrentes ipſi Imperatori, ut ipſius ſibi gratiam compararent, &c. Tunc ipſe Imperator per manus Oſtienſis epiſcopi, qui poſtmodum in Papam Gregorium eſt promotus, reſumpſit crucem, votum publice innovavit, multoſque, qui intererant nobiles, idem facere animavit. Tunc etiam dictus abbas Stephanus, ad petitionem Imperatoris ſibi roccam Bantra mandat reſtitui, & Atinum, qua uſque tunc ex conceſſione imperatoris Henrici Patris ipſius tenuerat eccleſia Caſſinenſis. Imperator ipſe Roma in ſua coronatione quaſdam edidit ſanctiones pro libertate eccleſiarum, & clericorum, confuſione Paterenorum, teſtamentis peregrinorum, & ſecuritate agricultorum, & tunc Romanos fines deſerens, & per Campaniam iter habens, venit in regnum, & apud ſanctum Germanum magnifice a predicto Abbate receptus, menſam Campſorum, & jus ſanguinis, qua uſque tunc habuerat ex conceſſione Imperatoris Henrici, Eccleſia Caſſinenſis recipit ab eodem &c.*

Inaugurationi Friderici Imperatoris Stephanus Abbas praſens.

Fridericus confirmat monaſterio Caſſinati Jus ſanguinis.

Atque anno inſequenti 1221. Federicus Imperator amplum Xenodochio cœnobii Caſſinenſis privilegium conceſſit, quod ex autographo hic edimus.

Privilegium Friderici Imperatoris.

*Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper auguſtus, & rex Sicilia. Quia piis locis, & venerabilibus Xenodochiis cupimus munimen tuitionis impendere, & illi defenſionem imperatoriam impertiri, quem pater ſanctiſſimus Benedictus incoluit, extruxit, & ſua corporali preſentia clariſſimum, ac*

me-

Laudes monaſterii Caſſinenſis.

*memorabilem toto orbi effecit, unicum egenorum ſolatium, peregrinorum, & neceſſitatem habentium portum. Notum facimus univerſis tam preſentibus, quam futuris, qualiter Stephanus venerabilis Abbas monaſterii Caſſinenſis in noſtra preſentia conſtitutus nobis humiliter ſupplicavit, ut ob honorem Dei, & ejuſdem S. loci reverentiam, ſecundum prædeceſſorum noſtrorum felicis memoriæ ſtatuta, per hoc privilegium omnes res, & poſſeſſiones, quæ prædicto venerabili Xenodochio de jure pertinent, confirmare, & corroborare dignaremur. Nos igitur juſtis petitionibus inclinati, Xenodochium antedictum ſub noſtra protectione recepimus, poſſeſſiones ſuas, & jura, vid. eccleſiam ſanctæ Mariæ de Caſali plano, ſanctum Paulum de Foreſta, ſanctum Petrum de Curulis, S. Johannem de Pantanis, S. Thomam de Strata, S. Johannem, & Paulum, S. Egidium apud pontem ſancti Germani, cum hoſpitali, caſtrum ſancti Apollinaris cum omnibus hominibus, quos habet per abbatiam, domum ubi debent hoſpitari, torcellari in ſancto Germano, ortum de Cervaritia, domum, & hortum, ac Montanum in ſancto Petro monaſterio, campum ſancti Petri, ſtartiam de Corvino, limatam juxta Melſim, & duas ſtartias ibidem, thorum, & limatam in valle Rivitellana, duas ſtartias apud S. Stephanum, unam petiam de terra aqud Teramum, apud S. Angelum ſtartiam, quæ vocatur Anglone, item apud Cervarium S. Angelum de Barba Selicſ., cum poſſeſſionibus ſuis, molendinum unum apud S. Germanum, molendinum unum apud Minianum, & molendinum unum apud S. Angelum præſenti privilegio confirmantes. Confirmamus etiam eidem Xenodochio privilegium avi noſtri regis Rogerii felicis memoriæ, & ſtatuimus, ut nullus Abbas, vel rector ejuſdem Xenodochii ipſum de prænominatis minuere, impedire, ſeu moleſtare præſumat, ſalvo mandato, & ordinatione noſtra. Ad hujus itaque rei memoriam preſens inde privilegium fieri fecimus ſigillo noſtræ celſitudinis roboratum. Anno, menſe, & indictione ſubſcriptis. Datum in civitate Neapoli poſt curiam Capuæ celebratam anno dominicæ incarnationis milleſimo duceenteſimo vigeſimo, menſe Januarii, indictione nona. Imperante domno noſtro Friderico Dei gratia Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, & rege Siciliæ. Romani vero imperii ejus anno primo, & regni Siciliæ vigeſimo tertio, feliciter. Amen.*

Xenodochii Caſſinenſis Caſtrum, & Bona.

In hoc privilegio caſtra Xenodochio ſubdita, homineſque confirmat, atque privilegium Rogerii avi ſui, hincque conſtat ſeparatam quodammodo a cœnobio Caſſinenſi juriſdictionem exercuiſſe ejus Xenodochii curatores. Federicus ſecundus filius fuit Henrici VI. Imperatoris, atque Conſtantiæ Reginæ Siciliæ, cujus inſulæ regnum ipſe iniit menſe Septembris an. 1198. Romanorum rex an. 1210. electus, anno tantum 1212. a Principibus Germaniæ eccleſiaſticis, laycisque in Moguntina Dieta, ut talis eſt ſalutatus, anneque ſequenti Aquiſgrani Imperator coronatus a Teoderico Coloniæ archiepiſcopo, atque iterum an. 1215. ibidem a Sifrido archiepiſcopo Moguntino Legato apoſtolico, haud tamen antea Imperatoris nomen aſſumpſit, quam Romæ an. 1220. die 22. Novembris ab Honorio tertio coronaretur. Vid. Spondanus, & Raynaldus, qui hanc noſtram chronologiam probant.

Honorii III. Privilegia.

Honorius vero III. Pontifex plura Caſſinatibus ampla privilegia conceſſit, quæ inter ipſo inaugurationiſſuæ anno, omnia bona, atque oppida cœnobii Caſſinenſis confirmavit, quæ in privilegio Innocentii III. paulo ante laudato recenſentur. Atque die 13. Septembris ejuſdem anni hoc privilegium elargitur, quo temporalis cœnobii Caſſinenſis juriſdictio conſtat.

*Honorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis Filiis S. Abbati, & Conventui Caſſinen. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Et parte veſtra fuit propoſitum coram nobis, quod homines terræ ſancti Benedicti in fraudem, & eluſionem debiti repetendi bona ſua donant ſuis uxoribus inter vivos, & cum creditores ſua debita repetunt, ab eiſdem, & ad ſolutionem compelli non poſſunt, cum in eorum bonis ſic quicquam non valeat reperiri; unde ſepe contingit, quod creditores homines monaſterium deprædantur, & monaſterium ipſum grave incurrit multotiens detrimentum. Cum igitur fraus, & dolus nemini debeat patrocinium impertiri. Nos volentes hujuſmodi malitiæ obviare, præſentium auctoritate ſtatuimus, donationes factas a viris uxoribus ad creditorum actionem fraudolenter per inopiam excludendam in creditorum præjudicium non valere; nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Laterani idibus Septembris, Pontificatus noſtri anno primo.*

Adeſt ſigillum plumbeum &c.

Honorii Privilegium S. Liberatoris cœnobio conceſſum.

Primo quoque Pontificatus ſui anno die 24. Octobris ſub Apoſtolicæ ſedis protectione accepit monaſterium S. Liberatoris ad radices Majellæ Montis, interque alia bona confirmat caſtra Pelegræ, S. Angeli, S. Petri, Serræ, Pomariæ, Ripæ Corbariæ, & Oliveti, quæ aſſerit juſte, pacificeque ab eo cœnobio poſſeſſa. En Honorii Diploma ex autographo.

*Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Præpoſito, & Monachis S. Liberatoris de Magella ſalutem, & apoſtolicum benedictionem. Sacroſancta Romana eccleſia devotos, & humiles filios ex aſſueta pietatis officio propenſius diligere conſuevit, & no pravorum hominum moleſtiis agitentur, eos tanquam pia mater ſuæ protectionis munimine confovere. Eapropter dilecti in domino filii veſtris juſtis poſtulationibus gratum impartientes aſſenſum, perſonas veſtras, & monaſterium ſancti Liberatoris, in quo divino eſtis obſequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ in preſentiarum rationabiliter poſſidet, aut infuturum juſtis modis præſtante domino poterit adipiſci, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, ſpecialiter autem S. Angeli de Grotta, S. Petri de monte Plano, S. Andreæ, & S. Vitalis de Recca, S. Andrae de Giſo, S. Scholaſticæ in Penne, S. Martini in Salino, S. Salvatoris in Tabe, S. Mariæ in Morinis SS. ſeptem Fratrum in Aprutio, S. Angeli, & S. Maximi in Marano, S. Laurentii in Salinello, S. Benedicti in Trunto, S. Salvatoris in Roſiano, S. Laurentii de Oliveto, S. Mariæ de Volegnanis, S. Calixti de Soceto, S. Felicis in Pulvero, S. Mariæ in Cartiniano, S. Petri in Valva, & S. Donati de Sicco, eccleſias cum pertinen-*

*tinentiis earumdem. Pelegre quoque, S. Angeli de Monte plano, ſancti Petri de monialibus, Serra, Pomarii, ripe corvaria, & Oliveti, Caſtra cum nemoribus, pratis, poſſeſſionibus, & aliis pertinentiis eorumdem, ac regione tota, qua Arciſanum vulgariter nuncupatur, ſicut ea omnia juſte, & pacifice poſſidetis, vobis, & per vos eidem monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtra protectionis, & confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Laterani nono Kal. Novembris Pontificatus noſtri anno primo.*

Adeſt ſigillum plumbeum pendens &c.

*Die vigeſima tertia menſis Aprilis prima indictionis anno a nativitate Domini MCCCCLXVIII. Neapoli praſentatum per venerabilem fratrem Amicum Priorem Monaſterii S. Liberatoris apud acta ſacri regii conſilii in cauſa quam habet cum univerſitate Civitatis Teatine, ſuper Silva Reya: Arnaldus de Bruxella.*

Ejuſdem Breve ad Vaſſallos S. Mariæ de Virgiotis prope CPm.

Anno vero pontificatus ſui ſeptimo hanc epiſtolam ad vaſſallos S. Mariæ de Virgiotis dedit: *Honorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis vaſſallis eccleſia S. Maria de Virgiotis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Qualiter bona memoria Benedictus tituli S. Suſanna presbiter Cardinalis in partibus Romania apoſtolica ſedis legatus eccleſiam S. Maria de Virgiotis monaſterio contulerit Caſſinenſi, cujus conceſſionem auctoritate duximus apoſtolica confirmandam, veſtra ſicut credimus, devotio non ignorat. Inde eſt, quod univerſitatem veſtram monemus attentius, & hortamur per apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus illos quos dilecti filii Abbas, & conventus dicti monaſterii ad partes veſtras duxerint deſtinandos recipientes honeſte, & honorifice pertractantes, illorum monitis & mandatis obediatis humiliter, & devote. Datum Laterani XV. Kal. Decembris Pontificatus noſtri anno ſeptimo Bery.*

Ex originali in Archivo.

Adeſt ſigillum plumbeum pendens &c.

Privilegium Alexandri III. cōfirmat Honorius.

Monaſterium hoc duobus circiter lapidibus CP. diſtabat, ut idemmet teſtatur pontifex in alio privilegio, quo idem monaſterium Caſſinatibus confirmat. Refert hoc Honorii breve eruditiſſimus Bernardus Montfaucon, Diarii Italici p. 330.

Eodem quoque anno die 20. Novembris Alexandri III. pro Caſſinatibus privilegium ampliſſimis verbis confirmavit idem Honorius, e quibus hæc ſunt ad rem noſtram præcipua: *Ex veſtra tranſmiſſa relatione, & dilectorum filiorum noſtrorum fratrum militia templi confeſſione nobis innotuit, quod eis domum quamdam apud S. Germanum noſtrarum precum intuitu conceſſiſtis, ea conditione adjecta, ut eccleſiam, vel oratorium conſtruere apud eam non poſſint, neque poſſeſſiones hominum veſtrorum in monaſterii diſpendium emptione, vel dono lucrari; volentes itaque providere &c. conditionem conceſſioni adjectam, apoſtolica auctoritate cenſemus inviolabiliter futuris temporibus obſervandam &c.* Ideo autem Templariis equitibus inhibitum, ne bona aliqua a vaſſallis cœnobii Caſſinenſis acciperent, quod iis vectigalia omnia potiſſimum decimas fruguum, ſolvere detrectaſſent, quas ex jam dictis hujuſce diſſertationis initio perſolvere vaſſalli Caſſinatibus debebant,

Terecentæ auri unciæ a ſubditis cœnobii Caſſinenſis exactæ.

Ex iis, quæ Richardus an. 1223. narrat, hæc ſunt præcipua: *Item pro ſtipendiis militum, & ſervientum, quos ad debellandos ſibi rebelles Sarracenos ſicut ſtatuerat, certam pecunia ſummam per totum regnum mandat colligi Imperator, & tunc per quemdam judicem Urbanum de Teano collecta fuerunt de Terra S. Benedicti uncia auri trecentum.*

Sententia a Friderico Imperatore confirmata.

Anno inſequenti 1224. latam pro monaſterio S. Mariæ luci Caſſinatibus ſubdito ſententiam confirmavit Federicus II. Imperator hoc diplomate.

Ex originali in Archivo.

*Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator auguſtus, & rex Sicilia. Per preſens ſcriptum notum facimus univerſis tam preſentibus, quam futuris, quod D. Thomas venerabilis Prapoſitus ſancta Maria de Luco obedientia monaſterii Caſſinenſis fidelis noſter, quamdam ſententiam latam pro ipſa eccleſia ſancta Maria de Luco contra curiam noſtram per magiſtros Simonem de Tocco, Petrum de S. Germano, & Herricum de Tocco magna curia noſtra Judices, noſtro culmini preſentavit ſupplicans humiliter, & devote, ut ſententiam ipſam confirmare de noſtra gratia dignaremur, cujus ſententia tenor talis eſt. In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, amen. Anno ſalutifera incarnationis ejuſdem milleſimo, ducenteſimo vigeſimo quarto, menſe madii duodecima indictionis, imperante domino noſtro Federico Dei gratia invictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper auguſto, & rege Sicilia glorioſiſſimo Romani Imperii ejus anno quarto, regni vero Sicilia vigeſimo ſeptimo, feliciter, Amen. Sub Domino Henrico de Morra magna Imperialis curia magiſtro juſticiario querelam inſtituit dompnus Thomas prapoſitus S. Maria de Luco, pro parte monaſterii ejuſdem continentem, ita peto a curia imperiali, ut permittat homines pradicta eccleſia habitantes in caſali Luci eſſe in eo ſtatu, & libertate, quo fuerunt tempore regis Guillelmi, & ut curia ceſſet ab indebitis moleſtationibus, & exactionibus, quas facit ipſis hominibus moleſtat enim traendo eos ad forum ſeculare, imponendo eis collectas adjutoria, & ſervitia angariando, & perangariando eos, qua omnia non conſueverunt ipſi homines facere, & praſtare tempore Regis pradicti. Item moleſtat eos ponendo bajulos in ipſa villa quos prapoſitus tempore dicti Regis ordinabat, & percipiendo plateaticum in villa ipſa, quod ſpectat ad ipſam eccleſiam prater plateaticum Turzellorum quod ſpectat ad curiam, ſalvo jure addendi, & minuendi verum, ut dictum negotium debitis partibus non careret dictus magiſter juſtitiarius ad eam litem Procuratorem conſtituit judicem Santuctum qui juſtitiam fiſci defenderet, & in ea cauſa fiſci vices fideliter ſuſtineret; Proceſſit igitur dictus magiſter ad litis conteſtationem in modum ſubſcriptum, negans dictos homines pertinere ad eccleſiam S. Maria, addens quod bajuli domini Imperatoris in omnibus, qua exegerunt ab eccleſia, uſi ſunt jure ſuo. Re igitur dubia, per negationem facta, producti ſunt teſtes, qui communiter pro utraque parte diserent veritatem. Apertis autem depoſitionibus poſtquam renunciatum fuerat a partibus, & concluſum per multos teſtes, contra quos nihil dictum fuerat, vel obiectum, probatum extitit manifeſte videlicet per Johannem de Simone, qui dixit, quod ipſe vidit tempore regis*

*Guil-*

Digitized by Google

*Guillelmi per annos duodecim præpoſitos eccleſiæ S. Mariæ de Luco tenere, & poſſidere homines, quos eccleſia illa habet in caſali Luco liberos, & quietos, quod nemini reſpondebant, niſi ſolis præpoſitis, qui pro tempore ſuccedebant de omnibus debitis ſervitiis, de quibus homines ſoliti ſunt reſpondere dominis ſuis. Interrogatus quot præpoſitos vidit, & quantos in illa eccleſia tempore prædicto ſic poſſidere homines ipſos. Dixit quod in primis vidit dompnum Raynaldum de Foche præpoſitum in illa eccleſia, poſt quem ſucceſſit dopmnus Bonus Homo, & poſt dompnum Bonum Hominem Theodinus ſancti Michaelis. Interrogatus quomodo ſciret, quod nemini alii reſpondiſſent homines illi tempore dicto, niſi ipſis præpoſitis de ſerviciis debitis, dixit quia non vidit aliquem bajulum regis, vel comitis, aut alicujus baronis præcipere ipſis hominibus, ſed vidit ipſos præpoſitos percipere tempore dicti regis debita ſervitia & redditus ab ipſis hominibus. Interrogatus quæ ſervitia, & quos redditus, dixit arare, fodere, metere, triturare, murare, ad molendinum ire, & ad Silvam pro utilitate eccleſiæ redditus, ſcilicet de pane, & carnibus, & victualibus, & denariis omnia iſta percipiebat eccleſia tempore ſuo. Item dixit præpoſitum Raynaldum ponere bajulum in ipſo caſali tempore dicti regis, ſcilicet Joannem Rachiſii, & D. Bonum Hominem eundem bajulum habuiſſe in ipſo caſali, & D. Theodinum poſuiſſe ibi bajulum Joannem de Majeno, & ipſe bajulus cum præpoſito tenebant curias de prædictis hominibus ipſius eccleſiæ, & cauſis eorum. Interrogatus quomodo ſciret, quod de hominibus illis, & eorum cauſis tenerent curias Præpoſitus, & bajulus. Dixit quod plures inde vidit curias de illis hominibus, ſed non recordatur perſonas ſpecialiter litigantium vel judicum. Interrogatus a quo tenerent homines illi feuda, & poſſeſſiones ſuas dixit ab eccleſia illa. Interrogatus quomodo ſciret, quia vidit ipſos homines reſpondere de prædictis ſervitiis, & redditibus pro feudis, quæ tenent ab eccleſia illa præpoſitis prædictæ eccleſiæ, & vidit quod bajulus eccleſiæ percipiebat plateaticum a tranſeuntibus quando tranſibant inde homines cum ſale vaſis fictilibus cum pomis, quia non vidit conſueto more alios mercatores inde tranſire. Interrogatus in cujus comitatus, vel baronia pertinentiis eſt Caſale prædictum. Dixit in comitatu Albę. Interrogatus ſi homines dicti caſalis tunc temporis reſponderent de aliquo comiti illius comitatus, dixit quod illo tempore unum ſolum comitem vidit in illo comitatu, ſcilicet comitem Berardum de Alba, ſet poſt mortem eis remanſit comitatus ad manus curiæ, ſet tempore comitis prædicti vel poſt mortem eius homines illi non reſpondebant curiæ ſeculari, de aliquo, niſi tantum pro duabus giratis quas habent li Grimunixi, e li Sclavi in Fucino percipiebat curia ſecularis, ex quo præparata erant uſque ad feſtum S. Petri menſis Junii omni hebdomada piſces viginti. Percipiebat etiam curia ſecularis a Contardis par unum de longis ab Angelo Tebildi, & fratre par de longis, a Segnorenis, aliud par de longis, a Franconibus unum par de longis a Johanne de Roma par unum de longis; A Rachiſiis par unum de longis a Lirannidete aliud par de longis, a Paſſaris aliud par de longis, a Joanne Stephani par unum de longis, a Laurencio de Bonica par unum de longis, a Prejarellis par unum de longis; a Licitellis per unum de longis; a li Baroncellis par unum de longis a Joanne Fermoſe cum fratre par unum de longis; a Benedicto de Bona cum fratribus par unum de longis; qui omnes ita debent dare longas illas ſi habent porcos, ſe ſi non habent porcos non tenentur emere illas, & curiæ dare. Interrogatus ſi ſciret, quod alia ſervicia vel redditus deberet curia recipere ab ipſis hominibus, dixit ſe neſcire, ſed recordatur tantum quod Nicolaus Joannis Calvi reddebat par unum de longis, & li caſtoli ſimiliter reddebat par unum de longis, & Joannes Boni aliud par de longis prædicto modo. Raynaldus Segnoretti dixit idem quod Joannes Simonis, & addidit quod Joannes de ville reddebat curiæ par unum de longis, Joannes Gualafoſſe par unum de longis, tenimentum paſcicaballi par unum de longis, Maria Prandi longam unam, Johannes Deodati par unum de longis. Interrogatus quomodo . . . . . . . . . . ſe vidiſſe quando iſta reddebant . . . . . . . . . . . . quem Raynaldum omnes iſti ſecuti ſunt, vid. Johannes Benedicti, Lucas, Adamus, Angelus de Theobaldo, Thamarius, & Johannes Nicolai. Sane cum dictus præpoſitus ferri cum inſtantia ſententiam poſtularet, Magiſter Juſtitiarius nolens negotium ſine, ſpeciali conſenſu Principis terminare, omnia cum relatione, & depoſitionibus teſtium ſub ſigillo ſuo ad preſentiam Principis deſtinavit, quo proceſſu Dño noſtro Imperatori per nos Simonem de Tocco, Petrum de ſancto Germano, & Henricum de Tocco Magnæ Imperialis Curiæ Judices fideliter recitato præcepit negotium ipſum judiciali ſententia terminari. Nos igitur prædicti Judices inſpectis meritis actorum, & depoſitionibus teſtium conſideratis non minus fideliter quam prudenter, conſtituto quoque procuratore pro parte curiæ Magiſtro Rofredo de Benevento ad ſententiam audiendam ipſum magiſtrum Rofridum pro parte curiæ a percipiendis angariis & perangariis, & ab impoſitione bajuli ſuper ipſis hominibus, & a conſtringendis hominibus in foro curiæ a percipiendo plateatico preterquam de Torſellis ab exactione collectarum de adjutorum ſententialiter decrevimus abſtinere, niſi forte dominus Imperator de Adjutoriis ſicut viva voce protulit coram nobis mandaret certum quid exigi pro capitibus omnium ſingulorum prædicta omnia ſupradicto præpoſito loci adjudicantes pro parte monaſterii Caſſinenſis, ad cujus rei memoriam præſens ſcriptum per manus notarii Nicodemi de monte Caveoſo ſcribi fecimus noſtris ſubteſtationibus communitum anno, menſe, inditione pretitulatis. Ego qui ſupra Simon Magnæ imperialis curiæ Judex. † Ego Petrus de S. Germano Magnæ Imperialis Curiæ Judex. † Ego Henricus de Tocco magnæ Imperialis Curiæ Judex. Nos autem ſupplicationibus prædicti præpoſiti, quæ juſtitiam continebant benignius inclinati, prædictam ſententiam, ſicut ſuperius continetur, & per prædictos magnæ curiæ noſtræ judices juſte lata eſt de conſenſu conſuetæ benignitatis noſtræ gratia in perpetuum confirmamus. Ad cujus noſtræ confirmationis memoriam, & perpetuam firmitatem præſens ſcriptum fieri, & ſigillo majeſtatis noſtræ juſſimus communiri. Data Cataniæ anno dominicæ incarnationis milleſimo ducenteſimo viceſimo quarto, menſe Madii duodecima Indictionis.*

*Eodem anno* 1224., teſte Richardo, *menſe Septembris pro facto Sarracenorum Siciliæ tantumdem colligi mandat de Terra Caſſinenſis Eccleſiæ Im-* Nova Exactionis.



Digitized by Google

*Imperator quantum collectum fuit in proxime præterito menſe Januarii. Atque an. 1225. menſe Auguſti mutuum ab Imperatore per totum regnum exigitur & tunc loco mutui collecta ſunt de Terra monaſterii Caſſinenſis unciæ 1300. per Petrum Domini Ebuli, & Nicolaum de Cicala tum Juſtitiarios Terræ laboris &c. menſe Novembris &c. Inquiſitiones de facto mutui fiunt per terram monaſterii &c.*

Litteræ Imperatoris ad Abbatem Caſſinenſem.

Hæc Richardus an. 1226. narrat quæ ad res noſtras conducunt: *Imperator menſe Decembris cum Imperatrice conſorte ſua in Siciliam tranfretat, & tunc Stephano Abbati Caſſinenſi has indulgentiæ litteras mittit. Fredericus, &c. Stephano venerabili Caſſinenſi Abbati fideli ſuo &c. Fidelitati tuæ præſentibus volumus eſſe notum, quod ad ſupplicationem tuam, quam per Judicem Petrum de ſancto Germano fidelem noſtrum noſtro culmini porrexiſti, petitiones tuas clementer admiſimus ſuper eo videlicet, quod antiqua Jura, & rationes, quibus tempore regis Guillelmi recolendæ memoriæ tuum monaſterium eſt proviſum, tibi, & ipſi monaſterio conſervare de noſtra gratia dignaremur: verum quia de ipſis juribus, & rationibus non conſtabat per Petrum de Ebulo, & Nicolaum de Cicala Juſtitiarios Terræ laboris inquiſitionem fieri fecimus diligentem, quæ clementer inſpecta, & per judices curiæ noſtræ diligenti proviſione diſcuſſa capitula, quæ inferius continentur, ſic legitime ſunt probata, ut quod tempore regis Guillelmi ſecundi dum ipſe rex cauſa orationis veniſſet ad monaſterium Caſſinenſe, & petitur procuratio pro ipſo domino rege, Petrus de Inſula tunc Caſſinenſis Abbas fecit colligi collectam per totam Abbatiam per ordinatos bajulos ſuos, & ipſe procuravit eum. Item quod cum aliquis condemnabatur in mercede curiæ regis, Juſtitiarii faciebant de perſona velle ſuum, Terra remanebat Eccleſiæ, & omnia bona ſua recipiebat monaſterium Caſſinenſe, & ſi perſona, quæ erat condemnata, volebat ſe redimere, licebat ei vendere de rebus ſuis. Item quod cum Imperator Henricus mandaſſet redemptionem colligi per totum regnum, Abbas fecit colligi partem contingentem ipſam Abbatiam. Item quod procuratio, quæ præſtabatur regi Guillelmo per Abbatem fiebat, & Miniſtri Abbatis colligebant per terram monaſterii procurationem ipſam, & bajuli regis nunquam viſi ſunt ibi ad hoc: Item quod ſi quando aliqua ſervitia injungebantur a domino rege Abbati, vel etiam hominibus Abbatiæ quod expediebantur per Abbatem, Monachos, & Miniſtros ejus. Item quod ſi quæ injungebantur abbatiæ, expediebantur per Abbatem, & per homines ſuos. Item quod quando rex miſit & ſtolium in Romaniam, Abbas Caſſinenſis dedit milites domino regi, & pro eis collegit per Abbatiam ſolidos, tibi, & monaſterio tuo duximus confirmanda. Quare mandamus fidelitati tuæ, quatenus dictis juribus, & rationibus per te, & officiatos tuos uti debeas, ſicut per inquiſitionem ipſam legitime ſunt probata. Datum Fogiæ &c. Indulſit tunc etiam imperator ipſi Caſſinenſi Abbati, ut homines terræ ſuæ ipſe mitteret ad opus caſtelli Cajetæ, ſicut per Pandulfum, & Robertum dominos Aquini hactenus mittebantur &c. Et infra. Idem magiſter juſtitiarius per apertas litteras ſuas conceſſit dicto Abbati Stephano, ut ſibi liceret juxta recordum bonorum hominum ſancti Germani, generales nundinas per annum quo tempore vellet, ordinare in ipſa Terra ſancti Germani &c.*

Rex Guillelmus venit ad monaſterii Caſſinenſ.

Electio Senobaldi Abbatis.

*Interea per totum Regnum*, verba ſunt Richardi a S. Germano an. 1227., *pro felici tranſitu ſuo generalem collectam impoſuit, (Federicus) & tunc collecta ſunt de Terra Monaſterii unciæ 450., &c.* Et infra: *Stephanus Caſſinenſis Abbas undecimo ſtante Julii in feſto S. Praxedis in Caſino obiit, cujus obitus tam Papæ, quam Imperatori per quoſdam de Fratribus nunciatur, a quibus de electione facienda recipiunt in mandatis &c. Electio licet diverſa, Abbatis in monaſterio Caſſinenſi celebrata eſt, inter quos Landulfus, Senebaldus unus de Electis, repræſentata Papæ electione de gratia conceſſus eſt Abbas, ſuum in eum Imperatore dante aſſenſum, & aliorum per Papam electione caſſata.*

Milites pro Terræ ſanctæ Expeditione a cœnobio Caſſinenſi dati.

Latam a Caſſinatibus pro terræ ſanctæ recuperatione, opem, hiſce verbis narrat Richardus an. 1228. *Menſe Januarii denarii novi Brunduſini per Urſonem Caſtaldum in S. Germano dati ſunt, quorum ſumma fuit 160. unciæ, quos Magiſter Fridericus, & Fridericus, Landus de Malacucclar Procuratores ab Abbate relicti diſtribui particulariter per terram monaſterii præceperunt, &c. Dicto Caſſinenſi Abbati ab Imperatore in mandatis datur, ut centos ſervientes bene paratos inveniat cum expenſis, & armis per annum neceſſariis ad ſervitium Terræ ſanctæ &c. Menſe Martii pro centum prædictis ſervientibus collectæ ſunt de terra monaſterii unciæ 1200., &c., Imperator pro ſubſidio Terræ ſanctæ ab eccleſiis, & perſonis eccleſiaſticis ubique per regnum certam exigit pecuniæ quantitatem, & tunc de mille ducentis unciis propter hoc impoſitis terræ monaſterii, remiſit Imperator de gratia uncias auri centum.*

Caſtra ab Abbate Caſſinenſi munita, aliaque militaria geſta.

Subdit an. 1229. Richardus: *Tunc Landulfus Caſſinenſis Abbas Caſinum, & roccam Jani neceſſariis omnibus ſufficienter munivit, & roccam ipſam dudum juſſu Ceſaris dirutam a parte S. Germani in mœnibus reparavit, &c. Et tunc quidam de Exercitu diſcurrentes per terram ſancti Benedicti villas divi Vitellati, & eccleſias S. Petri, & S. Pauli de Foreſta Dei metu poſtpoſito, bonis omnibus ſpoliarunt. Menſe Martii tertio intrante eodem menſe Papalis exercitus prætermiſſa civitate Aquini cum prædictis excluſis comitibus, terram intrat S. Benedicti, qui caſtrum Pedemontis per vim capientes, licet qui erant in eo pro viribus reſtitiſſent, quadraginta ſervientes ad ipſius caſtri cuſtodiam reputarunt. Ii ſequenti dominica verſus S. Germanum ſuas acies dirigentes venerunt uſque ubi dicitur monumentum, & exinde diſcedentes cum nullus de imperiali exercitu hoc magiſtro Juſtitiario prohibente egrederetur ad illos per Plumbareolam, quæ metus cauſa fuerat ab incolis derelicta, iter habentes & per caſtrum Pignatariis, quod deſertum ſimiliter fuerat verſus S. Angelum Theodici dirigunt greſſus ſuos, ſed cum nihil proficerent, quia bene munitum erat Caſtrum, & illuc Rogerius de Gallucio cum 40. ſervientibus miſſis a magiſtro juſtitiario venerat, ab inde receſſerunt, verſus caſtrum Terami profecti ſunt, quod vi capientes, quamquam ipſius habitatores optime ſe pro fide Ceſaris defendiſſent, bona diripientes eorum, illud incendio tradiderunt, ſicque onerati ſpoliis, in Campaniam ſunt reverſi. Quibus recedentibus, magiſter juſti-*

Bellum inter Pontificem, & Imperatorem.

Operationes Exercitus Papalis.

Digitized by Google

juſtitiarius cum imperiali exercitu exiens de S. Germano, una cum dominis Aquini, ſuper caſtrum Pedemontis vadit, illud dare deſtructioni diſponens, niſi Abbatis, & conventus precibus deſtitiſſet, ſicque in ſua reverſi ſunt &c. Menſe igitur Martii XVII. menſis ejuſdem, qui dies erat Veneris rediens papalis exercitus ad caſtrum Pedemontis ſequenti die ſabbati ſe in duas dividens acies, per montes, & plana milites, & pedites iter habentes, eorum quidam verſus monaſterium, & quidam verſus S. Germanum dirigunt greſſus ſuos, quibus cum idem magiſter juſtitiarius, cujus ducebant animum, diverſorum conſilia in diverſum vellet obſtare, ne per montium aditus liber pateret hoſtibus ad S. Germanum acceſſus, ipſis per vires oppoſitas obſiſtero pravidit in monte, mittens ad obſervandos montium tranſitus quoſdam de nocte milites, & baliſtas, qui aſcendentes, hoſtes pro viribus repellentes, bellum inire cum eis pro fide Ceſaris minime timuerunt, cumque in loco, ubi eſt eccleſia S. Matthai ſervorum Dei conflictus fieret, rumor ad ipſum juſtitiarium, quod ſui cum hoſtibus dimicarent, ad S. Germanum pervenit, qui mox licet inconſulte montem ſubiens, nec metuens mortis occaſum, hoſtium in medio ſe obiecit cum ſuis, quem ſecutus Adenulphus filius Acerrarum comitis memorati, & nonnulli milites, & pedites, qui mori pro fide Ceſaris non timebant, hoſtium ictus repellere ſuis ictibus conabantur ſed cum locus non eſſet idoneus ad pugnandum, & viam illam, qua itur ad S. Mariam de Albaneto fugatis Imperialibus de ſupernis, papalis jam acies occupaſſet, cum ex adverſo aſcendentibus ipſe juſtitiarius obſtare non poſſet, retrocedere, non ſine ſuorum clade coactus eſt, & tunc cum ipſo Adenulpho Acerrarum comitis filio in brachio vulnerato, & ex ſuis ad modum paucis in vallo Caſſinenſis monaſterii ſe recepit, ubi per ipſum juſtitiarium, Jacobus Sinibaldus cuſtos fuerit inſtitutus, reliquos verſus S. Germanum ad fugam cogentibus, qui habuerant de marte triumphum, quos cives ſancti Germani, qui Ceſaris fidem ſervabant unanimiter receptantes, cum ſuis omnibus ſalvos fecerunt; & ea die quamquam diros, & duros paterentur inſultus ab hoſtibus, itaquod enſes, ignem, & jacula non timerent, turribus, & mœnibus inſiſtentes, hoſtium viribus non ceſſere. Sic ergo die ipſa novercante fortuna de imperialibus obtenta victoria, Pandulfus apoſtolica ſedis legatus, ab ea parte, qua dicitur Porta vetus, cum nonnullis de majoribus exercitus veniens, ſub comminatione depoſitionis, & deſtructionis perpetua monaſterii Abbatem prefatum, ut ſibi mandatum Papa monaſterium redderet, & ipſum juſtitiarium traderet in manus ſuas, inducere procuravit. Quod cum facere omnino ronueret dicens, quod abſque gravi, & grandi periculo fieri hoc non poſſet, longo ſuper hoc tractatu habito, quem ego neſcio, Deus ſcit, a Legato, & ſuis pro magiſtro juſtitiario, & his, qui ſecum erant, praſtito juramento, quod ſalvi eſſent, ipſi Legato patuit monaſterium, qui ſtatutis in eo militibus, & ſervientibus ultra centum, cum Abbate, & magiſtro juſtitiario mox ad S. Germanum deſcendit, quos cum homines S. Germani quamquam ſepius requiſiti, non recepiſſent, nec ſcirent in vero ipſum juſtitiarium liberatum, & ſuos, ea nocte in Burgo exteriori eos oportuit pernoctare. Ea vero nocte comes Rao de Balbano, cum nonnullis de exercitu imperiali, qui ſe in S. Germano receperant & plus de morte, quam de vita ſperabant, metuebant enim ne a civibus hoſtibus traderentur ab iis, qui noctis vigilias cuſtodiebant, de S. Germano per poſterulas civitatis dimiſſi ſunt liberi, & abierunt in ſua, & nihil de ſuo arneſio amiſerunt. Igitur mane ſequenti papalis exercitus terram intrat S. Germani, rocca Janni ſe prius reddente legato, cui homines S. Germani jurant ad opus Papa licet inviti. Quo audito, & cognito tremuit omnis terra, qua ſe non poterat ab hoſte tueri. Tunc magiſter juſtitiarius liber dimiſſus eſt, & ſe Capuam contulit &c. Tunc etiam ipſo Legato mandante, dicto Caſſinenſi Abbati caſtrum reſtituitur Pedemontis. Pradicti Aquini Domini Pandulfus, & Robertus Civitate Aquini relicta ſe Capuam conferunt &c. Aquinum ipſis recedentibus dominis venit ad mandatum eccleſia Pontecurvum etiam, & tota terra Monaſterii, roccam bandra, in qua quidam erat Caſtellanus Apulus, quidam ipſius legati clericus, Oddo de Machilone nomine recepit ad opus Papa data eidem Caſtellano quadam pecunia quantitate &c. tunc etiam Adenulfus de Aquino filius Acerrarum comitis Atinum recipit Imperatore mandante, & Philippus de Aquino recipit Caſtrum Cœli &c. Dictus vero Pelagius Albanenſis epiſcopus, & rex quondam Jeroſolymitanus per Meſinum iter habentes cum toto exercitu Minianum venerunt, & inde celeri fuga petierunt S. Germanum. Aliis diebus homines S. Germani timentes ne papalis exercitus aut imperiali cederet, aut victus ſuccumberet, ſupellectilem ſuam, & quaque pretioſa ad loca tranſtulerant tutiora. Tunc per biduum in S.Germano moram pertrahens, papalis exercitus frumento, vino, aliis neceſſariis munire roccam Jani, & Caſſinenſe monaſterium cogitabat. Sed acceleratus per nuncios S. Germani ad terram ipſam properat imperator; moxque papalis exercitus diſſolutus de S. Germano exiens greſſu propete in Campaniam eſt reverſus, & tunc metus cauſa, qui in Caſino ſtatuti fuerant, & in rocca Janula ſervientes, dimiſſis ipſis munitionibus receſſerunt. Sed in Caſino ſe recipiens Albanenſis epiſcopus redire ad monaſterium milites ſervientes coegit. Tunc cum ipſo Legato Aquini, & Aliſia epiſcopis aſcenderunt Caſinum &c. Imperator ipſe apud S. Thomam de ſtrada ſua caſtra ponens, tertio Nonas Octobris Villam Pedemontis, qua dicitur ſancte Lucia, ſuis dedit in direptionem, & predam. Caſtrum Pedemontis Dominis Aquini conceſſit. Tunc eccleſia ſancti Matthai ſervorum Dei a Sarracenis, qui erant in exercitu imperiali bonis eſt propriis ſpoliata, pra timore paucis, aut nullis remanentibus in eadem.

Eccleſiã S. Mathei Sarraceni expoliant.

Tunc etiam Vallum Caſſinenſis monaſterii eſt mandato Cæſaris hinc inde fortiter impugnatum. Sed pugnatores nec in aliquo profecerunt &c. Zunc Preſentianum rocca Bantra &c. ad mandatum Ceſaris redierunt. Similiter & tota terra monaſterii &c. Tunc in rocca Janula quidam de Calabria caſtellanus conſtitutus. In S. Germano per Imperatorem bajuli ordinantur Guilhelmus de Bandra, & Matthaus Dioniſ. In tota terra S. Benedicti Raynaldus Bellegrimi, & Bartholomeus de Bandra camerarii ordinantur. In rocca Bantre Thomas de Magiſtro caſtellanus ponitur &c. Et infra demanium curia Caſſinenſis per dictos camera-

Imperator recuperat amiſſa.

rios

Digitized by Google

*rios totum implicatur Fiſco Imperiali. Ad roccam Janulam vinum, & victualia deferuntur &c. Imperator mutato caſtellano in rocca Janulæ eam Pandulfo, & Roberto dominis Aquini, nec non caſtellum Pontiſcurvi, & caſtellum novum committit &c. Imperator a S. Thoma movens caſtra ſua, quartodecimo menſis Octobris, pluvia ingruente, reverſus eſt ad S. Germanum, ibique per dies ſeptem moram faciens, inde digreſſus eſt, iter faciens verſus Aquinum &c. Imperator menſe Novembris per inſulam filiorum Petri redit Aquinum, ubi diem feſtum celebrat beati Martini magiſter domus Alamannorum a Papa rediens, letos ad Imperatorem rumores defert de compoſitione inter Papam, & ipſum. Idemque dñus Thomas de Capua tituli S. Sabinæ Præsbitero Cardinali obviam in Campaniam vadit, cum quo ad Imperatorem venit Aquinum, cum forma concordiæ &c., Et eodem die cum ipſo Cardinali ſe contulit apud S. Germanum &c. Tunc etiam literæ factæ ſunt per Imperatorem de remiſſione offenſæ, ſi quam Abbas fecerat vel Monachi Caſſinenſes poſt inter ipſum, & Papam ortam diſcordiam, & litteræ aliæ ad homines Abbatiæ, ut ſicut prius Abbati, & Monachis Caſſinenſibus reſpondeant, & intendant terram totam, & loca monaſterii ubicumque per regnum poſita Deo, & beato Benedicto reſtituit. Dictus Albanenſis epiſcopus &c. cum Aquinate, & Aliphano epiſcopis, & cum Campanis militibus, qui ſe cum ipſo Albanenſi epiſcopo in Caſino receperant, ſalvi exeunt, & tunc reddidit ipſis epiſcopis ſuam gratiam imperator, & monaſterium, ac tota terra ſua curæ committitur magiſtri domus Alamannorum prædicto &c. in ſancto Germano, & per totam Abbatiam annona pro equis imperatoris exigitur a camerariis ordinatis ab eo ſuperius nominatis ab univerſis clericis terræ S. Benedicti &c.* De hiſce bellis agunt fuſe Rainaldus, Spondanus, aliique.

Imperator reſtituit bona monaſterio Caſſinati.

Breve Gregorii IX. ad cœnobii Caſſinenſis Vaſſallos.

Eodem anno hoc ad cœnobii Caſſinenſis vaſſallos breve dedit Gregorius IX. Romanus Pontifex.

*Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis univerſis vaſſallis monaſterii Caſſinenſis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Si ad perſonam dilecti filii . . Caſſinen. Abbatis, qui vos univerſos, & ſingulos gerit in viſceribus Jeſu Chriſti, & ad neceſſitates ſui monaſterii debitum velitis habere reſpectum, ac diligenter attendere, quod ab oneribus illis gravibus, & importabilibus a miniſtris ſecularis poteſtatis hactenus vobis impoſitis jam eſtis per Dei gratiam liberati gratanti animo, & plena voluntate exibebitis Abbati, & monaſterio, quæ illis conſueviſtis aliis temporibus exhibere. Cum igitur predeceſſoribus ejuſdem Abbatis tempore benedictionis conſueveritis congruum auxilium impertiri, & deceat vos ex præmiſſis rationibus laudabilem conſuetudinem in hac parte inviolabiliter obſervare, univerſitatem veſtram monemus attente per apoſtolica ſcripta firmiter præcipiendo mandantes, quatenus cum dicto Abbati nondum exhibueritis pro conſecratione auxilium conſuetum, liberaliter, & libenter illud exhibeatis eidem, ita quod ex debito gratiam noſtram, & favorem Abbatis ipſius vobis exinde comparetis, ac fidei veſtræ ſinceritas quo magis hoc videtis monaſterio neceſſarium, conſpectius, & clarius eniteſcat. Datum Peruſii XVI. Kalendas Auguſti, Pontificatus noſtri anno tertio N. F. Caſſinen.*

Adeſt ſigillum plumbeum pendens &c.

Quadraginta Homines ad cuſtodiã cœnobii Caſſinenſis delecti aliaque geſta belli paciſq;

Proſequitur Richardus hæc an. 1230. referre, quæ ad rem noſtram faciunt: *Menſe Januario imperator per quendam fratrem Sembotum de domo Theutonicorum mandat dicto fratri Leonardo Procuratori Caſſinenſi relicto a magiſtro domus Theutonicorum, ut de S. Germano, & alia terra monaſterii XL. eligeret homines ad cuſtodiam monaſterii Caſſinenſis. Qui juſſu imperatoris eos elegit, ſacramento ab his præſtito ſub hac forma.*

*Ego talis juro ad hac ſancta Dei evangelia quod ab hodie in antea fideliter cuſtodiam, & ſalvum faciam monaſterium Caſſinenſe, perſonas monachorum, & aliorum, qui pro parte magiſtri domus Alemannorum in ea fuerint conſtituti, & res eorum, & monaſterii. Non ero in facto, conſilio, vel conſenſu qualiter in alterius deveniat manus, nec ego illud reddam quamdiu cuſtodiæ deputatum eſt magiſtri domus Theutonicorum, & ego ibi manſero &c. Dux Auſtriæ Limpuldus nomine cum Patriarcha Aquilejenſi, & aliis ſupradictis ab Imperatore de Apulia rediens, & ad Papam vadens cum eis ad Landulphum Caſſinenſem Abbatem, & conventum ejuſdem ex parte imperatoris literas detulit in hac forma. Fridericus &c. Venerabili Abbati Caſſinenſi, & conventui ejuſdem &c. Ecce quod ad ſupplicationem dilecti Principis noſtri Ducis Auſtriæ, & Stiriæ, ac venerabilis magiſtri domus Alemannorum devoti noſtri recepimus, vos de abundantia pietatis noſtræ in gratiam majeſtatis noſtræ omnem offenſam, quam contra noſtram excellentiam pro preſenti diſcordia inter nos, & D. Papam habita a principio diſſenſionis uſque in hodiernum diem decimum octavum Aprilis tertia indictione, viſi eſtis commiſiſſe pœnitus relinquentes. Ceterum ea, quæ vobis prædictus dux, & magiſter Theutonicorum retulerint ex parte culminis noſtri indubitanter credatis. Datum Fogiæ &c.* Et infra: *Igitur die Martis nono ſtante Julii, in feſto S. Apollinaris prædicti Sabinenſis epiſcopus, & S. Sabinæ cardinales in majori eccleſia S. Germani, præſentibus Patriarcha Aquilegenſi, Salſeburgen. Archiepiſcopo, Ratiſponenſi, & Regino epiſcopis. Carinthiæ, & Moraviæ ducibus principibus Alamanniæ. Tunc enim dux Auſtriæ graviter infirmabatur, adſtantibus quoque ibidem regni Prælatis, Panormitano, Regino, & Barenſi Archiepiſcopis, necnon Caſſinenſi, Caſæ Marii, & S. Vincentii Abbatibus, & Prælatis aliis, qui cauſſa metus de regno ſeceſſerant. Raynaldo dicto Duce Spoleti, & Thoma de Aquino Acerrarum comite, Enrico de Morra magiſtro juſtitiario, aliis regni juſtitiariis, & baronibus, ac plebejis de ſatisfaciendo S. Romanæ Eccleſiæ pro iis, quibus excommunicatus fuerat, recipiunt ab Imperatore publice juramentum. Tunc in anima ſua jurante pro eo Thoma de Aquino Acerrarum comite, & prælatis, ac principibus Alamanniæ jurantibus cum eo ſubſcripta capitula. Tunc Salſiburgenſis Archiepiſcopus ad Imperatoris excuſationem longa tenuit ſermone diem, cui dictus S. Sabinæ Cardinalis luculenta non minus oratione reſpondit: &c.* Exſcribit Pacis capitula, deindeque ſubdit: *Die Mercurii &c. in vigilia S. Jacobi rediens a domino Papa ad S. Germanum Fr. Gualo de auctoritate apoſtolica reſtitui juſſit a cardinalibus in S. Germano, & tota terra monaſterii, divina officia, quæ per Al-*

Epiſtola Imperatoris ad Abbatem Caſſinatem.

Pax publicata inter Pōtificem, & Imperatorem.

banen-

*banenſem epiſcopum fuerant interdicta &c. Landulpho Caſſinenſi Abbati monaſterium libere reſtituitur & rocca Janulæ, quam ſicut in pactum venerat, cuſtodiendam commiſit fratri Leonardo ſepefato de domo Theutonicorum, qui eam ſervandam commiſit Raynaldo Belligrimi de ſancto Helia &c. Recepto ab eo juramento, ut fideliter illam cuſtodiat, donec imperator ipſe ſit ab excommunicationis vinculo abſolutus &c. Menſe Auguſti die prima imperator ad roccam Arcis ſe contulit, qui tunc caſtrum Pontiſcurvi, & Pedemontis, & caſtellum novum reſtitui mandat Abbati Caſſinenſi a dominis Aquini, qui ea ſervabant ad opus ſuum.*

Caſtra Ditionis Caſſinenſis reparata.

Inter alia hæc an. 1231. narrat Richardus: *Menſe Octobris Marinus Carazolus miles Neapolitanus cum filio Annai de rivo matricio venientes ad S. Germanum cum literis imperialibus, & mandato pro reparatione caſtrorum imperialium requirebant Caſſinenſem Abbatem ex parte Ceſaris, ut homines terræ monaſterii mittere deberet ad muniendum Atinum, caſtrum cœli, roccam Bandra, & roccam Guglielmi: &c.* Erant hæc caſtra Caſſinatibus ſubdita, ut alibi pluries dictum. Anno vero 1232. hæc habet Richardus: *Tunc etiam mandato dicti Comitis, & Magiſtri juſtitiarii bajuli Imperales, qui Cavarrecti vocantur, per dominum Hectorem de monte Fuſculo tunc terræ laboris juſtitiarium de S. Germano, & tota terra monaſterii amoventur.* Ex hac vero juſtitiarii, aliorumque judicum, & baronum ſententia pro eccleſia S. Angeli de Pedelongo, que ſubjecta erat monaſterio S. Petri de Avellana, quemadmodum hoc Caſſinenſi, compertiſſimum eſt, hanc Eccleſiam tunc temporis ſubditos habuiſſe,

Ex originali in Archivo.

*In nomine Domini Dei æterni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab incarnatione ejus milleſimo ducenteſimo trigeſimo tertio menſe Julii ſexta indictionis, imperante Dño noſtro Federico Dei gratia invictiſſimo Romanorum imperatore ſemper auguſto, Jeruſalem, & Siciliæ rege, imperii ejus anno tertiodecimo, regni Jeruſalem octavo, regni vero Siciliæ triceſimo ſexto feliciter amen.*

*Dum nos Henricus de mora magnæ Imperialis curiæ magiſter juſtitiarius apud Sulmonam curiam regeremus aſſidente nobis magiſtro Benedicto de Yſemia ejuſdem magnæ curiæ judice propoſuit frater Rao monachus, & Abbas eccleſiæ S. Angeli de Pedelongo, nomine ipſius eccleſiæ, & procuratorio nomine pro parte monaſterii S. Petri de Avellana, præpoſiti, & conventus ejuſdem, quod conſtitit, quod monaſterium ſubditum eſt monaſterio Caſſinenſi contra Brectualdum Proroñ. Dñi Robberti de Pectorano, quod conſtitit quia ipſe Dñus Robbertus detinet, & quaſi poſſidet quoſdam homines, ſcilicet Benedictum de Gualterio, Traſmundum, Johannem Euſtaſii, Petrum, & Guillielmum Benedicti fratres cum tenimentis, & rationibus ſuis ad ipſam eccleſiam S. Angeli monaſter. S. Petri de Avellana, præpoſitum, & conventum ejuſdem pertinentes jure dominii, vel quaſi, & eos non permittit redire ad habitandum in villam, & loca ipſius eccleſiæ conſueta, in quibus conſueverunt habitare tempore regis Guilielmi, quorum hominum unus ſcilicet Benedictus Gualterius Raynaldi debet habitare intus in caſtello carcerum in caſalino ipſius eccleſiæ, Traſmudus debet habitare extra caſtrum carcerum in caſtellaro S. Angeli in caſalino eccleſiæ, Petrus & Guillielmus Benedicti debent habitare in villa, & caſalino ipſius eccleſiæ, & idem dñus Robertus exigit ab eis ſacramenta, advamenta, collectas, operas, angarias, compoſitiones, forfacturas, pullos, ſpallas, alios redditus, & alia ſervitia, quæ ad ipſam eccleſiam pertinent, cum ipſi domno Roberto non ſit jus talia exgendi ab eis, ſet ſit jus ipſis Eccleſiæ, monaſterio, præpoſito, & conventui percipiendi, & exigendi ab ipſis hominibus omnia, quæ ad verum dominum ſpectant, quare petiit pro parte ſua, & prædictorum eccleſiæ, monaſterii, præpoſiti, & conventus prædictos homines ſibi reſtitui cum tenimentis, & rationibus ſuis. A prædicto procuratore pro parte prædicti dñi Robberti, & quod permictat dictos homines redire ad habitandum in villam, & loca prædicta, & quod ceſſet ab exactione Sacramentorum, advamentorum, collectarum, & omnium prædictorum, nunc, & in futurum, & de non exigendo præbeat ydoneam cautionem. Item eodem modo propoſuit contra eumdem, quod prædictus domnus Robertus turbat, & moleſtat prædictam eccleſiam, Abbatem, monaſterium, præpoſitum, & conventum, exigendo, percipiendo, & præcipiendo vaſſallis, & a vaſſallis ipſius eccleſiæ in villa, poſſeſſionibus, & pertinentiis ipſius eccleſiæ, & vaſſallorum ejuſdem . . . . . . . . eccleſiam, abbatem, monaſterium, præpoſitum & conventum, tamquam ad verum domnum pertinent. Unde petiit a prædicto procuratore pro parte, & nomine ipſius domini Roberti, quod ceſſet a prædicta perturbatione, & moleſtatione omnium prædictorum nunc & in futurum: prædictus Brectullus procurator domini Robberti, viſis, & intellectis rationibus, & inſtrumentis eccleſiæ prædicta, confeſſus eſt prædictos homines ad ſupradictam eccleſiam, abbatem, monaſterium, præpoſitum, & conventum jure propoſito pertinere, & domnum Robbertum non debere impedire ipſos homines, quo minus redeant ad habitandum in villam, & loca prædicta eccleſiæ nominata, & ſe non habere aliquod jus exigendi ab ipſis hominibus Sacramenta, advamenta, collectas, operas, angarias ſupradeſcripta. Item confeſſus eſt dominum Robertum prædictum non debere moleſtare, & perturbare prædictam eccleſiam, abbatem, monaſterium, præpoſitum, & conventum in quaſi poſſeſſione vaſſallorum, villæ, & omnium jurium prædictorum ipſius eccleſiæ. Item idem frater Rao eodem modo propoſuit contra domnum Bartholomæum, & Robbertum de Pectorano fratres, quia ipſi detinent, & quaſi poſſident quoſdam homines, ſcilicet Johannem, Berardum Alberti, Attenulfum fratrem ejus, Robbertellum, Berardum Joannis Actonis, Benedictum Johannis Actonis, Berardum Carcerenſem, & Gualterium Benedicti cum tenimentis, & rationibus ſuis ad ipſam eccleſiam, abbatem, monaſterium, præpoſitum, & conventum eidem pertinentes jure dominii, vel quaſi, & eos non permittunt redire ad habitandum in villam, & loca conſueta prædicta eccleſiæ S. Angeli, quorum hominum duo ſcilicet Johannes Berardi Alberti, & Attenulfus frater ejus debent habitare extra caſtrum carcerum in Caſalino ipſius eccleſiæ. Robbertellus Berardi, Johannis Actonis, Berardus, Johannis Actonis, Berardus Carcerenſis, & Gualderius Benedicti debent habitare in villam, & in caſalinis ejuſdem eccleſiæ, & exigunt ab eis ſacramenta, advamenta, collectas,*

*operas,*

Digitized by Google

*operas, angarias, pullos, ſpallas, compoſitiones, alios redditus, & alia ſervitia omnia, quæ ad ipſam eccleſiam, abbatem, monaſterium, præpoſitum, & conventum pertinent. Cum ipſis domno Bartholomæo, & Robberto non ſit jus talia exigendi ab eis ſet ſit ipſi jus eccleſiæ, monaſterio, abbati, prepoſito, & conventui percipiendi, & exigendi ab ipſis hominibus, omnia, quæ ad verum dominum ſpectant, quare petiit idem frater Rao pro parte ſua ipſius eccleſiæ, monaſterii, præpoſiti, & conventus prædictos homines ſibi reſtitui cum tenimentis, & rationibus ſuis ab ipſis domino Bartholomæo, & Robberto de Pectorano, & quod permittant prædictos homines redire ad habitandum in villam, & loca conſueta ipſius eccleſiæ, & quod ceſſent ab exactione ſacramentorum, advamentorum, collectarum, & omnium prædictorum, nunc & in futurum, & de non exigendo præbeant idoneam cautionem. Item eodem modo propoſuit contra eoſdem, quod ipſi turbant, & moleſtant prædictam eccleſiam, abbatem, præpoſitum, conventum, & monaſterium exigendo, percipiendo, & percipiendo vaſſallis, & a vaſſallis ipſius eccleſiæ in villa poſſeſſionibus pertinentiis, & juſtitiis prædictæ eccleſiæ, & vaſſallorum ejuſdem ea quæ ad ipſam eccleſiam, abbatem monaſterium, præpoſitum, & conventum, tanquam ad verum domnum pertinent. Unde petiit ab eis, quod ceſſent a prædicta moleſtatione, & perturbatione præſcriptorum omnium nunc, & in futurum. Prædicti domini Bartholomæus, & Robertus viſis, & inſpectis rationibus, & inſtrumentis eccleſiæ antedictæ, litem conteſtando confeſſi ſunt prædictos homines, ſcilicet Johannem, Berardum Alberti, & Attenulfum fratrem ejus, Robbertellum, & Gualterium Benedicti ad prædictam eccleſiam, monaſterium, præpoſitum, & conventum ejuſdem jure proprio pertinere, & confeſſi ſunt Berardum Johannis Actonis, & Berardum Carcerenſem ad prædictam eccleſiam, monaſterium, præpoſitum, & conventum jure propoſito pertinere ratione tenimentorum ipſius eccleſiæ, dum tenent ipſa tenimenta, cæterum ſi voluerint renunciare ipſis tenimentis, negant ipſos debere eſſe homines, & vaſſallos ipſius eccleſiæ, monaſterii, prepoſiti, & conventus, & confeſſi ſunt ſe non debere impedire ipſos homines, ſcilicet, Johannem, Attenulfum, Robbertellum, & Gualterium, Berardum Carcerenſem, & Berardum Joannis Actonis quo minus redeant ad habitandum in villam, & loca ſuperius deſignata, & ſe non habere aliquod jus exigendi ab ipſis hominibus ſacramenta, advamenta, & cætera ſupraſcripta. Item confeſſi ſunt ſe non debere moleſtare, & perturbare prædictam eccleſiam, Abbatem, monaſterium, præpoſitum, & conventum in quaſi poſſeſſione ipſorum vaſſallorum, & prædictorum omnium ſicut dictum eſt, & villa eccleſiæ, & omnium jurium prædictorum. Facta igitur conteſtatione litium ſuper prædidictis petitionibus per confeſſiones partium, quia per ipſas confeſſiones conventorum de intentione actoris plene conſtitit; Nos qui ſupra magiſter juſtitiarius Judex prædictum Breculdum procuratorem domini Roberti pro parte ipſius, & ipſum domnum Robertum, ac prædictos domnum Bartholomæum, & Robertum de Pectorano ad ea quæ in petitione & propoſitione Actoris, & in confeſſione conventorum prædictorum devenerunt de conſilio Baronum, & juris peritorum prædicto fratri Raoni monacho, & procuratori pro parte eccleſiæ S. Angeli, monaſterii, præpoſiti, & conventus prædictorum, & ut caveant ne exigant, percipiant, præcipiant, turbent, & moleſtent prædictam eccleſiam S. Angeli, monaſterium, præpoſitum, & conventum ejuſdem ſuper hominibus pranominatis, & omnibus præſcriptis rebus, juribus, & rationibus nunc, & in futurum duximus ſententialiter condemnandos. Quod ſuperius diſturbatum eſt, & emendatum legitur præſcriptis rebus. Ad cujus rei memoriam præſens ſcriptum inde fieri fecimus per manus Guilielmi de Tocco magnæ imperialis curiæ in juſtitiariatu notarius, noſtris ſubſcriptionibus roboratum. Actum in Sulmon. die menſe, & indictione prætitolatis. Locus † ſigni notarii.*

*† Henricus de Morra magnæ Imperialis Curiæ Magiſter Juſtitiarius. † Ego Benedictus de Yſernia Profeſſor legum Judex magnæ curiæ imperialis. Locus Signi.*

*Henrici hujus de Morra, qui juſtitiarius fuit Friderici II. frequens habetur mentio in chronico Richardi a S. Germano, agitque de ipſo Tutinus fol. 29. de magnis magiſtris juſtitiariis Neapolitani Regni.*

Anno 1233. hæc refert præcipua Richardus: *Menſe Auguſti &c. Judex Petrus de Theleſia inquiſitionem facit in Abbatia de hominibus Demanii Imperialis, quorum parentes de terris demanii originem duxerant, & eorum nomina redegit in ſcriptis, ut de illis quod ſibi beneplacitum fuerit faciat Imperator.* Et anno 1234. ait: *Imperator in regnum rediens caſalia quedam Apuliæ depopulare jubet. Caſale Caſtellionis ad Caſſinenſe monaſterium pertinens recipi mandat, & inhabitari ad opus ſuum.* Anno vero 1235. hæc adnotata ex eodem: *Menſe Februarii inquiſitiones fiunt per totum regnum de hominibus demanii, quos in locis ſtatutis transfert imperator cum familiis ſuis, propter quod de S. Germano, & de tota terra monaſterii nonnulli, qui inventi ſunt de demanio extitiſſe, apud Cumas ire cum ſuis familiis compelluntur &c. Menſe Junii Panormitanus, & Capuanus archiepiſcopi Thomas de Aquino Acerrarum Comes, & Henricus de Morra magiſter juſtitiarius, qui pro imperatore in regno remanſerat, ſe Capuam conferentes, ſtatuerunt ibidem qualiter rocca Jani ſuper S. Germanum muniri turribus, & muris deberet. Ad quod faciendum, quatuor elegerunt de terra S. Benedicti, qui homines deputatos ad opus roccæ ipſius aſſignare ſuis vicibus deberent, domino Philippo de Citro Comeſtabulo Capuæ Magiſtro operis roccæ prædictæ, & tunc in die ipſos requirere quilibet prædictorum quorum nomina hæc ſunt, Jacconus Miles de Pontecurvo, Raynaldus Belegrimi de ſancto Helia, Rogerius de Landenulpho, & Raynaldus de Paterno de S. Germano &c.* Anno 1236., teſte Richardo, obiit menſe Julio Landulfus Senibaldus Abbas; *Et menſe Auguſto*, ſubdit: *Fr. Julianus, frater Robertus de Foreſta, & frater Johannes Cazolus de voluntate Henrici de Morra Magiſtri Juſtitiarii per Vice Decanum, & conventum rectores terræ monaſterii ſunt electi.* Mortuo quippe Abbate, Juriſdictio penes monachos remanebat. Subditi Imperatoris eſſe.

Ex adducendo mox privilegio anno ſequenti 1237. dato, plura deducuntur, quibus Caſſinenſis juriſdictio optime propugnatur, interque alia, Abbatem pro libito ſuo quoſdam e cœnobii Caſſinen- Friderici Imperatoris Privilegium.

ſinen-

ſinenſis ſubditis exemptos onere ſolvendi vectigalia, atque decimas bonorum, quæ poſſiderent, declaraſſe. Quoties opus fuiſſet, ſubſidium pecuniarum a ſubditis ſuis exegiſſe. Ab immemorabili jam tempore judicem ab eo in ditione Caſſinenſi inſtitutum, qui ſubditorum quæſtiones judicaret; viros quoſdam illuſtres ſupremam Abbatis Caſſinenſis dominationem quoad illa Feuda recognoviſſe, quæ in ipſa ditione Caſſinenſi poſſidebant, quod etiam ex monumentis conſtat, infra cum de Bernardo Abbate adducendis.

*Federicus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Hyeruſalem, & Siciliæ Rex, Per præſens ſcriptum notum fieri volumus univerſis fidelibus noſtris, tam præſentibus, quam futuris, quod magiſter Petrus Theodini de S. Germano M. G. noſtræ Judex fidelis, noſter, majeſtati noſtræ humiliter ſupplicavit, ut infraſcriptum privilegium indultum ſibi a Landolfo qm. Caſſinenſe abbate confirmarẽ ſibi de noſtra gratia dignaremur, cujus tenor per omnia talis eſt: Nos Landulfus Dei gratia Caſſinenſis abbas attendentes grata ſervitia, quæ vos domne Theodine, & magiſter Petre Judex, & advocatus Caſſinen. monaſterio noſtro, & nobis fideliter exhibuiſtis, & in domino poteritis exhibere, damus, & concedimus vobis, ut omnes terras, quas a quacumque perſona aquiſiſtis, & aquirere poteritis in futurum quocumque modo in caſtris & terra ipſius monaſterii de quibus terraticum, vel alia res debetur monaſterio Caſſinenſi, habeatis in ſervitio equi veſtri, & liberas, & exemptas ab omni alio præſtationis onere. Cenſum etiam liberæ ceræ, quem vos magiſter Petre reddere debetis annuatim de molendino veſtro ad reſoſorium in vita veſtra, & filiorum veſtrorum relaxamus, quinque etiam ſocias de terra in limata bantra vobis Patri, & filio concedimus, & confirmamus; damus inſuper, & concedimus vobis, & heredibus veſtris ad cautelam abundantiorem, ut ſi quando nos vel poſteros noſtros datam, vel adjutorium quomodocumque ponere contingerit pro re quacumque ad opus noſtrum in Abbatia noſtra Caſſinenſi, vos ſitis liberi, & immunes, & de gratia ſpeciali ab hominibus quos nunc habetis in terra S. Benedicti, vel in antea habere poteritis partem collectæ ipſos contingentem per bajulos noſtros, vel veſtros juxta electionem veſtram exigere, & habere ad opus veſtrum, & ut vobis liceat ab hominibus ipſis recipere quandocumque placuerit fidelitatis, & homagii ſacramentum, Salva in omnibus, & per omnia fidelitate domni Imperatoris, & noſtra, & monaſterii Caſſinenſis, & pro hac noſtra datione, & conceſſione recepimus a vobis grandia, & valde utilia ſervitia, & viginti uncias boni auri ad generale pondus regni pro urgentibus neceſſitatibus, & debitis, quibus tenebatur Caſſinenſe monaſterium. Propterea concedimus vobis magiſtro Petro, ut ſi magiſtrum Raynaldum de Caira conjudicem veſtrum præmori contingerit, vos ſoli remaneatis in officio judicatus, nullo alio vobis adjuncto, cum unus ſolus judex & advocatus Caſſinenſis debeat, & conſueverit eſſe in tota terra monaſterii Caſſinenſis & ex poſt ſacro manifeſte cognovimus magiſtro Raynaldo officio judicatus injuſte conceſſiſſe a bonæ memoriæ abbate Stephano prædeceſſore noſtro vobis primo legitime conceſſum, ad cujus rei memoriam, & perpetuam firmitatem, hoc de omnibus ſupraſcriptis ſcriptum fieri fecimus, noſtri ſigilli munimine roboratum. Actum apud S. Germanum anno domini 1235. menſe Madii indictione octava. Nos igitur attendentes fidem puram, & devotionem, quam prædictus magiſter Petrus ad noſtram ſemper apud majeſtatem nec non & grata ſervitia quæ celſitudini noſtræ hactenus exhibuit, & exhibere poterit in antea gratiora; privilegium ſupraſcriptum in omnibus, & ſingulis ſuis partibus ſibi, & prædicto Theodino patri ſuo de gratia noſtra duximus confirmandum, mandantes quatenus nullus ſit, qui ipſos contra privilegii prædicti tenorem in aliquo moleſtare, aut impedire præſumat, quod qui præſumpſerit, indignationem noſtram ſe noverit incurſurum, ſalvo mandato, & ordinatione noſtra. Ad cujus rei memoriam, & robur perpetuo valiturum, præſens ſcriptum fieri, & ſigillo majeſtatis noſtræ juſſimus communiri. Datum apud Viennam anni dominicæ incarnationis 1237. menſe Februarii decima indictione.* Exſcripſimus hoc privilegium a regeſto primo Bernardi Abbatis fol. 101.

Anno 1238. Stephanus a Cervaro menſe Novembri electus eſt Caſſinenſis Abbas, atque annus inſequens fatalis cœnobio Caſſinenſi ſuit. Federicus quippe imperator haud contentus plura irrogaſſe Caſſinatibus damnas eorum quoque juriſdictioni graviſſimum vulnus intulit. Juvat hic ea recenſere in unum collecta, quæ a pluribus jam annis Fredericus nobis intulerat damna, ut indigniſſimo tandem facinore omnia concludamus. Roccam ſibi Janulæ retinuerat, quam pro initis cum Gregorio IX. pactis retinere tantum debebat, uſque dum excommunicatione ſolveretur, ut teſtatur Richardus a S. Germano an. 1230., ipſeque Gregorius in Brevi ad Stephanum capellanum ſuum, qui apud Federicum erat ſcripto in quo hæc leguntur: *Locum monaſterii Caſſinenſis, & roccam Janule in eo libertatis ſtatu dimittens, qui in forma pacis habetur expreſſus &c. Quo circa diſcretioni tuæ &c. mandamus quatenus apud imperatorem eundem, ut prædicta faciat emendari interponas ſollicite, ac efficaciter partes tuas. Datum Anagniæ XV. Kal. Octobris pontificatus noſtri anno ſexto.* Sexaginra milites ducentoſque ſervientes ab Abbate Caſſinenſi exegit, ut ait Richardus an. 1233. *menſe Madii pro ſervitio militum ſexaginta, & ſervientibus ducentum, in quibus ab Abbate Caſſinenſi ſibi ſervire debere imperator dicebat collecta ſunt de terra monaſterii unciæ quatuorcentum.* Compertum tamen ex Henrici VI. ejus parentis aliorumque principum privilegiis a præſtando militari ſervitio, atque Adoha exemptum omnino fuiſſe cœnobium Caſſinenſe. Adoham tamen etiam ſibi ſolvi voluit a Caſſinatibus Fridericus; hincque ſcribit Richardus an. 1235. *Menſe Januarii imperator generalem collectam toti regno imponit, & tunc collectæ fuerunt de terra monaſterii unciæ quatuorcentum pro Adohamento per Stephanum de Anglone juſtitiarium terræ laboris, & pro mutuo unciæ ducentum.* Atque anno 1236. menſe Januarii &c. *Generalis collecta in Regno ponitur, & tunc, pro Adohamento Imperiali, collectæ ſunt de terra monaſterii Caſſinenſi unciæ centum quinquaginta.* Impediti ſunt Caſſinates, ne in electione Abbatis procederent eodem Richardo teſte, ad eum annum, qua tamen in re libera eorum ſemper ex regulæ præſcripto Pontificum, Principum-

Damna a Friderico II. Imperatore Caſſinatium juriſdictioni irrogata.

Digitized by Google

pumque privilegiis ſuffragia tot ſæculis fuerant. De qua Abbatis electione idem Richardus an. 1237. ait: *Menſe Julii veniens idem judex ad S. Germanum de mandato prædictorum dominorum, tam de fide, quam ſufficientia jam dicti Caſſinenſis electi per ſingulos de caſtris, ſingulis ad ſe ſub certo numero vocatos homines, nec non & de Atino, ubi ſe tempore diſcordiæ inter eccleſiam, & imperatorem receperat, inquiſitionem facere ſtuduit diligentem, quam in ſcriptis redactam ad eoſdem dominos per magiſtrum Terriſium de Atino remiſit, ad quos etiam frater Johannes de S. Germano, & magiſter Raynaldus judex, & advocatus Caſſinenſis vadunt ex parte conventus, & approbata per ipſos dominos inquiſitione ipſa electionem factam de prædicto fratre Pandulpho juxta mandatum Ceſaris acceptarunt.* Annoque 1238. idem refert, duos ad Imperatorem monachos perrexiſſe, *ut ſuum præbere dignaretur aſſenſum*: quoad Stephanum a Cervaria recens electum Caſſinenſem Abbatem cum Pontifex Pandulphi electionem approbare noluiſſet. At nimium otio, lectorumque patientia abuteremur, ſi omnia hic referremus, quæ a Friderico II. Imperatore illata ſunt Caſſinatibus damna. Unum inſtar omnium ſit, quod refert author vitæ Gregorii Noni apud Rainaldum an. 1239. n. 8. in hæc verba: *Juriſdictionem, quam idem* ( de Caſſinenſi monaſterio loquitur ) *in S. Germano loco utique populoſo, & multa commoditate dotato, longa traditione poſſederat; Caſtrum etiam Atini, roccam Bantra, roccam Guillelmi in ejus confinio, in Calabria caſtrum Malveti, & poſſeſſiones non modicas ſuo dominio in Romanæ eccleſiæ injuriam, & B. Benedicti applicavit*. Atque num. 30. ait: *Nobile monaſterium Caſſinenſe, quod eccleſiæ Romanæ nullo mediante ſubjectum, ut ipſius fundatio, & apoſtolicæ ſedis oſtendit archivium, cujus etiam ſunt edificia per Victorem ſedis apoſtolicæ Pontificem opere decoro conſtructo in quo venerabile corpus beatiſſimi Benedicti quieſcit, in illum caſum ignobilitatis adduxit, ut caſtris, vaſſallis, & poſſeſſionibus ſpoliatum contra munifica ſedis Apoſtolicæ privilegia, & multorum imperatorum indulta ſingulari præeminentia, libertate taliter vendicare præſumens, ipſum monaſterium inter monaſteria cetera dignitate, ac immunitate ſublimius, venerando monachorum depulſo collegio, prædonum contagiis deputavit; per quod felix illa religio, quam legione depulſa Dæmonum Pater beatus ibidem inſtituit in ordinis contumeliam relegata in ſeculares abuſus commutare cogitur obſervantias regulares; aurea vero, & argentea vaſa loci ejuſdem miniſterio Altaris addicta, in vaſa ventris officium procurantia conflavit manu ſacrilega, ſacra veſtimenta prædatur. Ejuſdem quoque ſatanæ ſatellites, & principis execrandi miniſtri, tanta verecundia templum inquinamentis variis prophanantes pro ſolitis aromatibus incenſorum, ibidem offerunt fœtida lenocinia mulierum, S. Dei proſtribulum ſtatuentes, matutinas & laudes in præconia Cæſaris, & hymnum evangelicum in laſciviæ canticum commutando. Quorum unus excubiis murorum inſiſtens ſpiritu nequiori correptus, monachum quemdam ibidem quaſi racemum poſt vindemiam derelictum, ſub ipſius cuſtodis habitu improviſis paſſibus incedentem urinæ profluvio impudice perfudit, qui ſtatim poſt monachi lachrymas, &*

Cœnobiũ Caſſinenſe juriſdictione a Friderico II. ſpoliatur.

Laudes monaſterii Caſſinenſis.

*Benedicti præſidium imploratum, ille toto corpore gravi lepra percutitur, ut corporis miſerabilis membra veluti elimato percuſſa gladio profundatis ulceribus conſcinderentur in fruſta, ſic quod vix multorum vehiculo apponi potuit conſortio leproſorum.* Adeo in cœnobium Caſſinenſe furebat impiiſſimus imperator. Romanæ eccleſiæ omniumque bonorum infenſiſſimus oſor. Richardus etiam hoc anno ait: *menſe Martii idem Abbas ad Imperatorem in Lombardiam vadit, a quo benigne ſatis receptus eſt, & ibidem fidelitatis ſibi præſtitit ſacramentum &c. Menſe Aprilis monaſterium Caſſinenſe imperatore mandante, ſervientibus, & aliis ad cuſtodiam neceſſariis communitur, quibuſdam monachis ex eo excluſis. Similiter, & Pontecurvus per Taffurum Caſtellanum roccæ Janulæ &c. Menſe Junii &c. a monaſterio Caſſinenſi ſicut a ceteris aliis de regno cathedralibus eccleſiis, nec non & a ſubditis eidem monaſterio cellis adjutorium pro imperatore exigitur. Similiter & a clericis Abbatiæ pro beneficiis ſuis, obedientiales monachi vocati a Taffuro caſtellano roccæ Janulæ, ſicut, & ipſi clerici dare convenerunt medietatem omnium proventuũ obedientiarum ſuarum, & exinde reſpondere Rogerio de Landenulpho, & Jacobo Cazolo ad hoc conſtitutis per juſtitiarium terræ Laboris pro victu ſervientum, qui deputati ſunt ad cuſtodiam monaſterii, & Pontiſcurvi &c. Item a cathedralibus eccleſiis per ſe imponatur, & exigatur pro imperiali curia adjutorium ſecundum modum, & potentiam divitiarum ſuarum. Nihilominus & a canonicis earum diœceſum ſibi ſubjectis presbyteris, & clericis ſecundum facultates eorum, illud item exigatur ab Abbatibus, monachis nigris, & albis &c. Eodem menſe Junii iterum alii, qui remanſerant monachi de monaſterio excluduntur, quibus ſimiliter cum primis excluſis morari apud vallem lucis proviſum eſt, paucis admodum in monaſterio remanentibus &c. Menſe Julii &c. Homines terræ monaſterii mandante imperatore, abſenti Caſſinenſi Abbati, & ſecum in ſuo ſervitio commoranti, per ſacramentum vitam aſſecurant, & membra &c. Imperator de gratia conceſſit dicto Caſſinenſi Abbati, ut tam monaſterium Caſſinenſe, quam omnes monachi, & cellæ ejus a generali, quod ab aliis exigitur eccleſiis regni adjutorio, eſſent immunes. Eodem menſe Julii tertia fit excluſio monachorum de monaſterio Caſſinenſi, quorum quidam apud vallem lucis, quidam apud S. Petrum monaſterii, & quidam moram facere in parentum domibus elegerunt, & in ipſo monaſterio non niſi octo tantum monachi ad celebrandum in eo divina officia remanſerunt &c. Eodem menſe Septembris juſtitiarii omnes, & caſtellani de regno mutantur, & amoto Taffuro de Capua de rocca Janulæ qui etiam curam agebat montis Caſini, & Pontis curvi, ſubſtituitur illi quidam Guilelmus de Spinoſa in roccha Janulæ caſtellanus, & in Caſino quidam Jordanus de Calabria ordinatur &c. menſe Octobris &c. Ingenia, quæ Bidde dicuntur, & Manganelli fiunt, imperatore mandante, ad defenſam roccæ Janulæ, & Caſini, propter quę, & Homines terrę monaſterii ad incidenda lignamina ipſis machinis opportuna, & boves ad ea deferenda non modice ſunt gravati.* Et Bernardus Abbas in ſententia contra S. Heliæ accolas lata an. 1273. *Ideoque nos Bernardus Dei gratia Caſſinenſis humilis Abbas attendentes, quod Federicus*

Digitized by Google

*ricus quondam Romanorum imperator, & poſt eum duo filii ejus, Conradus videlicet, & Manfredus ſubtractis juribus, & rebus monaſterii Caſſinenſis, cui patientia divina licet immeriti ſpiritualiter, & temporaliter præſidemus, ſpeluncam latronum de templo domini facientes, viginti & ſex fere annos ante ingreſſum noſtrum in arcem damnabiliter tenuerunt, & ex hoc homines caſtri noſtri S. Eliæ, monaſterio noſtro prędicto ſubjecti, videntes ſibi magis illicita licere, pręcipue cum vel non eſſet paſtor in dicto monaſterio, qui eiſdem ab illicitis arcere curaret, vel poſſet, vel qui pręerant ex illis deputati non poterant intendere ad ſui debitum officium exequendum &c.* Haud equidem mirum a Friderico Imperatore juriſdictionem Caſſinatibus ademtam, qui pejora longe mala epiſcopis, equitibus Templi, atque Hoſpitalariis, omniſque generis hominibus retulerit, ut videre eſt apud Raynaldum, Spondanum, alioſque ſcriptores fuſe de immani Friderici Tyrannide agentes.

Theſauri Eccleſiæ Caſſinēſis aliarumq; Regni expilati.

Notatu digna hæc Richardi verba an. 1241. *Menſe Junii Prętati de regno vocati ab Andrea de Cicla capitanio, & magiſtro juſtitiario apud Melphiam ad eum vadunt, a quibus Theſauri eccleſiarum ſuarum, tam in auro, argento, quam veſtibus ſericis, & lapidibus pretioſis in commodato pro Principe exiguntur &c. menſe Julii &c. Andreas de Cicala &c. per totum regnum certum exigit numerum militum, & ſervientium, & omnes theſauros eccleſiarum ſuę juriſdictionis apud S. Germanum congregari jubet &c.* Et infra: *Theſauri omnes eccleſiarum regni a Porta Roſeti uſque ad fines regni juſſu Andreę de Cicala Capitanii apud S. Germanum in eccleſia S. Marię terrę ejuſdem congregantur, & reponuntur, quorum cuſtodię deputati ſunt duodecim de ditioribus, & majoribus hominibus ipſius terrę, & tunc tabula aurea, quę ante altare B. Benedicti ad ornatum diu ſteterat, & alia tabula argentea altaris B. Marię, & Icona cum ſmaltis, quę ſub altare fuerat beati Benedicti, & omnis alius theſaurus ipſius monaſterii in auro, argento, pannis ſericis, & lapidibus pretioſis, nec non & aliarum eccleſiarum terrę ipſius monaſterii ad S. Germanum in prędicta eccleſia S. Marię portatur, & deponitur, cujus theſauri capti ab eccleſiis regni pars pretio redimitur, & pars reliqua apud S. Mariam de cripta ferrata, ad Principem deportatur &c. Menſe Octobris &c. Theſauri, eccleſiarum apud Fogiam per eos de S. Germano, qui eorum fuerant cuſtodię deputati, mandante Cęſare deferuntur, excepta tabula altaris S. Benedicti, & ut redimi debeant a Prelatis ſingulis, & eccleſiis, quarum erant pro certa pecunię quantitate ab imperatore mandatur &c. Inquiſitio apud S. Germanum fit de Medicis, qui mederi auſi ſunt, & in tota Abbatia, niſi de licentia imperialis curię, & per eam fuerint approbati.*

Fridericus Imperio, Regnoque privatur.

Sceleſtiſſimi Friderici facinoribus pertęſus Innocentius IV. Romanus Pontifex in Concilio Lateranenſi, illum imperio, regnoque Siciliæ cecidiſſe declaravit, dataque Electoribus pro eligendo Imperatore poteſtate, ipſe ſibi regnum Neapolitanum Romanæ Eccleſiæ Feudum retinuit, omniaque ſupremi domini, quamquam in illud ſeſe Conradus Friderici paulo poſt mortui filius intruſerat, munia obiit, ut fuſe referunt Raynaldus, Spondanus an. 1251., & ſeqq. Camillus Tutinus in diſſertatione de Comitibus Stabuli regni Neapolitani p. 57. & ſeqq. Summonte in Vita Conradi, & Manfredi, Sigonius, Conſtantius p. 2., & 8. aliique.

Juriſdictio Criminalis cœnobio Caſſinenſi confirmata ab Alexandro IV.

Supremam eandem in regnum Neapolitanum juriſdictionem, ut iidem ſcriptores authenticis monumentis probant, exercuit Alexander Quartus, Innocentio ſuffectus, qui dum Neapoli verſaretur, hac Bulla, cujus autographum in archivo noſtro aſſervatur, criminalem juriſdictionem cœnobio Caſſinenſi confirmavit.

*Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis . . . . . Abbati, & conventui monaſterii Caſſinenſis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt, nos facilem prębere conſenſum, & vota, quę a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Cum igitur ſicut dilectus filius magiſter Paulus de S. Elia Canonicus Bajocenſis ex parte veſtra propoſuit coram nobis clarę memorię Henricus Romanorum Imperator rex Sicilię de conſenſu clarę memorię Conſtantię uxoris ſuę Romanorum Imperatricis, reginę Sicilię theloneum tabulę S. Germani ad eos pertinens monaſterio veſtro pro ipſius luminaribus pia liberalitate donarit, conceſſa Abbati Caſſinenſi, qui pro tempore fuerit, ut in terra ipſius Monaſterii per judices ſuos cauſſas criminales decidi faciat libera poteſtate, prout in literis inde confectis plenius dicitur contineri. Nos veſtris, & ejuſdem magiſtri ſupplicationibus inclinati, donationem, & conceſſionem eaſdem pie ac provide factas, ratas, & gratas habentes, ipſas auctoritate apoſtolica confirmamus, & pręſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare prę ſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Neapoli IX. Kalend. Januarii, Pontificatus noſtri anno primo. K. Paulus. Rta.* ( Adeſt ſigillum plumbeum.) Hujuſce conceſſionis meminit Rainaldus an. 1254. n. 8.

In oppido S. Petri Parthenon conſtructus.

Anno 1258. Richardus cœnobii Caſſinenſis Abbas Thomaſiæ Marchioniſſæ Hecemburgenſi filiæ Gualterii Comitis Manuppellæ eccleſiam oppidi S. Petri conceſſit, quo ibi Parthenonem conſtrueret, ea tamen lege, ut ejus eccleſiæ vaſſalli monaſterio S. Liberatoris ſubderentur, ut videre eſt in ipſa conceſſione, quam hic exſcribimus.

Ex originali in Archivo.

*Nos Richardus Dei gratia Cardinalis, & Caſſinenſis Abbas, licet immeritus. Notum facimus univerſis præſentes litteras inſpecturis, quod cum Thomaſia illuſtris Marchioniſſa de Hcemburg filia Gualterii de Palearia illuſtris Comitis Manuppelli accenſa ſincera devotionis fervore, quam habere dignoſcitur ad ordinem monialium incluſarum, conſtruere monaſterium cupiat ad honorem Dei Omnipotentis, & B. Mariæ Virginis Matris ejus, nec non & ſuorum peccaminum veniam conſtruere monaſterium cupiat propriis ſumptibus, & dotare, in quo perſona idonea inſtitui valeant, quæ regulam, & inſtitutiones monialium incluſarum S. Damiani Aſiſinatis perpetuo, ac inviolabiliter inibi teneant, & obſervent, nobis humiliter ſupplicavit, ut eccleſiam S. Petri ſitam in pede rocca montis plani ad eccleſiam noſtram S. Liberatoris de Magella pleno jure ſpectantem ad*

*hac aptam, & congruam ſibi concedere curaremus. Nos igitur tanta nobilis tam pium & ſanctum propoſitum attendentes, ac cupientes, ut in ipſa eccleſia per perſonas vacantes amore cœleſtium, & contemtui terrenorum virtutum domino perpetuo ſerviatur, dictam eccleſiam S. Petri cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis ab omni jure epiſcopali cenſu, & redditibus liberam & exemptam vaſſallis ſolummodo cum ſervitiis, & redditibus earundem eccleſia S. Liberatoris retentis, ejuſdem eccleſia S. Liberatoris prapoſiti, & monachorum ad hoc accedente conſenſu dicta Thomaſia marchioniſſa ad hac exequendum liberaliter duximus concedendam. Ut autem hac noſtra, & prapoſiti, ac monachorum pradictorum conceſſio robur perpetuum obtineat firmitatis preſens inſtrumentum per manus Johannis publici noſtri monaſterii Caſſinenſis, & totius Abbatia notarii fieri fecimus, ac noſtro, & prefati propoſiti ſigillis fecimus communiri. Actum in Camera noſtra apud S. Germanum anno domini 1258. ſeptimo, decimo die menſis Novembris ſecunda indictionis. Preſentibus teſtibus inferius annotatis vid. dampno Johanne Archipresbitero Manuppelli, fratre Stephano, & fratre Johanne monachis Caſſinenſibus, fratre Placido, fratre Egidio, & fratre Johanne monachis S. Liberatoris de Magella ad hoc ſpecialiter vocatis, & rogatis. Et ego qui ſupra Johannes publicus Notarius mandato predicti domini Abbatis quia pradictis interfui preſens inſtrumentum ſcripſi, & meo ſolito ſigno ſignavi. Locus † ſigni notarii Adſunt duo ſigilla cerea, primum Richardi Abbatis pendens ex cordula ſerica rubei croceique coloris; alterum ſupradicti prapoſiti pendens ex chordula ſerica crocei tantum coloris.*

Bernardus I. Electus Caſſinenſis Abbas.

Anno 1263. die 29. Martii, Urbanus IV. cœnobio Caſſinenſi præfecit Bernardum I. jam tum celeberrimi Lerinenſis cœnobii Abbatem. In ea Pontificis Bulla hæc leguntur, quæ cœnobii noſtri juriſdictionem oſtendunt: *Urbanus Epiſcopus &c. Dilecto filio Bernardo Abbati monaſterii Caſſinenſis &c. pra fulgore dignitatis immenſa, qua confeſſor almus gratia Benedictus & nomine monaſterium Caſſinenſe multipliciter illuſtravit, locus ipſe veluti dilectus a domino, ſicut multa redditur veneratione colendus. ſic amplis meruit manuteneri favoribus, & ſpecialiter ſedis apoſtolica praſidio confoveri. Hic eſt enim vere locus inſignis hujus almi ſignis prafulgidis inſignitus cujus ſydereus ordo per orbem late diffuſus praeminentia claritatis irradians inibi fundamenta ſuſcepit, & ut majoris pracellentia gloria locus ille fulgeret poſt corruptibilis vita decurſum, idem ſanctus ſpiritualiter ad ſuperna vocatus ibidem corporaliter in domino requieſcit: Digne igitur ad eundem locum aciem noſtra conſiderationis extendimus, digne doloris acerbitate torquemur, quod in illo damnabiliter alieni filii debacchantur. Nec indigni agimus quod circa ipſum paſtoralis officii debitum exequentes inſiſtimus, ut ab ea miſeria viduitatis excluſa reparetur utilis ſponſi miniſterio floridus ſtatus ejus. Sane dicto monaſterio paſtoris regimine deſtituto, major pars conventus ipſius monaſterii de mandato Manfredi quondam Principis Tarentin. perſequutoris eccleſia manifeſti Theodinum, qui ſe gerebat pro electo in epiſcopum Acerrarum olim ipſius monaſterii monachum, & infirmarium, ſpreta generali probibitione facta per ſedem apoſtolicam, quod nullum capitulum, vel conventus, abſque mandato ſedis ejuſdem in regno Sicilia procederet ad electionem aliquam celebrandam in Abbatem prafati monaſterii nominavit, cujus nominationis pratextu memoratus Theodinus ad eundem Manfredum accedens fidelitatis ſibi preſtito juramento, adminiſtrationi dicti monaſterii ſe irreverenter ingeſſit, recipiendo inter alia fidelitatem a vaſſallis ejuſdem & illis imponendo collectas, & alia exercendo, qua ad Abbatis adminiſtrationem pertinere noſcuntur publice in dicta ſedis contemptum, & anima ſue periculum exercendo &c. Cupientes autem, ut ipſum monaſterium ſtatum proſperum divina clementia cooperante reſumat, & interponentes apoſtolice ſollicitudinis ſtudium, ne per vacationem diutinam incurrat in ſpiritualiter, & temporaliter detrimentum, ſperantes quoque quod per tue circumſpectionis induſtriam, cum habearis vir ſcientia preditus, morum honeſtate decorus, conſilii maturitate preclarus, & ſollicitudine circumſpectus monaſterium ipſum relevetur a noxiis, & utiliter authore domino, proficiat in utriſque, te a vinculo, quo tenebaris monaſterio Lirinenſi ejus preeras regimini, penitus abſolventes ad predictum monaſterium Caſſinenſe te duximus de poteſtatis apoſtolice plenitudine transferendum, teque ipſi monaſterio Caſſinenſi de fratrum noſtrorum conſilio in Abbatem prefecimus, & paſtorem &c.* Adeſt ſigillum plumbeum. Hujuſce bullæ autographum in archivo noſtro aſſervatur, eamque integram ex regeſto Urbani IV. extractam refert Ughellius in epiſcopatu Acerræ col. 218. To. VI.

Carolus Andegavenſis utriuſq; Siciliæ Rex inauguratus.

Anno 1266. Carolus Provinciæ comes S. Ludovici Galliarum regis frater utriuſque Siciliæ regnum a Clemente IV. in feudum accipit, ejuſque juſſu Romæ in baſilica ſancti Petri, una cum Beatrice conjuge a ſex cardinalibus eſt coronatus, præſtito fidelitatis ſacramento. Paulo poſt cum magna militum manu regnum Neapolitanum, quod Manfredus Friderici nothus occupabat ingreſſus, roccam Arcis deditione accipit, deindeque S. Germanum obſidet, ut refert magiſter Andreas Ungharus olim Belæ, & Stephani Ungariæ regum Capellanus, coævus auctor apud Ducheſne de ſcript. Franc. To. V. p. 826. cujus hic narrationem exſcribimus, quod ex ea plurima habuiſſe ſubiecta Caſſinates oppida caſtellaque conſtet. Ea vero ſic incipit: *Deſcriptio victorie, quam habuit eccleſia Romana anno dominice incarnationis MCCLXVI. quarto Martii ſub ſanctiſſimo patre domino Clemente Papa IV. Pontificatus ſui anno 2. per brachium magnifici viri domini Caroli victorioſiſſimi regis Sicilie Ducatus Apuleje, Principatus Capue, alme urbis Senatoris, Andegavia, Provincie, & Forcalquerii comitis, qui fuit frater ſancti Ludovici IX. Francorum regis &c. & fol. 837. Qualiter ſecunda loco S. Germanum, & roccam Janule obtinuit. Deinde rex illuſtris cum ſuo exercitu ad S. Germanum proficiſcentes miſſos a Manfredo quondam principe ad obſervandum fortiſſimum illum tranſitum, qui eſt ibi circiter quatuor millia equites, ac ſex millia Sarracenos pedites invenerunt diverſis, & ſplendidis armorum generibus conſplendentes, preter armatos alios de caſtro S. Germani, & de abbatia S. Benedicti de monte Caſino & de rocca Janule numeroſos; & licet rex illuſtris inire bellum cum*

Ditionis Caſſinenſis oppida capit, & monachis reſtituit.

eis

Digitized by Google

*eis in die cinerum, & non ante, firmiſſimo propoſito ſtatuiſſet, & illi per ſubornatam fraudem, ſicut poſtea ſcitum extitit, in nocte ipſam diem cinerum immediate præcedente regis exercitum furtivo inſultu percurrere ſtatuiſſent; quia tamen qui cuſtodit Jeruſalem non dormitat, neque dormit, immiſit Divina proviſio cordibus quorundam nobilium militum de ſocietate domini regis ſcilicet Comitis Vindecienſis, Petri de Bello monte, & Hugonis de Bauchajo qui ex ardore belli contra etiam mandatum regium die martis diem cinerum ſine medio præcedente contra Sarracenos Manfredi, qui locum quendam, qui S. Petrus, & Vorlatium juxta eundem locum vocabatur præoccupatum tenebant, cœperunt militariter experiri. Quod cum vidiſſent alii de regis exercitu, & acurrerent juvari, tandem ſcintilla modica pauliſper ſic in majorem flammam adulta, quaſi totus exercitus regius, quamvis rege revocante ad eorum auxilium ardentiſſimo animo feſtinabant in genere hoc belli ſic igne ſancti ſpiritus ſuccendente, rege tamen non valente ſuos ab impetu belli aliquatenus revocare. Sed tandem divinæ potius voluntati annuendo præcipienti, quod indifferenter omnes inimicorum inſultui obviarent, ſicut divina diſpoſitione præordinaverat occulto judicio, alioque conſilio moderans univerſa, dictum locum, quem Sarraceni occupaverant, & tenebant, cœperunt Gallici per violentiæ gallicæ gloriam, & triumphum cadentibus in illo prelio de parte Manfredi quondam principis mille quincentis armatis, & amplius, aliis quoque ex hac inopinata, & glorioſa victoria ſtupefactis a Cario uſque ad reddendi ſe conſilium conſternatis. Et ita cum ſciat dominus cogitationes hominum quoniam variæ ſunt illis, qui in furtivum inſultum in illuſtrem regem, & in ſuos facere conſtituerant, eadem nocte fugientibus, & diſperſis, rex ipſe in die cinerum in S. Germano, loco videlicet munitiſſimo, non bellum, ut credebat, ſed pacem invenit, cum bellum plærumque cauſſa ſit pacis, ſic divina manu cœlitus celebratam. De rocca Janulæ. Rocca quoque Janulæ detentores cum vidiſſent occiſos tot fautores partis ſuæ, burgum captum, ſanctumque Germanum contra omnem ſuperbiam Manfredi quondam principis ſuorumque complicium victorialiter obtentam, militiamque regiam copiis bellicis promtam paratam, & inſtructam ad roccam Janulæ deſtruendã regiæ ſe clementiæ reddiderunt: videntes quod licet rocca Janulæ eſſet inexpugnabilis pro immenſa fortitudine, quia tamen Deus formidabilis omni fortitudine corruat, cedendum excelſi dexteræ cenſuerunt, ſeque victoriali manui reddiderunt ſpiritu conſilii melioris. Qualiter caſtrum montis Caſini rex obtinuit obtentumque cœnobio beati Benedicti reſtituit: locus autem cœnobii ſancti Benedicti principalis in monte Caſino excelſo & fortiſſimo quondam ſub obſervantia regulari ad plangenda mundi hujus, & immundi peccamina, ſanctorum virorum collegio complantatus, cum per Manfredum quondam principem, patremque ſuum prius ad prophanos uſus redactus teneretur, ob immenſam ſui fortitudinem a ſuis ſatellitibus occupatus. Illuſtris rex Carolus volens in eo mœnibus ſupernæ Hieruſalem in hac parte conſuli ex condigno miſſo exercitu locum illum munitiſſimum de manibus inimicorum belli forcia recepit, receptumque cœnobio B. Benedicti, ad exercenda ibi ſpiritualia reſtituit.*

*Qualiter triginta duo caſtra obtenta reſtituit cœnobio eidem.*

*Quæ omnia circa S. Germanum juſto Dei judicio, breviſſimo tempore, ſcilicet quatuor dierum ſpatio facta divinitus, & perfecta, cum circumadjacentia caſtra triginta duo numero ſenſiſſent, quæ quondam ad cœnobium prædictum pertinentia per Manfredum, & patrem ſuum fuerant contra juſtitiam occupata, continuo ſe illuſtri regi prædicto tanquam propugnatori cœlico cum non modico tripudio reddiderunt. Qui etiam eadem caſtra prædicto cœnobio cujus fuerant, de plano reſtituit univerſa. Aliorum quoque locorum Capitanei, & perſonæ Cæſaris hoſtium eccleſiæ clementiam implorare anticipationibus mutuis confluebant.* S. Petri Oppidum ab hoc ſcriptore recenſitum celebris olim fuit Caſſini civitas, quod uno vix lapide a S. Germano diſtat, habitatoribus modo deſtitutum. Locus, quem Worlatium appellat, vetuſtiſſimum eſt, nobiliſſimumque amphitheatrum prope ipſa Caſſini rudera ſitum, quod ſequioribus ſeculis Vorlaſci dictum eſt, ut in deſcriptione urbis Caſini probavimus. Eandem hanc hiſtoriam refert Tutinus de comitibus ſtabuli regni p. 82. & ſeqq., cujus nos reliqua ſuo loco adducemus.

Exceptiones quibuſdam Caſſinatium ſubditis conceſſæ.

Primo hoc regni Caroli anno, menſe Maji, Landulfus monachus Caſſinenſis publico inſtrumento rogato penes acta notarii Guillelmi a ſancto Georgio immunitates quaſdam elargitur Nicolao Peletterio a rocca Guillelma incolæ S. Georgii, ditionis Caſſinenſis oppidi, in hæc verba: *Et nos grata, & ſpontanea voluntate habendo nobiſcum Georgium de Roberto judicem ipſius caſtri S. Georgii remittimus tibi magiſtro Nicolao prædicto, & heredibus tuis omne ruſticanum ſervitium &c.* Eodemque anno idem Landulfus publico inſtrumento ab eodem notario rogato, remittit Roffrido a ſancto Georgio cœnobii Caſſinenſis ſubdito: *omnia ſervitia ruſticana, tam angaria, quam perangaria concedentes, ut tu, & heredes tui ſitis liberi, & exempti ab omni ruſticano ſervitio angariæ & perangariæ antedictis*, ut legitur in laudato Inſtrumento. Eodem anno menſe Septembris publico etiam inſtrumento a Notario Petro a ſancto Apollinario rogato, Guillelmus monachus, atque Præfectus xenodochii Caſſinenſis, Jacobo de Babilonia a caſtro S. Apollinaris ſervitia omnia angariæ, & perangariæ condonavit, ea lege, ut quotannis ipſe, ejuſque hæredes penſum quoddam ſolverent, atque decimas fruguum omnium bonorum pro ejus oppidi more. Adnotanda hæc illius inſtrumenti verba: *Quod cum Tu Jacobus de Babilonia de Caſtro S. Apollinaris nullum ſervitium faceres hoſpitali Caſſinenſi petebamus tibi, ut ſervitia, & angarias, ſicut alii homines angarii dicti caſtri faceres hoſpitali prædicto, actu in contrarium allegaſti, dicebas tu ipſa ſervitia facere non debes cum fueris alienigena, & aliunde veniſſes ad habitandum in caſtrum prædictum, & ſecundum privilegium ipſius caſtri licere dicebas hominibus ipſius caſtri ſtatuere alienigenas in quocumque ſervitio vellent, & cum nulla fuiſſent tibi ſervitia conſtituta, nec ab hoſpitalario Caſſinenſi, nec ab hominibus ipſius Terræ &c.* Sancti Apollinaris oppidum noſocomio ſuo tribuerat cœnobium Caſſinenſe, quo infirmos undique coeuntes aleret.

Ex regeſto I. Bernardi Abbatis fol. 2. a t.

Ex cit. Reg. fol. 4. a t.



Digitized by Google

Bona plura Alberto Signoricto a Bernardo Abbate conceſſa.

Ex cit. Regeſto fol. 9.

Anno 1267. primo die Martii Bernardus Abbas, aſſentientibus monachis, plura Alberto Signoricto latiſundia ea lege conceſſit, ut quotannis ſeptem aureos tarenos, & grana decem aurea cœnobio Caſſinenſi perſolveret. Adnotanda hæc inſtrumenti hac de re a notario Brunone de S. Germano rogati verba: *Nos Bernardus &c. attendentes longa, & grata ſervitia tua Alberte Signoricti, dilecte, familiaris, & fidelis noſter, quæ nobis longo tempore exhibuiſti fideliter & attente præcipue dum exulabamus extra noſtrum monaſterium, ubi obſequioſum te indeficienter experti ſumus, & noſtræ neceſſitatis comperimus proviſorem, omnia bona, quæ olim comes Gualterius de Manuppello tenuit in Abbatia Caſſinenſi, quæ ad manus noſtras per mortem ipſius, per excadentiam devenerunt &c. Damus, atque concedimus tibi &c. omnia bona, quæ olim prædictus comes habuit &c. in S. Germano, & territorio ejus, & in ſingulis terris Abbatiæ Caſſinenſis conſiſtentia, tam in domibus, apothecis, molendinis, quam hortis, vineis, terris cultis, & incultis, pratis, ſilvis, quam etiam in vaſſallis, & redditibus, cum omnibus juribus, libertatibus &c. ad habendum, tenendum &c. fruendum ſub noſtro dominio, & monaſterii Caſſinenſis, &c.*

Privilegium clero, & populo ſancti Germani, & S. Petri a Bernardo conceſſū.

Ex cit. Reg. fol. 14. & ſeqq.

Eodem anno clero, indigeniſque ſancti Germani, & ſancti Petri ad monaſterium hujuſcemodi privilegium lectu dignum conceſſit Bernardus Abbas.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti anno incarnationis ejus 1267. regnante domino noſtro Carolo Dei gratia Siciliæ rege magnifico ipſius regni anno tertio, menſe Octobris, penultimo die ejuſdem menſis, indictione undecima. Licet univerſis noſtra ſollicitudini deputatis teneamur ex debito ſuſcepti regiminis providere, ut non ſolum meritis premia largiamur, ſed premia premiis cumulemus, ut quilibet pro ſui gradus prerogativa ſuper merita ſe gaudeat beneficia aſſecutum. Inter ceteros tamen clero, & civibus S. Germani, & S. Petri in monaſterio noſtris fidelibus ad honoris, & utilitatis ſuæ cumulum per amplius, & perfectius cumulandum fortius ſtringimur, & ligamur, qui nobis, & monaſterio Caſſinenſi non ſolum loci vicinitate proximiores, ſed continuis obſequiis, & devotionis diverſis oſtenſionibus, frequentius, libentius, ardentius, familiarius famulantur, ad quos gratioſe noſtræ conſiderationis aciem dirigentes, ut nobis gratiſſimos, quos nec in proſperis, nec in adverſis a fidelitate Caſſinenſis monaſterii comperimus deviaſſe, multiplicatis gratiis extollimus, vicem aliquam ſuæ devotionis, ut poſſumus reſpondendo, ut ipſos noſtri roris ſtilla ſtillans irroret, & faveat, & fructificare noſtrum irriguum faciamus, idcirco nos Bernardus Dei gratia Caſſinenſis humilis Abbas, frater Beraldus Decanus, frater Petrus vice Decanus, & conventus Caſſinenſis, attendentes multas immunitates libertatem vobis clero, & populo S. Germani, & S. Petri in monaſterio per Abbates Caſſinenſes fuiſſe conceſſas, quas in hoc privilegio juſſimus inſerendas, & quibus robur pleniſſimum accommodamus ratas habentes & confirmantes eaſdem, non ut præſens privilegium vires tantum confirmationis obtineat, ſed vim habeat fontalis privilegii, & prioribus indultibus in ſua firmitate manentibus, præſens privilegium perpetuam habeat firmitatem abſque privilegiorum adminiculo aliorum ad veſtri honoris augumentum vobis adjicimus alias libertates. Ideoque nobiſcum habendo magiſtrum Petrum de Ota, & magiſtrum Nicolaum de Angelo judices, & advocatos Caſſinenſes concedimus, & confirmamus vobis ſupraſcriptis hominibus civitatis, & S. Germani, & S. Petri in monaſterio, & poſteris veſtris in perpetuum, ut injuſte non capiamini, nec detrimentum corporum patiamini, neque depredationem rerum veſtrarum ſuſtineatis, ſine manifeſta, & judicata culpa, & omnes res, quas juſte tenetis, ſeu in antea juſtis modis aquirere poteritis, concedimus vobis habere, & tenere, & adjuvabimus vos eas defendere contra omnes homines, qui eas vobis injuſte tollere præſumpſerint, ſtatuentes, & poteſtatem, & facultatem habeatis ipſas res veſtras donandi, vendendi, judicandi, ſeu quolibet modo alienandi cuicumque volueritis infra terram beati Benedicti, qui jus monaſterio debitum de re illa perſolvat. Item concedimus, & confirmamus vobis, qui nobis, & monaſterio noſtro cum equis ſervire debetis ſi aliqua neceſſitate contingente vobis quinque ipſos equos abſtulerimus, aut ubicumque pro noſtro ſervitio mortui fuerint, ut terraticum non detis, nec ſervitium faciatis, ſed rationes ad ipſum ſervitium pertinentes, recipiatis, & habeatis, donec curia equos vobis reſtituat, & ſi nos vel noſtri ſucceſſores alicui de vobis pro culpa ſua ſuperius determinata res ſuas immobiles abſtulerimus, non eas alienemus nec hominibus noſtris habitantibus, vel habitare volentibus infra terram S. Benedicti, quoniam ſicut in quibuſdam privilegiis prædeceſſorum noſtrorum recitatur, multæ lites, & contentiones viſa fieri ſunt, & audita. Volumus inſuper, & concedimus, ut ſecundum legem Langobardam, & ſecundum conſuetudines veſtras judicemini a magiſtro judice, & judicibus legitime juratis, qui ſunt de ſancto Germano pro judicandis hominibus ipſius civitatis, & a judicibus legitime juratis, qui ſunt de ſancto Petro, pro judicandis hominibus ipſius caſtri ab eis, & a ſupradicto magiſtro judice, nec magiſtrum judicem nec alios judices, nec balivum extraneum conſtituemus in ipſis locis preter balivum monachum, ſi magiſter judex, & alii judices, ſeu balivi ad juſtum mandatum noſtrum ſuum voluerint officium exercere, cum id potuerint ſine juſto impedimento rationabiliter facere, & non conveniamini, neque judicemini extra civitatem ſancti Germani. Sane quoniam nonnulli ex vobis occaſione pullorum injuſte vexabantur gratia dirimendarum litium, ſtatuimus, ut ſi quis veſtrum ſuper his fuerit impetitus, & legitime oſtendere poterit quod per viginti annos domum ſuam quiete, & ſine pullorum datione poſſederit, pullos dare non cogatur, nec in contrarium legitime probetur, pullos infra hoc ſpatium fuiſſe exactos aut ratione clericatus, ſeu militiæ, vel alterius perſonalis officii non fuiſſe ſolutos, quod ſi probatum fuerit occaſione preteriti temporis, nec pullos reddere, nec pœnam exſolvere cogatur, ſed pullos ſicut conſuetum eſt in antea reddat. Arbores vero veſtræ fructiferæ, aut cultæ, aut defenſæ ſine veſtra voluntate non tollantur, nec incidantur olera, & cæteri fructus hortorum veſtrorum vobis, aut hortulanis veſtris inſciis, vel invitis a miniſtris vel ſervientibus noſtris, & fratrum noſtrorum non accipiantur. Molituram non detis niſi de viginti unam, & ad menſuram aneam*

qua

Digitized by Google

quæ curia ſtatuit, ita tamen quod molinarius menſuram ipſam per manicum teneat, nec plus frumenti per manus appoſitionem accipiat, quam menſura ipſa per ſe ſimpliciter capit, pro menſura vero quarta publica non plus detur, quam jumella una juxta redacta in menſuram æneam, quam curia ſtatuit quæ per emtorem menſurabitur ſine fraude, & non per coſcinarium: ſi autem molinarii vel coſcinarii contra hæc ſtatuta venire tentaverint, ſi quid proprium habuerint, quot in his exceſſerint, unciam auri componant, & damnum paſſo reſtituant, alioquin per civitatem ſancti Germani publice fuſtigentur. Volumus etiam, ut officiales noſtri non emant frumentum ab extraneis, ut carius vendant apud ſanctum Germanum, ſed tantum pro neceſſitatibus noſtris, & pro alimonia ſua, & ſuorum, & ſi venditoribus frumenti ſuper menſuris de frumento ſupererit, liceat eis illud cuicumque voluerint vendere vel donare. Statuimus inſuper, ut pro facto, vel exceſſu mariti res uxoris, & pro facto, vel culpa uxoris res mariti non capiantur, & pro exceſſu fœminarum mariti, vel mundualdi earum inviti querelam non deponant, ſi forte alicujus uxor adulterium ſe commiſiſſe coram eccleſia, vel curia publice confeſſa fuerit, vel convicta, licet corporalis vindicta poſſit in eam exerceri; niſi maritus ei parcere voluerit, res tamen ipſius non publicentur, ſed pœnes maritum remaneant. Lectos veſtros cum ſuis ornamentis, & Majales veſtros a curia pignorari, vel auferri modis omnibus prohibemus. Nolumus etiam, ut aliquis ex vobis a modo per injuſtam occaſionem conveniatur, præterea quia ruricolæ congrua debent ſecuritate gaudere, ſtatuimus, & preſenti privilegio confirmamus, ut boves domiti, qui ſunt ad opus arandi ſpecialiter deputati, a fratribus, ſeu miniſtris, vel officialibus noſtris, vel a quocumque alio non capiantur, nec pignorentur niſi dum in damno fuerint inventi, vel niſi is, qui fuerit pignorandus aliud non habeat, unde poſſit pro debito ſufficienter pignorari, & ſi quis aliter præſumpſerit ſecundum ſtatuta legis Langobardæ pro uno novem componat. Arma quoque veſtra ſimiliter auferri, vel pignorari prohibemus, & in ſumma omnes bonas conſuetudines concedimus vobis, & confirmamus, quas habuiſtis temporibus felicium regum domni regis Rogerii, & domni regis Guillelmi I., vel ſecundi, tempore videlicet pacis, & quietis. Præter hæc quia non decet viros religioſos moleſtiis, & exactionibus ſubditos ſuos fatigare, & nobis cordi eſt, a gravaminibus illatis vobis abſtinere, & pacem ac quietem veſtram modis quibus poſſumus ampliare, maxime cum hæc, quæ ſequuntur, a quibuſdam anteceſſoribus noſtris conceſſa non fuerint, ſicut decuit, obſervata, præſenti vobis conſtitutione confirmamus, ut de cætero a nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, vel parte monaſteri Caſſinenſis vobis, aut poſteris veſtris adjutorium quod vulgo data dicitur non imponatur, ſalvis capitulis a ſupraſcripto domino rege Guillelmo conſtitutis; Pro regio vero exercitu, quoniam ſuper hoc ex indulgentia imperiali immunitas eſt eccleſiæ noſtræ conceſſa, volumus, ut vos eadem libertate gaudeatis, in qua eccleſia noſtra gaudebit. Volumus etiam, & confirmamus, quia id legibus, & rationi conſentaneum eſſe dignoſcitur, ut legitimis voluntatibus defunctorum integre conſervatis, ſi quando aliquis, vel aliqua inteſtatus, vel inteſtata deceſſerit, parens parenti defuncto, uſque ad ſeptimum gradum ſuccedat. Quia vero duella, & leges paribiles Deo ſunt odibiles, & ſanctorum patrum conſtitutionibus contraria, hac noſtra conſtitutione renovamus, & confirmamus ut nullus veſtrum in curia noſtra, vel eorum, qui noſtra authoritate curiam tenebunt in quacumque cauſa per pugnam fatigetur, nec judicetur, ſet neque per ferrum calidum, neque per aquam calidam vel frigidam. Cum autem equiſſimum ſit ea quæ contra veterem conſuetudinem depravata ſunt in ſuum ſtatum reformari, concedimus vobis omnibus de prædictis locis, ut plateatica, & paſſagia per terram noſtram exſolvere non teneamini niſi juxta veterem conſuetudinem non obſtante vobis ſi modernis temporibus inde fuiſtis prægravati. Sane Prædeceſſorum noſtrorum gratias vobis generaliter ſeu ſpecialiter conceſſas, ut terra ſancti Germani, quæ ſicut eſt, & appellatur civitas, ſic manifeſtis prerogativis ab omnibus in perpetuum habeatur deliberatione præhabita diligenti, vobis concedimus in perpetuum, ſtatuentes ut quandocumque nos Abbas, vel ſucceſſores noſtri qui pro tempore fuerint, aut conventus Caſſinenſis, ſede vacante, ſive proprio motu ſive ad ſupplicationem Archipresbyteri, Archidiaconi, Primiceriorum, ſeu capituli S. Germani Epiſcopum convocabimus ad conficiendum ſanctum chriſma, feria quinta in cœna Domini, ipſum ſanctum chriſma in majori eccleſia civitatis ſancti Germani, & non alibi conficiatur, & conſecretur, niſi forte ipſa eccleſia, vel capitulum haberet impedimentum interdicti, propter quod ibidem confici non deberet. Quando vero ipſum abeſſe contigerit ipſa die nos Abbas, & ſucceſſores noſtri, vel conventus ſede vacante, ſanctum chriſma confectum alibi extra Abbatiam, ad eccleſiam majorem ſancti Germani per nos procuratum faciemus deferri, & ipſum de manu noſtra nos prædictus Abbas ſi preſentes fuerimus miniſtrabimus archipresbitero S. Germani, per eum per Eccleſias ipſius civitatis diſtribuendum, & conſtituetur per nos ad iſtud unus vicarius de capitulo S. Germani, & non aliunde, qui dictum ſanctum chriſma, ſive in eadem eccleſia, ſive in alia extra abbatiam, ut ſupradictum eſt, confectum diſtribuat in ipſa eccleſia S. Germani per archipresbiteros, & univerſas eccleſias Abbatiæ. Ad decorem, & honorem, addentes prædictum, ut ſancta ſynodus in prædicta majori eccleſia ſancti Germani, impedimentis præphatis ceſſantibus, & per nos Abbatem, vel ſucceſſores noſtros, ſeu vicarios noſtros, nobis abſentibus perpetuis temporibus celebretur, ſet & in capite jejunii ſacramentum publice Pœnitentium cum debita ſolemnitate fiat perpetuo in eccleſia memorata, & inde Cœna Domini reconciliatio eorumdem ſicut jura volunt. Inſuper volumus, & concedimus, & ordinamus, ut comeſtabilis militum in ſancto Germano, & per totam abbatiam aſſumatur, & ſit de ſancto Germano, quia ſic hactenus extitit obſervatum. Præterea volumus, diffinimus, promittimus, & ordinamus, ut locationes libellario jure, vel modo facta, ſeu facienda per Abbatem, vel conventum noſtrum rata, & firma permaneant, & in perpetuum obſerventur prout facta, & conceſſa inveniuntur, ſeu invenientur ab eis, abſque calumnia, ſeu contradictione noſtra, ſeu ſucceſſorum noſtrorum, ſalvo jure cenſus annui, & renovationem libellorum ipſorum. Ad hæc volumus, & ordinamus, ut ſtatuta, ſeu aſſiſia, quæ fient per curiam noſtram in

*ſancto Germano fiant de conſilio hominum ſancti Germani, nec eas rector, monachus, vel bajulus, ſeu alius rumpere poſſit, vel immutare ſine conſilio hominum ſancti Germani; nobis tamen, aut ſucceſſoribus noſtris, cum nobis placuerit eas liceat immutare. Item volumus, ut licitum ſit hominibus ſancti Germani, & civibus, res ſuas vendere in ſancto Germano quocumque loco ejuſdem terræ voluerint, ſalvo conſueto jure exinde debito nobis, & monaſterio Caſſinenſi, exceptis illis rebus, quæ in domo curia noſtra vendi conſueverunt, quas in locis noſtris, & domibus noſtris vendi volumus, & mandamus. Item volumus, quod de oleo exitura non debetur, & quod homines ſancti Germani, qui deferunt piſces de locis, ubi capiuntur, non ſolvant aliquid pro plateatico. Obligamus ergo nos, & poſteros noſtros, & noſtrum monaſterium vobis ſupraſcriptis hominibus civitatis ſancti Germani, quibus de notitia, & conceſſione ſupraſcripti domini regis Guillelmi fuerant conceſſa, & vobis hominibus ſancti Petri in monaſterio, quibus a ſupraſcriptis anteceſſoribus noſtris fuerant indulta, vobis utique omnibus & heredibus veſtris ſupraſcripta omnia complere, obſervare, defendere, & anteſtare amodo, & ſemper ab omnibus hominibus, omnibuſque partibus, & taliter nos Bernardus Dei gratia Caſſinenſis humilis Abbas, frater Berardus Decanus, frater Petrus vice Decanus, & conventus Caſſinenſis, nobiſcum habendo prædictos magiſtrum Petrum de Ota, & magiſtrum Nicolaum de Angelo, judices, & advocatos Caſſinenſes, qualiter nobis congruum fuit, fecimus, & tibi magiſtro Bruno noſtri monaſterii Caſſinenſis, & civitatis ſancti Germani publico Notario, hoc noſtræ conceſſionis, & confirmationis privilegium ſcribere præcepimus, noſtris ſubſcriptionibus roboratum. Quod ſcripſi ego idem magiſter Brunus publicus monaſterii Caſſinenſis, & civitatis ſancti Germani notarius de mandato prædictorum Rdi. Patris, & domini domni Bernardi Dei gratia Caſſinenſis Abbatis, decani, vice decani, & ſacri conventus Caſſinenſis, qui prædictis interfui, & meo ſigno ſignavi. Actum in monaſterio Caſſinenſi.* In hoc diplomate omnia ab anteceſſoribus ſuis conceſſa privilegia confirmat; ex eoque omnimoda cœnobii Caſſinenſis in ea oppida juriſdictio criminalis, mixta, civilis conſtat, atque juriſdictio ſpiritualis: habuiſſe quoque cœnobium Caſſinenſe in omnia ſubditorum privata bona dominium, atque juriſdictionem, portulaniæ, bajulationis, imponendi aſiſias pro comeſtibilium venditione, vectigalis plateæ, quo pro qualibet uncia venditarum frugum cenſus quidam perſolvitur, dominum fuiſſe domorum, pro quibus quotannis annuum cenſum ſolvebant habitatores piſtrinorum, ſeu molendinorum &c. Hujuſce privilegii, atque potiſſimum verborum: *Inſuper volumus &c., ut comes ſtabilis militum in ſancto Germano, & per totam abbatiam aſſumatur &c.* meminit eruditiſſimus Bernardus Montfaucon Diarii Italici p. 324. Privilegium hoc a primo regeſto Bernardi Abbatis fol. 14. exſcripſimus, de quo infra.

Juriſdictio Caſſinatiū a Clemente IV. aſſerta.

Clemens IV. pontificatus ſui anno III. die 28. Januarii hoc ad Carolum regem breve ſcripſit, ex quo omnimoda Caſſinatium juriſdictio conſtat.

*Clemens epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Cariſſimo in Chriſto filio C. Regi Siciliæ illuſtri ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Quod manſuetudinem regiam multis litteris, multiſque precibus ad æquitatis, & juſtitiæ obſervantiam invitamus, quod eccleſias, & perſonas eccleſiaſticas a te frequenter haberi petimus commendatas, tuæ ſaluti conſulere, tuoque honori credimus providere. Si ergo legitima cauſa hoc ſuggerit, ſi ad id paterna conſideratio nos inducit, tanto in præmiſſis promtiorem invenire decrevimus, quanto id ſuperno regi placitum, & nobis de tua proſperitate ſollicitis occurrit acceptum. Sane dilectus filius . . . . abbas monaſterii Caſſinenſis ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis reverenter expoſuit coram nobis, quod tui officiales in regno Siciliæ præter alia gravamina, quæ ſibi, & vaſſallis, ac hominibus terræ monaſterii memorati, in qua dictus Abbas omnimodam juriſdictionem obtinet temporalem diverſis civibus intulerunt, ſe ſuper ad unum fere intolerabile preter tuum, ut creditur beneplacitum, converterunt, videlicet quod Abbatem, homines, & vaſſallos eoſdem ad recipiendum pecuniam, quam in eodem regno nomine regio, ut dicitur, cudi mandaſti, ſed pretio longe cariori, quam valeat, conantur violenter compellere, & ab eis pro illa pretium valde ſuperfluum extorquere non ſine juris injuria, ipſius Abbatis præjudicio, & dicti monaſterii detrimento, quamquam dicti vaſſalli, & homines pecuniam hujuſmodi ſub valore debito recipere ſint parati. Quare dictus Abbas humiliter poſtulabat a nobis, ut ſuper hoc de apoſtolicæ interceſſionis patrocinio ſubvenire ſibi penes celſitudinem regiam curaremus. Quia vero in tuis ſemper haberi decet affectibus, quod exiſtens in conſpectu Dei, & hominum gratioſus, nihil motu proprio, vel inſtinctu facias alieno, ac etiam permittas fieri, quod non ſit juſtitiæ conſonum, aut proximum æquitati, ſerenitatem tuam attente rogandam duximus, & hortandam quatenus debita meditatione conſiderans, quod idem Abbas a longis temporis tui præco nominis & relator honoris, nunc illarum gubernationi partium, in quibus unam de precipuis tui regni exiſtit oſtiis ferventer invigilat, munienda munit, & impugnanda impugnat, ad eum, & dictum monaſterium tum propter hoc, tum conſideratione ſui patroni Sanctiſſimi gratia, & nomine Benedicti pium affectum dirigens. Jura ipſius monaſterii illibata conſerves, dictoſque abbatem, vaſſallos, & homines hujuſmodi tuam pecuniam paratos ſub debito valore recipere non permittas, vel facias ſuper exactione valoris ſuperflui ab eiſdem Officialibus moleſtari, quibus efficaces tuas litteras ſuper hoc ſine dilatione tranſmittas, preces noſtras in hac parte taliter impleturus, ut nos qui eas tibi ex pura cordis affectione dirigimus, ſpeciales tuæ magnitudini proinde gratias referamus. Datum Viterbii V. Kalendas Februarii pontificatus noſtri anno III. Jo. Salvator Guill. de Vivariis.* Adeſt ſigillum plumbeum pendens. Aſſervatur hæc bulla authentica in archivo Caſſinenſi, ex qua illa potiſſimum verba adnotanda: *Preter alia gravamina, quæ ſibi, & vaſſallis, ac hominibus terræ monaſterii memorati, in qua dictus Abbas omnimodam juriſdictionem obtinet temporalem.* Eodem anno 1267. menſe Decembris Bernardus Abbas inquiſitionem inſtituit, quo omnia cœnobii Caſſinenſis jura, redditusque, quæ in oppidis Pediſmontis, & Villæ haberet conſtarent. Illa ſic incipit.

Inquiſitio a Bernardo Abbate inſtituta in Oppidis Pedimontis, & Villæ.

*Anno*

Ex cit. Regeſto fol. 29. & ſeqq, & ex originali,

*Anno Domini 1267. menſe Decembris, die mercurii, ſeptimo die ejuſdem menſis, indictionis undecimæ. Inquiſitio facta in caſtro Pedemontis de mandato Reverendi Patris domni Bernardi Dei gratia Caſſinenſis Abbatis per magiſtrum Nicolaum de Angelo judicem, & advocatum Caſſinenſem Benedictum publicum monaſterii Caſſinenſis, & civitatis ſancti Germani Notarium. Ad petitionem, & inſtantiam magiſtri Bruni, archidiaconi ſancti Germani Yconomi, ſindici, & procuratoris monaſterii Caſſinenſis, ac membrorum ipſius pro parte, & nomine eorumdem ſuper juribus, & conditionibus debitis ab hominibus ejuſdem caſtri eidem monaſterio, & aliis locis ſibi ſubditis, ac officialibus eorumdem tam ratione perſonarum, quam & nomine bonorum ſuorum, quæ poſſident in eodem caſtro, & territorio earumdem, nec non & aliis locis occupatis ab iiſdem hominibus vel ab aliis quibuſcumque perſonis tam de demanio ejuſdem monaſterii, quam etiam de publicis exiſtentibus intus in eodem caſtro, ſeu extra in territorio ejus. Landulphus Bactalla juratus interrogatus, &c. de juribus monaſterii Caſſinenſis, quæ debentur univerſaliter ab univerſitate dicti caſtri Pedemontis, & villæ, ſive annuatim, ſive certis temporibus, vel etiam in mutatione Abbatum; dixit ſe ſcire, quod univerſitas prædictorum locorum in mutatione Abbatum Caſſinenſium debet præſtare iiſdem Abbatibus in promotione & conſecratione eorumdem quamdam pecuniæ quantitatem pro ſacro ſacræ ſuæ. Item interrogatus de perſonalibus juribus ſive in angariis, ſive in annuo cenſu, ſive in pecunia, ſive in operibus bovum, ſive in aliis quibuſcumque, rebus exiſtant, dixit, quod generaliter homines caſtri Pedemontis & villæ, qui habet unum par bovum, vel etiam plura, tenetur præſtare annuatim monaſterio unam operam cum bobus ipſius, ſi vero habet unum bovem, tunc præſtat tantum medietatem unius operæ annuatim, Ita tenentur etiam prædicti homines generaliter eidem monaſterio præſtare duas operas perſonales, unam videlicet ad metendum, & aliam ad triturandum &c. Item dixit, quod generaliter omnes homines ipſorum locorum tenentur annuatim monaſterio Caſſinenſi præſtare quilibet eorum videlicet de grano tumulum unum, & de ordeo tumulum unum &c. Item dixit, quod generaliter omnes homines, qui poſſident aliquas poſſeſſiones a via majori inferius verſus caſtrum Plumbariolæ de territorio ipſius caſtri Plumbariolæ pro poſſeſſionibus ipſius tenentur monaſterio Caſſinenſi ad præſtationem terratici &c. Nicolaus de Florenza juratus interrogatus dixit idem quod primus, & addidit, quod univerſitas caſtri Pedemontis, & villæ tenetur, monaſterio, & Abbatibus, qui pro tempore præſunt in monaſterio ipſo ad mandatum ipſorum cum expedit facere exercitum infra terminos Abbatiæ. Set per quos dies, dixit, ſe non poſſe certificari. Addidit etiam de procuratione prædictorum Abbatum, de qua dixit, quod monachus, vel laicus, qui pro tempore præſunt in Caſtro prædicto loco rectorum, tenetur ad ipſam procurationem præſtandam, & univerſitas debet ipſis rectoribus conferre in ſubſidium expenſarum. Interrogatus de quantitate, dixit, ſe certificari non poſſe, verum ſecundum quod ipſe teſtis recordatur, & frequenter vidit, univerſitas prædicta in ſimilibus caſibus componebat ſecundum quod melius poterat cum rectoribus, &c. Petrus Bordonus juratus interrogatus dixit idem quod primus, & addidit, quod univerſitas caſtri, cum expedit, tenetur ad mandatum dominorum facere exercitum per Abbatiam tribus diebus ad expenſas eorum &c. Gregorius de Cataldo juratus, & interrogatus de facto ſacræ, ſervitiis, ac redditibus, dixit idem quod primus, & addidit de exercitu præſtando, & faciendo de mandato dominorum Caſſinenſium de quo dixit idem quod proximus, excepto quod neſcit ſi extra Abbatiam homines prædicti tenentur ad exercitum ſuprascriptum,*

Eadem complures alii teſtes fatentur. Cum vero inquiſitio hujuſcemodi aliæque ſimiles inter ſeſe ſint cum illis, quas infra integras edemus, ex iis aliqua tantum delibare ſatis erit.

Anno 1268. die 15. Maji Bernardus Abbas monachorum ſcitu creavit Petrum Luponem de Cervario publicum ejus oppidi notarium, ut ex inſtrumento conſtat hac de cauſa rogato a notario Brunone Sangermanenſi, in quo hæc præ cæteris leguntur. *Exacto a te corporali ad ſancta Dei evangelia juramento, quod officium ipſum fideliter exercebis, & in contractibus, quos coram te celebrari contingerit, nihil addes, vel diminues contra ſubſtantiam veritatis.*

Notarii ab Abbate Caſſinenſi creati.

Ex eodem Reg. fol. 25.

Anno 1269. die 2. Aprilis Bernardus Abbas Prothonotarium univerſæ Caſſinenſis ditionis creavit magiſtrum Franciſcum Sangermanenſem monachorum conſenſu.. Patentes haſce litteras integras adducemus, cum de Prothonotario, notariis, & judicibus ad contractus a cœnobio Caſſinenſi creatis agemus, peculiari diſſertatione. Hæc tantum in preſentiarum verba notaſſe ſufficiat: *Concedimus tibi, ut quando notarii erunt in civitate S. Germani, caſtris Abbatiæ, & quibuslibet membris noſtris creandi, vel ad actorum officia aſſumendi, tu eos prius diligenter examinans, & quod de genere fidelium ſint oriundi attendens nobis debeas, noſtriſque ſucceſſoribus præſentare, ut per tuum teſtimonium ſecuri, eiſdem officium ſi expedire videbimus committamus. Eorum etiam, qui jam creati ſunt, & qui creati erunt, tu curam, & ſollicitudinem plenam habebis, ut videas, & inquiras, ſi ſuum officium modis diſconvenientibus, & debitis exequuntur, ac providebis, ut univerſa inſtrumenta facta per eos, antequam conſignentur tibi, debeant repreſentari, ut appoſito tuæ approbationis ſigno, demum notarii auctoritatem ſuſcipiant, & ſignentur &c. Sane notarios, quos inveneris inſufficientes, negligentes, remiſſos, illegitime creatos, falſarios, aut alias infideles, tuum erit ab officio ſuſpendere, & ad noſtram remittere preſentiam, ſic ſuſpenſos, ut ſecundum modum culpæ, per nos juſte, ac miſericorditer agatur cum ipſis. Verum decedentium, & eorum, qui jam deceſſerunt, acta cum protocollis, & ſcadis penes te volumus haberi, ut a te ad utilitatem contrahentium, & dominorum rerum, ſi petitum fuerit in formam publicam redigi poſſint, & eorum ſic veritas tua ſollicitudine pateſiat. Cenſualia quoque monaſterii pœnes te conſervabuntur, & ſicut invenientur per te approbata penes te indubitatam poſteris faciant fidem, ut non ſit opus aliter probare quod de tua fuerit ſollicitudine approbatum, proviſurus, ut omnes cenſus monaſterio debitos plene ſcias, ac innovationes locationum in tempore fieri debeant, & quid per hoc debeant innova-*

Et Prothonotarius.

Ex cit. Reg. fol. 56. & ſeqq.

*tionis*

*tionis tempore plene ſcias &c. Et nolumus quod notarius fidem det judici, vel judex notario, ſed utriuſque fides oculis, & auribus in conficiendo inſtrumento concurrant, ſalvis privilegiis per nos datis, vel dandis, quæ conſignata per nos de manu noſtra mittimus ad Judices conſignanda, & quam cito privilegia noſtra, conceſſiones, ſeu renovationes manu noſtra ſignavimus, vel ſigillum noſtrum in eis apponi fecimus, tu eas ad manus tuas recipies, in tuo regiſtro regiſtranda, & per te poſtmodum illis quibus conceſſa fuerint aſſignanda, recepto a te fidelitatis, & ligii homagii juramento, nec non & de prædicto officio per te fideliter exercendo.* Ad honorem & fidelitatem noſtram & monaſterii Caſſinenſis. Bernardus Montfaucon Diarii Italici pag. 324. ait: *Penes Abbatem Caſſinenſem item erat poteſtas eligendi Prothonotarium &c.*

Bartholomeus de Ravello vaſſallus veſtiarii Caſſinenſis evadit.

Ex eodem Reg. fol. 63. a t.

Anno 1270. die quinta Januarii inſtrumentum a notario Petro a S. Victore confectum eſt, ex quo hæc animadvertenda: *Nos frater Matthæus de Miniano monachus, & veſtarius Caſſinenſis nobiſcum habendo Nicolaum Acetum judicem caſtri S. Victoris, præſentis inſtrumenti ſerie declaramus, quod Bartholomeus Ravello filius magiſtri Gualterii de Ravello ad noſtram preſentiam veniens expoſuit coram nobis, quod ſui propoſitum eſt domicilium ſuum Ravelli relinquere, & incolatum facere, & habere in terra monaſteri Caſſinenſis, videlicet in caſtro S. Victoris, & facere cautelam ligii homagii ob reverentiam, & devotionem, quam in eodem monaſterio gerit, & devenire vaſſallus ſpecialiter veſtarii Caſſinenſis, & reddere veſtario annuatim in perpetuum grana aurea duo, nomine cenſus &c. in recognitionem homagii ſupraſcripti. Propter quod ſupplicavit humiliter, ut ipſum in dominio, & ſub dominio ejuſdem veſtarii recipere deberemus, & concedere, ut nullum aliud ſervitium perſonale, vel reale, aud redditus aliquis a nobis, vel a noſtris poſteris, vel ab alio aliquo requiratur, niſi duo grana auri ſupraſcripta. Nos autem conſiderantes devotionem tui predicti Bartholomei, ac utile facere, & bonum aquirere vaſſallum unum veſtario Caſſinenſi, te ipſum in dominio, & ſub dominio ejuſdem veſtarii recepimus concedentes tibi, & tuis heredibus in perpetuum, ut nullum ſervitium perſonale, vel reale. nullus quoque redditus a te, vel a tuis heredibus a nobis, vel noſtris poſteris, aut ab aliquo alio requiratur, niſi duo grana aurea ſupraſcripta &c., & decimas conſuetas ſupraſcripto monaſterio, ſecundum quod conſuetum eſt per totam Abbatiam reddere &c.*

Quædam bona Guilielmo de Solegniano Bernardi Abbatis conſãguineo conceſſa.

Notatu quoque digna ſunt verba, quæ in inſtrumento leguntur eodem anno 1270. menſe Julio rogato a notario Benedicto de S. Germano: *Nos Bernardus &c. Attendentes fidem, & devotionem, quam tu Guillelmus de Solegniaco dilectus conſanguineus, & fidelis noſter ad nos habes, & monaſterium Caſſinenſe, nec non grata, & accepta obſequia tua, quæ nobis, & eidem monaſterio jam longo tempore feciſti &c. de conſenſu, & voluntate ſubſcriptorum fratrum noſtrorum nobiſcum habendo magiſtrum Brunum archidiaconum S. Germani judicem, & advocatum Caſſinenſem, damus, & concedimus tibi prædicto Guillelmo, tamquam benemerito, & heredibus tuis in perpetuum omnia bona ſtabilia, quæ fuerunt qm. Rogerii de Bãr., nec non & infraſcriptorum de caſtro Fractarum proditorum Excellentiſ. Domini noſtri regis Caroli, & noſtri vid. Roffridi de Gregorio, Aimonis, Stephani, Johannis, & Roberti filiorum ejus, Bartholomei de Niar. de Forade uxoris ejus, Nicolai Taldei, Raynaldi, Lupi, & Martoni filiorum ejus, Benedicti Saltarelli, Bartholomei, Fratris ejus Raynaldi de Curti, Jacobi de Rogerio, Nicolai de Rogerio, Tartari Rubini Fratris ejus &c. plures aliæ perſonæ recenſentur: deinde ſubditur. Pro quorum manifeſta proditione, qui debitæ fidelitatis immemores adhæſerant nequiſſimo Corradino, Dei, ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ac ejuſdem domini noſtri regis adverſario, fuerunt per nos bonis prædictis juſte, & rationabiliter, ac etiam ſententialiter deſtituti, quæ bona ſita ſunt in caſtro ſancti Angeli in Teodici, Caſtro Fractarum, & pertinentiis eorum, & aliis terris, ſeu locis Abbatiæ Caſſinenſis. Ipſa utique bona ſtabilia ubicumque conſiſtentia, videlicet domos, vineas, terras cultas, & incultas, molendina, ſilvas, paſcua, redditus, & ſervitia cum omnibus juribus &c. tibi prædicto Guillelmo, & heredibus damus, & concedimus in perpetuum, ſecundum quod ſpectat ad Abbatem Caſſinenſem, ad habendum, tenendum &c. ſalvo jure monaſterii Caſſinenſis, & ſalvo nobis, & ſucceſſoribus noſtris, & eidem monaſterio noſtro Caſſinenſi fidelitate homagii, & debito juramento, quod juramentum homagii, & fidelitatis nobis, & ſucceſſoribus noſtris, & eidem monaſterio in manibus noſtris preſtitiſti &c.*

fol. 71. ejuſdẽ Regeſti.

Bona rebelliũ ab Abbate aliis conceſſa.

Johanni de Tranſio Atinati.

Eodem anno, atque menſe ſimilem donationem elargitur Bernardus Abbas ab eoſdem notario in ſcriptis redactam, quæ ita ſe habet.

Ex eodem reg. fcit.

Bona rebellium Abbas concedit aliis.

*Nos Bernardus &c. attendentes fidem, & devotionem quam tu Johannes de Tranſio de Atino fidelis noſter &c. nec non grata obſequia tua, & diſcreti viri magiſtri Franciſci apoſtolicæ ſedis ſcriptoris fratris tui, quæ nobis, & eidem monaſterio jam longo tempore feciſtis &c. damus, & concedimus tibi prædicto Johanni &c. & heredibus tuis in perpetuum omnia bona ſtabilia, quæ fuerunt quondam Deodati, & Mariæ de Taldeo de Caſtro Fractarum proditorum excellentiſſimi Domini noſtri regis Caroli, & noſtri, pro quorum manifeſta proditione, qui debitæ fidelitatis immemores adeſerant nequiſſimo Corradino, dei, ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ac ejuſdem domini noſtri regis adverſario, fuerunt per nos juſte, & rationabiliter, ac etiam ſententialiter deſtituti, quæ bona ſita ſunt in prædicto Caſtro Fractarum, & pertinentiis ejus &c. Tibi &c. Johanni, & heredibus tuis in perpetuum damus, & concedimus ſecundum quod ſpectant ad Abbatem Caſſinenſem &c. ſalvo nobis, & ſucceſſoribus noſtris, & eidem monaſterio &c., conceſſione, ut in præcedenti.*

Et Girardo de Cordo de Corziaco.

Ex eodem Reg. fol 71. a t.

Huic ſimilis conceſſio eſt eodem anno die 13. Auguſti facta a Bernardo, quæ ſic incipit: *Nos Bernardus &c. notum facimus univerſis &c. quod Girardus de Corziaco dilectus familiaris, & fidelis noſter &c. ſupplicavit, quod cum nos conceſſimus ei, & heredibus ejus jure libellario bona omnia ſtabilia, quæ fuerunt olim Jacobi de Bantra proditoris excell. Dn̄i noſtri regis Caroli, & noſtri, prout in inſtrumento exinde a nobis ſibi confecto plenius continetur &c. ac idem Girardus propter indigentiam ſuam neceſſe habeat vendere &c. bona predicta &c. Nos igitur ejuſdem Girardi ſupplicationibus inclinati vendendi &c.*

Digitized by Google

*&c. prout ſibi placuerit, omnia bona prædicta ſalvo cenſu annuo, & hiis, quæ pro renovatione debentur fidelitate, & homagio in eodem inſtrumento contentis, nobis, & ſucceſſoribus noſtris, ac monaſterio noſtro debitis &c. Concedimus tibi prædicto Girardo, & heredibus tuis libellario jure uſque ad viginti, & novem annos omnia bona ubicumque per Abbatiam Caſſinenſem ſita, quæ fuerunt qm. Jacobi de Bantra, quæ bona infiſcari fecimus ex debita deliberatione, & capi ad opus curiæ Caſſinenſis, pro eo quod idem Jacobus, ut notorium eſſe comperimus, inimicis ſacræ regiæ Majeſtatis, & noſtri contra fidelitatis debitum veniens, non ſine crimine proditionis adeſit &c. Pro quibus bonis tibi conceſſis tu prædicte Girarde nobis homagium feciſti, & fidelitatis juramentum cum omnibus capitalis fidelitatis ejuſdem nobis etiam ad ſancta Dei evangelia præſtitiſti &c.* Ut ex inſtrumento rogato a notario Franciſco Sangermanenſi. Tria hæc Inſtrumenta ſubſcribit Bernardus, quidamque e monachis, atque in fine addita hæc verba: *Et noſtra Bulla plumbea communitum.* Cum perduellionis crimen Bernardus puniat, quod ſcelus eſt longe graviſſimum, oſtendit proculdubio ſupremam penes cœnobium Caſſinenſe fuiſſe in ſibi ſubditos juriſdictionem etiam criminalem. Baronibus certe, qui merum, mixtumque imperium habent, atque gladii poteſtatem inhibetur hujuſmodi crimina punire, cum in diplomatibus illis conceſſis hæ conditiones apponuntur, *exceptis tamen criminibus leſæ Majeſtatis, hæreſis, & falſæ monetæ &c.*

Qui bona ſibi conceſſa vendit.

Non diu poſt, die vigeſima tertia Auguſti 1270. omnium bonorum medietatem, aſſentiente Bernardo Abbate, emit a Girardo de Corziaco, Albertus Signorictus, ut ex inſtrumento conſtat rogato a notario Joanne Sangermanenſi, quod incipit: *Nos Bernardus &c. per preſens ſcriptum notum facimus &c. Albertum Signoricti militem dilectum familiarem, & camerarium noſtrum nobis humiliter ſupplicaſſe, quod cum Gerardus de Corziaco familiaris noſter vendiderit &c. ipſi Alberto &c. medietatem pro indiviſo omnium bonorum ſuorum ſtabilium, quæ habebat, & poſſidebat in caſtro ſancti Angeli in Teodici, & pertinentiis ejus, ac totá terra Abbatiæ Caſſinenſis, quæ fuerunt olim Jacobi de Bantra pro certa pecuniæ quantitate, prout apparet per publicum inſtrumentum de venditione ipſa confectum &c. venditionem ipſam &c. confirmare de ſpeciali gratia dignaremur. Tenor autem prædicti inſtrumenti venditionis per omnia talc eſt. In nomine domini &c. Ego Gerardus de Corziaco familiaris reverendiſs. in Chriſto Patris, & domini, Dñi Bernardi Dei gratia Caſſinenſis Abbatis, in preſentia magiſtri Bruni Archidiaconi S. Germani judicis, & advocati Caſſinenſis &c. & teſtium ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter rogatorum &c. magiſtri Franciſci Prothonotarii totius Abbatiæ Caſſinenſis, & ejuſdem domini familiaris, notarii Petri de ſancto Apollinari ejuſdem domini Abbatis familiaris &c. data, tradita &c. mihi poteſtate, ac facultate ab eodem domino Abbate, prout manifeſte conſtitit judicibus, notariis, & teſtibus ſupraſcriptis per patentes litteras domini ſupraſcripti, vendendi &c. bona omnia olim mihi per eundem dominum Abbatem libellario jure data, & conceſſa in caſtro S. Angeli in Theodici &c. & in aliis caſtris monaſterii Caſſinenſis. Et quæ bona olim fuerunt Jacobi de Bantra proditoris domini noſtri regis, & ejuſdem domini Abbatis, libellario jure vendo, & concedo tibi domino Alberto Signoricti ejuſdem domini Abbatis, familiari, & camerario, & tuis heredibus medietatem pro indiviſo omnium prædictorum bonorum meorum ſtabilium &c., quæ quidem bona ſtabilia idem dominus Abbas mihi de mera liberalitate, & gratia ſpeciali libellario jure dedit &c. tamquam excadentia, & ad ipſum devoluta ex proditione prædicti Jacobi de Bantra, cujus bona ipſa fuerunt &c. nihil enim exinde mihi, vel meis heredibus, aut alii cuicumque reſervavi, eo ſalvo, & reſervato, quod tu, & heredes tui in perpetuum reddatis annuatim nomine cenſus monaſterio Caſſinenſi &c. pro bonis prædictis mediam libram de cera, & pro renovatione libelli tempore renovationis ipſius medium auguſtalem &c. Pro qua venditione preſentialiter recepi a te uncias aureas viginti electas, & bene ponderatas ad generale pondus regni, finitum pretium &c.* Eodem menſe, atque anno alteram bonorum medietatem vendidit Gerardus Guillelmo de Saligniaco pro viginti auri unciis, ea conditione, ut quotannis mediam ceræ libram monaſterio Caſſinenſi penderet, atque renovationis tempore medietatem auguſtalis, ut ex inſtrumento ab eodem notario rogato conſtat.

Ex eodem Reg. fol. 71.

Satis grata curioſis erit conceſſio a Bernardo Abbate archidiacono Bruno hoc an. 1270. die 6. Septembris facta, quæ ſic incipit: *Nos Bernardus Dei gratia Caſſinenſis humilis Abbas, de conſenſu ſubſcriptorum patrum noſtrorum nobiſcum habendo Julianum de Chriſtina judicem civitatis S. Germani, & noſtrum, confirmamus tibi magiſtro Bruno archidiacono ſancti Germani dilecto fideli, & familiari noſtro Saulem, & filios ſuos oriundum de Caſtro Tirelli, nunc habitatorem in territorio civitatis ſancti Germani, in villa S. Luciæ, qui tempore ſui adventus in ſanctum Germanum, dominium tuum, & præceſſorum tuorum elegit, & aſſumſit ſicut nobis conſtitit per teſtes a tua parte productos. Ipſum utique Saulem, & filios ſuos cum juribus ſuis tibi prædicto magiſtro Bruno confirmamus ſicut hactenus tenuiſti ad proprietatem, & poſſeſſionem tuam, & heredum tuorum, ad habendum, tenendum, & poſſidendum, & faciendi inde omnia, quæ vobis placuerit, ſicut alii nobiles de Abbatia facere poſſunt de hominibus, & reddentibus ſuis, ſalva, & reſervata fidelitate, & homagio ipſius nobis, & ſucceſſoribus noſtris, & monaſterio Caſſinenſi &c. In cujus rei teſtimonium &c. præſens publicum ſcriptum tibi exinde fieri mandavimus per manus Benedicti noſtri, & monaſterii Caſſinenſis, & civitatis ſancti Germani publici notarii &c.* Ex hoc aliiſque pluribus monumentis eruitur fuiſſe per ea tempore in ditione Caſſinenſi plures viros nobiles, qui ſubditos habebant. Quique ſupremæ Abbatis juriſdictioni ſubjicerentur, quod in oppidis cœnobii noſtri habitarent. Eruitur præterea potuiſſe alienigenam quemlibet ſi intra fines ditionis Caſſinenſis habitaturus deveniſſet, cui liberet ſeſe ſubjicerem.

Bernardi Abbatis conceſſio Archidiacono Bruno.

Ex eodem Reg. fol. 77. a t.

Die 4. Octobris ejuſdem anni 1270. publico inſtrumento rogato penes acta notarii Benedicti a ſancto Germano complura alia bona Bernardus concedit Alberto Signoricto hiſce verbis: *In nomine domini &c. Nos Bernardus Dei gratia Caſſinen-*

Cõplura alia bona rebellium Alberto Signoricto conceſſa.

nen-

Digitized by Google

Ex eodem Reg. fol. 79.

*nenſis humilis Abbas &c. de conſenſu, & voluntate ſubſcriptorum fratrum noſtrorum, nobiſcum habendo magiſtrum Brunum archidiaconum ſancti Germani judicem, & advocatum Caſſinenſem damus, & concedimus tibi prædicto Alberto militi tamquam benemerito, & heredibus tuis in perpetuum omnia bona ſtabilia, quæ fuerunt qm. Johannis Ferrainuni, & Guillelmi de Bantra de ſancto Angelo in Teodice proditorum excellentiſs. domini noſtri regis Caroli, & noſtri, pro quorum manifeſta proditione, qui debitæ fidelitatis immemores adeſerant nequiſſimo Corradino, Dei, ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ac ejus domini noſtri regis adverſario, fuerunt per nos bonis prædictis juſte, & rationabiliter, ac etiam ſententialiter deſtituti. Quæ bona ſita ſunt in caſtro s. Angeli in Teodice, & pertinentiis ejus, & in aliis terris, ſeu locis Abbatiæ Caſſinenſis. Ipſa utique bona ſtabilia ubicumque conſiſtentia, videlicet domos, caſalina, terras cultas, & incultas, vineas, ſilvas, paſcua, oliveta, molendina, montana, redditus, & ſervitia, & alia quæcumque &c. tibi prædicto Alberto Signoricti militis, & heredibus tuis damus, & concedimus in perpetuum ſecundum conſuetudinem Abbatiæ Caſſinenſis ad proprietatem, & poſſeſſionem tuam tuorumque heredum ad habendum &c. ſalvo quod tu, & tui heredes omni anno in feſto ſancti Benedicti detis, & reddatis monaſterio Caſſinenſi &c. libras de cera duas, & ſalva nobis, & ſucceſſoribus noſtris, ac eidem monaſterio fidelitate, homagio, & debito juramento, quod juramentum, homagium, & fidelitatem nobis in noſtris manibus præſtitiſti &c.* † *Ego qui ſupra Bernardus, beati Benedicti ſucceſſor indignus.* † *Ego frater Maurus ſacerdos, & monachus, & domini Abbatis Caſſinenſis cappellanus.* † *Ego frater Dionyſius ſacerdos, & monachus Caſſinenſis, & reverendi domini Abbatis cappellanus.* Sequitur ſubſcriptio aliorum monachorum.

Notario Benedicto a S. Germano bona concessa rebellium. Ex eodem Reg. fol. 79. a t.

Eodem anno die 6. ejuſdem menſis, ſimilis conceſſio a Bernardo Abbate eſt facta, quæ ita ſe habet. *In nomine domini, &c. Nos Bernardus &c. attendentes multa grata, & utilia ſervitia, quæ tu notarie Benedicte de ſancto Germano dilecte familiaris, & fidelis noſter, nobis, & monaſterio noſtro exhibuiſti &c., & quia etiam ſervitiis noſtris, & monaſterii noſtri longo tempore perſonaliter laboraſti, de conſenſu ſubſcriptorum fratrum noſtrorum nobiſcum habendo magiſtrum Brunum archidiaconum ſancti Germani judicem, & advocatum Caſſinenſem de ſpeciali gratia damus, & concedimus tibi ſupraſcripto Notario Benedicto, tamquam benemerito, & tuis heredibus in perpetuum omnia bona ſtabilia quæ fuerunt quondam Riccardi Blanci de ſancto Germano proditoris excellentiſs. domini noſtri regis Caroli, & noſtri, quibus bonis idem Riccardus propter ſui manifeſtam proditionem, qui debitæ fidelitatis immemor adeſit nequiſſimo Corradino Dei, ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ac ejuſdem domini noſtri regis adverſario per nos juſte, & rationabiliter, ac etiam ſententialiter deſtitutus extitit, & privatus, quæ quidem bona poſita ſunt in caſtro ſancti Petri in monaſterio, Pignatario, Junctura, & ſancto Georgio, & pertinentiis eorum, ac aliis terris, ſeu locis abbatiæ Caſſinenſis. Ipſa utique bona ſtabilia ubicumque poſita, & exiſtentia tam videlicet domos, & caſalina, quam terras cultas, & incultas, molendina, & alia bona quæcumque cum omnibus juribus, &c. & pertinentiis eorum, tibi &c., & tuis heredibus damus, & concedimus in perpetuum ad proprietatem, & poſſeſſionem veſtram ad habendum, & poſſidendum, &c. Salvo quod annuatim reddatis monaſterio Caſſinenſi pro rebus ipſis, &c. pro cenſu libram de cera unam, & ſalva nobis, & ſucceſſoribus noſtris fidelitate, homagio, & debito juramento, quod juramentum fidelitatis, & homagii in noſtris manibus præſtitiſti &c. ad cujus rei memoriam &c. præſens publicum inſtrumentum per manus Johannis publici noſtri monaſterii Caſſinenſis, & civitatis ſancti Germani notarii fieri juſſimus, noſtra, & ſubſcriptorum fratrum noſtrorum ſubſcriptionibus roboratum, ac Bulla noſtra plumbea communitum. Quod ſcripſi ego idem Johannes publicus monaſterii Caſſinenſis, & civitatis ſancti Germani notarii de mandato dicti domini Abbatis, & meo ſigno ſignavi &c.*

Et Germano de Flodoino.

Aliam bonorum medietatem Petri Bovis, quæ ob perduellionis crimen fuerant publicata Bernarnardus conceſſit eodem die Germano de Flodoino Sangermanenſi, ea conditione, ut quotannis libræ ceræ medietatem cœnobio Caſſinenſi ſolveret. Præſtitit Germanus ſolitum fidelitatis ſacramentum, ut conſtat juramento ab eodem notario rogato, ex reg. I. Bernardi p. 81.

Joannes de Andrea creatur notarius ab Abbate Caſſinenſi. Ex eodem Reg. fol. 93.

Die 8. Octobris ejuſdem anni 1270. Bernardus in univerſis Abbatiæ Caſſinenſis oppidis notarium creavit Johannem de Andrea a Plumbariola, ut publico inſtrumento conſtat rogato a notario Benedicto ſepe memorato, in quo hæc leguntur. *Nobiſcum habendo magiſtrum Nicolaum de Angelo judicem, & advocatum Caſſinenſem, ſtatuimus, & ordinamus Te prædictum Johannem publicum notarium in prædicto caſtro noſtro Plumbarolæ, ut publicum notarii officium tam in caſtro ipſo, quam ejus locis, & pertinentiis omnibus, ac etiam in aliis terris Abbatiæ Caſſinenſis &c. cum omnibus juribus, & rationibus ad officium ipſum ſpectantibus exerceas in vita tua, prout juris, & moris eſt, ad honorem, & fidelitatem noſtram, & monaſterii Caſſinenſis &c. recepto a te corporali ad ſancta Dei evangelia juramento de officio ipſo per te fideliter exercendo, & de veritate ſcribenda &c. Pro quo officio annuatim tenearis ſolvere nobis, & monaſterio prædicto in feſto ſancti Benedicti pro cenſu tarenos Amalphitanos octo &c.*

Inquiſitio in oppido S. Eliæ.

Anno 1270. die 29. Novembris inquiſitionem præcedentibus ſimilem inſtituit Bernardus Abbas in oppido ſancti Eliæ, quam hic integram exſcribimus, quod plura notatu digna contineat.

Ex originali in Archivo.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno incarnationis ejus milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo octavo. Regnante Domino noſtro Carolo Dei gratia glorioſiſſimo rege Jeruſalem, Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Almæ Urbis ſenatore, Principe Acaje, Andeg., Provintiæ, Forchalquerii, & Tornodorii comite, ac Romani Imperii in Thuſcia per ſanctam Romanam eccleſiam Vicario Generali, regnorum ejuſdem, Jeruſalem videlicet anno ſecundo, Siciliæ vero quarto decimo, menſe Octobris, quartodecimo die ejuſdem menſis, ſeptimæ inditionis. Nos magiſter Laurentius Biſa judex, & advocatus Caſſinenſis. Præſentis ſcripti ſerie declaramus, quod nobis in majori Caſſinenſi curia reſidentibus ad cauſas audiendas, præſente*

vene-

Digitized by Google

venerabili viro fratre Pandulpho rectore Caſſinenſi, diſcretus vir magiſter Stephanus archidiaconus ſancti Germani Yconomus monaſterii Caſſinenſis, & membrorum ejus, pro parte, & nomine R.P.D. Bernardi Dei gratia Caſſinenſis Abbatis, & monaſterii Caſſinenſis, & membrorum ejus, expoſuit coram nobis, quod cum olim ad inſtantiam, & petitionem Yconomi Caſſinenſi de mandato ejuſdem domini Abbatis, preſente Beregrimo de Roſa Sindico univerſitatis Caſtri S. Eliæ, ab eadem univerſitate legitime ordinato per diſcretum virum magiſtrum Nicolaum de Angelo judicem, & advocatum Caſſinenſem, adhibito ſibi Benedicto publico monaſterii Caſſinenſis, & civitatis ſancti Germani Notario, debita ſolemnitate ſervata, facta fuiſſet quædam inquiſitio in caſtro prædicto ſuper juribus, redditibus, & ſervitiis debitis ab ipſa univerſitate, & hominibus eidem monaſterio Caſſinenſi, & officiis, ac membris ipſius, & ipſa inquiſitio fuit per manus ejuſdem Benedicti, de mandato ejuſdem judicis in actis redactas, & timeat idem Yconomus, ne eiſdem actis vetuſtate conſumptis, aud aliis caſibus ſuper venientibus cum ſcripta ſint in cartis bombicinis, quæ durationem diuturnam habere non poſſunt, rei geſtæ valeat memoria deperire, petiit a nobis idem Yconomus, ut acta inquiſitionis ipſius ad cautelam ejuſdem monaſterii Caſſinenſis authenticari, & in publicum inſtrumentum redigi faceremus. Quia vero juſtis petitionibus ejuſdem Yconomi deeſſe non poſſumus, nec debemus &c. nos prædictus magiſter Laurentius judex, & advocatus Caſſinenſis una cum Johanne Malateſta publico civitatis ſancti Germani notario præſente prædicto domino rectore, & præſentibus ſubſcriptis teſtibus ad hoc ſpecialiter vocatis, & rogatis, prædictam inquiſitionem ad petitionem ejuſdem Yconomi per prædictum notarium Benedictum publicum civitatis ſancti Germani notarium, & majoris curiæ Caſſinenſis actorum notarium productam, apud quem dicta inquiſitio, cum aliis actis publicis, & privatis fideliter fuerit cuſtodita, & quam idem notarius Benedictus recognovit veram eſſe & ſua manu ſcriptam de mandato prædicti magiſtri Nicolai judicis, & advocati Caſſinenſis vidimus, legimus, & inſpeximus diligenter non vitiatam, non cancellatam, nec abolitam, ſed in prima ſui figura exiſtere, & ipſam de verbo ad verbum nihil addito, detracto, vel mutato, in preſens publicum inſtrumentum per manus ſupraſcripti Johannis publici dictæ civitatis ſancti Germani notarii publicari fecimus, & tranſcribi ad cautelam prædicti domini Abbatis, & monaſterii Caſſinenſis; cujus inquiſitionis tenor per omnia, & ſingula talis erat. Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo, menſe Novembris, viceſimo ſexto die ejuſdem menſis, indictione quartadecima. Inquiſitio facta in ſancto Helia de mandato R. P. D. Bernardi Dei gratia venerabilis Caſſinenſis Abbatis magiſtrum Nicolaum de Angelo judicem, & advocatum Caſſinenſem, Benedictum publicum monaſterii Caſſinenſis, & civitatis ſancti Germani notarium, ad petitionem, & inſtantiam magiſtri Bruni archidiaconi ſancti Germani, Yconomi, ſindici, & procuratoris monaſterii Caſſinenſis, & membrorum ipſius pro parte, & nomine ejuſdem ſuper juribus & conditionibus debitis, ab hominibus ejuſdem caſtri eidem monaſterio, & aliis locis ſibi ſubditis, ac officialibus eorumdem tam ratione perſonarum, quam etiam ratione bonorum ſuorum, quæ poſſident in eodem caſtro, & territorio ejuſdem, nec non & aliis bonis occupatis ab eiſdem hominibus, vel ab aliis quibuſcumque perſonis tam de demanio ejuſdem monaſterii, quam etiam de publicis exiſtentibus intus in eodem caſtro, ſeu extra in territorio ejuſdem. Quæ denunciatio facta eſt coram his teſtibus vid. Notario Johanne Petro de Perrecta, & Joanne magiſtri Raynaldi præſente Peregrimo de Roſa ſindico dicti caſtri ſtatuto per univerſitatem ejuſdem caſtri. Domnus Leonardus archipresbyter Cardeti habitator ſancti Heliæ juratus, & interrogatus de juribus et conditionibus debitis generaliter ab hominibus caſtri ſancti Eliæ monaſterio Caſſinenſi, ac membris ipſius, ac aliis locis ſubditis eiſdem, ſeu officialibus eorumdem, tam ratione perſonarum, quam etiam ratione bonorum ſuorum quæ poſſident in eodem caſtro, et territorio ipſius, dixit, quod homines dicti caſtri generaliter tenentur ad infraſcripta, exceptis illis, qui habent exinde libertatem a prædicto monaſterio Caſſinenſi. Videlicet ille, qui habet par bovum, tenetur preſtare prædicto monaſterio quatuor operas annuatim cum ipſis bubus, duas videlicet ad recaldandum, et reliquas duas ad ſeminandum, et reddere unam gallinam in nativitate Domini, & unam gallinam in reſurrectione ejuſdem. Ille vero qui caret bubus, eodem modo tenetur preſtare quatuor operas de perſona ſua, videlicet duas ad metendum & duas ad triturandum, & tenetur preſtare nihilominus unam gallinam dicto monaſterio in nativitate Domini, & unam in reſurrectione ejuſdem. Item dixit, quod homines dicti caſtri tenentur quolibet anno ſemel preſtare procurationem domno Abbati Caſſinenſi, qui pro tempore praeſt eidem monaſterio Caſſinenſi, ſi contingat eum venire ad dictum caſtrum, vel ſi non veniat pro ipſa procurationo ſolvunt ſibi certam pecuniæ quantitatem, ſicut poſſunt melius convenire cum eodem. Item tenentur prædicti homines dicti caſtri cuilibet Abbati ejuſdem monaſterii, qui pro tempore praeſt, pro ſacra ejuſdem præſtare, & ſubvenire ſibi in pecuniæ quantitate ſecundum, quod poſſunt melius convenire cum eo. Item dixit, quod ſi contingat dictum monaſterium, vel dominum Abbatem ejuſdem movere exercitum, ſervire ſibi tenentur prædicti homines in prædicto exercitu expenſis propriis ipſorum hominum tribus diebus, quibus elapſis, tenentur ſervire ad expenſas ipſius monaſterii, vel Abbatis. Item dixit, quod ſi contingat dominum Abbatem ejuſdem monaſterii vocari a ſummo Pontifice, vel etiam a rege regni Siciliæ, homines dicti Caſtri tenentur ſubvenire ſibi pro expenſis ipſius domini Abbatis ſecundum quod poſſunt convenire cum eodem. Item dixit quod montes, paſcua, flumina, aquarum decurſus, territorii ejuſdem caſtri & muri dompnici, & via publica ipſius caſtri ſunt prædicti monaſterii Caſſinenſis, eo ſalvo, & excepto, ſi aliquis de prædictis montibus, paſcuis, fluminibus, aquarumque decurſibus, muris domnicis, & viis publicis aliquid poſſideat, & exinde jura habeat ab eodem monaſterio Caſſinenſi. Item dixit, quod nullus de dicto caſtro audet piſcari in aquis fluminis majoris ſine licentia prædicti domini Abbatis vel rectoris, aut alterius officialis ſtatuti per eum in eodem caſtro, excepto tempore inundationum, quo tempore cuilibet de eodem caſtro licitum eſt piſcari in eodem flumine libero arbitrio ſine licentia eorumdem dominorum.

Dixit

Digitized by Google

*Dixit etiam, quod nullus de eodem caſtro audet venari in territorio ejuſdem ſine licentia prædictorum dominorum, quod ſi aliquis temere piſcatur, vel venatur, ſolvit bannum indictum, & impoſitum in eodem caſtro de mandato ipſius domini Abbatis, vel officialium prædictorum, niſi ſit aliquis, qui exinde pretendat aliquod jus, ſeu libertatem a prædicto monaſterio Caſſinenſi. Item dixit, quod homines prædictæ terræ generaliter, qui non habent exinde immunitatem, vel libertatem a prædicto monaſterio Caſſinenſi, tenentur, & debent præſtare de poſſeſſionibus ſuis, quas habent, & poſſident in territorio ejuſdem caſtri, terraticum in forma ſubſcripta, videlicet de grano, ordeo, majorino, millio, grano farris, & fabis majorinis tenentur præſtare de ſeptem partibus unam partem, & de vineis tertiam partem muſti. Item dixit, quod ſi qui de eodem caſtro faciunt ceſas in territorio ipſius caſtri reddunt decimam fructuum provenientium ex eiſdem cellerario Caſſinenſi. Item dixit, quod quicumque de eodem caſtro occidit ad tallam porcum, ſeu ſcrofam, aut bovem, ſeu vaccam in prædicto caſtro, tenetur de porco, ſeu ſcrofa prædictis præſtare lumbellum eorumdem animalium rectori ejuſdem caſtri, & de bove, ſeu vacca tenetur reddere eiſdem medietatem pectoris eorumdem animalium, & curiæ ejuſdem rectoris tenetur deferenti dictum redditum præſtare unum panicellum. Item dixit, quod quilibet de dicto caſtro niſi exinde habeat immunitatem, & libertatem a prædicto monaſterio, qui habet pecudes, tenetur cellarario Caſſinenſi præſtare decimam partem agnorum, & quilibet, qui habet ſcrofas, tenetur eidem cellerario preſtare glandaticum. Item dixit, quod plateaticum dicti caſtri ſpectat ad cellerarium Caſſinenſem. Item dixit, quod nullus de eodem caſtro poteſt conſtruere montanum ad aquam, vel ad ſiccum ad macinandum olivas in eodem caſtro, vel territorio ejuſdem caſtri, ſeu molendinum, aud balcatorium, vel quodlibet aliud edificium in aquis publicis, ſeu juxta ipſas aquas, ſeu derivare de ipſis aquis publicis pro utilitate, ſeu uſu prædictorum edificiorum ſine licentia prædicti monaſterii, ſeu domini Abbatis, qui pro tempore praeſt in eodem, cum predictum jus edificandi prædicta edificia ſpectet ad dignitatem monaſterii ſupradicti. Item dixit, quod curia Caſſinenſis ejuſdem caſtri pro opere, ſeu reparatione palatii curiæ ipſius, ſeu etiam alterius edificii, quod ipſa curia vellet facere in eodem caſtro, conſuevit incidere arbores, non tamen fructiferas, carentes vitibus, requiſitis tamen prius dominis eorundem. Dixit etiam, quod eadem curia conſuevit incidere etiam ulmos, ſeu quaſlibet alias arbores neceſſarias, & utiles pro curru dictæ curiæ. Interrogatus quomodo ſciret prædicta, dixit, quod a tempore ſui recordii, quod eſt de quinquaginta annis, ipſe teſtis uſque ad preſens tempus, vidit prædictum monaſterium Caſſinenſe, ac dominos Abbates, qui ſucceſſive præfuerunt in monaſterio ſupraſcripto, ac rectores, & offitiales in eodem caſtro ſtatuto pro parte ipſius monaſterii poſſidere, & quaſi poſſidere omnia prædicta, ac exigere, & percipere jura prædicta, & uti juribus prædictis, ac homines dicti caſtri preſtare eidem monaſterio, ac rectoribus, & officialibus ſupraſcriptis per prædicta tempora redditus, & jura prædicta, exceptis iis, qui exinde pretendebant, & habebant immunitatem, & libertatem a monaſterio ſupraſcripto.*

*Item dixit, quod a capite clauſuræ quam tenet, & poſſidet Nicolaus Boſo uſque ad domum Petri Sconzavini, fuit via publica, & locus publicus bene amplus, qui locus modo occupatus eſt a quibuſdam poſſeſſoribus, & redactus ad culturam in quo etiam loco ſunt paſtinatæ multæ arbores ab illis, qui prædictum locum detinent occupatum. Dixit etiam, quod in multis aliis locis publicis tam intus, quam extra dictum caſtrum, & ſpecialiter juxta muros dompnicos, & extra ubi fuere carbonaria per multos occupatum eſt. Landus Corvus juratus, & interrogatus dixit idem per omnia, quod proximus, excepto, quod ipſe dixit ſe neſcire ſi licitum eſt curiæ incidere quaſlibet arbores pro curru curiæ, quia non vidit adhuc currum fieri in ipſo caſtro pro curia Caſſinenſi, excepto etiam quod in flumine publico licet piſcari ſine licentia curiæ in eo caſu videlicet quando aliqua mulier eſſet in partu, vel infirma. Item excepit de tempore, de quo dixit ſe recordari predicta per quadraginta annos tantum. Petrus de Cervaria juratus, & interrogatus dixit idem, quod proximus, excepta de tempore, de quo dixit ſe recordari prædicta per triginta annos tantum, & addidit, quod quando aliquis homo dicti caſtri ducit uxorem poteſt licite piſcare in flumine publico, ſine licentia curiæ, & excepto, quod dixit, quod de grano farris non debetur terraticum curiæ Caſſinenſi niſi de terris, quæ ſeminantur quando ſunt magiſia domnus Thomas juratus, & interrogatus dixit idem per omnia, quod proximus teſtis, addidit tamen de tempore, de quo dixit ſervari prædicta per ſexaginta annos, & excepto, quod neſcit quanto tempore homines dicti caſtri teneantur ſervire in exercitu monaſterio Caſſinenſi, ſeu dominis Abbatibus ejuſdem monaſterii, cum contingit ipſos movere, vel facere exercitum, fatetur tamen, quod prædicti homines tenentur ſervire ſubmoniti ad exercitum ſupradictum. Raynaldus infans juratus, & interrogatus dixit idem per omnia, quod proximus, addidit tamen, quod licitum eſt derivare de aquis publicis ad irrigandum poſſeſſiones eorum exiſtentes vicinas ipſis aquis, etiam non obtenta licentia curiæ. Excepit etiam de monaſteris ad ſiccum, de quibus dixit, ſe ignorare, utrum conſuetum ſit petere licentiam pro ipſis conſtruendis; excepit etiam de arboribus incidendis pro opere palatii, vel cujuslibet alterius edificii curiæ, ſuper quo dixit ſe ignorare, & excepit de tempore, de quo dixit ſe recordari prædicta per triginta annos tantum. Riccardus infans juratus, & interrogatus dixit idem per omnia, quod proximus, & addidit de tempore, de quo dixit, ſe recordari prædicta per quadraginta annos. De viis autem, & ſtratis publicis occupatis dixit, ſe non poſſe certificari. Nicolaus de Gratiana juratus, & interrogatus dixit idem, quod primus teſtis, excepto quod ipſe teſtis dixit, ſe ignorare, utrum ſit obtinenda licentia a curia ad venandum, & excepto quod dixit ſe ignorare de arboribus incidendis pro curru curiæ, quia ipſe non vidit tempore ſuo fieri currum in caſtro prædicto. Belegrimus de Raynaldo juratus, & interrogatus dixit idem, quod primus teſtis, excepto de tempore, de quo dixit ſe recordari prædicta ſpatio quadraginta annorum; addidit tamen de hominibus ſancti Eliæ, qui habent boves, & tenentur præſtare operas cum ipſis bubus, quia præter operas ipſas tenentur præſtare quatuor operas manuales, duas videli-*

delicet, ad metendum, & duas ad triturandum. Excepit tamen de tempore, quo homines tenentur ſervire monaſterio Caſſinenſi in exercitu, quia dixit ſe ignorare per quantum tempus, ſed dixit, quod tenentur ſervire. Excepit etiam de montanis ad ſiccum de quibus dixit, quod neſcit ſi ſit neceſſaria licentia curiæ pro conſtruendis montanis eiſdem, & excepit etiam de arboribus neceſſariis pro curru curiæ, de quibus dixit, quod poteſt curia pro ipſo curru incidere arbores non fructiferas, & carentes vitibus. Johannes Preite juratus, & interrogatus dixit idem, quod primus, & addidit de tempore, de quo dixit ſe recordari prædicta per quinquaginta annos, excepit tamen de loco, ubi fuere carbonariæ juxta muros dompnicos, & aliis locis publicis occupatis de quibus dixit, ſe certificare non poſſe. Landulfus de Dompna juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus, excepto de tempore de quo dixit ſe recordari prædicta per triginta annos, addidit tamen de ſervitio, quod tenentur præſtare homines Caſtri ſancti Heliæ monaſterio Caſſinenſi, cum movet exercitum, de quo dixit idem quod primus. Item excepit de glandatico porcorum, ſeu ſcrofarum. Item de arboribus incidendis. Item de carbonariis, & aliis locis publicis occupatis, de quo dixit ſe aliquid non recordari. Thammarius juratus, & interrogatus dixit idem quod primus, excepto tamen de arboribus incidendis. Item de montanis ad ſiccum, & via publica, ſeu loco publico occupato juxta ſtratam dompnicam de quibus dixit ſe nihil inde ſcire. Helias Grecus juratus, & interrogatus dixit idem, quod primus excepto de tempore de quo dixit ſe recordari prædicta per quadraginta annos. Excepit tamen de montibus, paſcuis, de montanis ad ſiccum, de arboribus incidendis neceſſariis pro curru, & carbonariis occupatis, de quibus dixit ſe nihil inde ſcire. Joannes Pictor juratus, & interrogatus dixit idem, quod primus, & addidit de tempore de quo dixit ſe recordari prædicta ſpatio ſexaginta annorum, excepit tamen de paſcuis, montibus, venatione, montanis ad ſiccum, carbonariis occupatis, de quibus dixit, ſe nihil inde ſcire; addidit tamen quod Angelus de Guidone, & Leonardus de Stulto edificaverunt juxta domos eorum in publico ſecundum, quod communiter per homines S. Eliæ dicebatur, cum locus ille, in quo edificavit gradus dictus Angelus ante domum ſuam eſſet publicus, & eodem modo locus ille ubi dictus Leonardus edificavit quemdam murum parvum ante domum ſuam, ſimiliter erat publicus, dixit tamen, quod quando aliquis de ſancto Elia venatur de porco ſilveſtri, & caprio venator conſuevit reddere curiæ caput cum uno quartero anteriori prædictorum animalium. De aliis autem animalibus ſilveſtribus non conſueverunt reddere venatores. Joannes de Thancredo juratus, & interrogatus dixit idem, quod primus, excepto de operibus manualibus, de quorum numero, ſeu quantitate dixit ſe certificari non poſſe, excepto de ſubventione expenſarum, quas contingerit dominum Abbatem Caſſinenſem facere cum vocatur a ſummo Pontifice, vel a rege, & excepto de numero dierum, quibus homines ſancti Eliæ tenentur ſervire monaſterio Caſſinenſi, cum contingit monaſterium, ſeu ipſum Abbatem movere exercitum, & excepto de montibus, paſcuis, & excepto de arboribus incidendis pro curru neceſſariis, & excepto de carbonariis, ac viis publicis occupatis, de quibus dixit, ſe certificari non poſſe, excepit etiam de tempore, de quo dixit recordari prædicta ſpatio quadraginta annorum. Helias de Amaleo juratus, & interrogatus dixit idem quod primus, excepit tamen de montibus, paſcuis, carbonariis, ac viis publicis occupatis, de quibus dixit ſe nihil inde ſcire, excepit etiam de tempore, de quo dixit, ſe recordari prædicta per quadraginta annos. Leonardus Stultus juratus, & interrogatus dixit idem, quod primus, excepto de montibus, & paſcuis, de quibus dixit, ſe nihil inde ſcire, & excepto de tempore, de quo dixit, ſe recordari prædicta ſpatio quadraginta annorum, & addidit de numero operum manualium illorum, qui habent boves, de quibus dixit, quod præter operas boum tenentur præſtare curiæ quatuor operas manuales, duas videlicet ad metendum, & alias duas ad triturandum. Oddo Joannis Marii juratus & interrogatus dixit idem, quod primus, excepto de ſubventione expenſarum, quas contingeret Abbatem Caſſinenſem facere, cum vocaretur a ſummo Pontifice, vel a rege, & excepto de viis, & locis publicis, & excepto de numero dierum, quibus homines ſancti Heliæ tenentur ſervire monaſterio Caſſinenſi in exercitu, de quibus dixit ſe nihil inde ſcire. Notarius Petrus infans juratus, & interrogatus, dixit de operis tam perſonalibus, quam etiam boum idem quod proximus, de aliis nihil quia erat juvenis. Johannes magiſtri Raynaldi juratus, & interrogatus dixit idem quod primus, & addidit de carbonariis occupatis, de quibus dixit ut primus. Notarius Jacobus juratus, & interrogatus dixit idem, quod proximus, excepto de carbonariis, de quibus dixit, ſe nihil inde ſcire. Nicolaus de Piſana juratus, & interrogatus dixit idem quod primus, excepto de montanis ad ſiccum, de venatione & de arboribus incidendis pro curru, & de carbonariis, & viis publicis occupatis, de quibus dixit ſe ignorare, excepit etiam de tempore de quo dixit ſe recordari prædicta per triginta annos. Notarius Johannes juratus, & interrogatus dixit de operis boum, & operis manualibus, & redditu gallinarum, piſcatione fluminis majoris, procuratione domini Abbatis, ſubventione expenſarum, quando vocaretur dominus Abbas Caſſinenſis a ſummo Pontifice, vel a rege, & pro conſecratione ipſius Abbatis, terratico, terrarum, & vinearum dixit idem quod primus, excepto tamen de temcore de quo dixit ſe recordari prædicta ſpatio decem & octo annorum; addidit tamen de operis manualibus illorum, qui habent boves, de quibus dixit idem quod Leonardus Stultus. Angelus de Guido juratus, & interrogatus de operis bovum, & operis manualibus dixit idem, quod proximus, de aliis nihil, quia eſt juvenis. Presbiter Onufrius juratus, & interrogatus dixit de terratico terrarum, & vinearum, de piſcatione fluminis majoris, & de loco publico occupato juxta ſtartiam dompnicam dixit idem, quod primus excepto tamen de tempore de quo dixit ſe recordari prædicta ſpatio quadraginta annorum. Joannes Boſo juratus, & interrogatus dixit idem, quod primus, excepto de glandatico, & de arboribus incidendis pro curru, de quibus dixit ſe ignorare, addidit tamen de operis manualibus illorum, qui habent boves, de quibus dixit idem quod Leonardus Stultus excepit tamen de tempore, de quo dixit ſe vidiſſe prædicta ſpatio quadraginta annorum.

*Presbiter Jacobus de Perna juratus, & interrogatus dixit de montibus, paſcuis, flumine majore, muris dompnicis, viis publicis, piſcatione, de ſubventione, donatione ſacra, & de procuratione domini Abbatis, terratico terrarum, & vinearum dixit idem, quod primus, excepto de tempore, de quo dixit ſe recordari prædicta ſpatio viginti annorum de aliis nihil. Presbiter Adenulfus juratus, & interrogatus dixit de operis manualibus, & cum bobus, & de procuratione domini Abbatis, & de facto ſacra, de piſcatione fluminis majoris, & venatione, terratico terrarum, & vinearum, præſtatione decimarum, de ceſis cellerarii Caſſinenſis, & de decima agnorum eidem cellerario, de molendinis, balcatoriis, montanis non conſtruendis ſine licentia domini Abbatis, nec non & locis publicis occupatis dixit idem, quod primus excepto de carbonariis occupatis, de quibus dixit ſe nihil inde ſcire, excepit tamen de tempore de quo dixit recordari prædicta ſpatio viginti annorum, & addidit de operis manualibus illorum, qui habent boves, de quibus dixit idem quod Leonardus Stultus. Unde ad futuram memoriam, & tam prædicti domini Abbatis, quam monaſterii Caſſinenſis cautelam, ad petitionem ejuſdem Yconomi Caſſinenſis, de prædictis omnibus fieri fecimus præſens publicum inſtrumentum per manus prædicti Johannis Malateſtæ publici civitatis ſancti Germani notarii, noſtra, & ſubſcriptorum teſtium ſubſcriptionibus roboratum. Quod ſcripſi ego prædictus Johannes publicus civitatis ſancti Germani notarius de mandato judicis ſupradicti, qui prædictam inquiſitionem vidi, legi, & nihil addito, vel mutato, præſens publicum inſtrumentum tranſumpſi, atque tranſcripſi, & meo ſigno conſueto ſignavi. Actum in majori curia Caſſinenſi civitatis ſancti Germani. Locus † ſigni notarii. † Ego qui ſupra magiſter Laurentius Biſa judex, & advocatus Caſſinenſis prædictam inquiſitionem vidi, legi, non vitiatam, non cancellatam, non abolitam, & in hoc publico tranſumpto inſtrumento ſubſcripſi. † Ego frater Riccardus vice Decanus Caſſinenſis prædictam inquiſitionem vidi, legi, & in hoc tranſumpto ſubſcripſi. † Ego Nicolaus archipresbiter ſancti Germani prædictam inquiſitionem vidi, legi, & in hoc tranſumpto ſubſcripſi. † Ego magiſter Bartholomeus prædictam inquiſitionem, vidi, legi, & in hoc tranſumpto ſubſcripſi. † Ego magiſter Franciſcus de Juriſa prædictam inquiſitionem vidi, legi, & in hoc tranſumpto ſubſcripſi. † Ego Thomas Ambroſianus prædictam inquiſitionem vidi, legi, & in hoc tranſumpto ſubſcripſi. † Ego Benedictus de Maſcambruna prædictam inquiſitionem vidi, legi, & in hoc tranſumpto ſubſcripſi. † Ego notarius Abraimans prædictam inquiſitionem vidi, legi, & in hoc tranſumpto ſubſcripſi.*

Inquiſitio in oppido Cervariæ.

Eodem anno die 4. Decembris inquiſitio in caſtro Cervariæ eſt inſtituta coram notario Petro Lupone oppidi ſyndico, atque univerſitatis deputato in qua hæc potiſſimum animadvertenda: *Leo de Abbate juratus, & interrogatus juribus, & conditionibus hominum caſtri Cervarii in quibus dicti homines generaliter aſtricti ſunt, & obligati monaſterio, ſeu curiæ Caſſinenſi, ex municipali, & antiquata conſuetudine, ſeu lege obtenta in eodem caſtro, nec non & de redditibus eorundem, & in quibus etiam poſſeſſiones ipſorum hominum aſtricta ſunt eidem monaſterio, dixit, quod homines Cervarii generaliter exceptis iis, qui habent franchitiam, ſeu libertatem ab eadem curia tenentur eidem monaſterio annuatim preſtare operas infraſcriptas, vid. ille, qui habet par boum, tenetur annuatim eidem curiæ Caſſinenſi præſtare duas operas cum bubus, unam videlicet ad recalcandum, & aliam ad ſeminandum, & nihilominus tenetur ipſe idem, qui habet boves præſtare eidem curiæ duas operas manuales præter prædictas opera boum, unam videlicet ad metendum, & aliam ad triturandum, Ille vero, qui non habet boves, tenetur præſtare tantum duas operas manuales, una videlicet ad metendum, & aliam ad triturandum. Tenetur etiam nihilominus quilibet prædictorum hominum tam qui habet boves, quam qui caret bubus, præſtare annuatim eidem curiæ Caſſinenſi duas ſalutes, vid. unum paſtillum, ſive unam gallinam in feſto Nativitatis Domini juxta optionem, & voluntatem ejuſdem curiæ, ſeu rectoris dicti caſtri Cervarii, & unam caſeatam in feſto Reſurrectionis Domini, exceptis iis, ut dictum eſt, qui habent franchitiam, vel etiam tenentur ad alia majora, vel minora ſecundum diſpoſitionem factam per dominos Caſſinenſes Abbates, qui pro tempore fuere in dicto monaſterio Caſſinenſi. Item dixit, quod generaliter homines prædicti caſtri, exceptis iis, qui habent franchitiam, tenentur præſtare eidem curiæ Caſſinenſi de poſſeſſionibus ſuis terraticum, videlicet de grano, ordeo, millio, & fabis, quod terraticum eſt de ſeptem partibus una, & quilibet, qui ad hoc tenetur, debet deferre ipſum terraticum ad granarium curiæ Caſſinenſis ejuſdem caſtri. Item & ille, qui plantat vineas, eſt exemptus, & liber uſque ad ſeptem annos a tempore ipſius plantationis; a ſeptem vero annis ſupra, quilibet, qui habet vineas, tenetur præſtare terraticum ipſarum vinearum, videlicet tertiam partem muſti provenientis ex ipſis vineis. Item dixit, quod nullus de eodem caſtro audet conſtruere, & habere montanum, ſeu molendinum in eodem caſtro, ſeu territorio ejuſdem ſine licentia dominorum Abbatum dicti monaſterii Caſſinenſis. Item dixit, quod generaliter homines dicti caſtri, qui non habent exinde franchitiam, tenentur præſtare dictæ curiæ Caſſinenſi herbaticum de pecudibus ſuis. Item dixit, quod homines prædicti caſtri tenentur annuatim præſtare domnino Abbati Caſſinenſi ſemel procurationem, videlicet procurare ipſum, in expenſis, & familiam ſuam honorifice. Item dixit, quod homines ejuſdem caſtri tenentur domino Abbati Caſſinenſi pro ſacra ejuſdem tempore conſecrationis præſtare, & ſolvere certam quantitatem pecuniæ, ſecundum quod poſſunt convenire cum eodem. Item dixit, quod quando contingit, dominum Abbatem vocari ad ſummum Pontificem, vel ad regem, quod pro expenſis ejuſdem homines ipſius caſtri tenentur ſubvenire eidem ſecundum quod poſſunt componere cum eodem. Item dixit, quod ſi contingit dictum monaſterium, vel dominos Abbates ejuſdem movere exercitum, quod homines ipſius caſtri tenentur ſervire ipſis in dicto exercitu. Interrogatus qualiter ſciret prædicta, dixit, quod ipſe teſtis vidit, & audivit prædicta exerceri, exigi, ac præſtari a prædictis hominibus curiæ Caſſinenſis, ſeu rectori ejuſdem caſtri, exceptis iis, qui habent franchitiam, ut dictum eſt, & hæc vidit, & audivit a tempore ſui recordi, quod eſt de quinquaginta annis, per quod tempus prædicta curia Caſſinenſis exercuit, & exegit prædicta jura in caſtro*

Ex Reg. I. Bernardi fol. 38. & originali.

*præ-*

*prædictæ, & uſa eſt prædictis juribus tempore ſupraſcripto. Petrus infans juratus, & interrogatus dixit idem, quod proximus. Excepit tamen de operis manualibus illorum, qui habent boves, de quibus dixit, ſe nihil ſcire. Addidit tamen, quod ſi quis fecit magiſiam, in qua debetur ſeminari granum, & in ea ſeminatur granum ſpeltæ, ſive granum farris, quia compellitur ille, qui hoc ſeminat excutere granum a grano farris, ſeu grano ſpeltæ, & de ipſo grano præſtare terraticum, addidit etiam, quod illi, qui habent pecudes, tenentur præſtare decimam agnorum pro herbatico rectori ejuſdem caſtri, de ipſis autem pecudibus, dixit ſe ignorare, quod aliud herbaticum præſtetur. Item addidit, quod de ceſis novis combuſtis, quæ fiunt in montibus ejuſdem caſtri, tenentur præſtare decimam cellarario Caſſinenſi, & de magiſia terraticum &c. Notarius Jeremias juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus &c. Excepit etiam de tempore, de quo dixit ſe recordari prædicta ſpatio triginta annorum, & plus, & addidit quod ex antiquata, & approbata conſuetudine dicti caſtri obtentum eſt in eodem, quod ſi aliquis in eodem caſtro relinquat habitationem ipſius caſtri, & conferat ſe ad habitandum extra Abbatiam, & vendat bona ſua, quæ habet in eodem caſtro, & territorio ejuſdem, ita quod nihil ſibi remaneat, quod curia Caſſinenſis ejuſdem caſtri capit de ipſis bonis tertiariam pro curia, & ſi contingat eum vendere aliquam partem bonorum eodem tempore, vel diverſis temporibus, ita quod ſola domus vel res alia ultima ſibi remaneat non diſtracta ab eodem, quod dicta curia nihil poteſt exigere de bonis diſtractis ratione prædictæ tertiariæ, ſed ſi contingat eundem poſtmodum diſtrahere domum prædictam, vel rem aliam ultimam, ita quod nihil ſibi amodo remaneat ibidem, prædicta curia habet recurſum contra omnes poſſeſſores prædictorum bonorum diſtractorum poſt diſceſſum ſuum de eodem caſtro, cujus habitationem dereliquit, & exigit, ac recipit de omnibus bonis tertiariam ex jure curiæ ſupraſcripta. Joannes Bonus juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus, &c. & addidit quod homines dicti caſtri tenentur ſervire monaſterio Caſſinenſi in exercitu, quem contingit ipſum monaſterium movere infra Abbatiam tantum. Notarius Marinus juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus, excepto de tempore recordii ſui, de quo dixit de triginta annis. Joannes Mele juratus, & interrogatus dixit idem, quod proximus &c. & addidit in cauſa ſcientiæ, quia ipſe teſtis fuit bajulus in eodem caſtro pro parte curiæ Caſſinenſis, videlicet per decem annos, quibus annis ipſe teſtis exercuit bajulationem, & exegit, & percepit prædicta jura pro parte dictæ curiæ Caſſinenſis, & de tertia dixit idem, quod prædictus notarius Jeremias. Benedictus de Samuele juratus, & interrogatus dixit idem, quod proximus, & addidit de tempore ſui recordii, de quo dixit de ſexaginta annis*. Eadem quoque complures alii teſtes deponunt. Eruditiſſimus Bernardus Montfaucon Diarii Italici pag. 324. hæc ſcribit: *Licebat item Caſſinenſi Abbati exercitum cogere, quod quidem ſupremi dominii ſignum eſt, vel maximum, atque urgente caſu bella movere, ut ex documenti cujuſdam verbis propalam eſt, ubi ſubditi ejuſdem monaſterii Jurati talia fantur. Quod ſi contingat dictum monaſterium, vel dominum Abbatem ejuſdem movere exercitum, ſervire ſibi tenentur prædicti homines in prædicto exercitu expenſis propriis ipſorum hominum tribus diebus, quibus elapſis tenentur ſervire ad expenſas ipſius monaſterii vel Abbatis*. Quibus conſonat inſtrumentum aliud Bernardi Abbatis. *Item ſi contingat, monaſterium, vel Abbatem ejuſdem movere exercitum, homines dictorum locorum tenentur ſervire eidem in eodem exercitu expenſis propriis tribus diebus, quibus elapſis tenentur ſervire ad expenſas ejuſdem monaſterii. Ex privilegio autem quod ab eodem Bernardo Abbate anno 1267. Octobris 31. oppido S. Germani conceſſum eſt, dux ſive Comeſtabilis in eodem Oppido deligendus erat. Inſuper (inquit) volumus, & concedimus, ut Comeſtabilis militum in S. Germano, & per totam Abbatiam aſſumatur, & ſit de ſancto Germano, quia ſic hactenus extitit obſervatum. In aliis eademde re documentis edicitur, ut ſubditi monaſterii non pedites modo, ſed equites, ſi qui equos habeant ad militare pergant officium.*

Die ſequenti nempe octavo Decembris anno 1270. Inquiſitio in oppido S. Victoris eſt facta, quam integram edimus.

Inquiſitio in oppido S. Victoris.

Ex eodem reg. fol. 41. a t. & ex originali.

*Eodem anno die lunæ octavo Decembris quartadecima indictionis. Inquiſitio facta in caſtro S. Victoris de mandato dicti domini Abbatis de ſupraſcriptis juribus, & conditionibus ad petitionem, & inſtantiam dicti magiſtri Bruni Archidiaconi S. Germani Iconomi, & Procuratoris dicti monaſterii, preſente Riccardo Capoferro ſindico dicti caſtri ſtatuto per univerſitatem ejuſdem caſtri. Odde de Junctura juratus interrogatus de juribus, & conditionibus, quibus homines caſtri S. Victoris generaliter ſunt aſtricti monaſterio, ſeu curiæ Caſſinenſi, tam nomine perſonarum, quam & ratione bonorum, & poſſeſſionum ipſorum, exceptis iis, qui exinde habent francitiam, & libertatem ab eodem monaſterio Caſſinenſi. Dixit, quod generaliter homines ejudem caſtri, exceptis iis, qui exinde, ut dictum eſt habent francitiam, ab eodem monaſterio, tenentur curiæ Caſſinenſi ad redditus infraſcriptos ex municipali jure, & antiqua conſuetudine obtenta in eodem caſtro, videlicet ille, qui habet par bovum tenetur annuatim eidem curiæ præſtare cum ipſis bubus duas operas, unam videlicet ad recalcandum, & aliam ad ſeminandum, & nihilominus præter ipſas operas tenetur præſtare ipſi curiæ annuatim alias duas operas manuales de perſona ſua, unam videlicet ad metendum, & aliam ad triturandum. Ille vero, qui caret bubus tenetur eodem modo eidem curiæ præſtare annuatim prædictas duas operas manuales tantum, videlicet unam ad metendum, & aliam ad triturandum. Item dixit, quod generaliter homines ejuſdem caſtri, exceptis hiis, qui exinde habent francitiam a monaſterio Caſſinenſi, tenentur præſtare curiæ Caſſinenſi ejuſdem caſtri ſeu rectoris ipſius quatuor ſalutes annuatim, videlicet ſpallam unam de porco, & duos bucellatos in natale Domini. Item in Quadrageſima quatuor cannulos de ficubus. Item in Reſurrectione Domini Fladonem unum, & duos buccellatos, vel ſi elegerit Rector ipſius caſtri loco ipſius Fladonis tenetur homo præſtare ipſi curiæ viginti ova, & nihilominus prædictos duos buccellatos. Item feſto S. Mariæ de Auguſto eodem modo quilibet tenetur præſtare eidem curiæ par unum de pullis, & duos buccellatos. Item dixit, quod generaliter homines ejuſdem caſtri, exce-*

*exceptis hiis, qui exinde habent franciſiam a monaſterio Caſſinenſi tenentur curiæ ejuſdem caſtri de poſſeſſionibus ſuis, preſtare decimam de fructibus ipſarum poſſeſſionum, videlicet de grano, ordeo, milio, granofarro, ſpelta, ſecena, & fabis, & decimam etiam de muſto proveniente tam de arboribus, quam de vineis, ſeu quacumque alia vite. Item ratione Aquatici de Canape, ſeu lino, tenetur præſtare trigeſimam, ideſt de triginta partibus unam partem. Item dixit, quod de jure municipali ejuſdem caſtri eſt, quod ſi aliquis homo de eodem caſtro relicta habitatione ipſius caſtri conferat ſe ad habitandum extra Abbatiam, & vendat omnia bona ſua ſimul, quod curia Caſſinenſis ejuſdem caſtri recipit tertiariam de ipſis bonis. Si vero per diverſa tempora, & ſeparatim diſtrahat bona ſua, ita quod aliquid ſibi remaneat in eodem caſtro, dicta curia non recipit tertiariam de ipſis bonis diſtractis. Set ſi contingat eundem vendere illud reliquum, quod ſibi remanſit in eodem caſtro, ita quod nihil ibidem ſibi remaneat, dicta curia debet exigere, & recipere tertiariam de ipſo reliquo diſtracto. Si vero contingat aliquem hominem de eodem caſtro conferre ſe ad habitandum infra Abbatiam, relicta habitatione ejuſdem caſtri, & poſſideat aliqua bona ſtabilia in eadem Abbatia vel in aliqua parte ipſius, quod licet contingat eum diſtrahere bona dicti caſtri S. Victoris, cujus habitationem reliquit de ipſis bonis diſtractis, dicta curia non recipit tertiariam. Si vero non poſſideat aliqua bona ſtabilia in Abbatia quantumcumque in aliqua parte Abbatiæ ſibi eligat incolatum, nihilominus de bonis diſtractis in caſtro S. Victoris, cujus habitationem reliquit, curia recipit tertiariam, ſi nihil in eodem caſtro ſibi remanſit, ſecundum diſtinctionem ſuperius annotatam de conferentibus ſe ad habitandum extra Abbatiam. Item dixit, quod homines ejuſdem caſtri, exceptis hiis, qui exinde habent franciſiam, tenentur præſtare Cellarario Caſſinenſi, ratione glandatici, de Scrofis quas habent pro qualibet ipſarum grana quatuor, ſi habeat ultra unam Scrofam, ſi autem unam tantum Scrofam habeat, pro ea nihil præſtat. De pecudibus vero nomine herbatici, quilibet, qui habet decem pecudes, vel plures, tenetur præſtare Cellarario Caſſinenſi decimã de ipſis pecudibus. Item dixit, quod quicumque de eodem caſtro occidit porcum ad tallam præſtat lumbellum, qui communiter, & vulgariter dicitur Filectum, curiæ dicti caſtri, & ſi occidatur etiam vacca, ſeu bos ad tallam, præſtatur pectus ipſius bovis, ſeu vaccæ dictæ curiæ. Item dixit quod jus Plateatici ejuſdem caſtri ſpectat Cellarario Caſſinenſi. Item dixit, quod nullus de eodem caſtro audet conſtruere montanum, ſeu molendinum in eodem caſtro, ſeu territorio ejuſdem, ſine mandato, & licentia domini Abbatis, vel monaſterii Caſſinenſis, quibus conſtructis a quibuſcumque de mandato, & licentia ejuſdem domini Abbatis, vel monaſterii Caſſinenſis. Jus debitum monaſterio Caſſinenſi ex ipſis molendinis præſtatur Cellerario Caſſinenſi; jus vero debitum ex ipſis montanis eidem monaſterio præſtatur curiæ ejuſdem caſtri. Item quod muri domnici, & via publica ejuſdem caſtri ſunt de demanio monaſterii Caſſinenſis ſupra quas vias, & muros dompnicos nulli licet edificare ſine mandato, & licentia dicti monaſterii. Item dixit, quod ſilva de cipreſſis ſunt de demanio monaſterii ſupraſcripti. Item dixit, quod ſi contingat, quod aliqua arbor cipreſſi naſcatur in poſſeſſione alicujus hominis ejuſdem caſtri, prædicta arbor eſt dicti monaſterii, & non poſſeſſoris ipſius terræ, in qua naſcitur. Item dixit, quod quidam locus eſt in territorio ejuſdem caſtri, qui dicitur mons de Caſalibus, qui vocatur Fureſta ex antiquo fuit in demanio ejuſdem caſtri, in qua fureſta nullus homo audebat incidere ſine licentia Cellerarii Caſſinenſis, & ſi aliquis faciebat ibi ceſam de licentia, & mandato ipſius reddebat decimam eidem cellarario de fructibus, & proventibus ex ipſa ceſa. Item dixit, quod nullus de eodem caſtro audeat venari ſine licentia curiæ, & qui contrafacit præſtat bannum curiæ dicti caſtri, quod indictum eſt & impoſitum contra tranſgreſſores venantes contra bannum prædictum, & illi, qui venantur de licentia curiæ ſi capiant urſum, caput & pellem ipſius Urſi præſtant curiæ Caſſinenſi, ſi vero capiant porcum ſilveſtrem, præſtant eidem curiæ ſpallam dexteram cum capite ipſius porci. Item dixit, quod homines ejuſdem caſtri tenentur quolibet anno ſemel præſtare procurationem domino Abbati Caſſinenſi. Item dixit, quod ſi contingat dominum Abbatem Caſſinenſem vocari ad ſummum Pontificem, vel ad regem, homines ejuſdem caſtri tenentur ſubvenire in expenſis factis ab eodem domino Abbate in itinere prædicto, ſecundum quod poſſunt convenire cum eodem. Item dixit, quod homines ejuſdem caſtri tenentur pro ſacra domini Abbatis tempore conſecrationis ipſius præſtare adjutorium eidem domino Abbati. Item dixit, quod ſi contingat monaſterium, vel dominum Abbatem ejuſdem movere exercitum, homines ejuſdem caſtri tenentur ſervire eiſdem in eodem exercitu tribus diebus propriis expenſis ipſorum hominum, poſt ipſos vero tres dies, ſi monaſterium, vel idem dominus Abbas vult retinere ipſos in eodem exercitu, debent exhibere ipſis hominibus expenſas. Interrogatus de cauſa ſcientiæ qualiter ſciret prædicta, dixit quod a tempore ſui recordii, quod eſt de triginta annis ipſe teſtis vidit, & audivit monaſterium prædictum, ſeu curiæ Caſſinenſis exercere, ac exigere, & percipere jura prædicta pro parte eorundem ab hominibus dicti caſtri, & de bonis, & poſſeſſionibus eorundem, exceptis hiis, qui exinde habent franciſiam, ut dictum eſt, ac ipſum monaſterium uti prædictis omnibus percipiendo, & exigendo ea pro tempore ſupraſcripta. Dixit etiam quia ipſe teſtis pluries fuit Bajulus in eodem caſtro pro parte curiæ Caſſinenſis, & parte, & nomine ejuſdem curiæ exercuit, exegit, & percepit omnia ſupraſcripta. Notarius Jeremias juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus &c.* (ſequitur depoſitio aliorum trium teſtium.)

Cives S. Victoris debent ſervire in exercitu monaſterio, & Abbati Caſſinenſi.

Ejuſdem menſis Decembris die decima anni 1270. inquiſitio in oppido S. Petri in fine eſt inſtituta, quæ deinde integra an. 1278. huic inſtrumento inſerta eſt. — Inquiſitio in Oppido S. Petri in fine.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti anno incarnationis ejus milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo octavo, regnante domino noſtro Karolo Dei gratia Jeruſalem, & Siciliæ rege magnifico, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ, almæ urbis Senatore, Principe Acajæ, Andegaviæ, Provinciæ & Fokhr., ac Tornodoni Comite, & Romani imperii per ſanctam Romanam eccleſiam in Thuſcia Vicario generali, regnorum ejus Jeruſalem anno ſecundo, Siciliæ vero anno quartodecimo, menſe Octobris, quartadecima die* — Ex originali in Archivo.

die ejuſdem menſis indictione ſeptima. Preſentis publici ſcripti ſerie declaramus nos magiſter Laurentius Biſa judex, & advocatus Caſſinenſis, quod nobis in majori curia Caſſinenſi reſidentibus preſente venerabili viro Fratre Pandulfo Rectore Caſſinenſi, diſcretus vir Magiſter Stephanus Archidiaconus S. Germani, Yconomus monaſterii Caſſinenſis, & membrorum ejus pro parte, & nomine reverendi patris domini Bernardi Dei gratia Caſſinenſis Abbatis, & monaſterii Caſſinenſis, & membrorum ejus, expoſuit coram nobis, quod cum ad inſtantiam, & petitionem Yconomi Caſſinenſis, de mandato ejuſdem domini Abbatis, preſente Thadao Domini Thomæ ſindico univerſitatis caſtri S. Petri in fine ab eadem univerſitate legitime ordinato per diſcretum virum magiſtrum Nicolaum de Angelo judicem, & advocatum Caſſinenſem, adhibito ſibi Benedicto publico monaſterii Caſſinenſis, & civitatis S. Germani Notario debita ſolemnitate ſervata facta fuiſſet quædam inquiſitio in caſtro prædicto ſuper juribus, redditibus, & ſervitiis debitis ab ipſa univerſitate, & hominibus ejuſdem univerſitatis monaſterio Caſſinenſi, & officiis, ac membris ipſius, & inquiſitio ipſa fuerit per manus ejuſdem notarii Benedicti de mandato ejuſdem judicis in actis redacta, & timeat idem Yconomus, ne eiſdem actis vetuſtate conſumptis, aut aliis caſibus ſupervenientibus, cum ſcripta ſit in cartis bombicinis, quæ durationem diuturnam habere non poſſunt, rei geſtæ valeat memoria deperire, petiit a nobis idem Yconomus, ut acta inquiſitionis ipſius ad cautelam ejuſdem monaſterii Caſſinenſis, authenticari, & in publicum inſtrumentum redigi faceremus, Quia vero juſtis petitionibus ejuſdem Yconomi deeſſe non poſſumus, nec debemus &c. Nos prædictus magiſter Laurentius judex, & advocatus Caſſinenſis una cum Johanne Capuano publico civitatis S. Germani notario, & preſente domino Rectore predicto, & præſentibus ſubſcriptis teſtibus ad hoc ſpecialiter vocatis, & rogatis, prædictam inquiſitionem ad petitionem ejuſdem Yconomi per prædictum Benedictum publicum civitatis S. Germani, & majoris curiæ Caſſinenſis actorum notarium productum, apud quem dicta inquiſitio cum aliis actis publicis, & privatis fideliter ſervatur cuſtodita, & quam idem notarius Benedictus recognovit veram eſſe, & ſua manu ſcriptam de mandato prædicti magiſtri Nicolai judicis, & advocati Caſſinenſis, vidimus, legimus, & inſpeximus diligenter non vitiatam, non cancellatam, nec abolitam, ſed in prima ſui figura exiſtere, & ipſam de verbo ad verbum, nihil addito detracto, vel mutato in præſens publicum inſtrumentum per manus ſupraſcripti notarii Johannis Capuani publicari fecimus, & tranſcribi ad cautelam prædicti domini Abbatis, & monaſterii Caſſinenſis, cujus inquiſitionis tenor per omnia, & ſingula talis erat. Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo die mercurii decimo Decembris, quartadecima indictione. Inquiſitio facta in caſtro S. Petri in fine de mandato dicti domini Abbatis de juribus, & conditionibus debitis ab hominibus ipſius caſtri dicto monaſterio Caſſinenſi, & membris ejus ad petitionem, & inſtantiam magiſtri Bruni Archidiaconi S. Germani, ſindici Yconomi, & Procuratoris dicti monaſterii, præſente Thadeo de Thom. Sindico dicti caſtri ſtatuto per univerſitatem caſtri ejuſdem. Petrus de Guillo. juratus, & interrogatus de juribus, & conditionibus, quibus homines caſtri S. Petri in fine generaliter ſunt adſtricti monaſterio ſeu curiæ Caſſinenſi, tam ratione perſonarum, quam etiam ratione bonorum, & poſſeſſionum ipſorum exceptis iis, qui exinde habent franchitiam, & libertatem ab eodem monaſterio Caſſinenſi, dixit quod generaliter homines ejuſdem caſtri exceptis iis, qui exinde habent Franchitiam, ut dictum eſt, ab eodem monaſterio, tenentur ad redditus infraſcriptos, ex municipalis juris, & antiquata conſuetudine obtenta in eodem caſtro. Videlicet ille qui habet par boum, exceptis illis, qui exinde habent franchitiam, vel non ſunt ordinati per curiam, cum aliud ſervitium tenentur præſtare curiæ, qualibet hebdomada unam operam cum ipſis bubus, ſi vero caret bubus, tenetur præſtare ipſi curiæ de perſona ſua operam unam, ſimiliter qualibet ſeptimana cum brachiis. Item quilibet ipſorum tenetur annuatim præſtare dictæ curiæ Caſſinenſi quatuor ſalutes. Videlicet in nativitate Domini ſpallam unam de porco ſi habet porcum, & par unum de boccellatis. Si vero caret porco, debet tantum par unum de boccellatis in eodem feſto. Item in feſto Reſurrectionis Domini Fladonem unum, & par unum de boccellatis, & in quadrageſima par unum de cannulis de ficubus, & in feſto beatæ Mariæ de Auguſto par unum de pullis. Item de poſſeſſionibus ſuis exceptis iis, qui habent franchitiam tenetur quilibet generaliter reddere terraticum, videlicet de ſeptem partibus unam ſcilicet de grano, hordeo, millio, fabis, & vino de vineis. Item de omnibus terris, de quibus debetur terraticum, ſi contingat ſeminari canape in eis, debetur Aquaticum curiæ Caſſinenſi, videlicet de triginta partibus unam. Item Jus plateatici dicti caſtri pertinet ad Cellerarium Caſſinenſem.

Cives S. Petri debent ſolvere pro terratico VII. grani, &c. monaſterio Caſſinenſi.

Item dixit, quod quilibet de eodem caſtro, qui non habent exinde franchitiam, tenentur præſtare dictæ curiæ annuatim pro qualibet domo, ſeu foculari, ſit focus duas gallinas, unam in nativitate Domini, & aliam in Reſurrectione Domini. Item dixit, quod ſi contingat, aliquem hominem ejuſdem caſtri ſancti Petri relinquere habitationem ejuſdem caſtri, & transferre habitationem ſuam extra Abbatiam Caſſinenſem, & diſtrahere bona ſua, quæ poſſidet, & habet in eodem caſtrò, vel territorio ejuſdem, ſi omnia bona ſimul diſtrahat, quod nihil ſibi remaneat, ibidem curia capit tertiariam de omnibus ipſis bonis. Si vero contingat, ipſum ſemotim, & diverſis temporibus diſtrahere bona ſua, conſervata ſibi tantum domo in eodem caſtro, ſeu caſalino, ad cujus alienationem nondum proceſſit, curia nihil capit ratione tertiariæ de bonis ipſis diſtractis, ſi vero poſtmodum vendat ipſam domum, ſeu caſalinum, quæ ultimo ſibi remanſerat, capit curia tertiariam de ipſa domo, ſeu caſalino, ſi vero prædictus homo, qui deſerit habitationem dicti caſtri, & transfert ſe ad habitandum, ut dictum eſt, extra Abbatiam, vendat primo domum ſuam, ſeu caſalinum, quæ habet in eodem caſtro conſervatis ſibi aliis bonis, quæ habet, & poſſidet in eodem caſtro, vel territorio ejus, curia capit tertiariam de ipſa domo, ſeu caſalino, & ſi poſtmodum ſucceſſive poſt diſtractionem ipſius domus, ſeu caſalini vendat alia bona ſua, quæ habet in eodem caſtro, & territorio ejus, ſive ſimul ſive ſemotim, & ſive remaneant eidem alia bona in eodem caſtro, ſeu territorio ejuſdem, ſive non, ſimiliter curia capit ter-



Digitized by Google

*tertiariam de bonis diſtractis a tempore prædictæ deſertæ habitationis. Item dixit, quod homines ejuſdem caſtri generaliter qui exinde non habent franchitiam, vel exinde non ſunt exempti per curiam Caſſinenſem, qui habent porcos ratione glandatici, tenentur præſtare curiæ Caſſinenſi ejuſdem caſtri de porcis magnis decimam, hoc eſt de decem unum. De parvis vero porcellis de quindecim unum. Item ratione herbatici de pecudibus quilibet tenetur præſtare decimam partem agnorum cellerario Caſſinenſi. Item dixit, quod generaliter nulli de eodem caſtro licet conſtruere molendinum, ſeu montanum in eodem caſtro, vel territorio ejuſdem, ſine mandato, & licentia curiæ, & ſi contingat aliquem conſtruere Montanum, ſeu Molendinum in eodem caſtro, vel territorio ipſius, jus quod tenent ipſius montanis debetur monaſterio Caſſinenſi, redditur curiæ dicti caſtri; jus vero, quod ex molendino debetur eidem monaſterio redditur Cellerario Caſſinenſi. Item dixit, quod nulli hominum dicti caſtri licet occupare de viis publicis, ſeu edificare ſupra ipſas vias, ſeu muros Dompnicos ſine licentia majoris curiæ Caſſinenſis. Item dixit, quod homines caſtri ejuſdem, exceptis nobilibus, ſi contingat eos venari, & capere urſum reddere tenentur monaſterio Caſſinenſi caput, & pellem cum branchiis ipſius animalis. Si vero in ipſa venatione contingat ipſos capere porcum ſilveſtrem tenentur reddere de ipſo porco dicto monaſterio quarterium anterius uſque ad collum cum coſtato. Ita quod ex ipſo conſtato remaneant tres coſtæ tantum in quarterio poſteriori. Nobiles autem de ipſa venatione, ſeu qualibet alia nihil tenentur reddere. Pro qua venatione tam nobilium, quam aliorum non eſt neceſſaria aliqua licentia impetranda. Item dixit, quod nulli de eodem caſtro licet in monte Sanbuculi incidere ceſam de novo ſine licentia curiæ, vel etiam imponere ignem, exceptis illis, qui in eodem monte habent determinatas poſſeſſiones ſuas, & ſi contingat caſualiter in eodem monte ignem immitti, & ex eo aliquam partem compuri, quicumque vult in ipſa parte caſualiter de novo combuſta facere ceſam, & ſeminare eam, tenetur hoc facere de licentia cellerarii Caſſinenſis, & de fructibus, ſeu proventibus ipſius ceſæ tenetur reddere decimam eidem Cellerario & cannellos duos de ficubus, niſi ſint nobiles. Nobiles enim immunes ſunt & liberi a præſtatione decimæ, & cannellis de ficubus prædictis. Item dixit, quod homines ejuſdem caſtri tenentur ſemel in anno præſtare procurationem domino Abbati Caſſinenſi, ſi contingat eum venire ad caſtrum prædictum, vel ſi contingat eum perſonaliter non accedere ad caſtrum prædictum, tenentur præſtare eidem pro ipſa procuratione unciam auri unam, & dimidiam. Item dixit, quod ſi contingat aliquando dominum Abbatem Caſſinenſem vocari ad ſummum Pontificem, vel ad regem homines ejuſdem caſtri conſueverunt ſubvenire eidem pro expenſis factis ab eodem pro ipſa vocatione, ſecundum quod melius poſſunt convenire cum eodem, ſeu cum officialibus ſuis. Item dixit, quod pro ſacra ejuſdem domini Abbatis tempore conſecrationis ejuſdem tenentur præſtare eidem tār. amalfiæ ducentos. Item dixit quod ſi contingat, Monaſterium Caſſinenſe vel dominum Abbatem movere exercitum, homines ejuſdem Caſtri tenentur ſervire eidem in eodem exercitu, videlicet de qualibet domo ipſius Caſtri unus homo expenſis propriis tribus diebus infra Abbatiam Caſſinenſem, poſt vero ipſos tres dies expenſis dicti monaſterii, vel domini Abbatis ſervire tenentur, exceptis nobilibus, qui ſervire debent in ipſo exercitu pro expenſis dicti monaſterii, vel Abbatis.* Abbatis, & monaſterium cigebant exercitū, *Dixit etiam, quod ſi contingat dictum monaſterium vel dominum Abbatem velle proficiſci ratione exercitus, vel ex aliqua cauſa ad alias partes, ſive infra Abbatiam, ſive extra Abbatiam ad requiſitionem ipſius monaſterii, vel domini Abbatis, univerſi homines ejuſdem caſtri tenentur adjuvare, & decenter munire unum militem armis in uno equo ad arma, Somerium vero, & unum Roncinum cum ſcutifero tenetur idem dominus Abbas, ſeu monaſterium præſtare eidem militi in prædicto ſuo ſervitio; & omnes expenſas neceſſarias, & ſtipendia dicta univerſitas ejuſdem Caſtri tenetur preſtare eidem militi uſque ad quindecim dies, & ſi contingat infra dictos quindecim dies dictum equum ad arma mori, periculum, & caſus ipſius equi erit dictæ univerſitatis, poſt prædictos vero quindecim dies, idem Dominus Abbas, ſeu monaſterium tenetur præſtare dicto militi tam ſtipendia, quam expenſas neceſſarias, & ſi etiam poſt ipſos quindecim dies contingat ipſum equum ad arma mori, periculum, & caſus ipſius equi ſpectat ad prædictum dominum Abbatem, vel monaſterium Caſſinenſe. Interrogatus de cauſa ſcientiæ qualiter ſciret prædicta, dixit, quod ipſe teſtis a tempore ſui recordi vidit, & audivit exerceri, exigi, & percipi prædicta pro parte curiæ Caſſinenſis ab hominibus ejuſdem caſtri, & de bonis, & poſſeſſionibus eorundem, ſicut ſuperius diſtinctum eſt, ac ipſa curia Caſſinenſis per ſe, & offitiales ſuos in eodem caſtro uti juribus ſupraſcriptis, & exercere prædicta. Interrogatus de tempore ſui recordi, videlicet quanto tempore recordatur prædicta, dixit, quod ſpatio quinquaginta annorum, & plus. Dixit etiam, quod ipſe etiam teſtis per plures annos pro parte curiæ Caſſinenſis fuit bajulus in eodem caſtra, ac exercuit, exegit, & percepit prædicta pro parte dictæ curiæ Caſſinenſis. Archipresbyter Petrus juratus, & interrogatus dixit, idem per omnia quod proximus, excepis tamen, quod ipſe non fuit bajulus ejuſdem caſtri, nec exercuit, vel percepit prædicta jura pro parte curiæ Caſſinenſis. Dominus Joannes de Venafro juratus, & interrogatus, dixit idem, quod primus, excepit tamen de ſalutibus illorum, qui non habent franchitiam, & & de terratico, & decimis poſſeſſionum de quibus dixit ſe non poſſe certificare. Excepit etiam de ſubventione ſumptuum, quando contingit dominum Abbatem Caſſinenſem vocari ad ſummum Pontificem, vel Regem, de quibus dixit ſe non recordari. Excepit etiam de Roncino, qui debet præſtari per Dominos Abbates, ſeu monaſterium militi prædicto exiſtenti in ſervitio ſuo, de quo dicti Abbates, ſeu monaſterium debent præſtare eidem militi unum palafredum ad equitandum, & non roncinum prædictum. Excepit etiam de tempore ſui recordi, de quo dixit ſe recordari, ac vidiſſe, & audiſſe prædicta ſpatio triginta annorum, & plus. Presbyter Johannes de Hugone juratus, & interrogatus dixit idem, quod Archipresbyter Petrus. Presbyter Nicolaus de Perna juratus, & interrogatus dixit idem, quod primus, excepto quod ipſe teſtis non fuit Bajulus dicti caſtri nec exercuit, vel percepit jura prædicta pro parte curiæ Caſſinenſis. Petrus domini Raymundi juratus,*

&

Digitized by Google

*& interrogatus dixit idem, quod primus, excepit tamen de glandatico porcorum, de quo dixit ſe non poſſe certificare, excepit etiam de quantitate ducentorum tar. Amalfiæ pro ſacra, de quorum tar. quantitate dixit ſe ignorare. De Palafredo autem præſtando militi, & non roncino in ſervitio monaſterii, vel Domini Abbatis dixit idem, quod domnus Joannes de Venafro. Notarius Joannes juratus, & interrogatus dixit idem, quod primus, excepto de tempore ſui recordi, de quo dixit ſe recordari prædicta ſpatio viginti quatuor annorum, excepit etiam de milite, qui debet adjuvari per univerſitatem caſtri S. Petri ad ſervitium monaſterii, vel domini Abbatis, ſicut dictum eſt, de quo dixit ſe ſcire prædicta ex communi recordo, & fama publica univerſorum hominum dicti caſtri, quia propterea, quod ipſe teſtis juvenis eſt non vidit tempore ſuo dictum militem requiri, ſeu adjuvari. Excepit etiam ipſe teſtis, quia dicta jura non exercuit pro parte curiæ Caſſinenſis. Jobele juratus, & interrogatus dixit idem, quod primus, excepto de glandatico porcorum, de quo glandatico dixit ſe certificare non poſſe. Excepit etiam de cenſu debito pro molendinis, de quo dixit, quod aliqua molendina ejuſdem caſtri debent cenſum curiæ Caſſinenſi, & aliqua Veſtarario Caſſinenſi, ſecundum quod continetur in Inſtrumentis eorum, excepit etiam de ſumptibus, quos faciunt domini Caſſinenſes quando vocantur ad ſummum Pontificem, vel ad Regem, de quibus dixit ſe certificare non poſſe. Presbyter Joannes Friſſella juratus, & interrogatus dixit idem, quod Archipresbyter Petrus. Excepit tamen de ſubventione ſumptuum, quos contingit facere Abbates Caſſinenſes cum vocantur ad ſummum Pontificem, vel ad Regem, de quibus ſe ignorare. Presbyter Joannes de Abbate juratus & interrogatus dixit idem, quod proximus, & excepit de Roncino, in cujus loco Abbas tenetur dare Palafredum militi eunti ad ſervitium monaſterii, de quo dixit idem, quod domnus Joannes de Venafro, & addidit de tempore ſui recordi, de quo dixit de ſexaginta annis. Excepit tamen de terratico vinearum, de quo dixit, quod non percipitur Terraticum de eis a tempore quo plantantur uſque ad ſeptem annos. Vnde ad futuram memoriam, & tam prædicti domini Abbatis, quam monaſterii Caſſinenſis cautelam ad petitionem ejuſdem Yconomi Caſſinenſis de prædictis omnibus fieri fecimus præſens publicum inſtrumentum per manus prædicti Joannis Capuani publici civitatis S. Germani notarii, noſtra & ſubſcriptorum teſtium ſubſcriptionibus roboratum. Quod ſcripſi ego prædictus Joannes Capuanus publicus dictæ civitatis S. Germani notarius de mandato judicis ſupraſcripti, qui prædictam Inquiſitionem vidi, legi, & nihil addito vel mutato præſens publicum inſtrumentum tranſumpſi, atque tranſcripſi, & meo ſigno ſignavi. Actum in civitate S. Germani. Locus † Signi notarii. † Ego qui ſupra magiſter Laurentius Biſa judex, & advocatus Caſſinenſis prædictam inquiſitionem vidi, legi, non cancellatam, non vitiatam, non abolitam, & in hoc tranſumpto publico inſtrumento ſubſcripſi. † Ego Frater Riccardus Vicedecanus Caſſinenſis prædictam inquiſitionem vidi, legi, & in hoc tranſumpto ſubſcripſi. † Ego Nicolaus Archipresbiter S. Germani prædictam inquiſitionem vidi, legi, & in hoc tranſumpto ſubſcripſi. Ego magiſter Bartholomeus prædictam inquiſitionem vidi, legi, & in hoc tranſumpto ſubſcripſi. † Ego magiſter Franciſcus de Juris a prædictam inquiſitionem vidi, legi, & in hoc tranſumpto ſubſcripſi. † Ego Thomas Ambroſianus prædictam inquiſitionem vidi, legi, & in hoc tranſumpto ſubſcripſi. † Ego notarius Abraymans prædictam inquiſitionem vidi, legi, & in hoc tranſumpto ſubſcripſi. † Ego Benedictus de Maſcabruno prædictam inquiſitionem vidi, legi, & in hoc tranſumpto ſubſcripſi.*

Inter alia, quæ teſtes depoſuerunt dum anno 1270. in caſtro S. Angeli inquiſitio fieret habentur hæc: *Item dixit, quod quotiens contingit eundem domnum Abbatem Caſſinenſem conferre ſe ad balnea Mirtulæ Archipræsbyter, & clerus, ac judices ejuſdem caſtri tenentur ſimul facere unum bonum exenium, & mittere ipſum eidem dño Abbati ad balnea ſupraſcripta juxta formam privilegii ſupraſcripti. Item dixit quod generaliter homines ejuſdem caſtri, tam nobiles, quam alii tenentur ſervire monaſterio Caſſinenſi, ſeu Dominis Abbatibus ejuſdem monaſterii in exercitu, quem contingit dictum monaſterium movere infra Abbatiam tantum, & expenſis ejuſdem monaſterii, ſecundum formam privilegii ejuſdem caſtri.*

Balneorum Mortulæ mentio quoque fit in inquiſitione in oppido S. Andreæ inſtituta, in qua Ægydius presbyter hæc deponit: *Quod quotiens contingat doñum Abbatem Caſſinenſem, vel aliquos Monachos monaſterii Caſſinenſis de ſpeciali mandato ipſius ſe conferre ad balnea Mirtulæ angarii dicti caſtri tenentur ire ad dicta balnea, ac deferre, & miniſtrare eiſdem ligna neceſſaria ad uſum quoquinæ ipſorum ibidem, & pro ipſo Domino Abbate purgare, & parare ipſa Balnea, cum contingat eundem illuc ſe conferre, ad quam purgationem balneorum non tenentur aliis monachis.* Eadem balnea in pluribus archivi noſtri monumentis recenſentur. Haud amplius extant balnea, licet hactenus, aquæ ſuperſint calidæ, & ſulphureæ. In agro tamen Suji qui mortulæ ſubſequitur, balnea adhuc ſulphurea pluribus medendis infirmitatibus apta videre eſt, cum de flumine Gariliano deſcripſimus. Hujuſcemodi balneorum aquæ calidæ ſunt, & ſulphureæ, eaſque hactenus haud ſine utilitate plures adeunt. De illis forte loquitur Plinius, cum libro 2. Rerum naturalium cap. 103. ait: *Sed, & fontium plurimorum natura mira eſt fervore; idque etiam in jugis Alpium, ipſoque in mari inter Italiam & Ænariam, & in Bajano ſinu, & Lyri fluvio, multiſque aliis.* Hincque forſan ſulphureus appellatus a Silvio Italico *Lyris fluvius* libro 8., qui & lib. 12. habet; *Fumantem texere giganta Fregellæ.* Erant Fregellæ Romanorum Colonia, ubi modo eſt Ponſcurvus, vel Ceparanum, ut probat Cluverius, & Aldus Manutius, quæ oppida pluribus lapidibus Mortula diſtant. Appoſite ad rem noſtram hæc ſcribit Camillus Peregrinius in correctionibus ad Anonymum Caſſinenſem pag. 115. *Fumantem enim gigantem ab urbe Fregellis comprimi, ac tegi id valet juxta conſuetam antiquis affabulationem, quod locum ſuapte natura ſubterraneos per omneſque alere ignes; ex quibus quidem ignitis locis tum ſulphureos odores, tum fervidas emanare aquas, experimento non uno conſtat.* Alias a nobis dictum, in territorio Fontanæ, Campi Lacti in præſentiarum S. Eleu-

Balnea Mirtulæ.

Digitized by Google

Eleutherii nuncupati, flumini Lyris, ſeu Carnello rivum permiſceri aqua ſulphurea copioſum, rapideque a radicibus vicini montis ex parte orientali excurrentem; qui quidem campi Lacti, ſeu lactei locus parum Ceparano diſtat, deque ejus rivo loquitur Silius.

Fides Regeſti I. Bernardi Abbatis.

In aliis quoque cœnobio Caſſinenſi ſubditis caſtris inquiſitiones hæ generales ſunt factæ, quas, quod mox allatis ſint ſimiles, omittimus, ne otio abuti videamur. Recenſitæ vero omnes in caſtro Pediſmontis, S. Eliæ, S. Victoris, S. Petri in ſine, initæ inquiſitiones a Præſidente Salernitano extractæ ſunt ex regeſto I. Bernardi, inſertæque ſæpius memorato proceſſui Portulaniæ a pag. 324. ad 329. Ab eodem regeſto aliæ ſcripturæ in laudato proceſſu exſcriptæ a pag. 209. ad 212. Inde quoque doctiſſimus conſiliarius Scipio Rovito in contradictorio judicio quaſdam pro monaſterio Caſſinenſi ſcripturas exſcripſit, quæ pro veris ſunt habitæ, quemadmodum & illæ a Salernitano extractæ. Scripturæ ab Rovito extractæ extant in proceſſu controverſiarum inter cœnobium noſtrum, atque civitatem S. Germani, cujus indigenæ contendebant molendina iis in aquis ædificare, quas ortas aſſerebant in quibuſdam e ſuis viridariis; cum tamen hujuſcemodi ædificiorum prohibendorum jus ſit penes cœnobium Caſſinenſe, ut ex mox allatis inquiſitionibus conſtat, alibique fuſius conſtabit. Proceſſus a Rovito factus aſſervatur in Banca Figliolæ. Scripturas ab eodem regeſto extractas admiſit, probavitque ſacra Romana Rota, celeberrimum toto chriſtiano orbe tribunal, *coram Albergato montis Caſſinen. Præeminentiarum 30. Aprilis 1677., 14. Aprilis 1679., & 27. Januarii 1681.* in quibus Deciſionibus firmatum a S. Rota eſt, eccleſiam monaſterii Caſſinenſis eſſe cathedralem diœceſeos Caſſinenſis, haud vero talem eſſe collegiatam S. Germani, ut ejus Canonici contendebant.

Caſtrum Cardetum ab undecimo ſæculo Caſſinatibus ſubjectum.

Bernardi Abbatis decreto (Bannum vocant) per univerſa Abbatiæ Caſſinenſis oppida promulgato, ſancitum eſt, ut ſi quis conceſſiones haberet, immunitates, aliaque privilegia, ejus rei documenta exhiberet, quæ in monaſterii regeſto exſcriberentur; primum exhibitum fuit hoc monumentum.

Ex cit. Regeſto fol. 47.

*Anno Domini milleſimo centeſimo, menſe Octubris &c. Coram nobis magiſtro Barthilomeo judice, & advocato Caſſinenſi tractata eſt queſtio inter curiam Caſſinenſem, & quoſdam homines Cardeti, videlicet eos, qui ſunt de caſata quæ dicitur delli Papa, ſcilicet Petrum de Marotta; Johannem de Berta, Joannem Papam, Jacobum, Joannem Papam, Stephanum Joannis Papæ, Petrum Joannis Papæ, Bernardum Joannis Papæ, Nicolaum, & Joannem de Domno Petro, curia dicente, quod debebant facere ſervitia, quam alii homines de Cardeto faciunt, qui reſpondebant ſe alio tempore fuiſſe de hoc appellatos, & judiciali ſententia abſolutos. Super quo productis teſtibus pluribus bonis hominibus probaverunt per eos, quod olim Frater Nicolaus de Babuco Balius Terræ S. Benedicti, eos de ſimili tempore appellavit preſidente Magiſtro Petro judice, & advocato Caſſinenſi, & coram eo probaverunt per bonos homines, quod longiſſimo tempore, id eſt a ſexaginta annis retro liberi fuerant a conſuetis redditibus aliorum hominum ipſius caſtri, & non reddebant annuatim niſi in Paſca, viginti piczas, & octo cuppos in feſto Aſſumptionis S. Mariæ, tantumdem in feſto natalis viginti piczas inter omnes. Quo probato, prædictus magiſter judex, habito conſilio, ſententialiter abſolvit eos a petitione curiæ, ut non teneantur alios redditus, niſi ſupraſcriptos, curiæ Caſſinenſi facere. Cum ergo hæc coram nobis fuiſſent manifeſte probata, nec curia Caſſinenſis aliquid in contrarium proponeret, nos, habito conſilio, pronunciavimus, ſtandum eſſe rei judicatæ, confirmantes ſupraſcriptam ſententiam, ut de cætero non teneantur ſupraſcripti homines, & eorum heredes alios redditus annuos facere, niſi eos, qui ſuperius ſunt enumerati. Ad perpetuam ergo ipſorum ſecuritatem, hoc eis inſtrumentum fieri fecimus. Quod tibi Nicolao publico notario ſcribere commiſimus. Actum in civitate S. Germani. † Ego qui ſupra magiſter Bartholomeus judex, & advocatus Caſſinenſis. † Ego Argiro judex. † Ego Joannes Petri comitis interfui, & ſubſcripſi.* Ex hoc inſtrumento evidenter juriſdictio cœnobii Caſſinenſis in caſtrum Cardeti conſtat.

Judex Generalis & Juſtitiarius ab Abbate Caſſinenſi creati.

Adnotanda hæc inſtrumenti a notario Johanne de S. Elia an. 1266. die 25. Martii rogati verba, ex quibus judicem generalem, atque juſtitiarium ab Abbate Caſſinenſi creatos conſtat.

Ex cit. Reg. fol. 98.

*Nos Henricus Abbatiæ Caſſinenſis judex generalis, Leonardus Stultus judex caſtri S. Eliæ, Johannes publicus ejuſdem caſtri notarius; preſenti ſcripto publico declaramus, quod in noſtri preſentia, & teſtium ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum dominus Umbertus Aiglerius miles Abbatiæ Caſſinenſis juſtitiarius de ſpeciali, & expreſſo mandato rever. patris domini Bernardi præfati monaſterii Abbatis Petrum de Perrecta de S. Elia ſeneſcalcum cancellariæ domini Papæ miſit, & poſuit in corporalem poſſeſſionem domus, furni, Terrarum, & poſſeſſionum infraſcriptarum exiſtentium in prædicto caſtro, vel tenimentis ejus, cujus domus confines ſunt &c. Quod ſcripſi ego prædictus Joannes publicus notarius antedicti caſtri de mandato dicti Juſtitiarii &c. † Ego Umbertus Aiglerius miles Juſtitiarius Abbatiæ Caſſinenſis ſubſcripſi &c. Ego Nicolaus miles interfui &c.* Ex autographo hujuſce inſtrumenti copiam extraxit Terriſius an. 1270. notarius imperialis, Theodinus, aliique ſedis apoſtolicæ notarii.

Decretum Bernardi pro fraudibus vitandis.

Ut quorumdam fraudibus obviam iret Bernardus, qui Abbatis Caſſinenſis literas, atque diplomata confingebant, ſalutare hoc decretum edidit anno 1271., ex quo juriſdictio Abbatis Caſſinenſis concedendi immunitates, libertatemque ſuis ſubditis conſtat, condendique proceſſus, ſententias &c. *Quia nos Bernardus, &c. poſt emiſſionem prædictorum bannorum per Abbatiam Caſſinenſem ex parte noſtra publice emiſſorum nonnulli iniquitatis filii, tam ſuper libertatibus, & immunitatibus, quam etiam ſuper aliis conceſſionibus repreſentatas nobis nonnullas cautelas ſigillis prædeceſſorum noſtrorum, & eorundem ſubſcriptionibus ſigillata, & ſubſcripta, prima facie videbantur, manifeſte invenimus fore falſas cum nec veris ſigillis, aut ſubſcriptionibus prædictorum prædeceſſorum noſtrorum ſubſcripta eſſent, aut etiam ſigillata. Dubitantes quamplurimum, ne ſimiliter in literis, & cautelis noſtris poſſit impoſterum aliqua falſitas immiſceri, aut ſuper*

Ex cit. Reg. fol. 103. at.

con-

Digitized by Google

*conceſſionibus noſtris aliis proceſſibus, aut ſententiis, ac aliis negotiis quibuſcumque falſa littera, atque cautela, tamquam ſigillata a nobis, aut ſubſcripta ſubſcriptione noſtra in futurum per malitiam ſolitam oſtendantur. Volumus, ſtatuimus, & etiam ordinamus, ut ſi qua litera, atque cautela, quaſi ſigillata noſtro ſigillo, aut ſubſcripta noſtra ſubſcriptione, ſive ſuper immunitatibus, & libertatibus, ſive ſuper conceſſionibus, proceſſibus, & ſententiis, ac aliis quibuſcumque negotiis apparuerint, quæ in hoc præſenti regiſtro regiſtrata non invenientur, quæ tamquam a nobis prorſus non ſigillata nec ſubſcripta robur non habeant firmitatis. Sed eas falſas dicimus, & veritatis vigore carere, tamquam non ſubſcriptas a nobis, & etiam ſigillatas. Actum in monaſterio Caſſinenſi anno Dñi 1271. ultimo Decembris indictione quartadecima.*

Theobaldus de Vaſſeo notarius Abbatiæ Caſſinenſis creatus. Eodem anno 1271. Bernardus Abbas aſſentientibus monachis, atque magiſtro Nicolao de Angelo judice, atque advocato Caſſinenſi publicum totius Abbatiæ Caſſinenſis notarium creavit Theobaldum de Vaſſeo, ut ex inſtrumento conſtat rogato a notario Benedicto a S. Germano, in quo hæc ſunt præcipua: *Recepto a te corporali ad ſancta* (Ex cit. Regeſto fol. 104. a t.) *Dei evangelia juramento de officio ipſo per te fideliter exercendo, ac etiam de veritate ſcribenda &c. Recepto etiam a te Sacramento fidelitatis, & ligii, homagii, quod nobis, & eidem monaſterio præſtitiſti &c.*

Sacramentum fidelitatis Abbati præſtitũ. Die 14. Januarii ejuſdem anni 1271. hujuſcemodi juramento accolæ S. Petri in Curulis Bernardo Caſſinenſi Abbati ſeſe obſtrinxere, ut ex inſtrumento conſtat rogato a notario Benedicto: *Anno Domini &c. apud S. Petrum de Curulis coram ma-* (Ex cit. Reg. fol. 105.) *giſtro Nicolao de Angelo judice, & advocato Caſſinenſi, Benedicto publico civitatis S. Germani Notario, & teſtibus ſubſcriptis vid. magiſtro Bruno Archidiacono S. Germani, magiſtro Nicolao de Junctura, domino Alberto, domino Petro de Magiſtro, domino Senibaldo, magiſtro Franciſco Prothonotario Caſſinenſi, notario Thoma de Teramo, & dño Petro Burgundione Caſtellano Roccæ Guillelmi infraſcripti homines caſalis S. Petri de Curulis præſtiterunt homagium, & ſacramentum fidelitatis rev. patri domino Bernardo Dei gratia Caſſinenſi Abbati &c.* Nomina deinde eorum recenſentur, qui ſacramentum præſtiterunt: *præſente Jacobo de Leone ſtatuto Sindico ad videndum juramenta, &c.*

Bona quædam Richardo de Monte nigro retroceſſa. Rogaverat paucos ante dies Benedictus notarius Januarii die 6. an. 1271. inſtrumentum, quo Bernardus Abbas bona quædam retroceſſit Richardo de Montenigro. Nos hic quædam ſolummodo delibabimus, quæ ad juriſdictionem cœnobii noſtri, atque nobiliſſimæ de monte Nigro gentis hiſtoriam illuſtrandam maxime conferunt: *Nos Bernardus* (Ex cit. Reg. fol. 106.) *&c. & conventus monaſterii Caſſinenſis fatemur vos nobilem virum dominum Riccardum de monte nigro frequenter audiviſſe, & interpellaſſe nos, ut bona, quæ quondam dominus Riccardus de Monte nigro olim magiſter juſtitiarius patruus veſter habuit, & poſſedit tam in caſtro Pontiſcurvi, & territorio ejus, quam in aliis caſtris, & locis Abbatiæ Caſſinenſis, & vos ſimiliter poſt mortem ipſius habuiſtis &c. uſque ad tempus, quo de regno exulare coacti fuiſtis, ob devotionem quam habebatis ad Sanctam Romanam eccleſiam tempore qm. Manfridi olim principis Tarentini, quorum bonorum quædam per nos poſſidebantur, & reliqua alia per quoſdam ſpeciales homines Abbatiæ vobis reſignare, & reſtituere deberemus, & mandare reſtitui, quod, ut dictum eſt, ab aliis poſſidebantur, affirmantes bona ipſa &c. vobis rationabiliter pertinere ex ſucceſſione prædicti qm. patrui veſtri, juxta formam conventionis dudum habitæ, & firmatæ inter eundem patruum veſtrum ex parte una, & qm. dominum Thomam de Monte nigro genitorem veſtrum ex altera &c. ad quam poſſeſſionem etiam recuperandam allegatis privilegium pro exulibus indultum per Romanam eccleſiam prædictam. Nos vero pro eo quod tempore felicis ingreſſus excell. domini noſtri regis Karoli in regnum, quo nos prædictus Abbas ingreſſi fuimus cum eodem poſſeſſionem prædictorum bonorum invenimus penes dominum Jacobum de Aquino, & dominam Yſoldam Nurum ipſius, qui ob læſam conſcientiam criminis læſæ majeſtatis, quod commiſerunt tam contra prædictam S. Romanam eccleſiam, quam etiam contra eumdem dominum noſtrum regem abſentaverunt ſe de regno prædicto, propter quod bona ipſa omnia, & poſſeſſionem ipſorum capi fecimus, tamquam ad nos, & eccleſiam Caſſinenſem devoluta. Diſtulimus bona ipſa &c. vobis &c. mandari reſtitui per alios poſſeſſores Abbatiæ Caſſinenſis donec eſſemus de juribus veſtris plenius informati. Verum quia ad præſens tam de conventione prædicta habita inter prædictos dominum Riccardum qm. patruum veſtrum, & dominum Thomam genitorem veſtrum, quam etiam de ſucceſſione prædicti patrui veſtri, ex eo quod ex ipſo non ſuperſunt filii maſculini ſexus juxta formam conventionis prædictæ, nec non & de poſſeſſione ipſorum bonorum per vos habita poſt mortem ejuſdem patrui veſtri uſque ad tempus, quo, ut dictum eſt, ob devotionem Romanæ eccleſiæ de regno Siciliæ exulaſtis, tam ſuper proprietatem, quam ſuper poſſeſſionem, juxta formam prædictam pro exulibus traditam de plano, & ſummarie liquido docuiſtis. Attendentes etiam fidem, & devotionem veſtram, quam erga perſonas noſtras, & dictum monaſterium Caſſinenſe habuiſtis hactenus, & habetis &c. Nos bona noſtra, & ſpontanea voluntate, habendo nobiſcum magiſtrum Nicolaum de Angelo judicem, & advocatum Caſſinenſem, in præſentia ipſius judicis, Benedicti publici monaſterii Caſſinenſis, & civitatis S. Germani notarii, & teſtium ſubſcriptorum &c. vid. magiſtri Bruni Archidiaconi S. Germani, domini Thomæ de Leto, domini Riccardi, magiſtri Roffridi, domini Petri magiſtri Roffridi, domini Petri de magiſtro, magiſtri Franciſci Prothonotarii Caſſinenſis &c. reſtituimus, & reſignamus vobis prædicto domino Riccardo corporalem poſſeſſionem exiſtentem penes nos, & dictum Monaſterium Caſſinenſe, omnium bonorum, quæ tam idem magiſter Juſtitiarius patruus veſter, dum vixit, quam vos etiam poſt mortem ejus habuiſtis, & poſſediſtis in caſtro Pontiſcurvi, & ejus Territorio, necnon & aliis terris Abbatiæ Caſſinenſis, exceptis bonis, quæ ſunt de demanio noſtro, & eccleſiarum noſtrarum, quæ bona nobis adſervamus &c. & eo tamen ſalvo, & reſervato vobis, quod ſi aliqua jura ſperatis habere in prædictis bonis de demanio noſtro, & eccleſiarum noſtrarum nobis reſervatis, promittimus exinde vobis facere fieri juſtitiam per cognitionem ſummariam, & de plano in noſtra curia Caſſinenſi; cedimus etiam &c.*

vobis

Digitized by Google

*vobis omne jus &c. nobis, & dicto monaſterio competens &c. tam in prædictis bonis vobis reſtitutis, quæ per nos, ſeu nomine noſtro, ut dictum eſt, poſſidebantur, quam contra quaſcumque alias perſonas, ratione bonorum, & jurium, quæ idem Patruus veſter, & vos etiam poſt mortem ejus habuiſtis in prædictis terris Abbatiæ Caſſinenſis &c. quas perſonas vobis pro prædictis bonis, & juribus conſequendis, quæ invenientur poſſidere, ſeu contra quas eidem patruo veſtro competiſſe, & eaſdem perſonas ſibi realiter, ſeu perſonaliter aſtrictas fuiſſe convenimus, & promittimus diſtringere ad juſtitiam faciendam de plano, & ſummarie, ſine ſtrepitu judicii in noſtra curia Caſſinenſi, juxta formam prædictam traditam pro exulibus per ſanctam Romanam eccleſiam memoratam. Prædicta utique bona, quorum poſſeſſio ad præſens per nos, & dictum monaſterium habebatur &c. vobis reſtituimus &c. mandamus jus nobis competens in eiſdem ad proprietatem, & poſſeſſionem veſtram, & heredum noſtrorum ad habendum, & poſſidendum &c. ſalvis, & reſervatis nobis, & ſucceſſoribus noſtris, ac dicto monaſterio fidelitate, & homagio pro bonis, & juribus ſupraſcriptis, nec non & conſervato nobis in aliis hominibus, ſeu perſonis contra quas aliqua jura perſonalia, aut realia recuperare contingerit majori dominio, quod debetur nobis, & eidem monaſterio Caſſinenſi ab aliis hominibus Abbatiæ, ac aliis vaſſallis, & ſubditis fidelibus noſtris, & ejuſdem monaſterii Caſſinenſis, nullo nobis, aut ſucceſſoribus noſtris, ſeu dicto monaſterio præjudicio faciendo, ratione ceſſionis prædictæ in quibuſcumque aliis juribus cenſualibus, ſeu redditibus, in quibus dicti homines eidem monaſterio ratione perſonarum, & rerum eſſent adſtricti, quæ jura nobis in eiſdem perſonis, & rebus ipſarum integraliter reſervamus &c.* Huic inſtrumento ſubſcribunt Bernardus Abbas, Decanus, & Vice Decanus cœnobii Caſſinenſis, atque triginta monachi, poſt quos plures teſtes. An. 1271.

Richardus de Monte nigro bona quædã Caſſinatibus vendit.

Paulo poſt die 20. Januarii idem Richardus bona quædam ſua vendidit Bernardo Abbati Caſſinenſi, ut ex inſtrumento conſtat a notario Benedicto rogato, in quo hæc præ cæteris leguntur,

Ex cit. Reg. pag. 107. a t.

*Nos Richardus de Monte nigro miles bona mea, & ſpontanea voluntate &c. vendimus, damus, & tradimus vobis venerabili patri domino Bernardo Dei gratia Abbati monaſterii Caſſinenſis recipienti pro vobis, & pro parte, & nomine dicti monaſterii Caſſinenſis bona omnia, & ſingula, quæ qm. dominus Riccardus de Monte nigro olim magiſter juſtitiarius patruus noſter habuit, & tenuit in caſtro S. Angeli in Theodici, & territorio ejus, conſiſtentia in molendinis, domibus, caſalinis, terris cultis, & incultis, aquis, aquarumque decurſibus, vaſſallis, proventibus, & redditibus vaſſallorum, ut operis, nec non & omnibus aliis quibuſcumque &c. Et ex hac venditione præſentialiter recepimus a vobis de pecunia veſtra, & ejuſdem monaſterii ad generale pondus regni, uncias aureas ducentas electas, & bene ponderatas, & licet bona prædicta ſint longe majoris pretii, & majoris exiſtimationis, quam ſit prædictum pretium ipſarum ducentarum unciarum aurearum, id totum, & univerſum, quod plus valent bona, & jura prædicta quantecumque quantitatis exiſtent ſuperfluum exiſtimationis bonorum, & jurium prædictorum, vobis nomine dicti monaſterii ex certa ſcientia donamus, & tradimus ob reverentiam, & honorem beatiſſimi Benedicti, & ob redemptionem dilectorum noſtrorum, ac prædicti genitoris, & patrui, nec non & aliorum progenitorum noſtrorum, & ut idem genitor noſter, qui ob devotionem, quam habuit ad eundem beatiſſimum Benedictum, & monaſterium Caſſinenſe, in quo idem genitor noſter ſibi ſepulturam elegit, & ibidem requieſcunt reliquiæ ipſius intercedente eodem ſanctiſſimo Benedicto, ſuorum conſequi valeat veniam delictorum, & pro eo præcipue, quod nunc præſentialiter, vos ſimul cum ſacro conventu Caſſinenſi reſtituiſtis, & reſignaſtis nobis corporalem poſſeſſionem exiſtentem penes vos, & Monaſterium ſupraſcriptum aliorum bonorum, quod idem magiſter Juſtitiarius patruus noſter dum vixit, & nos etiam poſt mortem ipſius habuimus, & tenuimus in caſtro Pontiſcurvi, & territorio ejus, nec non & aliis terris, ſeu locis Abbatiæ Caſſinenſis exceptis bonis, quæ ſunt de demanio veſtro, & eccleſiarum veſtrarum, quæ vobis conſervaſtis. Eo tamen ſalvo, quod ſi aliqua jura habere ſperamus in bonis prædictis, juſtitiam ipſorum jurium per cognitionem ſummariam, & de plano in veſtra Caſſinenſi curia nobis fieri promiſiſtis facere. Et pro eo etiam, quod ceſſiſtis, & mandaſtis nobis, jus, & actionem realem, ſeu perſonalem, utilem, ſeu directam vobis, & dicto monaſterio competens &c. contra quaſcumque alias perſonas in bonis, ſeu Juribus, quæ idem magiſter juſtitiarius &c., & nos etiam poſt mortem ipſius habuimus, & tenuimus in prædictis terris Abbatiæ Caſſinenſis &c. quas perſonas nobis pro prædictis bonis, & juribus conſequendis &c. conveniſtis diſtringere ad juſtitiam faciendam de plano, & ſummarie, ſine ſtrepitu judicii, juxta formam pro exulibus traditam per ſacroſanctam Romanam eccleſiam &c. promittimus etiam vobis &c. quotiens opus erit & inſtrumenta originalia, & authentica, ſi quæ penes non ſunt vel fuerint &c. & præcipue inſtrumentum originale confectum de conventione prædicta dudum habita inter eoſdem dominum Riccardum olim magiſtrum juſtitiarium ex una parte, & dominum Thomam genitorem noſtrum ex altera, nec non & quoddam aliud inſtrumentum ſententiæ latæ per venerabilem patrem dominum Matthæum epiſcopum Ferentinatem dependens ex forma inſtrumenti habiti de conventione prædicta &c. quotiens expedierit ad requiſitionem veſtram in locatuto copiam faciemus, licet dicta duo inſtrumenta, videlicet conventionis, & ſententiæ &c. tranſumpta in forma publica habeatis &c. inſtrumentum ſubſcribunt hi teſtes. † Ego qui ſupra Magiſter Nicolaus de Angelo judex, & advocatus Caſſinenſis. † Ego magiſter Bruno Archidiaconus S. Germani interfui, & ſubſcripſi. † Ego Riccardus magiſtri Roffridi miles interfui. † Ego Petrus miles de S. Germano Comeſtabilis Abbatiæ interfui. † Ego Petrus de magiſtro miles interfui. † Ego Franciſcus de S. Germano Prothonotarius Caſſinenſis interfui, & ſubſcripſi. † Ego Girardus Meſanto de Aquino miles interfui &c. † Ego Nicolaus de Jannucza interfui.*

Thomas de Monte nigra ſepultus in Caſſinate monaſterio.

Comeſtabilis militum Abbatiæ Caſſinenſis, Protonotarius.

Gentis de Monte Hiſtoria illuſtrata.

De Richardo a Monte nigro tempore Friderici ſecundi juſtitiario agit Tutinus de magiſtris juſtitiariis regni Neapolitani pag. 33. corrigendum tamen exiſtimo dum hæc ſcribit: *Di queſta caſa furono Tomaſo, Giovanni, Riccardo, e Pietro Montenero figliuoli di Riccardo, e di una ſorella di Giacomo colon-*

Digitized by Google

*colonna Diacono Cardinale, à quali Carlo Secondo, à preghiere di detto Cardinale come ſuoi nepoti ſe loro inveſtitura della città di Ariano, e torre di Paluda nell' anno* 1290. Nam Thomas, ut evidenter ex duobus mox allatis inſtrumentis conſtat, frater fuit Richardi magiſtri Juſtitiarii, neque hic Richardus maſculinam ex ſe prolem reliquit, ut in allato primo inſtrumento legitur. Thomæ filius fuit Richardus II., ex quo neceſſe eſt Petrus ſit ortus: quod luculentius adhuc conſtat ex hac ſententia ab Ferentino epiſcopo lata, atque in laudatis inſtrumentis enunciata. In ea primum refertur Richardum juſtitiarium quamdam auri portionem repoſuiſſe in monaſterio Foſſænovæ, qua de cauſa, cum a pluribus aurum ſibi repetentibus monaſterium vexaretur, cauſa demandata a Clemente IV. eſt Matthæo epiſcopo Ferentino apud quem procuratores Richardi junioris filii Thomæ, & Thomaſiæ, atque Iſoldæ filiarum Richardi juſtitiarii, petitiones expoſuere, quæ in ſententia referuntur. Subditur deinde: *Lite igitur a Fr. Nicolao procuratore &c. monaſterii Foſſæ novæ ſuper prædictis petitionibus legitime conteſtata receptis inſtrumentis, & probationibus, quæ partes producere voluerunt, & auditis allegationibus partium, & in ſcriptis receptis habito prudentum conſilio, & Dei nomine invocato. Quia conſtat nobis, dictum dominum Riccardum de Montenigro magiſtrum juſtitiarium legitime donaſſe inter vivos domino Thomæ fratri ſuo, & heredibus ſuis duas partes omnium bonorum ſuorum mobilium, & immobilium, preſentium, & futurorum, ſicut in inſtrumento publico exinde confecto plenius continetur, non obſtante remiſſione, ſeu redonatione, quæ ex parte dominæ Iſoldæ proponitur, cum multis modis, & rationibus ſit invalida, decernimus duas partes dicti depoſiti competere dicto domino Riccardo de Montenigro filio qm. domini Thomæ de Monte nigro, & iacirco præsbiterum Prinum procuratorem monaſterii Foſſæ novæ ad reſtitutionem duarum partium mille unciarum aurearum, quas conſtat dictum monaſterium de dicto depoſito habere Bartholomeo procuratori ipſius domini Riccardi, & per conſequens ipſi domino Riccardo ſententialiter condamnamus. Reliquam vero tertiam partem ejuſdem depoſiti competere decernimus dominæ Iſoldæ prædictæ, & ideo prædictum præſbiterum Prinum ad reſtitutionem tertiæ partis mille unciarum prædictarum Leonardo curatori, dominæ Iſoldæ, & per conſequens ipſi dominæ ſententialiter condamdamus, cum conſtet nobis inter alia eandem dominam Iſoldam ſolam heredem in teſtamento paterno inſtitutam, ſeu ſubſtitutam, & dominam Thomaſiam ſororem ſuam certis rebus juſſam eſſe contentam. Et ipſam dominam Thomaſiam poſtmodum ſe vocaſſe, & habuiſſe prædictis rebus contentam, & renunciaſſe cum juramento omnibus aliis bonis paternis mobilibus, & immobilibus, ſecundum quod in inſtrumento inde confecto plenius continetur. Abſolventes prædictum procuratorem monaſterii Foſſæ novæ, & ipſum monaſterium ab aliorum petitionibus de dicto depoſito, factis per Bartholomeum procuratorem domini Riccardi, & Leonardum curatorem dominæ Iſoldæ. Item cum Oderiſius curator dominæ Thomaſiæ multoties citatus peremptorie in judicio comparere contempſit, & demum poſtmodum citatus ad ſententiam audiendam, ſimiliter non comparuit, ejus abſentia, Dei replent preſentia, quia ſicut ſupraſcriptum eſt, domina Iſolda in teſtamento Paterno ſola inſtituta eſt heres, & domina Thomaſia certis rebus fuit facta contenta, ac omnibus aliis bonis paternis mobilibus, & immobilibus renunciavit. Præfatum procuratorem monaſterii Foſſænovæ, ac ipſum monaſterium a petitione facta per ipſum Oderiſium ſententialiter duximus abſolvendum. Lata eſt hac ſententia Ferentino per dictum dominum epiſcopum, anno Domini 1268. Pontificatus domini Clementis Papæ quarti, anno quarto, indictione duodecima, menſe ſeptembris, die duodecimo, præſentibus dominis Petro de Juliano, Riccardo domini Maſſaronis, Abbate Franciſco de . . . Presbitero Nicolao dicto Bono Canonico Ferentino, dominus Maſſaronus, Rolando dicto Caravita, Rogerio domini Landonis Militibus Ferentini. Et Ego Nicolaus de S. Laurentio ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Scrinarius prolationi hujus ſententiæ interfui, & de mandato ſupraſcripti domini epiſcopi ſcripſi, in publicam formam redegi, & ſignum feci.* Pecunia in monaſterio Foſſæ novæ a Richardo juſtitiario depoſita erat bis mille auri unciæ, ut ejuſdem cœnobii Abbas hiſce verbis teſtatur. *Nos Frater Leonardus humilis Abbas monaſterii Foſſæ novæ præſentialiter recepimus a vobis domino Riccardo de Monte nigro duo millia uncias aureas, & capſettam unam cum privilegiis, & aliis cartis ſigillatam ſigillo veſtro in cera viridi, præſentibus Fratre Pulcifrido Cellerario majori, Fratre Gualterio de Placentia magiſtro Converſorum, Fratre Johanne de Pedemonte ſubpriore, reponendas, & cuſtodiendas in depoſito noſtro dicti monaſterii Foſſæ novæ ad opus veſtrum, & heredum veſtrorum &c.* Cum vero Richardus junior mille pro ſe auri uncias expeteret, epiſcopus ſedis Apoſtolicæ delegatus duabus tantum mille auri unciarum partibus illi adjudicatis monaſterium Foſſatenſe quoad cæteros abſolvit, forte quia mille uncias alias reſtituerat Abbas. Inſtrumentum donationis a Richardo juſtitiario Thomæ fratri factæ incipit: *In nomine Domini Dei æterni, & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, anno incarnationis ejuſdem milleſimo ducenteſimo trigeſimo primo, menſe Aprilis, indictione quarta, imperante domino noſtro Federico, Dei gratia, invictiſſimo Romanorum imperatore ſemper auguſto, Hieruſalem, & Siciliæ rege fideliter Amen. Nos Leonardus caſtri Lupici judex, & notarius Simon publicus ejuſdem caſtri notarius præſentis publici ſcripti ſerie declaramus &c. quod nobilis vir dominus Riccardus de Monte nigro, qui eſt unus ex dominis dicti caſtri Lupici, in preſentia noſtra, & ſubſcriptorum teſtium &c. videlicet domini Conturbenii domini Manfredi de Pontecurvo, domini Gualteri de S. Stephano &c., qui prædictus dominus Riccardus confeſſus eſt, ſe recepiſſe a nobili viro domino Thoma de Montenigro fratre ſuo, qui eſt ſimiliter unus ex dominis dicti caſtri Lupici &c.*

Ex eodem Reg. fol. 123. & ſeqq.

Plura Bernardus latifundia concedit hoc anno 1271. Magiſtro Franciſco, ut in inſtrumento conſtat a notario Benedicto rogato, in quo hæc leguntur. *Nos Bernardus &c. attendentes multa, grata, & utilia ſervitia, quæ tu magiſter Franciſce de S. Germano Prothonotarie Caſſinenſis dilecta familiaris, & fidelis noſter, nobis, & monaſterio noſtro Caſſinenſi exhibuiſti &c., & quia etiam in ſervitiis no-*

Bona quædam rebellium Franciſco Prothonotario conceſſa.

Ex cit. Regeſto fol. 108. at.

*noſtris, & dicti monaſterii longo tempore perſonaliter, & multipliciter laboraſti, de conſenſu ſubſcriptorum Fratrum noſtrorum, nobiſcum habendo magiſtrum Nicolaum de Angelo judicem, & advocatum Caſſinenſem &c. concedimus tibi ſupraſcripto magiſtro Franciſco, & tuis heredibus in perpetuum omnia bona ſtabilia, quæ fuerunt olim Rogerii Maddonad e Pontecurvo proditoris excell. domini noſtri regis Caroli, & noſtri quibus bonis prædictum Rogerium propter ſui manifeſtam proditionem, qui debitæ fidelitatis immemor adhæſit nequiſſimo Corradino, Dei, S. R. Eccleſiæ, & dicti, regis noſtri adverſario, juſte, & rationabiliter, ac etiam ſententialiter deſtitutus extitit, & privatus, quæ quidem bona poſita ſunt in Pontecurvo, & ejus territorio, ac aliis terris, ſeu locis Abbatiæ Caſſinenſis &c. ad habendum, & omnia exinde faciendi, quæ vobis facere placuerit, ſalvo quod annuatim reddatis monaſterio Caſſinenſi pro rebus prædictis &c. nomine cenſus, libram de cera mediam, & ſalvis nobis, & ſucceſſoribus noſtris fidelitate, homagio, & debito juramento, quod Juramentum fidelitatis, & homagii nobis in noſtris manibus præſtitiſti, &c.* Similis conceſſio eodem anno a Bernardo eſt facta, quæ eſt hujuſmodi: *Nos Bernardus &c. attendentes multa, & grata &c. ſervitia, quæ tu Petre de Jenetel dilecte familiaris, & fidelis noſter nobis, & monaſterio noſtro Caſſinenſi exhibuiſti &c. quia etiam in ſervitiis noſtris, & ejuſdem monaſterii longo tempore perſonaliter, ac multipliciter laboraſti, de conſenſu ſubſcriptorum Fratrum noſtrorum, nobiſcum habendo magiſtrum Nicolaum de Angelo judicem, & advocatum Caſſinenſem, per hanc cartam libellariam, jure libellario damus, & concedimus tibi &c. omnia bona ſtabilia, quæ fuerunt olim Raynaldi, Guillelmi, & Riccardi fratrum filiorum qm. Diaconi Joannis de Theoderico de Pedemonte prædictorum excell. domini noſtri regis Caroli, & noſtri, quibus bonis ipſi Raynaldus, Guillelmus, & Riccardus propter eorum manifeſtam proditionem qui debitæ fidelitatis immemores adheſerunt nequiſſimo Corradino &c. per nos fuerunt ſententialiter deſtituti, adque privati, quæ bona poſita ſunt in caſtro noſtro Pediſmontis, & ejus territorio, vel aliis locis, ſeu terris Abbatiæ Caſſinenſis. Item eodem jure libellario damus, & concedimus tibi ſupraſcripto Petro omnia bona ſtabilia, quæ fuerunt olim Benedicti Caldararii dudum habitatoris S. Germani exiſtentia in eadem terra S. Germani, & ejus territorio, quæ bona propter ipſius hæreticam pravitatem ſunt ad nos, & prædictum monaſterium noſtrum per excadentiam devoluta. Ipſa utique bona omnia ſtabilia ubicumque poſita &c. cum omnibus juribus conditionibus &c. concedimus ad poteſtatem, & poſſeſſionem tuam, & tuorum heredum, ad habendum &c. ita tamen, ut omni anno &c., tu, & tui heredes reddatis monaſterio Caſſinenſi pro ipſis bonis nomine cenſus libram de ceram mediam. Completis vero annis viginti novem, nos, vel noſtri ſucceſſores hunc libellum renovabimus tibi, vel tuis heredibus, pro tarenis amalphitanis duobus &c. & tibi Benedicto publico noſtri monaſteriii Caſſinenſis, & civitatis S. Germani notario hoc exinde publicum Inſtrumentum ſcribere mandavimus, noſtra & ſubſcriptorum noſtrorum ſubſcriptionibus roboratum, ac Bulla noſtra plumbea communitum &c. † Ego qui ſupra Bernardus Beati Benedicti ſucceſſor Indignus. † Ego Frater Laurentius Monachus Caſſinenſis, & cappellanus domini Bernardi Abbatis ejuſdem. † Ego Frater Petrus Monachus Caſſinenſis, & capellanus domini Bernardi Abbatis ejuſdem. † Ego Frater Jacobus de Atino Proviſor Caſſinenſis. † Ego Fr. Petrus Rector Caſſinenſis Diaconus, & Monachus. † Ego qui ſupra magiſter Nicolaus de Angelo judex & advocatus Caſſinenſis.*

Et Petro de Jenetel.

Ex eodem Reg. fol. 109.

Ab inſtrumento hoc anno Kal. Februarii rogato a notario Thoma a S. Petro in fine luculenter conſtat omnimoda cœnobii Caſſinenſis in illud oppidum juriſdictio. *In nomine Domini &c. Ego Johannes Paribella judex caſtri S. Petri in fine, hoc præſenti publico inſtrumento declaro quod in preſentia noſtri Thomæ publici dicti caſtri notarii, & teſtium ſubſcriptorum, ad hoc ſpecialiter vocatorum, videlicet Petri de Guillelmo militis, Antonii militis, Nicolai de Paldo militis, Notarii Joannis Franciſci Aciti, & Joannis Ferrarii quod prudens vir notarius Thomas de Pedemonte veniens ad caſtrum S. Petri in fine, oſtendit, & publice legi fecit quoddam mandatum ſibi tranſmiſſum, a rev. domino domino noſtro Bernardo dei gratia venerabili Caſſinenſi Abbate, ejuſque ſigillo cereo ſigillatum, cujus tenor in omnibus, & per omnia talis erat. Bernardus Dei gratia Caſſinenſis humilis Abbas, prudenti viro notario Thomæ de Pedimonte fideli ſuo ſalutem, & benedictionem. Intelleximus nuper, quod Philippus de Comeſtabilo miles, & filii ejus quamdam Starſiam noſtram ſitam prope caſtrum S. Petri in fine, quam nuper de ipſorum manibus juſte, ac rationabiliter ad jus, & proprietatem revocavimus monaſterii Caſſinenſis. Poſt revocationem ipſam auſu temerario, intraverunt laborari partem ipſius Startiæ, faciendo. Quocirca fidelitati tuæ firmiter præcipiendo mandamus, quatenus ſtatim receptis præſentibus, ad prædictum caſtrum S. Petri te perſonaliter conferens, adhibitis tecum judice, notario publico, & teſtibus idoneis dicti caſtri inhibeas dicto Philippo militi & ſuis heredibus ſub pena dirutionis domorum, extirpationis arborum, & vinearum ſuarum, quod habent in prædicto caſtro S. Petri in fine, & pertinentiis ejus, quod de cætero Startiam prædictam nec per ſe, nec per alium intrent, nec in ea laborent, vel faciant laborari, faciens fieri de prædicto mandato cum forma præſentium publicum inſtrumentum, quod ad nos deferas ſine mora. Datum apud S. Germanum ultimo Januarii quartadecima indictionis. Cujus itaque authoritate mandati prædictus notarius Thomas de Pedemonte in noſtri qui ſupra judicis notarii, & teſtium præſentia inhibuit dicto Philippo de Comeſtabilo militi, & filiis ex parte prædicti domini noſtri venerabilis Caſſinenſis Abbatis ſub pena dirutionis domorum, inſtirpationis arborum, & vinearum ſuarum, quas habent in prædicto caſtro S. Petri in fine, & pertinentiis ejus, quod de cetero Startiam prædictam nec per ſe nec per alium intrent, nec in ea laborent, vel faciant laborari, ad hujus rei evidentiam, & ipſius domini noſtri Caſſinenſis Abbatis certitudinem, & cautelam præſens publicum inſtrumentum exinde confectum eſt per manus notarii ſupraſcripti ſubſcriptione mea qui ſupra judicis, & ſubſcriptorum teſtium ſubſcriptionibus roboratum &c. Actum in caſtro prædicto S. Petri in fine. † Ego Petrus de Guillelmo miles de caſtro S. Petri in fine interfui, & teſtis ſum. † Ego Antonius miles de caſtro S. Petri*

Suprema Caſſinatium in oppido S. Petri in fine juriſdictio.

Ex cit. Reg. fol. 109. a t.

Digitized by Google

tri in fine interfui, & teſtis ſum. † Ego Nicolaus de Paldo miles de caſtro S. Petri in fine interfui, & teſtis ſum. † Ego Johannes Papa notarius interfui, & teſtis ſum. † Ego Franciſcus Acetus de caſtro S. Petri interfui, & teſtis ſum &c.

Jacobus de Mercurio creatus notarius. Paucos poſt dies, nempe 12. Februarii an. 1271. Bernardus Abbas, aſſentientibus Monachis, Jacobum de Mercurio caſtri S. Georgii Notarium in eo caſtro, totaque Caſſinenſi Abbatia conſtituit, ut patet ex inſtrumento a notario Benedicto rogato, in quo ſolita hæc leguntur verba.

Ibidem p. 112. *Recepto a te corporali ad Sancta Dei evangelia juramento de officio ipſo per te fideliter exercendo, nec non & de veritate ſcribenda &c. pro quo officio tenearis reddere annuatim &c. Monaſterio noſtro tarenos Amalphitanos octo.*

Bona Accolis Terruculi cõfirmata. Ibidem fol. 113. Sæpe jam recenſitus Benedictus a S. Germano notarius inſtrumentum die 15. Martii an. 1271. rogavit, quo accolis oppidi Terruculi bona hiſce verbis confirmantur. *Nos Bernardus &c. de Fratrum noſtrorum conſenſu, nobiſcum habendo magiſtrum Riccardum de Berlengerio judicem, & advocatum Caſſinenſem, per hunc libellum renovationis concedimus, & confirmamus vobis omnibus hominibus caſtri noſtri Torocli fidelibus noſtris habitatoribus intus, & foris omnes poſſeſſiones, quas libellario jure in territorio ipſius infra hereditates . . . . . ab eccleſia Caſſinenſi tenetis, ſecundum quod hoc olim ab Abbate Landulfo bonæ memoriæ prædeceſſore noſtro vobis per cartam libellariam fuit conceſſum. Ipſas utique poſſeſſiones &c. cum omnibus utilitatibus, & pertinentiis ſuis vobis &c. confirmamus ad veſtram, & heredum veſtrorum poteſtatem &c. uſque in annos viginti, & novem. Ita ut omni anno reddatis monaſterio Caſſinenſi nomine cenſus, quod inde reddere conſueviſtis. Completis vero annis viginti, & novem, nos, vel noſtri ſucceſſores &c. vobis, vel heredibus veſtris renovabimus hunc libellum pro ſolidis tarenorum Amalphitanorum quinquaginta. Eo quod in præſenti pro renovatione ipſius libelli recepimus inde a vobis ſolidos tarenorum Amalphitanorum ſimiliter quinquaginta &c.*

Bernardus Abbas milites creat. Die 19. Martii ejuſdem anni Bernardus Abbas duos oppidi S. Victoris accolas creavit milites, cujus rei teſtis eſt inſtrumentum a notario Benedicto rogatum, in quo hæc ſunt præcipua.

Ibidem fol. 113. a t. *Igitur nos Bernardus &c. quod cum vos magiſter Hieremias, & Tolomee de S. Victore pater, & filius dilecti fideles noſtri nobis humiliter ſupplicaveritis, ut conſtitueremus, & concederemus vos eſſe in honore militari, & videremus hoc nulli juri noſtri monaſterii detrahi, ſed potius augeri honori. Conſideratis etiam plurimis gratiis, & acceptis ſervitiis, quæ nobis, & monaſterio noſtro fideliter, & devote exhibuiſtis &c. habita ſuper hoc diligenti deliberatione, de conſenſu ſubſcriptorum Fratrum noſtrorum, habendo nobiſcum magiſtrum Riccardum judicem de Berlengerio, & advocatum Caſſinenſem concedimus vobis prædictis magiſtro Hieremiæ, & Tholomeo patri, & filio fidelibus noſtris, & per vos heredibus veſtris a vobis ex legitimo matrimonio deſcendentibus in perpetuum, ut de cetero maneatis, & ſitis in honore militari, & fruamini, ac utamini illo honore, & ea libertate, quibus fruuntur, & utuntur cæteri milites Abbatiæ Caſſinenſis, & omnes alii, qui in eadem Abbatia fruuntur, & gaudent honore militari, & cum volueritis ſine noſtra vel ſucceſſorum noſtrorum moleſtia, ſeu contradictione, militare cingulum aſſumatis, ſalvis nobis, & ſucceſſoribus noſtris fidelitate homagio, & debito juramento &c.*

Bartholomeus a S. Germano creatus notarius. Die 22. Martii creatus eſt a Bernardo Abbate publicus civitatis S. Germani, aliorumque caſtrorum ditionis Caſſinenſis notarius Bartholomæus magiſtri Nicolai a S. Germano, ut ex hoc inſtrumento a notario Benedicto rogato, in quo ſolita extant verba: *Recepto a te corporali ad Sancta Dei Evangelia juramento de officio ipſo per te fideliter exercendo ac de veritate ſcribenda &c.* Ibid. fol. 114.

Duoque alii. Die 26. Martii Bernardus Abbas publicum oppidi S. Eliæ, atque in tota ditione Caſſinenſi notarium elegit Nicolaum filium Benedicti de S. Petro oppidi S. Eliæ, ut ex inſtrumento a recenſito notario rogato, in quo hæc habentur: *Recepto a te corporali ad Sancta Dei evangelia juramento de officio ipſo per te fideliter exercendo &c. nec non & de veritate ſcribenda in contractibus, quos coram te contingerit celebrari. Ita tamen, quod omni anno reddas pro officio ipſo nobis, & dicto monaſterio &c. pro cenſu tarenos aureos quinque &c.* Ibid. fol. 115. a t. Eodemque die idem notarius aliud inſtrumentum rogavit, quo notarius declaratus eſt in civitate S. Germani, totaque ditione Caſſinenſi Angelus Penneſe Sangermanenſis.

Milites creati. Die 18. Aprilis ejuſdem anni Bernardus Abbas duos ex oppido S. Victoris homines militari cingulo donavit, eaque de re inſtrumentum rogatum eſt a notario Benedicto: *Nos Bernardus &c. Volentes benemeritis fidelibus noſtris recompenſationis providentia reſpondere, ut cæteri ad noſtra, & monaſterii noſtri ſervitia fortius accendantur, conſiderantes quoque grata, & accepta ſervitia, quæ vos magiſter Nicolae Johanne, & Petre filii qm. Jacobi de Arnaldo de caſtro noſtro S. Victoris dilecti fideles noſtri nobis, & eidem monaſterio noſtro exhibuiſtis &c. de conſenſu ſubſcriptorum Fratrum noſtrorum, nobiſcum habendo magiſtrum Riccardum de Berlengerio judicem, & advocatum Caſſinenſem, gratioſe concedimus vobis, & heredibus veſtris legitimis a vobis ex legitimo matrimonio deſcendentibus honorem militiæ, & ut licite decorari valeatis cum volueritis cingulo militari, & ex nunc libere utamini, & gaudeatis immunitatibus quibus alii nobiles, & milites Abbatiæ Caſſinenſis utuntur, & gaudent, &c.* Ibid. fol. 117.

Bona incolis oppidi S. Angeli in Theodice confirmata. Die 20. Aprilis, bona indigenarum oppidi S. Angeli in Theodice confirmata hoc inſtrumento ab eodem Benedicto notario rogato.

Ibidem. *Nos Bernardus &c. de ſubſcriptorum Fratrum noſtrorum conſenſu, nobiſcum habendo magiſtrum Riccardum de Berlengerio judicem, & advocatum Caſſinenſem per hunc libellum renovationis damus &c. atque concedimus vobis omnibus hominibus caſtri noſtri S. Angeli in Theodici habitatoribus intus, & de foris in territorio ejuſdem caſtri fidelibus noſtris omnes poſſeſſiones dompnicas, quas tenuiſtis hactenus per cartam libellariam &c. infra hereditates veſtras intus, & de foris in territorio ipſius caſtri, eas videlicet, quas ſi quomodo . . . . cum ſacramentalibus, ſecundum quantitatem rei probari poteritis, vos & anteceſſores veſtros a parte noſtri monaſterii poſſidere: remota omni occaſione, exceptis iis poſſeſſionibus, quæ in demanio curiæ Caſſinenſis retemptæ ſunt, ea ratione, ut annualiter reddatis de terris terraticum, de domibus pullos, & ſervitium ad par-*



Digitized by Google

*partem dicti monaſterii noſtri, ſicut de aliis hereditatibus, quas tenetis infra hos fines, videlicet a Foſſato, ubi dicitur ad Tabolellam, &c. deſcriptiſque aliis confinibus ſequitur. Supraſcriptas autem poſſeſſiones dompnicas, qualiter ſuperius legitur infra ſubſcriptos fines, vobis omnibus hominibus &c. hactenus tenuiſtis &c. Et cum aquis aquarumque decurſibus, & paſcuis, & paludibus libellario jure damus &c. ad poteſtatem veſtram, & heredum veſtrorum &c. uſque in annos viginti, & novem. Itaut annualiter inde terraticum, & pullos reddatis, & ſervitium ſicut premiſſum eſt, faciatis &c. completis vero annis viginti & novem, nos, vel noſtri ſucceſſores &c. vobis, vel heredibus veſtris renovabimus hunc libellum pro libris tarenorum Amalphitanorum octo valentibus uncia aurea tredecim, & tareni aurei decem &c.*

Guillelmus creatur notarius. Die 24. Junii Bernardus Abbas in vico S. Petri in Curulis, totaque Caſſinenſi Abbatia publicum tabellionem elegit præsbiterum Guillelmum Thomæ a rocca Guillelma, atque in patentibus ad id Ibidē fol. 127. a t. literis ſolita extant verba: *Recepto a te corporali ad ſancta Dei evangelia juramento de officio ipſo per te fideliter exercendo, nec non & de veritate ſcribenda &c.*

Quidam ex oppido S. Ambroſii exemptinibus donati. Die 17. Auguſti 1271. quoſdam oppidi S. Ambroſii incolas exemit Bernardus Abbas onere angariæ, atque ſervitii ruſtiealis hoc inſtrumento a notario Benedicto rogato,

*Nos Bernardus &c. Attendentes grata, & utilia* Ibidē fol. 130. *ſervitia, qua tu notarie Petre de S. Ambroſio dilecte familiaris, & fidelis noſter nobis, & monaſterio noſtro &c. exhibuiſti, &c. de conſenſu, & voluntate ſubſcriptorum Fratrum noſtrorum, nobiſcum habendo magiſtrum Riccardum de Berlengerio judicem, & advocatum Caſſinenſem, concedimus perſone tua, & heredibus tuis a te legitime deſcendentibus in una generatione poſt te tantum, nec non & Joanni de Ado patri tuo, ac Riccardo, Matthao, Guillelmo, Andrea, & Benedicto fratribus tuis carnalibus in vita ſua tantum, quod vos ſitis liberi, & immunes ab angariis, & ruſticalibus ſervitiis, & vivatis in illo honore in quo vivunt milites Abbatia Caſſinenſis, & pro ipſis ſervitiis, & loco ipſorum teneamini reddere, & praſtare camera noſtra annuatim in feſto beati Benedicti nomine cenſus quinque grana de auro tantum &c.*

Cœnobii noſtri in oppido S. Eliæ Juriſdictio. Eodem anno ſalutaria hæc decreta edidit Bernardus Abbas, e quibus ſuprema Abbatis Caſſinenſis in oppido S. Eliæ juriſdictio conſtat.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno incarnationis ejus 1271. regnante Domino noſtro Ca-* Ibidem fol. 13. *ralo, Dei gratia, Sicilia rege magnifico, regni ejus anno ſeptimo, menſe Septembris, quarto die ejuſdem menſis, indictione quintadecima. Nos Ber-* Prohibetur contractus falſæ affiliationis. *nardus, Dei gratia Caſſinenſis humilis Abbas conſiderantes jura Caſſinenſis monaſterii, multorum calliditatibus vulnerata, defraudata ingeniis, & a pluribus uſurpata, longo conſiderationis oculo ad indemnitatem, & reformationem eorumdem jurium proſpicientes, quia velamento cujuſdam damnoſi contractus, qui affiliatio vulgariter appellatur, qua conſuevit per homines caſtri S. Elia pracipue, & per alios homines Abbatia Caſſinenſis frequenter fieri in grave damnum dicti monaſterii proſpeximus redundare, per quam dum homo francus vel de ſervitio equi exiſtens ruſtico, ſeu angarario cum certa parte bonorum ſuorum, filiam ſuam affiliationis nomine daret uxorem vel mulier franca angarario affiliationis nomine matrimonialiter jungebatur, idem angararius velamento affiliationis pradicta quodam abuſu praviſſimo a ruſticanis ſervitiis, terraticis, & aliis redditibus dicto monaſterio noſtro debitis ſe hactenus eximebant. Qua affiliatio licet bona rei habere pallium videretur, eſt tamen cum adoptionis recidat ſpeciem, que legalem cognationem inducit juri contraria, & etiam rationi. Volentes igitur pramiſſis fraudibus obviare, & tam noſtri monaſterii indemnitati conſulere, quam eorumdem hominum ſubditorum noſtrorum ſaluti proſpicere, qui malitia, vel ſimplicitate rem illicitam peragebant, & ex hoc damnum criminis incurrebant, habito cum viris prudentibus longo conſilio, & deliberatione maxima peritorum, praſente univerſitate dicti caſtri S. Elia in eccleſia S. Blaſii ejuſdem loci congregata praſente etiam diſcreto viro magiſtro Bruno Archidiacono S. Germani, & Yconomo monaſterii Caſſinenſis, & hoc pro parte ipſius monaſterii cum inſtantia poſtulante, in praſentia magiſtri Riccardi de Berlengerio judicis, & advocati Caſſinenſis, Benedicti publici monaſterii Caſſinenſis, & civitatis S. Germani notarii, & teſtium ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum pradictam pravam conſuetudinem dicti caſtri S. Elia ac totius Abbatia Caſſinenſis & affiliationis uſum in qualibet ſui parte damnamus, abolemus, & ſententialiter reprobamus, & ipſam cenſemus omnimode impoſterum reſecatam, prohibentes ipſam univerſitatem praſentem, & ſingulos de univerſitate pradicta, & omnes de tota Abbatia Caſſinenſi, quod nullus de cetero cujuſcumque conditionis, aut fortuna exiſtat affiliationem, ſeu affiliationis contractum celebret, aut facere quoquomodo praſumat, nec affiliet, ſeu affiliari ſe aliqualiter patiatur, ratificantes, & acceptantes inhibitionem olim factam de mandato noſtro dicta univerſitati per pradictum magiſtrum Brunum Archidiaconum S. Germani, & Yconomum monaſterii Caſſinenſis de affiliatione pradicta nullatenus impoſterum praſumenda. In cujus rei teſtimonium & cautelam praſens publicum inſtrumentum per manus Benedicti publici noſtri monaſterii Caſſinenſis, & civitatis S. Germani notarii fieri mandavimus, noſtri pradicti judicis, & ſubſcriptorum teſtium ſubſcriptionibus roboratum. Quod ſcripſi ego idem Benedictus publicus monaſterii Caſſinenſis, & civitatis S. Germani notarius, qui pradictis interfui, & meo ſigno ſignavi. Actum in caſtro S. Elia. † Ego qui ſupra Bernardus beati Benedicti ſucceſſor indignus. † Ego qui ſupra magiſter Brunus Archidiaconus S. Germani, & Yconomus Caſſinenſis. † Ego qui ſupra magiſter Richardus de Berlengerio judex & advocatus Caſſinenſis. † Ego Franciſcus de S. Germano Prothonotarius Caſſinenſis interfui, & ſubſcripſi. † Ego notarius Thomas de Terama interfui, & ſubſcripſi.*

Inhibitio univerſitati S. Eliæ a magiſtro Bruno facta, cujus in allata ſententia fit mentio, eſt hujuſcemodi. *In nomine Domini &c. Praſentis publici ſcripti ſerie declaramus nos magiſter Riccardus de Berlengerio judex, & advocatus Caſſinenſis Joannes publicus caſtri S. Elia notarius, & ſubſcripti teſtes ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati, videlicet Lando Archipresbiter pradicti caſtri, Thomas miles, Gentilis* Inhibitio univerſitati ejus caſtri facta.

Digitized by Google

*tilis miles de eodem caſtro, magiſter Leonardus de Caira &c. notarius Petrus infans, Raynaldus infans, & Leonardus Domini Matthiæ de eodem caſtro. Quod univerſitate dicti caſtri S. Eliæ in eccleſia S. ejuſdem caſtri congregata in noſtri præſentia diſcretus vir magiſter Bruno Archidiaconus S. Germani, & Yconomus monaſterii Caſſinenſis pro parte rev. in Chriſto patris, & domini, domini Bernardi Dei gratia Caſſinenſis Abbatis, ac conventus, & prædicti monaſterii Caſſinenſis de ſpeciali mandato ſibi facto per eundem dominum Abbatem, ac conventum Caſſinenſem, de quo mandato nobis conſtitit manifeſte publice inhibuit univerſitati prædictæ, & ſingulis de ipſa univerſitate cujuſcumque conditionis exiſtent, quod de cetero nulla perſona alta vel baſſa, cujuſcumque fortunæ, ſeu conditionis affiliationem celebret, ſeu faciat nec contrahat ſponſalia, ſeu nuptias affiliationis nomine in futurum, quam affiliationem, & affiliationis contractum idem dominus Abbas omnino dampnavit, & extirpandum juſſit de terra monaſterii Caſſinenſis, prohibens ſingulis de ipſa univerſitate, ſub pena omnium bonorum, quæ tenent a monaſterio Caſſinenſi, quod nullus ſe affiliet, ſeu affilians ſe aliquatenus patiatur. In cujus rei teſtimonium, & tam dicti domini Abbatis, quam monaſterii Caſſinenſis cautelam, ad petitionem dicti Yconomi factum eſt hoc præſens publicum inſtrumentum per manus mei prædicti Joannis publici caſtri S. Eliæ notarii, ſubſcriptionibus noſtri qui ſupra judicis, & noſtrum prædictorum teſtium roboratum &c.* Ex pœna tranſgreſſoribus in hoc decreto minitata conſtat nullum in eo caſtro fuiſſe, qui bona munificentia Caſſinatium conceſſa non poſſideret ſecus incaſſum pœna hæc irrogaretur.

Magiſter Nicolaus in Vaſſallum a Caſſinatibus receptus.

Adnotanda hæc inſtrumenti verba die 4. Septembris. an. 1271. rogati a Benedicto Sangermanenſi: *Profitemur nos Bernardus &c. quod tu magiſter Nicolaus Leonardus de Clarita, qui de caſtro Albeti fuiſti oriundus, nobis & monaſterio Caſſinenſi devotus exiſtens, dicti caſtri Albeti habitatione ſponte relicta, dominium ejuſdem monaſterii Caſſinenſis affectans, habitationem caſtri noſtri S. Eliæ elegiſti, ac ibidem cum familia, & omnibus bonis tuis te contuliſti, & Ligium, homagium, fidelitatem, & juramentum nobis, & dicto monaſterio ſollemniter præſtitiſti. Nos vero habentes reſpectum ad votum, & devotionem tui prædicti magiſtri Nicolai de conſenſu, & voluntate ſubſcriptorum Fratrum noſtrorum nobiſcum habendo magiſtrum Riccardum de Berlengerio judicem, & advocatum Caſſinenſem recepimus te &c. magiſtrum Nicolaum in proprium vaſſalum noſtrum, & monaſterii ſuprascripti: ſtatuentes quod tam tu, quam tui heredes in perpetuum ſitis liberi, & immunes ab angariis, operibus, & redditibus pullorum. Ita tamen ut in perpetuum tu, & tui hæredes reddatis nobis, & ſucceſſoribus noſtris omni anno &c. nomine cenſus grana aurea decem, ſi vero contingerit, te, vel tuos heredes aliquas terras quocumque titulo aquirere in territorio dicti caſtri noſtri S. Eliæ, reddatis pro ipſis terris nobis, & dicto monaſterio Caſſinenſi, terraticum conſuetum, quod alii homines ejuſdem caſtri S. Eliæ pro terris ſuis reddunt &c.*

Quædam bona perduellium Bernardus Abbas inſtrumento die 8. Octobris an. 1271. rogato a Benedicto notario conceſſit magiſtro Andreæ medico.

*Diſſertat.*

Inquiſitio facta in caſtro S. Petri de Avellana.

Bernardus Abbas ne dum pro conſervanda augendaque monaſtica diſciplina vigilantiſſimus, verum etiam, ut ſarta, tectaque ſervarentur jura, latifundiaque cœnobii Caſſinenſis, Præpoſito monaſterii S. Petri de Avellana juſſit Polypticon Bonorum mobilium, immobiliumque, atque juriſdictionum ejus monaſterii conficere. Morem geſſit Præpoſitus, ut licuit, quemadmodum ex Polyptico conſtat, cujus nos hic titulum, aliaque quædam e re noſtra exſcribemus. *Inventarium, ſeu inquiſitio facta de bonis tam ſtabilibus, quam mobilibus monaſterii eccleſiæ S. Petri de Avellana eccleſiis, & vaſſallis ſuis de mandato dñi Bernardi venerabilis Caſſinenſis Abbatis per Fratrem Petrum de Majoc Monachum Caſſinenſem, & propoſitum eccleſiæ S. Petri de Avellana, anno Dominicæ incarnationis milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo primo menſe Decembris viceſimo ejuſdem, quintedecima indictionis apud eccleſiam S. Petri de Avellana, regnante domino Karulo Dei gratia inclito rege Siciliæ, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ, Almæ urbis ſenatore, Andegaviæ Provinciæ & Forcalquerii Comite ac Romani imperii, per ſanctam Romanam eccleſiam in Tuſcia vicarius generalis regni ejus anno ſeptimo feliciter Amen &c.*

Primum in hoc Polyptico bona mobilia eccleſiarum, atque ſacrarii deſcribuntur, deinde codices interdiu, noctuque pro divinis Officiis inſervientes bibliothecæ codices alii, bona ſtabilia, quæ cum pluribus eccleſiis cœnobium S. Petri multis in locis poſſidebat, juriſdictiones, quas in oppidis ſibi ſubjectis habebat, quorum primum erat caſa Magiſtrorum, vulgo *li Caſali Maſtri* quod in clivo poſitum non longe ab eccleſia S. Petri aberat pluribus incolis ditatum. Alterum erat civitas monaciſca, quod modo incolis deſtitutum, civitas dicitur: Aberat hoc oppidum uno vix lapide a monaſterio S. Petri ad radices montis Caprarii. Tertium Robellio vulgo Roviglione ad radices ejuſdem montis duobus circiter paſſuum millibus a S. Petro diſſitum. Quartum S. Martini duobus, & ſeſqui milliaribus a S. Petro aberat, ſitum in clivo, ejuſque territorium flumen Sangri abluit. Demum oppidum Cantalupi duobus circiter & ipſum, & ſeſqui paſſum millibus a S. Petro diſtabat in clivo conſtitutum, ejuſque territorium eodem flumine alluitur. Quinque hæc oppida quamquam diruta hactenus poſſident Caſſinates, cum omnibus juribus, quibus in aliis Abbatiæ Caſſinenſis oppidis fruuntur; triaque prima ſita ſunt intra territorium S. Petri de Avellana. En vero Inquiſitionem in oppido caſæ magiſtrorum factam.

*Hæc ſunt tenimenta caſæ Magiſtrorum, & caſalis collium. Nomina juratorum ſunt hæc videlicet, Benedictus de Valle, Guillelmus Petri Rubei.*

*Benedictus de Serra, qui jurati, & interrogati ſuper infraſcriptis tenimentis redditibus, & rationibus omnibus debitis dictæ eccleſiæ S. Petri de Avellana in præſentia judicis Johannis de civita, notarii Riccardi de S. Martino de Camarda publici notarii terrarum monaſterii S. Petri de Avellana, Frater Gualterius de Iſaya, Fr. Gualterius de caſtello, Frater Petrus de caſtello, & Gentilis de Petro de Rubellioni dixerunt. Inprimis quod infraſcripti hominer tenent infraſcripta tenimenta, & debent reddere redditus infraſcriptos . . . . . . . . . . . . . . videlicet*



*licet*

Digitized by Google

*licet &c. Item quodlibet focnlare ex debito debet an-
nuatim in vicennis eccleſia unam operam ad aran-
dum, ſi habet boves, & aliam operam ad arandum
pro tevimentis, ſi non perficitur arare, præcipitur
illis, qui habent feuda, & ipſi tenentur complere.
Item quodlibet foculare debet ex debito annuatim in
vicennis eccleſia ad recaldandum operam unam. Item
quodlibet foculare debet ex debito annuatim in vicen-
nis eccleſia unam operam ad ſeminandum, ſi habet bo-
ves, ſi non perficitur ſeminare, præcipitur illis, qui
habent feuda, & ipſi tenentur complere. Item quod-
libet foculare debet ex debito annuatim in vicennis ec-
cleſia ad metendum primam, & ſecundam operam,
et ſi non perficitur metere, et ipſi tenentur complere,
debent explere homines caſalis prædicti generaliter
per foculare, ut dictum eſt, uſque ad complendum
in vicennis ipſius eccleſia. Item ſi quis habet jumen-
tum debet triturare cum eo in terris ipſius eccleſia
uſque ad perfectionem ex debito aream in omnibus
terris ubi habet areas prædicta eccleſia etc. Item debet
reddere quilibet generaliter operam unam ad foden-
dum vineam, operam unam ad recaldandum, et ſi
non expletur debent homines explere generaliter, et
ſi quis tenet quartam unam debet portare ad vineam
eccleſia tres faſciculos de palis. Item quilibet per fo-
culare tenetur ex debito ire ad reparationem domo-
rum ipſius eccleſia, cum eis injunctum fuerit, et de-
bent habere pro commeſtione expenſas. etc. Item te-
nentur dare Sacram domno Abbati Caſſinenſi, vide-
licet per quartam grana auri decem, et octo. Item
ſi quis deceſſerit, filiis non relictis, ſeu herede, bo-
na ſtabilia, remaneant eccleſia S. Petri, mobilia ve-
ro dimittat pro velle ſuo, ita tamen quod dicta bona
ſtabilia remaneant eccleſia ſupradicta in defectum
ſucceſſorum etc. Item quilibet tenetur portare litteras
aſſignatas ſibi per domnum Præpoſitum, vel officiales
ſuos per dietam unam cum expenſis ſuis, & ſi ultra
portaverit, ibit cum expenſis curia ubi placue-
rit, et ſine ſalario. Item ſi quis ſuccedit decedenti
gratis et ſine pretio ſuccedere debet. Item ſi homo
fuerit in neceſſitatibus conſtitutus, debet, et poteſt
vendere terras ſine licentia, et mandato Præpoſiti
S. Petri, ſalvis redditibus, & ſervitiis ipſius ec-
cleſia. Item cum contraxerint matrimonium poſſunt
dare, & debent de terris ſuis in dotibus hominibus
morantibus in dominio eccleſia, extraneis autem non
&c. Item ſi venatio capitur in territorio ipſius eccle-
ſia, tenetur reddere domino Præpoſito de Vulpe pel-
lem, de caprio quartem partem carnium, & de
aliis ſalvaginis etiam. Item ſi Præpoſitus vult emere
aliquid ab hominibus ipſius terræ per ſe, vel per offi-
ciales ſuos, debent eſtimari communi extimatione,
& debet facere eis ſolvi ſine querela, videlicet ſi de-
narii ſunt boni, debet emere de ipſis denariis, & ſi de-
narii ſunt valoris vilius vendere tenentur &c. Item
quod nullus vaſſallus debet piſcari in flumine Sangri
ſine mandato domini Præpoſiti &c. Item prædicti ho-
mines, qui vadunt ad arandum in vicendam curiæ
debent habere ab eccleſia quilibet panem unum ponde-
rantem uncias ſexaginta tres per totum diem, &
olera, ſeu fabas pro companagio eorum, ſimiliter ad
recaldandum, præter quod non debent habere com-
panagium, ſimiliter etiam ad ſeminandum debent
habere quemadmodum ad arandum. Item ad me-
tendum quilibet debet habere duos panes, & medium
prædicto pondere per quemlibet panem, & in prima
opera debent habere pro companagio eorum caſtratos
duos, & in merenda de caſeo, & cœpis per compa-
nagio ſimiliter. Item ad triturandum quilibet debet
habere libras de pane duas, & mediam de libris
monachorum de oleribus in companagio; Debent ha-
bere ſimiliter, quemadmodum ad metendum, &
debent habere quatuor panes, tornatos dandos bubul-
cos, & de bonulis caldariam unam a dictis bubulcis
pro qualibet area debent habere de grano area tumu-
li tres &c. Item quando coppa debet relevari, debet
refici hoc modo, debet inveniri ordeum aluſtroſum
& de ipſo ordeo debet fieri jumella una, & pugillus
unus, & per majorem jumellam hominis, quam
poteſt in ipſa terra inveniri. Jumella dicitur, quod
ſunt duæ manus hominis ſimul juncta, & iſta coppa
debet eſſe in molendinis, quæ ſunt juxta monaſte-
rium. Item ſimili modo debet refici ſtarum cum duo-
decim jumellis, vel coppis, & eodem modo debet
refici quartarium, cum quatuor ſtara, quia quatuor
ſtara faciunt quartarium. Item quod quilibet debet
ire cum bubus eorum ad portandum marrame pro
reparatione eccleſia, & domorum, ubicumque eis
injunctum fuerit, per Dominum Præpoſitum, &
officiales ſuos. Item quod ſi quis homo altercatur* Pena pro delictis.
*cum aliquo alio homine, & extrahet ſibi ſanguinem,
ſit pena unius auguſtalis. Item ſi quis irato animo in-
juriaret aliquem famulum, ſeu familiarem S. Pe-
tri, per quam injuriam ille famulus diſcederet de
loco, ſit pena unius auguſtalis. Item ſi quis irato ani-
mo injuriam dixerit alicui conjugatæ meretricem,
ſit pena unius auguſtalis. Item ſi quis irato animo di-
xiſſet injuriando alicui homini rivallem, ſit pœna
unius auguſtalis. Item ſi quis dixerit aliquam inju-
riam, vel ignominiam alicui Monacho, tam laicus,
quam clericus, ſit pena unius auguſtalis. Item quod
nullus homo vaſſallus S. Petri poſſit vendere aliquam
poſſeſſionem ſine licentia domini Præpoſiti ejuſdem ec-
cleſia S. Petri. Quod ſi quis contra hoc preceptum
fecerit, ſit pena unciæ aurei unius. Item quod nul-
lus, vel nulla vaſſallus, vel vaſſalla S. Petri habet
poteſtatem dimittendi pro anima ſua poſſeſſionem ali-
quam in eccleſia aliqua, nec hortum, nec vineam,
domum ſeu caſarenum, vel terram, quod ſi quis con-
tra hoc mandatum fecerit, tam in eccleſia S. Petri,
quam aliis eccleſiis, propterea quod exinde Feudum
diminuitur, & eccleſia perdit ſervitia, ſeu jura ſua,
quæ debet habere ex illo feudo, ſit pena unius augu-
ſtalis. Item quod ſi quis (extigante Dyabolo) reple-
tus eſſet ſpiritu nequiſſimo, quod vellet immittere
manus in perſona Præpoſiti ejuſdem eccleſia S. Petri
ad vituperium, ex omni poſſeſſione ſua ſit expoliatus,
perpetue cum ipſo jure, ſit exinde expoliatus, ita
quod tempore vitæ ſuæ ipſe, & ſui heredes non poſ-
ſint re aquirere gratiam S. Petri, nec ſuam poſſeſ-
ſionem in perpetuum rehabere &c. Item non debet
vindemiare aliquis ante curiam. Item de vineis Ro-
bellionis debet habere monaſterium ſpletas decimas,
quãdo habent uvam, & ſi fuerint labarare in frumen-
to, debet reddere terraticum &c. Item qui levaverit
riſſam portando arma, & extraſſerit unus ſangui-
nem alteri, debet ſolvere auguſtulem unum. Item* Pena pro delictis.
*qui dixerit Revalioſum unus alteri, debet ſolvere
auguſtalem unum. Item ſi quis injuraverit Mona-
chum de S. Petro, tenetur ſolvere auguſtalem unum.
Item homo qui dixit Aſinarius S. Petri, tenetur ſolve-
re auguſtalem unum. Item quando vacant quartæ da*

Can-

Digitized by Google

*Cantalupo, conventus S. Petri debet habere medium Terraticum. Item quando vacant quarta de Valle ſurda, conventus debet habere medium terraticum. Item quando vacant quarta de Fermān conventus debet habere totum terraticum. Item quando laborant vaſſalli eccleſia de Demaniis per totam terram, debet reddere terraticum tam de grano, quam de ordeo, quam de meſturo, quam de milio, quam legumina, & debet venire ad horreum Monaſterii. Item nullus homo de terra S. Petri debet ire ad commendationem alicujus domini niſi ad Prapoſitum, & ſi aliter fecerit, & ſub pena uncia unius auri &c. Item quicumque offenderit in rebus monaſterii, ille eſt excommunicatus, & eſt ſub pena unius uncia auri. Item vaſſalli hujus eccleſia debent ſubvenire monaſterio, in emendo poſſeſſiones, & manutenere eas. Item conventus hujus eccleſia debet habere a prapoſito hujus eccleſia a die Dominico ſancta Paſcha per monachum ova quatuor, uſque in octava Paſcha &c. Item nullus clericus ſecularis, & nullus laycus poteſt dormire in dormitorio, neque in die neque in nocte, & ſi alter fecerit excommunicatur.*

Homines S. Petri debent facere fidelitatem Abbati Caſſinati. *Antiqua conſuetudo cuncta eſt quod quotiens renovatur Abbas in monaſterio Caſſinenſi, omnes homines de terra S. Petri debent renovare ſacramenta fidelitatis Abbati Caſſinenſi ex debito. In primo ſciatis quod domnus Prapoſitus S. Petri tenetur de jure facere reparari totam eccleſiam in primo Campanile, deinde eccleſiam, poſtea omnes domos ejuſdem monaſterii &c.*

*In Civita Monaceſca.*

*Simili modo, & forma facta eſt inquiſitio per infraſcriptos juratos homines ipſius terra in praſentia pradictorum judicis notarii, & Monachorum; nomina juramentorum ſunt hac: Johannes Oddonis Bajulus, Rocco, Gualterius, Joannes Adenulfi, & Petrus de Beraldo, &c. & poſt multa alia, Qui pradicti jurati, & interrogati idem per omnia de omnibus redditibus et ſervitiis debitis eidem eccleſia dixerunt, quod jurati de caſa magiſtrorum tenentur facere. Item dixerunt quod de ortis, qui ſunt infra civitatem Monaceſca Pheudum Deſqui Moniſti, & medium Pheudum de maneriis, qui pertinentes ipſis feudis ſunt feudati, ceteri orti debent reddere de ſplattis & de oleribus, qua ſunt in ipſis ortis, eccleſia S. Petri ad requiſitionem curia decimam.*

*In ſancto Martino de Camarda.*

*Simili modo, & forma facta eſt inquiſitio per infraſcriptos homines ipſius terra in praſentia pradictorum judicis notarii, & Monachorum, nomina juratorum ſunt hac; Andreas Johannis Minada, Franciſcus Petri de Sangro bajulus, Petrus Gualterii Oddonis &c. & poſt multa alia. Qui pradicti Jurati dixerunt idem per omnia, ut jurati de caſa magiſtrorum, prater quod dixerat q. pro qualibet quarta tenentur reddere in Natali Domini grana auri novem, & in Paſcha grana auri novem. Item dixerunt quod tenentur reddere pro foculari operam unam ad arandum, & unam ad recaldandum pro foculare ſi habet boves. Item quodlibet foculare debet ex debito annuatim in vicennis eccleſia unam operam ad ſeminandum per foculare, ſi habet boves &c. Item quodlibet foculare debet ex debito annuatim in Vicennis eccleſia ad metendum opera una, & alia opera qui habet Feuda, & ſi non perficeretur metere, debent explere homines caſalis pradicti generaliter per foculare, ut dictum eſt, uſque ad complendum vicennis ipſius eccleſia. Item dixerunt quod debent ire ad fodiendum in vinea curia, qua eſt in Cantalupo, & non debent alia ſervitia facere in eamdem &c.*

*In Robellione in die Natalis Domini.*

*Simili modo, & forma facta eſt inquiſitio per infraſcriptos juratos homines ipſius terra in praſentia pradictorum judicis notarii, & Monachorum. Nomina juratorum ſunt hac; Johannes de Raynaldo, Nicolaus Benedicti Bajulus, Sangrus Petri Alzeri. Qui jurati dixerunt &c.*

*Qui pradicti Jurati, & interrogati de Robellione dixerunt idem per omnia, quod jurati de caſa magiſtrorum, & civita Monaceſcha prater de ovis qua dixerunt, qua debent reddere ſeptem ova tantum, & non plus, Item dixerunt qua debent ire ad fodendum in vineam curia, qua eſt in Cantalupo, & non debent alia ſervitia facere in eodem &c.*

*In Cantalupo.*

*Simi modo, & forma facta eſt inquiſitio per infraſcriptos juratos homines ipſius terra in praſentia pradictorum judicis, notarii, & monachorum. Nomina juratorum ſunt hac, Raynaldus de Jacobo. Gualterius de Oderiſio Bajulus, Bernardus Johannes Oderiſii. Qui jurati: Raynaldus Johannis Alberti tenet tertiam unam. Dominicus Gualterii de Errico cum conſortibus quartam unam. Oderiſius de S. Germano dua partes de quarta &c.*

Anno 1272. die ſeptima Martii Bernardus Abbas publicum in civitate S. Germani, ditioneque Caſſinenſi tabellionem conſtituit, Johannem Capuanum, atque in patentibus ad id epiſtolis ſolita hæc formula extat: *Recepto a te Sacramento fidelitatis, & ligii, homagii, nec non, & juramento de officio ipſo per te fideliter exercendo, & de veritate ſcribenda, &c.* Johannes Capuanus creatus notarius. Ex eodem Reg. fol. 142.

Die 19. Aprilis 1272. Bernardus Abbas apocham hujuſcemodi Alberto Signoricto fecit: *Nos Bernardus &c. te Albertum Signoricti militem dilectum Camerarium, familiarem, & fidelem noſtrum in noſtra preſentia conſtitutum ad ponendum nobis de officio noſtra camera, quod exerces, debitam rationem oſtendiſti nobis per quaternum tui introitus recepiſſe in camera noſtra a diverſis perſonis, & pro diverſis rebus de juribus, & proventibus noſtris ad cameram, & menſam noſtram ſpectantibus a die luna ſexto Octubris proxima praterita quarta decima indictionis, uſque per totum ſupraſcriptum diem Martis 19. pradicti menſis Aprilis pradicta quintadecima indictionis, omnibus computatis, prout in eodem quaterno tui introitus particulariter, & diſtincte vidimus contineri ad generale pondus regni uncias aureas mille optingentas quindecim, tarenos viginti quatuor, & grana novem. Item marchas argenti ſeptuaginta ſeptem, uncias duas, & tarenos quindecim in pondere libra; nos vero de ipſius exitu pecunia totius pradicti temporis valentes plenius eſſe certi, ad mandatum noſtrum oſtendiſti nobis per quaternum tui exitus, expendiſſe, & liberaſſe de mandato noſtro,* Apocha Alberto Signoricto facta. Ibidem fol. 143.

tam in manibus noſtris pro expenſis itinerum noſtrorum, quam pro rebus neceſſariis ſacro Conventui Caſſinenſi, & familia noſtra, quam etiam pro rebus ordinariis quotidianis, extraordinariis, quotidianis, extraordinariis non quotidianis, & hoſpitibus, edificiis, reparationibus, commennatiis perſonarum ad noſtra ſervitia deputatarum, animalibus emptis, vino, vegetibus, oleo, & aliis rebus per totum ſupraſcriptum tempus videlicet a die lunæ ſexto dicti menſis Octubris dicta quartedecima indictionis, uſque per totum prædictum diem martis nono decimum dicti menſis Aprilis dictæ quintadecima indictionis prout in quaterno tui exitus diſtincte, particulariter, & plene vidimus contineri ad dictum generale pondus. Uncias aureas duo millia decem, & novem, tarenos viginti quatuor, & grana tredecim, de quibus unciis aureis duobus millibus decem, & novem, tarenis viginti quatuor, & granis tredecim expenſis, & liberatis per te de mandato noſtro infra prædictum tempus deductis ſupraſcriptis unciis aureis mille octingentis quindecim tarenis viginti quatuor, & granis novem, quas ut prædictum eſt infra prædictum tempus in noſtra camera recepiſti, facta de ipſo introitu, & exitu ſumma, & diligenti ratione ipſa per nos ſolemniter viſa, diſcuſſa, & examinata, invenimus exitum introitum ſuperare in unciis aureis ducentis quatuor & granis quatuor, in quibus pro noſtris ſervitiis, & negotiis, ſecundum ipſam poſitam rationem, diverſis creditoribus, & pro diverſis rebus eſt noſtra camera obligata; Quibus creditoribus noſtris volumus, & jubemus, & de prima pecunia camera noſtra, quæ erit per manus tuas de toto ipſo debito per te plenarie, ac integre ſatisfiat. De marchis vero argenti ſeptuaginta ſeptem, unciis duabus, & tarenis quindecim in pondere libra, quas ut prædictum eſt, infra prædictum tempus in noſtra camera recepiſti, oſtendiſti nobis feciſſe fieri vaſa argentea videlicet nappos, urceus, ſcutellas, tallerea, & ſalſeria, quæ a te fatemur ad opus noſtra camera integre recepiſſe; Unde ad futuram memoriam, & tuam, tuorumque heredum cautelam, præſens publicum ſcriptum, & apodixam tibi exinde fieri fecimus per manus Benedicti publici noſtri, monaſterii Caſſinenſis, & civitatis S. Germani notarii, ſigno ipſius ſignatum nec non & ſubſcriptionibus noſtris, & ſubſcriptorum Fratrum noſtrorum ſubſcriptiomibus roboratum, ac bulla noſtra plumbea communitum. Quod ſcripſi ego idem Benedictus publicus monaſterii Caſſinenſis, & civitatis S. Germani notarius de mandato ſupraſcripti Domini noſtri domini Bernardi Dei gratia Caſſinenſis Abbatis, & meo ſigno ſignavi. Actum Romæ apud Lateranum in hoſpitio ejuſdem domini Abbatis. † Ego qui ſupra Bernardus beati Benedicti ſucceſſor indignus. † Ego Frater Johannes Decanus Caſſinenſis. † Frater Thomas Vicedecanus Caſſinenſis &c. Triginta tres alii Monachi ſubſcribunt. Ex hac vero apocha ingentes cœnobii Caſſinenſis redditus deducuntur, cum ſex tantum, & ſeſqui menſium ſpatio Bernardus Abbas pluſquam duas mille auri uncias impenderit, & ſexaginta ſeptem, & amplius argenti marchas, pauloque minus ex redditibus ſuis acceperit. Illud quidem compertum, auri unciam duodecim, argenti vero ſex ducatis valuiſſe. Ingens pro illis temporibus, quibus aurum, argentumque haud tanta copia ſuppetebat, omniumque rerum pretia longe minora, quam in præſentiarum erant, bis mille auri unciæ cenſus exiſtimandæ ſunt, cum potiſſimum plura in cœnobio Caſſinenſi eſſent officia monachis commendata, quæ propriis ſingula redditibus haud quidem modicis pollebant, puta officium Decanatus, Ædituì, Veſtiarii, Infirmarii, Celleratii, & Hoſpitalarii, ut ex Romanorum Pontificum bullis aliiſque monumentis in noſtro archivo ſervatis conſtat.

Quædam contra universitatem S. Eliæ ſtatuta.

Ibidẽ fol. 143. a t.

Anno 1273. Die 26. Januarii. Jacobus a S. Elia notarius inſtrumentum edidit, in quo teſtatur, quædam univerſitati S. Eliæ fuiſſe præcepta a Jacobo Rectore Caſſinenſi, in eoque hæc præ cæteris habentur: Quod providus vir Julianus de Criſtina &c. veniens apud caſtrum S. Eliæ congregata ipſa univerſitate ante eccleſiam S. Blaſii voce præconia, ut moris eſt, oſtendit, & publice legi fecit quaſdam litteras ſibi tranſmiſſas ab honorabili, & religioſo viro Fratre Jacobo rectore Caſſinenſi, ſigillo majori curiæ Caſſinenſis cera viridi ſigillatas, quarum litterarum tenor per omnia talis erat. Frater Jacobus rector Caſſinenſis prudenti viro Juliano de Chriſtina &c. Cum excellentiſſimus dominus noſter rex cum felici & copioſo exercitu in S. Germano moretur ad præſens, nec ibidem venalium rerum inveniatur copia pro uſu equitum, & equorum, mandamus tibi authoritate qua fungimur, quatenus incontinenti receptis preſentibus ad caſtrum S. Eliæ te perſonaliter conferens, injungas ex parte noſtra univerſitati ipſius caſtri ſub pœna, quæ in cedula noſtra ſigillo munita diſtinctius continetur, ut quantitatem rerum in eadem cedula expreſſarum, cras die Veneris &c. & quolibet alio die, donec dictus Dominus noſter Rex in S. Germano morabitur, apud S. Germanum mittere debeant ad vendendum. Ita quod ibidem neceſſariarum rerum valeat copia maxima inveniri. Significans dictæ univerſitati, quod illi, qui res ipſas deferent ad vendendum coram nobili viro Domino Senebaldo milite de ſancto Germano a nobis ſtatuto cum quantitate prædicta die quolibet ſe præſentent, recepturi ab eodem de rebus ipſis delatis congruam apodixam, prædicens eidem univerſitati, quod ſi in iis negligens fuerit, vel remiſſa quotiens contrarium attemptabit, totiens prædictam pœnam ab eadem univerſitate irremiſſibiliter exigi faciemus, faciens fieri de mandato, & pena prædicta in caſtra prædicta publicum inſtrumentum, quod nobis celeriter ſtudeas deſtinare &c. Item oſtendit quandam cedolam ejuſdem Rectoris ſigillatam ſigillo majoris curiæ ſupraſcripta, quam cedolam coram eadem univerſitate ſimiliter publice legi fecit cujus cedolæ tenor per omnia talis erat. Univerſitas S. Eliæ mittat de quolibet apud S. Germanum panes duo millia, de vino ſalmas viginti, de prebenda tumulos trecentum, gallinas trecentum, ova quingenta, de lignis ſalmas viginti ſub pena unciarum aurearum quinquaginta, quotiens dicta univerſitas contrarium attemptabit &c.

Carolus Rex cum ſuo exercitu in S. Germano.

Bannum juſſu Bernardi Abbatis promulgatū.

Hoc eodem anno Bernardus Abbas in civitate S. Germani, & in oppidis S. Victoris, S. Petri inſine, Cervarii, S. Eliæ, Pediſmontis, Pontiſcurvi, Terami, S. Georgii, S. Stephani, Caſtri novi Fractarum, Vallis frigidæ, S. Ambroſii, S. Apollinaris, Mortulæ Bantræ, Terruculi, Juncturæ, Cucurutii, S. Angeli, S. Andreæ, Pi-

gnata-

Digitized by Google

gnatarii, Plumbariolæ, Vallisrotundæ Cardeti, Aquæfundatæ, Sarraciniſci, Viticuſii &c. hujuſcemodi Bannum promulgari juſſit.

Ibidē fol. 147. a t.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno incarnationis ejus milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo tertio, regnante Domino noſtro Carolo Dei gratia excellentiſſimo rege Siciliæ, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ, Almæ urbis ſenatore, Andegaviæ Provinciæ. Tolchr. comite, ac Romani imperii in Tuſcia per ſanctam Romanam eccleſiam Vicario generali, ipſius regni anno octavo, menſe Aprelis duodecima die ejuſdem menſis prima indictionis. Præſentis publici ſcripti ſerie declaramus nos magiſter Riccardus de Berlengerio, judex & advocatus Caſſinenſis, quod in noſtri qui ſupra judicis præſentia, Bartholomei de Magiſtro publici monaſterii Caſſinenſis, & civitatis S. Germani notarii, & teſtium ſubſcriptorum, & aliorum quam plurium de caſtro S. Victoris de ſpeciali mandato domini noſtri domini Bernardi venerabilis Caſſinenſis Abbatis, de quo nobis conſtitit, manifeſte bampnitum fuit voce præconia per Valentinum publicum præconem curiæ Caſſinenſis per caſtrum S. Victoris in locis conſuetis in hunc modum. Audite bannum ex parte domini noſtri domini Caſſinenſis Abbatis, quod quæcumque univerſitas, ſeu ſpecialis perſona habet aliqua privilegia ſeu immunitates, libellos inſtrumenta, ſeu alias cautiones a monaſterio Caſſinenſe, vel membris ejus conceſſa, vel indulta per Abbates Caſſinenſes, vel officiales, ſeu Præpoſitos ejuſdem monaſterii, & membrorum ejus, tam ſuper libertatibus redditυum, & ſervitiorum realium, & perſonalium generaliter, & ſpecialiter remiſſorum, quam ſuper domibus molendinis, Balcatoriis, Montanis, terris, vineis, & olivis, quam etiam ſuper hominibus, & eorum angariis, & perangariis alicui perſonæ conceſſis, & ſuper quibuſcumque rebus aliis, quod infra tres menſes ab hodie in antea computandos, debeat ipſi domino Abbati ipſa privilegia, immunitates, libellos, inſtrumenta, & quas vis alias cautiones quæ non ſunt regiſtrata, oſtendere, ac etiam præſentare in regiſtro monaſterii Caſſinenſis, tam ad cautelam ejuſdem monaſterii, quam ad ſecuritatem repræſentantium regiſtranda, quos tres menſes, præter alios terminos, quos hactenus ſimiliter ad repræſentanda jura, & cautiones, quæ habent de conceſſionibus ſibi factis, univerſis, & ſingulis aſſignaverat, nunc indulget idem dominus Abbas de gratia ſpeciali, & offert ſe idem dominus Abbas paratum cuilibet oſtendenti jura ſua, jus ſuum plenius conſervare, tam in renovationibus, quam in aliis quibuſcumque, quæ jura, privilegia, immunitates, libellos, inſtrumenta, ſeu alias cautiones, ſi infra prædictum tempus ſibi non præſentaverint, ut dictum eſt, ex tunc ipſa jura, privilegia, immunitates, libelli, inſtrumenta ſeu alia cautiones non valeant, quoniam ipſa caſſat, ex tunc nullam fidem impoſterum habitura. In cujus rei teſtimonium, & cautelam tam prædicti monaſterii Caſſinenſis, quam hominum repræſentantium ſupraſcripta, præſens publicum Inſtrumentum fieri fecimus per manus notarii ſupraſcripti ſuo ſigno ſignatum noſtris qui ſupra judicis, & teſtium ſubſcriptionibus roboratum, quod ſcripſi ego idem Bartholomæus publicus monaſterii Caſſinenſis, & civitatis S. Germani notarius, qui prædictis omnibus interfui, & meo ſolito ſigno ſignavi. Actum in caſtro S. Victoris. † Ego qui ſupra magiſter Riccardus de Berlengerio judex, & advocatus Caſſinenſis. † Ego Hieremias rogatus teſtis interfui, & ſubſcripſi. † Ego Notarius Petrus iis interfui, & ſubſcripſi. † Ego Petrus Capiferrus iis interfui, & ſubſcripſi. † Ego Nicolaus de Roſa . . . . . . . iis interfui, & ſubſcripſi.* Meminerit lector quæ ſuſupra, cum de banno in civitate S. Germani promulgato, advertimus.

Judex in Oppido Pōtiſcurvi conſtitutus. Ibidem fol. 163.

Die decima Maii magiſter Simeon de Frumaria ex oppido Pontiſcurvi ejuſdem oppidi judex eſt conſtitutus a Bernardo Abbate, in cujus rei patentibus litteris hæc leguntur: *Recepto a te corporali ad ſancta Dei evangelia juramento de ipſo judicatus officio ad honorem, & fidelitatem noſtram in prædictis locis fideliter exercendo. Univerſis hominibus Pontiſcurvi fidelibus noſtris tenore præſentium firmiter injungentes, uti tibi tamquam judici ejuſdem loci a nobis ſtatuto in omnibus, qui ad officium judicatus ipſius ſpectare noſcuntur devote pareant, & intendant &c.*

Et Notarius.

Ejuſdem oppidi publicum notarium conſtituit Bernardus Abbas Nicolaum Petri, atque in litteris patentibus ſolita hæc formula legitur.

Ibid. fol. 165.

*Recepto a te corporali ad ſancta Dei evangelia juramento de officio ipſo per te fideliter exercendo, & de veritate ſcribenda &c. Recepto etiam a te Sacramento fidelitatis, & ligio, homagio, quod nobis pro parte noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum in noſtris manibus præſtitiſti &c.*

Notarius creatus in oppido Pignatarii.

In caſtro quoque Pignatarii die 2. Junii an 1273. notarium conſtituit idem Abbas Maximum Rogerii, qui ſolitum præſtitit Juramentum, ut ex fol. cit.

Decretū in oppido S. Eliæ promulgatum.

Ex mox edenda ſententia luculenter deducitur criminalis juriſdictio, quam oppido S. Eliæ cœnobium Caſſinenſe exercebat, ejuſque oppidi mœnia alia qua publica loca privatorum poſſeſſiones, Aquas, omniaque reliqua cœnobii juris fuiſſe, ad quod immunitatem, libertatemque concedere pertinebat.

Ibid fol. 169. a t.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti anno incarnationis ejus milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo tertio, regnante domino noſtro Carolo Dei gratia excellentiſſimo rege Siciliæ, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ, Almæ Urbis Senatore Andeg. Provinciæ, & Forchalquerii Comite, ac Romani imperii in Tuſcia per Sanctam Romanam eccleſiam Vicario generali ipſius regni anno nono, menſe Julii decimo die ejuſdem menſis, indictione prima. Curandum eſt nobis ex debito commiſſæ ſollicitudinis errantes ad viam revocare demonſtrationibus veritatis, revocatoſque ſic in ſua juſtitia conſervare, ut non ipſorum faveamus auxiliationibus adinventis in præjudicium maximum juris beatiſſimi Benedicti, nec ab eis aliquid contra juſtitiam exigamus, ſicque juſtitia uti, ut miſericordia condiatur, & ipſa ſuper exaltante miſericordia taliter ne juſtitia infatua remiſſionis indebitum convertatur. Ideoque nos Bernardus Dei gratia Caſſinenſis humilis Abbas attendentes, quod Fredericus quondam Romanorum imperator & poſt eum duo filii ejus Conradus videlicet & Manfredus ſub certis juribus, & rebus noſtri monaſterii Caſſinenſis cui patientia divina, licet immeriti ſpiritualiter, & temporaliter præſidemus, ſpeluncam latronum de templo Domini facientes, viginti, & ſex fere annis ante ingreſſum*

Damna illata a Friderico Imperatore & a duobus filiis ſuis monaſterio Caſſinati.

*noſtrum*

Digitized by Google

*noſtrum in arcem damnabiliter tenuerunt & ex hoc homines caſtri noſtri S. Eliæ monaſterio noſtro prædicto ſubiecti videntes ſibi magis illicita licere, præcipue cum vel non eſſet paſtor in dicto monaſterio, qui eoſdem ab illicitis arcere curaret, vel poſſet, vel qui præerant exiliis deputati, non poterant intendere ad ſui debitum officium exequendum, adinvenerunt novos fraudulentos contractus, novumque genus culturæ, quibus ſuis ſatisfacientes cupiditatibus, jura beati Benedicti ſuptraherent, & ſe ipſos mortis eternæ præcipitio darent prædonum, & excommunicatorum pœnam in prædictis perpetranda fraudibus incurrendo; in primis ſiquidem iidem homines allegabant ſibi de conſuetudine licere, quod is, qui de ſervitio equi erat, & per conſequens a ruſticanis ſervitiis, & a præſtatione terratici liber aſſerebatur, & immunis poterat filium illius, qui eiſdem ſervitiis, & terraticis erat adſtrictus ſibi in filium adoptare, ſive ut eorum verbis utamur, affiliare in tota medietate, vel tertia parte bonorum ſuorum, cui ſic adoptato, vel affiliato idem liber dabat filiam in uxorem, quæ in domum angariis ſubiecti traducta, protinus eadem domus plena libertate gaudebat, & a ruſticaniis ſervitiis angariis, gallinis, ſeu pullis, terraticis, & aliis præſtationibus habebatur ſoluta pro ſervitio equi quadam modiciſſima ſicut inter ſe fraudolenter conveniebant, pecuniæ quantitate, qui & ſic ſe pro libero habens qui prius angararius extiterat, ſimilem contractum faciebat cum reliquis de ſervitio angariæ, ut volebat, & ſic univerſas angararios temeritate propria præter Abbatum Caſſinenſium conſenſum, liberabat, liberoſque faciebat pro ſuo libito voluntatis, quod jam noſtris diebus ab ipſis doloſis, quia pro lege iniquitas hujuſmodi allegabatur, & indifferenter a præſumptoribus ſervabatur, propterea hiis iniquitatibus, & fraudibus fraudes, & iniquitates aliæ jungebantur. Erat homo ſervitiis, ut dictum eſt, ruſticanis ſubiectus, qui ſecundum ſuum teſtimonium de quatuor ſeminibus, videlicet de grano, ordeo, milio, & fabis majorinis terraticum, ideſt ſeptimam partem, & de vineis tertiam partem præſtare debebat, hic quidem in terra quam tenebat vites plantabat, quæ dum erat humilis, nec ſuſtentatæ paſſillo, vel arbore poterat, tertiam partem ut dicebat, debebat; ſed incontinenti quod eam erexerit in paſſillum, vel ſi plantata arbori, vel quam ipſe plantabat erat conjuncta aliqua de vitibus prædictis nihil penitus exinde ſolvere volebat, ſed & terram, quam colebat olivis implebat, aut aliis fructiferis arboribus, de quibus penitus ſolvere nil curabat, & ſic demum terra monaſterii inutilis reddebatur, dum ſub arborum umbra pauca vel ulla poterant ſeminari, & ipſi de arborum, & vitum ſoli ubertate gaudebant, jungebant etiam ad iſta tam illi, qui ſe dicebant liberos, quam qui ſervitia non negabant, quod ortus in locis congruentibus & aquæ proximis, quibus irrigabant eoſdem cum diligentia excolebant, monaſterio nil dabatur adiicientes ad has fraudes, quod ſi angararius terram quam tenebat, de qua preſtabat terraticum illi, qui liber dicebatur, vendebat, vel quomodolibet transferebat in eum emptor ille de ipſa terra, nullum Terraticum ſolvere tenebatur, & ut hunc paliarent dampnoſum contractum aſſerebant quod terra per liberum angarario vendita terratico erat ſubiecta, ut naturam quodammodo imitaretur emptoris. Inſuper de eo, quod volebant Clerici eccleſiæ præſtabant juxta ſuam voluntatem aliquam quantitatem modicam nomine decimarum, quæ proculdubio in unum collecta ſicut id examinantes invenimus ad quantitatem centeſimæ pervenire nequibat. Edificia quoque ſine conſenſu Abbatum hærentia muris dompnicis, eoſdem muros etiam aperiendo, & in locis etiam aliis publicis pro ſuæ voluntatis libito erigebant, & inde per conſequens, ut prædictum eſt, eorum animæ damnabantur, & monaſterium in ipſo caſtro rebus & hominibus dominii ſolum nomen habebat inane, quibus omnibus dum nos præfatus Abbas ex officii debito curaremus ſalubriter obviare, ac ipſos a peccatis liberatos, Deo acceptabiles, & monaſterii vaſſallos, ſeu ligios homines utiles reddere niteremur iidem pravo ducti conſilio contra nos, & ſacrum Caſſinenſem conventum calcaneum erigere in auribus ſedis Apoſtolicæ, ac regiis cum verbis turpibus, & injurioſis, quæ de ſacro conventu prædicto clamabant calumnioſas querimonias proponendo, ex quo cum dampnoſa jurium ſubtractione graves ipſum monaſterium incurrit expenſas, & pro ipſis diverſis laboribus ſunt afflicta, ſet demum domino inſpirante per ſalubres monitiones, & reprehenſiones providi, & diſcreti viri magiſtri Joannis de caſa Miczola logicalis, & medicinalis ſcientiæ profeſſoris, domini noſtri regis conſiliarii familiaris, & medici, cariſſimi amici noſtri, qui juſtitiæ noſtræ manum in ultionem paratam precibus continuit importunis; Iidem homines ad cor reverſi uſi conſilio ſaniori, appellationibus renuntiantes, & quærimoniis omnibus interjectis, reatum ſuum humiliter cognoſcendo, ſe noſtris voluntatibus, mandatis, ordinationibus, ſententiis, ſeu dictis, & beneplacitis, ac miſericordiæ totaliter ſubdidere, ſicut patet per publicum inſtrumentum, quod de verbo ad verbum, præſentibus duximus inſerendum, cujus tenor per omnia talis eſt: In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti anno incarnationis ejus 1273. regnante domino noſtro Carolo, Dei gratia, Siciliæ rege magnifico, ipſius regni anno octavo, menſe Junii, vigeſimo tertio die ejuſdem menſis primæ inditionis. Nos Mercurius Judex caſtri S. Eliæ, Jacobus publicus ejuſdem caſtri notarius, præſentibus ad hoc ſpecialiter vocatis, & rogatis teſtibus, ſcilicet dompno Paulo venerabili Calinen. epiſcopo, Oderiſio Primicerio S. Eliæ, magiſtro Bartholomeo Archipresbytero Sarracinici, notario Joanne presbytero, Joanne de Landon, presbytero Raynaldo de Trichena ſubdiacono Blaſio de Adenul., presbytero Raynaldo Rubeo, presbytero Landone, Helia de Tyobuldo, presbytero Probo, presbytero Nicolao de Cataldo, presbytero Ricco. presbytero, Elia de Palma, domno Severino, magiſtro Bartholomeo de Bellegrimo, Belegrino Benedicti de Bellegrimo, Marco infante, Petro de Perrecta, Nicolao de granna Ricco. infante, Leonardo ſtulto, Petro de mainardo, Petro de Ricco., Angelo de Guido, Gualterio de Amba, Franciſco Thiobuldi, Johanne Pictore de Conte, Johanne de Garra & Berardo de civitate Antema. Preſenti publici ſcripti duximus ſerie declarandum, quod univerſitas S. Eliæ tam clericorum, quam laycorum voce præconia congregata in eccleſia S. Cataldi ut moris eſt, aſſerens ſe indebite, & contra juſtitiam non paruiſſe mandatis Domini Bernardi venerabilis Caſſinenſis Abbatis, nec ſibi, & eccleſiæ ejus ſatisfeciſſe de ſuis juribus, ut tenentur, valentes ad rectam*

ctam conſcientiam ſe reverti, & optantes prædicti domini Abbatis gratiam obtinere, volentes etiam agnoſcere veram fidem, quam vaſſalli eorum domino tenentur, & calumnioſas depellere quæſtiones, in noſtri præſentia bona eorum, & gratuita voluntate, renunciaverunt appellationi interpoſitæ ad ſedem apoſtolicam, vel ad dominum noſtrum regem Carolum, & quæſtionibus motis in curiis prædictorum dominorum, vel dependentibus, vel valentibus dependere ab ipſis quoquo modo, ſuper eo autem quod ipſi timebant ſe impeti per prædictum dominum Abbatem, & monaſterium, & rectores ejuſdem de morte Dompni Andreæ Monachi Caſſinenſis quondam rectoris caſtri prædicti, & de contractibus affiliationis factis, vel faciendis in antea in caſtro ipſo & pertinentiis ejus, & de terraticis gallinis, vino vinearum, & arboribus, & fructibus eorum, & generaliter de omni eo, quod ipſi dicebant, & dicere poſſent ſibi competere de conſuetudine, ad libertatem eorum, quam allegabant, aut allegare poſſent, contra Abbatem prædictum, & monaſterium memoratum, ac de injuriis factis dicto, vel facto, vel quocumque modo irrogatis monaſterio prædicto, & Abbati prædicto, ſeu conventui, Monachis, ſeu familiaribus, aut officialibus ipſorum Abbatis & conventus in curia Romana, vel curia regia, ſeu ipſo caſtro, aut alibi coram quibuſcumque perſonis, & de eo quod plantaverunt, poſuerunt, vel edificaverunt in publico præter mandatum & conſenſum Abbatum Caſſinenſium, quod mandatum omnes dicti caſtri tenentur oſtendere coram prædicto domino Abbate, vel ejus officialibus, quibus idem dominus Abbas duxerit committendum; humiliter, & devote, ſine omni conditione omnes de univerſitate ipſa, & ſingulariter quilibet pro ſeſe ſupponunt voluntati dicto beneplacito mandato ordinationi, definitioni ſententialiter, vel miſericorditer ipſius domini Abbatis de alto, & baſſo, juxta ſua beneplacitum voluntatis, qui omnes generaliter, & ſinguli per ſe obligaverunt ſe, & heredes ſuos, & per ſolemnem ſtipulationem promiſerunt venerabili, & diſcreto viro magiſtro Johanni de Caſa Miczola domini regis familiari, & medico, & religioſo viro Fratri Petro de Majoc monacho Caſſinenſi, & rectori caſtri prædicti, pro parte prædicti domini Abbatis, & monaſterii, & conventus memoratorum prædicta omnia, & ſingula tenere cuſtodire facere, & integraliter obſervare, ſeu adimplere, quæ univerſitas, & ſingula de univerſitate prædicta, ſi prædicta omnia, & ſingula prædictorum non ſervaverint, tenuerint, cuſtodierint, fecerint, & compleverint, obligaverunt ſe, & heredes ſuos prædicto domino Abbati monaſterio, & conventui, nomine pœnæ, ſolvere duo millia uncias aureas, & inſuper unuſquiſque de terra ſolvat nomine penæ uncias aureas quinquaginta, & omnia bona ſua, ſi aliquem de univerſitate in prædictam penā incidere contingerit, transferat in dominium monaſterii memorati, conſtituens ſe pro parte monaſterii prædicta bona ejus nomine poſſidere, & pro majori cautela prædictorum domini Abbatis, monaſterii, & conventus, unus quiſque per ſe ad ſancta Dei evangelia corporale præſtitit juramentum, quod ipſi, & heredes eorum prædicta omnia inviolabiliter obſervabunt, & quod contra mandatum prædicti domini Abbatis de alto, & baſſo contra non venient quoquo modo, nec contra prædictum dominum Abbatem, monaſterium, & conventum ejuſdem per ſe, vel per alium in judicio, vel extra judicium, occaſionem, vel controverſiam intentabunt. Itaquod ſuper prædicto mandato prædicti domini Abbatis ad aliquem ſuperiorem eis, vel alicui prædictorum ad ſuperiorem non licet appellare, vel etiam ſupplicare, quæ omnia qualiter geſta ſunt, ad futuram memoriam, & prædicti Domini Abbatis, conventus, & monaſterii cautelam præſens publicum ſcriptum exinde factum eſt ſcriptum manu mei notarii ſupra ſcripti roborare mei prædicti judicis, & ſubſcriptorum teſtium roboratum. Quod ſcripſi ego Jacobus publicus caſtri S. Eliæ notarius, qui prædictis rogatus interfui, & meo conſueto ſigno ſignavi. Actum in caſtro S. Eliæ ſcilicet in eccleſia prædicta S. Cataldi. † Ego qui ſupra Mercurius de Angurello, judex. † Ego Paulus Dei gratia epiſcopus Calin̄. interfui, & ſubſcripſi. † Ego presbiter Oderiſius Primicerius S. Eliæ interfui. † Ego magiſter Bartholomæus Archipresbiter Serraciniſci interfui, & ſubſcripſi. † Ego notarius Johannes interfui, & ſubſcripſi. † Ego Blaſius ſubdiaconus interfui, & ſubſcripſi. † Ego Helias Thyabuldi clericus de S. Eliæ rector eccleſiæ S. Benedicti interfui & manu propria ſubſcripſi &c. † Ego Bartholomæus de Bellegrimo interfui. † Ego Riccardus infans interfui. † Ego Petrus de Perrecta interfui. Ego Maurus infans. interfui. Ego Nicolaus de Grana interfui, & ſignum crucis feci &c. Nos vero Deum habentes præ oculis habito conſilio ſapientum, inſpectis & conſideratis, penſatiſque omnibus, quæ ſuper prædictis, & quibuſdam aliis injuriis monaſterio noſtro irrogatis per univerſitatem hominum prædictorum, & per aliquos ejuſdem noſtram ſuperexaltationem judicio, ut ipſam a Domino conſequamur, & ipſi ad maximam ſupplicationem, & inſtantiam præfati magiſtri Joannis, qui nos continuis ad hoc precibus, & diverſis pulſationibus impellebat, ſalvis mandatis noſtris in ſubſequentibus faciendis de conſenſu ſacri Caſſinenſis conventus, nobiſcum habendo magiſtrum Riccardum de Berlengerio judicem, & advocatum Caſſinenſem, in præſentia ipſius judicis Bartholomæi publici noſtri, & monaſterii Caſſinenſis, & civitatis S. Germani notarii, & infraſcriptorum venerabilium, & diſcretorum virorum teſtium ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum remittimus clero & populo Caſtri prædicti omnes injurias, & omnes offenſas, quæ quidem maximæ fuerunt, quas uſque ad hodiernum diem facto verbo in judicio, vel extra perſonæ noſtræ noſtroque conventui, noſtris monachis, noſtriſque rectoribus, aut familiæ per ſe, vel per alios quomodolibet intulerunt, mortem, occiſionem fratris Andreæ quondam Monachi Caſſinenſis, & rectoris ipſius caſtri eidem populo ſuper hoc graviter delato in generali miſericorditer remittentes, in primis remiſſionibus, ac indulgentiis includendo, & ſalvo, quod pena ſua teneat illos ſpecialiter, qui ſpecialiter ſunt inventi, vel inveniuntur ſuctores. Remittimus etiam eiſdem ſalvis mandatis noſtris, ut dictum eſt in ſubſequentibus faciendis omne illud, quod de terraticis, decimis, gallinis, ortis, arborumque fructibus, & vino, ac aliis fructibus quibuſcumque, uſque ad hodiernum diem ex ſimplicitate, vel ignorantia, ſeu prava confidentia, cujuſque pravæ conſuetudinis aut

Oppidani S. Eliæ occiderũt monachũ & rectorem ejuſdẽ Caſtri.

illi-

Digitized by Google

*illiciti uſus in dampnum Caſſinenſis monaſterii contra juſtitiam introducti retinuerant, vel non præſtiterant, aut non ſe præſtare debere contra juſtitiam contendebant, eos ab excommunicationibus, quas auctoritate ordinaria, vel privilegiorum ſedis apoſtolicæ propter hoc incurrerant univerſos, & ſingulos de ipſa univerſitate miſericorditer abſolvendo, rogantes Deum, quod & defunctos abſolvat, & nos in quantum deus nobis permittit eoſdem defunctos reddimus abſolutos. Verum ut iniquis præſumptionibus tollatur facultas, & materia delinquendi, ne per quoſlibet fatuos poſſint Abbates monachi, vel rectores caſtri prædicti de facili ſicut actum eſſe noſcitur, propter domus debilitatem occidi, vel lapidari, aut aliter injurioſe offendi, eandem univerſitatem, & homines univerſitatis ejus, ac etiam magiſtrum Bartholomeum de Belegrimo, & Maurum infantem de caſtro prædicto ſindicos, procuratores, ſeu procuratores, ſeu actores univerſitatis caſtri prædicti pro parte univerſitatis ejuſdem præſentes ad hoc conſtitutos, & ordinatos per univerſitatem eandem, prout manifeſte conſtat per inſtrumentum ſindicatus, eorum per præſens mandatum noſtrum in ſcriptis redactum ad faciendum muros, & complendi uſque ad annum ab hodie numerandum in loco, ubi elegerimus pro domo, & oſpitio nobis convenientibus, &*

Debent ædificare oſpitium pro Abbate, & Rectore.

*ſucceſſoribus noſtris, qui quidem muri habeant in altitudinem in loco, ubi minus habebunt preter fundamentum a terra uſque ſurſum ſeptem cannas ad publicam menſuram S. Germani, in ſpiſſitudine autem uſque ad primum ſolarium, præter ſpiſſitudinem fundamenti, quod ſpiſſius eſſe debet, ſeptem palmos, uſque ad ſecundum vero ſolarium palmos quinque, & deinceps quatuor palmos uſque quo altitudo edificii conſumetur. In qualibet autem fronte quadratura habeat quindecim cannas in longitudine, ita quod in ſumma ſint ſexaginta cannæ cum ydoneis cantoribus, feneſtris, portis, & oſtiis de lapidibus quadratis ſicut ordinaverimus apponendis in ſcriptis preſentibus ſententialiter condemnamus; muros vero infra ipſum antedictum pro diverſis habitaculis dividendis faciendos lignamina, ferrum, tegulas, & alia quæcumque ad ipſum opus neceſſaria miniſtrari de noſtra camera faciemus. Sane affiliationis prædicta ne unquam acceptaretur contractus, quoniam publice meminimus inhibuiſſe, & ſententialiter dampnaſſe quem adhuc contractum reprobantes in preſentibus ſcriptis ſententialiter dampnamus, ut pote contrarium deo, & juri; omnes illas perſonas, ſive ſint principales, ſive contrahentes matrimonia ſecundum ipſius affiliationis abuſum, ſeu etiam Notarios judices, & teſtes ad hujuſmodi contractum rogatos inſtrumentum conficientes, authoritatem ſuam, vel teſtimonium impendentes qui eiſdem contractibus interſerint, excommunicationis ſententia in ſcriptis præſentibus innodantes, contractum ipſum nullas vires volumus obtinere. Notarius etiam ſive judex, qui eiſdem interfuerint, ut eſt dictum, ipſo facto perpetuo ſuis officiis ſint privati. Contrahentes vero, videlicet pater, mater, tutor, & curator, adeoque qualibet perſona de filio, vel filia, nepote, conſanguineo, vel propinqua, ut principales dictum contractum celebrantes, & perſona de quibus dictus contractus celebrabitur, ipſo facto ab omnibus privilegiis, immunitatibus, libertatibus, juribus, terris, poſſeſſionibus, domibus, vel quibuſcumque aliis rebus, quæ mediate, vel immediate tenent a monaſterio Caſſinenſe, ſint privata & cadant, quæ omnia eidem monaſterio ſententialiter confiſcamus in perpetuum ab eodem monaſterio poſſidenda, & nulli unquam præſenti, vel deſcendenti de genere contrahentium concedenda, qui contractus de cætero non allegetur, nec in judicio nominetur. Præterea ordinamus, & perpetuo decernimus obſervandum, ut illi, qui litteras noſtras, vel ſucceſſorum noſtrorum ab hodierna die dandas, aut ſcripturam in regiſtro Caſſinenſi ab hodie faciendam, ſuper ſua libertate conceſſa, vel decreta non habebunt, & oſtendent de quatuor ſeminibus, videlicet de grano, ordeo, milio, & fabis majorinis terraticum præſtare debeant, & ſine terraticario curiæ noſtræ vectualium de area ſua extrahere non præſumant. Quia vero vineas minus libenter excolunt propter onus Tertiariæ, quæ debetur, mandamus, ut tam de vitibus, quæ paſſillis, quam etiam de illis quæ arboribus ſubſtentantur, nec non & de illis, quæ ſine alterius ſubſtentamento ſubſiſtunt, ſeptimam exintegro ſolvant; illi qui a præſtatione terratici non excuſantur, ut dictum eſt, indulgentia libertatis ſolvendo, nihilominus decimam loco, ſeu jure Terratici de omnibus fructibus hortorum, quos tenent, vel tenebunt, ſive irrigentur aquis, ſive abſque aquarum ſubſidio nutriantur, niſi pro eiſdem hortis legitime oſtendant cenſum annuum ſe debere, præſtando nihilominus operas, pullos, & gallinas, & alia omnia facientes ſervitia, quæ angarii conſueverunt facere, & præſtare. Sane qui liberi ſunt, vel erunt a Terraticis, & præſtationibus ſupraſcriptis per modum prætaxatum de omnibus victualibus ſuis, hortis, vitibus, ſive ſint arboribus conjuncta, ſive ſine arboribus, aut paſſillis ſubſiſtant, nec non & de olivis, & de ficulneis, ſi quidem arbores ficuum magnam partem terræ quam excolunt occupaverunt, decimas exintegro curiæ Caſſinenſi perſolvant, niſi forte ab angarariis poſſeſſiones emantur, quia tunc ſeptima, & non decima tranſire volumus onerata: Aliarum vero arborum videlicet pirorum, malorum, prunorum, & aliorum pomorum nihil curiæ noſtræ ſolvant, niſi magnam partem terrarum occupaverint, ut eſt dictum. Quod ſi angararius liberam poſſeſſionem emerit, ne hoc prætextu res ejus, quæ diverſo jure alias cenſerentur, quoquomodo utilitati monaſterii ſubtrahatur, conditionem aliarum terrarum imitetur, ut terratico ſit ſubiecta. Similiter & angararii de omnibus illis prædictis, de quibus terraticum, ideſt ſeptimam non præſtant, videlicet de aliis ſeminibus, fructibus olivarum, & aliarum arborum ſecundum diſtinctionem in prædicto Capitulo de decimis terrarum liberorum factam decimam dare, & ſolvere teneantur, quæ decima ſecundum tenorem privilegiorum eccleſiæ Caſſinenſis ſic dividetur, quod ipſius decimæ quarta pars exintegro clericis erogetur, & ipſius quartæ quartam partem habeat Caſſinenſis ſacriſta ſecundum quod eſt conſuetum in quibuſdam caſtris aliis noſtri demanii Abbatiæ, ſet propter hanc quartam, quam percipit ſacriſta prædictus a victualio, quod clerici præſtabant hactenus, perpetuo ſint liberi, & immunes, quibus, & clericis diviſa decima, ut eſt dictum, ſolvatur de ipſa decima, quæ reſtat curiæ Caſſinenſi in eodem inſtanti diviſionis illud, quod curia noſtra debet eiſdem pro anniverſario felicis recordationis Deſiderii Abbatis prædeceſſoris noſtri, in die ſui obitus celebrando*

do

*do. Illi demum, qui libertatem obtinebunt de ſervitio equi onere ſibi pro eodem ſervitio in ſuis inſtrumentis taxanda ſolvent ſingulis triempniis, & de ſua ſolutione recipiet quilibet pro ſe a camera noſtra ydoneam apodixam, quam vel ſigillatam, vel regiſtratam in ſequenti proxima ſolutione ipſa, vel ſui heredes oſtendere teneantur. Quoniam autem homines S. Heliæ ſubſidia nobis debita ſecundum conſtitutiones regni Siciliæ nobis ſolvere noluerunt, nos mitigata pena, eoſdem homines univerſitatem prædictam, & prædictos Syndicos pro univerſitatis ejuſdem in præſentibus ſcriptis ſententialiter in centum aureas uncias condempnamus, computato in ipſa ſumma centum unciarum auri, toto eo, quod nobis dicta univerſitas dare tenetur ad præſens pro vocatione noſtra ad concilium generale infra triginta dies ab hodie numerandos noſtræ cameræ perſolvendas;*

Abbas vocatus a Pontifice ad Concilium generale.

*& quia nonnullæ ſpeciales perſonæ ipſius caſtri ſe fecerunt in eiſdem offenſis, & injuriis Capitaneos, & majores, ac ſciſmatis operatores contra noſtrum monaſterium manifeſti, idcirco perſonas viginti ex eiſdem ſpecialibus perſonis, quarum nomina continebit cedula noſtro ſigillo munita relegationis penam perpetuam decernimus ſuſtinere,*

Pena pro delictis.

*& quod totam terram monaſterii Caſſinenſis exeant, nec ad Abbatiam, ſeu ad alia loca ejuſdem monaſterii revertantur, & viginti domus eorum funditus diruantur, ac vites terrarum ipſorum radicitus extirpentur, & arbores earumdem terrarum ſuarum incidantur bonis eorum omnibus ad ipſam curiam Caſſinenſem perpetuo confiſcatis, a nominatione tamen perſonarum executione ipſius ſententiæ noſtræ in quantum tangit relegationem prædictarum viginti perſonarum, dirutionem viginti domorum ſuarum, extirpationem vitium, & arborum inciſionem, & bonorum ipſorum confiſcationem, ad inſtantiam, & petitionem, & preces prædicti magiſtri Johannis ſuperſedemus uſque ad noſtrum beneplacitum, & mandatum, licet demum prefati homines, ut ſupra dictum eſt univerſaliter, & quidam graviſſime ſingulariter nos conventum noſtrum Fratres, officiales & familiares noſtros præſumptione damnabili offendiſſent, propter quas offenſas muri noſtri dompnici circuitus caſtri prædicti dirui debebant, & ex toto ipſum caſtrum abſque munimine murorum exponi præfato magiſtro Johanni,*

Muri dompnici.

*ac quibuſdam aliis magnæ conſcientiæ viris noſtrum animum a prædicta juſtitia declinantibus, ut ſicut a miſericordiis incœpimus, ſic & a miſericordiis ordinationis, & mandati hujus ſententiam non in ſeveritate, juſtitia terminemus, muros dompnicos caſtri ſervamus miſericorditer ad clauſuram, ſupra dictum vero mandatum, beneplacitum, voluntatem, ordinationem, deffinitionem, & miſericordiam noſtram ab univerſitate prædicta, ſindicis eorum prædictis pro parte univerſitatis ejuſdem, & ſingulis de univerſitate prædicta fieri, attendi, & obſervari inviolabiliter volumus, & mandamus ſub pœnis contentis in prædicto inſtrumento obligationis, & promiſſionis eorum facto per manus notarii Jacobi ſupraſcripti, reſervata nobis poteſtate prædicta, vel prędictorum aliquid pro voluntate noſtra infra annum mutandi, corrigendi, & diminuendi, necnon interpretandi, & declarandi circa, & in illis, quę ſuperius ſunt expreſſa. Unde ad futuram memoriam, & noſtram, & monaſterii Caſſinenſis cautelam, & perpetuam firmitatem, preſens publicum inſtrumentum exinde fieri mandavimus per manus prędicti Bartholomęi publici noſtri monaſterii Caſſinenſis, & civitatis S. Germani notarii ſigno ipſius ſubſcriptione noſtra, & ſubſcriptionibus prędicti judicis, & ſubſcriptorum teſtium roboratum. Quod ſcripſi ego idem Bartholomæus publicus monaſterii Caſſinenſis, & civitatis S. Germani notarius de mandato prędicti domini noſtri domini Bernardi venerabilis Caſſinenſis Abbatis, qui prędictis omnibus interfui, & meo ſolito ſigno ſignavi. Actum in monaſterio Caſſinenſi. † Ego qui ſupra Bernardus beati Benedicti ſucceſſor indignus. † Ego qui ſupra magiſter Riccardus de Berlengerio judex, & advocatus Caſſinenſis. † Ego Paulus Calineñ. epiſcopus.*

Epiſcopus Caſſinẽſis.

*† Ego Frater Johannes Decanus Caſſinenſis. † Ego Fr. Leo Abbas S. Matthęi de ſervis Dei interfui. † Ego Frater Aymo Proviſor Caſſinenſis. † Ego Frater Guillelmus rector Caſſinenſis & domini Abbatis Camerarius &c. † Ego Frater Alexander Guardyanus loci Germani interfui. † Ego Guillelmus de caſtro-Bucco canonicus Valentinus interfui & ſubſcripſi &c. † Ego Franciſcus de S. Germano miles Prothonotarius Caſſinenſis interfui, & ſubſcripſi.*

Protonotarius Caſſinẽſis.

*† Ego Albertus Signoricti miles interfui, & ſignum crucis feci. † Ego Nicolaus de Fractura miles interfui, & ſignum crucis feci. † Ego Notarius Benedictus interfui, & ſubſcripſi. † Ego Bartholomęus de Raynaldo interfui.*

Jurisdictio Caſſinatium in oppido ſancti Petri in fine.

Die 16. Julii an. 1273. inſtrumentum rogavit notarius Benedictus a S. Germano, in quo hæc leguntur, quibus juriſdictio cœnobii Caſſinenſis in oppido S. Petri in fine conſtat. *Nos magiſter Joannes Caſa Miczola, logicalis, & medicinalis ſcientię profeſſor in pręſentia magiſtri Riccardi de Berlengerio judicis, & advocati Caſſinenſis, Benedicti publici monaſterii Caſſinenſis, & civitatis S. Germani Notarii &c. & teſtium ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum: fatemur, & recognoſcimus nos habere, & tenere a reverendo patre Domino Bernardo Caſſinenſi Abbate liberaliter, & gratis rectoriam, gubernationem, & poſſeſſionem caſtri S. Petri in fine, in vita noſtra dumtaxat, cum omnibus juribus, fructibus, ſervitiis, redditibus, & proventibus univerſi caſtri prędicti, quę rectores ejuſdem caſtri, & camera ejuſdem domini Abbatis in prędicto caſtro, & pertinentiis ejus perceperunt, & percipere conſueverunt, & quę ipſis competere debent, & poſſent, prout continetur in Inſtrumento a prædicto domino Abbate proinde nobis facto, ſubſcriptionibus ipſius domini Abbatis, Decani, & Fratrum ſuorum monachorum de ſacro Caſſinenſi conventu roborato, ac bulla plumbea ejuſdem domini Abbatis, ac ſigillo cereo dicti conventus munito, cujus inſtrumenti tenor de prædicta conceſſione a prædicto domino Abbate nobis facta per oĩa & ſingula talis erat: In nomine domini &c. Nos Bernardus &c. deliberato conſilio cum noſtro ſacro Caſſinenſe conventu, de ipſius conventus voluntate, & expreſſo conſenſu, nobiſcum habendo magiſtrum Ricchardum de Berlengerio judicem, & Advocatum Caſſinenſem vos nobilem, & egregium virum magiſtrum Johannem caſa-Miczola &c. Vos facimus, & conſtituimus liberaliter, & gratis in vita veſtra dumtaxat rectorem, gubernatorem, & poſſeſſorem caſtri noſtri S. Petri in fine, concedentes, & donantes vobis de totius conventus noſtri voluntate, & conſenſu, ſicut ſuperius*

*eſt*

Digitized by Google

*eſt prætactum , omnia jura , omnes fructus , ſervitia , redditus , & proventus univerſos , ejuſdem caſtri , quæ noſtri Rectores , & camera noſtra in prædicto caſtro , & pertinentiis ejus perceperunt , & percipere conſueverunt , & quæ ipſis competere debent , & poſſent &c. In vita veſtra , ut eſt dictum , præcipiendis , & habendis , & de Rectoria ipſius caſtri fideliter tractanda , & procuranda ad honorem , & utilitatem noſtri monaſterii Caſſinenſis , præſtitiſti nobis ad ſancta Dei evangelia Sacramentum , ut per idem juramentum promiſiſtis vos jura ipſius monaſterii in eodem caſtro , & pertinentiis ejus manutenere , conſervare , defendere , augere ac in aliquo non diminuere &c.*

Immunitates ob Abbate Caſſinēſe conceſſa. Ibid. fol. 183.

Die 7. Auguſti an. 1273. Bernardus Abbas immunitates quaſdam aliquibus Pignatarii incolis conceſſit inſtrumento a notario Johanne Malateſta Sangermanenſi rogato, in quo hæc denotanda: *Nos Bernardus &c. profitemur , quod dum exigeremus , ſeu exigi faceremus generaliter ab hominibus caſtri Pignatarii , redditus , & ſervitia perſonalia , vos Nicolaus maximus , Raynaldus & Joannes de dña Maria Fratres de eodem caſtro comparuiſtis coram nobis , aſſerentes vos ſuper prædictis redditibus , & ſervitiis moleſtari , nobis humiliter ſupplicantes , quod cum eſſetis de nobili genere , & de domo militari vixeritis , & vivatis in honore militiæ , & contuleritis ſemper , & conferatis cum aliis militibus , & nobilibus ejuſdem caſtri , & ideo vos ad prædictos redditus , & ſervitia non teneri , dixiſtis , ut dignaremur ſuper hiis vobis miſericorditer providere . Nos igitur ſuper hiis inquiſita diligenti veritate , volentes gratioſe noſtros vaſſallos ad honores potius promovere , & perfrui libertate de conſenſu infraſcriptorum Fratrum noſtrorum , nobiſcum habendo magiſtrum Riccardum de Berlengerio judicem , & advocatum Caſſinenſem . Damus , & concedimus vobis , & veſtris heredibus maſculinis ex vobis legitime deſcendentibus in perpetuum , ut ſitis liberi , & immunes ab angariis , redditibus , & ſervitiis perſonalibus , dum vixeritis vos , & heredes veſtri , ſecundum quod decet honorem militarem , & quod vivatis in honore militari ſecundum quod vivunt alii nobiles , & milites prædicti caſtri Pignatarii , & utamini & fruamini illa libertate , immunitate , qua utuntur , & fruuntur alii milites , & nobiles caſtri prædicti , & ut liceat vobis quando volueritis aſſumere cingulum militarem , & ad honorem militiæ promovere , nobis , & ſucceſſoribus noſtris in vobis , & veſtris heredibus ſervitiis militaribus reſervatis &c.*

Duo Tabelliones creati. Ibid. fol. 184.

Die 20. Auguſti Bernardus Abbas publicum in oppido Pontiſcurvi, totaque Abbatia Caſſinenſi Notarium creavit diaconum Benedictum Petri Riccii ex eodem oppido, atque in litteris hac de re patentibus conſueta extant verba: *Recepto a te corporali ad ſancta Dei evangelia juramento de officio , ipſo per te fideliter exercendo & de veritate ſcribenda &c. Recepto etiam a te ſacramento fidelitatis , & ligii homagii , quod nobis pro parte noſtra , & ſucceſſorum noſtrorum in noſtris manibus præſtitiſti . Obligantes , nos , & ſucceſſores noſtros tibi ſupraſcripto Benedicto diacono fideli noſtro hanc noſtram conceſſionem ſervare , & attendere tibi in vita tua &c. non obſtante quod es in ſacris ordinibus inſtitutus .*

Dieque 28. ejuſdem menſis Dominicum Infantem in oppido S. Eliæ notarium elegit fol. cit.

Plura cœnobium Caſſinenſe latifundia juriſdictioneſque a pluribus jam ſæculis amiſerat, tum ob varias eaſque diriſſimas bellorum incurſiones, tum ob frequentes Abbatum viciſſitudines, prout teſtis eſt Petrus Diaconus lib. 4. chron. Caſſ. cap. 94. cum ait: *Suſcepta igitur Abbatia Seniorectus cepit omnibus perinde modis ſtudere , quatinus noviter adimpleret id ad quod Abbas a Romano Pontifice factus fuerat . Angebatur itaque nimium , nimiumque interdum ejus animus , tum ſcilicet pro noſtri Ordinis emendatione , tum vel maxime & Fratrum ſubſtentatione , & terræ recuperatione . Interea oppidani occaſione accepta ad ſuum velle relaxationes , ac placita exquirebant , & licet vi recipiebant .*

Bernardi pro Iuribus cœnobii ſui conſervādi diligētia.

Quod idem in ſententia contra ſant Elianos lata, quam paulo ante retulimus, aſſerit Bernardus Abbas. Cum hæc itaque comperta maxime Bernardo eſſent, ut ea ſaltem jura illibata ſervaret, quæ tempore edacitas intacta reliquerat, novam generalem in ſingulis Abbatiæ Caſſinenſis oppidis inquiſitionem inſtituit, ut bona, juriſdictioneſque cœnobii Caſſinenſis, ſubditorum ſuorum confeſſione innoteſcerent, manerentve deinceps inconcuſſa, cum potiſſimum Inquiſitiones an. 1267., & ſeqq. inſtitutæ de quibus paulo ante egimus, non omnia dynaſtiæ Caſſinenſis oppida complecterentur. Quare an. 1273. Inquiſitiones generales ſunt inſtitutæ in omnibus oppidis tunc temporis Caſſinatibus ſubditis, nempe in civitatibus S. Germani, in oppidis S. Eliæ Cervarii Terruculi, S. Victoris, S. Petri in fine, Bantræ, Roccæ Evandri, Cucurutii, Mortulæ, S. Andreæ, Vallis frigidæ S. Ambroſii, S. Apollinaris, S. Georgii, caſtri novi, Fractarum, S. Stephani, S. Petri in Curulis, S. Petri Foreſtæ, S. Pauli Foreſtæ, S. Nicolai de Lupico, Pontiſcurvi, Terami, Plumbariolæ, Pignatarii, Juncturæ, S. Angeli, S. Petri in Monaſterio, Pediſmontis, Villæ, S. Luciæ, Villæ, S. Gregorii, Caſtri cœli, Villæ Palatioli, Roccæ ſicchæ, Bellimontis Valliſrotundæ, Sarraciniſci, Cardeti, Aquæfundatæ, Vitecuſii, Cetrarii, Fellæ, Villæ Venafri, Villæ Flacci, Villæ Laurianæ &c. In oppidis vero, quæ cœnobium Caſſinenſe in Aprutio; & Comitatu Moliſii poſſidebat, ſejunctim inquiſitiones ſunt factæ. Haſce vero inquiſitiones in codice membranaceo centum ſeptuaginta duobus foliis conſtante, ſcribendas curavit, præter alia quædam diplomata, & monumenta; qui ab Authore ſuo ſecundum Bernardi regeſtum ſemper eſt appellatus, ut a primo ejuſdem regeſto diſtingueretur, de quo alibi egimus. Ne vero nimium lectoribus negocium faceſſerent, teſtium nomina, ætas &c. interrogationes de cauſa ſcientiæ, aliaque hujuſcemodi omiſſa in regeſto ſunt; omnem enim curam in id tendebat Bernardus, ut Caſſinates jura ſua facile reſcirent. Cæterum omnia in ſingulis inquiſitionibus deſcripta jura fuiſſe a teſtibus aſſerta illa verba comprobant: *inquiſitio facta in caſtro Cerbarii ſuper juribus &c.* atque hæc alia: *In primis inventum &c.*

Cum autem juriſdictiones, quibus in oppidis ditionis ſuæ cœnobium Caſſinenſe fruebatur, nonniſi pauculis nullius momenti rebus inter ſeſe differant,

Digitized by Google

ferant, unicam dumtaxat integram inquiſitionem in oppido Cervarii factam referre contenti erimus.

Inquiſitio in oppido Cervarii.

Ex Reg. 2. ejuſdem Bernardo fol. 6. & ſeqq.

*Inquiſitio facta in caſtro Cerbarii ſuper juribus, redditibus, & ſervitiis debitis ab ipſa univerſitate, & hominibus ejuſdem univerſitatis monaſterio Caſſinenſi, & officiis, ac membris ejus.*

1. *In primis inventum eſt, quod univerſi habitatores caſtri Cerbarii de poſſeſſionibus ſuis, & omnes illi, qui habent terras in predicto territorio de quatuor ſeminibus, videlicet de grano, mileo, hordeo, & fabis exintegro ſeptimam partem nomine terratici monaſterio, & infirmariæ Caſſinenſi ſolvere, & reddere tenentur, de reliquis vero ſeminibus integram decimam partem niſi forte aliqui a præſtatione prædictorum jurium ſpeciali privilegio ſint liberi, & immunes.*

2. *Item univerſi habitatores caſtri prædicti, & omnes habentes poſſeſſiones in territorio ejuſdem de vino vinearum, & vino vitium, ſive vites arboribus ſubſtententur, ſive paſſillis, ſive alterius ſubſtentamento ſubſiſtant, ex integro ſeptimam tantum partem infirmario Caſſinenſi perſolvere, ac reddere tenentur niſi forte aliqui a præſtatione talium ſpeciali privilegio ſint liberi, & immunes.*

3. *Item univerſi habitatores caſtri ſupradicti & omnes habentes poſſeſſiones in territorio ejuſdem caſtri de olivis integram decimam infirmariæ Caſſinenſi reddere, & ſolvere tenentur, niſi forte aliqui a præſtatione talium ſpeciali privilegio ſint liberi, & immunes,*

4. *Item univerſi habitatores caſtri prædicti, & omnes in territorio ejuſdem terras habentes, qui ex ſpeciali privilegio reperiuntur liberi, & immunes, ut ſpirituales filii, & ſubiecti de univerſis ſeminibus, & vino, & oleo integram decimam partem monaſterio Caſſinenſi, ut matrici eccleſiæ reddere, ac perſolvere tenentur.*

5. *Item univerſi habitatores caſtri prædicti, qui faciunt Ceſas in territorio ejuſdem ſolvere, & reddere tenentur decimam fructuum provenientium de ipſis ceſis cellerario Caſſinenſi, niſi forte aliqui a præſtatione talium ſpeciali privilegio ſint liberi, & immunes.*

6. *Item univerſi habitatores caſtri prædicti, & omnes habentes poſſeſſiones in territorio ejuſdem victualia triturata de areis removere non debent, nec uvas piſtare, & de palmentis extrahere ſine terraticariis, vel decimariis infirmarię Caſſinenſis nec etiam olivas ad domos ſuas deferre, vel in Montanis ponere ſine nuntiis infirmariæ antedictæ.*

7. *Item univerſi habitatores caſtri prædicti, & omnes habentes poſſeſſiones in territorio ejuſdem, qui tenentur ad terraticum, ſive decimam, debent deferre ipſum terraticum, ſive decimam ad granarium curiæ Caſſinenſis ejuſdem caſtri.*

8. *Item univerſi habitatores caſtri prædicti de fructibus, & proventibus, qui ex hortis percipiuntur, ſive irrigentur aquis, ſive abſque ſubſidio aquarum nutriantur, quintamdecimam partem infirmariæ Caſſinenſi præſtare tenentur. Si vero hortus aliquis certum cenſum, aut redditum eidem infirmariæ ſolvere tenetur, nihil ſolvit, niſi cenſum, niſi forte aliqui a præſtatione talium ſpeciali privilegio ſint liberi, & immunes.*

9. *Item univerſi habitatores caſtri prædicti de aliis arboribus, præter olivas, nihil præſtare tenentur infirmariæ Caſſinenſi, niſi forte pro multitudine arborum in terris præmiſſis exiſtentium, aut etiam plantandarum major pars terræ occupetur ab eis & redderetur inutilis infirmariæ ſupradictæ, tunc enim quintam decimam partem reddere tenentur eidem infirmariæ de fructibus arborum prædictarum, ut eſt de ortis ſuperius ordinatum, niſi forte aliqui a præſtatione talium ſpeciali privilegio ſint liberi, & immunes.*

10. *Item univerſi habitatores caſtri prædicti de Canape, ſeu lino ratione aquatici tenentur præſtare infirmariæ Caſſinenſi trigeſimam, ideſt de triginta partibus unam, ubicumque, & in quacumque aqua ſive in flumine, ſive in aliis aquis ipſa Canapis curetur, ſeu linum. Niſi forte aliqui a præſtatione talium ſpeciali privilegio reperiantur liberi, & immunes.*

11. *Item univerſi habitatores caſtri prædicti tenentur præſtare annuatim infirmariæ Caſſinenſi operas infraſcriptas, niſi forte aliqui a præſtatione talium ex ſpeciali privilegio reperiantur liberi, & immunes Videlicet, ille qui habet par bubum tenetur præſtare annuatim eidem infirmariæ duas operas cum ipſis bubus, unam videlicet ad recallandum, & aliam ad ſeminandum, & reddere duas operas manuales unam videlicet ad metendum, & aliam ad triturandum. Verum & tempore, quo bos emitur, vel domatur, dominus ipſius bovis eſt exemptus, & immunis a præſtatione operarum ipſius bovis, ille vero qui non habet boves, tenetur præſtare tantum duas operas manuales.*

12. *Item univerſi habitatores caſtri prædicti tenentur præſtare annuatim infirmariæ Caſſinenſi ſalutes infraſcriptas, tam qui habet boves, quam qui caret bubus, niſi forte a præſtatione talium ſpeciali privilegio aliqui reperiantur liberi, & immunes. Videlicet unam gallinam, & duos panes, & unum paſtillum, vel loco paſtilli unam gallinam, & duodecim ova in Nativitate Domini, & duos panes, & unam Caſatam, vel loco Caſatæ petiam unam de Caſeo recenti, & decem ova in Reſurrectione Domini.*

13. *Item univerſi habitatores caſtri prædicti, qui habent porcos tenentur annuatim præſtare, & reddere infirmariæ Caſſinenſi ratione glandatici, pro qualibet Scrofa grana quatuor, niſi forte aliqui a præſtatione talium ſpeciali privilegio reperiantur liberi, & immunes.*

*Item univerſi habitatores caſtri prædicti, qui habent pecudes, tenentur annuatim præſtare, & reddere infirmariæ Caſſinenſi ratione herbatici decimam partem Agnorum, niſi forte aliqui a præſtatione talium ſpeciali privilegio reperiantur liberi & immunes.*

14. *Item ſi contingat aliquem invenire, & deprehendere porcum ſeu ſcrofam non portantes aſpam, aut pecudem, ſeu capram in damno ſibi dato ab ipſo animali, licet ſibi occidere, & non tenetur inde ad aliquam penam dum tamen de porco, ſeu ſcrofa occiſis portet caput, & aſſignet infirmariæ Caſſinenſi, & de Capra ſeu pecude deportet pellem, & aſſignet infirmariæ eidem, dominus tamen prædicti animalis prius debet ter ab eo, qui ſubſtinet damnum requiri, ut defendat animalia ſua, ut ulterius non ſubſtineat damnum ex ipſis animalibus.*

15. *Item montes, plana, ſylvæ, paſcua, flumina, aquæ, & aquarum decurſus territorii caſtri prædicti ſunt infirmariæ Caſſinenſis, excepto ſi aliquis*

*quis de prædictis montibus, planis, ſylvis, paſcuis fluminibus, aquarumque decurſibus aliquid habeat vel poſſideat ſupradicta infirmaria.*

16. *Item ſylva Cipreſſorum caſtri prædicti, & omnes arbores cipreſſinæ ubicumque naſcantur, & in quibuſcumque terris dicti territorii ſunt de demanio monaſterii Caſſinenſis, & non poſſeſſoris ipſius terræ in qua naſcuntur, & nullus poteſt incidere ſine mandato, & licentia curiæ Caſſinenſis, & qui contrafacit tenetur ad pœnam.*

17. *Item nullus de caſtro prædicto audeat venari in territorio ejuſdem ſine licentia infirmariæ Caſſinenſis, & qui contrafacit ſolvit bandum indictum, & impoſitum in eodem caſtro de mandato infirmariæ ſupradictæ, niſi ſit aliquis qui exinde pretendat aliquod jus, ſeu libertatis habere a prædicta infirmaria.*

18. *Item qui venantur in territorio caſtri prædicti de licentia infirmariæ Caſſinenſis, ſi capiant urſum, caput, & pellem ipſius Urſi præſtant infirmariæ prædictæ, ſi vero capiant porcum ſilveſtrem, præſtant ſpallam dexteram cum capite ipſius porci.*

19. *Item muri domnici, & viæ publicæ caſtri prædicti ſunt infirmariæ Caſſinenſis ſupra quas vias publicas, & muros domnicos nulli licet ædificare, aut de locis publicis occupare ſine mandato, & licentia infirmariæ antedictæ.*

20. *Item nulli de caſtro prædicto licet conſtruere montanum ad aquam, vel ad ſiccum ad macinandum olivas in eodem caſtro, vel territorio ejuſdem, ſeu molendinum, aut balcatorium, vel quodlibet aliud ædificium in aquis publicis ſeu juxta, ſeu derivare de ipſis Aquis publicis pro utilitate, ſeu uſu prædictorum ædificiorum, ſine licentia curiæ Caſſinenſis, cum prædictum jus ædificandi prædicta ædificia ſpectet ad dignitatem monaſterii Caſſinenſis, quibus conſtructis a quibuſcumque de licentia dictæ curiæ, jus, ſeu redditus debitum, vel debitis de ipſis molendinis præſtatur cellarario Caſſinenſi, jus vero debitum de ipſis Montanis præſtatur curiæ Caſſinenſi.*

21. *Item jus Plateatici ſupradicti caſtri expectat ad cellerarium Caſſinenſem, qui cellerarius in eodem caſtro habet ſignare ſigillo, & merco curiæ menſuras, & pondera quibus menſurantur & ponderantur victualia, vinum, oleum, carnes, & cætera, quæ menſuras, & pondus requirunt.*

22. *Item ſinguli vendentes in ſupradicto caſtro victualia, & cetera, quæ menſuram, & pondus requirunt, tenere debent menſuram juſtam, & ſignatam, & pondera juſta, & mercata ſigno curiæ Caſſinenſis, & qui contrafaciunt ſolvant bamdum impoſitum in eodem caſtro a Cellarario Caſſinenſi.*

23. *Item homines ejuſdem caſtri tenentur domino Abbati Caſſinenſi pro ſacra tempore conſecrationis ejuſdem præſtare, & ſolvere certam quantitatem pecuniæ ſecundum quod poſſunt, & valent convenire cum eodem.*

24. *Item homines ſupradicti caſtri tenentur ſemel in Anno præſtare procurationem domino Abbati Caſſinenſi, ſi contingat ipſum ire ad dictum caſtrum, videlicet procurare eum in expenſis & familiam ſuam honorifice, & ſi non contingat eum ire pro ipſa procuratione ſolvunt ſibi certam quantitatem pecuniæ ſicut poſſunt melius convenire cum eodem.*

25. *Item ſi contingat dictum Abbatem Caſſinenſem vocari ad ſummum Pontificem, vel ad regem, tenentur homines dicti caſtri ſubvenire in expenſis factis ab eodem in prædicto itinere ſecundum quod cum Abbate poterunt convenire.*

26. *Item ſi contingat monaſterium, vel Abbatem Caſſinenſem movere exercitum homines ejuſdem caſtri tenentur ſervire eidem in eodem exercitu expenſis propriis tribus diebus, quibus elapſis tenentur ſervire ad expenſas ejuſdem Abbatis.*

27. *Item homines prædicti caſtri tenentur reſarcire, & reparare propriis expenſis domus curiæ Caſſinenſis ejuſdem caſtri prout opus ipſius reparationis exigit, & requirit.*

28. *Item curia Caſſinenſis, pro opere, ſeu reparatione palatii ejuſdem caſtri, ſeu etiam alterius ædificii, quod ipſa curia Caſſinenſis vellet facere in eodem caſtro poteſt incidere ſeu incidi facere arbores, non tamen fructiferas carentes vitibus, ac etiam ulmos, & quaslibet alias arbores neceſſarias, & utiles pro curru curiæ Caſſinenſis, requiſitis tamen prius Dominis arborum ſupradictarum.*

29. *Item omnes extranei venientes ad habitandum in caſtro prædicto conſtituuntur, ſive conſtitui debent ſub dominio monaſterii Caſſinenſis, & non poſſunt ſubintrare dominium ſingularis perſonæ, vel eccleſiæ alicujus, ſi aliter fecerint licebit ipſi curiæ Caſſinenſi, bona quæ ibidem habent auferre, eoſque a ſupradicto loco expellere.*

30. *Item homines prædicti caſtri, & illi omnes, qui terras, & poſſeſſiones tenent in territorio ejuſdem poteſtatem, & facultatem obtinent a monaſterio Caſſinenſi terras, & poſſeſſiones, & bona ipſorum donandi, vendendi, judicandi, ſeu quomodolibet alienandi cuicumque voluerint, infra terram B. Benedicti, qui jus monaſterii debitum de illis poſſeſſionibus perſolvant, ſi vero extra terram beati Benedicti per ſupradictos aliquid venditum, aut donatum, vel alienatum extiterit, licebit ipſi curiæ Caſſinenſi illud ad proprietatem, & poſſeſſionem ſuam aſſumere.*

31. *Item ſi aliquis de ſupradicto caſtro relicta habitatione ejuſdem infra Abbatiam ſe transferat ad habitandum, & contingat eum vendere bona ſua non ſimul, ſed ſemotim, & diverſis temporibus, reſervata ſibi domo cooperta, & clauſa, vel alia poſſeſſione in eodem caſtro, ſeu territorio ejus de prædictis bonis diſtractis curia non capit Tertiariam, ſi tamen contingat eum vendere prædictam domum, vel poſſeſſionem ſibi ultimo reſervatam, de ipſa tamen domo, vel poſſeſſione ultimo diſtractis curia capiat tertiariam, Si vero contingat eum vendere domum, primo reſervatis ſibi aliis poſſeſſionibus in eodem loco, curia capit tertiariam de ipſa domo alienata, & ſubſequenter de omnibus aliis bonis reſervatis, quæ contingerit eum poſtmodum alienare. Si vero contingat eum vendere omnia bona ſua ſimul, nulla ſibi alia poſſeſſione ibidem reſervata, etiam relicta, vel non relicta habitatione dicti caſtri, tunc curia capiat tertiariam de omnibus prædictis bonis ſimul alienatis a venditoribus, & alienatoribus ipſorum bonorum.*

32. *Item ſi aliquis de ſupradicto caſtro, relicta habitatione ejuſdem caſtri extra Abbatiam ſe contulerit ad habitandum, & contingat eum vendere bona ſua particulariter, & ſemotim diverſis temporibus, ſive conjunctim ſimul, & ſemel in eodem tempore, conſervato, vel non conſervato aliquo in eodem caſtro ſeu territorio ejus de omnibus ipſis bonis diſtractis, & alienatis ab eodem in prædicto caſtro, ſeu territo-*

rio

Digitized by Google

*rio ejus, curia Caſſinenſis in omni eventu recipit, exigit & recipit tertiarias ab emptoribus, & poſſeſſoribus ipſorum bonorum.*

33. *Item ſi aliquis habitans extra Abbatiam Caſſinenſem habeat poſſeſſionem in ſupradicto caſtro ſeu territorio ejus, & contingat eum vendere bona ſua ſive ſimul, ſive ſemotim conſervata, vel non conſervata ſibi aliqua poſſeſſione in eodem caſtro, ſive ejus territorio, curia Caſſinenſis capiat tertiariam de ipſis bonis alienatis ab emptoribus, & poſſeſſoribus ipſorum bonorum.*

34. *Item ſi aliquis de ſupradicto caſtro relicta habitatione ejuſdem ſine licentia curiæ Caſſinenſis extra Abbatiam ſe transferat ad habitandum cum familia ſua, & contingat eum morari continue extra ipſum caſtrum per unum annum menſem unum, ſeptimanam unam, & diem unum, ita quod infra prædictum tempus nullo modo redeat ad prædictum caſtrum; curia Caſſinenſis capit bona ipſius recedentis, quæ habet in caſtro prædicto ſeu territorio ejus. Si vero oontingat eundem recedentem infra ſupradictum tempus redire ad dictum caſtrum, tunc curia Caſſinenſis non extendit manus ſuas ad bona ipſius.*

35. *Item ſi aliquis de eodem caſtro, ſeu quis alius habens terras, ſeu poſſeſſiones in territorio caſtri prædicti terras, vel poſſeſſiones, voluerit quovis alienationis titulo in alium transferre, ſi quidem Francus rem ſtabilem transferat in francum, res tranſit libera, nec inde Francus de re prædicta Terraticum ſive decimam ſolvere tenetur. Si vero Francus rem aliquam transferat in angarium, vel angarius in Francum, utroque caſu res tranſit cum onere ſuo, & de ipſa præſtatur, ut onus ejus exigit, & requirit.*

36. *Item homines ſupradicti caſtri, & omnes alii habentes terras, & poſſeſſiones in territorio ejuſdem, ſive ſint angararii, ſive a præſtatione ſervitiorum ſpeciali privilegio ſint liberi, & immunes, completis viginti, & novem annis pro renovatione territorii ejuſdem caſtri, tenentur ſolvere curiæ Caſſinenſi certam quantitatem pecuniæ ſecundum quod melius poterunt convenire cum eodem..*

37. *Item completis viginti, & novem annis, omnes libertates, & franchitia, quas homines prædicti caſtri habent a monaſterio Caſſinenſi, nec non & omnes contractus libellarii de poſſeſſionibus, quas ſupradicti tenent in territorio ejuſdem, debent renovari, & ſi tempore jam præmiſſo non extiterint renovata, vel renovati, eo ipſo ipſi, & heredes, & ſucceſſores eorum cadunt ab omnibus libertatibus, franchitiis, & contractibus libellariis ſupradictis.*

38. *Item quod omnes franchitiæ, & libertates, & immunitates, quæ de ſpeciali gratia ab Abbate, & conventu Caſsinenſi alicui & ejus filiis, ſeu poſteris conceſſæ ſunt, eos tantum comprehendunt, qui vel maſculinam, & non femininam lineam deſcendere dinoſcuntur. Cum prædicta franchitia, & libertates, & immunitates, ſervitia perſonarum, vel equorum requirant, a quibus feminæ penitus excluduntur.*

39. *Item omnes immunitates, franchitia, & libertates, quæ de ſpeciali gratia alicui conceſſæ ſunt. Si Abbatis, & duorum, vel trium, aut paucorum monachorum, & non majoris, & ſenioris partis conventus Caſsinenſis ſubſcriptione conſignatæ fuerint, nullam obtinent roboris firmitatem.*

40. *Item ſi aliquis de eodem caſtro teſtatus decedat poteſt de ſua ultima voluntate diſponere de rebus ſuis ſtabilibus, & relinquere bona ſua, & dimittere cuicumque voluerit infra terram beati Benedicti, qui jus monaſterii Caſsinenſis debitum de illis bonis legatis perſolvat. De rebus vero mobilibus poteſt diſponere, & relinquere bona ſua cuicumque voluerit infra, & extra terram beati Benedicti pro libito voluntatis.*

41. *Item ſi aliquis de eodem caſtro inteſtatus decedat, ſuperſtitibus patre, vel matre eidem defuncto, ſeu etiam ſuperſtitibus liberis, aut fratre, ſeu fratribus carnalibus eidem defuncto ab inteſtato prædicti parentes, aut liberi, ſeu fratres eidem defuncto ſuccedant in bonis ſuis. Prædictis autem non ſuperſtitibus, ſeu aliquo prædictorum alii remotiores, ſeu ulteriores in gradu conſanguineatis excluduntur a ſucceſsione bonorum dicti defuncti ab inteſtato decedentis, devolvunt ad curiam Caſsinenſem.*

42. *Item ſi contingat aliquem angararium dicti caſtri decedere relictis filiis, dum filii omnes ſimul habitant, tenentur tantum ad præſtationem illius ſervitii, & redditus, ad quæ tenebatur pater defunctus. Si vero contingat ipſos ilios ſemotim habitare, tunc quilibet ipſorum filiorum inſolidum tenetur præſtare, & reddere illa ſervitia, & redditus, ad quorum præſtationem tenebatur Pater.*

43. *Item ſi contingat aliquem angararium dicti caſtri decedere, & bona ipſius ex ſucceſſione pervenire ad aliquam perſonam ſive ex teſtamento, ſive ex inteſtato, prædictus ſucceſſor tenetur a præſtatione præditorum ſervitiorum, & redituum, ad quæ tenebatur dictus defunctus. Si vero dictus ſucceſſor ceſſet a præſtatione dictorum ſervitiorum, & redditunm, ad quæ tenebatur defunctus, cujus bona ad ipſum ſucceſſorem devenerunt, curia Caſsinenſi capit dicta bona, & quæ fuerunt dicti defuncti.*

44. *Item ſi poſt mortem alicujus angararii, ſuperſtitibus filiis filii veniant ad diviſionem, & aliquis prædictorum filiorum renuntiet parti ſuæ, nolens partem de prædictis bonis paternis, quia forte tenimentum Patris modicum eſt, vel alia de cauſa, tunc ille qui renunciat non compellitur ad prædictum ſervitium quod faciebat pater, ſed tantum illi qui dividunt inter ſe tenimentum predictum.*

45. *Item omnes terræ, quas eccleſiæ prædicti caſtri tenent, & poſsident a præſtatione terratici, & decimarum ſunt liberæ, & exemptæ, & ad præſtantionem illorum nullatenus tenentur. Si vero aliqua terra eccleſiarum prædictarum in privatas perſonas quovis alienationis titulo transferatur a præſtatione prædicti terratici, aut decimarum nullatenus ſunt exempta, ſed præſtatur ex eis ſicut de aliis terris privatorum hominum dicti caſtri.*

46. *Item Archipresbiter, & Capitulum caſtri prædicti, ac rectores eccleſiarum parochialium ejuſdem loci pro vita, & ſubſtentatione ipſorum, ac fabricis eccleſiarum, & aliis oneribus, quæ incumbunt, debent percipere, & habere quartam partem omnium victualium, olivarum, & hortorum, fructuum, quæ infirmaria Caſsinenſis recipit ab hominibus ejuſdem caſtri, & habentibus poſſeſsiones in territorio ejuſdem nomine decimarum, & de omnibus victualibus, & vino, quæ prædicta infirmaria recipit ab hominibus ejuſdem loci, & habentibus poſſeſsiones in territorio caſtri prædicti nomine terratici debent percipere, & habere integram decimam partem*



Digitized by Google

*diſtribuendam tam partem prædictam, quam recipient de decimis ſupradictis, quam partem, quam recipient de Terraticis ejuſdem, ita ut ſachriſta Caſſinenſi proinde recipiet quartam partem.*

47. *Item de ipſa decima quæ reſtat infirmariæ Caſſinenſi, in eodem inſtanti diviſionis debet ſolvi clericis ſupradictis, illud quod infirmaria Caſſinenſis debet eiſdem pro anniverſario felicis recordationis Deſiderii Abbatis, quod perſolvitur die decima ſexta menſis Septembris.*

Veriſſima ſunt quæ in hac inquiſitione deſcribuntur.

Quæ in mox edita inquiſitione, aliiſque omnibus narrantur, eſſe veriſſima, nedum ex eo conſtat, quod hæ inquiſitiones illis cohæreant juſſu Bernardi Abbatis an. 1267. & ſequentibus factis, atque ſententiis ab eodem Abbate contra ſingula oppida latis, inquiſitionibus juſſu Abbatum Thomæ, Andreæ, & Cardinalis Aragonii deinceps factis, atque privilegiis ab Abbatibus Bernardi deceſſoribus, & ſucceſſoribus conceſſis pluribus oppidis, aliiſque peculiaribus perſonis, verum quod magis eſt, ea omnia jura ſemper ante hac invaluere, actuque vigent, aliquibus dumtaxat exceptis. Quamvis autem in prompta nobis eſſet ex publicis inſtrumentis per cives S. Germani, aliorumque caſtrorum Abbatiæ Caſſinenſis incolas confectis Capitulorum hujuſmodi obſervantiam luce meridiana clarius oſtendere his tamen quiſquiliis omiſſis quædam adnotabimus per capitulis 23. 24. 25. 28. 31. 32. 33. 34. 45., & 47.

Vigeſimumtertium caput executioni demandatum fuiſſe conſtat ex brevi a Gregorio IX. ad Vaſſallos Caſſinenſium ſcripto XVI. Kal. Auguſti, Pontificatus ſui anno tertio, in quo hæc leguntur: *Cum igitur prædeceſſoribus ejuſdem Abbatis tempore benedictionis conſueveritis congruum auxilium impertiri, & deceat vos ex præmiſſis rationibus laudabilem conſuetudinem in hac parte inviolabiliter obſervare, univerſitatem veſtram monemus attente per apoſtolica ſcripta firmiter præcipiendo mandantes quatenus cum dicto Abbate nondum exhibueritis pro conſecratione auxilium conſuetum liberaliter, & libenter illud exhibentes eidem, &c.* Hoc Gregorii breve Urbanus V. de verbo ad verbum confirmavit Kal. Auguſti pontificatus ſui anno octavo, atque in alio brevi mox adducendo idem Urbanus ait, eoſdem Vaſſallos alloquens: *Cum ſicut audivimus in creatione, ſeu jucundo adventu novi Abbatis monaſterii Caſſinenſis ſecundum antiquam conſuetudinem eidem Abbati certam pecuniæ ſummam ſolvere debeatis.* Atque anno 1384. referemus univerſitatem S. Germani publico inſtrumento ſeſe obſtrinxiſſe ad quadraginta uncias Petro Abbati ſolvendas pro conſecratione, & dono. Anno 1415. juſſa producemus ab Abbate Pyrrho Thomacello omnibus ditionis Caſſinenſis, data pro conſecratione, & dono, atque epiſtolam Jacobi, & Johannæ ſecundæ ad Johannem de Fraſſo eadem de cauſſa ſcriptam. An. 1497. omnia ditionis noſtræ oppida ſeſe penes acta curiæ obſtrinxerunt ad ſolvendum quamdam pecuniæ quantitatem Abbati Johanni de Medicis pro dono, atque in ſecundo regeſto Bernardi Abbatis pag. 125. a t. Rationes omnes ſunt adnotatæ pecuniarum, quæ Abbati Caſſinenſi a ſingulis ditionis Caſſinenſis oppidis ſolvebantur pro benedictione Abbatis, & dono. De Cervarii vero oppido hæc leguntur: *Univerſitas caſtri Cerbarii tenetur pro ſacra, & dono novo prælato Caſsinenſi in unciis duodecim. Archipresbiter dicti caſtri cum capitulo tenetur pro ſacra, & dono novo prælato Caſsinenſi in unciis duabus.* Eadem verba extant in regeſto Andreæ Abbatis p. 62. a t. in inquiſitione ejuſdem juſſu an. 1370. in eodem oppido facta. Et in inquiſitione Abbatis Thomæ juſſu an. 1288. in urbe S. Germani facta teſtes aſſerunt datas Richardo, & Bernardo Abbatibus centum uncias ſingulis pro conſecratione, & Dono.

Caput viceſimum quartum hactenus viget, nam quotannis Cervarii univerſitas ſolvit Caſſinatibus pro prandio ducatos viginti quatuor, quam ſolutionem in ſtatu hujus oppidi juſſu regis facta aſſeruit Regens doctiſſimus Carolus Tappia an. 1627. quod idem in aliis ditionis noſtræ oppidis præſtitit. Hoc tamen prandium quod advertit etiam eruditiſſimus Nuceus in notis ad cap. 73. lib. IV. chron. Caſſ. Abbati Caſſinenſi tamquam domino, non tamquam ordinario perſolvitur: nam Abbati utpote ordinario nonniſi cibaria præbentur, cum viſitationem ſacram peragit. Neque certe Bernardus Abbas piiſſimus, atque doctus de cibariis ordinario debitis hac in inquiſitione loqui poteſt, cum ſciret, ordinario actu non viſitanti nihil deberi ab univerſitatibus, & tamen in hac inquiſitione iſta leguntur: *Et ſi non contingat eum ire pro ipſa procuratione, ſolvunt ſibi certam pecuniæ quantitatem &c.* Hinc ſive Abbas viſitationes ſacras peragat, ſive non, prandium perſolvunt univerſitates, & præterea cum actu viſitat, cibaria illi, atque comitibus ſuis præbentur. Sed de prandio alibi fuſius, & potiſſimum an. 1452., & 1453. hujuſcemodi pro prandio ſolutiones in univerſis tum vetuſtis, tum recentibus cœnobii noſtri rationum libris reperiuntur.

Caput vigeſimum quintum executioni quoque eſt demandatum, ut ex inquiſitionibus Thomæ, aliiſque monumentis conſtat, atque duo caſus in hoc, atque vigeſimo tertio capite contenti deciſi fuere in conſtitutione regis Guillelmi, quæ incipit: *Quamplurium regni noſtri fidelium ad nos querela pervenit &c.* deinde ſubditur: *De Prelatis tamen eccleſiarum ſtatuimus, ut in his tantum caſibus ab hominibus ſuis adjutorium petant, vid. pro conſecratione ſua, cum ad concilium a domino Papa fuerint vocati. Pro ſervitio exercitus noſtri, ſiquidem in exercitu noſtro fuerint, vel ſi vocemus eos, vel miſerimus eos pro ſervitiis noſtris, vel corredo noſtro cum in terris eorum nos hoſpitari, vel corredum ab eis recipere contingerit &c.* De hoc adjutorio loquitur etiam Bernardus Abbas in ſententia contra ſant Elianos lata, quam jam attulimus, & in privilegio an. 1267. civibus S. Germani, & S. Petri ad monaſterium conceſſo, ubi hæc leguntur: *Ut de cetero a nobis, vel ſucceſſoribus noſtris &c. vobis, aut poſteris veſtris adjutorium quod vulgo data dicitur non imponatur, ſalvis capitulis a dicto domino rege Guillelmo conſtitutis &c. Vid. Conſtit. Carol. II., quæ incipit. Item ſtatuimus quod Comites, Barones &c. ſeu Prelati eccleſiarum & Pragmatica. Item cum regni hujus conſtitutionibus, & capitulis cautum ſit, quod Prælati eccleſiarum Comites, Barones, &c.*

Pro capitis viceſimi octavi obſervatione adeſt Caſſi-

Digitized by Google

Caſſinatibus ſententia lata a conſiliario Antonio Aurifice, quarundam cauſarum commiſſario inter cœnobium Caſſinenſe, & Sangermanenſes, qui inter alia gravaminum capita adverſus Caſſinates Dominos ſuos expoſita, hæc habent: *Item ſi gravano, che detti Abbati, e Monaci, e loro officiali ſpeſſe volte contra la volontà de particolari Patroni cittadini tagliano arbori, legnami verdi, e ſecchi, groſſi, e piccoli delle poſſeſſioni, e luoghi di detti particolari cittadini, per tanto ſi ſupplica ſi proveda quod abſtineant.* Cui gravamini hoc decreto die 27. Novembris an. 1565. ſatisfactum eſt: *Quoad tertium decimum fuit proviſum, quod capiatur informatio, & interim lite pendente RR. Abbas, & Monachi dicti monaſterii abſtineant, exceptis tamen caſibus contentis in Capitulo vigeſimo octavo incipiente. Item curia Caſſinenſis pro opere ſeu reparatione palatii, & finiente arborum ſupradictarum preſentato in cauſa inter dictum monaſterium actorem, & dictos univerſitatem, & homines conventos, tenor cujus capituli eſt Vid. Item curia Caſſinenſis &c.*

Totum hoc vigeſimum octavum caput refertur. Haud appellarunt Sangermanenſes, atque debitæ proviſiones ſunt expeditæ. Demonſtravit vero hac occaſione cœnobium Caſſinenſe ſemper juſſu ſuo ceſas ad formam hujuſce regeſti, arbores pro reficiendis curiæ domibus, conficiendis ſcafis, &c.

Capita triceſimum primum, triceſimum ſecundum, & triceſimum tertium obſervata quoque ſunt, nam Henricus Abbas tertiam pretii partem quam tertiariam appellant, ab Eliſabetha pro emtis domibus recepit, ut infra dicemus. Idemque pretium habuit pro domibus, prædiiſque emtis. Hinc in patentibus litteris pro Notario Euſtaſio Sangermanenſi expeditis anno 1399. illi jubet tertiariam pro emtis domibus, prædiiſque exigat. Et in ampliſſimo privilegio Nallo Vizzaccaro, ejuſque conjugi an. 1401. conceſſo ait: *Voſque veſtros heredes, & ſucceſſores prædictos ab omni ſolutione Tertariæ emtionis cauſa, ſeu venditionis de ſpeciali dono gratiæ eximimus.* In tertio regeſto Johannis Cardinalis Aragonii p. 72. hæc leguntur: *Item lo ditto monaſterio have la tertiaria di tutte le coſe, che ſi vendono in tutto lo territorio di ditto monaſterio, tanto in S. Germano come in tutti li caſtelli di detta Abbatia, &c.* A. 1538. Hæredes Nicolai, & Petri Pauli Bove, Sadò, & Bartholomeus Palazzolo, Jacobus Cataldus, Antonius Vicca, Victus Pauli Vicca, aliique Cervarienſes tertiariam pro domibus prædiis, & olivetis emptis perſolverunt, ut ex actis curiæ civilis conſtat; & an. 1550. presbyter Petrus, ejuſque frater Paulus Riſi idem jus pro empto prædio perſolverunt, ut ex actis curiæ ſpiritualis Caſſinenſis, & libris rationum cœnobii noſtri, in quibus pecuniæ pro tertiaria habitæ ſemper recenſentur.

Conſonat hoc caput XXXIV. decretis ab Honorio IV. pro bono regni Neapolitani regimine editis, de quibus infra, quæ inter hæc habentur: *Item licet idem Princeps* (.ſ. Carolus II.) *ſtatuerit aliqua de vaſſallis eccleſiarum eis ad perſonalia ſervitia obbligatis, ſi forſan a terris in quibus morari debent, aufugerint, per prælatos, & perſonas eccleſiaſticas revocandis. Nos tamen dicimus diſtinguendum, ut ſi ratione perſonæ ad hujuſmodi ſervitia teneantur, poſſint ſi receſſerint legitime revocari, ſi vero tenentur rerum tantummodo ratione, & recedere voluerint, res ipſas eccleſiis, & perſonis eiſdem omnino dimittere compellantur.* Vaſſalli tamen cœnobii Caſſinenſis nedum ratione perſonæ, verum & ratione rerum ſervitiis ſunt obnoxii.

Caput quadrageſimum quintum adhuc viget, nam duæ Cervarii parochiales eccleſiæ, aliæque omnes pro prædiis, ab antiquo poſſeſſis terraticum non ſolvunt, ideſt ſeptimam frumenti, hordei, fabarum partem, quam poſt hanc Inquiſitionem pro acquiſitis, quo cum titulo aut emtionis, aut legati pii cum onere miſſarum aut donatione ſolvunt, quod in aliis quoque oppidis obſervatur, quamquam illuſtriſſimi Caſſinenſium Abbates haud ſatis attenti, & rigidi quoad omnes ditionis noſtræ eccleſias in hoc obſervando capitulo fuerunt. Sunt vero hæc onera realia, ac proinde ad perſonas etiam eccleſiaſticas, & eccleſias tranſeunt, ut initio hujuſce Diſſertationis dictum.

Caput quadrageſimum ſextum in quibuſdam Caſſinatium oppidis, puta S. Victoris, S. Andreæ &c. viget, in aliis non item, quod illis cœnobium Caſſinenſe alia quædam attribuerit, quæ æque valent.

Caput quadrageſimum ſeptimum haud obſervatur, quod a quibuſdam jam ſæculis Deſiderius Abbas inter ſanctos colatur.

Ex quibus omnibus capitibus ſatis liquet quanta cœnobii noſtri juriſdictio in ſubiecta ſibi oppida eſſet. Imo ipſimet Caſſinatium vaſſalli faſſi ſunt, omnia quæ ipſi poſſiderent a cœnobio Caſſinenſi habuiſſe; ut ex privilegio Johannæ primæ in quo hæc leguntur: *Et quia ſupradicti ſupplicantes ſupradictæ Abbatiæ, & eccleſiæ Caſſinenſis Vaſſalli eſſe noſcuntur ſupradictæ eccleſiæ Caſſinenſis, qui ea quæ habent ab eccleſia tenent prædicta, & eidem ſunt eccleſiæ ad ſervitia obligati, hujuſmodi officia, vel alia ſine Prælati dictæ eccleſiæ licentia nullatenus committatis, nec committi per alios permittatis &c.* Et Federicus II. in confirmatione jurium Abbatiæ Caſſinenſis tempore Stephani Abbatis an. 1226. facta, ait: *Item quod cum aliquis condemnabatur in mercede curiæ regis, Juſtitiarii faciebant de perſona velle ſuum, terra remanebat eccleſiæ, & omnia bona ſua recipiebat monaſterium Caſſinenſe &c.* Quanta cœnobii Caſſinenſis in ſubiecta ſibi oppida Juriſdictio.

Nil vero mirum quædam ex memoratis capitibus in præſentiarum non obtinere, nam a quatuor centum, & quinquaginta annis, quibus ſecundum Bernardi regeſtum confectum eſt, innumeræ evenere in cœnobio Caſſinenſi viciſſitudines. Nam paulo poſt Bernardi obitum monachi congregationis Cœleſtinæ ab inſtitutore ſuo ad cœnobium Caſſinenſe habitandum ſunt miſſi, poſtque Thomæ Abbatis mortem, ab an. 1292. ad 1301. ſex Abbates cœnobium rexere. Inde quinquennio vacavit Abbatis ſedes, quo tempore diriſſimas in Caſſinates vexationes miniſtri regii excitarunt, tum ab an. 1323. ad 1365., aut 1366. cœnobium adminiſtravit Archiepiſcopus Piſanus Oddo, novemque epiſcopi Abbates Caſſinenſes fuere omnes alienigenæ excepto Angelo ſecundo, ac modico tempore vivi. Poſt epiſcopos reditum ad Abbates regulares, atque tempore Eugenii IV. pluribus annis Abbate deſtituti remanſerant Caſſinates, quibus ab an. 1454. ad 1505. quatuor Abbates commendatarii præfuerunt, quamquam ſemper Cur aliqua ex allatis capitibus modo non obſerventur.

abſentes. Ab an. 1505. quo Congregationi S. Juſtinæ ex cœnobii dignitate appellatæ deinceps Caſſinenſi, unitum eſt monaſterium Caſſinenſe, ad an. 1505. quadraginta, & unus Abbas præfuere majorem partem aliorum monaſteriorum filii, & alienigenæ, quemadmodum in miniſtris quoque fere accidebat. Tot itaque temporum regiminumque viciſſitudinibus factum, ut jura cœnobii noſtri peſſum ierint proficientibus ex Abbatum, miniſtrorumque imperitia, abſentia, brevique regimine Caſſinenſis Abbatiæ, vaſſallis, ad remque ſuam omnia pertrahentibus. Accedit hac ſæculorum intercapedine plura in regno bella, ſeditiones, regumque mutationes contigiſſe, quæ potiſſimæ ſunt cauſæ, quibus facillime juriſdictiones amittantur.

Secundum Bernardi Regeſtum magni ſemper habitum.

Hoc ſecundum Bernardi regeſtum de quo an. 1565. ſermo recurret, plurium ſæculorum uſu uſu authenticum evaſit, cumque res in eo contentæ notiſſimæ eſſent ab omnibus citra hæſitantiam, contradictionemque obſervabantur, ut ex pluribus a me hactenus laudatis ſententiis hujus regeſti vi, & authoritate latis conſtat, qui etiam uſus ſemper invaluit, & hactenus viget citra alicujus contradictionem. Fidem certe huic regeſto adhibuit an. 1565. ſacrum Neapolitanum Conſilium & regia camera ſummariæ, ut ſuo loco demonſtrabimus, nempe tum eo anno, tum in Diſſertationibus de Portulania, de Sycla, aliiſque in locis.

Bernardus Abbas anno 1273. Communi cervarii civium calculo, ac nemine prorſus diſcrepante decrevit, quæ monaſterio Caſſinenſi præſtanda ab ipſis erant. Legatur inſtrumentum per acta Benedicti a S. Germano, quod in noſtro extat archivo, & reperitur etiam in regeſto primo ejuſdem Bernardi fol. 186., & ſequentibus. Horum interim a nobis aliqua tantum referuntur.

*Iidem vero Sindici comparentes coram nobis, & ad præmiſſa ſpecialiter ordinati juxta poteſtatem eiſdem conceſſam ab univerſitate prædicta ſuper omnibus prædictis, ſe, ac ipſam univerſitatem noſtris in manibus poſuerunt, ſecundum quod continet infraſcriptum inſtrumentum continentiæ talis. In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno Incarnationis ejus milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo tertio. Regnante domino noſtro Carolo Dei gratia Siciliæ rege magnifico, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ, almæ urbis ſenatore, Andegaviæ, Provinciæ, & Forcalquerii Comite, regni vero ejus anno nono, menſe Auguſti, ultimo die ejuſdem menſis, indictione prima. Præſenti publici ſcripti ſerie declaramus nos Nicolaus de Sueſſa judex Bantra, Benedictus publicus Monaſterii Caſſinenſis & civitatis S. Germani notarius, & ſubſcripti teſtes ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati, quod in præſentia noſtra Diaconus Johannes de Vizoca, & notarius Jeremias de Cervario comparuerunt coram R. Patre domino, dño Bernardo Dei gratia Caſſinenſi Abbate pro parte univerſitatis caſtri Cervarii habentes mandatum procuratorium, ſeu ſindicatum ab univerſitate prædicta, cujus tenor per omnia talis erat. In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, anno incarnationis ejus 1273. regnante Domino noſtro rege Karolo Dei gratia excellentiſſimo rege Siciliæ, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ almæ urbis ſenatore, Andegaviæ, Provinciæ, & Forchel. Comite, regni vero ejus anno nono, menſe Auguſto, viceſimo nono die ejuſdem menſis, indictione prima. Nos Nicolaus de Amabili judex caſtri Cervarii, Petrus Luponus publicus ejuſdem caſtri notarius, & ſubſcripti teſtes ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati. Præſentis publici ſcripti ſerie declaramus, quod in noſtri præſentia univerſitas caſtri Cervarii, voce præconia congregata in loco ubi dicitur ad formam, ut moris eſt, fecit, conſtituit, & ordinavit ſindicos ſuos legitimos Diaconum Joannem de Vizoca, & notarium Jeremiam de eodem caſtro ad comparendum coram R. domino noſtro domino Bernardo Dei gratia venerabili Caſſinenſe Abbate, & ad ſupponendum, promictendum, & obligandum ſe eidem domino Abbati pro parte univerſitatis prædictæ, & ſingulorum de univerſitate prædicta ſtare præciſe, alte, & baſſo mandato, beneplacito, decreto, arbitrio, ordinationi, ſententiæ, aut miſericordiæ ipſius domini noſtri domini Abbatis tam ſuper decimis, terraticis frumenti, vini, olei, & aliorum fructuum, quam ſuper quibuſcumque aliis redditibus operis, ſive rebus perſonalibus, & realibus, ſuper quibus, ut dicta univerſitas ſatisfaceret dicto domino Abbati, fatemur eandem univerſitatem requiſitam fuiſſe per religioſum virum Fratrem Aymonem proviſorem Caſſinenſem, obligans ſe, & promittens prædicta univerſitas, & ſinguli de univerſitate prædicta per præſens publicum inſtrumentum, ſub hipoteca, & obligatione rerum ſuarum omnium, & immunitatum, ſi quas habent a monaſterio Caſſinenſi pro ſe, & heredibus ſuis ratum, & firmum in perpetuum obſervare quicquid prædicti Sindici cum prædicto domino Abbate, & cum prædictis ſindicis, & in ipſos per prædictum dominum Abbatem nomine ejuſdem univerſitatis extiterit ordinatum, mandando, dicendo, arbitrando, vel etiam ſententialiter pronunciando, aut miſericorditer providendo. Quæ quidem qualiter coram nobis geſta ſunt, redacta ſunt in præſens publicum inſtrumentum per me notarium ſupraſcriptum noſtri qui ſupra judicis, & ſubſcriptorum teſtium ſubſcriptionibus roboratum ad preces, & mandatum univerſitatis prædictæ, & ſingulorum de prædicta univerſitate ad cautelam, & ſecuritatem prædicti domini noſtri domini Caſſinenſis Abbatis, & monaſterii Caſſinenſis. Quod ſcripſi ego idem Petrus publicus dicti caſtri notarius, qui prædicti interfui & meo conſueto ſigno ſignavi. Actum in caſtro Cervarii. † Ego qui ſupra Nicolaus de Amabili judex. † Ego Archipresbyter Benedictus interfui, & ſubſcripſi. † Ego presbiter Leonardus interfui, & ſubſcripſi. † Ego presbyter Largiſius interfui, & ſubſcripſi. † Ego Dominicus teſtis interfui, & ſubſcripſi. † Ego Diaconus Paulus teſtis interfui, & ſubſcripſi. † Ego Leo de Simeone teſtis interfui, & ſubſcripſi. † Ego Jacobus de Oddo teſtis interfui, & ſubſcripſi. Ego Joannes de Benedicto interfui. Iidem vero Sindici ſeu procuratores pro parte univerſitatis prædictæ, & pro ſe ipſis ſuppoſuerunt ſe ipſos, & dictam univerſitatem, mandato, laudo, ſententiæ, ſeu præcepto, compoſitioni, ſive miſericordiæ ipſius domini Abbatis ſuper terraticis victualium, vino vinearum, vel arborum, decimis, pœnis impoſitis eiſdem, & ſuper omnibus, & ſingulis, de quibus fuerant moniti per prædictum fratrem Aymonem*

Pro-

*Proviſorem Caſſinenſem obligantes ſe per ſe ipſos, ac dictam univerſitatem, quod quidquid dictus Dominus Abbas mandabit, laudabit, ſententiabit, ſeu præcipiet, ſive mandando, ſive componendo, ſeu miſericorditer providendo ſub hypoteca rerum ipſius univerſitatis facient & obſervabunt ac ipſa univerſitas ratum habebit, & firmum complebit, faciet, & in perpetuum obſervabit, nec contraveniet facto, vel verbo, quocumque ingenio, ſive modo in judicio, vel extra, unde ad futuram memoriam, & tam dicti domini Abbatis quam monaſterii Caſſinenſis cautelam præſens publicum Inſtrumentum confectum eſt per manus mei prædicti notarii Benedicti, ſubſcriptionibus noſtri qui ſupra judicis, & ſubſcriptorum teſtium roboratum. Quod ſcripſi ego idem Benedictus publicus monaſterii Caſſinenſis, & civitatis S. Germani notarius, qui prędictis rogatus interfui, & meo ſigno ſignavi. Prædicti autem ſindici, & procuratores ſponte in me prædictum judicem conſenſerunt, tamquam in ſuum Judicem cum ſcirent, me ſuum Judicem non eſſe. Actum in Bantra. ✠ Ego qui ſupra Nicolaus de Sueſſa judex. ✠ Ego Frater Alexius de Miniano Sacerdos, & Monachus. ✠ Ego Frater Richardus de Fractis Diaconus, & Monachus. ✠ Ego Philippus Archipresbyter Bantræ interfui. ✠ Ego Franciſcus de ſancto Germano miles Prothonotarius Caſſinenſis interfui, & ſubſcripſi. ✠ Ego Guilelmus de caſtro Bucco Canonicus Valentinus interfui. Prædictis vero Sindicis pro parte univerſitatis ipſius comparentibus coram nobis & ſubjicientibus nobis tam ſe ſuoſque heredes, quam ipſam univerſitatem, & ſingulos de univerſitate prædicta de ſtando, ac parendo noſtræ ordinationi, mandato, ſententiæ, ac miſericordiæ, ut eſt dictum, & in ipſo termino licentiatis a nobis, prædictos Diaconum Joannem de Vizoca, & notarium Jeremiam Sindicos univerſitatis prædictæ per notarium Joannem Capuanum de S. Germano de mandato noſtro per noſtras litteras ſibi facto, peremptorie citari fecimus, ut ſuprascripto die ſeptimo præſentis menſis Septembris coram nobis perſonaliter comparerent, ut de citatione ipſa nobis plene conſtitit per ejuſdem litteras citatorias. Audituri mandata noſtra propter Juſtitiam, miſericorditer ordinata, quæ ipſis ſuper hiis de quibus fuerant moniti per cariſſimum in Chriſto Fratrem Aymonem proviſorem Caſſinenſem, authoritate literarum noſtrarum, ac per eos ipſi univerſitati duximus injungenda. Nos vero qui ſupra Bernardus Dei gratia Caſſinenſis humilis Abbas attendentes fidem & devotionem hominum prædictorum, volentes, ut de ſua devotione iidem homines commodum debeant reportare, in tantum quod non juſtitiæ ſeveritas exquiſita eis aſpere, ſet miſericordiæ manus aliquantulum remiſſa eis provideat gratioſe inſpecto privilegio ipſis a prædeceſſoribus noſtris conceſſo, nec non & inquiſitione generali per Abbatiam de mandato noſtro, & ſpecialiter in dicto caſtro facta, Deum habentes præ oculis, communicato virorum prudentum conſilio, ac ſacri conventus Caſſinenſis interveniente conſenſu, nobiſcum habendo magiſtrum Riccardum de Berlenger. judicem, & advocatum Caſſinenſem providemus miſericorditer, mandamus, ordinamus, & decernimus in præſentibus ſcriptis ſententiam proferentes in preſentia ejuſdem judicis, Benedicti publici noſtri monaſterii Caſſinenſis, & civitatis S. Germani notarii, & teſtium ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum, qui juxta formam inquiſitionis præmiſſæ, & antiquam conſuetudinem, & juſtitiam Abbatiæ Caſſinenſis univerſi habitatores ejuſdem loci, nec non & illi omnes qui in prædicto territorio terras habent, niſi forte a præſtatione talium ex privilegio noſtro, ſeu Prædeceſſorum noſtrorum aliqui reperiantur liberi, & immunes de tribus ſeminibus, videlicet de grano, ordeo, & mileo ſeptimam partem nomine terratici ex integro perſolvant monaſterio, & infirmario Caſſinenſi; de vino vero, de quo ſecundum tenorem privilegii eis a prædeceſſoribus noſtris indulti, tertiam partem eidem monaſterio & infirmario ſolvere tenebantur; volentes eis gratiam facere ſpecialem, providemus, ordinamus, ſtatuimus, atque decernimus, ut de vinearum vino, & vino vitium, ſive arboribus ſubſtententur, ſive paſſillis, ſeptimam tantum partem monaſterio, & infirmario prædicto perſolvant. De reliquis vero ſeminibus, & olivis ex nunc, & in futurum, ut matrici eccleſiæ, cum nobis, & ſpiritualiter, & temporaliter ſint ſubiecti ipſi, & heredes, & ſucceſſores eorum, & habentes poſſeſſiones in territorio caſtri prædicti integram decimam partem monaſterio, & infirmario Caſſinenſi reddere, ac ſolvere teneantur, niſi forte aliqui de univerſitate prædicta a præſtatione prædictorum jurium ſpeciali privilegio noſtro, vel prædeceſſorum noſtrorum ſint immunes, quo caſu a præſtatione dicti terratici ſint immunes, ſet de omnibus victualibus, olivis, & vino decimas integre perſolvant eidem infirmario, ut ſpirituales filii, & ſubiecti, contractibus libellariis renovatis, aut legitimo tempore renovandis ſuo robore duraturis; de hortis vero eis facientes gratiam ſpecialem, ſtatuimus, ordinamus, adque decernimus, ut homines prædicti caſtri noſtri Cervarii de fructibus, & proventibus, qui percipiuntur ex eis, ut non niſi tantum quintamdecimam partem ratione ſpiritualis decimæ præſtare eidem infirmario teneantur, ſi vero hortus aliquis certum cenſum, aut redditum eidem monaſterio, ſeu infirmario ſuprascripto ſolvere teneatur, nihil ſolvat aliud, niſi cenſum, gratiis etiam nihilominus addentes & gratias, ſimiliter ſtatuimus, ordinamus, adque decernimus ut de aliis arboribus præter olivas, nihil præſtent infirmario ſuprascripto, niſi forte pro multitudine arborum in terris præmiſſis exiſtentium, aut etiam plantandarum major pars terræ occupetur ab eis, & reddatur inutilis monaſterio, & infirmario ſuprascripto. Tunc etiam quintamdecimam partem reddant de fructibus arborum prædictarum, ut eſt de hortis ſuperius ordinatum. Circa operas vero perſonales, gallinas, & alias præſtationes, nec non & alia ſervitia, ad quæ ipſi tenentur, nihil penitus innovamus, ſed volumus ipſos in ſuo ſtatu manere, ut ea præſtent, & faciant, quæ tenentur, & quæ non tenentur ad ea facienda, vel præſtanda ſpeciali noſtro, ſeu prædeceſſorum noſtrorum privilegio nullatenus adſtringantur. Si vero aliqua perſona de univerſitate prædicta alicui nobili, ſeu cuicumque perſonæ terraticum ſolvere teneatur. De iis ſcilicet, de quibus terraticum tenetur ſolvere ſecundum conſuetudinem caſtri prædicti, decimas non perſolvat, de aliis vero, de quibus non debet terraticum eidem monaſterio, & Infirmario ſolvat ſpirituales decimas, ut eſt in perſonis aliis deffinitum. Diffinimus, & mandamus, & ordinamus, quod ſi aliquis de univerſitate*

Sententia Bernardi Abbatis pro civibus Cervarii pro decimis, & aliis rebus ſolvendis Caſſinati monaſterio.

tate

*tate prædicta, ſeu quivis alius habens domos, ſeu terras in caſtro, ſeu territorio caſtri prædicti, domos, vel poſſeſſiones ſuas voluerit quovis alienationis titulo in alium transferre; ſiquidem francus rem ſtabilem transferat in francum, res tranſeat libera, nec idem francus de re prædicta terraticum ſolvere teneatur, ſi vero francus rem aliquam transferat in angarium, vel angarius in francum, utroque caſu res tranſeat cum onere ſuo, & de ipſa præſtetur, ut ejus onus exigit, & requirit. Affiliationis vero contractum, quem contra Deum, & juſtitiam, ac in fraudem jurium beati Benedicti comperimus adinventum, quem quondam dampnavimus, in ſcriptis præſentibus reprobantes dampnamus omnes illas perſonas ſive ſint principales, ſive contrahentes matrimonia, ſecundum ipſius affiliationis abuſum, ſeu etiam notarios, judices, & teſtes, ad hujuſmodi contractum rogatos, inſtrumenta conficientes, authoritatem ſuam, vel teſtimonium impendentes, qui eiſdem contractibus intervenerunt, excommunicationis ſententiam in ſcriptis præſentibus innodantes, contractum ipſum nullas vires volumus obtinere, Notarius etiam, ſive Judex, qui eiſdem interfuerunt, ut eſt dictum, ipſo facto perpetuo ſuis officiis ſint privati, contrahentes vero videlicet pater, mater, tutor, vel creator, ſeu Mundualdus adque quelibet perſona de filio, vel filia, nepote, conſanguineo, vel propinquo, ut principales dictum contractum celebrantes, & perſonæ, de quibus dictus contractus celebrabitur, ipſo facto ab omnibus privilegiis, immunitatibus, libertatibus, juribus, terris, poſſeſſionibus, domibus, vel quibuſcumque aliis rebus, quas mediate vel immediate tenent a monaſterio Caſſinenſi ſint privata, & cadant, quæ omnia eidem monaſterio ſententialiter confiſcamus in perpetuum ab eodem monaſterio poſſidenda & nulli unquam præſenti, vel deſcendenti de genere contrahentium concedenda, qui contractus de cetero non allegetur, nec in judicio nominetur; Ut inſuper finis noſter in miſericordiis, a quibus incæpimus, terminetur, omnia illa, quæ de fructibus victualiis, vino, vel oleo, redditibus, cenſibus, terraticis, decimis, operis, ac aliis quibuſcumque monaſterio noſtro debitis, iidem habitatores caſtri, qui nunc ſunt, vel illi a quibus cauſam habuerunt per ignorantiam, vel abuſum pravæ conſuetudinis cujuſcumque, aut etiam ſenſualitate cupiditatis eos ad id inclinante occupaverunt, retinuerunt, vel fraudati ſunt, quocumque modo pervenerint ad eoſdem, univerſis, & ſingulis de ipſa univerſitate cum conſenſu præfati conventus Caſſinenſis plene remittimus vivis omnibus, & defunctis, tam vivos, quam defunctos prædictos, authoritate privilegiorum Caſſinenſis eccleſiæ conceſſorum ſeu etiam ordinaria excommunicationis, vel interdicti ſententiam ligatos, quantum cum Deo, & beato Benedicto poſſumus in ſcriptis præſentibus reddimus abſolutos, ſalvatorem noſtrum rogantes, ut non eis ad dampnationem proveniat animarum, ſupraſcripta ſiquidem omnia & ſingula, quæ præmiſſimus ordinando, ſtatuendo, diffiniendo, mandando, declarando, aut miſericorditer providendo, vel ſententialiter pronunciando, mandamus per prædictos ſindicos præſentes nomine dictæ univerſitatis, & ſingulorum de ipſa univerſitate, & per omnes homines ipſius caſtri, & territorii, nec non & eos qui terras, aut poſſeſſiones infra territorium ipſum tenent, & heredes, & ſucceſſores eorum in perpetuum inviolabiliter obſervari ſub pena amiſſionis omnium bonorum, libertatum, & immunitatum præſentium, & futurarum, & privationis perpetuæ. Quibus omnibus quamlibet perſonam in ſpeciali, & totam univerſitatem in toto, vel in parte contravenientem in generali ſententialiter in præſentibus, ſcriptis ex nunc privamus, & decernimus in perpetuum manere privatos, obſervantibus vero ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti, & gratia beatiſſimi Benedicti. Unde ad futuram rei memoriam, & tam noſtram quam noſtri Caſsinenſis conventus cautelam, & ſecuritatem, præſens publicum inſtrumentum per manus prædicti Benedicti publici monaſterii Caſsinenſis, & civitatis S. Germani notarii fieri mandavimus ſigno ipſius, ſubſcriptione noſtra, & ſubſcriptionibus prædicti judicis, ac ſubſcriptorum teſtium roboratum. Quod ſcripſi ego idem Benedictus publicus monaſterii Caſsinenſis, & civitatis S. Germani notarius de mandato præfati domini noſtri domini Bernardi venerabilis Caſsinenſis Abbatis, qui prædictis omnibus interfui, & meo ſolito ſigno ſignavi. Actum in civitate S. Germani in palatio majori curiæ Caſsinenſis &c. Superius autem in vigeſima quarta linea, ubi legitur præcepit, & univerſitati prædictæ, & in vigeſima nona linea, ubi legitur, prædicta vero univerſitas, & ſinguli de ipſa univerſitate per prædictum Fratrem Aymonem proviſorem Caſsinenſem, ut dictum eſt requiſiti deliberantes ſuper prædictis omnibus, Diaconi Janne de Vizoca, notario Jeremia de eadem terra ſuos ſindicos ſtatuerunt, qui eandem univerſitatem, & ſe ipſos ſuper prædictis, & aliis, & in triceſima linea ubi legitur: infraſcriptis in noſtris manibus darent. Locus ✠ ſigni &c. ✠ Ego qui ſupra Bernardus beati Benedicti ſucceſſor indignus. ✠ Ego qui ſupra magiſter Riccardus de Berlengerio judex, & advocatus Caſsinenſis. ✠ Ego Frater Johannes Decanus Caſsinenſis. ✠ Ego Frater Alexius Deminiano ſacerdos, & monachus. ✠ Ego Frater Riccardus de Fractis, Diaconus, & monachus. ✠ Ego Frater Aymo Proviſor Caſſinenſis. ✠ Ego Frater Jacobus de Atino ſubdiaconus, & monachus. ✠ Ego magiſter Germanus Archidiaconus ſancti Germani interfui, & ſubſcripſi. ✠ Ego magiſter Brunus Canonicus S. Germani interfui, & ſubſcripſi. ✠ Ego notarius Bartholomæus de magiſtro interfui, & ſubſcripſi.*

Singulæ oppidorum omnium univerſitates cum cognoſcerent optime plurima, eaque validiſſima rationum momenta cœnobio Caſſinenſi pro juribus ſuis aſſerendis ſuppetere publico coacto conſilio quoſdam e ſuis elegerunt, qui omnium nomine ſeſe Bernardo Abbati Caſſinenſi ſiſterent, ſponderentque omnia ſe lubentiſſime accepturos, quæ ab eodem decreta fuiſſent quoad ſolutiones decimarum terratici, grani, hordei, fabarum, vini, olei, aliorumque fructuum, reddituum, operum manualium, aliarumque rerum omnium. Laudatus Abbas contra univerſa oppida ſententiam protulit, quæ ſimilis quoad omnia fuit, quemadmodum mandata a ſingulis univerſitatibus procuratoribus ſuis data ſimilia. Quare haud hic ſingula ne otio abuti videamur recenſere in animo eſt, rati unicum mox allatum monumentum ſatis ſuperque eſſe. Peculiaria dumtaxat hic adferemus ex illis ſententiis, quæ a Bernardo Abbate in

Quædam in aliquibus ex oppidis ditionis Caſſinenſis Decreta, ſcilicet.

quæ-

Digitized by Google

In oppido S. Apollinaris. quædam oppida ſunt prolatæ. In ſententia itaque in oppidum ſancti Apollinaris lata hæc leguntur. *Cum caſtrum S. Apollinaris in ſpiritualibus, & temporalibus monaſterio noſtro ſubiectum ejuſdem uſi-* Ibid. fol. 175. a t. & ſeqq. & ex originali. *bus hoſpitali noſcatur, prædeceſſorum noſtrorum providentia pie annexum &c. Sane nos attendentes prædicta, ut de ſua devotione præfati homines fideles noſtri commodum debeant reportare. Intantum quod non juſtitiæ ſeveritas exquiſita eis aſpere, ſed miſericordia manus aliquantulum remiſſa eis provideat gratioſe. Inſpecto privilegio ipſis a prædeceſſoribus noſtris conceſſo*, (advertendum Abbates, Monachoſque pro tempore vaſſallis monaſterii conceſſiſſe immunitates a ſolvendis decimis terraticis, ſervitiis perſonalibus &c. eademque hæc verba in ſingulis contra quæque oppida ſententiis reperiri) *nec non & inquiſitione generali per Abbatiam de mandato noſtro, & ſpecialiter in dicto caſtro facta, Deum habentes præ oculis, communicato virorum prudentum conſilio, ac ſacri conventus Caſſinenſis interveniente conſenſu, nobiſcum habendo magiſtrum Riccardum de Berlengerio judicem, & advocatum Caſſinenſem providemus miſericorditer &c. & decernimus in præſentibus ſcriptis ſententiam proferentes &c. ut ſecundum privilegium dicti caſtri in regiſtro Caſſinenſi de verbo ad verbum regiſtratum, cui innitimur in hac parte, de tribus ſeminibus, videlicet grano, milio, & ordeo univerſi habitatores ipſius caſtri, qui libertatem ſpecialem de hiis non præſtandis non habent per noſtram ſpecialem indulgentiam renovandam, vel concedendam, ſeu declarandam eiſdem, nec non & illi omnes, qui in prædicto territorio terras habent, qui prædicto modo non reperientur liberi, & immunes, ſeptimam partem ex integro ipſi, & heredes, vel ſucceſſorum eorum hoſpitali Caſſinenſi præſtare teneantur. Tam illi vero, qui prædicto modo libertate gaudebunt, quam illi, qui libertatem de prædictis non habent, decimas ex integro de univerſis ſeminibus ſolvere teneantur. Hoc ſalvo, quod decimas non dabunt de illis tribus prædictis ſeminibus, videlicet grano, mileo, & ordeo illi, qui non ſunt liberi, qui terraticum ideſt ſeptimam præſtiterunt &c. Porro ſi angararius libero poſſeſſionem vendat, eadem poſſeſſio terratico, ideſt ſeptimam ſicut tenebat eam angararius tranſibit ad liberum onerata. Quod ſi liber angarario vendet, ſeptimam ſolvet prout idem angararius de aliis ſuis poſſeſſionibu reddere tenebatur. Ad hæc operas exhibebunt illi, qui præfato modo non ſunt immunes per illum modum, & alia ſervitia redditus & onera, prout inquiſitio prædicta in regiſtro Caſſinenſi ſcripta continet declarat. De porcis autem, & porcaſtris, & eorum domibus poſſeſſionibus, & rebus decendentium incolatum mutantium, & vendentium eaſdem, illud per omnia obſervetur quod in prædicto ipſorum privilegio continetur. De hortis tamen eos debere decimam declaramus &c.*

S. Victoris. In ſententia contra univerſitatem S. Victoris hæc habentur præcipua: *Inſpecto privilegio ipſis a prædeceſſoribus noſtris conceſſo nec non & inquiſitione* Ibid. fol. 190. & ſeqq. & ex originali. *generali per Abbatiam de mandato noſtro, & ſpecialiter in dicto caſtro facta &c. Providemus miſericorditer &c. & decernimus in præſentibus ſcriptis ſententiam proferentes &c. quod juxta formam inquiſitionis præmiſſa & antiquam conſuetudinem, & juſtitiam Abbatiæ Caſſinenſis univerſi habitatores ejuſdem loci, nec non & illi omnes, qui in prædicto territorio terras habent, niſi forte a præſtatione talium ex privilegio noſtro, ſeu prædeceſſorum noſtrorum aliqui reperiantur liberi, & immunes de quatuor ſeminibus, videlicet de grano, ordeo, milio, & fabis, decimam partem nomine terratici ex integro perſolvant monaſterio Caſſinenſi; De vino vero, de quo ſecundum tenorem privilegiorum eis a prædeceſſoribus noſtris indultorum quintam partem eidem monaſterio ſolvere tenebantur. Volentes ei gratiam facere ſpecialem providemus &c., ut de vinearum vino, & vino vitium, ſive arboribus, ſive paſſillis ſubſtententur, ſeptimam tantum partem monaſterio ſupraſcripto perſolvant. De reliquis vero ſeminibus, & olivis ex nunc, & in futurum, ut matrici eccleſiæ cum nobis & ſpiritualiter, & temporaliter ſint ſubiecti, ipſi, & hæredes & ſucceſſores eorum, & habentes poſſeſſiones in territorio caſtri prędicti Caſſinenſi monaſterio reddere, & ſolvere decimam teneantur niſi forte aliqui de univerſitate prædicta a præſtatione prædictorum jurium ſpeciali privilegio noſtro vel prædeceſſorum noſtrorum ſint immunes, quo caſu a præſtatione dicti terratici ſint immunes de omnibus victualibus, olivis, & vino decimas integre perſolvant eidem monaſterio, ut ſpirituales filii, & ſubiecti. De hortis vero eis facientes gratiam ſtatuimus &c. ut homines prædicti caſtri noſtri S. Victoris de fructibus, & proventibus, qui percipiuntur ex eis, ut non niſi tantum quintamdecimam partem ratione ſpiritualis decimæ præſtare eidem monaſterio teneantur &c. Circa operas vero perſonales, gallinas vel alias præſtationes, nec non & alia ſervitia ad quæ ipſi tenentur nihil penitus innovamus &c.*

In ſententia contra oppidum S. Petri in fine hæc S. Petri in fine. leguntur præcipua: *Inſpecto privilegio ipſis a prædeceſſoribus noſtris conceſſo, nec non & in Inquiſitione generali per Abbatiam de mandato noſtro, & ſpecialiter in dicto caſtro facta &c. ordinamus, & decernimus &c. quod juxta formam inquiſitionis præ-* Ibid. fol. 194., & ſeqq., & ex originali. *miſſa & antiquam conſuetudinem, & juſtitiam Abbatiæ Caſſinenſis, univerſi habitatores ejuſdem loci, nec non & illi omnes, qui in prædicto territorio terras habent, niſi forte a præſtatione talium ex privilegio noſtro, ſeu prædeceſſorum noſtrorum aliqui reperiantur liberi, & immunes, de tribus ſeminibus, videlicet grano, ordeo, & mileo ſeptimam partem ratione terratici ex integro perſolvant monaſterio Caſſinenſi, &c. De reliquis vero ſeminibus, & olivis ex nunc, & in futurum, ut matrici eccleſiæ cum nobis & ſpiritualiter, & temporaliter ſint ſubiecti, ipſi, & hæredes, & ſucceſſores eorum, & habentes poſſeſſiones in territorio caſtri prædicti integram decimam partem monaſterio Caſſinenſi reddere, ac ſolvere teneantur &c. gratiis etiam nihilominus addentes etiam gratias, ſimiliter ſtatuimus, &c. ut de aliis arboribus præter olivas nihil præſtent monaſterio ſupraſcripto, niſi forte præ multitudine arborum in terris præmiſſis exiſtentium, aut etiam plantandarum major pars terræ occupetur ab eis, & reddatur inutilis monaſterio ſupraſcripto. Tunc etiam quintamdecimam partem reddant de fructibus arborum prædictarum &c. circa operas vero perſonales, gallinas, & alias præſtationes, nec non & alia ſervitia, ad quæ ipſi tenentur, nihil pœnitus innovamus, &c. Affiliationis vero contractum quem contra Deum & juſtitiam, ac in fraudem jurium beati*

*Bene-*

Digitized by Google

*Benedicti comperimus adinventum, quem quondam damnavimus, in ſcriptis præſentibus reprobantes. Damnamus omnes illas perſonas, ſive ſint principales, ſive contrahentes matrimonia ſecundum ipſius affiliationis abuſum, ſeu etiam notarios, judices, & teſtes ad hujuſmodi contractus rogatos inſtrumenta conficientes, auctoritatem ſuam, vel teſtimonium impendentes, qui eiſdem contractibus intererunt excommunicationis ſententia inſcriptis præſentibus innodantes, contractum ipſum nullas vires volumus obtinere. Notarius etiam ſive judex, qui eiſdem interfuerunt, ut eſt dictum, ipſo facto perpetuo ſuis officiis ſint privati. Contrahentes vero, videlicet pater, mater, tutor, vel curator, ſeu mundualdus, atque qualibet perſona de filio, vel filia, nepote, conſanguineo, vel propinquo, ut principales dictum contractum celebrantes, & perſona de quibus dictus contractus celebrabitur, ipſo facto ab omnibus privilegiis immunitatibus, libertatibus, juribus, terris, poſſeſſionibus, domibus, vel quibuſcumque aliis rebus, quas mediate vel immediate tenent a monaſterio Caſſinenſi, ſint privatæ & cadant, quæ omnia eidem monaſterio ſententialiter confiſcamus in perpetuum ab eodem monaſterio poſſidenda, & nulli unquam præſenti, vel deſcendenti de genere contrahentium concedenda. Qui contractus de cętero non allegetur, nec in judicio nominetur &c.*

Hoc eodem anno 1273. a civibus Vallisrotundæ publico hac de re confecto inſtrumento procuratores electi fuerunt, & facultas illis data quodcumque per Bernardum Abbatem circa ſolutionem decimarum, terraticorum, operarum, aliarumque rerum decretum fuerit, acceptandi. Videantur inſtrumentum laudatum, & Bernardi ſententia, quæ in noſtro archivo ſervantur, & ſunt etiam in eodem primo regeſto Bernardi fol. 220. a tergo, horum interim a nobis aliqua tantum referuntur. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti anno Incarnationis ejus 1273. Regnante domino noſtro Karolo Dei gratia Siciliæ rege magnifico, ipſius regni anno nono, menſe Septembris, octavo die ejuſdem menſis ſecundæ indictionis. Præſentis publici ſcripti ſerie declaramus &c. quod univerſitas Vallisrotundæ voce præconia congregata, ut moris eſt, in quodam loco, qui locus nominatur Orta &c. fecit, conſtituit, & ordinavit Sindicos ſuos legitimos Berardum de Jonatha, & Nicolaum de Venca de eadem terra ad comparendum, & repræſentandum ſe coram rever. Patre domino Bernardo Dei gratia Caſſinenſi Abbate pro parte, & nomine dictæ univerſitatis, & ad ſubponendum, promittendum, & obligandum ſe pro parte dictæ univerſitatis, & ſingulorum de prædicta univerſitate ſtare præciſe alte, & baſſe mandato, beneplacito, ordinationi, ſeu ſententiæ, aut miſericordiæ dicti domini Abbatis, tam ſuper terraticis, decimis, frumenti, vini, olei, & aliorum fructuum, quando ſuper quibuſcumque aliis redditibus, operis, ſive rebus perſonalibus, & realibus, ſuper quibus, ut prædicta univerſitas ſatisfaceret dicto domino Abbati. Fatemur eandem univerſitatem requiſitam fuiſſe per venerabilem patrem dominum Paulum epiſcopum Calinenſem, promittens, & obligans ſe dicta univerſitas, & ſinguli de prædicta univerſitate pro ſe, & ſuis heredibus, ſub hipotheca, & obligatione omnium rerum ſuarum &c. ratum, & firmum in perpetuum obſervare quidquid a prædictis cum prædicto domino Abbate, & cum prædictis Sindicis, & in ipſos per prædictum dominum Abbatem nomine ejuſdem univerſitatis extiterit ordinatum, mandando, dicendo, arbitrando, vel etiam ſententialiter pronunciando, aut miſericorditer providendo, quæ quidem qualiter coram nobis geſta ſunt, redacta ſunt in præſens publicum Inſtrumentum, &c. ad preces, & mandatum univerſitatis prædictæ, & ſingulorum de prædicta univerſitate ſubſcriptionibus noſtri qui ſupra judicis, & ſubſcriptorum teſtium roboratum. Quod ſcripſi ego prænominatus notarius, qui prædictis rogatus interfui, & meo ſolito ſigno ſignavi &c. Prædictis vero Sindicis pro parte univerſitatis ipſius comparentibus coram nobis, & ſubycientibus nobis, tam ſe, ſuoſque heredes, quam ipſam univerſitatem, & ſingulos de univerſitate prædicta, deſtando, ac parendo noſtræ ordinationi, mandato, ſententiæ, ac miſericordiæ, ut dictum eſt. Nos qui ſupra Bernardus, &c. attendentes fidem & devotionem hominum prædictorum, volentes, ut de ſua devotione iidem homines commodum debeant reportare, intantum quod non Juſtitiæ ſeveritas exquiſita, ſet miſericordię manus aliquantulum remiſſa eis provideat gratioſe. Inſpecto privilegio ipſis a Prędeceſſoribus noſtris conceſſo, Deum habentes prę oculis, communicato virorum prudentium conſilio, ac ſacri conventus Caſſinenſis interveniente conſenſu, nobiſcum habendo magiſtrum Riccardum de Berlengerio judicem, & advocatum Caſſinenſem providemus miſericorditer &c. ordinamus, & decernimus in pręſentibus ſcriptis ſententiam proferentes in pręſentia ejuſdem judicis Benedicti publici notarii &c. & teſtium ſubſcriptorum ſpecialiter ad hoc vocatorum, & rogatorum. Quod juxta antiquam conſuetudinem & juſtitiam Abbatiæ Caſſinenſis univerſi habitatores ejuſdem loci, nec non & illi omnes, qui in ejuſdem caſtri territorio terras habent, niſi forte a pręſtatione talium ex privilegio noſtro, ſeu prędeceſſorum noſtrorum aliqui reperiantur liberi, & immunes, de tribus ſeminibus, videlicet de grano, ordeo, & milio ſeptimam partem nomine terratici ex integro perſolvant monaſterio Caſſinenſi, pręterquam de tenimento Jungni, de quo integram decimam de omnibus fructibus reddere teneantur juxta tenorem privilegii a prędeceſſoribus noſtris conceſſi hominibus ſupraſcriptis. De vino vero, de quo ſecundum tenorem privilegii, eis a prędeceſſoribus noſtris indulti, tertiam partem eidem monaſterio ſolvere tenebantur, volentes eis gratiam facere ſpecialem &c. decernimus, ut de vinearum vino, & vino vitium ſive arboribus, ſive paſſillis ſuſtententur, ſeptimam tantum partem monaſterio ſupraſcripto perſolvant. De reliquis vero ſeminibus. & olivis ex nunc, & in futurum, ut matrici eccleſię cum nobis & ſpiritualiter, & temporaliter ſint ſubiecti, ipſi, & heredes, & ſucceſſores eorum, & habentes poſſeſſiones in territorio caſtri prędicti, Caſtinenſi monaſterio integram decimam partem reddere, ac ſolvere teneantur &c. De hortis vero eis facientes gratiam ſpecialem, ſtatuimus &c. ut homines prędicti caſtri noſtri Vallisrotundę de fructibus, & proventibus, qui percipiuntur ex eis, ut non niſi tantum quintamdecimam partem ratione ſpiritualis decimę pręſtare eidem monaſterio teneantur &c. gratis etiam nihilominus addentes, & gratias ſimiliter ſtatuimus &c., ut de aliis arboribus pręter olivas, nihil pręſtent monaſterio*

*ſupra-*

Digitized by Google

*ſupraſcripto, niſi forte præ multitudine arborum in terris præmiſſis exiſtentium, aut etiam plantandarum major pars terræ occupetur ab eis, & reddatur inutilis monaſterio ſupraſcripto, tunc enim quintamdecimam partem reddat de fructibus arborum prædictarum, ut eſt de hortis ſuperius ordinatum. Circa operas vero perſonales, gallinas, & alias præſtationes, nec non & alia ſervitia, ad quæ ipſi tenentur, nihil penitus innovamus, ſet volumus ipſos in ſuo ſtatu manere, ut ea præſtent, & faciant, quæ tenentur, & quæ non tenentur ad ea facienda, vel præſtanda ſpeciali noſtro ſeu predeceſſorum noſtrorum privilegio nullatenus adſtringatur, ſi vero aliqua perſonā de univerſitate prædicta alicui nobili, ſeu cuicumque perſona terraticum ſolvere teneatur, de hiis ſcilicet de quibus terraticum tenetur ſolvere, ſecundum conſuetudinem caſtri prædicti, decimas non perſolvat, de aliis vero, de quibus non debet terraticum eidem monaſterio, ſolvat ſpirituales decimas, ut eſt in perſonis aliis deffinitum. Deffinimus etiam, mandamus, & ordinamus, ut ſi aliquis de univerſitate prædicta ſeu quivis alius habens domos ſeu terras in caſtro, ſeu territorio caſtri prædicti domos vel poſſeſſioness voluerit quovis alienationis titulo in alium transferre ſiquidem francus rem ſtabilem transferat in francum, res tranſeat libera, nec idem francus de re prædicta, terraticum ſolvere teneatur, Si vero Francus rem aliquam transferat in angarium, vel angarius in Francum, utroque caſu res tranſeat cum onere ſuo, & de ipſa præſtetur, ut ejus onus exigit, & requirit &c. Supradicta ſiquidem omnia, & ſingula, quę pręmiſimus ordinando, ſtatuendo, deffiniendo, mandando, declarando, aut miſericorditer providendo, vel etiam ſententialiter pronunciando mandamus per prędictos Sindicos pręſentes nomine dictę univerſitatis, & ſingulorum de ipſa univerſitate, & per omnes homines ipſius caſtri, & territorii, nec non & eos, qui terras, aut poſſeſſiones, infra territorium ipſum tenent, & heredes, & ſucceſſores eorum in perpetuum inviolabiliter obſervari, ſub pena amiſſionis omnium bonorum, libertatum, & immunitatum, pręſentium, vel futurarum, & privationis perpetuę, quibus omnibus quamlibet perſonam in ſpeciali, & totam univerſitatem in toto, vel in parte contravenientes in generali ſententialiter in pręſentibus ſcriptis ex nunc privamus, & decernimus in perpetuum manere privatos, obſervantibus vero ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, & gratia beatiſſimi Benedicti. Unde ad futuram memoriam & tam noſtram, quam noſtri Caſſinenſis Conventus cautelam, & ſecuritatem pręſens publicum inſtrumentum per manus prędicti Benedicti publici monaſterii Caſſinenſis & civitatis S. Germani notarii fieri mandavimus ſubſcriptionibus prędicti judicis, ac ſubſcriptorum teſtium roboratum &c. Actum in civitate S. Germani in palatio majori curię Caſſinenſis &c.* Eadem forma iiſdemque ſolemnitatibus ſententiæ in alias omnes univerſitates latæ fuere, ad eademque fere ſolvenda omnes damnatæ.

S. Angeli in Theodice.

Ex eodem Reg. fol. 126. a t. & ſeqq. & ex originali.

In ſententia lata contra univerſitatem S. Angeli in Theodice hæc ſunt præcipua: *ſet licet nota ſit fides omnium hominum caſtri prędicti, & omnes in genere mereantur libertates, & gratias ſpeciales, quia tamen inter opera charitatis illis magis tenemur obnoxii, a quibus majora recolimus ſervitia recepiſſe, & nobiles loci ejuſdem ultra ipſorum poſſe, nobis & eidem Monaſterio tam neceſſitatis, quam tranquilitatis tempore devotiſſime aſtiterunt. Volentes nobiles ipſos dignis meritis compenſare, volumus, ſtatuimus, & firmiter ordinamus, ut omnes nobiles ejuſdem caſtri, qui per noſtras litteras, vel privilegium nobiles deſignabuntur ad hoc quod melius vivere valeant, & melius poſſint alia ſua onera ſopportare, de ordeo, ſpelta, avena, & Surico, de vino etiam, & hortis nihil monaſterio, ſeu Veſtario Caſſinenſi perſolvant, aut reddere compellantur, nec ut terraticum, nec ut decimam ſpiritualem, ſet omnino a pręſtatione prędictorum ſint liberi, & exempti, ipſi & ex ipſis legitime deſcendentes, propter alia ſervitia, quę impendunt monaſterio Caſſinenſi. In aliis capitulis eorum privilegio in ſuo robore duraturo &c.* Hujus privilegii meminit Bernardus Montfaucon in Diario Italico p. 323., & ſeqq. hiſce verbis: *Inerat Abbati Caſſinenſi facultas ex ſubditis ſuis nobiles creandi, quot quot ad id muneris honoriſque aptos ęſtimaret. Quod utique liquidum ex diplomate Bernardi Abbatis Caſſinenſis anno 1273. Septembris 11. in gratiam univerſitatis S. Angeli in Teodice &c. ſubditque. Extat in archivo inſtrumentum, quo in nobilium ordinem ab Angelo Abbate Caſſinenſi adlegitur Joannes Petri Divii de S. Victore regalis cancellarię notarius, neque ipſe ſolum, ſed omnes etiam ejus poſteri utriuſque ſexus in perpetuum.*

Et S. Stephani.

Ex eodem Reg. fol. 252. a t. ex originali.

In ſententia lata adverſus homines caſtri S. Stephani hæc verba extant: *Cum certo certius ſit monaſterium Caſſinenſe, vel ejus officia in terris ſingulis Abbatię debere habere terraticum, neque univerſitas aliqua, ſeu ſpecialis perſona, niſi ſpeciali privilegio dominorum Caſſinenſium a pręſtatione terratici ſint immunes: &c.* Omnes hæ ſententiæ originales in archivo noſtro aſſervantur, atque in regeſto primo Bernardi Abbatis.

Andreas de Perro creatus notarius.

Ibid. fol. 230. a t.

Die 14. Septembris an. 1273. publicum in civitate S. Germani, atque ditione Caſſinenſi notarium creavit Bernardus Abbas Clericum Andream de Petro, atque in patentibus litteris ſolita extant verba: *Recepto a te corporali ad S. Dei evangelia juramento de officio ipſo per te fideliter exercendo, & de veritate ſcribenda &c. Recepto etiam a te Sacramento fidelitatis, & ligii homagii, quod nobis pro parte noſtra; & ſucceſſorum noſtrorum in noſtris manibus præſtitiſti &c.*

Bona quædam Petro de Jenetel conceſſa.

Ibid. fol. 231.

Die 22. Novembris ejuſdem anni Bernardus Abbas bona quædam Petro de Jenetel concedit, ut ex inſtrumento conſtat a notario Benedicto Sangermanenſi rogato, in quo hæc ſunt præcipua: *Nos Bernardus &c. Attendentes multa, grata, &c. ſervitia, quæ tu Petre de Jenetel dilecte familiaris, & fidelis noſter nobis, & noſtro monaſterio Caſſinenſi fideliter exibuiſti &c. & quia in ſervitiis noſtris, & ejuſdem monaſterii noſtri diutius perſonaliter laboraſti, volentes, ut de tuis laboribus gratiam aliquam aſſequaris, de conſenſu ſubſcriptorum Fratrum noſtrorum, nobiſcum habendo magiſtrum Riccardum de Berlengerio judicem, & advocatum Caſſinenſem, de ſpeciali gratia noſtra, per hoc ſcriptum jure libellario damus, & concedimus tibi prędicto Petro &c. omnia bona ſtabilia, quæ fuerunt Joannis de Guidone clerici de S. Elia Proditoris excellentiſſimi domini noſtri regis Karoli, & noſtri tam videli-*

Digitized by Google

*videlicet domos, terras, quam alia bona quacumque, qua bona tenuit in caſtro noſtro S. Elia, ac ejus territorio vel in aliis terris Abbatia Caſſinenſis, quibus bonis idem Johannes clericus propter ſui manifeſtam proditionem, qui debita fidelitatis immemor adhaſit nequiſſimo Corradino &c. per nos juſte, & rationabiliter, ac etiam ſententialiter deſtitutus extitit, & privatus. Item eodem jure libellario damus, & concedimus tibi &c. omnia bona ſtabilia, qua fuerunt quondam Rigalda de S. Angelo uxoris qm. Joannis de Berteraimo proditoris ſimiliter dicti domini noſtri regis, que bona ſunt ad nos, & noſtrum monaſterium per excadentiam devoluta, ipſa utique bona omnia ſtabilia cum omnibus juribus, & pertinentiis eorum tibi &c. concedimus ad poteſtatem, & poſſeſſionem tuam, tuorumque haredum ad habendum, & poſsidendum, & faciendum in omnia, qua vobis placuerint uſque in annos viginti, & novem. Ita ut omni anno in feſto beati Benedicti tu, & tui heredes reddatis inde nobis, & ſucceſſoribus noſtris nomine cenſus libram de cera unam.* Montfaucon in Diario Italico p. 350. hæc ſcribit: *Penes Abbatem Caſsinenſem erat facultas proſcribendi, atque in aliorum uſus transferendi bona ſubditorum, qui grave quod piam facinus admiſsiſſent quod in diplomate Bernardi Abbatis obſervatur. Is enim Petrum de Jenetel alloquens talia fatur: Damus, & concedimus &c.* ut ſupra.

Sententia in univerſitatem Fractarū.

Bernardus Abbas ſollicitus pro ſuo munere, ut bona, juriſdictioneſque cœnobii Caſſinenſis ſanctæ tectæ ſervarentur, hanc in univerſitatem Fractarum ſententiam protulit, in qua ſcitu quædam digna continentur: *In nomine Domini Jeſu Chriſti anno incarnationis ejus 1273. regnante domino noſtro Carolo Dei gratia Sicilia rege magnifico, regni ejus anno nono menſe Decembris ſeptimo die ejuſdem menſis indictione ſecunda. Cum nos Bernardus, Dei gratia Caſsinenſis humilis Abbas ſuper recuperationibus jurium monaſterii Caſsinenſis, & membrorum ejus, que male alienata, illicite diſtracta, & preſumptione conſtat a nonnullis hominibus Abbatie Caſsinenſis non modica occupata apud caſtrum noſtrum Fractarum reſidentes, daremus operam vigilem, & attentam inter alia prejudicia, que ab ejuſdem loci hominibus a longis retro temporibus facta extiterant in prejudicium monaſterii Caſsinenſis, quaſdam invenimus pravas conſuetudines juri, & rationi contrarias non ſine incuria officialium ejuſdem monaſterii obſervatas, videlicet quod pater, ſeu mater filios ſuos, pro ſue voluntatis arbitrio ſubtrahebat de dominio monaſterii Caſsinenſis, ſeu de Dominio cujuſvis Domini ſui, & ipſos uno tantum filiorum ſuorum veteri Domino ſervato, ſubiiciebat pro voluntate ſua dominio aliorum, & nihil juris in eis veteri Domino penitus remanebat, & quod pater, ſeu mater in cauſis filiorum ſuorum, & quod maritus in cauſis uxoris ſue, quodam abuſu, ſedebant pro judice ſeu curiam regebant in cauſis ipſorum, nullo alio ſedente pro judice, nec compellebantur filii, vel uxores, forum eligentes parentum aut etiam maritorum ſubire judicium curie Caſsinenſis, ſeu aliorum dominorum ſuorum, & quod affiliationis contractus, quem juxtis ex cauſis ab olim damnavimus obſervatores affiliationis hujuſmodi excommunicationis ſententia innodando in eodem oppido preſumitur celebrari. Cum autem conſuetudines, atque uſus eccleſia Caſſinenſis contrarios noſtra nos deceat conſideratione remittere cujus ſollicitudini divina patientia deſervimus, cum non ſit, nec eſſe debeat in poteſtate parentum filios ſuos inconſultis, & ignorantibus dominis ſuis, a veteri ſubtrahere domino, & ipſos novis dominis applicare, & mulieres propter ſexus fragilitatem, & eorum pudicitiam a publicis repellantur officiis, nec parentes, ſeu mariti idonei ſint judices, vel curiam regentes in ſuorum filiorum, ſeu uxorum ſuarum controverſiis, atque cauſis, & publica honeſtatis, juſtitia hujuſmodi affiliationis contractus, velut inceſtuoſos, ac nefarios reputet condemnandos. Idcirco nos qui ſupra Bernardus Dei gratia Caſſinenſis humilis Abbas volentes hujuſmodi abuſibus, & pravis conſuetudinibus debitis remediis obviare, & tam noſtra, dictique noſtri monaſterii quam aliorum, qui vaſſallos habere noſcuntur in eodem caſtro noſtro Fractarum, ejuſque pertinentiis indemnitati, conſulere, habito, & deliberato prudentum virorum conſilio & de conſenſu, & voluntate Fratrum noſtrorum aſſidente nobis magiſtro Riccardo de Berlengerio judice, & advocato Caſſinenſi, preſentibus tam magiſtro Bruno canonico S. Germani, & generali Yconomo monaſterii Caſſinenſis, & hoc ipſum cum inſtantia, poſtulante, quare univerſitate dicti caſtri Fractarum voce praconia, ut moris eſt, & in majori palatio curia Caſſinenſis ejuſdem caſtri Fractarum congregata in preſentia ejuſdem judicis Benedicti publici monaſterii, Caſſinenſis, & civitatis S. Germani notarii, & teſtium ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum preſenti noſtra conſtitutione, & ſtatuto, ſeu decreto, aut ſententia ſupraſcriptas pravas conſuetudines, atque uſus immo verius abuſus, & corruptelas, damnamus, caſſamus, & in perpetuum reprobamus. In preſentibus ſcriptis diſtrictius prohibentes ſub pena excommunicationis, quam ipſo facto incurrere volumus contrarium facientes, & ſub pena amiſſionis omnium bonorum, que mediate vel immediate tenent ſub dominio monaſterii Caſſinenſis, que ex nunc ipſi monaſterio confiſcamus, quod nullus de eodem caſtro, pater vel mater, filios ſuos ſubtrahere audeat de dominio monaſterii Caſſinenſis, ſeu aliorum veterum dominorum ſuorum, & ipſos novis dominis applicare, nec pater, ſeu mater, ſive maritus in cauſis filiorum ſuorum, aut etiam uxorum, ſive agant, ſive conveniantur, valeat eſſe judex, ſeu regere curiam de eiſdem, nec aliquis de filia, vel propinqua affiliationis contractum audeat celebrare. Quod ſi forte ab aliquo contrarium temetur nihil omnino antiquo domino parentum conatibus derogetur, nec ſententia lata per parentes, ſeu maritos in cauſis, & controverſiis filiorum, vel uxorum, vel ipſis curiam regentibus, rei judicata obtineat firmitatem, nec parti adverſe aliquod prajudicium perinde generetur, ſed ſemper ad forum competens recurratur, nec dos, ſeu donatio propter nuptias affiliationis cauſa facta, ſeu etiam conſtituta dotis, aut donationis propter nuptias nomen obtineat, vel etiam ſervetur, ſed id totum quod ea occaſione promittitur, aut donatur, noſtra curia juribus protinus applicetur, & alias penas nihilominus infligemus, qua pro qualitate temporis, & cauſarum viderimus infligendas. Unde ad futuram memoriam, & tam noſtri, quam noſtri Caſſinenſis conventus cautelam, preſens publicum inſtrumentum per manus predicti Benedicti publici*

Ex eodem Reg. 1. Bernardi fol. 251. & ſeqq.

blici

*blici monaſterii Caſſinenſis & civitatis S. Germani notarii, fieri mandavimus, noſtra, prædicti judicis, & ſubſcriptorum teſtium ſubſcriptionibus roboratum. Quod ſcripſi ego idem Benedictus publicus monaſterii Caſſinenſis, & civitatis S. Germani notarius de mandato præfati domini noſtri domini Bernardi venerabilis Caſſinenſis Abbatis, & meo ſigno ſignavi. Actum in caſtro Fractarum. ✠ Ego qui ſupra Bernardus beati Benedicti ſucceſſor indignus. ✠ Ego qui ſupra magiſter Riccardus de Berlengerio judex, & advocatus Caſſinenſis. ✠ Ego Frater Ricardus de Fractis Diaconus, & Monachus. ✠ Ego Frater Petrus de Burgeto domini Abbatis Cappellanus. ✠ Ego magiſter Brunus de S. Germano Yconomus Caſſinenſis. ✠ Ego Franciſcus de S. Germano miles Protonotarius Caſſinenſis interfui, & ſubſcripſi. ✠ Ego Albertus Signoricti miles interfui & crucis ſignum feci.*

Robertus Sebaſtiani creatus notarius.

Anno 1274. die 8. Februarii publicus in oppido S. Angeli in Theodice, totaque ditione Caſſinenſi conſtitutus notarius a Bernardo Robertus filius magiſtri Sebaſtiani ex eodem oppido, qui juramentum fidelitatis, ſcribendæ veritatis, fideliterque adminiſtrandi muneris pro more præſtitit.

Sententiæ a Bernardo prolatæ ex Regeſto I. ejuſdem.

Quibuſdam excitatis controverſiis quoad immunitates, quas aliqui S. Angeli oppidani habere contendebant, hiſce Bernardi decretis ſolutæ fuere, ut ex tribus inſtrumentis conſtat die 15. Februar. an. 1274. a notario Benedicto rogatis in quorum ſingulis hæc reperiuntur verba: *Cum igitur ſuper francitiis, & libertatibus quorumdam hominum caſtri noſtri S. Angeli in Theodici, qui ſe nobiles, & de nobilium genere aſſerebant, multa excitatio fuiſſet exorta cum multi ex eiſdem hominibus qui nullo ſunt nobilitatis titulo inſigniti, libertate ſibi, & francitiam fraudis conſilio vendicarent. Nos Bernardus &c. volentes de nobilitate, genere, francitia, & libertate ipſorum hominum ſcire plenius veritatem, ut ſic uniuſcujuſque jura ſervemus illeſa, quod jura noſtri Caſſinenſis monaſterii non lædamus. Super ſtatu, & condicione ipſorum per antiquiores, & fide digniores ejuſdem caſtri inquiſitionem fecimus diligentem per vetus regiſtrum ejuſdem monaſterii, in quo eorum, qui nobis, & noſtris ſucceſſoribus ſervire tenentur nomina declarantur, noſtram conſcientiam nihilominus informantes. Et quia per Robertum filium quondam magiſtri Sebaſtiani habitatorem dicti caſtri S. Angeli comperimus eſſe nobilem, & de nobilium genere deſcendiſſe, & tam tu, quam alii nobiles ejuſdem loci juxta poſſe veſtrum nobis, & eidem monaſterio noſtro tam neceſſitatis, quam tranquillitatis tempore devotiſſime ſerviviſtis, Volentes te dignis meritis compenſare, de conſenſu, & voluntate &c. Conventus Caſſinenſis, nobiſcum habendo magiſtrum Riccardum de Berlengerio judicem, & advocatum Caſſinenſem &c. Declaramus te prædictum Robertum nobilem, liberum, ac francum, ſtatuentes &c. ad hoc, ut melius vivere valeas &c. ut de ordeo, ſpelta, avena & ſurico, & de vino etiam, & hortorum fructibus eidem monaſterio, aut veſtario Caſſinenſi neque ut terraticum, neque ut decimam ſpiritualem perſolvas &c. Sed omnino a præſtatione prædictorum tam tu quam ex te legitime deſcendentes ſitis liberi & exempti. Ita tamen, quod tam tu, quam heredes tui equum teneatis, & habeatis, de quo, & cum quo nobis, & ſucceſſoribus noſtris, vel vicariis noſtris, ſeu eidem monaſterio Abbate Vacante, ſerviatis. Quod ſi equum non tenebitis, aut ſervire nolueritis, ut eſt dictum, cetera onera realia, & non perſonalia ſubeatis, ad quæ homines dicti caſtri tenentur, quibus non eſt conceſſa gratia libertatis, hoc ſalvo, quod ſi forte ad talem paupertatem vos devenire contingat, quod ipſum ſervitium equi facere non poſſitis, & id nobis, vel noſtris ſucceſſoribus innotuerit, in libertate prædicta teneamini, quouſque Deo propitio ad fortunam veneritis pinguiores. Si vero poſſitis, & nolueritis, ad realia tantum teneamini, ut eſt dictum, niſi forte vobis heres proximior ſervire condemneret, ſicut pater, qui ſervire poterat, & ſervire contempſit, quia tunc ad perſonalia & realia onera per nos vel ſucceſſores noſtros erit reducendus ſuper hoc cognita veritate &c,*

fol. 257. & 258.

Immunitates quædam Comiti ſtabuli Caſſinenſi conceſſæ.

Die 20. Februarii an. 1274. privilegia quædam Bernardus concedit Petro Abbatiæ Caſſinenſis Comiti ſtabuli, ejuſque Fratribus, in qua conceſſione hæc ſunt præcipua: *Cum nobis Bernardo &c. fuiſſet ſuggeſtum vos Riccardum, & Petrum Comeſtabilem Abbatiæ Caſſinenſis milites Franciſcum, & Benedictum filios qm., & hæredes magiſtri Roffridi judicis Benedicti de S. Germano fideles noſtros tenere, & poſſidere in diverſis locis Abbatiæ Caſſinenſis quam plurima bona conſiſtentia tam in domibus, molendinis, caſalinis, vineis, olivetis, & poſſeſſionibus aliis, quam terris cultis, & incultis, de quibus per vos ſubtrahebantur redditus, & ſervitia proinde debita nobis, & cameræ noſtræ, & officiis monaſterii Caſſinenſis, ac eidem monaſterio Caſſinenſi vos coram nobis convenimus, ut jura, redditus, & ſervitia tam generalia, quam ſpecialia nobis, & dicto monaſterio reddere deberetis. Vos autem ex adverſo allegantes dixiſtis de prædictis omnibus vos immunitatem & libertatem habere, nec non & alias cautelas legitimas, & authentica privilegia a noſtro monaſterio &c. indulta veſtris progenitoribus, & aliis a quibus cauſam pretendetis vos habere &c. mandavimus vobis ut repreſentatis in noſtro examine cautelis, juribus, & privilegiis allegatis nobis faceretis exinde plenam fidem, cumque proponeretis quod vobis erat difficilis, & prorſus impoſſibilis probatio ſuprascripta, eo quod olim cum coacti fuiſtis de regno Siciliæ exulare, tam prædicta privilegia, quam multa alia quæ in domo veſtra remanſerant, ut affirmabatis incurſu hoſtium, cui caſui reſiſti non potuit fuiſſe deperdita, ſponte omnia prædicta jura, & quæcumque alia vobis ad hanc cauſam competentia in noſtris manibus poſuiſtis, cedendo de plano ſingulis defenſionibus veſtris vobis competentibus &c. committentes, liberæ diſpoſitioni noſtræ quibuſcumque annuis functionibus, oneribus, redditibus, ſive cenſibus nobis bona prædicta placuerit adſcribere &c. revolventes etiam in intrinſecis mentis noſtræ merita veſtra, & dictorum progenitorum veſtrorum, & quod nobis, & dicto monaſterio, ſemper devoti, & obſequioſi fuiſtis, de communi conſenſu firmavimus vobis pro prædictis veris, & non coloratis obſequiis, pro quibus vobis eramus &c. obligati &c. Volentes ut ex fonte largitatis noſtræ ad vos libertatis rivulus derivetur &c. per præſens privilegium &c. concedimus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & poſteris in perpetuum libertatem, & immunitatem omnium, & ſingularum rerum veſtrarum, quas in præſentiarum tenetis, &*

fol. 261. & ſeqq.



Digitized by Google

*poſſidetis in S. Germano, & terris aliis Abbatiæ Caſſinenſis &c. quæ res inferius annotantur, ut de cætero vos, & poſteri, ac ſucceſſores veſtri tam ſingulares, quam univerſales habeatis, & teneatis ipſas liberas, & quietas ab omni munere, ſeu onere functionis eximentes, & liberantes ipſas res omnes, & ſingulas a qualibet annua præſtatione, ſeu quocumque redditu jure dominii noſtri temporalis debitis nobis, aut monaſterio Caſſinenſi &c. quas præſtationes ſeu redditus prædictis rebus adſcriptos, & annexos, vobis, veſtris que poſteris, ut dictum eſt in perpetuum ex certa conſcientia relaxamus, non obſtante quod ſit de jure municipali conſuetudo in terra noſtri monaſterii Caſſinenſis, quod nullus contra ipſum monaſterium in rebus poſſeſſione longiſſimi temporis quod preſcripſit ſe poſſe tueri niſi immunitatem ab ipſo monaſterio ſe habere prætendat, & probet, a qua probatione vos exonerantes quantum ad premiſſa de libertate, & de ſpeciali gratia reddimus vos exemptos, &c.* (Eadem verba reperiuntur in conceſſione immunitatum, quæ Alberto Signoricto die 1. Martii 1274. conceduntur, ut ex inſtrumento a Notario Benedicto rogato). Sequitur deinde conceſſio eidem Petro, Fratribuſque facta: *Ita tamen quod annuatim proinde in recognitionem tanti beneficii & majoris dominii eccleſiæ Caſinenſis præſtetis, & ſolvatis, nobis &c. ac ſucceſſoribus noſtris nomine cenſus decinam unam de cera in feſto beatiſſimi Benedicti, &c.*

Præſcriptio non datur contra monaſterium Caſſinenſe &c. lege municipali.

Bona medico Stephano conceſſa.

Die 20. Septembris, ut ex inſtrumento a notario Bartholomeo de Magiſtris Sangermanenſi rogato, Bernardus Abbas quædam Stephano medico concedit hiſce verbis: *Nos Bernardus &c. Attendentes longa & grata ſervitia tua magiſter Stephane Medice de Montezario, quæ nobis exhibuiſti hactenus &c. qui noſtrorum laborum particeps per remotas orbis partes, ad quas pro eccleſia Romana, nec non & eccleſiæ Caſinenſis negotiis accedere nos oportuit, & adhuc oportet, nos ſecutus es, & ſequeris inceſſanter, & curam noſtri corporis, noſtraque familiæ geſiſti fideliter, atque geris &c. de conſenſu, & voluntate cariſſimi in chriſto Fratris Joannis Decani Caſinenſis, & ſubſcriptorum Fratrum noſtrorum &c. concedimus, & providemus tibi, & tuis heredibus in perpetuum, ut de fructibus, redditibus & proventibus caſtri noſtri S. Andreæ, villæ ac pertinentiarum ejus in quibuſcumque conſiſtant, habeatis, & percipiatis vos, & heredes veſtri omni anno in perpetuum a nobis, & ſucceſſoribus noſtris, ſeu camerariis, & officialibus noſtris, ſeu uncias aureas decem abſque deminutione, vel ex computo aliquo quouſque in excadentiis perpetuis, pheudis, aut tenimentis valentibus per quemlibet annum unciis aureis decem, omnibus deductis oneribus & expenſis per nos, vel ſucceſſores noſtros tibi, vel tuis heredibus fuerit proviſum &c. Mandantes omnibus officialibus camerariis, & extalleriis noſtris &c., ut de fructibus redditibus, & proventibus ipſis præſtent, & ſolvant tibi, & tuis heredibus in perpetuum uncias aureas decem &c.*

fol. 265. a tergo.

Notarius creatus: fol. 276.

Anno 1275. die 14. Maji Abramantes filius magiſtri Jacobi a S. Germano publicus Abbatiæ Caſſinenſis notarius, præſtito ſolito juramento, creatus eſt, a Bernardo Abbate. Idemque paulo poſt die 25. Maji inſtrumentum rogavit, quo conceſſio Roccæ S. Viti renovatur Rainaldo, Bertolſo, aliiſque hiſce verbis: *Nos Bernardus, &c. de ſubſcriptorum Fratrum noſtrorum conſenſu nobiſcum habendo magiſtrum Riccardum de Berlengerio judicem, & advocatum Caſſinenſem per hunc libellum renovationis concedimus, & confirmamus vobis Raynaldo domini Gottifridi Bertoldo Domini Tallacotii, & Thomaſio domini Petri de Pontecurvo fidelibus noſtris tibi videlicet Raynaldo, pro medietate, & vobis Bertoldo, & Thomaſio, pro reliqua medietate, Roccam S. Viti, cum juſtis pertinentiis ſuis in monte, & plano &c. quæ omnia hactenus tenuiſtis per chartam libellariam renovatam a bonæ memoriæ Abbate Stephano prædeceſſore noſtro Roffrido, Gottifrido, & Gregorio militibus anteceſſoribus veſtris, prædictam utique Roccam S. Viti in monte, & plano &c. vobis prædictis &c. per hunc libellum renovationis concedimus, & confirmamus ad poteſtatem veſtram, veſtrorumque heredum ad habendum, tenendum & poſſidendum, & faciendi inde omnia, quæ vobis placuerint, uſque in annos viginti, & novem, ita ut ſitis inde fideles nobis & monaſterio Caſſinenſi, & faciatis inde nobis, & monaſterio ſupraſcripto, cum opus fuerit, ad requiſitionem noſtram, ſeu Vicarii noſtri, vel etiam ſucceſſorum noſtrorum ſervitium de uno milite ad expenſas curiæ, & redditum equorum, & armorum, ſi in ſervitio curiæ fuerint ammiſſa. Completis vero annis viginti, & novem, nos, vel noſtri ſucceſſores vobis, vel veſtris heredibus hunc libellum renovabimus pro uncia aurea una ſi per vos, aut veſtros heredes infra menſem poſt finem temporis antedicti fuerimus requiſiti &c.* Hoc inſtrumento conſtat non tantum penes Abbatem fuiſſe concedere Feuda, ſed dividere quoque pro libito. Ad illud autem explanandum ſervitium de uno milite, per tranſennam verba Clar. Angeli de Nuce in Notis ad chron. Caſſ. Lib. 3. cap. 45. excribenda ducimus: *Milites hic non eſſe Gregarios bellatores, quæ notione apud priſcos latinos ſumuntur milites, ut apud Cæſarem de Bello civili lib. 3., Nemo aut miles, aut eques, ſed notione poſteriorum ſeculorum, qua miles opponitur pediti, & ſignat equitem, non uno gaudentem equo, ſed pluribus ſibi obſequentibus in bello: indeque equeſtris dignitas, & eques Cavaliero*; idque tum quorumdam hiſtoricorum auctoritate probat; tum conſtat etiam ex hiſce ejuſdem inſtrumenti verbis: *Servitium de uno milite ad expenſas curiæ, & redditum equorum, & Armorum ſi in ſervitio curiæ fuerint ammiſſa.*

Conceſſio Roccæ S. Viti renovata.

Ibidem.

Die 25. Junii 1275. Bernardus Abbas judicem in oppido Ponticurvi conſtituit hiſce patentibus literis: *Nos Bernardus &c. Attendentes fidem tuam Franciſce domini Raynaldi miles dilecte fidelis noſter, quam tu, & progenitores tui habuiſti, & habes ad nos, & monaſterium Caſſinenſe, officium judicatus in terra noſtra Pontiſcurvi, & pertinentiarum ejus tibi committendum duximus uſque ad noſtrum beneplacitum, & mandatum te in eadem terra ejuſque pertinentiis judicem ſtatuentes. Et volumus ut idem officium judicatus in curia noſtra Pontiſcurvi tam contentioſa juriſdictione, quam in aliis locis ejuſdem terræ in voluntaria juriſdictione, & celebrandis contractibus valeas exercere, ut præmiſſum eſt, ad noſtra beneplacitum voluntatis. Recepto a te fidelitatis debita, & ligii, homagii debito juramento, quod pro parte noſtra, & ſucceſſorum noſtro-*

Judex in Pontecurvo conſtitutus.

fol. 278.

Digitized by Google

*noſtrarum in noſtris manibus præſtitiſti, & quod officium ipſum fideliter debeas exercere, & cunctis coram te litigantibus abſque perſonarum acceptione debeas juſtitiam miniſtrare. Jura monaſterii Caſſinenſis manutenere, defendere, ac etiam gubernare &c.*

Notarius creatus. Fol. 278. a t. Die inſequenti publicum in oppido Murtulæ, aliiſque Abbatiæ caſtris notarium conſtituit Matthæum filium Benedicti de Auguſtino qui pro more juramentum præſtitit fidelitatis.

Die 4. Julii ejuſdem anni judicem oppidi Fra- Judices creati. ctarum Bernardus Abbas creavit Nicolaum Bove hiſce verbis: *Nos Bernardus &c. Attendentes fidem tuam Nicolae Bove fidelis noſter &c. officium* Fol. 281. *judicatus in caſtro noſtro Fractarum, & pertinentiarum ejus tibi committendum duximus &c. te in eodem caſtro, ejuſque pertinentiis judicem ſtatuentes, & volumus, ut idem officium judicatus in curia noſtra Fractarum tam in contentioſa juriſdictione, quam in aliis locis ejuſdem caſtri involuntaria juriſdictione, & celebrandis contractibus valeas exercere &c. uſque ad noſtra beneplacitum voluntatis. Recepto a te fidelitatis debita, & ligii homagii corporali ad ſancta Dei evangelia juramento, quod pro parte noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum in noſtris manibus præſtitiſti, & quod officium ipſum fideliter debeas exercere, & cunctis coram te litigantibus abſque perſonarum acceptione debeas juſtitiam miniſtrare. Jura monaſterii Caſsinenſis manutenere, defendere, ac etiam gubernare &c.*

Fol. cit. Eodem menſe, atque anno idem Abbas judicem in oppido Pontiſcurvi cnnſtituit Pandulfum filium magiſtri Conſtantini Aquinatis, eædemque pro eo expeditæ patentes literæ atque pro Franciſco Domini Raynaldi.

Plures poſtmodum publicos notarios conſtituit Et notarii. in Abbatia Caſſinenſi, nempe die 31. Julii Johan- Fol. 282. nem filium magiſtri Benedicti in oppido Fractarum, die prima Auguſti in eodem oppido Petrum Fol. 282. a tergo. Filium Magiſtri Leonis die 3. Auguſti in civitate S. Germani Bibinterum ejus urbis civem. Die 10. Fol. 283. a t. Auguſti in oppidis Pediſmontis, & Villæ Johannem de Raynaldo ex oppido Pediſmontis, & in Ibidem. oppido Terami Johannem de Guillelmo inque patentibus omnium literis ſolita reperiuntur verba: Fol. 282. *Recepto a te corporali ad ſancta Dei evangelia juramento de officio ipſo fideliter per te exercendo, & de veritate ſcribenda &c. recepto etiam a te Sacramento fidelitatis, & ligii homagii, quod nobis pro parte noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum in noſtris manibus præſtitiſti &c.*

Mandata Incolis Faræ data. Juſſit eodem anno Bernardus incolis clericiſque oppidi Faræ, ut in omnibus præpoſito S. Euphemiæ parerent hiſce verbis: *Bernardus &c. chariſſimis in Chriſto Fratribus Conventui, & univerſis* Fol. 284. *clericis, & Vaſſallis monaſterii S. Euphemiæ de Fara filiorum Petri de monaſterium Caſſinenſe pertinentis, ſalutem, & benedictionem. Dudum prædicto monaſterio S. Euphemiæ Præpoſito vacante. Vos prædictos Conventus, Fratrem Stephanum Monachum concorditer in Præpoſitum elegiſtis, ſet quia nos pro negotiis apoſtolicæ ſedis ad partes Romaniæ deſtinati tunc abſentes eramus, reverendo patri domino Ayglerio divina providentia Neapolitano Archiepiſcopo in ſpiritualibus, & temporalibus noſtro Vicario eandem electionem, & te electum præſenta-*



*ſtis petentes eam humiliter confirmari. Idem vero dominus Archiepiſcopus diſtulit electionem confirmare prædictam, quouſque præſentes eſſemus, confirmationem ipſam perſonæ noſtræ nobis in hac parte deferens reſervando. Idem vero Frater Stephanus ſtatutus fuit interim per ipſum dominum Archiepiſcopum procurator, qui quanto commode potuit poſt adventum noſtrum nobis ſe ſtuduit præſentare. Nos autem electionem examinantes prædictam, de Fratrum noſtrorum conſilio ipſam approbantes gratioſe confirmamus eundem Fratrem Stephanum præficientes in Præpoſitum monaſterii memorati, curam ipſius monaſterii eidem in ſpiritualibus, & temporalibus committentes, mandando eundem per religioſum virum Fratrem Jacobum Abbatem S. Matthæi de ſervis Dei, prout moris eſt in talibus inſtallari. Quocirca vobis præcipiendo mandamus, quatenus eidem ſicut paſtori, & præpoſito veſtro in ſpiritualibus, & temporalibus a nobis ſtatuto obediatis, & intendatis, itaquod obedientia veſtra poſſit merito commendari. Nos enim ſententias, quas idem Præpoſitus rite tulerit in rebelles ratas habebimus, & firmas, & faciemus authore Domino inviolabiliter obſervari &c.* Fara Filiorum Petri modo inſpiritualibus dumtaxat cœnobio Caſſinenſi ſubeſt in Aprutio citra.

Fuiſſe vero memoratum Neapolitanum Archie- Archiepiſcopus Neapolitanus vicarius Generalis Abbatiæ Caſſinenſis. piſcopum in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarium generalem Bernardi Abbatis Caſſinenſis cum ex pluribus in noſtro archivo ſervatis ſcripturis conſtat, tum id aſſerunt Bartholomæus Chioccarellus Neapolitanus in Cathalogo Antiſtitum præclariſſimæ Neapolitanæ eccleſiæ p. 179. Bernardus Montfaucon nobis amicitia conjunctiſſimus Diarii Ital. p. 325. aliique. De legatione vero Bernardi Abbatis agit Rainaldus an. 1274. nu. 20. hiſce verbis: *Mox Abbatem Caſſinenſem in Orientem miſit* (Gregorius decimus) *qui de induciis inter Palæologum, Philippum Imperatorem Conſtantinopolitanum, ejuſque ſocerum Carolum in eundis agitaret;* Et anno 1275. nu. 47. ait: *Cæterum prætermittendum non videtur ſedandarum omnium inter Chriſtianos diſcordiarum ſtudio incitatum Pontificem ſuperiori anno Caſſinenſem Abbatem ad Paleologum Græcorum Imperatorem tranſmiſiſſe, ut fœdus inter ipſum Romana jam eccleſia aggregatum, & regem Carolum Siciliæ Philippumque generum Auguſtum Conſtantinopolitanum conciliaret: qui cum inducias a Kal. Maii hujus anni ad recurrentes alterius inſequentis pepigiſſet redeunti e Græcia eſſe gratulatum &c.* Vid. Spondanus ad an. 1274. nu. 15.

Die 13. Septembris ejuſdem anni 1275. Petrum Notarius creatus. Filium notarii Nicolai publicum in oppido Cardeti, totaque Abbatia, notarium creavit Bernardus. Fol. 284.

An. 1278. die 18. Decembris, juſſu regis Caroli cœnobio S. Liberatoris Caſſinatibus ſubdito quæ- Quædam oppida cœnobio S. Liberatoris reſtituta. dam oppida ſunt reſtituta jam illi ablata, quod adoham ſolvere pro illis noluiſſet. Illa quippe non in Feudum, ſed in allodium poſſidebat, ut alias dictum. Hujuſce reſtitutionis inſtrumentum rogavit notarius Guillelmus Paſchaſius ex Buclianico, in eoque hæc ſunt præcipua: *Prudentibus viris notario Marino de Francavilla, & judici Andreæ de ſancto Martino amicis ſuis Leo Sannella de Ravello regius Vice magiſter Portulanus, & procurator Aprutii ſalutem, & amorem ſincerum. A*



Digitized by Google

*ſacra regia Mageſtate ſacras recepimus litteras in hac forma. Karolus Dei gratia rex Jeruſalem, Siciliæ &c. magiſtro Procuratori curiæ in Aprutio &c. ſua nobis Religioſi viri Præpoſitus, & conventus monaſterii S. Liberatoris de Magella Ordinis S. Benedicti fideles noſtri conqueſtione monſtrarunt: Quod tu, & officiales tui occaſione adhuamenti quod pro caſtris, villis, caſalibus, & aliis bonis feudalibus, quæ ipſi exponentes in decreta ſibi provincia obtinent, petebatis ab eis, & quod aduamentum ipſi ſolvere recuſabant, hujuſmodi caſtris, villis, caſalibus, & aliis bonis feudalibus, dictum monaſterium ſpoliaſtis, illaque detinetis in ejus præjudicium manifeſtum, cumque ſupplicaverint, ſibi ſuper his per noſtram excellentiam provideri; noſque ad ipſorum inſtantiam Juſtitiario Aprutii demus per noſtras litteras in mandatis, ut hujuſmodi diligenter inquirens ſi rem invenerit ita eſſe, recepto prius per ipſum Juſtitiarium ſi debent ad opus curiæ noſtræ integro aduamento quod petebatur ab eis omnia caſtra, villas, caſalia, & alia bona, quæ occaſione aduhamenti . . . . . . . . per te & ſubofficiales tuos ad manus noſtræ curiæ pervenerint, & noſtras, ſtatim per vos eiſdem Præpoſito, & conventui integraliter reſtitui faciat, ac etiam reſignari; & ſi forte de quantitate dicti adhuamenti ſibi non liqueat pro rata feudorum, quæ tenent juxta regni conſuetudinem prout alia monaſteria regni noſtri illud ſolvunt: aduamentum illud exigat, & recipiat ab iiſdem, & nihilominus fructus, qui ex prædictis bonis omnibus per noſtram curiam medio tempore ſunt percepti computatis expenſis, quæ in percipiendis fructibus ipſis facta ſunt, computentur in aduamento prædicto, & ſi aliquid de fructibus ipſis ſoluto adhuamento prædicto remanſerit: id quod remanſerit reſtituatur monaſterio ſupradicto, volumus, & fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus poſtquam tibi conſtiterit per literas di. Juſtitiarii ipſum aduamentum prædictum, ut ſuperius eſt expreſſum ab eiſdem Præpoſito, & conventu pro parte noſtræ curiæ recepiſſe, Statim ipſi Præpoſito, & conventui omnia bona prædicta, & quod ſupererit de fructibus prædictis reſtituatis, & a prædictis tuis ſubofficialibus integraliter reſtitui facias, ac etiam reſignari, itaquod propter hoc ulterius tibi ſcribere non cogamur. Datum apud lacum penſilem. Anno Domini milleſimo, ducenteſimo ſeptuageſimo octavo, Die vigeſimo octavo Auguſti ſexta indictionis, Regnorum noſtrorum Jeruſalem anno ſecundo, Siciliæ vero quartodecimo. Cumque nobis conſtiterit per literas nobilis viri domni Johannis de Scotto Reg. Inſt. Apr. dictum monaſterium ab omni pheudali ſervitio, & a prædicto aduamento præſtando, eſſe, & eſſe debere liberum, & exemptum. Et velimus ad exequutionem prædicti mandati regis intendere. Cum omni diligentia, & cautela, nec ad id exequendum poſſimus perſonaliter intereſſe aliis majoribus, & expreſſioribus ſervitiis regiis præpediti, & exequutionem ipſius pro parte curiæ fiducialiter vobis duximus committendam, prudentiæ veſtræ ex regia parte commiſſa nobis auctoritate mandantes, quatenus in continenter receptis præſentibus ad ſubſcripta caſtra, villas, & caſalia ejuſdem monaſterii, quibus eiſdem Præpoſitus, & conventus prædicti monaſterii occaſione prædicti aduamenti fuerant pro parte curiæ deſtituti videlicet Serram Monaciſcam, Polegram, Pomarium, & S. Angelum: Vos perſonaliter conferentes ipſius mandati regii forma diligenter attenta, & in omnibus obſervatis juxta ipſius ſeriem. Adhibitis vobis judice, & notario publico terræ demanii ſtatim ipſis Præpoſito, & conventui, prædicta caſtra, villas, & caſalia, videlicet Serram Monaciſcam, Polegram, Pomarium, & S. Angelum reſtituatis integraliter, ac etiam reſignetis, ita quod propter hoc ulterius dominus noſter Rex nobis ſcribare non cogatur. De cujus executione mandati cum forma præſentium faciatis fieri publicum inſtrumentum, quod nobis ad curiam deferatis. Datum Piſcariæ quartodecimo Decembris, VII. indictionis. Ad cujus exequutionem mandati prædicti notarius Marinus, & judex Andreas volentes intendere, tam ſollicite, quam devote apud Bucclanum. Nos per dictos judicem, notarium, & ſubſcriptos teſtes de eadem terra, ex parte Reg. requiſiverunt, expreſſe, ut una cum eiſdem ad infraſcripta caſtra, villas & caſalia, ex quibus prædicti Præpoſitus, & conventus dicti monaſterii fuerunt olim pro parte regiæ curiæ deſtituti videlicet Serram Monaciſcam, Polegram, Pomarium, & S. Angelum perſonaliter accedere deberemus de exequutione prædictarum litterarum, quam facere intendebant. Confecturi publica documenta: tam ad cautelam curiæ, quam monaſterii ſupradicti. Quorum requiſitioni ut pote continenti juſtitiam devote parere volentes, prædicto ſequenti die octavo decimo per dicti menſis Decembris ad prædicta caſtra villas, & caſalia ſuperius expreſſa perſonaliter acceſſimus cum eiſdem, & eodem die ſuperioris mandati forma diligenter attenta, & in omnibus obſervata juxta ipſius ſeriem. Nobis prædictis judice notario, & teſtibus ſubſcriptis de Bucclan & aliis ſubſcriptis teſtibus prædictarum terrarum, villarum, & caſalium dicti monaſterii S. Liberatoris de Magella prædicti Officiales ipſis Præpoſito, & conventui dicti monaſterii prædicta caſtra, villas, & caſalia, videlicet Serram Monaceſcam, Polegram, Pomarium, & S. Angelum. Reſtituerunt integraliter, ac etiam reſignarunt. Et eoſdem Præpoſitum, & conventum nomine dicti monaſterii ex prædictis terris, caſtris, villis, & caſalibus, cum juribus, & rationibus eorundem reduxerunt in temporalem poſſeſſionem, ſicut olim tempore deſtitutionis ipſorum tenuerunt, & poſſederunt. Et mandaverunt univerſis, & ſingulis hominibus ipſorum caſtrorum, villarum, & caſalium ex parte regia; ut prædictis Præpoſito, & conventui dicti monaſterii in omnibus, quæ ad dictum monaſterium pertinent plene reſpondeant, pareant, & intendant de cætero, ad honorem & fidelitatem regiæ majeſtatis. Unde ad futuram memoriam, & tam regiæ curiæ certitudinem, quam dictorum Præpoſiti, & conventus dicti monaſterii nomine ejuſdem prædicti Præpoſitis, & conventus dicti monaſterii ad cautelam monaſterii ejuſdem conſentientes in nos prædictos judicem, & notarium, ut in ſuos cum ex certa ſcientia ſcirent. Nos prædictos judicem, & notarium ſuos non eſſe, de prædictis reſignatione, & mandato rogaverunt fieri hoc præſens publicum inſtrumentum per manus mei Guillelmi Paſchaſii publici Bucclan. notarii, ſigno meo ſolito, ſigno, & ſubſcriptione mei qui ſupra judicis, & noſtrorum ſubſcriptorum teſtium, qui prædictis interfuimus ſubſcriptionibus roboratum. Quod ſcripſi ego qui ſupra Guillelmus publicus Bucclani notarius &c.*

Ubi

Juriſdictio criminalis Caſſinatibus adempta. Ultimum tandem Caſſinatium criminali juriſdictioni infortunium Carolus I. utriuſque Siciliæ rex per ſummam injuriam intulit anno circiter 1282., ut ex epiſtola ab Urbano V. an. 1370. ad Johannam I. ſcripta colligitur, quam infra referemus. Criminalem hanc juriſdictionem a tempore jam Giſulfianæ donationis poſſederat cœnobium Caſſinenſe, exercueratque in omnibus oppidis, quæ deinceps obtinuerat, ut in tota hac diſſertatione hactenus eſt demonſtratum. Ne quis vero ſecum reputet qua id de cauſa Caſſinatibus a Carolo obvenerit, operæ pretium ducimus integram hic ſcripturam legalem intexere pro fiſco regio factam, quam ex archivo regiæ eameræ dicto regiæ Syclæ extraxit, nobiſque communicavit ejus archivi cuſtos regius, & Cæſareus D. Honufrius Sicola presbyter Canonicus eccleſiæ metropolitanæ Neapolis morum probitate, eruditioneque celebris ex arca H. faſcic. 47. nu. 15.

Cauſas hæc ſcriptura continet. *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Quæſtio talis eſt. Abbas montis Caſini . . . . . . . . ſacramentum fidelitatis . . . . . . . . . temporalibus, quæ monaſterium montis Caſini tenetur, & tenere debebat in regno Siciliæ, vel pertinentiis ejus, & iſtud Sacramentum fidelitatis ei. fecit, & inde fuit factum publicum inſtrumentum quod prædicta tempore præcedente dominus Rex intravit in regnum, & fuit apud S. Germanum cum victorioſo exercitu ſuo, & homines S. Germani cum gente Manfredi, quæ erat ibi in maxima quantitate oppoſuerunt ſe regi & muniverunt ottime antiqualias, quæ ſunt extra S. Germanum valde fortes, & paſſum fluminis itaquod nullus de gente regia poterat exire ultra ipſos paſſus, niſi aperirent iter gladio, & ſic viriliter pugnaverunt gentes regiæ contra ipſos, & devicerunt eos in utroque paſſu, & gladio iter aperierunt, & aufugerunt, & interfecerunt pluſquam mille inter Sarracenos, & malos chriſtianos, & qui potuerunt evadere aufugerunt in Villam S. Germani, & homines S. Germani videntes quod non poterant ſe defendere, miſerunt quaſdam perſonas Religioſas ad Juſtitiarium domini regis, & Abbatem montis Caſini, & D. Jacobum de Coremedio, ut pro Deo venirent ad loquendum . . . . . . . . . . . . . quod recognoſcebant ſe male feciſſe contra dominum Regem, & volebant ſe ſupprimere . . . . . . . . & rogabant quod darent fidantiam genti Manfredi quæ venerat . . . . . . . . poſſint redire ſalvi, & ſecuri, & recedere ad dominum Manfredum . . . . . . . . , & Jacobus non potuerunt plenarie reſpondere eis, quod . . . . . . claves portarum loci ſecum, & dicerent ea, quæ vellent domino Regi . . . . . . . . . dare cum eo, quod reducerent eos ſalvos, & ſecuros, & ſic venerunt . . . . . . . . & reddiderunt ſe, & terram, & homines terræ ad præcepta, & voluntatem . . . . . . . . . . . . . tradiderunt ei claves loci præſente ipſo Abbate, & conſentiente. Sequenti diei Juſtitiarius intravit in S. Germanum, & facto generali parlamento cum hominibus dicti loci, & locorum circumſtantium, & ibidem præſentes, qui Abbatis procuraverunt fidelitatem præciſam, univerſi homines dicti parlamenti ipſi Juſtitiario recipienti nomine domini Regis præſente, & conſentiente ipſo Abbate; poſtea ſequenti die dominus Rex intravit cum gente ſua in locum S. Germani, & ibi fuit receptus ſicut Dominus, honorifice & decenter, & volente, & conſentiente ipſo Abbate de voluntate hominum dictæ terræ fecit colligi per ſuum Juſtitiarium in prædicto loco, & locis circumſtantibus collecta duorum millium unciarum, quas fecit ſolvi ſtipendiariis ſuis, qui plurimum indigebant, qui Juſtitiarius fecit capi homines dicti loci, & locorum circumſtantium, qui non ſolvebant in termino ſibi dato, & fecit etiam eis multa alia gravamina . . . . . . . . . . non poterant exire de loco, & pro bono Abbatis, & ipſorum hominum fecit omnia . . . . . . . . . . . . . ebatur, & negotium eccleſiæ & regis prædebatur, niſi hoc factum fuiſſet prælium contra Manfredum rogatus fuit a Prælatis, & Baronibus . . . . . . . . ipſos pertinentia reſtituerentur eiſdem, & quia non poterat facere conceſſit eis, & quilibet ipſorum quod poſſent recipere bona ſua, ſalvo . . . . . . . . . . . . . multi cœperunt & homines, qui erant ibi præſentes fuerunt contenti dicta reſtituere, a quibus expeditis fecit iter, et cito ad prælium acceſſit, et cum Dei auxilio debellavit inimicos eccleſiæ, et ſuos, et Juſtitiarius ejus remanſit in contrata, et receſſit cum militia Regia, ad capiendum civitatem Cajetæ, et cepit eam, volentibus hominibus dictæ terræ exceptis illis, qui adhæſerant Manfrido, qui poſtea tempore Corradini voluerunt facere proditionem, et ſunt exules. Deinde Juſtitiarius ivit cum militia apud Ceperanum obviam dominæ Reginæ Siciliæ, Bonæ mem., et juſſit eam apud S. Germanum, et quando fuit in S. Germano intellexit quod quidam de S. Germano quandiu fuerat cum Manfrido venerat in S. Germanum, et duxerat ſecum quondam aſſaſſinum nomine Georgium; unde incontinenti mandavit eos capi, aſſaſſinus aufugit, et non potuit inveniri. Alter qui ipſum duxerat remanſit, et captus fuit, et ductus ad curiam regiam, et facta fuit per curiam regis Juſtitia ſicut debuit in magna pace . . . Poſtmodum juſtitiarius audiens quod Abbas dicebat, quod criminalia pertinebant ad eum . . . . . . . . inquiſivit diligenter per Roffredum de S. Germano Juris peritum, et antiquos homines illarum partium . . . . . . . . ad quem pertinere cognitio, et caſtigatio criminalium et invenit quod regiam curiam . . . . . . . . fuit uſus . . . . . . . . . pacifice, et quiete, et hoc fecerunt poſtea alii Juſtitiarii uſque ad tempora Conradini; et non eſſet in magno periculo propter turbationem terræ, et adventum ipſius Conradini . . . . . . . . . negotiis ſuis. Abbas conſtituit in ipſa terra, ipſo rege neſciente, Juſtitiarium . . . . . . . . . . . campum ad judicem unum condemnare ad mortem quemdam hominem innocentem, qui homo condemnatus incontinenti viva voce appellavit, et non admiſſa ſicut de jure debuit ipſam appellationem, interfecit eum. Et poſtea Juſtitiarius, videns, quod ipſe male fecerat, fugit de terra, et ſi fuiſſet inventus, fuiſſet facta deinde juſtitia, quia placeret Deo, et hominibus, et judex ille, qui compulſus per Juſtitiarium facere talem ſententiam contra jus doluit in tantum, quod inde mortuus fuit . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . poſtea ipſe Abbas tractavit de pace, & tractari fecit, & videns, quod non habebat jus in criminalibus, voluntarie dimittebat criminalia domino Regi, ſed petebat quod deberent puniri criminalia ſecundum jus Lombardum, & non ſecundum leges, & uſus regni, & conſtitutiones, in quo apparet fatuitas ſua, quia in Lombarda continetur,*

tinetur, quod quicumque interfecerit unum ſubdiaconum ſolvat ſoldos trecentos, qui unum Diaconum quadringentos, qui unum presbyterum ſexcentos, qui unum Monachum quadringentos, qui epiſcopum nongentos, ut in Lombarda, de homicidio liberorum l. cuicumque, & ſi iſtud fuiſſet factum ....... Monachi remanſiſſent, quin fuiſſent interfecti qui viginti ſoldi non valent ....... dicta pecunia non remaneret, quin interficerentur homines .... Monachi, & alii, & ideo ........ quod homicidia, & alia gravia crimina puniantur in perſonis delinquentium, & non in rebus, quia res non delinquiunt, ſed perſonæ. Poſtea dictus Abbas conquaſtus fuit domno Riccardo cardinali exiſtenti in Neapoli de domno Rege, & ſuis, & negavit ſe feciſſe ipſi regi dictam fidelitatem, de qua fuit repertum publicum Inſtrumentum, & ex ipſa negationem ſecundum uſum feudorum, debet privari feudo, & fructibus feudi tempore vitæ ſuæ. Poſtea ivit ad curiam Romanam apud Lugdunum, & falſe infamavit dominum Regem, & dixit quod rex auferebat ſibi omnia jura monaſterii, & quod malo modo quia idem Abbas fecerat ei magna ſervitia, & multa, quæ omnia dominus Papa dixit Nuntiis domini regis, cui reſponſum fuit ſecundum veritatem, quod dominus Rex nihil auferebat ſibi de juribus monaſterii, ſed ipſe auferebat domino regi multa jura ſua, & de hoc dominus rex libenter veniret ad bonam cognitionem, & dominus Papa fuit inde contentus. De ſervitiis quæ dicebat ſe feciſſe domino regi reſponſum fuit, quod ipſe nunquam ſerviverat domino regi in aliquo, ſed dominus rex ſervivit ſibi, & honoravit magis quam eum deceret, quia ipſe venit Abbas in monaſterio ſancti Honorati de Lerino in Provincia, & habuit magnam diſcordiam cum Monachis dicti monaſterii, & niſi dominus rex defendiſſet eum, fuiſſet in malo ſtatu, ſed dominus rex juvit eum, itaquod poſuit Monachos ſub pedibus ſuis ad voluntatem ſuam, & ultra hoc fecit cum de conſilio ſuo, & honoravit eum magis, quam unquam aliquem de Provincia, ubi erant centum ſapientiores eo in ſexu naturali, & in ſcientia litterarum. Deinde miſit ipſum ad dominum Papam pro negotiis regni, & aliis factis ſuis cum denariis domini regis, & ibi parum fecit de factis domini regis, ſed procuravit facta ſua cum domino Riccardo, & renunciavit Abbatiæ quam tenebat in pace, & fuit factus per Dominum Papam Abbas montis Caſini quam nunquam habuiſſet niſi dominus rex poſuiſſet eum in poſſeſſionem, quem poſuit cum Dei auxilio manu potenti, & brachio exceiſo in ipſa Abbatia, & defendit ipſum in juribus Abbatiæ. Ipſe tamen ſicut iratus non cognovit, nec cognoſcit, Deinde confidens de fide, & ſcientia ejus magis quam expediret, & commiſit negocia ſua ad tractandum, & faciendum Treugam cum Paleologo juxta ordinationem dñi Gregorii Papæ, ita tamen, quod eas non faceret, donec venirent Nuntii ſui ab imperatore de agoraſmis cum conſenſu dicti imperatoris ad ipſas treugas faciendas, ſine quo non poterant treugas facere, & ipſe Abbas in contemtum ipſius regis, & domnum ejus fecit treugas, quas voluit cum Paleologo, & dicitur, quod inde habuit magnam pecuniam, nullum aliud ſervitium unquam fecit D. Regi, nec fuit in prælio Beneventano, nec in prælio Corradini, nec miſit unum hominem pro ſe, veruntamen quia audivit, & ſcivit, quod Conradinus dederat Abbatiam montis Caſini cuidam Monacho Veronenſi, ut defenderet ſe, ne Abbatia ſibi auferretur habuit ſecum quoſdam armigeros in cuſtodia Abbatiæ, & tunc temporis occupavit multa jura domini regis, & quod fecit tenendo armigeros, non fecit gratia, nec ſervitium, ſed debitum. Deinde venit ad urbem ad dominum Papam Innocentium, & conqueſtus fuit ei de domino rege, & dixit ei multa mendacia, & placuit domino Papæ, & domino regi, & Abbati, quod dominus Sabinenſis, & dominus Prænestrinus audirent quarimonias, quæ fierent ab utraque parte hinc inde, qui dicti Cardinales audiverunt petitiones, & querimonias Abbatis, & fecerunt legi privilegia ejus, quæ nullius ſunt valoris, ſicut oſtenſum fuit ibidem per partem domini regis, & apparebit in narrationibus infraſcriptis. Unde Abbas videns, quod malam cauſam fovebat, & quod nullum jus habebat coram dictis Domnis Cardinalibus, in ſuis petitionibus, non proceſſit uſque ad hæc tempora, in quibus venit ad dominum regem, & recordati ſunt antiquam amicitiam, quæ inter eos fuit, & honorem, quem ei contulit dominus rex, & dominus rex voluit, quod dominus Sabinenſis ſolus, vel cum ſocio, ſicut magis placeret ſibi inquireret de plano jura utriuſque partis, & facta cognitione, & inquiſitione de poſſeſſione, et proprietate utriuſque partis, cuilibet parti adjudicare jus ſuum, et ſic in magna concordia ſeparaverunt ſe. Sequenti die nulla diffidatione præmiſſa, nec facto aliquo contramodo in publico conciſtorio coram domino Papa, et omnibus Cardinalibus dixit, et propoſuit multa mala, et falſa contra dominum regem, et petiit ſibi fieri, quæ inferius continentur. Et dicit, quod habet optima privilegia, quæ inventa nullius ſunt valoris quoad ea, de quibus eſt quæſtio rationibus infraſcriptis quia nullam habet ab aliquo rege Siciliæ, excepto a domino Henrico Imperatore Romanorum, nec fuit dominus regni, nec rex, et planum eſt, quod Imperator Romanorum non poteſt facere privilegium extra imperium, et ſpecialiter in regno, quod fuit ſanctæ Romanæ eccleſiæ, poſtquam Conſtantinus donavit ſanctæ Romanæ eccleſiæ, et eſt, et erit plene ſub dominio eccleſiæ pleno jure, et Imperator nunquam dat legem, vel privilegium alicui, vel aliquibus, nec quos regit, et ſunt ſub imperio, et hoc patet in ſuis, ubi dicit cunctos populos, quos clementiæ noſtræ regit imperium, et omnem rei noſtræ publicæ ſanctionem etc. Et in ſimilibus. Et ſi dat privilegium extra imperium, impune ei non paretur, et quis ſani capitis diceret, quod hodie aliquis Imperator poſſit dare privilegium hominibus viventibus Montis Flaſconis, vel terræ eccleſiæ, et certe nullus, quia ſi poſſet facere, eccleſia amitteteret infra breve tempus quid quid habet, et ipſe Abbates facit tamquam fatuus, quod utitur eis, et multum debet diſplicere eccleſiæ, et in tantum quod deberet deponi, et gravibus pœnis ſubici, maxime propter privilegium, quod oſtendit, in quo continetur, quod regnum Siciliæ ex antiquo jure, et ſucceſſione Conſtantiæ eſt imperii, et ſi eſſet verum, eccleſia amitteret cenſum, et omnem ſignoriam, quam habet ſuper rege, et regnum, quod eſſet tale præjudicium eccleſiæ, quale eſſet, ſed ipſe tanquam malus, et carens omni ſenſu naturali, et omni litteratura excepto officio eccleſiæ, quod ſit ſicut Monachus habens oculos eminentes, quem teſtatur Phiſonomiæ



Digitized by Google

*Ariſtotelis; qui non eſt ſapiens non videt, nec conſiderat quid dicat. Item privilegium Henrici nihil valet, quia non fuit Rex, nec Conſtantia fuit regina, quia non fuit filia regis, nec amita ejus, et ſi fuiſſet amita, feudum non tranſit ad ſuperiorem maxime collateralem, quia natura feudi eſt, quod deſcendit, ſed non aſcendit, ſecundum uſum feudorum non tranſit ad mulierem niſi expreſſe dicatur in donatione feudi, quod mulieres ſuccedant, vel per uſum terræ, ſed poſito ſine præjudicio domini regis, quod uxor ejus fuiſſet regina ab hac tamen non fuit ipſe rex, quia mulieres coruſcantur dignitate virorum, ſed non e converſo, et maxime cum non habuerit regnum in dotem; Et poſito, quod habuiſſet regnum in dotem, non potuit aliquod donare, vel alienare de rebus uxoris etiam ea conſentiente, ſicut dicunt leges expreſſe, et quod dicitur donaſſe monaſterio Caſſinenſi de conſenſu Imperatricis Conſtantiæ uxoris ſuæ aliqua, illud privilegium falſum eſt, & nullum, quia multas continet falſitates, quia primo vocat ſe regem Siciliæ, & non fuit; ſecundo dicit quod dictum monaſterium eſt imperialis camera, quod eſt magnum mendacium rationibus ſupraſcriptis. Item quia dicit in eo, quod fecit conſentiente uxore, quod non fuit verum, nec probatur de conſenſu niſi per dictum ſuum, cui non debet credi. Item privilegium ipſum nullum eſt, eo quod in ipſo continetur, quod donavit tria caſtra ipſi monaſterio, nec dicit ubi ſint in regno, vel in Imperio, nec dicit in quo epiſcopatu ſint, nec nominat aliquos confines. Unde non certum de quibus caſtris loquatur, & ſic privilegium nullius eſt valoris, nec ipſe rex tenet dicta caſtra, imo Abbas tenet unum, & alii tenent alia ſub ſignoria domini regis, ſi ſunt in regno, de quibus paratus eſt facere ipſi Abbati juſtitiæ complementum, quoad alia, quæ petit ipſe Abbas, privilegium Henrici nihil valet, quia nihil donavit eidem monaſterio, ſed dixit quædam verba vana, & inutilia, per quæ nullum jus fuit monaſterio acquiſitum & apparet, quod ipſe prædicta fecit per ſe ipſum ſine uxore, ex eo quod eſt ibi poſitum, addentes de noſtra gratia ſpeciali, & Conſtantia non conceſſit in aliquo ſicut regina, ſed in donationem ipſorum caſtrorum dicitur conſenſiſſe tamquam Imperatrix, cujus conſenſus nullus fuit. Item terra debebat reſtitui eccleſiæ poſt quartam, vel quintam generationem poſt mortem Roberti Viſcardi. Unde non potuit alienari cum reſtitutioni ſubjaceret privilegia Papalia nihil donant, vel confirmant. Extracta eſt preſens copia uti jacet a ſuo ſupradicto originali, quod modo conſervatur in archivio M. C. Regiæ Syclæ, cum quo facta collatione, concordat, meliori tamen ſemper ſalva, & in fidem V. J. D. Sanctæ metropolitanæ eccleſiæ Neapolitanæ Canonicus presbiter Cardinalis D. Onuphrius Sicola regius Archi. a ſua catholica, & Cæſarea majeſtate conſtitutus hic ſe ſubſcripſit. Datum Neapolis die XV. Februari CIƆ IƆCC XIV. Canonicus D. Onuphrius Sicola &c. Eſt ſign. Die XX. Februarii 1714. ſolvat carolenos quinque. Locus † Sigilli impreſſi Gicud. &c.*

Impugnantur contentæ in ſcriptura aſſertiones.

Prudens quidem lector haud ob allatum monumentum ſtatim Caſſinates Monachos cauſa cecidiſſe judicabit. Vetant enim humana, divinaque jura, unica tantum audita parte, ferre ſententiam. Cum itaque ſcripturæ author ea dumtaxat mendaciſſime effutiat, confingatque, quæ pro rege Carolo faciunt, ne minimum quidem allatis rationum momentis, quæ ab Abbate Bernardo, noſtroque cœnobio ſtabant, venia mihi erit tribuenda, ſi ſingulas hujuſce ſcripturæ nugas refutare aggrediar. Agitur enim de cœnobii Caſſinenſis dignitate, deque criminali ejus juriſdictione propugnanda, atque adeo de iis rebus adſtruendis, confirmandiſque, quæ hactenus allatæ a me ſunt. Agitur præterea de Bernardo Abbate defendendo, pietate, doctrina, dignitate Cardinalitia, obitiſque Legationibus celeberrimo, deque cœnobio Caſſinenſi optime merito ob magnos labores initos pro ejus juriſdictione, boniſque ſartis, tectis ſervandis. Cum primis itaque ſcripturæ author contra jus, & fas præterq; ſcriptoris ingenui ſinceritatem omnia diſſimulat, quæ a Bernardo Abbate in ſui cœnobiique Caſſinenſis defenſionem afferri poſſent, factaque pro libidine confingit, quæ nullatenus evenere. Aſſerit deinde monaſterium *habere optima privilegia, quæ inventa nullius ſunt valoris, quoad ea, de quibus eſt quæſtio &c.* neque tamen aliud refutat niſi unum Henrici ſexti quod anno 1191. retulimus. Neque comminiſci quidem poterit ſcripturæ author aſſeruiſſe tantum Bernardum plura ſibi privilegia ſuppetere, quæ tamen non oſtenderit; nam ait: *quæ inventa nullius ſunt valoris*. Oſtenderat ergo Bernardus privilegia, quod illis etiam verbis conſtat, *& in tantum quod deberet deponi &c. maxime propter privilegium, quod oſtendit, in quo continetur, quod regnum Siciliæ ex antiquo jure, & ſucceſſione Conſtantiæ eſt imperii &c.* Hæc verba ab alio diplomate exſcripſit Henrici ſexti, quo privilegium Lotharii III. ad verbum confirmat. Quam hic author ignarus ſit hiſtoriarum, conſuetudinum regni Neapolitani, legumque, quilibet per ſe met, qui ſummis, ut ita dicam, labiis iſta libaverit, cognoſcere poteſt. Illud quidem nobis graviſſimum eſt, nullas reperiri in archivo Neapolitano, quamquam plurimum adhibuit diligentiæ, curæque laudatus Cartophilax Sicula, frivolis hujuſce ſcriptoris objectionibus reſponſiones, quare neque diſtincte beneficia a Bernardo regi præſtita referre poſſumus, neque luculenter facta expendere, quæ hac in ſcriptura referuntur. Contenti itaque dumtaxat erimus præeſſe, diſtincteque graviores quaſdam, ſi quæ ſunt, ſcriptoris oppoſitiones diluere.

Injuſta Caroli adverſus Caſſinates molimina Urbanus V. redarguit.

Cum primis itaque illud contendimus, injuſtam prorſus fuiſſe regis Caroli I. adverſus cœnobium Caſſinenſe ſententiam, quod authoritate B. Urbani V. viri undequaque clariſſimi in Gallia nutriti, & alti, proindeque gloriæ gentis ſuæ è qua Neapolis Reges profluxerant ſi non cupidiſſimi, haud certe invidi, conſtat. Hic enim in epiſtola, quam ad Johannam I. Neapolis reginam filiam Caroli Calabriæ Ducis proneptemque Caroli I. ſcripſit hæc habet: *Te pro tua ſalute, & regni tui (ut ſperamus) proſperitate inducimur deprecari, ut ſtatum venerabilis monaſterii Caſſinenſis cujus ſpirituali, ac temporali reformationi, ardenti devotione vacamus, ſtabilias tua gratiæ largitate. Audivimus ſiquidem hactenus relatione fideli, quod dictum monaſterium merum, & mixtum imperium, & omnimodam Juriſdictionem in omnibus ſuis terris habebat, & quod hoc in ſuis privilegiis continetur: ſed quod claræ mem. Carolus primus rex Siciliæ in dictis terris*

*ris*

*ris juriſdictionem ſanguinis occupavit, quodve die occupationis hujuſmodi ſiculi contra eum (quod dolenter referimus) ſed in caſu opportuno tacere non debemus id, quod putatur divinum judicium, rebellarunt, ex qua rebellione mala innumera ſunt ſecuta &c.* De Urbani V. ſanctimonia juſtitia, prudentia, doctrina, & utriuſque juris peritia teſtes ſunt locupletiſſimi illorum temporum ſcriptores apud Rainaldum, Oldoinum, & Spondanum, qui an. 1362. ait: *De cujus divinitus facta electione adeuntem ipſum ſcribens Petrarcha longiorem Epiſtolam, inter alia* ait: *Deum ſolum, & neminem mortalium ipſum elegiſſe, linguis licet illorum uſum, quas ad aliud diſpoſitas ad ſuum verterit obſequium, quodque ipſe volebat per nolentes fecerit &c. Quando ergo illi his moribus præditi, quamvis vita conſpicuum, literis excellentem, humilis Abbatem cœnobii, tanta rei idoneum judicaſſent, & quem ex alto deſpicerent ſupra ſe cernere &c. numquam eos tale aliquid ſponte pati, ne dicam facere potuiſſe niſi Deus, qui ipſum Urbanum non alium volebat, iiſdem Cardinalibus ſcrutinia verſantibus, ſic clanculum ejus nomen inſeruiſſet, ut quum id ſonuiſſet, dolor, & timor malos, gaudium, & ſpes bonos, admiratio, ac ſtupor omnes arriperet. Hæc & alia plura ad Urbanum Petrarcha teſtans etiam fuiſſe illum utriuſque juris peritiſſimum, alterius autem & conditorem, & interpretem unicum. Virum vita conſpicuum, hominum innocentiſſimum, qui nulli unquam malefecerit, aut optaverit quidem. Chriſti, cui in ſpiritu ſerviebat, Petri, cui in officio ſucceſſerat, eccleſia cui præſidebat, ſedis apoſtolica cui inſidebat; ad extremum totius Chriſtianitatis amatorem, & multa id genus in laudem tanti Pontificis.* Ex quibus perpendendum maxime eſt, quam grave ſit hujuſce Pontificis pro Caſſinatibus teſtimonium, de quorum innocentia certior eſſe poterat, nedum Pontificatus ſui tempore, verum etiam cum Neapoli verſaretur legatus Innocentii VI. apud Johannam I. De Urbani legatione meminere ejus ævi ſcriptores apud Raynaldum, & Spondanum an. 1362., ad quem annum ab an. 1282., quo ſententiam contra nos a Carolo latam cenſemus, octuaginta circiter anni fluxerant; quare recentia adhuc ab hominum memoria erant eo tempore cœnobii Caſſinenſis jura, illudque certo certius credimus haud quidem ſanctiſſimum Pontificem abſque maximo veritatis fundamento hæc ſcribere potuiſſe: cum potiſſimum regina Johanna in Urbe Neapoli degeret, ubi facillime cauſas, rationeſque compertas habere potuiſſet, quibus commotus rex Carolus infenſam adeo adverſus Caſſinates ſententiam protulerit, ideoque vitio Romano Pontifici Johanna, vertiſſet, ſi præter veritatem factum ad eo tritavi ſui famæ pernicioſum fuiſſet commentus. Neque certe regina Romano Pontifici, ut cœnobio Caſſinenſi opem ferret hortanti paruiſſet. Conſtat tamen pluries cœnobii noſtri juriſdictioni illam foviſſe, ut ſuo loco referemus. Hiſce accedit Urbanum eodem anno, quo hanc ad Johannam epiſtolam dedit, bulla ſua privilegium Henrici ſexti, de quo ſcripturæ hujus author loquitur confirmaſſe, in qua enumeratis gratiis omnibus ab Henrico Caſſinatibus conceſſis ſubdit SS. Pontifex: *Prout in eiſdem litteris, quas nos propriis oculis vidimus, & diligenter inſpeximus, ac perlegimus, quarumque tenorem de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus plenius continetur:* Ex quibus evincitur, optime illud compertum fuiſſe Pontifici, quod reginæ ſcribebat.

Mirum vero eſt, quanta audacia Bernardi actiones denigrare conetur ſcripturæ author, cum tamen de illo ipſemet fateatur, plurimi ſemper a Carolo habitum, quem a ſecretioribus comitiis ſibi eſſe voluit, cuique plura peragenda negotia commiſit: hæc inter non minima eſt legatio una cum Aiglerio Neapolitano Archiepiſcopo Caroli juſſu a Bernardo inita ad Gregorium X. Romanum Pontificem, ut idem author aſſerit, cui ſuffragatur Choccarellus in catalogo Neapolitanorum Antiſtitum p. 178. Miſſus deinde eſt ab eodem Pontifice, & rege ad imperatorem Græcorum Palæologum ad pacem inter eum ineundam, regemque Carolum, atque imperatorem Conſtantinopolitanum Philippum Caroli generum quod teſtatur ſcripturæ author, atque Raynaldus anno 1274., & 1275. Legationem quoque in Galliam iniit juſſu Gregorii, ut author eſt Bernardus ipſe in prologo Speculi Monachorum hiſce verbis: *Frequenter pulſatus, & a multis temporibus maxime modernis quando miſſus eram de mandato ſedis apoſtolica, ut agerem quadam negotia ipſius ſedis in partibus Gallicanis &c.* Legationes a Bernardo initæ.

Quantis autem virtutibus Bernardus polleret hæc Urbani IV. Verba demonſtrant in bulla qua illum Caſſini Abbatem creavit a nobis an. 1263. relata. *Sperantes quoque, quod per tua circumſpectionis induſtriam, cum habearis vir ſcientia præditus, morum honeſtate decorus, conſilii maturitate præclarus, & ſollicitudine circumſpectus, monaſterium ipſum relevetur a noxiis, & utiliter auctore Domino proficiat in utriſque &c.* Plurimique ab omnibus habitum fuiſſe Bernardum maxime oſtendit Aiglerius Neapolitanus Archiepiſcopus ſumme Carolo regi, populoque Neapolitano charus ob morum innocentiam, paſtoralem vigilantiam, & doctrinam, qui Bernardi Vicarius generalis in temporalibus, & ſpiritualibus eſſe non eſt dedignatus. Non minimum etiam Bernadi pietatem, doctrinamque demonſtrant edita ab eo opuſcula Aſcetica, quæ magnis laudibus proſequuntur Johannes Baptiſta Marus in notis ad librum de Viris Illuſtribus Caſſinenſibus Petri Diaconi p. 111. ubi ait: *Hunc certe Carolus primus rex Franciæ illuſtri prudentiæ, ac virtutis fama notiſſimum plurimi fecit &c.* Poſſevinus, Caſimirus Oudin p. 611. Arnoldus Wion ligni vitæ p. 22., & 217. Vincentius vero Salernus in chronologia ſanctorum, & aliorum virorum illuſtrium, ac Abbatum ſacræ Inſulæ Lirinenſis par. 2. fol. 169. de Bernardo hæc aſſerit: *Currente anno noſtra redemptionis 1256. proviſum fuit monaſterio Lerinenſi de egregia perſona domini Bernardi Ayglerii monachi profeſſi, & ſacriſta monaſterii Savignianenſis &c. SS.mi domini Alexandri IV. Papa cappellani, qui vir ſtrenuus, & ſolers in omnibus actionibus ſuis &c. Scripſit hic vir doctiſſimus, & pius non contemnenda opera &c.* Et Auguſtinus Oldoinus in additamentis ad Vitas Romanorum Pontificum & Cardinalium a Ciaconio ſcriptas To. II. p. 175. ſcribit: *Bernardus Ayglerius natione Gallus &c. monachus ibidemque ab adoleſcientia humanioribus litteris, aliiſque diſcipli-* Bernardi virtutes.

ſcipli-

*ſciplinis inſtructus ad monaſtica vita normam adeo perfecte mores ſuos conformavit, ut matura poſtmodum ætate ejuſdem loci præfectura ſit inſignitus &c. hunc Carolus I. plurimi faciens &c. quare Urbanus IV. de Bernardi prudentia, ſapientia, ac ſanctitate certior factus illum Caſſinatis collegii regimine decoravit &c. Bernardus ſuſcepta cœnobii adminiſtratione ſtudium, & curas omnes eo intendit, ut ſanctiſſimarum legum cultus ad primævam inſtitutionis normam ſtudioſiſſime revocaretur, &c:* Narratiſque egregiis Bernardi geſtis proſequitur ., *Præfuit cœnobio Caſſinenſi annis undeviginti magna cum laude; quo tempore ex ſententia Vincentii Salernitani, & Ferdinandi Ughelli a Clemente quarto renunciatus eſt S. R. E. Cardinalis contra illos, qui ſcripſere Ayglerium inter Cardinales cooptatum ab Urbano quarto &c:* Bernardi decentiſſime meminere Petrus Fizonius in Gallia Purpurata, Marcus Antonius Scipio in Elogiis Abbatum Caſſinenſium, Ughellius in Additionibus ad Ciacconium, Claudius Robertus in Gallia chriſtiana, & alii, qui aſſerunt quoque a Clemente Quarto, ut Marus probat cit. loco, pag. 139., vel ejus deceſſore Urbano, creatum fuiſſe Cardinalem. De illo hæc ſcribit eruditiſſimus Edmundus Martene in præfatione inſignis commentarii ad Regulam S. Benedicti; *Bernardus natione Gallus in ſcripturis ſanctis ſtudioſus, & eruditus, regularis diſciplinæ zeloſus amator, ingenio ſubtilis conſilio promptus, ſententia ſolidus, eloquio apertus, & compoſitus, ut ait Tritemius, Monachus primum, & Abbas monaſterii S. Honorati Lerinenſis in Gallia, deinde juſſu Urbani IV. Papæ in locum cujuſdam Theodini Monachi Caſſinenſis, Acerrarum epiſcopi Electi de mandato Manfredi Tarentini principis, Abbas quinquageſimus nonus monaſterii Caſſinenſis creatus anno 1263. quemadmodum ſcribit Arnoldus Wion, ac poſtea S. R. eccl. Cardinalis, ad preces, & petitionem Thomæ Decani, & Fratrum Caſſinenſium ſcripſit egregium ſuper Regulam S. Benedicti commentarium, quem tanti fecere poſteri, ut illum pene ad verbum tranſcripſerit in ſuo primo commentario Petrus Boherius, eùmque Johannes de Precis Abbas S. Germani Pariſienſis Gallico idiomate donaverit, cujus verſione etiam aliquoties uſi fuimus &c.*

Impoſturæ in Bernardum. Hujuſce ſcripturæ initio narrat virulentibus author, Bernardum Abbatem fidelitatis Sacramento Carolo regi ſeſe obſtrinxiſſe, qua de re publicum inſtrumentum rogatum ſit, pauloque infra ſubdit, negatum id a Bernardo fuiſſe, falſitatiſque convictum reperto memorato inſtrumento. Quam hæc aliaque deinceps ab authore narrata ſint, haud veriſimiliter quiſque videat, qui perpendat, non adeo inſanire potuiſſe Bernardum virum piiſſimum, prudentiſſimumque, ut id negaret, quod facile in propatulo omnium oculis proponi poterat. Utcumque tamen res ſe habeat, quis neſciat, victori militi nulla ratione obſiſti? Si præſtitit itaque Bernardus victori Carolo juramentum fidelitatis, vitio id Carolo vertendum eſt, qui per ſummam injuriam, & vim ea ſibi oppida, Caſſinatium devincta eſſe voluerit, quæ abſolutæ hactenus, omnimodæque Abbatis Caſſinenſis juriſdictioni fuerant obnoxia? Quibus amabo armis viribuſque triumphatori Carolo obſtitiſſet Bernardus, juraque ſua aſſeruiſſet? Quod regius ipſe Juſtitiarius faſſus eſt illis verbis: *Et pro bono Abbatis, & ipſorum hominum fecit omnia . . . . . . & negotium eccleſiæ, & regis perdebatur, niſi hoc factum fuiſſet &c.* Cordatus tamen quiſque probe intelligit, nullum ex juramento a Bernardo præſtito, ſi quod fuit legitimum jus adquiſitum regi in Caſſinenſem ditionem, multoque minus ob geſta Juſtitiarii apud S. Germanum. Perſuaſum id quidem erat Bernardo, ut ex hac ipſa adverſariorum ſcriptura conſtat, qui conqueſtus maxime eſt, captum juſſu regii Juſtitiarii civem Sangermanenſem, qui ſicarium ſecum duxerat, mortique a curia regia damnatum; cauſatus criminalem juriſdictionem in Caſſinates ſubditos ſibi dumtaxat competere. Quod vero ſubdit ſcripturæ Author; *Juſtitiarium inquiſiviſſe diligenter &c. ad quem pertineret cognitio, & caſtigatio criminalium, & invenit, quod ad regiam curiam &c.* Nihil plane officit. Teſtes enim a Roffrido Juſtitiarii juſſu examinati illud tantum aſſerere poterant, quod ſub regni ſui finem adverſus Caſſinates præſtiterat Fredericus II. imperator, deindeque Conradus, & Manfredus, qui omnem prorſus juriſdictionem etiam civilem cœnobio Caſſinenſi ademerant, ut ſupra narravimus ad an. 1239. auctoritate ſcriptoris vitæ Gregorii noni hæc ſcribentis; *Juriſdictionem quam idem (cœnobium Caſſinenſe) in S. Germano loco utique populoſo, & multa commoditate dotato longa traditione poſſederat. Caſtrum etiam Atini, Roccam Bantræ, Roccam Guglielmi, in ejus confinio. In Calabria Caſtrum Malveti, & poſſeſſiones non modicas ſuo dominio &c. applicavit &c.* deindeque ſubdit: *Nobile monaſterium Caſſinenſe &c. in illum caſum ignobilitatis adduxit ut caſtris, vaſſallis & poſſeſſionibus ſpoliatum contra munifica ſedis apoſtolicæ privilegia, & multorum Imperatorum indulta ſingulari, præeminentia libertate taliter vendicare præſumens, ipſum monaſterium inter monaſteria cætera dignitate, ac immunitate ſublimius, venerando Monachorum depulſo collegio, prædonum contagiis deputavit,* & cætera, quæ ſequuntur. Atque Bernardus in ſententia contra oppidanos S. Eliæ an. 1273. lata, quam ſupra retulimus, ait: *Ideoque nos Bernardus, &c. Attendentes, quod Federicus quondam Romanorum imperator, & poſt eum duo filii ejus, Conradus videlicet, & Manfredus, ſubtractis juribus, & rebus monaſterii Caſſinenſis, &c. Speluncam latronum de templo Domini facientes viginti, & ſex fere annos ante ingreſſum noſtrum in arcem damnabiliter tenuerunt, & ex hoc homines caſtri noſtri S. Eliæ monaſterio noſtro prædicto ſubiecti videntes ſibi magis illicita licere, præcipue cum vel non eſſet paſtor in dicto monaſterio, qui eiſdem ab illicitis arcere curaret, vel poſſet, vel qui præerant ex illis deputati non poterant intendere ad ſui debitum officium exequendum, &c.* Authorque victoriæ, ab hoc Siciliæ Carolo obtentæ ſic inquit: *Quæ omnia circa S. Germanum juſto Dei judicio breviſſimo tempore, ſcilicet quatuor dierum ſpatio, facta divinitus, & perfecta cum circumadiacentia caſtra triginta duo numero ſenſiſſent, quæ quondam ad cœnobium prædictum pertinentia per Manfredum, & patrem ſuum fuerunt contra juſtitiam occupata continuo ſe illuſtri regi prædicto tanquam propugnatori cœlico, cum non modico tripudio reddiderunt. Qui*

*etiam*

*etiam eadem caſtra prædicto cœnobio, cujus fuerant de plano reſtituit univerſa, &c.* Poterant itaque vere aſſerere teſtes viginti ſeptem, & amplius annis nullam a Caſſinatibus in ſuo oppido juriſdictionem exercitam, quam memorati tres reges obierant, mendaciſſimi tamen ſunt, dum aſſerunt nunquam antea cœnobium Caſſinenſe juriſdictionem criminalem exercuiſſe. Cum ſatis ſuperque conſtet ex allatis hactenus Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum diplomatibus, ſcriptorum ſupparium teſtimoniis, aliiſque irrefragabilibus monumentis, liberam, abſolutamque omnis generis juriſdictionem apud Caſſinates fuiſſe. Aſſerere præterea impune fas eſt haud vera ab ſcripturæ, authore hic narrari, qui falſa effutire ſit ſolitus; cum potiſſimum teſtium depoſitiones, ut pote de re graviſſima referre ad verbum debuiſſet, quæ tamen, depoſitiones, atque inſtrumentum juramenti fidelitatis a Bernardo præſtiti in archivo regiæ Syclæ non reperiantur, ut certiores nos fecit laudatus D. Sicula, qui noſtris precibus plurimam ob id diligentiam adhibuit. Bonus hic author nunquam amplius examinis memoratorum teſtium meminit, & tamen neceſſarium proculdubio erat illud Cardinalibus exhibere, coram quibus ſæpius hanc cauſam ventilatam aſſerit, inde quippe maximum ad regis Caroli dationes, defenſionemque momentum acceſſiſſet.

Juriſdictio criminalis penes cœnobium Caſſinenſe ſemper fuit.

Falſiſſimum illud eſt, quod aſſerit ſcripturæ auctor, regios Juſtitiarios criminalem juriſdictionem in Abbatia Caſſinenſi exercuiſſe ad Conradini adventum, qua occaſione capta Bernardus Abbas eam ſibi vendicaverit, illudque ipſum clarius infra exprimit hiſce verbis; *Et tunc temporis occupavit multa jura domini Regis*: nam Conradinus regni Neapolitani fines adiit die 18. Auguſti an. 1268., pauloque poſt, die 23., aut 24. ejuſdem menſis victus, profligatuſque eſt a Carolo rege, ut teſtantur ejus ævi ſcriptores apud Raynaldum, Spondanum, alioſque. Conſtat tamen ex Inſtrumento a Johanne a S. Elia rogato die 25. Martii 1266. quod eo anno retulimus, a Bernardo fuiſſe conſtitutum ditionis Caſſinenſis Juſtitiarium Umbertum Aiglerium, qui laudato inſtrumento ita ſubſcribit: *Ego Umbertus Ayglerius miles Juſtitiarius Abbatiæ Caſſinenſis ſubſcripſi*. Hujuſce inſtrumenti authentica copia an. 1270. extracta eſt a Theodino, aliiſque apoſtolicis notariis, & a Terriſio notario imperiali, ut alibi adnotatum. In privilegio etiam a Bernardo Abbate die 30. Octobris an. 1267. civitati S. Germani, atque oppido S. Petri ad monaſterium conceſſo, quod attulimus ſupra plura videre poterit lector benevolus quæ criminalem Caſſinenſium juriſdictionem demonſtrant. Nos hic quædam dumtaxat referemus. *Et ſi forte alicujus uxor ſe adulterium commiſiſſe coram eccleſia, vel curia publice confeſſa fuerit, vel convicta, licet corporalis vindicta poſſit in eam exerceri, niſi maritus ei parcere voluerit, res tamen ipſius non publicentur, ſed penes maritum remaneant &c.* Infraque ait: *Inſuper volumus, & concedimus, & ordinamus, ut Comeſtabilis militum in S. Germano, & per totam Abbatiam aſſumatur, & ſit de S. Germano, quia ſic hactenus extitit obſervatum &c.* Si ergo Caſſinenſis Abbas Comitem ſtabuli, ſeu militum generalem Præfectum creabat, habuerit certe nedum criminalem, verum ſupremam in ſuos ſubditos juriſdictionem neceſſe eſt, cum hæc inferioribus, ſeu precariis principibus præſtare haud liceat. Imo eodem anno, menſe Decembris Bernardus Abbas inquiſitionem in oppidis Pediſmontis, Villæ, & Pignatarii inſtituit, juratique teſtes aſſerunt illorum oppidorum incolas ſervitio militari per aliquos dies propriis expenſis obnoxios, quoties exercitus ab Abbate congregaretur. Omnimodam vero poteſtatem Bernardum ejuſque deceſſores in oppida ditionis Caſſinenſis ante Conradini adventum exercuiſſe diſerte teſtatur Clemens IV. vir ſumma prudentia, doctrina, pietateque commendandus, cui præ cæteris monaſterii noſtri jura comperta eſſe poterant, quodque magis ad rem hanc eſt regis Caroli amantiſſimus. Hic ergo in brevi die 28. Januarii an. 1267. ad regem Carolum ſcripto cujus ſupra meminimus, ita ad rem noſtram ſcribit: *Sane dilectus filius Abbas monaſterii Caſſinenſis &c. reverenter expoſuit coram nobis, quod tui officiales in regno Siciliæ præter alia gravamina, quæ ſibi, & vaſſallis ac hominibus terræ monaſterii memorati, in qua dictus Abbas omnimodam juriſdictionem obtinet temporalem, diverſis vicibus intulerunt, ſe ſuper ad unum fere intolerabile præter tuum, ut creditur, beneplacitum converterunt, videlicet quod Abbatem, homines, & Vaſſallos eoſdem, ad recipiendum pecuniam, quam in eodem regno nomine regio, ut dicitur, cudi mandaſti ſub pretio longe cariori, quam valeat, conantur violenter compellere, & ab eis pro illa pretium valde ſuperfluum extorquere non ſine juris injuria ipſius Abbatis præjudicio, & dicti monaſterii detrimento &c.* Et quidem cum ſcribit Pontifex, *in qua dictus Abbas omnimodam juriſdictionem obtinet temporalem, non habet, ut creditur; vel ut dicitur*: quod in rebus aliis uſurpat, quare competiſſima illi erat omnimoda Caſſinenſis cœnobii in proprios ſubditos juriſdictio.

Imo omnimoda; quod ſubdit ſcripturæ author, juſſu Juſtitiarii Caſſinenſis fuiſſe contra jus latam ſententiam a judice ſubalterno inveriſimile nobis videtur, cum certe id Bernardus vir piiſſimus nullo tuliſſet modo; Inde tamen deducitur poſt adventum etiam Conradini ditionis Caſſinenſis Juriſdictiones per miniſtros ab Abbate ſtatutos fuiſſe exercitas. Nos quidem omnimodam Abbatis Caſſinenſis juriſdictionem pluribus allatis inſtrumentis oſtendimus, quæ iterum preſſe hic recenſere neceſſarium videtur. Anno itaque 1267. & 1270. menſe Novembri, ac Decembri pluribus examinatis teſtibus, quoad jura cœnobii Caſſinenſis in oppida Pediſmontis, Plumbariolæ, S. Eliæ, Terrucculi, S. Angeli, aliorumque jurati omnes conſtanterque aſſerunt. *Quod ſi contingat dictum monaſterium, vel dominos Abbates ejuſdem movere exercitum quod homines ipſius caſtri tenentur ſervire ipſis in dicto exercitu, &c.* Anno 1269. Bernardus totius Abbatiæ Caſſinenſis protonotarium creavit Franciſcum Sangermanenſem, atque in patentibus ad id litteris præter alia hoc extat capitulum: *Sane Notarios, quos inveneris &c. falſarios, aut alios infideles, tuum erit ab officio ſuſpendere, & ad noſtram remittere præſentiam ſic ſuſpenſos, ut ſecundum modum culpæ per nos juſte, & miſericorditer agatur cum ipſis &c.*

Gon-

Digitized by Google

Concedit etiam Bernardus ſubditorum ſuorum bona ob perduellionis crimen a Caſſinenſi curia publicata, ut ex inſtrumentis an. 1270., 1271., 1273. a nobis relatis conſtat. Anno vero 1271. die 6. Januarii bona quædam reddidit Richardo de Montenigro, ut ex inſtrumento a Benedicto Sangermanenſi rogato, in quo hæc leguntur; *Nos vero pro eo quod tempore felicis ingreſſus excellentiſſimi domini noſtri Regis Caroli in regnum, quo nos prædictus Abbas ingreſſi fuimus cum eodem poſſeſſionem prædictorum bonorum invenimus penes dominum Jacobum de Aquino, & dominam Yſoldam nurum ipſius, qui ob læſam conſcientiam criminis læſæ majeſtatis, quod commiſerunt tam contra prædictam S. Romanam eccleſiam, quam etiam contra eundem dominum noſtrum Regem abſentaverunt ſe de regno prædicto, propter quod bona ipſa omnia, & poſſeſſionem ipſorum capi fecimus, tanquam ad nos, & eccleſiam Caſſinenſem devoluta. Diſtulimus bona ipſa &c. vobis &c. mandari reſtitui &c., donec eſſemus de juribus veſtris plenius informati &c.* Cur Richardus unus e regni Neapolitani Optimatibus, quemadmodum, & Jacobus Aquini comes, & Iſolda de Monte Nigro erant, Abbatem Caſſinenſem, ut publicata ſuorum bona repeteret adiit, non Carolum regem, ſi juriſdictionem criminalem rex in Caſſinatium oppida habuiſſet, ubi publicata bona ſita erant? Id proculdubio oſtendit Richardo compertum penes Abbatem Caſſinenſem fuiſſe jus perduellionis crimen puniendi, cum omnimoda juriſdictione in ditione ſua polleret. Neque ullibi in hoc inſtrumento regis, ejuſq; miniſtrorum mentio; Imo in eo ſubditur: *Cedimus etiam &c. vobis omne jus &c. nobis, & dicto monaſterio competens &c. tam in prædictis bonis vobis reſtitutis, quæ per nos &c. poſſedebantur, quam contra quaſcumque alias perſonas ratione bonorum, & jurium, quæ idem patruus veſter, & vos etiam poſt mortem ejus habuiſtis in prædictis terris Abbatiæ Caſſinenſis &c. quas perſonas vobis pro prædictis bonis, & juribus conſequendis, quæ invenientur poſſidere &c. convenimus, & promittimus diſtringere ad juſtitiam faciendam de plano, & ſummarie, ſine ſtrepitu judicii in noſtra curia Caſſinenſi &c. ſalvis, & reſervatis nobis, & ſucceſſoribus noſtris, ac dicto monaſterio fidelitate, & homagio pro bonis, & juribus ſupraſcriptis, nec non, & conſervato nobis in aliis hominibus, ſeu perſonis, contra quas aliqua jura perſonalia, aut realia recuperare contigerit majori dominio, quod debetur nobis, & eidem monaſterio Caſſinenſi ab aliis hominibus Abbatiæ, & aliis vaſſallis, & ſubditis fidelibus noſtris, & ejuſdem monaſterii Caſſinenſis &c.* In omnibus autem a Bernardo Abbate factis conceſſionibus bonorum, quæ ob perduellionis crimen a curia Caſſinenſi publicata fuerant, hæc leguntur: *Omnia bona ſtabilia, quæ fuerunt &c. proditoris exccellentiſſimi Domini noſtri regis Caroli, & noſtri, de quibus bonis idem &c. propter ſui manifeſtam proditionem, qui debitæ fidelitatis immemor adhæſit nequiſſimo Conradino Dei, S. R. eccleſiæ, & dicti regis noſtri adverſario, per nos juſte, & rationabiliter, ac etiam ſententialiter deſtitutus extitit, & privatus &c. Reſervatis nobis, & ſucceſſoribus noſtris fidelitate, homagio, & debito juramento, &c. Quod juramentum fidelitatis, & homagii nobis in noſtris manibus præſtitiſti.*

Bona juſſu Abbatis publicabantur in ditione Caſſinenſi.

Antequam bonorum publicatio perficeretur publica hanc ob rem judicialis quæſtio inſtituebatur, ſententia a curia Caſſinenſi proferebatur, ut ex mox allatis verbis conſtat. Qui vero judicia, ſententiæ, conceſſiones publicis inſtrumentis factæ regi Carolo ignota eſſe poterant, aut ejus miniſtris? cum non una, aut altera, ſed plures continentibus quatuor annis ſint a Bernardo factæ, quo tempore plurimos dies rex Carolus in S. Germano eſt verſatus, ut ſupra diximus. Accedit caſtra Abbatiæ Caſſinenſis non longe Neapoli abeſſe, proindeque facile potuiſſe publicationes hujuſcemodi, conceſſiones, moxque adducenda ad juriſdictionem pertinentia acta ad regis aures devenire. Anno 1271. Bernardus Philippo a S. Petro in fine, ejuſque filiis præcepit, ne cœnobii noſtri poſſeſſionem quandam uſurparent, *Sub pœna dirutionis domorum, extirpationis arborum, & vinearum ſuarum, quas habent in prædicto caſtro S. Petri in fine & pertinentiis ejus.* Quomodo quæſo graviſſimas haſce pœnas intentaſſet Bernardus, criminali juriſdictione deſtitutus? Equites eodem anno creati Jeremias, Ptolomeus, Nicolaus, Johannes, & Petrus a S. Victore, atque in inſtrumentis ad id rogatis hæc habentur: *Concedimus vobis prædictis magiſtro Hieremiæ, Tolomeo patri, & filio fidelibus noſtris, & per vos heredibus veſtris &c. ut de cætero maneatis, & ſitis in honore militari, & fruamini, ac utamini illo honore, & ea libertate, quibus fruuntur, & utuntur cæteri milites Abbatiæ Caſſinenſis, & omnes alii, qui in eadem Abbatia fruuntur, & gaudent honore militari, & cum volueritis ſine noſtra, vel ſucceſſorum noſtrorum moleſtia &c. militare cingulum aſſumatis, ſalvis nobis, & ſucceſſoribus noſtris fidelitate, homagio, & debito juramento, &c.*

Supremique Principis alia quædam munia obita.

Anno 1273. die 10. Julii ſervato juris ordine, Bernardus Abbas ob interemtum Andream monachum, aliaque ſcelera, ſententiam in oppidanos S. Eliæ protulit, ut domum probe munitam ſuis impendiis ædificarent, in qua Monachus ejus oppidi rector ſeſe adverſus populi ſeditiones tutaret, deindeque ſubdit: *Et quia nonnullæ ſpeciales perſonæ ipſius caſtri ſe fecerunt in eiſdem offenſis, & injuriis capitaneos &c. contra noſtrum monaſterium manifeſti, idcirco perſonas viginti ex eiſdem ſpecialibus perſonis quorum nomina continebat cedula noſtro ſigillo munita, relegationis pœnam perpetuam decernimus ſubſtinere, & quod totam Terram monaſterii Caſſinenſis exeant, nec ad Abbatiam, ſeu ad alia loca ejuſdem monaſterii revertantur, & viginti domus eorum funditus eruantur ac vites terrarum ipſorum radicitus extirpentur, & arbores earumdem terrarum ſuarum incidantur, bonis eorum omnibus ad ipſam curiam Caſſinenſem perpetuo confiſcatis &c. licet demum præfati homines, ut ſupradictum eſt univerſaliter, & quidam graviſſime ſingulariter nos, Conventum noſtrum, Fratres, Officiales, & familiares noſtros præſumptione damnabili offendiſſent, propter quas offenſas muri noſtri Dompnici circuitus caſtri prædicti dirui debebant, & ex toto ipſum caſtrum abſque munimine murorum exponi, præfato magiſtro Johanne ac quibuſdam aliis magna conſcientiæ viris noſtrum animum a prædicta juſtitia declinantibus &c. muros dompnicos caſtri ſervamus miſericorditer ad clauſuram etc.* Johannis Miczola Caroli regis a ſecretioribus conſiliis, atque Medicus

cus Santelianos hortatus eſt, ut Bernardi juſte iratum animum placarent, quare nota forte regi Carolo publica hæc ſententia in integrum oppidum lata, qui eo anno Januario menſe, per plures dies apud S. Germanum eſt commoratus. Eodem anno die 7. Auguſti immunitates quaſdam Nicolao, tribuſque ejus fratribus e Pignatario Bernarnardus hac conditione eſt elargitus: *Concedimus vobis, et veſtris heredibus maſculinis etc. in perpetuum, ut ſitis liberi, et immunes ab angariis, redditibus, et ſervitiis perſonalibus dum vixeritis vos, et heredes veſtri ſecundum quod decet honorem militarem, et quod vivatis in honore militari, ſecundum quod vivunt alii nobiles, et milites prædicti caſtri Pignatarii etc. et ut liceat vobis quando volueritis aſſumere cingulum militarem etc. nobis et ſucceſſoribus noſtris in vobis, et veſtris heredibus ſervitiis militaribus reſervatis etc.* Anno 1274. immunitates etiam Petro Comiti ſtabuli Abbatiæ Caſſinenſis concedit, annoque inſequenti conceſſionem renovavit Roccæ S. Viti Rainaldo, aliiſque ea conditione: *Ita ut ſitis inde fideles nobis, et monaſterio Caſſinenſi, et faciatis inde nobis, et monaſterio ſupraſcripto etc. ſervitium de uno milite ad expenſas curiæ, et redditum equorum, et armorum, ſi in ſervitio curiæ fuerint admiſſa etc.* Plurimi notarii a Bernardo creati, atque in ſingulis patentibus ob id literis ea verba leguntur, quæ juriſdictionem ſupremam Abbati Caſſinenſi tribuunt: *Recepto a te corporali ad ſancta Dei evangelia juramento de officio ipſo per te fideliter exercendo, et de veritate ſcribenda, etc. Recepto etiam a te ſacramento fidelitatis, et ligii, homagii, quod nobis pro parte noſtra et ſucceſſorum noſtrorum in noſtris manibus præſtitiſti etc.* Si criminalem juriſdictionem rex tunc temporis in oppida cœnobii Caſſinenſis exercuiſſet, quomodo miniſtri ab Abbate hæc uſurpari finerent? aut quomodo Bernardus brevi ſex circiter dierum ſpatio, quo Conradinus intra regni Neapolitani fines ſtetit, potuit tot ſibi, eaſque graviſſimas Juriſdictiones uſurpare, cum potiſſimum oblongam cum rege Carolo familiaritatem ſatis cognoſceret, quam Rex ille juriſdictionum ſuarum acerrimus eſſet propugnator?

Alia quoad criminalem juriſdictionem geſta Bernardi afferre non poſſumus, cum primum ejus regeſtum an. 1275. deſinat, atque ſecundum inquiſitiones tantum generales an. 1273. in univerſa ditione Caſſinenſi factas contineat.

**Calumniæ in Bernardum.** Inquit deinde ſcripturæ Author: *Poſtea ipſe Abbas etc. videns, quod non habebat jus in criminalibus dimittebat criminalia domino Regi etc.* Si Bernardus ſciens, volenſque juriſdictionem criminalem cœnobii Caſſinenſis regis voluntati permiſerat, cur deinde coram Richardo Cardinale, ut hic author aſſerit de uſurpata ſibi a rege Carolo, ejuſque miniſtris criminali juriſdictione conqueritur?

Nullo ſe fidelitatis juramento obſtrictum regi fateri? Qua fronte iterum apud Gregorium X. conquereretur, atque tertium apud Innocentium V. qui Romæ an. 1276. reſidebat? At audiamus: communi conſenſu Innocentii, regis, & Abbatis Bernatdi a Cardinalibus Sabino, & Præneſtino hæc controverſia examinata eſt, lectaque cœnobii noſtri privilegia quæ nullius roboris judicata eſſe ſcribit bonus author, hincque Bernardum haud amplius inſtitiſſe.

Rege tantum convento, commemoratiſque veteri familiaritate, atque erga ipſum officiis, obtinuit ut a ſolo Sabinæ Cardinali, vel a Præneſtino quoque controverſia iterum expenderetur; *et ſic in magna concordia ſeparaverunt ſe*. An ne vigilans ſomnia refers, o bone? ne pueruli quidem ipſi hujuſcemodi ſeſe ambagibus implexiſſent. Itane imprudens fuiſſet Bernardus, rerum geſtarum magnitudine, & copia experientiſſimus, ut iterum illis Cardinalibus committendam permitteret ſuam cauſam, quos parum adeo æquos paulo ante fuerat expertus? Quilibet certe, qui lites habeat cognoſcit per ſe met a ſupremis Principibus, ſi optio detur, non unum, eumdemque infenſum, ſibi judicem, ſed alterum petendum eſſe. Verum pergamus. Subdit ſcriptor, Bernardum inſequenti die ne quidem monito rege, a quo magna concordia diſceſſerat, publice in conciſtorio Pontificio, plura in regem dicteria jeciſſe, iterumque cauſam propoſuiſſe ſuam, pro qua optima, ſe habere privilegia venditavit. Bone Deus! Concordiam cum rege heri inierat, quomodo hodie in regem iræ, dicteria, falſitates? Quomodo a Pontifice juſtitiam eam ob rem peteret, quam Carolus promiſerat, lubenſque ipſe Bernardus promiſſam approbaverat? Hæc inſanientis, furentiſque hominis ſunt, non Bernardi viri piiſſimi, prudentiſſimique, & omnibus reipublicæ graviſſimis, honeſtiſſimiſque officiis perfuncti, atque adeo Caroli regis olim familiariſſimi. Quis adeo procax, perfrictæque frontis, qui falſa coram Pontifice Romano, & Cardinalibus de privato quolibet, ne dum de rege potentiſſimo effutiet, facillime, acerrimeque illatas ſibi injurias ulciſci ſolito? Quare potius crediderim, nullam unquam ſpem Bernardo exhibitam, eſſe juſtitiam ſibi a Rege expectandam, neque enim conqueſtus fuiſſet apud Cardinalem Richardum, Romanoſque Pontifices Gregorium X. & Innocentium V. qui reponere poterant imprudenter ea de re conqueri, quæ ab æquis judicibus eſſet definienda. Infelix itaque Bernardus cum incaſſum a rege juſtitiam expectaſſet, ad Romanos Pontifices recurrendum eſſe cenſuit, quorum ope illam aſſequeretur. Certe tyrannides, vexationes, malaque ſceleſtiſſima a miniſtris Caroli I. indigenis utriuſque Siciliæ illata tot, adeoque gravia fuere, ut omnes illorum temporum ſcriptores illa prædicent. Quæ non minima cœnobio Caſſinenſi adempta criminali juriſdictione obvenere. Factum certe Caroli contra Caſſinates ſceleſtiſſimum facinus exiſtimavit Urbanus V., cujus ſupra verba retulimus. Alia forte Caroli regis miniſtri cœnobio Caſſinenſi damna etiam intulere, cum Clemens IV. illa verba ſcripſerit: *Abbas monaſterii Caſſinenſis &c. reverenter expoſuit coram nobis, quod tui Officiales in regno Siciliæ præter alia gravamina, quæ ſibi, & vaſſallis, ac hominibus terræ monaſterii memorati, in qua dictus Abbas omnimodam juriſdictionem obtinet temporalem, diverſis vicibus intulerunt. Se ſuper ad unum fere intolerabile &c. converterunt, videlicet quod Abbatem, homines, & Vaſſallos ejuſdem ad recipiendum pecuniam etc. ſub pretio longe cariori quam valeat, conantur violenter compellere, et ab eis pro illa*

Digitized by Google

*illa pratium valde ſuperfluum extorquere non ſine juris injuria, ipſius Abbatis prajudicio, et dicti monaſterii detrimento, quamquam dicti Vaſſalli, et homines pecuniam hujuſmodi ſub valore debito recipere ſint parati ect.* Si illorum temporum monumenta ſupereſsent, majora forſan damna Caſſinatibus a regis miniſtris inflicta conſtarent.

Jure Bernardus Lãgobardicas leges ſuis ſubditis permiſit.

Antequam vero res alias ab ſcriptore hoc Anonymo gratis aſſertas refutare pergamus, conſideranda pauliſper illa ſunt; quæ ipſe de Bernardo ſcribit: *Videns quod non habebat jus in criminalibus voluntarie dimittebat criminalia domino Regi, ſed petebat quod deberent puniri criminalia ſecundum jus Lombardum, et non ſecundum leges, et uſus regni etc. in quo apparet fatuitas ſua etc.* Langobardi principes præcipuam Cyſtiberinæ Italiæ partem dominarunt, potiſſimum eam provinciam, in qua modo oppida ditionis Caſſinenſis ſita ſunt, a fine ſæculi ſexti ad totum fere ſæculum undecimum, legeſque ab eorum regibus, principibuſque factas ſubditis ſuis ſervandas tradidere, ut pote quæ optimæ ad populos regendos, gubernandoſque viderentur, neque immutandas illas eſſe cenſuit rex alioquin ſapientiſſimus Carolus Magnus cum devicto, captoque rege Deſiderio, rex ipſe Langobardorum evaſit, atque vectigalem ſibi Ducatum Beneventanum reddidit; imo Arichi mortuo cum ejus filium Grimoaldum principem Beneventanis daret has tantum conditiones impoſuit teſte Erkemperto; *Ut Langobardorum mentum tonderi faceret, chartaſque vero, nummoſque ſui nominis characteribus ſuperinſcribi ſemper juberet. Ac muros Salerni, Acherentiæ, ac Contiæ funditus verteret.* Eginhardus Caroli M. a ſecretis in Annalibus an. 814. de Ludovico Pio loquens, tantum ait: *Cum Grimoaldo Beneventanorum Duce pactum fecit, atque firmavit eo modo, quo & pater, ſcilicet, ut Beneventani tributum annis ſingulis ſeptem millia ſolidorum darent.* Quod etiam confirmat author Anonymus vitæ Ludovici Pii ad eum annum hiſce verbis: *Beneventanorum itidem principem Grimualdum non quidem venientem, ſed miſſos ſuos mittentem, pacto, & Sacramentis conſtrinxit; ut ſingulis annis ſeptem millia ſolidorum auri arca publica inferret &c.* Imo retentis Langobardorum legibus quaſdam dumtaxat addidere Carolus M. Ludovicus Pius, Lotharius, Pipinus, Guidus, Lambertus, Berengarius I. Otthones, Henricus I. Conradus, & Henricus II. Imperatores, quod indicio eſt leges illas bonas eſſe habitas, atq; Lotharius III. imperator, ſi quis alius rerum gerendarum peritiſſimus, doctus, & pius, ſenex jam capularis Petro Caſſinenſi Diacono præcepit, ut Langobardorum leges in unum colligeret, quæ reperiuntur in collectione conſuetudinum, & legum imperialium a Melchiore Goldaſto edita, ubi Petri Diaconi lucubratio ſic eſt inſcripta: *Lombarda, ſive leges Longobardorum per imperatores, ac reges Romanos latæ, & ſancita, atque in unum corpus congeſta a Petro Diacono Caſſinenſi ſacri Romani imperii per Italiam Logotheta, Exceptore, Chartulario, & Capellano.* Cum itaque prudentiſſimi tot, piique imperatores permiſere, ut Langobardi eorumque ſubditi propriis legibus uterentur, cur amabo Bernardus ſtultus ab inſano plane ſcriptore dici poteſt, quod hiſce legibus ſubditos ſuos vivere petierit. Luitprando enim Longobardorum regi forte non placuit, ut regnante ipſo, ex Romanarum legum præſcripto contraheretur, & ageretur in foro; nec etiam ab illis, qui legibus iiſdem aſſueverant, Francis certe, & Germanis, quibus Italia variis de cauſis ſedem præbuit permiſſum fuit a Carolo Magno, ſuiſque in Italiæ regno ſucceſſoribus, ut gentis ſuæ legibus parerent, ideoque illi Salicam iſti Ribuariam ſervaverant, vel Ripuariam, Bavaricam, ſeu Bajoaricam, & Alamanicam, atque ex illarum dictatis pronunciatum fuiſſe, & judicatum contra utriuſque gentis crimino ſos antiquorum temporum chartæ demonſtrant.

Diſplicet vero nobis, quod doctiſſimus cæteroquin Vir Carolus Sigonius de regno Italiæ lib. xi. fidenter aſſeruit Lotharium, ſcilicet hujus nominis III. leges omnes, Romana excepta, Italiæ finibus ablegaviſse, & ex eo tempore reliquis omnibus abolitis ſolam ibi locorum obtinuiſse Romanam. Longobardorum enim leges aliquibus ab Lotharii obitu ſeculis in Regno, præſertim Neapolitano fuiſse ſervatas, abunde ſatis evincit C. L. Vir Moratorius in præfatione ad has leges tom. primo ſcriptorum rerum Italicarum, & nos latius oſtenderemus, ſi hac de re diſsertatio inſtitueretur. Omittere tamen conſulto nolumus, quod habet Ciarlanti in hiſtoria Samnii fol. 359. 360. 364. Caroli Andegavenſis tempore non paucos feuda, & terras poſſediſſe jure Langobardorum, ita ut quot fratres eſſent, & ſorores, totidem feudi, vel terræ Domini eſsent, quum eo jure ſua unicuique portio ſpectaret. Atque hinc in privilegio, quod anno 1391. Neapolioni de Urſinis Comiti Manupelli, & S. Valentini atque Neapolitani regni protonotario conceſſit Ladislaus, hæc habentur: *Et reducentes de dicta noſtra ſcientia, & plenitudine poteſtatis, ipſum Comitatum S. Valentini cum S. Valentino, & aliis prædictis terris, ac ſubſcriptas terras, caſtra, & loca ad jus, naturam, conditionem, ac conſuetudinem juris Francorum, ut tam in ipſo Comitatu S. Valentini, & ejus terris, quam in omnibus, & ſingulis ſubſcriptis terris, caſtris, & locis ejuſdem comitatui Manupelli per nos annexis, & unitis, in quorum, vel quarum aliquibus Longobardo jure hactenus vivebat ex nunc perpetuo in poſterum Francorum jure vivat, ac animum effectum, & conditionem juris Francorum, ſapiant, & obtineant in honoribus, & dignitatibus, ſucceſſionibus, & contractibus, quibuſcumque, & tam in juditiis, quam extra præſentium ex authoritate noſtra intervenientte pariter, & decreto in eiſdem, & quolibet eorumdem Francorum jure vivere dignoſcantur in eo Vid. quod major natu, excluſis minoribus fratribus, & coheredibus ſuis in eodem comitatu ſuccedat nullo inter eos tempore dividendo.*

In multis itaque poſteriorum temporum inſtrumentis legum etiam Langobardicarum beneficio renunciaverunt contrahentes. Immo dotalia quædam in tabulario noſtro extant inſtrumenta ad annum uſque 1614. pertinentia, quo tempore apud cives caſtrorum noſtrorum, & præcipue S. Apollinaris id erat in more poſitum, in quibus quarta bonorum pars uxori conſtituitur a viro, & pro honore pmi oſculi uncia una de carolenis argenti, quod juris erat Langobardorum, uti erudite oſtendunt

*Diſſertat.* Hh

dunt Ducangius verbo Morgincap, & Muratorius in notis ad leges Langobardorum Luitprandi cap. 1. lib. 2. fol. 52. Langobardis quippe legibus aſſueviſſe Caſſinates ſubditos conſtat ex omnibus contractibus, inſtrumentis, quæ in terris Caſſinenſis juriſdictionis latæ erant, & ex privilegio a Bernardo Abbate civibus Sangermanenſibus, & S. Petri ad monaſterium conceſſo, in quo hæc leguntur: *Volumus inſuper, & concedimus, ut ſecundum legem Langobardam, & ſecundum conſuetudines veſtras judicemini a magiſtro judice, & judicibus legitime juratis*. Quis vero neſciat iis legibus libentius uti populos, quibus aſſueverint, eaſque conſtantiſſime propugnare ne immutentur? ut jure ſapienterque concilium Metenſe anno 845. celebratum ſtatuerit can. 3. *Legem vero unicuique competentem ſicut anteceſſores ſui tempore noſtrorum prædeceſſorum habuerunt, in omni dignitate, & ordine, favente Domino, noſtram magnificentiam obſervaturam promittimus*. Et capitulare Pipini regis Italiæ cap. 37. ſtatuit. *Quia omnino voluntas Domini regis eſt, ut unuſquiſque homo ſuam legem pleniter habeat conſervatam*. Hinc apud veteres Imperatores, Regeſque inviolabile erat eas populis leges conſervare quibus vivebant, ita ut ubi aliqua inter populos lis eſſet orta, congregatis peritis earum legum Judicibus decidi vellent. Lotharius Imperator cap. 5. conſtitutionis ſuæ ait: *Volumus etiam, ut omnis Senatus, & Populus Romanus interrogetur quali vult lege vivere, ut ſub ea vivat. Eiſque denuncietur, quod proculdubio ſi offenderint contra eandem eidem legi quam profitebuntur ſubjacebunt*. Quæ eadem conſtitutio reperitur lib. II. tit. 57. legum Langobardicarum, in capitularibus Caroli M. cap. 48., & Pipini regis Italiæ cap. 37. Qui tamen uni ſeſe legi ſubjecerat, alteram ſub qua viveret non poterat amplius eligere. Permittebantur inſuper in una eademque urbe, in qua plures nationes commorabantur, ut propriis quælibet legibus uterentur. In noſtro quidem Neapolitano regno nullus eſt vel minimus viculus, qui municipalibus legibus non vivat permittente rege; atque quoties generalem pro omnibus legem ſtatuere pertentatum eſt, populorum id tumultus vetarunt. Sapientes principes cum municipalium legum mutationem periculoſæ plenum aleæ negotium cernerent, eas correxere tantum, atque aliquid iis addidere, ut de Carolo M. teſtantur Eginhardus Poeta Saxonicus, aliamque; Numquam vero ſatis laudatus eſt Bernardus Abbas, quod pro ſubditis ſuis, qui iiſdem aſſueverant enixe petierit, ut juxa Langobardorum leges judicarentur in criminalibus ſubditorum ſcilicet quieti ſtudebat eo vel maxime, quod cum Gallus eſſet, alias ab his leges a puero didicerat. Verum quidem eſt in Legibus Langobardicis lib. 1. tit. 10. cap. 5. pœnam illam infligi occiſoribus ſubdiaconi, vel Diaconi, quam ſcripturæ author recenſet, at titulo 9. cap. 2. legitur etiam: *Si quis Dominum ſuum occiderit ipſe occidatur &c.* & cap. 6. quod incipit: *Si ſervus, aut ancilla venenum alteri dederit ad bibendum &c.* eadem pœna infligitur, ut etiam cap. 14. *Si mulier maritum ſuum occiderit ipſa occidatur &c.* Aliique in iiſdem legibus caſus ſunt, in quibus mors occiſoribus inflicta cur itaque ſcripturæ author pœnam ſubdiaconi, atque diaconi occiſoribus inflictam adeo vituperat; quam Carolus Magnus ejuſdem cum rege ſuo gentis ſtatuit? Vid. Goldaſti Diſſertatio, cui titulus: *Elogia & teſtimonia de uſu, auctoritate, & praxi authentica legum, capitularium in hac collectione contentarum*. De lege Langobardorum Lotharius III. Imperator in chronico Caſſinenſi de compilatore (ut putatur) harum legum ſic ſcribit ad Abbatem Caſſinenſis monaſterii: *Lotharius Dei gratia Romanorum imperator auguſtus dilectiſſimo fideli ſuo Guibaldo Caſſinenſi hierarchæ, & Romani imperii Cancellario, cappellano, ac principi pacis gratiam ſuam, & bonam voluntatem, Tuæ fidelitati per imperialia ſcripta mandamus, ut noſtra a Deo conſervandæ majeſtati Petrum Diaconum, qui a noſtra Imperiali ſerenitate Logotheta Italicus, Exceptor, Carthularius, & Capellanus Romani imperii conſtitutus eſt, tranſmittere ſtudeas recepturum pro ſua fidelitatis ſervitio dignæ retributionis præmium. Indubitanter enim noveritis noſtram majeſtatem, & collaterales imperii propter antiquitates, & rerum geſtarum relationes ejus abſentiam ferre non poſſe. Mitte etiam per eum omnia anteceſſorum noſtrorum privilegia, quæ ei ad aquas penſiles olim cuſtodienda dediſſe meminimus &c.* Eutherus ſecretarius Friderici I. Imperatoris in Ligurino libro 2. de Langobardis,

*Gens aſtuta ſagax, prudens, induſtria, ſollers,*
*Provida conſilio legum, juriſque perita.*

Et paulo poſt:

*Illa tamen legum prudens, et juris amori*
*Dedita gens etc.*

Ad quæ verba ſic commentator Jacob. Spiegelius J. C. trium Imperatorum, Maximiliani I., Caroli V., & Ferdinandi ſecretarius, & conſiliarius, *Merula regnum Langobardorum minime crudele fuiſſe ait, et legem Langobardam celebrari, cujus præcipue auctor Rotaris, et ceteri reges perhibentur, nec non eſſe quaſdam Italiæ civitates, quæ in hanc uſque diem judicia ſua ex edictis Langobardorum, magis, quam ex decretis Imperatoriis exercent; præterea Langobardorum reges eos fuiſſe, (fremant licet cæteræ gentes) qui legibus, et armis univerſam pene Italiam jam a majorum virtute degeneratam, ſublevaverint, erexerint, et exornaverint*. Pauloque poſt ſubdit idem commentator: *Nam, ut Merula ſcribit, Langobardi, poſtquam regnum occuparunt, in publicam utilitatem leges condiderunt breves adeo apertas, et abſolutas, ut parum interpretis indigeant, et omnia ita complectantur, ut nihil fere relinquant in cognoſcendis ingenio, atque ſolertia etc.* Aliaq; earundem legum elogia apud Goldaſtum videre eſt. Honorius II. cap. I. de juramento calumniæ ait, *Ut ergo dubietas iſta auferatur, ſecundum etiam deciſionem filii noſtri Henrici qm. Imperatoris, cujus ſunt hæc verba etc. Ejus itaque interpretationem corroboramus, et Divi Marciani conſtitutionem ita interpretari debere decernimus etc.* Quæ Henrici Imperatoris deciſio extat inter leges Langobardicas lib. II. tit. 47. cap. ult. Legatur Innocen. III. cap. Raynutius tit. 26. de Teſtamētis, cum commentariis Gonzalez tom. 3. fol. 463. n. 6.

Quod ſubdit ſcripturæ author *Nunquam (Bernardus) ſerviverat domino Regi in aliquo, ſed dominus rex ſervivit ſibi etc*, falſiſſimum eſt, cum iiſque pugnant, quæ Clemens IV. plus æque, ac doctus Pontifex de Bernardo ad regem Carolum ſcribit:

*Bernardi erga Carolum Regem Beneficia.*

*Sere-*

Digitized by Google

*Serenitatem tuam attente rogandam duximus, & hortandam, quatenus debita meditatione conſiderans, quod idem Abbas a longis temporibus tui præconominis, & relator honoris, nunc illarum gubernationi partium, in quibus unum de præcipuis tui Regni exiſtit oſtiis, ferventer invigilat, munienda munit, & impugnanda impugnat, ad eum, & dictum monaſterium tum propter hoc & pium affectum dirigens jura ipſius monaſterii illibata conſerves &c.* In fine codicis bibliothecæ Caſſinenſis ſign.nu. 145. quædam extant Bernardi epiſtolæ Decano, Rectori &c. Caſſinenſi ſcriptæ, inter quas duæ quibus conſtat quanto in pretio a rege Carolo Bernardus haberetur, quam in ejus de rebus agendis induſtria confideret, quamque optime ejus opera uſus ſemper fuiſſet. Integras hic referre operæ pretium ducimus, qua lectores vera nos citra jactantiam fateri cognoſcant: *Bernardus Decano, & Vice Decano, & Conventui. Ecce veſtrarum ſuffulti orationum ſuffragiis, duce Chriſto, beati meritis Benedicti poſt multos labores, & diverſa maris pericula, viarum diſcrimina, quæ perlongum eſſet in ſingularibus, & particulariter enarrare. Honorabiliter a rege, & toto regno Hungariæ excepti, commiſſa nobis noſtriſque ſociis a regia Majeſtate negotia ſecundum ſui animi, & Imperii motum perfecte ac plene complevimus, & optatam perduximus ad perfectionem. De utriuſque regis liberis matrimonio, & ſponſalibus ſolemniter contractis, & modis quibus potuimus vallo firmiſſimo roboratis, firmiterque vallatis, nec non & contracto in perpetuum inter utramque Regiam domum mutui adjutorii fœdere ſociavimus, ad Dei honorem, & eccleſiæ Romanæ præſidium, nec non utriuſque regis validiſſimum firmamentum, quia vero virtutem noſtris, & gloriam domini noſtri regis, de ipſo dicere nil omnino, cujus potentiam a Deo ſibi datam diverſorum triumphi certaminum manifeſtant, ejuſque terroris ſonus rebellium Chriſti, ſuorumque inimicorum, & cunctorum barbarorum corda concutit ad tremorem; ſed domus Hungariæ incredibilem habet potentiam, indicibilem quidem armatorum gentem, itaquod in partibus Orientis, & Aquilonis nullus ſit pedem auſus movere, ubi triumphator rex, ſcilicet glorioſus potentem exercitum ſuum movit, & ingreſſum terræ quandoque potentis principis comminatur, major enim pars Orientis, & Aquilonis regnorum & principatuum, tam per parentelas, quam per ſubjugationes ejus ſubjacet dicioni. Iis igitur duobus tanto fœdere ſocietatis tanta unione permixtis regnum Siciliæ de cætero, ut credimus, habebit gaudere dato ſibi divinitus ſabatiſmo, & eſt neceſſarium voces tacere diverſorum impetus intonantes, quoniam Dominum noſtrum regem Divina providentia ſic vallavit, quod ipſum habebunt timere cuncti principes, ipſe nullum ad congaudendum ergo nobis, vobis præphatam expoſuimus materiam gaudiorum quod parati ſumus ante quadrageſimam iter ſit ad monaſterium redeundi, voſque, ut cupimus revidendi, vos vero Chriſto placere ſtudete, regulam obſervare, pacem & concordiam invicem habere, mundas animas cuſtodire, pro nobis orare, ac in bonis operibus permanere; valete quos valere optamus, & in omnibus prævalete. Datum in Saris XII. Decembris XIII. indictione.*

*Bernardus etc. Rectori per litteras Sacro Caſſinenſi Conventui deſtinatas, quas volumus te videre, ut circa brevitatem multa poſſint ſileri, colligere poteris ſtatum noſtrum, qui per Dei gratiam cum omnibus noſtris ſociis, et familiaribus ſani ſumus. In felici, ac tanta negotiorum expeditione noſtris laboribus relevatis, data nobis a Deo materia exultandi. Quo circa te, ac noſtros, volumus eſſe lætos, et ut magno robore confortatos noſtra negotia viriliter peragere, et corda ſumere virtuoſa; ſic igitur lætificatus letos alios facias, noſtra procures, læta negotia, læte peragas, ſtrenue perficias, ut juriſdictio teneatur, agricultura exerceatur, vineæ multiplicentur, diligenterque colantur, ſententiæ noſtræ obſerventur, Conventui ante omnia provideatur, et omnia cum debito moderamine ordinentur, ut dilectus a nobis magis diligaris, ut tua merita in laudibus te extollant. Vale. Datum in Saris XII. Decembris XIII. indictione.*

Hæc quidem negotia pro Carolo rege a Bernardo perfecta maximi ponderis fuere, utpote ex quibus florentiſſimum, eoque tempore ampliſſimum Hungariæ regnum Carolo Martello ejus nepoti, aliiſque pronepotibus obvenerit. Quare nil erat quod ipſe a Carolo rege expectandum non fuiſſet. Ex hiſce quoque litteris mira Bernardi pro monaſticæ diſciplinæ obſervatione, Deique cultu, vigilantia, & zelus inter lucet. Si illorum quidem temporum monimenta ſupereſſent, nullus dubito quin alia quoque, eaque maxima beneficia Bernardum Carolo præſtitiſſe conſtaret.

De controverſia inter Bernardum, Monachoſque Lirinenſes orta, quam hic commemorat ſcripturæ author, ne verbum quidem apud Vincentium Salerno Barrali, qui de Viris illuſtribus celeberrimi Lirinenſis cœnobii agens, ſummis ſemper laudibus Bernardum extollit.

Addit Scripturæ author, Bernardum fuiſſe a Carolo rege electum a conſiliis, magni habitum, atque ſummopere præ aliis etiam provinciæ ſibi ſubditis amatum. An non id optime a Carolo factum erga hominem piiſſimum, doctiſſimum, prudentiſſimumque, atque in rebus gerundis ſagaciſſimum, qui tot unus bona, utilitateſque ſibi, ſuiſque attulerit? At vide quaſnam in calumnias meritæ hujuſmodi laudes degenerent. Subdit enim ſcripturæ inſulſiſſimus author, miſſum a Carolo Bernardum ad ſummum Pontificem, ut regni, & regis negotia pertractaret, iiſque poſthabitis propria curaſſe, obtinuiſſeque a Romano Pontifice Abbatiam Caſſinenſem, cujus illi poſſeſſio per Carolum regem aliquot poſt annos ſit data. Verum ſi Caroli haud ita diligenter negocia executus fuiſſet Bernardus, cur poſtmodum magni momenti res illi iterum Carolus commiſit, ut Scripturæ author teſtatur? Neque id verum, Abbatiam Lirinenſem reſignatam a Bernardo, ut Caſſinenſem obtineret, nam Urbanus IV. cui comperta maxime erat Bernardi morum innocentia, doctrinaque, Abbatiam Caſſinenſem per ſemet illi contulit, ut hiſce verbis teſtatur in ea bulla, quam ſupra retulimus. *Cum habearis vir ſcientia præditus, morum honeſtate decorus, conſilii maturitate præclarus, et ſollicitudine circumſpectus, monaſterium ipſum Caſſinenſe relevetur a noxiis etc. Te a vinculo, quo tenebaris monaſterio Lirinenſi, cui præeras regimini penitus, abſolventes, ad prædictum mona-*

Ob quæ magno in pretio ab eodem Rege eſt habitus.

*monaſterium Caſſinenſe te duximus de poteſtatis apoſtolicæ plenitudine transferendum etc.* Neque mirum Bernardo datam Abbatiæ Caſſinenſis poſſeſſionem à Carolo, cum Bernardus Caroli partes contra Manfredum ſequeretur, qui Theodino Abbatiam hanc contulerat, ut in eadem Bulla Pontifex narrat.

Bernardū pecuniis corruptū inducias pepigiſſe mentitur author Anonymus.

Quod narrat ſcripturæ author Bernardum a Palæologo pecunia corruptum citius quam in mandatis a Gregorio X., atque a Carolo habuerat, inducias inter Carolum ipſum, Philippum C Pum. imperatorem ejus generum, atque Græcorum Imperatorem Palæologum ſanxiſſe, mera calumnia eſt. Quænam enim fides adhibenda ſcriptori, qui procaciter, perfrictéque contra veterum omnium recentiorumque authoritatem ſcripſerit, Conſtantiam Siciliæ reginam, neque regis filiam fuiſſe, neque regis amitam? Quiſnam credat eas acceptas inducias a Carolo, quas ejus legatus ſe inconſulto, diſſentienteque concluſiſſet? Verum bonus hic author dummodo Carolo faventia referat parum ſibi, veritatique conſulit, certe Rainaldus initas has Bernardi opera inducias narrans hæc ſcribit ad an. 1275, nu. 47. *Ceterum prætermittendum non videtur ſedandarum omnium inter Chriſtianos diſcordiarum ſtudio incitatum Pontificem ſuperiori anno Caſſinenſem Abbatem ad Paleologum Græcorum imperatorem transmiſiſſe, ut fedus inter ipſum Romanæ jam eccleſiæ aggregatum, ac regem Carolum Siciliæ, Philippumque generum, auguſtum CPnum. conciliaret, qui cum inducias a Kalendis maii hujus anni ad recurrentes alterius inſequentis pepigiſſet redeunti e Grecia eſſe gratulatum.* In margine epiſtolam Raynaldus laudat a Gregorio X. ad Bernardum hac occaſione datam, quam ex codice Vallicellanæ bibliothecæ hic excribimus extractam opera D. Seraphini Tanſi a Matera Abbatis ex ordine noſtro eruditi, ac pii, qui cum maxima ſui nominis exiſtimatione per plures annòs in collegio, Anſelmo Benedictino Romæ Sacrorum Canonum Anteceſſor fuit: *Gregorius X. anno* 1275. *Abbati monaſterii Caſſinenſis proſperitatem, Cum proceſſus, & reditus miſſarum nobis litterarum tuarum ſeries compendioſe deſcripſit, affirmans te cum integro familiæ numero redonaſſe trengis, quas appaſſamentatum in eiſdem literis nominatas inter chariſſimos in Chriſto filios noſtros imperatorem CPnum. ac Regem Siciliæ illuſtres ex parte una, & Michaelem Palæologum imperatorem Græciæ ex altera procuratis, duraturis per unum annum a proximis Kalendis Maii numerandum, tam de tuo, quam & de tuorum reditu proſpero illi reddimus gratias referendas, cujus tu, & ipſi ſervitio laborando in commiſſo tibi negotio, vacaviſtis; Uberiorem autem proceſſum circa idem negotium habitum cujus certitudinem per nuntium deſtinandum in proximo eadem litera promittebant, benigne cum ad nos perveniet, audiemus. Datum Bellicaſtri Idibus Maii.*

Si autem, vel per ſomnium vera fuiſſent, quæ ſcripturæ author effutiit, an putas hujuſcemodi epiſtolam ſcripſiſſet Pontifex? an non potius querelarum pleniſſimam? neque ullum tamen in quibuſvis ſcriptoribus veſtigium quæſtos unquam de Bernardi fide in hiſce induciis ſtatuendis, vel Pontificem, vel Regem.

Paradoxa ab hoc Authore vēdita.

Incredibile vero eſt quod ſubdit ſcripturæ Author eo temporis intervallo, quo Conradinus intra regni Neapolitani fines ſtetit, *multa jura Domini Regis occupaſſe*. Quomodo paucis diebus ſuprema tot jura uſurpare Bernardus potuerit? Hæc plane pluſquam ſomnia ſunt.

Privilegia Caſſinenſium propugnata.

Jam ſupereſt, ea expendamus rationum momenta, quibus præclarus hic Bernardi antagoniſta privilegia Caſſinatium infringere, atque adeo peſſum dare conatur. Ait itaque: *Et dixit* (Bernardus Abbas) *& dicit, quod habet optima privilegia, quæ inventa nullius ſunt valoris, quo ad ea de quibus eſt queſtio* (mirum, cur non dixerit nullius omnino eſſe roboris, aut falſa, vel ſuppoſititia?) *Rationibus infraſcriptis, quia nullum habet ab aliquo rege Siciliæ, excepto a domino Henrico Imperatore Romanorum, nec fuit dominus regni, nec rex, & planum eſt, quod imperator Romanorum non poteſt facere privilegium extra imperium, & ſpecialiter in Regno, quod fuit ſanctæ Romanæ eccleſiæ, poſtquam Conſtantinus donavit S. Romanæ eccleſiæ &c.* Qui cœnobio Caſſinenſi privilegia conceſſere, ſunt Carolus magnus, ejuſque ſucceſſores; tres Otthones, S. Henricus, Conradus, Lotharius III. aliique imperatores; Hugo, & Lotarius, aliique Italiæ Reges; Giſulfus, aliique Beneventani principes; Langobardi, Nortmannique, Capuanorum principes. Nullus hactenus hiſtoriographus, aut juris utriuſque conſultus fuit, qui vel hæſitaverit quidem laudatos imperatores, reges, duces, principes veros non fuiſſe, legitimos, ſupremoſque regni Neapolitani, aut majoris ejus partis, vel ſaltem ejus provinciæ, ubi oppida, caſtellaque cœnobio Caſſinenſi ſubdita extant, dominos. Imo memorati omnes dynaſtæ abſolutam in cyſtiberina Italia exercuere juriſdictionem, abſque ulla Romanorum Pontificum contradictione; qui innumeris, iiſque validiſſimis argumentis, perpetuaque poſſeſſione, ſupremum directumque dominium in regno Neapolitano hactenus obtinent. Hæc probatione non indigent, niſi ſolem lucere probandum quoque ſit. Jam vero in univerſa hac noſtra diſſertatione oſtendimus, eorum privilegiorum vi omnimodam in Abbatia Caſſinenſi juriſdictionem obtinuiſſe monachos, etiam criminalem; idque factis hiſtoricis, aliiſque monumentis confirmatum. Optimæ itaque ſunt principum laudatorum conceſſiones nobis factæ, quippe quibus in hac potiſſimum provincia qua degimus, ſuprema juriſdictio competebat. Neque hiſce conceſſionibus unquam ſedes apoſtolica ſuprema regni Neapolitani domina refragata, vel illas ſe inſcia factas irritas eſſe cauſata eſt. Si moroſus vero aliquis contenderet, neceſſario ad ditionis noſtræ jura firmanda Romanorum Pontificum conceſſiones requiri, haud quidem hæ deſunt, cum plures ſupra laudaverimus. Equidem Victor II. an. 1056. in ampliſſimo nobis conceſſo privilegio hæc inquit; *Unde & ſecundum privilegia eorumdem, anteceſſorum noſtrorum, atque conſuetudinem tibi quem Abbatem ſacravimus, monaſterium almi patris Benedicti ſitum monte caſtri Caſini, cunctamque ipſius monaſterii Abbatiam in integro cum cellis ſuis, caſtellis, prædiis, & omni ſua pertinentia concedimus, & noſtra authoritate decernimus, tam in finibus Beneventanorum, Apulorum, & Calabrorum, quam*

*quam etiam in finibus Marſorum, & in Marchiis, ſive ubicumque longe, & prope hactenus jure ſibi pertinet, aliquid, ſive quicquid deinceps ubivis juſte acquiſierit &c.* Nominatiſque caſtris omnibus, in quorum aliquibus temporalem tantum juriſdictionem obtinebat cœnobium Caſſinenſe ſubdit: *Igitur his, & omnibus, quæ præfato cœnobio juſte pertinent nunc, & quæ in futurum juſte pertinebunt ſub tutela, & Romana libertate, hoc privilegio perpetualiter ad temporalem ſervorum Dei præſentium, ſcilicet & futurorum quietem ſtatutis, atque confirmatis &c.* Urbanus etiam ſecundus an. 1197. ampliſſimo privilegio omnia confirmat oppida cœnobio Caſſinenſi, in quorum aliquibus temporalem dumtaxat juriſdictionem obtinebat, additque: *Præterea per præſentis privilegii paginam apoſtolica authoritate ſtatuimus, ut quæcumque in præſenti veſtrum cœnobium juſte poſſidet, ſive in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium juſte, atque canonice poterit adipiſci, firma tibi tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant &c.* Eodem pene modo concepta ſunt alia Romanorum Pontificum privilegia Paſchalis II., Calliſti II., Alexandri III., Clementis III., Innocentii III., aliorumque. Fatebitur profecto ſcripturæ author legitimos feciſſe regni Neapolitani reges Rogerium, & Fridericum II. legitimos, que fuiſſe Capuæ dynaſtas quoſdam e Nortmannis; cum ii omnes a ſancta apoſtolica ſede regni inveſtituram acceperint. Nos vero integra duo attulimus privilegia Rogerii an. 1130., & 1133., quorum primum a Guillelmo I. confirmatum fuit an. 1158., aliaque multa principum Capuæ, e quibus luculentiſſime conſtat, criminalem juriſdictionem præter alias penes cœnobium Caſſinenſe fuiſſe. De Friderico II. hæc narrat Richardus Sangermanenſis oculatus teſtis in ſuo chronico an. 1220. *Et per Campaneam iter habens veniens in regnum apud S. Germanum magnifice, a prædicto Abbate receptus menſam Campſorum, & jus ſanguinis, quæ uſque tunc habuerat ex conceſſione Imperatoris Henrici, eccleſia Caſſinenſis recipit ab eodem, &c.* Quare extra omne dubium conſtat criminalem etiam juriſdictionem cœnobium Caſſinenſe in ſuis oppidis exercuiſſe.

Quidam Imperatores Regni Neapolitani Domini.

Nugatur itaque ſcripturæ author, dum ait, nullam Imperatoribus poteſtatem fuiſſe concedendi cœnobio Caſſinenſi privilegia. Id quippe veriſſimum eſt, ubi de Imperatore regni Neapolitani non domino agitur. Quis vero inficias eat, Imperatores illos, quorum ſupra privilegia attulimus, Italiæ Reges, Principes Capuanos, Beneventanoſque ſupremos regni Neapolitani dominos fuiſſe, cum id ne in dubium quidem ſit ab ullo revocatum, potiſſimum a Romanis Pontificibus, qui per plura jam ſecula directum in regno Neapolitano dominium habuere. Henricum vero VI. fuiſſe Siciliæ regem, inito cum Conſtantia connubio, omnes fatentur ſcriptores, apud Baronium, Pagium, alioſque ad an. 1189., & ſeqq. Ut talem certe recognovit, deſignavitque Guillelmus II., teſte Richardo a S. Germano chronici ſui prologo hiſce verbis: *Erat ipſi regi* (Guillelmo II.) *amita quædam in palatio Panormitano, quam idem Rex de conſilio jam dicti Archiepiſcopi Henrico Alemannorum regi filio Frederici Romanorum imperatoris in conjugium tradidit, quo etiam procurante factum eſt, ut ad regis ipſius mandatum, omnes regni Comites ſacramentum præſtiterint, quod ſi regem ipſum abſque liberis mori contigerit, amodo de facto regni tanquam fideles ipſi ſuæ amitæ tenerentur, & dicto regi Alemanniæ viro ejus.* Chronographus Aquicentinus apud Pagium aſſerit: *Obiit Willelmus rex Apuliæ,* (ideſt rex Siciliæ, & dux Apuliæ) *Chriſtianorum Tranſmarinorum protector, & defenſor abſque herede, qui congregatis totius regni ſui principibus, heredem regni deſignat Heinricum regem filium Friderici imperatoris, qui ejus amitam habebat in conjugio. Qui omnes cum ſacramento fide interpoſita promiſerunt ſua prædicto regi colla ſubmiſſuros. Poſt mortem vero regis Willelmi, fidem, & Sacramentum, quod fecerant parvipendentes, quemdam Tancredum ex ſemine regio ſibi regem creaverunt.* Et anno 1197. *Filius ejus parvulus a Siculis in regem jure paterno ſuſcipitur &c.* Ottho a S. Blaſio in continuatione chronici Otthonis epiſcopi Friſingenſis cap. 28. ait: *Anno Dominicæ incarnationis 1186. Federicus imperator miſſis legatis ad Wilhemum Siciliæ regem filium Rogerii ſororem ejus filio Henrico regi deſponſari fecit, ac per hoc regnum Siciliæ, cum Ducatu Apuliæ, Principatuque Capuæ Henrico regi, dotis nomine, poſt mortem a Socero delegato recipiens, Romano imperio reſtituit.* Vivebat hic author eo anno, ut aſſerit Oudin in ſupplemento de ſcriptoribus eccleſiaſticis a Bellarmino omiſſis p. 463., aliique ſcriptores. Fallitur tamen ipſe, vel ejus potius amanuenſis, cum Henrici ſocerum appellat Guillelmum, cumque Guillelmum ad quem legati Friderici ſunt miſſi, Conſtantiæ fratrem dicit. Hic enim Guillelmus II. erat Guillelmi I. Conſtantiæ fratris filius. Arnoldus Abbas Lubecenſis ejus etiam temporis Author hæc ſcribit apud Baronium ad an. 1191. *Igitur dominus Imperator, percepta benedictione, profectus eſt in Apuliam, accepturus totam terram Willelmi Siculi, quæ eum cum Imperatrice uxore ſua contingebat &c.* In chronico de Germanorum, ritibus, moribus, legibus &c. edito a Johanne Piſtorio Nidano To. 1. p. 159. ſcriptorum Germaniæ ad an. D. 1180. hæc leguntur: *Hoc tempore in nova urbe Mediolano nuptiæ ſunt factæ ſplendidiſſimæ multis principibus Germaniæ præſentibus: aderat quoque Federicus ſenex imperator, nam filius ejus Henricus duxerat filiam Rogerii Siculi. Poſt nuptias Henricus juvenis natus annos viginti præficitur Lombardiæ, & reliquis in Italia civitatibus multis, qui pro ætatis ratione ſatis graviter omnia amminiſtravit &c. Non longe poſt nuptias tempore, frater Conſtantiæ* (legendum nepos) *uxoris Henrici Willielmus nomine rex Siciliæ obiit, diem ſuum ſine herede legitimo, deditque dotis loco Ducatum Apuliæ, & regnum Siciliæ Henrico Sororio ſuo &c.* (legendum *avunculo ſuo*). Guntherus S. Amandi in Belgio monachus, qui circa an. 1190. vivebat, Poema decem libris de Geſtis Friderici Barbaroſſæ in Liguria, & Langobardia concinnavit inſcriptum Ligurinus, quod reperitur in collectione Veterum ſcriptorum Germaniæ, edita Francofurti apud hæredes, Andreæ Wechelii. Hic itaque in primo Poematis libro, poſtquam de Rogerio primo, Roberto Guiſcardo aliiſque principibus eſt locutus, ſubdit.

*Et ſicula ſeries nobis innotuit aula*
*Ex patre claro generoſum ſanguine nuptam,*
*Auguſto tetigiſſe ſinus, caſtumque potentis*
*Regis iniſſe thorum, letatur maximus orbis,*

Et libro quinto, poſtquam de Siciliæ Rege cecinit;

*Jamque per Auſonias urbes vulgatus ad uſque*
*Principis ingenuas rumor pervenerat aures,*
*Vel ſummum clauſiſſe diem vel pondere morbi*
*Guilhelmum proprii privatum munere ſenſus*
*Nec ratione frui, cunctaſque in finibus illis*
*Fœdere Grajorum deceptas fraudibus urbes.*
*Quod ſatis indignum Caſar, penituſq; pudendum*
*Duxit: & ingenti turbatus inhorruit ira,*
*Nam licet a ſiculo Romani nominis Urbes*
*Hactenus invaſas, mutilataque regna doleret,*
*Turpe tamen magis hoc, & fœdius eſſe putabat*
*Mœnia capta dolo, seductaque turpiter aſtu;*
*Seque ſui falſa deluſum nominis umbra.*
*Nam quod tam longa ſiculum gaudere rapina,*
*Tam patiens tulerat, juſtamque repreſſerat iram*
*Hactenus occultis penituſque latentibus actum.*
*Quis dubitet cauſſis; ubi tandem tempore noſtro*
*Æternum veteri finem poſitura querela*
*Nobilis e Sicula tibi Rex Henrice veniret*
*Nupta domo gemini pax, & concordia regni: &c.*
*Forſitan hic facinus, commentaque fraudis iniqua*
*Grajugenumque dolos Grajorum morte piaſſet*
*Aut inhonoratos, & probra graviſſima paſſos*
*Turpiter Argolicam repedare dediſſet ad urbes*
*Nil bona pars Procerum legatis parcere Regem*
*Cenſeret famamque bonam praferre dolori.*
*Sic demum Grais adeundi copia Regis*
*Temporis, atque loci praſcribitur ordine certo.*
*Non tamen invicti fera Principis ira reſedit,*
*Donec in Apuliam Proceres ultricia regni,*
*Juravere ſequi condicto tempore ſigna,*
*Jamque graves ultrix Alemannia moverat iras,*
*Magnaque terrifico properabat copta tumultu*
*Cum novus ex latio rumor meliorque priori,*
*Quas ſibi ſubdiderant fallaciter attulit urbes.*

Rigordus Monachus S. Dionyſii regis Galliæ Cronographus, qui circa an. 1180. vivebat in vita Philippi Auguſti Galliæ regis edita apud Cheſnium To. V. p. 38. ad an. 1194. hæc ſcribit: *Eodem anno Henricus Imperator totam Apuliam & Calabriam, & Siciliam, qua jure hareditario ex parte uxoris eum contingebant, ſua ſubjugavit Imperia.* Hugo Falcandus Siculus Scriptor ejus temporis hæc habet pag. 3. *Atque, utinam Conſtantia cum Rege Theutonico Sicilia fines ingreſſa perſeverandi conſtantiam non haberet, nec ei daretur copia meſſanenſium agros, aut Æthenai montis confinia tranſeundi*, & pag. 5. de Sicilia loquens: *Sic & Conſtantia primis a cunabulis in deliciarum tuarum affluentia diutius educata, tuiſque inſtituta doctrinis, & moribus informata. Tandem opibus tuis Barbaros ditatura diſceſſit, & nunc cum ingentibus copiis vicem improbam tibi repenſura revertitur, ut pulcherrima nutricis ornatus violenter diripiat, & munditiam tuam qua regnis omnibus antecellis, barbarica fœditate contaminet.* Atque pag. 174. *Alii quibus ratione magis utentibus tam aperta falſitas hujus rei fidem ſubtraxerat, velut moderatius aſtruebant non ipſum Cancellarium, ſed Gaufridum quemdam ejus fratrem regnaturum, & ob hoc Odonem Guarrellum cum ingenti pecunia tranſiturum in Gallias, ut ejus opera, ductu, pradictus Gaufridus in Siciliã transfretaret, & Conſtantiam Rogerii regis filiam uxorem duceret inde ſibi dandam occaſionem exiſtimans, ut videretur Regnum juſtius occupare &c.* In Tom. II. ſcriptorum Germaniæ Piſtorii Nidani reperitur faſciculus temporum omnes antiquorum chronicas complectens, Auctore Wernero Rolewink, ubi fol. 79. ſic legitur: *Iſte Henricus fuit Filius Federici, & accepit Conſtantiam filiam Regis Sicilia in uxorem occaſione cujus ſubjugavit ſibi totum Regnum Apulia fugatis illis, qui illud tenebant.*

Henricus VI. ut legitimus utriuſque Siciliæ Dominus Romanis Pontificibus habitus.

Ut legitimum Siciliæ regem habuere Henricum Alexander IV., Innocentius III. Urbanus V., Bonifacius IX., aliique Romani Pontifices, ad quos, ut pote ſupremos regni Neapolitani dominos id maxime ſpectabat. Alexandri, Urbani, & Bonifacii verba infra adducemus. Quoad Innocentium tertium videatur ejus epiſtola 230. libri primi ad Richardum Angliæ regem ſcripta, ejuſque vitæ author, Baronius, Spondanus, & Pagi ad an. 1197., qui fragmentum teſtamenti Henrici VI. afferunt, in quo præ aliis hæc decrevit: *Si vero pradicta conſors noſtra pramoriatur: filius noſter ſecundum ordinationem noſtram remaneat; & ſi filius noſter ſine herede deceſſerit, regnum Sicilia ad Romanam eccleſiam deveniat, ſi vero filius noſter pramoriatur, dilecta conſors noſtra regnum in vita ſua retineat, & poſt mortem ſuam Regnum Sicilia ad Romanam eccleſiam deveniat &c.* Inſulſe vero Henricus hæc ſtatuiſſet, ab Authoribus laudata, probataque, ſi utriuſque Siciliæ rex non fuiſſet: ſecus quilibet hujuſcemodi deliramenta poſſet confingere. Regem utriuſq; Siciliæ major regni pars cognovit Henricum vivente Tancredo, qui a Cœleſtino tertio rex fuerat coronatus, atque habitus ab aliis utriuſque Siciliæ indigenis, eoque mortuo omnes etiam ad Henrici partes conceſſere. In omnibus vero chartis in utraque Sicilia factis, vel privilegiis ab Henrico conceſſis, rex ſemper Siciliæ dicitur Henricus, ejuſque regni annus adnotatur. Hallucinatur Rochus Pyrrhus in cronologia Regum Siciliæ p. 14. cum ait: *Anno tamen 1191. coronam, cateraque imperii inſignia Henricus, ejuſque uxor Conſtantia, ad quam ex Willelmi ſecundi nepotis obitu Sicilia regnum devolvebatur ab Caleſtino Papa recipiunt, ea lege ut Tancredum regno pellerent, &c.* Quem errorem hauſit Johannes Antonius Summonte Hiſtoriarum regni Neapolitani To. II. in vita Henrici VI. p. 83., & Tancredi regis p. 70., ubi aſſerit etiam, Henricum quo melius jura ſibi regni vindicaret, quibus, a Cœleſtino III. fuerat donatus, Conſtantiam ſibi uxorem copulaſſe. Illud tamen apud veteres ſcriptores a Baronio an. 1189., & a Pagio eodem anno atque 1190. relatos in confeſſo eſt, a Clemente tertio Tancredo fuiſſe datam regni Neapolitani inveſtituram, atque Cœleſtinum III. pro virili contendiſſe, ne regnum Neapolitanum iniret Henricus, teſte Richardo a S. Germano, dum an. 1191. apud Pagi nu. 7. ait: *Tunc Imperator ipſe regnum intrat menſe Majo, Papa prohibente, & contradicente, &c.* & Arnoldus Abbas Lubecenſis apud Baronium ad eumdem annum inquit: *Igitur dominus Imperator percepta benedictione profectus eſt in Apuliam &c. de qua tamen*

Digitized by Google

*men profectione animum domini Papæ non parum offenderat, quia alius rex Tancredus nomine a ſede apoſtolica jam ibi ordinatus fuerat &c.* Neque Conſtantiæ cum Henrico matrimonium eo anno evenit, quo Summonte narrat, ſed anno 1186., ut diximus. Hanc certe opinionem Pyrrhus, & Summonte a Platina hauſerunt, qui id in vita Cœleſtini III. nullo Authore aſſerit.

Scripturæ Authoris nugæ.

Paradoxa ſunt incredibilia, quæ ſubdit ſcripturæ author: *Item privilegium Henrici nihil valet, quia non fuit rex, nec Conſtantia fuit regina, quia non fuit filia regis, nec amita ejus, &c.* Quæ ſane falſiſſima eſſe omnium ſcriptorum veterum, recentiorumque conſtans aſſertio evincit. At dum hæc aſſerio mendaciſſimus ſcripturæ author, longe veritatis, atque Conſtantiæ reginæ ſeſe infenſiorem oſtendit, quam fuerit Marcualdus diriſſimus, efferatiſſimusque tyrannus, qui regno Siciliæ ſeſe dominum conſtituere inhiabat: quave de cauſa a Conſtantia perduellionis eſt damnatus, eaque mortua, Innocentius III. regni moderator, tutorque pupilli Friderici II. in eundem inſurrexit Hic itaque ſacrilegus juramenti Friderico dati violator, atque mendaciſſimus omnis vitiis refertiſſimus tyrannus, haud unquam Conſtantiam, dum viveret, poſtque ejus mortem reginam non fuiſſe dixit, ſed tantum Fridericum filium eſſe ſuppoſitum, quod teſtibus probaturum ſeſe ſpondebat, ut fuſius narrant vetuſtus author vitæ Innocentii III. apud Raynaldum ad annum 1199. nu. 8., & Innocentius III. in epiſtola ad Fridericum II. ab eodem Raynaldo ad an. 1201. nu. 36. relata, in qua hæc leguntur: *Nec in regno etiam tibi defuit manus noſtra, imo nos per fratres, & milites noſtros cohibuimus impetus Marcualdi furentis, qui in fideles tuos barbara feritate deſeviens, non regni Balium, ut adulatores tibi aliqui mentiuntur, ſed regni dominium nitebatur ſibi per violentiam occupare, te Henrici quondam imperatoris, & inclytæ recordationis Conſtantiæ imperatricis matris tuæ, filium eſſe negans, ut hac occaſione tam nos, quam alios a tuo ſubſidio revocaret, &c.*

Conſtantia utriuſque Siciliæ Regina.

Ex omnibus authoribus, qui clare conſtanterque aſſerunt, Conſtantiam fuiſſe Rogerii Siciliæ regis filiam, atque Guillelmi II. amitam eos dumtaxat hic ſeligemus, qui Conſtantiæ tempore vivebant, probeque noverant, ejus parentes, & originem, & quidem. Gotfridus Viterbienſis Capellanus Conradi III., Federici I., & Henrici VI. in fine partis decimæ ſeptimæ Chronici ſui hæc ait: *Anno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo octuageſimo ſexto; indictione ſexta,* (legendum Indictione quarta) *ſexto Kalend. Februar. Rex Henricus VI. cum regina Conſtantia, filia Rogerii regis Siciliæ, nuptias glorioſas celebravit Mediolani apud S. Ambroſium anno ætatis ſuæ vigeſimo primo, anno autem Regni ſui decimo ſeptimo.* Narrat idem Gotfridus pacem inter Federicum initam, & Lombardos deinde ſubdit:

*Filius ipſius Enricus ad alta levatur*
*Rite coronatur, uxoris honore beatur*
*Fit Regis Siculi Filia ſponſa ſibi.*
*Sponſa fuit ſpecioſa nimis Conſtantia dicta.*
*Poſthuma poſt Patrem materno ventre relicta*
*Jamque tricennalis tempore virgo fuit.*

Romualdus Salernitanus loc. cit. fol. 393. loquens de Rege Rogerio, ait. *Tertio Beatricem filiam Comitis de Reteſte in uxorem accepit de qua filiam habuit, quam Conſtantiam appellavit &c.* Hanc etiam veritatem Sicardus Cremonenſis Epiſcopus in Chronico, quod tom. 7. Scriptorum rerum Italicarum inſertum eſt confirmat his verbis: *Anno Domini 1185. &c. Nuptiæ regis Henrici, & Conſtantiæ Reggerii, quondam Siculi regis filiæ Mediolani celebratæ fuerunt.* In Privilegio pariter, quod Fridericus II. Conſtantiæ filius Archiepiſcopo Montis regalis dedit anno 1220. hæc ſunt verba appoſita ad rem noſtram: *Civitates, caſtella, caſalia, villas, eccleſias poſſeſſiones, & omnia tenimenta, & jura, quæ ex conceſſione regis Guilielmi II. patruelis noſtri ejuſdem eccleſiæ fundatoris, & conceſſione, & confirmatione duorum auguſtorum parentum noſtrorum memoriæ recolendæ, & noſtra, vel quocumque alio juſto modo eccleſiæ Montis regalis conceſſa donata, & confirmata eſſe noſcuntur, & eidem de jure pertinent tibi, & ſucceſſoribus tuis, & eccleſiæ Montis regalis de munificentia noſtra gratia, reſtituimus, concedimus & perpetuo confirmamus &c.* Chronicon Levoldi de Northof editum To. I. Rerum Germanicarum Meibomii p. 385. hæc ait: *Federico igitur Imperatore mortuo ſuccedit Filius ejus Henricus rex &c. & anno 1191. in Craſtino Paſcha a Cœleſtino Papa cum uxore ſua Conſtantia filia regis Siciliæ, benedictionem Imperialem recipit.* Radulfus de Diceto Decanus S. Pauli Londinenſis vir piiſſimus, qui an. 1197. vivebat, in imagine hiſtoriarum col. 677. ait: *Rogerius de genere Normannorum primus in Sicilia regio diademate ſublimatus ſuo ſculptum in ſigillo monaſtichum illud jactabat.*

*Appulus, & Calaber Siculus mihi ſervit, & Afer.*

*Qui cum ageret in extremis reliquit filium, & filiam Willelmum, & Conſtantiam, annus milleſimus, centeſimus quinquageſimus quartus tunc temporis effluebat. Henricus Rex Teutonicus eamdem Conſtantiam duxit uxorem anno tam milleſimo quam centeſimo, quam octogeſimo ſexto fluente. Henricus poſtmodum Imperator creatus ſecum ducens imperatricem Conſtantiam, deficientibus aliis heredibus, omnium ad regnum Siciliæ pertinentium hæredem legitimum duplicem congregavit exercitum, hinc equeſtrem, & pedeſtrem per viarum anguſtias laborioſiſſime gradientem, illinc remigantium multitudinem copioſiſſimam in armis bellicis plurimum confidentem, ſicque Januenſium, & Piſanorum tam auxilio, quam conſilio roboratus Bonifacium Marchionem de Monteferrato totius navigii ſui, quod exercuerat in immenſum ſigniferum ordinavit, &c. Civitate Salerni vaſtata, tranſit in Siciliam: civitates omnes in deditionem accepit &c. Imperator Henricus iter dirigens ad urbem Panormitanam in ſede Metropolitana ſolemni proceſſione receptus eſt; decimo Kalend. Novembris regni Diadema ſuſcepit:*

Editum eſt Radulfi opus in collectione decem ſcriptorum hiſtoriæ Anglicanæ Londini impreſſa an. 1652. opera Johannis Seldeni. In eadem Seldeni collectione extat Chronicon Johannis Bromptoni Abbatis Jerevauxenſis, aut certe Anonymi, ut contendit Seldenus ipſe in præfatione, ubi ad an. 1119. col. 111. hæc leguntur: *Inſula iſta Sicilia, antequam tunc temporis dictus Rogerus eam debellaſſet, erat de dominio imperatoris de Marroch*

inha-

Digitized by Google

*inhabitata gentibus Paganorum. Sed præfatus Rogerus expulſis inde Paganis, eam de poteſtate Imperatoris illius eripiens, legem Chriſti in ea primus feliciter introduxit &c. deinde: mortuo Rogero fratre Roberti Wiſcard, Rogerus filius ejus in Comitatu Siciliæ ſibi ſucceſſit &c. Deinde Rogerius rex Siciliæ obiit, cui in regno Willelmus filius ejus ſucceſſit. Qui uxorem ducens, unicum filium ex ea genuit, quam Willelmum appellavit. Iſte Willelmus ultimus in regno patris ſui ſuccedens, Johannam filiam regis Henrici II. Angliæ filii Mathildis imperatricis duxit in uxorem, &c., qui quidem Willelmus rex ſine prole decedens, Conſtantiam amitam ſuam uxorem Henrici regis Alemanniæ regni Siciliæ hæredem conſtituit & omnes primates regni ſui eidem amitæ ſuæ fidelitates jurare fecit, ut ſi ille ſine prole decederet ipſi illam in dominam ſuſciperent & reginam. Quo ſine prole decedente Rogerus de Andria, & ceteri fideles terræ pro dicta Conſtantia miſerunt. Sed priuſquam illa veniſſet, Tancredus Comes de Lalych filius Rogerii filii Rogerii regis, fidem, & Sacramentum, quod dictæ Conſtantiæ juraverat, tranſgreſſus, Regnum ſibi Siciliæ, Apuliam, & Calabriam cum principatu Capuæ uſurpavit &c.* Anonymus Caſſinenſis ad annum 1185. habet: *Pax firma inter Imperatorem Fridericum, & regem Guilielmum &c. præfatus rex Conſtantiam amitam ſuam tranſmiſit in conjugem ad illuſtrem regem Henricum filium Federici imperatoris &c.* Chronographus Monaſterii S. Udalrici, & Afræ apud Auguſtam editus in collectione Scriptorum Illuſtrium Germaniæ an. 1600. Francofurdi typis heredum Andreæ Wecheli ad an. 1191. hanc exſcribit: *Henricus VI. filius Federici ſupradicti regnare cepit nonageſimus quintus ab Auguſto: Hic anno ætatis ſuæ vigeſimo primo, adhuc vivente patre cum regina Conſtantia filia Rogerii regis Siciliæ glorioſas nuptias Mediolani apud S. Ambroſium celebravit &c.* Alios ſupra ſcriptores laudavimus, cum de Henrico VI. ageremus. Adſtructis hactenus a nobis veritatibus adſtipulantur Baronius, Pagius, Petavius ad an. 1186., 1189., & ſeqq. Rochus Pyrrhus in chronologia regum Siciliæ pag. 12. hanc in eccleſia cathedrali Reatina poſitam inſcriptionem refert: *Anno MCLXXXV. Ind. III. Menſe Auguſti die 28. temporibus Lucii Tertii PP., & Friderici Romanorum Imp., & Benedicti Reatinæ Sedis epiſcopi, & Conradi Ducis Spoleti, rex Henricus filius ejuſdem imperatoris recepit Reate reginam Conſtantiam filiam Rogerii regis Siculi in uxorem per legatos ſuos cum maxima multitudine Principum, & Baronum.* Deindeque eadem omnia Pyrrhus confirmat, quæ hactenus a nobis de Conſtantia, atque Henrico ſunt dicta.

Quod Romani Pontifices faſſi ſunt.

Quod rem omnino conficit eſt authoritas Romanorum Pontificum, ad quos utpote ſupremos regni utriuſque Siciliæ dominos pertinebat ſcire quinam legitimi ejus regni hæredes eſſent. Hi vero omnes utriuſque Siciliæ Conſtantiam regum filiam, nepotemque agnovere, nam Cœleſtinus III. poſt Henrici mortem an. 1197. regnum utriuſque Siciliæ Conſtantiæ ejuſque filio Federico II. conceſſit; adacta tamen juramento Conſtantia eſt, fateri, Federicum ſuum, atque Henrici ſexti filium eſſe, ut fuſius narrat Baronius ad eum annum. Innocentius III. acerrimus jurium S. Sedis propugnator, atque in ſacris canonibus inſigniter doctus in ea epiſtola, qua Conſtantiæ, atque Friderico regnum conceſſit, hæc habet apud Raynaldum ad an. 1198. nu. 67. *Credentes, quod prædictorum regum veſtigia veſtra Serenitas,* (Conſtantiam alloquitur, cui directa erat epiſtola) *in devotione, ac obſequiis eccleſiæ imitetur: vobis, ac heredibus veſtris, qui, ſicut dictus rex Guilelmus,* (qui juramento fidelitatis ob utriuſque Siciliæ regnum Hadriano IV. ſeſe obſtrinxit, ut ex ejuſdem Pontificis Hadriani privilegio conſtat, quod refert Baronius ad an. 1156.) *quondam Frater tuus felicis memor. Hadriano papæ prædeceſſori noſtro exhibuit, nobis, & ſucceſſoribus noſtris, & eccleſiæ Romanæ fidelitatem, & hominium exhibere, ac quæ ſubſcribuntur voluerint obſervare, concedimus regnum Siciliæ, Ducatum Apuliæ, & Principatum Capuæ cum omnibus pertinentiis ſuis: Neapolim, Salernum, & Amalphiam cum pertinentiis ſuis, Marſiam, & alia, quæ ultra Marſiam habere debetis, & reliqua tenimenta, quæ tenetis a prædeceſſoribus veſtris hominibus ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ jure detenta, & contra omnes homines adjuvabimus honorifice manutenere.* Siciliæ etiam Reginam agnovere Conſtantiam Alexander IV., Urbanus V., & Bonifacius nonus, quorum mox verba adducemus, atque Fridericus ejus filius in conſtitutione mulierum, & in alia de revocatione feudorum avum ſuum appellat Rogerium. In conſtitutione, *Quanto cæteris, de decimis præſtandis,* & in alia, *Caſtra de Novis ædificiis,* Guillelmum II. appellat conſobrinum ſuum. Et in conſtitutionibus, *poſt Mundi machinam de legibus, & conſuetudinibus: Omnes regum Siciliæ ſanctiones; Dignum de jure ſuæ Curiæ obſervando,* nominat prædeceſſores ſuos Rogerium, duoſque Guillelmos, atque aſſerit Siciliæ regnum hæreditarium eſſe, & in privilegio an. 1221. a Friderico Caſſinenſi xenodochio facto hæc leguntur: *Confirmamus etiam eidem Xenodochio privilegium avi noſtri regis Rogerii felicis memoriæ.*

Jura Regni Conſtantiæ vindicata.

Neque alicujus momenti eſt quod affert Scripturæ Author: *Et ſi fuiſſet amita, feudum non tranſit ad ſuperiorem, maxime collateralem &c.* Nedum enim Conſtantia Guillelmi II. juſſu regnum habuit, verum etiam potiorique jure a patre ſuo Rogerio, qui utriuſque Siciliæ monarchiæ fuit autor. Nullis autem legibus hujuſce regni fundamentalibus, aut inveſtituris Fœminæ a regni hæreditate excludebantur, quod cum optime noſſet Guillelmus ob ſuam juſtitiam, morumque probitatem Bonus appellatus, populis ſibi ſubditis juſſit, ut poſt ſuum obitum Conſtantiæ, utpote dominæ parerent. Nullus id unquam in dubium revocavit, conqueſtuſque eſt, non potuiſſe Conſtantiam, quod Fœmina, regno ſuccedere, vel quia natura feudi eſt deſcendere, non aſcendere. Anno certe 1139. Innocentius II. utriuſque Siciliæ inveſtituram conceſſit Rogerio I. ejuſque hæredibus, ac ſucceſſoribus non excluſis fœminis, cujus rei diploma refert Baronius ad eum annum, in quo hæc leguntur: *Et ut ad amorem, atque obſequium beati Petri apoſtolorum principis, & noſtrum, ac ſucceſſorum noſtrorum vehementius adſtringaris, hæc ipſa, id eſt regnum Siciliæ, Ducatum Apuliæ, & Principatum Capuæ heredibus ſuis, qui nobis, & ſucceſ-*

Digitized by Google

*ſucceſſoribus noſtris, (niſi per nos & ſucceſſores noſtros remanſerit) ligium homagium fecerint, & fidelitatem, quam tu juraſti, juraverint, tempore videlicet competenti &c. duximus concedenda &c., eoſque ſuper his, quæ conceſſa ſunt, Deo propitio, manutenebimus. Quod ſi per nos forte remanſerit, iidem heredes tui nihilominus teneant, quod tenebant ſine diminutione.* Inveſtituram ab Anacleto II. eidem Rogerio I. conceſſam, omittimus, quod Anacletus fuerit Antipapa, verum illa apud Baronium ad an. 1130. extat, neque fœminæ excluduntur. In ſcriptura initæ concordiæ inter Adrianum IV., atque Guillelmum I., hiſce verbis de ſucceſſione agitur apud Baronium ad annum 1156. *Profecto vos nobis, & Rogerio Duci filio noſtro,* (qui ante patrem mortuus rex evadere non potuit) *& hæredibus noſtris, qui in regnum pro voluntaria ordinatione noſtra ſucceſſerint, concedetis regnum Siciliæ, Ducatum Apuliæ, principatum Capuæ, cum omnibus pertinentiis ſuis Neapolim, Salernum, & Malphiam cum pertinentiis ſuis, Marchiam & alia, quæ ultra Marſicam debemus habere, & reliqua tenimenta, quæ tenemus a prædeceſſoribus noſtris, hominibus Sacroſanctæ Romanæ eccleſiæ jure detenta & contra omnes homines adjuvabitis honorifice manutenere &c. omnia vero prædicta, quæ nobis conceſſiſtis, ſicut nobis, ita etiam, & hæredibus noſtris concedetis, quos pro voluntaria ordinatione noſtra ſtatuerimus.* Hujuſcemodi concordiæ inſtrumentum privilegio ſuo a Baronio ibidem allato confirmavit laudatus Hadrianus quartus licet neceſſitate compulſus. Per tranſennam hic advertendum a Guillelmo I. Majeſtatis titulo Romanum Pontificem honeſtari hiſce verbis: *ſicut continetur in duobus ſimilibus capitularibus, quorum alterum penes veſtram majeſtatem ſigillo noſtro aureo, alterum vero ſigillo veſtro ſignatum, penes nos habetur:* quo alias quoque donatus fuit, ut oſtendit eruditiſſimus Mabillonius in aureo libro de re Diplomatica Editionis an. 1709. p. 90.

Plura Regna hæreditate per Fœminas habita.

Quod vero ait adverſarius, feudum deſcendere, non aſcendere, tum dumtaxat verum eſt, cum aliqui ſuperſunt rectæ lineæ deſcendentes, ut norunt juriſconſulti. Cæterum Conſtantia, mortuo Guillelmo II. ultimo rectæ lineæ deſcendente, regnum jure iniit. Imo & ipſa a Rogerio primo parente ſuo, a quo & Guillelmus II. regnum accepit, a cujus ſucceſſione fœminæ non excludebantur. Rem ita ſe habere licet certiſſimum, vulgatiſſimumque ſit, haud pigebit in ipſa Caroli I. Andegavenſis genealogia demonſtrare. Carolus quidem rex Jeruſalem, atque princeps Antiochiæ evaſit ob Mariæ ultimæ ejus regni dominæ ceſſionem anno 1277. ſibi factam. Hæc filia erat Raymundi Rapini Antiochiæ principis, deindeque regis Armeniæ, & Meliſinæ quartæ filiæ Iſabellæ ſororis Balduini IV. Jeruſalem regis, filiaque Almerici luſiniani, Cypri, & Jeruſalem regis. Vid. Spondanus ad eum an. nu. 13., & 14., Raynaldus nu. 16. Conſtantius lib. 2. Hiſt. p. 39., Summonte lib. 3. p. 278., & ſeqq. Maria Caroli II. uxor, mortuo fratre Ladiſlao, Hungariæ rege, ejus regni poſſeſſionem iniit, quod deinde Carolo Martello filio ſuo natu maximo dono dedit, poſtque hujus mortem Carolo Martelli primogenito. Pro Maria, Caroloque ejus nepote ſtetit Bonifaciu octavus prolata contra Venceslaum ab Hungaris electum ſententia an. 1303., quam integram refert Raynaldus nu. 17. Spondanus an. 1301. nu. 15. Sententiam etiam pro Carolo Mariæ nepote protulit Clemens V. an. 1307. apud Raynaldum, ſuaque in ſententia aſſerit Bonifacius VIII. Carolum Martellum ab aliis quoque Pontificibus Romanis Hungariæ regem habitum, nempe a Nicolao IV., ut narrat Spondanus ad an. 1290. & Raynaldus nu. 43. Maria Caroli II. uxor filia fuit Stephani Hungariæ regis, & ſoror Ladiſlai. Carolus III. rex Neapolis hoc regnum obtinuit jure Margaritæ uxoris ſuæ filiæ Mariæ, quæ Maria ſororem habuit Johannam primam, patrem vero Carolum Ducem Calabriæ primogenitum Roberti regis. Vid. Raynaldus an. 1380. nu. 4., & 5., &c. Summonte lib. 3. p. 448. Johanna II: Caroli III. filia, & Margaritæ, mortuo Ladiſlao fratre, regina Neapolis evaſit. Vid. Spondanus an. 1414. Raynaldus ad eum annum, Summonte in vita Johannæ II. pag. 565. Conſtantius lib. XIII. p. 306.

Plures a conjugibus habuere Regna.

Hinc facile eluduntur quæ addit ſcripturæ author: *Sed poſito ſine præjudicio domini regis, quod uxor ejus fuiſſet regina, & hoc tamen non fuit ipſe rex, quia mulieres corruſcantur dignitate virorum, ſed non e converſo &c.* Dies me deficeret ſi omnia hic afferrem exempla, quibus per veteres, recentioreſque hiſtorias conſtat, plures a conjugibus regna, dominiaque habuiſſe. Domeſticis tantum Caroli regis exemplis contenti erimus. Hic enim utpote Maritus Beatricis filiæ Raymundi Berengarii Provinciæ, aliorumque locorum Comitis, nedum comitem ſeſe Provinciæ in omnibus eorum temporum ſcripturis, monumentiſque dixit, verum & pro tali a populis ſibi ſubditis, principibuſque ejus ævi eſt habitus, ac tandem Rodulphus imperator ſupremus Comitatus Provinciæ dominus inveſtituram illi conceſſit, quam integram refert Raynaldus an. 1280. nu. 2., & ſeqq. Ludovicus Tarenti princeps II. Johannæ primæ maritus Neapolis rex a legato Clementis VI. eſt coronatus una cum Johanna die 27. Maii an. 1352. illique omnes regni Neapolitani optimates fidelitatis juramento ſeſe obſtrinxere, ut narrat Raynaldus ad eum annum nu. 5., & juramentum homagii conjuges præſtitere Clementi VI. teſte Spondano an. 1251., Conſtantio lib. VI. pag. 152., & Ptolomæo Lucenſe in genealogia Caroli Siciliæ regis apud Du-cheſne To. V. p. 893. & ſeqq. Jacobus Marchiæ in Aquitania comes Johannæ II. Maritus vix Beneventum venerat, cum ab omnibus regni Neapolitani ordinibus rex eſt ſalutatus, utque Neapolim pervenit, publicis acclamationibus rex appellatus eſt, ut fuſius refert Conſtantius lib. XIII. p. 311. Spondanus an. 1414. nu. 6. Hinc ſex legatis ad ſacrum concilium Conſtantienſe miſſis epiſtolæ hac epigraphe ſcriptæ conſignatæ ſunt: *Jacobus & Johanna ſecunda, Dei gratia Hungariæ, Jeruſalem, Siciliæ, Dalmatiæ &c. Bulgariæq; Rex, & Regina, Marchiæ, Caſtrenſiumque, Provinciæ, & Folcaquerii, ac Pedemontis Comites &c.* Illarum tenor hic erat, ut legitur in actis concilii: *Sacro Concilio, ſeu dicto SSmo, domino ſummo Pontifici* (*nimirum futuro*) *& collegio Dominorum Cardinalium, ipſos dominos Regem, Jacobum, & reginam Johannam, tamquam humiles, & reverentes filios,*

Digitized by Google

*filios, & vaſſallos ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ devote, & humiliter recomendandum, & recomiſſos favendum, optimamque intentionem, & ſinceram diſpoſitionem &c. quas habent erga prædictam ſacroſanctam Romanam matrem eccleſiam, dictumque ſacroſanctum concilium &c. narrandum, & pariter declarandum, & liberales, ac promtiſſimos offerendum eoſdem dominos regem, & reginam ad omnia, & ſingula quæcumque concernentia fidelitatem, & ſtatum, exaltationem &c. dictæ ſanctæ matris eccleſiæ, & futuri ſummi pontificis, præfatique ſacri concilii, & collegii dominorum Cardinalium prædictorum &c.* Epiſtola hoc modo ſubſcripta erat: *Datum in caſtro novo Neapolis &c. Anno Domini* 1416. *die XIII. menſis Julii nona indictione, regnorum noſtrorum prædictorum regis anno primo, noſtræ vero reginæ anno ſecundo.* Vid. Rainaldus an. 1416. nu. 28. Spondanus nu. 10. privilegia omnia in regno Neapolitano tunc temporis conceſſa hac epigraphe inſcribebantur: *Jacobus & Johanna Dei gratia Hungariæ Jeruſalem, & Siciliæ rex, & regina &c.* Philippus IV. Caroli II. Tarentini principis filius Romaniæ Deſpota evaſit dicta conjuge filia ejus provinciæ domini, ſecundiſque nuptiis cum Catharina filia Comitis Caroli Valeſii, & filiæ Balduini IV. Conſtantinopolitani imperatoris initis, Imperator CPnuſ. eſt ſalutatus. Johannes filius natu minimus Caroli II. uxoris ſuæ cauſa Achajæ, atque Dyrrachii princeps evaſit. Vid. Genealogia Ptolomæi Lucenſis, Conſtantius lib. 4. p. 116., & 117., Summonte lib. 3. p. 364. 396., & 399.

Henrici VI. Imperatoris in utramque Siciliam Jus vindicatur.

Frivola ſunt quæ addit ſcripturæ author: *Et poſito quod habuiſſet regnum in dotem, non potuit aliquod donare, vel alienare de rebus uxoris, etiam ea conſentiente &c.* Oſtendimus quippe nedum dotis nomine utriuſque Siciliæ regnum obtinuiſſe Henricum, verum etiam, quod magis eſt, fuit rex deſignatus a Guillelmo II. quem penes erat ob concordiam cum Hadriano IV. a Guillelmo I. initam regem ſibi ſucceſſorem deſignare: nam hæc in ea concordia leguntur: *Profecto vos nobis, & Rogerio Duci filio noſtro, & hæredibus noſtris, qui in regnum pro voluntaria ordinatione noſtra ſucceſſerint concedetis regnum Siciliæ, Ducatum Apuliæ, principatum Capuæ cum omnibus pertinentiis ſuis, Neapolim, Salernum, & Malphiam cum pertinentiis ſuis &c.* pauloque infra: *Omnia vero prædicta, quæ nobis conceſſiſtis, ſicut nobis, ita etiam & hæredibus noſtris concedetis, quos pro voluntaria ordinatione noſtra ſtatuerimus, &c.* Hoc privilegio ab Hadriano IV. Guillelmo I. conceſſo uſus eſt Guillelmus II. in conſtituenda Johannæ uxori ſuæ dote. Habet enim in privilegio Johannæ conceſſio: *Quia vero noſtræ dignum eſt celſitudine, ut tam nobile, ac inſigne conjugium decenti dotario debeat honorari, per hoc ſcriptum præſens damus, & in dotarium concedimus præfatæ reginæ chariſſimæ uxori noſtræ Comitatum Montis Angeli &c. ſcilicet in demanio, civitatem Montis Angeli, civitatem Siponti, & civitatem Veſtæ cnm omnibus pertinentiis, & juſtis tenimentis earum. In ſervitio autem concedimus ei de tenimentis Comitis Godefridi Aleſinæ, Peſchizam, Bicum, Caple, Bazaum, Seſelizum, & omnia alia, quæ idem Comes de honore ejuſdem Comitatus Montis S. Angeli tenere dignoſcitur &c.* alia plura caſtra concedit, atque monaſteria S. Johannis in Lania, & S. Mariæ de Pulſano, deindeque ſubdit: *Ita quidem ut ipſa regina uxor noſtra prædicta omnia recognoſcat ab hæredibus noſtris, nobis ordinatione noſtra in regnum ſuccedentibus, & de omnibus præſcriptis tenimentis, ſervitium, prout exigit feudum eorum integre, & illibate jam dictis heredibus noſtris faciat, & maneat in eorum ſemper fidelitate:* Integrum hoc Guillelmi II. privilegium referunt Johannes Bromptonus, ſive quivis alius eſt, ejus chronici Author p. 1113., & Gervaſius Monachus Derobernienſis p. 1436., qui extant in collectione memorata decem Angliæ ſcriptorum Poterat itaque tum hiſce de cauſis, tum præcipuæ Conſtantiæ Uxoris ſuæ conſenſione Henricus cœnobio Caſſinenſi quædam oppida concedere, atque juriſdictionem etiam criminalem confirmare. Incaſſum immoraremur in refutanda abſurda hujuſce ſcriptoris opinione, cum jura omnia clament licere optime ſupremis cujuſque regni dominis caſtra, juriſdictioneſque quibus libuerit concedere. Id certe Reges ſemper præſtitere, ipſeque Carolus primus, cujus patronum agit ſcripturæ author, actuque præſtant. Quomodo vero Author hic, qui ſeſe juriſconſultum venditat, tot, adeoque ineptis contra leges erroribus ſcripturam aſperſerit ſuam plane non intelligo.

Cœnobium Caſſinenſe Imperialis camera.

Mendaciſſimus Author mendacii Imperatorem Henricum redarguit hiſce verbis *Secundo dicit, quod dictum monaſterium eſt imperialis camera, quod eſt magnum mendacium.* Quid vero amabo Henrico referebat imperialem cameram cœnobium Caſſinenſe appellare, ſi verum id non erat? Alias verba S. Henrici Almi retulimus in epiſtola ad Benedictum VIII. ſcripta, quo hic iterum exſcribere adigimur, quo nebulonis noſtri dicteria contundamus. Ait ergo S. Henricus: *Proinde Caſſinenſi eccleſiæ providentes &c. quæ ſpecialius ſpectat ad Romanum imperium, & prædeceſſorum noſtrorum camera ab ipſo ſuæ conſtructionis exordio extitit, &c.*, & infra: *Nam cum omnis eccleſia ab omni conditionali, ſeu ſervili nexu ſit libera, ſpecialius tamen poſt ſedis Romanæ dignitatem libera Caſſinenſis eccleſia, quæ per patrem Benedictum legis monaſticæ principatum tenet, & quam omnes noſtri prædeceſſores Imperatores, videlicet Carolus, Pipinus, Carolus, Ludovicus, Lotharius, Ludovicus, Otho ac reliqui Imperatores ſuam ſpecialem cameram habuerunt, libertate debet potiri inſigni &c.* atque inferius inquit: *Ne ut exterminetis ſalvo eo quod Romani imperii ſingularis camera eſt, & ſpecialiter ad noſtrum imperium ſpectat &c.* Nam Lotharius etiam III. in privilegio ſuo a nobis ſupra laudato de Caſſinenſi eccleſia ſic loquitur: *Quam etiam omnes prædeceſſores noſtri, Romani ſcilicet Imperatores ſuam ſpecialem cameram habuerunt &c.*, & paulo poſt: *Nos ab expeditione Appuliæ ad Caſſinenſem eccleſiam tanquam ad noſtram declinantes cameram, &c.* & inferius inquit: *In hujus ſubſtitutione non parum laborabat Romanus Pontifex Innocentius II. quomodo hanc eccleſium tamquam ſui juris eſſet, ad ſuum ordinaret arbitrium, tandem multa altercatione habita, victus privilegiis apoſtolicorum, & imperatorum, hujus eccleſiæ, diſpenſationem, & ordinationem noſtri noſtrorumque ſucceſſorum juris, eſſe conceſſit, & affirmavit &c.* Ex hiſce Imperatoris adeo pii, prudentiſque verbis ſatis conſtat, diſputa-

ſputa-

Digitized by Google

ſputatum inter Innocentium II. Romanum Pontificem, ipſumque fuiſſe, cujuſnam juri aſſerenda eccleſia Caſſinenſis, atque ſententia Innocentii cauſam Imperatori adjudicatam. Omittimus hic alia Lotharii III., Henrici V., aliorumque ſuis locis laudata teſtimonia, quibus evincitur, cœnobium Caſſinenſe fuiſſe cameram imperialem, omittimus etiam beneficia recenſere, quibus Imperatores cœnobium Caſſinenſe ditarunt, adeo ut quidam ex ipſis, quos inter Conradus ad ejus potiſſimum jura vendicanda, magna militum manu Italiam adierit. Retulimus ſupra ea diviſionis inter Radelchim, & Siconulſum an. 851. initæ verba, quibus aſſerta a nobis veritas appoſitiſſime comprobatur. Ibi enim legitur: *Præter monaſteria S. Benedicti, & S. Vincentii, quæ ſub defenſione domini Imperatoris Lotharii, ejuſque filii domini Ludoguici regis ſunt.*

Scriptoris impudentia convicta.

Qua fronte hæc aſſerat ſcripturæ Author. *Item quia dicit in eo, quod fecit conſentiente uxore, quod non fuit verum, nec probatur de conſenſu, niſi per dictum ſuum, cui non debet credi*, plane non video. Quomodo enim notum, id ei eſſe potuit? Ipſe Imperatori fidem præbere dedignatur, nos ipſi ſicophantæ fidem dabimus? Quid Henrico referebat uxoris ſuæ conſenſum recenſere, aut quomodo falſa protuliſſet eo in privilegio, cui Patriarcha, tres Archiepiſcopi, magnique principes octo ſubſcribunt? Hæc vero ipſa Henrici verba in laudato privilegio aliquid magis referunt: *Ad petitionem dilectæ conſortis noſtræ Imperatricis Conſtantiæ, ipſa præſente, volente, & conſentiente, ſuorum, & prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inherendo &c.* Si quæ notarii alicujus aſſertio evincit aſſenſum alicujus interceſſiſſe in contractu, cui tres teſtes præſentes fuerint, cur non omnis adhibeatur Imperatori fides propalam, coramque omni exceptione majoribus teſtibus hæc fatenti? aut imperiali Cancellario, qui ob eminentem dignitatem tabellionum omnium major cenſeri jure debet? Piget hujuſcemodi nugas refellere. Porro Conſtantiæ conſenſum interceſſiſſe in noſtri privilegii conceſſione diſerta, fatentur Alexander IV., Urbanus V., & Bonifacius IX. cum illud Diplomatibus ſuis confirmarunt.

Henrici VI. Donatio effectum habuit.

Proſequitur ſcripturæ Author nullitates contra Henrici privilegium afferre, dum ait: *Item privilegium ipſum nullum eſt, eo quod in ipſo continetur quod donavit tria caſtra ipſi monaſterio, nec dicit ubi ſint, in regno, vel imperio, nec dicit in quo epiſcopatu ſint, nec nominat aliquos confines. Unde non certum de quibus caſtris loquatur, & ſic privilegium nullius eſt valoris, nec ipſe rex tenet dicta caſtra, imo Abbas tenet unum, & alii tenent alia ſub ſignoria domini regis, ſi ſunt in regno, de quibus paratus eſt facere ipſi Abbati juſtitiæ complementum.* Si Abbas unum e tribus caſtris ab Henrico Caſſinatibus dono datis poſſidebat, effectum itaque habuerat Henrici donatio; ſique rex Carolus paratum ſeſe oſtendebat jus Abbatis quoad alia duo caſtra vindicare, admiſerit, & ipſe donationem Henrici neceſſe eſt, ſecus cur caſtra invalide donata nobis aſſereret. Si vero Henrici donatio valida quoad tria hæc caſtra erat, cur non & criminalis juriſdictionis confirmatio in eodem privilegio ab Henrico facta? Unum plane e caſtris ab Henrico nobis conceſſum hactenus cœnobium Caſſinenſe poſſidebat, fatente adverſario, duo alia, nempe Atinum, & Malvitum poſſederat, ut ex privilegio ab Abbate Roffrido Atinatibus conceſſo conſtat, an. 1195. e nobis relato. Quod aſſerit etiam Richardus a S. Germano, atque Anonymus Caſſinenſis oculatus teſtis a nobis eo anno laudati, & author Vitæ Gregorii IX. ad an. 1239. De Malviti oppido hæc ſcribit Richardus an. 1197. *Tunc quidam Theutonicus in Calabria nomine Federicus, cum nollet Imperatrici favere, ſe in Malveti caſtro recipiens, quod furto ſubſtulerat, cuidam Mauro de Mira, ibidem Caſtellano conſtituto; pro monaſterio Caſſinenſi, juſſu imperatricis ipſius a Comite Amphuſo de Roſis, cæteriſque Calabriæ nobilibus in eodem caſtro obſeſſus &c.* Et laudatus vitæ Gregorii IX. ſcriptor apud Raynaldum an. 1239. nu. 8. ait: *Caſtrum etiam Atini* (loquitur de Friderico II.) *Roccam Bantra, Roccam Guglielmi in ejus confinio, in Calabria, caſtrum Malveti, & poſſeſſiones non modicas ſuo dominio in Romanæ eccleſiæ injuriam, & beati Benedicti applicavit &c.* Effectum quoque ampliſſime habuit Henrici privilegium quoad criminalem Juriſdictionem Caſſinatibus confirmatam, nam quod ſupra adnotavimus, Richardus a S. Germano ad an. 1220. de Friderico loquens ait: *Menſam Campſorum, & jus ſanguinis, quæ uſque tunc habuerat ex conceſſione Imperatoris Henrici eccleſia Caſſinenſis recepit ab eodem.* Præterea ſi in omnibus Imperatorum, Regumque conceſſionibus fines caſtrorum eſſent exprimendi, vel explicandum, quonam in epiſcopatu extarent, vah quot authenticæ omniumque confeſſione firmatæ donationes peſſum irent! Operam luderem ſi aliqua hic recenſerem donationum monumenta, in quibus nullis expreſſis finibus, aut epiſcopatu oppida eccleſiis, privatiſque perſonis conceſſa ſunt hiſce tantum additis verbis: *cum omnibus pertinentiis, & poſſeſſionibus ipſorum.* Ego quidem ſincere fateor, plura hactenus vetera, atque recentiora feudalium conceſſionum privilegia a me viſa, in quibus raro admodum caſtrorum fines deſcribuntur. Si denique tria illa caſtra nobis ab Henrico conceſſa intra Regni Neapolitani fines non extitiſſent, cur Conſtantiæ conſenſus neceſſarius ob id fuiſſet, quæ utriuſque tantum Siciliæ Regina erat?

Post Henrici mortem ejus Privilegium vim habuit.

Pergit ſcripturæ Author: *Et apparet, quod ipſe prædicta fecit per ſe ipſum ſine uxore ex eo quod eſt ibi poſitum addentes de noſtra gratia ſpeciali.* Cur ea verba ad Conſtantiam etiam referri non poſſint? Si hæc quidem conſenſu ſuo, mariti donationem non firmaſſet, haud quidem ratam habuiſſet poſt ejus mortem, quæ an. 1197. die 28. Septembris evenit. Conſtat tamen poſt eum etiam annum, & juriſdictionem criminalem, & tria illa caſtra poſſediſſe Caſſinates. Quod probat Richardus a S. Germano an. 1197., atque 1208. ubi de Innocentio III. loquens ait: *Ipſe de S. Germano diſceſſit, & per Atinum iter faciens, quod dictus Abbas Roffridus tenebat, Soram ſe contulit, indeque in Campaniam reverſus eſt.* Idque confirmat Author vitæ Gregorii noni, aliaque monumenta facile a nobis adducenda ſi opus eſſe ſuſpicaremur. Juriſdictionem certe criminalem cœnobio noſtro confirmavit Fridericus II., cui notum maxime eſſe debebat

bebat an mater confirmationi ab Henrico VI. factæ aſſenſum præbuiſſet.

Conſtantia ut Regina Henrici privilegio conſenſit.

Hinc nullius roboris ſunt, quæ addit ſcripturæ Author: *Conſtantia non conſenſit in aliquo ſicut regina; ſed in donatione ipſorum caſtrorum dicitur conſenſiſſe tanquam Imperatrix, cujus conſenſus nullus fuit*. Nam Conſtantiam eo modo conſenſiſſe, quo poterat, nempe ut pote reginam communis juriſconſultorum regula docet, qua conſtat actus omnes, aliquo præſente, atque conſentiente factos, ideo eſſe validos, quod ille aſſenſum potiori, quo poteſt modo præbere credatur. Ita Conſtantiæ conſenſum interpretati ſunt Alexander IV. Urbanus V., & Bonifacius IX. In quo profecto admiranda eſt adverſarii noſtri oſcitantia. Hactenus enim omnibus viribus conatus eſt demonſtrare Conſtantiæ aſſenſum non interceſſiſſe, ſtatimque fatetur præbuiſſe quidem, verum non ut reginam. At hæc mittamus. Porro ſcrupuloſi adeo veteres non erant in conceſſionibus elucubrandis, ut omnia verba ponderarent, quod modo fit; Nam Otho magnus Italiæ regnum ab uxore ſua Adelaide habuerat, neque tamen in privilegiis ab ipſo in Italia conceſſis uxoris ulla mentio, ſed in aliquibus hæc dumtaxat leguntur: *Nec non conſultu, ac interventu Hadeleidæ conjugis noſtræ, per hujus noſtræ auctoritatis præceptum, prout juſte & legaliter poſſumus, confirmamus, & corroboramus eccleſiæ S. Benedicti &c.* Eo vero tempore, quo trium oppidorum conceſſio Caſſinatibus eſt facta, cui notum non erat, legitimam regni Neapolitani dominam Conſtantiam eſſe, proindeque jura omnia, conceſſioneſque intra fines Neapolitani regni abipſa, quamquam ſpecioſiori titulo imperatrix diceretur, ut pote regina factas? Quam veritatem luculenter exprimunt verba illa conceſſionis: *Notum fieri volumus univerſis Imperii noſtri, & regni Siciliæ fidelibus, tam futuris quam præſentibus &c.* Et infra: *Ut nullus Juſtitiarius, judex, aut imperialis, ſeu regalis, aliquo tempore &c.* deinde: *Quidquid autem imperialis, ſeu regalis fiſcus ex menſa publica S. Germani, vel ex poſſeſſionibus præfati monaſterii*. Quorſum hæc verba: *Regalis fiſcus, & regni Siciliæ fidelibus*, ſi hujuſmodi conceſſio a rege, & regina Siciliæ non fuiſſet facta? Ea certe verba in aliis imperatorum privilegiis, qui utriuſque Siciliæ reges non fuerint, haud videntur. Accedit, privilegiorum verba eo ſemper modo intelligenda eſſe, quo effectum habere poſſunt, ne irritum, caſſumque evadat privilegium, juxta expreſſum textum in l. ſi unus §. 27. §. Acceptilatio ff. de Pactis. ibi: *Actus interpretandi potius ſunt ut valeant, quam ut pereant*. Tandem Henricus VI. plura eccleſiis utriuſque Siciliæ privilegia conceſſit, eodem fere modo concepta, quo noſtrum, ut videre eſt apud Ughelium, & Pyrrhum. Imo in quibuſdam ex ipſis ne quidem Conſtantiæ nomen exprimitur, quamquam juriſdictiones per ea concederentur. Non exprimitur Conſtantiæ conſenſus in privilegio metropolitanæ eccleſiæ Meſſanenſi conceſſo apud Pyrrhum p. 326., & eccleſiæ Catanienſi p. 31. atque in duobus aliis, quæ in archiepiſcopatu Tarentino refert Ughellius To. IX. col. 131., & 132. Integrum tamen plenum hujuſcemodi privilegia effectum ſortita ſunt, cum poſt mariti mortem illa non revocaverit Conſtantia, vel Fridericus ejus filius.

Falſum etiam eſt, quod ait ſcripturæ Author: *Item terra debebat reſtitui eccleſiæ poſt quartam vel quintam generationem poſt mortem Roberti Guiſcardi*. Nam inveſtitura ab Innocentio II. Rogerio conceſſa, atque ab Hadriano IV. Guilelmo I. ampliſſimæ ſunt, neque hiſce limitibus comprehenſæ.

Inveſtitura Siciliæ Regibus conceſſa ampliſſima.

Pontificū Privilegia Caſſinatibus Bona juriſdictioneſque confirmant.

Male conſarcinatam lucubrationem hiſce tandem verbis concludit male feriatus author: *Privilegia Papalia nihil donant, vel confirmant*. Solita hæc confidentia venditat ſcripturæ author eodemque deſinit modo præclaram lucubrationem, quo cœpit, nimirum mendaciſſime. Quæ ut retundamus referre iterum adigimur aliena diplomatis Alexandri IV. verba, quibus utpote immediatus eo tempore, ob depoſitionem Friderici II. Imperatoris in concilio Lugdunenſi factam, regni Neapolitani dominus in ipſa Neapolitana urbe an. 1254. ſic effatur: *Alexander epiſcopus &c. dilectis Filiis . . . . Abbati & Conventui monaſterii Caſſinenſis &c. Cum igitur ſicut dilectus filius magiſter Paulus de S. Elia Canonicus Bajocenſis ex parte veſtra propoſuit coram nobis claræ memoriæ Henricus Romanorum imperator, rex Siciliæ, de conſenſu claræ memoriæ Conſtantiæ uxoris ſuæ Romanorum imperatricis, reginæ Siciliæ, Teloninm tabulæ ſancti Germani ad eos pertinens, monaſterio veſtro, pro ipſius luminaribus pia liberalitate donavit, conceſſa Abbati Caſſinenſi, qui pro tempore fuerit, ut in terra ipſius monaſterii per judices ſuos cauſas criminales deciſi faciat libera poteſtate, prout in litteris inde confectis plenius dicitur contineri; Nos veſtris, & ejuſdem magiſtri ſupplicationibus inclinati, donationem & conceſſionem eaſdem pie, ac provide factas, ratas, & gratas habentes, ipſas authoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus &c. Datum Neapoli nono Kal. Januar. Pontificatus noſtri an. primo*. De hac Alexandri confirmatione loquitur Raynaldus an. 1254. Silet vero adverſarius, cum tamen credere jure quilibet poſſit, oſtenſum hoc privilegium a Bernardo fuiſſe. At ſcripturæ author ea diſſimulat, quæ ejus cauſam confodiunt. Laudatus quidem Alexander regni Neapolitani dominos fuiſſe cognoſcit Henricum, & Conſtantiam, neque amplioribus formulis jurium noſtrorum confirmatio deſiderari poſſet; ut videas, quanta audacia iſta effutierit bonus ille Author: *Privilogia Papalia nihil donant, nec confirmant*. Bonifacius etiam IX. Neapolitanus ex illuſtri Thomacella gente, Ladiſlai regis a Carolo rege deſcendentis amantiſſimus, atque Caſſinenſium jurium haud ignarus, bullam Alexandri IV. hiſce verbis confirmat: *Bonifacius epiſcopus &c. Proviſionis noſtræ debet provenire ſubſidio, ut jus ſuum cuilibet conſervetur. Sane literas felic. record. Alexandri Papæ IV. prædeceſſoris noſtri, plumbea ipſius prædeceſſoris bulla munitas confirmatorias quarumdam literarum imperialium, ac realium, quas claræ memoriæ Henricus Romanorum imperator, & Siciliæ rex, de conſenſu claræ memoriæ Conſtantiæ imperatricis Romanorum, & Siciliæ reginæ conſortis ejuſdem Henrici, Abbati monaſterii Caſſinenſis &c pro parte dilectorum filiorum Abbatis, & Conventus dicti monaſterii exhibitas coram nobis &c. de verbo ad verbum &c. dictorum Abbatis, & Conventus precibus inclinati, præſentibus*



Digitized by Google

*annotari fecimus ad cautelam, eaſque authoritate apoſtolica tenore præſentium innovamus &c.* Relataque integra Alexandri bulla, ſic proſequitur: *Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ innovationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum Kal. Februarii Pontificatus noſtri anno undecimo.* Urbanus V. Gallus vir piiſſimus legumque peritiſſimus, atque reginæ Johannæ primæ cum primis amicus, integrum Henrici privilegium adeo ab adverſario infeliciter exagitatum, hiſce verbis confirmat: *Urbanus epiſcopus &c. Sane petitio pro parte ipſorum Abbatis, & Conventus nobis nuper exhibita continebat, quod olim claræ memoriæ Henricus Romanorum imperator ſemper auguſtus, & Siciliæ rex de conſenſu claræ memoriæ Conſtantiæ imperatricis Romanorum, & reginæ Siciliæ conſortis ejuſdem Henrici, pro ſua, & ſuorum progenitorum animarum ſalute, per ſuas patentes litteras aurea imperiali bulla munitas prædicto monaſterio donavit, atque conceſſit Malveti, & Atini caſtra & roccam Albani, & nonnulla alia bona cum omnibus juribus, & pertinentiis eorumdem, ac voluit, quod omni publica exactione ceſſante, nullus Juſtitiarius, judex, aut publicus exactor imperialis, ſive regalis, homines ad dictum monaſterium pertinentes, vel in terris ejuſdem monaſterii reſidentes deſtringere, aut inquietare, ſeu perturbare ſub pœna quadraginta librarum auri præſumerent, prout in iiſdem litteris, quas nos propriis oculis vidimus, & diligenter inſpeximus, ac perlegimus, quarumque tenorem de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus, plenius continetur &c. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, præfatas donacionem, & conceſſionem, ac voluntatem imperatoris, & regis prædicti, & quæcumque in præfatis litteris contenta rata habentes, & grata illa ex certa ſcientia, authoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenor vero dictarum litterarum talis eſt &c.* Poſt relatas vero integras Henrici ſexti epiſtolas ſubdit: *Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire &c. Datum apud Montem Flaſconem ſexto Kal. Auguſti, Pontificatus noſtri anno octavo.* Annus hic Urbani octavus erat, communis Æræ 1370. Non eſt veritus Urbanus Henrici privilegium confirmare, vel quod Siciliæ rex in eo Henricus appellaretur, vel quod hæc efferret verba: *Quod nos eccleſiam S. Benedicti montis Caſini, tamquam ſpecialem cameram imperii, & regni noſtri ſpecialius commendatam habentes &c.* Imo Conſtantiæ conſenſum pro vero habuit, atque illa animadvertenda, quæ Pontifex Sanctiſſimus, at doctiſſimus ait: *Quas nos propriis oculis vidimus, & diligenter inſpeximus, & perlegimus.* Urbani V. bullam confirmavit Bonifacius IX. hoc diplomate: *Bonifacius epiſcopus &c. Sane litteras felicis recordationis Urbani Papæ V. prædeceſſoris noſtri, plumbea ipſius prædeceſſoris bulla munitas, confirmatorias quarumdam litterarum imperalium, ac regalium, quas claræ memoriæ Henricus Romanorum imperator ſemper auguſtus Siciliæ rex, de conſenſu claræ memoriæ Conſtantiæ imperatricis Romanoram, & reginæ Siciliæ conſortis ejuſdem Henrici monaſterio Caſſinenſi &c. conceſſit & de verbe ad verbum nihil addito, vel minuto, quod mutare poſſit ſubſtancia veritatem, dictorum Abbatis, & Conventus precibus inclinati, præſentibus annotari fecimus ad cautelam, eaſque auctoritate Apoſtolicà, tenore præſentium innovamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus &c.* Relataque Urbani Bulla ſubdit: *Datum Romæ apud S. Petrum Kal. Februarii, Pontificatus noſtri an. XI.* Undecimus Bonifacii noni annus erat vulgaris æræ 1400. Doctiſſimus Pius II. cum probe ſciret per ſummam injuſtitiam cœnobio Caſſinenſi juriſdictionem criminalem a Carolo I. ademptam, hanc epiſtolam an. 1463. ſcripſit, cujus autographum in archivo noſtro aſſervatur: *Dilecto filio Gubernatori, & Officiali monaſterii Montis Caſini Pius Papa II. Dilecte fili ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Quoniam, ut debitum officii noſtri eſt, intendimus monaſterium montis Caſini in ſuis juriſdictionibus, & privilegiis conſervare, volumus, & devotioni tuæ per præſentes committimus, & mandamus, ut in omnibus, & ſingulis controverſiis, & cauſis tam civilibus, quam criminalibus ad præſens vertentibus, & quas verti continget in futurum inter homines, & perſonas omnium, & ſingularum terrarum, caſtrorum, & locorum dicti monaſterii, tu, & non alius juſtitiam adminiſtres, nec permittas, ut alius Officialis regius, aut alius quiſpiam in juriſdictione terrarum, & locorum hujuſmodi ſe quomodolibet intromittat, quam juriſdictionem ad te, tuoſque in officio ſucceſſores, & non ad alios abſque ullo impedimento, vel contradictione pertinere volumus & mandamus, non obſtantibus contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub anulo Piſcatoris die 29. Septembris 1463. Pontificatus noſtri anno VI. G. de Piccolomineis.* Diu, multumque in hiſtoriis verſatum hunc Pontificem nemo neſcit, hinc jura ſibi Caſſinatium comperta erant, de quibus ait. *Intendimus monaſterium Montis Caſini in ſuis juriſdictionibus, & privilegiis conſervare.* Hanc vero epiſtolam conſcripſit cum fœdus affinitatemque arctiſſimam cum Ferdinando I. rege Neapolis iniiſſet. Alia laudavimus Victoris II., & Urbani II. privilegia, quibus bona Juriſdictioneſque cœnobii Caſſinenſis confirmantur. In iis ſic legitur: *Præterea per præſentis privilegii paginam apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut quæcumque in præſenti veſtrum cœnobium juſte poſſidet, ſive in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium juſte, atque canonice poterit adipiſci; firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, &c.* Quæ verba nedum in Urbani privilegio extant, ſed etiam in illis Paſchalis II., Callixti II., Alexandri III., Clementis III., Innocentii III., Honorii III., aliorumque pontificum, quorum autographa in archivo noſtro aſſervantur.

**Henrici IV. Privilegiis Juriſdictio criminalis Caſſinatibus confirmatur.**

Quinque privilegia cœnobio noſtro conceſſit Henricus VI., quæ ab an. 1191. ad 1195. retulimus. Primi an. 1191. die 21. Maii conceſſi, duo tantum, vel tria verba citat adverſarius. Alterum, quod ipſe plumbeis tot machinis impetit, die 23. Maii ejuſdem anni conceſſum eſt. De tribus reliquis, in quibus expreſſe juriſdictio etiam

criminalis, atque oppida Malveti, Atini, & Roccæ Albani confirmantur, ne muſſitat quidem. Jure tamen, tutoque aſſerere licet, non fuiſſe, ab Henrico conceſſam criminalem Juriſdictionem cœnobio Caſſinenſi, quam ab aliis Imperatoribus, regibus, principibuſque habuerat, ſed tantum confirmatam, ut ipſemet fatetur in privilegio an. 1195. Caſſinatibus conceſſo hiſce verbis: *Licet igitur generalia privilegia Caſſinenſi eccleſiæ ab Imperatoribus Romanorum, & præcipue a divæ memoriæ Lothario auguſto, & a nobis indulta ſatis ſufficere credamus, ad immunitatem in ſubſcriptis capitulis eidem eccleſiæ conſervandam, ad interventum tamen fidelis noſtri Roffridi Abbatis ejuſdem eccleſiæ, cujus devotionem in agendis noſtris, & imperii efficaciam ſumus experti, & ut omnis dubitationis cauſa removeatur, hanc noſtram ſuper iiſdem capitulis indulgentiam ſpecialem prænominatæ eccleſiæ duximus largiendam, &c. Et ut tam in capite, quam in membris prænominata eccleſia Caſſinenſis perpetua tranquillitate fruatur, ſtatuimus, &c. Ut nulla unquam perſona eccleſiaſtica, vel ſecularis eidem eccleſiæ ſubdita ab aliquibus Regni, vel imperii Juſtitiariis in judicium trahatur, aut diſtringatur, licet forte de capitulis illis quæſtio ſit habenda, quorum conditio, & examinatio temporibus regum Siciliæ ad juſtitiarios regios deferri conſueverat. Sed omnes quæſtiones, tam civiles, quam criminales adverſus homines ipſius eccleſiæ movendæ coram judicibus ejuſdem eccleſiæ tractentur, & decidantur, &c.* Integrum hoc privilegium ſuo loco retulimus, ubi oſtendimus etiam, admiſſa omnia Henrici privilegia a fiſco regio ſemper fuiſſe.

Mirum a Carolo I. juriſdictionem omnem Caſſinatibus non ademtam.

Mirari demum ſubit, cur Carolus impotenti adeo ira in cœnobium noſtrum, vel cupiditate percitus, juriſdictionem quoque civilem Syclæ, Portulaniæ, Bajulationis, creandique notarios, & judices ad contractus, atque criminalem in oppido Citrarii, & S. Petri de Avellana non ademerit, cum hæ omnes iiſdem monumentis, ſcripturiſque innicerentur, quibus criminalis juriſdictio. Quare ſi per violentiam potuit rex hanc adimere Caſſinatibus ob frivola illa, nugaciſſimaque momenta, quæ ſcripturæ author in medium adducit, cur non iiſdem de cauſis, & reliquas juriſdictiones, atque adeo bona univerſa non ademerit, mirandum profecto eſt. Adi quæſo Lector benevole privilegium a Pandulfo, & Landulfo Capuanis principibus Caſſinatibus conceſſum, quod ſupra retulimus, in eoque videbis luculentiſſime, nedum criminalem, verum ſupremam quoque juriſdictionem in ſubditos Abbatiæ Caſſinenſis penes Monachos fuiſſe. Oſtendimus porro, alibi plurium Scriptorum teſtimonio, potiſſimum Victoris ſecundi, omnia Abbatiæ Caſſinenſis oppida a Monachis conſtructa fuiſſe, atque Landulfum Pandulfi patrem ſupremam etiam cœnobio noſtro juriſdictionem confirmaſſe. Nullus vero hactenus revocavit in dubium, fuiſſe legitimos, ſupremoſque Capuanæ ditionis intra cujus fines Abbatia Caſſinenſis concludebatur, principes laudatos Landulphum, & Pandulfum.

Commodum ex ſcriptoris nugaciſſimi dictis.

Ex tot inſulſiſſimi Scriptoris nugis hoc unicum commodum in rem noſtram eruimus; verba nempe illa, quæ in Henrici privilegio extant: *Quicquid etiam a tempore Juſtiniani Imperatoris Romani Pontifices, Imperatores, Reges, Duces, Principes, aliique fideles Caſſinenſi cœnobio donaverunt, aut conceſſerunt, vel commutaverunt, in eodem loco firma permaneant, omni publica exactione remota, ita videlicet, ut nullus juſtitiarius, judex, aut publicus Exactor, aut imperialis, ſeu regalis aliquo tempore expeditio, fodrum, aut tributa, aut fidejuſſores tollendos, aut manſiones, vel paratas faciendas exiſtimet, aut homines ipſi monaſterio pertinentes, vel in terra monaſterii reſidentes diſtringere aliquomodo, perturre, aut occaſiones inquietandi quærere præſumat. Quidquid autem imperialis, ſeu regalis fiſcus ex menſa publica S. Germani, vel ex poſſeſſionibus præfati monaſterii ex mala conſuetudine exigere, aut ſperare poterat, pro ſalute animæ noſtræ, noſtrorumque parentum, luminaribus ejuſdem S. eccleſiæ concedimus inviolabiliter poſſidenda*, omnimodam juriſdictionem etiam criminalem ſignificare. Si quippe alio Scriptoris mens eſſet detorquenda, dicere certe non poterat, non licuiſſe Henrico criminalem juriſdictionem cœnobio noſtro concedere; cum hæc tantum in toto Henrici privilegio juriſdictionem ſignificare queant. Hujuſce itaque ſcriptoris ævo, verba illa juriſdictionem etiam criminalem referebant, ſecus ſcripſiſſet author, & quidem parvo laboris impendio nullibi Henricum cœnobio Caſſinenſi juriſdictionem criminalem conceſſiſſe. Id ita eſſe nos quoque plurium ſcriptorum authoritate demonſtravimus. Rem omnem tandem concludimus pravæ hujuſce ſcriptoris fidei commemoratione, qui de reliquis Imperatorum, Regum, Principumque privilegiis a monaſterio noſtro exhibitis, prorſus ſilet. Nam fuiſſe plura alia privilegia noſtra ea occaſione a Bernardo Abbate exhibita, ipſemet auctor velit, nolit, indigitat illis verbis: *Et dixit, & dicit, quod habet optima privilegia, quæ inventata nullius ſunt valoris.* Forſan id ait, quod nullas ſibi vires ſuppetere cognoſceret ad luculentiſſima, ſolidiſſimaque Caſſinatium privilegia enervanda. Maneat itaque firmum, ratumque, & injuſte omnino juriſdictionem criminalem a Carolo I. cœnobio Caſſinenſi ademtam, & Bernardi viri ſanctiſſimi, prudentiſſimique famam prorſus inique a viro mendaciſſimo calumniis oneratam, traductamq;

Bernardus Abbas moritur, illiq; ſuffectus eſt Thomas, cujus anno primo Epiſtolam dedit Martinus IV.

Obiit certe Bernardus ſanctiſſime, ut vixerat, poſtquam cœnobium Caſſinenſe ab an. 1263. die 29. Martii, ad 3. Aprilis an. 1282. egregie, prudentiſſimeque gubernaſſet. Suffectus illi eſt Thomas a Rocca quinquemillium, cujus regiminis anno 1. Martinus IV. hanc ad Cardinalem Sabinenſem a Rainaldo & 1282. nu. 27. relatam epiſtolam ſcripſit: *Venerabili Fratri Gerardo epiſcopo Sabinenſi apoſtolicæ ſedis legato. Conſideratis attentius tam iis, quæ nuper ad noſtram notitiam pervenerunt, quam etiam temporis inſtantis malitia expedire videtur omnino, ut circa Regni Siciliæ cuſtodiam diligentem curæ ſollicitioris ſtudium impendatur. Volentes igitur agi cautius in hac parte, ac etiam obviare periculis, quæ poſſent forſitan evenire, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus quamlibet fortellitiam montis Caſini, in quo ſitum eſt monaſterium Caſſinenſe, tam infra ipſius monaſterii ſepta, vel ambitum abſque impedimento regularis obſervantiæ inibi obſervandæ quam*

etiam

*etiam extra in monte prædicto, & caſtra eccleſiæ Salernitanæ & ſpecialiter caſtrum Olibani ad eccleſiam ipſam ſpectans, nec non & ſi alia caſtra, vel arces eccleſiarum, & monaſteriorum quorumlibet &c. facias per eundem regem in expenſis ſuis juxta tuam, & ipſius providentiam, amotis per te, ſeu tuo ſpeciali mandato, tam de fortelitiis, quam arcibus, & caſtris prædictis perſonis quibuſcumque, de quibus videtis expedire cum ſumma diligentia cuſtodiri, receptis prius ab eodem rege ſuis cum ſigillo patentibus litteris, quod fortelitia, arces, & caſtra prædicta ad noſtram, ſeu apoſtolicæ ſedis requiſitionem, ſublato cujuſvis moræ diſpendio, & expenſarum quarumlibet, aut alterius oneris impoſitione omnino ceſſante, eccleſiis, & monaſteriis reſtituet memoratis. Prædictas autem litteras, & quidquid feceris in prædictis per fidelem Nuntium nobis mittas, & alias ſimiles Regias litteras ab eodem rege præfatis eccleſiis, & monaſteriis exhiberi facias ad cautelam. Datum apud Montem Flaſconem quarto idus Decembris anno ſecundo.* Monuimus alias, prope cœnobium Caſſinenſe arcem extitiſſe, aliamque prope Urbem S. Germani Rocca Janulæ dictam, de quibus hic loquitur Martinus.

Civitas monaſtica Caſſinatibus ſubdita.

Hoc etiam monumento Juriſdictio cœnobii noſtri conſtat: *Fit fides per infraſcriptum Magnificum J. V. D. Sigiſmundum Sicola regium Archivarium Magnæ regiæ curiæ Syclæ Neapolis qualiter in faſciculo ſignato nu. 86. fol. 21., tempore regis Caroli primi legitur, fuiſſe factam inquiſitionem in civita monaſtica, quam tenet, & poſſidet Abbas Caſſinenſis, & fuerunt interrogati teſtes, ſi ſcirent, quod Abbas prædictus teneat, & poſſideat ratione eccleſiæ ſuæ civitam prædictam, dixerunt ſcire, quod dictus Abbas tenet, & poſſidet prædictam civitam Monaſticam, & per depoſitiones duodecim teſtium conſtat, dictum Abbatem tenere, & poſſidere, ratione eccleſiæ ſuæ prædictæ civitam monaſticam; & in eodem Faſciculo, & fol. præd. a t. legitur, fuiſſe factam aliam inquiſitionem in caſtro nuncupato* Caſa delli Maſtri, *& ſimiliter conſtat per depoſitionem decem teſtium, dictum Abbatem monaſterii Caſſinenſis tenere, & poſſidere caſtrum prædictum ratione eccleſiæ Caſſinenſis, prout hæc, & alia ex dicto faſciculo clarius patent, cujus ſe refert, & in fidem hic ſe ſubſcripſit. Datum Neapoli die 8. menſis Martii 1690. eſt ſupra &c. Sigiſmundus &c.* Civitas monaſtica, caſaleſque Maſtri ſiti ſunt intra fines S. Petri de Avellana, atque hactenus nomina perſtant, cum quibuſdam ruderibus.

Carolus I. moritur.

Carolus primus, poſt viginti ferme regni annos pie obiit Fogiæ die 7. Januarii 1285. Vid. Spondanus ad eum annum nu. 2., & 3. & Raynaldus nu. 1. & 2. Suffectus ei in regno eſt Carolus ejus filius, atque Beatricis Provinciæ comitis filiæ, cujus cauſa, hic etiam Carolus Provinciæ comes fuit. Cum vero Carolus II. Barcinonæ captivus eſſet, quando pater obiit, regni Neapolitani adminiſtratio Gerardo Cardinali Sabinenſi legato, ſedis apoſtolicæ, & Ruberto comiti Atrebatenſi demandata.

Leges ab Honorio IV. pro Neapolitanis promulgatæ.

Hoc eodem anno primo Pontificatus ſui Honorius IV. petente Carolo II. leges quaſdam die 17. Decembris promulgavit, quibus Neapolitani diriſſimis Federici II., Conradi, & Manfredi vectigalibus levarentur, quæ Carolus I. non remiſerat, quamquam id ſpopondiſſet, cum primum regni inveſtituram acceperat. Petierat tamen & ipſe a Martino enixiſſime, ut leges in Neapolitanorum levamen promulgaret, quod idem Martinus aſſerit in epiſtola ad Cardinalem ſabinenſem a Raynaldo relatam hoc anno num. 3. Eas leges ab Honorio factas integras refert Raynaldus an. 1285. a nu. 29. ad 51. incluſive, quarum autographum in publico authentico, & legali archivo Caſſinenſi cuſtodiendum miſit, quemadmodum, & capitula in eccleſiarum, prælatorum, eccleſiaſticorumque utilitatem a Carolo II. facta, cum patris ſui Vicarius eſſet, quæ ipſemet Honorius eodem anno 1285. die 17. Septembris confirmavit; miſerat in eodem archivo ſervandum Clemens IV. autographum bullæ, qua Caroli I. inveſtituram utriuſque Siciliæ concedit, quo conſtat, quanti haberetur archivum Caſſinenſe, ſed de his alias fuſius.

quarum Autographum in Archivo Caſſinenſi aſſervatur.

Conceſſio ab Abbte Thoma facta.

Ex reg. 1 Thomæ Abbatis fol. 11. a t.

Anno 1286. die 6. Aprilis hanc Thomas Abbas Caſſinenſis donationem fecit. *Nos Thomas Dei gratia Caſſinenſis Abbas. Attendentes fidem, & devotionem tuam Bartholomeæ de Caira de S. Germano &c. quam ad nos, & Caſſinenſe monaſterium tu, & progenitores tui habuiſſe dignoſcimini, de conſenſu, & voluntate Fratrum noſtrorum, nobiſcum habendo magiſtrum Laurentium Biſa judicem, & advocatum Caſſinenſem, damus, & concedimus tibi duos Vaſſallos, videlicet Johannem de Saul, & Bartholomæum fratrem ejus habitatores in villa S. Luciæ territorii S. Germani, cum omnibus juribus, ſervitiis, angariis, & perangariis, & redditibus perſonalibus, & realibus. Reſervata nobis fidelitate, & ligii, homagii juramento, damus, & concedimus &c. ad poteſtatem, & poſſeſſionem tuam, tuorumque heredum &c., ita tamen, quod omni anno reddatis nobis, & ſucceſſoribus noſtris nomine cenſus in feſto S. Benedicti tarenos auri tres &c. quod ſcripſi ego prædictus Bartholomæus de Celano publicus monaſterii Caſſinenſis, & civitatis S. Germani notarius.*

Immunitas Lucæ de Miniano conceſſa.

Ex cit. Reg. fol. 19.

Adnotanda hæc inſtrumenti verba a notario Johanne de Valleffrigida eodem anno die 22. Julii rogati: *Nos Thomas &c. notum facimus, & teſtamur, quod veniens coram nobis magiſter Lucas de Miniano, expoſuit, quod dimiſſo incolatu caſtri Miniani, in quo ſe aſſeruit oriundum, ad caſtrum noſtrum S. Heliæ ſuum tranſtulit incolatum, ibique domicilium inſtruens, petiit quod a nobis, ut cum ſub dominio noſtro, atque B. Benedicti ipſe, heredeſque ſui in eodem caſtro venire vellet, ipſe ſub certo annuo redditu conſtituere deberemus, eoſdem a ſervitiis perſonalibus, atque angariis liberando. Nos itaque ſuis juſtis petitionibus inclinati &c. conſiderantes conditionem noſtram effici meliorem, cum tam noſtri, quam dicti monaſterii interſit, tam ipſum caſtrum, quam alia caſtra Abbatiæ Caſſinenſis vaſſallis fidelibus abundare, de conſenſu Fratrum noſtrorum, nobiſcum habendo magiſtrum Laurentium Biſa judicem, & advocatum Caſſinenſem, ſtatuimus, & ordinamus, eumdem Lucam, hæredeſque ſuos ex ipſo legitime deſcendentes ſub annuo redditu unius tareni auri ſolvendi annis ſingulis in feſto B. Benedicti ab eis monaſterio Caſſinenſi, uſque ad noſtrum, & ſucceſſorum noſtrorum beneplacitum &c.*



Digitized by Google

*&c. Volentes, ut interim tam ipſe, quam ſui heredes ex ipſo legitime deſcendentes ſuper ſervitiis perſonalibus, atque angariis, nullatenus moleſtentur, &c,*

Quæſtio de ſervitiis perſonalibus.

Ex eodem Reg. fol. 33. a t.

Die 6. Septembris ejuſdem anni quæſtio instituta eſt inter cœnobium noſtrum, atque Benedictum de Tancredo a S. Elia, quam hæc inſtrumenti a Notario Dominico infante rogati verba referunt: *Nos Thomas &c. Profitemur, te Benedictum de Tancredo de S. Elia &c. feciſſe ad noſtram præſentiam evocari, aſſerentes te tamquam angararium curiæ noſtræ, debere præſtare, ac facere nobis, & monaſterio Caſſinenſi operas perſonales, angarias ſcilicet, & perangarias, redditus Gallinarum, & terratica & decimas, ſicut alii angararii ejuſdem caſtri S. Eliæ, præſtant, & faciunt monaſterio Caſſinenſi &c. Tu autem tuis innitens juribus, petiiſti a nobis, ut inviſis, & non diſcuſſis viribus, & rationibus tuis, ad coarctationem hujuſmodi, pro equitate noſtra contra te procedere minime deberemus, aſſerens, te hominem liberum, & ab angariarum conditione eſſe immunem, & penitus abſolutum, utpote qui eras de ſervitio equi infantium S. Eliæ, & ſervitium ipſum longo tempore feceras monaſterio Caſſinenſi cum aliis conſortibus ejuſdem equi &c. Nos autem attendentes, quod tam tu, quam progenitores tui ſemper fuiſtis fideles, & devoti monaſterio Caſſinenſi &c. de conſenſu, & voluntate Fratrum noſtrorum, nobiſcum habendo magiſtrum Laurentium Biſa judicem, & advocatum Caſſinenſem, remittimus tibi Benedicto prædicto, & tuis heredibus in perpetuum, & quietamus omnem litem &c. quam tibi ſuper prædictis ſervitiis perſonalibus &c. movimus, ſeu movere intendebamus, ſed declarantes, te eſſe liberum, atque francum, & ad prædicta omnia non teneri, remittimus &c., Tibi &c. tuis heredibus in perpetuum omnia ſervitia realia, & perſonalia, & redditus gallinarum, terraticorum, & decimarum, ut ad ea danda, vel facienda minime teneamini &c. Ita tamen, quod pro libertate ipſa præſtetis, & ſolvatis nobis, & ſucceſſoribus noſtris ſingulis annis in feſto S. Benedicti nomine cenſus auguſtalem aureum unum, videlicet tarenos aureos ſeptem, & grana decem &c,*

Judex creatus.

Ex eodem Reg. fol. 34. a t.

Die 26. Octobris a Thoma Abbate creatus eſt oppidi Vallisfrigidæ judex Andreas Batholomæi, ut ex inſtrumento conſtat a notario Johanne de Petrone Sangermanenſi rogato, in quo hæc ſunt præcipua: *Nos Thomas &c. attendentes grata &c, ſervitia, quæ tu Andreas de Bartholomæo de Vallefrigida fidelis noſter nobis, & Caſſinenſi monaſterio impendiſti &c. de Fratrum noſtrorum conſenſu nobiſcum habendo Magiſtrum Laurentium Biſa judicem & advocatum Caſſinenſem, tibi judicatus officium in prædicto caſtro Vallisfrigidæ, & pertinentiis ejus in vita tua duximus conferendum. Te dicti caſtri judicem ſtatuentes cum omni honore, & dignitate, quem, & quam alii judices dicti caſtri conſueverunt percipere &c. Recepto prius a te fidelitatis debitæ de bonis, & juribus noſtris, & noſtri monaſterii gubernandis, & non minuendis, ac de ipſo officio exercendo fideliter, ad honorem, & fidelitatem noſtri, & monaſterii Caſſinenſis debito juramento &c.*

Notarius creatus in oppido Banttræ.

Die 6. Decembris publicus caſtri Banteræ notarius electus eſt a Thoma Abbate Johannes de Taphoro ab eodem Oppido, ut inſtrumento conſtat rogato a Johanne de Petrone, in quo hæc leguntur: *Recepto a te de ipſo Officio exercendo fideliter, & de veritate ſcribenda, nec non de juribus noſtri monaſterii, tam in capite, quam in membris ceteris inviolabiliter obſervandis &c. debito juramento &c,*

Ex eodem Reg. fol. 30. a t.

Et in oppido Aquæ fundatæ.

Ex eodem Reg. fol. 36.

Anno 1287. die 10. Februarii monachorum ſcitu, conſultationeque magiſtri Laurentii Biſæ judicis, & advocati Caſſinenſis Thomas Abbas publicum in oppido Aquæfundatæ notarium elegit Michaelem notarii Nicolai ex eodem oppido, ut ex inſtrumento rogato a Johanne de Vallefrigida, in quo ſolita extat jurandi formula. *Pro quibus omnibus obſervandis exinde corporale præſtitiſti ad ſancta Dei evangelia Sacramentum &c.*

Bona quædam Sauli Henrici F. conceſſa.

Ex eodem Reg. fol. 51.

Die 17. Martii idem Abbas bona quædam in territorio Citrarii conceſſit Sauli Henrici F., ut ex inſtrumento a notario Bartholomæo de Laurentio Sangermanenſi rogato, in quo hæc leguntur: *Nos Thomas &c. Attendentes fidem, & devotionem quam tu judex Saul de Enrico de Citrario erga nos, & noſtrum monaſterium habes, attendentes etiam, quod erga S. Romanam eccleſiam, & heredes domini regis Karoli fidelis, & devotus extitiſti tempore turbationis, etiam quia damnum pro fidelitate tua recepiſti, de Fratrum noſtrorum conſenſu nobiſcum habendo magiſtrum Laurentium Biſa judicem, & advocatum Caſſinenſem, per hunc libellum libellario jure damus, & concedimus tibi prædicto judici &c., & tuis heredibus bona ſtabilia infraſcripta &c.*

Alia conceſſio.

Ex eodem Reg. fol. 55.

Atque die 18. Martii juſſu Abbatis Thomæ conceſſionem rogavit Johannes de Vallefrigida, in qua hæc ſunt adnotanda: *Nos Thomas, &c. De Fratrum noſtrorum conſenſu nobiſcum habendo magiſtrum Laurentium Biſa judicem, & advocatum Caſſinenſem, per hoc ſcriptum publicum concedimus, & confirmamus vobis Magiſtro Landulfo Ferraymone, & Oddoni Ferraymone militi fidelibus noſtris de S. Germano &c. infraſcriptos vaſſallos infra S. Ambroſium, & S. Victorem cum filiis, qui ex eis nati ſunt, ſecundum uſum, & conſtitutionem terræ S. Benedicti, & molendinum unum in civitate S. Germani in loco Vallis extra Poſterulam S. Johannis, quæ omnia uſque modo tenuiſtis per chartam factam predeceſſoribus veſtris per qm. bo. me. Abbatem Raynaldum prædeceſſorem noſtrum in anno Domini* 1156. *menſe Madii indictione quarta; eo quod pro ſalute animæ eorum prædicti prædeceſſores veſtri obtulerunt B. Benedicto monaſterium S. Benedicti Piczuli ſitum in civitate Venafri, & villam S. Benedicti Piczuli cum Villanis, & omnibus ſuis pertinentiis extra eandem civitatem poſitam. Concedimus etiam & confirmamus vobis ſextam partem alterius molendini &c. quod eſt juxta formam pidi, & juxta hortos veſtros &c. Nomina Vaſſallorum in S. Ambroſio ſunt hæc videlicet. Stephanus Blaſii, Hēr. Joannis de Contalta; Hēr. Stephani de Rogerio. Hēr. Hugonis de Landulfo. Nicolaus Rogerii de Sujo &c. Plures alii Vaſſalli recenſentur, deinde ſubdit. Et in S. Victore Johannes de Raina, Nicolaus de Rogerio, Franciſcus Bartholomæi de Agatha &c.* Alii deſcribuntur Vaſſalli: *Et prædictos Vaſſallos ſicut præmiſſum eſt vobis prædictis magiſtro Landulfo, & Oddoni militi Fratribus concedimus atque confirmamus &c. ad poſſeſſionem, &*

pote-

Digitized by Google

*poteſtatem veſtram, veſtrorumque heredum ad habendum, & tenendum, & poſſidendum &c. Inſuper concedimus &c. tibi pradicto magiſtro Landulfo infraſcriptos vaſſallos in caſtello Toreculi, quas uſque modo tenuiſtis per chartam venditionis tibi facta a Petro domini Johannis, & fratribus ejus de S. Helia videlicet Matthaum de Ugone, Jacobum de Ugone &c.* deſcribuntur alii quidam.

Idem Notarius die 16. Aprilis aliud inſtrumentum rogavit, in quo hæc præcipue ſunt animadvertenda. *Nos Thomas &c. profitemur, quod cum &c. exigi faceremus generaliter ab hominibus caſtri Pignatarii redditus, & ſervitia perſonalia vos Petrus filius qm. Leonardi de Bichena, Paulus filius qm. Adenulfi, Jacobus, & Gulielmus fratres filii qm. Johannis de Roberto de caſtro Pignatarii comparueritis coram nobis, aſſerentes, vos ſuper pradictis reditibus, & ſervitiis moleſtari nobis humiliter ſupplicantes, quod cum eſſetis de nobili genere, & de domo militari vixeritis, & vivatis in honore militia, & contuleritis ſemper, & conferatis cum aliis militibus, & nobilibus ejuſdem caſtri, & ideo vos ad pradictos redditus, & ſervitia non teneri; dixiſtis ut dignaremur ſuper iis vobis miſericorditer providere; nos igitur ſuper hiis inquiſita diligentius veritate, volentes vaſſallos noſtros ad honores &c. promovere &c. de conſenſu Fratrum noſtrorum &c. damus, & concedimus vobi, & veſtris heredibus maſculis ex vobis legitime deſcendentibus in perpetuum, ut ſitis liberi, & immunes ab angariis, & perangariis, & ſervitiis perſonalibus, dum vixeritis vos, & heredes veſtri, ſecundum quod decet honorem militarem, & quod vivatis in honore militari, ſecundum quod vivunt alii nobiles, & milites pradicti caſtri, & ut liceat vobis quando volueritis, aſſumere cingulum militare, & ad honorem militia, promovere nobis, & ſucceſſoribus noſtris in vobis, & veſtris heredibus ſervitiis militaribus reſervatis &c.*

Ex eodem Reg. fol. 57.

Lis de ſervitiis perſonalibus.

Die 30. Aprilis quæſtio eſt agitata contra Johannem de Guillelmo a Pignatario pro ſervitiis perſonalibus, ut ex inſtrumento a notario Benedicto de Angelo Sangermaneſi rogato, in quo hæc leguntur: *Nos Thomas &c. profitemur, quod cum &c. exigi faceremus generaliter ab hominibus caſtri noſtri Pignatarii redditus, & ſervitia perſonalia, tu Johannes de caſtro noſtro Pignatarii &c. cognomine de Guglielmo comparuiſti coram nobis, aſſerens, te ſuper pradictis redditibus, & ſervitiis moleſtari, nobis humiliter ſupplicaſti, quod cum eſſes de nobili genere, & de domo militari vixeris, & vivas in honore militia & contuleris ſemper, & conferas cum aliis militibus, & nobilibus pradicti caſtri, & ideo te ad pradictos redditus, & ſervitia non teneri, dixiſti, ut dignaremur tibi pradicto Johanni ſuper iis miſericorditer providere. Nos igitur ſuper iis inquiſita diligentius veritate, volentes vaſſallos noſtrot ad honores gratioſius promovere & perfrui libertate, de Fratrum noſtrorum conſenſu, &c. damus & concedimus tibi pradicto Johanni, & tuis heredibus maſculis ex te legitime deſcendentibus in perpetuum, ut ſitis liberi, & immunes ab angariis, redditibus, & ſervitiis perſonalibus, dum tu & heredes tui vixeritis ſecundum quod decet honorem militarem, & quod vivas in honore militari ſecundum quod vivunt alii nobiles, & milites dicti caſtri, & quod liceat vobis quando volueritis, aſſumere cingulum militarem & ad honorem militia promoveri, nobis, & ſucceſſoribus noſtris in te, & tuos heredes ſervitiis militaribus reſervatis &c.*

Ex eodem Reg. fol. 63. a t.

Oppidum Terami conductu.

Die 16. Julii ejuſdem anni magiſter Berardus Magnitinus, Sangermanenſis oppidum Terami conduxit, ut ex hiſce inſtrumenti a notario Bartholomeo de Celano S. Germani cive rogati verbis conſtat: *Nos Thomas &c. attendentes devotionem, quam tu diſcrete vir magiſtre Berarde Magnitine de S. Germano fidelis noſter erga nos, & Caſſinenſe monaſterium habuiſti, &c. in praſentia judicis Laurentii Biſa judicis, & advocati Caſſinenſis &c. Damus, & concedimus tibi in extalium jura omnia, fructus, redditus, & proventus caſtri noſtri Terami, & molendini ipſius caſtri camera Caſſinenſi ſpectantia, tenenda, exercenda, & percipienda per te, & officiales tuos, in pace, & ſine moleſtia, & contradictione aliqua, uſque ad annos quinque, incipiendos a die 22. menſis Novembris &c. Pro quibus juribus, & proventibus, profitemur nos recepiſſe a te uncias auri triginta, & in utilitatem dicti monaſterii convertiſſe. Renunciantes exceptioni non numerata pecunia, ſeu non ponderati auri &c.*

Ex eodem Reg. fol. 74.

Sententia contra cives Sangermanenſes.

Die 25. Junii anno 1287. hanc contra cives S. Germani ſententiam protulit Abbas Thomas: *Nos Thomas &c. ſuper inquirendis juribus noſtris, & noſtri monaſterii in S. Germano curam daremus ex officii noſtri debito diligentem, nonnullos per nuntios, & caſtaldos noſtra curia coram nobis fecimus evocari, ut ſi immunitatem haberent aliquam de terraticis non praſtandis infra certa tempora eiſdem limitata per nos producerent, quoniam parati eramus eorum jura abſque juris injuria integre conſervare, quorum aliqui coram nobis in eiſdem terminis comparentes, nullam potuerunt immunitatem de pradictis oſtendere, ſed ſe non teneri ad praſtationem Terratici ſimpliciter aſſerentes, quidam vero ad exemptionem terraticorum ipſorum certas cautelas coram nobis infra pradicta tempora praſentarunt, per quas ſuper iiſdem terraticis pratendebant immunitatem habere, & ex perſonis quorumdam, quorum jam defecit memoria & ipſorum equi ſervitium quandam immunitatem ſuper hujuſmodi ſolet inducere non derelictis legitimis heredibus, qui ipſum ſervitium faciant, aut facere poſſint, prout per inquiſitionem exactiſſimam comperimus, jam defecit, ſicut infra particulariter duximus inſerendum. Quidam vero ſponte ſe velle reddere terraticum ſunt confeſſi, cedere potius, quam contemnere eligentes. Conſiderantes itaque quod ad praſtationem dicti terratici totum S. Germani territorium eſt annexum, nec ab eadem praſtatione poteſt aliquis ſe eximere, niſi exemptionis cauſam ſe probet habere a monaſterio Caſſinenſi. Attendentes etiam, quod cauſa ſervitii equi quamdam immunitatem exhibet, ceſſante ceſſat effectus. Perſpeximus pradictos pradictum non reddere terraticum non minus in noſtrum, noſtrique monaſterii diſpendium, quam in ſuarum manifeſtum periculum animarum &c. ideoque volentes jura noſtri monaſterii reparare collapſa, habito deliberato prudentum virorum conſilio nobiſcum habendo magiſtrum Laurentium Biſa judicem, & advocatum Caſſinenſem, pradictos omnes ad praſtationem terratici de infraſcriptis eorum terris, cum aliorum univerſitate duximus reducendos, terras ipſas ad*

Ex eodem Reg. fol. 68. a t.





Digitized by Google

*ejuſdem præſtationem terratici reducentes, & nulla poſſit impoſterum quæſtionis materia exoriri, decernimus de terris ipſis, ut de aliis terris territorii S. Germani deberi terraticum monaſterio Caſſinenſi &c.* Recenſitis deinde illis, qui vel nullam immunitatem demonſtrare potuerant, vel inſufficientia monimenta exhibuerant, vel territoria ſeſe reſtituere paratos oſtenderunt, ſubditur: *Sane quia nonnulli libellario jure immunitates habentes a monaſterio Caſſinenſi ſuper terraticis, pullis, & aliis pluribus non præſtandis, libelli termino jam elapſo, ſe renovationem ipſius libelli fieri, ut tenentur, & debent, minime procurarunt &c. Quidam alii requiſiti per nos, ut debitum equi ſervitium, ſub quo Immunitatem ipſam conſequebantur præſtare, & reddere noluerunt. Prædictos omnes præſentibus ſcriptis immunitate prædicta ſententialiter privamus &c. ad præſtationem terratici, pullorum, aliorumque jurium immunitate confuſa ipſos, & ipſorum bona ſententialiter reducentes, &c. Preterea quia nonnulli immunitatem prædictam habentes, tam ipſam immunitatem quam prædicti equi ſervitium in noſtra præſentia renuerunt, renunciationem ipſam duximus admittendam, eiſdem ſuper ipſa immunitate ſilentium imponentes &c. Lecta, & publicata, fuit hæc ſententia in palatio majoris curiæ S. Germani, præſentibus magiſtro Landulfo Ferraymone, magiſtro Laurentio Biſa, magiſtro Riccardo de Soverino, & magiſtro Jacobo Toppetta judicibus magiſtro Bruno de S. Germano Archipresbytero S. Germani, magiſtro Thoma Ambroſiano, magiſtro Leonardo de notario advocatis, notario Bartholomæo de Laurentio, notario Petro Cippone, notario Benedicto de Blaſio, teſtibus ſupradictis.* Præter recenſitos magiſtros, ſeu doctores; alii magiſtri recenſentur, ſc. Nicolaus de Juriſſa, Landus, Benedictus Bonagiunta, Andreas de Guardamanno, Nicolaus de Sardina, Franciſcus de Juriſſa, & Leonardus Malateſta, aliique plures notarii.

Exemptiones conceſſæ.

Die 5. Julii ejuſdem anni Thomas privilegium magiſtro Nicolao de Juriſſa Sangermanenſi concedit, quo terraticum pro agro quodam ſolvere haud amplius deberet, ut ex inſtrumento Johannis de Vallefrigida, in quo hæc leguntur: *Nos vero conſiderantes, quod prædicta equorum ſervitia ſunt nobis, & monaſterio noſtro propter malitiam temporis oportuna &c., recepimus te ad ſervitium equi prædicti, ad quod cum tu, & tui hæredes per nos, & ſucceſſores noſtros requiſiti fueritis, te, heredeſque tuos ſuper terra prædicta ſpontanee obligaſti &c.* Idemque privilegium conceſſit Nicolao de Bettardo oppidi S. Petri in monaſterio ea lege, ut ipſe ejuſque hæredes equo mererent. Eodem anno conceſſio a deceſſoribus ſuis magiſtro Theodino facta exhibita eſt Thomæ Abbati, quæ hæc continebat: *Eodem die decimo Julii quintedecima indictionis, Petrus Piloſus de S. Germano repreſentavit quoddam inſtrumentum confectum an. Dñi* 1277. (Error eſt in nota numerali, nam Landulfus ab an. 1227., ad 1238. Abbas fuit) *menſe Aprilis &c. manu Siffridi notarii ſubſcriptionibus domini Landulfi Abbatis, & aliorum teſtium ſubſcriptionibus roboratum, in quo continebatur quod idem Abbas conceſſit, & confirmavit magiſtro Teodino pictori de S. Petro in monaſterio omnes res, & ſubſtantias, quas Theodinus qm. Pater ſuus tenuit, & quas bonæ memoriæ Abbas Theodinus, & Abbas Petrus eidem conceſſerunt per chartam eis factam, & quod de cætero nec ipſi, neque ſui heredes tenerentur ad collectam, nec adjutorium. Et nec ipſi, neque ſui heredes pro manifeſta culpa a nemine conſtringantur niſi in preſentia Abbatis qui pro tempore fuerit: conceſſit inſuper eis, & eorum heredibus, ut ſi quis teneret quomodolibet de ſubſtantia prædicta terras ſeu caſas, terraticum, & pullos ipſos ſine omni contrarietate reddat.*

Ex eodem Reg. fol. 72.

Ex eodem Reg. fol. 72. a t.

Ex eodem Reg fol. 73. a t.

Conceſſio Oddoni de Barregio facta.

Hanc quoque conceſſionem Thomas eodem anno Oddoni de Barregio fecit, ut ex inſtrumento Johbnnis de Vallefrigida; *Nos Thomas &c. de Fratrum noſtrorum conſenſu &c., per hunc renovationis libellum jure libellario concedimus, & confirmamus vobis Oddoni de Valleregia medietatem cujuſdam molentini ſiti in territorio S. Eliæ in loco ubi dicitur Foſſa, & quatuor vaſſallos in civitate S. Germani, videlicet heredes Boamundi, Johannis Pauli, & heredes Bryſanti; Iohannis Mariroſa.*

Ex eodem Reg. fol. cit.

Exéptiones conceſſæ.

Die ſecunda Auguſti ex inſtrumento a Benedicto de Angelo rogato, Thomas Abbas Caſſinenſis Andreæ & Petro Cimino Fratribus ex S. Germano aliiſqne conceſſit, ne amplius terraticum pro poſſeſſione quadam ſolverent dummodo equo mererent. *Nos vero conſiderantes quod equorum ſervitia ſunt nobis, & noſtro monaſterio propter malitiam temporis oportuna, &c. veſtris juſtis petitionibus inclinati, recipimus vos ad ſervitium Equi prædicti, ad quos cum vos, & veſtri heredes per nos & ſucceſſores noſtros requiſiti fueritis exhibere ſuper tenimento prædicto ſpontanee obligaſtis &c.* Eademque exemptio die 10. Septembris ſimili conditione conceſſa Benedicto Nicolai Boccacece, aliiſque ejus ſociis, ut ex inſtrumento a recenſito notario rogato.

Ex eodem Reg. fol. 75. a t.

Sententia contra quoſdam S. Eliæ Oppidanos.

Die 11. Septembris hanc contra octuaginta ſex S. Eliæ oppidanos ſententiam protulit Thomas Caſſinenſis Abbas: *Nos Thomas Dei gratia Caſſinenſis Abbas ex officii noſtri debito ad propulſandas virorum nobilium Dominorum Petræ Abundantis injurias, ac violentias, quę ab eiſdem Dominis nobis, & noſtro monaſterio Caſſinenſi in eccleſia noſtra S. Euſtaſii de Arcu ejuſque caſali inferebantur injuſte, daremus operam ſtudioſam, & intenderemus, eccleſiam ipſam caſaleque prædictum adverſus ipſorum nobilium præconceptam malitiam manu potenti viriliter defenſare inter alios fideles noſtros de Abbatia infraſcriptos homines de caſtro noſtro S. Eliæ, quorum nobis, & noſtro monaſterio abſque fuga remedio adeſſe præſidium credebamus, pro eo quod præter fidelitatis debita juramentum, quo univerſi vaſſalli noſtri ad defenſionem terræ monaſterii noſtri tenentur adſtricti, fore de ſervitio equi cum prærogativa immunitatis ejuſdem, ſub quodam uſurpationis pallio dicebantur, requiri cum inſtantia fecimus, ut ad prædictam eccleſiam muniti accederent, prout ipſius equi natura ſervitii, ac juramenti fidelitatis ejuſdem ratio expoſcebat, ipſam eccleſiam defenſuri cum caſali etiam memorato, qui ad juſſionem noſtram quinquaginta ad nos ad S. Germanum ſubeunt ad locum prædictum propoſito ſatis decenter parati accedentes prædictum ipſorum propoſitum deducentes in nihilum ad caſtrum S. Eliæ unde venerant, non perfecto itinere, quod eis juſſimus a nobis non obtenta licentia, quinimo potius expleto mandato eis factę*

Ex eodem Reg. fol. 83. & ſeqq.

pro

Digitized by Google

*pro parte noſtra per chariſſimum in Chriſto Fratrem Bonifacium Rectorem caſtri ejuſdem, ſub pœna immunitatis, ſi quam haberent a monaſterio Caſſinenſis, non minus temere, quam viliter redire prædictum Equi ſervitium, ad quod ſecundum eos tenebantur adſtricti facere recuſando, nec contra religionem Sacramenti prædicti ſic turpiter veniendo; Quamquam itaque contra prædictos contumaces expreſſe ex evidentia facti potuiſſemus ad privationem immunitatis, quam ex ipſius equi ſervitio conſequebantur procedere rationabiliter, & de jure, maturius tamen volentes agere cum eiſdem, ipſorum jura, & cautelas inſpicere diſpoſuimus, ut ipſarum inſpectione an de jure vel de facto eandem immunitatem haberent noſtram conſcientiam informarent, propter quod eoſdem homines legitime, & peremptorie citari fecimus, ut cum juribus, & cautelis immunitatum ipſorum coram nobis in certo termino comparerent, ut eiſdem inſpectis ſuper immunitatibus ipſis procederemus abſque juris injuria aliqua alicujus, comparentibus itaque prædictis hominibus coram nobis cum eorum cautelis, & juribus in termino ſupradicto eiſdem diligenter inſpectis, prædictas cautelas reperimus, non documenta publica, ſed deriſiones proprie puerorum. Cum prædicti apodixas quaſdam in cartis bumbicinis ſcriptas, ſolutionem cenſus, & non immunitatem aliquam continentes oſtenderint, particulariter, & diſtincte, propter quas tamen apodixas nonnullis etiam ex eiſdem per affiliationis abhorrendi contractum, immunitatem ipſam illicite invenimus uſurpaſſe per quam ſuis finibus non contenti, immunitatem eandem ad alios etiam angararios Caſſinenſis monaſterii extendebant; Angararios ipſos ſine inſtrumento, & conſenſu Abbatum, & dicti monaſterii liberos faciendi. Quia igitur prædictos homines dictam immunitatem abſque jure invenimus uſurpaſſe. Quinimo ſi immunitatem ipſam juſtam, ac rationabiliter habuiſſent, prærogativa immunitatis ipſius per recuſationem dicti ſervitii propter quod libertatis commodum lætabantur, imo ſe fecerunt indignos, & a jure ſi quid habuerunt paopter ipſius ceſſationem Equi ſervitii, rationabiliter ceciderunt, nolentes, ut immunitate gaudeant, qui terram monaſterii Caſſinenſis noluerunt juxta naturam dicti equi ſervitii, fidelitatis debita juramento contento aliquatenus defenſare, habito, & deliberato prudentum virorum conſilio habendo nobiſcum magiſtrum Laurentium Biſa judicem, & advocatum Caſſinenſem, magiſtrum Richardum de Berlingerio, magiſtrum Landulfum Ferraymonem, & magiſtrum Jacobum Toppetam judices, & advocatos Caſſinenſes, præſentibus ſcriptis prædictos omnes privamus immunitatibus, quas ex natura dicti ſervitii obtinebant eoſdem ad præſtationem perſonalium ſervitiorum, ut angararios reducentes. Itaquod omni tergiverſatione repulſa, tam ipſi, quam heredes ſui gallinas, operas, terratica, & alia ruſticana ſervitia præſtent nobis impoſterum, & monaſterio Caſſinenſi. Nomina vero prædictorum hominum ſunt hæc* ( hic octoginta ſex numero recenſentur, poſtea ſubditur, ) *verum quia inter alios requiſitos ad prædictum ſervitium heredis domini Thomaſii, qui infraſcriptos vaſſallos tenent a monaſterio Caſſinenſi, nonnullos tamen ex eis ex uſurpatione illicita potius quam de jure ingrati beneficii quod ex perſona anteceſſorum ſuorum a monaſterio Caſſinenſi obtinebant prædictam terram prædicti noſtri monaſterii defendere recuſarunt, ad cujus etiam defenſionem Sacramenti Religione erant protinus obligati, ne commodum ſentiant, unde pœnam debent culpis exigentibus reportare, prædictos reddentes ad jus, & proprietatem noſtri monaſterii revocamus eiſdem heredibus ſic ingratis ſuper eiſdem reddentibus, ac ſervitiis, & redditibus eorumdem perpetuum ſilentium imponentes. Nomina vero prædictorum reddentium ſunt hæc videlicet* ( quibus memoratis ad numerum uſque triginta duorum, ſequitur ) *lata, & recitata eſt hæc ſententia in Proforio Majoris palatii curiæ Caſſinenſis Germani coram ſupradictis judicibus, & teſtibus infraſcriptis &c. in cujus rei futuram memoriam, & tam noſtri quam noſtri monaſterii cautelam perpetuam, hoc exinde publicum Inſtrumentum ſcribere mandavimus per manus Benedicti de Angelo publici noſtri, & civitatis S. Germani notarii ſubſcriptionibus noſtra prædictorum judicum, & teſtium roboratum &c.* Hac ſententia conſtat quibus nam rebus obnoxii eſſent, qui equo ſub Abbate Caſſinenſi merebant, & omnes qui privilegio ab Abbate Caſſinenſi habito non eximerentur, Terraticum ſolvere debuiſſe pro poſſeſſionibus ſuis præter gallinas, alioſque reditus & ſervitia perſonalia.

Die 4. Decembris an. 1287. Thomas Oppidanis S. Ambroſii hoc privilegium conceſſit a notario Johanne de Valleſrigida ſcriptis mandatum. *Nos Thomas &c. de Fratrum noſtrorum conſenſu nobiſcum habendo magiſtrum Laurentium Biſa judicem, & advocatum Caſſinenſem per hunc libellum renovationis concedimus, & confirmamus vobis omnibus hominibus fidelibus noſtris habitatoribus caſtri noſtri S. Ambroſii, & territorii ejus, & omnibus hominibus habitantibus infra terram S. Benedicti, qui de jure tenent terram in territorio jam dicti caſtri tam preſentibus, quam futuris omnes terras, vineas, & poſſeſſiones, ſilvas cultas, & incultas, & caſas, ad habendum, tenendum, & poſſidendum, & omnia exinde faciendi, quæ vobis placuerint, ſicut hactenus tenuiſtis eas libellario jure a parte monaſterii noſtri, exceptis rebus noſtris, ideſt uno palatio, & uno Sedio, quæ ſunt in ipſo caſtro, & Silva de Junctura, & Fontanam Guglielmi Ferraymoni exceptis juncturis fluvii quas emant a curia ii ad quos pertinebant. Quod territorium veſtrum habet hos fines. A prima parte habet flumen Gariliani, & Inſulam domini Imperatoris, & jam dictum flumen a ſecunda parte habet Startiam Dompnicam, & flumen Carnelli, & inſulam Infermarii noſtri Caſſinenſis, & revolvit ſupraſcriptum flumen Carnelli, & terram de Juncturenſibus, & terram hoſpitalis noſtri Caſſinenſis, & ſupradictum flumen Carnelli, a tertia parte habet terram, quæ fuit olim hæredum ſummi de S. Apollinaro, & Tancredi judicis de Deabili, & Goffridi, & Joannis Marocze, & vineas in caſali, & viam Saltelli, & a quarta parte habet fiſtulam, & Piczonem, & Garofarum, & bujum Ferrati, & ſilvam de Andreañ, & rivum de uva Caminula. Supradictas omnes poſſeſſiones veſtras vobis omnibus hominibus ſupradictis concedimus, & confirmamus, ut exinde conſueta ſervitia Caſſinenſi monaſterio reddatis, ideſt decimam partem de grano, hordeo, mileo, ſpelta farris, granofarris, fabis,*

Privilegiū Oppidanis S. Ambroſii conceſſū.

Ex eod. Reg. fol. 93. a t.

*ſurico,*

*ſurico, & vino, & de omnibus aliis ſeminibus, de quibus reddi conſuetum eſt ratione, & jure terratici, quod de certis ſeminibus cum tertia parte de vino Caſſinenſi monaſterio præſtabatis, quod ad petitionem, & inſtantiam veſtram in prædictam decimam, ac præſentationem ipſius, tam pro utilitate monaſterii, quam veſtrum duximus ſalubriter transferendum, quam decimam invenimus vos jam longe retroactis temporibus Caſſinenſi monaſterio præſtitiſſe. Item Aquaticum de Cannabe ipſa vigeſimam partem, herbaticum quoque de umbicibus, & glandaticum de ſcrofis decimam partem. Item pullos in Paſcha, & Natali ſicut conſuetum eſt. Concedimus etiam vobis, quod ſi aliquis veſtrum inteſtatus deceſſerit ſine filio legitimo, vel filia, frater, vel ſoror carnalis ſi fuerint ei ſuccedat. Omnes verò cartas libellarias, quas habetis a monaſterio Caſſinenſi, de quibuſcumque rebus vobis conceſſis in hoc libello renovamus vobis ſub annuo reddendo, ſicut reddere conſueviſtis. Hæc autem omnia ſupradicta ſicut ſuperius dicta ſunt, & determinata vobis omnibus hominibus ſuprascriptis confirmamus, & concedimus ad habendum, tenendum, & poſſidendum, & faciendum inde omnia, quæ vobis profuerint uſque ad viginti, & novem annos, eo quod in præſente recepimus a vobis centum ſexaginta ſolidos tarenorum Amalphitanorum. Completis vero viginti, & novem annis, nos vel noſtri ſucceſſores vobis omnibus prædictis renovare debeamus hunc ſcriptum libellum pro centum ſexaginta ſolidis tarenorum amalphitanorum, ſicut modo vobis renovavimus &c.* Ex quo privilegio patet S. Ambroſii accolas nil habuiſſe proprii, ſed prædia, domos, aliaque omnia cœnobii noſtri munificentia accepiſſe.

Privilegiū oppidanis S. Victori conceſſū.

Ex eodem Reg. fol. 101. at.

Eo demum anno hoc privilegium oppidanis S. Victoris conceſſum, ut ex inſtrumento notarii Ptolomæi ejuſdem oppidi. *Nos Thomas &c. De Fratrum noſtrorum conſenſu, nobiſcum habendo magiſtrum Laurentium Biſa judicem, & advocatum Caſſinenſem per hunc libellum jure libellario concedimus, & confirmamus vobis omnibus hominibus de caſtro noſtro S. Victoris fidelibus noſtris omnes poſſeſſiones veſtras in domibus, Terris, & vineis, vel quibuſcumque tenimentis, quas hactenus tenuiſtis per diverſas chartas libellarias ſingulariter vobis factas ex parte monaſterii Caſſinenſis. Ipſas utique poſſeſſiones cum omnibus in eis habitis &c., & cum omnibus utilitatibus, & pertinentiis ſuis vobis omnibus hominibus ſupradictis fidelibus noſtris libellario jure concedimus &c. ad poteſtatem veſtram, & heredum veſtrorum ad habendum tenendum &c. uſque in annos viginti, & novem; ita ut omni anno reddatis monaſterio Caſſinenſi decimam ſecundum conſuetudinem dictæ terræ S. Victoris. Completis vero annis viginti, & novem, nos, vel noſtri ſucceſſores &c. vobis, & veſtris heredibus renovare debeamus hunc libellum pro tarenis amalphitanis centum, & ex hac noſtra conceſſione, & bina renovatione, recepimus a vobis in florenis auri & aliis monetis tarenos amalphitanos ducentos &c.*

Conceſſio a Thoma Abbate facta.

Ex eodem Reg. fol. 96.

Anno 1288. die 8. Januarii ex inſtrumento rogato a notario Benedicto de Angelo hanc conceſſionem fecit Thomas Abbas: *Nos Thomas &c. te Bartholomæum Johannis de Benedicto oriundum de Aquino expoſuiſſe nobis humiliter, ut cum nuper veneris ad habitandum in caſtro noſtro Pedemontis, & ſubire velis dominium noſtrum, & monaſterii Caſſinenſis, & præſtare nobis homagium, dignaremur te, juxta facultatem, & poſſibilitatem tuam modicam, & conſtituere ad redditum pollaſtrorum duorum præſtandorum anno quolibet per te heredeſque tuos, monaſterio memorato. Nos itaque petitionem tuam juſtam, ut pote admittentes &c. de Fratrum noſtrorum conſenſu &c., volumus, & conſtituimus, ut tu & heredes tui ſecundum privilegium caſtri noſtri Pedemontis, reddatis monaſterio Caſſinenſi in feſto nativitatis Domini anno quolibet pollaſtros duos, quod facere promiſiſti, & ad id te, heredeſque tuos ſolemniter obligaſti. Remiſſo vobis per nos quolibet alio ſervitio, & redditu generali &c.* Idem privilegium confirmavit Bartholomæo de Luca, & Johanni de Rainerio, Berardo, & fratribus, Thomæ Johannis a Terella, & Leonardo Scorticuſo de caſtru cœli, qui ad memoratum caſtrum incolendum venerant.

Ibid. fol. 96. at.

Ibid. fol. 97.

Ibid. fol. 98.

Inquiſitio in Urbe S. Germani inſtituta.

Ex eodem Reg. fol. 105.

Die 28. Auguſti ejuſdem anni 1288. Thomæ Abbatis juſſu inquiſitio in civitate S. Germani inſtituta eſt, in qua primus omnium teſtis examinatus: *Nicolaus Caſſutus. Juratus, & interrogatus dixit, quod terraticum S. Germani præſtatur de grano, ordeo, milio, fabis majorinis, & de omni eo, quod ſeminatur in novali, & Magiſia. Item dixit, quod quando monaſterium indiget lignaminibus, licitum eſt Domino Caſſinenſi Abbati, ſeu officialibus ſuis facere incidi de arboribus non fructiferis ſitis infra territorium S. Germani, evocatis prius tamen Dominis, & poſſeſſoribus arborum prædictarum. Item dixit, quod de centum unciis impoſitis in Abbatia Caſſinenſi pro ſacra Abbatis continget quinta pars ipſarum unciarum civitatis S. Germani, videlicet unciæ viginti. Item ſi contingat monaſterium Caſſinenſe facere exercitum, homines dictæ civitatis tenentur ſervire eidem Monaſterio tribus diebus, ad expenſas eorum, poſt modum ad expenſas monaſterii, & homines deputati ad ſervitium equi, ſerviunt ſimiliter cum equis eorum, ut prædicti alii homines. Si vero mittantur extra, ſeu ducantur extra Abbatiam, tenentur ſervire ad expenſas monaſterii. De cauſa ſcientiæ juratus dixit, quod ita vidit obſervari prædicta a tempore ſuæ recordationis, quæ eſt de quinquaginta annis. Magiſter Bivinderius juratus, & interrogatus dixit idem ut proximus, & addidit, quod bonæ memoriæ Abbati Riccardo pro ſacra ſua data fuerunt unciæ auri centum, & tantundem Abbati Bernardo: quod eſt licitum Abbati Caſſinenſi, & eorum officialibus arbores incidere contra voluntates poſſeſſorum. Magiſter Leonardus Malateſta juratus, & interrogatus dixit idem ut proximus. Sergius de amata juratus, & interrogatus dixit idem ut proximus. Benedictus Zitus juratus, & interrogatus dixit idem, quod Nicolaus Caſſutus, & addidit quod quando Abbas Caſſinenſis vocatur ad Papam, homines S. Germani debent ſubvenire Abbati Caſſinenſi in tarenis auri centum, & addidit, quod licitum eſt Abbati Caſſinenſi incidere arbores hominum dictæ terræ pro palatio &c.* Eadem aſſerunt alii examinati teſtes: *Nicolaus Rogadeus obtulit ſe velle facere ſervitium equi quod facere debuit Leo RogaDeus, pro iis, quæ tenet de bonis ipſius una cum magiſtro Johanne Rogadeo, & Franciſco Fratribus.* Viginti ſeptem alii homines recenſentur, qui equo

Licebat Caſſinati monaſterio cogere exercitum.

merere

Digitized by Google

merere ſub Abbate Caſſinenſi debebant.

Inquiſitiones generales in oppidis.

Neque hac inquiſitione contentus Thomas generalem aliam in omnibus cœnobio Caſſinenſi ſubditis oppidis inſtituit, quas, cum illis Bernardi juſſu factis ſint ſimiles, omittimus, ſingularia tantum aliqua recenſere contenti. Illud tamen pro omnibus animadvertendum ſingulas Abbatiæ Caſſinenſis oppida incolis fuiſſe referta etiam nobilibus.

Plumbariolæ.

Ex eodem Reg. fol. 113.

In Inquiſitione Plumbariolæ facta hæc: *domnus Johannes Archipresbyter Plumbariolæ juratus, & interrogatus dixit, quod eccleſia S. Mariæ caſtri ejuſdem tenetur & debet monaſterio Caſſinenſi anno quolibet infraſcriptum cenſum, videlicet in feſto nativitatis Domini tarenos amalfitanos octo, oblationes panis duodecim, ova ducenta, & in feſto reſurrectionis Domini denarios de argento octo, qui faciunt tarenos auri duos, ova centum, & duodecim oblationes panis &c. de cauſſa ſcientiæ interrogatus dixit, quod ipſe teſtis vidit obſervari prædicta a tempore ſui recordi, quod eſt de ſexaginta annis, & ipſo etiam teſtis cum aliis clericis præſtitit, & reddidit prædicta &c. Item dixit, quod homines ejuſdem caſtri tenentur, & debent facere procurationem anno quolibet poſt Feſtum Nativitatis domini Abbati Caſſinenſi, & clerici ejuſdem caſtri præſtant libram unam de cera in procuratione Abbati prædicto. De cauſa ſcientiæ interrogatus dixit ut ſupra domnus Bartholomæus Petri Johannis de Lantone juratus, & interrogatus dixit idem ut proximus &c. & addidit, quod prædicti Homines tenentur pro procuratione ſolvere dño Caſſinenſi Abbati tarenos amalphitanos quadraginta poſt feſtum Nativitatis Domini, quolibet anno &c. Notarius Nicolaus ſubdiaconus juratus, & interrogatus dixit idem quod dominus Bartholomæus, excepto tamen de tempore, de quo dixit de viginti quatuor annis.* Eadem fatentur alii teſtes: *Notarius Nicolaus juratus, & interrogatus dixit, quod bajulatio Plumbarolæ conſuevit, & debet præſtare, & reddere Camerariatui Caſſinenſi anno quolibet in feſto Natalis Auguſtalem unum, & in feſto Reſurrectionis Domini denarios de argento triginta duos, qui vocabantur denarii Oddonis, & ova ducenta. Item dixit, quod facit anno quolibet currum unum domino Abbati Caſſinenſi. Gerardus juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus.*

Denarii Oddonis.

Pediſmontis.

Ibid. fol. 314. à t. & ſeqq.

In inquiſitione facta in caſtro Pediſmontis. *Petrus de Gualterio juratus, & interrogatus dixit, quod venientes extranei ad habitandum in caſtro, & villis Pedemontis, conſtituuntur, & conſtitui debent ſub dominio Caſſinenſis Abbatis, & non poſſunt ſubjectare dominium ſingularis perſonæ vel eccleſiæ. De cauſſa ſcientiæ interrogatus dixit quod ita vidit obſervari, & audivit ab antiquioribus. Item dixit quod homines tam caſtri, quam villæ prædictæ tenentur reſarcire, & reparare domos curiæ ejuſdem caſtri &c. Johannes de Gualterio juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus. Johannes de Gregorio juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus &c.* Idem alii teſtes deponunt. *Raynaldus de Gualterecta juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus, & addidit quod quando dominus Caſſinenſis Abbas venit ad caſtrum prædictum, & ibidem moratur, homines ipſius caſtri dant paleam, ligna, lectos, & fenum. Notarius Johannes de Raynaldo juratus, & interrogatus dixit quod Notariatus caſtri, & villæ Pedemontis tenentur Caſſinenſi monaſterio annuatim reddere tarenos auri duodecim, vel tarenos Amalphitanos viginti in feſto Natalis Domini, ita tamen quod notarii locorum ipſorum vaſſallos tres poſſunt immunes facere. Notarius Nicolaus juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus. Notarius Johannes de Adenulfo Juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus. Notarius Petrus Notarii Johannis juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus. Presbyter Johannes Archipresbyter eccleſiæ S. Mariæ de caſtro Pedemontis juratus, & interrogatus dixit, quod vacante dicta majori eccleſia S. Mariæ Archipresbytero ſive per mortem Archipresbyteri, ſive per renunciam, vel per quamcumque aliam cauſam, clerici ejuſdem caſtri accedentes ad preſentiam domini Abbatis, ſeu Vicarii ipſius, petunt miſericorditer licentiam ab eodem domino Abbate, ſeu Vicario ipſius faciendi, & celebrandi electionem de Archipresbytero in eccleſia ſupradicta, qua licentia conceſſa, & obtenta, ipſi clerici infra tempus a jure ſtatutum eligunt Archipresbyterum, & electionem ipſam referunt prædicto Domino Abbati. Idem vero Abbas facta ſibi repræſentatione electionis ipſius, examinato decreto electionis, & perſonæ electi procedit ad confirmationem, ſeu infirmationem, prout de jure fuerit. Quod ſi ipſam electionem rite factam, utpote de perſona idonea acceptandam duxerit, ſcribit domino Epiſcopo Aquinati per ſuas literas, & repræſentat eundem electum prædicto domino Epiſcopo, cum litteris ſuis, & Epiſcopus, ut ad ipſum attinet, recipit eundem electum, & quæ facta ſunt acceptat. Quo facto per eundem Abbatem mittitur aliquis ex Monachis, & pro parte ipſius domini Abbatis inſtallat ipſum Archipresbyterum in locum Archipresbyteratus eccleſiæ ſupradictæ, & aſſignat ſibi claves ejuſdem eccleſiæ, & poſſeſſionem ejuſdem Archipreſbyteratus. Quod ſi clerici infra tempus a jure ſtatutum non elegerint, vel electionem ineptam, & inutilem fecerint, devolvitur ad dominum Abbatem, & ipſe providit, & ſtatuit Archipresbyterum in eadem eccleſia juxta velle ſuum. Electus autem in Archipresbyterum dictæ eccleſiæ debet eſſe vaſſallus monaſterii Caſſinenſis. De cauſa ſcientiæ interrogatus, quod ſic fuerunt obſervata prædicta, in electione ipſius tempore quondam domini Bernardi Caſſinenſis Abbatis, & ſic etiam audivit ab antiquioribus. Item dixit de electione Abbatis S. Martini, & confirmatione de omnibus ſupradictis, quæ ſervantur in electione Archipresbyteri dixit, ut ſupra. Presbyter Johannes juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus, excepto quod non fuerunt in eo obſervata prædicta: addidit tamen, quod prædicta obſervare vidit in dicto presbytero Johanne Archipresbytero dicti loci, & in perſona qm. Archipresbyteri Nicolai, Archipresbyteri Thomæ de S. Germano, & Archipresbyteri Alexii de Plumbarola. Presbyter Henricus juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus.* Eadem quinque alii teſtes deponunt. Jus eligendi Archipresbyterum Pedemontis Abbati Caſſinenſi, ut potè temporali ejus oppidi Domino competebat, nam in ſpiritualibus epiſcopo Aquinati etiam tunc temporis oppidum parebat.

Huc revocamus privilegium a Petro abbate

anno

Digitized by Google

Privilegiū Oppidanis Pediſmontis conceſſum.

anno 1183. die 1. Aprilis oppidanis Pediſmontis conceſſum; quia in primo Thomæ Abbatis regeſto p. 116. a t. reperitur: *Providendum eſt ſubditis, ut pacifice, & indulgeatur eis a dominis unde merito poſſint ſemper in fidelitate & devotione exiſtentes promptiores. Hinc ergo nos Petrus Dei gratia Caſſinenſis Abbas conſiderantes fidelitatem, quam vos homines de Pedemonte habetis ad eccleſiam Caſſinenſem de conſenſu, & voluntate Fratrum noſtrorum, nobiſcum habendo Petrum judicem, & advocatum monaſterii noſtri per hoc ſcriptum concedimus, & confirmamus vobis omnibus hominibus de Pedemonte, tam preſentibus, quam futuris, ut libera poteſtas ſit unicuiquc veſtrum vendere, donare pro anima ſua, judicare res ſuas cuicumque voluerit, & ille qui emerit, vel aliquo titulo habuerit res ipſas, non tenetur inde facere aliud ſervitium, vel mojaticum reddere, niſi quale per ſe antea debuerat, & ſi aliquis veſtrum inteſtatus deceſſerit, propinquior de conſanguinitate ejus ſuccedat uſque ad ſeptimum gradum ſecundum legem menſura ſolita qualis ſit vobis ſemper illa, qua uſi eſtis hactenus, & de qua juraverint homines de voluntate curia ſervitium aliquod vel mojaticum non queratur a filio vivente patre. Verumtamen mortuo patre faciat mater ſervitium, & reddat mojaticum. Mortua vero matro ſi plures filii ei fuerint unum tantum ſervitium faciant dum ſimul habitant. Poſtquam vero diviſerunt res ſuas, unuſquiſque eorum faciat ſervitium per ſe, & mojaticum reddat. Si quis veſtrum poſſederit rem alienam quiete per quinque annos infra conſtitutos, & exinde habuerit teſtes atque Sacramento firmaverit rem illam ſuo pretio feciſſe ſuam ab eo tempore, qui rem ipſam potuit de jure vendere, vel donare, ſeu commutare ſiquidem impeditus inde fuerit non abſit ei ſi rem illam pacifice in antea poſſideat; terraticum, quod quidam veſtrum deberet de vino faciat curia noſtra deferri ad ſe ſicut granum, & hordeum facit apportari. Statuimus etiam, & prohibemus, ne veſtrum aliquis de cetero per injuſtam occaſionem conveniatur a curia, vel fratribus, ſeu bajulis noſtris, neque perſona veſtra, ſeu res veſtra abſque legali judicio capiantur. De inſtrumentis autem veſtris amiſſis in deſtructione ipſius caſtelli de Pedemonte juxta conſtitutionem bona memoria Abbatis Raynaldi pradeceſſoris noſtri, & nos vobis concedimus, & confirmamus, ut ſi aliquis veſtrum juraverit uſque ad deſtitutionem ipſius caſtelli inſtrumenta de tenimentis ſuis habuiſſe; & tenimenta tenet nihilominus, vel poſſidet, & in antea quoque ea in pace ipſum decernimus poſſidere. Inſuper concedimus, & confirmamus vobis utilitatem montium, ut, nemine obſtante, utamini montibus, ſicut ab antiquo uſque nunc uti conſueviſtis &c. Et tibi Simoni publico notario hanc chartam ſcribere pracipimus. Actum in civitate S. Germani. Ego qui ſupra Petrus Dei gratia Caſſinenſis Abbas. Ego Frater Raynaldus ſupraſcripti Caſtelli Rector. Ego Frater Rogerius Monachus. Ego Frater Laurentius Sacerdos, & Monachus. In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Anno ab Incarnationis ejus 1260. &c. ſcriptum eſt praſens privilegium Caſtri Pedemontis per Johannem Gregorii Judicem caſtri pradicti.* Diſtinguitur in hoc privilegio Bajulus a curia, cujus juriſdictio longe major erat, quam bajulorum. Verbum illud: *Mojaticum*, ſignificat; ſingulos oppidi Pediſmontis focos quotannis ſolvere obnoxios cœnobio noſtro tumulum frumenti, aliumque hordei, quod hactenus præſtant loco ſeptimæ. Id vero clarius patet ex ſecundo regeſto Bernardi Abbatis, in quo hæc leguntur. *In primis inventum eſt, quod univerſi habitatores caſtri Pedemontis, & villa tam ratione municipali, quam ratione bonorum, qua poſſident in territorio eorumdem a via majori ſuperius verſus Pedemontem, & Villam, tenentur annuatim ſolvere, ac reddere monaſterio Caſſinenſi de grano tumulum unum, & de ordeo tumulum unum nomine redditus, ſive mojatici, niſi forte aliqui a praſtatione pradictorum jurium ſpeciali privilegio ſint liberi & immunes &c.*

Inquiſitio in oppido S. Angeli.

In Inquiſitione in oppido S. Angeli in Theodice, inſtituta hæc ſunt præcipua: *Robbertus de Alexandro juratus, & interrogatus de Bajulatione S. Angeli, debet reddere camerariatui Caſſinenſi anno quolibet in feſto Natalis Domini tarenos amalphitanos duodecim, pitias decem, & in feſto Paſchatis ova trecenta, pitias decem, & denarios quatuor, qui ſunt grana ſedecim. Item Cellerario Caſſinenſi in feſto Natalis tarenos Amalphitanos duodecim pro herbatico. Item dixit, quod Bajulatio pradicta debet ſemel in anno facere Procurationem Domino Abbati Caſſinenſi per diem, & noctem unam. Item dixit quod Bajulator, & Archipresbyteratus dicti caſtri tenentur facere domino Abbatis unum exenium quando dominus Abbas tranſiret, & iret ad Balnea. Raynaldus de Simeone juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus. Nicolaus de Matronola juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus &c. Magiſter Angelus dixit ſe facere terraticum de omnibus bonis ſuis de operis & ſalutibus, excuſat ſe ex perſona domini Manſonis proavi ſui, qui fuit ad ſervitium equi, ad quod faciendum ſe ſolemniter obbligavit & obtulit ſe velle facere ſervitium equi, quod qm. Dominus Manſo proavus ſuus fecit. Dominus Gulielmus dixit de antiquis non facere terraticum de noviter aquiſitis facit terraticum, de aliis vero excuſat ſe ex perſona quondam domini Petri de Valle proavi ſui qui fuit de ſervitio equi quod obtulit ſe velle facere. Dominus Gregorius dixit idem quod proximus, excepto quod non defendit ſe ex perſona qm. domini Petri de Valle, ſed ex perſona qm. D. Johannis de Sugio anteceſſoris ipſius, qui fuit de ſervitio equi quod facere ſe obtulit &c. Johannes de Matthao facit terraticum de omnibus bonis ſuis, ab aliis ſe excuſat pro eo quod qm. Abbas Roffridus conceſſit qm. Alexandro Avo ſuo, ut ſerviret de ſervitio equi & abſolvit eum a ſervitiis, & redditibus ruſticalibus de quo repreſentavit quoddam Inſtrumentum in quo pradicta continebantur quod ſervitium obtulit ſe facturum &c. Petrus Manfredus facit terraticum, ab aliis ſe excuſat, quia dicit affiliatum fuiſſe per qm. Petrum Monachum ſocerum ipſius, qui fuit de ſervitio equi, de quo repreſentavit quoddam Inſtrumentum dotale de affiliatione pradicta quod ſervitium obtulit ſe facturum &c. Johannes de Ugone ſutor facit terraticum, ab aliis ſe excuſat, quia dicit, ſe de ſervitio equi, quod obtulit, ſe facturum. Lucas de Donato facit terraticum, ab aliis ſe excuſat, quia dicit, ſe eſſe de ſervitio equi ex perſona uxoris ſua nomine affiliationis &c.*

Ibid. fol. 119. & ſeqq, & fol. 121.

Digitized by Google

&c. Viginti octo alii depoſuere perſolvere ſe quidem terraticum, haud vero ſervitia perſonalia, quod equo mererent.

Privilegiũ Incolis S. Angeli in Theodice conceſſũ.

Adigimur hic quod in primo Thomæ Abbatis regeſto continetur p. 120. Privilegium referre a Roffrido Abbate oppidanis S. Angeli an. 1190. die 26. Februarii conceſſum: *Qua pro fidelium noſtrorum quiete, ac juſtitia ſervanda ſalubriter ab anteceſſoribus noſtris ſtatuta ſunt perpetrato ſunt a nobis favore proſequenda, et authoritatis noſtra minime irroboranda. Igitur bo. me. pradeceſſoris noſtri Abbatis Dominici ſequentes exemplum, qui omnibus ſcripta vobis capitula ſuo privilegio noſcitur indulſiſſe, aliorum quoque qui ante ipſum fuerunt Abbatum Caſſinenſium. Nos Roffridus Dei gratia Cardinalis, & Caſſinenſis Abbas de Fratrum noſtrorum conſenſu habendo nobiſcum magiſtrum Bartholomaum judicem, & advocatum Caſſinenſem per hoc ſcriptum confirmamus vobis omnibus hominibus habitatoribus caſtri S. Angeli in Theodice tam clericis, quam laicis, tam praſentibus, quam futuris. Si quis veſtrum ſine teſtamento mortuus fuerit, & parentes relinquit, ipſi in omnem ſubſtantiam ejus ſuccedat, ſicut lex eſt, ſalvo ſervitio S. Benedicti, & ſi teſtamentum de rebus ſuis facere voluerint, poteſtatem ei concedimus judicare, ac diſponere infra terram S. Benedicti quomodo, & qualiter voluerit. Arbores veſtra a noſtris miniſtris per vim non incidantur, & de noſtris paſcuis Terraticum detis. Expletis annis ſeptem terraticum detis de vitibus, qua ſine arboribus ſubſtentantur Vinum quod habetis in veſtris vaſis a noſtris miniſtris vobis non auferatur. Si aliquod crimen vobis injectum fuerit pugnam, & ferrum, & judicium ad aquam callidam, vel frigidam omnibus modis fieri probibemus pro Sacramento ſatisfacere. Nolumus mulierem aliquam, vel puellam cogi, vel comprehendi, & parentes, vel mundiales ejus inde appellari, niſi parentes vel Mundialdi pro eo appellaverint: de fornicatione, vel adulterio. Nullus ex vobis amodo per occaſionem judicetur: Terraticum de veſtris terris detis de tribus ſeminibus, grano, ordeo, & milio. De annona vero, vel quolibet alio ſemine terraticum dare non cogamini fodrum, & datam vobis non quaremus niſi per veſtram voluntatem, & pro ſervitio regio. Vos preſbyteri ruſticanum ſervitium non faciatis. Vos qui modo ſervitio incumbitis victum a noſtra curte recipiatis. Vos, qui modo cum equis ſervire debetis, ſi aliqua neceſſitate cogente, quando equos veſtros vobis abſtulerimus, aut ubicumque mortui fuerint propter ſervitium noſtrum concedimus, ut terraticum non detis nec aliquod ſervitium faciatis, donec vobis a curia noſtra reſtituantur. Et ſi aliquis ex vobis ad militia gradum aſcenderit aliud ſervitium facere non cogatur ſi ipſe, & ſocii ejus hoc facere voluerint. Item vos, qui cum equis ſervitis, de terris illis, quas per comparationem habebatis in anno Domini 1157. menſe Martii, indictione quarta, concedimus, ut amodo inde terraticum non detis. Praterea concedimus, ut aliquis ex vobis a noſtris miniſtris non pignoretur niſi prius ad judicium vocatus fuerit. Item aliquis ex vobis non capiatur mala captione niſi per legem prius judicatus fuerit. De quibuſcumque placitis pulſati fueritis in aliam partem juſtitiam facere non cogamini, niſi in veſtro caſtro excepto pro injuria perſona noſtra illata, vel Fratrum noſtrorum, & de Villanis, & de curte, quam habemus in ipſo caſtello, & vicendis, & horto Dompnico, & molentinis, qua ſeptem ad manus noſtras tenemus. Illam antiquam conſuetudinem, qua in terra S. Benedicti erat cuſtodiendi, Roccam de Bantra vobis relaxamus. Lectos veſtros cum ſuis ornamentis, & majales veſtros* (ideſt ſues pingues: cur vero hi majales dicerentur explicat Du-cangius in hac voce) *omnibus modis pignerari prohibemus. Vos qui ruſticanorum ſervitium facere debetis, aliam vicendam laborare non cogamini niſi illam de S. Laurentio quantum veſtra conſuetudo eſt. Ad Molentina veſtri caſtri amplius non detis niſi de viginti partibus unam. Et ſi quis de habitatoribus veſtri caſtri prateritis, vel praſentibus, vel futuris, eccleſiam fabricaverit, & presbyter diaconus, vel ſubdiaconus de ejus progenie fuerit, de ipſius poteſtate non auferatur, ſalvo ſervitio S. Benedicti. Judex inter vos non conſtituatur niſi de veſtro caſtro. Judex veſter per legem Longobardorum cum conſilio bonorum hominum ſententiam dicat, & compoſitionem tollat in antea obſervando, & omnes bonos mores, quos antiquitus habuiſtis, in perpetuum confirmamus. Malos vero penitus reſecamus. Praterea ſequentes mandatum felicis memoria domini Gulielmi ſecundi qm. glorioſiſſimi regis, qui ſuis litteris Abbati Petro pradeceſſori noſtro bona memoria hoc demandavit, praſenti privilegio in perpetuum valituro, ſtatuimus, ut de cetero quicumque fuerit judex caſtri veſtri conſtitutus, ſuper ſancta Dei evangelia juret, quod ſalva conſcientia ſecundum leges quibus vivetis, & juxta uſus, & conſuetudines terra veſtra juſte, & rationabiliter judicabit, & nec amore, vel odio alicujus, nec prece, ſeu pretio a tramite veritatis, & juſtitia ſcientier deviabit. Etiam quicumque hanc noſtram conceſſionis cartam infringero voluerit de quibus continet, & temerator extiterit, & Deo, & hominibus ſe non ſatisfecerit, ſciat ſe perpetuo eſſe excommunicatum. Qui vero conſervator extiterit, ſciat ſe noſtris orationibus commendatum eſſe, & poſt finem vitam eternam habiturum, & taliter nos Roffridus Dei gratia Cardinalis, & Caſſinenſis Abbas de Fratrum noſtrorum conſenſu, nobiſcum habendo ſupraſcriptum judicem, & advocatum qualiter nobis congruum fuit, fecimus, & tibi Riccardo noſtro, & civitatis S. Germani publico notario, hanc cartam ſcribere mandavimus. Actum in eadem civitate S. Germani. Ego qui ſupra Roffriddus, Dei gratia Cardinalis, & Caſſinenſis Abbas. Ego Frater Adenulphus Caſſinenſis Decanus. Ego Frater Berardus Caſſinenſis hoſpitalarius. Ego Frater Petrus Caſſinenſis Camerarius. Ego Frater Jacobus Subdiaconus, & Monachus. Ego Frater Otto Diaconus, & monachus. Ego Fr. Theodorus Caſſinenſis Cellararius.*

Judex debebat judicare ſecundum leges Langobardorum.

Inquiſitio Pignatarii facta.

In Inquiſitione facta in oppido Pignatarii die 17. Januarii an. 1288. *Oddo de Pignatario juratus, & interrogatus dixit quod officium judicatus, ſeu Bajulationis caſtri Pignatarii facit, & reddit camerariatui Caſſinenſi tarenos Amalphitanos duodecim annuatim, & ova quadraginta, & piczias viginti. De cauſa ſcientia interrogatus dixit, quod cum ipſo olim fuerit judex, & bajulus in caſtro pradicto, fecit, & reddidit dictos tarenos, & alia antedicta per ſeptennium, quo ipſum officium exercuit, compulſus tamen, quia alii anteceſſores ſui non fecerunt*

Ibid. fol. 128.

*runt ſupradicta. Item dixit quod Bajulationis, ſeu judicationis officium dicti caſtri facit, & reddit cameræ domini Abbatis currum unum annuatim, pro cujus præſtatione ab eadem camera recipere debet Bajulus, ſeu judex dicti caſtri certas res conſuetas, videlicet tumulos frumenti quatuor, ſaumam unam vini, ex ſtartia Puppleti, decinas duas de caſeo, & duas de lardo, & currum vetus. Dominus Benedictus juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus, excepto de quantitate picziarum, de qua dixit de duodecim piziis, & excepto quod non compulſus fecit prædicta, ſed ſponte per quatuor annos in quibus fuit judex, & Bajulus, & excepto quod non recepit currum vetus in preſtatione prædicti novi curri, & addidit quod homines dicti caſtri ſemel in anno debent facere procurationem domino Caſſinenſi Abbati. Item dixit: quod homines dicti caſtri generaliter tenentur ſervire domino Abbati, &* Oppidani debent ſervire Abbati, & Caſſinati monaſterio in exercitu. *monaſterio in exercitu tribus diebus expenſis eorum, & deinde debent habere expenſas a monaſterio. Dominus Bartholomæus juratus, & interrogatus dixit, quod audivit prædicta ab antiquioribus, Johannes de Petro juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus. Item dixit, quod nobiles & ii, qui loco nobilium ſunt in ſacra, procuratione, & aliis, quæ de jure debentur Abbati Caſſinenſi, non tenentur conferre cum aliis habitantibus. Raynaldus de vinca, juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus.*

In Inquiſitione die 21. Januarii in caſtello novo In caſtello novo. facta: *Presbyter Johannes caſtri novi juratus, & interrogatus dixit, quod monaſterium Caſſinenſe habet in demanium in caſtro prædicto caſtrum, &* Ibid. fol. 130. *domum ſitam prope eccleſiam S. Mariæ. Item in territorio dicti caſtri hortum Dompnicum prope portam juxta vias publicas.* Bona alia quæ Caſſinenſe monaſterium in eodem caſtro poſſidebat memorantur, poſtea ſubditur: *De cauſa ſcientiæ dixit quod vidit prædictum monaſterium tenere in Demanium bona prædicta. Item per quantum tempus, dixit quod per quindecim annos. Notarius Gualterius juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus, & addidit de tempore ſuæ recordationis, de quo dixit de quatuordecim annis, & plus. Theodinus Johannis de Nicolao juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus &c.*

In inquiſitione facta in caſtro Fractarum: *Cre-* In oppido Fractarũ. *ſcentius de Fractis juratus, & interrogatus dixit, ſe eſſe nobilem ex perſona quondam Riccardi domini* Ibid. fol. cit ſeqq. *Creſcentii de Spineo patris ſui, & debere ſervire Abbati Caſſinenſi per tres dies in Abbatia Caſſinenſi in exercitu, propriis ſumtibus, ut alii nobiles dicti* Cives nobiles debent ſervire Abbati Caſſinati in exercitu. *caſtri facere tenentur. Item dixit, quod ipſe teſtis, ut nobilis habet jus ſpeciale, ſeu franchitiam in jure plateatico. Johannes domini Rogerii juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus, excepto, quod non habet prædicta ex perſona ſupradicti domini Riccardi ſed ex perſona D. qm. D. Rogerii patris ſui, & addidit, quod non ſolvit in collectis, quæ pro Abbate Caſſinenſi imponuntur; ſicut alii nobiles caſtri Fractarum. Raynaldus domini Rogerii juratus, & interrogatus dixit idem quod Johannes domini Rogerii Frater ejus & addidit, quod ſi per collectores pecunia recolligenda pro domino Abbate Caſſinenſi aliquid imponeretur, ſolveret. Petrus domini Rogerii dixit, ſe eſſe nobilem, & velle facere quod fecerunt Anteceſſores ſui, de quo non recordatur.* Decem & ſeptem alii teſtes eadem deponunt, aſſeruntque iiſdem ſe rebus obnoxios.

In inquiſitione facta in oppido Vallisfrigidæ: In oppido Vallisfrigidæ. *Presbyter Berardus Archipresbiter caſtri Vallisfrigidæ juratus, & interrogatus &c. Dixit, quod Angararii ipſius caſtri reddunt operas conſuetas in pe-* Ibid. fol. 132, at. *cunia, videlicet grana auri duodecim pro operibus ad metendum ſi habet boves, gallinas duas in feſto Paſchatis, & ſi non habet boves, gallinam unam in feſto Paſchatis, & tantumdem in feſto Natalis pro focolari. Presbyter Johannes de Thomaſio juratus, & interrogatus &c. addidit pro opere, quas angararii dicti caſtri præſtabant cum brachiis, ſeu cum bobus præſtabantur in Startiis S. Ambroſii. De cauſa ſcientiæ interrogatus, quod ipſe vidit, Petrus Johannes de Raonis juratus, & interrogatus dixit de operibus debitis per angararios, & quantitate pecuniæ pro eis, & redditu gallinarum, dixit idem quod proximus. Princeps D. Raonis juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus &c. Gualterius de Gregorio juratus, & interrogatus dixit idem qud proximus, & addidit, quod ipſe teſtis dictas operas reddidit in Startia S. Ambroſii.* Alii quidam teſtes eadem fatentur.

*Petrus Johannis de Raone juratus, & interrogatus dixit quod facit decimam de omnibus bonis ſuis, ab aliis ſe excuſat, quia dicit ſe eſſe de ſerbitio Caballi ex perſona qm. Stephani de Theobaldo, qui fuit de ſervitio equi quod ſe facturum obtulit cum conſortibus ſuis &c. Princeps domini Raonis, juratus, & interrogatus dixit, quod facit decimam de bonis ſuis, ab aliis ſe excuſat, ſe pretendens immunitatem habere, pro eo quod cum quibuſdam aliis annuatim ſolvit cenſum tarenorum Amalphitanorum duorum Camerariatui Caſſinenſi &c. Laidus filius quondam Thomaſii Sergii juratus, & interrogatus dixit, quod facit decimam, ab aliis ſe excuſat ex perſona dicti Avi ſui, qui fuit de ſervitio equi, quod obtulit ſe facturum.* Eadem oſtentabant alii circiter quadraginta.

*Gualterius de Gregorio facit decimas, & operas conſuetas, & gallinas debitas, quas operas conſuevit reddere in Startia S. Ambroſii. Petrus Magiſtri Berteraimi facit decimas, operas & gallinas conſuetas præſtari. Gregorius Magiſtri Berteraimi facit idem quod proximus frater ſuus.* Hæc ſimiliter plures alii teſtantur: *Rao Guglielmi de S. Andrea facit decimam de iis quæ habet in Vallefrigida, & terraticum de iis quæ habet in S. Andrea ab aliis ſe excuſat, quia dicit ſe de ſervitio ſergentariæ in caſtro S. Andreæ, pro quo ſervitio tenetur facere, & reddere tumulum unum de præbenda, & ire in exercitu domini Abbatis tribus diebus ſuis ſumtibus, & cum literis per Abbatiam . , . . . . . rectoris dicti caſtri. Nicolaus de Fraimundo facit idem quod proximus. Andreas de Laurentio facit idem quod proximus. Germanus de Fraymundo facit idem quod proximus, &c.*

In inquiſitione facta in oppido S. Andreæ: *Preſ-* Inquiſitio in oppido ſancti Andreæ. *biter Gualterius juratus, & interrogatus dixit quod facit terraticum de omnibus terris ſuis &c. Presbyter Andreas de Gualterio facit terraticum de omnibus* Ibid. fol. 135. a t. & ſeqq. *bonis ſuis &c. Presbyter Petrus Johannis de Maxilla facit terraticum de quibusdam bonis ſuis, & de quibusdam non facit aliquid, quia dicit ſe Cabalerium,*

*pro*

Digitized by Google

*pro quo tenetur reddere tertiam partem unius tumuli de frumento, & aliquando medium tumulum, & tenetur ſervitium equi facere cum aliis conſortibus ſuis, quod obtulit ſe facturum. Presbyter Johannes de Antonio juratus, & interrogatus facit terraticum de omnibus bonis ſuis. Dominus Bartholomæus, dominus Andreas, Nicolaus de Fundis faciunt cum conſortibus pro immunitate terratici, & pro molendino ſito ubi dicitur ad Aquam fœtidam, anno quolibet florenum aureum unum monaſterio Caſſinenſi. Petrus de Barone facit terraticum de terris ſuis &c. ab aliis ſe excuſat, quia dicit de ſervitio Sergentariæ pro quo ſervitio tenetur ſervire in exercitu domino Abbati tribus diebus expenſis propriis, & deinde ad expenſas domini Abbatis, & dare unum tumulum de prabenda in procuratione domini Abbatis, & deferre litteras ejuſdem domini Abbatis, & rectoris S. Andreæ, & ipſe pro occaſione dicti ſervitii ſervivit qm. Abbati Bernardo in exercitu in Pontecurvo, & Curellis. Nicolaus Petri de Andrea facit terraticum de terris ſuis &c. Ab aliis ſe excuſat, quia dicit ſe de ſervitio Sergentariæ pro quo facit, ut proximus. Bartholomæus Johannis de Bartholomæo facit terraticum de omnibus terris ſuis &c. ab aliis ſe excuſat, ut proximus quia facit idem quod proximus &c. Baſilius de Aczolino facit terraticum, ab aliis ſe excuſat, quia facit ut proximus &c. Nicolaus magiſtri Giptii non facit terraticum de bonis patrimonialibus quia dicit ſe eſſe de ſervitio Caballi, pro quo facit panem, vid. dat Bacco, ſeu tertiam partem unius tumuli de grano in procuratione domini Abbatis, Et ipſe, & alii Cabalerii ad mandatum Abbatis debet emere, & tenere equum, & facere aſſociari eumdem dominum Abbatem cum ipſo equo, emittendo aliquem armatum ad expenſas ipſorum per unum diem, deinde ad expenſas Abbatis. De aliis autem terris adventitiis facit terraticum &c. Andreas de notario facit terraticum de omnibus bonis ſuis, ab aliis ſe excuſat quia dicit ſe eſſe de ſervitio equino, pro quo cum aliis, qui ſunt ejuſdem ſervitii dat carnes, vinum, & omnia neceſſaria præter panem, & prabendam, quia dicit ſe diſcenſum a naturali patre, ſeu avo &c. Bartholomæus Capuanus facit terraticum de omnibus bonis ſuis, & operas ſalutes & alia conſueta, ut angararius &c. quæ omnia præſtabant alii plures, ut ipſimet fatentur. Andreas Malfridanus facit terraticum de bonis ſuis, & ſervitium coquinæ cum iis quæ ſpectant ad idem ſervitium. Petrus de Roberto facit idem quod proximus &c.* Coquinæ ſervitia alii plures ſeſe obnoxios profitentur: *Notarius Guillelmus de Nicolao de Falco facit terraticum de quibuſdam terris, & de quibuſdam non, & ſervitium caballiorum Andreas Johannis de Maximilla facit terraticum & ſervitium caballariorum. Petrus Johannis de Robbia facit terraticum & ſervitium Sergenteriæ.* Nonaginta octo alii fatentur eadem ſe præſtare.

Inquiſitio in oppido S. Ambroſii.

In inquiſitione facta in oppido S. Ambroſii: *Notarius Simon juratus, & interrogatus dixit quod facit decimam de quatuor ſeminibus, videlicet grano, hordeo, milio, ſpelta, & aliorum, ab aliis ſe excuſat prætendens, ſe immunitatem habere ex quodam privilegio ſibi, & anteceſſoribus ſuis conceſſo a monaſterio Caſſinenſi, & debere pro libertate prædicta, reddere annuatim una cum conſortibus ſuis infirmario Caſſinenſi tarenos amalphitanos quatuor* (Ibid. fol. 139.) *prout in eodem privilegio aſſerit contineri &c. Stephanus Petri de Contalta facit decimam monaſterio ſpallam unam de porco, & operas tres cum bubus, & tres cum brachiis, & alios redditus conſuetos præter gallinam, quam non præſtat pro eo quod habitat in domo quam tenet ab eccleſia ſanctæ Margharitæ &c. Johannes Magnellus facit decimam, & gallinas duas monaſterio, ab aliis ſe excuſat prætendens, ſe exinde inſtrumentum immunitatis habere a monaſterio Caſſinenſi &c. Matthæus Ambroſianus facit decimas & operas conſuetas, & ſpallam monaſterio, gallinas non facit quia habet domum in quadam terra, quæ fuit Fratris D. Landulfi de Teramo &c. Gentilis de Benedicto facit monaſterio decimas, operas cum brachiis, & bubus, & ſpallam, & alia præter gallinas &c. Johannes de Adenulfo facit decimas operas, & alia monaſterio Caſſinenſi præter gallinas &c.* Quando domus, in qua oppidanus aliquis S. Ambroſii degebat, non erat cœnobii Caſſinenſis, gallinam ille non ſolvebat, quod in aliis etiam oppidis ſervabatur.

Oppidani ſolvebant gallinam propter domum.

In eodem primo regeſto Thomæ Abbatis p. 141. a t. hæc reperitur ſententia pro monaſterio S. Euſtachii Petræ Abundantis, quod cœnobio Caſſinenſi erat ſubditum lata: *Lodoicus de montibus miles regni Siciliæ magiſter juſtitiarius, & a Porta Roſeti, uſque ad confinia terrarum S. R. eccleſiæ capitaneus. Nobili viro D. Petro Pirecto juſtitiario terræ laboris, & comitatus Moliſii ultra flumen Capuæ dilecto amico ſuo ſalutem, & dilectionem ſinceram. Super quæſtione olim in magna curia agitata coram nobis, & judicibus ejuſdem curiæ inter Fratrem Johannem de Pontecurvo propoſitum monaſterii S. Euſtaſii de Arcu ſiti in juſtitiariatu Aprutii, citra flumen Piſcariæ nomine, ac pro parte ipſius monaſterii ex parte una, & Jacobum Lombardum pro ſe, & procuratorio nomine, & pro parte Franciſchini, & Henrici Marchionum de Buſca, Lombardorum conventorum ex altera, ſuper indebita turbatione, & multiplici inquietatione poſſeſſionis caſalis S. Staſii de Arcu Vaſſallorum, Jurium, & pertinentiarum caſalis ipſius, prout in libello inde oblato plenius continetur. Cum notarius Riccardus dictus princeps de Neapoli ſubſtitutus domini Jacobi, & aliorum conventorum, nomine, & pro parte ipſorum conventorum, & ipſi conventui per nos, & ipſos judices fuerunt ſententialiter condemnati, ut a prædictis moleſtationibus ceſſare debeant, & cavere, ut in futurum ſimilia non committant, prout in ſententia ipſa lata per nos, & judices ipſos, & munita ſubſcriptionibus continetur, & eodem prepoſito inſtante, & petente, ut ſententiam ipſam executioni debitæ mandaremus cum nihil ipſa ſententia fuerit, prætendent niſi debita exequtio ſequatur. Vobis quæ fungimur auctoritate mandamus, quatenus ejuſdem ſententiæ finibus diligenter attentis, propoſitum, & Conventum dicti monaſterii poſſeſſione, ſeu quaſi poſſeſſione dicti caſalis, vaſſallorum, Jurium & pertinentiarum ipſius non permittatis in aliquo moleſtari, ſed quantum bono animo, & convenientius fuerit, ſuper poſſeſſione, & quaſi poſſeſſione ipſa defendatis eiſdem. Ita quod juſta quærela ex parte ipſorum nequeat inculcari. Datum Capuæ ultimo Januarii primæ Indictionis*, quæ hoc anno 1288. currebat.

Sententia pro Monaſterio Petræ Abundantis.

Die 12., ac 17. Februarii duo inſtrumenta rogavit notarius Benedictus de Angelo, in quibus Tho-

Immunitates conceſſæ.

Thomas ſic alloquitur Robertum Guilelmum, Jacobum, & Rogerium de Goffrido Robertum, ac Johannem de Rogerio a Pignatario omneſque ex his deſcendentes legitimos filios maſculini ſexus: *Jubemus ut ſitis liberi, & immunes ab angariis redditibus, & ſervitiis perſonalibus dum vixeritis vos, & prædicti heredes veſtri ſecundum quod decet ad honorem militarem, & quod vivatis in honore militari, ſecundum quod alii nobiles, & milites caſtri prædicti, & utamini, & fruamini illa libertate, & immunitate qua utuntur, & fruuntur alii milites, & nobiles dicti caſtri, & ut liceat vobis quando volueritis abſumere cingulum militare & ad honorem militiæ promovere, nobis, & ſucceſſoribus noſtris in vobis, & veſtris heredibus, ſervitiis militaribus reſervatis.*

Ibid. fol. 141. a t.

Inquiſitio in Vico Peolo.

In inquiſitione die 25. Februarii ejuſdem anni 1288. facta in Vico Peolo: *Bartholomæus Carovellus de Villa Peole facit cameræ domini Abbatis terraticum de terris, quas habet in territorio S. Germani, & de iis, quæ habet in territorio S. Michaelis facit decimam, facit etiam operas conſuetas infirmario, videlicet operas duas cum bubus, & duas cum brachiis, & in feſto Natalis ſpallam ſi habet & occidit porcum. Si non, facit gallinam, & in feſto Paſchatis caſatam unam. Abraimans de Michaele facit ut proximus &c. Malgelius facit ut proximus &c. Nicolaus Calvetanus facit idem quod proximus &c. Benedictus de Apulia facit idem quod &c. Malgerius, & addidit, quod antiquitus conſueverunt homines dicti loci recipere ab eccleſia S. Michaelis, quando præſtabant dictos redditus, ſpallam, & caſeatam, & panicellos duos &c. Stephanus &c. facit idem, quod Malgerius. Spallam vero, ſeu gallinam, & caſeatam nunc non facit, quia non habitat in domo propria;* Hoc idem viginti & quinque alii teſtes aſſerunt. Vicus hic modo dirutus prope monaſterium S. Michaelis Archangeli ſitus erat.

Ibid fol. 148.

Inquiſitio in Vico Cairæ.

In inquiſitione facta in Vico Cairæ territorii S. Germani, qui modo pluribus incolis abundat, hæc leguntur: *Bartholomæus Boni curiæ eſt totus quoad omnia. Berardus Joannis totus eſt curiæ quoad omnia &c. Johannes de Cemento cum Benedicto, & Simeone fratribus ſuis ſunt curiæ quoad omnia &c. Petrus Conte totus eſt curiæ quoad omnia &c. Benedictus Donnellus Veſtiarii per omnia &c. Benedictus de Thomaſio curiæ in toto, & quoad omnia, Pandulfus Nicolai Petri de Odoriſio curiæ in toto, et quoad omnia etc, Baſilius de Bona etc. totus curiæ quoad omnia, Benedictus de Pandulfo totus curiæ quoad omnia.* Eadem plures alii ad ducentum fatentur, quorum aliqui exemptos ſeſe a quibuſdam ſervitiis aſſerunt privilegio a cœnobio Caſſinenſi habito.

Ibid. fol. 311. a t.

Inquiſitio in Vico Tora.

In inquiſitione facta in Vico Tora modo diruto territorii S. Germani hæc habentur: *Petrus de Graſſo facit terraticum monaſterio operas, redditus, et ſervitia conſueta, videlicet operas duas manuales, ſeu cum brachiis, ad metendum unam operam, ad triturandum unam operam cum bubus ad recalcandum, et unam ad ſeminandum, et gallinas duas in feſto Natalis, et duas in feſto Reſurrectionis. Johannes de Graſſo facit idem quod proximus frater ejus. Benedictus de Leonardo facit idem quod proximus. Johannes de Leonardo facit idem quod proximus frater ejus. Johannes de Belardo de Tora facit tres operas manuales, terraticum, et alia non facit, quia non habet terras domum, & boves etc. Johannes de Juliano facit terraticum, operas manuales, et gallinas pro domo, operas non facit cum bubus quia non habet boves etc. Johannes de Clemente facit terraticum, omnes operas redditus, et ſervitia conſueta ad expenſas curiæ, quæ antiquitus conſueverunt dari, videlicet in mane panicellos parvulos octo ad prandium, ad merendinandum in nonis panicellos ſeptem, et in ſero panicellos ſex cum vino, fabis, et caſeo unaquaque vice etc. Bartholomæus Zorlanus facit monaſterio terraticum, operas, ac ſervitia conſueta. Benedictus de Petro habitans in Prato facit terraticum operas cum brachiis, et bubus, et gallinas conſuetas præſtari etc. Laurentius Fundanus facit terraticum et operas manuales tres, & gallinas duas, alia non facit, quia non habet boves; de expenſis vero debitis per curiam dixit idem quod Johannes de Clemente &c. Gregorius dictus de Vallerotunda facit gallinas duas pro domo, & operas tres cum brachiis, alias vero gallinas, & operas cum bubus non facit, quia non habet boves &c. Blaſius de Tora facit terraticum, gallinas, & alia conſueta, Bartholomæus &c. facit terraticum operas cum bubus, & brachiis, & gallinas quatuor.* Eadem alii plures aſſerunt.

Ibid. fol. 142. a t. & ſeqq.

Inquiſitio in S. Germano quoad artifices.

In inquiſitione facta in S. Germano de iis, quæ a ſingulis artificibus ſolvenda erant: *Magiſter Robertus Piczu calzolarius juratus, & interrogatus dixit quod pro qualibet apotheca calzolariorum præſtantur monaſterio Caſſinenſi Turonenſes quatuor in feſto Paſchatis, & in feſto Natalis Domini Turonenſes quatuor, propter quod defendunt ſe a præſtatione gallinarum. Item interrogatus dixit quod calzolarius ab eo tempore defendit ſe a præſtatione gallinarum, quo incipit habere locum in aliqua apothecarum per ſe, & eſſe magiſtrum in capite. Item dixit quod illi, qui vendunt ſolas, tenentur dare taxillos pro tendis, & ſuere ipſos in prædictis tendis quotiens pro curia fuerint requiſiti. Eadem tres alii deponunt Nicolaus Caſſutus juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus, & addidit quod in feſto Paſchatis Calſularii debent reddere grana auri quatuor, & in feſto Natalis Domini grana auri quatuor. Item interrogatus dixit, quod ſolam vendituri reddunt & ſuere debent taxillos pro tendis curiæ, ad requiſitionem ipſius curiæ &c. Gentilis de Leone juratus, & interrogatus dixit, quod pro qualibet apotheca calzolariorum ipſorum anno quolibet in feſto Paſchatis reddunt grana auri quatuor, & in feſto Natalis grana auri quatuor monaſterium Caſſinenſe debet recipere. De cauſa ſcientiæ interrogatus dixit, quod ipſe tamquam Bajulus curiæ Caſſinenſis percepit prædicta ſpatio annorum decem, & octo pro parte ejuſdem monaſterii. Leonardus Teſtutus juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus, & quod percepit prædicta ut Bajulus, ſed ipſe ut calſularius ſolvit, & vidit ſolvi prædicta ab aliis calſulariis, & magiſtris ipſius & addidit quod conſuevit percipi tertia pars tareni amalphitani, quæ valebat grana auri quatuor &c. Riczardus campanarius juratus, & interrogatus dixit, quod aurifices S. Germani debent ſervire de arte ſua monaſterio, & Abbatibus ad requiſitionem eorum tribus diebus ad expenſas eorum adaptandum, & facienda paramenta de auro, argento, & loctone ipſorum monaſterii, & Abba-*

*tum*

Ibid. fol. 150. & ſeqq.

Digitized by Google

ſum &c. Leonardus de Stabili juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus, & addidit quod audivit dici, quod tenetur Picalotti, & Corizzarii ad ſerviendum monaſterio, & Abbatibus in ſuendis, & aptandis taxillis in tendis Abbatum, & monaſterii, quotiens fuerint per Caſſinenſem curiam requiſiti. Nicolaus Caſſutus, qui fuerat antiquitus Bajulus dixit, quod angararii de pertinentiis S. Germani, qui non habent boves, tenentur ſervire curiæ ad metendum duobus diebus, & triturandum uno die, & qui habet boves duos tantundem, & operas cum bubus duas, & qui habent bovem unum operam unam tantum, & pro ipſis duobus bubus, ſi habitant in domibus propriis gallinas duas, & pro uno bove gallinam unam, in feſto Paſchatis, & in feſto Natalis tantumdem. Item dixit quod Braczales, & Hortolani de S. Germano debent ſervire omni anno in hortis curiæ duobus diebus ad expenſas curiæ, Paulus S. Johannis, qui fuerat antiquitus Bajulus juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus. Nicolaus de Adenulfo caſtaldus curiæ juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus. Joannes Bonus Faber juratus, & interrogatus dixit quod Ferrarii de S. Germano ſerviunt monaſterio Caſſinenſi de arte Ferraria ſingulis annis in feſto Paſchatis de ſtillo videlicet uno anno de martello, & paletta, & alio anno de recalco, & cortello. De cauſa ſcientiæ interrogatus dixit, quod vidit obſervari prædicta ſpatio annorum triginta, & ipſe etiam teſtis fecit prædicta ſpatio temporis ſupradicti &c. Nicolaus de Adenulfo Caſtaldus curiæ juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus, excepto quod non fecit prædicta, ſet exegit ipſa, ut Caſtaldus curiæ. Eadem jurati duo alii teſtantur: Johannes Campella hoſpes juratus, & interrogatus dixit, quod hoſpites S. Germani ſerviunt Abbatibus, & monaſterio Caſſinenſi in accommodandis lectis quando magnates, & Domini hoſpitantur in domibus curiæ Caſſinenſis, & hoſpitantur, & præſtant lectos in domibus in quibus habitant illi, quos ad ipſas domos Abbatis Caſſinenſis, ſeu aliquos pro parte ſua hoſpitandos tranſmittit. Eadem ab aliis teſtibus aſſeruntur: Conſtabilis de Liczardo Pelliparius juratus, et interrogatus dixit quod Pellerarii debent ſervire de arte ſua Abbatibus monaſterii Caſſinenſis de pellibus novis pro ipſis Abbatibus, de cauſſa ſcientiæ interrogatus dixit, quod ſic audivit a magiſtris antiquis, et ipſe etiam fecit prædicta etc. Magiſter Bivinderius juratus, et interrogatus dixit idem qaod proximus, et addidit, quod in ſuendis, et aptandis, pellibus novis largis, et ſtrictis debent ſervire Pelliparii, Abbatibus Caſſinenſibus. Hec item alii teſtes fatentur: Jacobus Gattus tabernarius juratus, et interrogatus dixit, quod tabernarii S. Germani ſerviunt monaſterio Caſſinenſi in mutuandis carrafis, cuppis, & cyathis vitreis in Nativitate Domini, & in feſto Paſchatis, & in faciendum nectare in feſto Natalis cum fuerint per officiales Caſſinenſis curiæ requiſiti, & non faciunt aliud pro eo quod habitant in domibus curiæ Caſſinenſis. Germanus ſummus juratus, & interrogatus dixit quod cambiatores de arte ſua nihil præſtant monaſterio Caſſinenſi, ſed obtulit ſe una cum aliis cambiatoribus aſſociare cum equo dominum Caſſinenſem Abbatem. Bartholomæus Malateſta juratus, & interrogatus dixit, & obtulit ſe ut proximus. Ad quod idem ſe obtulerunt quatuor alii homines. Nicolaus Caſſutus juratus & interrogatus dixit, quod mercatores S. Germani pro qualibet uncia ſoluta per eos in pannis emtis in fundico, reddere debent cameræ Caſſinenſi granum aureum unum, & alii etiam homines tam extranei quam terrigenæ tantundem. Magiſter Antonius Murator juratus, & interrogatus dixit quod quilibet murator, & Carpenterius tenetur ſervire curiæ Caſſinenſi de arte ſua omni anno duobus diebus ad expenſas curiæ &c. Nicolaus Caſſutus juratus, & interrogatus dixit', quod bajuli S. Germani debent habere tertiam partem proventuum Rectoriæ curiæ S. Germani, qui percipiuntur de S. Germano, & pertinentiarum ejus ſive in trigeſimis quæſtionum, quæ moventur in curia ordinaria, vel extraordinaria ſive in compoſitionibus, quæ inter litigantes, & curie fuerint, ſive in forfacturis conſiſtant. Item dixit, quod debent habere de qualibet Sauma piſcium tertiam partem granorum decem, qui debentur Rectori pro qualibet Sauma piſcium, reliquis duabus partibus remanentibus rectori. Item dixit quod Bajuli quicumque ſint debent habere pro qualibet Sauma Sardarum ſardas quinquaginta, & Rector vigintiquinque. Item dixit quod bajuli de Sauma piſcium groſſorum debent habere de ipſis piſcibus groſſis rotulum unum, & Rector medium rotulum de aliis piſcibus juſte, & moderate. Item dixit, quod pro damno dato de die ſolvuntur curiæ tareni auri duo poſt emendam damni, quæ ſolvitur damnum paſſis, & pro damno dato de nocte ſolvuntur tareni quatuor. Eadem deponunt duo nempe Bajulus & Caſtaldus. Nicolaus de Adenulfo Caſtaldus curiæ Caſſinenſis juratus, & interrogatus dixit quod clerici ſunt immunes a præſtatione gallinarum, poſtquam ordinem ſubdiaconatus obtinent, & faciunt etiam immunes & liberos a predicta præſtatione a prædicto tempore Patrem ſimul cohabitantem eidem. De cauſa ſcientiæ interrogatus dixit, quod ita vidit obſervari, & etiam tamquam Caſtaldus curiæ obſervavit prædicta ſpatio annorum triginta, & plus. Eadem deponunt duo Bajuli: Caſtaldi, qui vadunt ad pignorandum extra civitatem S. Germani per villas inter omnes debent habere grana auri decem niſi res aliter exigeret, videlicet quod propter aliam arduam cauſam oporteret multos ire ad pignorandum, tunc enim eſt arbitrarium ad arbitrium Rectoris, & judicis; ſi vero vadunt ad pignorandum ad S. Petrum in monaſterio, inter omnes debent habere grana auri quinque. Magiſter Bartholomæus de Altamanenia juratus, & interrogatus dixit, quod de antiqua, & obtenta conſuetudine Sutores S. Germani tenentur, & debent ſervire domino Abbati quotieſcumque fuerint requiſiti in faciendis tentoriis ejuſdem domini Abbatis, nec non & lecto, & rebus ipſius. De cauſa ſcientiæ interrogatus dixit, quod ipſe teſtis vidit obſervari prædicta a tempore ſui recordii, quod eſt a triginta annis, & plus, & ipſe teſtis ſervivit Abbatibus qui pro tempore fuerunt ſpatio temporis ſupradicti videlicet qm. Abbati Stephano ſecundo, Abbati Riccardo, Abbati Bernardo &c. Johannes Gruczellus ſutor juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus, & addidit, quod prædicti Sutores debent ſuere honectas, capas, cucullas monachorum accedentium in Sardiniam, & addidit, quod tempore, de quo dixit, de quadraginta annis. Eadem quatuor alii jurati teſtantur:



Digitized by Google

tur: *Magiſter Leonardus Baronus juratus, & interrogatus dixit, quod acurarii S. Germani debent ſervire de arte ſua monaſterio Caſſinenſi, quotieſcumque fuerint per Caſſinenſem curiam requiſiti in faciendis quadrillis, ad expenſas tamen curiæ, videlicet panis, & vini, & debent recipere terram, & carbones. De cauſa ſcientiæ interrogatus dixit, quod ipſe teſtis, ut Acurarius requiſitus a curia pluries fecit prædicta. Nicolaus Ciliomus juratus, & interrogatus dixit idem quod proximus, & addidit, quod vidit obſervare prædicta, & ipſe etiam prædicta fecit ſpatio annorum quadraginta. Interrogatus a quo tempore Acurarius excuſat domum ſuam a preſtatione gallinæ, dixit, quod ab eo tempore, quo per ſe incipit exercere artem Acuraria & laborare ad fortiam, ſeu ad fucinam.* Quatuor alii eadem teſtantur: *Chriſtophorus Pari juratus, & interrogatus dixit, quod pro qualibet apotheca, in qua mittitur & laboratur de Galla, preſtatur in feſto Paſchatis tarenum aureum unum pro tempore præterito, & in feſto Natalis tarenum aureum unum pro tempore præterita. De cauſa ſcientiæ interrogatus dixit, quod ita vidit obſervari, & ipſe etiam obſervavit ſpatio annorum quadraginta ab eo tempore cujus non extat memoria. Item dixit, quod conzator ab eo tempore, quo incipit eſſe magiſter & tenere apothecam per ſe, defendit ſe a præſtatione gallinarum. Item interrogatus dixit, quod de apothecis, in quibus non immittitur, & non laboratur de galla nihil preſtatur monaſterio Caſſinenſi &c. propter quod non poſſunt ſe defendere a preſtatione gallinarum.* Quinque alii jurati eadem deponunt: *Magiſter Nicolaus de Juriſa ſpetialis juratus, & interrogatus dixit, quod ſpetiales S. Germani non ſerviunt de arte ſua in aliquo monaſterio Caſſinenſi, propter quod ad preſtationem gallinarum non excuſantur ratione artis prædictæ.* Hæc duo alii Pharmacopolæ deponunt: *Johannes Valente juratus, & interrogatus dixit, quod quilibet Macellarius pro qualibet vacca, ſeu pro quolibet bove, quem occidunt in beczaria, ſeu alibi in civitate S. Germani, niſi fiat per licentiam curiæ reddunt cellarario Caſſinenſi vernenſes ſex, & pro quolibet porco vernenſes quatuor, & pro quolibet caſtrato pecudino vernenſes duos, & pro quolibet caſtrato caprino Vernenſem unum. Item interrogatus dixit quod cum eſt neceſſe, ut expedit, Macellarii tenentur ire per contratas erando beſtias, & ipſas macellare ad expenſas curiæ, ſi morantur in domibus curiæ. Si vero non morentur in domibus curiæ aliqua neceſſitate cogente, quilibet macellarius debet dare quolibet menſe grana aurea quatuor.* Idem aſſerunt Lanii alii quatuor. *Petrus de Angureſa juratus, & interrogatus dixit, quod ſellarii nihil præſtant, nec ſerviunt monaſterio de arte ſua, dixit tamen quod ſellarii ſi habent domos debeant reddi gallinæ non defendunt ſe a præſtatione dictarum gallinarum ratione artis prædictæ.* Eadem tres alii Ephippiarii jurati teſtantur: *Johannes de Montanea Aſinarius facit decimas &c. & ſervit curiæ cum Aſino ſuo duobus diebus ad portandum victualia, & alia ad expenſas curiæ, videlicet ad panem vinum & prebendam.* Eadem plures alii Agaſones jurati deponunt. *Matthæus Cintrutus Pincarius facit terraticum &c. Dixit tamen anteceſſores ſuos ſerviviſſe monaſterio Caſſinenſi ad faciendum matones pro campanili monaſterii Caſſinenſis quando eſſet dirutum tribus diebus ſumptibus ſuis, & poſtmodum ſumptibus curiæ ad rationem de uncia media per menſem.*

In eadem præterea inquiſitione adnotantur, quæ a Piſtrinariis, a Fuſariis, aliiſque in foro Sangermanenſi aliquid ementibus, vel vendentibus perſolvi deberent cœnobio Caſſinenſi. Inter alia vero a teſtibus depoſita hæc animadvertenda. *Item dixit, quod Judæi extranei hoſpitantes in Judaa S. Germani ſunt immunes a præſtatione plateatici de ſeta, ſi vero hoſpitantur alibi, ſolvunt jus plateatici de eiſdem rebus, & aliis, de beſtiis quæ occiduntur a macellariis pro Judæis non ſolvitur aliquid ratione plateæ, Judæi vero debent tingere pannum pro cultra, quando Platearius maritat filiam ſuam, item dixit quod nullus poteſt vendere, ſeu emere victualia, & alia quæ menſurantur niſi ad tumulum curiæ, requiſitis Platheariis curiæ ad menſurandum, qui percipiunt, & debent habere jus curiæ ab iiſdem, & nullus debet habere tumulum ferratum, contravenientes tenentur ad pœnam unius unciæ, prædicti vero Plateaticarii non debent emere victualia pro revendendo, & ſi contra fecerint, tenentur ad penam prædictam.*

In inquiſitione die 11. Martii in oppido S. Petri in monaſterio olim Caſino facta hæc leguntur; *Johannes de Arduino de bonis emtionalibus facit decimam, de patrimonialibus vero non facit, quia dicit ſe eſſe de ſervitio equi ex perſonis qm. D. Benedicti de Auſo, & domini Arduini anteceſſorum ſuorum, quod obtulit ſe facturum; de immunitate vero prædicta dicit ſe habere inſtrumentum, præſtatio vero prædicta decima conſiſtit in omni victuali &c. Petrus Curillus Acurarius reddit decimam de prædicto victuali de omnibus terris ſuis, & de arte Acuraria ſervit monaſterio, faciendo querellos, & recipiendo a monaſterio ferrum, & carbones, & juſtitiam panis, & vini, dum facit prædictum ſervitium &c. Nicolaus de Boccardo de bonis ſuis patrimonialibus, & antiquis, nihil facit quia eſt ad ſervitium equi, quod obtulit ſe facturum. Nicolaus de Landulfo Acurarius facit idem quod Petrus Curillus, &c. Magiſter Cynthius facit decimam de omnibus bonis ſuis &c. Roffridus de Vincentio Pelliparius facit decimam de bonis ſuis, & ſervit monaſterio, ut alii Pelliparii de S. Germano. Johannes Abbate Suter facit decimam, & de arte prædicta facit ut Sutores S. Germani: Amator Pelliparius facit idem quod Roffridus de Vincentio Pelliparius; Benvenutus Suter facit, ut Johannes Abbate Suter &c. Maurus Bartholomei de Roma Acurarius facit decimam de omnibus ſuis &c. & de arte ſua ſervit, ut alii Acurarii, &c. Franciſcus Fabalis calſolarius facit ſervitium de arte ſua, ut alii Calſularii &c. Johannes de Theodino aurifex reddit decimam de omnibus bonis ſuis &c. de arte vero prædicta ſervit, ut alii.* Eadem ſeptuaginta duo alii jurati teſtantur.

Inquiſitio in oppido S. Petri in monaſterio.

Ibid. fol. 157. a t. & ſeqq.

In inquiſitione die 5. Aprilis an. 1288. in oppido S. Eliæ facta hæc leguntur: *Elias Mancinus reddit, & facit monaſterio operas, & alia ruſticana ſervitia. Nicolaus Salomonus facit &c. operas, gallinas, & alia &c.* Hoc idem alii deponunt: *Nono ejuſdem menſis Aprelis apud caſtrum S. Eliæ infraſcripti homines de caſali quod dicitur, Vallis, præſtiterunt fidelitatis, & homagii juramentum reverendiſ-*

Inquiſitio in oppido S. Eliæ.

Ibid. fol. 166. & ſeqq.

Digitized by Google

*rendiſſimo domno Thoma Abbati Caſſinenſi, & aſſeruerunt ſe ad infraſcripta teneri Monaſterio Caſſinenſi. Liczardus Magiſtri Sylveſtri de Caſali vallis de Clia &c. Nicolaus de Albedo reddit monaſterio Caſſinenſi &c.* Duodecim Vallis cliæ incolæ in verba Thomæ Abbatis jurarunt, quorum aliqui monaſterio S. Benedicti de Clia, Caſſinenſi ſubdito decimas, alioſque cenſus pro terris quibuſdam ſibi conceſſis perſolvebant.

Inquiſitio in oppido Cervarię.

Ibid. fol. 170. & ſeq.

In inquiſitione die 12. Aprilis in oppido Cervario facta hæc leguntur præcipua: *Nicolaus infans reddit decimam de quadam terra in monte Aquilonis. De aliis terris non facit nec terraticum, nec decimam nec de perſona, Habet immunitatem pro qua praſtat ipſe una cum notario Paulo cum conſortibus ſuis in libertate annuatim tarenos Amalphitanos quatuor &c. Magiſter Johannes facit terraticum, operas, ſalutes, & alia conſueta ſervitia &c. Leonardus de Albedo Pecorarius facit terraticum de omnibus terris ſuis. Facit etiam redditus, & ſervitia conſueta, reddit etiam de quadam domo ſub caſtello annuatim grana auri duo, Martinus de Dionyſio reddit terraticum de terris ſuis, facit etiam redditus, & ſervitia conſueta, & reddit pro domo ſua prope eccloſiam ſancta Maria annuatim tarenum amalphitanum unam Infirmario Caſſinenſi &c. Bartholomeus Sebaſtianus reddit terraticum de terris ſuis, & annuatim in Paſcha caſeatam, in Natali Paſtillum, operas, & alia conſueta ſervitia &c. Paulus de Galatia reddit terraticum, operas, & alia conſueta &c. Leo de Simone reddit terraticum operas, & alia conſueta. Salutes non facit, quia domum in qua habitat tenet ad cenſum annuum grani auri unius, & medii preſtandi infirmario Caſſinenſi &c. Johannes Ruſſus facit terraticum, operas, & alia conſueta, ſalutes non facit, quia domum in qua habitat tenet ad cenſum annuum grani auri unius & medii praſtandi infirmario Caſſinenſi &c. Johannes Ruſſus facit terraticum, operas & alia conſueta, ſalutes non facit, quia domum in qua habitat tenet ad cenſum annuumgrani auri unius, & medii praſtandi infirmario Caſſinenſi &c. Nicolaus de Lantono facit terraticum, redditus, & ſervitia conſueta, ſalutes, & operas &c. Johannes de Marino facit operas, terraticum, ſalutes, & alia conſueta &c. Paulus Raynaldi facit monaſterio Caſſinenſi tarenum Amalphitanum unum, terraticum, & alia non facit, quia dicit, ſe habere immunitatem &c. Nicolaus Boni facit terraticum de omnibus bonis ſuis, operas ſalutes, redditus, & ſervitia conſueta &c. Johannes Marini de Sadoch facit terraticum, operas, & angarias non facit, quia habet immunitatem cum aliis de Sadoch.* Eadem plures alii teſtantur, quos inter presbyteri quidam terraticum ſe ſolvere fatentur.

Inquiſitio in oppido S. Victoris.

Ibid. fol. 178. a t. & ſeqq.

In inquiſitione die 15. Aprilis in oppido S. Victoris facta hæc leguntur: *Benedictus Petri de Druda reddit monaſterio decimam, & Cellerario Caſſinenſi cannatas octo, & urceos octo &c. Nicolaus de Dionna reddit monaſterio decimas de omnibus ſuis, & Cellarario tarenos Amalphitanos duos, & gallinas duas annuatim &c. Nicolaus de Trotta facit decimam monaſterio, & quatuor ſalutes videlicet in Natali Domini ſpallam unam, & de bucellatis par unum, in Quadrageſima cannellos de ficubus quatuor, & in Paſcha ova viginti & par unum de bucellatis, & in feſto S. Maria par unum de pollaſtris, & par unum de bucellatis &c. Johannes de Raynaldo reddit monaſterio decimam, & veſtario annuatim tarenos Amalphitanos duos &c. Notarius Nicolaus de Raynaldo reddit monaſterio decimam, & tarenos Amalphitanos octo, una cum notariis dicti caſtri &c. Benedictus Johannis de Ugone reddit monaſterio decimam, ſalutes quatuor, & operam unam cum bubus annuatim &c. Nicolaus de Benedicto reddit monaſterio decimam, & Cellerario Caſſinenſi una cum fratribus ſuis quatuor cannatas, & quatuor urceos octo vicibus annuatim; Franciſcus Mel reddit monaſterio Caſſinenſi decimam de quibuſdam terris, & de quibuſdam monaſterio S. Matthai ſervorum Dei, cui etiam alia praſtat, &c. Leonardus Johannis de Benedicto reddit monaſterio decimam, gallinas duas, & tarenum Amalphitanum unum annuatim cellarario Caſſinenſi. Guglielmus de Jacobo reddit monaſterio decimam victualium, & vini, & provenienſem unum Veſtario &c. Johannes Rogerii magiſtri Maifridi facit etiam monaſterio Caſſinenſi & ſalutes conſuetas, & operam unam.* Eadem ad ducentum quinquaginta alii deponunt.

Inquiſitio in oppido S. Petri in fine.

Ibid. fol. 186. a t. & ſeqq.

In inquiſitione die 21. Aprilis an. 1288. facta in oppido S. Petri in fine hæc leguntur: *De Johanne de Guerra eſt magiſter Johannet de Marco tarenos amalphitanos decem. De Dño Raphaele, eſt domina Salina, & uxor Franciſci de Vairano tarenos amalphitanos decem: dominus Nicolaus Paldanus . . . . . .tarenos amalphitanos . . . . . . . de Guglielmo de Inſula eſt Stephania uxor Johannis Notarii Lucii de Toraldo tarenos amalphitanos quinque.* Ad triginta alii homines deſcribuntur, atque ejuſdem caſtri incolæ nobiles ad ſexaginta, & amplius: *Dominus Johannes de Venafro juratus, & interrogatus dixit, quod antiqua, & approbata conſuetudo eſt in caſtro S. Petri in fine, quod ille de caſtro pradicto, qui eſt de ſervitio ſergentaria per unam diatam debet ire ſive cum chartis, ſive ſine chartis, & redire per unam diœtam propter, prout ſibi injunctum fuerit propriis expenſis, Poſt diœtam vero ſi majus ſpatium fuerit, debet ire ad expenſas curia, & ſi fuerit tempus guerra debet addi ſibi ſocius. Item dixit, quod dum ſerviens vivit, filii ſecum morantes non faciunt ipſum ſervitium, ſed ſolus pater, & omnes qui ſunt de eadem familia, & domo ſimul habitantes faciunt unum ſervitium tantum, ſed cum dividuntur, quilibet eorum facit ſervitium per ſe, & cum ſemel diviſi fuerint, non poſſunt ſimiliter uniri, ut unum ſervitium faciant ſed diverſa. Mortuo vero ſerviente ſine herede, qualibet domus ipſius ubi accenditur ignis reddit gallinas duas. Item dixit, quod Angararii habentes jumentum tenentur omni menſe ſervire cum ipſo jumento, & habentes Aſinum cum aſino ad expenſas curia, & ſi de Angarario non ſuperſtitit maſculus, ſed fœmina, fœmina ipſa ſervire debet quolibet menſe ad lavandum pannos, faciendum pannos, & ad purgandum, & aptandum frumentum, ſeu quodcumque aliud ſervitium decet facere mulierem, & dum eſt pater in una domo cum familia ſua, tenetur facere ſervitium unum, & cum dividuntur debent facere tot ſervitia, quot ſunt perſona diviſa. Et poſtquam ſemel diviſi fuerint, non poſſunt redire ad unum foculare. Item dixit, quod ſervitia equorum debent*



Digitized by Google

*recipi in caſtro prædicto , . . . . . , videlicet intra quodlibet ſeptemnium ſervitia duo. In feſto Aſſumptionis B. Virginis ſcilicet pro quolibet ſervitio equi tarenos Amalphitanos quadraginta. Item dixit quod alii ſunt qui debent aptare Vegetes curiæ, & non faciunt aliud ſervitium ad expenſas curiæ Nicolaus de monda reddit terraticum de bonis ſuis &c. reddit monaſterio pro domo ſua gallinas duas annuatim &c. Petrus de Baſile reddit &c. decimam monaſterio &c. De domo vero ſua, quæ fuit Johannis Niri juxtam aliam domum non facit Cellarario gallinas, quia non facit ibi ignem &c. Magiſter Andreas murator reddit decimam cellarario de terra ad ceſas, reddit etiam monaſterio ſingulis tribus annis pro ſervitio equi grana auri quatuor &c. Alcana Nicolai Bonelli reddit monaſterio decimam &c. & gallinam Cellarario Caſſinenſi pro domo &c. Magiſter Petrus Blancus nihil facit aſſerens ſe habere immunitatem, pro qua annuatim reddit grana auri duo, & frater ejus tantundem, reddit etiam Cellerario pro domo gallinas, reddit etiam cum conſortibus pro montano &c. annuatim tarenum amalphitanum unum, &c Johannes de Laurentio reddit monaſterio gallinas pro domo & decimam de terra ad Ficoreta, &c. Maria Petri de Barbato cum filiabus ſuis reddit pro ſervitio equi ſingulis tribus annis medium Auguſtalem &c. Nicolaus Titus reddit decimam monaſterio &c. quia habet immunitatem angariarum, & ſervitiorum, oſtendit inſtrumentum cum conſortibus ſuis &c. Presbyter Guillelmus de Paulino reddit monaſterio annuatim pro libertate ſua medium tareni amalphitani. Guillelmus de Matthæo reddit monaſterio pro ſervitio equi ſingulis tribus annis tarenum unum &c. Angelus de Stephano cum Fratribus reddit monaſterio pro libertate ſua annuatim tarenum Amalphitanum unum &c. Dominus Johannes de Venafro reddit monaſterio annuatim pro Montano ſuo &c. decimam fructuum &c. & pro molentino in eodem territorio &c. tarenos Amalphitanos duos &c. & pro alio molentino &c. tarenum Amalphitanum unum &c. De militia vero facit idem quod alii milites dicti caſtri. Lucas domini Thomaſii reddit monaſterio de Montano ad caſas de pede &c. tarenum aureum unum &c. pro molentino &c. tarenum Amalphitanum unum &c. alia non facit aſſerens ſe eſſe nobilem, & habere immunitatem. Tadæus Domini Thomaſi &c. de ſupradicto Montano reddit monaſterio tarenos Amalphitanos duos annuatim, & de fructibus videlicet oleo puro montani ſui &c. decimam &c. alia non facit, aſſerens, ſe eſſe nobilem, & habere immunitatem &c. Notarius Thomaſius reddit pro officio notariatus tarenos Amalphitanos duos annuatim, & pro Montano ſibi conceſſo &c. decimam &c. alia non facit, quia habet immunitatem, pro qua annuatim monaſterio reddit grana auri duo &c. Johannes de Marcone &c. reddit tarenum amalphitanum unũ monaſterio Caſſinenſi pro immunitate ſua &c. Johannes Benedictus de Leone non facit decimam, neque cenſum, quia dicit ſe eſſe de ſervitio Sergentariæ ſicut alii anteceſſores ſui. Leonardus Picanus &c. non reddit terraticum &c. nec facit ſervitia perſonalia quia dicit ſe exinde habere immunitatem pro qua cum Fratre ſuo &c. reddit annuatim grana auri octo, oſtendit inſtrumentum. Johannes de Hecto non facit decimam, nec terraticum, nec aliqua ſervitia perſonalia, quia dicit ſe de ſervitio æqui, pro quo de triennio in triennium reddit tareni Amalphitani medium monaſterio Caſſinenſi &c. Antonius Nicolai Paribelli nihil præſtat quia habet immunitatem pro qua annuatim &c. cum domino Antonio Patruo ſuo tarenum auri unum præſtat &c. Nicolaus de Jacobo nihil reddit pro bonis, & perſona facit tamen ſervitium Sergentariæ. Benedictus de Iſmahel &c. de ſervitiis perſonalibus nihil preſtat, aſſerens ſe habere immunitatem, pro qua reddit annuatim tarenum Amalphitanum unum quando diviſim habitat a fratribus, & quilibet fratrum ipſius tantumdem oſtenderunt inſtrumentum &c. Presbyter Jacobus Petri de Oneſta reddit de omnibus patrimonialibus decimam, de matrimonialibus nichil præſtat, quia eſt de ſervitio equi pro quo ſingulis tribus annis grana auri quatuor cum fratre Pardo ſub ſervitio dicti Equi &c. Presbyter Johannes, & Jacobus de Iſmaele fratres reddunt annuatim inſimul tarenos amalphitanos duos monaſterio Caſſinenſi quilibet eorum &c. pro libertate bonorum, & perſonarum, oſtenderunt inſtrumentum &c. Franciſcus Bartholomæi de Jacobo, & fratres reddunt monaſterio pro ſervitio Sergentariæ idem quod alii de eodem ſervitio, & pro libertate plateatici annuatim grana auri quatuor etc. Presbyter Petrus de Gualterio non facit decimam nec aliquid aliud monaſterio, dicit tamen ſe eſſe de ſervitio equi una cum Domino Rogerio Capiferro.* Eadem centum quinquaginta alii deponunt.

In inquiſitione in oppido Mortulæ die 30. Aprilis ejuſdem anni 1288. facta: *Dominus Blaſius de Mirtola etc. juratus, et interrogatus dixit, quod de antiqua, et obtenta conſuetudine dicti caſtri eſt, quod cum Scafa monaſterii Caſſinenſis portus ipſius caſtri ſit, licet curiæ incidere, et incidi facere arbores cujuſcumque ſint abſque pretio pro ipſa Scafa. Johannes Maſſarellus de caſtro Mirtola reddit monaſterio terraticum &c. Item juratus, & interrogatus dixit, quod generaliter homines dicti caſtri tenentur præſtare domino Caſſinenſi Abbati pro ſacra uncias auri tres.* Et ſerviunt eidem domino Abbati in exercitu uno die propriis expenſis, & poſtmodum ad expenſas Abbatis, & monaſterii. *Item juratus, & interrogatus dixit, quod de antiqua, & obtenta conſuetudine dicti caſtri Mirtola eſt, quod ſi aliquis vendat omnia bona ſua ſimul, curia accipit tertiariam de omnibus alienatis, ſi vero ſemotim, & particulariter, curia habet tertiariam de ultimis alienatis. Item dixit, quod cum Scafa portus dicti caſtri ſit, licet curiæ incidere arbores cujuſcumque ſint abſque pretio pro ipſa Scapha, & homines dicti caſtri debent perſonaliter adjuvare ad faciendum ipſam Scapham ad expenſas ipſorum uſque dum finiatur, & mittatur in aqua, & totum neceſſarium eidem Scaphæ facere, præter magiſterium magiſtrorum, qui ipſam Scapham faciunt præter etiam picem, & ferrum. Johannes de S. Ambroſio &c. dixit tamen de omnibus ſupradictis ut proximus &c.*

Inquiſitio in oppido Mortulæ. Ibid fol. 295. & ſeq. Oppidani ſerviunt Abbati in exercitu.

In inquiſitione in oppido Cucurutii die prima Maii anni 1288. facta; *Presbyter Johannes de Andrea juratus, & interrogatus de iis, quæ monaſterium Caſſinenſe habet in demanio in caſtro Cucurutii dixit, quod dictum monaſterium habet in demanio in dicto caſtro &c. Caſtellum &c. Item juratus, & interrogatus dixit quod generaliter homines dicti caſtri Cucurutii habentes boves reddunt monaſterio cum ipſi bubus tres operas annuatim, videlicet unam*

Inquiſitio in oppido Cucurutii. Ibid. fol. 197. & ſeq.

ad

*ad diſrupendam terram, aliam ad recalcandum, & aliam ad ſeminandum; item dixit quod de antiqua, & obtenta conſuetudine dicti caſtri Cucurutii eſt, quod ſi aliquis vendat omnia bona ſua nihil ſibi remanente, curia accipit tertiariam de omnibus alienatis; ſi verò vendiderit retento ſibi Caſaleno, vel domo, curia non accipit tertiariam de alienatis. Si vero non retento ſibi domo, vel caſaleno de omnibus tam ſimul, quam particulariter alienatis, curia habet tertiariam. Item dixit quod de omnibus bonis, ſeu terris ſuis reddit terraticum, videlicet de ſex partibus unam, de grano, ordeo, milio, & fabis monaſterio Caſſinenſi, & debet ipſum terraticum, ut homines omnes alii portare ad domos, in quibus recondit victualia curia &c. Presbyter Johannes Petri de Mirtola, ut proximus. Presbyter Riccardus Johannis Andreæ de Foreſta ut proximus. Johannes de Andrea juratus, & interrogatus dixit, & facit idem quod proximus, & addidit, quod reddit monaſterio operas tres cum bubus annuatim &c. Petrus de Mirtola juratus, & interrogatus dixit, & facit idem quod proximus &c. Jacobus de Simeone reddit monaſterio operas conſuetas, & terraticum de omnibus terris &c. Bonus homo Petri de Mirtola reddit monaſterio terraticum, & operas conſuetas &c. Benedictus de Euſtaſio reddit operas, & terraticum monaſterio de omnibus terris ſuis, &c. Raynaldus de Franciſco facit monaſterio terraticum, & operas.* Eadem alii plures fatentur.

In inquiſitione facta in oppido Terruculi hæc leguntur: *Presbyter Laurentius Archipresbyter Caſtri Torocli reddit monaſterio terraticum de omnibus terris ſuis &c. Presbyter Blaſius juratus & interrogatus dixit quod reddit monaſterio de omnibus terris terraticum &c. Presbyter Leo reddit monaſterio terraticum de omnibus terris ſuis &c. Notarius Benedictus Johannis de Manfredo reddit monaſterio de omnibus terris ſuis terraticum preter de terra ad Collem de Inſula &c. quam terram &c. tenet ſub ſervitio equi, quod obtulit ſe facturum &c. Marcus Johannis Manfredi reddit monaſterio terraticum, de omnibus terris ſuis præter de terra ubi dicitur Orci etc. de quibus nihil præſtat alicui, quia ipſas tenet ſub ſervitio equi etc. Nicolaus de Seneſſa reddit monaſterio operas cum bubus, et brachiis, gallinas, terraticum, et alia conſueta. Johannes infans facit, ut proximus. Andreas de Landone reddit monaſterio ſi habet par bovum operas quatuor cum ipſis bubus, operas tres cum brachiis, gallinas quatuor, et terraticum de omnibus terris ſuis etc. Andreas Sallozzi facit redditus, et ſervitia conſueta, et terraticum monaſterio de omnibus terris ſuis etc. Nicolaus de Mauro reddit monaſterio terraticum, redditus, et ſervitia conſueta etc. Petrus magiſtri Philippi reddit monaſterio terraticum de omnibus terris ſuis præter de terra, ubi dicitur Mariclari etc. prædictas vero terras de quibus nihil præſtat aſſerit ſe tenere ex perſona matris, pro qua reddit cum nepotibus de triennio in triennium tarenos Amalphitanos octo aſſerens ſe de ſervitio equi quondam Johannis de Manfredo anteceſſoris ſui ex perſona patris quod obtullit ſe facturum etc. Nicolaus Manroſſus reddit terraticum monaſterio de terris ſuis omnibus, præter de terra ſita alla Foreſta &c. de quibus nihil præſtat aſſerens ipſas teneri ſub ſervitio equi, pro quo reddit ſingulis tribus annis cum conſortibus tarenos amalphitanos octo, quod equi ſervitium obtulit ſe facturum &c. Angelus de Pariſio reddit monaſterio terraticum præter de terris ſitis in pede Toroccli &c. de quibus reddit pro ſervitio equi Palmerio de Dionyſio cujus fuerunt terræ prædictæ ſingulis tribus annis tarenos aureos duos, aſcendit cum conſortibus ad tarenos aureos quinque, aſſerit ſe eſſe de ſervitio equi, de quo reddit de triennio in triennium cum conſortibus tarenos aureos quinque. Quod equi ſervitium obtulit ſe facturum. Johannes de Mattheo reddit de patrimonio ſuo terraticum de vino, & victuali &c. ab aliis ſe excuſat aſſerens ſe habere immunitatem. Oſtendit inſtrumentum Magiſter Jacobus Calſolarius reddit monaſterio terraticum de omnibus terris &c. ab aliis ſe excuſat propter artem pro qua reddit annuatim monaſterio grana auri ſex &c. Andreas de Angelo de omnibus terris reddit terraticum, ab aliis ſe excuſat ex perſona Matthæi de Rai Avi ſui, qui fuit de ſervitio equi quod obtulit ſe facturum &c. Andreas de Gregorio de antiquis terris nihil præſtat, quia eſt de ſervitio equi pro quo de triennio in triennium reddit tarenum auri unum, & grana quinque monaſterio, reddit etiam annuatim tarenum auri unum infirmario Caſſinenſi.* Hæc aliaque hujuſcemodi alii complures retulerunt.

Inquiſitio in oppido Terruculi.

Ibid. fol. 198.

Thomas Abbas moritur, illique ſufficitur Pontius.

Ex allatis hactenus Thomæ Abbatis præfectura actis monumentis, ſatis conſtat ſuprema quædam principatus munia Abbati Caſſinenſi poſt ademtam etiam criminalem juriſdictionem remanſiſſe. Fit enim in humanis rebus, ut non omnia ſtatim, unoque, ut ita dicam ictu, ſed ſenſim collabeſcant. Thomas itaque quo ſuperſtite, adhuc qualicumque Principatus ſupremi Caſſinenſis forma, cœnobio præfuit ab anno 1282. ad 1293. quo Abbas Caſſini erat Pontius a Catania, ut ex inſtrumento conſtat die 2. Novembris anni 1293. rogato a Raynerio Poſſano ex urbe Saſſari in Sardinia imperiali notario, in quo Landulfus Abbas S. Mariæ de Tergo, ejuſdemque Pontii legatus in Sardinia fatetur, juſſu Abbatis Pontii ſolviſſe quadraginta auri uncias Bartholomæo de Altriburſio. Hinc corrigendus Arnoldus Wion, qui lib. 1. ligni Vitæ p. 23. contendit, Thomam anno tantum 1294. obiiſſe, quo certe Pontius die 6. Junii Abbas erat, mortuus paulo poſt die 6. Octobris.

De Advocatis Abbatiæ Caſſinenſis.

Quando quidem vero in monumentis hactenus allatis potiſſimum Bernardi, & Thomæ Abbatum Caſſinenſium tempore, advocati Caſſinenſis mentio ſæpe fit, haud in irritum ceſſuram operam noſtram credimus, ſi quædam hoc loco de advocatorum origine juriſdictioneque afferamus. Facem nobis præferet vir omniuga eruditione, potiſſimum monaſtica clariſs. Johannes Mabillonius, qui in præfatione ſæculi III. Parte I. num. 112. p. 91. ſic differit: *Quod in eccleſia Romana, & Orientali præſtitere defenſores, id ut in monaſteriis agerent inſtituti Advocati ſunt. Id muneris primo quidem ſuppleverunt reges plerique qui loca Deo ſacra, in ſuam, ut vocabant, mundeburdem, ſeu tutelam, ac defenſionem ſuſcipiebant. Poſtea vero quam multiplicatis monaſteriis regia cura ſingulis defendendis ſufficere viſa non eſt, ſubrogati ſunt homines præpotentes, Duces, ac Comites, qui auctoritatis ſuæ præſidium cœnobitis accommodarent. Obſtitere primo epiſcopi nonnulli, quos inter Synodi Cabilonenſis*

Digitized by Google

ſis Patres circiter medium ſeculum ſeptimum præcipiunt capite quintodecimo: ut Abbates, & Monachi, aut agentes monaſteriorum patrocinio ſeculari penitus non utantur, nec ad principis præſentiam ſine epiſcopi ſui permiſſu ambulare audeant. Attamen vicit ipſa rei neceſſitas, ut ſcilicet hominum ſecularium eccleſiaſticis rebus inhiantium cupiditas reprimeretur. Quippe Chlotarius Chlodovæi junioris filius, inluſtrem virum Gengulfum Beſuenſibus Monachis Advocatum conceſſit anno decimo Regni ſui: nimirum ut omnes cauſas ipſius monaſterii proſequeretur, & ablata reſtitueret. Poſtea Carolus Magnus in capitulis eccleſiaſticis quæ extant apud Sirmondum ad annum octingenteſimum primum ſtatuit capite trigeſimo quarto, ut epiſcopi, & Abbates Advocatos haberent, & ipſi (Advocati) haberent in illo comitatu propriam hereditatem, & ut ipſi recti, & boni eſſent, & haberent voluntatem recte, & juſte cauſas perficere. Hanc provinciam ſuſcepere plerique monaſteriorum conditores, ipſorumque poſteri ſi quidem ſatis virium habebant et auctoritatis: ſin minus alii optimates a Monachis electi, et approbati a rege. Hinc Albertus Bremonſis archiepiſcopus cum Gorecenſe monaſterium erexiſſet, decernit, ut quiſquis in ſtirpe noſtra, inquit, laicus cæteris ætate provectior fuerit hic noſtra conſtitutione huic loco Advocatus conſtituatur, ſi vero evenerit, ut talis de ſtirpe noſtra deficiat, quemcumque Abbas, cum conſilio Fratrum, ad defenſionem, et utilitatem loci expetierit, hunc Archiepiſcopus Bremenſis Advocatum conſtituet. Ita legitur in fragmento chronici Gorecenſis poſt Witichingi librum de geſtis Saxonicis monaſterium S. Galli, propterea quod, non ex regalibus denariis, ſed ex privatorum traditiunculis accreverat cum nullum privilegium aliorum monaſteriorum neminem ſui defenſorem, vel Advocatum reperire potuiſſet. Ludovicus Auguſtus tuendum accepit, teſte Monacho Sangallenſi, in libro primo de vita Caroli Magni, capite quinto. Atque ut Advocati adverſariis ſeſe validius opponerent, ſtipendium, ac merces conſtituta eis eſt: ipſique adeo monaſteriorum lites omnes proſequebantur, immo et duella (ſi neceſſe erat) ſuſcipiebant, et ad caſtra pergebant cum militibus, ſeu cum vaſſis, et hominibus monaſteriorum, quæ regi militiam debebant. Stipendium iſtud erat annuus cenſus, tertiave pars emendarum: quo nomine pecuniarias multas appellabant. Theodericus Flandrenſis comes in generali privilegio monachis Bertinianis conceſſo anno centeſimo quadrageſimo ſeptimo ſupra milleſimum ſtatuit, ut quicumque advocatus fuerit ejuſdem eccleſiæ, juxta inſtitutum Balduini Inſulani iturus in regalem expeditionem, ſemel in anno unum baconem, & unam penſam caſeorum, & unum ſummarium; vel pro his unam marcam argenti ab Abbate accipiat, & ſingulis annis de unaquaque terra Villæ de Archas dimidiam firtalam Avenæ habeat, eo pacto, ut nihil unquam de eadem villa qualicumque cauſa exigat, aut accipiat, & ut eccleſiæ oportunum ſuæ defenſionis auxilium non ſubtrahat. Advocatus monaſterii Senionenſis in Voſago, tertiam partem emendarum illorum, ſcilicet placitorum, ad quæ ab Abbate vocatus erat accipiebat, ad cætera manus non extendebat, ut legitur in Chronici Senonienſis libro ſecundo, capite quinto. Duellorum ab Advocatis ſuſceptorum in cauſis monaſterii ſui exempla extant non pauca, unum in libro de miraculis S. Benedicti, auctore Adrevaldo, cap. vigeſimo quinto, & ſequenti, aliud in libro ſecundo de Miraculis S. Bertini, capite quintodecimo notatu dignum, tertium in notis ad Guibertum. Ad finiendam litem Advocati etiam actionem omnem proſequi debebant, & juramentum (ſi quando exigebat res) præſtabant. Exemplo eſt lis inter Archiepiſcopum Trevirenſem Abbatemque Prumienſem ventilata coram Carolo Magno pro cella S. Goaris apud Wandalbertum in libro de miraculis ipſius ſancti: ubi Prumienſis cœnobii Advocatum Ratbertum nomine appellat cauſidicum monaſterii. Officium iſtud in dignitatem evaſit, quæ una cum annuo ſtipendio tranſibat ad hæredes advocatorum. Tempore procedente, qui monaſteriorum defenſores eſſe debuerant, eorum deprædatores, ac direptores extiterunt: ac demum advocatiæ pretio monaſteriis vindicatæ, ſæculo quartodecimo penitus extinctæ ſunt. Theodericus Abbas Gemeticenſis a Drogone Ambianenſi Comite annuos cenſus, quos is pro jure Advocati exigebat in Geneſtevilla, redemit offerendo ſexaginta, & duas libras Rotomagenſis monetæ, nec non & ſex equos permagni pretii, ut legitur in charta hac de re condita anno milleſimo trigeſimo, quam habes in calce hujus ſæculi. Idem pactum fecerunt Monachi Senionenſes cum Simone Lotharingiæ Duce anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo. Porro antequam munus inirent Advocati, Abbati, Monachiſque præſtabant ſacramentum cujus hæc forma in Manuſcripto Codice Monaſterii ſancti Walarici.

Vos juratis per Deum, & omnes ſanctos quorum reliquiæ hic ſunt, & alibi, quod vos ab hac hora, & deinceps benevolentiam, & fidelitatem habebitis, & portabitis huic eccleſiæ S. Walarici, & omnibus membris: & etiam poſſeſſiones omnes, & omnia jura iſtius eccleſiæ bona fide juvabitis ad defendendum, & cuſtodiendum de omni injuria ſeu violentia adverſus omnes ſecundum veſtram poſſibilitatem, quotieſcumque ſuper his fueritis requiſitus? Concludat Abbas: Ita vos juvet Dominus.

Iſtud juramentum ibi præſtitit Robertus Drocarum comes anno trecenteſimo vigeſimo primo ſupra milleſimum, quo ferè ſæculo Advocatorum munus ac nomen deſiit in monaſteriis.

Nomine non officio differebant Conſervatores in quibuſdam monaſteriis inſtituti, qualis fuit in cœnobio S. Salvatoris in Voſago ex chronici Senonienſis lib. 2. cap. ſextodecimo; Et erant ſubadvocati aliquando plures in ſingulis monaſteriis, qui vice Advocatorum res monaſterii curabant. Hinc Otto Imperator in litteris, quibus Lantbertum Comitem Lovanienſem creat Advocatum cœnobii Gemmelacenſis ſtatuit, ut comes nunquam præter unum ſubadvocatum habeat. Porro ſubadvocatus in Villis ad Abbatiam pertinentibus nihil aliud juris habeat, niſi per ſingulos annos de unaquaque domo denarium unum, gallinam unam, avenæ ſextarium unum. Quæ litteræ datæ ſunt anno quadrageſimo octavo ſupra nongenteſimum extantque in chronico Gemmelacenſi tom. 6. Spicilegii. Hinc manifeſte colligitur, plures aliquando ſubadvocatos monaſteriis impoſitos fuiſſe. Ea de re graviter conqueritur Fulcardus Abbas Laubienſis in epiſtola ad Henricum Imperatorem eo nomine quartum, modo, inquit, habentur in Villis ſancti Petri multi Advocati, immo raptores in aliquibus quin-

*quinque, in aliis quatuor, in aliquibus tres, in aliquibus etiam ſeptem. qui præter tres principales generales placitos quandocumque volunt ibi ſingillatim placitant. Edita eſt hæc epiſtola in continuatione libelli de geſtis Abbatum Laubienſium tom. ſexto Spicilegii lectu ſane digna hoc in argumento, &c.* Vid. idem Mabillonius de Re Diplom. lib. 6. pag. 589. & 590.

Advocatorum itaque quoad cœnobia munus erat exercere placita ſæcularia, præſtare juramenta calumniæ, quæ clericis lege canonica, & civili erant interdicta, potiſſimum lege Langobardorum lib. II. cap. 48. §. ultimo, ſubditis monaſterii juſdicere, illiſque peracto judicio tertia pars mulctæ a reis perſolvendæ cedebat, nam duæ aliæ ad eccleſiam ſpectabant. Largitiones eccleſiæ factas acceptabant; in diſtrahendis, emendiſque eccleſiæ bonis aſſenſum præbebant, Abbatem conſiliis ſuis juvabant in rebus arduis, monaſterii bona authoritate ſua a rapinis tutabantur, præſtabantque alia plura, quæ in diplomate pro monaſterio de Paſſiniano recenſentur apud Ughellium in ſupplemento To. VII. p. 1419. nunc autem To. 3. col. 537. novæ edition. Advocatorum origo haud antiquior eſſe videtur Conſulatu Stiliconis ut ex concilio Carthaginenſi can. 99., illique deinceps electi ſunt ab Abbatibus, aut epiſcopis, coram comitibus, ſeu judicibus, ut ex lege Langobardorum lib. 2. cap. 48. conſtat, quo illorum authoritas ſanctior vulgatiorque eſſet, atque aliquando petebantur a principe, ut ex capitulari Caroli M. vel a Pontifice, ut ex bulla Leonis IX. apud Gretſerum de Cruce p. 2621. Imo qui cœnobia, vel fundabant, vel augebant muneribus, vel privilegiis honeſtabant, Advocati, Defenſoriſque munus poſteris ſuis, veluti hæreditario jure relinquebant, quod Unfredus præſtitit, & Radulfus, atque Emma quoad cœnobium S. Michaelis Archangeli Montis Caveoſi, ut ex privilegiis an. 1083., 1093., 1099., 1119. conceſſis, quæ in ejus cœnobii regeſto continentur. Hoſce vero Advocatos alii Adverſarios, Defenſores, & Vice Dominos dixere, eoſque modo dicimus judices, conſervatores, vel delegatos, quamquam hi nonnihil ab antiquis Advocatis, & munere, & poteſtate differunt. Hinc duplicis generis olim cœnobiorum Advocati fuere, alii qui pro monaſteriis cauſas primum in foro dixere, deinde cauſarum iſtarum judiciis præfuere, atque dixere jus. Alii qui monaſteria authoritate ſua vel armis defenderent, qui defenſores etiam dicti. Advocatorum nomen, & officium comites, Duces, imo, & Reges ipſi non ſunt dedignati, donec, ut fit in humanis rebus, res optima peſſime cœnobiis ceſſit, ut diximus. Eligebantur etiam ab ipſis cœnobiis, licet quandoque reges eos darent.

Advocatorum antiquitas.

Perantiquos fuiſſe in cœnobiis Advocatos, præter illa, quæ hactenus adduximus monumenta in hac Diſſertatione oſtendit privilegium Sanctimonialibus parthenonis S. Mariæ in Cingla, qui cœnobio noſtro erat ſubdita a Paldolfo, & Johanne ejus filio Capuanis principibus conceſſum, in quo authentice in noſtro archivio aſſervato hæc leguntur. *Confirmamus in præfato monaſterio puellarum S. Dei Genitricis Mariæ, ſita in loco Cengla, ubi ipſa domna Sichelgayta Abbatiſſa præbeſſe videtur; ut ſi amodo, & quacumque adveniente tempore, cauſaciones habuerint, partem jamphati monaſterii puellarum, cum qualemcumque hominem, vel ſi homines cauſaciones habuerint cum ipſo ſancto monaſterio puellarum, vel cum parte . . . . . . . Sacramentum procedit, ut partem præfati monaſterii Sacramentum deducere, vel facere deveat pro quacumque cauſam, vel culpam ad quempiam hominem, ut eadem domna Abbatiſſa ejuſque ſucceſſores, quæ poſt illam in loco honoris in ipſo S. monaſterio puellarum accedere debuerint, neque ad quempiam de ancillis Dei, quas in ipſo S. monaſterio deſervire videntur, quæ veſtem, & habitum S. religionis induta ſunt, vel fuerint, ad ſacramentum invitare, nec quærere non deveantur, ut illas ipſum Sacramentum perſolvant, vel faciant, ſet neque cuſtodibus, qui pro tempore fuerit in ipſo S. monaſterio puellarum, & ibidem deſervire videntur peragentes cauſaciones prædicti monaſterii, in eque ſuis presbyteris, vel clericis, qui in ipſo venerando monaſterio, vel in ejus cellis ſervitium Dei quotidie peraguntur, ut nec illis aliquando tempore a quempiam hominem ad Sacramentum invitentur, ut illis Sacramentum perſolvant pro ipſo S. monaſterio, ſet ſi evenerit, ut pars ejuſdem locis Sacramentum facere deveat, quatenus per ſuos Scariones ſe defendat, & ipſi ſcariones Sacramentum deducant, vel faciant ſicut antiqua fuit conſuetudo, & non immerito, ſet per legalem diffinitatem hoc conceſſimus, & confirmavimus per hoc noſtrum præceptum in ipſo S. monaſterio, quia ſcimus cum Monaſterias, vel reliqua loca venerabilia in defenſionem ſacri palatii eſſe noſcuntur, & ideo cum noſtra eſt defenſio illorum vel noſtro palatio, ideo volumus, ut ſic ſe defendat in ipſo Sacramento per ſuos Scariones quemammodum curtis regiæ Scariones per Sacramentum defenditur quando evenerit, ut pars curtis Regiæ Sacramentum deducere deveant, ut Aſtolfus Rex inſtituit &c.* Scario eſt ex Du-Cangio judicis miniſter, vel certe minor judex. In privilegio anno 1099. a Rodulpho dicto Machabeo Unfredi comitis Montis Caveoſi filio cœnobio S. Michaelis Archangeli ejus loci conceſſo, quod in appendice To. IV. Annalium p. 667. edidit Mabillonius hæc reperiuntur verba: *Etiam promitto me eſſe defenſorem, gubernatorem, advocatorem contra omnes adverſarias ipſius eccleſiæ, & illam regentium &c.* In privilegio ab Otthone Magno an. 970. monaſterio S. Maximini Trevirenſi conceſſo apud Zylleſium p. 24. partis III. hæc leguntur; *Nec epiſcoporum, aut Ducum Comitumve, aut alicujus judiciariæ poteſtatis placitum attendant, niſi ſolius Abbatis, & Advocatorum quos ipſe elegerit, & conſtituerit.* In privilegio Otthonis II. an. 974. conceſſo apud eundem p. 25. *Inſuper etiam concedimus, ut idem Abbas ſibique commiſſa congregatio eorumque ſucceſſores poteſtatem habeant Advocatias monaſterii ſui cui velint dandi, cuique velint tollendi.* Et in privilegio Otthonis III. anno 990. ibidem p. 27. *Inſuper etiam concedimus, ut idem Abbas, ſibique commiſſa congregatio, eorumque ſucceſſores poteſtatem habeant Advocatias monaſterii ſui, cui velint dandi, cuique velint tollendi. Advocati quoque conſtituti in villis eorum, nec non hominibus illius loci qui vocantur Scararii niſi præſentia Abbatis, vel ejus Præpoſiti placitum habere præſumat, bannumque in placito*

cum

*cum Scarariis hominibus habito non Advocatus, ſed Abbas accipiat, aliaque familia Abbati ſubjecta placitum nullius niſi Abbatis vel ab eo conſtitutorum attendat bannum, & fredum nulli niſi Abbati perſolvat.* Eadem verba extant in privilegio an. 1005. a S. Henrico conceſſo ibidem p. 28. & in alio an. 1023. in quo hæc addit: *Et ut Advocati nullum poſt ſe ponere audeant, qui vocetur pro Advocatus, nullumque placitum præter tria jure debita in Abbatia tenere præſumant, nec cuiquam illorum liceat aliqua violentia homines gravare, aut vi parare hædos eorum, aut pecora tollere, vel quicquam ſuper officiales, aut miniſtros, ſive manſionarios, ſeu omnia jura Abbatis conſtituere.* Plura alia refert Zylleſius monumenta, quibus conſtat fuiſſe cœnobii ſancti Maximini Advocatos Duces Lucemburgenſes, & comites Aclunienſes illudque hactenus munus obire. Ex privilegiis vero Henrici III. imperatoris ab eodem Zylleſio pag. 38. & Henrici V. p. 47. allatis, quænam fuerint jura, muniaque Advocatorum patet. Hæc omnia carptim curſimque in præſentiarum adduximus, quo Advocatorum origo dignitas, atque demum abuſus authenticis monumentis conſtaret. Sed age rem noſtram proſequamur.

Lis inter cœnobium S. Petri de Avellana, & Incolas Valliſſurdæ compoſita.

Ex originali in Archivo noſtro.

Brevi itaque Pontii Abbatis præfectura lis hujuſcemodi inter cœnobium S. Petri de Avellana Caſſinatibus ſubditum, atque incolas Valliſſurdæ oborta compoſita eſt: *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti anno ejuſdem incarnationis milleſimo ducenteſimo nonageſimo quarto, regnante domino noſtro Karolo Dei gratia Hyeruſalem, & Siciliæ rege, Ducatus Apuliæ Principatus Capuæ, Andegavenſis, Provinciæ, & Forcb. Comitis ejus anno decimo. Dum quadam diſcordia, & controverſia verteretur inter conventum monaſterii S. Petri de Avellana ex una parte, & homines univerſitatis Valliſſurdæ ex altera, de quibuſdam redditibus, quos dictus conventus ab hominibus dictæ univerſitatis anno quodlibet de jure ſe habere aſſerebat &c. Unde de communi partium voluntate ſuper prædictis omnibus ad tale pactum, ſeu concordiam ſponte, & voluntarie devenerunt, videlicet, quod unaquaque pars prædictarum obligavit ſe alteri ad pœnam unciarum auri decem, medietatem curiæ, & medietatem parti ſolvendam, ſtare, & obedire dictis, ſeu ſententiæ mei Roberti de Tarento militis judici arbitratori conſtituto, & electo, de communi partium voluntate ſuper terminanda, & finienda diſcordia, & controverſia ſupradicta &c. Unde ego prædictus Robertus Miles judex arbitrator, habito ſuper his virorum prudentum conſilio diligenti, die tertiadecima menſis Februarii, ſeptimæ indictionis, apud Anglonem, in præſentia Thomaſii caſtri Angloni, judicis Stephani authoritate regia publico ipſius caſtri notario, & teſtium ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum, ſententialiter dico, mando, & præcipio, quod quilibet hominum dictæ terræ Valliſſurdæ, qui tenet ad rationem de quarta una teneatur & reddere debeat annuatim dicto monaſterio granas auri decem, & octo. Item mando, ſententialiter, & præcipio, quod factis aliis redditibus realibus, & perſonalibus debitis annuatim monaſterio antedicto, homines dictæ terræ deboant eſſe exemptos ab itineribus, ſeu aliis gravaminibus ſomariorum ipſorum, ad quæ Monachi, qui pro tempore morabantur in Valleſurda eos indebite compellebant, & quod homines dictæ terræ Valliſſurdæ, quibus additæ ſunt terræ de Graſonis ad laborandum teneantur reddere decimam partem, & non aliud, & ne de predictis aliqua poſſet impoſterum oriri dubietas; ad cautelam, & ſecuritatem prædicti monaſterii, & futuram memoriam, nec non rogatu ejuſdem domini Roberti judicis arbitrarii, factum eſt exinde præſens publicum Inſtrumentum eidem monaſterio aſſignandum, ſcriptum per manus mei prædicti notarii, & meo ſolito ſigno ſignatum ſubſcriptione mei prædicti judicis, & ſubſcriptorum teſtium ſubſcriptione roboratum. † Ego qui ſupra Thomaſius Anglonus judex, locus † Signi. † Signum crucis propriæ manus Roberti de Azzarello teſtis. † Signum crucis propriæ manus Johannis de Tarento teſtis. † Signum crucis propriæ manus Rogerii . . . . . teſtis. † Signum crucis propriæ manus Adenulphi . . . . teſtis.*

Epiſtola Bernardi III. Abbatis Caſſinenſis.

Anno 1296. Adminiſtrator cœnobii Caſſinenſis erat Bernardus III. epiſcopus Tripolitanus ex Ordine noſtro, qui Monacho cuidam Caſſinenſi, eccleſias, vaſſalloſque cœnobio noſtro ſubditos in Sardinia gubernandas commiſit hac epiſtola, quæ in codine membranaceo M. S. bibliothecæ noſtræ ſig. num 143. extat: *Frater B. Abbas monaſterii Caſſinenſis Dilecto in Chriſto Fratri B. Monacho Caſſinenſi ſalutem in Domino. De ſtudio, probitate, ac fidelitate tua plene confiſi, eccleſiam S. Mariæ de Tergo tibi duximus committendam, quo circa tibi tenore præſentium firmiter injungendo mandamus, quatenus ad prædictas eccleſias te perſonaliter conferens circa regimen, & gubernationem eccleſiarum ſic ſtudioſus indennas, quod poſſis exinde apud Deum, & homines commendabilis apparere, & ecce, quod tam clericis, quam ſervis, ancillis, & vaſſallis ipſarum eccleſiarum, damus tenore præſentium firmiter in mandatis, ut tibi tamquam ipſarum eccleſiarum in omnibus quibus tenentur, & debent, obediant, & intendant, alienandi vero, aut diſtrahendi, vel minuendi bona & jura eccleſiaſtica tibi ſubtrahimus penitus poteſtatem. De animalibus vero ea quæ ſunt feminini generis tibi diſtrahere non liceat, ſed ad procreandos fœtus penitus conſerventur, niſi pro ſenectute, aut debilitate inutilia eſſe noſcuntur, quæ tibi diſtrahere liceat, ut in locum eorum alia utilia animalia ſubrogentur &c. Dantes tibi &c.*

Concordia inter univerſitates Pontiſcurvi, & Roccæ Guilelmæ.

Ex originali in Archivo noſtro.

Eodem anno 1296. hæc inter univerſitates Pontiſcurvi, & Roccæ Guillelmi concordia inita eſt.

*In nomine Domini noſtri, Jeſu Chriſti Amen. Anno incarnationis ejuſdem milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſexto, regnante Sereniſſimo domino noſtro Carolo II. Dei gratia Hieruſalem, & Siciliæ rege magnifico, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ ac Forcalquerii, ac Pedemontis Comite, regnorum ejus anno duodecimo, menſis Novembris, decimanona die ejuſdem menſis, decimæ indictionis, apud Pontemcurvum. Nos Gerordus dictus Tipa judex Pontiſcurvi, Nicolaus de Petro publicus ejuſdem terræ, & totius Abbatiæ Caſſinenſis monaſterii notarius, & ſubſcripti literati teſtes de eadem terra ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati, videlicet Thomas domini Petri Abbas Nicolai rector eccleſiæ S. Mariæ de Græcis &c. Præſenti publico inſtrumento fatemur, & declaramus,*

quod

Digitized by Google

*quod orta dudum materia quæſtionis, litigii, ſeu diſſenſionis inter nobilem virum Riczardum de S. Dionyſio Dominum Roccæ Gulielmæ, & univerſitatem hominum ipſius Roccæ ex parte una, & univerſitatem hominum caſtri Pontiſcurvi ex altera, de infra ſcriptis villis, locis, & territorio, via, plateatico locorum ipſorum juribus, & pertinentiis eorumdem videl. Villæ Vallis rivi Vitellati, Villæ S. Olivæ, Villæ S. Tampari, & hominibus in eis habitantibus, nec non via, quæ itur ad Portelle, & territorii &c. ſequuntur confines, & poſtea ſequitur: cum ceteris planitiis, aquis, ſilvis, montibus, foreſtis, inter prædictos fines, & Serras ſitis, & conſtitutis, ac juribus, quæ ratione territorii poſſidentur in locis prædictis haberi, & poſſideri debentur tam a Dominis, quam a Vaſſallis prædicto Riczardo, & univerſitate Roccæ prædicta aſſerentibus prædictas Villas, & loca eſſe in territorio, & de territorio dictæ Roccæ, & ad ſe tamquam Dominum Roccæ ſpectare, univerſitate hominum Pontiſcurvi in contrarium aſſerente, & dicente, loca prædicta eſſe in territorio Pontiſcurvi, & ad Abbatem Caſſinenſem, tamquam dominum dicti caſtri, legitime pertinere.* (Abbas Caſſinenſis dominus, & Caſalium.) *Demum poſt varios tractatus hinc inde habitos &c. ad infraſcriptam tranſactionem, pactum, conventionem, & concordiam, prædictus Riczardus, & Lando de prædicta Rocca ſindicus univerſitatis hominum ipſius Roccæ ad hæc ſpecialiter, & ſolemniter conſtitutus, prout de ipſo ſindicatu conſtitit manifeſte per inſtrumentum publicum inde confectum ex parte una, & Maliofudus de Urſone & Jacobus de Bendia ſindici univerſitatis hominum Pontiſcurvi ex parte altera voluntaria devenerunt, vid. quod prædictus Ricciardus, & Lando Sindicus, vid. bona, & libera, & ſpontanea voluntate eorum dixerunt, recognoverunt &c. loca prædicta, prout ſupra ponuntur, eſſe territorium, & de territorio Pontiſcurvi, ac dictas villas eſſe, & fuiſſe de pertinentiis, & territorio Pontiſcurvi, pacto vid. inter partes ipſas ſollemniter ſubſequuto, quod licitum ſit prædicto Ricciardo, hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis habere, & tenere pacifice, & quiete pro ſuis ligiis, vaſſallis, omnes homines, qui habitant, & qui domicilium habent, vel habebunt etiam in futurum in ea parte dictæ villæ vallis, quæ dicitur li Marrini ne liceat in ipſa Villa hinc inde vaſſallos ſubtrahere, & etiam retinere ſub maritos. Item quod totum caſale Montis Vitri ſit pure, & libere Domini dictæ Roccæ. Item quod liceat dicto Ricciardo, hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis habere pro ſuis ligiis, vaſſallis imperpetuum illos, quos tunc habebat in prædictis villis S. Olivæ, & S. Tambari, & filios impoſterum deſcendentes ex eiſdem. Reliquis aliis hominibus habitantibus in Villis prædictis vaſſallis, ligiis, remanentibus monaſterio Caſſinenſi, ſicut cæteri de caſtro prædicto, Juribus, aliiſque legitime, dictum Dominum Roccæ contingunt, & ſibi competunt, & quæ videntur tangere Monaſterium prædictum conſervatis illeſis in locis prædictis. Item actum extitit inter eos quod a Pedemontis Vitri per viam qua itur ad Portelle, non liceat alicui de Pontecurvo cum animalibus ire pro lignis, cum frequentius famuli Dominorum caſtri præfati damnum dederunt in ſegetibus cum dictis animalibus hominibus Roccæ prædictæ. Item prædictus Ricciardus pro ſe, & dictus Lando Sindicus Sindicario nomine quo ſupra ex parte una, & prædicti Majolo Fudus, & Jacobus Sindici ſindicario nomine quo ſupra ex parte altera de prædictis territorio, villis, & vaſſallis, ac locis, & juribus ſupradictis, prout ſupra deſcribuntur, & narrantur pari voto, & conſenſu tranſactionem, conventionem &c. voluntaria facientes, volentes, etiam omnia, & ſingula ſupradicta rata, & inconcuſſa ſervari &c.* Omni ſolemnitate tranſumptum hujuſce Inſtrumenti an. 1473. factum eſt, ut ibi dicemus. Hactenus obſervatur concordia pro incolis S. Olivæ inita, ubi decem familiæ ſunt ſub ditione Roccæ Guillelmæ cui focum ſolvunt.

Galardus deinde Abbas an. 1298. die 12. Auguſti Rogerio de Judecta Piſtrinum in oppido Citrarii concedit, quod illud oppidum hoſtium manibus liberaſſet, quæ conceſſio extat in regeſto II. Citrarii p. 186., & 188. (Conceſſio a Galardo Abbate facta.)

PRIMÆ

# PRIMÆ DISSERTATIONIS PARS SEPTIMA.

# SÆCULUM NONUM A CONSTRUCTIONE COENOBII CASSINENSIS,

## CHRISTI QUARTUM DECIMUM AB ANNO MCCC. AD MCCCC.

SErvata tot ſæculis a Caſſinatibus ſupremi principatus decora ſenſim immunita hactenus demonſtravimus. Nec tamen mediocria illa ſunt, quæ Deo præſide infra recenſenda nobis remanſere. Mirum quippe divinoque beneficio factum tot inter viciſſitudines peſſum non iviſſe cœnobii noſtri juriſdictiones, quas in aliis pluribus cœnobiis, vel collapſas omnino, vel umbras pene eſſe conſpicimus.

Edictum in oppido Plumbariolæ, alibique promulgatum.

Marinus itaque Thomacellus Caſſinenſis Abbas quo cœnobii noſtri juriſdictiones ſartas, tectaſque ſervaret, hæc oppidanis Plumbariolæ mandata dedit die prima Decembris an. 1306. ut ex inſtrumento conſtat rogato a Jacobo ejuſdem oppidi notario.

Ex originali in Archivo noſtro.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno incarnationis ejus milleſimo trecenteſimo ſexto. Regnante domino noſtro Karolo ſecundo Dei gratia Hieruſalem Siciliæ rege &c. regnorum ejus anno vigeſimo ſecundo, menſe Decembris primo die ejuſdem menſis &c. Nos Petrus Rubeus de Magiſtro Nicolao judex caſtri Plumbariolæ, Jacobus publicus ejuſdem caſtri notarius, & ſubſcripti teſtes de eadem terra &c. præſenti publico ſcripto declaramus &c. quod nobis vir Thomas de Riczardo de Plumbarola Rector ejuſdem caſtri oſtendit, & præſentavit nobis quaſdam litteras Ricardi in Chriſto patris, & domini, domini Marini Dei gratia Caſſinenſis Abbatis &c. per omnia continentia infraſcripta: Marinus Dei gratia humilis Caſſinenſis Abbas. Dilectis nobis Rectori, & Bajulo caſtri noſtri Plumbariolæ ſalutem in Domino ſempiternam. Conſiderantes, quod ſeva cupiditas nonnullorum hominum pietate rejecta, quæ ineſſe ſolebat veteribus, quorum cura erat divinas domos amplis ditificare muneribus, cenſus & redditus noſtro monaſterio Caſſinenſi debitos, more converſo detinet, & occultat non minus in eorum periculum animarum, quam noſtri, & ejuſdem monaſterii evidens præjudicium & jacturam, Volenteſque propterea pro poſſe noſtro huic peſti ſalubri remedio obviare tam ad ipſarum periculum animarum quam noſtri diſpendium evitandum, conſulta deliberatione providimus, ut quæcumque perſona poſſeſſiones ſeu quid aliud a prædeceſſoribus noſtris, ſeu officialibus noſtri monaſterii Caſſinenſis ſive anteceſſoribus ſuis libellario jure conceſſas, & locatas, ſeu eorum, quæ tenet ab ipſis, & facere debet ex eis quoſcumque redditus, ſive cenſus decimam, vel terraticum nobis, & monaſterio Caſſinenſi immunitatem, libertatem, & exemptionem, privilegiis inſtrumentis, ſeu aliquibus legitimis documentis habent tam ad noſtri certitudinem, quam cautelam eorum rationes, & jura ſua nobis infra certum terminum debeat præſentare. Nos itaque quos officii noſtri debita ſollicitudo requirit, tanto diligentius, & ſollicitius præmiſſa diſcutere quanto ex celeri executione ipſorum tam nobis, quam monaſterio noſtro, quam hominibus ipſis ſumma commoditas noſcitur reſultare, vobis præſentium authoritate committimus, & ſub noſtra gratia obtentu expreſſe mandamus, quatenus ſine aliqua intermiſſione dierum coram vobis facientes præconem curiæ accerſiri pro parte noſtra, per totum caſtrum Plumbariolæ, & ejuſdem pertinentias, publice faciatis præconia voce bandiri, vid. ut quæcumque perſona habeat aliquas poſſeſſiones ab anteceſſoribus ſuis, aut a prædeceſſoribus noſtris, ſeu officialibus monaſterii Caſſinenſis ad libellum qui debeat renovari, ſeu aliquam aliam rem ſibi conceſſam per ipſos, nec non, ſi qui homines eorum, quæ tenent tam ad ſervitium equi, quam cenſus, ſive decimam, terraticum, aut ſalutes, & quoſcumque alios redditus reales, vel perſonales, immunitatem, libertatem, & exemptionem privilegio, inſtrumento, vel alio legitimo documento habere prætendat, nobis debeant repreſentare jura, & rationes ſuas quaſcumque inde habent videlicet ad tardius, hinc ad duos menſes, poſt emiſſionem banni prædicti in antea numerandos, prædicentes eiſdem, quod ſi ipſa jura infra prædictum tempus non repreſentaverint nobis, ut eſt dictum, ex tunc ipſa jura non valeant, quoniam ipſa ex nunc, prout ex tunc irritanda duximus, & caſſanda, nullam fidem eis impoſterum habituram, permittentes eiſdem hominibus, & offerentes parati cuilibet oſtendendi jura ſua, ſuum jus plenum ſervare, tam in renovationibus, quam in aliis quibuſcumque. Volumus præterea ad cautelam, ut in hujuſmodi negotio, adhibitis judice, notario publico, & idoneis teſtibus, tam de prædictorum bannitione per eundem præconem de mandato noſtro emiſſa, quam ſingulis ſupradictis in ipſo banno contentis, ſtatim fieri faciatis publicum inſtrumentum, & ipſum ad nos, inſerto toto tenore, præſentis mandati, ac forma ſtudeatis quam citius deſtinare. Datum apud S. Germanum die vigeſima octava Novembris anno Domini milleſimo tricenteſimo ſexto, quinta indictionis. Cujus authoritate mandati idem Thomas de Riczardo Rector caſtri Pumbarolæ in noſtrum qui*

*ſupra*

Digitized by Google

*ſupra judicis, notarii, & teſtium præſentia conſtitutus, Riccardum Paco de Plumbarola preconem ipſius caſtri coram ſe accerſiri fecit, & per totum caſtrum Plumbarolæ, & ejuſdem pertinentias publice bandiri fecit per eundem preconem, voce preconia, ut quæcumque perſona haberet aliquas poſſeſſiones ab anteceſſoribus ſuis, aut prædeceſſoribus prædicti domini Caſſinenſis Abbatis, ſeu officialibus monaſterii Caſſinenſis ad libellum, qui renovari deberet, ſeu aliquam aliam rem ſibi conceſſam per ipſos, nec non ſi qui homines eorum, quæ tenent tam ad ſervitium equi, quam cenſus, decimam, terraticum, aut ſalutes, & quoſcumque alios redditus reales, vel perſonalem immunitatem libertatem, aut exemptionem privilegio inſtrumento, vel alio legitimo documento habere prætendant, prædicto domino Caſſinenſi Abbati repræſentare deberent jura, & rationes ſuas quaſcumque inde haberent ad tardius, uſque ad duos menſes a prædicto die, vel a prædicta emiſſione banni in antea numerandos, totamque formam prædicti mandati, ſeu litterarum ipſarum in emiſſione prædicti banni fecit, in omnibus, & per omnia ſollemniter obſervari. Ad cujus rei memoriam, & fidem impoſterum adhibendam, & tam prædicti rdi. in Chriſto patris, & D. D. Marini, Dei gratia Caſſinenſis Abbatis certitudinem, quam ipſius Thomaſii rectoris cautelam, præſens publicum inſtrumentum exinde ad requiſitionem, & petitionem prædicti Thomaſii rectoris ſcriptum eſt per manus mei Jacobi notarii prædicti, meo ſigno conſueto ſignatum, noſtri qui ſupra judicis, & prædictorum teſtium ſubſcriptionibus roboratum. Actum in caſtro Plumbarolæ. Require ſuperius in quarta decima linea, ubi interlineatum eſt, & legitur providimus per manus mei prædicti notarii interlineatum fuit, ac ut ſupra. Locus ✠ Signi ✠ Signum Crucis propria manus mei ſupradicti Petri Rubei de Magiſtro Nicolao caſtri Plumbarolæ judicis S. N. ✠ Ego Andreas Domini Jonathæ interfui. ✠ Ego Presbyter Leonardus dictus Mallocius interfui. ✠ Ego qui ſupraſcriptus Magiſter de Florentia interfui, & ſubſcripſi. ✠ Signum crucis propria manus mei ſupraſcripti Nicolai de Guando teſtis S. N. ✠ Signum crucis propria manus mei ſupradicti Gerardi teſtis ſcribere neſcientis.* Hoc idem edictum die 22. Decembris, ut ex inſtrumento notarii Michaelis, promulgatum fuit in oppido Aquæfundatæ die quinta Decembris an. 1306. in oppido Terami, ut ex inſtrumento notarii Berardi Domini Nicolai; & die octava ejuſdem menſis in oppido Mortulæ, ut ex actis notarii Raynaldi de Johanne de Raynaldo ex oppido S. Andreæ. Ex hiſce edictis conſtat, immunitates a ſolvendis decimis, terratico, aliiſque realibus, atque perſonalibus oneribus a cœnobio Caſſinenſi ſubditis ſuis conceſſas tantum fuiſſe.

Concordia inita. Orta inter oppidum Sarraciniſci Caſſinatibus ſubditum, atque Roccam Albani, quæ Adenulfo, Thomaſio, Johanni, Henrico, Galaſſo, & Adenulpho Spinellis tunc parebat, controverſia pro monte Froſolone, atque finibus utriuſque oppidi quibuſdam ſtatutis capitulis concordiam inire laudati domini, atque Abbas Caſſinenſis, ut ex inſtrumento a notario Bartholomæo de Celano Sangermanenſi die 4. Novembris 1307. rogato, in archivo noſtro exiſtente liquet.

*Diſſert.*

In inquiſitione in oppido Pediſmontis an. 1273. facta hoc præ aliis capitulum legitur: *Item homines caſtri Pedimontis, & Villæ tenentur reſarcire, & reparare domos curiæ Caſſinenſis prædictorum locorum propriis expenſis prout opus ipſius reparationis excipit, & requirit:* cujus vigore Marinus Abbas ſub pœna quinquaginta unciarum auri Univerſitati Pediſmontis comminata, ſinguliſque perſonis unius auri unciæ, juſſit, domum ibi a cœnobio noſtro poſſeſſam ſarcirent, regerentque pro debito, ut ex inſtrumento a Petro de Bartholomæo ex oppido Pediſmontis die 23. Auguſti 1307. rogato. Mandata Jacobi Pediſmõtis data.

Anno 1308. die 17. Octobris lis inter oppida Pontiſcurvi, atque Lupici pro finibus ſuis orta compoſita eſt ab Iſamberto, ſeu Lamberto epiſcopo Aquinenſi, quem utraque univerſitas arbitrum elegerat, ut ex inſtrumento penes Acta notarii Jacobi de Sabina ex caſtro cœli. Lis inter Pontemcurvum, & Lupicū compoſita.

Pluribus noſtris diſſertationis locis oſtendimus penes cœnobium Caſſinenſe jus fuiſſe eligendi judices ad contractus, & notarios in univerſa Abbatia Caſſinenſi, quorum licet pauca admodum inſtrumenta allata a nobis hactenus fuerint, innumera tamen extant in noſtro archivo a notariis facta, qui vel ab Abbate Caſſinenſi Monachorum conſenſu creati ſunt, vel vacante ſede a ſolis Monachis. Quibus inſtrumentis, aliiſque pluribus, judices ad contractus interfuere, vel ab Abbate, vel a monachis, vacante ſede, creati. Licet vero immemorabili tot ſæculorum præſcriptione jus ſuum quoad eligendos notarios, judiceſque ad contractus firmaſſet cœnobium Caſſinenſe, cum tamen hac de re a regiis magiſtratibus turbaretur a rege ipſo juſtiſſimo Carolo ſecundo, oſtenſis legitimis titulis, hanc manutentionis ſententiam obtinuere Caſſinates, ex regeſto Caroli ſecundi, ſignato nu. 1307. litt. B. fol. 231. deprompta m. Jus creandi notarios, & Judices ad contractus Caſſinatibus aſſertum

*Scriptum eſt generalibus regni vicariis magiſtris juſtitiariis, vel eorum locumtenentibus, juſtitiariis Capitaneis, & officialibus, ceteris quacumque diſtinctione notentur, ac aliis univerſis præſentes litteras inſpecturis, tam præſentibus, quam futuris fidelibus ſuis &c. qui pro illius reverentia ſummi regis, per quem regnamus, & vivimus, non indigne debemus, & volumus eccleſiaſticas libertates, & jura ſpeciali gratia noſtra, regia protectione protegere, & favere, firma diſpoſitione ſtatuimus, quæque ab illis obſiſtentia tollere, tediaque lædentia removere, ſic igitur intellecto, quod religioſi Abbates venerandi cœnobii, ſanctique monaſterii Caſſinenſis, qui fuere pro tempore, ipſum monaſterium, dum paſtore vacavit, ab illis antiquis retro temporibus, quorum non eſt memoria, judices ad civiles cauſas, & notarios publicos in terris, & locis Abbatiæ Caſſinenſis, ex dignitate quadam uſque ad præſentia tempora creaverunt, & in dignitatis hujuſmodi, ſeu juris creandi judices, & notarios ipſos quaſi poſſeſſione uſque adhuc fuiſſe dicuntur libera & quieta, egre nimis moleſteque pertulimus, relatam nobis novitatis turbatione moleſtiam, quæ in hac parte per aliquos tentabatur, cumque facta ſit nobis ex informatione certifica plena fides, quod ipſe circa hac nova eſt, & inſolita novitas, quæ infertur, quam & nos necdum non fieri jubemus, & volumus, ſed & revocari temptatam, fidelitati veſtrę ſub obtentu gratię noſtrę precipimus, ut dictum Caſſinenſe monaſte-*



Digitized by Google

naſterium, & Abbates ipſius in ea quaſi poſſeſſione creandi hujuſmodi judices, & notarios publicos in terris, & locis Abbatię prędicta, qua fuiſſe jamdiu, & nunc eſſe noſcuntur, authoritate pręſentium conſervantes, nulla in hoc eis, vel judicibus, & notariis ipſis fieri deinceps patiamini novitatem, quinimo revocare confeſtim, & revocari facere procuretis quęlibet exinde attentata ita quod ad nos inde querimonia non feratur, jure tamen, & quid in his poſſet curię noſtrę competere in antea ſemper ſalvo; pręſentes autem litteras poſt oportunam inſpectionem earum reſtitui volumus pręſentanti, efficaciter in antea valituras. Datum Neapoli per Nicolaum Friczia de Ravello &c. Anno Domini 1308. die 8. Junii ſextę indictionis, regnorum noſtrorum anno 24.

In eodem regeſto ejuſdem regis Caroli ſecundi ſignato nu. 1307. litt. B. fol. 231. a t.

Scriptum eſt Magiſtro Juſtitiario regni Sicilię, vel ejus locumtenenti fideli ſuo &c. Qui pro illius reverentia ſummi regis per quem regnamus, & vivimus &c. ut in proxima uſque ubi legitur turbative moleſtiam, quę ingeritur in hac parte &c. deinde ſic ſequitur. Per vos ingemitur attentata moleſtando, quippe judices, atque notarios creatos inventos hujuſque per Abbates monaſterii ſupradicti. Cumque facta ſit nobis informatione certifica plena fides quod ipſa circa hęc nova eſt, & inſolita novitas, quam infertis, quam & nos ne dum non fieri jubemus & volumus, ſed & revocari tentata fidelitati veſtrę ſub obtentu gratię noſtrę pręcipimus, ut ſtatim receptis pręſentibus novitatem omnem hujuſmodi contra dictos judices, & notarios proinde, attentatam revocantes in caſſum dictum Caſſinenſe monaſterium in ea quaſi poſſeſſione creandi hujuſmodi judices, & notarios publicos in terris, & locis Abbatię prędictę, qua fuiſſe jam dudum, & nunc eſſe noſcuntur, authoritate pręſentium conſervatis, nullamque in hoc eis, vel judicibus, & notariis ipſis faciatis, aut fieri deinceps patiamini novitatem, ita quod ad nos inde querimonia non feratur, jure tamen ſi quod in his poſſit curię noſtrę competere in antea ſemper ſalvo. Datum Neapoli per Nicolaum Friczia de Ravello anno Domini 1308. die 8. Junii 6. indictionis, regnorum noſtrorum anno 24. Extractę ſunt pręſentes copię a ſupradictis ſuis originalibus regeſtis, quę conſervantur in Archivo magnę regię curię Syclę Neapolis cum quibus facta collatione concordant, meliori tamen ſemper ſalva, & in fidem Magnificus J. V. D. Sigiſmundus Sycola regius Archivarius hic ſe ſubſcripſit. Datum Neapoli die 26. Menſis Menſis Martii 1697. Sigiſmundus Sicola. Adeſt ſigillum impreſſum.

Conceſſio Iohanni de Noecaſtro facta.

Quo vero conſtet luculentius authoritatem creandi notarios, & prothonotarios penes cœnobium nuſtrum Caſſinenſem fuiſſe, quædam adducimus verba conceſſionis a Marino Abbate Johanni de Noecaſtro factæ &c. In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti anno incarnationis ejus 1310. regnante domino noſtro Roberto Dei gratia mag. rege Hieruſalem, & Sicilię &c. regnorum vero ejus anno primo, menſe Febrarii, quinto die ejuſdem menſis &c. Dum Nos Marinus Dei gratia humilis Caſſinenſis Abbas attendimus grata ſatis, & accepta ſervitia, quę a noſtrę mentis armario aboleri non poſſunt collata nobis per te magiſtrum Johannem de Nœcaſtro civem, & habitatorem S. Germani dilectum fidelem familiarem noſtrum, ac noſtri, & totius Abbatię Caſſinenſis prothonotarium, & quę nobis, & monaſterio Caſſinenſi exhibes &c. de ſubſcriptorum Fratrum noſtrorum conſenſu, nobiſcum habendo magiſtrum Pandulfum Ferraynonum de S. Germano judicem, advocatum Caſſinenſem per hoc ſcriptum concedimus &c. tibi prędicto magiſtro Johanni, & tuis hęredibus in perpetuum quod nullo alio expectato mandato, libere poſſis facere, ędificare &c. piſcariam in majori flumine lyris in loco, ſeu terra tua, ubi dicitur Sauda Burrelli, in territorio caſtri S. Angeli in Theodicio &c. videlicet ſubptus molendina ſita in dicto flumine juxta pontem, & turres dicti caſtri &c. in qua &c. piſcaria liceat tibi, & tuis heredibus in perpetuum piſcari, & piſcare facere quotieſcumque volueritis, &c. ita tamen. quod pro ipſa &c. piſcariatu, & heredes tui reddatis nobis, & ſucceſſoribus noſtris omni anno &c. nomine cenſus provenienſes tres, quod ſcripſi ego Benedictus publicus camerę dictì domini Abbatis caſtri Pedemontis, & totius Abbatię Caſſinenſis notarius de mandato prędicti domini Abbatis, & meo conſueto ſigno ſignavi. Actum in caſtro noſtro S. Elię terra monaſterii Caſſinenſis. Locus † Signi Notarii. † Ego qui ſupra Marinus beati Benedicti ſucceſſor indignus. † Ego Frater Bartholomęus de . . . . . Abbas S. Matthęi ſervorum Dei. † Ego Fr. Franciſcus de Farinola Prępoſitus Vallislucis, & Iconomus monaſterii, & Cappellanus domini Abbatis. † Ego qui ſupra Magiſter Landulfus Ferraynonus judex, & advocatus Caſſinenſis &c. † Ego Frater Maurus Monachus, & Cappellanus domini Abbatis † Ego Frater Nicolaus Sacerdos, & Monachus, & Cappellanus domini Abbatis. Adeſt ſigillum plumbeum ab una parte habens imaginem S. Benedidicti, & ab alia: MARINUS ABBAS CASSINENSIS.

Ex originali in Archivo noſtro.

Repertorium eccleſiæ S. Pauli de Foreſta.

Anno 1312. menſe Februario apophaſiis bonorum, ſervitiorum, atque redditurum, quæ plures homines Vaſſalli eccleſiæ S. Pauli de Foreſta reddere debebant facta eſt a F. Johanne a Ponte Curvo Monacho Caſſinenſi ejus eccleſiæ Præpoſito, interque alia hæc adnotantur.

In primis dicta eccleſia habet caſale unum, quod vocatur Villa S. Pauli, quę quidem Villa, ſeu caſale eſt ſubdita ipſi eccleſię quoad ſpiritualia, & temporalia, habet etiam jus plateaticum in dicta Villa. Item habet in dominio dicta eccleſia molendinum unum in flumine Acoſe. Ex cenſibus, ſervitiis, decimis illi eccleſiæ perſolutis colligitur habitatum valde fuiſſe vicum Foreſtæ. Cum anno 1313. Henricus VII. imperator inito cum Federico Siciliæ rege, atque Januenſibus fœdere, Neapolitanum Regnum invadere ſtatuiſſet, veritus Robertus, ne caſtella cœnobii Caſſinenſis prima invaderentur, hanc ad Marinum Abbatem epiſtolam ſcripſit juſſitque Sangermanenſibus, aliiſque monaſterii noſtri ſubditis, ut in omnibus Marino Abbati parerent. In regeſto regis Roberti ſignato num. 1313. litt. A. fol. 178.

Epiſtola Roberti Regis ad Marinum Abbatem Caſſinenſem.

Robertus &c. Venerabili religioſo viro M. Abbati monaſterii Caſſinenſis dilecto conſiliario familiari & fideli ſuo &c. de imminentibus ſicut ſe ad præſens prabent tempora volentes negotiis providere, religionem veſtram, de qua ſincere confidimus, requirimus,

*mus, ſollicitamus attentius, & hortamur, quod ſtatim receptis præſentibus ſublato more diſpendio providere curetis inſtanter, ac ſtudium habere diligentia opportuna de continua ſcilicet nocturna, & diurna cuſtodia, atque cura, tam dicti veſtri monaſterii, quam aliarum Fortellitiarum, & locorum ejuſdem Abbatiæ, ſeu monaſterii, quæ dubia eſſe poſſunt, aut quorumcumque adverſantium offenſioni, ac conatibus expoſita dinoſcuntur, & ſpecialiter terrarum ſancti Germani, ac etiam Pontiſcurvi, ut ſi forte caſus alicujus neceſſitatis emerſerit, poſſit ad honorem, & fidem S. matris eccleſiæ, atque noſtram, contra quorumcumque adverſariorum inſidias, & conatus viriliter ſe tueri, noſtra nobis inde celſitudine totaliter incumbente, & cum ad hæc ordinanda, & diſponenda, veſtram illuc reputamus præſentiam oportunam, hortamur, & ſuademus omnino, ut quamprimum bono modo poteritis vos ad dictas partes perſonaliter conferatis, præmittentes igitur interim aliquem probum virum idoneum & fidelem, de quo plenius confidatis, qui præmiſſa, donec vos conferatis illuc ſollicite, & efficaciter exequatur. Vobis enim, & ei, authoritate noſtra requirendi, deputandi, & ſi neceſſe fuerit moderate, & convenienter arcendi fideles noſtros terrarum, & locorum ejuſdem monaſterii ad hujuſmodi cuſtodiam opportunam quanquam, & hoc vobis, qui terrarum, & locorum prædictorum regimen obtinetis, alias licitum dinoſcatur, plenam vobis ut quid juberemus efficaciter impleatur concedimus poteſtatem, & ecce tam Juſtitiario regionis, quam hominibus ipſis per alias litteras noſtras injungimus, ut idem Juſtitiarius vobis ad hoc, ſi expediat, ad requiſitionem veſtram faveat, & aſſiſtat, dictique fideles pareant efficaciter, & intendant, ſic ergo velitis ad hæc proviſe & conſulte exequenda veſtram prudentiam excitare, ſicut agnoſcitis, nos ſpecialiter de veſtra ſinceritate confidere, & prout attenta temporis conditione præfati pro ſecuritate, & tutamine locorum ipſorum, cui ante tempus eſt caute, et provide occurrendum viſum fuerit expedire. Datum Neapoli per Bartholomæum de Capua Militem Logotetam, et prothonotarium regni Siciliæ anno Domini 1313. die 20. Auguſti undecima indictionis regnorum noſtrorum anno quinto.*

In eodem regeſto, & folio.

*Robertus &c. univerſis hominibus S. Germani ac terrarum, & aliorum locorum Abbatiæ, ſeu monaſterii Caſſinenſis fidelibus ſuis &c. Ecce religioſo Viro M. Abbati ejuſdem monaſterii conſiliario fideli, & devoto noſtro poſt ſalutem ſcribimus in hac forma, de imminentibus ſicut ſe ad preſens præbent tempora etc. ut ſupra proxima, uſque data Neapoli per Bartholomæum de Capua Militem locotetam, et prothonotarium regni Siciliæ anno Domini 1313. die 20. Auguſti undecima indictionis, regnorum noſtrorum anno quinto, deinde hic ſequitur. Quocirca fidelitati veſtræ ſub obtentu gratiæ noſtræ mandamus expreſſe, ut attendentes veſtrum etiam in hac parte intereſſe verſari memorato, vel illi quem loco ſui ad premiſſa exequenda donec ipſe habens fuerit deſtinabitur de omnibus, et in omnibus, de quibus circa prefatam gerendam, ut premittitur cum debita oportunitate cuſtodia vos decenter et oportune duxerit requirendos ad honorem, et fidelitatem noſtram prompte, ac devote pareatis, et efficaciter intendatis, ut poſſitis exinde commendari. Data ut ſupra. Extracta eſt preſens copia prout jacet a ſupradicto originali regeſtro quod conſervatur in archivio magnę regię curię Syclę Neapolis, cum quo facta collatione concordat meliori tamen ſemper ſalva, et in fidem infraſcriptus Magnificus V. J. D. Antonius Vincenti Regius Archivarius hic ſe ſubſcripſit: Neapoli die 14. Menſi Maii 1661. Antonius Vincenti etc. Locus † Sigilli impreſſi.* Ex hac itaque epiſtola conſtat plura caſtella, atque oppida tunc temporis cęnobio noſtro ſubdita fuiſſe, verum mortuo paulo poſt Henrico cœpta contra Robertum in irritum ceſſere.

Quum vero pluribus annis in compertum qua de cauſa cœnobium Caſſinenſe Abbate caruerit arrepta hinc occaſione miniſtri regii apud ſequeſtrem poſuere oppida a monaſterio S. Liberatoris in provincia Aprutii poſſeſſa cauſati non eſſe pro iis ſolutum adhoc cenſum ad quem tamen ſolvendum Præpoſitum, & Monachos adigi non poterant, tum, quod nunquam ſolviſſent, tum quia oppida omnia non in fœudum ſed in Allodium poſſiderent. Cauſa itaque a Præpoſito Carolo, Calabriæ Duci filio natu maximo Roberti Regis, ejuſque generali Vicario juſtiſſimo principi delata eſt, qui pro cœnobio S. Liberatoris hac ſententia ſtetit. Sententia pro monaſterio S. Liberatoris.

*In Dei nomine Amen. Anno nativitatis ejuſdem milleſimo tricenteſimo viceſimo primo regnante domino noſtro Roberto inclito Hieruſalem, et Sicilię rege Ducatus Apuleę, Principatus Capuę Provinciæ, Forcalquerii, & Pedemontis Comite regni ſui anno tertiodecimo feliciter Amen, die undecimo menſis Novembris quintæ indictionis. Apud Serram Monaciſcam ante domum magiſtri Bartholomæi. Nos Gualterius Gualterii de Serra Monaciſca judex ejuſdem Serræ, & Bartholomæus Thomaſii de eadem terra publicus auctoritate regia ejuſdem Serræ notarius, & ſubſcripti teſtes de eadem terra ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati, præſentibus inſtrumento publico declaramus, notum facimus, & teſtamur, quod prætitulato die, & loco diſcretus vir Notarius Guilielmus magiſtri Mateleonis de Serra prædicta oſtendit nobis quaſdam litteras ſibi directas a magnifico viro domno Johanne Caputo de Neapoli milite regio, & Ducali, familiari, ac juſtitiario Aprutinæ citra flumen Piſcariæ ſolito, & noto ſigillo ipſius in cera rubea ſigillatas, quas vidimus, & legimus diligenter, quarum tenor per omnia talis erat. Johannes Caputus de Neapoli miles regius, & Ducalis familiaris, ac Juſtitiarius Aprutii citra flumen Piſcariæ prudenti viro notario Guiglielmo Magiſtri Mathaleonis de Serra Monaciſca amico ſuo ſalutem & dilectionem ſinceram. Nuper a Ducali excellentia recepimus litteras in hac forma. Carolus Illuſtris Hieruſalem, & Siciliæ regis Roberti primogenitus Dux Calabriæ, ac ejus Vicarius generalis Juſtitiario Aprutii citra flumen Piſcariæ, ac officialibus aliis ſuper deſtitutione feudatariorum Aprutinæ provinciæ deputatis cum & fidelibus paternis, & ſuis ſalutem, & dilectionem ſinceram. Religioſi viri Fratris Ragnaldi de Luco Præpoſiti monaſterii S. Liberatoris de Magella Ordinis S. Benedicti ad monaſterium Caſſinenſe nullo, ut ponitur, medio pertinentis, paterni, noſtrique devoti habuit petitio data nobis, quod idem ſuum monaſterium tamquam ſpe-* Ex originali in Archivo.

ſpeciale membrum dicti monaſterii Caſſinenſis ab omni praſtatione cujuſcumque feudalis ſervitii, ſeu adhoa praſtande regia curia pro caſtris, & bonis qua tenere, & poſſidere dignoſcitur, eſt liberum penitus, & exemptum, quodque prædictum monaſterium ſancti Liberatoris, & Prapoſiti qui pro tempore fuerunt in illo in quaſi poſſeſſione libertatis, hujuſmodi ſemper actenus extiterunt, & licet dudum tempore claræ memoriæ D. Karoli primi incliti Hieruſalem, & Siciliæ regis proavi noſtri, monaſterium ipſum caſtris ſuis, & bonis ejuſdem deſtitutum de facto fuiſſet occaſione feudalis ſervitii, ſeu adohamenti, quod ab eodem monaſterio petebatur, fuit demum, ut ponitur, prafatum monaſterium terras, & bona ſua prædicta rei veritate cognita, per diligentem inquiſitionem de mandato regis ejuſdem exinde habitam, deſtitutum, ſecuto de modo, ut nunquam de catero prafatum monaſterium occaſione ipſa extitit moleſtatum nunc autem ſicut exponens ipſe conqueritur, vos pratextu mandati noſtri de proximo vobis facti ſuper deſtituendis feudalibus bonis ſuis feudationis ſingulos ipſius provinciæ, qui pro annis tertia, & quarta indictionis præteritarum proximarum debita pro nobis ipſis ſervitia, ſeu adhoamenta præſtari, & ipſi curia non curarunt prephatum Prapoſitum dictumque ſuum monaſterium deſtitutis præſcriptis caſtris, & aliis bonis ſuis illa, qua facitis: ſed opus jam dicta regia Curia procurari in eorumdem Prapoſiti ſuique monaſterii grave præjudicium, & evidens detrimentum, ad quod proviſione opportuna noſtra ſupplici devotione petita. Nos volentes circa hac quod indemnitati ipſius curia opportuno proſpicere, dictique ſupplicantis, ac ſui monaſterii memorati jura in hiis ab indebita moleſtatione ſervari, fidelitati veſtra præſentium authoritate præcipimus, quatenus ſi pranominatus Prapoſitus tam ſuo, quam ejuſdem monaſterii nomine ad feudale ſervicium, vel adohamentum pro ſuis bonis eiſdem ſe, dictumque ſuum monaſterium aſſerit non teneri, bona ipſa uſque ad aliud mandatum noſtrum capere, ſeu arreſtare occaſione jam dicta, quomodolibet non tentetis, quin potius proceſſum veſtrum in hiis forſitan habitum irritum revocare curetis, niſi forſitan vobis alias fides plenaria fieret quod feudale ſervitium, ſeu adohamentum curia regali jam dicta quod bonis monaſterii ſepedicti praſtari deberet. Nos enim in tantum regeſtra regalia mandavimus proinde diligenter exquiri, & quod ſuper hoc agendum fuerit vobis per alias noſtras litteras reſerari, interea tamen ſalvum eſſe volumus, atque decernimus ipſi curia omne jus, omnemque actionem, qua jam dicta curia legitime quoquomodo competeret contra prafatum monaſterium ſuper exactione ſervitii ſeu adhoamenti pratacti in cujus quaſi poſſeſſione deſtitutione pranarrate proceſſus prafatam regiam curiam alias prima facie indicat extitiſſe, preſentibus poſt opportunam inſpectionem earum remanentibus præſentanti. Dat. Neapoli per Johannem Grillum de Salerno juris civilis profeſſorem, locum tenentem, prothonotarium regni Siciliæ, anno Domini milleſimo trirenteſimo viceſimo primo, die viceſimo ſeptimo Octubris, quinta indictionis, regnorum dicti domini Patris noſtri anno tertiodecimo. Cumque velimus ad executionem dicti mandati Ducalis procedere reverenter, ut decet, & pro parte dicti prapoſiti aſſeratur expreſſo quod pro ſupradictis bonis feudalibus dicta eccleſia, & ipſe Prapoſitus nomine ipſius eccleſie non tenetur regia curia preſtare aliquod feudale ſervitium ſeu adoha, nec nos inde potuimus incontrarium aliquatenus informari. Quare vobis auctoritate prędictarum Ducalium literarum expreſſe pręcipiendo mandamus, quatenus ſtatim receptis pręſentibus, bona omnia feudalia arreſtata de mandato noſtro, auctoritate aliarum Ducalium litterarum nobis inde directarum ſpectantia ad dictam eccleſiam, & dictum Prępoſitum, nomine, & pro parte ejuſdem eccleſię Raynaldo Johanne Magiſtro Gentili de alto gradu de Serra Monaciſca, Cicco Tuſcano de Pelegra, Tareno Gentili de S. Angelo, Tomaſſo de Jacobo & Alberto Jordani de Pomar., ut dicitur pro parte curię recomendata ad penam unciarum auri, quinquaginta ex Regia noſtraque parte mandetis eiſdem, ut dicta bona feudalia arreſtata, ut ſupra ſine dilatione aliqua eidem Prępoſito nomine ipſius eccleſię, ac ejus Nuntio, ſeu procuratori inſtanter reſtituant cum omnibus fructibus medio tempore perceptis, reſervato interim omne jus, omnemque actionem, qua jam dicta curia legitime quoquomodo competere poſſet contra prafatum monaſterium ſuper exactione ſervitii ſeu adohamenti pratacti de executione praſentium, tum earum forma fieri faciatis publicum inſtrumentum quod debita ſolemnitate munitum nobis ad curiam mittere e veſtigio procuretis. Datum Ortone, nono Novembris quinta indictionis; ad quarum litterarum executionem prædictus notarius Guiglielmus volens intendere tam ſollicito, quam devote nos prædictos judicem, & notarium, & ſubſcribtos teſtes de eadem terra & aliarum ſubſcriptarum terrarum ex parte curia requiſivit ut veſtra cum eo in executione prędictarum litterarum, quam facere intendebat confecturi exinde tam ad certitudinem curię, quam ad cautelam monaſterii ſupradicti publica documenta aſſiſtere deberemus cui requiſitioni devote parere volentes prędicto die undecimo dicti menſis Novembris prædicta quinta indictionis apud dictam Serram in dicto loco preſentes fuimus cum eodem, & coram nobis prædictis judice, notario, & ſubſcriptis teſtibus de dicta terra dictus notarius Guiglielmus & regia, & dicti domini Juſtitiarii parte mandavit ad penam unciarum auri quinquaginta, prædictis Raynaldo, Johanne, & Magiſtro Gentili de alto gradu de dicta Serra Monaciſca, ut bona omnia feudalia arreſtata de mandato ipſius domini Juſtitiarii authoritate aliarum Ducalium literarum, eidem domino Juſtitiario exinde directarum ſpectantia ad dictam eccleſiam, & dictum Prapoſitum nomine, & parte ejuſdem eccleſia, & penes eoſdem Raynaldum, & Magiſtrum Gentilem recomendata ſine dilatione alia, ut religioſo viro Fratri Placido de Serra prædicti monaſterii Monacho, & Sacriſta eorundem Prapoſiti, & monaſterii nuntio ad hoc per eos ſpecialiter deputato pro parte ipſorum Prapoſiti, & monaſterii inſtanter reſtituant cum omnibus fructibus medio tempore perceptis, & eadem die ad requiſitionem ejuſdem notarii Guilielmi nobis prædictis Judice, & notario accerſitis cum eo apud Pelegram ante domum Cerardi Barbella coram nobis prædictis judice, & notario, & ſubſcriptis teſtibus de eadem terra Pelegra prædictus notarius Guiglielmus ſimiliter mandavit Cicco Toſcano de eadem terra ſub pena prædicta, ut bona omnia feudalia arreſtata, ut ſupra ſpectantia ad

dictam

*dictam eccleſiam, & dictum Præpoſitum ipſius nomine apud eundem Ciccum pro parte Curiæ recomendata ſine dilatione aliqua cum omnibus fructibus medio tempore perceptis quo ſupra nomine nuntio ſupradicto, eademque die apud caſtrum S. Angeli nobis prædictis judice, & notario accerſitis cum eodem notario Guiglielmo ante domum domini Matthæi Ferratis idem notarius Guiglielmus coram nobis judice, & notario, & ſubſcriptis de dicto caſtro mandavit ſimiliter Tarino Gentili de dicto caſtro ſub pœna prædicta ex regia, & ipſius domini Juſtitiarii parte, ut bona omnia feudalia arreſtata, ut ſupra ſpectantia ad dictam eccleſiam, & dictum Præpoſitum penes eumdem Tarenum recomendata cum omnibus medio tempore preceptis inſtanter reſtituat ipſius Præpoſiti nomine, & dictæ eccleſiæ Nuntio ſupradicto, eademque die apud caſalem S. Petri de monialibus ante domum Apoliti Johannis coram nobis judice, & notario, & ſubſcriptis teſtibus de caſale prædicto dictus notarius Guiglielmus ſub pena prædicta mandavit Laurentio Johannis de dicto caſali, ut bona omnia feudalia recomendata apud eam pro parte curiæ arreſtata ut ſupra ſpectantia ad dictam eccleſiam, & dictum Præpoſitum ipſius nomine prædicto eorum Nuncio pro parte ipſorum inſtanter reſtituat cum omnibus fructibus medio tempore perceptis eadem die apud pomarium ante eccleſiam S. Mariæ de eadem terra dictus notarius Guiglielmus coram nobis eiſdem judice, & notario, & ſubſcriptis teſtibus de dicto pomario ad dictam penam ex parte regia, & dicti domini Juſtitiarii mandavit Thomaſio de Jacobo, & Alberto Jordani de dicta terra, ut bona feudalia omnia ad dictam eccleſiam ſpectantia, & dictum Præpoſitum ipſius nomine arreſtata, ut ſupra penes eos recomendata pro parte curiæ inſtanter reſtituant cum omnibus fructibus perceptis medio tempore, nomine quo ſupra Fratri Placido ſupradicto, reſervato interim omni jure, omnique actione, quæ jam dictæ curiæ legitime quoquomodo competere poſſet contra præfatum monaſterium ſuper exactione ſervitii, ſeu adhoamenti prædicti. Qui Gentilis de Altogradu, & Raynaldutius Johannes de Serra, Ciccus Toſcanus de Pelegra, Tarenus Gentilis de S. Angelo, Laurentius Johannis de caſale S. Petri, Thomaſius de Jacobo, & Albertus Jordani de pomario inſtanter prædicto mandato eis facto per dictum notarium Guillelmum bona omnia feudalia prædicta penes eos recomendata pro parte curiæ, ut præfertur, ſpectantia ad dictos Præpoſitum, & monaſterium reſtituerunt, & reſignaverunt prædicto Sacriſtæ Nuntio ipſorum Præpoſiti, & monaſterii recipienti eorum nomine, ac ipſum pro parte ipſorum remiſerunt, & reduxerunt in corporalem poſſeſſionem dictorum bonorum ſicut ante ipſos, & tempore deſtitutionis prædictæ dicti Præpoſitus, & monaſterium hactenus extiterunt. In cujus rei teſtimonium & futurorum memoriam requiſitione, & rogatu dicti notarii Guillelmi, nec non & precibus dicti Sacriſtæ Nuntii prædictorum facca ſunt de præmiſſis omnibus, & ſingulis per manus mei prædicti notarii Bartholomæi, qui rogatus interfui ſupradictis duo publica inſtrumenta præſens videlicet ad cautelam monaſterii, & dicti, Præpoſiti, reliquum vero ad certitudinem curiæ ſigno, & ſubſcriptione mea, & dicti judicis, licet inliterati, & ſubſcriptorum teſtium ſignis, & ſubſcriptionibus roboratum quod ego qui ſupradictus notarius Bartholomæus auctoritate regia ſcripſi, & in publicam formam redigens meo ſigno ſolito ſignavi. Præterea hanc dictionem, vid. reſtituat ponendam immediate poſt illam dictionem, perceptis, quo ſupra in quatrageſima ſecunda linea, ubi legitur a capite præſentis inſtrumenti numerando, & has dictiones inde in contrarium aliquatenus, quæ ſupra in viceſima ſexta linea legitur, a capite præſentis inſtrumenti numerando. Ego idem notarius Bartholomæus errans raſi & mentionem feci, & emendavi, & illam dictionem prædictam, videlicet reſtituat quæ legitur in dicta quadrageſima ſecunda linea errans obmiſi, quam hic poſui ante ſignum. Locus † Signi notarii † Signum crucis propriæ manus Gualterii prædicti dicti Serræ inlicterati judicis qui rogatus interfuit prædictis. † Ego domnus Riccardus Salatia de Serra, qui prædictis omnibus, & ſingulis executis, & peractis in dicta Serra rogatus interfui, ſubſcripſi, & ſignum feci. † Ego D. Matthæus Benvenutus de Serra, qui prædictis omnibus, & ſingulis executis & peractis in dicta Serra rogatus interfui ſubſcripſi, & ſignum feci. † Ego D. Jacob Orrecarroni de Pelegra qui prædictis omnibus, & ſingulis executis & peractis in dicta Pelegra rogatus interfui ſubſcripſi, & ſignum feci. † Ego D. Matthæus Guiglielmi de Pelegra, qui prædictis omnibus, & ſingulis executis, & peractis in dicta Pelegra rogatus interfui, & ſubſcripſi, & ſignum feci. † Ego Jacobus Salathiæ de Serra, qui prædictis omnibus, & ſingulis executis, & peractis in dicta Serra rogatus interfui ſubſcripſi, & ſignum feci. † Ego Franciſcus Matthæi de Serra qui prædictis omnibus, & ſingulis executis, & peractis in terra Serra rogatus interfui, ſubſcripſi, & ſignum feci. † Ego D. Gualterius Archipresbyter Pomarii, qui prædictis omnibus, & ſingulis executis, & peractis in dicto caſtro Pomarii rogatus interfui, ſubſcripſi, & ſignum feci. † Ego Bartholomæus Benedicti de Pomario, qui prædictis omnibus, & ſingugulis executis, & peractis in dicto caſtro Pomarii rogatus interfui ſubſcripſi, & ſignum feci. † Ego Dopnus Aſcanus Archipresbiter S. Angeli, qui prædictis omnibus, & ſingulis executis & peractis in dicto caſtro S. Angeli rogatus interfui, ſubſcripſi, & ſignum feci. † Ego dopnus Matthæus de S. Angelo, qui prædictis omnibus, & ſingulis executis, & peractis in dicto caſtro S. Angeli rogatus interfui, ſubſcripſi, & ſignum feci. † Signum crucis propriæ manus Jacobi Rogerii de caſale S. Petri, qui rogatus interfuit ſupradictis. † Signum crucis propriæ manus Raynaldi de caſale S. Petri, qui rogatus interfui ſupradictis.*

Eadem capta occaſione capitaneus juriſdictionis criminalis Abbatiæ Caſſinenſis, pluribus Caſſinatibus mala intulit, ne dum parvi illos pendendo, contumelias inferendo, vexandoque, verum etiam juriſdictionem civilem in urbe S Germani ademit, cujus civibus juſſit: *Ut nullus dictæ terræ deinceps ad curiam prædicti monaſterii accederet pro civili juſtitia obtinenda, ſed ad curiam potius ipſius Capitanei ex tunc recurſus haberent &c.* Imo intolerando, ſcæleſtiſſimoque facinore juriſdictionem quoque ſpiritualem invaſit, ut ex mox adducendis Caroli II. epiſtolis conſtat, ad cujus opem Monachi confugerant, quo Capitanei audaciam, atque ſcelus coerceret. Hiſce itaque epiſto- Alia Caroli Beneficia.

epiſtolis ex regeſto Caroli illuſtris anni 1322. & 1323. ſign. litt. B. p. 112. depromtis informationem ejus rei capiendam juſſit.

*Karolus &c. Regenti Curiam Vicaria regni, & Judicibus ejuſdem curie conſiliariis, familiaribus, fidelibus paternis, & ſuis ſalutem &c. Oblata nobis noviter pro parte Vicedecani, & Conventus monaſterii Caſſinenſis contra Angelum de Albanella Capitaneum terra S Germani, capitula continebant, quod Capitaneus idom ſtatuit, & per predictam terram publice banniri fecit, atque ſervari, quod quilibet Monachus Caſſinenſis infra idem banni pro parte ejus emiſſi prædictam terram S. Germani totaliter desereret, & exiret, & quod ex tunc non poſſet in dicta terra aliquis eorum ſtare ſub regia ſecuritate ſecurus, & ſi quis de prædictis Monachis poſtmodum in dicta terra inventus eſſet, quod libere a quolibet caperetur, & ad carcerem ejus duceretur captivus, & quod omnes impune offenderent, ſeu occiderent quemlibet Monachum Caſſinenſem, quodque nullus de prædicta terra, vel diſtrictu ejus ex tunc aliquid donare, vel vendere eiſdem conventui, ſive Monachis, vel ipſis, ſeu ipſorum alicui ſervitium aliquod faceret, ſeu victui neceſſaria miniſtraret ad penam unciarum decem, & nihilominus poſt prædicta fecit capi tres monachos Caſſinenſes, unum ſcilicet annorum duodecim, qui ſtabat in dicta terra infirmus, & duos alios idiotas, qui in defectum ſervitiorum quos idem Conventus ob timorem prædicti banni habere non poterat. Ibant pro victualibus neceſſariis Conventui prædicto, & quemdam alium Monachum S. Laurentii de Averſa tunc exinde tranſeuntem quem Monachum Caſſinenſem credebat, & quod poſtmodum voce praconia banniri fecit, & de facto ſervari, quod omnes ejuſdem terra tenerent arma parata, & appenſa ad oſtia domorum, atque apothecarum ſuarum ad offendendum facilius, ſi caſus accideret Monachos memoratos, quod videntibus omnibus diebus multis, ita fuit in dicta terra de facto ſervatum, prædictus Capitaneus, ut ponitur poſtmodum fecit auferri granum de molendinis eorum, quod molebatur, & erat pro vita conventus prædicti, ipſum ad ejus domum portari, & molendina prædicta claudi, & diu clauſa in grave dampnum ipſorum teneri, & clero prædicta terra prædictum interdictum ſervante, & propterea eccleſias clauſas tenente, item Capitaneus portas dictarum eccleſiarum dirumpi fecit, & ad quamlibet horam diei ſolemniter per multos dies campanas pulſari, in contemptum non modicum eccleſiaſtica diſciplina, Per ſervientes etiam ſuos ſtipulam ſeu paleam poſtmodum accendi fecit, & per plateas publicas exclamari, & dici. Ecce & nos excommunicamus, & interdicimus Conventum & Monachos Caſſinenſes, in contemptum plurimum S. Matris eccleſia, ac eccleſiaſtica libertatis faciens præterea Capitaneus idem banniri publice, ut nullus de dicta terra deinceps ad curiam prædicti monaſterii accederet pro civili juſtitia obtinenda, ſed ad curiam potius ipſius Capitanei extunc recurſum haberent, & quod nullus de quibuſcumque juribus ipſius monaſterii dicto Conventui, vel ſingularibus ejus perſonis quomodolibet de cetero reſponderet. Idem vero Capitaneus, ut ſubjungitur ex præmiſſis populo dicta terra ſe gratum reddens, obtinuit a prædicto populo augumentari ſibi ſtatuta gagia in uncias decem, & decem uncias alias habent a centum hominibus dicta terra perveniendo ad Ducalem præſentiam contra præfatum conventum, ex quibus omnibus, & pluribus aliis, qua longum eſſet dicere ſe dicto Conventu adverſarium reddidit, & ſuſpectum. De hiis itaque, ſi vera ſunt, non indigne commoti, que tranſire nolumus mediante Juſtitia impunita, volumus præſentium tenore, committimus, & mandamus quatenus vocato dicto Capitaneo, & aliis, qui fuerint propterea evocandi, de prædictis cunctis inquirere diligenter, & facere quod fuerit racio. Datum Neapoli per Johannem Guillelmum de Salerno &c. Anno Dñi 1323. die 9. Aprilis ſexta indictionis, regnorum dicti domini patris noſtri anno 14.*

Vexatum quoque eſt ſolvendæ adohæ cauſa cœnobium Sanctimonialium S. Johannis de Scorſonæ a Juſtitiario Aprutii ultra flumem Piſcariæ: Verum juſtitia, pietateque Caroli Calabriæ Ducis, & Vicarii generalis Roberti regis parentis ſui, eſt factum, ut parthenon hujuſcemodi vexatione levaretur, quemadmodum hoc inſtrumento fuſe narratur, extracto a regio archivo Syclæ. Jura cœnobii S. Johannis de Scorſone vindicata.

In Arca litt. A. m. 50. nu. 5. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Anno a nativitate ejuſdem milleſimo trecenteſimo, vigeſimo ſecundo, die vigeſimo ſexto menſis Martii quinta indictionis regnante Sereniſſimo domino noſtro Roberto Dei gratia inclito Hieruſalem, & Sicilia rege Ducatus Apulia, & Principatus Capua Provincia, & Forchalqueri, ac Pedimontis Comite, regnorum ejus anno tertio decimo feliciter Amen. Apud civitatem Penna in hoſpitio Berardi de Viculo. Nos Philippus notarii Alebrandini judex ad contractus, civitatis Penna, & Bartholomeus Raynerii, authoritate regia publicus ejuſdem civitatis notarius. Præſenti ſcripto publico declaramus, notum facimus, & teſtamur quod tam in noſtri præſentia, quam teſtium ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum. Nobilis, & egregius vir dominus Andreas de Alanio de Neapoli miles regius, & Ducalis familiariter, ac Juſtitiarius Aprutii ultra flumen Piſcaria oſtendit nobis quaſdam ducales litteras tenoris, & continentia ſuſſequentium. Carolus illuſtris Hieruſalem, & Sicilia regis Roberti primogenitus Dux Calabria, & ejus Vicarius generalis Juſtitiarius Aprutii ultra flumen Piſcaria: nec non officialibus aliis in eadem provincia conſtitutus quocumque nomine nuncupantur præſentibus, & futuris fidelibus, & ſuis ſalutem, & dilectionem ſinceram, pro parte Abbatiſſa, & Conventus monaſterii S. Johannis de Scorſone paternarum devotarumque noſtrarum fuit coram nobis querelanter expoſitum, quod licet præfatum monaſterium, vel ipſe pro eo pro terris, & vaſſallis ac bonis eorum in decreta vobis provincia poſitis regia curia non tenebantur præſtare feudale ſervitium, ſeu adoham pretextu in cujuſdam mandati noſtri per ſpeciales noſtras litteras certi Commiſſariis, & familiaribus noſtris facti de omnibus, & ſingulis feudalia bona tenentibus a regia curia in decreta vobis provincia ſupradicta, pro prædicto præterito tempore in eiſdem diſtincto licteris perſonalia ſervitia jam dicta curia non curarunt impendere, nec adhoamenta per illos debita ipſi curia quomodolibet exhibere deſtituendis, poſſeſſionem ſuorum bonorum feudalium eorumdem prænominati exponentes, & jam dictum monaſterium poſſeſſione terrarum bonorum, & vaſ-*

Digitized by Google

*& vaſſallorum ipſorum ſunt pro parte ipſius curiæ deſtituta, ex bona ipſa pro ipſius parte curia procurantur in exponentium, ac monaſterii jam dictorum grave præjudicium, & non modicum detrimentum, ſuper quo proviſiones noſtra remedium per exponentes eoſdem fuit devotius imploratum. Quia igitur queſitum demandato noſtro regeſtris regalibus diligenter non eſt inventum hucuſque dictum monaſterium pro bonis, quæ obtinet in aliquo ſervitio, vel adobamento curiæ regali teneri. Nos volentes eccleſias eccleſiaſticaque jura minus debitis moleſtari, fidelitati veſtræ preſentium auctoritate mandamus, quatenus niſi vobis conſtiterit per inquiſitionem jam factam, vel in antea faciendam dictum monaſterium pro bonis eiſdem præfata curia regali teneri ad aliquod ſervitium, vel adhoam, occaſione cujuſcumque mandati regii ſive noſtri poſt reſtitutionem terrarum, & bonorum hujuſmodi cum fructibus medio tempore inde perceptis ſi ad illorum captionem per curiam forſitan eſt proceſſum, moniales, Vaſſallos, & officiales earum per curiam forſitan, & bona prædicta nullatenus propterea moleſtetis, revocaturi, & revocaturi facturi poſt opportunam inſpectionem earum reſtitui volumus preſentanti, efficaciter in antea valituras. Datum Neapoli per dominum Bartholomeum de Capua logothetam & prothonotarium regni Siciliæ anno Domini milleſimo trecenteſimo vigeſimo ſecundo, die octavo Martii, quintæ indictionis Regnorum dicti domini patris noſtri anno tertiodecimo. Quarum litterarum authoritate idem dictus Juſtitiarius de premiſſis cupitus diligentius indagare ſubſcriptos homines fide dignos, & rei conſcios fecit ad ſui preſentiam evocari per vos, & a quibus habita eſt indagatio, & inquiſitio tenoris per omnia &c. continentia ſubſequentium; Quæ quidem indagatio, ſeu inquiſitio facta fuit per prædictum dominum Andream Juſtitiarium coram nobis prædictis Philippo judice ad contractus prædictæ civitatis Pennæ, & Bartholomeo Raino dicta auctoritate regia publico præfatæ civitatis Pennæ notario, ac ſubſcriptis teſtibus, die, & loco prædictis Bollanus de Rocca teſtis juratus, & interrogatus ſi monaſterium, ſeu Abbatiſſa monaſterii S. Johannis de Scorzono bona feudalia tenet in prædicta Aprutina provincia ultra flumen Piſcariæ, & tam bona ipſa tenentur per eandem Abbatiſſam, ſeu monaſterium in capite a regia curia, vel ſub aliquo comite, ſeu Barone. Item ſi ex eiſdem bonis debetur feudale ſervitium ſeu adoha regiæ curiæ. Item ſi pro præterito tempore per eandem Abbatiſſam fuit monaſterium propterea feudalis ſervitii preſtatio, aud adobamenti ſolutio aliquatenus facta fuit. Dixit, quod dictum monaſterium dicti Johannis de Scorzono eſt de pertinentiis monaſterii Caſſinenſis cui indulto extitit, & eſt papale privilegium, per quod conceſſum eſt, quod omnia bona ipſius monaſterii Caſſinenſis, & pertinentiarum ejus libera ſunt a quolibet onere, & gravamine ſervitutis, & quod pro præterito tempore nulli propterea præſtitum eſt feudale ſervitium ſeu adoha. Item interrogatus in cauſa ſcientiæ dixit ſe pluries vidiſſe, & interfuiſſe, ac audiviſſe peti ab eodem monaſterio S. Johannis hujuſmodi præſtatio feudalis ſervitii ſeu adoha immediate per præſentationem & oſtenſionem dicti privilegii licentiari ipſis propterea, & ad id ulterius per curiam, aud ſtatutum ad illud aliquatenus non compelli. Item dixit quod de exemptione hujuſmodi eſt vox, & fama publica in civitate Terami, & in aliis locis vicinis, & circumadjacentibus, & major pars hominum ita tenet, ſentit, & credit, & habet. Scorus de Podiolo de Teramo teſtis juratus & interrogatus ſuper omnibus prædictis particulariter, & diſtinte dixit per omnia ut proximus. Clemens Valentini de Johannello teſtis juratus, & interrogatus ſuper omnibus prædictis particulariter, & diſtincte dixit ut proximus. Jacobus Lucæ de Johannello teſtis juratus, & interrogatus ſuper prædictis omnibus dixit per omnia, ut proximus. Mattheus Lucæ de Johannello teſtis juratus interrogatus ſuper omnibus prædictis particulariter, & diſtincte dixit, ut proximus. Jacobus Matthæi de Johannello teſtis juratus, & interrogatus ſuper prædictis omnibus particulariter & diſtincte dixit per omnia, ut proximus. In cujus rei teſtimonium & tam regiæ curiæ certitudine, quam dicti D. Andreæ cautelam factum eſt monaſticum hoc preſens publicum Inſtrumentum per manus mei prædicti notarii Bartholomei cum ſubſcriptione, & ſigno meo ſolito ſubſcriptione, & ſigno mei ſuper memorati judicis, nec non ſubſcriptionibus, & ſignis ſubſcriptorum teſtium legitime roboratum. Quod ſcripſi ego qui ſuper Bartholomeus Raino auctoritate regia publicus præfatæ civitatis Pennæ notarius quia prædictis rogatus interfui quod in formam publicam redigens præſenti meo ſolito ſigno ſignavi. Locus ✠ Signi &c. Ego Philippus qui ſupra judex predictis rogatus interfui, me ſubſcripſi, & ſignum feci. Ego Raynaldus de Monterio teſtor prædicta, & ſubſcripſi. Ego Blaſius de Tordino prædicta teſtor, & ſignavi. Extracta eſt præſens copia a ſupradicto ſuo originali, quod conſervatur in archivo magnæ regiæ curiæ Syclæ Neapolis cum quo facta collatione concordat meliori tamen ſemper ſalva, & in fidem magnificus U. J. D. Sigiſmundus Sicola regius Archivarius hic ſe ſubſcripſit. Datum Neapoli die 8. Martii 1690. Sigiſmundus.* Hæc autem teſtium verba adnotanda: *Dixit quod dictum monaſterium S. Johannis de Scorſone eſt de pertinentiis monaſterii Caſſinenſis cui indulto extitit, & eſt papale privilegium, per quod conceſſum eſt quod omnia bona ipſius monaſterii Caſſinenſis, & pertinentiarum ejus libera ſunt a quolibet onere, & gravamine ſervitutis, & quod pro præterito tempore nulli propterea præſtitum eſt feudale ſervitiũ, ſeu adoha, &c.* Poterant proculdubio teſtes addere hoc privilegium cœnobio etiam conceſſum ab imperatoribus, regibuſque Regni Neapolitani.

In inquiſitione anno 1273. in caſtro Pediſmontis facta inter alia jura, quibus cœnobium Caſſinenſe præditum erat hoc extat: *Vacante majori eccleſia S. Mariæ caſtri Pediſmontis ſive per mortem Archipresbyteri, aut per renunciationem, vel per quamcumque aliam cauſam clerici ejuſdem caſtri debent accedere ad præſentiam domini Abbatis Caſſinenſis pro licentia faciendi, & celebrandi electionem de Archipresbytero in eccleſia prædicta, qua licentia conceſſa, & obtenta, ipſi clerici habent eligere Archipresbyterum infra tempus a jure ſtatutum, & electionem ipſam referre prædicto D. Abbati. Abbas vero facta ſibi præſentatione electionis ipſius, & examinata decreto electionis, & perſona electa. Si ipſam electionem rite factum, ut pote de perſona idonea acceptandam duxerit, ſcribit epiſcopo Aquinati per ſuas literas, & repreſentat eun-*

Jus nominandi Archipresbyterum Pediſmontis penes Abbatē Caſſinenſem.

Digitized by Google

*eundem electum prædicto Epiſcopo, & epiſcopus, ut ad ipſum attinet recipit eundem electum, & quæ facta ſunt acceptat, quo facto pro parte ſupradicti D. Abbatis mittitur unus ex monachis & inſtallat ipſum Archipresbyterum in locum Archiprosbyteratus eccleſiæ prædictæ, & aſſignat ſibi claves ejuſdem eccleſiæ, & poſſeſſionem Archipresbyteratus, quod ſi clerici prædicti infra tempus a jure ſtatutum non elegerint, vel electionem inceptam, & inutilem fecerint, electio devolvitur ad dictum dominum Abbatem, & ipſe providet, & ordinat Archipresbyterum in eadem eccleſia juxta velle ſuum. Electus autem in Archipresbyterum dictæ eccleſiæ debet eſſe Vaxallus monaſterii Caſſinen.* Quæ eadem leguntur in inquiſitionibus factis in Villa Pediſmontis, in oppidis Pontiſcurvi, Aquæfundatæ, Vitecuſi, aliorumque locorum, quæ temporali tantum Caſſinatum juriſdictioni parebant.

Lis circa electionē Archipresbyteri Pediſmontis compoſita.

Orta tamen quoad Archipresbiteri Pediſmontis electionem lis eſt an. 1327. inter Raymundum Epiſcopum Caſſinenſem, & Leonardum Epiſcopum Aquinatem, quæ hoc modo a Johanne epiſcopo Teanenſi compoſita eſt.

Ex originali in Archivo.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, anno incarnationis ejuſdem milleſimo trecenteſimo viceſimo ſeptimo, regnante D. noſtro Roberto Dei gratia ſereniſſimo rege Jeruſalem, & Siciliæ Ducatus Apuliæ, Principatus capuæ, Provinciæ & Forcalquerii, ac Pedemontis Comite, regnorum vero ipſius anno nonodecimo, die octavo menſis Decembris, undecimæ indictionis, aput S. Petrum in monaſterio diœceſis Caſſinenſis, tenore præſentis ſcripti publici fatemur, notum facimus, & teſtamur nos Stephanus de Jordano de S. Germano, & Guillelmus Bonifacii judices, & advocati Caſſinenſes, Jacobus de Grandi prato Rhemenſis diœceſis publicus civitatis S. Germani, totiuſque Caſſinenſis diœceſis notarius, & ſubſcripti teſtes literati ad hoc vocati ſpecialiter, & rogati videlicet religioſi viri Fratres Arnaldus Abbas monaſterii S. Matthæi ſervorum Dei. Galhardus Præpoſitus S. Angeli de Valleluci, Raymundus Veſtararius S. Petri Imperialis de Tharento, Gregorius de Muſullolo S. Liberatoris, Frater Raynerius S. Angeli de Fortunula eccleſiarum Propoſiti, Chriſtopharus de Pontecurvo Camerarius, & Benedictus de S. Hœlya Sacriſta eccleſiæ Caſſinenſis, & diſcreti viri presbyter Conſtantius Archipresbyter Aquinatenſis, Balcus de Plumbarola, & notarius Andreas Nicolai de Arduyno dę Pontecurvo, quod reverendis in Chriſto patribus, & dominis D. Raymundo Caſſinenſi, & D. Leonardo Aquinateñ. divina providentia eccleſiarum epiſcopis in noſtri præſentia conſtitutis ſuper controverſia, quæ ſuper jure eligendi, ſeu providendi Archipresbyterum, & de Archipreſbytero eccleſiæ S. Mariæ de caſtro Pedemontis dominii Caſſinenſis, diœceſis Aquinateñ., mota fuerat dudum inter præfatos D. D. Epiſcopos, & eccleſias eorumdem talis compoſitio, & concordia, ut aſſeruerunt, tractata per R. in Chriſto patrem D. Johannem Dei gratia epiſcopum Theatinum recitata extitit, & nihilominus intervenit quod Archipreſbyteratu prædicti caſtri Pedemontis vacante præfato talis modus, forma, & ordo debeant impoſterum inviolabiliter obſervari, videlicet quod capitulum, ſeu collegium eccleſiæ ſupradictæ ante omnia vacationem, & vacationis modum debeant nunciare epiſcopo, qui pro tempore fuerit Caſſinenſi vel ejus generali Vicario, eodem epiſcopo in remotis agente, aut ſede vacante, capitulo Caſſinenſi, ac peti licentiam eligendi tanquam a temporali domino, & patrono a præfato epiſcopo, Vicario, & capitulo, ut præfertur. Idem quoque epiſcopus, & capitulum, ut prædicitur, Caſſinenſe teneantur dare licentiam hujuſmodi liberaliter infra octo dies poſtquam fuerint requiſiti, niſi capitulum, ſeu collegium eccleſiæ Pedemontis prædictæ interdicto ſuppoſitum, aut ſingulares perſonę ejuſdem excommunicationis publicæ forent vinculo innodatæ. Qua obtenta licentia, vel abſque prædictis cauſis indebite denegata, ſeu non conceſſa infra terminum ſupradictum præfatum capitulum ad electionem, prout de jure fuerit, procedere valeant quandocumque: electione vero unita, aut pluribus in concordia, vel diſcordia celebratis, teneantur idem capitulum, ſeu collegium eccleſiæ Pedemontis electum, vel electos, & electionem, ſeu electiones præfato domino Caſſinenſi, aut eo in remotis agente ejus Vicario generali ſeu ſede vacante capitulo preſentare: Præfati quoque epiſcopus, vicarius & capitulum Caſſinenſe, ut premittitur, electum in concordia, aut a majori parte electione, ſeu electionibus in diſcordia celebratis, debebunt repreſentare præfato domino epiſcopo Aquinati infra alias octo dies, niſi electus hujuſmodi excommunicatus, ſeu interdictus nominatim, & publice exiſteret, aut electio evidenter nulla, & reproba appareret, alioquin ex tunc prænominatus epiſcopus Aquinas ad confirmationem, vel infirmationem electionis hujuſmodi celebratæ & admiſſionem, ſeu repulſionem electi, de quibus, & prout juſtum fuerit, procedere poterit libere, ſicut de jure viderit faciendum; confirmata autem electione per eum, & admiſſo electo, prout juſtum fuerit, ut præfertur, confirmatum in Archipresbyterum de mandato utriuſque Epiſcoporum, Vicariorum, ſeu Capitulorum ſuorum, ut præmittitur inſtallari debebit, ac in poſſeſſionem pacificam dictæ eccleſiæ introduci infra alios octo dies a tempore confirmationis obtentæ, alioquin ſi ſtaret per quemlibet epiſcoporum prædictorum, ſeu eorum Vicariorum, & Capitulorum ſuorum poſtquam requiſiti debite extitiſſent per eorum alterum, per quem non ſtabit, idem Archipresbyter inſtallare valeat, & in poſſeſſionem ipſius eccleſiæ introduci, qui Archipresbyter ſupradictus fidelitatis epiſcopo Caſſinenſi, ac obedientiæ epiſcopo Aquinati juramenta teneatur præſtare infra alios octo dies, poſtquam poſſeſſionem pacificam dictæ eccleſiæ fuerit aſſecutus, nec prius adminiſtrare in Archipresbyteratu prædicto valeat, donec præſtiterit, ſeu obtulerit hujuſmodi juramenta, in cujus rei teſtimonium, & robur omnium præmiſſorum, qualiter prædicta omnia, & ſingula coram nobis geſta, & acta ſunt, ad requiſitionem, & mandatum prædictorum dominorum epiſcoporum Caſſinenſium, & Aquinatis pro cautela eorum, & eccleſiarum ipſarum, ac certitudinem quorumcumque facta ſunt exinde duo conſimilia inſtrumenta, præſens videlicet ad cautelam ejuſdem domini epiſcopi Caſſinenſis, & reliquum pro cautela ejuſdem domini epiſcopi Aquinatis per manus mei prædicti notarii, noſtrum qui ſupra judicum, & teſtium ſubſcriptionibus roboratum. Quod ſcripſi ego idem Jacobus de Grandiprato publicus dictæ civitatis S. Germani totiuſque diœceſis Caſſinenſis nota-*

Digitized by Google

*notarius, qui prædictis omnibus rogatus interfui, & meo ſigno ſolito ſignavi. Actum apud S. prædictum Petrum anno, menſe, die, & indictione prælibatis, locus † Signi notarii ſic concordavimus, fecimus, & conſertavimus nos Raymundus permiſſione divina epiſcopus Caſſinenſis, & ſubſcripſimus manu noſtra. Sic concordavimus fecimus, & conſertavimus. Nos L. permiſſione divina Epiſcopus Aquinas, & ſubſcripſimus manu noſtra † Ego qui ſupra Stephanus de Jordano judex, & advocatus Caſſinenſis interfui, & ſubſcripſi. † Et nos Guillelmus Bonifacii judex prædictus teſtificantur omnia prædicta ſic peracta fuiſſe coram nobis ſubſcripſi. † Ego Frater Arnaldus Abbas S. Matthæi ſervorum Dei interfui, & ſigno meo ſubſcripſi manu propria. ✠ Ego Frater Gallardus de S. Germano Præpoſitus Vallislucis ac domini epiſcopi capellanus interfui, & ſubſcripſi † Ego Frater Chriſtophorus Camerarius interfui † Ego Frater Benedictus Sacriſta Caſſinenſis interfui. † Ego Frater Raymundus Veſtararius Caſſinenſis interfui. † Ego Conſtantius Archipreſbyter Aquinas interfui & ſubſcripſi. † Ego Balcus de Plumbarola teſtis interfui, & ſubſcripſi. Locus † Signi Notarii.*

Villa ſancti Gregorii habitata.

Ex originali in Archivo.

In inſtrumento a notario Aldoino de Plumbariola die 28. Maji 1328. hæc extant verba: *Ego Gualterius Bartholomæi . . . . . . . . de Pedemonte bona mea, & ſpontanea voluntate in præſentia Magiſtri Johannis de Neocaſtro, & judicis, & advocati Caſſinenſis, & civitatis S. Germani, judicis magiſtri Aldoini de Plumbarola publici ejuſdem civitatis S. Germani, & totius Abbatiæ Caſſinenſis notarii, & teſtium ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum &c. vid. Franciſci de Celeſtino, Benedicti de Genghi, & Johannis de Coſa de S. Germano vendo, & trado tibi Benedicto Saino de S. Germano præſenti ementi, &c. quandam terram meam ſitam &c. loco ubi dicitur la Villa S. Gregorii juxta terram tui prædicti Benedicti juxta terram Magiſtri Gualterii, Raynaldi Landonis, juxta terram heredum qm. Benedicti de Petro &c. ad habendum &c. & ex hac mea venditione &c. confiteor me præſentialiter, & manualiter recepiſſe &c. a te prædicto Benedicto in Carolenis argenti gillatis ſexaginta per unciam, computatis uncias duas &c. obligo me meoſque heredes &c. venditionem, & traditionem firmam, & illibatam in perpetuum attendere & obſervare &c. defendere, & anteſtare amodo, & ſemper ab omnibus hominibus, omnibuſque partibus, excepto quod uſum eſt a parte monaſterii, ſeu eccleſiæ Caſſinenſis &c.* Et in alio die 20. Auguſti an. 1329. rogato habetur.

*Ego notarius Benedictus Panzolinus de S. Germano in præſentia magiſtri Johannis de Neocaſtro judicis, & advocati Caſſinenſis &c. Bartholomæi notarii Benedicti de Blaſio publici prædictæ civitatis S. Germani, & totius diœceſis eccleſiæ Caſſinenſis notarii, & teſtium ſubſcriptorum litteratorum &c. vid. Presbyteri Johannis de Silueſtro, Jacobi Leonardo de Angelo, & Jacobi Franciſci Cedroni de S. Germano bona mea &c. voluntate vendo, & trado tibi Michaeli Benedicti Saini mercatori de præfata civitate S. Germani præſenti ementi &c. quamdam terram meam, ſeu cannapinam ſitam &c. in villa S. Gregorii &c. qua dicitur cannapina Donne Veſava juxta terram monaſterii S. Matthæi ſervorum Dei juxta terram Johannis Benedicti de Gregorio de Pedemonte juxta terram, dotalem dicti Benedicti patris tui &c. & ex hac mea venditione &c. præſentialiter, & manualiter recepi, & habui a te prædicto Michaele &c. in carolenis argenti gillatis bonis ana duobus per tarenum computatis tarenos decem, & octo finitum pretium &c. unde obligo me, & meos heredes &c. prædictam meam venditionem &c. firmam habere &c. quinimo prædictam terram, ſeu cannapinam tibi defendere & anteſtare, amodo, & ſemper ab omnibus hominibus omnibuſque partibus, excepto quod uſum eſt a parte eccleſiæ Caſſinenſis &c.* Ex quibus conſtat illis adhuc temporibus Villam S. Gregorii habitatores habuiſſe ſuos, qui cœnobio Caſſinenſi decimas perſolvebant.

Oppidum Mortulæ adhuc habitatum.

Ex originali in Archivo.

In inſtrumento an. 1334. die 23. Januarii rogato hæc extant verba, ex quibus & cœnobii Caſſinenſis in oppidum Mortulæ juriſdictio, & illud oppidum proprios eo adhuc tempore habuiſſe incolas conſtat: *Apud caſtrum Mirtulæ præſenti ſcripto publico profitemur, atque teſtamur nos Jacobus Johannis de Creſcentio de caſtro Mirtulæ ipſius caſtri judex, Nicolaus de Raynaldo de Rocca Bandra publicus dictæ Roccæ, & ubilibet per Provinciam, terræ Laboris, & Comitatus Moliſii regia authoritate notarius, & ſubſcripti teſtes de dicto caſtro Mirtulæ ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati. Quod univerſitas hominum dicti caſtri Mirtulæ ad vocem præconis, ut moris eſt in unum ante eccleſiam S. Mariæ de Mirtula pro majori, & ſaniori parte de mandato curiæ dicti caſtri pariter, & concorditer congregata, ubi pro ſuis agendis negotiis ſæpius congregari conſuevit, conſentiens primo expreſſe in me prædictum notarium Nicolaum, ut in ſuum notarium licet ex certa ſcientia hominum dictæ univerſitatis ſciret me ſuum notarium non eſſe ſua bona ſpontanea voluntate aſſerens ſe controverſiam, & cauſam habere cum hominibus caſtri Cucurutii, & cum hominibus caſalis Petræ rotundæ de contributione collectarum, donorum, & aliorum onerum, ac fiſcalium functionum impoſitarum, ſeu imponendarum in dicto caſtro Mirtulæ prout in proceſſu quæſtionis ipſius in curia reverendi in Chriſto patris, & domini D. Raymundi divina providentia epiſcopi Caſſinenſis, Campaniæ, maritimæque Comitis agitata plenius continere aſſeruit, & expreſſit. Confiſa de diſcretione &c. prudentum virorum Nicolai de Andrea magiſtri Riccardi de S. Georgio habitatoris Mirtulæ, & magiſtri Simonis Nicolai Marinelli de eodem caſtro Mirtulæ, ſponte fecit &c. eorum veros, & legitimos ſindicos, negotiorum geſtores &c. ad componendum tranſigendum &c. prout melius, & commodius eis &c. videbitur expedire, cum ſingularibus hominibus dicti caſtri Cucurutii, ſeu ſindicis eorum, & cum ſingularibus hominibus dicti caſalis Petræ Rotundæ, caſtri Gallutii, & Toraldi, & cujuſcumque terræ, ſeu loci, vel cum aliquo eorumdem de contributione, & ſolutione facienda per eos cum hominibus dicti caſtri Mirtulæ tam collectarum donorum, & fiſcalium functionum quam onerum quorumcumque impoſitorum, ſeu imponendorum hominibus dicti caſtri Mirtulæ &c.*

Concordia inter cœnobium S. Liberatoris, & univerſitatem Pomarii.

Anno 1344. die 5. Septembris inita eſt inter cœnobium S. Liberatoris. & univerſitatem Pomarii concordia quoad redditus, & ſervitia, quæ ab ea univerſitate perſolvi debebant, ut ex inſtrumento a no-

notario Nicolao Antolino de Caſali ſtipulato in quo hæc præ cæteris ſunt adnotanda. *Salvo etiam & reſervato expreſſe univerſali dominio ſpiritualium, & temporalium in perſonis utriuſque ſexus dicti caſtri ſicuti eſt juridicum hactenus conſuetum, &c.* Atque illa inſuper conſideranda: *Renunciavit expreſſe omni juris ſcripto &c. Langobardo.* Ex quibus liquet Langobardicas etiam tum leges in provincia Teatina obtinuiſſe. Inſtrumentum ſic incipit.

Ex originali in Archivo noſtro.

*In Dei nomine Amen. Anno nativitatis ejuſdem 1344. regnante sereniſſima D. domina noſtra Johanna, Dei gratia Hieruſalem, & Siciliæ regina, Ducatus Apuliæ, &c. regnorum ejus anno ſecundo &c. die 5. menſis Septembris &c. apud monaſterium S. Liberatoris &c. Nos Franciſcus Nicolai illicteratus judex caſtri Pomarii, Nicolaus Antolini de caſali Comitis auctoritate Regia publicus prædicti caſalis Comitis notarius, & ſubſcripti teſtes, videlicet D. Riccardus Gulielmi de Pelegra Archipresbyter Serræ Monaciſcæ, Sir Johannes Nicolai Archipresbyter Pomarii &c. ad hoc vocati ſpecialiter, & rogati, præſenti ſcripto publico declaramus, &c. quod rev., & religioſus vir Frater Odoriſius de Scanno Monachus Caſſinenſis, & Præpoſitus monaſterii S. Liberatoris de Majella in noſtra præſentia conſtitutus, conſiderans &c. quod dictum monaſterium &c. in caſtro Pomarii, a quampluribus ſingularibus perſonis dicti caſtri debebat recipere annuales redditus, & certa ſervitia ab antiquo conſiſtentes in rebus diverſis, &c., & quotidie per longiorem antiquitatem clades, devaſtationem &c., pro quibus dicti redditus, & ſervitia, itaquod præſumebatur quotidie circa hoc minui utilitas monaſterii ſupradicti, dicti domni Præpoſiti D. Riccardi de Pelegra Archipresbyteri caſtri Serræ dicti D. Vicarii generalis, & Monachorum infraſcriptorum cura, ſtudio &c. praeunte, idem D. Præpoſitus, una cum Conventu, & Monachis dicti monaſterii, videlicet Fratre Riccardo de Serra Decano, F. Franciſco de Pelegra ſacriſta &c.* (ſequuntur nomina aliorum monachorum) *decreverunt, determinaverunt, dicto monaſterio multo magis fore expediens, & utile, quod prædicti redditus, & ſervitia &c. commutarentur in pecunia &c. unde idem D. Præpoſitus hoc conſiderans, cum voluntate expreſſa dicti conventus &c., ad inſtantiam etiam, & petitionem Petri Gualterii de dicto caſtro Pomarii ſindici, & procuratoris univerſitatis hominum, & clericorum dicti caſtri Pomarii, &c. ibidem præſentis, & inſtrumentum ſindicatus ſuper dicta commutatione facienda, &c. acceptandi, & ratificandi per manus mei qui ſupra notari factum oſtendentis, &c. ſequitur inſtrumentum Procurationis communitati Pomarii, unde ordinavit &c. de conſilio, conſenſu expreſſo voluntate & laudo dicti ſindici prædictam ordinationem expreſſe acceptantis, & ratificantis nomine univerſitatis hominum, & clericorum prædictorum, ut deinceps futuris temporibus iu perpetuum ſingulis annis commune, & univerſitas prædicta dicto domino Præpoſito, & ſuis in dicto monaſterio, & ſucceſſoribus &c. teneantur ſolvere uncias tres in Carolenis argenti ſexaginta per unciam, computandis &c. nomine, ac vice redditum, & ſervitiorum omnium prædictorum, ad quæ præfati homines dictæ Univerſitatis, ut prædictum eſt, tenebantur, ſalvo, & reſervato dicto monaſterio jure decimam prædialium percipiendarum, ad quam de antiqua conſuetudine prephatæ univerſitatis perſonæ tenerentur Prepoſito monaſterii nomine ſupradicti, ita tamen quod a contributione dictarum trium unciarum ſint immunes &c pro ſua poſta Camerarius, & platearius, qui pro tempore in dicto caſtro Pomarii per Præpoſitos, qui per tempora fuerint creabuntur &c. Salvo etiam, & reſervato expreſſe univerſali dominio ſpiritualium, & temporalium in perſonis utriuſque ſexus dicti caſtri, ſicuti eſt juridicum actenus conſuetum. Qui ſindicus, nomine hominum, & univerſitatis prædictæ prædicto domno Præpoſito, nomine dicti monaſterii, cum conſenſu, & voluntate dicti Conventus renunciavit expreſſe omni juri ſcripto, & non ſcripto Langobardo, conſuetudinario, canonico, & civili, exceptioni, deceptioni, fraudi cuilibet, & omni beneficio, ac legum auxilio, per quod dicti homines, & univerſitas ipſius caſtri Pomarii poſſent aliquo tempore ratione, vel cauſa venire contra prædicta &c.* Vigebat etiã anno 1344. in Aprutio Jus Langobardũ. *† Signum Crucis propria manus Franciſci Nicolai prædicti judicis inlecterati ſcribere neſcientis, cujus mandato ipſum ſubſcripſi Ego notarius Nicolaus prædictus. † Ego qui ſupra Fr. Odoriſius de Scanno Monachus Caſſinenſis, & Præpoſitus monaſterii S. Liberatoris de Magella ſupraſcripta fateor, me ſubſcripſi, & ſignum Crucis feci. † Ego qui ſupra Frater Riccardus de Serra Monaceſca, & Decanus monaſterii S. Liberatoris prædicti prædicta fateor, me ſubſcripſi, & ſignum Crucis feci &c. Sequuntur ſubſcriptiones aliorum monachorum. † Ego qui ſupra D. Riczardus de Pelegra Archipresbyter caſtri Serræ prædictis interfui, & ſubſcripſi &c. † Ego qui ſupra Sir Johannes Nicolai Archipresbyter Pomarii prædicta teſtor, & ſigno. † Ego qui ſupra Dopnus Johannes Bartholomaeus de Pomario hæc teſtor.*

Unius Vaſſallus alteri ſubjicere ſemet poterat.

Haud ingratum futurum credimus eruditis hoc inſtrumentum, in quo modus continetur, quo aliquis unius Vaſſallus hoc etiam tempore alteri ſemet ſubjiciebat.

Ex originali in Archivo.

*In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti anno incarnationis ejus 1343. regnante inclita domina noſtra domina Johanna Dei gratia Hieruſalem, & Siciliæ regina &c. regnorum vero ipſius anno primo, menſe Madii &c. Nos Nicolaus Raynaldi Bonefemina villæ caſtri Pedimontis litteratus annalis judex, Gualguanus notarii Adenulfi ejuſdem Villæ ubique terrarum, & locorum eccleſiæ Caſſinenſis publicus notarius, & infraſcripti teſtes, viri utique litterati, ad hoc ſpecialiter vocati &c. quod in noſtra preſentia conſtitutis venerabili, et religioſo viro domno Fratre Thomaſio de Plumbarola Monacho Caſſinenſi, et Præpoſito eccleſiæ S. Mariæ de Albaneto, et Thomaſio Pandulphi de Villa Cairæ pertinentiarum civitatis S. Germani aſſerens ſe idem Thomaſius incolatum, et habitationem dictæ villæ Cairæ deſerere, et volens, ut coram nobis aſſeruit, habitationem, et incolatum in villa Pedemontis habere, terram eccleſiæ Caſſinenſis, ſponte in noſtrum qui ſupra judicis notarii, et teſtium prædictorum præſentia, dictus Thomaſius praelegit habitare, et incolatum habere in prædicta villa Pedemontis, ſub dominio, protectione, et vaxallagio ipſius domini Fratris Thomaſii Præpoſiti dictæ eccleſiæ S. Mariæ de Albaneto, et ejuſdem eccleſiæ ſub cujus dominii, et vaxallagii recognitione ipſe*

Tho-

Digitized by Google

*Thomaſius promiſit, et convenit per ſe, ſuoſque heredes eidem domino Fratri Thomaſio Præpoſito dictæ eccleſiæ S. Mariæ de Albaneto pro ſe, dictæque eccleſiæ ſuæ ſtipulante, &c. dare, ſolvere, & præſtare in feſto S. Mariæ veniente de menſe Auguſti ſingulis annis &c. par unum de pullaſtris tantum ipſi Fratri Thomaſio &c. poſteris, & ſucceſſoribus ejus, nomine ipſius eccleſiæ &c. idemque Fr. Thomaſius Præpoſitus ejuſdem eccleſiæ, &c. pro ſe, & nomine, & pro parte ſucceſſorum ſuorum, eundem Thomaſium ſub dominio, Vaxallagio ſuo, & ejuſdem eccleſiæ S. Mariæ de Albaneto, cum præſtatione annui redditus unius paris pollaſtrorum tantum recepit, volens dictus Dnus Frater Thomaſius &c. eundem Thomaſium gaudere, & eo uti privilegio, & beneficio, quo gaudent, & gaudere ſolent ceteri alii vaxalli ejuſdem eccleſiæ S. Mariæ &c. in dicta villa Pedemontis incolatum habentes recepto primitus per eundem dominum Fratrem Thomaſium &c. juxta regni conſuetudinem & pro parte ſua, & eccleſiæ memorata ab eodem Thomaſio ligii vaxallagii, & aſſecurationis debita juramento, tactis per eundem Thomaſium evangeliis ſacroſanctis &c.*

Cœnobium Caſſinenſe funditus obrutum.

Anno 1349. cœnobium Caſſinenſe, ejuſque caſtra, paucis exceptis, ingenti terræmotu funditus obruta, ut hiſce verbis narrat Anonymus Caſſinenſis in cod. M. S. ſig. num. 47. bibliothecæ noſtræ: *Anno Domini 1349., tertia indictione, die nono Septembris fuit magnus terremotus in toto regno Siciliæ, qualis non fuit ab initio mundi, nec in morte Chriſti, & ſpecialiter in epiſcopatu Caſſinenſi, in tantum quod totum monaſterium funditus corruit non remanens in eo nulla domus erecta, cum fuerit pulchrius monaſterium Chriſtianitatis, & omnia caſtra monaſterii penitus fuerunt diruta præter caſtrum S. Victoris, & Fractarum, & fuit hora miſſæ, quod multi homines, & mulieres, & Sacerdotes & Religioſi ſuper altaria, & Curales in eccleſiis mortui ſunt præter eos, qui in propriis domibus, caſtris, & civitatibus obierunt. Civitas igitur S. Germani media corruit, præcipue illa pars, quæ erat in plano, ſeu paludibus, & innumera multitudo hominum, & mulierum, & parvulorum, & Religioſorum mortua eſt.* Alterque Anonymus Caſſinenſis brevius ait: *Anno Domini 1349. tertia indictione, die nono Septembris, fuit maximus terræmotus in regno Siciliæ, ſpecialiter in epiſcopatu Caſſinenſi, quod omnino deſtruxit monaſterium Caſſinen., & omnia caſtra ipſius epiſcopatus, præter caſtrum S. Victoris, & Fractarum, & fuit aliquantum poſt ortum ſolis, & duravit in dicto epiſcopatu per plures dies ſequentes, & gentes dormiebant in campis propter timorem.* De quo terræ motu loquitur Urbanus V. in bulla ſua anno 1369. expedita, quæ ſic incipit. *Urbanus &c. Dilecto filio Hugoni de Creiſcello Priori Prioratus Villenovecrematæ Biterrenſis diœceſis monaſterii Caſſinenſis nullius diœceſis, eccleſiæ Romanæ immediate ſubiecti, proprio paſtore carentis in ſpiritualibus, & temporalibus Vicario generali, auctoritate apoſtolica deputato &c. Monaſterium Caſſinenſe quam olim fuerit famoſum, & celebre, quantaque veneratione ſit dignum B. Benedicti, qui ejus extitit inſtitutor, & cultor, geſta mirifica manifeſtant &c., & infra, regulam quoque monachorum mira diſcretione præditam, luculentamq; ſermone paterna charitate conſcripſit, ex qua ſibi nati ſunt filii in omnium pene fidelium climatibus conſtituti, uſque ad finem ſeculi, cum auxilio divinæ gratiæ ſucceſſiva propagatione victuri, & tandem ibidem in domino requievit. Poſt ejuſdem quoque Patris beatiſſimi tranſitum ad vitam perpetuam in eodem monaſterio præfata regula obſervantia præcipua noſcitur viguiſſe. Erat namque ibidem multitudo Monachorum, ac eccleſia forma grandis, ornatuque decora, prout veneratione tanti ſancti, & Monachorum multitudini, & populorum concurſui concluebat, cui correſpondebant alia officina, ſed (proh dolor!) &c. ipſa quoque eccleſia et totum idem monaſterium jam viginti annis decurſis, ex terremotus concuſſione caſu miſerabili corruerunt, ad quæ inſtauranda decenter, non ſolum jam dicti monaſterii in proventibus non parum collapſi, ſed etiam non parve addita non ſufficerent facultates. Nos igitur, qui dictam regulam fuimus a noſtra juventute profeſſi, et ad eundem ſanctum devotionem gerimus ſpecialem, merito reputantes indignum, quod tam celebre monaſterium, quod aliorum fuit initium, et forma, ſic dirutum, et deſolatum non abſque quadam monachorum profeſſorum regulæ dicti S. verecundia nota remaneat, et unde monaſtica ſanctitatis regula præfata primordium, et conſtructionis aliorum monaſteriorum forma proceſſit, inde pernicioſum progrediatur exemplum deſtitutionis obſervantiæ regularis, præfatam eccleſiam, et monaſterium ſuper ſuis fundamentis, quæ illæſa conſiſtunt etc. providimus in ſtatum priſtinum reparanda, et reintegrandum, ibidem numerum centum monachorum obſervaturorum, Deo dante, ad litteram, juxta inſtitutionem dicti almifici patris, regulam prælibatam etc.*

Bulla Urbani V.

Ex originali in Archivo.

Jacobus a Pignatario cœnobio Caſſinenſi infenſus.

Ea occaſione capta Jacobus a Pignatario ſtrenuus miles, pluribuſque fautoribus ſtipatus, non pauca cœnobii Caſſinenſis oppida uſurpavit, aliaque mala intulit, quæ Clemens VI. hac bulla die 26. Octobris an. 1352. expedita, narrat.

Ex originali in Archivo noſtro.

*Clemens &c. olim ad noſtri apoſtolatus auditum ex querela venerabilis fratris noſtri Gulielmi epiſcopi Caſſinenſis multorum teſtimonio ſuffulta, deducto, quod Jacobus de Pignatario miles Caſſinenſis diœceſis Vaſſallus eccleſiæ Caſſinenſis, cæca nimium cupiditate ſeductus, & contra fidelitatis, quâ idem tenebatur, pro ut tenetur eccleſiæ debitum, veniens epiſcopatum Caſſinenſem, ejuſque caſtra, terras, & bona mobilia, & immobilia, etiam divino cultui deputata nequiter occupare, & per annos quatuor jam elapſos, vel circiter occupata tenere, uſurpare, ac in ſuos peſtiferos uſus convertere temeraria pravitate præſumpſerat, prout tunc etiam præſumebat, iiſque etiam non contentus juriſdictionem ipſius epiſcopi etiam in ſpiritualibus impedire, Vicarios inibi per eundem epiſcopum in eiſdem ſpiritualibus deputatos, & nonnullas alias eccleſiaſticas perſonas tam ſæculares, quam regulares Caſſinenſis diœceſis auſu ſacrilego capere, & etiam detinere, & tam perſonas ipſas, quam præfatam Caſſinenſem, & nonnullas alias eccleſias, ac homines, & vaſſallos ipſius Caſſinenſis eccleſiæ ejuſdem Diœceſis theſauris, bonis, & juribus ſpoliare, cruces, & calices, & alia ornamenta eccleſiaſtica rapere non expaverat, & quod propter præmiſſa, & ipſius Jacobi deteſtandam nequitiam, atque potentiam, idem epiſcopus ad eccleſiam, & epiſcopatum ſuos prædictos per dictum,* qua-

Digitized by Google

*quatuor annorum ſpatium tute, & abſque perſona ſua periculo nequiverat, prout adhuc non poterat, accedere, nec de ipſorum bonis percipere, unde potuiſſet, vel poſſet commode ſubſtentari, quodque etiam, ob pramiſſa de dicta Caſſinenſi eccleſia, ſuis quaſi omnibus Monachis profugatis, in eccleſia ipſa per annum, & amplius divinus cultus non extiterat celebratus, ſed eccleſia ipſa, qua tanta religione, tantaque conſueverat celebritate fulgere, tunc ſponſi, & filiorum ſuorum deſtituta ſolatiis, tunc officiis privata divinis jacuerat, prout tunc jacebat, miſerabiliter deſolata, & quod licet idem Jacobus, tam ex ipſius epiſcopi parte quam per nonnullas magni ſtatus, & notabilis praeminentia perſonas tam eccleſiaſticas, quam etiam ſeculares, ut ad cor rediens, ab occupatione predicta deſiſteret, & eidem epiſcopo epiſcopatum, ac bona, et jura predicta dimitteret, fuerat ſapius, et diutius requiſitus, ipſe tamen requiſitiones hujuſmodi obaudiens, et contempnens, a predictis ſuis nefandis exceſſibus deſiſtere non curaverat, nec curabat quinimo mala malis ſemper accumulans, epiſcopatum, eccleſias, et bona predicta adhuc dampnabiliter detinebat, deſtruebat, et etiam conſumebat in gravem Dei, et apoſtolica Sedis contumeliam, et offenſam, ſua, et aliarum animarum periculum, et ejuſdem epiſcopi enorme prajudicium, et ſcandalum plurimorum. Nobiſque tunc pro ipſius epiſcopi parte humiliter ſupplicato, ut cum pramiſſa in partibus illis adeo forent notoria, quod nulla poterant tergiverſatione celari. Idemque epiſcopus propter ipſius Jacobi potentiam non ſperaret contra eum, poſſet in partibus illis conſequi juſtitia complementum, nec eſſet, qui eum citare auderet ibidem providere ſibi ſuper hiis paterna diligentia curaremus. Nos attendentes, quod nec decens, nec expediens exiſtebat, exceſſus hujuſmodi conniventibus oculis pertranſire, et eidem epiſcopo in juſtitia deficere non valentes, eundem Jacobum per publica citationis edictum apoſtolica authoritate citavimus, ut infra trium menſium ſpatium a data ipſius Edicti (qua fuit II. Nonas Julii proxime praterita) computandum, Apoſtolico conſpectui ſe perſonaliter preſentaret etc.*

Quod teſtantur monachi quidam.

Eadem monachi quidam Caſſinates teſtantur in examine hac de re inſtituto a Petro de Tartaris juſſu Urbani V. Viſitatore apoſtolico die 30. Januarii an. 1370. *Frater Dominicus Monachus dicti monaſterii citatus, juratus, interrogatus, et examinatus etc. In primis quomodo jam ſunt ſexaginta anni, vel circa, quod fuit profeſſus regulam beati Benedicti in dicto monaſterio, et tunc temporis obſervabatur regula in dicto monaſterio etc. Item dixit, quod redditus dicti monaſterii, computatis redditibus, et cenſibus Propoſitorum, et aliis fructibus dicti monaſterii, ſine pane, et vino, aſcendunt ad ſummam mille, et quingentarum unciarum auri, vel circa, et habet mille, et quingenta rubia grani, et ſpeltra, et hordei quingenta, vini vero ducentas ſalmas, olei in magna quantitate, quod ſufficit pro monaſterio, & victu Monachorum; Item dixit, quod omnia paramenta, jocalia, & alia pretioſa, & vaſa argentea dicti monaſterii fuerunt hactenus ablata, & diſtructa per gentes regis Hungaria, & Dominum Jacobum Pignatarium, tum dixit, quod quidam Monachus de monaſterio, qui vocatur Frater Guillelmus de Calderi, qui nunc eſt Abbas S. Modeſti de Benevento, accepit pro majori parte Theſaurum de Theſauraria dicti monaſterii Caſſinenſis, & ſubpignoravit dictum theſaurum, vid. Calicos, lapides pretioſos, paramenta, & alia multa magni valoris, & tredecim libras auri, qua ſtabant in diademate Salvatoris, qua eſt ſupra altare majus dicti monaſterii pictum manu S. Luca, & unum Calicem aureum, qui ponderabat tres libras, & in pluribus partibus, & diverſis caſtris, & civitatibus portavit dicta vaſa, & dictum theſaurum, ita quod omnia fuerunt perdita, & diſtructa, & diſſipata. Item dixit, quod idem Frater Guillelmus abſtulit dicta bona de dicta Theſauraria pro habendo pecuniam ex eis, & pro ſolvendo ſtipendium Thomaſello de Citrario, qui erat tunc in auxilio dicti monaſterii, cum centum hominibus equitibus, quos idem F. Guillelmus recollegerat in ſuo capite, ſine conſenſu, & voluntate omnium Monachorum, quia ipſe erat tunc Vicarius, & Decanus dicti monaſterii, & hos recollegit pro expellendo dominum Jacobum Pignatarium, qui diſſipabat caſtra Abbatia, & dirubavit etiam dictum monaſterium totaliter, qua quidem bona ablata de dicta Theſauraria per dictum Fratrem Guillelmum valebant plus, quam mille uncias auri. Interrogatus de cauſa ſcientia dixit, quod vidit ipſum Fratrem Guillelmum auferentem omnia ſupradicta de dicta Theſauraria, & portantem ubi voluit, & quia dicta bona nunquam fuerunt in dicto monaſterio reportata, ſed ſunt omnino perdita, & diſſipata &c.* Eadem quidam alii monachi deponunt.

Ab Originali Ex Archivo.

Milites Regis Hungariæ & Jacobus de Pignatario abſtulerunt multa bona magni valoris.

Imago Salvatoris picta a S. Luca habebat in diademate multum aurum.

Centū milites equites pro cuſtodia monaſterii.

Citatus Jacobus a Pignatario fuerat ut diximus, ad comparendum coram Pontifice Clemente VI. quo tributis ſibi ſceleribus extricaret, verum hæc in cauſa fuere, ut captus, antequam Avenionem deveniſſet in oppido Ceccani eccleſiæ Romanæ ſubdito, fuerit, capiteque truncatus, cujus juſſu incompertum. Poſt hujus mortem quædam Monachi bona recuperavere teſtamento ab ipſo Jacobo paulo ante ſupplicium facto, in quo hæc pro cœnobio Caſſinenſi leguntur. *In nomine Domini Amen. Anno a nativitate ejuſdem 1353. Pontificatus SS. in Chriſto Patris, & domini noſtri D. Innocentii divina providentia Papa ſexti. Anno primo, die ultima menſis Aprilis, VI. indictionis, Neapoli, in curti illorum de Maroganis. Ego Jacobus de Scirromanis de Neapoli publicus apoſtolica auctoritate notarius; praſenti ſcripto publico notum facio, & declaro quod in praſentia mei predicti notarii, & teſtium infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum venerabilis vir D. Petrus Balaguerii perpetuus Vicarius S. Germani, ac reverendi in Chriſto Patris, & D. D. Guillelmi Dei gratia epiſcopi Caſſinenſis in ſpiritualibus, & temporalibus vicarius, & procurator generalis, qui nomine, quo ſupra exhibuit, legit, & praſentavit quoddam publicum inſtrumentum teſtamenti qm. domini Jacobi de Pignatario ſcriptum per manus Nicolai Ectoris de Ceccano publici imperiali auctoritate notarii, ut prima facie apparebat, & quamdam cartam de bombace per eum ſcriptam, cujus teſtamenti tenor per omnia talis eſt. In nomine Domini Amen. Anno Domini 1353.* (legatur 1352.) *Pontificatus domini Clementis Papa ſexti &c., menſe Novembris die 15., in praſentia mei Nicolai notarii, & teſtium infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter voca-*

Teſtamentum Jacobi de Pignatario

Ab Originali in eodem Archivo.

Digitized by Google

Teſtamẽtum Jacobi de Pignatario.

*vocatorum, & rogatorum magnificus vir D. Jacobus de Pignatario miles, nolens inteſtatus decedere, de omnibus bonis ſuis praſens nuncupativum teſtamentum, quod ſine ſcriptis dicitur in hunc modum facere procuravit. In primis heredes inſtituit filios ſuos Riczardum, & Liſeum filios naturales, & legitimos in debito jure natura ſuper bonis paternis, & maternis. Item relinquo ecclesia Caſſinenſi Roccam de Bantra, & omnia bona mea intus, & extra Roccam ipſam exiſtentia ſeu ubicumque exiſtentibus mobilibus, & ſtabilibus, quia ſe gravatum plus recepiſſe, & extorſiſſe de bonis eccleſia ſupradicta, & idcirco, ſi non valet per modum teſtamenti, volo quod valeat per modum reſtitutionis, ſeu donationis &c. Item relinquo, & recomendo filios meos ſacra regia, & reginali majeſtati, ac etiam Duciſali. Item volo, & mando, quod D. Chriſtopharus frater meus, qui nunc tenet Roccam de Bantra ipſam aſſignare debeat ſtatim eccleſia Caſſinenſi, ſeu ejus Vicariis, ſicut dilexiſtis corpus in vita, ita diligatis animam meam in morte. Item relinquo eccleſia Caſſinenſi omnia bona, qua ſibi reliquit uxor mea qm. D. Bella &c. Item relinquo cuſtodibus, qui cuſtodierunt perſonam meam in captivitate, & pro bono ſervitio, quod mihi fecerunt, florenos triginta communiter inter eos &c. Item relinquo ſancto Salvatori de Pignatario quamdam Cannapinam meam juxta muros pro annuale &c. Item volo, & mando quod Antonius de Palma, & Corradus Comeſtabulus noſter, & omnes alii, tam conſanguinei, quam amici, vel ſtipendiarii reſtituant caſtra, & alia jura eccleſia Caſſinenſi, qua noſtro nomine tenent, & poſſident indebite eidem reſtituant, ut Deus, & beatus Benedictus miſereatur mei in die obitus mei &c. Item volo, & mando, quod reſtituatur Jacobo de Ceccano turrim ſuam de molis, quam abſtuli cum gente mea. Item relinquo pro annuale meo eccleſia Rocce de Bantra terram unam ſitam in eodem territorio, ubi feci vineam &c. Item volo, & mando, quod homines de Piperno ſtagii liberentur ſine aliqua receptionis pecunia, & leſione perſonarum, & ipſos apud Pipernum libere remictentur. Item relinquo D. Franciſco de Monte Agata equum bradum ſfreſatum meum. Item relinquo Fratribus S. Laurentii de Piperno equum Liardum magnum, quod fuit Antonii de Parma, & unam cultram de Serico viridi, qua fuit uxoris mea, & omnia arma mea cum ſuperveſtis meis. Item relinquo Abbati de Foſſa nova equum Liardum ſfreſatum &c. volumus tamen, quod dictus Chriſtofarus frater meus debeat aſſignare Roccam de Bantra eccleſia Caſſinenſi pradicta, prout ſuperius eſt ſcriptum. Actum Ceccani in domibus viri magniſici Jacobi de Ceccano praſentibus nobilibus, & diſcretis viris D. Franciſco Abbate S. Nicolai, Thomaſio Sangrino, Andrea Johannis D. Andrea, Petro nigro, Petro Nicolai Raynerii, Leonardo Valledore &c. Et ego Nicolaus Ectoris de Ceccano publicus imperiali authoritate notarius, qui pradictis omnibus, & ſingulis interfui, hoc inſtrumentum fideliter ſcripſi &c. Item tenor dicta carta, ſeu cedula per omnia talis eſt. Caru Fratre, & Caenato, confortateve ha eo ayo acconza l' anima mia, de que ayo grande conſolatione, vui ne dovete eſſere tenuti a tutti li miei parenti da qua, & alli buoni huomini de Ceccano, unde Fratre mio eo te prego he ame l'anima mia, & ſertu lu Teſtamentu meu aſſequate omñe coſa, che laſſo, ha eo fora dampnatu in anima tua, ho de li fili mei in niſtu puntu non fate cura, per que eo hao in loco, ho nomme poy plu ayutare unde mandite Acceperanu, e fate addomandare cola d' Ettore lu quale ene Vicaru de Cereanu, e fece lu Teſtamentu meu, et mandateli Floreni dieci, et ipſu ve mandarà lu Teſtamento, e tu penſa de exequirulu incontinente, e ſta unde eodem ſcriptu die Sabbati 17. Novembris, hora prima, qua pulſabatur ad decollationem meam, omnino fate zo, che dice lu meu Teſtamentu. J. di Pig. Quibus inſtrumento, & carta ſic praſentatis, lectis, et exhibitis per dictum D. Petrum Vicarium et procuratorem nomine quo ſupra, ac diligenter inſpectis per me dictum notarium, et teſtes infraſcriptos, nec non vidimus, legimus, et diligenter inſpeximus, invenimus non abolita, non cancellata, non abraſa etc. Actum, et Datum Neapoli etc. praſentibus venerabilibus, et diſcretis viris D. Matthao Curtiſio de Ravello Abbate Petro de Loffrido, et Abbate Gregorio Marogano Canonicis D. Severo Curzono, Comitus majoris eccleſia Neapolitana, praſbytero Chriſtofaro de Divitia, presbytero Johanne Sardo, presbytero Januarello Quartarono, et notario Laurentio Planula de Neapoli etc. Et ego qui ſupra Jacobus de Surromanis de Neapoli publicus apoſtolica authoritate notarius pradictis omnibus, et ſingulis etc.*

Mandat reſtitui monaſterio Caſſinati Caſtrũ Roccæ de Bantra.

Ordinat reſtitutionem Caſtrorum &c. eccleſiæ Caſſinati.

Verba notanda.

Anno 1360. Angelum Caſſinenſem Epiſcopum exemptiones a ſervitiis, immunitates &c. ſubditis ab Abbate Caſſinenſi conceſſas, hoc inſtrumento revocaſſe conſtat.

*In nomine Domini Amen. Anno nativitatis ejus milleſimo tricenteſimo ſexageſimo, die penultimo menſis Januarii tertiadecima indictionis Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris et domini noſtri D. Innocentii, divina providentia, Papa ſexti anno octavo. In preſentia mei notarii, et teſtium infraſcriptorum ac hoc ſpecialiter vocatorum, et rogatorum rever. in Chriſto P. et D. D. Fratre Angelo, Dei, et Apoſtolica Sedis gratia, Caſſinenſi epiſcopo, ac venerabilibus et religioſis viris Fratribus Johanne de Alto ſancta Maria Decano, Petro Vetulo Vice Decano, Dominico de ſancto Helia Priore, Thoma de Salle, Nicolao Celeſtino, Germano Caſaro etc. Simone Hoſpitalario, Chriſtopharo de Pontecurvo Theſaurario, Chriſtofaro de S. Germano, Antonio de Pontecurvo Sacriſta etc. et Nicolao de Angelerio Monachis, & Conventu monaſterii Caſſinenſis in capitulo ipſius monaſterii, ut moris eſt, pro infraſcriptis ordinandis, et faciendis ad ſonum campana ſpecialiter, et capitulariter congregatis, et dum haberetur tractatus inter ipſos de corrigendis ſubditorum exceſſibus, et moribus reformandis, ac aliis occupationibus, propter guerrarum ſtrepitum tam per ſeculares dominos, quam eccleſiaſticos, non ſine animarum diſpendio, facti multorum bonorum ſtabilium, ſervitiorum, et Vaſſallorum detenſionibus cenſuum, juriſdictionum, et aliarum libertatum, ſubreptionibus, per quorum omnium occupationem, et detenſionem erant fructus, redditus, et proventus dicti monaſterii officiorum, et membrorum ejus, ac epiſcopalis camera Caſſinenſis adeo minorati, quod non dum ad debitam, et ſolitam Monachorum ſubſtentationem, imo ad vitam ipſorum ſiccam ſufficere nequerint quo-*

*quomodo. Proviſo ſalubriter inter eos, quantum cum Deo poterant, in dicto capitulo ſuper dictorum ſubdictorum correctione, & morum reſtauratione ſepe, & per ſepe condicere, & tractare ceperunt de prefatorum bonorum, & vaſſallorum occupatione, ſerviciorum, jurium, cenſuum, libertatum, juriſdictionum, & redditu um ſubtractione; & ruminato diutius inter ipſos, habitaque ſuper hiis informatione ſollemni, reperierunt, & invenerunt plura, & plura bona ſtabilia, vaſſallos, redditus, ſervitia, jura, juriſdictiones, & cenſus tam dicti monaſterii Caſſinenſis, & ejus camera, quam capituli, officiorum, & membrorum ipſius indebite locata, alienata, vendita, diſtracta, uſurpata, & multipliciter occupata, nec non libertates, immunitates, & franchicias inconſulte, ac improvide de novo conceſſas fuiſſe quibuſdam clericis, & laycis, qui, ut tradit antiquitas, ſemper fuerunt, & oppido ſunt eccleſiis, eccleſiaſticiſque perſonis infeſti; tam per bona memoria D. Fratrem Angelum de Aczarolis olim epiſcopum Caſſinenſem immediatum predeceſſorem, ac omnes alios predeceſſores prefati D. Epiſcopi, quam per Decanos, ViceDecanos, Abbates, Priores, & Prepoſitos, qui pro tempore fuerunt, exquiſitis frivolis, ac fictis coloribus, imo proprius falſis, irrequiſito conſenſu, vel aſſenſu Monachorum conventualiter, & capituli tam Caſſinenſis monaſterii, quam membrorum ejus, licet ſicut aſſerebat, ibidem in aliquibus conceſſionibus earumdem aliquorum dicti monaſterii, & membrorum ejus ſubſcripſiones inveniebantur Monachorum, nec in dictis conceſſionibus, & libertatibus, imo verius abuſionibus, & deſtructionibus, illa canonica ſolemnitas, qua ſervari jura permictunt, ſervata extitit aliquatenus, ut ex illarum libertatum tenore manifeſte apparere dicebant, attendentes quoq; quod ex his, qua inordinabiliter acta ſunt, non poteſt aliquid ordinabiliter ſequi, prehabito pluries, & pluries tractatu in eodem capitulo inter ipſos, communicatoque quamplurium conſilio peritorum, invenerunt, viderunt, & palpaverunt ſubtractiones ſervitiorum, & bonorum predictorum, conceſſiones libertatum, immunitatum, & aliarum juriſdictionum, tam per predeceſſores predictos factas, & celebratas, quam per alios officiales, Abbates, Prepoſitos, & Priores ſupradictos redundare apertiſſime, & verſari in grave detrimentum, ac importabile dampnum nec non enormem leſionem eccleſia, camera capituli, officiorum, & membrorum predictorum, quibus penſatis, & attente diſcuſſis, prefatus D. Epiſcopus una cum monachis, & conventu ipſius capituli, volens pro viribus indempnitatibus dicti monaſterii Caſſinenſis tam in capite, quam in membris providere ſalubriter cum voluntate, & expreſſo conſenſu Monachorum, conventus, & capituli predictorum, omnes, & ſingulas alienationes, conceſſiones, locationes, venditiones, diſtractiones, uſurpationes, occupationes, libertates, franchiſias, & immunitates factas, & conceſſas tam per predeceſſores ſuos predictos, quam per Decanos, Vicedecanos, Abbates, Priores, Prepoſitos, quoſcumque alios officiales, ſeu Monachos, quibuſcumque perſonis cujuſcumque conditionis vel ſtatus, quorumcumque bonorum, jurium, & juriſdictionum, tam camera, quam membris Caſſinenſi monaſterio ſpectantibus, & pertinentibus, quas de jure potuit, & poteſt, revocavit, caſſavit, irritavit, annullavit, & penitus omni robore vacuavit, ipſaſque, & earum quamlibet cum voluntate, & aſſenſu predictorum Monachorum, & capituli decrevit caſſas, irritas & c. & in horum omnium evidentius teſtimonium voluerunt, & mandaverunt ſupradicti dominus epiſcopus, & conventus, preſens vocationis inſtrumentum ſuorum ſigillorum appenſione muniri. Actum in ſupradicto capitulo prefati monaſterii Caſſinenſis, preſentibus nobilibus, & diſcretis viris, judice Dominiſo de Pontecurvo, Anthonio D. Matthei de Bantra Jannucio de Angelerio de S. Germano, notario Johanne de S. Stephano & c. & notario Alleñano de S. Stephano teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis. Et ego Petrus Judicis Petri D. Rogerii de Fractis clericus Gajetana diœceſis publicus apoſtolica, & imperiali authoritate notarius, revocationi, caſſationi, irritationi, & annullationi ſupradictarum alienationum, locationum, occupationum, conceſſionum, venditionum, & ſubreptionum, ac omnibus aliis, & ſingulis ſupradictis, dum per prefatos dominum Epiſcopum, Monachos, & conventum in prefato capitulo ſic agerentur, & fierent, preſens interfui, eaque omnia, & ſingula de eorum mandato ſcripſi, & in hanc publicam formam redegi, meoque conſueto ſigno ſignavi rogatus, & requiſitus, in teſtimonium omnium premiſſorum. Locus † Signi.*

Anno 1361. ex inſtrumento a notario Johanne notarii Berardi ex S. Stephano rogato epiſcopus Angelus II. quædam oppidanis Cucurutii conceſſit. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Anno Nativitatis ejus 1361. regnantibus Sereniſſimis dominis noſtris, dominis Ludovico rege, & Joanna regina & c. regnorum vero ipſius domi noſtri regis anno tertiodecimo, dictaque D. noſtra regina anno nono decimo, die quinta menſis Februarii & c. Nos F. Angelus Dei & Apoſtolica ſedis gratia epiſcopus Caſſinen. De Fratrum noſtrorum conſenſu, nobiſcum habendo judicem Thomaſium de Fractura de Piczono, judicem, & advocatum Caſſinenſem, & noſtrum per hunc libellum renovationis & c. concedimus, & confirmamus vobis Riccardo Gammarelle, & Luca Nebuloñ. do caſtro Cucurutii ſindicis univerſitatis ejuſdem caſtri recipientibus nomine, & pro parte omnium hominum univerſitatis ejuſdem, & eiſdem hominibus habitantibus caſtri S. Salvatoris in Cucurutio, nec non & aliis habitantibus vicinorum locorum, qui terras, vel domos ſub conditionibus infraſcriptis tenent in territorio ejuſdem caſtri, hoc eſt terras, & vineas, quas modo habetis, & quas in antea etc. aquirere poteritis per rationes infra fines miliarii ipſius caſtri, vel extra fines ipſius miliarii de pertinentiis S. Salvatoris in partibus eccleſia S. Terentiani, ſicut hactenus eas tenuiſtis per cartas libellarias bona memoria Raymundi epiſcopi Caſſinenſis, Raynaldi, Roffridi, Stephani, Riccardi, et Thoma predeceſſorum noſtrorum Abbatum Caſſinenſium, ad habendum, tenendum, et laborandum uſque in annos viginti, et novem, itaut tam vos, quam homines dicti caſtri, et heredes veſtrorum licentiam, et poteſtatem habeatis infra predictos fines reſidere, et habitare cum hominibus, et familiis, et omnibus rebus veſtris, et de amicis, et commendatitiis veſtris, et liceat vobis, et heredibus veſtris ibidem facere, et habere omnem veſtram utilitatem, etc.*

Quædam Oppidanis Cucurutii conceſſa.

Ex Regeſto Angeli & Andreæ fol. 3. a t.

Digitized by Google

*etc. et habeatis per unamquamque domum, quicumque voluerit unum modium de terra, ad faciendum ibi quod vobis utile fuerit, et nihil aliud exinde reddatis, niſi duo paria de pullis etc., prædictas vero terras laborare bono, et juxto ordine etc., et de victualibus ipſarum terraticum non detis, niſi de grano, et ordeo, et milio, et fabis, ſcilicet de ſex partibus unam, et ipſam ſextam partem noſtram portetis uſque in predium ſancti Salvatoris. Vineas quoque laborare competenter, et palmentum tribus vicibus aperire rationabiliter, et de muſto mundo reddatis nobis partem tertiam, portantes eum quo portare conſueviſtis, muſto aquatico vobis remanente, de vineis vero noviter plantatis uſque ad ſex annos a tempore plantationis nihil reddatis, poſtea reddatis quod ſupradictum eſt etc. a viginti, et novem annis completis, ſeu intra quocumque tempore volueritis, licentiam, et poteſtatem habeatis vos, veſtrique heredes inde foras exire cum hominibus, et familiis veſtris, et cum omnibus mobilibus veſtris, et cum omnibus lignaminibus veſtris. Caſa quam ibidem factam habebitis, et cum rebus de amicis, et commendatitiis veſtris, et ire quo volueritis abſque noſtra, et ſucceſſorum noſtrorum contrarietate etc. completis vero annis viginti, et novem, nos, vel noſtros ſucceſſores etc. vobis, et veſtris heredibus hunc libellum renovabimus etc. pro unciis auri tribus, et tarenis duobus, ſicut vobis modo renovavimus etc. Quod ſcripſi Ego idem Johannes notarii Berardi de S. Stephano publicus ejuſdem D. epiſcopi ac ubilibet per Provincias Terræ laboris, et Comitatus Moliſii ac Apruttii citra flumen Piſcariæ reginali auctoritate notarius etc.*

Gubernator & Advocatus totius Abbatiæ Caſſinenſis ab Abbate creatus.

Ex cit. Reg. fol. 39.

Eodem anno Angelus epiſcopus judicem ſeu magiſtratum totius abbatiæ Caſſinenſis creavit Ludovicum de Poſis hiſce litteris: *Frater Angelus Dei, & apoſtolicæ ſedis gratia epiſcopus Caſſinenſis univerſis, & ſingulis præſentes litteras inſpecturis tam præſentibus quam futuris ſalutem in Domino. Perſonarum attendimus merita cum aliquibus gratiam elargimur, ſi ergo gratia meritum querit, & meritum gratiam exigit, non ſatisfacit gratiæ dum indignis impenditur, nec probis reſpondetur pro meritis, ſi eis gratia denegatur. Illis ſi quidem eſt dextera porrigenda, quos digna retributio probitatis extollit, & congrua retributionis meritum magnificat. Sane attendentes merita probitatis providi viri judicis Ludovici, judicis Tancredi de Poſis de S. Germano fidelis noſtri, ac noſtræ eccleſiæ Caſſinenſis in jure periti, quibus ipſe apud nos evidenti teſtimonio commendatur, nec non ad ſupplicationis inſtantiam nobilis viri D. Benedicti de Plumbarola militis intimi conſanguinei, & vicarii noſtri, qui de ejus ſufficientia, & virtute nobis perhibuit teſtimonium fide dignum &c. cupientes itaque ſibi gratiam facere ſpecialem, ipſum judicem, & advocatum noſtrum noſtræque eccleſiæ Caſſinenſis ad honorem, & fidelitatem regiam, & reginalem, ac noſtram, præfatæque noſtræ eccleſiæ Caſſinenſis, tenore præſentium ordinamus, creamus &c. quod idem judex Ludovicus in vita ſua, vigore præſentium judicatus, & advocationis officium in ſingulis terris, & locis noſtræ eccleſiæ, & diœceſis Caſſinenſis libere valeat exercere, & illis honoribus dignitatibus, &c. gaudeat, quibus alii judices, & advocati noſtri prædictæque eccleſiæ noſtræ Caſſinenſis potiuntur, &*

*Diſſet.*

*gaudent &c. recepto prius ab eo de ipſo officio judicatus, & advocationis fideliter, & legaliter exercendo, ac quod jura dictæ noſtræ Caſſinenſis eccleſiæ illeſa ſervabit, nec ipſam noſtram eccleſiam membraque ejus, Orphanos, pupillos, viduas, ac perſonas miſerabiles gravari permittet pro poſſe, ultra debitum rationis debito Sacramento, tactis per eum in noſtris manibus evangeliis ſacroſanctis, unde mandamus univerſis, & ſingulis vaxallis, & ſubditis noſtris, dictæque noſtræ eccleſiæ Caſſinenſis, & membrorum ipſius, ut ad eundem judicem Ludovicum, tamquam ad judicem, & advocatum noſtrum, noſtræque eccleſiæ Caſſinenſis per nos, ut præmittitur, ordinatum cum ipſis expediens fuerit, confidenter recurrant, obediant pariterque, pareant, & intendant in omnibus, & ſingulis, quæ ad dictum judicatus, & advocationis officium pertinere noſcuntur. In cujus rei teſtimonium, & tam dicti judicis Ludovici, quam omnium quorum, vel cujus intereſt, & intereſſe poterit certitudinem, & cautelam, præſentes &c. Datum in S. Germano in hoſpitio noſtro anno Domini 1361. menſe Septembris die 21. ejuſdem menſis quintadecima indictionis &c.* Ex quibus epiſtolis conſtat Judicem, ſeu magiſtratum jus in univerſa ditione Caſſinenſi dixiſſe, cujus conſilio omnia Abbates noſtri peragebant: illumque vocatum olim judicem, qui modo Gubernator audit.

Judices ad contractus creati.

Ex eodem Reg. fol. cit.

Die 18. Septembris an. 1361. idem Angelus creavit judicem ad contractus Johannem a Pontecurvo, ut hiſce litteris conſtat. *Noverint univerſi preſentes noſtras patentes litteras inſpecturis, quod nos Frater Angelus Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia epiſcopus Caſſinenſis attendentes probitatis merita &c. quæ nobilis, & providus vir Johannes D. Petri de Pontecurvo fidelis noſter noſtræque eccleſiæ Caſſinenſis &c. volentes itaque eidem Johanni gratiam facere ſpecialem &c. eundem Johannem ad honorem, & fidelitatem regiam, & reginalem, atque noſtram, & præfatæ noſtræ eccleſiæ Caſſinenſis in terra noſtra Pontiſcurvi, ac ejus territorio, nec non aliis terris, & locis dictæ noſtræ eccleſiæ Caſſinenſis, judicem ad contractus, & ad cauſas ad vitam ſuam duximus tenore preſentium ordinandum, & eidem ipſius judicatus officium in dicta terra Pontiſcurvi, ac terris, & locis præfatis de ſpeciali gratia, & ex certa noſtra ſcientia concedendum, recepto prius ab eo de ipſo officio fideliter exercendo, debito juramento, nec non conſtito nobis, quod ipſe Johannes eſt de genere fidelium ortus, & legitimo matrimonio procreatus. Volentes &c. ut idem Johannes de cetero officium ipſum ubique per prædictam terram, ac terras, & loca alia ſupradicta authoritate noſtra, prout alii judices dictæ terræ ad contractus, & ad cauſas potiri ſoliti ſunt &c. libere valeat exercere. Mandaamus nihilominus omnibus, & ſingulis vaſſallis, & ſubditis dictæ eccleſiæ Caſſinenſis, harum ſerie, ut ad eundem Johannem tamquam ad verum judicem dictæ terræ, ac terrarum, & locorum, prædictorum per nos ad contractus, & ad cauſas, ut præmittitur ordinatum in omnibus, & ſingulis, quæ ad officium ipſius ſpectant, cum eiſdem expediens fuerit, confidenter recurrant &c. Datum in S. Germano in hoſpitio noſtro anno Domini 1361., menſe Septembris, die octavo decimo ejuſdem menſis, XV. indictionis Pontifica-*



Digitized by Google

*tificatus SS. in Chriſto P. & D. noſtri Innocentii divi providentia Papa ſexti, anno nono.* Eodemque anno die 12. Novembris judicem ad contractus in oppido Pontiſcurvi univerſaque ditione Caſſinenſi Angelus epiſcopus creavit Nicolaum Papam. Angelus hic an. 1362. die 20. Februarii ſuperſtes erat, cum eo anno inſtrumentum reperiatur a notario Johanne de notario Berardo a S. Stephano rogatum, quo facultatem notario Leonardo de Vallerotunda concedit, ut Balcatorium, ſeu piſtrinum, Pannarium conſtrueret. At menſe Septembris ejuſdem anni vacaſſe ſedem Caſſinenſem, conſtat eo inſtrumento, quod in memoriis hiſtoricis integrum dedimus, quomodo nempe eo tempore Archipresbyteri oppidorum eligerentur.

Fol. 40. eiuſdem Reg.

Epiſtola Angeli III. ad Epiſcopum Aquinatē pro Abbatia S. Martini Villæ.

Angelus III. ex nobiliſſima Urſina gente epiſcopus Caſſinenſis, ut pote temporalis ditionis Caſſinenſis princeps jus habebat præſentandi Abbatem S. Martini Villæ, ut ſupra oſtendimus. Vacante itaq; memorata Abbatia has ad Aquinenſem epiſcopum litteras dedit, quæ in ejus regeſto p. 11. a t. extant: *Reverendo in Chriſto patri, & domino D. Antonio Dei gratia epiſcopo Aquinati amico cariſſimo. Reverende pater, & amice cariſſime: Ne eccleſia S. Martini de Villa Pedemontis vacans ad præſens per obitum D. Meuli de Pignatario olim ipſius eccleſiæ Abbatis, ad repreſentationem noſtram jure plenario pertinente, diutina vacationis detrimenta ſuſtineat, paternitati veſtræ D. Bernardum Guillelmi de dicta villa in ſacerdotio conſtitutum, ſufficientis litteraturæ, & ſcientiæ competentis, per quæ ſperamus, quod ipſa eccleſia in ſpiritualibus, & temporalibus proſpere dirigatur, tenore preſentium repræſentamus in Abbatem, & rectorem eccleſiæ S. Martini prædictæ, quem ad hujuſmodi repreſentationem noſtram placeat confirmare ſecundum formam in talibus conſuetam.*

Notarius creatus.

Idem Angelus univerſæ Caſſinenſis Abbatiæ notarium creavit Geroldum hiſce epiſtolis ex ejus regeſto p. 13. *Angelus &c. univerſis, & ſingulis officialibus, univerſitatibus, & hominibus univerſitatum Terrarum, & locorum eccleſiæ Caſſinenſis &c. ſalutem in Domino. Ne contractuum memoria deperiret inventum eſt tabellionatus officium, quo contractus legitimi ad cautelam præſentium, & memoriam futurorum manu publica notarentur, cum itaque pro parte univerſitatis, & nominum Pontiſcurvi fidelium vaſſallorum noſtrorum, & eccleſiæ Caſſinenſis, nobis fuerit ſupplicatum, ut provido viro Giroldo notarii Thomaſii de Pontecurvo fideli vaſallo noſtro & eccleſiæ ſupradictæ prædictum tabellionatus officium concedere dignaremur. Nos itaque eorum ſupplicationibus inclinati, & quod ipſe Giroldus eſt de genere fidelium ortus, & de legitimo matrimonio procreatus, & ſufficientis litteraturæ, & bonæ converſationis, & vitæ, plenaria fide ſumpta, præfatum Giroldum ad ipſum officium tabellionatus reputantes idoneum, eidem Giroldo præfatum tabellionatus officium authoritate, qua fungimur, in Dei nomine duximus concedendum, ut per ſingulas terras, & loca eccleſiæ Caſſinenſis, & juriſdictionis noſtræ poſſit de cetero ipſum officium exercere, & de officio ipſum Giroldum coram nobis perſonaliter conſtitutum, & reverenter ſupplicantem, inveſtimus cum penna, e calamario, ut eſt moris, recepto ab eo de officio ipſo fideliter exercendo, & quod ſcripturas, & Inſtrumenta, & omnia, quæ ad ipſum officium pertinebunt fideliter, diligenter, & legaliter exercebit, debito, & ſolito juramento, tenore præſentium mandantes vobis univerſis, & ſingulis noſtræ juriſdictionis, ut ad ipſum Giroldum, cum neceſſe fuerit, in hiis, quæ ad ipſum officium pertinent fiducialiter de cetero recurratis. In cujus &c.*

Nobilis declaratur ab Abbate Caſſinenſi.

Anno 1364. nobilem declaravit Angelus III. Petrum Ratium de S. Victore, pluresque illi immunitates conceſſit hiſce patentibus epiſtolis ex pag. 14. ejus regeſti: *Angelus &c. Univerſis, & ſingulis præſens privilegium inſpecturis tam preſentibus quam futuris. Si prima inſpicimus originem hominum, natura omnibus ſimilem dedit ortum, tamen virtus nobilitatis diligenter eam honore clarificat, & in gradu altitudinis erigit, quam horrentes vitii turpitudo commaculat, & in locum infirmitatis emergit, eapropter adducentur ad noſtræ conſiderationis examen, quod judex Johannes Petri Raczii de ſancto Victore regalis cancellariæ notarii familiaris noſtri, per virtutis veſtigia gradiens, & obſequiis noſtris inſidens mores nobilitatis amplectitur, & ſpretis vitiorum commerciis ruſticitatem abhorret, nobilitatem merito premietur, ipſum igitur, & ſuos utriuſque ſexus poſteros in perpetuum noſtræ approbationis oraculo cenſemus, atque decernimus reputandos, volentes, & declarantes expreſſe, atque eis de certa noſtra ſcientia, & ſpeciali gratia concedentes, ut illis de ceteris honoribus, privilegiis, franchitiis, immunitatibus, favoribus, exemptionibus, & libertatibus potiantur, & gaudeant, quibus cæteri nobiles dicti caſtri & aliorum caſtrorum, ſeu terrarum eccleſiæ Caſſinenſis potiuntur, & gaudent, & ſoliti ſunt potiri, noſtris aliis juribus, & eccleſiæ Caſſinenſis in omnibus ſemper ſalvis &c. adjicientes &c., quod ipſe, & ſui poſteri unam libram ceræ nobis, & ſucceſſoribus noſtris, & eccleſiæ Caſſinenſi annuatim dumtaxat facere teneantur.*

Forum, & Nundinæ in oppido S. Victoris inſtitutæ.

Ut vero commodis, utilitatique oppidi S. Victoris proſpiceret Angelus oppidanis conceſſit, ut ſingulis lunæ diebus forum olitorium, & menſe Majo nundinas haberent, ut hiſce litteris conſtat ex ejus regeſto p. 15. *Angelus &c. Univerſis hominibus caſtri noſtri S. Victoris fidelibus noſtris dilectis ſalutem in Domino. Invenit proviſio laudabilis, & proſequuta eſt obſervantia generalis, ut in terris, & locis ad hoc aptis fora ordinentur, & nundinæ, ut in villis vendere volentes, & emere, ſtatutis poſſint diebus, & temporibus convenire, & tam victualium, quam aliarum venalium rerum poſſint homines copiam comodius invenire. Nos autem quæ in hiis, & aliis veſtris, & aliorum vaxallorum noſtrorum, & Caſſinenſis eccleſiæ commodis, & commoditatibus libenter, & paterna benevolentia providemus. Cedit enim ad honorem, & gloriam Dominorum omne commodum vaxallorum, veſtris ſupplicationibus inclinati vobis faciendi forum in caſtro prædicto qualibet hebdomada ſingulis diebus Lunæ, prout melius fieri poterit, & nundinas in Kalendis Maii, & per ſingulos dies Octavæ ſemel in anno videlicet in perpetuum, in quibus volentes conveniant ad emendum pariter, & vendendum ſecundum conſuetudinem patriæ, vobis de ſpeciali gratia tenore præſentium impertimur licentiam, & concedimus gratioſe. Has autem noſtras litteras contra quas, ſeu*

Digitized by Google

*ſeu effectum earum nemo noſtræ juriſdictioni ſubie-ctus, vel ſubjiciendus impoſterum, vel ſucceſſorum noſtrorum audeat contradicere &c.* Celebrantur ha-ctenus hæ nundinæ in oppido S. Victoris initio menſis Maji.

Eodem in regeſto p. 14. a t. hujuſcemodi extant epiſtolæ, in quarum una Angelus notarium in Abbatia Caſſinenſi creat Chriſtophorum de Faen-tia, quæ ſic incipit: *Angelus, &c. Univerſis & ſingulis officialibus, univerſitatibus, & hominibus uni-verſitatum, terrarum, & locorum eccleſiæ Caſſinen-ſis, ac Propoſitis, Prioribus, & Clericis Propoſi-turarum, Prioratuum, & membrorum nobis, & dictæ eccleſiæ ſubiectorum ſalutem &c. cum itaque pro parte Chriſtoforus &c. de Cormis de Faventia nobis fuit ſupplicatum &c. ut ipſi tamquam fideli, & ſufficienti notariatus officium per terras membra, & loca prædicta concedere dignaremur. Nos ejus ſupplicationibus inclinati, & quod &c. ut per ſingu-las terras, loca, & membra &c.*

Judices ad contractus creati.

Franciſcus de Caira hac epiſtola, quæ in re-geſto Angeli p. 15. a t. extat, creatus eſt judex ad contractus. *Angelus &c. Judici Cicco Caira de S. Germano habitatori S Angeli in Theodiſio ſalu-tem in Domino; habetur conſtitutio regni laudabi-lis, & obſervantia generalis, quod per Civitates, terras, loca regni, judices per Preſides conſtituti publicis debeant intereſſe judiciis, atque contracti-bus, ſine quorum preſentia vacuus eſt effectus; officium autem judicatus hujus debet niſi perſonis idoneis committi, habito quoque de tua bonitatis, & fidei ſinceritatis laudabili teſtimonio fide digno. Nos de te ſpecialem fiduciam aſſumentes, te coram nobis per-ſonaliter conſtitutum judicem ad cauſas, & contra-ctus, ubique per terras eccleſiæ Caſſinenſis ad vitam tuam creamus, ordinamus, & facimus, cum om-nibus, & ſingulis honoribus, commodis, & im-munitatibus pertinentibus ad officium prælibatum mandantes tenore præſentium univerſis, & ſingulis vaxallis, & ſubditis eccleſiæ Caſſinenſis quod ad te tamquam judicem ad cauſas, & contractus recur-rant de cetero in caſibus opportunis. Recepto per nos a te de officio ipſo exercendo fideliter etc. debito, & ſolito juramento &c.* Judices quoque ad contra-

Judices ad cótractus creati.

ctus ab eodem Angelo creati Antonius . . . . . . de Ceperano incola Fractarum, Petrus Jacobus Pitiglione ex oppido S. Georgii, Landolfus judi-cis Jacani de Pontecurvo, Rogerius notarii Petri de Pontecurvo, Blaſius Jacobi, Hugo de Pignata-rio Incola S. Germani, Jacobus Petri de magi-ſtro a Fractis, Mandoſius de Benedicto Plantado-ſi a Fractis, Nicolaus Caput ferrum a S. Victore, Benedictus Jacobi a S. Stephano, Germanus Giz-zi de S. Germano, qui notarius etiam erat, Johan-nes de Rienzo a S. Germano, Jacobus Petri Car-bone a Cucurutio aliique.

Ex eodem Reg. fol. 15. & ſeqq.

Vaſſallus acceptus.

In vaſſallum accepit Angelus Franciſcum Ca-labrum hiſce litteris, quæ in ejui regeſto p. 19. a t. extant: *Angelus &c. Dilecto fideli noſtro Cicco Calabrenſis de caſtro Pedemontis &c. Expoſitione tua didicimus, quod tu in caſtro noſtro Pedimon-tis prædicto, & in dominio noſtro, & eccleſiæ Caſſinenſis cupis, & intendis vivere, & morare, & fidelitate, & vaxallagium facere, & reveren-ter fideliterque ſervire, ſupplicans nobis, quod te in vaxallum noſtrum, & Caſſinenſis eccleſia recipere dignaremur, offerens te velle vaxallagium, & fi-delitatem jurare, & facere & reddere nobis pro ipſo vaxallagio unam libram ceræ annuatim tempo-re vitæ tuæ. Nos itaque tuis ſupplicationibus inclina-ti tenore præſentium te in vaxallum noſtrum, & di-ctæ eccleſiæ Caſſinenſis benigne recipimus, & vaxal-lorum noſtrorum fidelium numero, de ſpeciali gra-tia ſociamus, recepto a te fidelitatis, & vaxallagi debito, & ſolito juramento, & de dicta libra ceræ ſolvenda nobis, & ſucceſſoribus noſtris in feſto beati Benedicti promiſſionem & ſcripturam recepimus. Itamen, quod hæc receptio vaxallagii ſit ſine noſtro-rum præjudicio vaxallorum.*

Immunitates concedere penes ſolum Caſſinenſem Abbatem.

Ex hiſce vero literis conſtat, a ſolo epiſcopo Caſſinenſi Monachorum ſcito conceſſas immunita-tes a ſolvendis decimis, terratico, herbatico &c. *Angelus &c. Nobili viro Colæ Philippi Capoferri de S. Victore fideli vaxallo noſtro ſalutem in Domino etc. Ideoque cum conſenſu, et voluntate infra ſcri-ptorum Fratrum noſtrorum habendo nobiſcum vene-rabilem virum domnum Johannem de Bononia no-ſtrum vicarium generalem, ac judicem, et ad-vocatum noſtrum in hac parte, te, et bona tua om-nia, quæ in preſentiarum habes, et poſſides jure he-reditatis, vel quocumque alio in terra noſtra, et di-ctæ Caſſinenſis eccleſiæ ſituata ſub noſtra, et ipſius ec-cleſiæ noſtra protectione recipimus, et favore, ita quod bona ipſa ſub dominio noſtro, et eccleſiæ Caſſi-nenſis immediate, et in capite teneas, nullique alii, quam nobis, et eccleſiæ prælibatæ, et ſucceſſoribus noſtris ſervire exinde tenearis redditus, cenſus, ac ſervitia qualibet, in quibus nobis, et dictæ eccleſiæ teneris pro bonis ipſis, decimas etiam, et terragia nobis, et ſucceſſoribus noſtris, aut ipſæ eccleſiæ pro ipſius bonis debita, et quæ in victualiis, vino, oleo, et rebus aliis quibuſcumque pro terris, vineis, oli-vetis, aliiſque poſſeſſionibus, domibus, tenimen-tis, et bonis tuis omnibus, tam hereditariis, quam quocumque alio titulo acquiſitis, tibi, et tuis here-dibus de ſpeciali gratia, et certa noſtra ſcientia re-mittimus, et etiam relaxamus. Inſuper quietamus, et relaxamus tibi, et heredibus tuis herbaticum, glandiaticum animalium, aquaticum, plateaticum, et paſſagium in terra, et in aquis, tam pro perſonis, quam pro bonis veſtris mobilibus, quæ emi, vel ven-di per te, vel heredes tuos continget pro uſibus dum-taxat tuis, vel heredum tuorum, et tuæ familiæ, vel ipſorum. Ita quod a prædictis omnibus tu, et he-redes tui ex te legitime deſcendentes perpetuo ſitis li-beri, et immunes, pro qua quidem remiſſione, et li-bertate ſic tibi gratioſe conceſſa, tam tu, quam ipſi heredes tui teneamini duas libras ceræ annuatim nobis, et ſucceſſoribus noſtris, et eccleſiæ noſtræ ſol-vere.*

Ex cit. Reg. fol 21.

Eædem immunitates quibuſdam Cervarii oppi-danis conceſſæ, ut ex Angeli epiſtolis in ejus Re-geſto p. 22. a t.

Castrum ſancti Viti conceſſum in Feudum.

Anno 1364. epiſcopus Angelus conceſſit in feu-dum cum onere ſervitii militaris, aliiſque condi-tionibus D. Matthæo de Capua oppidum S. Viti, ut ex inſtrumento hac de re rogato penes acta no-tarii Andreæ Teramenſis hiſce verbis: *Angelus mi-ſeratione divina epiſcopus Caſſinenſis etc. Sane conſi-derantes, et penſantes etc. quod caſtrum noſtrum Rocca S. Viti ſitum in provincia terræ laboris prope Baroniam Pratæ, ſuis locis, et finibus deſignatum,*

Ex originali in Archivo.



Digitized by Google

*quod hactenus qm. viro magnifico Nicolao de S. Amantio pro ſe, et ſuis heredibus ex ſuo corpore legitime procreatis locatum extitit, et conceſſum, ſub certo ſervitio, certis modo, et tempore faciendo, quo mortuo, Antonius ejus filius legitimus locationi, et conceſſioni ejuſdem caſtri ſucceſſit, deinde ipſo Antonio abſque legitimis heredibus ex ſuo corpore jam defuncto, vir magnificus D. Raymundus de Baucio Soleti Comes magnus regni Siciliæ Camerarius ex quadam conceſſione de bonis & caſtris, quæ dictus qm. Nicolaus de ſancto Amantio tenuit in dicta Provincia prope dictum caſtrum generaliter ſibi facta per regiam mageſtatem, caſtrum ipſum Rocca S. Viti, una cum aliis bonis, & caſtris illius apprehendit, & tenuit, ignorans quod pertineret ad noſtram eccleſiam Caſſinenſem, informatus quoque de juribus ejuſdem eccleſiæ, caſtrum ipſum nobis per Ciccum Goneſſa procuratorem ſuum ad id legitime ordinatum, & conſtitutum libere, & ſpontanee hactenus reſignavit, prout de procuratione ipſa manu Franciſci Starola de Neapoli publici notarii plene conſtat, & reaſſignatione ipſa publico inſtrumento manu Andreæ, Franciſci de Interamine Apoſtolici notarii confecto plene patet, ſolitum fuit dari in feudum, ac concedi, & locari perſonis potentibus, & magnificis per Prælatos, & præſules dictæ noſtræ Caſſinenſis eccleſiæ a tempore, & per tempus in cujus contrarium memoria hominum non exiſtit &c. caſtrum ipſum ſic nobis reſignatum ad manus noſtras, & dominium dictæ noſtræ eccleſiæ duximus capiendum, & per dies aliquos corporali poſſeſſione tenendum, & poſſidendum, interim quoquo habito quamplures, & in diverſis diebus preteritis diligenti conſilio, & tractatu cum Fratribus noſtris, conventu, & capitulo Caſſinenſi quid magis expediens, utilius, ne forte ipſi Caſſinenſi eccleſiæ, vel caſtrum ipſum Rocca S. Viti ad manus noſtras, & ipſius eccleſiæ retinere, vel alteri potenti viro locari, factiſque inter nos ſuper hoc hinc inde ſcrutiniis, viſum eſt, & concluſum, quod quia prædictum caſtrum extra epiſcopatus noſtri fines, & terminos eſt ſituatum &c. ad gubernationem, regimen, & defenſionem ipſius multis opus eſſet laboribus, & expenſis &c. pure, libere, unanimiter, & concorditer, ac pari voto, deliberamus, & pro meliori providimus, quod caſtrum ipſum alteri locaretur ad utilitatem &c. & meliorationem noſtræ Caſſinenſis eccleſiæ ſupradictæ, tandem ad virum magnificum dominum Matthæum Capuanum de Neapoli militẽ magnæ reginalis curiæ magiſtrum rationalem inter alios nobis dirigentibus oculis mentis noſtræ occurrit, quod propter ipſius D. Matthæi grata, grandia, & accepta ſervitia, qui in agendis noſtris, & noſtræ eccleſiæ in reginali curia in qua eſt magnus, & potens, & de latere dominæ Reginæ, utilia, et notabiliter hactenus præſtitit, et præſtare poterit, dante Domino, in futurum etc. nec minus propter ejus magnitudinem, magnificentiam, dominium, et poteſtatem quas ipſe D. Matthæus gerit, et habet in partibus dictæ provinciæ terræ laboris prope dictum caſtrum noſtrum Rocca S. Viti, ſuis terris, et caſtris, ac fortalitiis circumdatum, propter quod caſtrum ipſum poterit, mediante ejus potentia, a cunctis inimicorum inſidiis, et hoſtili incurſu commode protegi, et defendi, ſi eidem D. Matthæo locatio, et conceſſio fieret etc. indubie ad noſtram, et dictæ eccleſiæ utilitatem etc. idcirco in Dei nomine, et ad ſervitium, honorem, et fidelitatem dictæ noſtræ Caſſinenſis eccleſiæ, noſtram, et ſucceſſorum noſtrorum, de voluntate, et cum expreſſo conſenſu omnium prædictorum Fratrum noſtrorum, conventus, et capituli noſtræ Caſſinenſis eccleſiæ, voluntarie, et ex certa noſtra ſcientia. ſervatis ſervandis, tenore preſentium damus, tradimus, et de novo concedimus, et locamus in perpetuum prædicto D. Matthæo Capuano, et ſuis hæredibus ex ſuo corpore legitime deſcendentibus, ac diſcreto viro Angelo de Iſernia familiari, et procuratori ſuo legitimo etc. preſenti, et recipienti procurationis nomine, et pro parte dicti D. Matthæi, et dictorum ejus heredum prædictum caſtrum S. Viti, quod tenemus, et poſſidemus nomine noſtro, et noſtræ eccleſiæ ſupradictæ cum omnibus vaxallis, pratis, hominibus, paſculis, ſylvis, nemoribus, aquis, aquarumque decurſibus, montibus, planis, terris cultis, et incultis, ædificiis, fortalitiis, juriſdictionibus, ſubventionibus, redditibus, reddentibus, Juribus realibus, et perſonalibus, ruſticis, et Urbanis, honoribus, præferentiis, manualibus, et aliis cujuſcumque eſſent quantitatis, qualitatis, ſpeciei, conditionis etc. et cum viis, ingreſſibus, et egreſſibus ſuis, ac rationibus, et pertinentiis quibuſcumque ad ipſum caſtrum ſpectantibus, quocumque jure, titulo, & conſuetudine &c. ad habendum, tenendum, & poſſidendum &c. ſalva reali, & perſonali rerum ſubſtantia in omnibus conſervata, & homines, & vaxallos dicti caſtri regendum in bono ſtatu, & non opprimendum, vel gravandum, ac jura dicti caſtri, & fructus, redditus, & proventus ipſius per ſe, & ad opus ſuum, & dictorum ejus heredum ex ſuo corpore legitime deſcendentium, libere percipiendum recolligendum, & habendum, & de eis faciendum, diſponendum &c. pro ſuo, & dictorum ejus hæredum arbitrio voluntatum, reſervatis nobis, & dictæ noſtræ eccleſiæ juribus majoris dominii, & proprietatis ipſius Caſtri, ac beneficiis capellaniarum, & juribus Patronatus, ſi quæ ſunt in dicto caſtro, & pertinentiis ſuis, ac ipſorum collationibus, & præſentationibus &c. ita tamen quod dictus D. Matthæus, & dicti ejus heredes de ſuo corpore legitime deſcendentes teneantur nobis, & ſucceſſoribus militare ſervitium anno quolibet præſtare uno menſe; ſi & quando opus fuerit, ac nobis, & ſucceſſoribus noſtris, ac dictæ noſtræ eccleſiæ videbitur expedire, videlicet unum virum equitem defenſibilem, & offendibilem, armis armatum, qui nomine dicti D. Matthæi, & dictorum ejus heredum teneatur ratione locationis, & conceſſionis dicti caſtri, anno quodlibet ſervire uno menſe integro in noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum, & eccleſiæ noſtræ, ac terrarum, & caſtrorum, & jurium ejuſdem noſtræ eccleſiæ defenſionem, protectionem, & cuſtodiam opportunam, noſtris tamen, & ſucceſſorum, ac dictæ noſtræ eccleſiæ ſumptibus, & expenſis, ſi, ubi, & quando evidens neceſſitas fuerit, & videbitur expedire, & per nos, & ſucceſſores noſtros fuerint legitime requiſiti, prout olim debebat, & tenebatur dictus qm. Nicolaus de S. Amantio modo, & forma ſimilibus, tunc tenens, & poſſidens dictum caſtrum, & nihilominus in ſignum recognitionis univerſalis dominii ejuſdem eccleſiæ Caſſinenſis, præter, & ultra prædictum militare ſervitium, idem D. Matthæus, & dicti ejus heredes teneautur, & debeant*

Digitized by Google

*beant anno quolibet in feſto B. Benedicti, abſque noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum, ac Conventus, & capituli prædictorum requiſitione quacumque, dare &c. ſolvere, &c. nobis, & ſucceſſoribus noſtris &c. & dicta noſtra eccleſia, ſede vacante, quinque libras ceræ, & niſi cenſus exhibitioni, & ſolutione ſi per biennium & dicti militaris ſervitii præſtatione, ſi ut præmittitur ceſſaverit, aut facere recuſaverit, eo ipſo eundem D. Matthæum, & dictos ejus heredes cadere volumus ab omni jure, & actione, quod, & quam eis in dicto caſtro Roccæ ſancti Viti duximus concedendum, & ipſum caſtrum ipſo facto revertatur, & devolvatur ad dominium, & poſſeſſionem noſtram, & ſucceſſorum noſtrorum, & noſtræ eccleſiæ ſupradictæ &c. cum pacto, quod quandocumque contingerit dictum D. Matthæum decedere, abſque legitimis liberis ex ſuo corpore, & ubi ſupereſſent legitimi liberi ex ſuo corpore, & poſtea morerentur, non ſuperſtitibus legitimis liberis ex eiſdem, dictum caſtrum cum hominibus, vaxallis, juribus, & pertinentiis ſuis, & cum omni melioratione, & augumento ejus, ad nos, et ſucceſſores noſtros, et dictam noſtram eccleſiam ipſo jure libere devolvatur, et revertatur, et eo caſu licitum ſit, et liceat nobis, et ſucceſſoribus noſtris, ac capitulo, et Conventui ſupradictis, et eorum ſucceſſoribus etc. ad opus noſtræ Caſſinenſis eccleſiæ, caſtrum ipſum cum omni melioratione, et commoditate ſuis, authoritate propria, capere, apprehendere, et corporaliter adhipiſci, et in illius poſſeſſionem intrare, et ad manus, et dominium dictæ noſtræ eccleſiæ revocare ſine moleſtia, vel contrarietate aliqua heredum, et ſucceſſorum quorumcumque D. Matthæi prædicti. Inveſtientes dictum Angelum de Iſernia procuratorem ſuum, nomine, et pro parte ipſius D. Matthæi, et dictorum ejus heredum de dicto caſtro Roccæ S. Viti, per baculum juxta morem dictæ noſtræ eccleſiæ in talibus obſervatum, recepto prius ab eodem Angelo procuratore ſuo, procuratorio nomine, et pro parte ipſius D. Matthæi homagio pro dicto caſtro cum fidelitatis debita juramento, et ſpecialiter de ſolvendo dicto annuo cenſu quinque librarum ceræ, et præſtando dicto militari ſervitio in tempore, et modo, ut ſuperius eſt expreſſum, et nihilominus, ut prædictus D. Matthæus, et prædicti ejus heredes corporalem poſſeſſionem ipſius caſtri, ac jurium, et pertinentiarum ejuſdem libere aſſequantur, venerabili viro D. Jacobo de Matronula.* (Erat Matronula vicus in territorio S. Germani) *Primicerio ſancti Germani præſentium tenore commictimus, ut ipſum D. Matthæum, vel procuratorem ſuum ejus nomine in corporalem poſſeſſionem dicti caſtri, ac jurium et pertinentiarum ipſius inducat, et defendat etc. Actum, et datum in civitate noſtra S. Germani an. Domini 1364. menſe Madii ſeptimo decimo die ejuſdem, indictione ſecunda, Pontificatus SS.mi in Chriſto Patris, et domini noſtri, D. Urbani Papæ V. anno 2. Preſentibus Magnifico egregiis, nobilibus, et diſcretis viris Raynaldo de filiis Urſi de Urbe, Petro . . . . . . de Urbe, D. Nicolao, D. Simone de S. Germano militibus, judice Marco Para, Vito Cece de S. Germano, notario Paulo de Aſculo, et notario Matthæo Sabiniano de Tarenta ad præmiſſa omnia vocatis, et rogatis. Et ego Andreas de Iteramne publicus, apoſtolica, et imperiali auctoritate, notarius, et prædicta imperiali authoritate judex ordinarius, hiis, omnibus ſupradictis, dum ſic agerentur interfui etc Nos qui ſupra Angelus epiſcopus Caſſinenſis prædicta fatemur vera eſſe, et propria manu nos ſubſcripſimus, † Ego Fr. Johannes de Alto S. Mariæ Monachus, et Decanus Caſſinenſis prædicta fateor eſſe vera, conſenſi, et me ſubſcripſi.* Sequuntur ſubſcriptiones aliorum Monachorum.

Tranſumptum hoc inſtrumentum fuit die 25. Martii an. 1376 atq. ſic incipit: *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno nativitatis ejuſdem 1376. Die 25. menſis martii etc. apud caſtrum Campiclarii regnante Sereniſſima D. noſtra D. Johanna etc. regnorum vero ejus anno trigeſimo quarto etc. Nos Nicolaus judicis Jannutii de Bojano ejuſdem civitatis judex, et Perroctus Petri de flumine de civitate prædicta, ubique per regnum Siciliæ publicus regia authoritate notarius, et ſubſcripti teſtes litterati ad hoc ſpecialiter vocati, et rogati, ut huic inſtrumento ſubſcriberent, preſenti ſcripto publico fatemur etc., quod dicta die accerſitis nobis judice, notario, et teſtibus, ante præſentiam magnificæ mulieris D. Ritæ de S. Fraymundo matris, et baila, et legitimæ tutricis ſpectabilium puerorum Antonelli Capuani, Marutiæ, et Ciccarellæ filiorum ſuorum, ac filiarum, et heredum qm. bonæ memoriæ viri magnifici D. Thomaſii, Capuani de Neapoli militis, regni Siciliæ Mareſcalli, Baroniarum Bojani, et Pratæ dudum Domini etc.* Præfatus Dominus Thomaſius fuit filius qm. D. Matthæi.

Quo vero magis conſtat Jacobum a Pignatario de quo ſupra, cœnobio Caſſinenſi ſubditum, bonorum publicatione mulctatum, quod plura ſuis Dominis monachis damna intulerit, hanc afferendam eſſe duximus Angeli epiſtolam ex ejus regeſto pag. 24. a t. *Angelus etc. univerſis præſentes litteras inſpecturis etc. Conſiderantes, quod mulierum dotes, et jura debent indemnia conſervari per Præſides, qui ſunt omnibus in conſervantia juſtitiæ debitores. Ideo nos volentes juſtitiam obſervare, cui obtemperare ſumma libertas eſt, omnia bona mobilia, et ſtabilia, et jura, quæ ſpectant eidem jure ſpectare noſcuntur Riczardo, et Lodoico Fratribus, filiiſque qm. D. Jacobi de Pignatario ex ſucceſſione qm. D. Galtegrimæ uxoris qm. dicti D. Jacobi, matriſque dictorum Riczardi, et Lodoici, tam jure dotium, quam et jure quartæ, et baſaturæ olim conſtitutarum ipſi D. Galdegrimæ per præfatum D. Jacobum tempore contracti matrimonii inter eos in quibuſcumque rebus, locisve conſiſtant, quæ propter exceſſus, et culpas dicti olim D. Jacobi contra Caſſinenſem eccleſiam perpetratas, tam in ipſa eccleſia, quam vaxallis, & terris ipſius eccleſię Caſſinenſis invenimus per prędeceſſorem noſtrum capta fuiſſe una cum aliis bonis D. Jacobi ſupradicti, & una cum illis pro parte Caſſinenſis eccleſiæ detineri prædicti Riczardo, & Lodoico pro ſe, & heredibus, & ſucceſſoribus eorum in perpetuum ad ſupplicationem ipſorum Riczardi, & Lodoici, & ex certa noſtra ſcientia, quantum de jure poſſumus, & debemus, damus, reſtituimus, & concedimus cum cenſu debito, & conſueto nobis, & noſtræ eccleſiæ Caſſinenſi, ad proprietatem, & poſſeſſionem ſuas, eorumque heredum, & ſucceſſorum. Committentes colę de Vicovaro familiari noſtro, ut præfatos Riczardum, & Lodoicum in poſſeſſionem corporalem dictorum bonorum,*

Bona Jacobi a Pignatario publicata.

Digitized by Google

*rum, & jurium, autharitate noſtra inducat, & faciat eis de ipſorum bonorum fructibus, redditibus, & proventibus, ac debitis univerſis integre reſponderi, contradictores, & rebelles per impoſitionem penarum, & exactionem ipſarum debite cohercendo, &c.*

Citarrii incolę Abbatis monachorũque Caſſinenſium opem implorant.

Pluribus jam annis Cetrarii incolæ quorumdam e ſuis civibus tyrannide preſſi duos procuratorio nomine miſere, qui Angelum epiſcopum Monachoſque enixe rogarent, ut illico mitterent *ad torram Gitrarii aliquem idoneum Priorem cum plenaria poteſtate ſuffultum, ita quod poſſit, et valeat refrenare maleficos etc. nec non ſupplicandum etiam, quod non ſubmictant dictam terram ad manus, et ſub poteſtate alicujus Magnatis, cum clara ſit eorum intentio ſemper vivere, et mori ſub dominatione antiquata eccleſia Caſſinenſis, tamquam fideles vaxalli capituli ejuſdem etc.* Ut clarius ex ipſis procurationis litteris conſtat quæ ita ſe habent. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Anno Nativitatis ejuſdem* 1364. *Regnante inclita D. noſtra Joanna Dei gratia Hieruſalem, & Sicilia regina &c. anno regnorum ejus trigeſimo ſecundo &c. menſe Martii, die vigeſimo ejuſdem &c. apud Cetrarium. Nos Jacobus de Mirabello, & Johannes de Caſtello annales judices dicta terra Citrarii, Donatus de Caſtello de eadem terra publicus per provinciam Baſilicata, ac ducatus Calabria regia, & reginali authoritate notarius, & teſtes ſubſcripti &c. vocati, & rogati, preſenti ſcripto publico notum facimus, & teſtamur quod eodem pradicto die univerſitas terra Citrarii, & homines univerſitatis ipſius pro majori, & ſaniori parte unanimiter, & in unum, more, & loco ſolitis congregati confiſi de fide, prudentia, & legalitate, venerabilium virorum Siri, Sancade, Tervino, & presbyteri Ruggerii ſeptem querquum Archipresbyteri dicta terra Citrarii eorum concivium ipſos praſentes, & onus ſindicatus hujuſmodi in ſe ſponte ſuſcipientes, elegerunt, fecerunt, & conſtituerunt eos veros, & legitimos ſindicos, Procuratores, & nuncios ſpeciales ad comparendum, praſentandum ſe coram Reverendo in Chriſto Patre D. A. de Vrſinis Dei gratia epiſcopo Caſſinenſi ejuſdem eorum dominis reverendis, & ante pedes ipſorum D. Epiſcopi, capituli, & conventus lachrymabiliter, atque pie flexis genibus exponendum tam oretenus, quam in ſcriptis, quod olim in alio praterito tempore ſtatus pradicta terra Citrarii fuiſſet pacificus, & quietus, cives, & ibi incola unanimiter vixerunt uniti pacis vinculo tum ipſa affluebat undique bonis, & ſecundum ipſius terra conditionem, & ſtatum ſuis convicinis locis in eminentia prapollebat, ſed proh dolor! perditionis ſpiritus pacis, & tranquillitatis emulus, ac Zizzania ſeminator affuit inter cives eoſdem, adeo crevit Zizzania inter eos, quod fructum equitatis, & juſtitia totaliter obumbrarunt, quod accidit propter peſſimas, & mortales brigas, ac zizzanias ſupradictas, & maxime propter potentiam, & ſuperbiam quorumdam tirannorum, nomine Nicolaus de Piſanio, Benedictus Rogerius Faſanus, cum certis aliis eorum ſequacibus, qui ab annis ſexdecim prateritis dictam terram, & homines dominabantur in totum contra voluntatem, & conſcientiam eccleſia Caſſinenſis, & invocabant ſemper in eadem terra aliam dominationem, quam eorum perpetuam, nec non enormes actus, injurias, occaſiones, & depradationes, quas olim paſſa fuit dicta univerſitas per tyrannos pradictos, ita quod dictam terram totaliter devaſtarunt, & deſolarunt. Et propterea ſupplicandum Chriſti intuitu, & S. Benedicti pro parte pradictorum univerſitatis, & hominum, quod dignentur pradictus D. Epiſcopus, & capitulum dictam terram, & homines recomendatos habere antequam dictam eorum univerſitatem, & homines perimantur in totum, quod illico provideant mictere ad prędictam terram Citrarii aliquem idoneum Priorem cum plenaria poteſtate ſuffultum, ita quod poſſit, & valeat refrenare maleficos, & ſuperbos cum paratos ſe offerunt dicta univerſitas, & homines, pradictum Priorem recipere reverenter, ac in eorum pro parte eccleſię Caſſinenſis dominum reverendum & in omnibus obedire, nec non ſupplicandum etiam, quod non ſub poteſtate alicujus magnatis hujus regni, cum clara ſit eorum intentio, ſemper vivere, & mori ſub dominatione antiquata eccleſię Caſſinenſis, tamquam fideles vaxalli capituli ejuſdem, dantes, & concedentes prędicta univerſitas, & homines, pręḋictis eorum Sindicis, & cuilibet ipſorum inſolidum, plenam licentiam, et liberam poteſtatem coram pręḋictis D. Epiſcopo, capitulo, conventu Caſſinenſis eccleſię comparendum, et pręḋicta exponendum, prout ſuperius ſunt expreſſa pro parte univerſitatis pręḋictę. Et ut in pręmiſſis omnibus fides indubia valeat adhiberi, pręſens publicum ſindicatus ſcriptum exinde factum eſt per manus mei pręḋicti notarii meo conſueto ſigno ſignatum, ſigillis, et ſubſcriptionibus noſtrum qui ſupra judicum, et noſtrum ſubſcriptorum, et ſubſignatorum teſtium ſubſcriptionibus, et ſubſignationibus roboratum. Datum in Citrario menſe, die, et indictione pręmiſſis. Locus † Signi.* Sequuntur deinde Oppidanorum ſubſcriptiones.

Ex originali in Archivo.

Oppidani volunt vivere ſub antiqua poteſtate cœnobii Caſſinẽſis.

Incolarum Citrarii aſſertionibus reſpondet inſtrumentum, quo oppidum illud, atque in eum Juriſdictio locatum eſt hiſce verbis. *In nomine Domini Amen. Anno Domini* 1358. *regnantibus inclitis Dominis noſtris Ludovico, et Johanna Dei gratia rege et regina, Jeruſalem, et Sicilię etc. regnorum dicti Domini noſtri regis anno decimo dictęquę D. noſtrę reginę anno* 16. *feliciter Amen die* 26. *menſis Martii undecima indictionis apud S. Marcum ſubſcripta pacta, & conventiones habita fuerunt, & formata inter magnificum D. D. Philippum de Sanguineto Comitem Altimontis ex parte una, et D. Fratrem Guillelmum Monachum Caſſinenſem, et Priorem Citrarii, et Fellę ex parte altera. In primis pręḋictus Prior conſiderans, et attendens, quod terra Citrarii propter diſcordias, et partialitates quę erant, et ſunt ad preſens in pręḋicta terra citrarii. Dictus Prior non poterat homines dictę terrę per ſe ipſum aliqualiter refrenare, neque eorum malitię, et perverſitati obviare, ut decebat, redditusque proventus dictę terrę ad monaſterium, et eccleſiam Caſſinenſem expectantes quaſi in totum deperdebant, idemque prior plures invaſiones et apprenſiones, et injurias enormes, et mortis pericula, et inſultus ab hominibus dictę terra partialibus, & iniquis pro defenſione bonorum eccleſię Caſſinenſis toleraverat, ideo pro bono ſtatu dictę, & ipſius incolarum, ac pro pacifica, et manſueta tranquillitate hominum confluentium ad dictam ter-*

Oppidum Citrarii locatum.

Ex originali.

Digitized by Google

*terram Citrarii, tam per mare, quam per terram, nec non pro evidenti commodo, & utilitate Caſſinenſis eccleſia locavit, & conceſſit præfato D. comiti, & etiam ſuis uſque ad quinquendium numerandum continue a die primo menſis Novembris nuper elapſi præſentis undecimæ indictionis, omnia ſubſcripta jura, redditus, & proventus &c. habito etiam, & convento pro parte dicti Prioris eidem D. Comiti, quod dictus D. Comes tenebit in poteſtate ſua fortellitias omnes dictæ terræ Citrarii, & ſi contingat dictum D. Comitem velle reparare, aut fortificare fortelitias ipſas, expenſa facienda per dictum D. Comitem in reparationibus ipſis excomputentur &c. per præfatum Priorem, & capitulum Caſſinenſe &c. quo quinquennio elapſo promiſit dictus D. Comes legaliter ſub fide ſua eidem Priori pro parte ejuſdem eccleſiæ Caſſinenſis terram ipſam Citrarii, & fortelitias omnes prędictas reſtituere, tradere, & aſſignare libere, & abſolute abſque contrarietate quacumque &c. promittens etiam pręfatus domnus Comes eidem Priori prędictam terram, & homines ipſius terrę, ac jura omnia, quę habet dicta Caſſinenſis eccleſia in eadem manutenere, protegere, & defenſare &c. & quod non ſtatuatur ibi Capitaneus per eundem dominum Comitem aliquis de terra prędicta &c. & ad majorem cautelam, & teſtimonium prę miſſorum duo conſimilia ſcripta ſub ſigillis, & ſubſcriptionibus ipſarum partium, quorum unum remaneat penes dictum D. Comitem, et aliud penes Priorem prædictum Pręſidentibus Marco de Tariſia annale judice, notario Donato de Caſtello, D. Epiſcopo S. Marci, Matthęo de Stephanitiis Malveti domino, D. Sarulo Buccarello milite de Tarento, D. Gulielmo de Cornicato de S. Marco etc. Nos Philippus de Sanguinetu Comes Altimontis prędicta pacta, et conventiones cum præfato Priore fecimus, et firmavimus, quas ſubſcripſimus manu propria, et ſigillo noſtro proprio ſigillavimus etc.*

Apophaſis Bonorum cœnobii S. Liberatoris.

An epiſcopus Angelus anno 1365. obierit incompertum, cum ejus regeſtum diem tantum 13. Junii ejus anni contineat. Illud tamen conſtat circa medium annum 1366. in vivis non fuiſſe, cum die 18. Decembris Præpoſitus S. Liberatoris juſſu Prioris Cariloci, vicarii generalis in ſpiritualibus Abbatiæ noſtræ confecerit apophaſim bonorum cœnobii ſui, quam, quod omnia contineat illius cœnobii jura in oppida ſibi ſubiecta integram exſcribimus. *In Dei nomine Amen. Anno nativitatis ejuſdem milleſimo trecenteſimo ſexageſimo ſexto. Regnante sereniſſima domina domna noſtra Johāna regina Dei gratia Hieruſalem, Sicilię, Ducatus Apuleę Principatus Capuę, Provincię, et Forcalquerii ac Pedemontis Comitiſſa. Regnorum vero ejus anno vigeſimoquarto feliciter. Amen. Die octavo decimo menſis Decembris quintę indictionis, apud monaſterium S. Liberatoris de Majella, in camera Prępoſiti monaſterii ſupradicti. Nos Bartholomęus Nicolai Bonelli de Serra Monachiſca annalis literatus judex dictę Serrę, Maſius Jordani de Caſtro Pomarii reginali auctoritate publicus ubilibet per regnum Siciliæ notarius, et teſtes infraſcripti litterati, et illiterati vid. D. Rayniſius Laur., D. Mutius Franciſci, Diaconus Matthæus Zutis, et Genutius Gualt. etc. de dicta Serra, et D. Petrus Marci de dicto caſtro Pomarii ad hęc vocati ſpecialiter, et rogati. Pręſenti ſcripto publico declaramus, notum facimus, et teſtamur, quod prętitulato die ad mandatum, et requiſitionem venerabilis viri D. Fratris Oderiſii de Scano Monachi Caſſinenſis, & Præpoſiti monaſterii S. Liberatoris prędicti ad ſuam pręſentiam acceſſimus, qui dominus Prępoſitus aſſeruit, et dixit ſe habere in mandatis oretenus ſibi factis a D. rever. D. Fratre Raymundo Cabaudi Priori Cariloci generali Vicario in ſpiritualibus monaſterii Caſſinenſis, quod facere fieri deberet manu publica inventarium tam de dicto monaſterio, quam poſſeſſionibus, terris, caſtris, et demaniis ejuſdem monaſterii, quę tenet dictum monaſterium in partibus Aprutinis, tam citra, quam ultra fluvium Piſcarię ac de fructibus terrarum, et caſtrorum prędictorum; et de ipſis publicum deberet conficere inſtrumentum. Volens enim dictus Præpoſitus, ut dixit, reverenter mandatis dicti Vicarii obedire, ut decet, idcirco in noſtri præſentia inventarium condidit infraſcriptum. Et primo, & principaliter dixit, ſe tenere, & poſſidere dictum monaſterium S. Liberatoris ſub dominio, & fidelitate monaſterii Caſſinenſis, quod quidem monaſterium habet terras, caſtra, & bona ſubſcripta, in quibus dictum monaſterium habet ſpirituale dominium, & temporale. In primis vid. habet caſtrum Serræ monaciſcæ citra fluvium Piſcariæ ſitum, quod caſtrum, compunctis redditibus, banca juſtitia, oleo, & carnibus, annuatim adſcendit communiter pro majori parte ad ſummam unciarum decem, vel quinque plus, vel quinque minus, ut dixit Præpoſitus ſupradictus. Item habet in prædicta terra decimam omnium terrarum quæ non ſunt phendalia, de cunctis autem, quæ ſunt phendalia, habet ſeptimam, deductis vero ex ipſis fendalibus cunctis terris, quæ ſunt juxta Serram prædictam, quarum nomina ſunt francalia. Item habet in flumine Alenti juxta Serram prædictam molendina duo macinantia, & unum aliud, quod non macinat. Item habet medietatem cujuſdam poxeſſionis, quæ eſt juxta Serram prædictam, quæ vocatur vinea Dominica, reliqua medietas eſt monachorum monaſterii prædicti. Item habet olivetum unum juxta prædictam vineam donnicam, & alios confines. Habet in territorio dictæ Serræ poſſeſſionem unam cum querquibus, & olivis cum ſuis confinibus confinatam, quæ poſt mortem magiſtri Gentilis, de Rocca montis plani ad dictum monaſterium fuit legitime revoluta, item habet in territorio dictæ Serræ cuncta domania, videlicet maſſariam cum cunctis domaniis, Item habet in Collearzo juxta prædictam maſſariam vicendas duas cum cunctis aliis terris, quæ debent dicto monaſterio decimari. Item habet in S. Januario cunctas poſſeſſiones cum olivis, & querquibus, & cum ſuis confinibus confinatas, & vicendam unam juxta vicendam conventus dicti monaſterii, & alios ſuos confines. Item vineam unam juxta præfatum monaſterium cum cunctis olivis, & terris. Habet prope dictum monaſterium terram unam cum olivis, cujus nomen eſt Rapina deſuper. Item habet in flumine Alenti prope dictum monaſterium molendinum unum macinantem. Item habet caſtrum Pomarii citra Flumen, quod caſtrum computatis redditibus, & banca juſtitia, aſcendit annuatim ad ſummam unciarum quinque ſex, quinque ſeptem, & quinque octo & habet in dicto caſtro exemptas decimas, omnium ſeminum, quæ ſeminantur in territorio dicti caſtri. Item habet caſtrum S. Petri*

Ex originali in Archivo.

Jurisdictio ſpiritualis, & temporalis in Caſtris monaſterii S Liberatoris.

Serra monaciſca.

Caſtrum Pomarii.

Caſtrum S. Petri.

*tri citra fluvium Piſcariæ ſitum, quod caſtrum habet bancam juſtitiæ, quæ aſcendit annuatim ad ſummam florenorum octo in argento quinque plus, quinque minus, ut ipſe Præpoſitus dixit. Item caſtrum S. Angeli citra fluvium Piſcariæ ſitum, in quo habet bancam juſtitiæ, quæ aſcendit annuatim ad ſummam*

Caſtrum S. Angeli.

*unciarum in argento duarum, & tarenorum duodecim ſimiliter quinque plus, quinque minus. Item habet caſtrum Pelegræ citra fluvium Piſcariæ ſitum, in quo habet bancam juſtitiæ, quæ aſcendit annuatim*

Caſtrum Pelegræ.

*ad ſummam unciarum in argento trium, & habet decimas omnium terrarum dicti caſtri, tam in monte, quam in plano. Item in partibus Aprutinis ultra fluvium Piſcariæ habuit caſale unum, ſed nunc dictus*

Caſale.

*Præpoſitus dixit eſſe deſolatum, & habet in eo quam plura domania cum arboribus, & prope territorium dicti caſalis deſolati, certi homines de civitate Theatina habent quoddam territorium, quod vocatur Aregium, in quo territorio, ut dictus Præpoſitus dixit, cultura aliqua non invenitur, & debet dicto monaſterio decimari. Item habet annuatim ab eccleſia S. Salvatoris de Ruſſano ultra flumen Piſcariæ in argento tarenos ſex. Item ab eccleſia S. Scholaſticæ de Muſcuſo annuatim in argento tarenos decem, & octo. Item ab eccleſia S. Salvatoris in Tabe annuatim in argento tarenos decem, & octo. Ab eccleſia S. Martini in Salino annuatim in argento tarenos decem, & octo. Ab eccleſia SS. Septem Fratrum annuatim unciam unam. Ab eccleſia S. Angeli in Mairano annuatim unciam unam. Ab eccleſia S. Laurentii in Salino annuatim unciam unam. Ab eccleſia S. Petri de Popolis annuatim in argento tarenos ſex. Ab eccleſia S. Maximi in Mairano annuatim in argento tarenos ſex, & ab officio Sacraſtiæ dicti monaſterii S. Liberatoris debet recipere annuatim unciam unam. Item habet eccleſiam S. Benedicti in . . . . ., de qua nihil habet, ut dixit, ſed habet confirmare Reptorem ipſius, quibus omnibus, & ſingulis, ut præmittitur, præfatus Præpoſitus de omnibus, & ſingulis ſupradictis ad certitudinem, & cautelam tam dicti monaſterii Caſſineñ., quam dicti monaſterii S. Liberatoris de Majella, ac omnium aliorum, quorum intereſt, & poterit intereſſe, fieri rogavit duo conſimilia inventaria, ſeu inventariorum, inſtrumenta publica, & ſolemnia, continentia omnia ſupradicta, ut præfertur, prætitulariter, & diſtincte. Præſens quidem ad certitudinem, & cautelam monaſterii Caſſinenſis, aliud vero ad cautelam monaſterii S. Liberatoris prædicti per manus mei notarii Maſii ſupradicti, ſubſcriptione, & ſigno meo ſolito, ſubſcriptione, & ſigno mei prædicti judicis literati, ac ſubſcriptionibus, & ſignis prædictorum teſtium literatorum, & illiteratorum legitime roborata. Quæ ſcripſi. Ego qui ſupra Maſius Jordani de caſtro Pomarii reginali authoritate publicus ubilibet per prædictum regem Siciliæ notarius, qui prædictus omnibus rogatus interfui, ipſa in publicam formam redigens, & meo ſolito ſigno ſignavi. Locus † Signi notarii Ego qui ſupra Bartholomæus Nicolai Bonilli judex annalis caſtri Serræ teſtis rogatus hoc teſtor. Locus † Signi judicis. Ego qui ſupra dompnus Mutius Franciſci qui ſupra teſtis. † Ego qui ſupra dopnus Raniſius Laur. qui ſupra prædictis interfui, & ſubſcripſi. † Ego qui ſupra dopnus Petrus Marci ad Pomario hoc teſtor. † Signum crucis propriæ manus Diaconi Matthæi Zutii teſtis prædicti litterati, & ſcribere neſcientis. † Signum crucis propriæ manus Gerutii . . . . . . . de dicta Serra prædicti teſtis illicterati, & ſcribere neſcientis.*

Cum omnes Abbatiæ Caſſinenſis incolæ, atque alii in comitatu Moliſii caſſinatibus ſubjecti ad ultimas pene incitas redacti jam eſſent ob varia bella, terræmotus, populationeſque, rogatu Urbani V. tunc temporis Abbatis Caſſinenſis, atque Guilelmi Cardinalis Sabinenſis ejus legati, Johanna regina majori ex parte illos vectigalium onere levavit hiſce literis, in quibus omnia eo tempore Caſſinatibus in Abbatia, atque comitatu Moliſii ſubjecta caſtra numerantur, quas que integras refert Gregorius XI. in bulla die 28. Julii an. 1373. data. Extant hæ literæ in regeſto Angeli epiſcopi pag. 31., & ſequentibus, atque ita ſe habent. *Johanna Dei gratia regina Hieruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ, & Forcalquerii, ac Pedemontis Comitiſſa, Juſtitiariis terræ laboris, & Comitatus Moliſii, Capitaneis quoque Abbatiæ Caſſinenſis, Commiſſariis, Magiſtris cameræ, Collectoribus, Taxatoribus, Appretiatoribus, & Exactoribus pecuniæ generalium collectarum, & ſubventionum, aliarumque fiſcalium funtionum in terris, caſtris, caſalibus, & locis aliis monaſterii Abbatiæ Caſſinenſis, & dicti Comitatus Moliſii, ac univerſis, & ſingulis Officialibus, & perſonis aliis in ipſis partibus conſtitutis, ipſorumque locatenentibus, ad quos ſpectat, & ſpectare poterit, præſentibus, & futuris fidelibus noſtris gratiam, & bonam voluntatem. Ob clementiam SS. in Chriſto Patris, & D. noſtri D. Urbani V. Summi Pontificis, quam in multis nobis imminentibus caſibus ſemper invenimus propitiam, & benignam, nec minus ad interceſſionem rever. in Chriſto patris D. G. Dei gratia Cardinalis Sabinenſis apoſtolicæ ſedis legati amici noſtri cariſſimi, ad quorum obedientiam, & complacentiam ex quadam animi anxietate præcipua deſideriis ferventibus excitamur, quique ſicut palpabiliter novimus, dictum monaſterium Caſſinenſe, ejuſque ſubſcriptas terras, caſtra, & vaſſallos caritativa benevolentia proſequuntur, intendentes cum dictis terris, caſtris, & vaſſallis dicti monaſterii, præmiſſa conſideratione, agere gratioſe, eaſdem ſubſcriptas terras, & caſtra, illorumque homines, tam de Abbatia ejuſdem monaſterii, quam de caſtris Peſclarum S. Marci de aqua Sonnula civita Monaceſcha, Robellionis, & caſa magiſtrorum, quæ dictum monaſterium habere dignoſcitur in comitatu moliſii pro quibus, & quibuſcumque fiſcalibus reſiduis præteritorum temporum per homines ipſos curiæ noſtræ quomodocumque debitis pro florenis de auro duobus millibus ſolutis per eoſdem homines in camera noſtra in quibus cum eiſdem hominibus benigne compoſuimus de certa noſtra ſcientia harum ſerie abſolvendos duximus, ac etiam quietandos, & ut in oculis noſtris contemplatione præmiſſa, homines dictarum terrarum, & caſtrorum inveniſſe letentur noſtræ dulcedinis, & miſericordiæ gratiam potiorem, ea conſideratione præſertim, quia terras, & caſtra ipſa tum ex ruina validi terræmotus, tum ex guerrarum frequentia, & campanorum continuatos incurſus, & deprædationes ad depreſſionem, & ad nihilationem quodammodo ſtatus novimus deveniſſe, ipſas ſubſcriptas terras, & caſtra, quæ juxta*

Johanna Regina in Caſſinates ſubditos benefica.

*juxta taxationem antiquam in quaternis archivii noſtri Neapolitani declaratam, & conſcriptam particulariter pro generalibus ſubventionibus, & collectis, aliiſque fiſcalibus functionibus ſolvere conſueverunt anno quolibet curiæ noſtræ uncias ſexcentas quadraginta novem, tarenos vigintiocto, & grana tredecim ad uncias dumtaxat trecentas duodecim in perpetuum, de ſpeciali gratia, & certa noſtra ſcientia, tenore præſentium, ex nunc in antea duximus reducendas. Ita quidem quod terræ, & caſtra præfata, ſeu ipſorum homines non niſi jam dictas trecentas, & duodecim uncias in eiſdem generalibus ſubventionibus, donis, vel collectis, aliiſque fiſcalibus functionibus, ſeu muneribus ſolvere dictæ noſtræ curiæ anno quolibet ullo unquam tempore de cetero quomodolibet teneantur. Volumus tamen, & declaramus expreſſe, quod prædicta ſubſcripta terræ, & caſtra tam de Abbatia, quam de dicto Comitatu moliſii, quæ eſſe ponuntur dicti monaſterii Caſſinenſis ad dictam noſtram modificationem unciarum trecentarum duodecim reducta ſolvant, & ſolvere teneantur annis ſingulis idem noſtræ curiæ in ipſis generalibus ſubventionibus, & collectis, aliiſque Fiſcalibus functionibus, muneribus, ſive donis, integre, & ſine diminutione quacumque, juxta ſubſcriptam taxationem commiſſam fieri per majeſtatem noſtram, & deinde factam per Vicarios Caſſinenſes in ipſis ſubſcriptis terris, caſtris, & caſalibus, & inter homines, & perſonas terrarum, caſtrorum, & caſalium eorundem noſtræ curiæ utique aſſignatam in ſcriptis, prout in quodam quaterno Vicariorum ipſorum, eorum ſigillato ſigillis, juxta quod eis injunctum extitit, & mandatum, ſicut prædicitur, diſtincte, & particulariter continetur, & ecce damus reſpective per alias noſtras literas expreſſius in mandatis magiſtris rationalibus magnæ noſtræ curiæ Neapoli reſidentibus, ut prædictam limitationem, ſeu alleviationem noſtram, & ſubſcriptam taxationem ipſarum terrarum, caſtrorum, & caſalium ad dictam ſummam unciarum trecentarum duodecim per quaternum dictorum Vicariorum factam, & realiter conſecutam de celſitudinis noſtræ juſſu in quaternionibus Archivii noſtri conſcribi faciant ſerioſe, & particulariter annotari, ipſamque conſcriptam, & annotatam annis ſingulis per cedulam generalis ſubventionis, quæ emanare de noſtra curia conſuevit pro parte noſtræ curiæ ab hominibus prædictarum terrarum, & caſtrorum exigi mandent, & faciant, & non ultra integre tamen & ſine curiæ detrimento facientes deleri, & pariter cancellari de quaternionibus dicti archivi, ſeu dicta cedula generalis ſubventionis prædictam quantitatem dictarum unciarum ſexcentarum quadraginta novem, tarenorum viginti octo, & granorum tredecim, ad quam prædicta terræ, & caſtra taxata & conſcripta reperiebantur, & erant, ne ambiguitas, ſeu involucrum inde forſitan valeat reſultare, dummodo qd. in dicta limitatione, ſeu taxatione unuſquiſque de ſubſcriptis terris, caſtris & caſalibus in eiſdem generalibus ſubventionibus, & collectis, aliiſque fiſcalibus functionibus annis ſingulis ipſi noſtræ curiæ debitis contribuat, & contribuere teneatur, & debeat, juxta ſuarum exigentiam facultatum, itaquod nullus murmuret, ſeu gravetur ultra vires, & exigentiam facultatum ſuarum, ſecundum quod creſcunt aliquando, & decreſcunt. Quare volumus, & fidelitati veſtræ de ipſa certa ſcientia noſtra præſentium tenore diſtricte committimus, & jubemus, quatenus, forma hujuſmodi liberationis noſtræ, quietationis, & abſolutionis, at modificationis, remiſſionis, alleviationis, & reductionis diligenter attenta, & in omnibus efficaciter obſervata, homines, & perſonas ſubſcriptarum terrarum, caſtrorum, & caſalium contra mentem, & ſeriem, ac ſanum, & verum intellectum ipſius, & hujus noſtræ paginæ juſſionem generaliter, vel ſpecialiter in eorum perſonis & bonis non moleſtetis in aliquo de cætero, ſeu moleſtari, vel impeti officiorum veſtrorum temporibus ab aliis propterea permittatis, nec ab eiſdem terris caſtris, & caſalibus, ipſorumque hominibus exigatis de cetero pro ipſis generalibus ſubventionibus, & collectis, aliiſque fiſcalibus functionibus, ſive donis, niſi tantum dictas uncias trecentas duodecim, reliquis unciis trecentis triginta ſeptem tarenis viginti octo, & granis tredecim eis conſideratione prætacta, de benignitate ſolita, uti præmittitur, perpetuo relaxatis. Terræ vero, caſtra, & caſalia per dictos Vicarios monaſterii Caſſinenſis taxata, prout in dicto eorum quaterno noſtræ curiæ ſub eorum ſigillis, ut præmittitur, aſſignato, hæc eſſe ponuntur, videlicet: S. Germanus, unc. triginta quinque, Ponſcurvus unc. quadraginta quinque, Peſmons unc. undecim, Plumbarola unc. quatuor, Pignatarium unc. quatuor, S. Angelus in Teodicio unc. treſdecim, S. Stephanus unc tres, S. Ambroſius unc. ſex taren. ſex, Teramum unc. duæ, S. Georgius unc. tres; S. Apollinarius unc. quinque, tarẽ. ſex, Valliſfrigida unc. ſex Caſtrum novum unc. tres, tarẽ. viginti octo, grana decem, & octo, caſtrum Fractarum unc. viginti ſex, S. Andreas unc. quatuor, Junctura unc. una, Bantra plana unc. tres, S. Petrus in fine unc. undecim tar. quindecim, Mortula unc. una, Cucurutium unc. tres, tarẽ. decem & novem, grana quatuor, Terruculum unc. tres tar. ſex. gr. quinque, Cervarium unc. quindecim tar. quindecim, S. Helias unc. quindecim, Saraciniſcum unc. ſex, Viticoſum unc. duæ tar. quinque, grana quindecim, Cardetum unc. ſeptem, Aqua fundata unc. ſex tar. quindecim, Valliſrotunda unc. undecim, tar. viginti, & S. Victor unc. viginti, tarẽ. viginti novem, grana ſex infra dictam Abbatiam poſitam, nec non caſtrum Peſclarum unc. ſexdecim, tar. octo, grana quinque, Civita Monaciſca unc. octo tar. quinque, grana quinque, Ribellionum unc. quinque, grana ſeptem, S. Marcus unc. una, tar. quindecim, & Caſa magiſtrorum unc. una tar. quindecim in prædicto Comitatu moliſii ſtatuta. Quæ quidem taxatio facto calcolo de rata collectæ, ſeu taxationis impoſita unicuique dictorum locorum eſt ſumma unc. trecentæ duodecim juxta limitationem, & gratiam per nos factam. Præſentes autem litteras poſt oportunam inſpectionem pro cautela reſtitui volumus præſentanti, quas dari per vos volumus, & jubemus alterutrum impendenti præmiſſo modo efficaciter in antea valituras. Datum Neapoli per nobilem Thomam de Buſalis de Meſſana militem m. noſtræ curiæ Magiſtrum Rationalem locumtenentem prothonotarii regni Siciliæ dilectum Conſiliarium, & fidelem noſtrum, anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo octavo, die quintodecimo Februarii, ſextæ indictionis, Regnorum noſtrorum anno vigeſimo ſexto.*

Caſtra Abbatiæ Caſſinẽſis;

Caſtra Abbatiæ Caſſinẽſis.

Prælia deprædationeſq; in Abbatia Caſſinenſi factæ,

Caſſinatiũ infortunia.

ctas, refert etiam Urbanus V. in bulla ſua die 17. Septembris, an. 1367. expedita hiſce verbis. *Urbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus Fratribus Aquinaten., & Verulan., ac Soran. epiſcopis ſalutem, & apoſtolicam Benedictionem. Ad reprimendas inſolentias tranſgreſſorum, & tranſgreſſiones inſolentium refrenandas, ſi nervus publicæ diſciplinæ lenteſcat, eorum ad peccandum voluntas fit lapſior, & exemplum impunitate periculoſum in alios derivatur &c. Sane lamentabilis querela multorum noſtrorum frequenter turbavit auditum, amaricavit, & mentem, quod nonnulli iniquitatis filii, a quorum oculis Dei timor abſceſſit in civitate . . . . ac aliis locis monaſterio Caſſinenſi, quod nullius diœceſis fore dinoſcitur pleno jure ſubiectis prætextu guerrarum, quibus eadem civitas, & loca dicuntur multipliciter fatigari, & alios temere Monachos, & converſos dicti monaſterii, nec non clericos, & eccleſiaſticas perſonas ſeculares, & regulares, etiam in dignitatibus conſtitutas, civitatis, & locorum prædictorum bellicis actibus ſe minime immiſcentes non abſque manuum injectione violenta capere, detinere, & carceribus mancipare, tormentis ſubicere, verberibus cedere, vulnerare, morti tradere, & crudelibus afflictionibus ad redemtiones indebitas perſonaliter coercere, eccleſiaſque, & alia monaſteria, ac pia loca ſecularia, & regularia civitatis, & locorum prædictorum invadere, frangere, capere, occupare, occupata detinere, diruere, & incendio concremare, ac eccleſias, & monaſteria, & loca ipſa libris, calcibus, crucibus, ſanctorum reliquiis, Paramentis, & ornamentis aliis, divino cultui, & uſui deputatis ſpoliare, & hujuſmodi libros, calices, cruces, ſanctorum reliquias, ornamenta, & paramenta auſu ſacrilego, nec non fructus, redditus, res, & bona alia perſonarum, eccleſiarum, monaſteriorum, hoſpitalium, & aliorum locorum hujuſmodi tam in ipſis eccleſiis, quam extra illas exiſtentia, etiam violenter recipere, & deprædari, ac in prædam abducere, ſeu aſportare præſumpſerunt hactenus, & quotidie præſumere non verentur, propter quæ Monachi, clerici, ac perſonæ eccleſiarum, ac monaſteriorum, hoſpitalium, & locorum ipſorum, ea quæ alti deſeruerunt, & deſerunt, ac eccleſiæ obſequiis debitis, & chriſti fideles ſacramentis eccleſiaſticis, ac pauperes, & infirmi piæ hoſpitalitatis ſubventione fraudantur, quodque nonnulli qui gloriantur cum male fecerint hujuſmodi criminum patratores, nec non clericos, & perſonas eccleſiaſticas captas ab eis, & inſuper res, & bona hujuſmodi per eos in prædam abducta, ſeu aſportata ſcienter in civitatibus, caſtris, villis, fortellitiis, terris, & aliis locis, eorum receptaverunt, & receptant, aliqui vero præmiſſa omnia, ſeu nonnulla ex eis fieri, ſeu committi fecerunt, & etiam mandaverunt, ſeu eorum nomine, aut mandato facta, ſive commiſſa rata habuerunt, & habent, alii eiſdem prædictorum criminum patratoribus in committendis eiſdem exceſſibus per ſe, & alios præſtiterunt, & præſtant auxilium, & favorem, eaque omnia, quæ in gravem etiam divinæ Majeſtatis offenſam, animarum periculum, eccleſiæ libertatis contemptum, & plurimorum ſcandalum, cedere dinoſcuntur in civitatibus, & locis memoratis, ſic ſunt notoria, ſic ea publica fama divulgat, ſicque nociva (proh dolor) experientia manifeſtat, quod tergiverſatione aliqua nequeunt occultari &c.* Jubetque illis Epiſcopis, ut declarent in excommunicationem prædones illos eſſe lapſos. Vid. Raynaldus an. 1365. nu. 20. 1366. nu. 20., 21., & ſeqq. 1367. nu. 16., & Spondanus anno 1367. nu. 5.

Miniſtri Regii a Reginæ Johannæ coarctati Caſſinates vexant.

Haud deprædationibus dumtaxat, præliiſque oppida cœnobii Caſſinenſis vexata, ſed a miniſtris quoque regis, ut ex Johannæ privilegio conſtat, ex quo aurea hæc, & veridica verba ſunt animadvertenda: *Et quia ſupradicti ſupplicantes ſupradictæ Abbatiæ, & eccleſiæ Caſſinenſis vaſſalli eſſe noſcuntur ſupradictæ eccleſiæ Caſſinenſis, qui ea, quæ habent ab eccleſia tenent prædicta, & eidem ſunt eccleſiæ ad ſervitia obbligati, hujuſmodi officia, vel alia ſine Prælati dictæ eccleſiæ licentia nullatenus committatis, nec committi per alios permittatis.* Et infra: *De cauſis quippe civilibus, aut fortaſſe levibus, & vilibus quæ ad officium Bajulorum, & Prælatorum dictæ Caſſinenſis eccleſiæ de jure ſpectant niſi dumtaxat quatenus vobis per regni conſtitutiones, & capitula permittitur, in certis ſcilicet caſibus in illis expreſſe, nullatenus vos intromittere attentetis &c.* Quod integrum exſcribimus, ut inde quoque liqueat, quibus artibus miniſtri Regii ab Abbatia Caſſinenſi pecunias extorquere conarentur.

Ex originali in Archivo.

*Johanna Dei gratia regina Jeruſalem, & Siciliæ Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ, Provinciæ Forcalquerii, ac Pediſmontis, Comitiſſa, Juſtitiariis terræ laboris, ac Comitatus Moliſii, nec non Capitaneis, & eorum locatenentibus, judicibus, & Aſſeſſoribus, ac actorum cameræque notariis, cum eis per curiam deputatis, & deputandis, & officialibus aliis quibuſcumque, quocumque titulo, & dominatione notentur, ad quos ſpectat, & ſpectare poterit præſentibus, & futuris fidelibus noſtris, gratiam, & bonam voluntatem. Pro parte univerſitatum, & hominum, terrarum, caſtrorum, & locorum Abbatiæ Caſſinenſis & membrorum ejus in provincia Terræ laboris, & Comitatus Moliſii poſitarum noſtrorum fidelium querulanter fuit noſtræ noviter expoſitum majeſtati, quod præceſſores veſtri indictis officiis, qui fuerunt pro tempore ineffrenate ad illicita pro libito prorumpentes, in terris, & locis dictæ Abbatiæ domos habitationum hominum eorundem, invitis earum domorum habitatoribus, ſeu patronis pro hoſpitiis ipſorum voluntarie aſſumpſerunt, & cum ad terras, caſtra, & loca ejuſdem Abbatiæ ſe, cum eorum familia contulerunt longam moram, & ultra quam ſit regni capitulo comprehenſum traxerunt in illis, ad expenſas ſiquidem hominibus, et perſonis terrarum, caſtrorum locorum prædictorum in commiſſionibus, litteris, et executionibus mandatorum per provinciam ipſum conſtruendis, et faciendis lectis fœnum, paleas de eorum territorio aſportando pro libito, comodantiſque equis, et animalibus pro equitaturis ipſorum, ſeu eorum familia, et portandis arneſiis, ac lectis pannis lignis, et aliis ſuppellectilibus, vocando etiam rectorem, notarios coram eis bajulos, judices, caſtaldos, et officiales alios terrarum caſtrorum, et locorum præfatorum, et interdum homines privatos de criminalibus exceſſibus, et delictis inquirendo generaliter, et ſpecialiter contra eos, nec non contra, et adverſus Univerſitates, et homines terrarum, caſtrorum, et locorum predictorum, etiam procedendo de*

do de

Digitized by Google

do de receptione bannitorum prætextu facienda compoſitionis per eos cum eiſdem, & pecuniarum ſumma indebite extorquendi, inſuper compellendi eoſdem ad ſolvendum exfridum pecunia recollecta inter eos pro generalibus ſubventionibus, aliiſque oneribus fiſcalibus noſtra curia debitis in quantumcumque pecunia ipſa bona, & juxti ponderis appareat, etiam que hominibus ſupradictis damnoſa, & incongrua mandata committendo, præſertimque ipſis reſtituere, & diſarcire deberent certos comites, & Barones eorum poſſeſſione bonorum feudalium, & burgenſaticorum pro parte noſtra curia, & hoc ad extorquendum ab eis pecuniam cum colore contra tenorem capitulorum regni conſtitutorum pro bono ſtatu fidelium, & dictorum multipliciter gravaverunt, & quod gravius ingemiſcunt exponentes præfati, juſtitiarii, & officiales prędicti eorum manus ad illicita extendendo, & falcem in meſſem alienam ponendo, uſurpantes juriſdictionem bajulorum de civilibus, & levibus cauſis, ac vilibus cognoverunt: quodque inter ſe aliqui ex hominibus terrarum, caſtrorum, & locorum Abbatia prædicta mutuo verbis clamoſe conclamarunt coram eis, & vocari fecerunt ipſos liticare inter ſe invicem compellendo, citantes nihilominus exponentes ipſos de cauſis frivolis, & ex denunciationibus clandeſtine factis, & interdum citando, revocando eoſdem extra fines territorii Abbatia prædicta, & ad longinquas, & remotas partes dicta provincia, contra capitulorum, & conſtitutionum ipſorum ſeriem, atque mentem non minus in juris injuriam, quam ipſorum exponentium non modicam leſionem, quare pro eorumdem exponentium parte fuit ipſi noſtra majeſtati ſupplicatum humiliter, ut cum ipſi exemplo prateritorum vereantur eis ſimiliter hujuſmodi gravamina in futurum inferri, quod providere ſuper his de congruenti remedio noſtra ſerenitas dignaretur. Nos itaque attendentes præſumtionem hujuſmodi, notabilem quidem præcidendam fore de cętero, & penitus ſupputandam cum quacumque gravamina, qua noſtris fidelibus ab officialibus noſtris contra juſtitia debitum inferuntur abominabilius cateris deteſtemur, eo quod non debet inde injuriarum naſci occaſio unde jura oriri deberent, vobis juſtitiariis, Capitaneis, locatenentibuſque noſtris, ſub pena unciarum auri centum, judicibus, & aſſeſſoribus quinquaginta, ae actorum, cameraque notariis, & officialibus aliis vigintiquinque noſtra curia, ſi ſecus per vos, aut veſtrum alterum inde fiet, applicandam, & quam penam in cauſa contravencionis vos, & veſtrum quemlibet juxta diſtinctionem prædictam incurrere volumus ipſo facto, per magiſtros Rationales magna noſtra curię irremiſibiliter exigi, & haberi pręter, & ultra alias penas regni, propterea conſtitutionibus, & capitulis comprehenſas firmiter, & expreſſe de certa ſcientia noſtra pręcipimus, quatenus eorumdem pręceſſorum veſtrorum in his damnanda veſtigia non ſequentes, ſupradictis exponentibus, & alicui ipſorum injuriam aliquam de cetero non inferatis, res nullas ab eis auferatis, nec etiam paleam, fœnum, & ligna in locis inhabitatis recondita, nec animalia, vel lectos capiatis, nec domos ſingularium perſonarum eis invitis, ad morandum, vel ad aliquid ibi inquirendum ingrediamini, ſed contenti hoſpitiis, vobis pro locorum ipſorum bajulos aſſignandis, lectos per eorum manus recipiatis, & in deſceſſu veſtro ſine pretio, et difficultate hoſpitibus veſtris nullas extorſiones, vel oppreſſiones inferatis, victualia, et neceſſaria omnia tam pro perſonis, quam pro equis veſtris, ematis pretio prius pro eis ſoluto, quo in terra illa, ubi hoſpitati fueritis communiter diſtrahuntur, prout melius poteritis, ſine comminatione, et cohercione cum venditoribus convenire, neque in terris, caſtris, et locis Abbatię prędictę, expenſis quippe, ut prędicitur, veſtris ultra tres dies, vel quatuor ad plus moram trahere pręſumatis, ſupradictam vobis decretam provinciam ubique diſcurratis, illamque malis hominibus expurgare curetis officii veſtri debitum in executione juſtitię viriliter, et fideliter exequendo, nullum ex prędictis hominibus dictarum terrarum, caſtrorum, et locorum cum propriis ejus expenſis pro ſervitio curię tranſmittatis, et maxime pro commiſſionibus, litteris, et executionibus mandatorum per ipſam provinciam deferentis, cum ad hoc certos habeatis vos juſticiarii, et locatenentes, curſores per curiam ad ſtipendia publica deputatos. Et quia ſupradicti ſupplicantes ſupradictę Abbatię, et eccleſię Caſſinenſis vaſſalli eſſe noſcuntur ſupradictę eccleſię Caſſinenſis, qui ea, quę habent ab eccleſia tenent prędicta, et eidem ſunt eccleſię ad ſervitia obligati, hujuſmodi officia, vel alia ſine Pręlati dictę eccleſię licentia nullatenus comictatis, nec comicti per alios permictatis, neque animalia, utpote jumenta, equos, mulos, ſumarios, et his ſimilia ſupradictis ſupplicantibus, ſeu alicui ipſorum auferatis, mittenda pro ſervitiis curię de loco uno ad alium, ſine ipſius curię ſalario competenti, nec etiam animalia hujuſmodi pro equitaturis veſtris, ac familia veſtra, ſeu pro portandis arneſiis, et aliis quibuſcumque capere attentetis, niſi pro perſonis eorum, qui ipſa animalia locant, et ducant, ſtatutas, et expenſas, ſive ſalaria provecturis, ipſorum animalium mercedes debitas exſolvatis, quia etiam inquiſitiones generales pręclarę memorię dominum Robertum Dei gratia Jeruſalem, et Sicilię regem illuſtrem, avum noſtrum, et dominum reverendum pariter et per nos, ejuſdem laudabilia veſtigia proſequentes, uſque ad ipſius domini avi noſtri dum vixit, et deinde uſque ad noſtrum beneplacitum ſunt ſuſpenſa ad faciendas ipſas de cetero veſtris temporibus ſucceſſive prout ad unumquemque veſtrum ſpectabit, procedere non tentetis, contenti contra maleficos proceſſus facere per ordinarias vias juris, & ex officio, ſeu ſpecialis inquiſitionis indagine in caſibus a jure permiſſis, & progenitorum noſtrorum, ac noſtris ordinationibus comprahenſis, indeque vobis datis, nos etenim inquiſitiones prædictas quas contra prædicta avita, & noſtra ordinationis edictum uſque ad dictum noſtrum beneplacitum, præſumpſeritis forte facere, annullamus ex nunc, & irritamus ac viribus, & efficacia evacuamus, ut ex eis nulla condemnatio, aut compoſitio ſubſequi valeat, vel inſligi. Inſuper quia domnus Robertus rex idem avus noſter, & dominus reverendus ea præſertim conſideratione ſuaſus, quod dum pro receptione bannitorum ad ſolvendum compoſitionem tota univerſitas indiſtincte compellitur, hii nonnumquam efficiuntur pœna participes, qui culpa penitus ſunt expertes, per ſua ordinationis edictum perpetuo valiturum præſcripſit, & de certa ſua ſcientia diſtrictius inhibuit, Præſides provinciarum, & officiales alios regni cum univerſita-

*ſitatibus compoſitiones hujuſque pro receptationibus bannitorum, omnemque proceſſum, quem contra prædicti edicti tenorem, & ſeriem ipſi Præſides, & officiales fecerunt, ſuper præmiſſis ex tunc inanem, & irritum fore decrevit, & contra facientes eoſdem ipſo facto pœna aſperitate plectendos, qua puniuntur edictorum regalium tranſgreſſores. Vos ideo hujuſmodi proceſſus, & ordinationes facere cum præfatis univerſitatibus ſupplicantibus, vel aliqua ipſorum veſtrorum quippe officiorum temporibus ſucceſſive de receptatione, ut prædicitur, bannitorum nullatenus attentetis. Quod ſi forſan ſecus facere præſumpſeritis, quod non credimus, nec ſperamus, proceſſum ipſum eſſe declaramus, utpote contra dictum avitum edictum factum ipſo jure irritum, & inanem, & contrafacientes, ex vobis per eoſdem magnæ noſtræ curiæ magiſtros Rationales puniri volumus, & jubemus, velut contemptores regalium edictorum, nec non, & ab ipſis exigi, ut prædicitur pœnam ſuperius annotatam. Ceterum cum pecunia, pro generalibus ſubventionibus, ſubſidiiſque aliis, & oneribus, fiſcalibus noſtræ curiæ debitis inter ſupplicantes præfatos recollectæ vobis, & veſtrum alteri ſolventur ſingulis vicibus pro parte univerſitatum prædictarum nihil ultra ratas contingentes eaſdem univerſitates exigatis ab ipſis ratione ponderis, ſeu cambii, vel exfridi. Incongrua, & damnoſa officia, ſeu mandata, aut commiſſiones, ut pote de deſtituendo, & diſarciendo Comites, & Barones alios dictæ provinciæ vel aliunde poſſeſſione bonorum feudalium ſeu burgenſaticorum pro parte curiæ, vel alia quacumque officia, ſeu commiſſiones, vel ſervitia curiæ non committatis ſupplicantibus memoratis, niſi in terris, caſtris, ſeu locis eorum, & in locis convicinis, & tunc talibus perſonis comittatis, qui ad hæc ſint idonei, ſufficientes, & habiles, & talia committantur, quæ ſtatum, & conditionem eorum deceant quibus commiſſa fuerint: de cauſis quippe civilibus, aut fortaſſe levibus, & vilibus, quæ ad officium bajulorum, & Prælatorum dictæ Caſſinenſis eccleſiæ de jure ſpectant, niſi dumtaxat quatenus vobis per Regni conſtitutiones, & capitula permictitur, in certis ſcilicet caſibus, in illis expreſſe nullatenus vos intromittere attentetis; Neque aliquos ex ſupplicantibus memoratis prætextu verborum clamoſorum, & conclamationum factarum adinvicem inter eos coram vobis vocari faciatis, & invitos propterea litigare, vel aliter ex quibuſcumque cauſis minus juſte quomodolibet compellatis. Porro ſupradictos ſupplicantes utique vaſſallos ſupradictæ eccleſiæ Caſſinenſis coram vobis, & adveſtra judicia, niſi in criminalibus quidem cauſis ſpretis defenſis portatione armorum, & in aliis, quorum cognitio ad curiam noſtram, vel officiales noſtros de jure pertineant nullatenus pertrahatis pro cauſis nempe frivolis minuſque juſtis prætextu denuntiationum occulte forte receptarum, & recipiendarum niſi in caſibus regni conſtitutionibus exceptuatis ad tribunalia veſtra nullatenus, & pro cauſis quantumvis juſtis extra fines territoriorum, terrarum, caſtrorum, & locorum Abbatiæ præfatæ ad loca quidem remota decreta vobis provinciæ ſed utique tantum ad propinqua loca Provinciæ ejuſdem citari, & vocari, coramque nobis ſucceſſivis temporibus, prout contigerit ad comparendum compellere præſumatis eo ad id, quod de occultis denuntiationibus receptis, & recipiendis duximus nos movente, quia regulariter in caſibus ubi ad delationem alicujus eſt inquiſitio facienda delatoris, ſeu denunciatoris nomen præterquam in certis ſpecialibus caſibus in regni, ut prædicitur conſtitutione exceptis, non eſt habendum occultum, ſed edendum eſt de lato, ſeu denunciato cum petierit ſibi. Et alias regni conſtitutiones atque capitula per progenitores noſtros divos reges Siciliæ pro bono ſtatu regni fidelium edita tam vos preſentes juſtitiarie, locumtenens, judex, & aſſeſſor, actorum cameræque notarius, & officiales alii, quam etiam & vos ſucceſſive futuri ſtudeatis, prout ad quemlibet veſtrum ſpectat, & ſpectabit prædictis ſupplicantibus officiorum veſtrorum temporibus intranſgreſſibiliter, & inconcuſſe ſervare. Quinimo vos preſentes juſtitiarius, judex, & aſſeſſor, actorum, cameræque notarii, & officiales aliis curetis ſtatim, prout ad unumquemque veſtrum ſpectat in irritum revocare, ſi contra præmiſſa omnia, & ſingula facere in aliquo præſumpſiſtis, ſupplicantibus antedictis, itaque non ſit proinde ſcriptiones alias inculcare, ſicut habetis gratiam noſtram caram, indignationemque noſtram, pœnaſque ſupradictas, & alias in dicti regni conſtitutionibus & capitulis comprahenſas cupitis evitare. Præſentes autem litteras poſt opportunam inſpectionem earum remanere volumus preſentanti apud veſtrum ſingulos cum opus fuerit præmiſſo modo, & efficaciter in antea valituras. Datum Neapoli per virum nobilem Thomam de Ruſalis de Meſſana militem magnæ noſtræ curiæ magiſtrum Rationalem, locumtenentem Prothonotarii regni noſtri Siciliæ, Conſiliarium, & fidelem noſtrum dilectum, anno Domini milleſimo, treceteſimo, ſexageſimo octavo, die octavo Februarii ſexta indictionis, regnorum noſtrorum anno vigeſimo ſexto.*

Hoc diploma integrum privilegiis ſuis intexuere Martinus V. Ladiſlaus, Johanna II. & Ferdinandus, ut ſuo loco dicemus.

An. 1368. die 5. Januarii Oderiſius de Scamno cœnobii S. Liberatoris Præpoſitus iterum bonorum ejuſdem cœnobii Apophaſim fecit, in qua quot ſingula oppida focos haberent explicatur. Illa tantum hic referremus, quæ aptiora videbuntur. *Caſtrum Serræ Monaciſcæ habens focularia centum, & decem &c. Caſtrum Pomarii continens octogintanovem focularia &c. Item habet caſale S. Petri, in quo habentur focularia triginta duo &c. Item habet caſtrum S. Angeli continens focularia quinquaginta &c. Item habet caſtrum Pelegræ continens focularia quatraginta &c. Item habet de contingentibus proventibus omnium caſtrorum prædictorum anno quolibet uncias tres vel quatuor, ſecundum quod contingunt exceſſus vaxallorum &c.*

Repertorium caſtrorum cœnobii S. Liberatoris.

Inter alia onera quæ cœnobii Caſſinenſis oppida Abbati recens benedicto perſolvere debebant, erat certa pecuniæ quantitas; ut ex bullis Pontificiis, publicis Inſtrumentis, aliiſque ſcripturis conſtat. Quare in Regeſto II. Bernardi Abbatis p. 125. a t. hæc leguntur: *Regiſtrum continens omnem pecuniæ quantitatem debitam novo Prelato Sacri monaſterii Caſſinenſis pro ſacra, & dono ejuſdem ab univerſitatibus, & capitulis caſtrorum, & terrarum Abbatiæ Caſſinenſis.*

Certa pecuniæ quantitas Abbati Caſſinenſi a ſubditis perſoluta, cum recens benediceretur.

*Civitas S. Germani.*

*Univerſitas ſancti Germoni tenetur pro ſacra, &*

*& dono novo Prælato Caſſinenſi in unciis quatraginta.*

*Vicarius perpetuus S. Germani cum capitulo tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis duabus.*

*Caſtrum S. Heliæ.*

*Univerſitas S. Heliæ tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis decem.*

*Archipresbyter dicti caſtri cum capitulo tenetur pro ſacra, & dono novo Prælato Caſſinenſi in uncia una.*

*Caſtrum Bellimontis.*

*Univerſitas caſtri Bellimontis tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in uncia una.*

*Abbas dicti caſtri cum capitulo tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in tarenis duodecim.*

*Caſtrum Vallisrotundæ.*

*Univerſitas Vallisrotundæ tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis decem.*

*Archipresbyter dicti caſtri cum capitulo tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in uncia una.*

*Caſtrum Sarraciniſci.*

*Univerſitas Sarraciniſci tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis quinque.*

*Archipresbyter dicti caſtri cum capitulo tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in tarenis decem, & octo.*

*Caſtrum Cardeti.*

*Univerſitas Cardeti tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis quinque.*

*Archipresbyter dicti caſtri cum capitulo . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .*

*Caſtrum Aquæfundatæ.*

*Univerſitas caſtri Aquæfundatæ tenetur pro ſacra, & dono Prelato Caſſinenſi in unciis quinque.*

*Archipresbyter dicti caſtri cum capitulo non tenetur quia ſunt juriſdictionis Venafranæ diœceſis.*

*Caſtrum Viticoſi.*

*Univerſitas caſtri Viticoſi tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis duabus.*

*Archipresbyter dicti caſtri cum capitulo non tenetur, quia ſunt juriſdictionis Venafranæ diœceſis.*

*Caſtrum Cerbarii.*

*Univerſitas caſtri Cerbarii tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis duodecim.*

*Archipresbyter dicti caſtri cum capitulo tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis duabus.*

*Caſtrum ſancti Victoris.*

*Univerſitas caſtri S. Victoris tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis quindecim.*

*Archipresbyter dicti caſtri cum capitulo tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis duabus.*

*Caſtrum S. Petri in fine.*

*Univerſitas S. Petri in fine tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis decem.*

*Archipresbyter dicti caſtri cum capitulo tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in uncia una.*

*Caſtrum Toroculi.*

*Univerſitas caſtri Toroculi tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in uncia una.*

*Archipresbyter dicti caſtri cum capitulo tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in tarenis ſex.*

*Diſſet.*

*. . . . Caſtrum Bandræ. . . .*

*Univerſitas caſtri Bandræ tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in uncia una.*

*Archipresbyter dicti caſtri cum capitulo tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in tarenis duodecim.*

*Rocca Bandræ.*

*Univerſitas Rocchæ Bandræ tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in uncia una, & tarenis decem.*

*Archipresbyter dictæ Rocchæ tenetur pro ſacra & dono novo Prelato Caſſinenſi in uncia una.*

*Caſtrum Cucurucii.*

*Univerſitas caſtri Cucurucii tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis quinque.*

*Archipresbyter dicti caſtri cum capitulo tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in tarenis viginti,*

*Caſtrum Mirtulæ.*

*Univerſitas dicti caſtri Mirtulæ tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis tribus.*

*Archipresbyter dicti caſtri cum capitulo tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in tarenis ſex.*

*Caſtrum S. Petri in Monaſterio.*

*Univerſitas S. Petri in monaſterio tenetur pro ſacra, & dono novo Prælato Caſſinenſi in uncia una.*

*Archipresbyter dicti caſtri cum capitulo tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in tarenis quindecim.*

*Caſtrum Pediſmontis cum Villa.*

*Univerſitas caſtri Pedimontis cum villa tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis duodecim.*

*Archipresbyter dicti caſtri cum capitulo non tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi, quia ſunt juriſdictionis Aquinatenſis diœceſis.*

*Caſtrum Plumbarolæ.*

*Univerſitas caſtri Plumbarolæ tenetur pro Sacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis quinque.*

*Archipresbyter dicti caſtri cum capitulo tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in tarenis duodecim.*

*Caſtrum Pignatarii.*

*Univerſitas caſtri Pignatarii tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis tribus.*

*Archipresbyter dicti caſtri cum capitulo tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in tarenis quindecim.*

*Caſtrum S. Angeli.*

*Univerſitas S. Angeli tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis quindecim.*

*Archipresbyter dicti caſtri cum capitulo tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis duabus.*

*Caſtrum Juncturæ.*

*Univerſitas caſtri Juncturæ tenetur pro ſacra, & dono novo Prælato Caſſinenſi in uncia una cum dimidia.*

*Archipresbyter dicti caſtri cum capitulo tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in tarenis quindecim.*

*Caſtrum Terami.*

*Univerſitas caſtri Therami tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis duabus.*

*Archipresbyter dicti caſtri cum capitulo . . . .*

 . . . .

Digitized by Google

. . . . , . . . . . . . . . . . . . . . . . .
. , . . . . . .

*Caſtrum Pontiſcurvi.*

*Univerſitas caſtri Pontiſcurvi tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis quinquaginta.*

*Archipresbyter dicti caſtri cum capitulo non tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi, quia ſunt Aquinatenſis diœceſis.*

*Caſtrum ſancti Stephani cum Villa.*

*Univerſitas S. Stephani cum Villa tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis quinque.*

*Archipresbyter dicti caſtri cum capitulo, tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in uncia una.*

*Caſtrum ſancti Georgii.*

*Univerſitas S. Georgii tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis ſex.*

*Archipresbyter dicti caſtri cum capitulo tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in uncia una.*

*Caſtrum ſancti Apollinaris.*

*Univerſitas S. Apollinaris tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis ſex.*

*Archipresbyter dicti caſtri cum capitulo tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in uncia una.*

*Caſtrum S. Ambroſii.*

*Univerſitas caſtri S. Ambroſii tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis duabus.*

*Archipresbyter dicti caſtri cum capitulo tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis duabus.*

*Caſtrum S. Andreæ cum Villa.*

*Univerſitas caſtri S. Andreæ cum Villa tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis quinque.*

*Archipresbyter dicti caſtri cum capitulo tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in uncia una.*

*Caſtrum Vallisfrigidæ.*

*Univerſitas caſtri Vallisfrigidæ tenetur pro ſacra, dono novo Prælato Caſſinenſi in unciis duodecim.*

*Archipresbyter dicti caſtri cum capitulo tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in uncia una.*

*Caſtrum novum.*

*Univerſitas caſtri novi tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis ſex.*

*Archipresbyter dicti caſtri cum capitulo tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in tarenis decem, & octo.*

*Caſtrum Fractarum.*

*Univerſitas caſtri Fractarum tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis quatraginta.*

*Archipresbyter dicti caſtri cum capitulo non tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi quia ſunt juriſdictionis Cajetanæ diœceſis.*

*Caſale S. Petri de Curulis.*

*Univerſitas S. Petri de Curulis tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis duabus.*

*Abbas dicti caſalis cum capitulo tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in uncia una.*

*Caſtrum Peſcharum.*

*Univerſitas caſtri Peſcharum tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis quatuor.*

*Clerici, & capitulum dicti caſtri tenentur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in tarenis quindecim.*

*Caſtrum S. Marci de Aqua ſodula.*

*Univerſitas caſtri S. Marci de Aqua ſodula tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in uncia una.*

*Clerici, & capitulum dicti caſtri tenentur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in tarenis ſex.*

*Robellionum Caſale S. Petri de Avellana.*

*Univerſitas caſalis Robellionis tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis quinque.*

*Civitas Monaceſca Caſale Sancti Petri de Avellana.*

*Univerſitas caſalis civitatis Monaceſchæ tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis quinque.*

*Caſale Magiſtrorum Caſalis Monaſterii S. Petri de Avellana.*

*Univerſitas caſalis Caſa magiſtrorum tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in uncia una.*

*Caſtrum Citrarii.*

*Univerſitas caſtri Citrarii tenetur pro ſacra, & dono novo prelato Caſſinenſi in unciis decem.*

*Clerici, & capitulum dicti caſtri tenentur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in uncia una.*

Hinc Urbanus V. haſce literas ad Caſſinatium Vaſſallos dedit: *Urbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis univerſis vaſſallis, ac ſubditis monaſterii Caſſinenſis nullius diœceſis Romanæ eccleſiæ immediate ſubjectis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut audivimus, in creatione, ſeu jocundo adventu novi Abbatis monaſterii Caſſinenſis, ſecundum antiquam conſuetudinem eidem Abbati certam pecuniæ ſummam ſolvere debeatis, decet fidelitatem veſtram hujuſmodi pecuniam tempore, quo ipſum monaſterium pro ejus evidenti utilitate, preſertim pro refectione eccleſiæ dicti monaſterii, quod ad noſtras manus tenemus, tanto libentius, & promptius ſolvere, quanto amplius letari debetis Romanum Pontificem in veſtrum habere immediatum ſuperiorem, & Dominum quantoque certiores eſtis, quod eadem pecunia in fabricam, ſeu edificationem dictæ eccleſiæ convertetur: ſicut & alii proventus ejuſdem monaſterii, prout vobis eſt notorium convertuntur. Quare univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur attente quatenus ob reverentiam S. Benedicti, ac noſtram hujuſmodi pecuniæ ſummam per vos novo Abbati dari ſolitam, quam ex nunc tenore præſentium pro dicta fabrica deputamus, velitis præſidetibus dictæ fabricæ liberaliter exhibere, ut ipſa eccleſia conſumari citius valeat, noſque teneamur vos habere efficacius commendatos. Datum Romæ apud S. Petrum II. Nonas Januarii Pontificatus noſtri anno ſeptimo. Nic. gratis de mandato D. noſtri Papæ. Bartholomæus.* Adeſt ſigillum plumbeum pendens. Ex originali in Archivo.

E quibus, aliiſque Urbani literis conſtat, ipſum ex tempore fuiſſe Abbatem Caſſinenſem, pecuniamque a ſubditis repetitam pro cenobii ædificiis inſtaurandis impendiſſe.

Anno 1368. die 2. Januarii Johannes Monachus Caſſinenſis, & Præpoſitus eccleſiæ S. Crucis oppidi Peſcularum prope Iſerniam apophaſim bonorum Apophaſis Bonorum Eccleſiæ S. Crucis.

Digitized by Google

rum ejus eccleſiæ conficiendum curavit juſſu . . . D. Martialis Prioris Peſenatii, & Vicarii generalis Caſſinenſis ab Urbano conſtituti, in quo hæc ad rem noſtram leguntur. *Dicta Prapoſitura habet ſpirituale, & temporalo in dicto caſtro Peſcularum. Item homines dicta terra tenentur facere redditum in tumolis grani, & ordei tumulos triginta quinque, prout patet per quaternum, & moris eſt in dicto caſtro. Item tenentur facere redditum in pecunia, vid. in feſto nativitatis Domini, & in reſurrectione Domini in parvulis, quod poteſt aſcendere ad ſummam tarenorum decem, & ſeptem. Item tenentur homines dicta terra de antiquata conſuetudine dare bajulum dicto Propoſito, qui bajulus tenetur ire ad macinandum pro uſu curia Propoſiti &c. tenetur etiam dictus Bajulus citare, & pignorare quotieſcumque erit ſibi imperatum per Prapoſitum, vel per ſuum officialem, quatenus de jure extitit ſenſentiatum. Item tenentur homines dicta terra de antiquata conſuetudine reparare caput ſcerti molendini, nec non portare lignamina groſſa pro ponte, & plancellas, & lignamina pro dicto molendino &c. Item habet ab ementibus, & vendentibus mercimonia in dicta terra, nec non & de paſſu animalium tranſeuntium per territorium dicti caſtri, quod poteſt valere annuatim tareni octo &c. Item tenetur facere prandium in feſto nativitatis Domini, & in reſurrectione Dñi bajulo, caſtallo, judici, notario, Molinario, & archipresbytero cum uno diacono de pane, vino, & carnibus, poteſt aſcendere ad ſummam tarenorum quinque. Item tenetur facere prandium dicto archipresbytero, & omnibus ſuis clericis in feſto S. crucis de pane, vino, & carnibus, ſi erit dies carnium, ſi non tenetur de aliis epulis poteſt aſcendere ad ſummam tarenorum quatuor &c. Item tenetur dare unicuique de dicta terra . . . . unum de vino, quando ſupradicti portant lapides pro macina molendini pradicti &c. Item pro ſacra domini Caſſinenſis ducatos auri quatuor.*

Ex originali in Archivo.

Lis inter oppida Robellionis, & carcerū.

Obortam litem inter oppidum Robellione monaſterio Caſſinenſi ſubditum, atque oppidum carcerum, Johanna Regina hiſce literis judici Nicolao Gerardo Iſernienſi dirimendam commiſit. *Johanna Dei gratia Jeruſalem, & Sicilia regina Ducatus Apulea, Principatus Capua Provincia, & Forcalquerii &c. Judici Nicolao Girardi de Iſernia Juriſperito fideli noſtro gratiam noſtram, & bonam voluntatem. Pro parte univerſitatis hominum caſtri, ſeu caſalis Robellionis provincia terra laboris, & comitatus Moliſii noſtrorum fidelium, fuit noviter majeſtati noſtra reverenter expoſitum, quod univerſitas, & homines ſupradicti vaſſalli, ac ſubditi monaſterii S. Petri de Avellana immediate ſubiecti monaſterio Caſſinenſi, & anteceſſores eorum a tempore, cujus in contrarium memoria hominum non extitit, ſumpſerunt & receperunt, ac ſumere, & recipere conſueverunt cum animalibus ipſorum in tenimento, & territorio caſtri carcerum de Aprutina provincia, citra flumen Piſcaria confinatitii . . . . . . . . . herbagia, paſcua, aquam, & ligna pro eorum libera volumptate, abſque impedimento, & contrarietate quacumque in poſſeſſione, ſeu quaſi, & uſu ſumendi dicta herbagia, paſcua, & aquam, & ligna fuerunt ab eo tempore uſque nunc ſemper pacifice, & quiete, verumque exponentes ipſi quod vigore nuper quarumdam literarum noſtrarum obtentarunt, ut ponitur, tacita veritate deſtituti fuerunt, & ſunt per Dños dicti caſtri carcerum poſſeſſione, ſeu quaſi & uſu dictorum erbagiorum paſcuorum, aqua, & lignaminum ordine judiciario minime obſervato, in noſtram injuriam, & eorum prajudicium manifeſtum, ſuper quo noſtra humiliter proviſione petita, nos pati nolentes fideles noſtros in eorum juribus injuxte opprimi ſive ledi, fidelitati tua harum ſerie de noſtra ſcientia committimus, & mandamus quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, ſi ſummarie, ſimpliciter, & de plano rem inveneris exponentium concordem, ſupplicatione ipſos in poſſeſſione priſtina, ſeu quaſi, & uſu ſumendi dicta erbagia, paſcua, aquam, & ligna in prafato territorio caſtri Carcerum in qua eos fuiſſe conſtiterit ante deſtitutionem pradictam praſentium authoritate reducas, & reductos manuteneas, & defendas, donec ipſorum rationis, & uſus duraverit jus, tamen non permittetis eos per Dominos dicti caſtri carcerum, ſeu quoſvis alios moleſtari ſuper indebite, vel turbari, ſi vero dicti homines, & Dñi dicti caſtri carcerum putaverint adverſus eoſdẽ ſupplicantes ex pradicta cauſa aliquod jus habere, illud ſi voluerint coram competenti Judice ordine judiciario proſequantur, praſentibus, poſt debitam inſpectionem earum, & executionem earum remanentibus preſentanti. Datum in S. Germano in abſentia Logotheta, & Protonotarii regni Sicilia locumtenentis, circ. per Loyſium de Conſtantio de Neapoli militem, juris civilis profeſſorem, magna noſtra curia magiſtrum Rationalem, dilectum conſiliarium, & fidelem noſtrum in anno Domini 1368. die 9. Martii VI. indictionis, regnorum noſtrorum anno XXVI.*

Ex originali in Archivo.

Qua hac ſententia dirempta eſt.

Cum vero Nicolaus quibuſdam reginæ negociis Romæ peragendis diſtentus cauſam per ſemet cognoſcere non poſſet, illam die 13. Aprilis ſubdelegavit Ludovico Iterapni ex caſtello Sangri, qui hanc protulit ſententiam. *Idem Syr Lodoycus ſubdelegatus, ſubcommiſſarius, & ſubexecutor authoritate ſibi tradita, & commiſſa, habito etiam conſilio diligenti, & debita deliberatione perpenſa, ſolum Deum, & Juſtitiam intuendo, Chriſtique nomen invocando, & facto etiam ſigno crucis, terminavit, definivit, ac terminando, definiendo, legitime declaravit, protulit pralibatam univerſitatem, & homines caſtri Robellionis, ac pralibatum Antonium ſindicum, pro nomine, & parte ipſorum deponendos fore reinducendos, & remittendos, atque repoſitos, reinductos, remiſſos, manutenendos, & protegendos, & defendendos, quoſque diffinitive determinative reinduxit repoſuit, & remiſit in pacifica quieta, & tranquilla poſſeſſione, vel quaſi ſumendi percipiendi, & habendi per affatos univerſitatem, & homines caſtri Robellionis cum eorum animalibus, herbagia, paſcua, aquam, & ligna in territorio, & tenimento caſtri carcerum memorati, quemadmodum, & alia actitata in hiis apud acta inde habita, & proceſſum, pralibatamque definitionem, & determinationem, & declarationem prolatam. Quibus omnibus, & ſingulis debite celebratis, nos qui ſupra judices, notarius praſentialiter interfuimus, & conſedimus cum memorato Syr Lodoico ſubdelegato, ſubcommiſſario, & ſub executore mei ſupradicti notarii propria manu ſcripta diffuſius, & clarius deſcribuntur &c.*



Digitized by Google

Die 26. Maii 1369. in oppido carcerum a Matthæo magiſtri Cerri de Trivento notario regio ſtipulatum fuit hoc inſtrumentum, cui cum plures ex oppido S. Martini monaſterio S. Petri de Avellana ſubiecto ſubſcribant, illud hactenus habitatum fuiſſe conſtat. Obſervatione pariter dignæ ſunt ejuſdem reginæ literæ ſupraſcriptæ apud S. Germanum die 9. Martii 1368. datæ, cum eo anno Romam ipſa per agrum Caſſinatem perrexerit, teſte authore vitæ Urbani V. apud Spondanum an. 1368. nu. 2., & Raynaldum nu. 10. hiſce verbis. *Præterea eodem menſe, Martii ſcilicet, ad ipſum Romam venerunt Johanna regina Siciliæ, & Petrus rex Cipri ſuperius nominati, & cum tunc occurrerit Dominica Lætare Jeruſulem, in qua conſuevit dari per Papam Roſa aurea viro nobili tunc in curia exiſtenti, dictam Roſam memorata Johanna tamquam nobiliori majori, & excellentiori, licet vir non exiſteret, dedit, regi prædicto ipſam in hoc præferendo, quæ more ſolito demum cum Cardinalibus, & aliis nobilibus per urbem equitavit &c.*

Petrus de Tartaris viſitator cœnobii Caſſinenſis factus.

Anno 1370. die 21. Januarii Urbanus 5. monaſterii Caſſinenſis Viſitatorem conſtituit Petrum de Tartaris hiſce verbis. *Urbanus &c. Dilecto filio Petro de Tartaris Priori clauſtrali monaſterii Montis Oliveti Senenſis diœceſis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Ad monaſterium Caſſinenſe &c. ob reverentiam beati Benedicti, qui in eo monachalem Regulam, quam in minoribus conſtituti profeſſi fuimus, inſtituit, & ſervavit, quod fuit monaſterium eſſeque debet aliorum monaſteriorum dicti ordinis &c. in regulari obſervantia ſpeculum, & exemplar, habentes præcipuæ devotionis affectum, de ipſius ſtatu jugiter cogitamus, gerimuſque in votis, quod per ſalubris viſitationis officium ſæpius inquirimus, ne aliquid in eo obrepat, quod diſciplinis monaſticis obviet &c, de tua igitur diſcretione gerentes in Domino fiduciam pleniorem, te ad dictum monaſterium providimus deſtinandum diſcretioni tuæ viſitandi dictum monaſterium, quod in abſentia proprii Abbatis nunc per Vicarium per nos in eo poſitum gubernatur, ac ipſum Vicarium, ceteroſque officiales ejuſdem monaſterii in ſpiritualibus, & temporalibus deputatos, ac monachos, & alias perſonas ipſius, nec non membra ejuſdem monaſterii &c., & in eis corrigendi, puniendi, reformandi, & ordinandi quæcumque correctionis, punitionis, reformationis, & ordinationis miniſterio videris indigere, etiam ipſos officiales ab eorum officiis ſuſpendendo, & totaliter amovendo, alioſque inſtituendo uſque ad adventum Abbatis præfati, nec non videndi, & audiendi per te, & alios computata &c.*

Paucos poſt dies viſitationem incepit.

Paucos poſt dies, nempe 30. Januarii Petrus viſitationem incepit ſuam, ex qua ea tantum adnotabimus, quæ ad rem noſtram conferunt. Ex Regeſto itaque I. Viſitationis, p. 8. a t. hæc leguntur. *Caſtra Abbatiæ Caſſinenſis ſunt hæc, vid. in primis civitas S. Germani caſtrum S. Petri in monaſterio, caſtrum Pedimontis, caſtrum Plumbarolæ caſtrum Pignatarii, caſtrum Terami, villa Pedimontis, caſtrum S. Victoris, caſtrum S. Petri in fine, caſtrum Toroculi; caſtrum Bantra, caſtrum Cucurutii, caſtrum Vallisrotundæ, caſtrum S. Eliæ, caſtrum Aquæfundatæ, caſtrum Pontiſcurvi, caſtrum Fractarum, caſtrum Vallisfrigidæ, caſtrum S. Ambroſii, caſtrum S. Stephani, caſtrum Cervarii, caſtrum Junctura, caſtrum S. Apollinaris, caſtrum S. Angeli in Theodicio, caſtrum S. Georgii, caſtrum novum, caſtrum Mirtulæ inhabitatum, caſtrum S. Nicolai de Pica, caſtrum Cardeti, caſtrum Sarraceniſci, caſtrum Viticoſi, caſtrum ſancti Petri de Foreſta &c.* Præter hæc vero oppida alia plura in comitatu Moliſii, in Aprutio, in Calabria &c. poſſidebat cœnobium noſtrum.

Caſtra Abbatiæ Caſſinenſis.

Epiſtola Urbani V. ad Reginã Johannam

Ex Regeſto Angeli & Andreæ fol. 30. a t.

Ejuſdem anni 1370. die 4. Maii hanc Urbanus V. epiſtolam ad reginam Johannam dedit. *Urbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei cariſſimæ in Chriſto filiæ Johannæ reginæ Siciliæ Ill. ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Quia ſcimus cariſſima filia, quod tu divino ſpiritu inſpirata ſaluti tuæ animæ providens, de bonis tranſitoriis locum tibi prudenter præparas in excelſis, hoſpidale grande ſumptuoſe feciſti conſtrui, congrueque dotari, & alia multa facis opera pietatis, de quibus continuandis in poſterum quanto devotam excellentiam tuam teneriori dilectione proſequimur, tanto eam affectuoſius exhortamur confidentia paterna, te pro tua ſalute, & regni tui, ut ſperamus, proſperitate inducimur deprecari, ut ſtatum venerabilis monaſterii Caſſinenſis, cujus ſpirituali, ac temporali reformationi ardenti devotione vacamus, ſtabilias tua gratia largitate. Audivimus ſiquidem hactenus relatione fideli, quod dictum monaſterium merum, & mixtum imperium, & omnimodam juriſdictionem in omnibus ſuis terris habebat, & quod hoc in ſuis privilegiis continetur; ſed quod claræ memoriæ Carolus primus rex Siciliæ in dictis terris juriſdictionem ſanguinis occupavit; quodque die occupationis hujuſmodi Siculi contra eum (quod dolenter referimus) ſed in caſu opportuno tacere non debemus, id quod putatur divinum judicium, rebellarunt: ex qua rebellione mala innumera ſunt ſecuta, audivimus etiam dolenter ſæpius, & aures tuæ, ut credimus, ſunt pulſatæ frequenter, quod Juſtitiarii prædeceſſorum tuorum, & tui in terris deputati præfatis vaxallos, & ſubditos dicti monaſterii, ex quorum laboribus Abbas, & monachi dicti monaſterii ſuſtentantur importabilibus gravaminibus oppreſſerunt, & juriſdictionem in civilibus, immo, (quod eſt abſurdius) etiam in ſpiritualibus, quam idem monaſterium habet, & poſſidet jugiter ſatagunt uſurpare: propter quæ, & querelas aſſiduas, ac proventuum ejuſdem monaſterii detrimenta graviſſima ſtatus quietis eorundem Abbatis, & Monachorum ibidem laudabiliter nunc viventium ſtare non poſſe diutius formidatur. Quare eandem tuam devotionem quanto affectuoſius poſſumus deprecamur, quatenus B. Benedictum monaſterii præfati patronum tibi, & Regno tuo placatum, & favorabilem conſtituens apud Deum omnem juriſdictionem in dictis terris per tuam curiam abolim uſurpatam, velis ob reverentiam Dei, dictique ſancti, & noſtram affectuoſam interceſſionem libere reſtituere, & effectualiter relaxare, & ſi jus in ea prætendas habere, illud dicto monaſterio gratioſe, ac liberaliter elargiri, ut hujuſmodi tua gratia opitulante idem ſtatus prædicti monaſterii optatis ſucceſſibus jugiter proſperetur, & tu multipliciter bonorum ſpiritualium, quæ in ipſo fiunt, & dante Domino, amplius fient, pro tempore conſtituas te conſortem &c. Datum apud montem Flaſconem 4. Nonas Maii Pontificatus noſtri anno octavo &c.* Ex hac epiſtola illa ſunt adnotanda:

Monaſterium Caſſinenſe habebat juriſdictionem criminalem in ſuis oppidis.

tanda:

Digitized by Google

tanda: *Audivimus ſiquidem hactenus relatione fideli quod dictum monaſterium merum, & mixtum Imperium, & omnimodam juriſdictionem in omnibus ſuis terris habebat, & quod hoc in ſuis privilegiis continetur: ſed quod claræ memoriæ Carolus primus rex Siciliæ in dictis terris juriſdictionem ſanguinis occupavit, quodque die occupationis hujuſmodi, Siculi contra eum &c. quod putatur divinum judicium rebellarunt &c.* Et illa: *Audivimus etiam dolenter ſæpius &c. quod Juſtitiarii prædeceſſorum tuorum, & tui in terris deputati præfatis vaxallos, & ſubdictos dicti monaſterii, ex quorum laboribus Abbas, & Monachi &c. ſuſtentantur, importabilibus gravaminibus oppreſſerunt, & juriſdictionem in civilibus (immo quod eſt abſurdius) etiam in ſpiritualibus quam idem monaſterium habet &c. jugiter ſatagunt uſurpare.* Eadem pene integra exſcribit Raynaldus an. 1370. num. 15.

Juriſdictionis cœnobii Caſſinenſis ab Urbano V. confirmatæ.

Hoc etiam anno 1370, utpote ſupremus regni Neapolitani Dominus die prima Auguſti confirmavit Caſſinatibus Urbanus V. donationem Roccæ Evandri a S. Henrico factam, pauloque antea die 27. Julii confirmaverat celebre Henrici VI. privilegium, de quo egimus contra Anonymum Bernardi I. Abbatis Caſſinenſis oſorem. Aſſerit vero Urbanus V. in bulla confirmationis: *Quas nos* (Henrici VI. litteras) *propriis oculis vidimus, & diligenter inſpeximus, & perlegimus &c.* De hiſce Urbani, & Henrici ſecundi litteris alibi actum.

Inquiſitiones ab Abbate Andrea inſtitutæ.

Plura uſurpata a quibuſdam bona, decimas, juriſdictiones &c. cœnobii Caſſinenſis ex Johannis XXII., & Urbani V. epiſtolis conſtat, atque ex illa Innocentii VI. ad Archiepiſcopum Neapolitanum, atque Abbates S. Laurentii de Averſa, & S. Vincentii in Vulturno die 14. Julii an. 1354. ſcriptis. Ut itaque Andreas Abbas perditis, labentibuſque Caſſinatium rebus opem ferret Inquiſitiones in omnibus ſubditis oppidis inſtituit, quas in regeſto ſuo conſcribendas curavit. Regeſtum Andreæ illi trium Angelorum unitum eſt, atque a p. 41. ſic incipit: *Regiſtrum factum ſub anno Domini 1371. per R. in Chriſto patrem, & dominum D. Andream Dei, & apoſtolicæ ſedis gratia Abbatem Caſſinenſem de omnibus bonis ejuſdem monaſterii inventis, & repertis per inquiſitionem, & informationem habitas per religioſum virum Fratrem Johannem de Valle Regia Præpoſitum infraſcriptum juxta tenorem ſuæ commiſſionis infraſcripta ſibi facta per præfatum D. Abbatem anno ut ſupra, & indictione nona &c. tenor commiſſionis talis eſt. Frater Andreas Dei, & apoſtolicæ ſedis gratia Abbas monaſterii Caſſinenſis, univerſis, & ſingulis Rectoribus, Archipresbyteris, Presbyteris, clericis, & laicis, terrarum monaſterii Caſſinenſis, ac etiam omnibus, & ſingulis tenentibus, poſſidentibus, extalleriis, & laboratoribus terrarum, & bonorum intus, & extra Abbatiam Caſſinenſem ad ipſum monaſterium Caſſinenſe ſpectantibus, ad quos præſentes pervenerint, ſalutem in Domino. Quia non minor eſt virtus, quam quærere parta tueri. Providimus religioſum virum Fratrem Johannem de Valleregia Monachum Caſſinenſem Præpoſitum Peſculorum, de cujus fide, & ſollicitudine, ac diligentia confidimus ab experto ad inquirendum, ſciendum, & in ſcriptis redigendum ea, quæ ipſum monaſterium in partibus ipſis habet cum clara determinatione confinium, & locorum, & ſciendum de fructibus, & valore ipſorum, & ſciendum particulariter, & diſtincte ſi quid ex eiſdem exiſteret occupatum, & videndum, & recipiendum rationes, & computa, & de receptis, & aſſignatis per eos, qui illa tenuerant, ſive ratione cameræ, ſive ratione officii cujuſcumque, & de reſiduis, & debitis, ac illa reſidua exigendi, & recipiendi, & de eo quod recepit duntaxat apodixas debitas illis, quorum intererit faciendi de certa noſtra ſcientia deputamus, dato ſibi per nos ad ſcribendum prædicta notario Georgio &c. ut hujuſmodi informatione poſſimus de ipſis bonis, & fructibus utilius pro ipſo monaſterio ordinare vobis, & veſtrum cuilibet ſub pœna excommunicationis, & quatuor unciarum pro quolibet contrafaciente expreſſe præſentium tenore mandantes, quatenus in præmiſſis, & circa præmiſſa reverenter, & fideliter pareatis, & obediatis Fratri Johanni prædicto, tanquam officiali, & commiſſario per nos ſpecialiter deputato, cui Fratri Johanni tenore præſentium damus, & concedimus plenam, & liberam authoritatem, & poteſtatem in præmiſſis, & pro præmiſſis inquirendi, præcipiendi, mandandi, citandi, & citari faciendi, contumaces, & rebelles condendandi, & condemnationes ipſorum fideliter redigendi, & redigi faciendi, ac etiam contradictores, & rebelles per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendi, quoties viderit expedire, & omnia alia, & ſingula faciendi, quæ in his fuerint oportuna. Pœnas autem ſpirituales, & temporales, quas rite tulerit in rebelles, faciemus, actore Domino, exigi effectualiter a tranſgreſſoribus, quarum pœnarum exactionem nihilominus nobis reſervamus. Datum in dicto noſtro monaſterio die 19. menſis Martii nona indictionis. Quibus quidem literis per dictum Fratrem Johannem Præpoſitum receptis, ipſe Frater Johannes volens dicti D. Abbatis obbedire mandatis, juxta ipſarum literarum tenorem executionem fecit, & invenit infraſcripta bona pertinere, & legitime ſpectare ad dictum monaſterium per fide dignam inquiſitionem per eum factam in civitatibus, caſtris, terris, & Villis infraſcriptis, prout particulariter infraſcribitur.* Ex hiſce inquiſitionibus ea tantum proferemus in medium, quæ rei noſtræ conducere videbuntur.

Inquiſitio in oppido Sarracinici.

Pag. 43. *Inquiſitio facta in caſtro Sarraciniſci per Fratrem Johannem de Valle Regia Præpoſitum, ut ſupra &c. præſentibus presbytero Johanne Archipreſbytero Sarraciniſci, Andrea Guangia, Johanne Preite de caſtro eodem, & notario Johanne. Caſtrum Sarraciniſci ſpectat ad officium cellararii Caſſinenſis, & homines caſtri ejuſdem tenentur univerſaliter dicto officio ad coſcinellas grani, & ordei &c. Item platea, & paſſus dicti caſtri ſunt, & ſpectant ad dictum officium. Item herbaticum eſt dicti officii. Item aquaticum eſt dicti officii &c. Item fida, & exfida Montanearum eſt dicti officii &c. Item quicumque extraneus faciet in dictis Montanis domos, tenetur ad peſcias caſei triginta. Item quilibet de dicta terra habens tugurium obtenta primo licentia, tenetur ad grannum unum. Item univerſitas tenetur pro excuſato tar. ſex. Item quilibet extraneus habens terras in dicto territorio tenetur ad decimam &c. Camera Caſſinenſis habet in dicto caſtro juriſdictionem ſpiritualem.*

Juriſdictio ſpiritualis

*Item homines dicti caſtri tenentur anno quolibet pro prandio unc. duas. Item pro ſacra & dono*

Digitized by Google

*dono novo Prælato Caſſinenſi unc. quinque &c.*

Inquiſitio in caſtro Cardeti.

*Fol. 44. Inquiſitio facta in caſtro Cardeti die 17. Madii nona indictionis per Fratrem Johannem &c. præſentibus Johanne de Gracia, Petro Cappellario, Petro Sollario, Petro Trenda, Simone Berardi de Cardeto, & presbytero Staſio.*

*Caſtrum Cardeti eſt officii collararii Caſſinenſis &c. Item quilibet de dicto caſtro, qui non habet franchitiam a D. Caſſinenſi tenetur anno quolibet dicto officio habens par unum bovum, quartaria quinque victualium, medietatem videlicet grani, & medietatem ordei, & decinam unam caſei, & qui habet unum bovem medietatem, & medietatem decima caſei. Platea, & paſſus eſt dicti officii, & ludus cartorum. Item habet excuſatum, videlicet majorem poſtam collecta generalis. Item quicumque non habet franchitiam, tenetur ad ſpallam unam porci annuatim, ſi habet porcum &c. Item homines de dicto caſtro habentes franchitiam tenentur pro copis, & pingiis, qui ſoliti erant ſolvere annuatim tar. viginti duo, & plus &c. Item homines univerſitatis debent dare Caſtaldum &c. homines univerſitatis debent dare juratos octo. Item quilibet extraneus habens terras in territorio dicti caſtri, tenetur ad decimam. Item ſunt novem baliſtarii, qui debent aſſociare dominum ſuis ſumptibus per unum diem &c. camera debet habere pro ſacra & dono uncias quinque novo Prælato Caſſinenſi.*

In Aquafundata.

*Fol. 45. Inquiſitio facta in Aquafundata per dictum Fratrem Johannem præpoſitum, ut ſupra die 18. Madii &c. præſentibus Adenulfo Cerclarella, Benedicto de Monte, Johanne Ruſſo, Petro Nalli, & Johanne de Landulfo de caſtro prædicto de bonis &c. ſpectantibus ad officium cellararii Caſſinonſis in caſtro Aquæfundatæ. Caſtrum ipſum eſt officii cellararii Caſſinenſis &c. Item homines dictæ terræ tenentur facere aliquos redditus grani, & ordei qui aſcendunt ad ſummam grani, & ordei tumulorum ſeptuaginta pro medietate grani, & medietate ordei &c. Item dictum officium habet ſorvitores treſdecim, qui debent ire cum litteris per totam Abbatiam, & non tenentur ad redditum pecudum, & ſpalla &c. Item debent dare pro excuſato tar. ſex. Item dicta terra tenetur dare caſtaldum, Item dictum officium habet in dicto caſtro plateam, & barattariam. Camera debet habere pro ſacra, & dono novo Prælato Caſſinenſi uncias quinque. Item quilibet extraneus habens terras in territorio prædicti caſtri tenetur ad terraticum de omnibus victualibus. Item vacante majori eccleſia S. Johannis de caſtro Aquæfundatæ ſive per mortem Archipresbyteri, aut per renunciationem, vel per quamcumque aliam cauſam, clerici ejuſdem caſtri debent accedere ad preſentiam D. Abbatis Caſſinenſis pro licentia faciendi, & celebrandi electionem de Archipresbytero in eccleſia prædicta, qua licentia conceſſa, & obtenta, ipſi clerici habent eligere Archipresbyterum infra tempus a jure ſtatutum, & electionem ipſam referre prædicto D. Abbati Caſſinenſi. Abbas vero facta ſibi repreſentatione electionis ipſius, & examinato decreto electionis, & perſona electa, ſi ipſam electionem rite factam utpote de perſona idonea acceptandam duxerit, ſcribit epiſcopo Venafrano per ſuas literas, & repreſentat eundem electum prædicto epiſcopo, & epiſcopus, ut ad ipſum attinet, recipit eundem electum, & quæ facta ſunt acceptat, quo facto pro parte D. Abbatis mictitur unus ex Monachis Caſſinenſibus, & inſtallat ipſum Archipresbyterum in locum Archipresbyteratus eccleſiæ prædictæ, & aſſignat ſibi claves ejuſdem eccleſiæ, & poſſeſſionem Archipresbyteratus. Quod ſi clerici prædicti infra tempus a jure ſtatutum non elegerint, vel electionem ineptam, & inutilem fecerint, electio ipſa devolvitur ad dictum D. Abbatem Caſſinenſem, & ipſe providet, & ordinat Archipresbyterum in eandem eccleſiam juxta velle ſuum. Electus autem in Archipresbyterum dictæ eccleſiæ debet eſſe Vaxallus monaſterii Caſſinenſis.* Oppidum Aquæfundatæ in ſpiritualibus epiſcopo Venafrano ſubeſt, atque jus memoratum Abbati Caſſinenſi, utpote temporali ejus caſtri Domino, competebat.

Inquiſitio in oppido Viticuſi.

Pag. 46. *Inquiſitio facta per dictum Fratrem Johannem &c. In caſtro Viticoſi die 18. Madii &c. præſentibus Pucio de Viticoſo, Philippo Jacobi Giptii, Johanne de Angelo, Blaſio magiſtri Leonardi de caſtro eodem. Caſtrum ipſum eſt officii cellararii Caſſinenſis &c. Item univerſitas debet dare pro excuſato tarenos novem &c. Item ſunt ſervientes quatuor, qui non tenentur ad redditum pecudum, & ſpallarum, ſed tenentur ire cum literis. Item univerſitas dicti caſtri tenetur dare caſtaldum &c. Camera debet habere pro Sacra, & dono uncias duas novo Prelato Caſſinenſi. Item quilibet extraneus habens terras in territorio dicti caſtri, tenetur ad terraticum de omnibus victualibus. Item vacante majori eccleſia S. Mariæ de Viticoſo &c.* Hoc etiam oppidum ſpirituali epiſcopi Venafrani juriſdictioni ſubeſt, quare quod de Aquafundata diximus, hic etiam recurrit.

Inquiſitio in civitate S. Germani.

Pag. 47. *Inquiſitio facta in civitate S. Germani, & ejus pertinentiis &c. Camera Caſſinenſis habet ſubſcripta bona in dicta civitate &c. Domus, quæ dicitur curia cum curti, & horto, & omnibus pertinentiis ſuis, juxta menia terræ, juxta mercatum, juxta campanile S. Germani &c. Item quod civitas ipſa eſt in ſpiritualibus, & temporalibus monaſterii Caſſinenſis &c. Item platea, quæ dicitur platea Acurariorum ante mercatum ab utraque parte &c. Lapis piſcium, quæ valet annuatim unc. unam, tar. ſex. Piſcaria S. Germani valet annuatim unc. unam tarenos ſeptem &c. opera bobum, & gallinarum valet annuatim unc. unam tar. 18. &c. Vicarius perpetuus S. Germani cum capitulo tenetur pro viſitatione anno quolibet in tar. duodecim, et pro ſacra novo Prelato Caſſinenſi unc. duæ. Univerſitas S. Germani tenetur pro ſacra, et dono novo Prelato Caſſinenſi in unc. quadraginta etc. Piſcaria ſita in burgo S. Johannis cum balneo, quam tenet D. Philippa uxor qm. D. Benedicti de Plumbarola tenetur pro annuo cenſu in tar. duobus, et tenetur ad renovationem viginti novem annorum etc. officium hoſpitalis Caſſinenſis. Hoſpitale ſitum loco, ubi dicitur rapidum cum hortalibus tribus in circuitu etc. homines omnes de Villa Peule, et Villa Collium tenentur anno quolibet reddere dicto officio gallinam unam pro quolibet. Item qui interficit porcum, tenetur ad ſpallam, aut ad gallinam etc. In Villa Thora Jacobus de Miniano debet curiæ tria opera brachiorum, et gallinas duas: Laurentius della Ricza brachiorum opera tria, et gallinas duas.* Triginta duo alii recenſentur iiſdem oneribus obnoxii.

Inquiſitio in vicis Foreſtæ Cairæ, & Farignolæ.

*In Foreſta ſancti Germani Benedictus Contegna tene-*

*tenetur curiæ pro operibus brachiorum opera tria.* Deſcribuntur alii ejuſdem vici incolæ, qui eadem perſolvebant: *In Villa Caire Petrus de magiſtro opera tria brachiorum, heredes Benedicti de magiſtro opera tria brachiorum, et gallinas duas pro domo.* Alii quoque recenſentur. *In Villa Farignolæ Johannes Pauli opera tria brachiorum. Benedictus Ferraziolus Heredes Johannis Abbatis opera tria, et gallinas duas.* Alii omnes deſcribuntur iiſdem operibus obnoxii.

Inquiſitio in oppido S. Eliæ.

Pag. 55. *Inquiſitio facta in caſtro S. Heliæ die 13. menſis Madii nonæ indictionis per F. Johannem &c. preſentibus notario Petro Manneſe, Cicco Johannis de Franco, Bartholomæo Papa, Benedicto de Riccardo, & Bartholomæo Benedicti Forte, ac Johanne Mellore de caſtro S. Heliæ &c. caſtrum S. Heliæ eſt in ſpiritualibus, & temporalibus cameræ Caſſinenſis. Item camera Caſſineñ. habet in dicto caſtro Aquaticum &c. Item habet ibi terraticum &c. dicta camera habet in territorio S. Heliæ monaſterium Vallislucis, cum juribus, poſſeſſionibus, edificiis, terraticis, decimis, & pertinentiis ſuis, homines univerſitatis dicti caſtri tenentur anno quolibet cameræ Caſſinenſi pro prandio in unciis quatuor argenti. Item tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unciis decem &c. Camera Caſſinenſis habet in dicto caſtro jus plateaticum tam a venditoribus quam ab emptoribus. Item dicta camera Caſſinenſis habet in territorio dicti caſtri herbaticum, videlicet fidam, & exfidam &c. Judex caſtri S. Heliæ qui ſedet in curia rectoris Caſſinenſis tenetur annuatim in tarenis decem, & octo.* Pag. 57. a t. illi recenſentur, qui equo merebant.

Inquiſitio in oppido Vallis rotundæ.

Pag. 59. *Inquiſitio facta in caſtro Vallisrotundæ, &c. præſentibus Rainaldo de Rocca, presbytero dicti caſtri, Johanne Nicolai Guerrerii, Johanne Cocclarella. Caſtrum namque ipſum eſt in ſpiritualibus, & temporalibus cameræ Caſsinenſis. Item clerici dicti caſtri faciunt ſimiles decimas de bonis paternis, & maternis, ac de terris emptis. Item homines dicti caſtri tenentur ad decimam dictæ cameræ grani, fabarum, milii, ordei, ſpeltæ, vini, ſcilicet de quindecim cannatam unam, de ſingulis decem agnis pecudinis unum &c. Item quilibet dicto caſtro habens boves domitos per ſe, vel cum alio ſolvit dictæ cameræ grana duodecim præter illos, qui habent franchitias. Item quilibet habens gallinas a tribus ſupra, facit ipſis gallinis, & foculari gallinam unam, & gallum unum exceptis judicibus, & notariis, ita tamen quod precibus rectoris, debeant ſedere in curia, & non habentes gallinas ſolvunt pro foculari grana quatuor &c. homines de Vallerotunda tenentur cameræ pro excuſatione bajuli, & caſtaldi anno quolibet in tar. 18., & ipſi homines non tenentur dare caſtaldum neque bajulum rectori &c. Item homines dicti caſtri anno quolibet tenentur dare rectori duos Foreſterios vel decem juratos, qui debeant cuſtodire blada, & labores &c. Item dicta camera debet habere anno quolibet a dicta univerſitate pro prandio uncias tres. Item pro ſacra, & dono novo Prelato Caſsinenſi unc. decem. Archipresbyter, & capitulum dicti caſtri tenetur etc. pro ſacra, et dono in uncia una. Judices, et notarii poſſunt ſedere in curia rectoris ſine gagiis ab ipſo Rectore, retento ejus Jure conſueto. Item nullus de dicto caſtro poteſt venari in dicto territorio ſine licentia curiæ etc. Item judex dicti caſtri tenetur dare in feſto Natalis Domini tar. ſex.* Et pag. 60. illi deſcribuntur, qui molendina habebant, & piſtrina olearia, pro quibus annuum cenſum monaſterio noſtro perſolvebant.

Inquiſitio in oppido Cervarii.

Pag. 60. a t. *Inquiſitio facta in caſtro Cervarii &c. Præſentibus presbytero Nicolao de Teremia, Johanne de Jacobo, Nicolao Jacobi, Matthæo de Palma magiſtro Petro Damiani, Nicolao Maragoni, Jacobo de Thoma, Andrea Pauli notarii Petri. Caſtrum ipſum Cerbarii eſt Infirmariæ Caſſinenſis &c. Item quilibet de dicto caſtro tenetur dicto officio ad terraticum victualium omnium terrarum ſuarum ſitarum in territorio Cervarii, vid. de grano, ordeo, & fabis, exceptis illis, qui franchitiam habent. Item omnes homines de dicto caſtro habentes par bobum tenentur ad tarenum unum annuatim, qui vero habet unum bovem tenetur ad grana trexdecim in feſto S. Lucæ, exceptis illis, qui franchitiam habent a D. Caſſinenſi. Item quilibet de dicto caſtro tam habentes boves, quam non, tenentur dicto officio pro operibus brachiorum grana decem, exceptis illis, qui Franchitiam habent &c. Item quælibet domus dicti caſtri in qua ſit ignis, & non ſit cenſuata, reddit anno quolibet dicto officio in feſto nativitatis Domini gallinam unam, ova decem, in feſto Paſcatis, quartam partem unius decinæ de caſeo, & ova decem &c. Item quæcumque domus, quæ non facit ſalutem in dictis feſtivitatibus &c. tenetur ad certum annuum cenſum, prout in cenſuario continetur &c. Item quod dictum officium Infirmariæ habet in dicto caſtro Judicatum, qui judex debet habere a quolibet foculari &c. anno quolibet in feſto Paſcatis ova quinque, & in feſto nativitatis Domini ova quinque, & tenetur ire ubiq; per Abbatiam ad petitionem hominum dictæ terræ expenſis conducentis eum. Item prædictum officium habet in dicto caſtro Scuſatum majorem poſtæ in collecta generali in prandio, & ſacra, & compoſitione Juſtitiæ. Item &c. habet in dicto caſtro bajulum, & caſtaldum francos. Item dictus caſtaldus tenetur ire cum literis ubique per Abbatiam ad expenſas ſuas extra ad expenſas curiæ &c. Debet habere a bajulo, ſeu judice dicti caſtri Cervarii in feſto nativitatis Dñi auguſtalem unum. Item pro platea dicti Caſtri debet habere anno quolibet &c. tarenos duodecim, etc. Camera habet juriſdictionem ſpiritualem in dicto caſtro Cervarii Univerſitas dicti caſtri tenetur anno quolibet pro prandio in unciis quatuor, et pro ſacra, et dono in unciis duodecim cuilibet novo Prelato Caſſinenſi etc. Die prædicto 19. menſis Madii etc. in dicto caſtro bannitum eſt, ut hinc ad octo dies doceant de ſingulis franchitiis aliter ipſas habeant pro perditis etc.*

Inquiſitio in caſtro S. Victoris.

Pag. 63. a t. *Inquiſitio facta in caſtro S. Victoris die 20. menſis Madii etc. præſentibus presbytero Petro, Archipresbytero S. Victoris, presbytero Nicolao Rectore eccleſiæ S. Nicolai, Antonio de Baſili, Nicolao de Archipresbytero, Johanne Nicolao de Milo, Leonardo dicto Perillo, Jacobo Caminello de S. Victore. Caſtrum S. Victoris in ſpiritualibus, et temporalibus eſt cameræ Caſsinenſis. Homines omnes dicti caſtri faciunt decimam cameræ Caſsinenſi de toto territorio videlicet grani, ordei majorini, fabarum, ſpeltæ et milii, ac vini, exceptis illis, qui franchitiam habent etc. Univerſitas dicti caſtri tenetur anno quolibet cameræ Caſsinenſi in unciis tribus pro prandio, et pro ſacra, et dono novo Prelato*

Caſ-

Digitized by Google

*Caſſinenſi unc. quindecim etc. Item camera Caſſinenſis habet in territorio dicti caſtri herbaticum, videlicet fidam, et exfidam. Item quilibet de dicto caſtro habens pecudes, tenetur de ſingulis decem agnis dare unum pro decima &c. Platea dicti caſtri eſt officii cellararii Caſſinenſis &c. officium judicatus tenetur anno quolibet &c. in tarenis decem, & octo.* Pag. 65. illi deſcribuntur, qui molendina, & piſtrina olearia ſub annuo cenſu monaſterio Caſſinenſi perſolvendo, habebant.

Inquiſitio in oppido S. Petri in fine.

Pag. 65. a t. *Inquiſitio facta in caſtro S. Petri in fine die 21. menſis Madii &c. Preſentibus presbytero Andrea Archipresbytero dicti caſtri, presbytero Petro de Neapoli, Riccardo de Philippo, Petro Magiſtri Nicolai, Nicolao Tito, Jacobo Placza Matthæo Johannis Matthæi Meurutio Johannis de Philippo, Johanne Giptii, & Johanne Molinari de S. Petro in fine.*

*Caſtrum S. Petri in fine eſt cameræ Caſſinenſis in ſpiritualibus, & temporalibus. Item camera Caſſinenſis habet in territorio dicti caſtri herbaticum, videlicet fidam, & exfidam. Item quilibet de dicto caſtro habens pecudes tenetur de ſingulis decem agnis pecudinis unum pro decima &c. Univerſitas dicti caſtri tenetur anno quolibet pro prandio in uñc. una, & dimidia, & pro ſacra, & dono uñc. decem novo Prelato Caſſinenſi &c. Judex dicti caſtri tenetur anno quolibet dicto officio in tarenis decem, & octo &c. Philippus judicis Philippi Comeſtabulus Venafranus tenetur pro platea dicti caſtri anno quolibet in tarenis viginti quatuor. Item omnia edificia conſtructa, ſeu conſtruenda in aqua dicti caſtri cum licentia Dñi tenentur anno quolibet pro cenſu ad tar. unum pro quolibet.*

Inquiſitio in caſtro Bandræ.

Pag. 67. *Inquiſitio facta in caſtro Bantræ &c. præſentibus presbytero Petro Archipresbytero Bantræ, Johanne Fleri, Cicco Roſſo, presbytero Jacobo Teſta, presbytero Jacobo Magiſtri Petri de Bantra caſtrum ipſum Bantra eſt in ſpiritualibus, & temporalibus cameræ Caſſinenſis. Item omnes de dicto caſtro habentes poſſeſſiones in dicto caſtro reddunt anno quolibet cameræ Caſſinenſi terraticum de omnibus bonis, & terris ſuis præter illos, qui habent franchitiam, videlicet de ſeptem partibus unam, de grano, ordeo, & milio &c. Univerſitas dicti caſtri tenetur anno quolibet dictæ cameræ pro Prandio unciam unam, tar. quindecim, & pro ſacra, & dono novo Prælato Caſſinenſi unciam unam, & mediam &c. Item camera Caſſinenſis habet in territorio dicti caſtri herbaticum, videlicet fidam, & exfidam &c. Item platea dicti caſtri eſt cameræ Caſſinenſis &c.*

Inquiſitio in caſtro Juncturę.

Pag. 68. *Inquiſitio facta die 22. menſis Madii &c. habita in formatio per Archipresbyterum dicti caſtri, & alios probos viros de Bantra, quod caſtrum Junctura eſt dicti officii Infirmariæ &c. Item omnes habentes poſſeſſiones in territorio Juncturæ, cujuſcumque conditionis exiſtant, tenentur ad decimam omnium fructuum provenientium ex poſſeſſionibus ipſius, exceptis franchis &c. Item univerſitas dicti caſtri tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato uñc. una cum dimidia, & pro pranido uñc. una &c. Juriſdictio ſpiritualis eſt cameræ Caſſinenſis.*

Inquiſitio in caſtro Cucurutii.

Pag. 68. a t. *Inquiſitio facta in caſtro Cucurutii die 22. menſis Madii &c. præſentibus presbytero Petro Archipresbytero Cucurutii, notario Luca, judice Jacobo Ritio, Andrea Ruſſo, Bartholomæo de Benedicto, Johanne de Riccardo, & Nicolao Johannis de Guillelmo de Cucurutio &c. Caſtrum ipſum Cucurutii eſt in ſpiritualibus, & temporalibus cameræ Caſſinenſis. Item homines omnes dicti caſtri faciunt de omnibus terris eorum anno quolibet, quando ſunt Mageſe Terraticum, & de ſex tumolis unum, videlicet de grano, ordeo, fabis, & mileo. Item quando ſtupatum ſeminatur ad granum facit decimam &c. Item quilibet de dicto caſtro habens par unum bovum tenetur anno quolibet ad grana ſeptem &c. Camera habet in dicto caſtro turrim, ſeu fortalitium juxta eccleſiam S. Salvatoris &c. Univerſitas dicti caſtri tenetur anno quolibet pro prandio dictæ cameræ unciis duabus. Item pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi uncias quinque &c. Item univerſitas tenetur dare caſtaldum francum ab omnibus collectis &c. domos omnes, quæ ſunt loco, ubi dicitur corte tam conſtructa, quam conſtruenda reddunt cameræ anno quolibet grana tria pro quolibet. Item ſi homines dicti caſtri faciunt vineas, tenentur dictæ cameræ ad decimam de vino puro &c. Item camera Caſſinenſis habet in territorio dicti caſtri herbaticum, ſcilicet fidam, & exfidam. Item platea dicti caſtri eſt cameræ Caſſinenſis cum omnibus juribus ſuis &c. Item quilibet de dicto caſtro habens pecudes, tenetur de ſingulis decem agnis pecudinis unum pro decima &c.*

Inquiſitio in caſtro Mirtulæ.

Pag. 69. a t. *Inquiſitio facta in caſtro Mirtulæ die 22. menſis Madii &c. per informationem Jacobi Ritii de caſtro Cucurutii &c. Caſtrum Mirtulæ inventum eſt exhabitatum. Item idem caſtrum eſt officii Theſaurariæ Caſſinenſis cum terris infraſcriptis &c. Paſſus Mirtulæ quicumque tranſit par unum molarum grana duodecim, & pro quolibet miliare pecudum, vel caprarum tar. duo, pro quolibet bove granum unum, vel bacca &c. Item univerſitas dicti caſtri tenetur monaſterio Caſſinenſi pro prandio uncias duas, & pro ſacra, & dono novo Prelato uncias tres. Item curia habet plateam dicti caſtri cum omnibus juribus ſuis, & herbaticum, ſcilicet fidam, & exfidam. Item curia habet molariam in territorio dicti caſtri, quæ dicitur Molaria S. Mariæ de Mortula.*

Inquiſitio in caſtro Toroculi

Pag. 70. a t. *Inquiſitio facta in caſtro Toroculi die 24. menſis Madii &c. preſentibus presbytero Benedicto, Johanne Boſo, Jacobo magiſtri Riccardi, Thomaſio Lactarolo, Petro de Chriſtofaro, Benedicto de Franciſco &c. Caſtrum ipſum eſt in ſpiritualibus, & temporalibus cameræ Caſſinenſis. Item omnes homines de dicto caſtro habentes poſſeſſiones, & terras in territorio dicti caſtri tenentur ad terraticum anno quolibet de grano, & ordeo, mileo, videlicet de ſeptem partibus unam, quando ſunt mageſe tantum. Item granum farrum in Mageſe facit terraticum &c. Univerſitas dicti caſtri tenetur anno quolibet cameræ pro prandio tarenos duodecim. Item pro ſacra, & dono unc. unam &c. Item platea dicti caſtri eſt cameræ, & herbaticum, vid. fidam, & exfidam &c. Judex dicti caſtri tenetur officio camerariatus tar. duodecim & debet eſſe immunis a collectis.*

Inquiſitio in caſtro Luci.

Pag. 70. *Inquiſitio facta in caſtro Luci &c. habita eſt informatio per probos viros caſtri prædicti quod univerſitas dicti caſtri tenetur pro ſacra, & dono novo Prælato Caſſinenſi unc. quatuor &c.*

Inquiſitio

*Inquiſitio facta in caſtris & terris S. Liberatoris*

de

Digitized by Google

in caſtris S Liberatoris de Majella. de *Majella &c. Habita eſt informatio per probos viros dictorum caſtrorum, quod univerſitas caſtri Pomarii tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi unc. una, Item univerſitas caſtri Serra tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi unc. una. Item univerſitas caſtri S. Angeli tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi tarenos 20. Item univerſitas caſtri Pelegra tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato tar. 15. Item univerſitas caſalis S. Petri de Monte plano tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi tar. decem.*

Inquiſitio in caſtro nuvo. Pag. 71. a t. *Inquiſitio facta in caſtro novo &c. Caſtrum ipſum cum fortalitio, & pertinentiis ſuis, eſt univerſaliter officii veſtararii Caſſinenſis. Item dictum officium habet integram decimam in toto territorio caſtri novi, vid. grani, hordei, milei, fabarum, & farrorum. Item tenentur dicti homines ad decimam univerſalem vini Caſſinenſi cameræ &c. Item officium cellararii habet in caſtro novo jus plateaticum quod communiter valet annuatim unc. novem, quinque, decem, duodecim &c. Item habet camera jus ſpirituale in caſtro novo. Item habet dicta camera in caſtro novo anno quolibet pro jure prandii unc. tres ab univerſitate dicti caſtri, & pro ſacra, & dono novo Prelato unc. ſex &c. Item camera Caſſinenſis habet in territorio dicti caſtri herbaticum ſcilicet fidam, & exfidam, & glandaticum &c. In caſtro novo nullus eſt habens franchitiam.*

Inquiſitio in caſtro S. Georgii. Pag. 72. a t. *Inquiſitio facta in caſtro S. Georgii Caſtrum ipſum totum eſt officii veſtarii Caſſinenſis præter ſpiritualitatem, quæ pertinet ad cameram Caſſinenſem. Item quod omnes de dicto caſtro debent decimam dicto officio veſtarii de grano, hordeo, mileo, fabis, & ſpelta, & farris, & de omnibus ſeminibus, & de vino ex conſuetudine antiquata &c. Item rector tenetur officio camerariatus tar. novem. Scafa portus S. Georgii cum platea eſt officii cellararii, quæ valent annuatim unc. decem &c. Item univerſitas S. Georgii facit pro prandio annuatim unc. unam, & tar. ſex, & pro ſacra unc. ſex &c. Item camera Caſſinenſis habet in ſerritorio dicti caſtri herbaticum, ſcilicet fidam, & exfidam, & glandaticum &c.*

Inquiſitio in caſtro S. Angeli in Theodice. Pag. 73. a t. *Inquiſitio facta in caſtro S. Angeli in Theodice &c. Caſtrum ipſum S. Angeli eſt officii veſtarii Caſſinenſis cum juribus, & pertinentiis ſuis. Item quod homines omnes dicti caſtri tenentur annis ſingulis officio veſtarii de omnibus poſſeſſionibus eorum terraticum grani, milei, & ordei, quod terraticum intelligitur de ſeptem tumulis unum. Item camera Caſſinenſis habet in territorio dicti caſtri herbaticum videlicet fidam, & exfidam, & plateam cum omnibus juribus ſuis, & habet glandaticum de porcis, & ſcrofis &c. D. Caſſinenſis debet cuſtodire forum S. Angeli ad expenſas dicti officii per tres dies. Officium ſupradictum debet habere in dicto foro logiam unam, in qua ſunt pondera, & barattaria, & quilibet emens ſolvit den. unum pro decina, & vendens tantumdem, exceptis hominibus caſtri S. Angeli. Item officium camerariatus debet habere anno quolibet in judicatu dicti caſtri tar. viginti unum &c. Univerſitas dicti caſtri S. Angeli tenetur anno quolibet camera Caſſinenſi pro prandio in unciis tribus, & pro ſacra novo Prelato unc. quindecim.*

Inquiſitio in caſtro S. Andreę & Villa. Pag. 75. *Inquiſitio facta in caſtro S. Andrea, & villa &c. preſente presbytero Andrea Joha nnis Palmerii de S. Andrea &c. Caſtrum ipſum cum pertinentiis ſuis eſt camera Caſſinenſis in ſpiritualibus, & temporalibus. Item camera Caſſinenſis habet ibi terraticum de grano, ordeo, mileo, & fabis de terris ab omnibus hominibus prædicti caſtri &c. De tumolis quindecim tumulos duos, & de vino decimam partem, debet habere Dominus ultra rectoriam pro prandio unc. tres &c. Item judex dicti caſtri debet dare in feſto Nativitatis Domini tar. duodecim. Item curia habet plateam cum omnibus juribus ſuis.*

Pag. 75. a t. *Inquiſitio facta in caſtro S. Ambroſii &c. præſentibus magiſtro Johanne de Jacobo, notario Leonardo ejus filio, Benedicto Salto, Petro Cauſella, & Chriſtopharo Petri Aldemarii de S. Ambroſio.*

*Caſtrum ipſum eſt camera Caſſinenſis tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, & faciunt homines ejuſdem caſtri decimam grani, hordei, ſpelta, milei, fabarum, & vini &c. Item platea S. Ambroſii eſt dicti officii infirmaria. Item pro judicatu dicti caſtri debet habere tar. ſeptem &c. Item dicta camera debet habere ab univerſitate S. Ambroſii pro prandio annuatim unc. tres in argento, &c.* Inquiſitio in caſtro S. Ambaoſii.

Pag. 77. a t. *Inquiſitio facta in caſtro S. Apollinarii &c. præſentibus presbytero Benedicto Cannapone Benedicto Bartholomai, Johannis de Pontecurvos, Matthæo Medico de S. Apollinario. Caſtrum S. Apollinarii totum eſt demanii officii Hoſpitalis Caſſinenſis &c. Item omnes homines dicta terra tenentur dicto officio ad decimam grani, hordei, ſpelta, avena, milei, quæ jura cum rectoria valent unc. decem. Item dictum officium habet in dicto caſtro Scafam &c. Camera Caſſinenſis habet in dicto caſtro juriſdictionem ſpiritualem. Item debent homines univerſitatis pro prandio unc. quatuor, & pro ſacra unc. ſex &c. Item camera Caſſinenſis habet in territorio dicti caſtri herbaticum vid. fidam, & exfidam, & glandaticum. Item homines dicti caſtri habentes pecudes tenentur de ſingulis decem agnis pecudinis dare unum pro decima &c. Officium camerariatus debet habere pro judicatu tar. duodecim.* Singillatim recenſentur illi, qui equo merere debebant, quique, ut hoc ſe onere eximerent, cenſum annuum perſolvebant. Inquiſitio in caſtro S. Apollinaris.

Pag. 79. *In Vallefrigida die 2. menſis Madii &c. facta diligenti inquiſitione &c. repertum eſt per prædictum Fratrem Johannem, & per ſubſcriptos de dicto caſtro, ut infra patebit. In primis camera Caſſinenſis habet dictum caſtrum tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus. Item habet dicta camera expletam decimam de toto vino exiſtenti in dicto territorio. Item habet expletam decimam dicti territorii hordei, ſpelta, & fabarum &c. Item habet dicta camera fidam, & exfidam territorii dicti caſtri, & glandaticum. Item habet dicta camera terrarias terrarum venditarum pro Forenſi Abbatia Caſſinen. Item habet omnes excadentias decedentium. Officium veſtarii habet in dicto caſtro expletam decimam grani de toto territorio dicti caſtri &c. Officium cellararii habet in dicto caſtro expletam decimam dicti territorii milei. Item habet plateaticum dicti caſtri cum omnibus juribus ſuis &c. Officium camerariatus Caſſinenſis habet in dicto caſtro anno quolibet pro cenſu a judice ſedente pro tribunali in rectoria dicti caſtri pro ovis, pane, & caſatis, prout in cen-* Inquiſitio in Vallefrigida.

Digitized by Google

*cenſuario Caſſinenſi continetur in pecunia reductis in carlenis argenti tar.* 18. *&c. Item habet dicta cameræ in dicto caſtro certa ſervitia equorum a certis hominibus &c. Item univerſitas dicti caſtri tenetur cameræ Caſſinenſi pro prandio unc. quinque, & pro ſacra, & dono novo Prelato unc. duodecim &c. prædicta omnia teſtificata, & acceptata, & recordata fuerunt ſub Sacramento per ſubſcriptos de dicto caſtro, vid. per notarium Benedictum Angeli per notarium Nicolaum Bartholomeum Angeli per notarium Nicolaum de Laurentio per notarium Johannem Theodini, per Nicolaum Jacobi de Laido, per Ciccum de Martino per Thomaſium Nicolai de Magiſtro caſtaldum dicti caſtri. Eodem die injunctum eſt prædicto caſtaldo per prædictum Fratrem Johannem, ut præconizet in dicto caſtro, prout in aliis terris preconizatum fuit, ut omnes de dicto caſtro habentes franchitias, libertates, cautelas, immunitates quaſcumque a dicta eccleſia Caſſinenſi, & ab officiis ſuis, ut infra dies octo preſentent D. Abbati, vel Fratri Johanni antedicto, & ſi neglexerint repræſentare, & oſtendere eorum jura prædicta, cadant ab omni honore, & jure, ita quod relevari non poſſint a juribus eorum. Eodem die, hora conſueta, & locis debitis præconizatum fuit per prædictum præconem prout injunctum fuit ſibi.*

**Inquiſitio in caſtro S. Stephani.** Pag. 80. a t. *Inquiſitio facta in caſtro S. Stephani &c. preſentibus Nicolao magiſtri Thomæ, Petro de Benedicto, Nicolao de Johanne, Thomaſio de Lanciano, & Georgio Jacobi de Aczo de S. Stephano, qui ſub juramento prædicta ſunt teſtificati; Caſtrum namque ipſum cum illa de Ordeariis eſt totum cameræ Caſſinenſis in ſpiritualibus, & temporalibus. Item dicta camera habet in toto territorio decimam grani, ordei, farrorum, ſive ſpeltæ, avenæ, milii, & fabarum &c. Item camera habet ibi herbaticum ſcilicet fidam, & exfidam, & glandaticum. Item homines dicti caſtri non poſſunt intrare territorium Vallram. & Bullaneſta quando ſeminant, ſine licentia curiæ &c. Item camera habet in dicto caſtro jus plateaticum &c. Item homines dicti caſtri faciunt anno quolibet cameræ Caſſinenſi pro prandio unciam unam, tar. ſex. Item faciunt pro ſacra novo Prelato Caſſinenſi unc. quinque &c. Officium camerariatus debet habere in caſtro a judice caſtri ejuſdem tar. duodecim annuatim &c. Die prædicto bannitum eſt per caſtaldum, ut uſque ad octo dies doceant homines dicti caſtri de eorum immunitatibus.*

**Inquiſitio in caſtro Pontiſcurvi.** Pag. 81. a t. *Inquiſitio facta in caſtro Pontiſcurvi, & ejus pertinentiis die* 4. *Menſis Madii nonæ indictionis per Fratrem Johannem Præpoſitum; ut ſupra preſentibus magiſtro Lello judice Grimaldo, Nicolao Pariomo, Nicolao de Sarra, Johanne Mipane, judice Franciſco, Johanne de Nicolao, Petro Cotina, Joanne Jocco, judice de ſtabili, & Magiſtro Petro Rubeo de Pontecurvo, qui ſub juramento depoſuerunt de juribus, & rebus bonis &c. Caſtrum Pontiſcurvi eſt mere demanium cameræ Caſſinenſis cum demaniis cenſibus, & juribus infraſcriptis &c eccleſia S. Bartholomæi de Pontecurvo tenetur anno quolibet ad par unum bucellatorum, & D. Abbas Caſſinenſis habet repræſentationem novi Archipresbyteri &c. Platea dicti caſtri eſt cameræ. Depoſuerunt omnes prædicti jurati, quod prima ebdomada cujuslibet menſis domus Graſſorum habet medietatem juris plateatici, & viderunt recipere &c. homines Univerſitatis Pontiſcurvi novo Prelato Caſſinenſi tenentur pro ſacra, & dono auri unciæ quinquaginta &c. pro conventu Caſſinenſi, Præpoſitus S. Pauli de Foreſta cum caſali S. Pauli de Foreſta in ſpiritualibus, & temporalibus &c. officium ſacriſtiæ Caſſinenſis habet infraſcripta bona, propoſitura S. Petri de Foreſta cum juribus, territorio, & pertinentiis ſuis. Item camera Caſſinenſis habet in territorio dicti caſtri herbaticum, ſcilicet fidam, & exfidam, & glandaticum, &c. pro theſauraria, caſale S. Nicolai de Lupico territorii Pontiſcurvi cum juribus, & pertinentiis ſuis in ſpiritualibus, & temporalibus &c. Prædicti omnes depoſuerunt, quod flumen, aqua, aquarumque decurſus ſunt monaſterii Caſinenſis, & nullus conſtruere poteſt ædificium aliquod ſine licentia, & mandato D. Caſinenſis, & ſine conceſſione cum cenſu, & quod ſic viderunt tempore retroacto. Eodem die bannitum eſt, ut ſupra &c. Item vacante majori eccleſia S. Bartholomæi ſupradicti caſtri Pontiſcurvi, ſive per mortem Archipresbyteri, aut per renunciationem, vel per quamcumque aliam cauſam, clerici ejuſdem caſtri debent accedere ad præſentiam D. Abbatis Caſinenſis pro licentia faciendi, & celebrandi electionem de Archipresbytero in eccleſia prædicta, qua licentia conceſſa, & obtenta ipſi clerici habent eligere Archipresbiterum infra tempus a jure ſtatutum, & electionem ipſam referre prædicto D. Abbati, Abbas vero, facta ſibi repreſentatione electionis ipſius, & examinato decreto electionis, & perſona electa, ſi ipſam electionem rite factam, ut pote de perſona idonea acceptandam duxerit, ſcribit epiſcopo Aquinati per ſuas litteras, & repreſentat eundem electum prædicto D. Epiſcopo, & epiſcopus, ut ad ipſum attinet, recipit eundem electum, & quæ facta ſunt acceptat, quo facto pro parte ſupradicti D. Abbatis mittitur unus ex monachis, & inſtallat ipſum Archipresbyterum in locum Archipresbyteratus eccleſiæ prædictæ, & aſſignat ſibi claves ejuſdem eccleſiæ, & poſſeſſionem Archipresbyteratus. Quod ſi clerici prædicti infra tempus a jure ſtatutum non elegerint, vel electionem ineptam, & inutilem fecerint, electio ipſa devolvitur ad dictum D. Abbatem, & ipſe providet, & ordinat Archipresbyterum in eandem eccleſiam juxta velle ſuum, electus autem in Archipresbyterum dictæ eccleſiæ debet eſſe vaxallus monaſterii Caſinenſis.*

Oppidum Pontiſcurvi epiſcopo Aquinati ſubditum erat, quare Abbas Caſſinenſis temporalis ejus dominus jurepatronatus Archipresbyterum eligebat, quod aliis quoque de locis diximus.

**Inquiſitio in caſtro Terami.** Pag. 84. a t. I*nquiſitio facta in caſtro Terami &c. Preſentibus notario Antonio, notario Johanne, Michaele correctore, & Benedicto notarii Jacobi de Teramo, qui ſub Sacramento depoſuerunt de bonis, & juribus monaſterii Caſſinenſis, prout inferius particulariter continetur. Caſtrum ipſum eſt de mero demanio cameræ Caſſinenſis. Officium bajulationis eſt ejuſdem cameræ Caſſinenſis. Herbaticum eſt cameræ Caſſinenſis. Scilicet fidam, & exfidam, & glandaticum. Platea eſt cameræ Caſſinenſis cum omnibus juribus ſuis &c. Univerſitas Terami tenetur pro ſacra, & dono novo Prælato Caſſinenſi in unc. quatuor &c. Officium cellararii habet in portu caſtri Terami Scafam &c. Die quinta madii bannitum eſt in dicto caſtro per Nicolaum Michaelem, ut quicum-*

cum-

cumque haberet immunitates, & cautelas quaſcumque de quibuſcumque rebus, debeat oſtendere, & preſentare infra octo dies Domno Abbati, alias cadit a jure, ſi quod habet.

Inquiſitio in caſtro Pignatarii.

Pag. 85. Inquiſitio facta in Pignatario &c. Preſentibus judice Jacobo magiſtri Gerardi, Maſſimo Landulfelli, Angelino Leonardi de Zone Archipresbytero Pignatarii, Nicolao Gulielmi de Pignatario, qui de juribus, rebus, & bonis monaſterii Caſſinenſis, depoſuerunt ſub juramento prout inferius continetur. Caſtrum ipſum in ſpiritualibus, & temporalibus eſt camera Caſſinenſis. Item quod homines dicti caſtri faciunt decimam de grano, ordeo, mileo, ſpelta, avena, & vino. Item dicta camera habet in dicto caſtro herbaticum, videlicet fidam, & exfidam, & glandaticum &c. Univerſitas Pignatarii tenetur anno quolibet camera pro prandio in uncia una, & tar. quindecim. Item pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi in unc. tribus &c. Item homines dicti caſtri habentes pecudes, tenentur de ſingulis decem agnis pecudinis unum pro decima, & de decem inferius tenentur etiam pro rata &c. Officium Cellararii habet plateam &c.

Inquiſitio in caſtro, ac Villa Pedemontis.

Pag. 86. a t. Inquiſitio facta in caſtro, & villa Pedemontis die 7. menſis Madii nona indictionis &c. praſentibus Raynaldo Abbatis Johannis, notario Nicolao Petri Magiſtri leti, Meulo Johannis de Luca, Cicco Barunci, Johanne de Marotta, qui ſub &c. Caſtrum ipſum cum Villa eſt de mero demanio camera Caſſinenſis cum redditibus infraſcriptis. Lollus Polliſe debet annuatim de grano tumulum unum, & gallinam unam, ordei tumulum unum, pro opere manuum grana decem. Johannes Borrellus de grano tumulum unum, ordei tumulum unum &c. Johannes Ruſſus grani tumulum unum, ordei tumulum unum, pro opere manualium grana decem, gallinam unam. Cæteri, qni ad eadem tenebantur onera recenſentur. Deſcribitur item ſumma redditus eorum, qui unum, vel duos boves ad uſum habebant.

Univerſitas dicti caſtri, & villa tenetur novo Prelato Caſſinenſi pro ſacra, & dono in unciis duodecim de carolenis de argento &c. Item quod homines tam caſtri quam villa pradicta tenentur reſarcire, & reparare domos curia ejuſdem caſtri. Item quod omnes extranei venientes ad habitandum in caſtro, & Villa predictis conſtituuntur, & conſtitui debent ſub dominio Caſſinenſis Abbatis, & non poſſunt ſubintrare dominium ſingularis perſona, vel eccleſia &c. Item vacante majori eccleſia S. Maria caſtri Pedimontis ſive per mortem Archipresbyteri, ſive per renunciationem &c. Item vacante eccleſia S. Lucia de Villa Pedemontis, ſive per mortem Abbatis &c. Ut in Archipresbyteratu Pontiſcurvi.

Inquiſitio in oppido Plumbariolæ.

Pag. 89. a t. Inquiſitio facta in caſtro Plumbarola die octavo Madii &c. Preſentibus Johanne D. Andrea, Jacobo Ruſſo, Jacobo Petri Sergii, & Nicolao Faldonis de Plumbarola. Caſtrum ipſum in ſpiritualibus, & temporalibus eſt camera Caſſinenſis. Item homines dicti caſtri tenentur ad decimam grani, ordei, ſpelta, avena, fabarum, vini, milei, & panici. Univerſitas Plumbarola tenetur novo Prelato Caſſinenſi pro ſacra, & dono in unc. quinque, & pro prandio annuatim in unc. una &c. Judex Plumbarola tenetur &c. annuatim in tar. duodecim &c. Platea dicti caſtri eſt officii Cellararii cum omnibus juribus ſuis. Item camera habet herbaticum ſcilicet fidam, & exfidam, & glandaticum, &c. eodem die bannitum eſt ut ſupra.

Inquiſitio in caſtro S. Petri in monaſterio.

Pag. 91. Inquiſitio facta in ſancto Petro in monaſterio die 8. menſis Madii nona indictionis, præſentibus presbytero Chriſtofaro Bacco de Jacobo, Meulo de Luca, Meulo Johannis de Plumbarola, Johanne Capporrella. Caſtrum namque ipſum eſt in ſpiritualibus, & temporalibus camera Caſſinenſis &c. Camera habet ibi herbaticum, & plateam, cum omnibus juribus ſuis. Officium, & banca juſtitia pertinent ad rectoriam camera. Camera etiam habet ibidem de demanio D. Abbatis domum, curtim cum tenello, caſalenum, & turrim ſupra portam &c. Item hortum unum, in quo eſt fons ante portam hoſpitii juxta viam publicam a tribus partibus, juxta eccleſiam ſancti Petri &c. Item ferragnale unum cum arangiis, & cum edificio Verlaſciorum juxta mœnia Terra juxta viam publicam &c. Item univerſitas dicti caſtri tenetur camera Caſſinenſi pro prandio tar, viginti, & pra ſacra novo Pralato unc. una.

Inquiſitio in caſtro Citrarii.

Pag. 94. Inquiſitio facta in caſtro Citrarii. Die 11. menſis Auguſti habita eſt informatio per Archipresbyterum, & clerum, & alios probos viros pradicta terra quod univerſitas dicta terra tenetur camera Caſſinenſi pro ſacra, & dono novo Pralato unc. decem &c.

Inquiſitio in caſtro Fractarū.

Pag. 94. a t. In caſtro Fractarum. Si omnes deſcribuntur quibuſdam redditibus cœnobio Caſſinenſi ſolvendis obnoxii. Item Univerſitas caſtri Fractarum tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi unc. quatraginta &c. Item vacante majori eccleſia S. Angeli caſtri Fractarum pradicti ſive per mortem Archipresbyteri &c. Eadem quæ de Archipresbytero Pontiſcurvi diximus, ſequuntur. Quod jus cœnobio Caſſinenſi temporali ejus oppidi, quod epiſcopo Cajetano in ſpiritualibus ſubeſt, domino competebat.

Inquiſitio in caſtro Peſclarū.

Pag. 104. a t. Inquiſitio facta in caſtro Peſclarum die 11. menſis Maj nona indictionis, habita eſt informatio per Archipresbyterum, & clerum, & alios probos viros dicta terra, quod univerſitas dicta terra tenetur camera Caſſinenſi pro prandio in unciis duabus, & pro ſacra, & dono novo Prelato uncias quatuor &c.

Inquiſitio in caſtro S. Marci de Aqua ſondula.

Inquiſitio facta in caſtro ſancti Marci de Aqua Sondula die 11. menſis Maii &c. habita eſt informatio per Archipresbyterum, & clerum, & alios probos viros dicta terra, quod univerſitas dicta terra tenetur camera Caſſinenſi pro prandio tarenos quindecim, & pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi unc. una &c.

Inquiſitio in caſalibus S. Petri de Avellana.

Inquiſitio facta in caſalibus ſancti Petri de Avellana die 12. menſi Maj &c. habita eſt informatio per clerum, & alios probos viros dictorum Caſalium, quod univerſitas Robellionis caſalis S. Petri de Avellana tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi unc. quinque. Item univerſitas civitatis Monaceſcha caſalis ſupradicti S. Petri tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi unc. quinque, & univerſitas caſa magiſtrorum caſalis dicti S. Petri tenetur pro ſacra, & dono novo Prelato Caſſinenſi unc. una.

Apocha ab Andrea

Hoc anno Andreas Abbas cenſum pro oppido S.

Abbate D. Thomæ Capuano ſacta.

Viti a Thoma Capuano ſolutum accepit, ut ex apocha conſtat in ejus regeſto pag. 30. a 5., quæ ita ſe habet. *Nos Andreas Dei, & apoſtolicæ ſedis gratia Abbas ſacri monaſterii Caſſinenſis, tenore præſentis noſtræ apodixæ confitemur recepiſſe, & manualiter habuiſſe per manus Fratris Nicolai de Gratia noſtri Monachi Caſſinenſis, & Propoſiti S. Mariæ de Cinglis ſubiectæ noſtro monaſterio Caſſinenſi a viro magnifico D. Thoma Capuano de Neapoli milite feudatario noſtri monaſterii antedicti pro cenſu caſtri Roccæ S. Viti pro anno preſenti nonæ indictionis, de cera libras quinque, qui conſus per ipſum D. Thomam exhiberi, & dari debuit nobis, & noſtro monaſterio Caſſinenſi in feſto S. Benedicti de menſe Martii proximo præterito, proteſtantes, quod hujuſmodi receptio cenſus non prejudicet nobis, & juribus noſtri monaſterii ſæpedicti, unde ad futuram rei memoriam, & tam noſtram, & noſtræ cameræ Caſſinen. certitudinem, quam dicti D. Thomæ, & heredum ſuorum cautelam, & plenam fidem preſentem noſtram apodixam ſibi exinde fieri juſſimus, noſtris ſigillo, & ſubſcriptione manus propriæ communitum. Datum in noſtro Monaſterio Caſsinenſi anno Dñi 1371, die 25. menſis Julii nonæ indictionis.*

Miniſtrorum regiorum violentia compreſſa.

Cum Andreas Abbas vexatos diriſſime a regiis miniſtris cerneret ſibi ſubditos, haſce a regina literas obtinuit, quibus eorum violentia, & immanitas comprimeretur: *Johanna Dei gratia regina Jeruſalem, & Siciliæ &c. Juſtitiariis Provinciæ terræ Laboris, & Comitatus Moliſii, Capitaneis terrarum, & locorum monaſterii Caſsinenſis, judicibus, & aſſeſſoribus, actorum, cameræque notariis &c. & officialibus aliis, ad quos ſpectat, & ſpectare poterit &c. Pridem ad removenda gravamina, & exactiones illicitas, quæ per officiales noſtros regni noſtri Siciliæ inferebantur multipliciter viris fidelibus dicti regni certa dudum edidimus capitula cum proviſione, & deliberatione matura &c. tamen prout habuit expoſitio querula noviter nobis facta pro parte venerabilis patris A. Abbatis monaſterii Caſſinenſis, & Conventus ejuſdem monaſterii devotorum oratorum noſtrorum ab eodem monaſterio, ſeu univerſitatibus terrarum, & locorum omnium dicti monaſterii de ipſa provincia terræ Laboris, & Comitatus Moliſii exegerunt, & exigiſtis tertiam partem generalis ſubventionis, & collectæ ipſam eorundem Præceſſorum veſtrorum, & veſtris commoditatibus applicantes, licet homines ipſi ſolverint collectas generales noſtræ curiæ cum integritate ſuis vicibus, juxta mentem, & ſeriem dictorum capitulorum eos exinde rationabiliter contingentes, & contra ipſos homines proceditis de pena non renovati appretii inter eos, licet aliquis de univerſitatibus ipſis non inſtituat inde querelam, & contra tenorem eorundem capitulorum aggravatis, & eos compellitis ad componendum vobiſcum pro generalibus inquiſitionibus, quas aſſeritis pro criminibus, & delictis velle facere contra eos, & quod eſt etiam oneroſius, & tedioſius dicto monaſterio, & Vaſſallis ſuis prædictis, vos Juſtitiarii, & Capitanei, abſque conſilio Judicum, & aſſeſſorum per noſtram curiam vobis datorum, quin potius proprio veſtræ inordinato libito voluntatis feciſtis, & capi facitis homines, & vaſſallos ipſos de perſona, alioſque actus ſine eorundem judicum, & aſſeſſorum conſilio exercuiſtis, & etiam exercetis. Quæ omnia profecto exoſa noſtris ſenſibus plurimum deteſtantes, vobis, & veſtrum cuilibet tenore preſentium de certa noſtra ſcientia ſub pena in dicta obligatione contenta, & alia graviora vobis in caſu contrarii pro parte noſtræ curiæ irrimiſſibiliter exigenda diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus a talibus gravaminibus, illicitis exactionibus, & preſſuris tam vos preſentes, quam vos alii ſucceſſive futuri, omnino, & infallibiliter deſiſtentes præſcriptas ordinationes, & capitula noſtra obſervetis realiter dicto monaſterio Caſſinenſi, & ejus Vaſſallis, & faciatis ab aliis inviolabiliter obſervari, nihil in contrarium quomodolibet præſumentes, revocaturi prorſus in irritum quicquid per vos, aut veſtrum aliquem eſt forſitan attentatum. Nos enim harum ſerie de prefata ſcientia certa noſtra locumtenentibus magni Camerarii regni Siciliæ damus expreſſius in mandatis, ut in caſu, quo gravare forſitan præſumpſeritis prefatum monaſterium, ſeu ejus vaſſallos antedictos contra Capitulorum continentiam eorundem procedant contra vos tam efficaciter, quam inſtanter ad exactionem dictæ penæ pro ejuſdem curiæ noſtræ parte, Præſentibus poſt opportunam inſpectionem earum remanentibus preſentanti efficaciter in antea valituris. Datum in Caſaſana prope caſtrum maris de Stabia per virum magnificum Ligorium Zurulum de Neapoli militem Locothetam, & Prothonotarium regni Siciliæ collateralem Conſiliarium & fidelem noſtrum dilectum anno Domini 1372. die penultimo menſis Junii decimæ indictionis, regnorum noſtrorum anno trigeſimo. L. S. Regiſtrata in Cancellaria, Regiſtrata penes Prothonotarium, Regiſtrata in Camera.*

Ex cit. Regeſto fol. 33. a 5.

Civitatis S. Germani obligatio.

Cum urbi ſancti Germani pecunia in promptu non ſuppeteret, quam Abbati Caſſinenſi Petro de Tartaris recens a Gregorio XI. benedicto perſolvere pro more debebat, hoc ſe inſtrumento cœnobio Caſſinenſi obſtrinxit. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Anno nativitatis ejuſdem 1374. die 25. menſis Julii duodecima indictione, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris, & D. noſtri D. Gregorii divina providentia papæ XI. anno quarto. In preſentia nobilis viri judicis Franciſci Celeſtini de ſancto Germano ubique terrarum, & locorum Abbatiæ Caſſinenſis ad cauſas, & contractus, ac mei notarii, & teſtium infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum. Conſtitutus vir providus judex Thomaſius judicis Nicolai de ſancto Germano ſyndicus univerſitatis civitatis ejuſdem ad infraſcripta ſollemniter ordinatus per univerſitatem eamdem prout nobis conſtitit legitimo documento Syndicario quo ſupra nomine ſponte, & bona ſui animi voluntate, non vi, non dolo, nec metu coactus, ſed pure & libere obligavit ſe ſub hypoteca, & obligatione omnium bonorum univerſitatis ejuſdem dare, ſolvere, & aſſignare ſine diminutione, & contradictione qualibet Reverendiſſimo in Chriſto patri, & D. D. Fratri Petro miſeratione divina digniſſimo ejuſdem ſacri monaſterii Caſſinenſis Abbati, ſeu ejus cameræ pro eo, pro ſacra eidem debita, uncias*

Ex originali in Archivo.

vigin-

Digitized by Google

*viginti, & pro dono uncias viginti de carlenis argenti ſexaginta pro uncia, & duobus pro tareno quolibet, computatis in termino, & infra terminum per eundem dominum Abbatem ſtatuendum & præfigendum univerſitati prædicta, præſente nobili, & ſapienti viro D. Antonio de Archioninis de urbe generali vicario Caſſinenſi, & obligationem ipſam nomine, & vice dicti reverend. patris, & D. D. Fratris Petri Abbatis prædicti, & ejus cameræ in noſtrum qui ſupra judicis notarii, & teſtium infraſcriptorum ſollemniter, & legitime ſtipulantium renuncians dictus judex Thomaſius Syndicus Syndicario quos ſupra nomine exceptioni, doli, mali, vi metus, & in factu, et nomini rei alienæ geſta, vel non geſta, et omni alio juris, et legum auxilio tam canonico, quam civili conſtitutionario, conſuetudinario, et longobardo, ac omnibus, et ſingulis omnibus aliis juribus, et legum auxiliis, quibus a præmiſſis, et quomodolibet præmiſſorum, ſe quomodolibet poſſet tueri. Acta in eccleſia ſancti Germani de ſancto Germano, preſentibus nobilibus, et diſcretis viris D. Simone de S. Germano milite, D. Goffrido, D. Noſo judice Marco Para, judice Ludovico de Poſis, judice Franciſco Celeſtino, Johanne de Corrado, Nicolao D. Andreæ Riccardello ejus fratre, Johanne Cotio, notario Petro de Plumbarola, notario Ludovico, et notario Johanne de Fractis teſtibus ad præmiſſa vocatis, et ſpecialiter rogatis. In cujus rei teſtimonium, et tam prædictæ univerſitatis certitudinem, quam præfati D. Abbatis ſeu ejus cameræ certitudinem, et robur omnium præmiſſorum, factum eſt exinde preſens publicum Inſtrumentum per manus mei notarii infraſcripti meo ſolito ſigno ſignatum, & ego Nicolaus Johannis Nicolai, Johannis Coni de Fractis Gaetanæ diœceſis publicus apoſtolica authoritate notarius prædictis omnibus, & ſingulis una cum ſupradictis judice, & teſtibus preſens interfui, eaque omnia propria manu ſcripſi, & in hanc publicam formam redegi, meoque conſueto ſigno ſignavi rogatus in teſtimonium omnium præmiſſorum.*

Fidelitatis ſacramentũ a Fractenſibus præſtitũ.

Eodem anno 1374. Fractarum oppidum præcipuum e ſuis incolis procuratorio nomine conſtituit, quo obedientiæ Sacramentum Petro Abbati Caſſinenſi domino ſuo omnium vice præſtaret, ut hoc inſtrumento conſtat. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Anno incarnationis ejuſdem milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo quarto, regnante Sereniſſima domina noſtra Johanna Dei gratia Jeruſalem, & Siciliæ regina &c. regnorum vero ejus anno triceſimo ſecundo die vigeſimo tertio menſis Decembris terciedecimæ indictionis, nos Benedictus qm. Jacobi, Johannis Conis de caſtro Fractarum Judex ipſius caſtri, & terrarum omnium eccleſiæ Caſſinenſis, Creſcentius qm. Nicolai de Creſcentio de eodem caſtro Fractarum regia authoritate notarius Terræ Laboris, comitatus Moliſii, Aprutii citra, ultraque flumen Piſcariæ, nec non Principatus ultra Serras montorii, & ſubſcripti teſtes ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati. Præſenti ſcripto publico notum facimus, & teſtamur, quod in noſtri præſentia univerſitas Fractarum voce præconis præconizata in loco, ubi dicitur la rabbia, ubi alias pro ſuis agendis negotiis congregari conſuevit, fecit, conſtituit, & ordinavit ſuum verum, & legitimum ſindicum diſcretum virum Martutium de Aroldo civem, ſeu caſtrenſem præfatæ univerſitatis ibidem preſentem, & honus ſindicatus hujuſmodi in ſe ipſum ſponte ſuſcipientem ad eundum, & ſe præſentandum coram Rmo Patre, & D. D. P. Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Abbate ſacri monaſterii Caſſinenſis, ipſius caſtri domino ad obligandam dictam univerſitatem, & homines ipſius, ipſamque ponendam in arbitrio, voluntate, poteſtate, laudo, terminatione, & deciſione dicti D. Abbatis tamquam &c. ita quod dictus D. Abbas poſſit, & valeat dictam univerſitatem . . . . . . eidemque quidquid ſibi placuerit mandare tamquam vaſſallis eccleſiæ, & ſuis pro ejus arbitrio, & voluntate, quomodo univerſitas ipſa ex ejus certa ſcientia omni meliori modo, & forma, quibus potuit, & debuit, ſe poſuit totaliter alte, & baſſe in manibus, & voluntate, ac poteſtate D. Abbatis ſupradicti, ut ipſe mandet, diſponat, & faciat de prædicta univerſitate, prout ſuæ Rmæ dominationi, & ejus voluntati videbitur expedire, & volens ipſa univerſitas præfatum ſuum ſindicum relevare ab omni honere ſatiſdandi, ratum, gratum, & firmum habere promiſit dicta univerſitas quicquid prædictum ſuum ſindicum actum, geſtum, ordinatum, & procuratum fuerit in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum ſub hypoteca, & obligatione omnium bonorum univerſitatis prædictæ, & hominum univerſitatis ipſius, in cujus rei teſtimonium, & certitudinem pleniorem præſens publicum ſcriptum confectum eſt manu mei prædicti notarii, & meo ſigno conſueto ſignavi, & ſubſcriptionibus manuum qui ſupra judicis, & teſtium infraſcriptorum roboratum. Actum in caſtro Fractarum in ſupradicto loco, ubi dicitur la Rabbia. Locus † Signi notarii. † Ego Benedictus Johannis de Fractis judex terrarum omnium eccleſiæ Caſſinenſis interfui, & me ſubſcripſi. † Ego judex Diamas de Fractis teſtis ſum, & ſubſcripſi. † Ego Petrus Jacobi magiſtri Johannis de Fractis teſtis interfui, & me ſubſcripſi. † Et ego Johannes magiſtri Petri de Fractis prædictis interfui, & me ſubſcripſi. † Et ego Joannutio Johannis Conis teſtis interfui, et me ſubſcripſi. † Et ego Johannes Nicolai Coni teſtis interfui, et me ſubſcripſi. † Ego Donatus magiſtri Guizzardi de Fractis teſtis interfui, et me ſubſcripſi. † Ego Martutius filius qm. notarii Johannis Taini de Fractis teſtis interfui, et me ſubſcripſi.*

Ex originali in Archivo.

Pluribus hactenus allatis monumentis oſtendimus, a cęnobio Caſſinenſi bona univerſa omnibus Abbatiæ indigenis eſſe conceſſa ea lege, ut ſingulis viginti novem annis confirmationem ejus rei, ſoluta certa pecunia, peterent. Cum vero oppidani ſancti Ambroſii bis jam renovationem petere neglexiſſent, citati juſſu Petri Abbatis ſunt ad dicendam cauſam, quare eorum bona omnia cęnobio Caſſinenſi non eſſent adjudicanda. Finita tandem lis eſt ſoluta pecuniæ quantitate, quam antea non dederant, ut hoc Inſtrumento conſtat.

Bona oppidanorum S. Ambroſii cœnobii Caſſinenſis propria.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Anno a nativitate ejuſdem milleſimo, trecenteſimo ſeptuageſimo quinto, die decimo nono menſis Auguſti tertiæ decimæ indictionis pontificatus D. in Chriſto patris, et D. noſtri D. Gregorii divina providentia Papæ undecimi, anno quinto apud S.*

Ex originali in Archivo.

Petrum in monaſterio. Nos Johannes de Rentio de S. Germano civitatis S. Germani, ac terrarum omnium, & locorum eccleſiæ Caſſinenſis ad contractus, & ad cauſas judex. Antonius notarii Johannis de caſtro Terami publicus apoſtolica authoritate notarius, & infraſcripti teſtes ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati, videl. magiſter Angelus Ventolinus de S. Germano, notarius Nicolaus Johannis Janiconi de Frattis. Cirellus habitatores S. Germani, Antolinus notarii Jacobi, & Philippotius de Therotulo, præſenti ſcripto publico profitemur, notum facimus, & teſtamur, quod in noſtrum præſentia conſtitutis venerabili, & religioſo viro Fratre Thomaſio de Normandia generali Vicario, & proviſori Caſſinenſis monaſterii, per Reverend. in Chriſto patrem, & D. D. Petrum Abbatem Caſſinenſem deputato, habente tam ad hæc ſpeciale mandatum, quam ad graviora ſimilia, & majora, & licentiam ſpecialem, prout conſtat patenti littera ipſius D. Abbatis prædicti ex una parte, & Nicolao Thomaſii de ſancto Ambroſio ſindico ſindicario nomine, & pro parte univerſitatis hominum dicti caſtri ſancti Ambroſii ad omnia, & ſingula infraſcripta cum pleno, & ſpeciali mandato ſpecialiter deputato, de cujus ſindicatu nobis conſtitit evidenter, ex parte altera. Præfatus Nicolaus Sindicus ſindicario nomine quo ſupra, bona ſua libera, & ſpontanea volumptate aſſeruit publice coram nobis, quod cum univerſitas prædicti caſtri ſancti Ambroſii, & homines univerſitatis ejuſdem olim legitime citati in Caſſinenſi curia ad petitionis inſtantiam procuratoris ejuſdem curiæ, ſuper eo videlicet, quod cum ipſa univerſitas, & homines univerſitatis ipſius, omnia, & ſingula bona eorum ſtabilia ſita in caſtro ſancti Ambroſii, & ejus territorio, eorum locis, & finibus deſignata tenuerant, & teneant ſub cenſu certo libellario jure a monaſterio Caſſinenſi ad renovationem videlicet ſingulis viginti novem annis centum ſexaginta ſolidorum tarenorum Amalfiæ juxta tenorem antiqui regeſti Caſſinenſis eidem debitorum, & iidem homines univerſitatis caſtri ſancti Ambroſii propter binam renovationem non factam a prædicto monaſterio de dictis eorum bonis, prout per mentem dicti regeſtri veraciter apparebat, ceciderant a juribus ſuis, & ipſa bona erant præfato monaſterio rationabiliter devoluta ſint, repetiit a certis juris peritis, quibus obſtendit copiam dicti regeſtri eodem Fratre Thomaſio præſente, & confeſſionem ipſam nomine, & pro parte dicti domini Abbatis, & ſui monaſterii legitime ſtipulante. Igitur in noſtram qui ſupra judicis, notarii, & teſtium præſentia præfatus Nicolaus ſindicus nomine quo ſupra ſindicario cum dicto Fratre Thomaſio, non de juris rigore, ſed mite cum eo agente ad ſubſcriptam concordiam, compoſitionem, & pactum ſponte devenit, videlicet, quod præfatus Nicolaus Sindicus ſindicario nomine quo ſupra promiſit, & convenit eidem Fratri Thomaſio præſenti, & recipienti, ac legitime ſtipulanti, nomine, & pro parte præfati domini Abbatis, & ſui monaſterii Caſſinenſis dare, ſolvere, & aſſignare eidem Fratri Thomaſio Vicario, & Proviſori, ut ſupra, uncias viginti de carlenis argenti, ſexaginta per unciam computatis, boni ponderis de ſumma prædictæ pecuniæ debitæ monaſterio Caſſinenſi per eoſdem homines univerſitatis prædictæ pro ipſis duabus renovationibus ſupradictis non factis debitis temporibus, ut præfertur, uſque per totum Feſtum S. Franciſci de menſe Octobris primo futuri proxima futura quartedecimæ indictionis. De reſiduo vero pecuniæ facta bona, & diligenti ratione, ut contigit, monaſterio Caſſinenſi pro renovationibus ſupradictis, promiſit idem ſindicus ſindicario nomine quo ſupra ſtare alte, & baſſe mandatis D. Abbatis Caſſinenſis prædicti cum de urbe remeabit, ac ſolvere totum, & quidquid ipſe D. Abbas mandabit ſolvi pro reſiduo ipſo adlibitum D. Abbatis ſæpedicti, ac curare, & facere cum effectu, quod præfata univerſitas, & homines univerſitatis prædictæ ſtabunt alte, & baſſe, & ſolvere ut ſupra de ipſo reſiduo juxta beneplacitum, & mandatum D. Abbatis præfati, unde præfatus Nicolaus Sindicus ſindicario nomine quo ſupra, ſponte, & bona ſui animi volumptate obligavit ſe, & bona omnia dictæ univerſitatis ſub ypotheca, & obligatione omnium bonorum ſuorum univerſitatis, & hominum univerſitatis ipſius ad penam dupli dictæ quantitatis pecuniæ applicanda curiæ Caſſinenſi ſi contrafactum fuerit prædictas uncias viginti ſolvere eidem Fratri Thomaſio, nomine cameræ Caſſinenſis, integre, & cum effectu in termino prælibato, & prædicta, & ſubſcripta omnia, & ſingula eidem Fratri Thomaſio nomine, & pro parte dicti D. Abbatis, rata, grata, & firma ſemper habere attendere, & obſervare, &c. Actum in S. Petro in monaſterio Caſſinenſis diœceſis ut ſupra, præſentibus ſubſcriptis judice, & teſtibus, nec non notario Joanne de Coreno, & notario Tutio de Vallemonte teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis, actum ut ſupra. Et ego Antonius notarii Johannis de caſtro Terami publicus apoſtolica auctoritate notarius præmiſſis omnibus, et ſingulis dum ſic, ut præmictitur, agerentur, et fierent, una cum prædictis judice, et teſtibus præſens fui, eaque omnia, et ſingula manu propria ſcripſi, publicavi, et in hanc publicam formam redegi, meoque conſueto ſigno ſignavi rogatus. Locus. ✠ Signi notarii. ✠ Ego qui ſupra Johannes de Rentio ad cauſas, et contractus judex interfui, & me ſubſcripſi. ✠ Ego qui ſupra notarius Nicolaus Joannis Janiconi de Frattis prædictis interfui, & me ſubſcripſi &c. ✠ Ego qui ſupra notarius Tutius de Vallemonte prædictis interfui, & me ſubſcripſi. ✠ Ego qui ſupra notarius Joannes de Coreno teſtis interfui, & me ſubſcripſi &c.

Rebellaverant oppidi Pontiſcurvi incolæ, multaque ſcelera perpetraverant, quorum tandem cum eos pœnituiſſet e ſuis, quoſdam anno 1376. veniam Abbati petitum miſere, ut patet hoc inſtrumento penes acta notarii Antonii de Benedicto ex auricula. Pontiſcurvenſes ad officium redeunt. In nomine Dei Amen. Per hoc publicum inſtrumentum cunctis pateat evidenter, quod exiſtentibus nobis in præſentia Rev. in Chriſto patris, & D. D. Petri miſeratione divina Abbatis ſacri monaſterii Caſſinenſis præſentaverunt ſe, ac comparuerunt coram eodem D. D. Abbate pro tribunali ſedente in domibus ſuæ reſidentiæ apud caſtrum ſancti Petri in monaſterio, providi viri magiſter Nicolaus Leporius Cirugicus, judex, Conus notarii Ambaldi, magiſter Adinolfus Nicolai Manti, & Ciccus Gizzaronus de caſtro Pontiſcurvi ad infraſcripta omnia, & ſingula ſpeciali- Ex originali in Archivo.

*cialiter deputati, ut dixerunt, per univerſitatem hominum terræ Pontiſcurvi Aquinatenſis diœceſis, ſeu majorem, & ſaniorem partem ipſorum, Vaſſallorum ipſius dñi Abbatis, & monaſterii Caſſinenſis, & ſponte, pure, & libere confeſſi fuerunt, & in veritate recognoverunt, quod pridie, videlicet de præſenti menſe Februarii præſentis quartedecimæ indictionis univerſitas dictæ terræ Pontiſcurvi, ſeu major, & ſanior pars hominum univerſitatis ejuſdem, & congregatorum in unum ad vocationem, perſuaſionem, & inductionem nobilium virorum Andreæ, & Meuli filiorum qm. dñi Franciſci Fratrum dñi Johannis epiſcopi Aquinatenſis, Thomaſii D. Petri, Victi, D. Belli, & quorundam aliorum eorum ſequacium, contra fidelitatis debitum juramentum ad quod tenentur præfato D. Abbati, & eidem Caſſinenſi monaſterio, nulla cauſa juſta, ſeu rationabili ſuadente in ipſorum D., & monaſterii præjudicium vilipendium, & jacturam deliberate, & penſate ſtatuerunt, & ordinaverunt capitula infraſcripta videlicet, quod nullus laicus, ſive clericus dictæ terræ Pontiſcurvi ad citationem, ſeu mandatum dicti D. Abbatis, ſeu Vicariorum ejus, ex quibuſcumque cauſis audeat accedere, ſeu alias comparere modo aliquo coram eis, quod ſi forſan aliquis de caſtro præfato coram eis, occaſione præmiſſa, tentaverit comparere, deliberaverunt dicta univerſitas, ſeu major, & ſanior pars hominum dicti caſtri, quod domus ipſorum deducentur penitus in rovinam . . . . . . . . quod ex quocumque inobedientia contumacia, ſeu condemnatione non permitterent aliquem pignorare de dicta terra, & inſuper pejora prioribus cumolando, ordinaverunt quatuor homines malæ conditionis, & vitæ de eorum voluntate, & conſenſu, videlicet Johannem Retroſum, Stephanum Pizzillum, Ferrerium, & Joannem de Toro de caſtro prædicto, quorum quidam excommunicati ſunt, & rebelles dicto domino, ex eo quod alias injecerunt manus temero violentas in religioſum virum Fratrem Thomaſium de Normandia Vicarium, & Monachum Caſſinenſem, ac in officiales alios clericos, & Religioſos, & idiotas ipſius domini, cum ac poteſtate videlicet, quod ipſi haberent, & habent licentiam de dicto caſtro quoſcumque Monachos idiotas, ſeu familiares dicti D. Abbatis volentes facere aliquam executionem, ſeu pignorationem contra aliquem de eadem terra Pontiſcurvi, quod ſi forſan ab executione, ſeu pignoratione hujuſmodi deſiſtere noluerint, liceat ipſis quatuor deputatis eos verberare, percutere, ſeu alias injuriare, prout eis viſum fuerit expedire, ſtatuentes, & ordinantes inſuper, quod univerſitas dictæ terræ generaliter tenetur ad contribuendum, ſolvendum & ſe concordandum pro quibuſcumque inobedientiis, contumaciis, condemnationibus, delictis, ſeu offenſionibus ſingularium perſonarum occaſione prædicta, addiderunt etiam dicti Ambaſciatores quod plures clerici dictæ terræ epiſcopo Aquinati ſubiecti interfuerunt, & operam dederunt in conſilio, & deliberatione prædicta, licet cum eis alias non fuerunt ſoliti intereſſe, & quia dictus magnificus Nicolaus, & ſocii ſuperius nominati recognoſcebant homines univerſitatis dictæ terræ circa præfatum dominum, & ejus monaſterium in prædictis, & circa præmiſſa graviſſime deliquiſſe, & quod hæc omnia acta fuerunt ad finem quod citius poſſent gratiam ipſius domini obtinere, ſupplicaverunt eidem D. Abbati, ut dignaretur cum eis miſericorditer agere, & non habere reſpectum ad prædictas, & alias multiplices eorum graves offenſiones commiſſas contra honorem dicti domini, & ejus monaſterii, ſed potius ejus benignitatem ipſos ad gratiam, & miſericordiam benigne ſuſcipere commendatos, ad quæ quidem verba idem D. Abbas, cum effectu reſpondit, quod dummodo ipſa univerſitas ad obedientiam debitam cum omni humilitate ſe præparet pro prædictis, & aliis quam pluribus offenſionibus publice commiſſis contra honorem monaſterii Caſſinenſis ſatisfacerent competenter cum correctione, & caſtigatione benigna certarum, & ſingularum perſonarum, contra honorem, & fidelitatem, quam debent monaſterio Caſſinenſi in prædictis, & aliis graviſſime delinquentium, ne delicta remaneant impunita, miſericordiam, & gratiam in ſingulis proponendo, pariter etiam ipſos ſingulariter, & univerſaliter ad gratiam ſuam perſonaliter *ſuſcipere, nec intendebat gremium ſuum claudere unicuique volenti ad gratiam ſuam redire. De quibus omnibus, & ſingulis dictus D. Abbas mandavit mihi notario infraſcripto tamquam perſona publica ibidem preſenti, & una cum teſtibus infraſcriptis conficerem unum, duo, & plura publica inſtrumenta conſimilia, veritatis ſubſtantia non mutata ad futuram rei memoriam, & certitudinem præmiſſorum. Acta ſunt hæc in camera parlamenti dicti D. Abbatis in domibus ſuæ propriæ habitationis in S. Petro in monaſterio, præſentibus venerabilibus, & religioſis viris D. Regerio de caſtro Sangri decretorum doctore Vicario dicti D. Abbatis, Fratre Mauro generali proviſore, Fratre Raynaldo de Fractis, & Fratre Valentino de Urbe monachis Caſſinenſibus, Petro D. Synnii, & Angelo de Tartaris de urbe cubiculariis, & familiaribus dicti D. Caſſinenſis, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis, ſub anno Dñi milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo ſexto menſis Februarii die decimo quarto, indictione decima quarta, Pontificatus SSmi in Chriſto patris, & domini D. Gregorii divina providentia Papæ XI. anno ſexto. Et ego Antonius Benedicti de Auricola publicus imperiali authoritate curiaque cameræ Apoſtolicæ, & ipſius D. Abbatis ad præſens notarius, & ſcriba prædictis omnibus, & ſingulis, dum ſic agerentur, dicerentur, & fierent una cum prædictis teſtibus interfui, & præſens fui, eaque omnia, & ſingula ſcripſi de mandato dicti Domini, & in hanc publicam formam redegi requiſitus ab eodem, meiſque ſigno & nomine conſuetis ſignavi in teſtimonium præmiſſorum.*

Quemadmodum vero Petrus Abbas in perduelles terribilis, ita in ſtrenuos quoſque fidoſque ſibi ſubditos beneficus erat, quod hoc inſtrumento colligitur. *Frater Petrus &c. Dilectis nobis in Chriſto Johanni Lomarello &c. ſalutem in Domino. Attendentes grata, multiplicia, utilia, & accepta ſervitia, quæ retroactis guerrarum temporibus, & maxime circa recuperationem, & habitationem caſtri cœli nuper ad noſtrum, & dicti monaſterii dominium reducti, per vos nobis, & noſtro monaſterio Caſ-*

Petrus Abbas erga fideles ſubditos beneficus.

Ex cit. Reg. fol. 67.

Caſtrum Cœli ſubjectū monaſterio Caſſinēſi.

*ſinenſi præſtita, & præſtare non deſinitis quotidie, & dante Deo, in futurum præſtabitis gratiora; quibus non immerito animum noſtrum provocaſtis, & provocatis ad veſtrorum commoda, gratias, & honores, ut benefeciſſe gratulemur, & aliis ad obſequendum nobis prebeatur occaſio in futuro de bono in melius faciendi, cum itaque dictum caſtrum Celi, ejuſque fortelitium veſtrorum operatione una cum certis aliis noſtris fidelibus, & vaſſallis reductum ſit nuper ad noſtrum, dictique noſtri monaſterii Caſſinenſis dominium, & demanibus, & de dominio ribellium ſacre regie majeſtatis noſtrorumque hoſtium extractum, & extirpatum, revolventes in acie noſtre mentis, debitaque gratitudine recenſentes de infraſcriptorum fratrum noſtrorum Monachorum conſilio, aſſenſu, & deliberatione, conſiderantes in hac parte conditionem dicti monaſterii facere meliorem pro eo maxime, quod cum monaſterium ipſum habeat in territorio dicti caſtri certas terras, & poſſeſſiones de quibus propter guerras preteritas, ac rebellionem caſtri ipſius non valuimus fructus percipere, nec habere, ſperanteſque propter recuperationem hujuſmodi, fructus ipſos poſſe facilius percipere, & habere, & per conſequens jura, & redditus dicti noſtri monaſterii augumentare, ac etiam dignum ſit quos reperimus cum promptitudine nobis, & dicto monaſterio obſequia in pertinere nos proſequere gratia fructuoſa, ipſoſque in bonorum largitione ſuſcipere commendatos, ut alii exemplo laudabili ad obſequendum nobis animoſius inducant, idcirco de noſtra certa ſcientia, atque gratia ſpeciali, de conſilio, & deliberatione qua ſupra, omnes, & ſingulas terras, ſtartias, & nemora ſpectantes, & pertinentes de conſuetudine; vel de jure ad curiam, ſeu dominium dicti caſtri in quibuſcumque conſiſtant ſub demanio dicta curia vobis, & veſtrum cuilibet ad vitam veſtram, ad habendum tenendum, & poſſidendum, & fruendum, paſcuandum, & lignandum, locandum, & laborandum, & quidquid vobis, & cuilibet veſtrum pro uſu, & fruitione ipſarum ad vitam veſtram placuerit faciendum, tenore preſentium, damus, concedimus. & donamus, proprietate tamen, & dominio ipſarum apud nos, & dictumque monaſterium perpetuo remanentibus, dummodo vos, & veſtrum quemlibet pro conceſſione, & donatione hujuſmodi teneamini, & debeatis dare, rendere, & reſpondere annuatim in feſto S. Benedicti de Menſe Martii nobis, & ſucceſſoribus noſtris canonice intrantibus gallinam unam per quemlibet veſtrum nomine cenſus; quam quidem dationem, conceſſionem, & donationem, & omnia, & ſingula in preſentibus literis conſtructis, promittimus per nos, noſtroſque ſucceſſores inviolabiliter attendere, & obſervare, & in nullo contrafacere, vel venire jure, vel facto, aliqua ratione, vel cauſa, ſub obligatione partis bonorum dicti monaſterii, adjacentes quoque, quod vos teneamini, & debeatis vita veſtra durante, ſtare, vivere, & manere, ac tenere, & in vera fidelitate, & obedientia noſtra, & dicti noſtri monaſterii, quod ſi non feceritis, & vos, ſeu aliquis veſtrum in aliquo contrafeceritis, ſeu contrafecerit, cadatis, ſeu cadat a dicta gratia conceſsionis, ſeu donationis, que gratia, datio, donatio, & conceſſio, quoad illos, ſeu illum, qui contrafecerint, ſeu contrafecerit, ſit ipſo jure nulla, & nullius efficacie, vel momenti, inſuper pro celeri executione omnium prædictorum comittimus, & mandavimus dilecto nobis in Chriſto Fratri Petro de Amalfia dicti monaſterii idiota quatenus vos, & veſtrum quemlibet ponat, immittat, & inducat in tenutam & corporalem poſſeſtionem bon.. um demanialium prædictorum harum ſerie, & authoritate. In cujus rei teſtimonium, noſtramque certitudinem, ac cautelam veſtram preſentes noſtras patentes literas noſtris propriis manibus, & ſubſcriptorum monachorum ſubſcriptas, & noſtro pontificali, ac conventualis ſigilli appenſione munitas per Petrum Joannem de Narnia noſtrum, noſtraque camera notariumfieri, & ſcribi fecimus, ac etiam regiſtrari. Datum &c.*

Anno 1376. Petrus Abbas generalem in temporalibus Caſſinenſem Vicarium creavit Franciſcum Domini Fulci, ut ex hac adnotatione in ejus regeſto pag. 56. deſcripta liquet. *Die 17. Februarii quartedecima indictionis, præſente venerabili viro domno Angelo de Sublaco Vicario in ſpiritualibus D. Abbatis, ac religioſis viris Fratre Valentino de Urbe, Fratre Bernardo de Sicilia monachi Caſſinenſibus . . . . . . . . Cicco de Piſcionibus, Joanne Ugonis, Jacobello Bove familiaribus dicti D. Caſſinenſis. Ipſe idem D. Abbas conſtituit generalem Vicarium ſuum, & dicti monaſterii in temporalibus, ſeu in omnibus terris dicta Abbatia nobilem virum Ciccum D. Fulgi de urbe ibidem preſentem, & reverenter ſuſcipientem, concedens eidem poteſtatem omnem pleniſſimam cum libera in forma conſueta, & debita, & mandavit ſibi fieri litteras oportunas cum omnibus clauſolis, & capitulis neceſſariis, . . .*

Fracīſcus Domini Fulci vicarius in temporalibus Abbatis Caſſinenſis.

Eodem anno Præpoſitus eccleſiæ S. Crucis Peſclarum, cui ejus nominis oppidum in ſpiritualibus, & temporalibus ſuberat, electus eſt hiſce literis, quæ in regeſto Petri p. 62. a t. reperiuntur. *Petrus &c. Religioſo viro Fratri Johanni de Valle Regia noſtro Monacho Caſsinenſi etc. Sperantes, quod per te tam ipſa eccleſia, quam dictum caſtrum Peſclarum, ejuſque homines, et vaſſalli ſuſcipere debeant, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus incrementa, ipſam eccleſiam S. Crucis cum hominibus, et vaſſallis ipſius ſpeciale membrum noſtri monaſterii Caſsinenſis, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, ſub noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum obedientia, reverentia, & cum plenitudine juris canonici, tibi pleno jure conferimus, & providemus de illa, curam, regimen, gubernationem, & adminiſtrationem ipſius eccleſie vaſſallorum, & bonorum ipſius tam in ſpiritualibus, quam temporalibus &c., tibi tenore præſentium plenarie committentes &c., te de prædictis coram noſtra præſentia conſtitutum præſentialiter per noſtrum anulum inveſtimus, mandantes omnibus, & ſingulis hominibus, & perſonis dicti caſtri Peſclarum, tam clericis, quam laycis cujuſcumque ordinis, ſeu conditionis exiſtant &c. tibi tamquam vero Præpoſito obediant, in omnibus pareant, & intendant &c. In quorum omnium teſtimonium preſentes noſtras patentes litteras tibi fieri fecimus noſtra propria manu ſubſcriptione, & pontificalis ſigilli appenſione munitas. Datum in noſtro monaſterio Caſsinenſi ſub anno Dñi 1375, menſe Martii die 21. &c.*

Præpoſitus Peſclarum electus.

Quidam e Cetrarii oppidanis rebelles injuriis pluribus ejus oppidi Priorem affecerant, quos ut comprimeret Petrus Abbas, hanc dedit epiſtolam

Quidam Citrarienſes rebelles compreſſi.

quæ

Digitized by Google

quæ in ejus regeſto p. 107. extant. *Fr. Petrus &c. circumſpecto viro Johanni Andreæ Theodenucii de Fabriano dilecto familiari noſtro ſalutem in Domino. Tetigit nos curia temporalis pondus maximum, quod eſt ſarcina nobis regiminis animarum, & etiam perſonarum, & commodis deſervire multorum, ſuper familiam Dñi nobis in ſpiritualibus, & temporalibus commiſſam vigilare attentius per commiſſionis, & reformationis officia per quod illuminantur abſcondita, & tenebræ per exercitia Juſtitiæ abjiciuntur actiones Zizaniarumque ſeminatores reducuntur ad callem rectitudinis, & uſurpantur, aſſumuntur etiam lucis arma dum corriguntur corrupta, & quæ pulchra ſunt pulchrius exornantur. Adverſarius enim humanæ nationis circuit interdum B. Benedicti filios; & fideles quæritans quos deveret, & periculoſius offendit in tenebrarum cæcitate dum negligentior eſt cura Paſtoris. Sane quod a nobis requiritur obſervare cupientes, noſtris vaſſallis, & fidelibus ad juſtitiam, ad quam ſumus unicuique debitores, nos reddere de paternali munificentia, quantum cum Deo, & honore poſſumus gratioſos, auribus noſtris non ſemel, immo pluries inſonuit, quod dilecti filii, & vaſſalli noſtri, & Caſſinenſis monaſterii, nonnulli de caſtro noſtro Citrarii temerarie, & vere ſalutis immemores tumultum in caſtro facientes, quaſi rebellione inſtigati contra dilectum filium noſtrum in Chriſto Fratrem Meulum Priorem noſtrum in dicto caſtro per nos authoritate ordinaria deputatum, nonnullas novitates, & verecundias, damna, opprobria quam plurima intulerunt, non advertentes quas pœnas ſpirituales, & temporales propterea incurrerunt in grave damnum, præjudicium; & jacturam, ac verecundiam noſtram, Caſſinenſis monaſterii, & dicti noſtri Prioris. Et conſiderantes, quod ſola juſtitia eſt illa conſtans & perpetua voluntas jus ſuum unicuique tribuens, qua boni exaltantur, & mali deprimuntur, de tua circumſpectionis induſtria plenarie confidentes, ac ſperantes indubie, quod quæ tibi per præſentes committenda duximus, juxto judicio debitoque fine terminabis. Te igitur noſtrum, & noſtræ Caſſinenſis curiæ Commiſſarium, facimus, conſtituimus, & etiam deputamus in præfato noſtro caſtro Citrarii indagandi, inquirendi, & inveſtigandi contra hujuſmodi delinquentes, fautores, complices, & ſequaces, ac procedendi, citandi, monendi, arreſtandi, compeſcendi, conſtringendi, carcerandi, hujuſmodi, quos repertos culpabiles condendandi capiendi, & detinendi, bona quæcumque dictorum condemnatorum ad cameram Caſſinenſem devolvendi, applicandi & confiſcandi ipſaque ſubhaſtationibus præmiſſis vendendi, locandi, & per noſtram cameram Caſſinenſem retinendi, executiones ſententiarum tuarum viriliter faciendi, & exercendi tam realiter, quam perſonaliter per carcerationem, teſtes examinandi, & pecuniam ex dictis tuis ſententiis proferendis recipiendi noſtro nomine, ipſaque conſervandi, & manutenendi, præcipiendi, mandandi, mulctandi, pœnaſque imponendi, & injungendi ad ipſarum exactiones, ſummarie contra inobedientes procedendi, & abſolvendi, & poſſeſſiones, & res alias dicti noſtri monaſterii diſtractas, & occupatas pro nobis, & dicto noſtro monaſterio recuperandi, & ad proprietatem reducendi, & omnia alia faciendi, quæ in prædictis, & connexis ab eiſdem videris, & cognoveris expedire, juſtitia mediante, dantes, & concedentes tibi harum ſerie plenariam facultatem, expreſſe mandantes dilectis nobis in Chriſto Vaſſallis noſtris, & ſacri monaſterii Caſſinenſis officialibus conſilio & communi ſindicis, & ſingularibus perſonis dicti caſtri, quatenus pœna noſtro arbitrio auferenda, & cameræ Caſſinenſi applicanda, & indignationis gratiæ noſtræ tibi noſtro Commiſſario, & officiali in omnibus, & ſingulis ſupradictis, & eorum dependentiis efficaciter pareant, & intendant, nec non Fratri Meulo Priori prædicto, ut tibi aſſiſtat in omnibus auxiliis, conſiliis, & favoribus idiotarum, & famulorum ſuorum pro executionibus, & aliis occurrendis tamquam nobis prout oportere videris, & ab eo duxeris poſtulandi, procedendi autem contra presbyteros, & clericos caſtri prædicti, ac ipſos condemnandi tibi præſentium tenore interdicimus facultatem, quorum punitionem dicto Priori, aut ſucceſſoribus ſuis canonice intrantibus liberaliter relaxamus, facta tibi conſcientia cui aſſiſtas in omnibus caſibus opportunis. Tu enim ſtudeas tam prudenter, & ſollicite in præfata commiſſione te habere, quod digne laudis præconiis valeas commendari, & exinde perſonam tuam valeamus favorabilibus gratiis, & officiis exaltare, Deum ſemper præ oculis habentem, ad pacis tranquillitatem dicti caſtri; & ad noſtram debitæ reverentiæ, & obedientiæ reductionem. Has autem litteras noſtra propria manu ſubſcriptas, & ſigillo noſtro Pontificali munimine roboratas fieri fecimus, & in actis noſtræ cameræ per noſtrum infraſcriptum notarium ſcribi, & etiam regiſtrari. Datum apud noſtrum caſtrum S. Petri in monaſterio ſub anno Domini 1377. die nono menſis Aprilis XV. indictionis, Pontificatus SS. in Chriſto patris, & D. noſtri D. Gregorii Divina providentia Papæ XI. ejus anno ſeptimo.*

Anno deinde 1377. Petrus Abbas conſtituit in temporalibus, ac ſpiritualibus Vicarium oppidorum Citrarii, & Fellæ Maurum a Nurſia Abbatem S. Petri Eugubini hiſce litteris in cit. regeſto p. 117., ex quibus temporalis cœnobii noſtri in illa oppida tum civilis, tum criminalis juriſdictio apparet: *Frater Petrus &c. Venerabili in Chriſto P. D. F. Mauro de Nurſia Abbati monaſterii S. S. Petri de Eugubio ordinis S. Benedicti Vicario in ſpiritualibus, & temporalibus noſtri caſtri Citrarii, & Fellæ de provincia Calabriæ ad nos, & Caſſinenſe monaſterium pleno jure ſpectantis ſalutem in Domino. Terrarum, & caſtrorum commodis tunc proſpicitur, & ſalubriter ipſarum indemnitatibus præcavetur, cum viris probatis earum cura committitur, & ipſarum regimini præſides idonei deputantur. Sane religionis Zelus, litterarum ſcientia, & magna providentia veſtra virtus, quæ diu in multorum, & arduorum executione enituit noſtro ſæpius ſubgerunt animo, ut veſtris humeris gravium agendorum deferre onera conſuetis incumbentium nobis undique negotiorum partem fiducialiter imponamus; ad ſtatum itaque pacificum & tranquillum præfati noſtri caſtri Citrarii gerentes paterna charitatis affectum cupientes vos, qui filius, & Frater dicti noſtri venerabilis monaſterii fuiſtis, & nunc ſingularis reverentia exiſtitis, ut tanto ad ſtatum, & honorem Caſſinenſis monaſterii, ac commodum ſubditorum, incolarum. & habitatorum ipſius caſtri cujus vobis conceſſa eſt per præſentes omnimoda gubernatio,*

Vicarius Oppidi Citrarii electus

*natio, Vicariatus officium veſtrum proſe qui favorabilius valeatis quanto fueritis ampliori poteſtate muniti, vos Vicarium noſtrum in ſpiritualibus, & temporalibus in eodem noſtro caſtro pro tribus annis venturis proxime incipiendis in proximis Kalendis menſis Octobris, & ut ſequitur, finiendis, cum omnibus, & ſingulis juribus, & pertinentiis ſuis facimus, conſtituimus, & deputamus, tenore preſentium vobis dictum caſtrum Vaſſallos, incolas, & habitatores ejuſdem, nomine dicti monaſterii, atque noſtro, reformandi. gubernandi, ad miniſtrandi, ac in eis juriſdictionem plenam, & omnimodam exercendi, civiles, & criminales cauſas per vos, vel alium, ſeu alios audiendi, terminandi, diſcutiendi, contra omnes, & ſingulos cujuſcumque gradus, dignitatis, vel ſtatus, de quibus vobis juſticia ſuadebit inquirendi, indagandi, & procedendi ex officio curiæ, ipſoſque citandi, monendi, detinendi, carcerandi, condendandi, multandi, puniendi, eorumque bona conſiſcandi, condemnates exigendi, & exequendi penas, & banda veſtris uſibus applicandi, & recipiendi, ac etiam componendi inter clericos, & laicos, & omnes alios diſſidentes atque diſcordes dicti caſtri pacem, & concordiam reformandi, & ipſos ad eorum obſervationem pœnis gravibus, & ſententiis ſpiritualibus, & temporalibus compellendi, concordes in unitatis, & charitatis vinculo confirmandi, bona quæcumque mobilia, vel ſtabilia ad nos, & curiam dicti caſtri pertinentia, & injuſte occupata, locata, alienata, & diſtracta, ab occupatoribus, & quibuſcumque illicitis detentoribus recuperandi, & ad poſſeſſionem, proprietatem, & dominium noſtrum & dicti noſtri Caſſinenſis monaſterii reducendi &c. mandantes quoque dilectis in Chriſto fidelibus, regiminibus, univerſitati, hominibus, ſingularibuſque perſonis dicti caſtri, quatenus vos ad hujuſmodi Vicariatum, regimen, & gubernationem benigne recipiant, & admittant, eoque durante tempore vobis deputando, vel deputandis a vobis devote pareant efficaciter, & intendant. Volumus autem, ac decernimus per preſentes, quod caſtrum præfatum cum turri, ac fortellitio diſtrictu, ac pertinentiis, & juribus melioramentis abſque more incommodo, & difficultatis obſtaculo ad nos, & eundem noſtrum monaſterium finito dicto triennio &c. libere revertantur. Vos enim Abbas Maurus caſtrum, turrim, fortellitium, diſtrictum, pertinentias, & jura præfata nobis, aut ſucceſſoribus noſtris, vel vacante Abbatia Caſſinenſi monaſterio prælibato dare, reſtituere, & reddere meliorata, vel ſaltem culpa veſtra non deteriorata, et nos, et dictum monaſterium in pacifica poſſeſſione prædictorum reducere ſine contradictione quacumque teneamini etc. Datum in noſtro ſacro Caſſinenſi monaſterio ſub anno a nativitate Domini 1377. indictione XV., die quinta menſis Auguſti, pontificatus SS. in Chriſto Patris, et D. noſtri D. Gregorii divina providentia Papæ XI. ejus anno VII. etc.*

Judices ad contractus electi.

Eodem anno 1377. Petrus Abbas judicem ad contractus in oppido S. Georgii elegit Benedictum Lannum hiſce literis in cit. regeſto pag. 108. contentis. *Frater Petrus etc. dilecto fideli noſtro in Chriſto Benedicto Lanno de caſtro S. Georgii nobis et Caſſinenſi monaſterio immediate plenoque jure pertinente ſalutem in Domino. Nam perſonarum attendimus merita, cum aliquibus gratiam elargimur, & dignum eſſe dignoſcitur grata devotorum obſequia retributione gratuita congruis honoribus, & præmiis munerari, ut eorum devotio mentis clareſcat, & aliis ſuorum exemplo ad obſequendum fideliter animentur. Sane attendentes fidem puram, & devotionem ſinceram tui cordis, quam erga nos, & Caſſinenſe monaſterium in præteritum gexiſti, & præſentialiter habere dignoſceris, &c. te ad honorem ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ dominorum noſtrorum Papæ, reginalis majeſtatis, atque noſtri, & Caſſinenſis monaſterii in civitate S. Germani ejuſque pertinentiis, & diſtrictu, ac omnibus aliis terris, & locis dictæ Caſſinenſis Abbatiæ &c. ad vitam tuam judicem ad contractus, & cauſas juſſimus tenore preſentium ordinandum, tibique officium ipſum in locis prædictis harum ſerie concedimus gratioſe &c. receptoque a te officiis ipſis fideliter, & legaliter exercendo debito juramento, & nobis conſtito prius, & ante omnia manifeſte ex relatione juridica, te eſſe de genere fidelium ortum, & matrimonio legitimo procreatum. Quapropter volumus, & mandamus, quod tu officia ipſa ex nunc &c. in civitate, terris, & locis præfatis libere valeas exercere, mandantes nihilominus expreſſe omnibus, & ſingulis vaſſallis, & fidelibus, & ſubditis noſtris Caſſinenſis monaſterii præfati, & membrorum ipſius, quatenus de cetero, cum eis expediens fuerit, ad te tamquam ad judicem ad cauſas, & contractus per nos, ut præmittitur, legitime datum in omnibus, & ſingulis, quæ ad ipſius judicatus officium ſpectare, & pertinere noſcuntur de conſuetudine, vel de jure, confidenter recurrant, & ſuper hiis efficaciter pareant, obediant, & intendant. Tu enim ſtudeas dicta officia tibi per nos gratioſe conceſſa taliter exercere ſicut in noſtris manibus debitum præſtitiſti juramentum, quod illam gloriæ famam quam reipublicæ defenſores promerentur, aquiras, & apud nos dignis laudum præconiis extollaris, ut a nobis uberiores gratias, & favores conſequi merearis. Nos enim quidquid in eiſdem officiis rite feceris rata gerentes, faciemus, authore Domino, inviolabiliter obſervari. In cujus rei teſtimonium &c. preſentes noſtras patentes litteras, quas poſt inſpectionem oportunam tibi reſtitui volumus, & mandamus, integras, & illeſas. Exinde fieri mandavimus ſigillo noſtro Pontificali pendenti communitas. Datum in S. Petro in monaſterio, poſt regiſtrationem ipſarum manu noſtri infraſcripti notarii, in regeſtro noſtræ cameræ in domibus noſtræ reſidentiæ ſub anno Domini 1377. die 20. menſis Aprilis XV. indictionis, Pontificatus SS. in Chriſto Patris, & D. noſtri D. Gregorii divina providentia Papæ XI. ejus anno VII.* Eodemque anno die 10. Aprilis electus judex ad contractus in urbe S. Germani, univerſaque ditione Caſſinenſi Bartholomæus de Laurentio Turibacco Romanus urbis S. Germani incola, qua de re patentes literæ extant in regeſto Petri p. 110. a t.

Quidam a Plumbariola rebelles ad officium redeunt.

Perduelles quidam oppidani Plumbariolæ hoc inſtrumento in regeſto Petri p. 227. deſcripto cœnobio Caſſinenſi veniam deprecantes ſeſe iterum ſubiecere. *In nomine Dñi Amen. Anno Domini 1377, Indictione quintadecima die 17. Auguſti &c. in præſentia mei notarii, & teſtium infraſcriptorum &c. Angelus Jacobi Angeli, Bictus Jacobelli, Petrus*

Petrus

*trus Nicolai Angeli, Bictus Stephani, Johannes Landi, Johannes Vulpe, Rucius Jacobi de Aquino, Jacobus Rubeus, magiſter Petrus Magiſtri Franciſci &c.* (ſequuntur nomina aliarum perſonarum) *omnes de caſtro Plumbarolæ Abbatiæ Caſſinenſis flexis genibus, & cinturis ingulæ ſuppliciter veniam poſtularunt rever. in Chriſto patri, & D. D. Fratri Petro de Tartaris de Urbe Abbati ſacri monaſterii Caſſinenſis pro eo quod in rebellione inſtigati ſpiritu arrogantiæ portaverunt claves dicti caſtri ad majeſtatem Sereniſſimæ D. D. noſtræ Johannæ Hieruſalem, & Siciliæ, de quibus cognoſcentes viam rectam, & potiti conſilii ſpiritus ſanioris, ac nolentes in perfidia eorum pertinacia continuare, ſe libere caſtigationi, punitioni, & correctioni ipſius D. Abbatis voluntarii ſuppoſuerunt, & in ſuis manibus miſerunt. Promittentes ſolvere omnem penam per D. Abbatem præfatum imponendam, renunciantes &c. Actum in ſacro monaſterio Caſſinenſi die 17. dicti menſis, præſentibus venerabilibus viris D. Thoma de Perleonibus de urbe, D. Antonio de Archionibus Vicariis Caſſinenſibus, Cicco D. Fulci de Archionibus, Cicco de Piſcionibus de Urbe, & D. Paulo Loctai de Sermoneto Fratribus, Antonio de Atino, Bartholomæo de Francia, & Franciſco de Sicilia teſtibus ad prædicta vocatis &c.*

Alienationes bonorũ ſubditis a Petro de Tartaris vetitæ.

A tempore jam Bernardi Abbatis an. 1273. cœnobium Caſſinenſe in ſingula ſibi ſubjecta oppida juriſdictionem hujuſcemodi poſſidebat. *Item homines ſupradicti caſtri, & illi homines, qui terras, & poſſeſſiones tenent in Territorio ejuſdem poteſtatem, & facultatem obtinent a monaſterio Caſſinenſi terras, & poſſeſſiones, & bona ipſorum donandi, vendendi, judicandi ſeu quomodolibet alienandi cuicumque voluerint infra terram B. Benedicti, qui jus monaſterio debitum de illis poſſeſſionibus perſolvant, ſi vero extra Terram B. Benedicti per ſupradictos aliquid venditum, aut donatum, vel alienatum extiterit, licebit ipſi curiæ Caſſinenſi illud ad proprietatem, & poſſeſſionem ſuam aſſumere.* At cum plures contra vetuſtiſſimum hunc morem factas alienationes comperiſſet & Petrus Abbas irritas omnes hoc edicto declaravit quod in ejus regeſto p. 129. extat, vetavitque, ne deinceps fierent. Ex quo edicto conſtat etiam, quod firmiſſimis alibi rationum momentis demonſtravimus ſupremam ſingularum Abbatiæ Caſſinenſis poſſeſſionum, juriſdictionem, & dominium penes cœnobium Caſſinenſe fuiſſe. Si quippe ſubditorum illa fuiſſent haud plane alienationem vetare illis poterat Abbas, quam leges omnes permitterent: *Fr. Petrus de Tartaris de urbe Dei, & apoſtolicæ ſedis gratia humilis Abbas ſacri monaſterii Caſſinenſis Ordinis S. Benedicti, quod nullius diœceſis exiſtit, Dilectis nobis in Chriſto univerſis, & ſingulis Archipreſbyteris, Archidiaconis, Abbatibus, Rectoribus, canonicis, & clericis aliis quibuſcumque, nec non Rectoribus, Officialibus, univerſitatibus, ſingularibuſque perſonis, civitatis, terrarum, caſtrorum, caſalium, villarum, & locorum nobis, & ſacro noſtro Caſſinenſi monaſterio in ſpiritualibus, vel temporalibus ac in utroque dominio ſubjectis, ſalutem in Domino, & noſtrorum obedientiam mandatorum. Sane commiſſi nobis regiminis cura nos ſollicitat remediis ſubditorum ſedulo vacare, ut dum eorum excludimus onera, dum diſpendia removemus in eorum quieta quieſcamus, & in pace foveamur, noſtrique diſtrictus tranquillitatis, & pacis commoda impendamus, nec non frequens, & aſſiduum ſtudium indeſinenter manus excitat ad labores voluntarios expectandos, ut quietem aliis preparemus, & dum finem litibus cupimus imponi, & calumpniæ materiam amputamus, eaque juris, proprietatis, & dominii noſtri, & dicti monaſterii exiſtat honorem, & ſtatum noſtrum, ea dicti monaſterii, ac veſtrum commodum cum laudabilia pareant incrementa cura ſollicita peragamus, ea propter non ſine cordis amaritudine recolentes ſicut fidelium noſtrorum relatione percepimus, quod nonnulli homines, & perſonæ de dicta noſtra Abbatia fideles noſtri, & aliunde habentes domos, vineas, molendina, & alias poſſeſſiones intra limites Abbatiæ præfatæ, quæ omnia antiquis temporibus a quondam DD. Caſſinenſibus prædeceſſoribus noſtris jure libellario, vel emphiteotico, vel aliis de cauſis poſſidebant, variiſque occaſionibus fuerunt a dictis adepti propriis authoritatibus auſu temerario reverentiam, & juriſdictionem dominii Caſſinenſis ac juris ſollemnitatibus non ſervatis, vendiderunt, & alienaverunt retroactis temporibus nonnullas domos, campos, prata, molendina, & alias poſſeſſiones, magnatibus, & viris potentibus circumſtantibus, ac aliis perſonis minoribus ſine noſtrorum prædeceſſorum, & noſtra ſpeciali licentia, & mandato. In quibus propter vacationes paſtorum dicti monaſterii Caſſinenſis, noſtramque abſentiam diuturnam, quam fecimus in urbe, & alibi ad ſervitia apoſtolica non potuimus citius oportuna proviſionis remedium adhibere, & ne propter lapſum temporis juriſdictio monaſterii minueretur quibus dum tenera ſunt, & ad noſtram notitiam devenerunt, volentes ſalutare antidotum adhibere.*

Petrus Abbas occupatus in negotiis Apoſtolicæ ſedis.

*Cum itaque noſtra ordinaria poteſtatis, nec non Romanorum, & maxime S. memoriæ D. Urbani Papæ V. ac ſereniſſimorum Principum, dominorum Imperatorum pro manutentione, ſtatu, & gubernatione pacis noſtri monaſterii ſupradicti fueris, & ſit dictum monaſterium ſpecialibus privilegiis communitum, quod nulli fideli Abbatiæ prædictæ, vel alteri poſſeſſiones habenti in eadem Abbatia liceat pro conſervatione dominii dicti monaſterii vendere, alienare, & dominium transferre de domibus, vineis, molendinis, nemoribus, ſilvis, pratis, & aliis poſſeſſionibus quibuſcumque, ac juribus corporalibus, & incorporalibus in aliquem magnatem potentem, vel Baronem, ſive quamcumque perſonam magnam, ſive parvam cujuſcumque ſtatus, aut conditionis exiſtat, extra noſtrum diſtrictum noſtræque Abbatiæ fines ſine noſtra petita licentia, & obtenta alioquin eadem authoritate liceat dominis Abbatibus Caſſinenſibus, qui pro tempore fuerint hujuſmodi conceſſiones donationes, venditiones, & alienationes, pro conſervatione pacifici ſtatus dictorum monaſterii, & fidelium ſuorum tamquam factas contra formam conſtitutionum regni Siciliæ & juris in grave damnum, & præjudicium dicti monaſterii revocare, annullare, & viribus ſingulis vacuare, illaſque ipſo facto, tenores dictorum Privilegiorum ex tunc prout ex nunc mandant, & volunt haberi pro irritis, & inanibus. Nos vero authoritate prædictorum, & ordinaria, qua fungimur in hac parte de fratrum noſtrorum, & peritorum conſilio, deliberatione, & conſenſu, omnimodo,*

Digitized by Google

de, via, jure, et forma et cauſa quibus melius poſſumus, & de jure debemus & ex certa noſtra ſcientia hujuſmodi alienationes, donationes, conceſſiones, & venditiones ſine noſtra, & prædeceſſorum noſtrorum licentia petita, & obtenta hucuſque per quoſvis noſtros fideles vel alias perſonas de domibus, poſſeſſionibus, & juribus quibuſcumque prælibatis hominibus, & perſonis extra Abbatiam noſtram, & præcipue dictis potentibus, ſeu magnatibus, tamquam factas indebite, & injuſte, & in derogationem jurium monaſterii Caſſinenſis, ac noſtrum grave præjudicium annullamus, irritamus, caſſamus, & juribus ſingulis vacuamus, & nolumus fore alicujus valoris, efficaciæ, vel momenti, ipſaſque decernentes per hanc noſtram conſtitutionem, ſententiam, & declarationem pro irritis, caſſis, & inanibus, & ſic mandamus, & volumus ex nunc, prout ex tunc per vos, & veſtrum quemlibet haberi, & reputari. Cæterum quia non prodeſt præterita emendare niſi adverſus futura opportunis remediis præcaveamus, & licet zelum animarum habentes eas Domino lucrari cupiamus. Quia tamen decet, & expedit, ut conſcientiæ puritati non deſit judicium rationis, ne unde ſpiritualis profectus queritur, inde ſalutis diſpendium ſubſequatur, & occaſio ſimilia perpetrandi de facili præbeatur. Sed quod Dei timor a malo non revocat, temporalis ſaltem pœna coerceat a peccato, præſenti edicto conſtituto, ſeu decreto de Fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu provide duximus ſtatuendum, ut nullus monachus Caſſinenſis, vel membrorum clauſtralis, vel Beneficiatus, Vicarii, Archipresbyteri, Archidiaconi, Priores, Abbates, eccleſiarum Rectores, & alii clerici noſtræ diœceſis, aut Rectores, Officiales univerſitatum, Civitatis, Terrarum, Caſtrorum, & locorum nobis ſubiectorum, vel noſtro Caſſinenſi monaſterio, aut Vaſſalli, vel fideles cæteri Caſſinenſes, aut alia quævis perſona, tam eccleſiaſtica, quam ſeculares poſſeſſiones, & jura habentes intra limites noſtræ Caſſinenſis Abbatiæ, & Terrarum ejus, audeat, vel præſumat hujuſmodi ſuas poſſeſſiones, domos, vineas, molendina, ſilvas, prata, vel alias poſſeſſiones, jura corporalia vel incorporalia quocumque nomine nuncuparentur publice, vel occulte, vendere, alienare, donare, & jus, & dominium ſuum in alterum extraneum extra Abbatiam prædictam transferre, aut concedere alicui extra Abbatiam, & præcipue Comitibus, Baronibus, & aliis potentibus viris, qui de facili ad judicium trahi non poſſunt, ab hoc in antea; ſi autem eccleſiaſtica perſona fuerit, vel ſecularis, quæ ſecus faceret, vel præſumeret temere attentare, excommunicationis ſententia innodamus, ipſamque pro proditore, & rebelli monaſterio Caſſinenſi, & noſtro ex nunc eſſe declaramus, ac pro rebelle, & proditore haberi volumus, & mandamus, cujus, vel quorum bona ex nunc, prout ex tunc, ex certa noſtra ſententia noſtræ Caſſinenſi cameræ applicamus, & confiſcamus, & pro applicatis, incorporatis, & confiſcatis haberi volumus, & mandamus, illoſque privantes nihilominus omni privilegio, & immunitate, beneficio, & honore, ſi quod haberent a nobis, vel prædeceſſoribus noſtris, & ut nullus veſtrum poſſet de præmiſſis ſuo loco, & tempore ignorantiæ cauſam allegare, hanc noſtram conſtitutionem, ordinationem, decretum, ſeu edictum vobis, & veſtris communitatibus per Fratrem Martinum idiotam Caſſinenſem noſtrum in hac parte juratum nuntium rogaturum publicum notarium de ipſius præſentatione inſtrumentum publicum conficiendi commiſſimus præſentandas, cujus relationi, vel inſtrumento publico inde conficiendo ſtabimus, & dabimus plenam fidem, in quorum teſtimonium præſentes litteras noſtro pontificali ſigillo munitas, manu notarii Angeli Colæ de Viterbio noſtri, noſtraque cameræ notarii fieri, ſcribi, & regeſto noſtræ cameræ Caſſinenſis ad noſtram, & ſucceſſorum noſtrorum certitudinem, & cautelam fecimus regiſtrari. Datum in S. Germano in domibus noſtræ reſidentiæ, die decimo octavo menſis Decembris milleſimi trecenteſimi ſeptuageſimi ſeptimi, indictionis primæ, Pontificatus SS. in Chriſto Patris, & D. noſtri D. Gregorii divina providentia Papæ XI. an. VII. Angelus de Viterbio dicti D. Abbatis notarius ejus mandato prædicta ſcripſi, & regiſtravi.

Petrus Reginæ Johannæ, ope implorata, Ditioni Caſſinenſi proſpicit.

Cum anno 1378. Cardinales Galli in Urbanum ſextum perduelles Anagniæ ſeſe militibus tutarent, veritus Petrus de Tartaris, ne malum aliquid oppidis ditionis noſtræ obveniret, Johannæ reginæ, quæ Urbano favebat, implorata ope, acceptaque ab ea mandata cum executioni mandare paraſſet, quidam Sangermanenſes rebellantes ſcelera plurima in eum perpetrarunt, quæ Reginæ opportuna remedia poſtulans, retulit, ut ex mox adducendis literis liquet, e quibus juriſdictio cœnobii noſtri in urbem Sangermanenſem etiam evincitur luculentiſſime.

Ex originali in Archivo.

Johanna Dei gratia regina Jeruſalem, & Siciliæ &c. Johanni de Caramanica militi legum doctori Magnæ noſtræ curiæ magiſtro Rationali, curiæ Vicariæ regiæ judici Conſiliario, & fideli noſtro dilecto gratiam, & bonam voluntatem. Moleſta ſunt nobis quæcumque gravamina noſtris irrogata fidelibus, ſed quæ inferuntur eccleſiis, eccleſiaſticiſve perſonis, eo moleſtius, graviuſque perferimus, quo ſpecialiter eos affectu benigno proſequimur, & eorum favores, & commoda quantum poſſumus honeſte perſcrutamur. Sane pro parte venerabilis patris, & religioſorum virorum Abbatis, & conventus monaſterii Caſſinenſis devotorum oratorum noſtrorum, quædam nuper expoſitio murmurans extitit in auditorio noſtro lecta de nonnullis exceſſibus, injuriis, criminibus, & offenſis, ac violentiis, ſpoliationibus, & deſtitutionibus jurium, & juriſdictionis dicti monaſterii per univerſitatem, & certas ſpeciales perſonas terræ S. Germani, ut ponitur, perpetratis, tenoris, & continentiæ ſubſequentis; ſacræ reginali majeſtati reverenter exponitur pro parte Abbatis, & Conventus monaſterii Caſſinenſis devotorum oratorum veſtrorum dicentium, quod cum dictus Abbas Caſſinenſis auditis novis pravæ gentis ſocietatis Britonum venturæ verſus partes Anagniæ, & eſſet prope terras Abbatiæ Caſſinenſis miſit venerabilem virum Thomam de Perlionibus Vicarium Caſſinenſem ad preſentiam majeſtatis veſtræ, ut dicta majeſtas, & ejus conſilium adviſarent, quid faciendum eſſet ſuper prædictis, & reſponſum fuit prædicto Vicario ex parte majeſtatis ejuſdem, & etiam ſcriptum, ut Abbas idem faceret bene cuſtodire terras, & reparare ea, quæ ſunt reparanda, ne aliquod damnum recipere poſſet. Et demum cum dictus Abbas Caſſinenſis devictus precibus ſacri conventus monaſterii Caſſinenſis, ut per

mon-

Digitized by Google

*menſem ipſi Monachi reficerentur preſentia patris ſui, habita reſponſione predicta, dimiſit, & ordinavit in civitate S. Germani pro conſervatione, & reparatione terræ, de communi conſenſu univerſitatis prædictæ decem homines de melioribus, & prudentioribus totius civitatis per quos veriſimiliter præſumebatur quod dicta civitas cuſtodiretur, & repararetur. Demum cum iſti decem homines vacarent reparationi terræ, prædicti cives S. Germani ſpiritu diabolico ducti, quod jam, ut per experientiam apparuit, ceperunt, ſtudioſe, nolebant obedire eis, qui Commiſſarii videntes inobedientiam iſtorum civium, iverunt ad prædictum Abbatem, & dixerunt ſibi, quod poneret unum ſuum locum tenentem, eos animaret ad prædictam reparationem terræ, tuncque dictus Abbas annuens dictis, & precibus eorum, ordinavit ſuum Vicarium ad ſupradictam reparationem, & quia ſupradictus Vicarius aliis occurrentibus occupatus fuerat, quadam die preſentiam ipſius commode non valentes habere, inito conſilio totius univerſitatis, ordinaverunt, & inſtituerunt duos nuncios ſpeciales ad dictum Abbatem, quibus fuerat commiſſum, quod dictus Abbas aut permitteret ſupradictum ſuum Vicarium continue reſidere in civitate S. Germani ad ſupradictam reparationem, aut committeret alicui loco ſui. Quibus ordinatis per totam prædictam univerſitatem ſurrexit quidam miles homo mali capitis, & partialis, & odioſus illorum, qui ibant ad dictum Abbatem propria authoritate prohibuit, ut non iret, & tunc alii complices, & partiales ſequendo eum fuit commotus populus contradicendo, ut non irent, & ob iſtum tumultum factum ipſi non iverunt, ſed hoc relato dicto Abbati, mandavit Vicario, quod ubi ſupradictus miles culpabilis reperiretur, retineretur, qui dictus Vicarius habita informatione ſuper hiis, inveniens ipſum fore culpabilem in præmiſſis; retinuit eum in curia honeſte; Demum alii complices, & partiales ſui iſta non ferentes, iverunt ad Vicarium, ut liberaret eum cum verbis injurioſis, & minis, dicendo, quod ſi iſtum non dimiſeris talia faciemus, quod nunquam acta fuerant in S. Germano, & his verbis, & minis motus Vicarius mandavit eidem ſub dicta pena, quod non recederet de curia ad ſcandala evitanda, quæ de facili potuiſſent oriri. Item ſupradicti retentis honeſte in curia dicti complices, & partiales eorum, miſerunt per Villas dictæ civitatis propria authoritate, ſub pena ignis, quatenus viſis mandatis eorum venirent ad S. Germanum manu armata, qui ruſtici venerunt de eorum mandato, mane autem facto, inito eorum pravo conſilio ſpiritu diabolico inflammati, venerunt ad januas curiæ Caſſinenſis, ubi erat preſentia Vicarii monaſterii, & aliorum officialium cum ſecuribus, & aliis armis dando per vices ſupra januas dictæ curiæ dicendo* mora mora li traituri, *& apertis januis violenter eorum inſultu petierunt detentos, qui Vicarius reſpondit eiſdem, ut darent fidejuſſores de ſtando juri, & illo rebellico animo reſpondentes dixerunt: nolumus dare fidejuſſores, ſed volumus iſtos detentos ſic ſine licentia, & voluntate dicti Vicarii receperunt ipſos detentos. Item his perpetratis non contenti, pejora pejoribus cumulando petierunt claves terræ à Vicario ſupradicto, quæ claves ſemper per Dominum, & ejus officiales teneri conſueverunt, qui vicarius timore mortis perterritus recepit claves, & projecit in terram, & dixit: non dabo vobis claves, ſed qui audax eſt contra fidelitatem venire recipiat, & tunc quam plures poſuerunt manus in claves, & receperunt in deſpectum dominorum Caſſinenſium ad modum rebellium, & proditorum ceperunt regere terram, diſtribuendo claves quibuſdam eorum complicibus, ſpoliando, & privando monaſterium dominio ſuo. Item ſupradicti iis non contenti iverunt ad domum Rectoris terræ civitatis ſancti Germani, qui gerit vicem dicti Abbatis, vociferando,* moriatur moriatur lo traitore, *& ipſo non invento intraverunt ad domum ſuam, & receperunt acta curiæ Rectoris, & laceraverunt, & dejecerunt in viam publicam in vilipendium monaſterii Caſſinenſis, & omnia pignora, quæ habebat dictus Rector in domo receperunt, & ſingulis condemnatis reſtituerunt, & apothecam ſuam diruerunt, & de bonis propriis aliqua abſtulerunt. Item ad huc pejora pejoribus cumulando, currendo terram iverunt ad domum cujuſdam boni civis, qui malefactis eorum non applaudebat dicendo* mora lo traitore, *& ipſo non invento volebant diſrobare domum ſuam, & inceperunt frangere oſtia domus, ſed non prævaluerunt, Deo auxiliante, & quibuſdam ſuis conſanguiniis, & amicis defendentibus. Item adhuc diabolico ſpiritu inſtigati, iverunt ad S. Franciſcum manu armata, & pulſaverunt campanam ad arma, & receperunt inde quoddam vexillum ad paliandum malefacta eorum; Et iterum circuerunt terram dicendo* Viva Madamma, e morano li traituri, *et ſic apud ſe receperunt dominium civitatis in damnum, et prejudicium monaſterii Caſſinenſis etc.* Sequitur expoſitio multorum aliorum facinorum, & poſtea ſequitur. *Item quando ſupradictus Lofredus miles ſimul cum complicibus ſuis temporibus retroactis cepit civitatem S. Germani, et S. Eliæ, et quatuor caſtra, quæ ſunt in montibus ſpectantia ad dominium monaſterii Caſſinenſi, retinens ſupradicta caſtra tirampnice diſrobando ipſa caſtra, et partiales carcerando, homines dictorum caſtrorum, ut pecuniis eorum redimerentur extrahendo dentes, ut majorem pecuniam habere poſſet, aliquos interficiendo, adulteria committendo, virgines ſtuprando, et deflorando, et pejora pejoribus cumulando, acceſſit ad monaſterium Caſſinenſe ſimul cum complicibus ſuis intrando monaſterium, diſrobavit monaſterium, et recepit theſaurum ſacrum conflando calices, et alia vaſa pro pecunia dandis ſtipendiariis, ſacrilegium committendo, de quibus omnibus poterit veſtra ſacra majeſtas veridica informatione informari, cum licet iſta ſint notoria parati ſunt per idoneos teſtes iſta probare etc. Quare pro ipſorum Abbatis, et Conventus parte majeſtati veſtræ humiliter ſupplicatur, quatenus intuitu Dei, et juſtitiæ, ac beati Benedicti benigne dignemini ſupra præmiſſis benigniter providere, ac de tam gravibus exceſſibus, et delictis exhibere eis juſtitiæ complementum, et primo quia ſpoliatis injuſte, ante omnia eſt reſtitutio facienda, mandare dignemini ipſum Abbatem, et monaſterium reſtitui in dominium priſtinum, atque ſtatum, et demum de prædictis commiſſis exceſſibus inquiratur ex mero officio, ac exigente juſtitia, delinquentes acrius puniantur, ut de cetero ipſi talia committere non præſumant et pena eorum aliis tranſeat in exemplum. Proteſtando tamen, quod quantum in eis eſt, non pro-*

*pro-*

Digitized by Google

*procedatur ad penam ſanguinis. Poſtquam quidem petitionem oblatam, nos habita ſuper præmiſſis expoſitis noſtri conſilii deliberatione matura, ac hujuſmodi temeritatis auſus, & præſumptuoſos exceſſus, moleſtationes, & novitates exponentibus ipſis factas deteſtabiliter abhorrentes, ac volentes ſuper hiis prout ad Præſidentiæ noſtræ ſpectat officium, de opportuno juris remedio providere, de fide, ſufficientia, & legalitate tua, ac aliis tuis laudabilibus operibus probitatis plenarie confidentes, te ad dictam terram S. Germani, ſeu loca alia convicina ad inquirendum de præmiſſis omnibus, & alia, prout ſubditur, faciendum prævidimus tenore præſentium deſtinandum, volentes, & fidelitati tuæ committentes, & mandantes expreſſe, quatenus ſtatim receptis preſentibus ad dictam terram, & loca te perſonaliter conferens, quia ſpoliatis injuſte eſt celeris reſtitutionis beneficio ſuccurrendum prius, & ante omnia, ſecundum formam Capituli regis ſuper violentis deſtitutionibus editi, Abbatem ipſum, ſeu monaſterium reſtituas, & inducas, ac reſtitui induci, mandes, & facias ſub gravium impoſitione penarum per univerſitatem, & homines dictæ terræ S. Germani in poſſeſſionem priſtinam omnium Jurium, & juriſdictionis ipſius monaſterii, quibus cum a dictis hominibus inveneris ſpoliatum, claveſque dictæ terræ, quæ ei violenter ablatæ ponuntur ſi ita eſt ſibi reſtitui mandes, & facias, ac etiam reſignari, mandans univerſitati, ab hominibus ipſis ad penam unciarum quingentorum pro dicta univerſitate, & unciarum viginti quinque pro perſonis ſingularibus, ut Abbatem ipſum & conventum, ſeu officiales ipſius ſuper poſſeſſionem jurium, & juriſdictionis dicti monaſterii non impediant in aliquo, vel moleſtent, nullamque eis contradictionem inferant, vel noxiam novitatem, quinimo ipſi Abbati, & officialibus ſuis obediant, pareant, & intendant tamquam eorum domino in omnibus in quibus ſibi de jure tenentur, & debent. Et nihilominus de premiſſis omnibus, & ſingulis expoſitis dependentibus, & connexis ex eis vocatis partibus, quæ tanguntur diligenter inquiras, & te fideliter informare procures ad ſubſtantiam veritatis, & quicquid per te ſuper hujuſmodi exceſſibus, criminibus, injuriis, & offenſis, ac aliis ſupradictis reperiri contingerit fideliter in ſcriptis redactum ſub ſigillo tuo noſtræ referas Majeſtati, ut ipſa relatione habita, poſſimus ſuper iiſdem pro conſervatione jurium dictæ eccleſiæ de oportuno remedio ſecundum juſtitiam providere. Datum Neapoli per Magnificum virum Ligorium Zurulum regni Siciliæ collateralem conſiliarium, & fidelem noſtrum dilectum. Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo octavo, die tertiodecimo Auguſti primæ indictionis, regnorum noſtrorum anno trigeſimo ſexto. Regiſtrata in Cancellaria penes Prothonotarium. Petrillus de Americo.*

Rector eccleſiæ Græcorũ Pontiſcurvi ab Abbate Caſſinenſi præſentatus. Eodem anno 1378. Petrus Abbas, utpote temporalis Pontiſcurvi dominus Aquinati epiſcopo Rectorem eccleſiæ S. Nicolai Græcorum ejuſdem oppidi hiſce litteris, quæ in ejus regeſto pag. 132. a t. extant, præſentavit: *Fr. Petrus &c. Reverendo in Chriſto Patri D. J. Dei, & apoſtolicæ ſedis gratia Aquinati epiſcopo ſalutem, & ſinceram in Domino caritatem. Digne agere credimus cum eos proſequimur prærogativa favoris præcipui, quos fidelitate devota erga nos, & ſacrum monaſterium Caſſinenſe, aliiſque virtutum ſuffragiis percipimus adjuvari. Cum itaque Rectoria eccleſiæ S. Nicolai de Græcis de noſtro caſtro Pontiſcurvi Aquinateñ. diœceſis, cui cura imminet animarum, ſolita per duos Sacerdotes gubernari, & jure patronatus per Præpoſitos noſtræ Præpoſituræ S. Pauli de Foreſta, ac ratione dominii dicti caſtri dominis Aquini epiſcopis præſentari, & poſt hac medietas dictæ Rectoriæ vobis ordinario jure ſubiectæ quam qm. Abbas Johannes de Flumaria de Pontecurvo ipſius eccleſiæ promedietate Rector dum viveret obtinebat, & per ejuſdem Abbatis Joannis obitum &c. vacet ad præſens, ejuſque preſentatio jure dominis patronatus prædictorum ad nos pleno jure pertinere noſcatur. Nos vero volentes dilecto nobis in Chriſto D. Amico Meuli Thomaſii de noſtro caſtro præfato apud vos de hujuſmodi meritis fide dignis teſtimoniis commendato, favoribus aſſiſtere gratioſis, ipſum ad D. Amicum vigore dicti juris dominii, & patronatus vobis inſtituendi in Rectorem dictæ eccleſiæ pro medietate, ut præfertur vacantis per has noſtras litteras repræſentamus &c.*

Eodem anno clero oppido Pomari in ſpiritualibus, ac temporalibus cœnobio S. Liberatoris ſubiecti privilegium conceſſum eſt eligendi ſibi Archipresbyterum, cujus tamen approbatio ad Abbatem Caſſinenſem pertineret, qua de re extant in regeſto Petri literæ pag. 133. *Fr. Petrus &c. Dilectis in Chriſto filiis, & fidelibus noſtris clero hominibus, & univerſitati noſtri caſtri Pomarii de Præpoſitura noſtri monaſterii S. Liberatoris de Majella &c. ſalutem in Dño. Cupientes ut fervor puræ devotionis, & fidei, quem erga ſupradictum Caſſinenſe monaſterium, & nos, ſicut habet fide dignorum aſſerendo gerere noſcimini tanto vigeat amplius, quanto ipſius monaſterii, ac noſtri in vos gratioſum favorem cognoveritis uberius abbundare. Nuper ſiquidem pro parte veſtra nobis exhibita petitio continebat, quod cum prætenderitis ex antiquata conſuetudine hactenus obſervata, dum Archipresbyteratus veſtræ eccleſiæ S. Mariæ de dicto caſtro vacare contigerit, idoneum in Archipresbyterum dictæ eccleſiæ nominare, & ſic nominatum, Propoſito S. Liberatoris, qui canonice pro tempore fuerit confirmandum, repreſentare. Sub quibus litteras ſpecialis commiſſionis Viſitatoribus noſtris deſtinandis, coram quibus de ipſa conſuetudine probare deberetis, feciſſe recolimus, & quia dubius eſt litis eventus, & dubitatis, ne de hujuſmodi poſſetis conſuetudine oſtendere, & legitime docere, propter quod ſicut eadem petitio ſubjungebat, electionem prædictam vobis clero nominaturo, & electuro, unum ex idonioribus Presbyteris dicti caſtri, vel in eodem aſſidue commorantem, de benignitate dominica concedere benigniter dignaremur. Nos vero veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, Electionem, præſentationem, & nominationem dicti Archipreſbyteri in poſterum fiendi de caſtro præfato, vel habitatoris ejuſdem per vos clerum canonice faciendam, ſolum Deum habentes præ oculis, demumque per nos, vel dictum Præpoſitum confirmandi, authoritate noſtra ordinaria vobis concedimus facultatem &c.*

Privilegium clero & Populo Pomari conceſſum.

Præpoſitum eodem anno 1378. eccleſiæ, & vici Foreſtæ conſtituit Petrus Abbas Meulum monachum Caſſinenſem hiſce literis, quæ in ejus regeſto

Præpoſitus Foreſtæ creatus.

ſto p. 137. reperiuntur. *F. Petrus &c. Dilecto nobis in Chriſto Fratri Meulo de noſtro caſtro Pontiſcurvi monacho profeſſo noſtri ſacri monaſterii ſupradicti, nec non Præpoſito noſtræ præpoſituræ S. Pauli de Foreſta nobis, & Caſſinenſi monaſterio immediate, plenoque jure in ſpiritualibus, & temporalibus ſpectantis &c. ſalutem in Domino &c. Nos vero volentes commoditati dictæ Præpoſituræ & vaſſallorum ejuſdem ſalubriter providere, Præpoſituram ipſam S. Pauli, cujus collatio, proviſio, & omnimoda diſpoſitio ad nos authoritate noſtra ordinaria noſcitur pertinere, ſic vacantem cum plenitudine juris canonici in ſpiritualibus, & temporalibus uſque ad noſtrum, & ſucceſſorum noſtrorum beneplacitum &c. authoritate prædicta tibi conferimus, & de illa etiam providemus, inveſtientes te in noſtri præſentia conſtitutum per pacis oſculum præſentialiter de eadem. Quocirca curam, regimen, & adminiſtrationem Præpoſituræ præfatæ, ejuſque caſalis, & villarum, ac vaſſallorum eorumdem, nec non bonorum, & poſſeſſionem ipſius tibi plenarie committentes, regendi, manutenendi, & gubernandi, conſervandi eccleſiam, & juriſdictiones ejuſdem, jus & juſtitiam omnibus miniſtrandi, accuſationes, & denunciationes recipiendi, inquirendi, & procedendi, citandi, penam imponendi, condemnandi, & exequendi, inobedientes puniendi, diſſidentes, in unitatis, & charitatis vinculo reducendi, & omnia alia, & ſingula faciendi, dicendi, & exercendi, quæ in prædictis & circa ea pro conſervatione juſtitiæ, & honore noſtro videris, & cognoveris expedire plenam, & liberam, tenore præſentium concedimus poteſtatem &c. Nec non clericis vaſſallis, & univerſitatibus locorum dicti S. Pauli ſtrictim injungentes, quatenus tibi tamquam perſonæ noſtræ devote ſtudeant obedire. Et nichilominus fidelitatis, & obedientiæ in noſtris manibus in forma ſolita preſtitiſti ad ſancta Dei evangelia juramentum, ac etiam promiſiſti nobis dictam Præpoſituram ejuſque bona, & vaſſallos in ſpiritualibus, & temporalibus, quantum cum Deo poteris, utiliter augere, & penſionem, ſeu cenſum annuatim nobis debitum theſaurario Caſſinenſi noſtro nomine debitis, & congruis temporibus, ſine diminutione aliqua, aſſignare. In quorum omnium teſtimonium &c. Datum in S. Germano die ultimo Junii primæ indictionis.*

Judex ad contractus creatus.

Die 7. Julii ejuſdem anni 1378. judex ad contractus in univerſa Caſſinenſi Abbatia eſt conſtitutus oppidanus quidam Fractenſis hiſce literis ex regeſto Petri pag. 137. a t. *F. Petrus &c. Dilecto in Chriſto filio, & fideli noſtro Lombardo Nicolai Bonis de caſtro noſtro Fractarum nobis, & Caſſinenſi monaſterio immediate plenoque jure ſpectante, & pertinente, ſalutem in Domino &c. Te ad honorem ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ matris noſtræ, dominorum noſtrorum Papæ, majeſtatis reginalis, atque noſtri, & Caſſinenſis monaſterii in civitate S. Germani, ejuſque pertinentiis, & diſtrictu in dicto caſtro Fractarum, ac omnibus aliis terris, & locis dictæ Caſſinenſis Abbatiæ, authoritate ordinaria, qua fungimur, ad vitam tuam judicem ad contractus, & cauſas juſſimus tenore præſentium ordinandum, tibique officium illud in locis prædictis harum ſeriæ concedimus gratioſe de illiſque tenore præſentium providemus. Hinc eſt, quod nos hujuſmodi officium tibi, quem ad illud reperimus idoneum, & in noſtris manibus poſtmodum præſtitiſti in forma, quæ ſequitur, juramentum, duximus concedendum, ut tu idem officium prudenter, & fideliter in dictis locis ubilibet exequaris, & ad te cum neceſſe fuerit in hiis, quæ ad officium ipſum pertinent fiducialiter recurrant. Forma autem juramenti prædicti, ut per eam plenius informeris, præſentibus inſeri fecimus, quæ talis: Ego Lombardus filius Nicolai Bonis de caſtro Fractarum Abbatiæ Caſſinenſis, ab hac hora in antea fidelis, & devotus ero beato Benedicto, & ſacro ejus monaſterio Caſſinenſi, ac D. meo D. Petro Abbati ejuſdem monaſterii, & ſucceſſoribus ſuis canonice intrantibus. Non ero in conſilio, auxilio, conſenſu, vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, vel capiantur mala captione. Conſilium quod mihi per ſe vel literas, aut nuntium manifeſtabunt, ad eorum damnum, ſcienter nemini pandam. Si vero ad meam notitiam aliquid devenire contingat, quod in prejudicium Abbatis Caſſinenſis, vel monaſterii præfati vergeret, ſeu grave damnum illud pro poſſe impediam, & ſi hoc impedire non poſſem, procurabo bona fide id ad notitiam D. Abbatis perferri monaſterii Caſſinenſis, & ejus regalia, ſpecialiter jura ſi quæ idem monaſterium in civitate, vel terra, de qua ſum oriundus habeat, adjutor eis ero ad defendendum, & retinendum, ſeu recuperandum contra omnes homines. Judicatus officium fideliter exercebo, contractibus, & inſtrumentis in quibus requiritur conſenſus partium me fideliter acteſtabo, & aliis actibus legitimis authoritatem meam, & dicti judicatus interponam, inſtrumento confecto de aliquo contractu, in quo ſciam intervenire, ſeu intercedere vim, vel fraudem me non atteſtabo, ſalvo meo juxto & conſueto ſalario, ſic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei evangelia taliter faciens quod apud nos, & homines, dignis laudum preconiis extollaris &c. Datum apud S. Germanum &c. Sub anno Dñi 1378. &c.*

Juramentum præſtitum a Judice ad contractus.

Refractarii quidam Germanenſes compreſſi.

Refractariis quibuſdam Germanenſibus, qui tyrannos ſe ſe patriæ conſtituerant, hæc etiam mandata dedit Petrus Abbas, quæ in cit. regeſto p. 149. a t. extant. *Fr. Petrus &c. Dilectis in Chriſto Dominis Roffrido, Petro, & Nicolao militibus, Antonio Domino Nicolai, Antonio Coczio, & Bicto Ceci, de noſtra civitate S. Germani vaſſallis noſtris ſalutem in Domino, & noſtrorum obedientiam mandatorum. Cum civitatem noſtram ſancti Germani pleno jure in ſpiritualibus, & temporalibus nobis, & dicto ſacro monaſterio ſpectantem, & pertinentem intendamus defendere, manutenere, & conſervare ad omnem debitam fidelitatem ſacræ reginalis majeſtatis, ad quam tenemur, & monaſterii Caſſinenſis, ad noſtram, & dicti monaſterii devotionem, & commoditatem, voſque miſceatis, & intromictatis circa dominium, & regimen dictæ civitatis, authoritate propria in grave damnum, prejudicium, & jacturam jurium, & juriſdictionum dicti monaſterii, & noſtram, nullum habendo reſpectum ad dictum monaſterium, cujus vaſſalli eſtis, & vinculo fidelitatis adſtricti,*

Differt. Pp vobis,

Digitized by Google

vobis, & veſtrum cuilibet, ſub pena excommunicationis, quam ex nunc, prout ex tunc, canonica monitione præmiſſa, aſſignamus pro primo, ſecundo, tertio, & peremptorio termino proferimus in his ſcriptis pro tribunali ſedentes, præcipimus, & mandamus quam vos, & veſtrum quemlibet incurrere volumus ipſo facto, niſi feceritis, quod mandamus, quatenus circa regimen, & dominium dictæ noſtræ civitatis, nullo colore, quæſito intromittere debeatis, quod tantum ad noſtrum monaſterium ſpectat ſub pena fidelitatis, & realitatis, ſeu de res incidendo in penis a jure prolatis in vos ratione rebellionis, & novitatis per vos, & certos alios factarum contra nos, & dictum noſtrum monaſterium de anno preſenti, ac ſub pena privationis omnium feudorum, dignitatum, jurium, & immunitatum ſpiritualium, & temporalium, quæ a nobis, & noſtris prædeceſſoribus obtinetis. Cum ut prædiximus, dictam civitatem ad fidelitatem reginalem conſervare intendamus. Et ſi qui veſtrum prætenderet aliquod mandatum, vel commiſſionem reginalem in ſcriptis habere, cujus vigore aſſereret prædicta facere, ſub penis prædictis illud, vel illam intra primum diem poſt aſſignationem præſentium nobis ſtudeat, & curet oſtendere; nam mandata reginalis majeſtatis in omnibus, quæ ejus fidelitatem concernerent, ac reverentiam, parati ſumus illæſa, & inviolabiliter obſervare, ut tenemur. Has autem literas vobis, & veſtrum cuilibet per . . . . , in hac parte noſtrum juratum nuntium commiſimus præſentandas, vel per quemlibet publicum notarium, cujus relationi, vel inſtrumento publico inde conficiendo ſtabimus, & dabimus plenam fidem, has autem literas ad cautelam regiſtratas, & noſtro pontificali ſigillo communitas, manu notarii Angeli de Viterbio notarii noſtri fieri, & ſcribi fecimus in teſtimonium præmiſſorum. Datum in ſacro monaſterio Caſſinenſi die 12. menſis Novembris ſecundæ indictionis 1378. Angelus de Viterbio dicti dñi Abbatis Notarius, ejus mandato ſcripſit, & regiſtravit.

Urbanus VI. Periclitantibus Caſſinatium rebus opē fert.

Cum Cardinales Galli per ſummum ſcelus inconſutilem eccleſiæ Chriſti veſtem proſcidiſſent electo ſub Clementis VII. nomine Antipapa, cui Johanna I. Neapolis regina parebat, innumera in Neapolitano regno bella civilia oborta ſunt, quæ illorum temporum ſcriptores referunt. Immune his malis haud fuit cœnobium Caſſinenſe, cujus bona, & ab Antipapæ fautoribus, atque a rebellibus ſubditis peſſumdabantur. Quæ ut amoliretur Petrus Abbas, Urbani VI. implorata ope, tres ab eo bullas, quas mox adducemus pro cœnobii tutamine obtinuit die I. Februarii an. 1379.

Ex originali in Archivo.

Urbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei univerſis Chriſti fidelibus, præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Animus noſtra vehementer affligitur, & doloris acerbi jaculo vulneratur, quando invaleſcente nequitia temporis eccleſia, & monaſteria quorum cura nobis ex alto commiſſa eſt, ſunt in perſecutionum, & anguſtiarum multitudine conſtituta, illiſque noſtrum flagitantibus auxilium, quantum cum Deo poſſumus, ſpiritualiter, & temporaliter ſubvenimus. Cum itaque ſicut dolenter accepimus, monaſterium montis Caſſinenſis, Ordinis ſancti Benedicti nullius diœceſis, quod Apoſtolicæ ſedi immediate ſubjectum eſſe dinoſcitur, juraque, poſſeſſiones, & caſtra, aliaque bona mobilia, & immobilia ipſius monaſterii ab hæreticis, & ſciſmaticis, & præſertim ab iniquitatis filio Joanne olim epiſcopo Aquinatenſi; qui damnationis perpetuæ alumno Roberto olim baſilicæ duodecim Apoſtolorum presbytero Cardinali Antipapæ adhæret, & favet, quotidie impetantur proptereaque defenſionis oportunæ adminiculo indigere noſcantur. Nos cupientes, ut monaſterium ipſum, ac jura, poſſeſſiones, & caſtra, aliaque bona prædicta a dictis hæreticis, & ſciſmaticis defendantur, & occupata recuperentur, & ut Chriſti fideles eo ferventius ad defenſionem, & recuperationem hujuſmodi ſe accingant, quo uberius dono cæleſtis gratiæ conſpexerint ſe refectos. De omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri, & Pauli apoſtolorum ejus authoritate confiſi: Omnibus qui pro defenſione, & recuperatione prædictis, ſic vulnerati, quod abſit, forte contingerit, quod ex hujuſmodi vulneribus moriantur, omnium peccatorum ſuorum de quibus corde contriti, & ſi potuerint ore confeſſi fuerint plenam remiſſionem authoritate apoſtolica elargimur. Datum Romæ apud S. Mariam Transtyberim Kalendis Februarii, Pontificatus noſtri anno primo. Valaſcus Bertoldus. B. de Fontanellis. Adeſt ſigillum plumbeum pendens.

Ex originali in Archivo.

Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Abbati, & conventui monaſterii Caſſinenſis Ordinis ſancti Benedicti ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Sacra veſtræ religionis honeſtas, nec non ſinceræ devotionis affectus, quem ad nos, & Romanam eccleſiam habere comprobamini, promerentur, ut petitiones veſtras, illas præſertim, quæ conſcientiarum veſtrarum exonerationem reſpiciunt, quantum cum Domino poſſumus, ad exauditionis gratiam admittamus. Exhibita quidem nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat; quod ſunt nonnulli vaſſalli monaſterii veſtri diabolico ſpiritu inſtigati, qui contra te fili Abbas rebellionis calcaneum erexerunt, ſeque ab obedientia tua ſubtraxerunt, aliosque vaſſallos ejuſdem monaſterii ad hujuſmodi rebellionem, & inobedientiam induxerunt, & bona jura, & juriſdictiones veſtras, & ipſius monaſterii occuparunt; quique tam ex eo quod ipſi potentes exiſtunt, quam quia vos timetis aliquam maculam irregularitatis incurrere, ſi eos, prout ipſorum merentur exceſſus, punire retis remanent impuniti, & ſic non curant de invio ad viam ſe reducere veritatis in animarum ſuarum periculum, & veſtrum, dictique veſtri monaſterii præjudicium, & gravamen: quare pro parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut vobis in præmiſſis de oportuna proviſione providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati volumus, & præſentium tenore Apoſtolica authoritate decernimus, quod ſi in reductione dictorum rebellium ad obedientiam ante dictam, ſervata tamen per vos in ea parte poſſibili modeſtia, mors, aut membri mutilatio, ſeu aliquid aliud irregularitatem inducens, quod abſit, intervenerit, nullam propterea vos, aut aliquis veſtrum, ſeu officialium, aut miniſtrorum veſtrorum irregularitatis maculam incurratis, conſtitutionibus apoſtolicis, aut aliis non obſtantibus

qui-

Digitized by Google

quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis vero hoc attentare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctam Mariam in Tranſtiberim Kalendis Februarii Pontificatus noſtri anno primo. Adeſt ſigillum plumbeum pendens &c.

Ex originali in Archivo.

Urbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Petro Abbati monaſterii Caſſinenſis Ordinis ſancti Benedicti, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Deus deorum dominus opera manuum ſuarum mirificans, miro diſpoſuit ordine, miraque ſui magnitudine conſilii ſtabilivit eccleſiæ militantis imperium, ut ipſa tamquam Hieruſalem, & ſuperioris Vicaria regnans potenter, & imperans ſpirituale, ac temporale dominium gereret, exercens oportunis temporibus utriuſque gladii poteſtatem. Hi quidem gladii nulla ſibi contrarietate diſſentiunt, ſed mutuo ſe coadjuvant, & communiter in idem aſſentiunt Apoſtolicæ virtute potentiæ ſubſtentari, quorum officioſa diverſitas virtutem parit, nutritque concordiam circa operationis effectum alternis vicibus, prout emergit interdum neceſſitas, præſidia reliquo miniſtrando. Unde cum poteſtas hujuſmodi ſedis apoſtolicæ ſit divinitus attributa, noſque illam ad defenſionem eccleſiarum, & monaſteriorum omnium, quorum cura nobis licet immeritis eſt, domino diſponente, commiſſa, promptis teneamur ſtudiis exercere, dignum duximus, ut in defendendis, & manutenendis monaſterii tui viribus ſpiritualiter tibi plenius apoſtolici dexteram auxilii porrigamus, quo, invaleſcente mundi malitia ad preſens dignoſceris majoribus favoribus indigere. Sane exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, quod univerſitates nonnullorum caſtrorum tibi temporaliter ſubiectorum ex eo plerique non curant tuis mandatis, & monitis obedire, quod in eos exercere non poteſt cenſura eccleſiaſtica diſciplinam in magnum tuum, & monaſterii tui detrimentum. Quare pro parte tua fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut providere tibi ſuper hoc apoſtolica ſollicitudine curaremus. Nos igitur nolentes, quod dilectorum impunitas incentivum generet delinquendi, hujuſmodi tuis ſupplicationibus inclinati, tibi in caſtra hujuſmodi, et univerſitates, ac ſingulares perſonas tam Eccleſiaſticas, quam ſeculares earumdem cenſuram eccleſiaſticam, cum neceſſitas id exegerit, exercendi; Non obſtante ſi univerſitatibus, et perſonis hujuſmodi a dicta ſede indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras apoſtolicas non facientes plenam, et expreſſam, ac de verbo, ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, plenam concedimus, uſque ad noſtrum beneplacitum facultatem, Datum Romæ apud S. Mariam Tranſtyberin, Kalendis Februarii Pontificatus noſtri anno primo -- Valaſcus -- Bertoldus -- B de Fontanellis. Adeſt ſigillum plumbeum pendens.

Abbas Caſſinenſis Vicarius Pontificis in Ditione Caſſinenſi.

Neque hiſce contentus Urbanus VI. ad quem, ob depoſitam reginam Johannam, quæ Antipapæ adhærebat, ſupremum in regno Neapolitano dominium pertinebat, Petrum Abbatem, Vicarium ſuum quoad res temporales in omnibus ditionis Caſſinenſis oppidis creavit hac bulla. Urbanus epiſcopus ſervorum Dei. Dilecto filio Petro Abbati monaſterii Caſſinenſis ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, quod nullius diœceſis exiſtit, ſalutem, & apoſtolicam Benedictionem. Cum nos dudum ex certis juxtis, & rationabilibus cauſis, iniquitatis alumnam Johannam olim reginam Siciliæ, tamquam hæreticam, & ſchiſmaticam omnibus regnis, & feudis ac bonis, quæ ipſa olim obtinebat privatam fore declaraverimus, & ipſam etiam privaverimus, & propterea regnum Siciliæ, quod ipſa Johanna a Romana eccleſia tenebat in feudum, cujuſque ſupremum dominium, & omnimoda diſpoſitio ad nos, & eandem eccleſiam pertinet vacaverit, & adhuc vacare noſcatur. Nos volentes quantum cum domino poſſumus, ejuſdem regni, & incolarum, ac habitatorum ipſius indemnitatibus præcavere, te Vicarium noſtrum in temporalibus in omnibus caſtris, terris, villis, & locis monaſterii tui Caſſinenſis, tenore præſentium, uſque ad noſtrum beneplacitum conſtituimus, ac etiam deputamus. Et inſuper diſcretioni tuæ exercendi, durante hujuſmodi beneplacito, auctoritate apoſtolica per alium ſeu alios ad hoc idoneos in omnibus caſtris, terris, villis, & locis prædictis, cum infra dictum regnum exiſtant, temporalem juriſdictionem cum mero, & mixto imperio, prout opportunum fuerit, ac ſtatui, & honori noſtro, & Romanæ eccleſiæ prædictæ videris expedire, plenam, & liberam concedimus tenore præſentium facultatem. Datum Romæ apud S. Petrum XVII. Kal. Maii. Pontificatus noſtri anno II. Franciſcus de curia Gotfridus. Adeſt ſigillum plumbeum pendens.

Ex originali in Archivo.

Capitaneus in oppido Pontiſcurvi conſtitutus.

Eodem anno 1379. Petrus Abbas Capitaneum in oppido Pontiſcurvi conſtituit Franciſcum de Piſcionibus Romanum, ut ex hiſce literis, quæ in ejus regeſto p. 160. a t. extant, conſtat. Fr. Petrus &c. nobili viro Cicco de Piſcionibus de urbe dilecto familiari, ac & officiali ſuper regimine, cuſtodia, & bono ſtatu in caſtro noſtro Pontiſcurvi per nos deputato ſalutem in Domino. Paſtoralis dominationis cura incitat mentem noſtram, non valentes cuncta per nos ipſos exſolvere, ut aſſiſtentibus, & fidelibus noſtris ſarcinolam imponamus de oneribus nobis incumbentibus, & maxime decet nos perattentius vigilare, ut cuſtodiam terrarum noſtrarum, bonumque, & ſalubre regimen incolarum ipſorum intendatur per quas noſtri fideles ſe poſſunt reddere a ſiniſtris caſibus tutiores. Sane ad caſtrum noſtrum Pontiſcurvi, ejuſque incolas, & habitatores fideles noſtros gerentes dilectionis affectum libenter eorum votis annuentes, ut caſtrum ipſum, & homines ejuſdem in debita fidelitate perſeverantes, ſuſcipiant incrementa. De tuis igitur fide, legalitate, & experientia in aliis arduis comprobata, plenam in Dominio gerentes fiduciam &c. Te igitur generalem capitaneum, & officialem noſtrum ſuper regimine, cuſtodia, gubernatione, & bono ſtatu dicti caſtri, ejuſque incolarum & diſtrictus, facimus, conſtituimus &c. Tibi terram, & homines ipſius regendi ac cuſtodiendi, & cuſtodia die, noctuque, ac excubias ordinandi, & fieri faciendi, prout



Digitized by Google

*fuerit opportunum, citandi, præcipiendi, mandandi, et pœnam unius Auguſtalis imponendi, ipſam ab inobedientibus exigendi, et ſi opus fuerit carcerandi, et alia omnia, et ſingula faciendi, præcipiendi, et exequendi, et condemnandi, quæ ad hujuſmodi capitanatus officium pertinere quomodolibet dinoſcuntur, et quæ pro ſtatu, et honore noſtro, noſtrique monaſterii, ac tranquillitate, et pace dictorum caſtri, et populi cognoveris expedire, plenam, et liberam concedimus in præmiſſis, et circa ea tenore preſentium facultatem. Diſtricte quoque præcipientes dilectis conſilio, officialibus, et univerſitati dicti caſtri, quatenus te benigne recipiant ad dictum officium, et ammictant, nec non tibi in omnibus tamquam nobis devote pareant pœna arbitrii, et gratiæ noſtræ. Tu enim ſtudeas commiſſum tibi officium ita bene, et ſollicite, ac legaliter exercere, quod a Deo præmia, noſtramque gratiam per amplius conſequi merearis. Datum in noſtro ſacro monaſterio Caſſinenſi ſub noſtro ſigillo pontificali die 28. menſis Junii, etc.*

Epiſtola Abbatis Caſſinēſis ad ſubditos comitis Bellicaſtri.

Juſſerat Urbanus Pontifex Abbati Petro, ut haud deinceps ſineret a ſuis ſubditis negocium ſubditis Comitis Bellicaſtri faceſſi, cui ut morem gereret Abbas, has ad vaſſallos Comitis literas dedit, quæ in ejus regeſto p. 164. extant. *Cariſſimi filii poſt ſalutem. Pleniſſime vos agnoſcere credimus, quantas injurias, jacturas, et damna a vobis, et veſtris paſſi ſumus temporibus jam elapſis, et patimur quaſi quotidie tam in bonis noſtris, et monaſterii Caſſinenſis, quam etiam in perſonis, et bonis vaſſallorum noſtrorum, et monaſterii antifati, ſuſtinendo homicidia, diſrubationes, violentias, ſtupra, et adulteria multis modis, et nunquam ſi recte reſpicitis ob reverentiam magnifici D. D. Errici Bellicaſtri comitis veſtri domini noſtrique amici cariſſimi, volumus nec abſentimus per noſtram gentem vobis aliquam injuriam irrogari, et quia prout nuper percepimus, per bullas SS. in Chriſto patris, et dñi noſtri, dñi Urbani Papæ VI. intentionis præfati domini veſtri eſſe dignoſcitur, ut nec per vos, nec per alios veſtræ partis in terris noſtris aliquem offendatis, et ſic nobis mandatum pro parte ejuſdem ſummi pontificis, ut in terris, et bonis ejuſdem D. Comitis, et Vaſſallorum ejus non permictamus per noſtram gentem inferri damnum, violentiam, aut jacturam. Nos vero intendentes mandatis ejuſdem D. noſtri ſummi Pontificis, ut tenemur, in quantum poſſumus, obedire, vos preſentibus attente requirimus pro parte ejuſdem D. ſummi Pontificis, et domini veſtri præfati, quatenus velitis vos, et gentem veſtram ab injuriis, et damnis nobis, et noſtris ſubditis inferendis totaliter abſtinere, ac non permictere, ut per veſtrum territorium per aliquem nobis, et noſtris ſubditis aliquis offendatur, cum intentionis noſtræ ſit, ut obedientiæ filius, ex quo nobis jungitur, et mandatur, ſi vos ad iſta promptos invenimus ac etiam obedientes vos, ut noſtros filios, et vaſſallos continue pertractare, excuſantes nos per præſentes, quod niſi vos fideliter geratis in factis noſtris, monaſterii, et vaſſallorum noſtrorum prout ſuperius eſt expreſſum, quod gentem noſtram ab offenſionibus, et damnis veſtris non poſſumus, nec intendimus aliqualiter abſtinere, taliter vos in præmiſſis omnibus habituros, ſicut mandata Dñi noſtri ſummi Pontificis, ac domini veſtri cupitis obſervare, cujus quidem bullæ nobis tranſmiſſæ tenor per omnia talis eſt. Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Petro Abbati monaſterii Caſſinenſis etc. Expoſuit nobis dilectus filius nobis vir Erricus Comes Bellicaſtri, quod nonnulli ſubditi, et Vaſſalli monaſterii tui vaſſallis, et ſubditis ejuſdem Comitis damna, et injurias irrogare, et ipſius Comitis terras invadere, et alias ipſum Comitem, et ejus terras damnificare præſumpſerunt, et quotidie præſumunt. Nos igitur attendentes, quod idem Comes noſtro, et Romanæ eccleſiæ modernis temporibus devotus, et fidelis ſervitor exiſtit, et firmiter ſperantes quod erga te, et monaſterium tuum prædictum deincept ſe devotum, & favorabilem exibebit, volumus, & preſentium tibi tenore mandamus, quatenus omnibus vaſſallis, & ſubditis, & gentibus tuis & præfati monaſterii diſtrictius inhibeas, ne de cetero eundem Comitem, vel ejus terras, ſubditos ſeu Vaſſallos aliquatenus offendere, ſeu ledere, aut eis injurias aut damna aliqua inferre præſumant. In his te taliter habiturum quod apud nos de obedientiæ promptitudine poſſis merito commendari. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſeptimo Julii pontificatus noſtri anno ſecundo. Cariſſimi poſt ſalutem notum vobis facimus per preſentes, quod nuper a SSño in Chriſto Patre, & domno noſtro domno Urbano divina providentia Papa ſexto literas cum humili, & debita reverentia recepimus, quarum tenor bullæ ſuperius eſt. Nos vero non advertentes ad injurias, jacturas, & damna multiplicia, quæ a vobis, & veſtris gentibus Deum, & juſtitiam, retroactis temporibus paſſi fuimus, & ſubſtinemus inceſſanter tam in bonis noſtris, & monaſterii noſtri, quam etiam in perſonis, & bonis fidelium, & vaſſallorum noſtrorum ſuſtinendo hucuſque homicidia, diſrobationes, violentias, ſtupra, & alia abominabilia, & ſi recte reſpicitis, ob reverentiam Viri magnifici dñi Comitis Bellicaſtri domini veſtri, fratris noſtri, & aliorum dominorum veſtrorum, nunquam permiſimus, nec abſentivimus per gentem noſtram, aut fideles noſtros vobis, & veſtris bonis aliquam violentiam, ſeu injuriam irrogari nec inferri, credentes vos ſequi veſtigia voluntatis, & mandatorum dominorum veſtrorum fidelium dicti domini noſtri Papæ, & volentes mandatis Apoſtolicis, tamquam obedientiæ filius in omnibus obedire, ut tenemur vos, & univerſitatem veſtram amicabiliter requirimus, & hortamur, quatenus ab hujuſmodi damnis, & injuriis nobis, bonis, & Vaſſallis noſtris penitus deſiſtentes, cum effectu non faciatis, nec permictatis publice, vel occulte, contra nos, & bona monaſterii noſtri, ac perſonas, & bona vaſſallorum noſtrorum de cætero aliquam fieri noxiam novitatem, cum intentionis noſtræ ſit, ut filius obedientiæ juxta Apoſtolicum mandatum, ſi vos a prædictis penitus deſtiteritis, & ad debitam fidelitatem eccleſiæ & bonam amicitiam promptos inveniremus, ut amicos, & Vaſſallos noſtros ob mandata, et reverentiam*

D. no-

Digitized by Google

*D. noſtri, ac contemplationem dominorum veſtrorum bene tractare, alias excuſantes nos, quod ubi a prædictis vexationibus deſiſtere non curaveritis quod gentem noſtram, immo verius D. noſtri Papæ ab offenſionibus contra vos, & bona veſtra non poterimus abſtinere, quod eo maxime quia iſta ſunt principalius facta eccleſiæ, & D. noſtri Papæ, quam noſtra nihilominus operabimus ad omnia vobis grata contemplatione dictorum veſtrorum dominorum finaliter per quam proteſtamur per præſentes, de quibus omnibus confici fecimus præſens inſtrumentum ad cautelam, quod vere volumus mandatis dicti D. noſtri obedire, & ubi contrarium facientes, quod poſſimus in aſpectu Dei, & hominum merito excuſari, reſcribentes, & nobis de veſtra intentione finali, ac rogantes, quod vos D. Vicarii veniatis ad nos, ut poſſimus in præmiſſis concludere, atque illarum, ut decet, & cum effectu executioni mandari. Datum in monaſterio, die 19. Julii ſecunda Indictionis.*

*Die 19. Julii ſecunda indictionis actum in monaſterio Caſſinenſi in camera &c. Supraſcripti D. Abbatis Caſſinenſis, præſentibus nobilibus viris Cicco de Piſcionibus, D. Petro de Subactariis de urbe, & Cicco Barri de Valmuntone teſtibus ad prædicta vocatis habitis, & rogatis. Cum R. in Chriſto Pater, & D. D. Frater Petrus Dei, & apoſtolicæ ſedis gratia humilis Abbas Caſſinenſis receperit heri litteras Apoſtolicas clauſas more Romanæ curiæ, bullatas, non vitiatas, ex parte SS. Patris D. Urbani Papæ ſexti, in tenore ſupraſcripto a me notario Angelo viſas, & lectas in præſentia dictorum teſtium, per quendam Nuntium de Aquino cum ea, qua decuit reverentia, & cupiens mandatis dicti Domini noſtri Papæ humiliter obedire, literas miſerit Vicariis dñorum univerſitati, & hominibus caſtri Rocchæ ſiccæ in forma ſuperius annotata præſentibus dictis teſtibus, & dicto nuntio, ad cautelam proteſtatus fuit quod ubi homines dictæ Rocchæ ſiccæ deſiſtant a dampnis, injuriis, & opprobriis per ipſos factis, & faciendis contra dictum D. Abbatem ejuſque bona & Vaſſallos, & contra fideles, & devotos filios eccleſiæ & dicti D. noſtri Papæ, quod ob reverentiam dicti D. Papæ paratus eſt, & erat mandatis dicti D. noſtri Papæ penitus obedire, & omnia facere, prout in eiſdem litteris continentur de quibus omnibus rogavit me notarium Angelum Cola de Viterbio in præſentia prædictorum teſtium confici Inſtrumentum opportunum ad cautelam ſuam.*

Incolarū Cucurutii erga cœnobium noſtrum fidelitas.

Eodem anno 1379. tres e ſuis oppidanis incolæ Oppidi Cucurutii ad Abbatem Caſſinenſem miſere, qui omnium nomine ſponderent, ſe in mandatis ſemper futuros, ut hoc inſtrumento liquet: *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti anno incarnationis ejus milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo nono, regnante D. noſtra Johanna Dei gratia Jeruſalem, & Siciliæ regina, Ducatus Apuliæ Principatus Capuæ, Provinciæ, & Forcalquerii, ac Pedemontis Comitiſſa, regnorum ejus anno trigeſimo ſeptimo, die decimo menſis Julii ſecunda indictionis Cucurutii prope portam ipſius terræ. Nos Jacobus Carboni de Cucurutio ubique per diœceſim Caſſinenſem ad contractus judex, Nicolaus Rainaldi de*

Ex originali in Archivo.

*Diſſet.*

*Rocca Bantræ publicus ubique per provinciam terræ laboris, & Comitatus Moliſii regia autoritate notarius, & teſtes ſubſcripti ad hæc ſpecialiter vocati, & rogati videl. Archipreſbyter Andreas Carbone, Archipreſbyter Andreas de Villa, magiſter Simon de Gallo, preſbyter Petrus de Luca, preſbyter Jacobus Ponarelli, preſbyter Petrus Martoni, Benedictus Fumarellus, & Bartholomæus Benedicti de Cucurutio. Præſenti publico inſtrumento declaramus, atque fatemur, quod univerſitas hominum dictæ terræ Cucurutii in unum ad vocem præconis congregata ante portam dictæ terræ pro majori, & ſaniori parte hominum dictæ Terrę ubi homines dictæ univerſitatis pro eorum agendis hactenus congregari conſueverunt confiſa de fide, prudentia & legalitate diſcretorum virorum Riccardi Jacobi Petri de Jacobo, & Jacobi de Villa de Cucurutio fecit, conſtituit, & ordinavit ipſos preſentes, & onus preſentis Syndicatus in ſe ſponte ſuſcipientes ſuos veros legitimos Syndicos, & generales procuratores, & nuncios ſpeciales, ad eundum, & pręſentandum ſe nomine, & parte dictę univerſitatis, & hominum univerſitatis ejuſdem coram R. in Chriſto Patri, & domno Petro humili Abbati ſacri monaſterii Caſſinenſis, & eidem domno Abbati pro parte dictorum hominum obediendo, ac ſuis mandatis de toto eo, de quo homines ipſi eiſdem domno, & ſacro monaſterio Caſſinenſi de jure obedire tenentur, & debent, ac jura omnia ad eos rationabiliter ſpectantia conſervando, ſicut hactenus conſervare conſueverunt promittentes, & obligantes ſe dicta univerſitas, & homines univerſitatis ipſius ſub hipoteca, & obligatione omnium bonorum hominum prędictorum ratum, gratum habere, & firmum tenere, attendere, & obſervare totum, & quid quid per eundem dñum Abbatem cum eiſdem ſuis ſindicis, actum, & ordinatum fuerit ſuper prę̨miſſis, ſive geſtum, me prędicto notario publico, tamquam perſona publica prędictas hipotecas, & obligationes pro parte cujus intererit apud prædictos judicem, & teſtes legitime, & ſolemniter ſtipulante, aſſiſtentibus ipſis, unde ad futuram memoriam, & dicti dñi Abbatis certitudinem, & monaſterii memorati, preſens publicum inſtrumentum Syndicatus factum eſt per manus mei pręfati notarii, ad preces hominum prędictorum, ſigno ſolito noſtri prędicti notarii ſignatum, ſignis crucum, & ſubſcriptionibus noſtrorum prędictorum judicis, & teſtium roboratum, quod ſcripſi ego idem Nicolaus publicus notarius, qui prędictis rogatus interfui, & meo ſolito ſigno ſignavi. Locus ✠ Signi. ✠ Signum Crucis proprię manus qui ſupra Jacobi illitterati judicis ſ. n. ✠ Ego Archipreſbyter Andreas rogatus interfui, & me ſubſcripſi. ✠ Ego ſubſcriptus magiſter Simeon de Gallucio teſtis interfui, & ſubſcripſi. ✠ Ego preſbyter Petrus rogatus teſtis interfui, & me ſubſcripſi. ✠ Ego preſbyter Jacobus teſtis rogatus interfui, & me ſubſcripſi. ✠ Ego preſbyter Petrus teſtis rogatus interfui, & me ſubſcripti. ✠ Signum crucis proprię manus qui ſupra Benedicti illitterati ſ. n. ✠ Signum crucis proprię manus qui ſupra Bartholomęi illitterati totius ſ. n.*

Egregium hoc facinus imitati ſunt incolæ Vici Foreſtæ, ut ex hoc inſtrumento. *In nomine Do-*

Et incolarū Vici Foreſtæ.



Digitized by Google

*Ex originali in Archivo.* *Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Anno nativitatis ejuſdem 1379. menſe Junii die 9. dicti menſis &c. Apud Lupicum, regnante inclita D. noſtra D. Johanna regina &c. Nos Joannes Joannis Homodei de caſtro Lupico Annalis, & illitteratus, ipſius caſtri Lupici judex, Jacobus notarii Lotherii de eodem caſtro publicus ubilibet per provinciam terræ Laboris, & Comitatus Moliſii regia, & reginali authoritate notarius, & ſubſcripti teſtes litterati, inlitterati de Villa S. Pauli de Foreſta &c. Preſenti ſcripto publico Inſtrumento fatemur, &c. quod in noſtra præſentia univerſitas hominum caſalis S. Pauli de Foreſta pertinentiarum Pontiſcurvi convocata, & congregati in unum pro majori, & ſaniori parte hominum ipſius univerſitatis ad vocem præconis dicti caſtri Lupici in locis conſuetis &c. ubi de conſuetudine pro talibus univerſitas hominum præfati caſtri Lupici congregatur unanimiter, & concorditer dicta univerſitas S. Pauli, & homines univerſitatis ipſius eligerunt &c. eorum Sindicos, & nuntios ſpeciales diſcretos viros Thomam Pauli, & Johannem Nicolai de Joanne concives eorum ad eundum, & comparendum coram R. in Chriſto Patre, & D. D. Fratre Petro Dei, & apoſtolicæ ſedis gratia Abbate Caſſinenſi, Rmo domino eorum, vel ipſius Vicario, & Locumtenente ad audiendum obediendum quidquid per ipſum D. Abbatem Caſſinenſem, vel ejus Vicarium, & Locumtenentem injunctum fuerit, & mandatum, nec non debitam fidelitatem preſtandum, ut hactenus extitit conſuetum, & generaliter omnia, & ſingula faciendum, quæ ipſa eadem univerſitas facere poſſet, & deberet, ſi perſonaliter intereſſet, & quæ negotii merita exigunt & requirunt, etiam ſi mandatum exigerent ſpeciale promictens, & obligans ſe dicta univerſitas ſub hipoteca omnium bonorum ſuorum, & ſingulorum ipſius univerſitatis nobis qui ſupra judici, & notario tanquam perſonis publicis &c. quod ratum habebit, ac firmum quidquid prædicti Syndici facerent in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum &c. Ad cujus rei teſtimonium, & omnium quorum intereſt, & intereſſe poterit cautelam præſens publicum inſtrumentum rogatu Univerſitatis dicti caſalis S. Pauli de Foreſta, factum eſt exinde per me qui ſupra Jacobum notarium Lotheri de Lupico publicum notarium meo conſueto ſigno ſignatum &c.*

*Johanna I. ab Urbano VI. Regno expoliata.* An. 1380. Urbanus Pontifex iterum execratam Johannam reginam regno privavit, tum quod Clementi Antipapæ faveret, tum potiſſimum quod Raynaldum Urſinum cum magna militum manu Romam ad Pontificem capiendum, occidendumque miſerit, regnumque Neapolitanum Carolo Pyrrachienſi conceſſit, quod ubi reſciſſet Johanna præcipiti conſilio in filium ſibi adoptavit Ludovicum Andegavenſem Caroli ſapientis Galliæ regis fratrem. Quæ quidem adoptio innumera propemodum mala, calamitateſque Neapolitanis deinde univerſæque Italiæ peperit, ut narrat Raynaldus ad an. 1380. num. 1., & ſeqq. Spondanus num. 1. Conſtantius lib. 7. p. 209. & ſeqq. Summonte in vita Johannæ primæ, aliique.

*Oppidani Pontiſcurvi Petri Abbatis opem implorant.* Dum hiſce viciſſitudinibus regnum Neapolitanum quateretur ſibi oppidani Pontiſcurvi in finibus regni conſtituti conſulentes e ſuis quoſdam ad Petrum miſere, ut quid facto opus eſſet, proſpiceret. Res hoc inſtrumento narratur. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Anno nativitatis ejuſdem 1380. regnante Sereniſſima D. noſtra D. Johanna Dei gratia regina Jeruſalem, & Siciliæ &c. regnorum vero ejus anno trigeſimo octavo, menſe Maii, die quintodecimo ipſius menſis tertiæ indictionis in Pontecurvo. Nos Meulus Fenarius judex Pontiſcurvi, ac terrarum, & locorum omnium eccleſiæ Caſſinenſis, Nicolaus Simonis de S. Stephano habitator Pontiſcurvi prædicti, ubilibet per totam provinciam Terræ laboris, & Comitatus Moliſii publicus notarius, & teſtes infraſcripti ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati preſenti ſcripto publico fatemur &c. quod univerſitas hominum Pontiſcurvi pro majori, & ſaniori parte hominum ipſius univerſitatis convocata, & congregata in unum ad ſonū campanæ, ut moris eſt, in eccleſia S. Bartholomæi de terra prædicta, ubi alias univerſitas ipſa pro ſuis agendis negotiis congregari conſuevit, ipſa prædicta univerſitas, & homines univerſitatis ipſius confiſi de prudentia, fide &c. diſcretorum virorum Landulfi Nicolai Mallo, Nicolai Petri, Petri Joannis magiſtri Geroldi, & Antonii Manni civium ſuorum unanimiter, & concorditer, nemine diſcrepante in noſtra præſentia fecerunt, conſtituerunt, & ordinaverunt eos veros legitimos, & generales Sindicos, procuratores, actores &c. ſeu quocumque alio nomine melius, & commodius de jure cenſeri poſſunt, & debent, eoſdem Landulfum, Joannem &c. ad eundum, & conferendum ſe nomine, & pro parte dictæ univerſitatis, & hominum eorundem coram R. in Chriſto P. & D. D. Petro Dei, & apoſtolicæ ſedis gratia Abbate ſacri monaſterii Caſſinenſis, & cum ipſo D. Abbate ordinandum, tractandum, & diſponendum, ac conferendum, & deliberandum bonum, pacificum, & tranquillum ſtatum dictæ terræ Pontiſcurvi, ac univerſitatis ipſius, & ſingulorum hominum terræ ejuſdem, & generaliter omnia alia, & ſingula faciendum, procurandum, & exercendum, quæ in præmiſſis fuerint opportuna &c. promictentes, & obligantes ſe dicta univerſitas, & homines univerſitatis ipſius ſub hipotecha, & obligatione omnium bonorum ſuorum, & ſingulorum hominum de ipſa univerſitate, ſe ratum, gratum habituros, & firmum totum, & quidquid per prædictos eorum Syndicos ſuper præmiſſis actum fuerit &c. in cujus rei teſtimonium &c. preſens ſcriptum publicum rogatu ipſius univerſitatis, & hominum ejuſdem exinde confectum eſt manu mei notarii ſupradicti &c. & ſubſcriptionibus prædictorum judicis, & teſtium infraſcriptorum roboratum &c.* Sequitur ſubſcriptio teſtium. *Ex originali in Archivo*

*Carolus Neapolis Rex creatus.* An. 1381. Carolus Dyrrachienſis Pontificem Urbanum conveniens ab eodem rex Neapolis creatus, & coronatus eſt, pauloque poſt regni fines ingreſſus urbem S. Germani die 28. Junii adiit, e qua Ottho Johannæ I. maritus, ne tentato quidem prælio diſceſſerat. Carolus itaque felici hoc omine uſus Nolam pervenit, ubi die 11. Julii rex ab optimatibus, & populo acclamatur. Progreſſus inde Neapolim triumphans die 16. ejuſdem menſis ingreditur, obſeſſamque reginam, devicto primum, captoque Otthone in poteſtatem accepit, eamque in caſtello Murenſi relegavit. Vid. Spondanus & anno num. 12., & 13., Rainaldus a num. 1., ad 26., Conſtantius, & Summonte locis citatis. Fuit Carolus hujus nominis tertius Neapo-

Digitized by Google

Neapolitanus rex filius Ludovici, nepos Johannis Ducis Dyrrachii domini montis S. Angeli, comitis Gravinæ, & minimi natu Caroli II. regis. Ejus mater fuit Margarita de S. Severino filia Roberti: uxor Margarita filia Caroli Dyrrachii Ducis, & Mariæ Sororis Johannæ reginæ. Quæ omnia aſſerunt Ptolomæus Lucenſis ejuſque continuator coævi ſcriptores in genealogia Caroli I. Andegavenſis, ubi p. 894. apud Ducheſne To. V. leguntur: *Ultimo genitus D. Johannes Princeps Achaja, deinde dux Duracii, de aliis vero filiis per dictum regem Carolum* (ſcilicet ſecundum) *habitis hic non fit mentio, quia ſine prole diſceſſerunt.* p. 895. *Supradictus D. Joannes Dux Duracii filius prænominati Caroli II. regis Siciliæ, uxorem duxit D. Agnetem filiam Comitis Petragoricenſis, ex qua tres filios habuit, vid. Carolum qui ſibi ſucceſſit in Ducatu Duracii, & Ludovicum, ac Robertum mortuuſque eſt idem Dux, ejus uxore, & filiis relictis.* p. 897. *Prædictus Ludovicus de Duracio uxorem duxit D. Margaritam de S. Severino natam D. Roberti de S. Severino, de genere Comitis S. Severini, nobilis de regno Siciliæ, ex qua unicum filium habuit nomine Carolum, quæ D. Margarita, poſtquam dictum filium peperit, per modicum tempus ſupervixit, &c.* & paulo ante: *Anno Dñi* 1370. *prædictus Philippus Imperator C P., & princeps Tarentinus acceſſit Ungariam, & matrimonium contraxit cum D. Elizabeth filia Stephani fratris regis Ungariæ, & ſecum duxit prædictam D. Margaritam filiam prænominati Ducis Duracii,* (ideſt Caroli) *quæ cum diſpenſatione D. Urbani Papæ V. contraxit cum Carolo filio prælibati Ludovici de Duracio Conſubrino ſuo, qui cum ſupradicto rege Ungariæ* (ſcilicet Ludovico) *commoratur*, atq; pag. 895. *Cum vero tractaretur matrimonium inter prænominatum Ludovicum tunc primogenitum regis Ungariæ, & de perficiendo inter eundem Ludovicum, & D. Mariam ſecundogenitam ſupradicti Caroli Ducis Calabriæ ipſa D. Maria operante quadam domina, quæ erat in ſocietate ipſius, abſque conſenſu prædictæ D. Johannæ reginæ Sororis ſuæ contraxit matrimonium cum præfato Carolo Duce Duracii, & repente una cum matre dicti Ducis recedens de caſtro regio Neapoli, ubi cum prædicta D. Regina ſua ſorore manebat, & accedens ad domum ipſius ducis ibidem vicinam, diſpenſatione ſuper hoc a D. Clemente Papa VI. obtenta, & per D. Talayrandum Cardinalem Petragoricenſem fratrem matris dicti Ducis procurata, illico matrimonium conſumavit. De ipſis autem Carolo, & D. Maria natæ fuerunt quatuor filiæ, vid. Johanna Primogenita, quæ in dicto Ducatu ſucceſſit, Agnes, Clementia, & Margarita.* Et fol. 896. *Præfata vero D. Maria uxor prænominati qm. Caroli Ducis Duracii ſciens mortem dicti ſui mariti, receſſit prægnans de Neapoli in habitu fratris minoris: Et tranſiens prope Averſam ubi tunc erat prædictus rex Ungariæ per terram venit uſque Tuſciam, deinde per mare in Provinciam, ſtetitque in caſtro Bocacii, ubi peperit prædictam ſuam filiam Margaritam. Aliæ vero filiæ ſuæ remanſerunt in prædicto regno Siciliæ: Ubi per ſuas nutrices fuerunt in diverſis locis ſecrete, & ſalubriter conſervatæ.* Pag. 897. habetur: *Aliquo præcedente tractatu prædictus Philipus de Tarento repente rapit prædictam D. Mariam olim Duciſſam Duracii Conſubrinam ſuam atque in triplici conſanguinitatis gradu conjunctam, & de facto matrimonium contrahit cum eadem. Pro habenda vero ſuper hoc diſpenſatione idem Philippus venit ad curiam, & per plures annos laboravit antequam poſſet eam habere. Ex ipſis autem Philippo, & Maria ante, & poſt dictam diſpenſationem fuerunt multi filii, & filiæ procreati, aliqui ex eis nati mortui: qui autem ſupervixerunt omnes muti fuere, & claudi abſque dentibus, & capillis, ex quo apparuit, quod dictum matrimonium Deo gratum non fuit.* Demum adnotandum Johannem Caroli, Roberti, & Ludovici patrem, fuiſſe etiam Dominum Regni Albaniæ Honoris montis S. Angeli, & comitem Gravinæ, ut ex ejus epitaphio in eccleſia S. Dominici majoris Neapolitanæ liquet. quod refert Summonte in Vita Roberti, Engenius in Neapoli ſacra p. 280., conſtatque ex literis ejuſdem Johannis Averſæ *datis per Raynaldum de Friſobono hoſpitii noſtri judicem conſiliarium, & familiarem noſtrum dilectum an. Domini* 1334. *die* 21. *Octobris, quæ ſic incipiunt: Johannes claræ memoriæ illuſtris Hieruſalem, & Siciliæ regis filius, Dux Durachii, regni Albaniæ, & Honoris montis S. Angeli Dominus, Comeſque Graviniæ, Capitaneis, & Vicariis, nec non Bajulis ſeu credenzeriis civitatis noſtræ Venafri &c.* Confirmat hiſce literis pacta inter oppidanos Viticuſi, atque Johannem de Jannavilla Venafri olim Dominum inita, quoad jus paſcendi, quod in quibuſdam urbis ejus territoriis incolis Vitecuſi permittitur. Idem videre eſt in epiſtola an. 1336. die 28. Julii Neapoli per Matthæum de Juvenatio judicem vicariæ eandem ob cauſam ab Agnete Johannis uxore ejus filio Carolo datis, quæ ſic incipit: *Agnes Duciſſa Duratii, & Comitiſſa Graviniæ mater, & balia, & Carolus Dux Duratii, regni Albaniæ & honoris montis S. Angeli Dominus, Graviniæ Comes. Capitaneis, & Vicariis civitatis noſtræ Venafri, & aliarum terrarum noſtrarum in Comitatu Moliſii, & Aprutio &c.* Atque in epiſtolis reginæ Margaritæ Johannis Nepotis, & filiæ Caroli, quas anno 1395. adducemus. Habuit præterea Carolus Dyrrachienſis Ludovicum filium, qui an. 1344. die 14. Januarii obiit, ut ex ejus epitaphio conſtat in eccleſia S. Claræ, quod referunt Summonte in vita Johannæ I. Engenius p. 244. Celanus die III. p. 75. Sarnellus in Advenarum Duce p. 210. quamquam poſteriores hi tres an. 1343. ejus mortem collocant. Caroli hujus genealogiam fuiſſe deſcripſimus, quod, ut advertit optime Spondanus an. 1379. nu. 3. plures in aſſignando Caroli III. patre decipiantur.

Anno 1382. die 1. Aprilis Carolus III. regni Neapolitani cancellarium creavit Petrum de Tartaris Abbatem Caſſinenſem hoc privilegio, quod utpote cœnobio noſtro perhonorificum haud gravate aliis hactenus editis jungimus. *Carolus III. Dei gratia Rex Hieruſalem, & Siciliæ, &c. R. in Chriſto Patri Fratri Petro Tartaro de Urbe Abbati venerabilis monaſterii Caſſinenſis de ordine S. Benedicti conſiliario, & fideli noſtro dilecto gratiam, & bonam voluntatem. In deliberatione agendorum, in quibus præſertim facta ardua concernuntur, & ubi honor, & ſtatus noſter regius tangitur, & reipublicæ intereſſe verſatur, major eſt nobis cura, et dili-*

Petrus Abbas Cancellarius Regni Neapolitani creatur.

Ex originali in Archivo.

*diligentia cautior adhibenda, ut tandem noſtrum judicium ab adductis circumſtantiis, & rationibus merito ab omnibus comprobetur, & noſter animus, qui non deſiderat, niſi perſonas dignas eligere, & præficere in magiſtratibus, ac honeſta diſcernere, & meliora ſemper facere, tranquillus, & placidus remaneat in quiete. Cum igitur a felici coronatione noſtra de regno Siciliæ vacaret in manibus noſtris officium cancellarii dicti regni, quod inter alia magna officia ſatis expediens ſollemne de natura ſui, & honorificum judicatur diu in girum, & in partes varias convertimus aciem noſtræ mentis cum tota cura, & ſtudiis, ac vigiliis ſolerter, & provide incumbentes, ac etiam intendentes, quam perſonam dignam, & ſufficientem, ac idoneam poſſemus eligere, cujus virtuti, & providentiæ valeremus cum omni ſecuritate, & fiducia hujuſmodi grande miniſterium, & pondera tantæ rei tum talis tantæ materia digne poſtulet, ut ad ejus deliberationem per multa examina diſcuſſiones, & conſilia dies claudamus cum noctibus, & reſpiciamus ordinatis modis, & providis rectum finem. Sed poſt diſcuſſa, & examinata vota multorum in te argumentis, & rationibus, ac veris concluſionibus in medio poſitis, totalem fecimus mentionem, qui ſufficientia pollens, dignitate paſtorali gravis, & in urbe Roma natus, unde ſemper facta grandia, & illuſtria prodierunt conſtantiſſimus, & tenaciſſimus cultor fidei, apud SS. in Chriſto patrem, & clementiſſimum D. D. noſtrum Papam, & S. Romanam ac univerſalem eccleſiam zelator noſtri nominis, & honoris, amator bonorum, corrector reproborum, quam non terruerunt tempora turbinum horrenda, & formidanda pericula. Sed quanto humana perfidia periculoſius, te invaſit, tanto fortior, & robuſtior armatus veritatis clypeo ſurrexiſti ad pugnam in virtute divina, & fide catholica ad aliorum Regulam, & doctrinam difficultatem rerum, & ponderum ſuperando certam nobis, & omnibus de latere noſtro fiduciam exhibes, quod collato per excellentiam noſtram tibi hujuſmodi cancellariatus officio ſic bene incipere debeas, & proſequi melius quod virtus tua quæ in tua perſona per omnes vimeros ſe diffundit tales producas, & tam ſapidos fructus, & alia dabit de operibus documenta in exaltatione noſtri ſtatus pariter, & honoris, quam in univerſale, & particulare compendium noſtri regni Siciliæ ſubditorum, quod ſemper tibi vendicabis apud ora omnium laudis preconium, & tuæ conditionis honoris, & ſtatus ſucceſſivus eventibus incrementa. Hiis igitur conſiderationibus, & aliis occurrentibus menti noſtræ, ut obmittamus multa alia famæ præconia, quæ poſſent digne in perſona tua excurrere, te in cancellarium regni noſtri Siciliæ duximus ex nunc in antea uſque ad beneplacitum noſtrum cum gagiis unciæ auri unius ponderis generalis per diem pro perſona tua ratione dicti officii, & cum gagiis unciarum decem, & octo per annum dicti ponderis generalis pro uno notario, ſeu ſcriptore tuo, quem penes te elegeris, ac aſſumpſeris de illa pecunia, prout alia noſtra litera executoria declarabunt, harum ſerie de certa noſtra ſcientia, & ſpeciali gratia fiducialiter ordinandum, & pariter ſtatuendum. Recepto a te prius ſolito fidelitatis, & de officio ipſo exercendo fideliter corporali ad ſancta Dei evangelia juramento, & ecce de dicto cancellariatus officio tibi per nos, ut præmittitur, commiſſo per librum, ut moris eſt, coram magnatibus, proceribus nobilibus, & aliis in numero copioſo, & per traditionem utriuſque ſigilli noſtri te perrſonaliter inveſtimus. Volentes, & de dicta certa noſtra ſciemia decernentes, & jubentes expreſſe, quod illis de cetero privilegiis, honoribus, favoribus, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, prærogativis, & gratiis ubilibet potiaris, & gaudeas, quibus alii cancellarii, qui fuerunt pro tempore cum catholicis prædeceſſoribus noſtris Siciliæ regibus potiti fuerunt, & potiri, & gaudere ſoliti ſunt, & debent; Quocirca paternitatem tuam requirimus & hortamur attente, quatenus ex nunc in antea dicto noſtro beneplacito perdurante, hujus modi cancellariatus officium tibi commiſſum præponderans, & conſiderans, & quantum proinde humeris tuis incumbat ſic illud prudenter diligenter, & ſollicite cum omni promptitudine, ſtudio, atque curia, & prout alii cancellarii, qui fuerunt pro tempore dictum officium exercuerunt, ſtudeas ad honorem, & fidelitatem noſtram, & commoditatem regni diligenter, & fideliter exercere, acuendo, & intuendo ſpiritus tuos ad aſponendum diligentiam, & expeditionem ad litteras, tam de gratia, quam de juſtitia, quam etiam alias, quæ occurrerint, & ad faciendum omnia, & ſingula alia ſicut alii cancellarii prædeceſſores tui fecerunt, & facere conſueverunt, ſequendo in hac parte illorum meliora veſtigia, ut tu, qui tenes, & tenere habebis in cuſtodia tua ſigillum noſtrum in maſſa argentea, typpario majeſtatis noſtræ, & cum caracteribus noſtri nominis, ſic per geſtus tuos probabiles habere cor noſtrum ad te bene diſpoſitum paratum, & benivolum continue merearis. Has noſtras litteras pendenti majeſtatis noſtræ ſigillo munitas tibi in hujus rei teſtimonium concedentes. Datum Neapoli per virum magnificum Johannem de Urſinis Comitem Manupelli prothonotarium regni Siciliæ collateralem conſiliarium, & fidelem noſtrum dilectum. Anno Domini milleſimo trecenteſimo octogeſimo ſecundo die primo menſis Aprilis quintæ indictionis regnorum noſtrorum anno primo.* Hoc eodem anno juſto dei judicio ſibi pluribus epiſtolis a S. Catharina Senenſi minitato, Johanna Regina morti eſt addicta juſſu Caroli III. regis. Proba, ſi Clementi antipapæ non faviſſet.

Petrus Abbas Præpoſitum monaſterii S. Liberatoris conſtituit Philippum de Manupelle Monachum Caſſinenſem, ut hiſce litteris in ejus regeſto pag. 179. conſtat. *Frater Petrus &c. Dilecto in Chriſto filio noſtro Fratri Philippo a Manuppello monacho noſtri ſacri monaſterii Caſſinenſis, ac Præpoſito noſtri monaſterii S. Liberatoris de Majella Ordinis S. Benedicti membri manualis, & immediate ſubiecti nobis, & Caſſinenſi monaſterio ſalutem in Domino etc. Propoſituram dicti noſtri Propoſitatus S. Liberatoris cum omnibus, et ſingulis juribus, et pertinentiis ſuis, uſque ad noſtrum beneplacitum, mandatum, tibi conferimus etc. Quocirca curam, regimen, et adminiſtrationem dicti monaſterii S. Liberatoris Monachorum conventus, Converſorum, clericorum, vaſſallorum, et ſubditorum ſuorum in ſpiritualibus, et temporalibus tibi plenarie committentes, tibi gerendi, gubernandi, manutenendi, conſervandi monaſterium, et membra, ſubditos citandi, et compellendi, eiſque mandandi, et arreſtandi*

Præpoſitus cœnobii S. Liberatoris creatus.

*ſtandi pœnam imponendi, & ſi transgreſſerint, exigendi, crimina, & defectus ipſorum puniendi, & omnia alia, & ſingula faciendi, dicendi, & exercendi &c. mandantes dilectis in Chriſto filiis noſtris Decano, Monachis, & Conventui dicti monaſterii S. Liberatoris, nec non clericis, & vaſſallis, ac ſubditis &c. dicti monaſterii quatenus tibi tamquam vero Prapoſito, & rectori Prapoſitura prafata parentes &c. Tu enim promiſiſti nobis dictum monaſterium, & ejus bona, ac monachos, & vaſſallos bene, & utiliter regere, & gubernare, ac ipſius monaſterii bona quantum cum Deo poteris augere, & penſionem annuam in feſto dedicationis S. Benedicti Caſſinenſis nobis, vel officialibus noſtris &c. ſine diminutione aliqua cum effectu annis ſingulis aſſignare, & ſolvere, ſicut de pradictis, & aliis in noſtris manibus corporale praſtitiſti ad S. Dei evangelia juramentum. In quorum omnium teſtimonium &c. Datum in regali palatio S. Spiritus de tribus pergulis die 8. menſis Februarii quarta indictionis Pontificatus SS. in Chriſto patris, & D. noſtri D. Urbani divina providentia Papa VI. anno quarto.*

Executio ſententiæ cōtra Richardum Caputferreum latę.

Anno 1383. executioni demandata eſt ſententia jam olim contra Richardum Caput ferreum lata a Petro Abbate, ut hæ litteræ teſtantur in ejus regeſto p. 186. *Fr. Petrus de Tartaris de Urbe, Dei, & apoſtolica ſedis gratia Abbas ſacri monaſterii Caſſinenſis &c. ac regni Sicilia cancellarius, dilecto in Chriſto filio noſtro Fratri Vincentio de Averſa monacho Caſſinenſi, ac Prapoſito caſtri noſtri Peſclarum, nec non ad infraſcripta commiſſario, & executori noſtro ſpecialiter deputato, ſalutem in Domino, & noſtrorum obedientiam mandatorum. Juſtitia cœlitus emanavit, ut qui virtutis amore peccare non deſinit, pœna formidine arceretur. Sane cum de anno Domini &c. contra Richardum Capuferrum de S. Victore vaſſallum noſtrum ejus culpis pracedentibus, & demeritis exigentibus, proceſſus fecimus, & ſententiam promulgavimus, inter alia ipſum ad perpetuum carcerem, & ejus bona mobilia, & ſtabilia noſtra camera Caſſinenſi applicantes confiſcavimus prout hac, & alia in proceſſu, & ſententia contra ipſum facto, & lata per nos contra ipſum Richardum ſcripta, & publicata manu notarii Nicolai Janniſconi de Fractis, noſcuntur latius contineri, contra quem Riccardum, & ejus bona propter ſubgeſtiones, & amminicula ejuſdem debita huc uſque non volumus executionem facere. Nuper autem, favente illo, qui conſuevit juxtis eſſe praſidio, dictum Riccardum capientes, & in noſtris carceribus mancipatum detinentes, ſententiam ipſam volentes executioni debita demandare, juxta ipſius continentiam, & tenorem &c. Te igitur Commiſſarium, officialem, & executorem noſtrum ad infraſcripta facimus &c. capiendi, & capi faciendi tenutam, & corporalem poſſeſſionem omnium, & ſingulorum bonorum mobilium, & ſtabilium ubicumque infra limites noſtra juriſdictionis ſiſtentium, aut extra qua fuerunt, ſeu nunc eſſe appellantur dicti Riccardi damnati, noſtrique rebellis, nomine noſtro, & Caſſinenſis monaſterii tanquam ad dictam cameram Caſſinenſem, & nos ſpectantium, & legitime confiſcatorum, ipſaque bona ad jus, dominium, & proprietatem dicta camera reducendi, & conſervandi, incorporandi, apprehendendi, & detinendi, laboratoribus terrarum, locatoribus, & conductoribus mandandi, ut pro noſtra camera dominium poſſeſſionem hujuſmodi recognoſcentes nobis, & officialibus noſtris, &c. debeant de fructibus, juribus, penſionibus, & redditibus ſpectantibus olim ad dictum Riccardum quovis modo debitis, & congruis temporibus ſine diminutione aliqua aſſignare ſub pena &c. Viginti quinque unciarum in ſubditos &c. alios vero amicos, in quorum Territoriis, ſeu terris aliquod dictus noſter rebellis haberet ſe ipſum habuiſſe diceretur tanquam dicta noſtra camera legitime devoluta, & rationabiliter confiſcata, rogantes, ut ſinant pro complemento, juſtitia, & executione debita tibi noſtro nomine poſſeſſionem capere, & recipere de eiſdem damus, & concedimus tibi tenore preſentium poteſtatem, ac concedentes tibi harum ſerie ex certa noſtra ſcientia in pramiſſis, & circa ea taliter vices noſtras, quidquid enim duxeris in pramiſſis faciendum nobis per ſcripturas tuas, & publica documenta referens de illiſque nos quam citius poteris reddere certiores taliter habituros, quod poſſis de ſolita diligentia merito commendari. In cujus rei teſtimonium, & tam noſtraque Caſſinenſis camera quam tuam, & omnium, quorum vel intereſt, vel intereſſe poterit certitudinem, & cautelam preſentes literas noſtro Pontificali ſigillo, quo utimur, impreſſione munitas manu notarii Angeli de Viterbio noſtri, noſtraque camera notarii fieri, & ſcribi fecimus, & ad cautelum regiſtrari. Datum in noſtro ſacro monaſterio Caſſinenſi die 13. menſis Decembris ſexta indictionis, Pontificatus SS. in Chriſto Patris, & D. noſtri D. Urbani Divina providentia Papa ſexti anno quinto.*

Viginti ſingulis menſibus unciæ Petro Abbati utpote Regni cancellario ſolutę.

Eodem anno Carolus rex magno camerario, aliiſque miniſtris præcepit, ut viginti uncias quolibet menſe Abbati Petro, ut pote magno regni cancellario perſolverent ex regiis vectigalibus, quæ ab Abbatiæ Caſſinenſis, atque Comitatus Comini, ſeu Albeti incolis exigebantur. Eam ob rem hæ litteræ emanarunt. *Karolus Tertius Dei gratia regni Sicilia &c. Magnifico viro Magno Regni Sicilia Camerario, vel ejus locumtenentibus dilectis conſiliariis, nec non & viro nobili Dominico de Ruffaldis de Senis Commiſſario deputato per nos in terris, & locis Abbatia Caſſinenſis, & vallis Comini ad faciendum recollegi pecuniam nove taxa, aſcendentis ad tarenum unum pro quolibet foculari per menſem, & arario ſecum deputato ſuper recollectione, & perceptione taxa predicta &c. fidelibus noſtris gratiam, & bonam voluntatem. Cum providerimus noviter R. P. Abbatem monaſterii Caſſinenſis dicti regni noſtri Sicilia cancellarium conſiliarium, & fidelem noſtrum dilectum, debere percipere, & habere pro praſenti anno ſexta indictionis ſuper pecunia dicta nova taxa aſcendentis ad tarenum unum pro quolibet foculari per menſem recolligi, & exigi proviſe in dictis terris, & locis ipſius Abbatia Caſſinenſis uncias viginti de carlenis argenti, ponderis generalis per menſem, quolibet ſcilicet menſe a principio dicti anni praſentis in antea numerando pro gagiis ſtabilitis ſibi dicti ſui cancellariatus offieii ratione, & reliquum ultra dictas uncias viginti uſque ad integram ſatisfactionem dictorum gagiorum ſuorum decrevimus exhiberi ſibi prafato menſe quolibet ſuper pecunia proventum Juris ſigilli noſtri ſuper qua ſunt ſibi dicta gagia ſtabilita, computato in dicto reliquo gagiorum ipſorum, eo quod*

Ex originali in Archivo.

*eſſet*

Digitized by Google

*eſſet dicto cancellario, vel alii pro ipſo ſuper dicta pecunia proventuum juris ſigilli noſtri, pro dicto preſenti anno forſitan perſolutum. Idcirco volumus, & fidelitati veſtræ de certa ſcientia noſtra harum ſerie mandamus expreſſe, quatenus vos prædicti Ærarie, ac commiſſarie, ſeu collector deputate, vel deputande in dictis terris, & locis prædictæ Abbatiæ Caſſinenſis ſuper recollectione, & perceptione taxæ prædictæ, ſeu alter veſtrum ad quem ſpectaverit, eidem cancellario, vel aliæ perſonæ legitimæ pro ipſo jam dictas uncias viginti de dictis carlenis argenti ejuſdem ponderis generalis per menſem quas ibi per vos ſuper dicta pecunia providimus pro dictis gagiis exhiberi quolibet ſcilicet menſe a dicto principio ipſius preſentis anni ſextæ indictionis in antea numerando de præfata pecunia ipſius novæ taxæ &c. per manus veſtras vel alterius veſtrum de menſe ſcilicet in menſem ſtudeatis pro dicto preſenti anno integre, & ſine diminutione qualibet aſſignare &c. ſicut habetis gratiam noſtram caram, cum velimus omnino, & expreſſe pariter intendamus, quod eidem cancellario, vel alii pro ipſo de dictis unciis viginti per vos dicto menſe quolibet penitus, & infallibiliter ſatisfiat &c. Voſque prædicti magnæ cameraria, vel Locumtenentes, ac Dominice non impediatis in aliquo ſolutionem eandem, immo illam per dictos Ærarium, ac Commiſſarium, ſeu collectorem fieri ſicut prædicitur, permictatis, & eam jubeatis, ipſoſque ad id, ſi, & prout opus fuerit artatis, & debita diſtrictione cogatis. Datum in caſtro Ovi prope Neapolim, in camera noſtra, anno Dñi 1383. die 24. Aprilis, ſextæ indictionis, regnorum noſtrorum anno ſecundo. De curt. Regiſt. in Camera, J. Regiſtrata in Cancellaria penes Prothonotarium &c.* Adeſt ſigillum pendens. In omnibus hujuſce Caroli privilegiis initialis ejus nominis litera veterum more per K. deſcribitur. In hujus regis vita a Summonte deſcripta inter regni optimates, & cancellarios Petrus noſter non recenſetur, qua de cauſa incompertum.

Rebellibus quibuſdam parcitum.

Tulerat Petrus Abbas in refractarios quoſdam oppidi Fractarum incolas perpetuæ carceris atque publicationis bonorum ſententiam quod Fractas Honorato Fundorum Comiti prodere moliti eſſent, Fractenſium tamen precibus, fractus nedum ſententiam executus non eſt, verum hoc edicto, ſi in patriam, e qua evaſerant redirent veniam promiſit. *Frater Petrus &c. Univerſis & ſingulis preſentis noſtræ monitionis & edicti ſeriem inſpecturis, ſeu omnibus, qui ſua putaverint intereſſe ſalutem in Domino. Præſidentium viſcera potius ad miſericordiam, & gratiam omnium aberrantium, quam ad ſeveram juſtitiam exercendam debent moveri. Sane, quod dolenter proferimus, quodque non valemus ſub ſilentio præterire nonnulli de caſtro noſtro Fractarum viam rectitudinis ambulantes, modernis temporibus ſciſmatis deteſtandi, & fluctuationum in eccleſia Dei ſubortis, qui nonnulla opere, vel verbo, & facto publice, & occulte pravis amminiculis olim Fundorum Comitis cupientis caſtrum noſtrum Fractarum eidem pravo, & injuſto dominio ſubjugare, ac nos, & Caſſinenſe monaſterium abicere, & deponere a dominio dicti caſtri, aliorum rebellium D. noſtri Papæ, & regiæ majeſtatis contra nos, & Caſſinenſe monaſterium eorum domnos, heu, proh dolor! contra eorum fidelitatem facere, & attentare præſumſerunt in gravem Dei offenſam, & animarum ipſorum periculum, & non modicum detrimentum contra quos ne eorum exceſſus remanerent impuniti, authoritate apoſtolica, & ordinaria certos proceſſus fecimus, ſervatis terminis juris, ipſoſque propter eorum contumaciam, & notoriam rebellionem ad perpetuum carcerem, & confiſcationem bonorum noſtræ cameræ ſententialiter condemnavimus. Contra quos cupientes oves devias ad ovile dominicum revocare ex certis rationabilibus de cauſis mentem noſtram moventibus, executionem facere retardavimus, quæ ultimum eſt judiciorum, eiſque non obſtantibus demeritis, & exceſſibus quibuſcumque gratiam noſtram contemplatione univerſitatis, & nonnullarum ſpecialium perſonarum dicti caſtri pro ipſis pœnis. Nos ſuppliciter intercedentium gratioſe intercedentes. Qui more aſpidis ſurdæ obturantes aures ſuas, ut bene agerent in profundum malorum, & ut venenum quod geſtabat in ſtomaco pateret taliter, quod neminem inficeret, quam in ſe ipſos, ſpreta gratia noſtra hujuſmodi potius, ut credimus, & ſpiritu diffidentiæ, ſequentes veſtigia Judæ Scariothæ, quam beati Petri Apoſtolorum principis. Conſiderantes eorum graves exceſſus, & culpas, derelictis familiis, & proprietatibus eorum inſalutato hoſpite recedentes, & abſentantes de dicto noſtro caſtro furtivo modo ad nonnullas terras Comitis fundorum aliorumque rebellium ſe contulerunt, ubi mala pejoribus cumulantes conſpirationes, & tractatus varios cum olim Fundorum comite, ſuiſque ſequacibus, & ſatellitibus fecerunt, & ut ſententia Dei cadet ſupur eos ſeverius de equitate. Imo de benignitate potius, quam de jure ſequentes veſtigia illius pii patris, qui peccatoribus nedum ſepties, ſed ſeptuageties ſepties contrito, & humiliato ſpiritu ad obedientiam atque veniam redire volentibus ſuum gratia nondenegat, de certa noſtra ſcientia per preſentes monemus omnes, & ſingulos Fractenſes habitantes, ſeu morantes in terris dicti Comitatus, & maxime qui occaſione, vel metu dictorum exceſſuum ab hinc receſſerunt, quatenus intra quatuor dierum ſpatium, quorum unum pro primo, unum pro ſecundo, & reliquos duos pro termino ultimo, & finali termino, ac monitione canonica aſſignamus, debeant ad mandatum, obedientiam, & fidelitatem remeare, quibus non obſtantibus exceſſibus gravibus ſupradictis, promictimus per præſentes gratiam noſtram non denegare, ſed eiſdem illam concedere dignis conditionibus, ac etiam impertiri, ut ſi beneficiorum Dei fuerint immemores, & gratiæ noſtræ ſeverius feriantur, noſque in conſpectu Dei, & hominum valeamus potius de benignitate commendari, quam de ſeveritate redargui. Et ut preſentis edicti tenor ad notitiam perveniat ſingulorum in locis conſuetis dicti caſtri per Caſtaldum ejuſdem loci hæc omnia fecimus, & commiſſimus publice bandiri, & præconizari, & deinde preſentes litteras in januis eccleſiæ S. Angeli de dicto caſtro affigi abinde non removendas, ſine noſtro ſpeciali mandato. Has autem litteras ad cautelam regiſtratas noſtroque pontificali ſigillo quo utimur appenſione munitas, manu Angeli Cola de Viterbio ſecretarii fieri, & ſcribi fecimus in teſtimonium præmiſſorum. Datum in caſtro Fractarum die 25. Aprilis ſextæ indictionis.*

Pro-

Digitized by Google

Procurator conſtitutus.

Procuratorem eodem an. 1383. conſtituit Petrus Abbas Thomam Pierleonium regni Neapolitani Vicecancellarium, quo a Paulo Caſſidado cenſum reciperet pro vico S. Petri de Scafato, Cujus rei epiſtolæ extant in Petri regeſto p. 211. *In nomine Domini Amen. Anno Domini 1383. indictione ſexta die . . . . menſe Junii, pontificatus SS. in Chriſto patris, & D. noſtri D. Urbani divina providentia Papæ VI. anno quinto. In præſentia mei notarii publici, & teſtium infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum. R. in Chriſto P. & D. D. Frater Petrus de Tartaris de urbe, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia Abbas ſacri monaſterii Caſſinenſis &c. ac regni Siciliæ cancellarius citra revocationem aliorum ſuorum, & dicti monaſterii procuratorum, confiſus de prudentia, legalitate, & ſollicitudine venerabilis viri D. Thomæ Andreotii de Perleonibus de urbe licentiati in decretis, Vicecancellarii dicti regni Siciliæ ipſum D. Thomam abſentem tamquam præſentem ſuum, & dicti monaſterii, ac Conventus Caſſinenſis omni modo, via, jure &c. quibus melius de jure dici, ſeu nuncupari poſſet, fecit, conſtituit &c. verum, & legitimum procuratorem &c. ad recipiendum quaſcumque pecuniarum quantitates eidem D. Abbati ſeu ejus Monaſterio debitas a nobilibus viris D. Paulo Caſſidado milite pro penſione caſalis S. Petri de Scafato, ſeu ejus fidejuſſoribus, ac Dominico de Regina alias monacho de Neapoli, & Colino de Stephano de Conca Amalfiæ Mercatoribus debitoribus dicti D. Abbatis in triginta unciis de carlenis pro penſione caſtri Cetrarii, & a Federico de Abitabulo de Neapoli pro quodam Extalleo ſibi locato in S. Petro in fine uncias quinque, & a Lamberto conductore domorum dicti monaſterii ſiſtentium in Neapoli in quibus retinentur Scholæ certam pecuniæ quantitatem pro penſione earumdem, & de extalleo certorum bonorum dicti monaſterii in territorio Salernitano ſiſtentium &c. ac ab Antonio Serena de Tropea Extallerio ſeu conductore fructuum eccleſiæ S. Mariæ de Inſula de Tropea ſubiectæ eidem D. Abbati uncias decem, & ſeptem &c.*

Lis inter Caſſinates, & Ligorium Carrafam Cajetano Epiſcopo commiſſa.

Obtendebat Ligorius Carrafa locatum ſibi ab Urbano VI. Romano Pontifice oppidum Peſclarum prope Iſerniam, quod ab immemorabili jam tempore cœnobio Caſſinenſi paruerat, ſibique per vim fidelitatis Sacramento oppidanos addixit. Quare monachi, implorata Pontificis fide, ab eo hanc bullam obtinuere, qua epiſcopo Cajetano jus decidendæ litis committitur.

Ex originali in Archivo.

*Urbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Venerabili Fratri epiſcopo Gaetañ ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Exhibita nobis pro parte dilectorum filiorum Abbatis, & Conventus monaſterii Caſſinenſis ordinis S. Benedicti, quod nullius diœceſis exiſtit, petitio continebat, quod olim dilectus filius nobilis vir Ligorius Carrafa Miles Neapolitanus falſo aſſerens quod caſtrum Peſclarum Iſernienſis diœceſis ad eoſdem Abbatem, & Conventum ac monaſterium pleno jure pertinens, & in cujus poſſeſſione pacifica iidem Abbas, & Conventus exiſtebant, & tanto tempore fuerant, cujus contrarii memoria non exiſtit per dilectum filium Antonium de ſancto Fraymundo militem dictæ diœceſis a dicto monaſterio ad extallium tenebatur quomodo, aut qualiter aliter non expreſſo, ac prætendens nos eidem Ligorio conceſſeramus, ut ipſe caſtrum prædictum habere, tenere, & poſſidere poſſet ad extallium a prædicto monaſterio, ſicut præfatus Antonius olim ipſum tenuerat, & poſſederat præfatum caſtrum cum juribus, & pertinentiis ſuis armata manu tirannice occupavit, ac demum contra habitatores, & incolas ipſius caſtri inſultum faciens præfatum caſtrum plurimum devaſtavit, ſibique ab iiſdem incolis, & habitatoribus, & vaſſallis dicti monaſterii vaſſallagium jurari fecit per vim, & metum, qui cadere poterat in conſtantem, ac eoſdem Abbatem, & Conventum, ac monaſterium dicto caſtro, & ejus poſſeſſione prædicta temere ſpoliavit in animæ ſuæ periculum, & dictorum Abbatis, & Conventus, ac monaſterii non modicum detrimentum. Quare pro parte dictorum Abbatis, & Conventus nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut providere eis ſuper hoc de opportuno remedio dignaremur. Nos itaque hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde Propoſitis quod juſtum fuerit ſummarie, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii appellatione remota decernas faciens, quod decreveris per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari &c. Datum Romæ apud S. Petrum XII. Kalend. Julii Pontificatus noſtri anno quinto X. Oldradus. B. de Fontanell. Gundi. Jo. Jacozi. Jo. de Moraſtis Reg.* Adeſt ſigillum plumbeum pendens.

Munitiones in Caſtellis ſuis a Caſſinatibus poſitæ.

Ex libro etiam cui titulus: *Quaternus inquiſitionis facta per me D. Antonium de Valleregia, de mandato D. mei D. Abbatis Caſſinenſis de omnibus victualibus receptis per magiſtros Maſſarios, & procuratores ſeu recollectores jurium, & victualium monaſterii Caſſinenſis in terris, & caſtris infraſcriptis, videl. in hoc anno ſecunda indictionis, factus per me a die decimo menſis Septembris III. indictionis continens in ſe omnia victualia per ipſos recepta in ipſo anno tam de terratico, & decimis quam de demanio curiæ &c. anno Domini MCCCLXXXXIV.* Plura leguntur, quibus quam late hiſce in partibus pateret Caſſinatium juriſdictio: conſtat nempe fol. 8. a t. *Et docuit aſſignaſſe Caſtellanis turrium caſtriceli, & Pedemontis de cicerculis thumulos duos.* Et fol. 17. a t. *Ponit & docuit prædictus Coſſella magiſter Maſſarius aſſignaſſe, & liberaſſe de mandato D. Caſſinenſis caſtellano caſtri novi, & duobus ſociis, ac Fratri Gervaſio morantis in dicto caſtro pro eorum munitionibus de grano ad Raſum thumulos triginta.*

Fol. 19. *Et deductis thumulis XXVI. de grano datis, & aſſignatis per præfatum Fratrem Benedictum caſtellano ipſius caſtri* (ſcilicet Vallisfrigidæ) *& ſocio.*

Fol. 25. a t. *In primis docuit dictus D. Jacobus magiſter Maſſarius aſſignaſſe caſtellano Cucurutii, & duobus ſuis ſociis pro munitione, & vita eorum ſex menſium, vid. Auguſti ſecundæ indictionis Septembris, Octubris, Novembris, Decembris, & Januarii tertiæ indictionis, de grano tumulos decem, & octo.*

Fol. 32. a t. *Item ponit, & docuit liberaſſe Fratri Antonio, & Caſtellano caſtelli Bantræ, & tribus ſervientibus in dicto caſtro, ac Fratri Colello a die 2. Menſis Junii ſecundæ indictionis, uſque & per totum menſem Decembris tertiæ indictionis pro eorum*

rum

Digitized by Google

*rum vita ; de grano ad raſum thumulos viginti novem.*

Fol. 35. a t. *Ponit dictus Fr. Benedictus magiſter Maſſarius liberaſſe pro munitione caſtrorum S. Victoris, S. Angeli, & Teroculi de mandato D. Abbatis, & Prioris de fabis thum. quindecim.*

Fol. 36. a t. *In primis ponit, & docuit aſſignaſſe Fratri Jomeo idiota Caſſin. de menſe Auguſti prima indictionis, de mandato D. Prioris pro parte munitionis caſtri S. Victoris de grano ad raſum thumulos quinquaginta quatuor.*

Fol. eodem; *Docuit liberaſſe Fr. Jomeo pro parte munitionis caſtri S. Victoris de vino prædicto candatas centum quatraginta.*

Fol. 38. a t. *In primis ponit dictus Archipresbyter liberaſſe, ſeu aſſignaſſe de mandato D. Prioris Caſtellano caſtri Tiroculis, & ſociis de grano thum. viginti quatuor pro parte munitionis dicti caſtri &c.*

Et fol. 54. *Item ponit liberaſſe caſtellano Teroculi, & duobus ſociis, ac Capitaneo dicti caſtri pro eorum vita videlicet a die primo menſis Martii ſecunda indictionis uſque & per totum menſem Auguſti ejuſdem indictionis de farina thumulos viginti quatuor. Item ponit liberaſſe prædictis caſtellano, & ſociis, ac Capitaneo dicti caſtri, videlicet die primo Septembris pro eorum vita de farina thumulos ſex.*

Judices ad contractus creati.

Anno 1384. Petrus Abbas judicem ad contractus in univerſa Caſſinenſi Abbatia elegit Antonium Paſchalem Sangermanenſem, ut hiſce literis, quorum autographum in noſtro archivo aſſervatur, conſtat. *Fr. Petrus de Tartaris de Urbe Dei, & apoſtolicæ ſedis gratia Abbas ſacri monaſterii Caſſinenſis &c. regni Siciliæ cancellarius. Dilecto in Chriſto filio, & fideli noſtro Antonio Paſcali de civitate noſtra S. Germani ſalutem in Domino &c. Te ad honorem Sacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Matris noſtræ Dominorum noſtrorum papæ majeſtatis regiæ, & reginalis, atque noſtri, & Caſſinenſis monaſterii in civitate S. Germani, ejuſque pertinentiis, & diſtrictu &c. ac omnibus aliis terris, & locis dictæ Caſſinenſis Abbatiæ, authoritate ordinaria, qua fungimur, ad vitam tuam judicem ad contractus, & cauſas juſſimus tenore præſentium ordinandum, tibique officium illud in locis prædictis harum ſerie concedimus gratioſe, de illiſque tenore præſentium providemus recepto prius a te de officiis ipſis bene, fideliter, & legaliter exercendo, debito fidelitatis juramento in manibus Prioris dicti noſtri monaſterii Caſſinenſis, & nobis ante omnia conſtito manifeſte, ſicut tu retroactis temporibus te novimus, & ex veridica relatione didicimus, te eſſe bonæ conditionis, & de legitimo matrimonio procreatum, quapropter volumus, & mandamus, quod tu officia ipſa ex nunc authoritate preſentium in civitate, terris, & locis præfatis libere valeas exercere, mandantes nihilominus expreſſe omnibus, & ſingulis vaſſallis fidelibus, & ſubditis noſtris, & Caſſinenſis monaſterii memorati, ac & membrorum ipſius, quatenus de cetero cum eis expediens fuerit ad te tanquam ad judicem ad contractus, & cauſas per nos, ut præmittitur creatum, in omnibus, & ſingulis, qui ad ipſius judicatus officium ſpectare, & pertinere noſcuntur de conſuetudine, vel de jure, confidenter recurrant, & ſuper iis, quæ ad dicta officia pertinent efficaciter pareant, obediant, & intendant. Tu enim ſtudeas dicta officia tibi per nos gratioſe conceſſa taliter exercere, ſicut debitum præſtitiſti juramentum ad ſancta Dei evangelia &c. In cujus rei teſtimonium &c. præſentes noſtras litteras patentes, quas poſt oportunam inſpectionem ipſarum tibi reſtitui volumus, & mandamus integras, & illeſas, noſtriſque propriis manibus ſubſcripſimus, & Pontificali ſigillo, quo utimur appenſione munitas, manu Jacobi Gothifredi de Ebulo noſtri, noſtræque cameræ notarii fieri, & ſcribi fecimus, ac regiſtrari, ad cautelam. Data Neapoli in caſtro novo regali in domibus noſtræ reſidentiæ, ſub anno Domini 1384. die XV. menſis Julii &c. Nos Petrus qui ſupra manu propria ſubſcripſimus &c.* Alii plures judices ad contractus ab eodem Petro electi, quorum hic, ne tedio ſimus lectoribus, mentio non fit.

Bona Allodialia Benedicti Grimoaldi cœnobio Caſſinenſi data.

Ex originali in Archivo.

Anno 1385. rex Carolus cœnobio Caſſinenſi bona omnia allodialia in urbe Neapoli, ejuſque pertinentiis a Benedicto Grimaldo perduelle poſſeſſa, conceſſit, quo damna compenſarentur ab eodem Benedicto illata vico S. Petri de Scafata Caſſinatibus ſubdito. Ea de re hæ literæ expeditæ. *Carolus III. Dei gratia rex Hieruſalem, & Siciliæ &c. Univerſis præſentes litteras inſpecturis, tam preſentibus, quam futuris. Conſuevit interdum regia liberalitatis officium de infidelium ſpoliis fideles induere, ut fideles ipſi in eorum fidelitate congaudeant, & infideles de comiſſis in Dominum meritam pœnam luant, ſane devolutis ad manus noſtræ curiæ, ac etiam rationabiliter infiſcatis bonis omnibus ſtabilibus, & Burgenſaticis ſitis in civitate Neapolis, & ejus pertinentiis, quæ fuerunt Benedicti de Grimaldo de Neapoli rebellis noſtri per ribellionem ipſius notoriam in detinendo caſtrum Schifati contra honorem majeſtatis noſtræ. Nos ad venerabile monaſterium Caſſinenſis ordinis S. Benedicti, quod nullius diœceſis exiſtit, habentes devotionis affectum. Nihilominus attendentes, quod dictus Benedictus comburi fecit quoddam molendinum exiſtens prope dictum caſtrum, quod erat dicti ſacri monaſterii Caſſinenſis, pluraque damna intulit, & inferri fecit in caſali S. Petri ad Schifatum, quod eſt ſupradicti monaſterii, & intendentes perinde jam dictum monaſterium de hujuſmodi damnis aliqualiter reſtaurare, eidem monaſterio Caſſinenſi prædicta bona omnia, & ſingula ſtabilia, burgenſatica, quæ fuerunt dicti Benedicti ſita in dicta civitate Neapolis, & ejus pertinentiis per ipſius rebellionem notoriam ad manus noſtræ curiæ juſte, & rationabiliter devoluta, cum juribus, fructibus, redditibus, & proventibus, ac pertinentiis ipſorum bonorum inburgenſaticum, franca quidem, libera, & exempta ab omni præſtacione ſervicii, annui redditus, ſive cenſus, tenore preſencium de certa noſtra ſciencia in recompenſacionem, & reſtitucionem hujuſmodi dampnorum ipſi monaſterio per dictum Benedictum, uti prædicitur, illatorum, ac proprii noſtri motus inſtintu, damus, donamus, & concedimus gratioſe ad habendum, tenendum, & poſſidendum prædicta bona burgenſatica, dominandum, & uti fruendum illis, & faciendum de eis, ſicut de aliis bonis monaſterii ſupradicti, abſque moleſtia, & contradictione quacumque. Inveſtientes præterea venerabilem D. Fratrem D. Abbatem dicti monaſterii Caſſinenſis, regni noſtri Siciliæ cancellarium, collateralem, conſiliarium, & fi-*

Digitized by Google

*& fidelem noſtrum dilectum nomine, & pro parte dicti monaſterii de prædictis bonis Burgenſaticis præſentialiter per noſtrum anulum, uti eſt moris, quam inveſtituram, vim, & efficaciam veræ tradicionis volumus, & decernimus optinere juribus ſuper bonis ipſis cujuſcumque alterius ſemper ſalvis. In cujus rei teſtimonium præſentes noſtras literas magno majeſtatis noſtræ pendente ſigillo juſſimus communiri. Datum Neapolis per virum nobilem Gentilem de Merolinis de Sulmona legum doctorem, locumtenentem, Logothetæ, & protonotarii regni Siciliæ, magnæ noſtræ curiæ magiſtrum rationalem, conſiliarium, & fidelem noſtrum dilectum. Anno Dñi* 1385. *Die* 23. *menſis Marcii octavæ indictionis, regnorum noſtrorum anno quarto. L. T. quia Cancellar. S. R. R. Notarius Jacobus de Ebulo. Cont. .n. quida homo. Regiſtrata in Cancellaria penes Prothonotarium.* Conceſſus hic vicus cœnobio noſtro fuerat, ut diximus, anno 1072. a Richardo Capuano principe, quam donationem ratam habuit Jordanus ejus filius an. 1089., aliique Capuani dynaſtæ.

Mortuo Carolo III. Ladiſlaus Rex ſalutatur.

Caroli animum pluribus alioquin virtutibus potiſſimum militari præditum, cæca adeo dominandi cupido invaſerat, ut regnum Hungariæ, contra jus, & fas, præterque gratitudinem Ludovico Hungariæ regi debitam, adimere conatus ſit Mariæ Ludovici filiæ, cujus demum inſidiis necatus eſt. Anno 1387., audita Neapoli ejus morte rex ſtatim publicis acclamationibus ſaluta- adislaus ejus filius pene decennis, prope fi- Februarii anni ejuſdem. Fuſe hæc narrant Conſtantius lib. 8. a p. 232. ad 241. Summonte in vita Caroli III. Raynaldus an. 1385. nu. 9., & 1386. a nu. 1. ad III., & Spondanus nu. 6., & 7. & nu. 1., 2., 3., & 4., qui tamen omnes decepti ſunt, cum Caroli mortem, inaugurationemque Ladislai an. 1386. collocant. Nam anno inſequenti hæc eveniſſe conſtabit ex privilegiis a nobis infra adducendis, in quibus integer annus 1387. dicitur primus regni Ladislai. Hinc privilegio oppidanis S. Petri in Monaſterio anno 1388. die 3. Februarii conceſſo etiam legitur: *Regnorum noſtrorum anno primo*. Eandem chronologiam complura alia, qua publica, qua privata a nobis viſa monumenta confirmant, quorum aliqua infra adducemus. Atque in omnibus Ladiſlai tempore in regno Neapolitano factis inſtrumentis ab anno 1387. primus ejus annus repetitur. Idem Raynaldus an. 1387. nu. 3. hæc verba laudat Diarii Judeatini, in quibus an. 1387. exprimitur, cum ſermo eſt de Eliſabeth regina Unghariæ matre Mariæ, quæ paulo poſt necatum Carolum obiit: *Anno MCCCLXXXVII. die* 16. *Januarii applicuit novum, quod D. Regina Senior obiit in captivitate &c.*

Raynaldus Spondanus aliique notati.

Oppidani Peſclarũ ad officiũ redeunt.

Paucos ante Caroli obitum menſes incolæ oppidi Peſclarum veniam petitum Caſſinatibus miſere, quorum ſe dominio ſubtraxerant, forſan cum deditionem Ligorio Carraſæ fecerant. Hujus rei notitia in regeſto Petri p. 70. a t. hiſce verbis habetur. *Die* 11. *menſis Octobris nonæ indictionis D. Nicolaus Johannes de Bantra, Julianus Johannis de Stephano, & Bartholomæus Rubeus de caſtro Peſclarum Iſernienſis Syndici, miſſi per univerſitatem dicti caſtri ad D. Petrum Abbatem, ac Priorem, &*

*Diſſet.*

*conventum monaſterii Caſſinenſis habentes ab ipſa univerſitate ſpeciale mandatum, & poteſtatem, requiſiverunt eoſdem D. Abbatem, Priorem, & Conventum in Camera turris monaſterii Caſſinenſis pro parte dictæ univerſitatis, ut homines dicti caſtri, vellent ad dominium primum, videlicet monaſterii Caſſinenſis, reducere, & ad gratiam recipere, alias proteſtati fuerunt, ſe velle providere in factis eorum, quod a certo, ut dicebant, non eſſet bonum pro ſtatu regio, qui Dñus Abbas, Prior, & Conventus, ſeu major pars ibidem exiſtens, dubitantes, ne ex hoc majus malum ſequeretur, prædictos Sindicos nomine quo ſupra ad gratiam receperunt ſub eorum juramento ſervandæ fidelitatis. Preſentibus Tuczio de Bello homine de Urbe, Abbate Johanne de Griſo, Abbate Stephano de Villa Pedimontis, & Biccarello de Fractis clerico Gaetanæ diœceſis teſtibus.*

Pax inter Abbatem Caſſinenſẽ aliosq; Regni Dynaſtas inita.

Tot viciſſitudines in regno Neapolitano ortæ, dominorumque varietas plures jam in factiones, regni Barones diviſerant, aliis Ludovico Andegavenſi faventibus; aliis Ladislao. Quo factum ut modica jam regis authoritas apud dynaſtas eſſet, qui veluti ſupremi domini belli, paciſque fœdera inibant. Atrox inter hæc bellum fuit a Sueſſæ Duce, cui Abbas Caſſinenſis fœdere junctus erat, contra Comitem Fundanum, cui Lucas Spinellus dominus Roccæ Guillelmæ favebat, excitatum, quod demum menſe Martio an. 1387. ſedatum eſt inita pace, qua etiam Oppidanis Pontiſcurvi qui a cœnobio Caſſinenſi deſciverant, conſultum, ut ex hoc inſtrumento luculentius patet. *In nomine Domini amen. Anno ejuſdem nativitatis milleſimo trecenteſimo octuageſimo ſeptimo, die ultimo menſis Martii, decimæ indictionis, Pontificatus SS. in Chriſto P. noſtri D. Urbani divina providentia, Papæ ſexti, anno IX., ac regnante Sereniſſimo principe, & D. noſtro D. Ladislao II. Dei gratia Ungharia, Hieruſalem, Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galatiæ, Lodomeriæ, Bulgariaque rex, Provinciæ, Forcalquerii, ac Pedemontis Comes, regnorum vero ejus anno primo feliciter Amen. In præſentia mei notarii, & teſtium infraſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum conſtituti perſonaliter venerabiles, & religioſi viri Frater Hieronymus de Corneto Prior ſacri monaſterii Caſſinenſis, & Frater Georgius de Vercellis Præpoſitus monaſterii Vallislucis, & egregius Artium, & medicinæ doctor D. Johannes Tebaldi de Pontecurvo procuratores, actores Yconomi, negotiorum geſtores, & nuntii ſpeciales ad infraſcripta per reverendum in Chriſto P., & D. D. Petrum Dei, & apoſtolicæ ſedis gratia Abbatem dicti monaſterii Caſſinenſis, ac regni Siciliæ cancellarium, tam nomine proprio, quam nomine, & pro parte dicti monaſterii, & conventus ejuſdem ſpecialiter, & ſolemniter deputati, per publicum inſtrumentum ſcriptum, & ſignatum, manu, & ſigno circumſpecti viri Joannis Franciſci de Vallefrigida apoſtolica auctoritate notarii, quod quidem inſtrumentum vidimus, legimus, & inſpeximus &c. ex parte una, & nobilis, & egregius vir Nicolaus Johannis domini Fabalteriæ, & Ceprani dominus, Procurator, negotiorum geſtor, actor, & nuntius ſpecialis magnifici, & potentis D. Honorati Gaetani, Fundorum, Campaneæ, & Maritimæ Comitis, tam pro*

Ex originali in Archivo.

*parte ipſius domini Comitis, quam nomine, & pro parte colligatorum, & coadherentium ſuorum, ut plenius nobis conſtitit per quoddam publicum inſtrumentum ſcriptum & ſignatum manu, & ſigno diſcreti viri Leonis Malalingua de Itro publici apoſtolicæ authoritate notarii, quod vidimus, legimus, & inſpeximus &c. ex altera, præſentibus quoque ibidem providis, & diſcretis viris Johanne Jacobi Sabaſtiani de Pontecurvo ſindico, Procuratore &c. ipſius univerſitatis, & hominum caſtri Pontiſcurvi ad infraſcripta ſpecialiter deputato &c. prout nobis conſtitit evidenter per quoddam publicum inſtrumentum ſcriptum, & ſignatum manu, & ſigno providi viri Jacobi notarii Nicolai de Pontecurvo publici apoſtolicæ authoritate notarii quod vidimus, legimus &c. & Angelo notarii Angeli, & Antonio Bencevenne de Roccæ Gulielmi ſindicis, procuratoribus, &c. Univerſitatis, & hominum Roccæ Gulielmi ad infraſcripta ſpecialiter deputatis prout nobis conſtitit per quoddam publicum inſtrumentum ſcriptum, & ſignatum manu, & ſigno diſcreti viri Franciſci Landulphi de dicta Rocca publici apoſtolica authoritate notarii, quod vidimus, legimus &c. Sane cum jamdudum, inimico humani generis procurante, intra præfatos dominum Fundorum, Campaniæ, & maritimæ Comitem, & R. in Chriſto P. D. Petrum Abbatem ſacri monaſterii Caſſinenſis, & regni Siciliæ cancellarium, gravis fuiſſet briga, & materia turbationis exorta, & exinde dura guerrarum commotio, ex quibus in perſonis, & rebus vaxalli dictorum dominorum fuerunt afflicti graviter, & attriti, divina tamen ſuffragante gratia, quæ univerſa reparat, & ad proſperum finem ducit; præfati procuratores, Yconomi, ſindici, & negotiorum geſtores partium prædictarum, nominibus quibus ſupra, ad talem pacem, & concordiam devenerunt, Deo propitio, perpetuo duraturam, vid. quod, prout præfatæ partes diſſeruerunt, die præcedenti, ſcilicet penultima præſentis menſis Martii, fuiſſet facta, & firmata pax inter dictum D. Comitem Fundorum pro ſe, ſuiſque colligatis, & coadhærentibus ex parte una, & magnificum, & potentem D. D. Jacobum de Marſano Comitem Squillacii & regni Siciliæ Ammiratum pro ſe, ſuiſque fratribus colligatis, & coadhærentibus ex parte altera, ubi, & in qua pace reſervatum, & expreſſe conventum extitit, quod ſi per totum futurum diem, ſcilicet ultimum dicti præſentis menſis Martii, præfati procuratores, Yconomi, & negotiorum geſtores dicti D. Abbatis venirent, & intereſſent paci, & concordiæ prælibatæ, quod pars ipſa & concordia haberetur, & intelligeretur facta & exnunc facta eſſet inter dictum D. Fundorum Comitem, ejuſque colligatos, & cohadhærentes, ac vaxallos ſubditos, & ſequaces, & dictum D. Abbatem Caſſinenſem ejuſque adhærentes, vaxallos, & ſubditos, ac ſequaces. Quapropter partes prædictæ volentes ſecundum reſervationem, & pactum prædictum pacem ipſam approbare, confirmare, facere, & celebrare inter partes ipſas, Chriſti nomine invocato, per pacis oſculum inter ſe invicem amplectentes, pacem ipſam fecerunt, firmaverunt, celebraverunt, & ratificaverunt & modo, & forma, & ſub illo tenore, verbis, & Capitulis prout, & ſicut inter præfatos D. Comitem Fundorum, & Ammiratum extit facta, acta, & celebrata, & prout, & ſicut in inſtrumento pacis inter ipſos D. Comitem, & Ammiratum confecto narratur, & plenius continetur, promittentes procuratores, & Yconomi prædicti nominibus quibus ſupra alternatim, & viciſſim omnia, & ſingula ſecundum pacem, & inſtrumentum pacis prædictæ habitæ inter præfatos D. Comitem Fundorum, & Ammiratum, ac premiſſa, & ſtipulata inter eos per ſolemnem ſtipulationem attendere, & obſervare integraliter, & bona fide, & in nullo contrafacere, vel venire, ſub hypoteca, & obligatione partis bonorum dictorum D. Fundorum Comitis, & D. Abbatis Caſſinenſis, nec non ad pœnam, et ſub pœna unciarum quatuor millium pro quolibet contrafaciente, cujus partis medietas regali curiæ, et medietas parti obſervanti applicetur, quibus omnibus, et ſingulis ſic peractis, præfati ſindici, et procuratores caſtri Pontiſcurvi, et Roccæ Gulielmi ſcientes, et recognoſcentes ſe fuiſſe in guerra, et diſcrimine prælibatis, volentes, et affectantes paci ipſi, et concordiæ intereſſe, et inhærere pro tutiori, et clariori concordia, et pace ipſorum ſpecifice nominari etiam facere et recognoſcere omnia, ad que tenentur pro obſervatione pacis ipſius, præfatus Sindicus, et procurator univerſitatis dicti caſtri Pontiſcurvi dicto Sindicario & procuratorio nomine ſponte dixit, obtulit, petiit, et promiſit, quod præfatus D. Abbas, et Conventus Caſſinenſis poſſent mictere, et deputare in dicto caſtro Pontiſcurvi unum, vel duos procuratores, ſeu officiales ad recipiendum exigendum, et percipiendum omnes, et ſingulos fructus, redditus, et proventus, quos idem D. Abbas, Conventus, et monaſterium Caſſinenſe habent, et habere prætendunt in dicto caſtro Pontiſcurvi, et ejus territorio, ac etiam ad jura reddendum, banna micti faciendum, et omnia alia, more ſolito, in caſtro ipſo faciendum, et exercendum, nec non et quod exititii Pontiſcurvenſes haberent, et perciperent fructus poſſeſſionum eorumdem, dummodo conſtituerent procuratores ad percipiendum fructus ipſos de Pontecurvenſibus, ſiſtentibus in Pontecurvo, ac etiam quod D. Andreas D. Franciſci de Pontecurvo miles haberet, et percipere poſſet omnes fructus poſſeſſionum ſuarum, quas habet in territorio ſancti Eliæ, et terris aliis Abbatiæ prædictæ, Dictuſque Syndicus, et procurator Roccæ Gullielmi dixit, obtulit, promiſit, et petiit, quod omnes terræ, res, et poſſeſſiones dictorum D. Abbatis Conventus, et monaſterii Caſſinenſis, ac particularium perſonarum Abbatiæ prædictæ, quæ eſſent, & retinerentur per Lucam Spinellum dominum dictæ Roccæ, ſeu per quaſcumque ſpeciales perſonas dictæ Roccæ Gullielmi reſtituerentur, & libere relaxarentur dominis, & patronis earumdem, dummodo quod omnibus, & ſingulis perſonis de dicta Rocca Gullielmi habentibus eorum bona, poſſeſſiones, & res, in terris, & territoriis dictæ Abbatiæ videlicet in caſtro Fractarum, Caſtronovo, & Vallefrigida reſtituerentur, & libere relaxarentur dominis, et patronis earundem. Quæ omnia aſſerta, prolata, promiſſa, et petita per præfatos Syndicos, & procuratores dictorum caſtrorum Pontiſcurvi, et Roccæ Gullielmi, quibus ſupra nominibus, præfati Procuratores, et Yconomi dictorum D. Abbatis Conventus, et monaſterii*

ſterii Caſſinenſis, quibus ſupra nominibus, ſponte acceptaverunt, & conſenſerunt pro bono pacis, et concordia ſupradictorum, obligante partes ipſa nominibus ut ſupra, ad pœnam unciarum duarum millium pro quolibet contrafaciente pro obſervantia prædictorum. Acta, facta, et celebrata fuerunt omnia ſupraſcripta inter partes prędictas in territorio caſtri Trajecti, in via publica, juxta, et prope Baptiſtam Garliani, pręſentibus teſtibus infraſcriptis ad hęc vocatis, et rogatis, vid. Notario Stephano Corbo, Abbate Antonio Galea de Sueſſa, Cicco Squaccara, Henrico Spatario, Gentile de Fontanaroſa. Omnes tres iſti ſunt de Gaeta, ac aliis teſtibus: Et Ego Petrus Johannis de Fatinis, de Narnia publicus apoſtolica, imperiali, & reginali authoritatibus notarius, & Judex ordinarius conſtitutus, prædictis omnibus, & ſingulis, dum per partes prædictas ſic agerentur, una cum teſtibus ſupraſcriptis, preſens interfui, eaque rogatus ſcripſi, & publicavi, & in hanc publicam formam redegi, ſignoque meo ſolito ſignavi in fidem omnium præmiſſorum. Signum mei Petri Johannis † Notarii ſubſcripſi.

Petrus Abbas cõfirmatur Regni Cãcellarius. Eodem anno rex Ladislaus confirmavit in Regni Cancellarium Petrum de Tartaris Abbatem Caſſinenſem hoc privilegio: *Ladislaus Dei gratia, Hungaria, Jeruſalem, & Sicilia, Dalmatia, Croatia, Rama, Servia, Galitia, Lodomeria, Cumarii, Bulgariaque Rex, Provincia, Forcalquerii, ac Pedemontis Comes. R. in Chriſto Patri Fratri Petro Tartario, de Urbe, Abbati venerabilis monaſterii Caſſinenſis, Ordinis S. Benedicti, regni Sicilia cancellario, collaterali, conſiliario, & fideli noſtro dilecto, gratiam, & bonam voluntatem. Decet regale ſolium viris pollere conſpicuis, & illorum preſertim ſua latera illuſtrare, quos conſilii recti, maturitas virtutis, & ſapientia multiplex reddit inſignes, & qui pro arduis Reipublica eminentibus & gerendis plerumque negotiis continuas animi curas ſubeant labores corporis, & ſumptuum profluvium non paveſcant, ea ſiquidem in te dudum clara memoria D. Karolus III. dicti tunc Regni Sicilia rex inclitus, noſter Genitor non ſolum cognoſcens, ſed quotidie palpans, & oculata fide proſpiciens, te, licet virtutum tuarum prudentia, & fide illibata ſincera, & inconcuſſa conſtantia gradus, & apices ſublimiores expoſcerent, cancellariur. dicti regni Sicilia per ſuas certi tenoris literas digne ſtatuit, & merito ordinavit, quarum literarum tenor ſequitur, & eſt talis. Karolus tertius Dei gratia Rex Jeruſalem, & Sicilia &c.* Deſcribitur ad verbum hoc Caroli III. privilegium, & poſtea hæc leguntur: *Nos igitur immenſa probitatis fidei, & virtutis tuę merita ſedulo attendentes, et conſiderantes, te, dictum cancellariatus officium hactenus cum multa ſollicitudine diligenti, fidelique exercuiſſe ſolertia, & quę ad ipſum ſpectant officium, examine ęquo libraſſe, ex quo paternum in tui electione ad dictum officium nullatenus erraſſe judicium intuemur. Idcirco, quoad poſſumus, illius imitari veſtigia cupientes, te, cujus perſonam nobis frugi, & opportunam admodum reputamus in hujuſmodi cancellariatus officio, cum omnibus emolumentis, prerogativis, gratiis, immunitatibus, exemptionibus, & gagiis*

Ex originali in Archivo.

*prout, & quemadmodum in pręmiſſis D. quæ noſtri patri literis continetur, exſolvendis tibi, & tuo notario, vel ſcriptori, gagiis ipſis de ea pecunia, quam alię noſtrę executorię literę declarabunt, & ut idem D. noſter Pater in ſuis executoriis literis declaravit, cum conſenſu, & authoritate Sereniſſimę D. D. Margaritę dictorum regnorum reginę reverendę genetricis, balię, & tutricis noſtrę, de certa noſtra ſcientia, authoritate, & tenore pręſentium confirmamus, ſtatuimus, & de novo etiam ſimiliter ordinamus. Quamobrem paternitatem tuam, ipſarum tenore, cum conſenſu, & authoritate pręmiſſis requirimus, & hortamur, quatenus de cetero ſit dictum Cancellariatus officium, velut conſuevisti dudum diligenter ſtudeas exercere quod exinde ſuavis odor, & ſolitum redolentis famę tuę preconium creſcat, & altiora in conſpectu noſtro ſuſcipiat incrementa. In cujus rei teſtimonium pręſentes literas fieri, & ſigillo Vicariatus regni Sicilię, quo olim dicta D. noſtra genitrix prędicti D. genitoris noſtri in ipſo regno exiſtens vicaria utebatur, in defectu ſigilli noſtri magni non dum confecti, juximus ſigillari, valituras per indę, ac ſi dicti noſtri ſigilli proprii forent munimine roboratę. Datum Neapoli per Virum nobilem Gentilem de Merolinis de Sulmona legum doctorem, magnę noſtrę curię Magiſtrum rationalem, locum tenentem Prothonotarii regni Sicilia, Conſiliarium, & fidelem noſtrum dilectum. Anno Dñi 1387. die 27. menſis Aprilis decima indictionis, regnorum noſtrorum anno primo. De mandato D. Regis ls. c. P. nihil quia cancellarius. An. de Penn. 5. regiſtrata in Cancellaria penes Prothonotarium.*

Eluxit ſemper erga cœnobium Caſſinenſe Citrarienſium fides, & amor, ut potiſſimum hoc anno, quo Abbatem Monachoſque enixe rogarunt, ne oppidum illud unquam alienarent, quod hiſce conditionibus promiſſum eſt: *Fr. Petrus de Tartaris de Urbe, Dei, & apoſtolica ſedis gratia Abbas ſacri monaſterii Caſſinenſis ordinis ſancti Benedicti &c., ac regni Sicilia cancellarius, Prior, ſub Prior, & Conventus dicti ſacri monaſterii Caſſinenſis. Dilectis in Chriſto filiis univerſitati, hominibus & perſonis terra noſtra Citrarii provincia Calabria fidelibus, & devotis noſtris cariſſimis ſalutem in Domino ſempiternam. Licet per alias noſtras litteras recolimus vobis de ſpeciali gratia conceſſiſſe, & promiſiſſe terram ipſam Citrarii, non vendere, alienare, vel permutare quoquomodo, durantibus vobis in fidelitate debita, & conſueta, tamen ad abundantiorem veſtram cautelam, & declarationem, atque vos ferventius animandum ad perſeverandum in fidelitate, & devotione ſolita noſtra, & noſtri monaſterii prælibati, iterato, & de novo de certa noſtra ſcientia, & gratia, ſpeciali tenore preſentium, gratiam, & promiſſionem ipſam reatificamus, approbamus & confirmamus, decernentes, & promittentes expreſſe, quod, durantibus vobis in debita, & aſſueta fidelitate, & devotione noſtra, & noſtri monaſterii pralibati, Terram ipſam Citrarii non vendere, alienare, vel permutare ullo modo &c. Immo terram*

Citrarienſium fides, & amor erga cœnobium Caſſinenſe.

Ex originali in Archivo.

*ipſam conſervare, regere, & gubernare ad manus noſtras ad honorem noſtrum, & augumentum dicti noſtri monaſterii, atque veſtri conſolationem, & ſalutem more ſolito, & conſueto. Mandantes, & injungentes vobis expreſſe ſub pena fidelitatis, & confiſcationis omnium bonorum veſtrorum, quatenus aliquibus aliis litteris, mandatis &c. quorumcumque Principum &c. Magnatum, ſeu nobilium &c. cujuſcumque ſtatus, gradus, conditionis, vel dignitatis exiſtant, non pareatis, obediatis, nec credatis, nec intendatis in aliquo, vel modo aliquo per directum, vel indirectum, publice, vel occulte, tacite, vel expreſſe contra honorem, ſtatum, juriſdictionem, & obedientiam noſtram, noſtrique Caſſinenſis monaſterii ſupradicti, ac officialium noſtrorum, veſtrorumque debitam, & ſolitam fidelitatem, & devotionem erga nos, & noſtrum monaſterium antefatum. Nec vendere præſumatis de bonis veſtris ſtabilibus ſiſtentibus in dicta terra noſtra Citrarii, ejuſque pertinentiis, & diſtrictus alicui Domino, vel viro potenti exiſtenti extra dictam terram noſtram Citrarii, prout, & ſicut in privilegio per noſtrum predeceſſorem quondam vobis factum, & conceſſum plenius continetur. Promittens vobis inſuper per præſentes in omnibus caſibus ſucceſſivis, & oportunis pro defenſione veſtra ponere poſſe noſtrum, voſque favere, juvare, & defenſare contra omnes, & ſingulos vos moleſtantes, vel in aliquo perturbantes totis viribus, & pro poſſe, nec vos derelinquere ullo modo, hortantes igitur vos, quantum cum Deo poſſumus, ut circa fidelitatem ipſam, veſtri, noſtrique ſtatum tranquillum, noſtrumque honorem unanimiter, fraternaliter, & concorditer taliter vos geratis, habeatis, & perſeveretis, quod apud Deum, & homines poſſitis merito commendari, & a nobis uberiores gratias profici. In quorum omnium teſtimonium &c. preſentes noſtras patentes literas noſtrum quorum ſupra Abbatis, Prioris, & ſub prioris manibus ſubſcriptas, & Pontificalis, atque conventualis noſtrorum ſigillorum appenſione munitas, manu Petri Johannis de Narnia noſtri, noſtræque cameræ notarii, & ſcribæ fidelis fieri, & ſcribi fecimus &c. Datum in dicto noſtro monaſterio Caſſinenſi die X. menſis Novembris undecimæ indictionis 1387, a nativitate Domini. Nos Petrus qui ſupra manu propria ſubſcripſimus, &c.*

Prohibet Petrus Citrarienſibus, ne bona ſua ſtabilia hominibus extra illud oppidum potentibus vendant, quo quidem conſtat bonorum omnium ſupremum, directumque dominium penes cœnobium Caſſinenſe fuiſſe.

Reditus Petro Abbati utpote Regni Cancellario Decreti.

Ex originali in Archivo.

Hoc eodem anno 1387, juſſu Ladislai regis reditus Petro, ut pote regni cancellario decreti ſunt. En Ladislai litteras. *Ladislaus Dei gratia Ungariæ Jeruſalem, Siciliæ &c, Rex &c, Magnifico viro magno regni Siciliæ Camerario, vel ejus Locumtenentibus dilectis conſiliariis, juſtitiariis, juſtitiariis quoque Terræ laboris, & Comitatus Moliſii, Capitaneis terrarum & locorum Abbatiæ monaſterii Caſſinenſis, cæteriſque commiſſariis, & officialibus aliis ſtatutis, ſtatuendis per noſtram Curiam in terris, & locis provinciæ, & Abbatiæ prædictæ ſuper recollectione, & perceptione cujuſcumque fiſcalis pecuniæ inibi noſtræ curiæ debitæ, & debendæ recollectoribus inſuper, & expenſoribus pecuniæ proventuum juris ſigilli noſtri, nec non quibuſcumque taxatoribus, collectoribus, & perceptoribus pecuniæ generalium ſubventionum, & collectarum annis ſingulis noſtræ Curiæ debitarum, & debendarum per univerſitates, & homines dictarum terrarum & locorum ipſius Abbatiæ Caſſinenſis, ac ſynditis, univerſitatibus, & hominibus locorum, & terrarum prædictarum præſentibus, & futuris fidelibus noſtris gratiam, & bonam voluntatem, quia circa ſolutionem gagiorum ſtabilitorum, tam qm. perclaræ memoriæ D. Carolum tertium genitorem noſtrum dictorum regnorum regem inclitum quam per nos ſucceſſive R. in Chriſto P. Fratri Petro Tartaro de Urbe Abbati venerabilis monaſterii Caſſinenſis, ordinis S. Benedicti, Regni noſtri Siciliæ Cancellario, per dictum D. genitorem noſtrum ordinato, & per nos poſtmodum confirmato, ac collaterali conſiliario, & fideli noſtro dilecto, pro ſe, ac uno notario, vel ſcriptore per eum eligendo, & aſſumendo ad rationem videlicet de uncia auri una ponderis generalis per diem, pro perſona dicti cancellarii, & unciis auri decem, & octo ejuſdem ponderis generalis per annum, pro dicto notario, ſeu ſcriptore non intendamus aliquem intervenire defectum, conſideratione præſertim variorum laborum, & ſumptuum, quo idem cancellarius circa latus noſtrum noſtris continue vacando ſervitiis hucuſque ſubiit, ſubit, ad præſens, & ſubire ipſum imposterum oportebit. Idcirco de certa noſtra ſcientia cum conſenſu, & authoritate Sereniſſimæ D. D. Margaritæ dictorum regnorum reginæ reverendæ genitricis, baliæ, & tutricis noſtræ tenore præſentium decernimus, quod idem cancellarius pro ſe, ac dicto notario, ſeu ſcriptore jam dicta ipſorum gagia ad rationem ſuperius declaratam de pecunia dictarum generalium ſubventionum, & collectarum præfatarum terrarum, & locorum ipſius Abbatiæ Caſſinenſis, & in ipſarum defectu de pecunia proventuum juris dicti ſigilli noſtri percipiat, & habeat integre, & ſine diminutione quacumque, quare volumus, & fidelitati veſtræ cum conſenſu, & authoritate præmiſſa, ipſarum tenore mandamus expreſſe, quatenus eidem cancellario, vel ipſius ad hæc procuratori, ſeu nuntio pro ſe, ac dicto notario, ſeu ſcriptore jam dicta gagia ſibi pro ſe, & dicto notario, ſeu ſcriptore per nos, ut prædicitur, ſtabilita, ac exhiberi proviſa ad præfatam rationem de uncia auri una dicti ponderii generalis per diem pro perſona dicti cancellarii, & unciis decem, & octo ejuſdem ponderis per annum pro dicto notario, ſeu ſcriptoro. Vos ſcilicet prædicti præſentes collectores, taxatores, & perceptores pecuniæ dictarum generalium ſubventionum, & collectarum præfatarum terrarum, & locorum ipſius Abbatiæ Caſſinenſis, ac ſindici, univerſitates, et homines terrarum et locorum ipſorum totum id quod debent ei de illis dicto cancellario pro ſe, et dicto notario, ſeu ſcriptore de dictis gagiis in toto, vel in parte ſatisfactum non ſit, de quo per literas preſentis receptoris, et expenſoris pecuniæ proventuum juris dicti ſigilli noſtri in veſtro computo producendas informari curetis ſtatim ſimul, et ſemel, et impoſterum tam vos ipſi preſentes collectores, taxatores,*

&

Digitized by Google

*& perceptores, ac Syndici univerſitates, & homines quam vos alii ſucceſſive futuri, quolibet ſcilicet anno de pecunia dictarum generalium ſubventionum, & collectarum per vos prædictos univerſitates, & homines dictarum terrarum, & locorum ipſius Abbatiæ Caſſinenſis præfatis annis ſingulis ipſi noſtræ curiæ debitarum, & debendarum ſiſtente quidem, & futura per manus veſtras officiorum veſtrorum temporibus, per eos quidem terminos, quibus præfatam pecuniam tenemini, noſtræ curiæ exhibere, prout ad vos ſpectaverit integre, & ſine diminutione aliqua, vigore preſentium perſolvatis. Et in defectu pecuniæ dictarum generalium ſubventionum, & collectarum vos prædicti præceptores, & expenſores pecuniæ proventuum juris dicti ſigilli noſtri præſentes vid., & futuri certificati prius ſingulis vicibus, ut expedit de defectu jam dicto eidem cancellario, ſeu præfato ipſius ad hæc procuratori, vel nuntio pro ſe, & dicto notario, ſeu ſcriptore jam dicta ipſorum gagia ad rationem ſuperius declaratam, ſeu defectum ipſum, ſi quis fuerit, uſque ad integram ſatisfactionem gagiorum ipſorum, tam pro præterito tempore, quam deinde in antea pro futuro, annis ſingulis de præfata pecunia proventuum juris dicti ſigilli noſtri ſiſtente, & futura per manus veſtras officiorum veſtrorum temporibus ſolvere, ac exhibere, & ſupplire de menſe in menſem earundem vigore præſentium ſtudeatis, recepturi ab eodem cancellario, ſeu præfato ipſius ad hæc procuratore, vel nuntio pro ſe, & dicto notario, ſeu ſcriptore de hiis, quæ ſibi ſolveritis exinde ſuis vicibus ſub ejus ſigillo prout veſtra intererit apodixas quas vobis plene ſufficere volumus ad cautelam illaſque una cum ſolutione hujuſmodi in veſtro computo acceptari pariter, & admicti nullis cautelis, quam preſentibus noſtris literis cum apodixis eiſdem a vobis propterea quomodolibet requirendis, voſque prædicti magne camerarie, vel locumtenentes, ac juſtitiarii, capitanei, commiſſarii, & officiales preſentes, & futuri non impediatis in aliquo ſolutionem eandem, immo illam per jamdictos collectores, taxatores, & perceptores, ac ſupradictas univerſitates Syndicos, & homines fieri, ſicut prædicitur, permictatis, & etiam jubeatis, ipſoſque ad illam, ut prædicitur, faciendam ſi renitentes extiterint per qualibet opportuna, & debita juris remedia, ut expedire videritis, compellatis, nec obmictatis vos prædicti Juſtitiarii, & Capitanei Commiſſari, & officiales præſentes, & futuri, recolligere, & exigere dicto anno quolibet pro parte noſtræ curiæ ab univerſitatibus, & hominibus antedictis totum id quod prædictis generalibus ſubventionibus, & collectis præter, & ultra quantitatem gagiorum ipſorum, ſolvere dicto anno quolibet ipſi curiæ noſtræ tenentur. Præſentes autem literas, quas ſigillo Vicariatus regni Siciliæ, quo olim dicta D. noſtra genitrix exiſtens in ipſo regno Vicaria, utebatur, in defectu noſtri ſigilli nondum confecti, fecimus ſigillare, & eas per inde valere volumus, ac ſi dicti noſtri ſigilli proprii forent munimine roborata, poſt opportunam earum inſpectionem tranſumpto earum per vos prædictos collectores, taxatores, & perceptores, ſindicos, univerſitates, & homines prout veſtra intererit, in publica forma recepto, pro cautela reſtitui volumus præſentanti præmiſſo, modo in antea efficaciter valituras. Datum Neapoli in camera noſtra, anno Domini milleſimo, trecenteſimo octuageſimo ſeptimo, die vigeſimo primo menſis Maj, X. indictionis, regnorum noſtrorum anno primo, de cur. Conc. n. Regiſtrata in cancellaria penes Prothonotarium.* Adeſt ſigillum pendens &c.

Neque hiſce erga Petrum exhibitis beneficentiæ ſignis contentus rex Ladislaus, hoc etiam ampliſſimo diplomate privilegia omnia ab Anteceſſoribus ſuis cœnobio Caſſinenſi conceſſa confirmavit: *Ladislaus Dei gratia Ungariæ, Jeruſalem, & Siciliæ &c. Rex &c. Si ex naturali debito aſtringimur venerandis eccleſiis nos præbere interna mentis affectione munificos conſecutivum eſt, ut pios affectus progenitorum noſtrorum catholicorum regum Siciliæ, qui opera charitatis, & ſalutem animarum eorum recipiunt libenti animo proſequamur, & in hiis, quæ ad exaltationem divini numinis a quo cuncta bona recipimus noſcuntur accedere, confirmando illa promptis affectibus inclinemur. Sane R. in Chriſto pater Frater Petrus de Tartaris de urbe Abbas ſacri monaſterii Caſſinenſis Cancellarius regni noſtri Siciliæ collateralis conſiliarius, nec non monaci, & conventus monaſterii ſupradicti devoti, fideleſque oratores noſtri, majeſtati noſtræ exponere curaverunt, quod claræ memoriæ D. rex Karolus tertius Pater noſter, & D. reverendus ex Zelo charitatis immenſa, quam ad præfatum monaſterium Caſſinenſe ſingulari quadam devotione habebat, nec non & prædeceſſores ejus multa, & diverſa privilegia, literas, conceſſiones, & gratias prædicto ſacro monaſterio Caſſinenſi, ipſiuſque Abbati, Monacis, & Conventui, terris, locis, hominibus, & vaſſallis dicti monaſterii, & eidem cancellario ſub diverſis tenoribus conceſſerunt, ſicque exponentes ipſi habentes ad nos cum devotione recurſum, ipſi noſtræ majeſtati attentius ſupplicarunt, quod quamquam privilegia, literæ, conceſſiones, & gratiæ ipſa eis prædictum qm. D. Patrem noſtrum ipſiuſque prædeceſſores alios, ut eſt dictum, robur habeant, debitæ firmitatis pro ampliori robore privilegia, & literas, ac conceſſiones, & gratias ipſas ſub quibuſcumque tenoribus, & ſeriebus notentur, non obſtante, quod in præſenti contextu ipſorum tenores minime exprimantur, acceptare, ac confirmare de novo de ſpeciali gratia, & certa noſtra ſcientia, dignaremur. Nos autem tam prædicti quondam D. patris noſtri quam aliorum dominorum prædeceſſorum noſtrorum laudabilia geſta caritativoſque affectus circa id taliter prodeuntes multipliciter commendantes, & conſiderantes, quod ad monaſterium ipſum, ipſiuſque Abbatem, Monachos, & Conventum habemus devotionis affectum, & nihilominus quod præfatus cancellarius noſter, ad quem quadam prærogativa, digne trahimur pro hujuſmodi confirmationis noſtræ obtentu ſuppliciter interceſſit, ſupplicationi hujuſmodi propterea benignius annuentes, præfata privilegia, literas, ac conceſſiones, & gratias ipſi monaſterio Caſſinenſi, Abbati, Monachis, & Conventui ipſius, Terris, locis, hominibus, & Vaſſalis, & eidem cancellario conceſſas per dictum qm. D. Patrem noſtrum, & prædeceſſores noſtros alios, ut eſt dictum, ſub quibuſvis exiſtant tenoribus, & ſeriebus cum omnibus, quæ in ſe continent, juxta ipſorum, & ipſarum mentem, & ſeriem, quamquam ipſorum tenores præſentibus nullatenus exprimantur, Cum tenores, & ſeries eorundem jubemus, & volu-*

**Privilegia cœnobii Caſſinenſis confirmata.**

**Ex originali in Archivo.**



Digitized by Google

*volumus haberi pro expreſſis, ac annotatis, velut ſi eſſent de verbo ad verbum adſcripti preſentibus, ac etiam annotati, duximus de certa noſtra ſcientia, & ſpeciali gratia cum conſenſu, & authoritate sereniſſime principiſſa D. Margharita Dei gratia dictorum regnorum regina, tutricis, & balia, ac matris noſtra, & D. reverenda. Tenore preſentium acceptanda, ac etiam confirmanda, adeo quod omni tempore firmitatis in ſe robur obtineant, & heſitationis cujuſvis inſultum nullatenus pertimeſcant. Volentes, & decernentes expreſſe, quod hujuſmodi noſtra acceptatio, & confirmatio per nos preſentialiter facta eidem cancellario, monaſterio Caſſinenſi, Monacis, & Conventui, ipſique Abbati, ac terris, locis, hominibus, & vaſſallus ipſius, perpetuo ſtabilis, & incommutabiliter ſit realis, fidelitate noſtra ac juribus, ſi pro hujuſmodi gratiis forſitan noſtra curia deberentur exinde ſemper ſalvis. Et pro majori fortitudine premiſſorum, univerſis officialibus regni noſtri Sicilie quocumque titulo denotentur, ac fungentibus officiis, preſidatus ipſorumque locatenentibus, vel eorum aliis preſentibus, & futuris damus cum conſenſu, & authoritate predictis expreſſius in mandatis, ut privilegia, literas, conceſſiones, & gratias ipſas dictis monaſterio Caſſinenſi, ipſiuſque Abbati, Monacis, & Conventui per nos taliter confirmatas, & firmata eorum officiorum temporibus juxta ipſorum mentem, & ſeriem ſervent tenaciter, & faciant ab aliis quantum in eis fuerit inviolabiliter obſervari, nihil in contrarium preſumentes. In cujus rei teſtimonium preſentes literas fieri, & ſigillo Vicariatus, quo fungebatur alias dicta D. Mater noſtra in defectum ſigilli noſtri nondum facti juſſimus communiri. Datum Neapoli per nobilem virum Gentilem de Merolinis de Sulmona legum doctorem Magna noſtra curia magiſtrum Rationalem, Locumtenentem, prothonotarii regni Sicilia conſiliarium, & fidelem noſtrum, anno Domini milleſimo treceteſimo octuageſimo ſeptimo, die XV. Junii decima indictionis, regnorum noſtrorum anno primo. Nihil, quia Cancellarius. De mandato Domini Regis. Jacobus Schimarius &c.*

Adeſt ſigillum pendens &c.

**Oppidum Roccæ Evandri repetitum.** Cum ob Thomæ Brancaccii perduellionem oppidum Roccæ Evandri fiſco regio fuiſſet adjudicatum, capta occaſione, Petrus Abbas, quænam eſſent cœnobii noſtri in oppidum illud Jura exhibens regis beneficio repetiit. Dono quippe S. Henrici Imperatoris id oppidum habuerat cœnobium Caſſinenſe, atque Rogerii regis violentia amiſerat. En Ladislai privilegium. *Ladislaus Dei gratia Ungaria, Jeruſalem, & Sicilia &c. Rex &c.*

**Ex originali in Archivo.** *Juris edictum providum, quo venerandis eccleſiis proviſe proſpicitur circa donationes faciendas, & ipſas immenſitatem ſtatuit pro menſura, occurrit equidem, edictique devota conſiderationis inſpectio, ut nulla cenſeatur immenſa devotio ei, qui cœleſtia, & terrena pariter pracipua charitate largitur. Sane ad Sacrum, & venerabile monaſterium S. Benedicti de monte Caſino, non modica charitatis, & ſincera devotionis gerentes ardorem, ac conſiderantes, quod de iis, que a Domino conceduntur non tamquam ſui immemores, ſed donorum ejus recentem memoriam habentes debemus ſibi, pro ut nobis eſt facultas reddere portionem, & alias meditantes interne, quod ſicut relatione, & expoſitione nobis facta noviter pro parte R. P. Fratris P. preſentis Abbatis dicti monaſterii, regnique noſtri Sicilie cancellarii, collateralis conſiliarii, & religioſorum virorum Monachorum, & Conventus dicti monaſterii Caſſinenſis devotorum oratorum, & fidelium noſtrorum dilectorum percepimus, quod dicti Abbas, Monaci, & Conventus pretendunt habere certum jus in caſtro Rocca de Vandra de provincia Terra laboris, quod fuit, & tenetur ad preſens in rebellione noſtra per Thomaſium Brancacium dictum Imbriacum de Neapoli militem rebellem noſtrum notarium, etiamſi ad Thomaſium ipſum ſpectaverit pleno jure dictum caſtrum Rocca de Vandra per rebellionem notoriam dicti Thomaſii, devolutum eſt juſte, & rationabiliter ad curia noſtra manus. Nos volentes ob reverentiam B. Benedicti dicto monaſterio Caſſinenſi hujuſmodi applicare, etiamſi dictum monaſterium jus aliquod habuerit, ſive non habuerit in dicto caſtro de Vandra per rebellionem notoriam dicti Thomaſii, & leſa noſtra majeſtatis, exinde adherendo olim Duci Andegavia hoſti noſtro ſequacibus, adherentibus, & fautoribus ſuis ad manus noſtra curia juxte, & rationabiliter devolutum cum caſtro, ſeu fortelitio, hominibus, vaſſallis, feudatariis, ſubfeudatariis, redditibus, ſervitiis, domibus, poſſeſſionibus, vineis, olivetis, terris cultis, & incultis, planis, montibus, pratis, ſilvis, nemoribus, paſcuis, molendinis, aquis, aquarumque decurſibus, tenimentis, territoriis aliiſque juribus, juriſdictionibus, & pertinentiis ſuis omnibus, pro valore annuo caſtrum predictum cum conſenſu, & authoritate sereniſſima principiſſa D. Margharita Dei gratia dictorum regnorum regina balia, & tutricis, ac reverendiſſima matris noſtra, damus, donamus, & concedimus de certa noſtra ſcientia gratioſe inveſtientes eundem preſentem Abbatem pro ſe, ac monacis, conventu, & monaſterio ſupradictis aliiſque Abbatibus ſucceſſive futuris de hujuſmodi noſtra conceſſione, & gratia per noſtrum anulum preſentialiter modo premiſſo, Quam inveſtituram, vim, & efficaciam vera aſſignationis, & realis aſſecurationis caſtri predicti, volumus, & decernimus obtinere legibus, & conſtitutionibus regni, & preſertim iis, qua prohibent res, & bona feudalia ad manus mortuas venire nullatenus obſtituris, clauſolis, conditionibus, redentionibus, reſervationibus omnibus, & ſingulis, ac modo, & forma, qui, & quem privilegiis donationum catholicorum principum, regum Sicilia illuſtrium predeceſſorum noſtrorum, & noſtris conſueverunt exprimi, & apponi in preſenti privilegio noſtro intellectis, & habitis pro expreſſis, ac ſi forent in eo diſtincti, & particulariter annotati. Salvis nihilominus ſervitiis nobis exinde debitis ſecundum uſum & conſuetudinem dicti regni, ac omnibus, & ſingulis aliis, que curia noſtra in dicto caſtro majoris dominii ratione debentur, prout habemus, & haberi debemus in terris, & locis aliis dicti regni ipſius majoris dominii ratione. Salvis inſuper uſibus, & conſuetudinibus aliis dicti regni, ac juribus aliis ipſius noſtra curia, & alterius cujuſcumque. Beneficiis etiam Cappellaniarum, & juribus patronatus ſi qua ſunt in caſtro predicto, ac ipſorum collationibus, & preſentationibus nobis, & predictis noſtris heredibus, ſucceſſoribus reſervatis. In cujus rei fidem perpetuamque memoriam, & dictorum Abbatis, monachorum,*

*chorum, Conventus, & monaſterii cautelam præſens privilegium exinde fieri, & pendenti Vicariatus ſigillo, quo utebatur hactenus dicta domina mater noſtra, & in defectu pendentis majeſtatis noſtræ ſigilli nondum confecti, fecimus communiri, quod tanti vigoris eſſe decernimus, quanti eſſet, ſi dicti magni noſtri pendentis ſigilli foret munitione roboratum juxta curiæ noſtræ ritum dicto ritu, & obſervantia quacumque contraria non obſtante. Actum Gajetæ præſentibus magnificis, & nobilibus viris Carolo Ruffo magiſtro Juſtitiario regni Siciliæ, Loyſio, & Roberto de Capua, Bartholomæo Tomacello dicto Cincono regni Siciliæ mareſcallo, & noſtri hoſpitii Seneſcallo, & Johanne de Threni militibus, conſiliariis, & fidelibus noſtris, & quam pluribus aliis. Datum vero ibidem per manus viri nobilis Donati de Aretio legum doctoris, vicemgerentis, prothonotarii, & ejus locumtenentis, conſiliarii, & fidelis noſtri dilecti an. Dñi 1387. die prima Auguſti decimæ indictionis, regnorum noſtrorum anno primo H. C. R. nihil, quia pro Cancellario, & monaſterio. Regiſtrata in Cancellaria.* Adeſt ſigillum pendens &c. Cajetæ conſignatum eſt hoc privilegium ubi paulo antea ſeſe receperat Ladiſlaus cum Margarita matre, & Joanna ſorore, quod urbem Neapolim Otto Princeps Brunſvicenſis Ludovici Andegavenſis junioris fautor cæperat, ut fuſe narrat Conſtantius lib. 8. p. 244. & ſeqq. Summonte in vita Ladiſlai, Spondanus an. 1386. nu. 2. Raynaldus an. 1387. nu. 1., & 2.. Neque id impune Neapolitanis accidit, ſic enim ſcribit Theodericus Niemus lib. 1. de Schiſmate cap. 65. *Tunc ac diu poſtea ipſa civitas Neapolitana propter proditionem, quam ejus cives incolæ contra D. Othonem Ducem, & ejus uxorem Johannam reginam egerunt, intromittendo dictum regem Carolum miſere fluctuabat: ſpoliabantur enim continue domus multorum civium & expoliabantur pre devictoribus, adulteria, ſtupra, & alia multa fiebant mala in civitate, unde in maximo numero cives utriuſque ſexus ea tempeſtate terra, ac mari ad Trinacriam, Capuam, Gaetam, & alias civitates, ac loca confugerunt.* Quibus hæc addidit S. Antoninus III. par. tit. 22. cap. 1. §. 14. *Clemens Antipapa Avenioni reſidens licentiam dedit iis qui Neapolim pro Duce Andegaviæ retinebant, ut venderentur vaſa aurea, & argentea eccleſiarum conflata, ut ſtipendia poſſent militibus conductis conferre: inde notabile detrimentum illatum eſt eccleſiis.* Imo qui partes Urbani Pontificis ſecuti fuerant, in exilium actis reliqui perterriti, legatis ad Clementem miſſis ſe ſe ejus obedientiæ ſubjecere: Deinceps catholici ne muſſitare quidem auſi.

Privilegium Oppidanis S. Petr. in monaſterio conceſſum.

Bella in regno Neapolitano, potiſſimum in Abbatia Caſſinenſi graſſata effecere, ut quædam ditionis noſtræ oppida incolis deſtituerentur. Ea inter unum fuit oppidum S. Petri in monaſterio, celebris olim Caſſini civitas, quod, ut iterum incoleretur, Carolus III. oppidanos a ſolutione vectigalium Fiſci per duodecim annos immunes eſſe juſſerat, utque facilius revocarentur, rex Ladiſlaus confirmato Caroli privilegio, viginti annorum immunitatem addidit hoc diplomate: *Ladiſlaus Dei gratia Unghariæ, Jeruſalem, Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galitiæ, Lodomeriæ, Cumaniæ, Bulgariæque Rex,*

Ex originali in Archivo.

*Provinciæ Forcalquerii, ac Pedimontis Comes; Univerſis, & ſingulis preſentes litteras inſpecturis tam præſentibus, quam futuris. Licet adiectionis plenitudo non egeat, nec firmitatem exigat quod eſt firmum, confirmatur tamen interdum quod robur obtinet, non quod neceſſitas exigat, ſed ut ſuffragium cautelæ abundantioris accedat. Dudum itaque claræ memoriæ D. Carolus tertius dictorum regnorum rex inclitus noſter genitor, dum ageret in humanis, attendens fidelitatem, & merita hominum caſtri S. Petri in Monaſterium, de Abbatia monaſterii Caſſinenſis, quod caſtrum ad præſens exhabitatum fore dignoſcitur, omnes, & ſingulas pecunias generalis ſubventionis, ſeu collectæ per eos annis ſingulis regiæ paternæ curiæ debita, & debenda, uſque ad annos duodecim remiſit, & gratioſius relaxavit prout hæc, & alia in paternis regiis litteris proinde confectis plenius dicitur contineri. Nos igitur continuatam fidelitatem ipſorum hominum, & impenſa per eas nobis obſequia intuentes, vel maxime moti devotis ſupplicationibus R. in Chriſto P. Fr. Petri miſeratione divina Abbatis ipſius monaſterii Caſſinenſis, regni noſtri Siciliæ cancellarii, collateralis conſiliarii, & fidelis noſtri dilecti culmini noſtro reverenter effuſis præfatam remiſſionis, relaxationis, exemptionis, & immunitatis gratiam per dictum qm. dominum genitorem noſtrum eiſdem hominibus, ut prædicitur, factam, & conceſſam, ac eaſdem paternas litteras, & contenta in eis, quarum tenore hic volumus præſentibus noſtris litteris pro ſufficienter expreſſo, & de verbo ad verbum annotato, tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, cum conſenſu, & authoritate sereniſſimæ D. Margaritæ eadem gratia dictorum regnorum reginæ reverendæ genetricis baliæ, & tutricis noſtræ de ſpeciali gratia confirmamus, & poteſtatis noſtræ præſidio communimus. Nec minus intendentes ipſius Abbatis contemplatione eiſdem hominibus gratiam facere ampliorem, & ut ipſi homines ad natalem Patriam redire valeant, & ad priſtinum incolatum ipſorum, tenore, cum conſenſu, & authoritate præmiſſis, eiſdem hominibus dicti caſtri, omnes, & ſingulas pecunias generalis ſubventionis, ſeu collectæ noſtræ curiæ per eos annis ſingulis debita, & debenda, ipſis annis duodecim præfinitis in ipſis paternis litteris Indultis, uſque ad viginti alios annos ex tunc in antea numerandos, diximus remittendas, & gratioſius relaxandas, itaquod ad illarum ſolutionem reſiduo dictorum annorum duodecim, & dictis poſtea annis viginti ſuccedentibus perdurantibus, homines ipſi nullatenus teneantur. Mandantes propterea ipſarum tenore cum conſenſu, & authoritate premiſſis, Vicegerentibus Juſtitiariis Provinciæ Terræ laboris, & Comitatus Moliſii, ac capitaneis terrarum, & locorum dicti monaſterii Caſſinenſis, erariiſque, magiſtris cameræ, ac Recollectoribus, Perceptoribus, & Exactoribus pecuniarum, & ſubventionum ipſius provinciæ, ac terrarum, & locorum prædictorum, ac etiam collectarum earumdem præſentibus, & futuris, quatenus dictarum paternarum, & præſentium litterarum tenoribus diligenter attentis, & inviolabiliter obſervatis, juxta ipſos prædictos duodecim annorum reſiduo, & inde poſtea dictis annis viginti durantibus, ipſorum officiorum temporibus prefatos homines dicti caſtri ad ſolutionem dictarum collectarum, ſeu ſubventionum, ipſi nec eorum alter*

*ter aliquatenus arceant, vel compellant. Quibuſcumque mandatis, ordinationibus, litteris, cedulis, vel edictis, & aliis forte contrariis, quibus quantum pręſentibus refragantur hac vice dumtaxat, ipſorum tenore pręſentium derogamus, non obſtantibus quoquomodo. In cujus rei teſtimonium preſentes litteras fieri, & ſigillo Vicariatus regni Sicilię, quo olim dicta D. noſtra genetrix ipſius regni exiſtens vicaria utebatur in defectu magni noſtri pendentis ſigilli nondum confecti juſſimus ſigillari, quas perinde valere volumus, ac ſi noſtri ſigilli proprii forent munimine roborati, ritibus, & conſuetudinibus noſtrę curię minime obſtituris. Datum Gaetę in abſentia Prothonotarii regni Sicilię, & locumtenentis ejus per virum nobilem Donatum de Aretio legum doctorem locumtenentem pręfati cancellarii dicti regni Conſiliarium, & fidelem noſtrum dilectum. Anno Domini milleſimo trecenteſimo octogeſimo octavo, die tertio menſis Februarii, undecimę indictionis, regnorum noſtrorum anno primo. H. C. R. Añ. de Peññ., 5. ta. 25., gra. 16. Regiſtrata in Cancellaria penes Prothonotarium.* Adeſt ſigillum pendens.

Oppidani S. Victoris in officium redeunt.

Effrenis jam eſſę ceperat oppidanorum S. Victoris licentia, qua, nulla habita ab Abbate Petro facultate, oppidi claves cuſtodiendas ſibi vindicaverant. Verum paulo poſt pœnitentia ducti procuratores omnium nomine conſtituere, qui veniam a Petro Abbate impetrarent, ut hoc inſtrumento conſtat. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Anno Domini 1388. Pontificatus SS. in Chriſto Patris, & D. noſtri D. Urbani divina providentia Papę ſexti anno ejus decimo, die tertio menſis Septembris duodecimę indictionis apud S. Victorem Abbatię Caſſinenſis, pręſenti ſcripto publico declaramus &c. quod cum ad petitionis inſtantiam univerſitas hominum caſtri S. Victoris nos infraſcripti judex, notarius, & teſtes ante eccleſiam S. Marię de S. Victore Archipresbyteralem, & parochialem vocati eſſemus, & invenerimus ibidem dictam univerſitatem, ſeu majorem, & ſaniorem partem ipſius de mandato Rectoris ejuſdem caſtri, ad vocem pręconis congregatam in unum, ut moris eſt, quando negotia publica ipſius caſtri &c. ſolita ſunt tractari, & conſilio perpenſo pro meliori ſtatus ejuſdem honore pręvio Caſſinenſis monaſterii, & reverendiſſimi D. noſtri D. Abbatis ipſius monaſterii ſemper ſalvo, legitime diſponi dicentem univerſitatem ipſam propter imbecillitatem, & perplexitatem animorum communium ipſius univerſitatis de nobilibus viris Riccardi Capiferri, & Landulfi Capiferri de S. Victore petitis pro parte dicti Domini, & non prębentibus, & aſſumptionem clavium authoritate propria, portarum dicti caſtri S. Victoris equanimiter de communi voluntate, & conſenſu ipſius univerſitatis, turbationis materia nuper orta, ſeu dubitaretur oriri inter pręedictos dominum Caſſinenſem ex parte una, & univerſitatem hominum ipſius caſtri ex altera, ad cujus quidem occaſionem pręcludendam &c. humiliter, ut dixerunt, homines ipſius univerſitatis flexis genibus . . . . . cordis, & devote ſupplicare cupiebant affati domini dominationi benignę, ut dignaretur imbecillitatem, & perplexitatem pręedictorum nobilium, & aſſumptionem clavium pręedictarum authoritate propria precedentes pari voto de communi conſenſu hominum ipſius univerſitatis, conniventibus oculis, abſque judicio ultionis pertranſire, & de ſolita veſtra miſericordia pręedictę univerſitatis defectum in hac parte non cognoſcere, ne modica favilla ignis in flammas tranſeat deſtructivas. Idcirco dicta univerſitas, & homines ipſius univerſitatis &c. ad exponendum pręmiſſa, & cum reverentia, ſubiectione, devotione, & humilitate debitis, poſtulandum, & impetrandum indultum ſuper eiſdem a prefato domno. Confiſi de fide &c. proborum virorum notarii Jacobi judicis Johannis, & judicis Antonii Giptii de S. Victore pradicto, eoſdem, & quemlibet eorum in ſolidum &c. eligerunt &c. eorum veros, & legitimos procuratores, Sindicos, & Nuncios ſpeciales, dantes, & concedentes eiſdem, & eorum cuilibet meram, & liberam poteſtatem, ut authoritate preſentis ſcripti publici omnia, & ſingula, prout ſuperius narrata, petita, & ſcripta ſunt, ſindicario nomine, & pro parte ipſius univerſitatis coram memorato domino, & ipſi dño humiliter, & devote exponere valeant, & poſtulare, & mandata ipſius domini exinde ſubſecuta cum ſubiectione, & ſincera fide humiliter ſuſcipere & ſecundum benignum, & juſtum ejus judicium efficaciter obſervare, ac fideliter ipſi domino ſemper in omnibus quatenus juſte demandabit, fideliter, realiter & perſonaliter, quantum vires eorum ſe extendunt, irrefragabiliter adimplere cum effectu, ut tenentur, & debent fideles Vaxalli ſuo dominio naturali, & quidquid ſuper pramiſſis, & quodlibet pramiſſorum per dictos ſindicos actum fuerit, &c. promiſſum &c. homines dicta univerſitatis, ſeu major, & ſanior pars ejuſdem ſemper habebunt gratum, ratum, & firmum, & ad majorem cautelam proprio juramento firmaverunt, tactis evangeliis ſacroſanctis, obligantes ſe per ſingulos, & bona ſua omnia homines ipſius univerſitatis &c. Ego vero D. Antonius Jacobi de ſancto Victore Apoſtolica authoritate notarius publicus, prout vidi, & audivi ab hominibus dicta univerſitatis, ad preces omnium, & ſingulorum hominum univerſitatis ejuſdem fideliter manu propria ſcripſi, & in hoc preſens publicum inſtrumentum redegi, ſignis, & ſubſcriptionibus noſtrum judicis, & notarii, ac teſtium litteratorum ſolitis ac ſignis crucium teſtium illitteratorum, roboratum, Actum &c. † Ego Nicolaus Capiferrus miles teſtis ſum. † Ego Antonius Capiferrus teſtis ſum. Sequuntur ſubſcriptiones aliorum teſtium. Die quarta Septembris duodecima indictionis exhibita fuit preſens procuratio coram D. Abbate in preſentia pradictorum per dictos Sindicos veniam poſtulantes de pramiſſis flexis genibus, una cum aliis eorum terrigenis, quibus dñus gratiam dedit ſuam, omnemque culpam, & offenſam eis miſericorditer remiſit. Preſentibus &c.*

Ex originali in Archivo.

Veritus Ladislaus, ne majora in dies mala Caſſinatibus, ob ſuam erga ſe fidem obvenirent, juſſit Petro Abbati, ut comparata militum manu, oppida cœnobii Caſſinenſis defenderet, quorum incolas vectigalibus omnibus deinceps a regio fiſco imponendis exemit hiſce literis, in quibus alia plura legere eſt. *Ladislaus &c. Reverendo Patri Fratri Petro Abbati ſacri monaſterii Caſſinenſis Regni noſtri Sicilia cancellario, ac collaterali conſiliario, & fideli noſtro dilecto gratiam, & bonam voluntatem. Ut univerſitates, & homines terrarum, & locorum veſtra Abbatia Caſſinenſis ab incurſibus,*

Ladislai Regis erga Caſſinates beneficentia.

&

*& preſſuris noſtrorum æmulorum, & rebellium defendi viriliter valeant, et poſſint, deliberavimus, cum conſenſu, et authoritate Sereniſſimę D. D. Margaritę eadem gratia dictorum regnorum reginę reverendę genetricis, balię, et tutricis noſtrę per vos debere certam quantitatem gentis armigerę retineri, et alias provideri pro defenſione terrarum ipſarum, prout veſtra paternitas noverit expedire, de fide, prudentia, ſollicitudine, & legalitate veſtra plenarie confidentes, decrevimus cum conſenſu, & authoritate premiſſis, quod quantitas pecunia, generalium ſubventionum, & collectarum, ac ſubſidiorum, & cujuſcumque alterius pecunia ex quacumque cauſa terrarum ipſarum per univerſitates, & homines dictarum terrarum, caſtrorum, & locorum dicta veſtra Abbatia Caſſinenſis pro preſenti anno duodecima, ac primo futuro anno tertiedecima indictionis noſtra curia debita, & debenda pro eodem anno preſenti, & primo futuro anno, & deinde in antea uſque ad noſtrum beneplacitum annis ſingulis recolligi, exigi, & percipi debeat per vos, vel alium veſtri parte ab univerſitatibus, & hominibus pralibatis. Illaque converti, ſolvi, & expendi poſſit in ſatisfactionem dicta quantitatis gentis armigera retinenda pro defenſione pradicta dictarum terrarum veſtra Abbatia Caſſinenſis, ut ſuperius eſt expreſſum. Quare volumus, & Paternitatem veſtram requirimus, & hortamur, fidelitati nihilominus veſtra expreſſius injungentes, quatenus quantitatem prefata pecunia generalium ſubventionum, & collectarum, ac ſubſidiorum, & cujuſcumque alterius pecunia noſtra curia debita, & debenda per dictas univerſitates, & homines predicto preſenti anno, & pro primo futuro anno, & deinde in antea uſque ad noſtrum beneplacitum recolligatis, exigatis & percipiatis, ſeu recolligi, exigi, & percipi integraliter faciatis, & de illa ſatisfaciatis prefatis gentibus armigeris retinendis per vos, & pro defenſione terrarum pradictarum, prout veſtra diſcretioni videbitur expedire, facturi dictis univerſitatibus, & hominibus, & cuilibet eorundem de hiis, qua ab eis receperitis ſub veſtris ſigillis, ac recepturi de hiis qua ſolveritis ſingulis vicibus ſub eodem ſigillo tantummodo apodixas, quas vobis & eis plene ſufficere volumus ad cautelam, ac in veſtro, & ipſorum computo acceptari pariter, & admitti nullis cautelis aliis, quam preſentibus noſtris litteris, cum apodixis a vobis, & ipſis nullo unquam tempore per noſtram curiam requirendis. De introitu vero, & exitu dicta pecunia faciatis quaternum unum contenturum omnem, & totam pecuniam, quam recolligeritis, & perceperitis, ut prafertur, a quibus nec non & quam ſolveritis, ſive exhiberitis ex quibuſcum nominibus & cognominibus eorumdem ac expreſſionibus temporum, & dierum ſigillandum ſigillo veſtro quem quidem quaternum taliter ſigillatum ad noſtram curiam tempore veſtri ratiocinii producere procuretis, compulſuri renitentes quoslibet ad ſolutionem dicta pecunia, tam per impoſitiones penarum & exactiones illarum, captiones perſonarum, arreſtationes, & diſtractiones bonorum ipſorum, ac qualibet alia remedia oportuna, qua ad id videritis expedire. Caterum conſiderantes ſincera fidelitatis conſtantiam dictarum univerſitatum, & hominum prafatarum terrarum, & locorum dicta veſtra Abbatia Caſſinenſis, nec non damna vària eorumque diſpendia, qua ipſi pro fidelitate noſtra illibata ſervanda in perſonis bonis, & rebus ipſorum multipliciter ſuppartarunt, ex quibus ſtatum ipſorum deplorant miſerabilem, & depreſſum, eiſdem univerſitatibus, & hominibus memoratis, & cuilibet ipſorum ex nunc pro ut ex tunc omnes, & quaſcumque alias taxas, dona, munera, & alia, ac Fiſcales functiones quaſcumque eis, & cuilibet eorumdem generaliter, aut ſpecialiter, vel quocumque, & qualitercumque, pro quibuſvis negotiis, ſive cauſis per noſtram curiam imponendas, exceptis generalibus collectis, & ſubſidiis, ac aliis juribus, & pecuniis noſtra curia debitis, & debendis, quas exigi, & expendi volumus per vos Abbatem pradictum prout ſuperius continetur pro praſenti anno duodecima, & primo futuro anno tertia decima indictionis, & deinde inantea, uſque ad noſtrum beneplacitum earumdem tenore praſentium remittimus, & gratioſius relaxamus, ipſaſque univerſitates, & homines a ſolutione dictarum taxarum, donorum, munerum, & aliarum quarumcumque fiſcalium functionum pro dicto preſenti anno duodecima, & primo futuro anno tertiadecima indictionis, ac durante eodem noſtro beneplacito eximimus, & exemptos facimus & immunes. Ita quod ad illarum ſolutionem dicto anno praſenti, & primo futuro anno, ac noſtro beneplacito perdurante in perſonis, bonis, & rebus ipſorum compelli nequeant turbari vexari, ſeu quomodolibet moleſtari. Mandantes harum ſerie cum conſenſu, & authoritate pradictis vicemgerenti regio Provinciarum Juſtitiariis Aprutii citra, & ultra flumen Piſcaria terra Laboris, & Comitatus Moliſii Erariis quoque Magiſtris camera Commiſſariis, cateriſque officialibus fidelibus noſtris, & aliis, ad quos ſpectat, & ſpectare poterit quocumque titulo, & denominatione notentur praſentes literas inſpecturis preſentibus, & futuris, quatenus forma preſentium per eos diligenter attenta ſtudeant illam juxta earum tenorem tenaciter, & inviolabiliter obſervare, nihilque in contrarium quoquomodo praſumant ſicut habent gratiam noſtram caram. Quinimo revocent ſtatim in irritum quicquid per eos attemptatum eſſet, ſeu attemptaretur in poſterum contra preſentem ſeriem, & tenorem. Inſuper providimus pro bono ſtatu, & conſervatione ac defenſione ipſarum univerſitatum, & locorum, ac hominum & bonorum eorundem dictam gentem armigeram per vos retinendam juxta veſtrum arbitrium, ut pradicitur, continue morari in territoriis ipſarum terrarum, & locorum, & modo aliquo non diſcedere illinc niſi ut veſtra paternitas duxerit ordinandum; Quare volumus, & Paternitatem veſtram requirimus, & hortamur, ac fidelitati veſtra expreſſius nihilominus injungentes cum conſenſu, & authoritate qua ſupra, quatenus pradictam gentem armigeram per vos eligendam & retinendam continue morari faciatis in terris, locis, & territoriis ſupradictis dictarum veſtrarum terrarum & locorum, prout veſtra paternitas duxerit ordinandum, & abinde in totum, vel in parte non recedere in quantum habetis gratiam noſtram caram niſi aliter pro ſtatu noſtro, & dictarum terrarum aliquando prout videritis fore expediens de veſtra proceſſerit voluntate, nec pretextu noſtrarum litterarum forſitan per nos faciendarum, quas ex nunc prout ex tunc decrevimus cum authoritate qua ſupra proceſſuras ex inadver-*

Digitized by Google

*vertentia, & non de noſtra conſcientia ordinatas, ſeu quorumcumque aliorum noſtrorum officialium ordinatorum, vel ordinandorum dictantium forſitan in contrarium aliter facere debeatis, quibus noſtris officialibus tenore preſentium, cum conſenſu, & auctoritate prædictis damus expreſſius in mandatis, ut formam preſentium ſtudeant inviolabiliter obſervare, & contra prædicta, vel ipſorum quodlibet nullatenus debeant attemptare, revocantes expreſſe de dicta certa noſtra ſcientia cum conſenſu, & auctoritate qua ſupra quicquid fuerit forſitan per nos ſeu officiales noſtros prefatos, ac quoſcumque alios quomodocumque, & qualitercumque in contrarium ordinatum, factum, ſeu modo quolibet attemptatum. Preſentes autem litteras pendenti ſigillo Vicariatus regni Siciliæ, quod olim dicta D. D. regina noſtra genitrix ipſius regni exiſtens Vicaria utebatur, ſigillatas, quas perinde valere volumus, & eandem obtinere roboris firmitatis, ac ſi noſtri magni pendentis ſigilli forent juxta ritum, & conſuetudinem noſtræ curiæ munimine roborata, ipſis ritu, conſuetudine, & aliis forte contrariis nullatenus obſtituris, vobis in premiſſorum teſtimonium duximus concedendas. Datum Gaetæ per virum nobilem Gentilem de Merolinis de Sulmona legum doctorem magnæ noſtræ curiæ magiſtrum rationalem, locumtenentem Prothonotarii regni Siciliæ conſiliarium, & fidelem noſtrum dilectum. Anno Domini milleſimo trecenteſimo octuageſimo octavo, die duodecimo menſis octobris duodecimæ indictionis Regnorum noſtrorum anno ſecundo H. C. R. De curia. Ho de Penn̄. Johannes de cam̄e. Regiſtrata in Cancellaria penes Prothonotarium. A. L.* Nil vero mirum, ſi rex Ladislaus matris ſigillo in hiſce privilegiis ſignandis uteretur cum proprium nondum haberet, qua in re quoſdam e Galliæ regibus eſt imitatus, de quibus hæc ſcribit Mabillonius de re Diplomatica lib. 2. cap. 16. nu. 8. *Nam cum Francorum reges paſſim ſigillis ſuam cujuſcumque effigiem exhibentibus uſi ſint, nonnulli tamen aliam nonnunquam adhibuere, & quidem (ut puto) fortuito cum expediendis litteris, regium ſigillum non eſſet in promptu*; cujus rei plura affert exempla, & cap. 18. nu. 10. ait. *Qui proprium ſigillum non habebant in promptu, vel etiam qui proprii uſum necdum habebant, plerumque alieno utebantur*: pluraque affert ad eam rem confirmandam exempla e ſcripturis depromta, quæ inter illud eſt Gherardi Archiepiſcopi Burdigalenſis qui ſigillo Engoliſmenſis epiſcopi eſt uſus, quod proprium nondum paraſſet. Eadem confirmat Fontaninus in vindiciis antiquorum Diplomatum, p. 205.

**Bella in Abbatia Caſſinēſi.** Graſſata hoc anno 1388. bella in Abbatia Caſſinenſi indigitat Petrus Abbas hoc inſtrumento, quod in ejus regeſto p. 290. a t. reperitur. *In nomine Domini Amen. Per hoc preſens publicum inſtrumentum cunctis pateat evidenter, quod nos Frater Petrus de Tartaris &c. de conſenſu, voluntate &c. ſubſcriptorum Fratruum noſtrorum &c. Nam dum pupillis, & orphanis caritative aſpicimus, eiſque affectione paterna ad ipſorum relationem, dationem, manutentionem curam gerimus, ſpecialiter in ſubveniendo, & tribuendo eis, prout eorum neceſſitas poſtulat, & propria in hac parte conſcientia noſtra dictat, proſequimur, ut tenemur ex debito paſtorali veſtigia almifici patris noſtri beati Benedicti, de cujus patrimonio meritis atque doctrina omnia ſuſcepimus incrementa. Sane reſpicientes, pariterque compatientes calamitati nobilitatique juvenculæ orphanæ, & pupillæ dilectæ in Chriſto filiæ Antonellæ filiæ qm. magiſtri Chriſtofari de Plumbarola vaxallæ noſtræ quæ exorbata parentibus in illis guerrarum turbinibus mutipliciter eſt oppreſſa, & quaſi ad extremam paupertatem reducta, in tantum quod niſi, pias noſtras manus porrigamus adjutrices in eam ad aliquid miſericorditer largiendum, nedum quod nuberi poſſit, etiam ſine perſonali diſpendio, & jactura ſuæ pudicitiæ fere poterit pertranſire, non obſtante quod in bonis ſtabilibus poſſideat nonnulla bona, terras, & poſſeſſiones poſitas in territorio Plumbarolæ, & ceteris aliis locis, & confinibus propter modernas guerras ſuſpectis, & fluctuoſis, ex quibus propter deteſtabiles vigentes in partibus ipſis guerras, heu proh! dolor, ſcandala, & errores Antonella ipſa recipere non valet fructus, aliquos ſeu victum, maxime propter guerras ipſas, & depopulationem caſtri Plumbarolæ prædicta &c. Conſiderantes etiam grata, & accepta ſervitia, quæ dictus qm. magiſter Chriſtofarus pater ipſius Antonellæ dum vixit, prædeceſſoribus noſtris, & Conventui Caſſinenſi in ſua medicina arte, & aliis oportunis preſtitit inceſſanter, ob quod merito prefatæ ſuæ filiæ tenemur ad recompendia gratioſa &c. de noſtra ſcientia, & gratia ſpeciali, cum conſenſu, & deliberatione qua ſupra eidem Antonellæ pupillæ, & orphanæ ſupradictæ tam quam benemeritæ &c. donamus uſqe ad tertiam generationem ipſius Antonellæ terram, ſeu ſtartiam noſtram, & monaſterii noſtri prædicti poſitam in territorio caſtri novi &c.* Hinc patet circa hunc annum deſtructum oppidum Plumbariolæ.

**Immunitates Archiatri Caſſinenſis.** Eorumdem bellorum mentio eſt in hiſce Petri Abbatis litteris, quæ in ejus regeſto p. 245. a t. extant: ex illiſq. patet Archiatros Abbatis Caſſinenſis exemptos a ſolvendis collectis, aliiſque fiſcalibus fuiſſe: *F. Petrus &c. Dilecto in Chriſto filio, & fideli noſtro circumſpecto viro magiſtro Silveſtro de S. Germano Fiſico, & Cirurgico noſtro ſalutem in Domino. Illa vera ſapientia, quæ cœlitus emanavit pro modica rerum cognitione habenda, ac humanæ naturæ gubernaculo liberalium artium ſcientiam mundo præbuit, & doctrinam, quæ ignobiles devorat, & humiles ſublimat, ſine qua vix mundi climata, & degentes in humanis poſſent ratione gubernari. Igitur illam poſſidentes inſtitutio juris exaltat, illoſque præſertim, quorum experientia approbata laudabiliter fama commendat: Conſiderantes igitur Caſſinenſem noſtram Abbatiam ſolitis medicis deſtitutam, & quod dictę tuæ artis miniſterium nedum nobis, ſed omnibus infra limites dictę Abbatię ſiſtentibus poſſet eſſe utile, ac etiam neceſſarium, attendentes tuæ fidelitatis conſtantiam, & laudabilia tuæ artis miniſteria comprobata, ne virtus, & ſcientia tuæ, a premio tuorum privilegiorum noſtra gratia ſequeſtretur, te in noſtrum medicum fiducialiter duximus eligendum, ac etiam inſtituendum, cum gratiis, favoribus, libertatibus, & immunitatibus conſuetis, eximentes te propterea ex certa noſtra ſcientia, cum de jure non tenearis ab oneribus regalium collectæ, & ſubſidii dumtaxat, quamdiu in hujuſmodi fidelitate perſeverabis, vel ad noſtra, noſtrorumque fratrum, familiarium,*

*& ſer-*

Digitized by Google

*& ſervitiorum domeſticorum ſervitia, ſeu curam vacaveris certificati prius per idoneam informationem fide dignorum, ac per antiquam conſuetudinem quod medici prædeceſſorum noſtrorum fuerint, ab onere prediſtorum collecta, & ſubſidiis regalium exempti, & immunes, a quibus oneribus quantum cum Deo poſſimus & debemus ſingulos noſtros vaſſallos cupimus exonerare, & a ſingulis oneribus collectarum ceſſantibus nefandiſſimis guerris heu, proh dolor! in regno Siciliæ diu vigentibus. Sed ubi jura ſubveniunt, non debemus rationabiliter contraire mandantes erga univerſis ſingulis officialibus noſtris preſentibus, & futuris, quatenus te a quacumque ratione prædictarum collecta, & ſubſidii regalium, quorum onus univerſitati debet attribui, de jure non ſinant, nec audeant moleſtare, ſub obtentu gratiæ noſtræ. In quorum omnium teſtimonium præſentes litteras noſtro pontificali ſigillo quo utimur appenſione munitas manu noſtra ſubſcriptas fieri, & ſcribi fecimus, ac etiam regiſtrari. Data in noſtro ſacro monaſterio Caſſinenſi die primo menſis Decembris tertiæ decimæ indictionis milleſimo treceteſimo octuageſimo nono, pontificatûs SS. D. noſtri, D. Bonifacii Papæ noni anno primo. Nos Petrus &c, Angelus de Viterbio juſſu Domini ſcribi.*

Ladislai nova erga Caſſinates beneficia. Probatam Petri Abbatis, atque Caſſinatium erga ſe fidem, novis in dies beneficiis cumulabat Ladislaus, nam hoc diplomate Capitaneis paſſuum juſſit, ne amplius ſeſe in paſſibus oppidorum cœnobii Caſſinenſis immiſcerent. Ex originali in Archivo. *Ladislaus &c. Notario Raoni de Fraſſis Capitaneo paſſuum provinciæ Terræ laboris, & Comitatus Moliſii per nos noviter ordinato familiari, & fideli noſtro dilecto gratiam, & bonam voluntatem. Licet te pridie Capitaneum dictorum paſſuum ordinaverimus, & conſtituerimus, ac de ipſo capitaniæ officio cum ſolita plenaria poteſtate exercenda per te, & tuos ſubſtitutos ratione dicti tui officii in ſingulis terris & locis paſſuum dictæ provinciæ duxerimus providendum prout de hujuſmodi commiſſione officii per alias noſtras litteras exinde confectas, & tibi conceſſas plene patet, & conſtat, nuperius tamen ex nonnullis cauſis equis, & congruis digne moventibus mentem noſtram, te, ac tuos ſubſtitutos, & officiales alios per te in ipſo officio forſitan deputatos, ſeu deputandos, in Terris tamen paſſibus, atque locis quibuſcumque Abbatiæ, & monaſterii Caſſinenſis ab hujuſmodi officii exercitio uſque ad aliud noſtrum mandatum tibi per nos ſpeciale faciendum, & dirigendum tenore præſentium de certa noſtra ſcientia cum conſenſu, & auctoritate ſereniſſimæ D. D. Margaritæ eadem gratia dictorum regnorum reginæ reverendæ genitricis, baliæ, & tutricis noſtræ, decrevimus, & decernimus abſtinere, tibique ac dictis tuis ſubſtitutis, vel ſubſtituendis, & officialibus tuis aliis in dictis tamen terris, locis, paſſibus, pertinentiis, & diſtrictu dictæ Abbatiæ, & monaſterii Caſſinenſis dicti officii adminiſtrationem, & exercitium, uſque ad noſtrum beneplacitum ex cauſis prædictis interdicimus, ſuſpendimus, & totaliter prohibemus, omnem tibi juriſdictionem, & poteſtatem in prædictis terris, paſſibus, atque locis ipſius Abbatiæ, uſque ad dictum noſtrum beneplacitum revocantes, ſed nullum per hoc tibi quoad executionem, & adminiſtrationem dicti officii in aliis terris, locis, & paſſibus dictæ provinciæ, volumus præjudicium generari. Quocirca fidelitati tuæ ipſarum tenore præſentium cum conſenſu, & auctoritate præmiſſis præcipimus, & mandamus, quatenus de cætero ipſo noſtro beneplacito perdurante, & donec aliud a nobis ſpecialiter recipies in mandatis, dictum Capitaniæ officium in dictis terris paſſibus, & locis dictæ Abbatiæ, & monaſterii Caſſinenſis aut in ejus pertinentiis, territoriis, vel diſtrictu per te, vel alios tuos officiales ſubſtitutos, vel ſubſtituendos, nullatenus exercere, aut in eis dicto prætextu te intromittere, vel incedere debeas, nec contra mentem noſtram quoque modo præſumas, nec exerceri per dictos tuos officiales ſubſtitutos, vel ſubſtituendos, quovis modo permittas, caveas, ne contrarium feceris, aut fieri per dictos tuos permittas, ſicut habes gratiam noſtram caram, ac indignationem, & pœnam aliam ſi contrafeceris pro noſtræ voluntatis arbitrio graviter infligendam deſideras evitare. Nos enim omnibus, & ſingulis dictarum terrarum, locorum, paſſuum, pertinentiarum territorii, & diſtrictus dictæ Abbatiæ, & monaſterii Caſſinenſis, ac abinde tranſeuntibus, & exeuntibus damus expreſſius in mandatis, quatenus ipſo noſtro durante beneplacito, & mandato, tibi nec dictis tuis ſubſtitutis, & officialibus nullatenus debeant obedire, liceatque eis pœnas, quas tu, vel dicti tui officiales duxeritis imponendas, nec non mandata, & banna quas, & quæ nullas, & nulla in prædictis locis, & quoad perſonas in eis, et per ea morantes, et tranſeuntes, reputamus, et ex nunc etiam mandamus libere tranſgredi, et contemnere pro eorum libito voluntatis ipſo tuo Capitaniæ officio, et poteſtate propterea tibi tradita, quod loca alia dictæ provinciæ in ſua firmitate et robore remanente. Præſentes autem literas, quas poſt earum oportunam inſpectionem copia earum per te, ſi volueris, retenta, remanere volumus præſentanti, magno pendenti noſtro ſigillo juſſimus communiri. Datum Gaetæ per virum nobilem Gentilem de Merulinis de Sulmona legum doctorem, magnę noſtrę curię magiſtrum Rationalem, locumtenentem Prothonotarii regni Sicilię conſiliarium, et fidelem noſtrum dilectum. Anno Domini milleſimo treceteſimo octuageſimo nono, die vigeſimo tertio menſis ſeptembris tertię decimę indictionis, regnorum noſtrorum anno tertio H. V. R. de Cur. ſſ. per Curia An. de Penñ. Regiſtrata in Cancellaria penes Prothonotarium.* Adeſt ſigillum pendens &c.

Cum Incolas S. Angeli in Theodice tentatæ contra cœnobium Caſſinenſe rebellionis pœnituiſſet, Oppidanis S. Angeli in Theodice parcitur. Petrus Abbas Prioris monachorumque Caſſinenſium precibus flexus pęna omni eos abſolvit hiſce litteris, quæ in regeſto extant p. 247. a t. *Frater Petrus etc. Dilectis in Chriſto filiis noſtris D. Petro Leonis Zannuti alias Natii, Nicolao Guidonis, et Antonio Venthio de caſtro noſtro S. Angeli in Theodicio ſalutem in Domino etc. Sane pro parte veſtra fuit noviter nobis per dilectos filios Priorem, ſub Priorem, et Conventum ſacri monaſterii Caſſinenſis, ac univerſitatem, et ſpeciales perſonas dicti caſtri S. Angeli humiliter ſupplicatum, quod non obſtantibus tractatibus, ac machinationibus per vos, ut dicitur, factis de proditione terræ, et caſtri S. Angeli contra fidelitatem noſtram, et Caſſinenſis monaſterii, heu pro dolor! & abſque occaſione, ſed ſuggerente Diabolo quæritante ſemper quos devoret atten-*

*attentatis, aut quibuſcumque aliis ordinationibus, diſpoſitionibus, tractatibus & machinationibus per vos factis dictis meditatis, & pro poſſe executis, aut aliis exceſſibus, culpis, & delictis quocumque; & qualitercumque uſque in præſentem diem in quantum perſonam noſtram, & dicti conventus, ac monaſterii injuriam, ſeu damna vergere, & conſpici potuiſſent, ſeu poſſent, vos & veſtrum quemlibet ad gratiam noſtram cum plena remiſſione, & indulgentia de prædictis reintegrare benigniter dignaremur. Nos vero petitionibus prædictorum, ac de conſenſu, & voluntate Fratrum noſtrorum benigniter inclinati, ut cognoſcatis noſtram miſericordiam poſſe veſtras culpas excedere, ne ex deſperatione ſimilia in poſterum præſumatis ſed ad priſtinam revertamini fidelitatem, ac in ara mentis reducentes, grata, & accepta ſervitia nobis, & monaſterio impenſa per vos fideliter temporibus retroactis, quæ pro tanto quod habuiſtis diabolica ſubgeſtione a dicta fidelitate effici alieni quod humanum eſt peccare, diabolicum eſt perſeverare, & angelicum emendare, ex quo corde contriti videmini de commiſſis Deo & mundo pœnituiſſe, & velle in noſtra priſtina fidelitate perſeverare. Omnes culpas pœnas, & offenſas, quas prædictorum occaſione incurriſtis, ſeu incurrere potuiſſetis impoſterum, de ſpeciali gratia ex certa noſtra ſcientia remittimus &c. & de ampliori noſtra munificentia gratia vos, et veſtrum quemlibet ad famam, beneficia, dignitates, honores, libertates, privilegia, & bona, quæ hactenus habuiſtis a nobis, & noſtris prædeceſſoribus integramus, & reſtituimus gratioſe, ac ſi nunquam talis infamia nota vos denigraſſet, decernentes ex nunc contra vos, & veſtrum alterum pro premiſſis nullo unquam tempore per nos, noſtroſque officiales preſentes, & futuros aliquo quæſito colore, directe, vel indirecte procedi, ſeu moleſtias inferri, diſturbia, vexationes, vel damna contra perſonas, & bona veſtra, ſeu alterius veſtrum, quinimo eiſdem noſtris officialibus quibuſcumque nominibus cenſeantur, preſentibus, & futuris damus expreſſius in mandatis, quatenus omnes proceſſus, & ſententias factas, & latas contra vos, ſeu alterum veſtrum de premiſſis vel altero premiſſorum, de libris, & Actis curię abolere debeant, & capſare, quas ex nunc prout ex tunc pro caſſis, irritis, & annullatis habere volumus, & mandamus, nulliuſque decernimus fore efficacię, vel momenti, ſed eos carere decernimus de conſenſu Fratrum noſtrorum roboris firmitate. Ita tamen quod in hujuſmodi noſtra, & Caſſinenſis monaſterii, ac ſucceſſorum noſtrorum canonice intrantium, & dicti conventus fidelitate, devotione, obedientia, & reverentia perſeveretis, & maneatis, ſed & in quantum nobis conventui, & monaſterio prefatis facere tenemini, & debetis tam de conſuetudine, quam de jure; Alias ſi in predictis rebellione, & proditione incideritis, recipi volueritis per vos, ſeu ordinationem veſtram, vel ſuggeſtionem quamcumque, preſens remiſſio penitus evaneſcat. In quorum teſtimonium, tam noſtram, & dicti Conventus, quam veſtram & omnium, quorum, vel cujus intereſt, vel intereſſe poterit in futurum certitudinem, & cautelam perpetuam, preſentes noſtras literas pontificali quo utimur, & dicti conventus ſigillis pendentibus communitas, & ſubſcriptionibus propriis roboratas manu notarii Angeli de Viterbo noſtri, noſtręque camerę notarii fieri, & ſcribi fecimus, & ad cautelam in regiſtro Caſſinenſi regiſtrari. Datum in noſtro ſacro monaſterio Caſſinenſi die decima menſis Februarii tertiędecimę indictionis &c. ſub anno Domini* 1390. Sequuntur nomina Monachorum conventus Caſſinenſis, qui prædictis ſe ſubſcripſerunt &c.

Eodem anno Petrus Abbas generalem Vicarium in temporalibus, ac ſpiritualibus conſtituit D. Thomam de Spina hiſce patentibus literis in ejus regeſto p. 248. exaratis. *F. Petrus de Tartaris &c. Venerabili, & nobili viro D. Thomę de Spina legum doctori ſalutem in Domino &c. De veſtrę circumſpectionis induſtria, & ſincerę devotionis affectu, quas ad nos, & ſupradictum Caſſinenſe monaſterium habere, & gerere noſcimini indubiam fiduciam obtinentes. Illa veſtro fideli miniſterio ſecure committimus, quę pro conſervatione terrarum, & caſtrorum noſtrorum, ac commodo incolarum, & habitatorum earumdem conſpicimus expedire. Vos igitur Vicarium generalem noſtrum, & noſtrę Caſſinenſis curię in ſpiritualibus, & temporalibus, uſque ad noſtrum beneplacitum auctoritate noſtra ordinaria, qua fungimur, facimus, conſtituimus, & tenore preſentium deputamus, civitatem caſtra, & loca, vaxallos, & incolas, & habitatores earundem noſtro nomine, & Caſſinenſis monaſterii regendi, reformandi, gubernandi, & adminiſtrandi, ac in eis juriſdictionem noſtram plenariam exercendi ſpiritualiter, & temporaliter, civiles, & criminales cauſas audiendi, examinandi, diſcutiendi, omneſque, & ſingulos cujuſcumque gradus, ſtatus, vel conditionis exiſtant, de quibus vobis juſtitia ſuadebit citandi, monendi, denotandi, carcerandi, per accuſationes, denunciationes, aut inquiſitiones ex officio curię procedendi condendandi, vel abſolvendi, mulctandi, puniendi, eorumque bona confiſcandi, & camerę Caſſinenſi, ſi fuerit rationis, applicandi, culpabiles beneficiis, officiis, & feudis, ſeu inobedientes civiliter, vel criminaliter puniendi querelatos contra ipſas audiendi, emendas, & ſatisfactiones debitas fieri faciendi unicuique, tam civiliter, quam criminaliter in ſpiritualibus quam temporalibus juſtitiam miniſtrandi, ſententias quoque proferendi tam interlocutorias, quam definitivas, ipſaſque exequendi & executioni mandandi. Cum condennatis, & condendandis, ante condemnationem, prout vobis melius videbitur componendi ab una uncia infra. Bonaque dicti monaſteri occupata recuperandi, & omnia, & ſingula faciendi, dicendi, & exercendi, quæ ad dictum Vicariatus officium pertinent de conſuetudine, vel de jure. Concedentes vobis in hac parte totaliter vices noſtras &c. Mandantes quoque dilectis in Chriſto Filiis clericis, et laicis Terrarum noſtrarum ac aliis ſubditis noſtris, quatenus vos circa dictum Vicariatus officium benigne recipiant, et admittant, ac veſtris juſtis monitis, et mandatis, ut nobis efficaciter pareant, & intendant, pœna noſtro arbitrio inferenda. Circumſpectionem igitur veſtram attentius exortamur, quatenus ſic circa ſubditorum noſtrorum ſtatum proſperum, et tranquillum apponatis ſtudium opere diligentius, ut inter improbos innocentia tuta ſit, & in ipſis improbis arceatur nocendi facultas per pœnas, & alia remedia oportuna ſicut in noſtris manibus præſtiuiſtis corporale ad ſancta*

Vicarius Generalis conſtituitur a Petro Abbate.

cta

Digitized by Google

*cta Dei evangelia juramentum &c. In quorum teſtimonium &c. præſentes noſtras litteras noſtris propriis manibus ſubſcriptas, & pontificali ſigillo, quo utimur communitas, manu notarii Angeli Gola de Viterbio noſtri, noſtraque cameræ notarii fieri, & ſcribi fecimus, ac in regiſtro Caſſinenſi regiſtrari ad cautelam. Datum in noſtro ſacro monaſterio Caſſinenſi die duodecima menſis Martii &c. 1390.*

bitri electi pro dirimenda lite inter oppidum S. Victoris, atque cœnobiū Caſſinēſe.

Obortis quoad ſolvenda quædam vectigalia litibus inter Abbatem Caſſinenſem, ejuſque ſubditos oppidanos S. Victoris, arbitri electi ſunt Margarita regina, Cardinalis Acciajolus, atque Alipharum Comes, ut hoc inſtrumento liquet, in quo fatentur incolæ S. Victoris ſubditos ſe Abbatis Caſſinenſis eſſe. *In nomine Dñi noſtri Jeſu Chriſti Amen. Anno a nativitate ejuſdem milleſimo trecenteſimo nonageſimo, regnante Sereniſſimo D. D. noſtro Ladislao Dei gratia inclito rege Ungariæ, Jeruſalem, & Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ Galitiæ, Lodomeriæ, Comaniæ, Bulgariæ, & Provinciæ, & Forcalquerii, ac Pedemontis Comite, regnorum vero ejus anno quarto feliciter amen. In S. Victore Abbatiæ Caſſinenſis, die decimo nono menſis Martii tertiadecima indictionis. Nos Antonius Giptius ipſius caſtri, & per totam Abbatiam ad vitam, ad contractus, & ad cauſas judex, Jacobus judicis Joannis de S. Victore publicus ubilibet per provinciam Terræ laboris Comitatus Moliſii, Principatus citra Serras Montorii, utriuſque Aprutii, Ducatus Calabriæ, & Provinciæ Capitaniatus reginali auctoritate notarius, & ſubſcripti teſtes de eodem caſtro viri litterati, & inlitterati, ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati. Præſenti ſcripto publico declaramus, notum facimus, & teſtamur, quod prædicto die in noſtri præſentia conſtituta univerſitas hominum caſtri S. Victoris, ſeu major, & ſanior pars hominum dictæ univerſitatis de mandato bajuli in unum more, & loco ſolito congregati, ad honorem, & fidelitatem ſacratiſſimæ regiæ, & reginalis Majeſtatum, & reverendiſſimi P., & D. noſtri Abbatis ſacri monaſterii Caſſinenſis, & ejus conventus in eccleſia S. Mariæ ejuſdem caſtri ad ſonum campanæ, ut moris eſt, ipſa univerſitas, & homines univerſitatis ipſius aſſeruerunt coram nobis, quod occurrentibus nonnullis diſcordiis, guerris, anfractibus, & litigiis, Diabolo yſtigante aſtutiam, & miniſtrante inter Reverendiſſimum D. noſtrum D. Abbatem Caſſinenſem ex parte una, & univerſitatem, & homines univerſitatis prædicti caſtri S. Victoris ex altera, propter quod ipſa univerſitas, & homines univerſitatis ipſius prætendentes ſe tenere, & dare debere certa jura, obventiones, Rectoriam, & alia antiquata jura debita, & conſueta dicto D. Abbati, vel ejus Conventui ſacri monaſterii Caſſinenſis, ut in capitulis ſcriptis, factis per eandem univerſitatem continentur ſubſcriptis, et ſigillatis per ipſam univerſitatem, & diſcreto, & ſapienti viro Antonio de Pendis regio ſecretario, & familiari per prædictam univerſitatem aſſignatis, & propterea prædicta univerſitas, & homines univerſitatis ipſius confiſi de benignitate, & excellentia inclita, & Sereniſs. principiſſæ D. noſtræ Margaritæ reginæ Ungariæ Jeruſalem, & Siciliæ, &c. ac Reverendiſsimi D. D. A. Cardinalis Florentini apoſtolicæ ſedis legati, nec non Magnifici viri D. Comitis Aliſiæ magni regni Siciliæ Camerarii tam prædicta univerſitas, quam homines univerſitatis ipſius compromittunt dictas eorum cauſas, lites, jurgia, quæſtiones, & controverſias in manibus prædictorum D. noſtræ Reginæ &c. & D. Cardinalis, & D. Magni Camerarii, qui poſsint, & valeant dictas quæſtiones, cauſas, & quaſcumque alias terminare, decidere, finire, ſententiare, in ſcriptis, vel ſine ſcriptis, ſedendo, vel ambulando, tam in abſentia, quam in præſentia partium prædictarum, prout eis placuerit, & melius viſum fuerit, ita quod omnes prædicti tres prænominati, ſeu duo ex eis poſſint, & valeant per laudum, vel ſententiam quomodocumque, & qualitercumque prædicto modo terminare, laudare, finire, decidere, & ſententiare &c. preſens publicum inſtrumentum exinde factum eſt per manus mei notarii ſupradicti, quod ſcripſi ego qui ſupra Jacobus qua ſupra, authoritate, notarius, qui una cum ſupradicto judice, & ſubſcriptis teſtibus rogatus interfui, & meo ſolito ſigno ſignavi. Actum ut ſupra in ſancto Victore. Locus † Signi not. † Ego qui ſupra Antonius Giptius de S. Victore per omnes terras, & loca eccleſiæ Caſsinenſis ad cauſas, & ad contractus judex interfui, & me ſubſcripſi. † Ego Antonius Capiferrus. teſtis ſum † Ego Nicolaus Capiferrus teſtis ſum † Ego Landolfus Capiferrus teſtis ſum etc.*

Ex originali in Archivo.

Remiſit vero Abbas oppidanis S. Victoris pœnam omnem pro tentata rebellione promeritam, ut hiſce literis ex ejus regeſti pagina 249. a t. patet. *Fr. Petrus &c. Dilectis in Chriſto filiis, & fidelibus noſtris univerſitati, et ſingularibus perſonis, tam eccleſiaſticis, quam ſecularibus caſtri noſtri S. Victoris noſtræ Caſsinenſis Abbatiæ veſtriſque adhærentibus, ſatellitibus, ſequacibus, partilibus, ſtipendiariis, et Zacardis, quibuſcumque nominibus cenſantur, et veſtrum cuilibet in genere, et in ſpecie ſalutem in Domino &c. Sane pro parte veſtra fuit noviter nobis per dilectos filios Priorem, ſub Priorem, Conventum ſacri monaſterii Caſſinenſis humiliter ſupplicatum, quod non obſtantibus tractatibus & machinationibu per vos factis, dictis, & patratis de rebellione caſtri S. Victoris contra fidelitatem noſtram, & Caſsinenſis monaſterii heu, proh dolor! & abſque legitima occaſione, ſuggerente Diabolo &c. attentatis, aut quibuſcumque aliis ordinationibus, diſpoſitionibus, tractatibus, damnis per vos illatis, dictis, meditatis, & pro poſſe executis, aut aliis exceſſibus, culpis, & delictis quomodocumque, et qualitercumque uſque in præſentem diem in quantum perſonam noſtram, et dicti conventus, ac injuriam, ſeu damna vergere conſpici potuiſſent, ſeu poſſent, vos, et veſtrum quemlibet ad gratiam noſtram cum plena remiſſione, et indulgentia de prædictis reintegrare benigniter dignaremur. Nos vero petitionibus prædictorum, ac de conſenſu, et voluntate dictorum Fratrum noſtrorum benigniter inclinati, ut cognoſcatis noſtram miſericordiam poſſe veſtras offenſas, graveſque culpas exceſſive ſuperare, ne ex deſperatione ſimilia impoſterum præſumatis, ſed ad priſtinam revertamini fidelitatem, ac in ara mentis reducentes grata, et accepta ſervitia nobis, et monaſterio præfato impenſa per vos fideliter temporibus*

Tentatæ rebellionis pœna oppidanis S. Victoris remiſſa.

retroactis; quæ pro tanto quod diabolica ſuggeſtione a dicta fidelitate deviati, & factis fuiſtis alieni, quod humanum eſt peccare, diabolicum eſt perſeverare, & Angelicum emendare, ex quo corde contriti videmini, de commiſſis Deo, & mundo pœnituiſſe; & velle in noſtra priſtina fidelitate redire, & perſeverare. Omnes culpas, penas, & offenſas, quas prædictorum occaſione incurriſtis, ſeu incurrere potuiſſetis impoſterum, de ſpeciali gratia, ex certa noſtra ſcientia remictimus &c., & de ampliori noſtra munificentia gratia vos, & veſtrum quemlibet ad famam, beneficia, dignitates, honores, libertates, privilegia, & bona, quæ hactenus habuiſtis, vel obtinuiſtis a nobis, & noſtris prædeceſſoribus integramus, & reſtituimus gratioſe, ac ſi unquam talis infamia rebellionis prædicta nota vos denigraſſet, decernentes ex nunc contra vos, & veſtrum alterum pro præmiſſis ullo unquam tempore per nos, noſtroſque officiales præſentes, & futuros aliquo quæſito colore, directe, vel indirecte procedi, ſeu moleſtias inferri, diſturbia, vexationes, vel damna contra perſonas, vel bona veſtra, ſeu alterius veſtrum, quinimmo eiſdem noſtris officialibus, quibuſcumque nominibus cenſeantur præſentibus, & futuris, damus expreſſius in mandatis, quatenus omnes proceſſus, & ſententias factas, & datas contra vos, ſeu alterum veſtrum de præmiſſis, vel altero præmiſſorum de libris, & actis curiæ abolere debeant, & capſare, quas ex nunc prout ex tunc pro caſſis, irritis, & annullatis habere volumus, & mandamus, nulliuſque decernimus fore efficaciæ, vel momenti, ſed eos carere decernimus, de conſenſu Fratrum noſtrorum roboris firmitate. Ita tamen, quod in hujuſmodi noſtra, & Caſſinenſis monaſterii, ac ſucceſſorum noſtrorum canonice intrantium, & dicti conventus, fidelitate, devotione, obedientia, & reverentia debitis perſeveretis, & maneatis, ſed & in quantum nobis, conventui, & monaſterio præfatis facere tenemini, & debetis, tam de conſuetudine, quam de jure. Alias ſi in prædictis rebellione, aliiſque exceſſibus ſupradictis incideritis, ſeu recidivaveritis, per vos, ſeu ordinationem veſtram, vel ſubgeſtionem cujuſcumque, præſens remiſſio penitus evaneſcat. In quorum teſtimonium tam noſtram, & dicti Conventus, quam veſtram, & omnium, quorum, vel cujus intereſt, vel intereſſe poterit in futuram certitudinem, & cautelam perpetuam, preſentes noſtras litteras pontificali ſigillo, quo utimur, munitas, & ſubſcriptione propria manus roboratas, manu notarii Angeli de Viterbio noſtri, noſtraque cameræ notarii fieri, & ſcribi fecimus, & ad cautelam in regiſtro Caſſinenſi regiſtrari. Datum in ſacro monaſterio Caſſinenſi die 21. menſis Martii tertiædecimæ inditionis &c.

Delicta quibuſdã e Pignatario remiſſa.

Quibuſdam etiam Pignatarii incolis delicta ab iis patrata remiſit Petrus Abbas hiſce litteris in ejus regeſto p. 252. *Fr. Petrus &c. dilectis nobis in Chriſto Andreæ de Pignatario, & Johanni de Gualterio de eodem caſtro ſubditis, & vaſſallis noſtris ſalutem in Domino &c. Sane cum per vos, heu, proh dolor! dicantur nonnulla fuiſſe commiſſa facto, dicto, & opere contra nos, noſtrumque monaſterium, & vaſſallos pro quibus petitis miſericordiam &c. ſequentes viam benigni Patris, vos, & veſtrum quemlibet ad gratiam noſtram reintegrantes, quibuſcumque per vos commiſſis, factis, & patratis dicto, opere, meditatione, vel machinatione contra nos, & noſtrum monaſterium, aut vaſſallos, non obſtantibus uſque in præſentem diem &c., omneſque culpas, penas, & offenſas per vos, vel alterum veſtrum factas, dictas, meditatas, vel executas uſque in præſentem diem contra nos, & dictum noſtrum monaſterium, quas forte incurriſtis ex certa noſtra ſcientia, & gratia ſpeciali remictimus &c. ac de majori, & ampliori munificentia noſtra vos, & veſtrum utrumque ad famam, beneficia, dignitates, honores, libertates, privilegia, & bona, quæ hactenus habuiſtis, & obtinuiſtis a nobis, & noſtris prædeceſſoribus integramus, & reſtituimus gratioſe, ac ſi unquam talis infamiæ, & rebellionis, nota, vos maculaſſet, vel denigraſſet. Decernentes contra vos, & veſtrum alterum, ex nunc pro præmiſſis ullo unquam tempore per nos, noſtroſque officiales preſentes, & futuros aliquo queſito colore directe, vel indirecte procedi, ſeu moleſtias inferri diſturbia, ſeu damna contra perſonas, vel bona veſtra. Decernentes proceſſus, & ſententias factos, & latas contra vos ratione prædictorum uſque in præſentem diem, in quantum curiam noſtram tangent irritos, & inanes, ac nullius eſſe efficaciæ vel momenti, quinimmo ipſis noſtris officialibus damus expreſſius in mandatis, quatenus ipſos proceſſus, & ſententias, quas pro caſſis, irritis, & annullatis habere volumus, & mandamus, de libris, & actis noſtræ curiæ caſſare, & abolere debeant, ita tamen, quod in hujuſmodi noſtra, & Caſſinenſis monaſterii fidelitate, devotione, obedientia, & reverentia debitis perſeveretis, & maneatis, ſi & in quantum nobis, conventui, & monaſterio Caſſinenſi teneamini, facere, & debetis, tam de conſuetudine, quam de jure, alias ſi in prædictis rebellione aliiſque exceſſibus ſupradictis incideritis, ſeu recidivaveritis per vos ſeu ordinationem veſtram, vel ſubgeſtionem cujuſcumque, præſens remiſſio, & gratia ipſo facto penitus evaneſcant. In quorum teſtimonium &c. præſentes noſtras litteras pontificali ſigillo, quo utimur communitas, et ſubſcriptione noſtra propria manus roboratas, manu notarii Angeli Colæ de Viterbio noſtri, noſtraque cameræ notarii fieri, et ſcribi fecimus et ad cautelam in regiſtro Caſſinenſi regiſtrari. Datum in noſtro ſacro monaſterio Caſſinenſi die 21. Menſis Martii etc. ſub anno Domini 1390.*

Aliis vero literis p. 255. ejuſdem regeſti præcepit Petrus Abbas monachis; magiſtratibus, atque vaſſallis S. Petri de Avellana, ut arcem ejus oppidi Johanni de Valleregia cœnobii illius Præpoſito traderent, ex quo conſtat, quod pluries in hac diſſertatione eſt demonſtratum, cœnobio Caſſinenſi nedum oppida fuiſſe ſubiecta, ſed caſtello etiam. *Fr. Petrus etc. Dilectis nobis in Chriſto Fratri Nicolao de Coſentia in ſpiritualibus Vicario, monachis, et Conventui, nec non Vignilato noſtro officiali in temporalibus, ac vaſſallis, et ſubditis monaſterii ſancti Petri de Avellana, et omnibus aliis, ad quos ſpectat, ſalutem in Domino. Cum noſtræ intentionis firme exiſtat dilectum* in

Arx S. Petri de Avellana Præpoſito ejus cœnobii tradita.

Digitized by Google

*in Chriſto filium noſtrum Fratrem Johannem de Valleregia Monacum Caſſinenſem Propoſitum dicti monaſterii, qui diu vacavit in arduis noſtris, & dicti monaſterii negotiis, & multiplices labores ſuſtinuit bene, & fideliter ſerviendo, poſſeſſiones, juribus, & fructibus dicta ſue propoſitura gaudere. Idcirco vobis, & veſtrum cuilibet in virtute ſancta obedientia, & excommunicationis pœnis, & fidelitatis Vaſſalli damus ex certa noſtra ſcientia expreſſius in mandatis quatenus dicto Fratri Joanni Propoſito, aut cui ipſe voluerit ab ipſo poteſtatem habenti fortellitium dicti monaſterii vigore preſentium, tanquam Prapoſito, & Gubernatori dicti loci aſſignetis, & aſſignare curetis omni remoto obſtaculo, & exceptione, nec non de juribus, fructibus, redditibus, & proventibus dicto Propoſito de conſuetudine, vel de jure pertinentibus quomodolibet, vel ejus Vicario, aut procuratori, quem duxerit ſtatuendum integraliter reſpondeatis, tradatis &c. obediatis, pareatis, & intendatis, pœna noſtro arbitrio auferenda &c. Datum in noſtro ſacro monaſterio Caſſinenſi ſub noſtro pontificali ſigillo, quo utimur munitas. Die duodecima Junii &c.* 1390.

Apophaſis Bonorum in oppido Fractarum.

Eodem anno 1390. apophaſtis bonorum, quę in oppido Fractarum poſſidebat cœnobium Caſſinenſe facta, in qua p. 11. ptæ aliis hæc leguntur. *Bona qua habet monaſterium Caſſinenſe in villa Coreni pertinentiarum Fractarum ratione principalis dominii ſunt hac videlicet &c.* Et infra: *Bonaque habet dictum monaſterium in Rotundulis ratione principalis domini ſunt vid. &c.* Enumeratiſque bonis titulus hic ſequitur. *Bona, qua habet monaſterium principaliter, & ex principalis dominio in villa Caſalis, ſunt videlicet &c.* In eodem repertorio nominatur vici Sighinulfi, Corriani, Silvæcavæ, alli Ratti, Vallariæ &c.

Quæſtio Judicialis contra Fractēſes quoſdam.

Ex originali in Archivo.

Anno 1391. quæſtio hæc judicialis eſt inſtituta contra aliquos Fractarum oppidannos, qui patriam ejuſque arcem Jacobo Marzano regni Admirato Comiti Scylletii, & Ducis Sueſſæ tradere tentaverant. *In nomine Dñi noſtri Jeſu Chriſti anno a nativitate ejus milleſimo trecenteſimo nonageſimo primo, regnante Sereniſſimo D. noſtro D. Lanzalao Dei gratia Ungaria, Hieruſalem, & Sicilia rege, Ducatus Apulia principatus Capua Provincia, & Forcalquerii, ac Pedimontis Comite, regnorum vero ejus anno quarto, menſe Februarii, die nono ejuſdem menſis Februarii quartedecima indictionis, in S. Germano; Nos Thomas de Fractura de Piczone generalis Vicarius Caſſinenſis. Diſplicente fama, referente clammore ad noſtram, & Caſſinenſem curiam pervenit auditum, quod nuper diebus iſtis ſuadente diabolo, nonnulli iniquitatis filii de caſtro Fractarum terra ſacri monaſterii Caſſinenſis Vaxalli ipſius eccleſia proditionaliter tractatum habebant, terram, & caſtrum ipſum Fractarum ponere volebant in manibus, & in poteſtate D. Ammirati hujus regni conſpirationis, & ſpoliationis terrarum, & bonorum dicti monaſterii, ſubtrahendo pradictum caſtrum de dominio, & poteſtate monaſterii pralibati, & ſpecialiter in ipſo tractatu erant Johannes Martinus, & Andreas Mainardus de Fractis, qui divino auxilio permictente producti in judicio dicta curia, coram nobis in curia ipſa dum pro tribunali ſederemus Juſtitiam miniſtrando, habendo nobiſcum nobilem, & ſapientem virum judicem Benedictum Graſſum de Pontecurvo juriſperitum pro judice aſſeſſore, & advocato ipſius curia, ac nobiles, & diſcretos viros notarium Petrum de Plumbariola ipſius curia actorum magiſtrum, ac Siri Angelum de Viterbio antedicta curia procuratorem cum preſentia teſtium infraſcriptorum vid. egregii militis D. Raymundi de Cartariis, Pauli de Cancellariis de urbe, notarii Nicolai de Neapoli magiſtri actorum curia D. regii Capitanei terrarum Abbatia Caſſinenſis, notarii Antonii de Plumbariola de ſancto Germano, ac notarii Joannis Petroni de Vallerotunda, teſtium ad hac ſpecialiter vocatorum, & rogatorum, ipſi Jonnes, & Andreas ſemotim, & ſecreto, ut moris eſt, & poſtea in publico ſponte ſub religione confeſſi fuerunt ad interrogationem noſtram ſuper pramiſſo tractatu de verbo ad verbum prout infra peculiariter deſcribitur, in primis vid. dictus Johannes dilucide recognoſcens, & maluit ſuum reatum confiteri, quam damnabiliter perpetuo anima ſua periculum pati juratus dixit, & confeſſus fuit ſponte, quod de menſe Novembris nuper elapſi dum iret Gajetam miſſus per Fratrem Johannem de Valleregia tunc officialem dicti caſtri Fractarum, pro parte D. Abbatis Caſſinenſis cum certis licteris ipſius D. Abbatis aſſignandis Franciſco de ſenis familiari prafati D. Abbatis in Gajeta moranti, obviavit magiſtro Giorgio Palumbo de Fractis exititio dicti caſtri, ac rebelli prafati D. Abbatis in Gajeta prope Dohannam ſalis dicenti ſibi in vulgari ſermone, O Joanni como vai così ſcalzu, cui, ut aſſeruit, reſpondit, cho ſo Poviru, che tu ſay como è gitu lo meu, qui reſpondit dicens: io te voglio arriccare, cui magiſtro Giorgio reſpondit Deu tendendia la gratia, che tu ſtai con altri, como poi arriccare mene, ad cujus verba dictus magiſter Georgius replicando dixit, altri fatti ce ſoño, quod tunc Johannes dixit eidem: yo non ſaczo, che fatti ce ſiano, & magiſter Georgius dixit, nuy volemo entrare nelle Fratte, cui Joannes habuit reſpondere dicens, quod D. noſter Abbas eſt ita benignus quod poteris ingredi debito modo, ad qua verba replicavit magiſter Georgius, nò nè, ce volemo entrare per forza con gente &c. Andreas Maynardus de Fractis ſub religione praſtati juramenti dixit quod de menſe Maii proxime prateriti Johannes Maynardus cum fratre acceſſit ad molendinum quod fuit dicti Johannis Maynardi, ſitum in territorio Fractarum, & invenit dictum Andream ibidem qui dixit; O mi frater ſcis quanta mala paſſi ſumus in Fractis, & noſti diſplicentia, & injurias, quas toleravi de uxore propria, quare intentionis mea eſt vendicare me de injuriis mihi factis, ex quo citius adeſt, quod D. Johannes de Pontecurvo & Ciccarellus de Sueſſa vir D. Philippella de Fractis jam ordinaverunt cum D. Ammirato habere gentem numero ſufficienti, & intrare Fractas, & apprehendere Fractas pro ipſo Ammirato, & quod in dicto tractatu ſunt principales authores Johannes de Malloczo, Antonius de Petro de S. Germano de Fractis &c. & adidit, quod dictus magiſter Johannis debebat remanere pro Capitaneo in Fractis pro Ammirato, & guerram facere contra Comitem &c. & ſubjunxit, quod gentes Ammirati ventura erant per ma-*

*Diſſert.* Rr 2 *re,*

*re, per loca magis propinqua apud ſanctam crucem, & deinde Fractas. Ego vero prædictus notarius Petrus de mandato D. Vicarii ſupradicti ad veram fidem faciendam de confexione, & dictis prædictorum Johannis, & Andree proditorum, et infidelium ut app. Vaxallorum dicti monaſterii coram ſeculari Judice cujus intereſt juxta qualitatem delicti delinquentibus pœnam inferre juxta ſacrarum legum ſanctionem cum opus fuerit, ut debita pœna puniantur de commiſſis prout vidi, audivi, et fideliter ſcripſi de verbo ad verbum nil addito, vel diminuto in hoc publicum inſtrumentum reddegi, et manu propria ſcripſi, meoque ſolito ſigno ſignavi, ſignoque, et ſubſcriptione judicis Geroldi de Pontecurvo ad hoc rogati pro judice, ac ſignis, et ſubſcriptionibus ſupradictorum Vicarii, et teſtium ad hoc ſpecialiter vocatorum, et rogatorum roboratū. Actum in civitate S. Germani in oſpitio majori dictæ curiæ, ubi dictus D. Vicarius reſidet curiā ipſam regendo, et juſtitiā miniſtrando etc.*

Ammirati in Caſſinates molimina, & ſcelera.

Pravo molimine occupandi oppidum Fractarum haud ſteterat Ammirati ambitio, nam & oppidum S. Angeli in Theodice, aliaque bona jam uſurpaverat, idemque molitus eſt quoad oppidum S. Victoris, ut ex inſtrumento die 2. hujus anni concinnato patet, in quo Caſſinatium nomine procuratores ad Bonifacium nonum Thomacellum Romanum Pontificem, ſacrumq; collegium Cardinalium conſtituti ſunt Georgius Cellerarius Caſſinenſis, Benedictus Præpoſitus cœnobii S. Benedicti Capuę; atque Antonius alias Caffarellus Viterbienſis, quo injurias ſibi ab Ammirato illatas illis deſcriberent, orarentque præſidio Caſſinatibus eſſent apud Ammiratum, ut bona, caſtraq; ademta reſtitueret, ne Abbas Caſſinenſis adigeretur vi armata repetere. Tentaverat, ſed incaſſum jam Ammirati animum Bonifacius Fratris ſui Johannis Thomacelli opera, ut ibidem legitur, ubi hæc tandem ſubduntur. *Imo quod intollerabilius eſt, Ammiratus ipſe prædictis non contentus &c. quotidie procurat mala pejoribus aggregare, & hoc apparere aſſeruerunt manifeſte per evidentes modos retentos per ipſum Ammiratum ad ſubvertendum aliud caſtrum ejuſdem monaſterii vid. S. Victoris, quod caſtrum licet jam eſt annis elapſis tumultuoſe & inſane ſe moviſſent ad aliquam novitatem contra officialem ejuſdom caſtri, propter quod certo temporo ſteterunt in contumacia, & rebellione nihilominus præfatus D. Abbas intendens viriliter ad recuperationem ipſius ſervatis primo modis debitis, & honeſtis convenientibus maxime Prælato, & Religioſis ad revocandum ipſos ad debitam fidelitatem, & gratiam, qui indurati non valentes hujuſmodi gratiam acceptare, & ideo adſtringens eos, & quaſi obſeſſi manu armata recuperavit caſtrum prædictum, & mediante Filardo de Gaitto Capitaneo Abbatiæ ſe redierunt ad fidelitatem D. Abbatis, & monaſterii ſupradicti &c.* Imploraſſe etiam Caſſinates hanc ob rem reginæ Margaritæ, eorumque qui ei a conſiliis erant, opem, & Cardinalis legati pluriumq; optimatum, & identidem ejus rei certiorem feciſſe pontificem Bonifacium, & Cardinales, ex eodem inſtrumento colligitur.

Quidam e Fractenſibus falſo proditionis inſimulati.

Omni diligentia, ac cura res Caſſinatium ſibi commiſſas cuſtodiebat Petrus Abbas, quare cum tres ex incolis Fractarum carceribus mancipaſſet, quod oppidum Ammirato tradere molitos eſſe inſimularentur procuratores univerſitatis Fractarum nomine opem innocentibus ſociis laturi hoc inſtrumento ſunt miſſi.

Ex originali in Archivo.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Anno nativitatis ejuſdem 1391. Regnante sereniſſimo D. noſtro D. Lanzelao Jeruſalem, & Siciliæ rege &c. regnorum vero ejus anno quarto feliciter amen, menſe Februarii, die decimo nono menſis ejuſdem, quartadecimæ indictionis Fractis. Nos Nicolaus Nicolai Jordani de Fractis ubique terrarum, & locorum eccleſiæ Caſſinenſis ad cauſas, & contractus litteratus judex, Nicolaus Ruſpater de Caſtro novo publicus ubilibet per provincias Terræ laboris &c. regali auctoritate notarius, & teſtes infraſcripti ad hac vocati ſpecialiter, & rogati, præſenti ſcripto publico notum facimus, & teſtamur, quod prædicto die in noſtri præſentia conſtituti, & congregati univerſitas caſtri Fractarum, & homines univerſitatis ipſius ad vocem præconis in domibus curiæ ubi venerabilis vir Frater Meulus de Pontecurvo Abbas S. Matthæi, & gubernator dicti caſtri Fractarum reſidentiam facit, & ubi etiam alias pro eorum agendis negotiis congregari conſuevit. Confiſi de fide, prudentia, & legalitate diſcretorum virorum magiſtri Antonii Creſcentii de Mauro, & Benedicti dicti Calelli de Stabili de dicto caſtro, & ejus pertinentiarum Caſtrenſium eorumdem &c. conſiderato quod male agere &c. Sed quidquid ſit conſideratis indignis ſucceſſibus notarii Martutii, Angeli Johannoni, Mallotii, & Antonii Petri S. Germani ſimiliter caſtrenſium ipſorum captorum pridie de mandato Rñi in Chriſto P. & D. D. Petri Dei, & apoſtolicæ ſedis gratia Abbatis Caſſinenſis dñi eorum ex nequam informatione, & confeſſione Johannis Martini, & Andreæ Mainardi hominum diffamatorum de proditione caſtri prædicti omni meliori forma, quibus potuerunt conſideratis fidelitate ipſorum notarii Martutii Johannoni, & Antonii Petri fecerunt, conſtituerunt, & ordinaverunt eorum veros legitimos ſyndicos, & nuntios ſpeciales præfatos magiſtrum Antonium, & Benedictum ad eundum, & ſe preſentadum nomine, & pro parte dictæ univerſitatis coram præſentia ejuſdem D. Abbatis, & eidem humiliter ſupplicandum, ut dignetur idem dñus eoſdem recommiſſos habere, nec non ob devotionem dictæ univerſitatis, & hominum, eoſdem notarium Martutium Johannonum, & Antonium ad præſentiam ſui admicti mandare, & ipſos interrogari de facie ad faciem cum difficile ſit ... ... non perdere vultu & ipſis inſpectis, & auditis, & obiectis contra eos conſideratis quam frivola ſunt, & non credenda oppoſita contra eos dignetur ſua paternitas habundantius poſito etiam quod in aliquo delinquiſſent, liberare, & eiſdem totaliter donare, cum parati ſint pro eiſdem fidejubere, & ubi ea dedignaretur idem dominus adimplere dignetur ad mictere eoſdem ad fidejuſſoriam cautionem de ſtando juri ſe oppoſitis contra eoſdem, ut poſſint per viam rectitudinis, & veritatis ſe defendere, in cujus rei teſtimonium, & dicti D. Abbatis certitudinem, ac omnium intereſſentium, confectum eſt preſens publicum Syndicatus Inſtrumentum per manus mei notarii ſupradicti, ſigno meo ſolito ſignatum &c. in caſtro Fractarum, anno, menſe, die, loco, & indictione prædictis. Locus † Signi notarii. † Ego F..... Abbas S. Matthæi teſtis interfui. † Ego qui ſupra .... judex interfui, & me ſubſcripſi &c.* Sequuntur ſubſcriptiones teſtium &c.

Quo vero Bonifacius nutantes Caſſinatium res, utcumque confirmaret hoc breve ad univerſos

Caſ-

Digitized by Google

Caſſinatium ſubditos die 14. Julii 1391. miſit, in quo fidelitate eorum commendata, probataque admonet, perſeverarent diligentius in officio, oſtenditque aliquos eſſe, qui perduelles Abbati Caſſinenſi cum eſſent, brevi ſperaret in officio reddituros.

Ex originali in Archivo. Caſtra Abbatiæ Caſſinenſis.

*Bonifacius epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis univerſis, & ſingulis hominibus tam clericis, quam laicis civitatis S. Germani, nec non Fractarum, S. Heliæ, Cerbarii, Vallis Rotundæ, Cardeti, Aquafundatæ, Viticoſi, Sarraceneſchi, Tiroculi, Bantræ, Cucurutii, S. Andreæ, S. Ambroſii, S. Apollinaris, Vallisfrigidæ, S. Georgii, Pedemontis, & Caſtri novi, monaſterii Caſſinenſis, quod nullius diœceſis exiſtit, caſtrorum, & terrarum, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Quanta ſit fidei veſtræ integritas, quam erga dilectum filium Petrum Abbatem monaſterii Caſſinenſis, quod nullius diœceſis exiſtit, & ipſum monaſterium gerere comprobamini, aliena cujuſpiam verborum argumenta non quærimus, cum operis experimenta multiplicia dilucident coram nobis. Scimus etenim, immo indice facto palpavimus, qualiter devotionis veſtræ conſtantia, paratam continue ſe dicti Abbatis, & ejus monaſterii obſequiis reverenter exhibuit, & vera fides puritatis iſtis procelloſis permaxime temporibus devotionem oſtendit, & licet de hujuſmodi fidelitatis veſtræ conſtantia certos nos redderemus, nihilominus ex tenore tam litterarum veſtrarum, quam relatibus dilectorum filiorum Presbyteri Johannis de S. Germano, & Johannis de Stabili nunciorum, quos nuper ad noſtram præſentiam deſtinaſtis fuimus clarius informati, cujus quidem laudabile propoſitum in plurimum commendantes, fidelitatis veſtræ conſtantiam, de qua ſtabili mente confidimus, requirimus, & hortamur attente quatinus laudabiliori fine continuantes, quæ laudabiliter incepiſtis ſic ſollicite ad omnia, quæ præfati Abbates, & ipſius monaſterii honorem ſapiunt, tenaciter vigiletis, quod fidei veſtræ probata ſtabilitas, cunctis prædicabilis in exemplum dignis extollere laudibus, & labores veſtros amplis recompenſare premiis merito valeamus; cum ſic vos proſequi intendimus favore gratiæ ſpecialis quod in hujuſmodi fidei conſtantia perſtitiſſe poſſitis, merito gloriari. Speramus enim indevotos reliquos ad ipſorum Abbatis, & monaſterii obedientiam, & devotionem in brevi deduci divina nobis gratia miſericorditer ſuffragante. Datum Romæ apud S. Petrum II. Idus Julii Pontificatus noſtri anno ſecundo A. de Portugruario. De curia Jo. de Pelpemvoirde.* Adeſt ſigillum plumbeum pendens &c.

Fractenſes quidam relegati.

Paulo poſt Petrus Abbas juſtis de cauſis Fractenſes mox recenſitos, qui perduellionis inſimulati fuerant exulare juſſit ſub pena publicationis bonorum. Ejus hac de re litteræ extant in laudato regeſto p. 277. *F. Petrus de Tartaris &c. dilectis in Chriſto Officialibus caſtrorum noſtrorum Fractarum, & caſtri novi ſalutem in Domino. Cum ex certis cauſis rationabilibus mentem noſtram moventibus relegaverimus Johannem de Mallotio in Caſtronovo, & ejus territorio, & notarium Martutium Angeli de Fractis in civitate Cajetæ uſque ad noſtrum beneplacitum, & mandatum quatenus dicto durante beneplacito ſub certa formidabili pena, de qua ad mandatum curiæ præſtiterunt fidejuſſoriam cautionem in Fractis non audeant caſtrum Fractarum nec*

*Differt.*

*ejus territorium intrare ſub confiſcatione omnium bonorum ipſorum. Quare vobis, & veſtrum alteri committimus, & mandamus, quatenus ſi contingeret, quod non credimus per præfatos, vel ipſorum alterum contrarium attentari, ſtatim de omnibus bonis ipſorum corporalem pro curia noſtra poſſeſſionem capiant, nobiſque notificetis eorum inobedientiam, & contemtum, ut poſſimus contra ipſos de oportuno remedio providere. Ad cautelam hanc litteram regiſtrari. Datum in monaſterio Caſſinenſi nono Januarii, quintadecima indictionis 1392.*

Vicarius Generalis Caſſinenſis conſtitutus.

Eodem die Petrus Abbas generalem ſui vicarium cum omnimoda juriſdictione conſtituit Thomam Pizonem utriuſque juris doctorem hiſce patentibus literis, quæ in ejus regeſto p. 303. extant. *Frater Petrus &c. Dilecto nobis in Chriſto judici Thomaſio de Pizone juriſperito ſalutem in Domino &c. Te igitur Vicarium generalem noſtri, noſtræ Caſſinenſis curiæ in ſpiritualibus & temporalibus, uſque ad noſtrum beneplacitum auctoritate noſtra ordinaria qua fungimur facimus, conſtituimus, & tenore præſentium deputamus, Civitates, caſtra, vaſſallos, & loca, incolas, & habitatores eorundem noſtro, & dicti Caſſinenſis monaſterii nomine regendi, reformandi, gubernandi, & adminiſtrandi, ac in eis juriſdictionem . . . . . plenariam exercendi ſpiritualiter, & temporaliter, civiles, & criminales cauſas audiendi, examinandi, diſcutiendi, terminandi, omneſque, & ſingulos cujuſcumque gradus, ſtatus, vel conditionis exiſtant, de quibus vobis juſtitia ſuadebit citandi, monendi, detinendi, carcerandi, & arreſtandi per accuſationes denunciationes, aut inquiſitiones ex officio curiæ procedendi, abſolvendi, vel contemdandi, mulctandi, & puniendi eorumque bona confiſcandi, & cameræ Caſſinenſi prout juxtum fuerit applicandi, culpabiles, ſeu inobedientes quoſlibet civiliter, & criminaliter puniendi, querelas contra quoſcumque audiendi, emendas & ſatisfactiones debitas fieri faciendi unicuique tam civiliter, quam criminaliter in ſpiritualibus, & temporalibus, juſtitiam miniſtrandi, ſententias quoque tam civiles, quam criminales interlocutorias, ſeu definitivas proferendi, ipſaſque exequendi, & executioni mandandi cum condennatis, & condemnandis ante contemdationem, prout vobis melius videbitur qualitate delicti, & perſonarum conditione inſpecta, componendi uſque in unam unciam, & ab inde infra bonaq; & jura noſtra, & dicto monaſterio indebita occupata recuperandi, & omnia, & ſingula faciendi, dicendi, & exercendi, quæ ad dictum Vicariatus pertinere, & ſpectare noſcuntur de conſuetudine, vel de jure committentes vobis in hac parte totaliter vices noſtras, danteſq; vobis in prædictis, & circa prædicta dicto noſtro beneplacito durante totam, atque concedentes omnimodam, et plenariam poteſtatem &c.* Datum in noſtro ſacro monaſterio Caſſinenſi die 9. Januarii &c.

Bellum a Petro Abbate initum.

Infenſus in dies magis Ammirati adverſus Caſſinates animus, ejuſque ſcelera Petrum Abbatem adegere bello, ſe ſe ſuoſque ſubditos contra ejus machinamenta tutare, e quo innumera obvenere mala. Hæc ut averteret Ladislaus pluries per legatos ſuos ad pacem eos hortatus eſt, ſed incaſſum. Quare civibus Sangermanenſibus juſſit perſtarent in Abbatis fidelitate, opemque in omnibus ferrent. Ex Ladſilai vero litteris conſtat haud Abbatis culpa bellum cieri admodumque debilitatas



Digitized by Google

regis vires, authoritatemque, quibus Ammiratum in officio continere non potuiſſet. *Ladislaus Dei gratia Ungariæ Jeruſalem, & Siciliæ rex &c. Univerſitati, & hominibus terræ S. Germani, ac cæteris & ſingulis univerſitatibus, & hominibus Abbatiæ Caſſinenſis fidelibus noſtris dilectis gratiam, & bonam voluntatem. Operante humani generis inimico, & qui inter mortales Zizaniam ſeminare non ſinit ab olim, ſicut non abſque detrimento, & jactura novit fidelitatis veſtræ ſinceritas inter R. in Chriſto P. F. Petrum Tartarum Abbatem ſacri monaſterii Caſſinenſis regni Siciliæ cancellarium ex una & magnificum virum Jacobum de Marczano ejuſdem regni Siciliæ Ammiratum collateralem conſiliarios, & fideles noſtros dilectos, ejuſque vaſſallos complices, & fautores, parte ex altera, orta ex levibus cauſis grandis ad preſens inimicitia adolevit, ex qua ad arma, & guerram publicam noviter partes ipſæ, contra voluntatem, & mandatum noſtrum non ſine gravi incommodo devenerunt. Et licet pluries temptaverimus, ac operam dederimus efficacem tam per ambaſciatores, quam mandatorias noſtras literas, poſſe, ac velle inter partes ipſas priſtinam pacem, & amicitiam reformare, & ut ſaltem hoc preſenti tempore pro noſtro ac totius reipublicæ ſtatu, & commodo, proque ipſorum, & hujus patriæ circumvicinæ quiete ceſſarent a bello, & treugaliter tandem viverent nequivimus hucuſque, quod diſplicenter referimus, tamen abſque dicti Abbatis culpa, partes eaſdem ad concordiam revocare, & quoniam deſiſtere nullatenus intentamus, quin ipſas ad unitatem reducamus, & pacem, & quietem nobis, & toti adiacenti patriæ reparemus, idcirco fidelitati veſtræ conſtantiam in majoribus magiſque arduis comprobatam hortamur attente, vobiſque nihilominus tenore præſentium cum conſenſu, & authoritate ſereniſſimæ D. D. Margharitæ eadem gratia dictorum regnorum reginæ, reverendæ genitricis, & balia noſtræ de certa noſtra ſcientia diſtricte præcipimus, & mandamus, quatenus in noſtra, & dicti Abbatis tamquam in veſtri Patris, & Domini, fidelitate, ſolitaque & inconcuſſa firmitate ſiſtentes, & perſeverantes, ut hactenus eidem Abbati prout tenemini, & debetis; ejuſque officialibus ad honorem, & fidelitatem noſtram in omnibus, & per omnia obediatis, pareatis, & debitam reverentiam impendatis, ejus & dictorum ſuorum officialium intendentes debite, & devote juſſibus, & mandatis vos, & veſtra a quibuſcumque oppreſſoribus, & moleſtatoribus viriliter defendentes, eidem Abbati ut debetis, & expedit ſubvenire tam realiter, quam perſonaliter procuretis. Ita quod exinde de ſolita obedientia, & conſtantia commendari, & a vobis ac ipſo Abbate, pro præmiſſis gratias conſequi, ad quas libenter intendimus ipſa veſtra fidelitate penſata merito valeatis. Nos enim ad cujuſque exitationis obſtaculum removendum magnifico viro Jacobo extandardo militi regni Siciliæ mareſcallo conſiliario, & fideli noſtro dilecto, ac caſtellano caſtri noſtri Janulæ, & quibuſvis ſubditis dicti Jacobi per alias noſtras literas dedimus in mandatis, ut guerra hujuſmodi inter partes ipſas mota, vel movenda nullatenus pro neutra partium ſe impediat, ſed inter partes ipſas pacem, & concordiam reformare procuret, & totis viribus ipſas conetur ad univerſitatem, & concordiam revocare. Præſentes autem litteras parvo tamen ſigillo noſtro munitas in præmiſſum teſtimonium vobis duximus dirigendas, quas perinde valere volumus, & eandem obtinere roboris firmitatem, ac ſi magno noſtro pendenti ſigillo ſigillatas forent, & datas per manus Prothonotarii regni Siciliæ, vel ejus Locumtenentis, & aliis ſollemnitatibus noſtræ curiæ roboratas, edicto noſtro in contrarium edito ac quibuſcumque aliis huic forte contrariis non obſtantibus quoquomodo. Datum Gajetæ ſub dicto parvo noſtro ſigillo die XV. menſis Martii XV. indictionis.*

Ex originali in Archivo.

Petrus Abbas bona quædam ob perduellionem publicata Antonio judicis Diamantis conceſſit hiſce litteris quæ in ejus regeſto p. 272. a t. extant. *Frater Petrus &c. Dilecto nobis in Chriſto, Antonio judicis Diamantis de Fractis ſalutem in Domino. Attendentes ſinceritatem fidei tui cordis, ac grata, & accepta ſervitia per te nobis, & Caſſinenſi monaſterio præſtita &c. compatientes maxime expenſis per te ſupportatis, & quæ quotidie ſupportare non ceſſas in nutriendo, & ſubſtentando filios qm. notarii Thomaſii de Fractis avunculi tui rebellis noſtri conformando nos cum jure dicente, quod filius non portabit iniquitatem patris &c. de ſcientia certa noſtra, & gratia ſpeciali tamquam benemerito, de bonis qm. dicti notarii Thomaſii propter ipſius notoriam rebellionem Caſſinenſi curiæ juridice applicatis tibi harum ſerie damus, concedimus, & donamus. In primis furnum unum poſitum in dicto caſtro Fractarum in loco ubi dicitur alla rabia &c. (numerantur alia bona cum ſuis confinibus) ad habendum tenendum, poſſidendum &c. & quidquid tibi placuerit faciendum, poteſtate tamen vendendi bona ipſa tibi penitus interdicta, adiacentes expreſſe, quod ſi præfati filii qm. dicti notarii Thomaſii in reprobum ſenſum dari in rebellionem hujuſmodi veſtigia dicti qm. eorum patris ſequerentur a fidelitate noſtra, & Caſſinenſis monaſterii recedendo, ex tunc preſens donatio & conceſſio annulletur, & bona præfata Caſſinenſi curiæ revertantur; Mandantes præſentium tenore Biccaro Taino, magiſtro Maſſario noſtro in Fractis, ac omnibus noſtris officialibus, & magiſtris maſſariis præſentibus, & futuris, quatenus te in poſſeſſione, & uti fruitione bonorum prædictorum non moleſtent vel inquietent ullo modo &c. in quorum teſtimonium, tuique cautelam has noſtras præſentes literas noſtro pontificali ſigillo impreſſione munitas manu Petri Johannis de Narnia noſtri notarii fieri, & ſcribi fecimus, ac etiam regiſtrari. Datum in noſtro monaſterio Caſſinenſi die ultimo menſis Junii &c.*

Bona publicata alteri ab Abbate conceſſa.

Anno 1393. menſe Januario creatus eſt judex ad contractus in univerſa ditione Caſſinenſi Benedictus de Nicolao hiſce literis ex Petri regeſto p. 282. a t. *Frater Petrus &c. Dilecto in Chriſto Filio, & fideli noſtro viro nobili judici Benedicto Nicolao Domini Andreæ de S. Germano terræ monaſterii ſupradicti ſalutem in Domino &c. Te ad honorem Sacroſanctæ Romanæ eccleſiæ dominorum noſtrorum Papæ regiæ majeſtatis atque noſtri, & monaſterii Caſſinenſis in civitate S. Germani, atque omnibus aliis locis, & terris dicti monaſterii auctoritate ordinaria, qua fungimur ad vitam tuam judicem ad cauſas, & contractus duximus tenore præſentium ordinandum, tibique officia hujuſmodi in locis prædictis libere, exercendi, harum ſerie concedimus*

Judices ad contractus creati.

gra-

Digitized by Google

*gratioſe, de illiſque cum honeribus, oneribus, emolumentis conſuetis præſentialiter inveſtimus, hinc eſt quod nos predicta officia tibi, quem ad illa repperimus idoneum, & in noſtris manibus poſtmodum præſtitiſti in forma, quæ ſequitur juramentum, duximus congerenda, ut tu eadem officia prudenter, & fideliter in dictis locis ubilibet exequaris, & ad te cum neceſſe fuerit in hiis, quæ ad officia ipſa pertinent, fiducialiter recurratur. Forma autem juramenti, ut per eam plenius informeris preſentibus inſeri fecimus, quæ talis eſt. Ego judex Benedictus* Juramentum Judicum ad contractus. *Nicolai D. Andreæ de S. Germano in omnibus terris, & locis Abbatiæ Caſſinenſis judex ad cauſas, et contractus, ab hac hora in antea fidelis, et devotus ero B. Benedicto, et ſacro ejus monaſterio Caſſinenſi, ac D. meo D. Petro Abbati Caſſinenſi, et ſucceſſoribus ſuis canonice intrantibus, non ero in conſilio, auxilio, et conſenſu, ut vitam perdant, aut membrum, aut capiantur mala captione. Conſilium quod mihi per ſe, vel litteras, aut nuncium manifeſtandum ad eorum damnum ſcienter nemini pandam. Si vero aliquid ad meam notitiam devenire contingat, quod in periculum Abbatis Caſſinenſis, Conventus, et monaſterii præfati, aut officialium ſuorum vergeret, ſeu grave damnum, illud pro poſſe impediam, et ſi hac impedire non poſſem, procurabo id bona fide ad notitiam D. Abbatis perferri, monaſterii Caſſinenſis, et ejus realia, et ſpecialia jura etc. adjutor eis ero ad defendendum, retinendum, ſeu recuperandum contra omnes homines. Judicatus officia ad cauſas, et contractus fideliter exercebo, et aliis actibus legitimis meam, et dicti judicatus authoritatem interponam, ſeu decretum, Inſtrumento confecto de aliquo contractu, in quo ſciam intervenire, ſeu intercedere vim, vel fraudem non interero, nec me atteſtabo, ſalvo meo juſto, & conſueto Salario. Sic me Deus adjuvet, & hæc S. Dei evangelia &c. Datum in noſtro ſacro monaſterio Caſſinenſi ſub noſtro pontificali ſigillo, quo utimur appenſione munite, & ſubſcriptione propriæ manus die duodecimo menſis Januarii prima inditionis Pontificatus SS. in Chriſto P. & D. noſtri D. Bonifacii divina providentia Papæ noni anno quarto* 1393. Creati quoque Judices ad contractus nobilis, & ſapiens vir Chriſtophorus Cece Sangermanenſis, ut ex literis p. 281. regeſti cit., & Johannes de Jacobo de Sebaſtiano ex Pontecurvo, ut legere eſt in eodem regeſto p. 283.

Notarius creatus. Conſtituit etiam Petrus Abbas in oppido Peſclarum prope Iſerniam atque in univerſa ditione Caſſinenſi notarium Johannem de Petro, ut hiſce literis in citato regeſto p. 279. patet. *Frater Petrus de Tartaris de urbe Dei, & apoſtolicæ ſedis gratia Abbas ſacri monaſterii Caſſinenſis, ordinis S. Benedicti, quod nullius diœceſis exiſtit, ac regni Siciliæ cancellarius. Univerſis, & ſingulis officialibus, univerſitatibus, & hominibus univerſitatum, terrarum, & locorum eccleſiæ Caſſinenſis, ad quos preſentes litteræ pervenerint, & amicis noſtris cariſſimis ſalutem in domino ſempiternam. Ne contractuum memoria deperiret, inventum eſt tabellionatus officium, quo contractus legitimi ad cautelam præſentium, & memoriam futurorum manu publica notarentur. Cum itaque pro parte univerſitatis, & hominum caſtri noſtri Peſcarum monaſterio Caſſinenſi immediate ſubiecti fidelium noſtrorum, & noſtræ eccleſiæ Caſſinenſis fuerint nobis humiliter ſupplicatum, ut provido viro dopno Johanni Petri Johannis Riccardi fideli Caſſinenſi de dicto caſtro Peſcarum prædictum tabellionatus officium concedere dignaremur. Nos itaque eorum ſupplicationibus inclinati, & quatenus ipſe dopnus Johannes eſt de genere fidelium ortus, & legitimo matrimonio procreatus, & ſufficienter litteratus, & bonæ converſationis, & morum plenaria ſub fide præſumpta præfatum dopnum Johannem ad ipſum tabellionatus officium deputamus idoneum, & ſufficientem, eidem dopno Johanni prædictum tabellionatus officium auctoritate qua fungimur in Dei nomine duximus concedendum, ut per ſingulas terras, & loca eccleſiæ Caſſinenſis, & juriſdictionis noſtræ poſſit de cætero dictum officium exercere, & de ipſo officio ipſum dopnum Johannem coram nobis perſonaliter conſtitutum, ac reverenter ſupplicantem inveſtimus cum penna, & calamario, ut eſt moris, recepto ab eo de officio ipſo exercendo fideliter, & quod ſcripturas, & inſtrumenta, ac omnia, quæ ad dictum officium pertinebunt fideliter, diligenter, & legaliter exercebit ſolito, & debito juramento. Mandantes tenore preſentium omnibus, & ſingulis noſtræ juriſdictioni ſubiectis, ut ipſum dopnum Johannem cum neceſſe fuerit in his, quæ ad officium ipſum pertinent, fiducialiter de cætero recurrant. In cujus rei teſtimonium præſentes noſtras litteras noſtro pontificali ſigillo appenſione munitas, & ſubſcriptione noſtræ propria manus eidem duximus concedendas in teſtimonium omnium præmiſſorum. Datum in noſtro ſacro monaſterio Caſſinenſi die II. menſis Novembris prima inditionis, Pontificatus SS. in Chriſto P. & D. noſtri D. Bonifacii Papæ noni anno tertio.*

Deſolatum, proſtratumque jampridem terræmotu anno 1349. fuerat oppidum Mortulæ, cujus incolæ cum ad Cucurutium perrexiſſent, obliti fuerant terraticum bonorum, quæ in Mortulæ territorio poſſidebant, ſolvere. Cumque illos officii ſui admonuiſſet Petrus, hoc inſtrumento ſeſe ſoluturos promiſere. *In nomine Dñi noſtri Jeſu Chriſti Amen. Anno a nativitate ejuſdem 1393. regnante Sereniſſimo D. noſtro D. Ladislao Dei gratia Hungariæ, Hieruſalem, & Siciliæ rege, regnorum ejus anno ſeptimo feliciter amen, die quintadecima menſis Auguſti prima inditionis. Nos Albanus S. Dominici de Calzata habitator Bantræ ipſius terræ annalis illitteratus ad contractus judex, Angelus judicis Jacobi Riccii de Cucurutio publicus ubique per provincias terræ laboris &c. regali auctoritate notarius, & teſtes ſubſcripti, ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati &c. Preſenti ſcripto publico declaramus, notum facimus & teſtamur quod prædicto die, & loco univerſitas & homines caſtri Cucurutii terræ monaſterii Caſſinenſis major, & ſanior pars hominum dicti caſtri Cucurutii, facientes ad vocem præconis loco prædicto congregati, & coadunati pro infraſcriptis negotiis ipſorum ſalubriter ordinandis. Volentes recognoſcere bonam, & immaculatam fidem, & eorum conſcientiam exhonerare, habentes Deum, veritatem, & juſtitiam ante oculos, ſcienteſque a certo, firmiterque tenentes, quod de victualibus, & fructibus aliis infraſcriptis de Territorio Mirtulæ terræ dicti monaſterii reſpondebant, & reſponderi conſuevit dicto monaſterio ſecundum generalem uſum, & conſuetudinem, & antiqua-*

Obſoletā jam Terratici ſolutionem redintegrant oppidani Mortulæ.

Ex originali in Archivo.

Digitized by Google

*quatam Juſtitiam Abbatiæ Caſſinenſis vid. de grano, mileo, ordeo, & fabis de ſeptem partibus una, de omni alio genere victualii de decem partibus una, de vino de tribus partibus una, & de oleo de ſeptem partibus una. Quos redditus propter inhabitationem, & depopulationem dicti caſtri, quod incolis, & habitatoribus a tempore terræmotus citra remanſit totaliter inhabitatum homines dictorum caſtrorum Cucurutii, & Mirtulæ potius ex inadvertentia, quam ex machinatione fraudis, vel malitia etiam propter guerras, & diſturbia manifeſta, ac tirandidem, quæ dicto tempore uſque ad preſens tempus, heu proh dolor! in dicta Abbatia occurrerunt, dicti redditus propter negligentiam officialium, & aliorum procuratorum dicti monaſterii, qui pro tempore præfuerunt non potuerunt exigi, nec etiam procurari in grave dicti monaſterii dapnum, & dictorum hominum Cucurutii, & Mirtulæ animarum prejudicium ſatis grave, volentes homines, & univerſitas dicti caſtri Cucurutii puram fidem, & veritatem recognoſcere in prædictis, ne de cætero dictum monaſterium in ſuis juribus fraudetur. Confiſi de fide, & legalitate Johannis Riccii, & Nicolai Ruſſi de Cucurutio preſentium, & acceptantium, & onus hujus ſindicatus in ſe ſuſcipientium, & dopni Jacobi Fumarelli, Petri Riccii, Petri Contengiæ, Benedicti de Bartholomæo, Johannis Bartholomæi de Villa Nicolai dicti Sazente, Antonii notarii Lucæ, & Johannis Villarocii de Cucurutio abſentium tamquam preſentium, ipſos, & quemlibet ipſorum fecerunt &c. eorum, & dictæ univerſitatis veros &c. Sindicos, procuratores, &c. ad conferendum, & ſe præſentandum nomine quo ſupra coram Rm̃o in Chriſto P. & D. D. P. de Tartaris de Urbe, Dei, & apoſtolicæ ſedis gratia Abbate ſacri monaſterii Caſſinenſis, & regni Siciliæ cancellario, & exponendum, & narrandum eidem Domino, quod ſolo errore, et negligentia homines dictæ univerſitatis habentes poſſeſſiones in dicto territorio Mirtulæ ceſſaverant a ſolutione dictorum terratici, & aliorum redditumm, ſeu debitorum monaſterio antedicto, juxta ſeriem, & tenorem privilegiorum, & approbatorum regiſtrorum monaſterii Caſſinenſis, & ad ſupplicandum præfato D. Abbati ſuper prædictis terraticis, & debitis, non obſtante eorum negligentia, & mora &c. tam præteritis, quam de preſentibus, & futuris gratiam eis benignitate ſolita exhibere, & ad ponendum ſe alte, & baſſe in manibus, terminationi, & arbitrio dicti Dñi Abbatis ſuper prædictis, & ipſam gratiam pro ipſis ab eodem domino humiliter poſtulandum, & ipſam univerſitatem, & homines, eorumque heredes & ſucceſſores de ſolvendo impoſterum prædictos redditus ſuperius ſpecificatos, vel juxta gratiam ſuper prædictis ab eodem D. Abbate obtinendam in forma expediente, & opportuna. Obligantes ad penam centum unciarum auri, & ſingulares homines ipſius univerſitatis ad pœnam unciarum auri decem pro quolibet prefato D. Abbati nomine, & pro parte ipſius monaſterii, & conventus cum ſtipulationibus, ſollemnitatibus, & obligationibus conſuetis &c. & omnia alia, & ſingula faciendum &c. dans, & concedens dicta univerſitas dictis eorum ſindicis, & Procuratoribus in prædictis, & circa ea plenariam poteſtatem cum pleno, libero ſpeciali, & generali mandato, etiam ſi talia forent quæ mandatum exigerent magis ſpeciale, renunciantes expreſſe omnibus conſuetudinibus, ſtatutis, & privilegiis, &c. promittentes, & obligantes ſe dicta univerſitas, & ſpeciales perſonæ ejuſdem ſub hipotheca, & obligatione omnium bonorum ſuorum præſentium, & futurorum de judicio ſiſti, & judicatum ſolvi &c. Se ratum, gratum, & firmum perpetuo habituros, ſervaturos, & completuros quidquid per ſupradictos eorum ſindicos de, & ſuper præmiſſis procuratum, & geſtum extiterit. In cujus rei teſtimonium confectum eſt hoc preſens publicum inſtrumentum manu mei qui ſupra notarii ſcriptum meo ſolito ſigno ſignatum ſignis crucium tantum prædictorum judicis, & teſtium in litteratorum, & litteratorum ſignis crucium, & ſubſcriptionibus roboratum.*

Quibus hæc reſcripſit Petrus Abbas.

Illorum precibus hæc reſcripſit Petrus Abbas, ut ex Inſtrumento die 22. Auguſti ab Antonio de Nicolao ex Valleregia presbytero, & notario apoſtolico rogato.

Ex originali in Archivo.

*Nos vero cum noſtris ſubditis, & fidelibus benigne agere cupientes, eorum in hac parte petitis ſupplicationibus annuentes, conſiderantesque damna gravia, inciſiones arborum, & vinearum, quæ noſtris temporibus homines dicti caſtri pro fidelitate Caſſinenſi, & noſtra ſubſtinuerunt fideliter, et devote, non parcendo etiam diſcriminibus perſonarum, dicta jura, et redditus per ipſos nobis, et dicto noſtro monaſterio debita ratione dicti territorii Mirtulæ ab omnibus, et ſingulis hominibus dicti caſtri Cucurutii ſeu habitatoribus in ipſo caſtro, ac heredibus, et ſucceſſoribus eorum, ac bona, uſque in preſentem diem reddere, et reſpondere noſtris prædeceſſoribus, et nobis obmiſſis miſericorditer dimittimus indulgemus, et de ſpeciali gratia relaxamus, præfati vero ſindici ſindicario nomine, et pro parte dictæ univerſitatis, in preſentia notarii, et teſtium infraſcriptorum, eorum bona libera, et ſpontanea voluntate, et expreſſe promiſerunt pro ſe ipſis, et aliis de Cucurutio nunc et impoſterum omni futuro tempore habitantibus, quod ipſi homines teneantur ab hodie in antea ad præſtationem ſolutionem, et ſatisfactionem dictorum redditumm, vid. de grano, mileo, ordeo, et oleo de ſeptem partibus unam, et de vino tertiam, et de omnibus aliis fructibus decimam dicto monaſterio Caſſinenſi, ac nobis, et noſtris ſucceſſoribus in futurum juxta formam, et tenorem privilegiorum, et regeſtrorum eccleſiæ Caſſinenſis, ac conſuetudinem antiquatam. Nihilominus de ampliori gratia a præſtatione et redditu ſeptimæ partis fabarum in dicto territorio Mirtulæ per eos impoſterum recolligendarum dicto noſtro monaſterio debitis abſolvimus, et ipſos de Cucurutio, ac heredes et ſucceſſores eorum perpetuis temporibus de ſpeciali gratia liberamus in recumpenſatione dictorum damnorum, quæ pro noſtra fidelitate ſuſtinuerunt. Promittentes, et obligantes ſe dicti ſindici Syndicario nomine, et pro parte dictæ univerſitatis ad pœnam unciarum auri centum, et ſingulares perſonæ ad penam unciarum auri decem præfato D. Abbati pro ipſo, et dicto monaſterio legitime ſtipulanti, et recipienti, quod prædicta omnia et ſingula per eos promiſſa prædicta univerſitas, et homines ipſius omni futuro tempore obſervabunt, et ſemper acceptabunt, et ratificabunt, et contra non venient quoquomodo. Renunciantes expreſſe etc. Actum in dicto monaſterio Caſſinenſi in turri propria ſtationis,*

*& re-*

Digitized by Google

*& reſidentia ipſius D. Abbatis præſentibus providis, & diſcretis viris &c. notario Angelo de Cucurutio, Antonio Nicolai D. Andreæ de S. Germano, Nicolao Mando, Cicco de Piſcianibus, & Luca Cicci Johannis Preite de Urbe, ac Antonio dicto Volt. de Plumbarola teſtibus ad prædicta vocatis ſpecialiter, & rogatis.*

Hinc ſeptima pars frugum ab iiſdem ſoluta.

Ex originali in Archivo.

Hinc die 25. Auguſti memorati homines ſacro Caſſinenſi cœnobio ſolverunt ſeptimam grani, hordei, milii, quæ in territorio Mortulæ collegerant, ut conſtat hoc inſtrumento, penes Acta notarii Angeli judicis Jacobi Riccii ex Cucurutio, in quo hæc adnotanda. *Et generaliter omnes alii, & ſinguli de caſtro Cucurutii terra monaſterii Caſſinenſis habentes Terras, poſſeſſiones, & bona ſtabilia in Territorio caſtri Mirtulæ territorii monaſterii ſupradicti coram venerabili, & religioſo viro Fratre Geronimo de Corneto &c. ex ſpeciali commiſſione R. in Chriſto P. D. Petri Abbatis dicti monaſterii, & regni Siciliæ cancellarii ut aſſeruit ſuper revidendo, & recolligendo juribus, & fructibus dicti monaſterii a quibuſcumque in dicto caſtro, & ejus pertinentiis, & diſtrictu ac in territorio Mirtulæ de jure, & conſuetudine debitis, ac etiam conſuetis, & ſupradicti homines, & alii de Cucurutio habentes in dicto territorio Mirtulæ poſſeſſiones, & bona ſcientes a certo quod eorum anteceſſores reddiderunt dicto monaſterio, & ejuſdem monaſterii officialibus, qui pro tempore præfuerunt de grano, mileo, ordeo, & fabis, ac oleo de ſeptem partibus unam, de vino de tribus partibus unam, & de omnibus aliis fructibus in quibuſcumque conſiſtentibus de decem partibus unam, recognoſcentes bonam fidem, & immaculatam eorumque cupientes conſcientiam exonerare non vi, non dolo &c. ſed propria eorum libera, & ſpontanea voluntate, dederunt, tradiderunt &c. ſupradicto D. Priori nomine ſupradictorum D. Abbatis monaſterii, & conventus recipienti de dictis victualibus vid. grano, ordeo, & mileo de ſeptem partibus unam fideliter, & legaliter abſque diminutione aliqua ſecundum formam privilegiorum autenticorum Regiſtrorum Caſſinenſium jus, & conſuetudinem antiquatam habentium, & poſſidentium poſſeſſiones, & bona in territorio Mirtulæ prælibata. De qua quidem ſeptima parte victualium prædictorum prænominatos, & alios habentes poſſeſſiones in dicto Territorio Mirtulæ præfato D. Priori quo ſupra nomine tradita, & aſſignata idem Prior quo ſupra nomine ipſos homines, & quemlibet ipſorum in genere, & in ſpecie, a redditu, ſeu Terratico dicti anni pro dictis victualibus aſſignatas dumtaxat habuit, & recepit in veritate integre, ipſoſque liberavit, quietavit &c.* Terratici vini, & olei, mentio non fit, quod menſe Auguſto hi fructus non matureſcant. In allatis vero Inſtrumentis, ut Authentica cognoſcantur regeſta ſacri cœnobii Caſſinenſis, in quibus redditus omnes, atque terratica a ſubditis ſolvenda deſcribuntur.

Oppidani Pontiſcurvi rebelles ad officium redeunt.

Perdurabat hactenus hoc anno in regno Neapolitano Schiſma tot jam malorum cauſa; cum plures vero Romano pontifici Bonifacio nono, regique Ladiſlao, alii Antipapæ Clementi, & Ludovico juniori Andegavenſi parerent. Hinc ne dum regni Optimates bella inter ſe ſe, verum & ſubditi rebellantes contra Dominos ciebant. Hos inter fuere oppidani Pontiſcurvi, qui Clementi Antipapæ, & Ludovico ad hæreſcentes, bellum adverſus Abbatem Caſſinenſem eorum Dominum pararunt. Compoſitum tamen illud eſt opera Honorati Cajetani Comitis Fundani, Campaniæ, & maritimæ, rogatumque ea de re inſtrumentum, in quo caput illud animadvertendum: *Item che l'appellationi ſe facciano alla corte di monte Caſino ſecondo ch' è conſueto.* Ex quo, aliiſque ſcripturis ſupra allatis conſtat, ne dum primarum cauſarum, ſed ſecundarum etiam juriſdictionem penes cœnobium Caſſinenſe fuiſſe. Inter hujuſce vero pacis prædes eſt univerſitas Cajetæ, quo liquet potentem tunc admodum eam urbem fuiſſe. Ex illo capite quo dicitur ſolvendas ab univerſitate Pontiſcurvi Abbati Caſſinenſi in domum ſubventionemque quotannis uncias vigintiquinque, aliiſque ſcripturis jam allatis patet etiam licuiſſe Baronibus a ſubditis pecunias repetere. Initio inſtrumenti concordiæ Antipapæ Clementis nomen legitur, quod Honoratus Fundanus Comes, atque notarius, qui inſtrumentum rogavit, ejus partes ſequeretur. Cæterum procuratoriæ literæ a Petro, atque monachis Caſſinatibus pro ineunda concordia factæ ſic incipiunt. *In nomine Dñi noſtri anno ejuſdem nativitatis* 1393. *Pontificatus SS. in Chriſto P. & D. noſtri D. Bonifacii divina providentia Papæ noni, anno quarto, die quinto menſis Octobris, &c.*

Ex originali in Archivo.

Pacis vero initæ inſtrumentum ſic exorditur. *In nomine Dñi, & Individuæ Trinitatis Amen. Anno Domini* 1393. *Pontificatus SS. in Chriſto P. & D. noſtri D. Clementis divina providentia Papæ ſeptimi anno ejus decimo quinto feliciter Amen. Die octava menſis Octobris ſecunda indictionis. In preſentia mei Antonii Tutii, Berardi de Fundis apoſtolica autoritate notarii, & teſtium infraſcriptorum, videlicet Reverendi in Chriſto P. & D. Ludovici epiſcopi Aſſiſii provinciarum Campaneæ & Maritimæ ſpiritualis &c. Belli de Ceccano, notarii Johannis Belli de Itro, Abbatis Johannis Jacobi Abbatiæ Archipresbyteri Roccæ Gulielmi &c. ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum. Cum ſubgerente pacis æmulo, ejuſque ſatellitibus miniſtrantibus, nonnunquam inter mortales ſeminarium diſcordiæ propagantur, & ad exterminationem animarum pariter & corporum, ac facultatum omnium deſolatione, guerrarum calamitas introducit &c., cumque per ordinationem requiſitionis, & tractatus excellentiſſimi D. Honorati Gaetani Dei gratia Fundorum, Campaneæ, & maritimæ Comitis ſit pax, & unitatis concordia vallata inter reverendum in Chriſto P., & D. Fratrem Petrum Tartarum Abbatem monaſterii Caſſinenſis, nomine, & pro parte ipſius, & conventus dicti monaſterii Caſſinenſis ex parte una, & homines, & univerſitatem caſtri Pontiſcurvi ex altera, prout in capitulis exinde de voluntate, & conſenſu ambarum partium factis plene patet, tenoris, & continentiæ ſubſequentis. In primis congregate lu conſillu, lu Abbate ve benedice, e ſaluta, e ſi è la intentione ſoa finale de dareve pace, e gratia, & remiſſione con reniteguitione de plui de omne coſa per fine nellu preſente dì in genere, & in ſpecie. Acceptatur. Item de fareve ſecuri in genere, & in ſpecie per mano di qualunta perſona volete, che quillo, che veſè promette veſè obſervarà. Acceptatur. Item che tutti li homini di Pontecervo tanto quelli, che ſono dentro, quanto quilli, che*

Digitized by Google

che ſonno de fore de qualunta ſtato ſe fuſſero, ò ſpirituali, ò temporali ſi poſſano gaudere tutte le coſe ſoe, & uſare liberamente dovunta conſiſteſſero per tutta l' Abbadia de monte Caſino, ò ſuo dominio, e che vole, che chilli dentro, e quilli de fore ſiano tutti à pace, perciochè vole che la gratia ſia generale. Acceptatur. Item che la Juriſdittione, e la Signoria de Pontecorvo vole avere in quella forma che l' haveva lu monaſterio da quarant' anni in qua. Acceptatur. Item vole per conſolatione dell' homini di Pontecorvo, che l' homini di Pontecorvo ſiano tenuti de jurare fidelitate in nelle mano dello Prioro, ò de Frate Georgio, overo dellu Rectore, che ipſu Abbate mandaſſe allu reggimento dellu dicto caſtello de Pontecorvo, ò de qualunt' altra perſona mandaſſe lo dicto Abbate in Pontecorvo ad nomo, e pro parte ſua. Acceptatur. Item che lu clavi delle porte di Pontecorvo facto lu Sacramentu della fidelitate per tutti in mano delli ſopradecti, come ſi contiene nella precedente capitulu, ſi debbiano aſſegnare in manu de quellu, in cui manu averando juratu per nome, e parte dello dicto Abbate, & . . . . . . quellu allo quale ſeranno aſſignate le debbia aſſignare ad quattro buoni huomini di Pontecorvo, li quali debbiano tenere le dette clavi ad honore, e fidelitate dellu dicto Abbate, e monaſterio de monte Caſino, li quali quattro huomini non ſiano ſoſpetti alla dicta univerſitate. Acceptatur. Item facto queſto, che per ipſi homini ſenomine la perſona per cui manu volenula ſecuritate ſe tenuta, acciochè ſe poſſa dare expeditione a tuttele coſe per la pace di loro. Acceptatur. Ex nunc pro tunc D. Reginam Ungaria, Jeruſalem &c. dominum Comitem Fundorum &c., & univerſitatem Gaeta. Acceptatur. Item fatte queſte coſe la univerſitate de Pontecorvo ſia tenuta de mandare venticinque buoni uomini de Pontececorvo ad monte Caſino ad demonſtrare obedientia, & recognoſcere lu Abbate, e lu monaſterio per ſignori. Acceptatur. Item, che lu Officiale che vè manderà lu dictu Abbate, ſarà ò monacu, ò ſecolare perſona non ſoſpetta ragionevolmente all' huomini de Pontecorvo, e forcia che ſarà de quelli dentro de Pontecorvo per plu loro conſolatione. Acceptatur. Item che lu Abbate mandando qualunta perſona de qualunta ſtatu foſſe ad Pontecorvo, la univerſitate de Pontecorvo ſia tenuta de receptarelu con vinti cavalli, e ſi fuſſero più durante lu preſente Sciſma, ſia in voluntate de la dicta univerſitate de Pontecorvo de receptareli ò ſi, ò non, e debbiano ſcontrareli, & honorarli, e fare la debita reverentia come ad perſone mandate da loro Signore, e così quelli de Pontecorvo non debbiano receptare gente ſoſpecta allu Abbate, & allu monaſterio, ne huomini de mala fama. Acceptatur. Item che per tutti li ſopradetti capitoli non ſe genere prejudicio alli privilegii, & juriſditioni, che aveſſe lu monaſterio de monte Caſino in Pontecorva terminatu lu dictu Sciſma, & conſimelemente alla univerſitate de Pontecorvo li ſopradetti capitoli non ſiano prejudiciu all' immunitati, franchitii, & loro bone antiquate conſuetudini, ma terminatu lu dictu ſciſma piaſquenna delle parti ſe remanca nella ſoa prima juriſdittione, & raſone, che aveſſe. Acceptatur. Item che alla univerſitate de Pontecova ſia licitu de remanere nella loro Fede dellu Papatu, e dellu Re, durante la preſente ſciſma. Acceptatur. Item che l' appellatiuni ſe facciano alla corte di monte Caſino, ſecundo che è conſuetu. Acceptatur. Item che omne dubietate, la quale naſceſſe nelli capitoli della preſente pace, la declaratione ſia allo promectetturi dell' obſervanza della pace la quale declaratione per le parti ſe debbia obſervare. Acceptatur. Item che la univerſitate de Pontecorvo ſia tenuta, durando lu ſcima ciaſcunu annu allu Abbate, & allu Convento per dono, & ſubventione de dareli oncie venticinque de carlini de argento in die S. Petri de menſe Junii oltra li fructi ordenarei, che ipſu monaſterio ave in Pontecorvo, & ad altra ſubventione non ſiano tenuti, e per niſciuna occaſione, ne factione perſonale ſalvu ch' altru de loro beneplacitu, per loro honore fare voleſſero. Acceptatur. Item che l' univerſitate de Pontecorvo non debbia dare ajutu, conſillu, ne favore, etiamdeo fortuitu, ne recepto ad nullu inimico dellu dicto Abbate, & monaſterio publice, vel occulte, tacite vel expreſſe, e queſto s' intenda per quilli, che faceſſero guerra allu dicto Abbate, e monaſterio. Acceptatur. Qua quidem pacis concordieque capitula pro parte dicti Abbatis, & Conventus monaſterii Caſſinenſis exiſtunt in noſtrorum preſentia, preſentialiter acceptata per venerabiles, & religioſos viros Fratrem Geronimum de Corneto Priorem dicti monaſterii, & Fratrem Georgium de Vercellis monachum Caſſinenſem, ac egregium militem D. Raymundum de Tartaris de urbe regium Seneſcallum, &c. procuratores, & Yconomos dicti Abbatis, monaſterii, & conventus Caſſinenſis prout de acceptationis, promiſſionis, pacis, firmationis, obſervationis, pœnarumve adiectionis authoritate, & plenaria poteſtate plene patet, per publicum procurationis, & Yconomationis inſtrumentum per notarium Petrum Johannem de Fatinis de Narnia exinde factum, non vitiatum, non cancellatum, ſive in aliqua ſui parte ſuſpectum tenoris, & continentia ſubſequentis &c. Proſequntur procuratoriæ literæ ab Abbate Caſſinenſi, & monachis tribus laudatis Dominis factæquæ ſic deſinunt. Actum in dicto monaſterio Caſſinenſi in camera majoris Turris ejuſdem monaſterii reſidentia dicti D. Abbatis &c. Hæc deinde ſubſequuntur. Pro parte vero hominum, & univerſitatis Pontiſcurvi dictà pacis, & concordia capitula, ac tenorem, & continentiam eorumdem, acceptata fuerunt per egregium militem D. Andream de Pontecurvo, Abbatem Thomaſium, Johannem D. Petri, Lotium Theobaldi, & notarium Jacobum notarii Nicolai Syndicos, & procuratores hominum, & univerſitatis dicti caſtri, prout de authoritate, plenariaque poteſtate hujuſmodi acceptationis promiſſionis, paciſve, firmationis, obſervationis, & penarum adjectionis plene patet per publicum ſindicationis, & procurationis inſtrumentum exinde factum per manus notarii Antonii notarii Petri de Lupico non vitiatum, non cancellatum, ſeu in aliqua ſui parte ſuſpectum tenoris, & continentia ſubſequentis &c. Sequuntur inde procuratoriæ literæ univerſitatis in quibus hæc potiſſimum adnotanda. Omnes & ſinguli &c. aſſeruerunt, quod faciente prava diſpoſitione temporis, & procurante humani generis inimico &c. homines univerſitatis ipſius cum R. in Chriſto P. & D. D. P. Abbate ſacri monaſterii Caſſinenſis ad magna diſſenſionis, & diſcordia materiam pervenerunt, & ſuper excreſcentibus iniquis ſubgeſtionibus inter Abbatiales, & ipſam univerſita-

tem

*tem plurima, & intolerabilia rerum damna fuerunt hinc inde illata, & quod deteſtabilius eſt Deoque magis abominabile perſonarum ſtrages, & alia enormia jam commiſſa &c.* Inter cæteras facultates a Pontecurvenſibus iiſdem procuratoribus conceſſas hæc adeſt. *Ad acceptandum, emologandum, & confirmandum, ut nomine, et pro parte dicta univerſitatis, & omnium, & ſingulorum hominum univerſitatis ipſius omnia, & ſingula, ac quacumque dicta pacis capitula de novo inter ipſas partes facta, inita, & compilata per manus magnifici, & potentis Dñi . . . . . Fundorum, Campanea, & maritima Comitis &c. ſeu ipſius tractatu, vel interventione ſub quacumque ſint forma vel expreſſione verborum concepta ad corroborationem pramiſſorum capitulorum dicta pacis, & omnium, & ſingulorum, qua continentur in illis &c.*

Magiſtratus in oppido Pontiſcurvi conſtitutus.

Paulo poſt Petrus magiſtratum Pontiſcurvi conſtituit Franciſcum de Senis, ut patentibus diſce literis in ejus regeſto p. 283. a t. legitur. *F. Petrus &c. Dilecto familiari, & ſecretario noſtro Franciſco de Senis ſalutem in Domino &c. Sane ad caſtrum noſtrum Pontiſcurvi, ejuſque habitatores, & incolas ſpeciales filios, & fideles beati Benedicti, & noſtros gerentes dilectionis affectum, erga quos, & eorum ſtatum pacificum, & tranquillum decet nos vigilantius intendere, & de eis de perſona idonea pro eorum regimine feliciter dirigendo providere &c. Te igitur rectorem, & gubernatorem dicti caſtri noſtri Pontiſcurvi ejuſque pertinentiarum & diſtrictus uſque ad noſtrum beneplacitum, & mandatum facimus, conſtituimus, & deputamus tibi inter partes juſtitiam civilibus adminiſtrandi, terram, & habitatores ipſius regendi, & gubernandi, fortificandi, manutenendi, & conſervandi ad fidelitatem dicti monaſterii, & noſtram, & eorum felice incrementum mandandi, pœnam debitam, & juriſdictionem noſtram in temporalibus exercendi, & imponendi, et a tranſgreſſoribus exigendi ac bona demanialia dicti monaſterii conſiſtentia in dicto caſtro, & ejus territorio, & diſtrictu per magiſtrum maxarium noſtrum deputatum &c. coli, & laborari faciendi &c. Et omnia alia, & ſingula faciendi &c. qua in pradictis, & circa ea, ac ſuper regimine proſpero, & tranquillo dicti caſtri, & incolarum ejus videris, & cognoveris expedire. Damus, & concedimus &c. tenore preſentium poteſtatem, concedentes tibi in pramiſſis totaliter vices noſtras &c. Diſtrictius harum ſerie precipientes dilectis in Chriſto Conſilio, univerſitati, & ſingularibus perſonis dicti caſtri, quatenus te ad dictum officium recipientes ad ipſius exercitium admittant reverenter nec non in hiis, qua ad hujuſmodi officii naturam prout de jure, vel conſuetudine ſpectant, tibi tamquam perſona noſtra devote pareant efficaciter, & intendant ſub pena indignationis gratia noſtra &c. Nos enim penas, proceſſus, & banna, quos, quas, & qua rite feceris, ſeu tuleris, aut duxeris imponenda, ratos, ratus, & grata gerentes ipſos, & ipſa faciemus auctore Domino inviolabiliter obſervari. In quorum teſtimonium preſentes litteras noſtro pontificali ſigillo, quo utimur, communitas, & in regiſtro Caſſinenſi ad cautelam regiſtratas fieri, & ſcribi fecimus. Datum in dicto monaſterio Caſſinenſis die ſeptimo menſis Novembris, ſecunda indictionis 1393.*

Pax inter Abbatem Caſſinenſem, & Dominũ Roccæ Guillelmæ inita

Ejuſdem Honorati Fundani Comitis opera pax inter Abbatem Caſſinenſem, & Lucam Spinellum dominum roccæ Guillelmæ, & S. Johannis de Incarico inita eſt, ut inſtrumento conſtat rogato penes acta Antonii de Tutio de Berardo Fundano, & notario apoſtolico die 7. Octobris ejuſdem anni 1393., in quo hæc ſunt adnotanda.

Ex originali in Archivo.

*Cumque ex interventu, & ordinatione Excellentiſſimi D. Honorati Gaetani Dei gratia Fundorum, Campanea, & maritima Comitis ſit pax, & unitatis concordia vallata inter R. in Chriſto P., & D. Fratrem Petrum de Tartaris Abbatem monaſterii Caſſinenſis nomine, & pro parte ipſius monaſterii, & Conventus ejuſdem ex parte una, & magnificum virum Lucam Spinellum dominum Rocca Guilielmi, & S. Johannis de Incarico, ipſorumque caſtrorum, & diſtrictuum, & parte altera, pratextu, & occaſione omnium, & ſingulorum delictorum, controverſiarum, exceſſuum, criminum realium, vel perſonalium, quarumcumque injuriarum, treugarum, obligationum, promiſſionumque, quarumcumque fractionum, penarumve incurſionum in capitulis pacis dudum factis inter excellentem D. Honoratum Gaitanum Fundorum, Campanea, & maritima Comitem pradictum, & D. Ammiratum regni Sicilia expreſſius impoſitarum, & adiectarum, qua quidem delictorum omnium remiſſio, taxatione damnorum dumtaxat pro parte dicti Abbatis, monaſterii, & Conventus Caſſinenſis in noſtrum omnium preſentia extitit fideliter facta per venerabiles, & religioſos viros, Fratrem Geronimum de Corneto Priorem dicti monaſterii, & Fratrem Georgium de Vercellis Monachum Caſſinenſem, ac egregium militem D. Raymundum de Tartaris de urbe regium Seneſcallum &c. procuratores, & Yconomos dicti Abbatis monaſterii, & Conventus Caſſinenſis, prout de remiſſionis, & indulgentia delictorum, contra capitula dicta pacis factorum, obligationum, promiſſionum, & penarum adiectionum, ac damnorum taxationis, deciſionis, & cognitionis, commiſſionis, ut pramittitur authoritate, & plenaria poteſtate plene patet per publicum Procurationis, & Yconomationis inſtrumentum per manum notarii Petri Johannis de Fatinis de Narnia exinde factum, non vitiatum, non cancellatum, ſive in aliqua ſui parte ſuſpectum, tenoris, & continentia infraſcripta &c.* Proſequuntur Procuratoriæ literæ Hieronymo, &c. Georgio Monachis Caſſinatibus, atque D. Raymundo de Tartaris a Petro Abbate, & monachis factæ, deinde ſubditur. *Pro parte autem magnifici viri Luca Spinelli hominum, & univerſitatum, caſtrorum Rocca Guilielmi, & S. Johannis de Incarico dictas injurias, exceſſiones, crimina, & delicta, ac fractiones promiſſionum, & obſervationum, & penarum incurſiones, capitulorum pacis pradictorum per venerabilem virum Abbatem Johannem Jacobum Abbatia Archipresbyterum Rocca Guilielmi Syndicum Yconomum, & Procuratorem dicti Magnifici viri Luca Spinelli, ac hominum, & univerſitatum caſtrorum Rocca Willielmi, & S. Johannis de Incarico predictorum procuratorio nomine quo ſupra, & pro parte ipſorum Luca Spinelli hominum, & univerſitatum caſtrorum pradictorum in preſentia noſtra liberaliter remiſit, prout de authoritate, & plenaria poteſtate hujuſmodi delictorum, remiſſionis, & commiſſionis,*

cogni-

Digitized by Google

*cognitionis, deciſionis, et damnorum taxationis plene patet per publicum ſindicationis, Yconomationis, et procurationis inſtrumentum exinde factum per manus notarii Laurentii Nicolai Berardi de Rocca Guilielmi non vitiatum etc. tenoris, et continentia ſubſequentis.* Eadem procuratio ſequitur a jamfato Luca ſupradicto Archipreſbytero, nomine hominum ejuſdem Roccæ, & S. Johannis in carico commiſſa, cui inter alias facultates hæc conceditur. *Ad comparendum, et præſentandum ſe nomine, et pro parte dicti D. Lucæ, et ipſorum hominum, et univerſitatum ejuſdem coram magnifico, potente D. D. Honorato Fundorum, Campaneæ, et Maritimæ Comite, ad tractandum, ordinandum, et faciendum, et perficiendum pacem ſeu treguam perpetuam, vel ad tempus cum R. in Chriſto P. et D. D. Petro de Tartaris Abbate ſacri monaſterii Caſſinenſis ejuſque terris, ſubditis, et vaſſallis, in ea forma, et modo, prout eidem D. Comiti, et dicto eorum ſindico, et procuratori melius exinde expedire videbitur et placebit, et cum capitulis, roborationibus, ſtipulationibus, pœnarum adiectionibus ſeu appoſitionibus, ac juramentis, et clauſulis aliis oportunis, et generaliter ad omnia, alia, et ſingula faciendum etc. quæ in præmiſſis, et circa præmiſſa neceſſaria fuerint etc.* Poſt procurationem hæc ſequuntur. *Quorum omnium delictorum indulgentiam, et remiſſionem ex nunc prout ex tunc, et ex tunc prout ex nunc, et uſque in præſentem diem partes ipſæ una alteri, et altera alteri, ad invicem in noſtrorum præſentia liberaliter remiſerant, et quantumcumque contra formam capitulorum prædictorum factum, geſtum etc. fuerit, quovis modo, cognitionem vero deciſionem, et taxationem damnorum hinc inde allatorum partes ipſæ reſervantes videndas, et terminandas quantum de jure fuerint per excellentiſſimum D. Honoratum Gaetanum Fundorum, Campaneæ, et maritimæ Comitem prædictum, et egregium virum D. Raymundum de Tartaris de urbe militem, quorum determinationem, et omnia alia, et ſingula prædicta, ipſi Fratres Geronimus, et Georgius, et D. Raymundus miles Yconomi, et procuratores quo ſupra nomine, et pro parte dicti Abbatis, monaſterii, et Conventus Caſſinenſis, ac etiam Abbas, Johannes, Jacobus Syndicus, Yconomus, et procurator dicti magnifici viri Lucæ Spinelli hominum, et univerſitatum, dictorum caſtrorum nomina et pro parte ipſorum Lucæ hominum, et univerſitatem caſtrorum prædictorum promiſit etc. attendere obſervare, et inviolabiliter adimplere etc. et pro majori obſervantia prædictorum præfati Fratres Geronimus, et Georgius, ac D. Raymundus Miles, et Abbas Johannes Jacobus Yconomi Syndicario, et procuratorio nomine quibus ſupra in Sereniſſimam D. D. Margaritam Ungariæ, Jeruſalem reginam etc. et magnificum D. Fundorum Campaneæ, et Maritimæ Comitem, et univerſitatem Gaetæ unanimiter, et concorditer partes ipſæ pro obſervatione prædictorum, ſe ad invicem obligaverunt, ac pro roboratione prædictorum partes ipſæ viciſſim pacis oſculum ſe dederunt, et ipſi Fratres Geronimus, et Georgius in anima eorundem Sacramentum fecerunt, ac prædicti D. Raymundus, & Abbas Johannes Jacobus tactis ſacris ſcripturis ad S. Dei evangelia corporaliter juramentum præſtiterunt &c. Actum Trajecti in logia camera dicti magnifici Domini Fundorum Campaneæ, & maritimæ Comitis preſentibus ſupra nominatis teſtibus ad prædicta vocatis, & rogatis. Et ego Antonius Turii Berardi de Fundis apoſtolica auctoritate notarius interfui prædictis omnibus, & ſingulis, & preſens fui eaque rogatus in hanc publicam formam redegi &c. Ego Fr. Ludovicus epiſcopus Aſſiſii, ſupraſcriptus teſtis interfui, & me ſubſcripſi.* Hic Epiſcopus Antipapæ Clementis ſemper partes eſt ſecutus. † *Ego Bellus de Ceccano teſtis interfui &c. Ego Gilibertus de Gramonte de Terracina, prædictis omnibus teſtis interfui &c.* † *Ego qui ſupra Berardus notarii Landulfi de Fundis teſtis ſubſcripſi.* † *Ego notarius Nicolaus de Paſtina teſtis interfui, & me ſubſcripſi.* Lucas Spinellus Ludovici Junioris partibus favit, ut ex ejus procuratoriis literis conſtat.

Rebellium bona publicata, aliiſque conceſſa.

Cumplures e Caſſinatium ſubditis Clementis Antipapæ & Ludovici Andegavenſis partes ſequerentur, eorum bona a Petro Abbate ſunt publicata, aliiſque conceſſa, quos inter eſt Raymundus de Tartaris Abbatis noſtri nepos, ut hiſce literis in Petri regeſto pag. 312. a t. patet. *Fr. Petrus de Tartaris &c. Univerſis, & ſingulis, ad quem, vel quos preſentes advenerint &c. ſalutem in Domino. Univerſitati veſtræ harum ſerie notum facimus per preſentes quod nos ex certa ſcientia, & de ſpeciali gratia licentiam plenariam, & omnimodam concedimus facultatem nobili militi domno Raymundo de Tartaris de urbe nepoti noſtro dilecto, cui inter alia bona rebellium, & legitime devoluta noſtro monaſterio conceſſimus &c. gratioſe propter multa grata, & accepta ſervitia per eum nobis, & dicto monaſterio præſtita &c.* Deſcribuntur bona, deinde ſubditur: *Curia noſtra per rebellionem dicti qm. Bartholomæi confiſcata. Poſſeſſiones prædictas vendendi, donandi, pignorandi, alienandi, concedendi, & in quaſcumque perſonas extraneas transferendi &c. abſque alicujus reſervatione cenſus, vel redditus novi monaſterii etc. ſed ſi quidem cenſus, vel redditum ante dictam devolutionem, & confiſcationem ipſarum terrarum facere tenebantur, illum, ſeu illos tantummodo reſervamus &c. Ita tamen, quod dicti emptores poſſint, & valeant terras ipſas licite habere, & tenere, ac de ipſis impoſterum tamquam de rebus propriis diſponere &c. non obſtante quod in inſtrumento conceſſionis dicto Raymundo facto per nos &c. de bonis rebellium &c. caveatur expreſſe, quod de bonis præfatorum rebellium nulla poſſit fieri venditio &c. ſine noſtra licentia ſpeciali, quibus ex certa ſcientia derogamus &c. unde ad futuram memoriam &c. præſentes litteras noſtro Pontificali ſigillo quo utimur communitas noſtraque manus propria ſubſcriptione roboratas, manu notarii Angeli de Viterbio noſtri, noſtraque cameræ notarii fieri, & ſcribi fecimus, & ad cautelam regiſtrari &c. Datum in noſtro ſacro monaſterio Caſſinenſi die ſeptimo menſis Aprilis 1394.*

Quædam alia bona Angelo Viterbienſi conceſſa.

Quædam alia rebellium bona notario Angelo Viterbienſi conceſſa, ut legitur in Petri regeſto pag. 309. a t. *Fr. Petrus &c. Univerſis, & ſingulis, ad quem, vel quos preſentes advenerint &c. ſalutem in Domino ſempiternam. Univerſitati veſtræ harum ſerie innoteſcat, quod licet dilecto Secretario, & familiari noſtro notario Angelo de Viterbio propter grata, & accepta ſervitia per ipſum regia*

*maje-*

Digitized by Google

majeſtati nobis, & Caſſinenſi monaſterio preſtita &c. non parcendo laboribus, periculis, & expenſis in remunerationem hujuſmodi ſervitiorum, & pro eo quod de biennali ſibi ſtabilita proviſione propter molem expenſarum nobis incumbentium in guerris & aliis ocurrentibus non valuimus providere, nec eidem ſatisfacere. De certis bonis ſtabilibus burgenſaticis ſitis in territorio S. Germani terræ dicti monaſterii ſuis finibus deſignatis conceſſionem, et donationem pro ſe, et ſuis utriuſque ſexus heredibus, et ſucceſſoribus fecerimus prout patet publico Inſtrumento manu Antonii Nicolai Caſalis de Valleregia presbyteri, et notarii publici authoritate apoſtolica ſub anno Domini 1393. die decima nona menſis Aprilis etc. tamquam de bonis rebellium etc. dicto monaſterio per notoriam patronorum rebellionem, et leſæ majeſtatis crimen, ac prodicionem per eos commiſſam contra ſanctam Romanam eccleſiam, et claræ memoriæ D. regem Carolum tertium Jeruſalem, et Siciliæ, ad manus, ſeu cameram etc. noſtram rationabiliter devolutis prout de proceſſu, et ſententia factis per nos etc. et latis contra prædictos, et alios, patet publico inſtrumento ſcripto, et publici manu notarii Nicolai Johannis Coni de Fractis apoſtolica authoritate notarii, ſub anno Dñi 1380. etc. ad habendum tenendum etc. vendendum, et alienandum, obtenta tamen de venditione, ſeu alienatione ipſa dumtaxat dictorum bonorum a nobis licentia ſpeciali ſub annuo redditu, ſeu cenſu media libra de cera nobis, noſtriſque ſucceſſoribus per ipſum notarium Angelum, et dictos heredes, et ſucceſſores ſuos exſolvendo etc. quare pro parte dicti notarii Angeli nobis pluries extitit humiliter ſupplicatum quatenus poſſeſſiones, et bona per nos ſibi etc. conceſſa vendendi alienandi etc. ſeu partem ipſarum patronis, quos ad noſtram gratiam integravimus, ſeu reſtituimus, ſi poterit cum eiſdem vel altero eorum concordare, ſeu aliis quibuſcumque fidelibus tamen regiis, licentiam, et poteſtatem plenariam concedere dignaremur, etc. Facultatem illi tribuit, aut veteribus poſſeſſoribus, modo in gratiam redierint Abbatis vel aliis quibuslibet vendere, abſque novi tamen cenſus reſervatione.

Magni habitæ ab Urbano XIII. memoratæ conceſſiones.

Tanti haſce conceſſiones, atque bullam Urbani VI. quam an. 1379. adduximus, fecit Urbanus VIII. ut ad ſe deferrentur juſſerit hoc diplomate, in quo Archivum Caſſinenſe publicum, legale, & inſigne appellat, regeſtumque Petri de Tartaris approbat. Urbanus Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam. Alias per nos accepto, quod in publico, & legali, ac inſigni monaſterio Montis Caſſ. Ordinis S. Benedicti archivo quædam litteræ ſub plumbo felicis recordationis Urbani Papæ VI. prædeceſſoris noſtri qm. Petro Tartaro tunc dicti monaſterii Abbati ſub Dat. Romæ XVII. Kal. Maii Pontificatus ſui anno ſecundo. Et inſuper quoddam inſtrumentum publicum ſuper conceſſione quorundam bonorum qm. Antonii Nicolai, & Bartholomæi de Ricco, aliorumque ipſius monaſterii Vaſſallorum per eundem Petrum Fiſco incorporatorum per quondam Angelum de Cola notarium publicum ſub die XXIV. Januarii MCCCXCIII. confectum illorum ſcilicet originalia, & inſuper quædam aliæ conceſſiones de bonis prædictis per eundem Petrum ſimiliter factæ, ac in regeſto dicti Petri deſcriptæ, & inſertæ aſſervabantur. Nos litteras & inſtrumentum, ac conceſſiones

Ex originali in Archivo.

hujuſmodi, utpote noſtrum, & ſedis apoſtolicæ intereſſe concernentes apud nos, & ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices in archivio arcis noſtræ S. Angeli de urbe tutius, ac ſecurius cuſtodiri volentes, dilecto filio Simplicio Caffarello moderno ipſius monaſterii Abbati dedimus in mandatis, quatenus originalia litterarum, & Inſtrumenti hujuſmodi, conceſſionum vero prædictarum copias ſeu tranſumpta a regiſtro prædicto extracta in publica, & authentica forma manu publici, & legalis archivii hujuſmodi archiviſtæ noſtri, & apoſtolicæ ſedis notarii ſubſcripta ſolitoque ipſius ſigillo munita e prædicto publico, & authentico dicti monaſterii archivo extraheret, & tranſumptaret, nobiſque ſeu archivii Arcis S. Angeli hujuſmodi Archiviſtæ traderet, & conſignaret, prout plenius continetur in chirographo manu noſtra ſignato litterarum, & inſtrumenti, ac conceſſionum hujuſmodi tenorem & dat. de verbo ad verbum in ſe continenti, ut ſequitur, vid. Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum dei dilecto filio Petro Abbati monaſterii Caſſinenſis ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Benedicti quod nullius diœceſis exiſtit, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem, &c. Proſequitur bulla, qua finita exſcribuntur per extenſum conceſſiones Abbati Johanni Grifo S. Germani, Raymundo de Tartaris, atque notario Angelo de Cola factæ, ac demum hæc Urbani diploma habet. Simplio Caffarello Abbate del monaſterio di monte Caſino ſoggetto immediate alla ſede apoſtolica dell' Ordine di S. Benedetto. Havendo noi avuto notitia, che nel publico, & inſigne Archivio del detto monaſterio ſe trovano le ſopraſcritte ſcritture in publica, & autentica forma, quali concernono l' intereſſe noſtro, e della ſedia Apoſtolica, & havuto, e viſte le copie di quelle, deſiderando, che per detto intereſſe, & anco del detto monaſterio Caſinenſe, ſiano cuſtodite con maggior ſicurezza appreſſo di noi, e de noſtri ſucceſſori nel noſtro archivio di caſtel Sant' Angelo, vi ordiniamo perciò, e commandiamo in virtù di ſanta obbedienza, che debbiate pigliare da detto archivio gl' originali delle due prime ſcritture, cioè della bolla di Urbano VI. diretta a Pietro Tartaro Abbate di monte Caſino. Dat. apud S. Petrum XVII. Kal. Maii, Pontificatus ſui anno II. e dell' iſtromento publico di conceſſione a favore dell' Abbate Giovanni Griffo da S. Germano d' alcuni beni confiſcati dal medemo Abbate Pietro, d' Antonio D. Nicolai, e Bartolomeo de Ricco da S. Germano, & altri Vaſſalli del detto monaſterio rogato da Not. Angelo di Cola di Mro. Pietro Chierico Viterbienſe ſotto li 24. Gennaro MCCCXCIII., e detti originali portarli, e conſegnarli a noi, overo all' archiviſta del noſtro archivio di caſtel Sant' Angelo, ordinando da ora per quando averete conſegnati detti originali all' illm̃o Cardinale Aldobrandino Camerlengo, che debbia fare eſtrahere da notaro publico della noſtra camera, dalli detti originali un tranſunto publico di detta bolla, & inſtromento, e quello conſegnare a voi, ad effetto di riporlo nel detto voſtro archivio in luogo di detti originali, volendo, e dichiarando, che detto tranſunto publico faccia piena, & indubitata fede in judicio, & extra, e ſe li debia preſtare da tutti la medeſima fede, che ſe preſenteria agl' originali iſteſſi, e che dal detto tranſunto ſi poſſano eſtraere altri tranſunti, & eſtratti publici, come ſi potriano

Diſſert. Sſ dall'

Digitized by Google

*dall' originali iſteſſi dall' archiviſta del detto monaſterio Caſſinenſe, e quanto all' altre due conceſſioni pur de beni delli ſopradetti ribelli fatte dal medeſimo Abbate Pietro una a Raimondo Tartaro, Romano ſotto li ſette d' Aprile 1394., e l' altra a favore del ſopradetto Angelo Cola da Viterbo ſotto l' ultimo d' Aprile 1394., havendo noi inteſo, che ſono inſerti, e legati nel regiſtro del ſopradetto Pietro Abbate, e che da quello difficilmente ſi poſſono ſeparare, vi ordiniamo, e commandiamo, che dobbiate farne cavare dall' archiviſta di detto monaſterio Caſinenſe un tranſunto publico, & autentico con il ſigillo dell' archivio, & altre ſolennità ſolite, e quello portare, e conſegnare a noi, overo al detto Archiviſta del noſtro Archivio di caſtello, e tanto eſſeguire quanto prima, che tale è mente, e volontà noſtra eſpreſſa. Non oſtante qualſivoglia conſtitutione apoſtolica o di detto monaſterio uſi, ſtili, conſuetudini, o qualſivoglia altra coſa, che faceſſe in contrario, a' quali tutti, e ſingoli, havendo il loro tenore per inſerto, & eſpreſſo de verbo ad verbum per queſta volta ſola ampliſſimamente deroghiamo. Datum nel noſtro palazzo li VII. Aprile MDCXXVI. Urbanus Papa octavus. Cum autem ſicut dictus Simplicius nobis nuper exponi fecit ipſe pro potiori ſua dictique monaſterii cautela, ac quo mandatum noſtrum predictum cunctis perpetuo, clarius, ac evidentius pateat, Chirographum hujuſmodi, ac illius vigore ſecuta, Apoſtolica noſtra confirmationis robore ſummopere communiri deſideret, nos promptam ipſius Simplicii in pramiſſis exequendis, obedientiam commendantes, proindeque illius votis hujuſmodi quantum cum Domino poſſumus annuere, eumque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes &c. motu proprio, & ex certa ſcientia maturaque deliberatione noſtris prainſertum chirographum hujuſmodi cum omnibus, & ſingulis in eo contentis, & expreſſis, ac illius vigore inde ſequuta quacumque Apoſtolica authoritate tenore preſentium perpetuo approbamus, & confirmamus illiſque inviolabilis apoſtolica firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti, ac ſolemnitatum de uſu, jure, conſuetudine, aut ſtatuto, vel alias quomodolibet requiſitarum, & ommiſſarum quarumcumque defectus, ſi qui in pramiſſis, aut eorum aliquo intervenerint, aut interveniſſe dici, vel pretendi poſſent ſupplemus, & ſanamus &c. Volumus autem quod preſentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicujus notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſona dignitate eccleſiaſtica conſtituta munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, qua ipſis praſentibus adhiberetur, ſi forent exhibita vel oſtenſa. Dat. Roma apud S. Mariam majorem ſub anulo Piſcatoris die x. Decembris MCXXVIII. Pontificatus noſtri anno VI. M. A. Maraldus.*

Privilegiũ Ladislai poſt mortem Petri de Tarſaris.

Tandem Petrus Abbas poſt egregie adminiſtratam pluribus annis Abbatiam Caſſinenſem die 4. Junii 1395. obiit, illique anno ſequenti die 22. Junii ſuffectus eſt a Bonifacio nono Henricus Thomacellus. Ne vero hac Petri morte detrimenti aliquid cœnobium Caſſinenſe ab invidis, ſceleſtiſque hominibus pateretur, ſollicitus Ladislaus hanc dedit epiſtolam. *Ladislaus Dei gratia Hungaria, Hieruſalem, Sicilia, Dalmatia, Croatia, Rama, Servia, Galitia, Lodomeria, Cumaria, Bulgariaque Rex, Provincia, & Forcalquerii, ac Pedimontis Comes univerſis, & ſingulis preſentes litteras inſpecturis, tam preſentibus, quam futuris. Commiſſi nobis officii cura debet eſſe pracipua ut ſacras edes, & perſonas Dei obſequio deputatas in illis juſtis favoribus protegamus, & tunc preſertim decet illarum defenſionem aſſumere, cum preſidio, indigent paſtoris gubernaculo deſtituta. Vacante itaq; nuper venerabili, & ſacro monaſterio Caſſinenſi per mortem bona memoria Petri Tartari de Urbe ipſius monaſterii ultimi Abbatis, & regni Sicilia Cancellarii. Nos nedum monaſterium, ac ejus terra ſubditi, & vaſſalli ob paſtoris, & gubernatoris carentiam leſionem, aut aliquod poſſent incurrere detrimentum pradeceſſorum noſtrorum Jeruſalem & Sicilia Catholicorum regum veſtigiis inharentes, ac habentes ad glorioſiſſimum confeſſorem S. Benedictum, cujus beatis manibus dictum monaſterium inchoatum, & conſtructum, & ſui benedicti corporis meritis, quod ibi in pace ſepultum eſt, ſuſcepit, & ſuſcipiet cotidie incrementa ſingularis devotionis affectu pradicti monaſterii praſertim illius ſede vacante, & conventus, ac Fratrum ipſius pradictorumq; ſubditorum, & vaſſallorum, eorumdemque bonorum, & rerum ſpecialem defenſionem, & protectionem ſuſcepimus, atque curam, ac recepimus per preſentes, ea propter preſentium ſerie Comites, Barones terrarum, univerſitates, aliosque noſtros vaſſallos officiales, devotos, & fideles, nec non gentes armigeras earumque Capitaneos, & caporales ad noſtra, & dictorum noſtrorum fidelium ſtipendia, & ſervitia commorantes requirimus, & ortamur ipſis nihilominus injungentes, quatenus ob devotionem, & reverentiam dicti confeſſoris, ac noſtro reſpectu, dictum monaſterium, ejuſque conventum Fratres, ſubditos, vaſſallos, & bona ſuſcipiant in omnibus propenſius, & efficaciter recommiſſa, ipſaſque, & ipſa nullatenus moleſtent, vel offendant. Quinimo defendant, & protegant a quorumcumque injuris, moleſtiis, offenſionibus, & oppreſſionibus poſſetenus tueantur, canti ne pramiſſorum contrarium faciant ſicut habent gratiam noſtram caram, & indignationem deſiderant evitare. In cujus rei teſtimonium preſentes litteras fieri fecimus, & magno pendenti majeſtatis noſtra ſigillo juſſimus communiri. Datum Sulmona per virum nobilem Gentilem de Merolinis de Sulmona legum doctorem magna noſtra curia magiſtrum Rationalem, locumtenentem logotheta, & Prothonotarii regni Sicilia conſiliarium, & fidelem noſtrum dilectum. Anno Dñi milleſimo trecenteſimo nonageſimo quinto. Die decimo menſis Julii tertia indictionis regnorum noſtrorum anno nono, de curia Antonino, nihil R. Regiſtrata in Cancellaria penes Prothonotarium.* Adeſt ſigillum pendens.

Sulmonæ hoc privilegium eſt datum, ubi Ladislaus hoc tempore degebat. In Aprutium enim perrexerat, Aquilam, aliaque oppida recuperaturus. Conſtat id quidem edicto Margharitæ reginę, quo magno regni Juſtitiario, judicibus magnę curiæ, & juſtitiario provinciæ Terræ laboris die 27. Julii anni 1395. jubet, ut cœnobio Caſſinenſi jus exigendi vectigal quartucii ratum haberetur. *Margarita Dei gratia Hungaria Jeruſalem, & Sicilia Dalmatia, Croatia, Rama, Servia, Galitia, Lodomeria Comania, Bulgariaque Regina &c. Fideli-*

Digitized by Google

*delitati veſtra preſentium tenore de certa noſtra ſcientia, Vicariatus auctoritate, qua fungimur, commictimus &c. dictum monaſterium, ſeu prafatos Vicarium, Priorem, & Conventum, & quoſcumque alios ipſius monaſterii nomine tenentes, & poſſidentes dictam cabellam tam in ipſius poſſeſſione quam quorumcumque aliorum bonorum, & jurium, qua juſte, & rationabiliter eos tenere, & poſſidere reppereritis, ſeu alter veſtrum reppererit &c. manuteneatis juſtis veſtris praſidiis, & pariter defendatis &c. Nos permictentes eos ſuper poſſeſſione pradicta, & perceptione, jurium fructuum, & redditumm dicta cabella, & caterorum bonorum pradictorum per quoſvis turbatores illicitos indebite moleſtari. Audentes in contrarium per penarum impoſitiones, & exactiones earum pro regia curia ſi in eas inciderint aliaque opportuna, & debita juris remedia ab inde deſiſtere compeſcentes, pecuniam vero totam ex penis ipſis forſita proventuram, ſimul ac proceſſu veſtro in pramiſſis habendo ad regiam cameram curabitis deſtinare. A praſentibus autem Fractenſes excludimus, contra quos in eo, in quo forſan generaliter vel ſpecialiter tangerentur, nibil per vos volumus innovari, ſed eo in ſtatu, & diſpoſitione manere, in qua a tempore receſſus Regis de partibus iſtis in Aprutium remanſerunt, &c. Datum Cajeta per virum nobilem Angelum de Urſo de Cajeta juriſperitum, regis & noſtri hoſpitii judicem, noſtraq; curia, Preſidentem, Conſiliarium, & fidelem noſtrum dilectum anno Domini 1395. die 27. menſis Julii tertia indictionis regnorum dicti regis anno nono, &c.*

Ex originali in Archivo.

Oppida quædam Caſſinatibus reſtituta.

Initio anni 1396. Roſtainus Cantelmus Albeti Comes hoc edidit teſtamentum, quo juſſit oppida a ſe occupata cœnobio Caſſinenſi reſtituerentur. *In nomine Domini Amen. Anno a Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti 1396. die 17. menſis Januarii quarta Indictionis, apud caſtrum Pereti, in curia dicti caſtri, videlicet in Turri, & in ſala majori ejuſdem turris, Regnante ſereniſſimo D. noſtro Ladislao Dei gratia inclito Hungaria, Jeruſalem, & Sicilia &c. rege &c. Nos Petrus Palotii de dicto caſtro Pereti Annalis judex dicti caſtri litteratus, Nicolaus Petri Boni bominis de dicto caſtro in Juſtitiariatu Aprutii ultra, & citra flumen Piſcaria publicus reginali auctoritate notarius, & teſtes ſubſcripti, ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati &c. Preſenti publico ſcripto declaramus, notum facimus, & teſtamur, quia humana fragilitatis conditio inhevitabilis mortis eveneto eſt ſubiecta, cujus eventus tam ſenes, quam juvenes ad ultimum diei terminum de neceſſitate producit, & inopinata venit, itaquod nemo eſt, qui ſcire valeat ultimum ſuum diem, idcirco nulli Mundi deceptionibus inbarentes, intantum de preſenti vita confidunt, quod mortis eventus ſibi non cogitant imminere, poſtea eorum advenientę termino, inteſtati decedunt, & bona propria ipſorum eorum ſaluti non proſunt, ſed poſteris generant, inſtitutam materiam jurgiorum. Quapropter vir magnificus, & potens Roſtainus de Cantelmis ſanus corpore, ac mente compos, cupiens evitare pradicta, exiſtens tamen captivus in Rocca Pereti, de mandato magnifici, & potentis principis D. Jacobi de Urſinis Comitis Talliacotii & in periculo mortis conſtitutus, nolens inteſtatus decedere, de bonis, & rebus ſuis nuncupativum, quod de jure civili dicitur ſine ſcriptis, condidit Teſtamentum in hunc modum.*

Ex originali in Archivo.

*Et quia beredis inſtitutio caput, & fundamentum eſt totius teſtamenti, ante omnia inſtituit ſibi heredes ſuos magnificum virum D. Berlengherium Antonellam, & Mariam de Cantelmis germanos ſuos quemlibet ipſorum, aut quamlibet ipſarum in equali portione. Et inter alia multa, qua ipſe teſtator in ſuo teſtamento diſpoſuit & ordinavit dixit, voluit, juſſit, atque mandavit teſtator prafatus, quod reſtituantur terra, & caſtra, & Beneficia Abbatia Caſſinenſi, & reprocuretur cum jure, & paçe caſtrum Rocca de Albano, & ſi conſors ſua voluerit dictum caſtrum ſolvat quincentos ducatos, & ſit ſuum, non prajudicando tamen heredibus ſuis pradictis, quos quidem rogat, ut conſentiant, & de illa pecunia, qua ſolvetur fiat ſicut determinabunt teſtamentarii, aut ejus executores, & certam partem Rocca pradicta, dixit, non emiſſe, & ideo conſervetur cuicumque patrono fuerit dicta pars dicta Rocca, quem patronum dixit ipſum ignorare. Item reliquit, voluit, & mandavit, dicti ſui teſtamenti executores, & fideicommiſſarios ſuos eſſe D. Johannam de Marzano conſortem ſuam, D. Berllengherium de Cantelmis germanum ſuum, Antonellam, & Mariam de Cantelmis ſorores ſuas & ipſos pradictos teſtamentarios, vel eſecutores acceptavit, & confirmavit, ſperans propter dilectionem, & charitatem ipſorum, & ipſarum quod bene erunt operati, & ſollicite pro ſalute anima ſua, et hanc aſſeruit eſſe ultimam ſuam voluntatem, et ultimum ſuum teſtamentum etc.* Hujuſce Roſtaini meminit Taulerus in memoriis Hiſtoricis civitatis Atinæ p. 116. & ſeqq., & p. 118. Berengarii Cantelmi. Ciarlante in memoriis hiſtoricis Samnii p. 407. Roſtainum appellat Raymundum.

Præfectus S. Angeli conſtitutus.

Anno 1397. Henricus Thomacellus Caſſinenſis Abbas caſtellanum caſtri S. Angeli conſtituit Bartholomæum Paſſarum de Benevento, ut hiſce literis conſtat; in ejus primo regeſto p. 26. exaratis, in quibus legitur etiam bella adhuc eo tempore in Abbatia Caſſinenſi perduraſſe. *Fr. Henricus Thomacellus de Neapoli Dei, et apoſtolica ſedis gratia humilis Abbas ſacri monaſterii Caſſinen. etc. nobili viro Bartholomao Paſſaro de Benevento caſtellano, et officiali noſtro in caſtro S. Angeli familiari noſtro dilecto ſalutem. Decet nos circa cuſtodiam ſollicitam terrarum, et locorum noſtrorum Caſſinenſium, et incolarum ipſorum regimen ſalubre attentis oculis vigilare per quod valcant reddi noſtri fideles ab occurrentibus ſiniſtris caſibus tutiores. Sane ad caſtrum noſtrum S. Angeli, gerentes non modicum dilectionis affectum eidem caſtro, et fidelibus noſtris ejuſdem libenter virum praponimus, qui eos dirigat, et gubernet, et in hoc guerrarum pernicioſo tempore, ac incurſibus hoſtium quam poſſit ſalubrius tueatur. De tuis igitur fide, ſollicitudine, et prudentia in multis arduis comprobata, plenam in Domino fiduciam aſſumentes, ſperanteſque indubie, quod ea, qua tibi duxerimus committenda, exequaris ſollicite, et prudenter. Te caſtellanum, et officialem noſtrum ſuper regimine, et gubernatione dicti caſtri, et ſui territorii, et incolarum ejuſdem, conſtituimus, ordinamus, et tenore preſentium deputamus. Tibi caſtrum ipſum, et ejus incolas, et homines gubernandi, regendi, et ordinandi, et eis mandandi, inobedientes vero puniendi, et caſtigandi, et ſi opus fuerit carcerandi, cuſtodias tam diurnas, quam nocturnas excubias ponendi, et ordinandi, prout tibi videbitur expedire, et omnia, et ſingula faciendi,*

*gerendi & exercendi, quæ ad hujuſmodi caſtellaniæ, & cuſtodiæ officium pertinere quomodolibet dignoſcuntur, & quæ pro bona cuſtodia, & regimine dicti caſtri pro honore, & ſtatu noſtro, & Caſſinenſis monaſterii cognoveris expedire. Poteſtatem, & authoritatem plenariam uſque ad noſtrum beneplacitum, & mandatum concedimus per præſentes &c. Inſuper univerſis, & ſingulis hominibus dicti loci fidelibus noſtris, baliſtariis, & peditibus quibuſcumque in dicto caſtro morantibus, nunc, ac etiam in futurum, quatenus tibi in omnibus obediant tamquam nobis. Tu autem dictum tibi commiſſum officium ſtudeas, tamſollicite, & prudenter exercere, quod dictum caſtrum, & ejus incolæ ad fidelitatem, & obedientiam noſtram, & dicti Caſſinenſis monaſterii valeant conſervari, & ſub tuo regimine augeri &c. In quorum teſtimonium præſentes tibi fieri mandavimus noſtri ſigilli rotundi impreſſione munitas. Datum in ſacro noſtro monaſterio Caſſinenſi, die 15. menſis Februarii quintæ inditionis.*

Oſtendimus jam alibi plurium teſtium aſſertione Abbatiæ Caſſinenſis ſubditos cum bona ſua adulia diverſuri venderent, tertiam pretii partem cœnobio noſtro reddidiſſe. Eam rem mire confirmant hæ duæ Henrici Abbatis apochæ, quas ex ejus primo regeſto pag. 28. damus. *Nos Frater Henricus Abbas &c. tenore preſentium confitemur, habuiſſe, & recepiſſe a D. Eliſabetta relicta qm. Joannis Rentii, de S. Germano dante, & ſolvente manualiter decem uncias pro tertiaria nobis, & noſtræ cameræ Caſſinenſis monaſterii debita pro emptione per eam facta a D. Franciſco de S. Germano de domibus cum horto dicti D. Franciſci ſitis in civitate S. Germani, juxta viam publicam a duabus lateribus, juxta domos Riccardelli, & muros civitatis S. Germani, & aliorum laterum, & confinium pro pretio triginta unciarum, de quibus quidem decem unciis tertiariæ prædictæ dictam D. Eliſabettam, & ſuos heredes, & ſucceſſores abſolvimus, quietamus, & tenore preſentium liberamus. Mandantes harum ſerie Vicario, magiſtris maſſariis, theſaurario, cæteriſque officialibus noſtris preſentibus, & futuris, quatenus dictam D. Eliſabettam, & ſuos heredes, & ſucceſſores in perſona vel bonis ex dicta cauſa, & prætextu hujuſmodi tertiariæ inquietare non audeant, vel modo aliquo moleſtare. In quorum teſtimonium, & noſtri, & noſtrorum ſucceſſorum certitudinem, & dictæ D. Eliſabectæ & ſuorum heredum, & ſucceſſorum cautelam preſentem apodiſſam fieri fecimus noſtro ſigillo munitam, ac ſubſcriptam propria manu noſtra. Datum in ſacro noſtro monaſterio Caſſinenſe 1397. Indictione quinta, die 21. menſis Februarii, pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris, & D. D. Bonifacii Papæ noni anno octavo.*

Tertia pars venditorum bonorum a ſubditis cœnobio noſtro ſoluta.

*Nos Frater Henricus Abbas &c. tenore preſentium confitemur habuiſſe, & recepiſſe quatuordecim ducatos auri ab Henrico filio qm. Bacci de S. Germano dante, & ſolvente nobis pro ſe, & vice, & nomine D. Helenæ ſuæ matris, & ſuorum Fratrum carnalium natorum qm. dicti Bacchi pro reſiduo tertiariæ per dictos Henricum ſeu dictam D. Elenam, & dictos ſuos fratres debitæ nobis, & noſtræ cameræ Caſſinenſi de una terra ſita in territorio ſancti Germani in loco ubi dicitur ad Pratu juxta viam publicam a duabus partibus &c. Item de alia terra ſita in eodem territorio, ubi dicitur S. Leone juxta viam publicam &c. emptis qm. per dictam D. Elenam uxorem qm. dicti Bacci a Cicco, & Bicto Muſtaca de Gaeta heredibus qm. Pinerſii Muſtacæ de Gaeta, & nobilis mulieris qm. Domnæ Mariæ Ferraimone de S. Germano pro pretio viginti unciarum. De quibus quidem quatuordecim ducatis reſidui tertiariæ prædictæ non ſolutis hactenus dictos Henricum, & Fratres ejus, & dictam D. Elenam, & ſuos heredes abſolvimus &c. mandantes harum ſerie Vicario, Theſaurario, magiſtris maſſariis, ceteriſque officialibus, & executoribus noſtris preſentibus, & futuris, quatenus dictum Henricum, & fratres ejus, ſeu dictam D. Elenam & eorum heredes in perſona, vel rebus deinceps occaſione dicti reſidui dictæ tertiariæ inquietare, vel moleſtare non audeant quoquo modo. In quorum teſtimonium, & noſtri, ac noſtrorum ſucceſſorum certitudinem, & dictorum Henrici, & fratrum, & dictæ D. Elenæ & ſucceſſorum ſuorum cautelam præſentem apodiſſam fieri fecimus noſtri ſigilli impreſſione munitam ac ſubſcriptam propria manu noſtra. Datum ut ſupra &c.*

Ejuſdem generis apocha legitur in eodem Regeſto p. 32. a t., & in apocha anno 1399. facta p. 74. hæc leguntur. *Quod præſentialiter & manualiter recepimus &c. a Judice Nicolao &c. dante & ſolvente nobis per manus notarii Nicolai Carmaini de Neapoli noſtri Commiſſarii per nos deputati, circa recollectionem tertiariarum pro parte noſtræ cameræ Caſſinenſis uncias tres de carlenis argenti pro tertiaria debita per eundem Judicem &c. noſtræ cameræ Caſſinenſis pro certis bonis venditis per eum &c. ſitis in Territorio Abbatiæ Caſſinenſis &c.* p. quoque 103. & 201. a t. ejuſdem regeſti ſimiles Apochæ leguntur.

Conſtituit etiam Henricus Abbas vectigalium omnium Abbatiæ Caſſinenſis collectorem notarium Nicolaim Carmeni Neapolitanum hiſce literis ex ejus cit. regeſto p. 34. *Fr. Henricus Thomacellus &c. prudenti viro notario Nicolao Carmeni de Neapoli habitatori civitatis S. Germani &c. ſalutem in Domino &c. Te in tota noſtra Abbatia Caſſinenſi, & civitate, terris, caſtris, & locis infra ambitum ejuſdem Abbatiæ ſiſtentibus officialem, exactorem, & perceptorem noſtrum, noſtreque cameræ Caſſinenſis generalem collectorem focularium ipſius Abbatiæ uſque ad noſtrum beneplacitum, & mandatum facimus, conſtituimus tenore preſentium deputamus, dantes, & concedentes tibi harum ſerie plenam licentiam, & liberam poteſtatem dicta focularia inquirendi, revidendi, renovandi, & corrigendi, & augendi, ſi opus fuerit, ne noſtra camera Caſſinenſis valeat defraudari, prout tibi melius videbitur expedire, ipſamque collectionem, & focularia, prout regii, & officiales, & erarii curiæ hac exigebant exigendi, petendi, & percipiendi ab omnibus, & ſingulis fidelibus, & vaſſallis dictæ Abbatiæ ſecundum conſuetudinem uſitatam nec non male ſolventes gravandi, & pignorandi, & per omnem modum poſſibilem cohercendi. Quo circa univerſis & ſin-*

Collector vectigaliũ in Abbatia Caſſinenſi.

Digitized by Google

*& ſingulis hominibus, & perſonis fidelibus, & vaſſallis noſtris, & monaſterii Caſſinenſis expreſſius ponimus in mandatis quatenus tibi tamquam noſtro officiali, & executori recipiant nomine noſtro & noſtra camera Caſſinenſis hujuſmodi collectionem focularium ſecundum conſuetudinem ſingulis menſibus ſolvant, & aſſignent, prout, & ſicut hactenus officiali, & commiſſario regio perſolvebant, tibique obediant in prædictis tamquam perſona noſtra. Mandamus inſuper omnibus, & ſingulis officialibus, Caſtellanis, Capitaneis, idiotis, & ſervientibus dictorum caſtrorum, vel locorum, quatenus tibi in prædicta exactione aſſiſtant favoribus, & auxiliis opportunis. Ut cum ad prædicta eos requiſiveris noſtri parto atque de ſacōta., & ſocietate provideant, ut de loco ad locum ſecurius valeas te conferre &c. in quorum teſtimonium &c. Datum in ſacro noſtro monaſterio Caſſinenſi 1397. indictione quinta die 15. menſis Martii.* Hæc autem fiſci vectigalia a Ladislao rege Abbati Henrico conceſſa, quo milites in ſui cuſtodiam aleret conjectamus ab exemplo Petri de Tartaris.

Atque magiſtratus oppidi Fractarũ.

Paulo poſt idem Ludovicus magiſtratus evaſit oppidi Fractarum ex laud. regeſto p. 39. *Fr. Henricus Thomacellus &c. Nobili viro Ludovico Stephani de S. Gemino, conſanguineo noſtro dilecto ſalutem &c. Sane ad caſtrum noſtrum Fractarum gerentes non modicum dilectionis affectum eidem caſtro, & fidelibus vaſſallis noſtris ejuſdem libenter virum idoneum proponimus, qui eos in abſentia nobilis viri Tartari Thomacelli germani noſtri &c. dirigat, & gubernet, ut in hoc perricioſo tempore ab incurſibus hoſtium quam fieri poterit tutius tueatis &c. Te capitaneum, & officialem noſtrum ordinamus, regimen, & gubernationem dicti caſtri ejuſque territorii, & incolatus uſque ad adventum præfati noſtri germani, & ab inde in antea quouſque eidem germano noſtro placuerit conſtituimus, & tenore præſentium deputamus, tibi caſtrum ipſum, & ejus incolas, & homines dicti caſtri gubernandi, regendi, & manutenendi in obedientia, & fidelitate noſtra, & noſtri monaſterii Caſſinenſis, & inobedientes tibi corrigendi & caſtigandi, eis penam, & banna auferendi, & ſi opus fuerit carcerandi jus, & juſtitiam, miniſtrandi, nulla perſonarum facta exceptione, cuſtodias ponendi, & ordinandi in dicto caſtro, & extra, & omnia alia, & ſingula faciendi &c. & exequendi, quæ pro honoris noſtri augumento, & ſtatu, & conſorvatione fidelitatis dicti caſtri videris, & cognoveris expedire, liberam tibi concedimus poteſtatom, committentes tibi in prædictis totaliter vices noſtras. Mandantes harum ſerie univerſis, & ſingulis hominibus dicti caſtri, quatenus ad hujuſmodi capitaneatus officium recipiant, & admittant, tibique in omnibus, & ſingulis quæ ad ipſum officium ſpectant, & pertinent efficaciter, in quantum habent gratiam noſtram caram obediant, & intendant. Nos autem quæ in ipſo tibi commiſſo officio, & circa ipſum rite geſſeris, rata gerentes & firma, faciemus illa auctore Domino inviolabiliter obſervari &c. In quorum teſtimonium &c. Datum in noſtro ſacro monaſterio Caſſinenſi 1397. indictione quinta, & die primo menſis Maii.*

Magiſtratus in oppido S. Petri in fine.

Magiſtratum etiam in oppido S. Petri in fine creavit Henricus Abbas Agnellum de Angelo a Neapoli, ut ex cit. regeſto p. 44. a t. *Henricus Thomacellus &c. Venerabili viro D. Anello Angeli de Neapoli dilecto familiari noſtro ſalutem &c. Te capitaneum caſtri noſtri S. Petri in fine fidelis Caſneñ. uſque ad noſtrum beneplacitum, & mandatum conſtituimus, facimus, & tenore preſentium deputamus. Tibi dictum caſtrum, & fideles noſtros homines ipſius caſtri ad honorem, & fidelitatem noſtram, & dicti noſtri monaſterii Caſſinenſis regendi gubernandi, manutendendi, cuſtodias ponendi, & ordinandi, inobedientes puniendi, & caſtigandi, & omnia alia, & ſingula faciendi, & exercendi, quæ ad ipſius capitaneatus officium pertinent, & ſpectant, ac noveris expedire, plenam licentiam, & poteſtatem tibi concedimus per preſentes, comittentes tibi circa regimen, & gubernationem dicti caſtri hominum, & perſonarum ipſius totaliter vices noſtras, mandantes harum ſerie univerſis, & ſingulis hominibus ipſius caſtri noſtris fidelibus, quatenus in omnibus, & ſingulis, quæ ad hujuſmodi capitaneatus officium ſpectare noſcuntur, tibi obediant tamquam nobis, in quantum habeant gratiam noſtram caram. Nos autem quæcumque rite feceris in prædictis rata gerentes, et firma, faciemus illa auctore Domino inviolabiliter obſervare etc. Datum in ſacro monaſterio noſtro Caſſinenſi ſub noſtro ſigillo rotundo, et ſubſcriptione propria manus, die ſexto menſis Auguſti, quinta inditionis.*

*Differt.*

Caſtellanus, & Gubernator Cucurutii cõſtitutus.

Conſtituit quoque Henricus Abbas caſtellanum, & gubernatorem Cucurutii Nicolaum Siginulfi a Neapoli hiſce literis, quæ p. 45. a t. cit. regeſti extant. *Henricus Thomacellus etc. Nobili viro Nicolao Siginulfo de Neapoli conſanguineo noſtro capitaneo, et caſtellano caſtri noſtri Cucurutii ſalutem. De fide legalitate nobilitate, et ſollicitudine tuis, quas cognovimus ab experto, plenam in Domino fiduciam obtinentes, ac ſperantes indubie, quod quæ tibi committenda duximus diſcrete, et ſollicite exequeris, te capitaneum, et caſtellanum dicti noſtri caſtri Cucurutii ejuſque Territorii, et diſtrictus fideles Caſſinenſes uſque ad noſtrum beneplacitum, et mandatum conſtituimus, facimus, et tenore preſentium deputamus, tibi dictum caſtrum, et homines ipſius fideles noſtros, et dicti noſtri monaſterii ad honorem, et fidelitatem noſtram, et dicti noſtri monaſterii Caſſinenſis regendi, gubernandi, manutenendi, et defendendi, ac cuſtodiendi, et protegendi, excubias ponendi, et ordinandi, inobedientes puniendi, et caſtigandi, et omnia alia, et ſingula faciendi, et exercendi, quæ ad ipſius capitaneatus, et caſtellaniatus officium pertinent, atque ſpectant, et noveris expedire plenam licentiam, et poteſtatem concedimus per preſentes etc. mandantes harum ſerie univerſis hominibus, et ſervientibus ipſius caſtri noſtris fidelibus quatenus in omnibus, et ſingulis, quæ ad hujuſmodi capitaniatus, et caſtellaniatus officium ſpectare noſcuntur, tibi obediant tamquam nobis in quantum habeant gratiam noſtram caram. Nos autem quæcumque rite feceris in premiſſis rata grata firma & faciemus illa inviolabiliter obſervari &c. Datum in ſacro noſtro monaſterio Caſſinenſi ſub noſtro ſigillo rotundo, & ſubſcriptione propria manus anno Dñi 1397. Die quinta decima menſis Auguſti quinta indictionis.*

Benedictus quidã nothus vaſſallus Caſſinatiũ evadit.

Cum falſo nothus quidam Archipresbyteri Pediſmontis filius crederet forum ſibi Patris competere, exemplo a legitimis filiis clericorum conjuga-

jugatorum ducto, de quorum immunitate agit Pignatellus To. I. Conſult. 99. nu. 7. & ſeqq. ejuſque epitomator Paſcucius p. 341., cœnobio Caſſinenſi hoc ſeſe inſtrumento an. 1398. a notario Archangelo Reatini a Spoleto rogato ſubdidit: *In nomine Domini Amen. Anno Domini 1398. indictione ſexta &c. & die vigeſimo Januarii; Per praſens publicum documentum pateat univerſis quod conſtitutus perſonaliter coram R. in Chriſto P. & D. D. Henrico Thomacello &c. Benedictus natus preſbyteri Johannis Archipresbyteri caſtri Pedimontis Aquinatis diœceſis videns quod dictus presbyter Johannes ejus pater eſt ſubditus, clericuſve epiſcopi Aquinatis, timens propterea, ne directe, vel indirecte per dictum epiſcopum Aquinatem vocari poſſit, requiri, vel aliqualiter moleſtari, optans totaliter ſubici dominio Caſſinenſi, ſe, ac ſuos hæredes, & perpetuus Vaſſallus dicti monaſterii vivere, atque mori, nullo ductus errore, vi, vel metu libera ſua ſponte, & eo modo, via, jure, & forma quibus melius fieri potuit, ſubmiſit ſe, & ſuos filios & ſucceſſores in perpetuum dominio Caſſinenſi aſſerens, & promittens ſe deinceps . . . . fidelem, & devotam obedientiam, & reverentiam prefato D. Abbati, & ſucceſſoribus ſuis, & dicto monaſterio Caſſinenſi praſtare, & exhibere, & dicti D. Abbatis, & monaſterii perpetuum dominium recognoſcere fideliter, & devote. Qui D. Abbas de conſenſu, & voluntate Fratruum ſuorum, & totius capituli more pii patris, & domini apertis bracchiis dictum Benedictum ibidem praſentem genuflexum, & ſupplicantem in ſubditum fidelem, & vaſſallum dicti monaſterii Caſſinenſis recepit admiſit, & aliorum ſubditorum fidelium & vaſſallorum Caſſinenſium conſortio benigniter aggregavit volens, & mandans dictus D. Abbas quod illis honoribus, & gratiis, & immunitatibus gaudeat, quibus gaudent, & potiuntur univerſaliter alii Caſſinenſes vaſſalli, atque fideles. Qui Benedictus poſt predicta exiſtens genuflexus coram prefato D. Abbate ibidem preſente, & recipiente pro ſe, & ſucceſſoribus, & nomine, & vice dicti monaſterii praſtitit in manibus ipſius D. Abbatis recipientis nominibus quibus ſupra, fidelitatis, & vaſſallagii Juramentum manu tactis corporaliter ſcripturis in hac forma videlicet. Ego Benedictus filius presbyteri Johannis Archipresbyteri caſtri Pedimontis ab hac hora in antea cum filiis ex me deſcendentibus verus vaſſallus ſubditus, & fidelis beato Benedicto, monaſterio Caſſinenſi, & prafato R. D. meo, D. Henrico Thomacello de Neapoli Abbati Caſſinenſi, & ſucceſſoribus ejus nunquam ero in conſiliis, conſenſu, vel tractatu, dictis, vel factis, contra dictum monaſterium, & prafatum D. Abbatem, & ejus ſucceſſores, ſed potius omnem tractatum, & conſpirationem, & conjurationem factam &c. contra ſtatum dicti monaſterii, & prafati D. Abbatis, & ſucceſſorum ejus, tam in dicto caſtro Pedimontis, quam ubilibet per terras, caſtra, & loca, Abbatia ſtatim ſignificabo &c.* (conſueta juramenti verba ſequuntur) *quo facto prafatus D. Abbas nominibus quibus ſupra, de conſenſu, & voluntate dictorum Fratrum recepit dictum Benedictum ad pacis oſculum, & hoc ideo fecit dictus Benedictus, quia prafatus D. Abbas de conſenſu, & voluntate ipſorum Fratrum voluit, & ex nunc ſibi conceſſit quod poſſit, & valeat ſuccedere in bonis paternis, & maternis, & quod exemit, & liberavit dictum Benedictum, & ejus filios ex eo deſcendentes legitime ab omni onere realis ſervitutis, ut puta grani, vini, ordei, & gallinarum, ad quam ſervitutem tenentur alii vaſſalli dicti caſtri Pedimontis, quia voluit dictum Benedictum, & dictos deſcendentes ab eo abſolutos, & liberatos, volens, & mandans prafatus D. Abbas, quod ad pradicta ſervitia, & onera ſumenda per officiales, & magiſtro maſſarios Caſſinenſes nullatenus debeant moleſtari de gratia ſpeciali, & quia promiſit dictus Benedictus pro ſe, & dictis ſuis heredibus dare, & ſolvere perpetuo annuatim in feſto omnium ſanctorum duos carlenos argenti theſaurario Caſſinenſi rogans me, & mandans prafatus D. Abbas, & dictus Benedictus, ut de pradictis publicum conficerem inſtrumentum. Actum in ſacro monaſterio Caſſinenſi in camera turris cubiculi prafati D. Abbatis, preſentibus venerabilibus viris Fratre Ambroſio Abbate S. Sophia, Fratre Angelo Abbate S. Honorati Lirinenſis, & Abbate Johanne . . . . . teſtibus ad pradicta vocatis adhibitis, & rogatis. Et ego Arcangelus &c.* Hinc colligitur diſpenſaſſe Abbatem Caſſinenſem quoad illegitimos, ut in bonis paternis, materniſque ſuccederent, atque Pediſmontanos quandam frumenti, vini, ordei &c. quantitatem ſolviſſe, a quo reali onere illi tantum eximerentur, quos voluiſſet Caſſinenſis Abbas.

*Juramentum Benedicti Pediſmontis.* — *Abbatis S. Sophiæ, & S. Honorati Lirin.*

Subditorum vero utilitati, & commodis conſulturus Henricus Abbas, Vicarium in temporalibus generalem conſtituit Angelum de Vallate virum apprime doctum hiſce literis ex cit. regeſto p. 55. *Henricus &c. Dilecto nobis in Chriſto egregio legum doctori D. Angelo de Vallatis de Urbe Vicario Caſſinenſi in temporalibus ſalutem in Domino &c. Te igitur Vicarium generalem noſtrum, & noſtra Caſſinenſis Abbatia, ac noſtra curia in temporalibus uſque ad noſtrum beneplacitum authoritate noſtra &c. tenore preſentium deputamus, Civitates, terras, caſtra, & loca, vaſſallos, incolas, habitatores eorundem, nomine noſtro, ad honorem & fidelitatem noſtram, & dicti noſtri monaſterii Caſſinenſis regendi, gubernandi &c. civiles, & criminales cauſas audiendi, examinandi, & eis procedendi &c.* Ideo ab Henrico Abbate comma illud hic poſitum credimus, *& criminales cauſas*, quod cœnobium Caſſinenſe pluribus anni diebus juriſdictionem criminalem in univerſa ditione ſua exerceret, ac quotidie juriſdictionem quaſi criminalem quibuſdam in caſibus, ut infra oſtendemus.

*Vicarius Generalis in temporalibus conſtitutus.*

Publicata aliquot bona cujuſdam cœnobio Caſſinenſi perduellis Henricus Abbas Corteſi de Nicolao Vizzaccaro conceſſit hiſce literis ex ejus regeſto pag. 63. a t. *Henricus etc. Dilecto nobis in Chriſto Corteſi Nicolai Vizzaccari de Pedemonte fideli noſtro dilecto ſalutem in Domino, etc. Volenteſque perſonam tuam pro merito, et ſervitiis tuis alicujus retributionis rependio premiare, omnia bona ſtabilia Cicci qm. Notarii Gualguani de villa Pedimontis rebellis noſtri, et noſtri monaſterii Caſſinenſis ſita in territorio Pedimontis ubicumque ſiſtentia ſuis finibus limitata, tibi tenore preſentium gratioſe donamus, tradimus etc. ad habendum tenendum uſque ad noſtrum beneplacitum tantum, et non aliter, et ex nunc te de pradictis bonis in noſtra preſentia conſtitutum per anuli noſtri traditionem preſentialiter inve-*

*Bona publicata alteri conceſſa.*

*inveſtimus, et ut ipſorum bonorum poſſeſſionem facilius aſſequaris cum effectu etc. Damus expreſſius in mandatis dilecto in Chriſto filio noſtro presbytero Bertoldo de Pedemonte magiſtro Maſſario noſtro in Pedemonte predicto, ut te eorundem tenore preſentium in poſſeſſionem dictorum bonorum corporaliter inducat, inductumque defendat, et faciat ab omnibus Colonis etc. de fructibus, et aliis eorundem de cetero, et effectualiter integre reſponderi, in quorum omnium etc. Datum in noſtro ſacro monaſterio Caſſinenſi in hoſpitio turris noſtræ reſidentiæ ſub anno Domini 1398. die 21. Aprilis etc.*

Induciarũ Fidejuſſor fit Abbas Caſſinenſis.

Quo pactæ induciæ inter Jacobum Stendardum regni Mareſcallum, atque Jacobum, & Berlengerium Cantelmos Albeti comites ſtabiles eſſent, præſtes electus Henricus Caſſinatium Abbas, ut hiſce literis conſtat in cit. regeſto p. 70. *Nos Henricus Thomacellus etc. Pro ſtatu tranquillo totius patriæ Deo propitio pacem totis viſceribus cogimur amplexari, & qualibet removere ſcandala, & ſuſpiciones fortaſſe in ipſius pacis oppoſitum orienda. Hinc eſt, quod ad rogatum, & preces magnificorum virorum D. Jacobi Extendardi militis fidelis regiæ majeſtatis, ac Jacobi, & D. Berlengerii Cantelmi militis dictæ regiæ majeſtatis fidelium noſtras deberemus interponere partes, pro eiſdemque teneri hinc inde treugam dudum factam per nobiles viros D. Antonium Budecam de Averſa militem dictum Monachum, & notarium Rhaonem de Fraſſis officiales dicti D. Jacobi cum prædictis D. Jacobo, & D. Berlengerio promictimus, & pollicemur dictam treguam firmam intactam, & illibatam juxta ipſius continentiam, & tenorem per dictum D. Jacobum, ſuoſq; officiales ſtipendiarios, ſaccardos, vaſſallos, ſeu recomendatos obſervari, & obſervari facere realiter, & cum effectu, omni remoto colore, & ubi per dictum D. Jacobum, ejuſque officiales, ſtipendiarios, Saccardos, vaſſallos, ſeu recomendatos quomodolibet contra dictos magnificos viros Jacobum Cantelmi, & D. Berlengerium, ejuſque ſtipendiarios, Saccardos, vaſſallos, & recomendatos, eorumque bona aliquid contra treguam predictam attenderetur promictimus ſub fide nobilium, quod per ditam, & damnum inde executum curabimus pro poſſe reſtitui facere damnum paſſis, & ſi dicta præda poſt notificationem infra decem dies per dictos D. Jacobum, ejuſque officiales ſtipendiarios, vaſſallos, Saccardos, & recomendatos non reſtitueretur patronis, ſeu damna paſſis, ad requiſitionem ipſorum inimicabimus dictum D. Jacobum, & contra eum movemus, & faciemus guerram, una cum præfatis magnificis viris Jacobo, & D. Berlengerio ſupradictis, quouſque fiet reſtitutio ipſorum illatorum damnorum. Unde ad ipſorum Jacobi, & D. Berlengerii cautelam preſentes noſtras promiſſionis, & pollicitationis litteras fieri mandavimus, ſigillo noſtro rotundo, quo utimur, & quo dudum ut Abbas S. Sophiæ utebamur, & ſubſcriptione propria manu munitas. Datum in S. Germano &c. die ſeptimo menſis Septembris ſeptima indictionis.* Ex hiſce literis patet Stendardum, atque Cantelmos fideles hoc anno regi Ladislao fuiſſe; & quidem a præcedenti jam anno Stendardus in regis gratiam fuerat acceptus opera Bonifacii noni Pontificis, qui regi etiam obſequentes reddidit Jacobum de Marzano Scillacii Comitem, Ducem Sueſſæ, & regni Ammiratum, Goffridum Marzano, Aliphanum Comitem, & magnum regni camerarium atq; Jacobum Urſinum Talleacotii Comitem, ut in ejus bulla videre eſt, relata a Raynaldo an. 1398. nu. 37. & ſeqq. Eruitur etiam Henricum fuiſſe S. Sophiæ Beneventi Abbatem.

Publicata quædã bona Guilelmo Seni reſtituta.

Anno 1399. Henricus Abbas bona quædam a prædeceſſore ſuo Petro publicata reſtitui curavit Guillelmo Seni Sangermanenſi, ut ex hiſce literis in citato regeſto p. 72. conſtat. *Henricus &c. Guilelmo Seni de civitate S. Germani dilecto fideli noſtro ſalutem in Domino. Delinquentes interdum percuſſos a noſtro prædeceſſore juſtitia ſuggerente poſt lapſum ipſos a nobis veniam implorantes, ad miſericordiæ gremium libet admictere, & eos proſequi gratia ſpeciali, moniti evangelico documento, beati miſericordes, quoniam miſericordiam conſequentur. Sane nobis humiliter ſupplicaſti, ut cum dudum ductus audacia juvenili aliqua contra ſtatum noſtri prædeceſſoris commiſeris cum aliorum plurimorum temeritate concurrens propterea te a dicta civitate diutius abſentaſti, & inde per eundem prædeceſſorem noſtrum fueris infraſcriptis tuis bonis contumaciter ſpoliatus &c.* Bona publicata numerantur, ac deinde ſubditur: *Et ipſa bona jam conceſſa fuerunt per noſtrum predeceſſorem prædictum, nonnullis ad ejus beneplacitum, & mandatum dignaremur tibi tuiſque heredibus, dicta bona reſtituere de gratia ſpeciali, cum intendas amplius non vagari, ſed in ipſa civitate ſub fidelitate noſtra, & monaſterii Caſſinenſis exercendo artem tuam trahere quamdiu vixeris incolatum. Nos vero, qui libenter in noſtris actibus miſericordiam amplexamur, errantes oves noſtras ad ſuum ovile reducere cupientes, ſic penitenti, & humilibus precibus noſtram gratiam imploranti tibi Guilelmo prædicto, tuiſque filiis, & heredibus quandiu in obedientia, & fidelitate noſtra, & dicti monaſterii, & noſtrorum ſucceſſorum perſtiteris, ſupradicta bona, omnia, & ſingula de mera noſtra liberalitate, ex certa ſcientia reſtituimus, & donamus, dummodo in operibus bonis, vel aliqua ipſorum non ſit alicui legitime jus queſitum, ac reſervantes in eis jura monaſterio Caſſinenſi, ſi quid haberet, ad habendum, tenendum, poſſidendum &c. Datum &c.*

Privilegiũ Franciſco Summo conceſsũ; & Guillelmo, atque Antonio Revele.

Quo probos, fideleſque ſubditos præmiis ſe afficere oſtenderet Henricus, conceſſit eodem anno Franciſco Summo Sangermanenſi ampliſſimum hoc privilegium ex cit. regeſto p. 80. in quo vectigalia leguntur a Sangermanenſibus cœnobio noſtro pendi ſolita. *Henricus Thomacellus de Neapoli &c. Nobili viro Cicco Summo de civitate S. Germani fideli, & familiari noſtro dilecto ſalutem in Dño, & ſinceræ dilectionis affectum. Probata jam fidelitatatis, & devotionis tuæ quas ad nos, & noſtrum ſacrum monaſterium Caſſinenſe gerere noſceris ſicut quotidie grata, & accepta ſervitia, quæ nobis, & dicto monaſterio impendiſti, & quæ continue preſentialiter præſtare non deſinis modo indefexo merito excitant mentem noſtram, ut Perſonam tuam, & tuorum filiorum, nepotumque, illa gratia proſequamur per quam dicta ſervitia præſtare, & in melius, & ferventius continuare proſequi valeas in futurum. Horum igitur conſideratione commoti, volentes, te pro meritis & ſervitiis ſupradictis alicujus condigne retributionis premiare rependio, ut*

bene-

Digitized by Google

*beneſeciſſe ceteris, aliique hujuſmodi exemplo ducti ad itidem peragendum ferventius animentur matura deliberatione prahabita, conſilioque diſcuſſo cum egregio legum doctore D. Angelo de Vallatis de urbe noſtro Vicario generali, nomine noſtro, & dicti noſtri monaſterii, & conventus Caſſinenſis, ac ſucceſſorum noſtrorum. Tibi tamquam benemerito, tuiſque filiis maſculis uſque ad tertiam generationem recta linea deſcendentibus concedimus, damus, & indulgemus de ſpeciali dono gratia immunitatem, libertatem, ac franchitiam omnium, & ſingulorum bonorum tuorum, & rerum tam mobilium, quam ſtabilium conſiſtentium in dicta civitate S. Germani, & ejus territorio, & ubilibet infra limites Abbatia Caſſinenſis in quibuſcumque terris, caſtris, villis, & territoriis, vocabulis, ac finibus, qua, & quas in preſenti tenes, & poſſides quocumque titulo, jure, vel cauſa, ſeu tenore, te poſſidere contingat in futurum uſque ad dictam generationem. Teque & dictos filios tuos uſque ad dictam generationem recta linea diſcendentes ab omni onere functionis, & dictis tuis filiis, uſque in dictum genus a qualibet annua preſtatione jure dominii noſtri, ſeu quocumque alio redditu debito nobis, & eccleſia Caſſinenſi, vel quibuſcumque membris ſubditis nobis, & eccleſia memorata nec non ab omni redditu decimarum, terraticorum, ſeu cenſuum, ad qua dicta tua, & tuorum filiorum uſque in dictum genus bona eſſent obnoxia ſeu quomodolibet obligata, vel ſubmiſſa auctoritate noſtra abſolvimus liberamus, & ex certa noſtra ſcientia relaxamus, & reddimus abſolutos, & ut pleniori ipſorum bonorum & rerum gaudeas exemptione, atque libertate volumus, quod nec decimam, nec terraticum, redditum, neque cenſum, Jus plateaticum, vel ſcafarum ſitarum in fluminibus Abbatia, nec glandaticum pro ſcrofis, ſeu decimam de agnis, ſeu herbaticum pro quibuſcumque animalibus groſſis, atque minutis, neque Procurationes, ſeu quaſcumque alias exactiones ſolitas pro tempore imponi per Caſſinenſes pralatos hominibus Abbatia, ſeu per alios quoſcumque officiales Caſſinenſes, tu tuique filii uſque in dictum genus ſolvere tenearis; Praterea, ut ſentias in te gratiam noſtram uberius habbundare, te, & dictos tuos filios, & deſcendentes, ut ſupra, ab omni ſolutione tertiaria emptionis cauſa, ſeu venditionis de ſpeciali dono gratia eximimus, ac liberamus, volumus tamen, quod pro recognitione, & memoria hujus beneficii, & gratia tenearis, & debeas tu, tuique filii, & deſcendentes ut ſupra ſolvere, & preſentare camera Caſſinenſi ſingulis annis in feſto B. Benedicti de menſe Martii unam libram cera. Quam gratiam, & beneficium pralibatum ad te, tuoſque filios, & deſcendentes, ut ſupra tranſire volumus pro omnibus, & ſingulis bonis, qua preſentialiter poſſides, & qua ſui, & ipſi tui filii, et deſcendentes, ut ſupra impoſterum tenebunt, et poſſidebunt. Promictentes pro nobis, et ſucceſſoribus noſtris pradicta omnia, et ſingula rata, et firma habere, et tenere, et in nullo contrafacere, vel venire per nos, vel alium, ſeu alios noſtros miniſtros, aut officiales, mandantes harum ſerie univerſis, et ſingulis Vicariis, Theſaurariis, Officialibus, exactoribus, atque caſtaldis noſtris preſentibus, et futuris, quatenus prafatum Ciccum, et dictos ſuos filios, et deſcendentes contra tenorem preſentis liberalitatis, exemptionis, et franchitia, de jure vel de facto in perſona, vel bonis nullatenus debeant, vel audeant moleſtare, ſeu eidem auſu temere contraire ſub gratia noſtra obtentu, et pena unciarum vigintiquinque, quam ſiquis contrafecerit, incurrere volumus ipſo facto. In quorum teſtimonium praſentes tibi fieri mandavimus ratione condigna, quos ſubſcripſimus manu propria, et noſtri pendentis ſigilli pontificalis juſſimus appenſione muniri. Datum in ſacro noſtro monaſterio Caſſinenſi die vigeſimo tertio menſis Martii, ſeptima indictione, milleſimo trecenteſimo nonageſimo nono. Pontificatus SS. in Chriſto Patris, et D. noſtri D. Bonifacii Papa noni anno decimo. Nos Henricus Abbas Caſſinenſis manu propria ſubſcripſimus etc.* A Franciſci genere ſunt Johannes, & Vincentius Jeſuitæ viri apprime docti, & pii utriuſque juris doctor preſbyter Petrus Aloyſius utriuſq; juris doctor Ignatius, aliique. Ædem immunitates in perpetuum conceſſæ die 16. Maii nobilibus viris Guillelmo, & Antonio Revele Fratribus ex oppido Cervarii, eorumque legitimis deſcendentibus ob egregia illorum erga cœnobium noſtrum merita. Epiſtola hac de re in regeſto Henrici p. 85. extat ejuſdem fere tenoris, ac mox allata.

Eodem anno notarium Euſtaſium de S. Germano conſtituit Henricus Abbas generalem Recollectorem jurium tertiariæ, quam vendentes bona ſtabilia ex ditione Caſſinenſi diſceſſuri perſolvere debebant cœnobio noſtro, ut diximus. Cui oneri obnoxii etiam erant poſſeſſores bonorum ſtabilium intra fines ditionis Caſſinenſis, cum ea vendebant, etiam ſi ditionem ipſam non incolerent. Ex quibus certe luce clarius conſtat ſupremum jus cœnobii noſtri in ſingularia ſubditorum bona. Conſtituit quoque procuratorem colligendis decimis, quartæ canonicæ ideſt illius portionis, quæ epiſcopo, ſeu ordinario ex legatis piis alicui ſuæ diœceſis eccleſiæ abſque onere teſtamento relictis obvenit, quartæ funeralis, quæ ſolvenda eſt a ſingulis parochis diœceſis Caſſinenſis, & vectigalium, quæ pro montibus, aquis, inſulis, & ſcadentiis cœnobio noſtro erant perſolvenda. Scadentia dicebatur jus, quo omnium ſubditorum bona ab inteſtato decedentium, quique parentes, filios, fratreſque non haberent, Caſſinati cœnobio obveniebant. Id vero pietate Bernardi Abbatis factum, nam antea, ut ex privilegio Roberti II. Capuæ principis oſtendimus omnia ab inteſtato decedentium bona Caſſinatibus monachis devolvebantur. Ex his autem omnibus conſtat ſupremum in peculiaria ſubditorum bona jus cœnobii Caſſinenſis ut diximus. Procuratoriæ litteræ ex cit. regeſto p. 93. ita ſe habent. *Henricus etc. Dilecto nobis in Chriſto notario, Heuſtaſio de S. Germano generali procuratore noſtra curia Caſſinenſis fideli noſtro ſalutem in Domino ſempiternam etc. Idcirco te proviſorem, inquiſitorem, ac etiam recollectorem, et perceptorem jurium omnium tertiarum, decimarum Canonicarum, portionum, quartarum, et cenſuum, ac etiam montium, aquarum, inſularum, ac ſcadentiarium, aliarum quorumcumque mobilium et ſtabilium eidem noſtro monaſterio Caſſinenſi, et noſtra camera ſpectantium, et pertinentium, quovis modo, jure, titulo, ſive cauſa, praſentium auctoritate facimus, ſtatuimus, ac etiam ordinamus, atque ad noſtrum beneplacitum, et man-*

Recollector Generalis conſtituitur.

Digitized by Google

*& mandatum, nec non ad requirendum, inquirendum, & videndum omnes, & ſingulas franchitias, ſeu cautelas, inſtrumenta, franchitias quaslibet cenſum continentes, quibus Inſtrumentis franchitiarum, & cenſuum per te viſis, & diligenter inſpectis, nos informare procures. Mandantes propterea præſentium auctoritate omnibus, & ſingulis noſtris vaſſallis Caſſinenſibus quocumque nomine cenſeantur, ut in omnibus, quæ ad hujuſmodi officium, ut ſuperius declaratum eſt pertinere noſcuntur, tibi devote pareant, obediant, & intendant tanquam nobis, pœnas enim, & banna quas, & quæ ſuper præmiſſis rite duxeris imponenda rata geremus, & firma, eaque volumus a tranſgreſſoribus ex nunc per te inrimiſſibiliter extorqueri, & de hiis, quæ receperis ex dictis juribus, & quolibet ipſorum ad certitudinem noſtram, noſtrique monaſterii Caſſinenſis, & cautelam omnium quorum intereſt, & in futurum poterit intereſſe, facias quaternos debitos, & ſollemnes, ac de ipſis pecuniis quibuſcumque receperis facias ſolventibus debitas apodixas, & cautelas &c. Mandantes inſuper noſtro Vicario Caſſinenſi præſenti, & ſucceſſive futuro, ac etiam noſtris caſtellanis, capitaneis, & officialibus aliis quibuſcumque in ſingulis terris, & locis noſtræ Abbatiæ Caſſinenſis per nos conſtitutis, & ordinatis, ut tibi in præmiſſis, & quolibet præmiſſorum aſſiſtant, atque præſtent, cum expediens fuerit, auxilium, conſilium pariter, & favorem. Datum in ſacro noſtro Caſſinenſi monaſterio ſub noſtro rotundo ſigillo, ac ſubſcriptione propria noſtræ manus, anno Domini 1399. &c. die 22. Julii, ſeptimæ indictionis.* Hinc patet plura cœnobium noſtrum habuiſſe ſibi ſubiecta caſtella ſeu arces, quarum Præfectos conſtituebat Abbas,

Bellum ab Abbate Caſſinẽſi Fundano Comiti illatum.

Cum Honoratus Cajetanus Fundorum Comes Antipapæ Benedicto decimotertio fautor, ſimulans, Bonifacio pontifici fidelitatis Sacramento ſe ſe obſtrinxiſſet, atque in ejus vitam, libertatemque inhiaret, damnatus eſt ut hæreticus, ejuſque bona publicata, atque ſacrum in eum bellum indictum peculiari bulla, cujus autographum in archivo noſtro aſſervatur, quamque ex regeſto Bonifacii noni edidit Raynaldus an. 1399. nu. 14. Quare Bonifacius Henrico Abbati Caſſinenſi juſſit, ut bellum omnibus viribus in Honoratum inſtrueret, illique hac bulla conceſſit, ut decimis eccleſiaſticis, quæ ſuo juſſu ab eccleſiis ditionis Caſſinenſis Ladislao ſolvendæ, ad ipſum hoc bellum uteretur.

Ex originali in Archivo.

*Bonifacius epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Henrico Abbati monaſterii Caſſinenſis, quod nullius diœceſis exiſtit, nobis & Romanæ eccleſiæ immediate ſubiecti ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta Romana eccleſia devotos, & humiles filios ex aſſueta benignitatis, & pietatis officio propenſius diligere conſuevit, & ne multiplicium, & diverſorum onerum prægraventur moleſtiis, eos tamquam pia mater per ſalutaris proviſionis remedium confovere. Dudum ſiquidem ex certis rationabilibus cauſis animum noſtrum moventibus cariſſimo in Chriſto filio noſtro Ladislao regi Hieruſalem, & Siciliæ illuſtri decimam omnium redditunm, & proventuum eccleſiaſticorum in regno Siciliæ, & terra citra Farum, quæ juris, & proprietatis eccleſiæ Romanæ exiſtere dignoſcuntur, conſiſtentium per annum unum a proximis Kalendis Januarii in antea numerandum, ſub certis terminis, pro defenſione dicti regni ab omnibus, & ſingulis Archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, cæteriſque prælatis, & perſonis eccleſiaſticis, ſecularibus, & regularibus, exemptis, & non exemptis, hujuſmodi redditus, & proventus in dicto regno, & terra prædictis obtinentibus, venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, & dilectis filiis hoſpitalium S. Joannis Jeroſolimitani, & B. Mariæ Theutonicorum magiſtris, Prioribus Præceptoribus, & Fratribus, ac Prælatis, & Clericis terrarum ſubiectarum, dilectis filiis nobilibus viris Nicolao Comiti Nolañ. & Raymundo de Bautio, & filio de Urſinis dumtaxat exceptis perſolvendam, per quaſdam noſtras certi tenoris litteras ſub datum Calendis Februarii Pontificatus noſtri anno decimo duximus concedendam. Cum autem poſt prædicta tu ex mandato noſtro contra iniquitatis filium Honoratum Caetanum olim Fundorum Comitem hoſtem, & rebellem eccleſiæ manifeſtum, bellum indixeris, & cum omnibus Terris, & locis monaſterio ſuo ſubiectis guerram viriliter feceris, ac facias de præſenti, & propterea pro defenſa, & offenſa varia, & diverſa, ac grandium expenſarum onera te ſubire oportuerit, ac oportet inceſſanter; nos igitur volentes tibi, & monaſterio tuo in præmiſſis ſalubriter providere, motu proprio, non ad tuam, vel alterius pro te nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam ſed de noſtra mera liberalitate, auctoritate apoſtolica, preſentium tenore, te, ac monaſterium tuum Caſſinenſe cum omnibus membris, juribus, bonis, & pertinentiis ſuis a ſolutione, ac præſtatione dictæ decimæ, & ab omnibus, & ſingulis indictis litteris contentis eximimus, & protinus liberamus, ita quod nec idem rex aut quavis alia perſona contra te aut monaſterium, membra, bona, pertinentia, & jura predicta premiſſorum occaſione, aut dependentium poſſit, vel debeat aliquam realem, ſeu perſonalem ſeu mixtam inferre moleſtiam, vel leſionem ſeu ad ſolutionem, vel contributionem aliquam propterea vel ob id directe, vel indirecte per ſe, vel alium ſeu alios quomodolibet exigere, vel aliter coarctari, nullum tamen eidem regi propter hoc quoad exactionem, & perceptionem hujuſmodi decimæ ab aliis perſolvendæ præjudicium generando, decernentes ex nunc irritos & inanes quoſcumque proceſſus, & ſententias, quos, vel quas contra exemptionem hujuſmodi per quoſcumque haberi contigerit ſeu etiam promulgari; volumus autem, & eadem auctoritate decernimus, & mandamus, quod omne id, & totum, quod tu, vel alii monaſterii membrorum, pertinentiarum, jurium, ac bonorum prædictorum præfato regi, vel alteri pro eo, vigore conceſſionis prædictæ eidem per nos, ut ſupra præfertur factæ, ſolvere debuiſtis, vel deberes impoſterum, aut debuiſſent convertere, & expendere, ac erogare tenearis, & ipſi teneantur pro ductu, & exercitio dectæ guerræ contra dictum Honoratum motæ, ac de cetero proſequendæ. Tibi nihilominus per te, vel alium, ſeu alios, de quibus tibi videbitur exigendi a tuis quibuſcumque ſubditis, & membris dicti monaſterii cujuſcumque ſtatus, gradus, ſeu conditionis exiſtant, hujuſmodi decimam, & fructus, redditus, & proventus in ea quantitate, ac ſumma, prout ſolvi debebat præfato regi, vel alteri ratione*

dicti

*dicti monaſterii, membrorum, bonorum, jurium, pertinentiarum hujuſmodi, prout ad quemlibet pertinere poterit, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, præfata auctoritate poteſtatem plenariam concedentes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ exemptionis, liberationis, voluntatis, mandati, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum, tertio nonas Maii, Pontificatus, noſtri anno decimo. F. de Monte Policiano, gratis de mandato Dñi noſtri Papæ - Lazarus - Regiſtrata.* Adeſt ſigillum plumbeum pendens &c.

Oppidani Pōtiſcurvi eccleſiæ recōciliari.

Timore ob molita hæc contra Fundanum Comitem bella perciti Oppidani Pontiſcurvi, qui hactenus Benedicto XIII. Antipapæ faverant, pluraque ſcelera in eccleſias, Romanam, & Caſſinenſem perpetraverant, ſupplices veniam a pontifice Bonifacio petiere, qui mira clementia a cenſuris abſolvendos curavit per Johannem epiſcopum Aquinatem bulla die 20. Junii anni 1399. edita cujus aliqua hic tantum verba referremus. *Bonifacius &c. Cum itaque populus, & communes, ac ſingulares perſonæ utriuſque ſexus, tam clerici, quam laici, nec non habitatores & incolæ noſtræ terræ Pontiſcurvi Aquinatenſis diœceſis &c. Qui dudum felicis recordationis Urbano Papæ ſexto prædeceſſori noſtro, nobiſque, & Romanæ eccleſiæ cunctorum Chriſti fidelium magiſtræ, & dominæ rebelles fuerunt ac cum iniquitatis Alumno Honorato Gaetano olim Comite Fundorum, & nonnullis iniquitatis filiis ſuis in hac parte complicibus, acque ſequacibus auſu temerario contra Urbanum prædictum prædeceſſorem noſtrum, & eccleſiam præfatos conſpirationes, & colligationes gentium armatarum conducere, receptare, & nonnullas terras, caſtra & loca Romanæ eccleſiæ, ac eandem terram Pontiſcurvi occupare, & occupata detinere, & damnatæ memoriæ Roberto olim baſilicæ duodecim Apoſtolorum presbytero Cardinali vulgariter dicto Gebennenſis, qui ſe Clementem ſeptimum auſu ſacrilego nominare præſumpſit, & tunc Antipapæ credere, adhærere, ac favere, nec non Antipapæ qui dicto Roberto ſe ſucceſſiſſe prætendit, ac ſequacibus ipſius ac contra præfatum Prædeceſſorem noſtrum nos, & eccleſiam prædictos quam plurima mala facere dicere, & ordinare &c. Nec non ſacrilegia, incendia, rapinas, ſpolia, homicidia, captiones, ac redemptiones hominum, animalium, ac bonorum tam officialium Romanæ eccleſiæ, & dilecti filii Abbatis monaſterii Caſſinenſis quam aliorum ſubditorum, & gentium earundem, ac fortellitiorum &c. ædium, & domorum demolitionis, exercitus, & calvaccatas, ac offenſiones, & nonnulla alia varia, & diverſa exceſſus crimina, & delicta contra præfatum prædeceſſorem noſtrum nos eccleſiam, civitates, terras, caſtra, & loca Prælatos, Officiales ſubditos, clericos, & laicos, & fideles, ac gentes, tam præfati prædeceſſoris noſtri, Eccleſiæ, quam noſtras & Abbatis Caſſinenſis præfati hactenus commiſerunt & perpetraverunt, propterque verentur eos impoſterum inquietari, & moleſtari poſſe, ſed quia ad cor reverſi dolentes ab intimis de commiſſis, nuper ad noſtram, et dictæ eccleſiæ gratiam, fidelitatem, et obedientiam humiliter redierunt etc.*

Ex originali in Archivo.

Bona quædam publicata Filliolo Thomacello conceſſa, & Antonio Judicis Diamantis.

Egregiam cœnobio Caſſinenſi præſtiterat in recuperandis Fractis operam Filliolus Thomacellus quare Henricus Abbas ejus frater monachorum ſcitu, omnia illi perduellium quorumdam Fractenſium bona publicata, hiſce literis ex cit. regeſto p. 94. a t. conceſſit. *Henricus etc. Dilecto nobis in Chriſto egregio viro Filiolo Thomacello de Neapoli germano noſtro carnali ſalutem in Domino. Attendentes merita, ac ſinceritatem tui cordis, grata quoque, et accepta ſervitia tuæ perſonæ, una cum familiaribus, et equis tui, per te, et ipſos nobis, Conventui, et monaſterio noſtro Caſſinenſi temporibus retroactis fideliter etc. præſtita, et impenſa, et præſertim labores, et pericula quos, et quanta circa recuperationem caſtri noſtri Fractarum dum per gentes, et Vaſſallos Honorati Gaetani olim Fundorum Comitis noctis tempore violenter et hoſtiliter, ac proditorie ſubtracti, et jurati, quem etiam circa gubernationem, et manutentionem ipſius caſtri, et terrarum, et caſtrorum omnium noſtræ Abbatiæ Caſſinenſis armata manu te ſubiviſſe, et ſubſtinuiſſe cognovimus, et quæ ad præſens grato animo ſubſtines etc. Volentes itaque tibi pro meritis, et ſervitiis ſupradictis, ac expenſis per te præſtitis ad prædicta, alicujus condignæ retributionis premiare rependio etc. matura deliberatione præhabita, una cum noſtris Fratribus noſtri Capituli Caſſinenſis, de certa noſtra ſcientia, et authoritate ordinaria, ac de conſenſu, et voluntate dictorum Fratrum noſtrorum Monachorum Conventus dicti noſtri monaſterii tenore præſentium tibi tamquam benemerito etc. tuiſque heredibus, et ſucceſſoribus in perpetuum in burgenſaticum, et burgenſaticorum natura concedimus, damus etc. omnia, et ſingula bona mobilia, et ſtabilia, burgenſatica, et Feudalia, ſi quæ fuerunt, ſita, et poſita in dicto noſtro caſtro Fractarum, et ejus territorio, et pertinentiis, quæ fuerunt notarii Leonardi Janniconi, notarii Georgii Palmerii, Antonii Magiſtri Leonardi dicto Guzzoni, et Nuccii, et Cobelli Johannis Malli Fratruum de dicto noſtro caſtro Fractarum, et eorum, et cujuslibet ipſorum hæredum noſtrorum, et dictorum conventus, et monaſterii rebellium, qui propter ipſorum rebellionem, et notoriam adhæſionem, videlicet adhærendo olim dampnato, et ſciſmatico Robberto Gebbenenſi Antipapæ et dicto Honorato olim Fundorum Comiti, ac ſequacibus eorumdem inimico, et rebelli Sanctiſſimi D. D. noſtri Bonifacii divina providentia Papæ noni, et totius S. Romanæ eccleſiæ fidelibus, atque noſtro rationabiliter, ac legitime devoluta fuerant ad manus et demanium monaſterii noſtri prædicti, franca quidem, libera, et exempta ab omni onere ſervitutis realis, et perſonalis etc. ad habendum, tenendum, et poſſidendum ect. Inveſtientes te Filiolum ibidem coram nobis præſentem, et petentem pro te, et tuis heredibus, et ſucceſſoribus ut ſupra de præſenti noſtra donatione etc. per noſtrum anulum preſentialiter de eiſdem, ut eſt moris etc. Quocirca dilectis in Chriſto filiis Fratri Petro de Amalfia caſtellano, et officiali noſtro, ac D. Andreæ Tangorgie de Fractis magiſtro maſſario noſtro dicti caſtri, et cuilibet eorum in ſolidum harum ſerie committimus, et mandamus, quatenus te Filiolum in*

*corpo-*

Digitized by Google

*corporalem poſſeſſionem bonorum ipſorum inducant, & defendant &c. In quorum omnium teſtimonium &c. has noſtras conceſſionis litteras fieri mandavimus manu notarii Robucii Alexandri de Benevento ſecretarii noſtri, & monaſterii Caſſinenſis, & in regiſtro dictæ noſtræ cameræ regiſtrari ad cautelam, noſtroque pontificali pendenti ſigillo, & ſubſcriptione propria manus communitas, datum & actum in ſacro monaſterio Caſſinenſi ſub anno Dñi 1399. die 13. menſis Auguſti ſeptimæ indictionis &c.* Ejuſdem tenoris literis in cit. regeſto p. 82. Henricus Abbas alia quædam publicata Fractenſium perduellium bona Antonio judicis Diamantis ex oppido Fractarum de cœnobio noſtro optimè merito, dono dedit.

Bona quædam reſtituta.

Bona etiam quædam Thomæ de Benedicto ex oppido Pediſmontis a Petro Abbate publicata ob perduellionis crimen Henricus Abbas ejus cognatis reſtituit, ut ex literis in cit. regeſto p. 101. a t. die 16. Septembris editis, in quibus præ ceteris leguntur. *Hoc autem ideo facimus, ut ad fidelitatem, & devotionem noſtram, & dicti noſtri Monaſterii vos, & cæteri noſtri fideles promptius reducantur &c. revocantes inſuper omnem proceſſum, & omnem ſententiam, ut dicitur factam, ac latam, contra eundem Thomaſium, & ejus bona per quondam Abbatem Petrum noſtrum in dicto monaſterio Præceſſorem, quem proceſſum, & ſententiam hic die certa noſtra ſcientia haberi volumus pro expreſſis, & ſpecificatis, licet de ipſis proceſſu, & ſententia in præſenti conceſſione nulla ſpecialis mentio fiat.*

Bona ab inteſtato decedentium cœnobio Caſſinenſi vindicata.

Ex Henrici Abbatis literis in cit. reg. p. 96. conſtat quod paulo ante diximus, bona ſubditorum ab inteſtato decedentium ad monaſterium Caſſinenſe pertinuiſſe. *Nos Henricus &c. Cum hereditas qm. Nicolai de Germano de caſtro noſtro Cerbarii ab inteſtato defunti ad nos, & monaſterium noſtrum Caſſinenſe pertineat de jure, & nos, qui imitari, & ſequi potius debeamus mentem, quam verba ipſius defuncti, quia conſtat nobis præfatum Nicolaum predilexiſſe cunctis aliis ſuis conſanguineis, & affinibus venerabilem virum D. Nicolaum Archipreſbyterum dicti caſtri, & Paulum Fratrem dicti Archipresbyteri, & Bartholomiam uxorem Petri de Stephano Nepotes dicti qm. Nicolai jam defuncti, idcirco tenore præſentium hereditatem & bona dicti qm. Nicolai, ac omnia, & ſingula jura realia & perſonalia nobis, & dicto noſtro monaſterio competentes, & competentia in, & ſuper hereditate dicti qm. Nicolai liberaliter, & charitativo modo donamus eiſdem cuilibet eorum pro tertia parte pro eo, & ex eo quod præfatus Archipresbyter Paulus, & Bartholomia pro dictis juribus pro ſuſſidio, & in ſuſdium noſtrum, & dicti noſtri Monaſterii ſolverunt manualiter, ac præſentialiter aſſignaverunt nobis uncias decem carlenorum de quibus nos bene quietos, & contentos vocamus, & reputamus inveſtientes dictos Archipresbyterum Paulum, & Bartholomiam de hereditate & bonis juribus prædictis per traditionem preſentis cedulæ ad habendum, tenendum &c. Ita quod in jus, & privilegium noſtri monaſterii prædicti, quilibet ipſorum ſuccedat, & ſuccedere debeat pro tertia parte. In cujus rei teſtimonium &c.*

Vicarius Generalis in oppido Citrarii creatus.

Die 15. Octobris anni 1399. Henricus Abbas Vicarium generalem oppidorum Citrarii & Fellæ conſtituit Ludovicum a Nuſco Monachum Caſſinatem, illique juriſdictionem omnem, tam ſpiritualem, quam temporalem attribuit. Epiſtola ea de re p. 106. cit. regeſti extat illi prorſus ſimilis, quam Petrus Abbas ejuſdem oppidi Vicariis concedit, præter hæc verba, quæ in hiſce ſuperſunt. *Et quod nullus dictorum Vaſſallorum vadat ad ſerviendum alicui Domino hujus regni, vel aliunde ſine noſtra, & ſucceſſorum noſtrrorum licentia, & mandato etiam ſub pœna privationis omnium bonorum ſuorum &c.*

Digitized by Google

Digitized by Google

AD

# HISTORIAM ABBATIÆ CASSINENSIS ACCESSIONES,

*Quibus non ſolum de juriſdictione, quam ab anno 748. ad hunc uſque diem ex innumeris Regum, Imperatorum, Pontificumque diplomatibus, vetuſtiſque documentis, monaſterium habet, ac de Caſſinenſis Archivi celebritate prolixe diſſeritur, ſed etiam Civitates, & loca monaſterio ſubiecta cum antiquitatis ruderibus, quæ in ipſis reperta ſunt, accurate deſcribuntur, graveſque clarorum virorum de Liri fluvio hallucinationes referuntur, & emendantur; additis Riccardi a Sangermano, & Anonymorum Caſſinenſium Chronicis a mendis, quibus alibi ſcatent, omnino purgatis, unoque ac altero emortuali, & Kalendario ab ejuſdem archivi Codicibus fideliter exſcriptis;*

CURA ET LABORE

## D. ERASMI GATTÒLA

Cajetani, Abbatis S. Matthæi Servorum Dei, & celeberrimi Caſſinenſis archivi cuſtodis.

## PARS SECUNDA.



APUD SEBASTIANUM COLETI.

*SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.*

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# PRIMÆ DISSERTATIONIS
## PARS OCTAVA.

# SÆCULUM DECIMUM
## A CONSTRUCTIONE COENOBII CASSINENSIS,

### CHRISTI QUINTUM DECIMUM AB ANNO MCCCC. AD MD.

AD ea tempora pergimus, quibus pedetentim pluribus viciſſitudinibus, atque infortuniis cœnobii Caſſinenſis juriſdictio imminuta eſt. Amiſimus enim hoc ſeculo quorumdam dynaſtarum violentia oppida Fractarum, & Caſtelli novi, mirum tamen tot inter bella non omnia fuiſſe deperdita, aut ſaltem prorſus obſcurata Caſſinatium decora, quibus ſi non par Imperium, ſplendor certe, nomenque ſtetit. Verum hæc haud jactanter dicta oſtendendum eſt.

Præpoſitus S. Petri de Avellana conſtitutus.

Anno itaque 1400. die 20. Aprilis Henricus Thomacellus Abbas Caſſinenſis Præpoſitum ſancti Petri de Avellana conſtituit Johannem a Theramo Aprutii, illique juriſdictionem tam ſpiritualem, quam temporalem conceſſit: literæ ea de re in ejus regeſto pag. 186. extant ſimiles illis, quas Petrus Abbas ejuſdem oppidi Præpoſitis concedit.

Privilegia Caſſinatiū ampliſſime a Bonifacio IX. confirmata.

Eodem anno Bonifacius IX. Pontifex confirmavit Alexandri IV. privilegium, a nobis ſupra relatum quo Henrici etiam VI. diploma Caſſinatibus juriſdictionem civilem criminalemque, vindicans confirmatur. Ea hic tantum Bonifacii verba exſcribimus, quæ ad rem noſtram faciunt. *Bonifacius epiſcopus &c. Proviſionis noſtræ debet provenire ſubſidio, ut jus ſuum cuilibet conſervetur. Sane literas felicis recordationis Alexandri Papæ IV. prædeceſſoris noſtri plumbea ipſius prædeceſſoris bulla munitas conformatorias quarundam literarum imperialium, ac regalium, quas claræ memoriæ Henricus Romanorum imperator, & Siciliæ rex de conſenſu claræ memoriæ Conſtantiæ imperatricis Romanorum, & Siciliæ reginæ conſortis ejuſdem Henrici Abbati monaſterii Caſſinenſis nobis, & Romanæ eccleſiæ immediate ſubiecti Ordini S. Benedicti &c. conceſſit pro parte dilectorum filiorum Abbatis, & Conventus dicti monaſterii exhibitas coram nobis, quæ incipiunt nimia vetuſtate conſumi de verbo ad verbum, nihil addito vel minuto, quod mutare poſſit ſubſtantiæ veritatem dictorum Abbatis, & Conventus precibus inclinati præſentibus annotari fecimus ad cautelam, eaſque auctoritate apoſtolica tenore præſentium innovamus &c.* Proſequitur Bulla Alexandri IV. *Datum Romæ apud ſanctum Petrum Kalendis Februarii pontificatus noſtri anno XI.* Adeſt ſigillum plumbeum pendens &c. Eodemque die confirmavit laudatus pontifex Urbani V. privilegium ſupra a nobis etiam editum, quod Henrici VI. & Conſtantiæ donationem oppidorūm Malveti, Atinæ &c. atque criminalis juriſdictionis confirmationem continet. *Bonifacius &c. Sane literas felicis recordationis Urbani Papæ V. prædeceſſoris noſtri plumbea ipſius prædeceſſoris bulla munitas confirmatorias quarundam litterarum imperialium, ac regalium, quas claræ memoriæ Henricus Romanorum imperator ſemper auguſtus Siciliæ rex de conſenſu claræ memoriæ Conſtantiæ imperatricis Romanorum, & reginæ Siciliæ conſortis ejuſdem Henrici monaſterio Caſſinenſi &c. conceſſit pro parte dilectorum filiorum Henrici Thomacelli Abbatis, & Conventus dicti monaſterii exhibitas coram nobis &c. de verbo ad verbum, nihil addito, vel minuto, quod mutare poſſit ſubſtantiæ veritatem dictorum Abbatis, & Conventus precibus inclinati preſentibus annotari fecimus ad cautelam, eaſq; auctoritate apoſtolica tenore preſentium innovamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus &c.*

Ex originali in Archivo.

Conſervatores, & Judices pro vindicandis Caſſinatiū juribus cōſtituti.

Neque hic deſiit pium hujuſce Pontificis erga Caſſinates ſtudium, nam eodem etiam die menſe, & anno judices, conſervatoreſque ad jura cęnobii Caſſinenſis in inſula Sardiniæ vindicanda conſtituit Archiepiſcopos Piſanum, Arborenſem, & Turitanum hoc diplomate. *Bonifacius epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus... Piſañ. & ... Arboreñ... ac Turritañ. Archiepiſcopis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Et ſi quibuslibet religioſis perſonis, & locis ex iniuncto nobis ſervitutis Officio aſſiſtere defenſionis pręſidio teneamur, illis tamen ſpecialius, & efficacius adeſſe nos convenit, qui ſedi apoſtolicę immediate ſubiecti non habent pręter Romanum Pontificem alium defenſorem: Sane dilectorum filiorum Abbatis, & Conventus monaſterii Caſſinenſis nobis, & eccleſię Romanę immediate ſubiecti Ordinis S. Benedicti, quod nullius diœceſis exiſtit conqueſtione percepimus, quod nonnulli Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & alii clerici, eccleſiaſticęque perſonę tam religioſę, quam ſeculares, nec non comites, Barones, nobiles, milites, univerſitates, & alii ſeculares civitatum, & diœceſ. Inſulę Sardinię, ac partium vicinarum in quibus dictum monaſterium, nec non & monaſteria, & alia loca, & membra eidem monaſterio Caſſineñ. pleno jure immediate ſubiecta ad eamdem ſedem dumtaxat ſpectantia conſiſtere noſcuntur, occupaverunt, & occupari fecerunt eccleſias, grangias, obedientias, caſtra, caſalia, terras, vineas, poſſeſſiones, prata, paſcua, nemora, molendina, lacus, Piſcationes, aquarum decurſus, decimas, cenſus, redditus, & proventus, penſiones, Terragia, Jura, Juriſdictiones, inſtrumenta publica, literas authenticas, reliquias SS. libros, ornamenta, calices, cruces, vaſa aurea, & ar-*

Ex originali in Archivo.

*& argentea, domorum utenſilia, equos, boves, oves, porcos, pecuniarum ſummas, & nonnulla alia bona mobilia, & immobilia ad dictum monaſterium, & ejus prælibata membra alia ſpectantia, ſeu eadem detinentibus auxilium præſtant, & favorem. Nonnulli etiam civitatum, & dioc. ac partium prædictarum, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant dictis Abbati, Præpoſitis, ſeu Prioribus, & Conventibus dictorum monaſteriorum in eccleſiis, grangiis, caſtris, caſalibus, terris, Juriſdictionibus, juribus, bonis hujuſmodi, & rebus aliis ad monaſteria prædicta ſpectantibus multiplices moleſtias, & injurias inferunt, & jacturas. Quare dicti Abbas, & Conventus nobis humiliter ſupplicarunt, & cum valde difficile reddatur eiſdem, & aliis membris ſuis pro ſingulis querelis ad apoſtolicam ſedem habere recurſum, providere eis ſuper hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur adverſus occupatores detemptores, præſumptores, moleſtatores, & injuriatores hujuſmodi illo volentes eis remedio ſubvenire, per quod ipſorum compeſcatur temeritas, & aliis aditus committendi ſimilia præcludatur, fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios etiam ſi ſint extra loca in quibus deputati eſtis conſervatores, & judices Abbati, Præpoſitis, Prioribus, Conventibus, & membris prædictis in inſula Sardiniæ, & alibi conſiſtentibus efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes non permittatis eoſdem ſuper hiis, & quibuslibet aliis bonis, & juribus ad ipſos ſpectantibus ab eiſdem & quibuſcumque aliis indebite moleſtari, vel ſibi gravamina, ſeu dampna, vel injurias irrogari, facturi ipſis cum ab eis, vel eorum aliquo ſeu procuratore, vel procuratoribus eorundem, vel alicujus eorum fueritis requiſiti de prædictis, & aliis perſonis quibuslibet ſuper reſtitutione eccleſiarum, granciarum, obedientiarum, caſtrorum, caſalium, terrarum, vinearum, poſſeſſionum, paſcuorum, pratorum, nemorum, molendinorum, lacuum, piſcationum, aquarum decurſuum, decimarum, cenſuum, redditwum, proventuum, penſionum, terragiorum, juriſdictionum, jurium, inſtrumentorum publicorum, litterarum authenticarum, reliquiarum ſanctorum, librorum, ornamentorum, calicum, crucum, vaſorum aureorum, & argenteorum, domorum, utenſilium, equorum, bovum, ovium, porcorum, pecuniarum, ſummarum, & nonnullorum aliorum bonorum, mobilium, & immobilium, nec non & quibuslibet injuriis, moleſtiis, atque dampnis præſentibus, & futuris in illis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem, de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicis, & in aliis, prout qualitas ipſorum exigerit juſtitiæ complementum, occupatores ſeu detemptores, moleſtatores, præſumptores, & injuriatores hujuſmodi nec non contradictores quoſlibet, & rebelles cujuſcumque ſtatus, ordinis, vel conditionis, etiamſi Regalis, aut Reginalis, ſeu Archiepiſcopalis, vel Epiſcopalis dignitatis extiterint quantocumque, & quotieſcumque expedierit, authoritate noſtra, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachiis ſecularis &c.* Ideo litteras hujuſmodi Piſano Archiepiſcopo ſcripſit Bonifacius, quod Primas, atque legatus natus inſularum Sardiniæ, & Corſicæ ille eſſet ut pluribus apoſtolicis privilegiis hiſtoricorum, legumque peritorum authoritatibus probat Julianus, Vivianus P. 1., c. 2. a num. 56. ad 102. in Praxi juris Patronatus &c. Editionis Venetæ an. 1652. & Ughellius in Archiepiſcopatu Piſano To. III. col. 349. & ſeqq. & 408. & ſeqq. & 424., quamquam Ambroſius Machin Archiepiſcopus Calaritanus in libro, cujus titulus eſt; *Defenſio Sanctitatis beati Luciferi Archiepiſcopi Calaritani Sardiniæ & Corſicæ Primatis, & aliorum Sanctorum &c.* atque in tota II. parte Defenſionis ſummorum Pontificum, Conciliorum generalium, & provincialium, Sanctorum Patrum, Hiſtoricorum, veterum Inſcriptionum, aliorumque monumentorum authoritate oſtendit Archiepiſcopum Calaritanum fuiſſe ſemper, actuque eſſe Primatem Sardiniæ, & Corſicæ, & a cap. 35. p. 141. ad cap. 38. p. 169. Viviani argumenta refellit.

Ejuſdem tenoris literas eandemque poteſtatem Bonifacius IX. Archiepiſcopo Neapolitano, & epiſcopis Cajetano, & Ferentinenſi dedit, quo occupata Caſſinatium bona vindicarent in libertatem, atque cœnobio noſtro reſtituerent. *Eardem ob remedii ligentiam impendit Pontifex.*

Lectu quoque digniſſima eſt hæc ejuſdem Bonifacii bulla, in qua oppida caſtella que a regibus regnique dynaſtis uſurpata cœnobio Caſſinenſi memorantur: *Quot oppida cœnobii Caſſinenſis a quibuſdã uſurpata.* *Bonifacius epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Monaſterium Caſſinenſe nobis, & Romanæ eccleſiæ immediate ſubiectum Ordinis Sancti Benedicti quod nullius diœceſis exiſtit quam olim famoſum fuerit, & celebre, quantaque veneratione ſit dignum, beati Benedicti, qui ejus fuit inſtitutor, & cultor, unde totius religionis ejuſdem, ac Monaſticæ legis manavit exordium, geſta mirifica manifeſtant, ac ſummorum Pontificum, & Romanorum Imperatorum indulta ampliſſima ſerioſius atteſtantur, cujus etiam monaſterii fuerunt facultates ampliſſimæ beato Benedicto per claræ memoriæ Henricum VI. Imperatorem, & Conſtantiam ejus conſortem Imperatricem, Tertullum Patritium Urbis, & ſucceſſorem Octaviæ condonatæ, prout in antiquiſſimis geſtis, & notis in annalibus dicti monaſterii deſcriptis claret, ſed (proh, dolor) guerrarum diſcrimina, quæ longe retroactis temporibus partes illas miſerabiliter afflixerunt, & ſchiſmatum in Dei eccleſia, ac vacationum dicti Monaſterii interdum eveniente diſpendio etiam temporum faciente malitia, regum quoque regni Trinacliæ, ac Baronum eidem monaſterio vicinorum dominandi libido, & violentæ uſurpationes, vaſſallorum etiam temeritates in ipſum monaſterium cervices damnabiliter erexerunt, facultates dicti Monaſterii ad maximam partem per alios uſurparunt, & a centum annis citra per diverſas perſonas ad quas ſucceſſive uſurpatorio quodam jure devenere per longiſſima tempora occupatæ tenentur, & tentæ fuerunt; Et quoniam ſedes apoſtolica* *Ex originali in Archivo.*

Digitized by Google

*ſtolica pia mater ſolet etiam, cum expedit, in benedictionibus pracurrere, & indempnitati pradictorum locorum, prout expedit ſubvenire, conſiderantes quoque, ſicut fide dignorum relatione percepimus, plura bona, civitates, caſtra, munitiones, pradia, inſula ad dictum monaſterium ſpectantia, & pertinentia, etiam ante hos centum annos, & per tempora exinde decurſa, occupata teneantur, & eorum occupatores forſan ſola preſcriptione, ſeu temporum decurſibus adverſus dictum monaſterium ſuas uſurpationes excuſare curabant. Nos igitur attendentes, quod prefatum monaſterium nullum habet preter Romanum Pontificem defenſorem, ac volentes ſuper pramiſſis paterna ſollicitudine providere, motu proprio non ad dilectorum filiorum Abbatis, & Conventus dicti monaſterii Caſſinenſis, vel alicujus pro eis ſuper hoc nobis oblata petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, ac ex certa ſcientia de ſedis apoſtolica plenitudine poteſtatis, preſentium tenore decernimus, & mandamus, quod prafati monaſterii Abbas, & Conventus quarumcumque praſcriptionum decurſibus a centum annis proxime prateritis citra, nec non conſtitutionibus apoſtolicis, imperialibus, legalibus, municipalibus, ſtatutis, conſuetudinibus, & aliis contrariis non obſtantibus quibuſcumque poſſint, & valeant in quacumque curia, coram quocumque judice eccleſiaſtico, & ſeculari, tam ordinario, quam delegato, & ubicumque eis opus fuerit agere, & experiri, conſequi, & ſe tueri, & omnia, & ſingula jura, & actiones, tam realia quam perſonalia, media, atque mixta, pratoria, annomalia, & alia quacumque, qua alias juſta, & legitima, Abbati, & Conventui tam prateritis, quam praſentibus, & monaſterio ſupradictis, contra quoſcumque, cujuſcumque ſtatus, gradus, habitus, ſeu conditionis fuerint, & quacumque eccleſiaſtiſtica, ſeu mundana prafulſerint, ac prafulgeant dignitate competebant, ſeu competere poterant ante curſum temporis, & praſcriptionum hujuſmodi, quomodocumque jure, modo, cauſa, vel forma petere, peti, & exigi facere per ſe, aut ſindicos eorumdem, perinde ac ſi nulla eſſet decurſa praſcriptio, ita quod eo modo, & forma poſſint, & valeant hujuſmodi juribus, & actionibus experiri agendo, & defendendo, prout poterant tempore, quo obligationes, & actiones ſuper pramiſſis, quas ex nunc per earum qualitates, & ſpecies hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, exorta quomodolibet extiterunt, ita quod per lapſum, vel decurſum hujuſmodi praſcriptionum, vel alterius eorum in nullo poſſit, vel debeat juribus, & rationibus Abbatis, Conventus, ac monaſterii pradictorum quomodolibet prajudicium generari, vel aliquid pratextu decurſus praſcriptionum earundem in judicio, vel extra quomodocumque objici, vel opponi, irritum, & inane; cenſentes ex nunc ſi ſecus a quoquam, quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit impoſterum quomodolibet attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtra conſtitutionis, voluntatis; decreti, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Roma apud ſanctum Petrum II. Id. Martii. Pontificatus noſtri anno XI. Cratis de mandato Dñi noſtri Papa F. de montepolitiañ. N. Reynlini Rta. Jac.* Adeſt ſigillum plumbeum pendens &c. Ex hactenus allatis monumentis conſtat, plura oppida, arceſque cœnobio Caſſinenſi ſubditas, gubernatas hiſce temporibus fuiſſe, rege haud contradicente, a monachis, & Converſis Caſſinatibus, vel a presbyteris, & clericis, ut vocant, ſæcularibus, qui identidem neceſſitate adacti armis ab invaſoribus commiſſa ſibi loca defendebant.

Hinc eodem anno 1400. Henricus Abbas Præpoſituram S. Mariæ de Luco Bernardo Monacho Caſſinati contulit, adminiſtrationemque oppidorum Vicorumque dictæ eccleſiæ ſubditorum. Ejus hac de re extant literæ in laudato regeſto p. 202. *Henricus &c. Dilecto nobis in Chriſto filio Fratri Bernardo de Sicilia Monaco noſtro Caſſinenſi nec non Prapoſito monaſterii &c. Sancta Maria de Lucu &c. Ordinis S. Benedicti nobis, & dicto ſacro monaſterio Caſſinenſi immediate plenoque jure ſpectantis &c. ſalutem in Dño &c. Cum itaque Propoſitura dicti monaſterii &c. ſolita per Caſſinenſem monachum gubernari, & per Abbates pradeceſſores noſtros conferri in monaſticum, beneficium aſſignari, indeque pradictos Prepoſitos per dictos pradeceſſores noſtros ſolo nutu amoveri quam dilectus in Chriſto filius Frater Nicolaus &c. Monachus dicti noſtri monaſterii Caſſinenſis Propoſitus, quamvis Propoſituram canonice obtinebat ex eo vacet ad praſens, & vacare noſcatur per expreſſam de dicto Fratre Nicolao revocationem ad clauſtrum ipſius noſtri monaſterii per nos factam. Nos vero volentes pramiſſorum tuorum meritorum intuitu tibi gratiam facere ſpecialem &c. Prapoſituram ipſius eccleſia Sancta Maria cum omnibus, & ſingulis juribus ſuis, & pertinentiis uſque ad noſtrum beneplacitum, & mandatum preſentium tenore tibi conferimus &c. Curam, regimen, & adminiſtrationem dicti monaſterii Sancta Marie Monachorum, Conventus, Converſorum, caſtrorum, caſalium, poſſeſſionum, membrorum, bonorum, & jurium tibi plenarie committentes regendi, gubernandi, & conſervandi &c. plenam & liberam tibi tenore preſentium concedimus facultatem &c. beneficia, & Cappellas ab ipſo Monaſterio dependentes, atque vacantes, vel vacaturas conferendi interdicimus facultatem, quarum collationes nobis, & noſtris ſucceſſoribus penitus reſervamus &c. In quorum teſtimonium praſentes noſtras patentes litteras &c. Datum in S. noſtro monaſterio Caſſinenſi ſub anno Nativitatis Domini* 1400. *die quinta menſis Septembris.* Quam eandem Præpoſituram Henricus anno 1406. die primo Junii impoſuit Johanni de Neapoli Monacho Caſſinati, qua de re epiſtola extat in cit. regeſto pag. 331. a tergo.

Præpoſitus S. Mariæ in Luco creatus.

Ejuſdem generis immunitates die 15. Auguſti ejus anni conceſſit Henricus Abbas Antonio Forti ex Oppido S. Victoris, capellano ſuo domeſtico & commenſali, ut literis hac de re datis patet in

Antonio Forti, aliiſque.

in cit. regeſto p. 163., ubi hæc etiam leguntur: *Nec non ad inſtantiam, & contemplationem R̃mi in Chriſto patris, & D. Raynaldi de Brancatiis miſeratione divina S. Viti in macello Diaconi Cardinalis &c.* Eodemque anno, menſe, & die eædem immunitates conceſſæ Rogerio de Georgio ex oppido S. Angeli in laudato regeſto p, 184. Dominico Johannis de Petro Caſali Fractenſi incolæ oppidi Cardeti die 10. Novembris in regeſto cit. p. 236., ubi hæc præ aliis leguntur: *Te ex nunc in antea, vita tua durante quamdiu in fidelitate, & obedientia dicti noſtri monaſterii, atque noſtra perſeveraveris, & habitaveris in caſtro noſtro Cardeti eximimus, & exemptum facimus a quocumque annuo redditu, ſeu præſtatione gallinæ, frumenti, ordei, & aliarum victualium ratione terragii, ſeu decimæ terrarum tuarum, & uxoris tuæ præſentis, & futuræ, ac operum bovum, & bracchiorum jure dominii noſtri, ſeu quocumque alio redditu, & exactione collectarum nobis, & eccleſiæ noſtræ Caſſinenſi debitarum ex cauſa, & occaſione quibuſcumque, authoritate noſtra abſolvimus &c.* Judicibus Gentili Pollano, & Antonio ejus filio ex oppido S. Heliæ, eorumque legitimis deſcendentibus maſculini ſexus die 9. Februarii an. 1409. ex regeſto cit. p. 288. a t. Antonio Tutio ex oppido caſtri Cœli, ejuſque legitimis deſcendentibus die 15. Aprilis an. 1406., atque in epiſtola hac de re cit. regeſti p. 347. a t. hæc leguntur. *Igitur præfatum Antonium, ſuoſque heredes perpetua libertate gaudere, harum ſerie de certa noſtra ſcientia, ac de expreſſo conſenſu infraſcriptorum Monachorum noſtrorum Caſſinenſium, habito prius juriſperiti conſilio ſuper hoc jam dictum Antonium, ſuoſque heredes natos jam, & in antea naſcituros ex legitimo corpore &c. in perpetuum a quibuſcumque angariis, & perangariis operibus manuum, & bovum præſtatione, redditus porci, vel pecunialis, & aliis redditibus realibus, & perſonalibus, in quibus præfatus Antonius fuit uſque nunc noſtræ curiæ caſtri Cœli rationabiliter obligatus, atque debitor, collectis autem donis, & aliis juribus noſtris per te &c. & ſervitiis ſolvi conſuetis, & præſtari per alios noſtros Vaſſallos de eodem caſtro Cœli Franchitiam habentes dumtaxat exceptis, & reſervatis, ad quorum ſolutionem, & præſtationem ipſos Antonium, & dictos ſuos heredes cum aliis Vaxallis noſtris concurrere volumus, & jubemus francos facimus &c. itaquod ad præſtationem dictorum ſervitiorum realium, & perſonalium minime cogantur, vel quomodolibet requirantur, ſed privilegio ejuſmodi libertatis, franchitiæ, & immunitatis potiantur, & gaudeant omni tempore eo modo, jure, & forma, quibus alii prædicti noſtri vaſſalli de caſtro Cœli habentes dictam franchitiam potiuntur, & gaudent &c.* Leonardo Barano Fractenſi ex reg. cit. p. 366. die 16. Maii 1408. Antonio Nicolai de Thoma, & Bellæ ejus filiæ uxori Johannis de Magiſtris ex oppido Fractarum ex regeſto cit. p. 367. ubi hæc præ ceteris leguntur: *Horum igitur conſideratione moti, conſilioque diſcuſſo cum reverendo in Chriſto patre, & D. Angelo Dei gratia epiſcopo Ariani in ſpiritualibus generali noſtro Vicario Caſſinenſi &c. Vos præfatos Antonium, & Bellam, Te ſcilicet Antonium, pro rebus, terris, & locis omnibus tuis, quas, & quos tenes, & poſſides, ac tenere, & poſſidere poteris in futurum, tam in territorio Plumbariolæ, unde oriundus exiſtis, quam in territoriis aliis quibuſcumque noſtræ Abbatiæ Caſſinenſis, & te Bellam pro terris, & territoriis tuis, quos, & quæ in territoriis caſtrorum noſtrorum Pignatarii & S. Apollinaris tenes, & poſſides &c.* Quas omnes conceſſiones in unum collegimus, aliis quibuſdam omiſſis, negotio abuteremur. Modo ſtatuto ordine rem proſequemur.

Raynaldus Cardinalis de Brācatiis.

Epiſcopus Ariani Vicarius Abbatis Caſſinēſis.

An. 1401. die 27. Octobris Henricus Abbas quædam Tartaro Thomacello fratri ed ejus tantum vitam ob egregia erga cœnobium Caſſinenſe merita conceſſit, eaque de re literæ in cit. regeſto pag. 260. a t. extant, e quibus hæc verba ſunt adnotanda: *Attendentes merita, & ſinceritatem tui cordis, grata quoque, & accepta ſervitia tua perſonæ una cum familiaribus, & equis tuis per te, & ipſos nobis, Conventui, & monaſterio noſtro Caſſinenſi temporibus retroactis fideliter, & ſollicite, ac legaliter ad honorem, & fidelitatem noſtram Conventus & monaſterii prædictorum præſtita, & impenſa &c.*

Dona quædam cōceſſa Tartaro Thomacello bona.

Inter ſupplices libellos ab Henrico, & monachis Caſſinatibus regi Ladiſlao porrectos pro ditionis Caſſinenſis oppidis hic unus eſt: *Item ſupplicant dicti Abbas, & conventus majeſtati eidem quatenus dignemini dare ordinem in gagiis debendis officialibus deputandis per majeſtatem eandem in terris Abbatiæ Caſſinenſis, & univerſitates ipſarum terrarum juxta facultates earum taxare, & certa pecuniæ quantitas pro gagiis ſupradictis cum tolerare non poſſint tantas pecuniarum exactiones, quas officiales veſtræ majeſtatis ab ipſis exigunt & requirunt propter maximam paupertatem, quæ viget in eis, ac depopulationem multarum terrarum, quæ ſolita erant conferre in gagiis antedictis.* Precibus annuit Ladiſlaus, ut hiſce literis liquet: *Ladiſlaus &c. Capitaneis terrarum, & locorum Abbatiæ Caſſinenſis præſentibus, & deinde ſucceſſive futuris fidelibus noſtris dilectis gratiam, & bonam voluntatem. Nuper pro parte Univerſitatum, & hominum civitatis S. Germani, ac caſtrorum, & terrarum Pediſmontis, S. Angeli in Theodicio, S. Ambroſii, S. Georgii, Caſtri novi, Fractarum. S. Andreæ, S. Petri in fine, Cucurutii, Cerbarii, S. Heliæ, Viticuſi, Valliſrotundæ, Victoris de dicta Abbatia noſtrorum fidelium dilectorum nobis fuit expoſitum reverenter, quod ipſi ab olim dum magis quam ad præſens opibus, & facultatibus habundarent, una cum infraſcriptis terris, & locis de dicta Abbatia, ac etiam de Comitatu Moliſii, quæ penitus exhabitatæ ſunt propter guerras, & mortalitates, partimque ſubtractæ ſunt a juriſdictione, & regimine tam tui præſentis, quam aliorum prædeceſſorum tuorum, qui in dicta Abbatia a proximis præteritis temporibus extiterunt, pro gagiis capitaneorum, qui tunc fuerunt pro tempore in dicta Abbatia, ac judicis, actorum notarii, & ſervientium equitum, & peditum uncias centum quinquaginta ſex in defectum proventuum qui forte non fiebant per Capitaneos antedictos ſolvebant, & ſolvere tenebantur, quam ſolutionem taxatam, & diviſam ſecundum facultates, & ſubſtantiam ſupradictarum, & infraſcriptarum terrarum homines, & univerſitates earum levius ſupportabant, & ad ea minime gravabantur. Nunc vero ſubtractis a dicta Juriſdictione,*

Oppida Ditionis Caſſinenſis oneribus levata.

Ex originali in Archivo.

Ex originali in Archivo.

Caſtra Abbatiæ Caſſinēſis.

Digitized by Google

Alia oppida Caſſinatis Abbatiæ.

*ctione, & regimine terræ Pontiſcurvi de dicta Abbatia, caſtrorum Peſcularum, civitate monaſtica, caſtro Ribelionum, S. Marco, & caſtro Caſa Magiſtrorum de comitatu Moliſii, nec non terris Plumbariolæ, S. Stephani, Therami, Juncturæ, & Mortulæ de dicta Abbatia, quæ ſunt inhabitatæ penitus, & diſtructæ ſupranominatæ univerſitates, & homines terrarum, & locorum dictæ Abbatiæ in dicto defectu ipſa gagia integra dictarum centum quinquaginta ſex unciarum pro gagiis tui præſentis capitanei ſolverunt, & ſolvere compelluntur, & ad eandem ſolutionem dubitant in futurum compelli. Et quia propter eorum paupertatem præteritas guerras, & mortalitates ac alia fiſcalia onera eis cotidie incumbentia, ne dum ad aliorum portanda onera ſunt inhabiles ſed etiam eorum propria ſubſtinere vix poſſunt, ea propter pro parte ipſorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ad ſolvendum portionem, & ratam, quæ olim per dictas terras exemptos a dicta juriſdictione, & regimine, & alias exhabitatas ſolvebatur, ipſi de cetero non cogantur, nos autem cenſentes indecens & iniquum quod unus pro alio indebite agravetur ſupranominatorum univerſitatum, & hominum juſtis in hac parte ſupplicationibus inclinati. Tenore præſentium de certa noſtra ſcientia volumus, decernimus, ac etiam declaramus, quod ipſæ univerſitates, & homines primo ſuperius nominati ratam, & ſortem eis obvenientem, & quam ab olim ſolvere conſueverant de ſumma dictarum centum quinquaginta ſex unciarum pro ipſis gagiis in dicto defectu tantum ſolvant tam tibi præſenti capitaneo, quam demum ſucceſſive futuris dividendam pro equali portione inter eos judices actorum notarios, & ſervientes præſentes videlicet, & futuros. Et ad reliquam aut hujuſmodi ſolutionem, & ſupplementum pro dictis Terris exemptis, & non habitatis, de cætero nullatenus compellantur; Ea propter fidelitati veſtræ earumdem tenore preſentium diſtricte præcipimus, & mandamus, quatenus forma, & ordine præſentium litterarum per vos diligenter actentis ipſam, & ipſum, tam tu præſens capitaneus, quam deinde ſucceſſive futuri officiorum veſtrorum, veſtrorumque temporibus inviolabiliter obſervetis ipſis, & ipſorum quemlibet ad ulteriorem ſolutionem pro dictis gagiis, quam contentam, & declaratam in preſentibus noſtris literis nullatenus compellendo. Quibuſcumque literis, vel mandatis in contrarium factis non obſtantibus quoquomodo, cauti de contrario, ſicut habetis gratiam noſtram caram. Preſentes autem literas magno pendenti noſtro ſigillo munitas fieri fecimus in teſtimonium præmiſſorum. Quas poſt earum opportunam inſpectionem pro cautela vicibus ſingulis remanere volumus præſentanti. Data Neapoli in abſentia Prothonotarii regni Siciliæ, & ejus locumtenentis per virum nobilem Donatum de Aretio legum doctorem, locumtenentem cancellarii dicti regni, Conſiliarium, & fidelem noſtrum dilectum, anno Domini milleſimo quadrigenteſimo primo, die vigeſimo ſexto menſis Octobris, decimæ indictionis, regnorum noſtrorum anno quinto decimo. H. C. R. tẽ xii Regiſtrata in cancellaria V. de Melſia.*

Supplex Caſſinatium libellus Ladislao Regi. Ex originali in Archivo.

Anno inſequenti 1402. ſupplicem hunc alium libellum Henricus, & monachi Ladislao Regi porrexere. *Item ſupplicant dicti Abbas, & conventus Majeſtati eidem, quatenus dignemini facere univerſalem, & generalem remiſſionem omnium offenſarum, omnium damnorum, & delictorum commiſſorum per quoſcumque vaſſallos & habitatores dictæ Abbatiæ, a tempore incepti ſciſmatis uſque in præſens tempus ad tollendas inimicitias, & ſcandala plurimorum. Etiam remittere omnes penas, quas incurrere potuiſſent omnes appretiatores in appretiis non bene, & diſcrete appretiatis, & omnes univerſitates dictæ Abbatiæ pro non renovatis appretiis, & omnes receptatores bannitorum.* Annuit quoque Ladislaus rex hiſce literis, quibus veniam Caſſinatium ſubditis impartitur; *Ladiſlaus &c. Univerſis præſentis indulti ſeriem inſpecturis tam preſentibus, quam futuris &c.*

Ex originali in Archivo.

*Sane licet univerſitates, & homines terrarum omnium, & ſingularum Abbatiæ Caſſinenſis, nec non terræ caſtri Cœli de provincia Terræ laboris, a tempore incæpti præſentis Sciſmatis faciente prava conditione temporis, quæ homines ad peccandum facile ſecum trahit multos commiſerunt exceſſus crimina, homicidia, cedes, delicta, percuſſiones, diſrobationes, furta publica, & privata, incendia, & rapinas, nec non negligentias aliquas commiſerunt, & defectus in apprecijs non bene, & diſcrete appretiatis, & in renovationibus appretiorum, etiam in receptando bannitos, & forjudicatos, aliaque plura ſceleſtia, & enormia comittendo, ex quibus preter infamiæ maculam noſcuntur variis, & diverſis penis tam pecuniariis quam corporalibus multipliciter ſubjacere. Quia tamen præfati univerſitates, & homines dictarum terrarum Abbatiæ Caſſinenſis, & terræ caſtri Cœli, ac habitantes in eis generaliter, & ſpecialiter de commiſſis predictis pœnitudinis ſpiritum aſſumpſerunt. Nos tamen intendentes cum eis in hac parte benigne agere, & rigorem Juris, quo premiſſorum cauſa puniendi forſan exiſterent, oleo dulcedinis, & clementiæ demulcere cum nihil ſicut humanitas noſcatur peculiare principibus per quam imitatio dominica ſervatur, illius quoque piiſſimi regis regum, qui non mortem peccatoris, ut pereat, ſed converſionem ejus potius appetit, ut ſalvetur, & vivat, cujus immenſa miſericordia ſuper omnia ipſius opera exaltata novit interdum mutare judicium, quoties mutari corda noverit peccatorum, in actibus noſtris ſequi volentes, quatenus humana fragilitati permictitur exemplariter actiones ejuſdem univerſitatibus, & hominibus præfatarum terrarum, & habitantibus in eis ſpecialiter, & generaliter jamdictos omnes, & ſingulos exceſſus, crimina, homicidia, cedes, delicta, percuſſiones, diſrobationes, furta privata, & publica, incendia, & rapinas, ligas, confœderationes, guerras motas, negligentias, defectus, receptationes, diſcurſiones depredationes, violentias, currarias, & alia ſceleſtia, & enormia, ac fore facta qualibet quocumque vocabulo diſtinguantur quomodocumque, quandocumque, & qualitercumque, & ubicumque, commiſſos, commiſſas, & commiſſa per eos generaliter, & ſpecialiter de tempore dicti incœpti ſciſmatis, uſque nunc, omnemque culpam, & offenſam, ac pœnam realem, & perſonalem, in qua præmiſſorum occaſione, vel cauſa forſitan incidiſſent notam inſuper rebellionis, & leſæ noſtræ majeſtatis crimen, ſi illam, & illud in aliquo ejus capite commiſerit. Banna quoque damnorum, jura, tertiarias, ſententias, & condemnatio-*

Digitized by Google

*nationes quaſlibet inde ſecutas, & in eis generaliter, & ſpecialiter per quoſvis regni noſtri Præſides promulgatas in quantum ſcilicet perſonæ, & curia noſtra tangitur, vel quomodolibet tangi poſſet, de certa noſtra ſcientia, præſentis Indulti noſtri tenore in perpetuum remittimus, & de clementia innata principibus miſericorditer relaxamus, omnemque ipſis ex præmiſſis cauſis irrogatam, infamiæ maculam, & aliam ignominiam, ſive labem ab iiſdem univerſitatibus, & hominibus ipſarum qualibet, ac habitantibus in eis generaliter, & ſpecialiter abſtergimus, & clementius abolemus. Reſtituentes, & reintegrantes eaſdem univerſitates, & homines, & habitantes in eis modo ſimili per beneficium noſtræ plenæ reſtitutionis in integrum ad honores, dignitates, famam, & ſtatum priſtinos, ac bona omnia ſimiliter eorundem mobilia, & ſtabilia, burgenſatica, & feudalia, quæ ubicumque in Regno noſtro Siciliæ poſſident rationabiliter, atque juſte. Itaque univerſitates, & homines ipſi generaliter, & ſpecialiter, ex nunc in antea per dictum regnum noſtrum Siciliæ incedere cum noſtris fidelibus converſari, & eorum agere negotia libere, & ſine impedimento aliquo poſſint, & valeant nec adverſus eos alterum, vel alios eorundem præmiſſorum occaſione, ſeu cauſa ullo unquam tempore, in quantum dicta curia noſtra tangitur, realiter, & perſonaliter procedatur, lege, ſeu conſtitutione quacumque contraria non obſtante, necnon quibuſcumque confiſcationibus de bonis eorundem hominum propterea factis, & inde ſecutis ſimiliter non obſtantibus quoquo modo. Et ut noſtra ipſos gratia benignius, humanitas proſequatur eiſdem univerſitatibus, & hominibus, & ipſarum cuilibet generaliter & ſpecialiter quoad dicta delicta, crimina, & exceſſus, ac debita quælibet præcedentia ex delictis aſſicatis moratoriam dilationem annorum decem ex nunc in antea numerandorum quibus durantibus ad inſtantiam adnunciationem, vel accuſationem partium, quæ forſitan tangerentur civiliter, vel criminaliter ordinarie, vel extraordinario, ſive ex mero officio curiæ noſtræ vel aliter quoquo modo citari, evocari, ad judicium trahi, conveniri, compelli, moleſtari non poſſint, nec valeant de dicta noſtra certa ſcientia concedimus, & ejuſdem præſentis Indulti noſtri ſerie benigniter impartimur. Ecce namque viro magnifico magiſtro Juſtitiario regni noſtri Siciliæ, ejuſque locumtenenti, & judicibus magnæ Curiæ dicti Regni, nec non Vicemgerentibus noſtris, & Juſtitiariis provinciarum, capitaneis civitatum, & terrarum regni prædicti, cæteriſque officialibus noſtris aliis, ad quos ſpectat, & ſpectare poterit quocumque fungantur Preſidatu, vel officio, ac titulo, ac denominatione notentur per jam dictum regnum noſtrum Siciliæ ipſiuſque terras, ac provincias conſtitutis, vel eorum locatenentibus preſentibus, & futuris damus ipſius preſentis indulti noſtri tenore diſtrictius in mandatis, quatenus forma preſentis noſtræ indulgentiæ, remiſſionis, relaxationis, reintegrationis, abolitionis, moratoriæ dilationis, & gratiæ per eos diligenter attenta, illam ipſi, & quilibet eorum præſentes videlicet, & futuri jamdictis univerſitatibus, & hominibus civitatis terrarum, & habitantibus in eis, generaliter, & ſpecialiter, obſervent efficaciter, ac obſervari ab aliis, quantum in eis fuerit inviolabiliter faciant, atque mandent, dictoſque univerſitates, & homines occaſione, ſeu cauſa præmiſſorum delictorum, criminum, & exceſſuum per eos, uti prædicitur, commiſſorum, ac debitorum, quorumlibet ex eis procedentium, durante tempore moratoriæ ſupradicta ex mero officio dictæ noſtræ curiæ, ſive ad inſtantiam, denunciationem, vel accuſationem dictarum partium, quæ ut præmittitur, tangerentur, ordinarie, vel extraordinarie, civiliter, ſeu criminaliter, vel alio modo quocumque, dictoque ſimiliter durante, & elapſo termino, ut ab inde in antea in perpetuum ad denunciationem partium, ſive ex officio ipſius noſtræ curiæ, aut extraordinario citare, evocare, convenire, ad judicium trahere, compellere, moleſtare, vel impetere, in perſonis rebus, & bonis ipſorum aliquatenus non præſumant, neque adverſus eos propterea, vel alium, modo præmiſſo in quantum ſcilicet ipſa noſtra curia tangitur, quoquomodo procedant, nihilque in contrarium faciant, neque fieri ab aliis patiantur, ſicut habent gratiam noſtram caram, ſed revocent, & revocari faciant prorſus in irritum, quidquid per eos, aut alium, vel alios ipſorum adverſus dictas univerſitates, & homines terrarum prædictarum, & habitantes in eis, generaliter, & ſpecialiter fieri, vel attemptari propterea continget impoſterum contra præſentis indulti noſtri ſeriem, & tenorem. In cujus rei teſtimonium præſens indultum exinde fieri, & magno noſtro pendenti ſigillo juſſimus communiri. Datum Neapoli in abſentia Logothetæ, & protonotarii regni noſtri Siciliæ, & ejuſque locum tenentis, per manus viri nobilis Donati de Aretio legum doctoris, Locumtenentis, Cancellarii dicti regni, Conſiliarii, & fidelis noſtri dilecti. Anno Domini milleſimo, quadrigenteſimo ſecundo, die decimo octavo Aprilis, decimæ indictionis, regnorum noſtrorum anno ſexto decimo G. C. R. Regiſtrata in cancellaria prædicti Prothonotarii.* Adeſt ſigillum pendens &c.

Regis benignitate fulti Caſſinates alium hunc ſupplicem libellum regi Ladiſlao exhibuere: *Item ſupplicant dicti Abbas, & conventus Majeſtati eidem, quatenus dignemini in terris dictæ Abbatiæ concedere Abbati Caſſinenſi, ut una cum univerſitatibus dictæ Abbatiæ poſſit eligere, & ordinare erarium Abbatialem, qui omnes proventus exigat, & percipiat, & veſtris officialibus deputatis, ſeu deputandis in terris prædictis per majeſtatem eandem de gagiis ordinatis valeat ſatisfacere, & ubi proventus dictarum Terrarum non ſufficerent, univerſitates ipſarum in defectu proventuum juxta facultatem ſolvere debeant, & ſupplere pro gagiis ſupradictis ordinatis per Majeſtatem eandem, & Capitaneus Abbatiæ dare debeat dicto erario omnes pœnas exigendas a condemnatis, quas penas dictus Erarius poſſit modificare ſecundum qualitatem condennatorum.* Quo Rex commotus hiſce litteris favit: *Ladiſlaus Dei gratia Hungariæ, Hieruſalem, Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galatiæ, Lodomeriæ, Comaniæ, Bulgariæque rex, Provinciæ, & Forcalquerii, ac Pedimontis Comes, Capitaneis terrarum, caſtrorum, & locorum Abbatiæ Caſſinenſis, vel eorum locatenentibus præſentibus, & futuris fidelibus noſtris dilectis gratiam, & bonam voluntatem. Significamus vobis quod nos compatientes neceſſitatibus va-*

Alius ſupplex libellus.

Ex originali in Archivo.

Ex originali in Archivo.

riis

*riis, quibus univerſitates, & homines dictarum terrarum, caſtrorum, & locorum Abbatiæ jam dictæ dilecti fidelas noſtri, ob guerrarum præteritarum diſcrimina, & alia ſubſecuta ipſis incommoda gravabantur multipliciter, & gravantur, ſignanter circa ſolutionem ordinariorum, & antiquorum gagiorum vobis prædictis Capitaneis, ac judicibus, & aſſeſſoribus, actorumque notariis, & genti ordinaria equeſtri, & pedeſtri vobis cum deputatis per noſtram curiam ſtatutorum, gagia ipſa omnia ordinaria, & antiqua ad uncias tantum centum de carlenis argenti ponderis generalis anno quolibet pro vobis, dictiſque judicibus, & aſſeſſoribus, actorumque notariis, & gente ordinaria per alias noſtras litteras duximus reducenda. Noviter autem nolentes prædictos univerſitates, & homines circa ſolutionem gagiorum prædictorum unciarum centum per annum pluſquam ſit expediens aggravari, habentes nihilominus ad eorumdem impotentiam conſiderationem debitam, & reſpectum, nec minus moti devotis ſupplicationibus per reverendiſſimum Prem̃ Henricum Thomacellum Abbatem ſacri monaſterii Caſſinenſis Conſiliarium, & fidelem noſtrum dilectum pro parte dictorum hominum ſuper hoc culmini noſtro porrectis, ut nulla, tam in ipſorum gagiorum ſolutione, quam in aquiſitione proventuum fienda per vos impoſterum fraus, quomodolibet committatur jamdictis Abbati, & ſuis ſucceſſoribus, ac præfatis univerſitatibus, & hominibus dictarum terrarum, caſtrorum, & locorum ipſius Abbatiæ Caſſinenſis tenore præſentium de certa noſtra ſcientia concedimus, ac licentiam, & poteſtatem damus quod annis ſingulis, a die primo futuri menſis Septembris inſtantis anni, undecimæ indictionis in antea numerandis, unum ex hominibus terrarum, caſtrorum, & locorum prædictorum fidelem ſufficientem, & idoneum de quo ſit merito confidendum, & de cujus defectibus, & exceſſibus dicti Abbas, & ejus ſucceſſores, ac univerſitates, & homines veſtra Curia principaliter teneantur eligere, ſtatuere, & ordinare ad vitam, beneplacitum, vel ad tempus eis viſum, Erarium penes vos prædictos capitaneos ipſarum terrarum caſtrorum, & locorum Abbatiæ jamdictæ, vel locatenentes a dicto inſtante anno undecimæ Indictionis in antea ſucceſſive futuros, ipſumque abinde amovere, & alium loco ipſius ſubrogare, qui a dicto anno in antea de omnibus, & ſingulis proventibus per vos ratione dicti Capitaniæ officii juxte, & rationabiliter acquirendis, ac condennationibus, & compoſitionibus aliis per vos, & eum propterea faciendis plenam notitiam, & conſcientiam habeat, de quibus nihil Erarium ipſum lateat, ſed eo preſente, ac cum ipſius notitia, & conſcientia, proventus, ac condennationes, & compoſitiones ipſæ vicibus ſuis fiant, omnemque pecuniam de dictis proventibus condemnationibus, & compoſitionibus, ac res alias ratione dicti officii obventuras ad manus ſuas recipiat, dictamque pecuniam ſicut per eum percipi contingerit, reponat, & cuſtodiat in quadam capſa duas ſeras habente, cum duabus clavibus diverſis, quarum unam per vos, & aliam per dictum erarium volumus retineri, de qua quidem pecunia proventuum jam dictorum ad manus dicti erarii perventura, & per eum percipienda ſolvi, & exhiberi per eum volumus tam vobis, quam dictis judicibus, & aſſeſſoribus, actorumque Notariis, ac genti ordinariæ, equeſtri, & pedeſtri, & officialibus aliis vobis cum per noſtram curiam deputatis, & deputandis impoſterum gagia ad præſcriptam rationem de unciis centum per annum pro vobis omnibus, ad quas gagia ipſa omnia ordinaria, & antiqua annuatim reduximus, ut eſt dictum, quolibet ſcilicet anno a dicto die primo futuri menſis Septembris ipſius inſtantis anni undecimæ indictionis in antea numerando, dictoque erario per jam dictos Abbatem, & ejus ſucceſſores, ac univerſitates, & homines taliter ordinando, ut non cogatur in dicto officio propriis ſumptibus laborare gagia ad rationem unciarum ſex ponderis ſupradicti per annum tenore præſentium ſtabilimus qui gagia ipſa a dicto anno futuro in antea, donec officio ipſo fungentur, de præfata proventura pecunia ad manus ſuas perventura, ſibi retineat, ac de illa emat cartas, atramentum, & ceram, prout fuerit, & conſpexerit oportunum, & reliquum, quod de proventibus ipſis ultra dictas uncias centum annuatim ſupererit erarius idem ad noſtram cameram mittere debeat noſtris inibi theſaurariis aſſignandam, vel de illo per eum fieri volumus, prout ſibi dederimus in mandatis, declarantes preſentibus, & volentes, quod ſi proventus prædicti per vos, ut prædicitur, acquirendi non ſufficerent pro integra ſatisfactione dictorum gagiorum unciarum centum, totum illud, quod defecerit anno quolibet uſque ad integram ſatisfactionem præfatorum gagiorum unciarum centum ſolvatur; & ſuppleatur ac ſolvi, & ſuppleri debeat per dictos univerſitates, & homines de propria ipſorum pecunia taxanda inter eos, & fideliter colligenda pro modo facultatum uniuſcujuſque ipſorum, quam ab eis per dictum Erarium recolligi, & percipi volumus, ac per ipſum converti ſuis vicibus in ſolutione, & ſupplemento gagiorum prædictorum prout reſidet menti noſtræ, per quem quidem erarium fieri volumus ſingulis pecuniam ipſam ſolventibus ſub ſigillo, & ſubſcriptionibus ſuis, ac per ipſum recipi a vobis, & prædictis aliis de hiis, quæ ſolvunt debitas, vel ſub ſigillis tantum recipientium apodixas ad cautelam omni tempore valituras, nec non & per ipſum etiam fieri paternum unum introituum, & exituum dictæ pecuniæ cum nominibus, & cognominibus ſolventium, & recipientium, ac cauſis, propter quas obvenerit, & ſoluta fuerit particulariter contenturum, ſigillandum ſigillis veſtris, & dicti erarii, ac per eum in noſtra curia quotiens per eandem curiam requiſitus fuerit, producendum. Ideoque volumus, & fidelitati veſtræ de dicta certa noſtra ſcientia harum ſerie mandamus expreſſe, quatenus forma preſentium per vos diligenter actenta illam vos, & veſtrum quilibet præſens, & futuri jam dictis Abbati, & ejus ſucceſſoribus, ac præfatis univerſitatibus, & hominibus officiorum veſtrorum tempo ribus ſervetis efficaciter, ac mandetis, & faciatis ab aliis quantum in vobis fuerit tenaciter, & inviolabiliter obſervari, dictumque erarium penes vos, per prefatos Abbatem & ejus ſucceſſores, ac univerſitates, & homines, ut prędicitur, ordinandum, vel ſurrogandum ad dictum erariatus officium a dicto anno futuro in antea, prout veſtra intererit, vobiſcum admictatis, & recipiatis, ac retineatis, & tractetis decenter, & favorabiliter, prout expedit in eodem, ipſumque exercere dictum*

*Officium*

*Officium proventus prædictos percipere, gagia præfata vobis, & prædictis aliis ſolvere, ac ſibi retinere, prædictaque omnia & alia ad officium ipſum ſpectantia exequi, gerere, & adminiſtrare, prout, & quemadmodum in præſentibus denotantur libere, & ſine aliquo impedimento vigore preſentium permictatis, nullumque ſibi in præmiſſis obſtaculum inferatis, ſicut habetis gratiam noſtram caram, & nihilominus a dicto erario ſingulis vicibus ordinationis, vel ſurrogationis ipſius recipiatis in teſtimonio publico pro parte noſtræ curiæ tam ſolitum fidelitatis, & officio ipſo exercendo fideliter corporale ad ſancta Dei evangelia juramentum, quam idoneam fidejuxoriam cautionem, de cujus receptione fieri faciatis publicum inſtrumentum per vos ad cameram noſtram ſummariæ deſtinandum quibuſcumque commiſſionibus literis, cedulis, mandatis, & reſcriptis noſtris, vel alterius cujuſcumque in contrarium forte factis, ſub quibuſvis tenoribus ſive formis, ac expreſſionibus temporum, & dierum, etiamſi de illis oporteret in preſentibus plenam & expreſſam, aut de verba ad verbum fieri mentionem, non obſtantibus quoquomodo, præſentes autem literas poſt oportunam inſpectionem earum tranſumpto ipſarum per vos, ſi expedierit in publica forma recepto, dando per vos veſtris ſucceſſoribus alterutrum in preſenti præ cautela reſtitui volumus preſentanti premiſſo modo, efficaciter in antea valituras, quas magno noſtro pendenti ſigillo juſſimus communiri. Datum Neapoli in camera noſtra in abſentia viri nobilis Gurelli Auriliæ de Neapoli legum doctoris, & per virum nobilem Donatum de Aretio Legum doctorem locumtenentem Cancellarii dicti Regni noſtri Siciliæ Conſiliarium, & fidelem noſtrum dilectum. Anno Domini milleſimo quadrigenteſimo ſecundo, die vigeſimo primo Aprilis, decimæ indictionis, regnorum noſtrorum anno ſextodecimo H. C. R. tã.* 12. *Regiſtrata in Camera, regiſtrata in cancellaria penes Prothonotarium Per C. de Judic. Regiſtrata* 13. Jam vero ſupra monuimus proventus criminales, qui in civitate S. Germani, aliiſque oppidis Caſſinenſis Abbatiæ exigebantur Capitaneo juſtitiæ, reliquiſque ſuis officialibus in ſtipendium ceſſiſſe, ſi quid autem ſuperfuiſſet regio miſſum erario, ac propterea evidens eſſe proventus hiſce ad regem pertinuiſſe, non ad civitatem, & oppida.

Laicis monachi Juſdicebant.

Ex mox adducendo inſtrumento conſtat quod ſupra diximus monachos laicis jus etiam in temporalibus dixiſſe, atque notarios juriſdictioni cœnobii noſtri fuiſſe ſubiectos. *In nomine Domini Amen. Anno Nativitatis ejuſdem milleſimo quatricenteſimo ſecundo, die ſexto decimo menſis Octobris undecimæ indictionis, Pontificatus S. in Chriſto patris, & D. D. noſtri D. Bonifacii divina providentia Papæ noni anno tertiodecimo. In preſentia diſcretorum virorum Patris Petri de Amalphia monachi Caſſinenſis Rectoris caſtri Fractarum, & judicis Heuſtaſii de Magiſtro de eodem caſtro Fractarum, & terrarum omnium Abbatiæ Caſſinenſis ad cauſas, & contractus judicis, & aſſeſſoris dicti rectoris, & ipſius curiæ, ac notarii publici infraſcripti, & teſtium infraſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum. Mariæ uxoris qm. Cicci de Ractis de præfato caſtro Fractarum petitio oretenus facta continebat, quod præfata Maria in uxorem, & pro uxore dedit, & tradidit Finellam filiam ſuam Petro Nicolai Pace de dicto caſtro Fractarum, & in contractu, ſeu inſtrumento dicti matrimonii celebrati inter eandem Finellam, & præfatum Petrum interfuit pro notario Notarius Johannes de Jordano de dicto caſtro, qui quidem notarius Johannes antequam Inſtrumentum præfatum dicti matrimonii in formam publicam redigeret, ſuum diem clauſit extremum aſſerens præfata Maria eidem rectori, & toti curiæ dictum inſtrumentum matrimonii prædicti ſibi pro ſuis juribus, & defenſionibus eſſe non modicum neceſſarium, & oportunum, propterea præfata Maria rectori, & toti curiæ inſtanter petiit, & ſupplicavit, ut ſcedam ipſam ſi inter acta, & protocolla prædicti quondam notarii Johannis præmortui reperiri contingat mediante ipſius decreto ſignari facere de prædicta nota, & ſceda publicum inſtrumentum, qua quidem petitione per prefatam Mariam eidem rectori, & toti curiæ facta, videns præfatus rector petitionem ipſam eſſe juſtam & conſonam rationi, & quia juxta petentibus non eſt denegandus aſſenſus, idem rector me infraſcriptum notarium cum inſtantia requiſivit, ut executionem prædictorum cum eiſdem rectore, & judice, ac teſtibus infraſcriptis procedere deberemus. Nos enim quia officium noſtrum publicum eſt, & nemini denegare poſſimus, neque & debemus, acceſſimus cum eiſdem rectore, & judice ſupradictis, ac teſtibus infraſcriptis ad domum dicti qm. notarii Joannis præmortui adhibitis nobis notario Joanne notarii Benedicti, notario Nicolao Ruſpatore, notario Jacobo Magiſtri Nicolai de Jove de Fractis notariis publicis infraſcriptis qui manum, & literam dicti qm. notarii Joannis præmortui bene cognoſcere dicebantur, & quibuſdam aliis teſtibus ad hoc ſpecialiter vocatis, & rogatis, & obſtenſis nobis quaternis, nota, & protocollis contractuum dudum celebratorum coram ipſo notario Johanne, inter quæ acta, & protocolla, præſentibus, & videntibus, & legentibus notariis ſupradictis dictam manum, & literam dicti qm. notarii Johannis cognoſcentibus, invenimus quandam notam confectam propria manu notarii Johannis prædicti, prout per comparationem literarum, & alios legitimos modos conſtitit manifeſte, quæ tangebat dictam diſpoſitionem Mariæ, quam legimus, & inſpeximus una cum notariis ſupradictis, quæ nota erat de propria manu dicti qm. notarii Johannis, & erat per omnia continentiæ ſubſequentis. Die 7. menſis Maii &c.* Sequitur inſtrumentum matrimonii cum deſcriptione dotis, & poſtea ſubditur: *Quibus ſic peractis, ego infraſcriptus notarius una cum pręfatis rectore, & judice pręſentibus pręedictis notariis Johanne notarii Benedicti, notario Nicolao Ruſpatore, & notario Jacobo magiſtri Nicolai de Jove notariis publicis, & infraſcriptis aliis teſtibus, pręfatam notam a pręfatis actis quondam notarii Johannis inventam pręedicti notarii Joannes notarii Benedicti, notarius Nicolaus Ruſpatoris, & notarius Jacobus magiſtri Nicolai de Jove ſub corporali juramento per ipſos pręſtito dixerunt, & teſtificati fuerunt predictam notam ſeu ſcedam, & contempta in ipſa prout ſuperius enarratum, eſſe de propria manu, & litera dicti qm. notarii Johannis pręmortui, qui quidem Rector, & curia ipſa omni meliori via, modo, & forma quibus de jure ac . . . . poteſt, ſuam auctoritatem in pręmiſſis poſuit pariter, & decretum unde ad futuram*

Ex originali in Archivo.

Digitized by Google

*ram memoriam , & ſupradicti rectoris requiſitionem , ac dictæ curiæ , & rogatum ad cautelam ipſius Mariæ ſucceſſorum hæredum , confectum eſt præſens publicum Inſtrumentum per me notarium infraſcriptum. Actum in caſtro Fractarum in domo dicti qm. notarii Johannis præmortui , Presbytero Jacobo Javello , Presbytero Criſtoforo Taino , Criſtoforo magiſtri Leonardi , Martutio Vallisfrigida , Nicolao Vallisfrigida , Johanne Martino teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter , & rogatis &c. Et ego Johannes de magiſtro de Fractis clericus conjugatus Cajetanæ diœceſis publicus apoſtolica authoritate notarius , prædictæ notæ , ſeu ſcedæ inſpectioni , & ipſius notæ ſeu protocolli ipſorum notariorum publicorum teſtificationi una cum ſupradictis notariis Johanne notarii Benedicti , notario Nicolao Ruſpatore , & notario Jacobo magiſtri Nicolai de Jove notariis publicis , & teſtibus infraſcriptis prædictis omnibus , & ſingulis , ut ſuperius enarratur , præſens interfui , eaque omnia , & ſingula propria manuſcripſi , & in hanc publicam formam redegi , meoque conſueto ſigno ſignavi rogatus , & requiſitus in teſtimonium præmiſſorum. Locus † Signi notarii. † Ego Heuſtaſius de magiſtro caſtri Fractarum ubique locorum Abbatiæ Caſſinenſis judex interfui ad cauſas , & ad contractus , & me ſubſcripſi. † Ego Frater Petrus de Amalphia rector caſtri Fractarum prædictis interfui , meamque authoritatem interpoſui pariter , & decretum.* Sequuntut ſubſcriptiones , & atteſtationes aliorum notariorum , & teſtium . In Inſtrumento Dotis hæc leguntur: *Item cultram unam , & omnes alios pannos ana quatuor* ; quæ ſignificant æqualem diſtributionem, ſeu portionem, æquale pondus.

Præpoſitus S. Euſebii creatus.

Anno 1404. Præpoſitum S. Euſtaſii Arcus prope Petram Abundantem creavit Henricus Abbas cum authoritate oppida illi eccleſiæ ſubiecta gubernandi , hiſce literis , quæ in cit. regeſto p. 283. extant. *Henricus Thomacellus &c. Dilecto in nobis in Chriſto filio , Fratri Antonio de Pontecurvo Monacho noſtro Caſſinenſi , nec non Præpoſito noſtro præpoſituræ S. Euſtaſii de Arcu , nobis , noſtroque monaſterio pleno jure ſpectantis , & pertinentis ſalutem in Domino &c. Cum itaque Præpoſitura dicta noſtra eccleſiæ S. Euſtaſii ſolita per Caſſinenſes monachos gubernari , & per nos ac prædeceſſores noſtros conferri &c. tibi conferimus , & de illa etiam providemus , inveſtientes te in noſtri præſentia conſtitutum per anuli noſtri traditionem præſentialiter de eadem , Quo circa curam , regimen dicti monaſterii Fratrum , & Conventus ejuſdem , caſtrorum , villarum , & bonorum ſuorum , ac membrorum ejus tibi plenarie committentes , regendi , gubernandi , manutenendi & defendendi eccleſiam ipſam , Monaſterium , & ejus bona , & jura , &c. nec non dilectis in Chriſto Decano monachis , & conventui , converſis , oblatis , & idiotis , vaſſallis , & aliis ſibi ſubiectis ſtrictius injungentes , quatenus tibi Fratri Antonio prædicto tanquam nobis devote , & reverenter ſtudeant obedire. Et nihilominus fidelitatis , & obedientiæ in noſtris manibus præſtitiſti in forma ad ſancta Dei evangelia juramentum &c. In quorum omnium teſtimonium præſentes noſtras patentes literas propria manu noſtra ſubſcriptas , ac noſtri pontificalis ſigilli , quo utimur appenſione communitas per notarium Leonem de Arpino noſtrum noſtraque cameræ Caſſinenſis notarium ſcribi fecimus , atque in regeſto dictæ cameræ regiſtrari. Datum in S. Germano in majori noſtro hoſpitio Caſſinenſi , ſub anno Dñi 1404. die ſexta decima menſis Decembris.* Haſce Præpoſiturarum creationes in medium adducimus , quo temporalis cœnobii noſtri pluribus in locis juriſdictio pateat.

Plateaticum Oppidi Cervarii in Emphyteuſim conceſſum.

Hoc eodem anno Henricus Abbas jure libellario conceſſit Guillelmo Revelo fructus omnes , atque redditus vectigalis , quod Plateaticum vocant in oppido Cervarii obvenientis. Ex pœna vero pecuniaria laicis impoſita , atque ex mandato illis facto ut juſſibus ſuis parerent diſerte liquet juriſdictionem per ea tempora in oppida Cervarii exercuiſſe Caſſinates. Literæ hac de re p. 294. a t. cit. Regeſti extant.

Præpoſitus S. Liberatoris conſtitutus.

A. 1405. Henricus Abbas Præpoſitum S. Liberatoris creavit , eique juriſdictionem in oppida eccleſiæ illi ſubdita attribuit hiſce literis , quæ in cit. regeſto p. 220. a t. extant. *Henricus Thomacellus &c. Dilecto nobis in Chriſto filio Fratri Antonio de Pomario monacho noſtro Caſſinenſi , nec non Præpoſito &c. monaſterii S. Liberatoris de Majella &c. nobis noſtroque monaſterio pleno jure ſpectantis , & pertinentis ſalutem in Domino &c. cum itaque Propoſitura dicti noſtri monaſterii S. Liberatoris , cui cura imminet animarum ſolita per Caſſinenſes Monachos gubernari , & per nos , ac prædeceſſores noſtros in monaſticum beneficium aſſignari &c. dictam Præpoſituram dicti monaſterii S. Liberatoris , cujus collatio , proviſio , & omnimoda diſpoſitio ad nos &c. noſcitur pertinere &c. cum plenitudine juris Canonici , ac omnibus aliis , & ſingulis juribus , membris , juriſdictionibus , pertinentiis & dependentiis ſuis in ſpiritualibus , & temporalibus uſque ad noſtrum beneplacitum &c. tibi conferimus &c. quo circa curam , regimen dicti monaſterii , Fratrum , & conventus ejuſdem , caſtrorum , villarum , & bonorum ſuorum , ac membrorum etiam tibi plenarie committentes , regendi , gubernandi , manutenendi &c. quo circa dilecto nobis in Criſto Abbati S. Salvatoris de Majella , & Præpoſito S. Euphemiæ , vel ipſorum alteri in ſolidum in Domino committimus , quatenus te , vel procuratorem tuum legitimum tuo nomine in corporalem poſſeſſionem dictæ Præpoſituræ , ac jurium , pertinentiarum , & membrorum ejus inducant , &c. Mandantes propterea dilectis in Chriſto Decano , Monachis , & Conventui , Converſis , Oblatis , & idiotis , vaſſallis ſibi ſubditis , atque recomendatis , quatenus tibi Fratri Antonio prædicto tamquam vero Præpoſito dicti monaſterii , & Præpoſituræ in omnibus licitis , & honeſtis , tamquam nobis devote , & reverenter ſtudeant obedire. Tu vero promiſiſti nobis dictum monaſterium , ejuſque eccleſias , cappellas , & membra in ſpiritualibus , & temporalibus , quantum cum Deo poteris , utiliter agere , regere , & gubernare , & penſionem ſolitam , ſeu cenſum conſuetum nobis , ſeu theſaurario noſtro Caſſinenſi qui pro tempore fuerit debitis , & conſuetis temporibus , anno quolibet ſine diminutione aliqua aſſignare , nec non limites dicti noſtri monaſterii Caſſinenſis , bis in anno perſonaliter viſitare , videlicet in feſto S. Benedicti de menſe Martii , & in feſto dedicationis ejuſdem de menſe Octobris , In quorum omnium teſtimonium &c. has noſtras preſentes patentes literas noſtræ propria*

Abbas S. Salvatoris de Majella.

*priæ manus ſubſcriptione, ac noſtri pontificali ſigillo appenſione munitas per notarium Euſtaſium de S. Germano noſtrum noſtraque cameræ Caſſinenſis notarium ſcribi mandavimus, & in Regeſtris dictæ cameræ Caſſinenſis regiſtrari. Datum in civitate noſtra S. Germani ſub anno Dñi 1405. die prima menſis Auguſti duodecima indictionis &c.*

Anno deinde 1407. alium Præpoſitum conſtituit, ut ex cit. reg. p. 249.

Quidam ab Henrico Judices ad contra. ctus electi,

Plures regiminis ſui tempore Henricus Abbas judices ad contractus elegit, nempe die 7. Auguſti 1397. Johannem Ricci in oppido Cucurutii, atque univerſa ditione Caſſinenſi, ut ex regeſto cit. p. 46. Anno inſequenti die 22. Maii nobilem Franciſcum Summum Sangermanenſem, ex cit. regeſto p. 67. Anno 1400. die 2. Junii Compannonem de magiſtro Angelo ex Oppido S. Victoris, cit. Reg. p. 117. Eodem anno Nicolaum de Judice Meolo Accreſta, ex caſtello novo cit. reg. p. 128. a t. an. 1404. die 13. Februarii Antonium Labrenſem ex Pedemonte cit. reg. p. 289. a t. Eodem anno Joannucium de Bacco de Henrico Sangermanenſem cit. reg. p. 304., ubi hæc leguntur: *Henricus Thomacellus de Neapoli Dei, & apoſtolicæ Sedis gratia humilis Abbas ſacri monaſterii Caſſinenſis &c. Dilecto nobis in Chriſto Joannutio Bacchi d' Errico civitatis noſtræ S. Germani fideli noſtro ſalutem in Domino. Habet regnum Siciliæ laudabilem obſervantiam generalem, quod per provincias, civitates, terras, & loca dicti regni judices per Præſides conſtituti publicis debeant intereſſe judiciis, & contractibus, ſine quorum preſentia ipſorum contractuum vacuus eſt effectus. Officium autem judicatus hujuſmodi debet perſonis idoneis committi, quæ & ipſum fideliter exerceant, omni ſubmota doloſitate, & cum diſcretione condigna. De tua igitur bonitate, & fidei ſinceritate habito jam multiplici teſtimonio fide digno de quibus in domino ſpecialem fiduciam obtinentes, volentes te propterea favorabiliter proſequi, & tibi gratiam facere ſpecialem, te coram nobis perſonaliter conſtitutum judicem ad cauſas, & contractus ubicumque per terras, & loca noſtræ Abbatiæ Caſſinenſis, cum omnibus, & ſingulis commodis, bonoribus, immunitatibus ad præfatum officium quamodolibet pertinentibus, auctoritate noſtra ordinaria ex certa noſtra ſcientia, facimus, & tenore preſentium creamus, & ordinamus, tua vita durante. Mandantes harum ſerie univerſis, & ſingulis vaſſallis, & ſubditis noſtris Caſſinenſibus præſentibus, & futuris, cæteroſque hortamur, quatenus ad te tamquam ad verum Judicem ad contractus, & cauſas legitime conſtitutum recurrant de cætero in caſibus oportunis. Recepto prius a te de ipſo officio exercendo fideliter, & juribus monaſterii noſtri Caſſinenſis, quantum tua poterit intereſſe procurandis manutenendis ubique per terras dictæ Abbatiæ, & maxime in dicta civitate S. Germani, unde oriundus exiſtis, debito, & ſolito ad ſancta Dei evangelia juramento. In cujus rei teſtimonium, & tui Joaonutii cautelam, & noſtram, & ſingulorum certitudinem præſentes noſtras patentes literas tibi fieri mandavimus, per notarium Robucium Alexandri de Padulis civem Beneventanum, noſtrum, noſtraque cameræ Caſſinenſis notarium, & ſcribam, & in Regeſtro dictæ noſtræ cameræ Caſſinenſis juſſimus regeſtrari noſtroque pontificali pendenti ſigillo, & propriæ manus ſubſcriptione munitas. Datum in civitate noſtra S. Germani ſub anno Domini 1404. pontificatus S. in Chriſto Patris, & D. noſtri, D. Bonifacii divina providentia Papa noni, anno ipſius quinto decimo, die decimo octavo menſis Aprilis duodecima indictionis. H. Abbas Caſſinenſis manu propria ſubſcripſi.* Cujus tenoris ſunt aliæ omnes patentes literæ memoratis judicibus ad contractus conceſſæ. Eodem anno Guillelmus de Petro Bertolli ex oppido Peſclarum prope Iſerniam judex ad contractus electus eſt ex cit. reg. p. 305. Qui vero factum ut nulli ab Henrico creati notarii memorentur in ejus regeſto, incompertum. Porro facultatem hanc habuiſſe Abbates noſtros præter longiſſimam, nulloque ſeculo interruptam poſſeſſionem, patet etiam ex regio decreto ſupra a nobis relato. Plura tamen inſtrumenta hoc anno a notariis, qui Abbatiali authoritate creati eſſent, rogata, in archivo noſtro reperiuntur.

Notarii ab Abbate creati.

Oppidum Pontiſcurvi Caſſinatibus reſtitui jubent Romani Pōtifices.

Anno 1406. die 27. Januarii Innocentius ſeptimus irritam eſſe juſſit Bonifacii deceſſoris ſui conceſſionem qua Johanni Thomacello oppidum Pontiſcurvi dono dederat, illudque ad veteres Caſſinates Dominos redire hoc diplomate. *Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad futuram rei memoriam. Sedis apoſtolicæ providentia circumſpecta nonnunquam de perſonis, & rebus monaſteriorum cæterorumque piorum locorum ordinat, & diſponit prout ſecundum locorum, & temporum qualitates id conſpicit expedire. Cum itaque ſicut accepimus, felicis recordationis Bonifacius Papa nonus prædeceſſor noſter caſtrum Pontiſcurvi Aquinat. diœceſis quod ad monaſterium montis Caſſineñ. nullius diœceſis, nobis, & Romanæ eccleſiæ immediate ſubiectum pleno jure dicitur pertinere, dilecto filio nobili viro Johanni Thomacello militi Neapolitano ſub certo titulo conceſſit, ex quo, ut per rerum experientiam dinoſcitur grave damnum, magnumque incomodum ad memoratum perveniunt monaſterium. Nos volentes jura dicti monaſterii integra, & inviolata ſervari, aliiſque de cauſis ad id animum noſtrum rationabiliter inducentibus, omnem conceſſionem eidem Johanni, vel cuicumque alteri de dicto caſtro Pontiſcurvi ſub vicariatus, vel quocumque alio titulo, vel ſub quacumque expreſſione verborum per memoratum Bonifacium factam authoritate apoſtolica tenore preſentium, caſſamus, revocamus, & irritamus penitus, & annullamus, eaque caſſa, irrita, & nulla nuntiamus, atque ipſum monaſterium ad dictum caſtrum, & ejus jura, & pertinentias reintegramus, atque in eo ſtatu reponimus, in quo ante conceſſionem hujuſmodi per Bonifacium factam exiſtebat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ caſſationis, revocationis, irritationis, & annullationis, & nuntiationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Viterbii ſexto Kalendas Februarii Pontificatus noſtri anno ſecundo Febr. XXX. Jo. de lynſ. A. de campo Regali; l. de Aretio, B. de Vincio-Solvit mihi Francino GAR. 8. preſentata coram dictis judicibus delegatis die decima ſeptima Novembris prima indictitionis.*

Ex originali in Archivo.

Haſque literas Oppidanis Pontiſcurvi dedit, Foris. &c.

&c. *Dilectis Filiis Communitati, & Regimini caſtri Pontiſcurvi Aquināt. diœceſis*. Intus &c. *Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Communitati, & Regimini caſtri Pontiſcurvi Aquinateñ. diœceſis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Notum univerſitati veſtræ eſſe volumus, & tenore preſentium vobis ſignificamus, quod hodie omnem conceſſionem per felicis recordationis Bonifacium Papæ nonum prædeceſſorem cum dilecto filio nobili viro Johanni Thomacello militi Neapolitano, vel cuicumquè alteri ſub quocumque titulo, vel expreſſione verborum de præfato caſtro Pontiſcurvi quondam factam revocavimus, irritavimus, & annullavimus, ac prædictum caſtrum cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis ad monaſterium montis Caſſinen. nobis, & Romanæ eccleſiæ immediate ſubiectum pleno jure redire voluimus, atque in eo ſtatu repoſuimus, quo ante prædictam conceſſionem per Bonifatium factam exiſtebat. Quæ cum ita ſint, vobis per Apoſtolica ſcripta mandamus, ut ſub pœna excommunicationis præfato monaſterio, ejuſque Abbati pro tempore exiſtenti inconcuſſe pareatis, eamque, & obedientiam, & fidelitatem exhibeatis, ad quam exhibendam ante memoratam conceſſionem per Bonifacium factam tenebamini. Datum Viterbii ſexto Kalendas Februarii Pontificatus noſtri anno ſecundo. Poggius.*

Romani Pontificis literæ ad Abbatem S. Eraſmi.

Eodem menſe, & anno, ſimiles miſit epiſtolas Innocentius Pontifex ad Abbatem S. Eraſmi de Caſtellone Cajetanæ diœceſis, illumque Delegatum apoſtolicum conſtituit, quo canonicis omnibus viis niteretur, ut oppidani Pontiſcurvi ad obedientiam veteris domini Abbatis Caſſinenſis redirent. Verum antequam hæ literæ exhiberentur, obiit Innocentius, illique ſuffectus eſt Gregorius duodecimus, qui die 31. Januarii 1407. alias ad laudatum Abbatem epiſtolas dedit in quibus poſt relatas compendio ambas Innocentii literas, hæc ſubdit. *Cum autem ſicut exhibita nuper nobis pro parte dictorum Abbatis, & Conventus petitio continebat, prædictus Innocentius prædeceſſor antequam ejus literæ præfatæ ſortirentur effectum, & etiam priuſquam tibi præſentatæ fuerant rebus humanis fuerit exemptus. Nos eiſdem Abbati, & Conventui, ne propterea earumdem litterarum prædicti Innocentii prædeceſſoris fruſtrentur effectum providere volentes, eorum in hac parte ſupplicationibus inclinati, volumus, & authoritate Apoſtolica, preſentium tenore decernimus, quod ad executionem ipſarum litterarum præfati Innocentii prædeceſſoris, perinde procedere valeas, & debeas, ac ſi prædictæ literæ ipſius Innocentii prædeceſſoris, & eo in humanis agente tibi preſentatæ fuiſſent, tuque ad earum executionem procedere incœpiſſes. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſecundo Kalendas Februarii, Pontificatus noſtri anno primo.* Hujuſce itaque diplomatis vi. Abbas S. Eraſmi ſu bexcommunicationis, interdicti, aliiſque pœnis juſſit tum Johanni Thomacello, ut oppidum reſtituetet, tum oppidanis ut Abbati Caſſinenſi parerent, ut conſtat ex actis Nicolai Bergalli publici apoſtolica, & imperiali auctoritate Notarii die 28. Februarii anno 1407. Erat hic Abbas patria Cajetanus, Gattula gente, Johannes nomine, qui epiſcopus

Ex originali in Archivo.

deinde Venafranus evaſit, ut narrat Ughellus To. VI. Ital. ſac. in epiſc. Venaf. col. 585. nu. 25. Cum vero quibuſdam de cauſis memoratus Abbas ulterius hac in re progredi non potuiſſet, alii eandem commiſit Gregorius XII. per ſuum Breve datum Romæ apud S. Petrum 14. Kalend. Jun. Pontificatus noſtri anno primo. Ejus originale in noſtro archivo habetur.

Lis quoad reſtitutionem Pontiſcurvi a Rege Ladislao cõpoſita.

Ex originali in Archivo.

Eam litem tandem hiſce Capitulis compoſuit Ladislaus Rex: *Dominus noſter rex declarat determinat caſtrum Pontiſcurvi cum juribus, & pertinentiis ſuis omnibus eſſe ſpectare, & pertinere Abbati Caſſinenſi nomine ejus monaſterii Caſſinenſis &c. de jure &c. quoad utile dominium &c. Item voluit, & declaravit idem dominus rex pro eo, & ex eo quod dicti dominus Abbas, & dominus Joannes Comes ſunt conſanguinitatis vinculo colligati, & ut inter eos remaneat firma amicitia, & conſanguinitas, quod dictus D. Abbas vendat, & locet eidem D. Comiti Bancum juſtitiæ, & bajulationis dicti caſtri pro annis quinque complendis ad rationem de unciis ſex per annum ſolvendis de anno in annum &c. Item declarat idem dominus Rex, quod dictis annis quinque durantibus dictus D. Comes habeat integram tertiam partem omnium fructuum demanialium, & herbagiorum provenientium ex territorio dicti caſtri, & aliæ duæ partes dicto Abbati, & ejus monaſterio applicentur. Quæ jura demanialia, & herbagiorum recolligi, & vendi debeant per peritos per eoſdem D. Abbatem, & Comitem eligendum unum pro parte unius, & alterum pro parte alterius, vel per eum inter eos communiter eligendum, qui habeant dicta jura inter eoſdem Dominum Abbatem pro duabus tertiis partibus, & dictum D. Comitem pro una tertia parte dividere, & diſtribuere, ac etiam aſſignare. Item quod dicitur D. Abbas de tribus præpoſituris quæ ſunt in dicto caſtro, unam ex ipſis, quam dictus D. Comes ſibi elegerit dictus Dominus Abbas donet, & cedat eidem D. Comiti durantibus annis quinque prædictis vid. Sancti Petri de Foreſta. Item quod tam omnes ſubditi, familiares, & Vaſſalli ipſius D. Johannis Comitis, quam etiam omnes ſubditi familiares, & Vaſſalli ipſius Domini Abbatis, & etiam homines de Pontecurvo poſſint altrinſecus uti, converſari, & pratticari in mercantiis, & aliis quibuſcumque negotiis tam ſubditi, familiares, & Vaſſalli dicti D. Comitis in terris, & locis ac territorio dictæ Abbatiæ Caſſinenſis, quam dicti ſubditi familiares, & Vaſſalli dictæ Abbatiæ in terris, & locis dicti Comitis, & in Pontecurvo conſervando ad invicem pernoctando, & reſidentiam faciendi in omnibus negotiis, & pro quibuſvis aliis cauſis pacifice, & quiete, & ſine damno, vel aliquo impedimento inter eos quomodolibet inferendo, & quilibet poſſit, & debeat poſſidere bona ſua pacifice, & quiete, & ſine moleſtia. Item quod dictus D. Abbas quietat, & abſolvit dictum D. Comitem de omnibus, & quibuſcumque juribus, & fructibus per ipſum Comitem perceptis ex dicto caſtro Pontiſcurvi pro quibuſcumque temporibus præteritis, & uſque nunc cum pacto de ulterius non petendo, & de quibuſcumque damnis, & expenſis uſque ad preſentem diem. Item quod dictus Abbas remittit, caſſat, irritat, & annullat omnes, & quoſcumque proceſſus incoatos, & omnes ſententias*



Digitized by Google

*excommunicationis factas per eum, & ejus Conventum, vel alium ejuſdem ſuæ eccleſiæ ipſius Domini Abbatis nomine, & tam ex vigore quorumcumque reſcriptorum, & bullarum Papalium, quam aliter quovis modo contra dictum D. Comitem, & ejus quoſcumque ſubditos, vaſſallos vel familiares, & homines Pontiſcurvi, quam contra quaſcumque alias perſonas ratione detentionis dicti caſtri, & perceptionis jurium ejus per dictum Comitem ſupradictum, eiſque remictit omnem offenſam, & culpam in quam forte incurriſſent, & ſpecialiter epiſcopus Aquini heredes qm. D. Andreæ, & Meulo ejus fratris. Item pro eo quod dictum caſtrum Pontiſcurvi, ut prædicitur, ſpectat, & pertinet eidem D. Abbati nomine dictæ ſuæ eccleſiæ Caſſinenſis quoad utile dominium, ut ſupra declarat idem D. Rex, quod dictus D. Comes poſt lapſum dictorum quinque annorum, & ſtatim ipſis quinque annis elapſis, dictum caſtrum Pontiſcurvi debeat reſtituere dicto D. Abbati, ſeu dictæ Abbatiæ Caſſinenſi*. Exiſtimamus autem rogatum ab Henrico fuiſſe Ladislaum, ut litem hanc amice componeret, cum die 28. Octobris an. 1407. Monachi Caſſinates publico inſtrumento rogato a notario Antonio Carbone Sangermanenſi facultatem laudato Abbati conceſſerint, ut litem illam arbitris dirimendam permitteret, aut Johannem Thomacellum in quocumque eccleſiaſtico, vel laicali tribunali conveniret. Huic inſtrumento præ aliis teſtis adfuit Ambroſius celeberrimi cœnobii S. Sophiæ Beneventi Abbas.

Præfectus Arcis Fractarum conſtituitur.

Anno 1409. Henricus Abbas, Arcis, atque oppidi Fractarum præfectum conſtituit Antonium de Georgio hiſce literis, quæ in cit. reg. p. 378. extant: *Henricus &c. Dilecto in Chriſto nobis prudenti viro Antonio de Giorgio de caſtro noſtro S. Georgii fideli vaſſallo noſtro ſalutem in Domino &c. Te caſtellanum fortellitii noſtri Fractarum, nec non Capitaneum caſtri Fractarum prædicti ejuſque pertinentiarum, & diſtrictus uſque ad aliud noſtrum beneplacitum & mandatum tenore præſentium duximus ordinandum, amoto exinde Paulello Zaccaria de Averſa qui hucuſque officium hujuſmodi noſtri parte geſſit ibidem. Quo circa prudentiæ tuæ harum ſerie injungentes commictimus, quatenus ad fortellitium, & caſtrum præfatum te perſonaliter conferens, ſtudeas officium Caſtellaniæ, & Capitaniæ præfatum in te fideliter ſumere, & illud exercere ad honorem & fidelitatem noſtram, & noſtri monaſterii Caſſinenſis vacaturus circa diurnam cuſtodiam, atque nocturnam dicti fortellitii una cum ſervientibus per nos tecum deputatis, & deputandis, ita quod tuo durante caſtellaniæ tempore, dictum fortellitium diligenter cuſtodiatur, & manuteneatur pro parte noſtra inleſum, claves autem, & tenutam dicti fortelliter, ac munitionem in eo ſiſtentem in ſcriptis recipias, & conſerves, nec fortellitium ipſius aut ejus tenutam, claves, vel munitionem alicui aſſignabis ſine ſpeciali per nos tecum dato interſigno ſicut habes gratiam noſtram caram, & in noſtris manibus de fidelitate ſervanda ad ſancta Dei evangelia præſtitiſti ſacramentum nihilominus non audeas a cuſtodia dicti fortellitii te abſentare abſque ſpeciali licentia noſtra ſed quotidie vacabis circa ipſius manutentionem atque cuſtodiam una cum ſervientibus antedictis, quibus per præſentes expreſſe mandamus quatenus tibi tanquam noſtro caſtellano obbediant, pareant, & intendant. Quodque Capitaniæ officium diligenter valeas in dicto noſtro caſtro exercere, gubernationem, manutentionem, & conſervationem dicti noſtri caſtri incolarumque ipſius, & pertinentiarum, ac diſtrictus ejus, tibi etiam præſentium tenore commictimus, concedentes tibi poteſtatem plenariam, & ſi quos delinquentes inveneris punituros de eorum exceſſibus, vel delictis cum expedierit capi facias, & carcerari non tamen ad punitionem procedas, vel compoſitionem, niſi prout a nobis habueris in mandatis, penas vero & banna quas, & quæ noſtri parte rite tuleris imponenda rata gerentes, atque firma, & ea tranſgreſſoribus exigi de ſpeciali noſtra conſcientia, & haberi. Mandantes propterea univerſis, & ſingulis hominibus dicti caſtri noſtri Fractarum, & ejus pertinentiarum diſtrictus quatenus in omnibus, quæ ad tuum ſpectant Capitaniæ, & Caſtellaniæ officium, tibi tamquam nobis parere debeant, & obedire. Sic igitur in adminiſtratione tibi commiſſi officii te geras ſollicite, fideliter, & legaliter, quod poſſis coram nobis de fidelitate, & prudentia commendari, & non redargui de negligentia, vel puniri, præſentes noſtras literas tibi propterea dirigentes. Datum in civitate noſtra S. Germani, die quinta menſis Maii ſecundæ indictionis; poſt datum: ut in dicto officio tuis propriis ſumptibus non vaces, ducatos quindecim anno quolibet pro tuo ſalario tibi tenore preſentium in camera noſtra ſtabilimus habendos, Datum ut ſupra &c.*

Apophaſis Bonorum cœnobii S. Mariæ in oppido Luci.

Anno 1412. Præpoſitus cœnobii S. Mariæ in luco apophaſim bonorum omnium fecit, in qua oppidani fatentur, temporali ſemper ſe cœnobii Caſſinenſis juriſdictioni paruiſſe. En inſtrumentum, *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Anno ejuſdem Domini milleſimo quatricenteſimo, Pontificatus D. Johannis Papæ vigeſimi tertii, anno ejus tertio menſe Novembris, ipſius die nono, ſexta indictionis, Luci ante portam ipſius caſtri, prope hortum Stephani Maſſarii de Luco, in via publica. Nos Jacobus de Cerro de Luco prædicto Annalis ipſius caſtri illitteratus Judex. Alexander Jordani de Collelongo Clericus Marſicanæ diœceſis publicus ubilibet apoſtolica auctoritate notarius, & ſubſcripti teſtes ad hoc vocati ſpecialiter, & rogati, vid. D. Nicolaus de S. Donato &c. Præſenti ſcripto publico declaramus, notum facimus, & atteſtamur quod prædicta die, in noſtrum qui ſupra judicis, notarii, & teſtium preſentia conſtitutus honeſtus, & religioſus vir Frater Maurus de Colonia de Alamania Monachus ſacri monaſterii Caſſinenſis, & Præpoſitus monaſterii Sanctæ Mariæ de Luco ſita in diœceſi Marſicana grancia immediate ſubiecta dicto ſacro monaſterio Caſſinenſi ex parte una, & homines univerſitatis dicti caſtri Luci ac major, & ſanior pars hominum univerſitatis dicti caſtri ad hoc ſpecialiter requiſiti, & vocati ex parte altera. Qui honeſtus, & religioſus vir Frater Maurus dicti monaſterii Sanctæ Mariæ de Luco Præpoſitus cum aſſenſu, & decreto prædicti Annalis judicis intendens velle procedere ad beneficium renovationis inventarii, & cenſualis bonorum immobilium, poſſeſſionum, ac redditunm, & rerum prædicti monaſterii &c. & primo, & ante omnia prædictus Præpoſitus oſtendit, & publice legi fecit privilegium primæ donationis factæ*

Ex originali in Archivo.

*de*

Digitized by Google

*de caſtro Luci, & ſuis Juribus ſacro monaſterio Caſſinenſi per qm. bo. me. Dominum Berardum Comitem Marſorum, cujus tenor in omnibus, & per omnia talis eſt. In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti anno ab incarnatione ejuſdem milleſimo ſeptuageſimo, menſe Novembris, indictione nona. Ego Berardus Dei gratia Marſorum Comes filius qm. Berardi Comitis, cum eſſem in monaſterio S. Benedicti in monte caſtri Caſini ſito, preſente D. Deſiderio rm̄o Abbate ejuſdem monaſterii cum ſuis quibuſdam religioſis, & venerabilibus Monachis, aſtantibus quoque nobiliſſimis mei fidelibus pro ſalute, ac defenſione corporis, & animæ meæ, & uxoris, ac filiorum meorum, & pro redemptione animarum parentum meorum obtuli ſanctiſſimo Benedicto in ipſo ſuo ſancto altari monaſterium ſanctæ Dei genetricis, & virginis Mariæ, qui dicitur lucus cum ipſa Rocca, que ſuper ipſum monaſterium eſſe videtur, & cum omnibus ſuis pertinentiis ſecundum ſuas fines, quæ in hac cartula ſcribuntur &c.* Deſcriptiſque finibus proſequitur: *Infra has fines, quantumcumque pertinet in monaſterio ſanctæ Mariæ de Lucus in libera poteſtate ſupraſcripti cœnobii ſancti Benedicti concedo, & ejus rectorum ad tenendum, & dominandum in perpetuum abſque ulla contradictione mea, vel meorum heredum ſeu cujuslibet hominis pro parte noſtra, ſicut ego qui ſupra Berardus Comes, vel mei heredes hanc oblationis cartulam evacuare quocumque modo queſierimus, vel contradicere hiis, quæ continet, ſubiaciamus pœna compoſitionis librarum auri centum, & hac oblacionis cartula in omnibus firma, ac ſtabilis permaneat. Quæ, ut verius credatur, me præcipiente, ſcripta eſt per manus Johannis judicis, & notarii, & idoneorum teſtium qui affuerunt roborata nominibus. ✠ Signum manus Berardi Comitis, qui hanc cartulam ſcribere rogabit. ✠ Signum manus Ugonis Vicecomitis filius qm. Alberti rog. ✠ Signum manus Johannis nobili Viro filius qm. Abilloni rogatus. ✠ Signum manus Panconi filius qm. Rodorphi rog. Ego Joannes judex, & notarius complevi, & reddidi. Quo donationis prædicta privilegio præfatis hominibus dictæ univerſitatis Luci, lecto, & divulgarizato, præfati homines pariter ſuper eiſdem aſſeruerunt, & poſuerunt quod ab eo tempore, in cujus hominum memoria contrarium non exiſtit, vidiſſe, ſciviſſe, & cognoviſſe, nec non ab eorum progenitoribus ſimiliter audiviſſe prædictum caſtrum Luci fuiſſe, & eſſe de vero dominio, & demanio prædicti ſacri monaſterii Caſſinenſis, in quo caſtro Luci ſemper Præpoſitus monaſterii ſanctæ Mariæ de Luco creabatur, & inſtituebatur ab Abbate Caſſinenſi, qui Prepoſitus ſic ordinatus, & factus in prædicto caſtro Luci ſemper habuit in eodem caſtro utile dominium, ſicut & cæteri alii comites, & Barones de regno in caſtris, & terris eorum, & ad gubernandam, & regendam Juſtitiam cuilibet. Præpoſitus qui pro tempore erat, ordinabat in prædicto caſtro quemdam ſuum Vicarium ad miniſtrandum juſtitiam, & puniendum delinquentes, & gabellam bajulationis vendebat ſingulis annis plus offerenti tamquam ultimo emptori, tamquam Dominus, & Baro in prædicto caſtro Luci, & per ipſum pariter ſemper prædicta bajulatio ibidem adminiſtrabatur, banna, & pena rite imponebantur ejus nomine, & delinquentes ſemper corrigebantur, & puniebantur juxta formam juris datam, & conceſſam aliis Baronibus in Regno Siciliæ &c. Quod ſi quis in prædicto caſtro Luci mori contingerit ſine liberis ex ſuo corpore legitime deſcendentibus, non obſtante ſi Fratres carnales, vel patrem, habuerit, & habet, & fuerit diviſus, & ſegregatus, omnia ipſius bona recta via devolvuntur ad manus prædicti monaſterii ex quadam antiquata conſuetudine, omnibus proximis, & conſanguineis ſuis penitus excluſis, quamvis Præpoſitus prædicti monaſterii, ex dicta conſuetudine teneatur pro minori pretio, & complacentia facere gratiam proximis dicti defuncti, & ipſa bona revocare ſub conſueto prætio. Ita quod jura monaſterii prædicti non minuantur, & præmiſſam conſuetudinem aſſeruerunt prædicti homines de Luco omni tempore ab eorum memoria vidiſſe obſervare in caſtro prædicto &c.* Deſcribuntur bona ſtabilia ejuſdem monaſterii, ſervitia manualia, & perſonalia, aliique cenſus perſolvi ſoliti ab oppidanis Luci, atque poſtea legitur: *Item omnes homines, qui tenentur ad debitum, & ſunt debitores dicti monaſterii forenſes, non debent ſolvere in dicto caſtro Luci bajulis de Luco aliquid pro jure paſſus, ac plateatici pro bonis ſuis. Item dixerunt prædicti homines de Luco, quod prædictum monaſterium ſanctæ Mariæ de Luco ſingulis annis in feſto ſancti Benedicti conſuevit, & debet reddere pro penſione Domino Abbati Caſſinenſi de auro ducatos duodecim. Item dixerunt prędicti homines de Luco, quod ſemper ex antiqua conſuetudine prædictum monaſterium recepit, & habuit pro quolibet defuncto ſepeliendo intra eccleſiam de auro ducatum unum, & ab eo quem ſepeliebat extra eccleſiam, ideſt in cimiterio pro feretro ſolidos quatuordecim, quos etiam quatuordecim ſolidos pro feretro recipiebat ſimiliter ab eo qui ſepeliebatur intus Eccleſiam, pro parvulis, qui portantur in brachio ſepeliendis extra eccleſiam non eſt conſuetum aliud exigere niſi quod eorum parentes ſecundum eorum diſcretionem ſolvere volebant, ſed exequiæ & officia ſolvebantur Præpoſito, & monachis juxta morem, & conſuetudinem patriæ. Item dixerunt prędicti homines de Luco, quod omnes, qui emebant poſſeſſiones aliquas de pertinentiis dicti caſtri Luci debebant infra annum ſolvere aſſenſum dicto Prępoſito ideſt decimam partem pretio, alias dictus Præpoſitus ad ſuas manus dictas venditiones revocabat. Item dixerunt quod omnes habitatores dicti caſtri Luci tenentur ſingulis annis decimas perſonales, ſeu induſtriales dare Prępoſito prędicto, idem fit in cęteris terris circumſtantibus eccleſiis Parocchialibus &c. In cujus rei teſtimonium prędicti monaſterii ſanctę Marię de Luco cautelam perpetuam, & omnium quorum poterit intereſſe de pręmiſſis omnibus factum eſt pręſens publicum Inſtrumentum loco, anno, menſe, die, & indictione prędictis. Ego qui ſuper Alexander Jordani de Collelongo clericus Marſicañ. Diœceſis publicus ubilibet Apoſtolica auctoritate notarius pręmiſſis omnibus dum ſic fierent, oſtenderentur, & dicerentur rogatus interfui, ipſaque vidi, audivi, & intellexi, eaque ſcripſi in hanc publicam*

*formam redigens meo ſolito ſigno ſignavi ad cautelam monaſterii S. Mariæ de Luco prædicto ✠ locus ſigni ſupradicti notarii.*

Caſſinatiũ privilegia confirmata.

Ex originali in Archivo.

Anno 1413. Ladiſlaus rex omnia privilegia ab ejus parente aliiſque deceſſoribus cœnobio Caſſinenſi conceſſa confirmavit hoc diplomate: *Ladiſlaus &c. univerſis, & ſingulis præſentes literas inſpecturis tam preſentibus quam futuris. Licet adjectione plenitudo non egeat, nec firmitatem exigat quod eſt firmum, confirmatur tamen interdum, quod robur obtinet, non quod neceſſitas id expoſcat, ſed ut confirmantis ſincera benignitas clareat, & rei geſtæ habundantioris cautelæ robur accedat. Sane olim moti devotis ſupplicationibus culmini noſtro reverenter effuſis per qm. Petrum de Tartaris de Urbe tunc Abbatem ſacri monaſterii Caſſinenſis cancellarium regni Siciliæ, ac monachos, & conventum ejuſdem monaſterii eidem monaſterio Caſſinenſi quaſdam noſtras confirmatorias literas Magno noſtro pendenti ſigillo munitas conceſſimus tenoris, & continentiæ ſubſequentis, Ladiſlaus, &c.* Hoc privilegium hic omittimus, cum anno 1387. illud retulerimus: *Nuper vero ſupplicationibus culmini noſtri, cum devotione porrectis pro parte venerabilium virorum, & religioſorum monachorum, & conventus præfati monaſterii Caſſinenſis benignius inclinati, præfata privilegia, literas, conceſſiones, & gratias eidem monaſterio Caſſinenſi, ipſiuſque Abbati, monachis, & conventui, terris, & locis, hominibus, & vaſſallis dicti monaſterii per præfatos illuſtres progenitores dominum genitorem noſtrum, & ejus, noſtroſque prædeceſſores conceſſos, & conceſſa, omniaque, & ſingula in eis contenta, quorum, & quarum tenores haberi volumus præſentibus pro ſufficienter expreſſis præſcriptumque noſtrum privilegium, & contenta in eo licet per ſe valida firmitate perſiſtant, ad plenioris, & abbundantioris cauthelæ ſuffragium, quæ in cunctis prodeſſe, & non officere conſuevit eidem monaſterio Abbati, Monachis, Conventui, terris, locis, hominibus, & vaſſallis ipſius tenore præſentium de certa noſtra ſcientia ſpecialique gratia confirmamus, ac noſtræ poteſtatis, & authoritatis præſidio communimus, Ita quod omni futuro tempore habeant, & obtineant roboris firmitatem, & exhibitationis cujuſvis involucrum nullatenus pertimeſcant, quinimmo præſens noſtra confirmatio, & acceptatio eidem monaſterio, Abbati, Monachis, & Conventui ipſius, ac terris, locis, hominibus, & vaſſallis prædictis perpetuo ſit ſtabilis, & incommutabiliter ſit realis fidelitate noſtra, ac jure ſi pro hujuſmodi gratiis forſitan noſtræ curiæ deberentur, ſpecialiter reſervati, mandantes præterea univerſis, & ſingulis officialibus noſtris quocumque nomine nuncupatis, ac officio, & juriſdictione fungentibus tam majoribus quam minoribus, eorumque locatenentibus ubilibet in toto regno noſtro Siciliæ, & præſertim in provincia Terræ laboris, & comitatus Moliſii conſtitutis præſentibus & futuris, quatenus forma præſentis noſtræ confirmationis, & acceptationis per eos, & eorum quemlibet diligenter attenta, illa eiſdem monaſterio, Abbati, Monachis, & Conventui, ac terris hominibus, & vaſſallis dicti monaſterii, ſuorum officiorum temporibus obſervent inviolabiliter, & faciant ab aliis tenaciter, & effectualiter obſervari, & contrarium non faciant, ſicut habent gratiam noſtram caram, & indignationem cupiunt evitare. In cujus rei teſtimonium præſentes noſtras literas exinde fieri, & magno majeſtatis noſtræ pendenti ſigillo juſſimus communiri. Datum Neapoli per virum magnificum Berardum, Zurulum de Neapoli militem, Comitem Montis auri, Logothetam, & prothonotarium regni noſtri Siciliæ Collateralem conſiliarium, & fidelem noſtrum dilectum. Anno Domini milleſimo quatringenteſimo tertio decimo die vigeſima ſecunda menſis Decembris ſeptimæ indictionis regnorum noſtrorum anno vigeſimo ſeptimo. Regiſtrata in Cancellaria penes Prothonotarium.* Adeſt ſigillum cereum &c.

Gratiæ Ladislao Caſſinates petunt.

Ex originali in Archivo.

Gratias etiam quaſdam a Ladiſlao rege Abbas & Monachi petierunt quas inter: *Item ſupplicant dicti Abbas, & conventus majeſtati eidem quatenus dignemini, omnes gratias factas, & conceſſas de diminutione collectarum per Majeſtatem eandem univerſitatibus terrarum Abbatiæ Caſſinenſis confirmare, & ratas, & firmas habere, & tenere & in una litera ſupradictas gratias mandare redigi, & aſcribbi, nec non immunitates, & exemptiones factas per Majeſtatem eandem de exactione collectarum, & regalium functionum quibuſdam terris dictæ Abbatiæ depopulatis tempore præſentium guerrarum ſimiliter ratificare, & pro tempore eis conceſſo per Majeſtatem eandem ad collectarum exactionem quoquomodo non teneantur. Item ſupplicant dicti Abbas, & conventus Majeſtati eidem quatenus per annos quindecim in omnes terras, & caſtra Abbatiæ Caſſinenſis inhabitatas, & incolas non habentes, dignemini facere ab exactione collectarum, & realium functionum immunes, & exemptas, ubi dictus Abbas...... reparare vellet terras prædictas, nec non Caſalia monaſterii S. Petri de Avellana ab emulis regiis deſolata pariter, & deſtructa per annos decem ab exactione collectarum, & regalium functionum facere immunia, & exempta. Item ſupplicant dicti Abbas, & conventus majeſtati eidem, quatenus dignemini mandare ſub formidabili pena Comiti Loreti, ut integraliter ſatisfaciat monaſterio Caſſinenſi, & hominibus Pediſmontis, Pignatarii, & S. Angeli, & caſtri Cœli, terrarum monaſterii Caſſinenſis de omnibus damnis illatis in rebus, & perſonis in diſtruſione facta per eum, & gentes ſuas quanto remanere voluit Aquinum, detentum ad petitionem prædictæ Majeſtatis per ſupradictum Abbatem. Item ſupplicant ſupradicti Abbas, & conventus eidem Majeſtati quatenus dignemini homines de villa Pedimontis immunes, & exemptos facere & curia capitanei Abbatiæ ſicut veſtra Majeſtas promiſit quando fuit in S. Germano, cum potius dici poſſint familiares, quam Vaſſalli, pro eo quod die, noctuque a tempore incœpti ſciſmatis dictum monaſterium Caſſinenſe cuſtodiverunt, & cuſtodire non deſinunt.* An autem annuerit Caſſinatium votis Ladiſlaus, incompertum.

Ledislus Caſſinatibus infenſus.

Ingens adeo erga Caſſinates Ladiſlai amor in odium tandem evaſit. Cauſas fuiſſe ſuſpicamur quas affert Theodericus Niemus apud Raynaldum an. 1404. nu. 15. hiſce verbis: *Etiam caſtra, & temporalia bona eccleſiarum, & monaſteriorum in ipſo regno Siciliæ conſiſtentium, & olim per imperatores Romanos, ac reges Catholicos pietatis intuitu donata, ſub colore, quod contra dicti regni ſcilicet, ſuoſq; hoſtes illa*

*fidelıter*

*fideliter conſervare vellet pro uſu eccleſiarum, & monaſteriorum ipſe hujuſmodi uſurpabat*: Et infra: *Eccleſias, & monaſteria hujuſmodi ad dandum ſibi pecunias traxit, nec permiſit eos poſſeſſionem eccleſiarum, & beneficiorum, ac monaſteriorum apprahendere, niſi ante omnia ipſas pecunias, quas poſtulabat efficaciter perſolviſſent. Quoſdam etiam milites, & ſatellites ſuos ad nonnulla monaſteria, & domos epiſcoporum deſtinavit, indulgendo eis, ut ubi eſſent per aliquod tempus, & de re receptis illic bonis, atque victualibus ibi diſponerent prout, videretur eiſdem, qui ſi quos Prælatos forte reperirent, eorum non voluntarios receptores, hos milites, & ſatellites male tractabant, & pleroſque a propriis ſtationibus repellebant, & qui in hoc erat auſterior præ ceteris laudabatur a rege, & cum de his, & aliis oppreſſionibus Prælatorum fierent Innocentio de rege præfato querelæ, eum propterea non corripuit in principio ſuæ aſſumptionis ad Papatum ne correptus proinde pejora committeret, obmutuit, & ſiluit. Sed illud in grave damnum earundem eccleſiarum, & monaſteriorum, ac Prælatorum redundavit, juxta illud; principiis obſta, ſero medicina paratur. Inſuper dictus Rex multis datis in ſtimulum illos ſive Proceres, ſive magnates, qui eum juverunt ad recuperandum ſtatum ipſius regni paſſim exterminabat, multos eorum incarcerando, & in carceribus occidendo, quippe omnia ſicut ſibi dictabat animus, ſive bona ſive mala eſſent, intrepide faciebat.* Eadem narrat Spondanus an. 1406. num. 2. Mala quoque contra eccleſiam Romanam ab ipſo ad mortem uſque irrogata hiſtorici omnes deſcribunt. Duodecim itaque dumtaxat Senibus monachis in cœnobio Caſſinenſi relictis, alios expulit Ladiſlaus, locumque ſanctiſſimum militibus cuſtodiendum tradidit, ut hac Henrici Abbatis epiſtola conſtat, quæ in regeſto dicto communi continetur, pag. 1. *Fr. Henricus &c. Dilecto in Chriſto filio Fratri Hilario de Pruſia diacono noſtro Caſſinenſi &c. ſalutem, & ſinceram in Domino charitatem. Cum certis de cauſis, ut aſſeris, animum tuum moventibus in noſtro prædicto monaſterio non poſſis cum tui quiete animi, ac ſana conſcientia permanere, præſertim cum dictum noſtrum Caſſinenſe cœnobium per regiam Majeſtatem, & ſuis gentibus armigeris ſit invaſum, & omnes Monachi præter duodecim ſeniores coacti ſunt violenter loco cedere, transferendi te ad aliud monaſterium ejuſdem ordinis, vel arctioris Patris, vel alterius dumtaxat obſervantiæ regularis, licentiam impartimur, vel inibi ſtabilitatem ſi ita tibi libuerit, faciendi, haud vero pro hoſpite ibidem commanendi, quoaduſque, Deo propitio, tranquillitatis rebus, & guerrarum diſcriminibus ſedatis, reducto ad priſtinum ſtatum dicto noſtro S. monaſterio Caſſinenſi, per nos, aut ſucceſſores noſtros ad idem valeas charitative revocari, aut proprio motu per te ſpontanee remeare &c.* Nomine ſuo gubernatorem Abbatiæ Caſſinenſis Ladiſlaus conſtituit Andream de Capua Abbatem Ordinis Ciſtercienſis, juſſitque hiſce literis, quæ in citato regeſto p. 107. a t. extant, ut quam diligentiſſime curaret, ne cœnobii Caſſinenſis vaſſalli ad Abbatem Henricum ullo modo jus petituri recurrerent: *Ladiſlaus &c. Rdo. Patri Abbati Ferrariæ gubernatori Sacri monaſterii Caſſinenſis conſiliario, & fideli noſtro gratiam, & bonam voluntatem. Propter aliqua, quæ movent mentem noſtram præſentialiter volumus, & paternitatem tuam requirimus, & hortamur tuæ fidelitati nihilominus injungentes expreſſe, quatenus neminem ex nunc in antea de terris, caſtris, & locis Abbatiæ Caſſinenſis, tuaque juriſdictionis accedere ad reverendum Patrem Abbatem Henricum Thomacellum dicti monaſterii Abbatem pro quibuſvis gratiis ab eodem obtinendis, vel impetrandis, aliquatenus patiaris. Volentes, & intendentes expreſſe, ſi aliqui de Terris, & locis prædictis contra hujuſmodi Propoſitum noſtræ mentis deinceps accederent ad dictum Abbatem Henricum pro cauſa prædicta, gratias quas ab eodem Abbate Henrico obtinuiſſent, & exinde reportaſſent, mandes, ordines, & facies ita, & taliter, ac modis omnibus expedientibus tibi viſis, quod non obſerventur eiſdem, & quia recolimus feciſſe tibi quoddam mandatum ſubſcriptione propriæ manus noſtræ ſubſcriptum de revocatione omnium gratiarum ab olim, & pro præterito factarum per dictum Abbatem Henricum, ſine conſcientia conventus monaſterii ſupradicti, velut non rite, & ſecundum debitum ordinem procedentium, in cujus mandati executionem modicam nunc uſque geſſiſti, ſicut informati ſumus diligentiam, atque curam idcirco mandatum ipſum exequi per te realiter, ſine mora qualibet intendentes eidem tuæ fidelitati per præſentes addicimus, quatenus dictas omnes, & ſingulas gratias, quas repereris per dictum Abbatem Henricum olim factas quibuſvis perſonis ſine conſcientia conventus prædicti vigore præſentium, & alias juxta tenorem dicti alterius noſtri mandati ipſo facto, nec alio a nobis expectando mandato revoces, & annulles cum hoc reſideat firmiter menti noſtræ. Has noſtras literas parvo noſtro ſigillo munitas, tibi propterea dirigentes &c. quibus obſtare nolumus, quod ſint dicto tantum parvo noſtro ſigillo communita &c. Datum in caſtro novo Neapolis ſub parvo noſtro ſigillo die ſeptimo Januarii ſextæ indictionis. Ladiſlaus Rex manu propria.*

Caſtrum Roccæ Albani emtum.

Quamquam tot undique anguſtiis premeretur Sacrum Caſſinenſe cœnobium haud tamen animo deſpondentes monachi illius jura, & ſervare, & ampliora reddere omiſerunt. Anno quippe 1414. die 28. Maii comparata ex venditis quibuſdam latifundiis pecunia emerunt Roccæ Albani oppidum aliquibus e noſtris caſtris finitimum, ut hoc inſtrumento conſtat rogato a notario Antonio Piczione Sangermanenſi. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti anno a nativitate ejuſdem* 1414. *regnante Sereniſſimo D. noſtro D. Ladiſlao &c. regnorum vero ejus anno vigeſimo octavo feliciter Amen, die vigeſimo octavo menſis Maii, ſeptima indictionis, in Sancto Germano. Nos Ciccus Summus, & Henricus Bacci de Henrico de Sancto Germano ſingularum terrarum, & locorum omnium Abbatiæ Caſſinenſis ad cauſas, & contractus judices, Antonius Piczionus de Sancto Germano publicus ubipue per totum prædictum regnum Siciliæ regia authoritate notarius, & teſtes infraſcripti ad hæc*

Ex originali in Archivo.

ſpecialiter vocati, & rogati vid. Preſbiter Nicolaus Fadamnus de S. Germano, Judex Nicolaus Galiota de Neapoli juris peritus Vicarius Caſſinenſis, Magiſter Antonius de Citrolis Fiſicus, Jacobus Piſcionus, notarius Antonius Carbonus &c. Præſenti ſcripto publico declaramus, notum facimus atque teſtamur, quod in noſtra preſentia perſonaliter conſtitutis nobili, & egregio viro D. Johannutio de Boſco de Fraſſis cives S. Germani, milite ac D. Rocca Bandra, & Rocca de Albano agente quidem pro ſe, & ſuis heredibus, & ſucceſſoribus univerſalibus & particularibus ex parte una, & venerabilibus, ac religioſis viris Fratre Hieronymo de Corneto Monacho, & Priore Sacri monaſterii Caſſinenſis, & Fratre Franciſco de Gaeta Monacho Caſſinenſi Abbate S. Matthai ſervorum Dei Yconomis & procuratoribus legitimis ad infraſcripta dicti monaſterii, & ſacri conventus Caſſinenſis &c. agentibus quidem nomine, & pro parte dicti ſacri monaſterii, & conventus Caſſinenſis ex parte altera. Præfatus quidem D. Johannutius ad inſtantiam, & interrogationem ſibi factam per dictos procuratores &c. ſponte, & proprio motu aſſeruit &c. quod ipſe D. Johannutius habens, tenens, & poſſidens juſto titulo &c. dictam Roccam de Albano de provincia Terra Laboris, titulo videlicet emptionis per eundem facta a ſacra regia Majeſtate dicti D. noſtri, D. Regis Ladislai roccam ipſam cum juribus, & pertinentiis ſuis omnibus vendere diſpoſuit & vendere velle, &c. De qua rocca vendenda ad conventionem devenit cum dicto ſacro conventu Caſſinenſi, ob quod per ipſum ſacrum Conventum Caſſinenſem a dicta ſacra regia majeſtate impetrata extitit quadam regia cedula in pergamena ſcripta, parvo quidem ſigillo de regia majeſtatis, & manus propria ejuſdem ſubſcripta, munita, & roborata de conſenſu vendendi, & alienandi de bonis dicti monaſterii, legatis vid. & oblatis dicto monaſterio, uſque ad ſummam pretii, quo dictam roccam Albani emi poſſet, quam cedulam aſſenſus prædicti, præfati procuratores, & Yconomi Caſſinenſes nobis predictis judicibus, & notario, & teſtibus exhibuerunt, & oſtenderunt, ac publice per me notarium prædictum Antonium legere fecerunt, & erat de verbo ad verbum tenoris, & continentia ſubſequentis; Ladiſlaus, &c. Venerabilibus viris Priori, Monachis, & Conventui Sac. monaſterii Caſſinenſis devotis oratoribus, & fidelibus noſtris dilectis gratiam, & bonam voluntatem. Cum pro commodo, utilitate, atque congruitate dicti Conventus intendatis, ſicut nobis humiliter feciſtis exponi, emi a nobili viro Johannutio de Fraſſis milite roccam Albani viciniam, ſeu proximam terris dicti monaſterii, ex quo vobis, & dicto Conventui, magna redundabit utilitas, & ſi ad alienas manus deveniret vobis, & dicto Conventui ad maximum incommodum cederet, & ad damnum, nec præ manibus habeatis pecuniam pro emenda rocca prædicta, propterea, ut poſſitis veſtra, & dicti Conventus commoda procurare, & facere vobis preſentium ſerie &c. concedimus &c. quod poſſitis, & valeatis alienare, & vendere tantum de rebus oblatis, & legatis dicto monaſterio jure teſtamentorum, quod ex pecunia ex venditione hujuſmodi proventura poſſitis, & valeatis emere roccam prædictam a Johannutio præfato &c. Unde præfatus D. Johannutius habens, tenens, & poſſidens præfatam roccam Albani de dicta provincia Terra laboris cum fortellitio, ſeu turri, hominibus, vaſſallis, vaſſallorumque redditibus, & tenimentis, territoriis, juribus, & pertinentiis ejus omnibus dicto emptionis titulo per eum facta a dicta ſacra regia Majeſtate prout de emptione hujuſmodi nobis prædictis &c. ſimiliter potuit evidenter per quoddam amplum regium privilegium eidem Domno Johannutio factum &c. ſponte, palam, pure &c. vendidit &c. præfatis Fratri Hieronymo Priori Caſſinenſi, & Fratri Franciſco procuratoribus, & iconomis monaſterii, & Sacri Conventus Caſſinenſis &c. præfatam roccam de Albano ſitam, & poſitam in dicta provincia Terra laboris, juxta territorium terra Atini, territorium terra Piciniſchi, territorium rocca Malacucchiara, territorium caſtri Vallisrotunda, territorium caſtri Cardeti, territorium caſtri Sarraciniſci, & alios &c. francam, atque liberam, & exemptam, ab omni obbligatione, hipotecatione reali, & perſonali &c. excepto feudali ſervitio, ſeu adoha, pro dicta rocca de Albano regia curia debito, & omnia, quæ debentur ex natura feudi majoris dominii regii una cum dicta turri, ſeu fortellitio, hominibus vaſſallis, vaſſallorumque redditibus, feudatariis, ſubfeudatariis, cenſibus, ſervitiis, domibus, poſſeſſionibus, vineis, olivetis, Cardenis, terris cultis, & incultis..... pratis, ſilvis, nemoribus, Paſcuis, arboribus, molendinis, battenderiis, aquis, aquarumque decurſibus, collectis, bajulatione, banco juſtitia &c. cognitione cauſarum inter homines, & per homines dicta rocca, tenimentis, territoriis, Juribus juriſdictionibus &c. & turrim ipſam, ſeu fortellitium fortificandum, reparandum, & infortiandum cum oportunis fabricis, edificiis, turribus, foſſis, barbacanis, ſticcatis, & aliis propugnaculis ſpectantibus ad fortificationem eandem, ipſumque fortellitium ſic reparatum & infortiatum muniendum & fortiendum victualibus, ferramentis, & aliis opportunis, eamque cuſtodire faciendum, prout dicto Caſſinenſi Conventui, & ſucceſſoribus ipſius melius, & expedientius viſum erit &c. pro pretio, & nomine finiti, & conventi pretii inter eos unciarum ſeptuaginta, & tarenorum viginti quinque de carlenis argenti boni, & juxti ponderis, ad generale pondus regni ſexaginta per unciam, & duobus per tarenum quemlibet computatis. Cujus pretii uncias videlicet quadraginta in ſpecie carlenorum prædicta preſentialiter, & manualiter coram nobis habuit, & recepit dictus Domino Johannutius venditor, reliquas vero uncias triginta, & tarenos viginti quinque ſponte confeſſus, & contentus fuit ſe recepiſſe, & habuiſſe preſentialiter, & manualiter a dictis procuratoribus, & iconomis, emptoribus, dantibus, ſolventibus &c. pro parte monaſterii, & ſacri Caſſinenſis Conventus aſſati de propria quidem pecunia, ut dixerunt facta, & habita ex venditionibus bonorum dicti monaſterii videlicet legatorum, & oblatorum pro integro quidem, ex finali pagamento rocca prædicta, ac jurium, & pertinentiarum omnium ejuſdem &c. In inſtrumento, quo rex Ladislaus memorato Joannutio roccam Albani vendidit, hæc ad rem noſtram verba faciunt: Ladislaus &c. ſane quotidie occurrentibus nobis agendis armigerarum gentium, quæ intra, & extra regnum noſtrum Siciliæ ad noſtra ſervitia, & (Ex origi-nali in Archivo.)

pro

*proſtatu, & preſervatione reipublicæ dicti regni utiliter, & neceſſario militaverunt, & militant, providimus prius ad fiſcalia bona noſtra recurrere, eaque alienare, & vendere, ut inde pecuniam habere poſſimus, quam fideles noſtros regnicolas diverſorum onerum ſolutionum faticatos importabilis ſarcinæ vexatione gravare, ſicque habentes præ manibus &c. roccam de Albano de provincia Terræ laboris, exhabitatam, cum fortellitio ſeu turri, hominibus, vaſſallis, vaſſallorumque redditibus, tenimentis, territoriis juribus, & pertinentiis eis omnibus ad nos, & ad dictam noſtram curiam ſpectantem &c. & de jure devolutam quidem ad manus noſtræ curiæ juſte, & rationabiliter per obitum qm. Antonii de Cantelmis filii qm. Berlengarii de Cantelmis Comitis Arcis ſine liberis legitimis decedentis &c. ad conventionem devenimus cum viro nobili Joannutio de Boſco de Fraſſis Milite, Cambellano, & fidele noſtro dilecto &c. Actum quidem Theani præſentibus nobilibus viris Petro Macidonio noſtri hoſpitii ſeneſcallo, & magiſtro hoſtiario Antonio Cicalenſi de Neapoli militibus theſaurario noſtro, Honufrio de Penna, Angelillo de Angelo de Capua Secretariis, notario Johanne Miralia de Averſa, notario Jacobo Stanſione, & notario Nucio Merulo de Capua &c. Anno Dñi* 1411. *die* 15. *menſis Octobris, &c.*

Petro Macedonius, alii viri nobiles.

Ladiſlaus obiit, illique ſufficitur Johanna II. ſoror;

Hoc Anno 1414. die 6. Auguſti ridente ex omni parte fortuna obiit Ladiſlaus rex anno ætatis quadrageſimo abſque liberis. Magnæ virtutes potiſſimum bellicæ, vitia in eo æquarunt. Septem, & viginti regnavit annos, cum anno 1387. ſub finem Februarii rex fuerit ſalutatus, ut oſtendimus alibi, conſtatque ex autographo facultatis die 20. Januarii 1414. Johannucio de Fraſſis ab eodem conceſsæ, ut roccam Albani venderet. Ibi enim ait: *Regnorum noſtrorum anno vigeſimo ſeptimo*; quod idem patet ex mox allato venditionis inſtrumento aliiſque monumentis. Corrigendus hinc Spondanus, cum anno 1424. n. 5. Ladiſlaum novem, & viginti regnaſse annos ſcribit. Certiorem de Ladiſlai fratris morte fecit Johanna II. in regnum illi ſuffecta regium capitaneum, qui in Caſſinenſi ditionem criminalem exercebat hiſce literis ex regeſto communi p. 138. *Vir nobilis, & fidelis noſter dilectus cum maxima mentis noſtræ amaritudine, & dolore cordis intrinſeco tibi preſentibus nunciamus, quod hodie die ſexto menſis Auguſti prima hora diei claræ memoriæ Sereniſſimus princeps D. Rex Ladiſlaus reverendiſſimus dominus frater noſter, de quo, & ſine intermiſſione dolendum, qui gravatus infirmitate diebus pluribus cum languore jacuerit ſpiritum reddidit creatori. Noſque ad quam regnorum ſuorum, & aliarum terrarum ſucceſſio, tum de jure quam ratione inſtitutionis fraternæ, quia nos heredem teſtamenti inſtituit, eſt rationabiliter devoluta regnorum gubernacula, & dominia ſperantes in gratia Dei, & in zelo fidelitatis veſtræ, & aliorum noſtrorum fidelium ſuſcepimus, & ſperamus ſubditos noſtros in virga juſtitiæ benignitatis, & equitatis regere. Et conſiderata immenſa fidelitate, & conſtantia ſubditorum, eos intendimus ab illicitis gravaminibus relevare, ut ſub noſtro dominio fideles ipſi noſtri veniſſe lætentur. Suſcepimuſque poſſeſſionem civitatis Neapolis, & caſtrorum in ea poſitorum, & tum a civibus dictæ civitatis, quam ab aliis civitatibus circummanentibus, videlicet Averſa, Capua, Gaeta, Ducatus Amalphiæ, Surrenti, Puteoli, & aliarum terrarum vicinarum, & fidelitatis debitæ recepimus juramentum; & propterea fidelitati tuæ mandamus, quatenus ſtatim id nuncies omnibus terris caſtris, & locis, quæ per dictum qm. D. Regem fratrem noſtrum in demanium tenebantur tuæ nempe juriſdictionis, quod ſtatim mittant eorum ſindicos ad nos uſque, & per totum preſentem menſem Auguſti preſentis anni utique ſufficienter inſtructos, qui Majeſtati noſtræ dictum homagium faciant, & præſtent in forma debita juramentum, interque futurique una nobiſcum in funeralibus exequiis faciendis. Quia etiam cum conſilio procuratorum regni ipſorum noſtrorum fidelium ſtatum quantum cum Deo poſſumus intendimus reformare. Datum in caſtro noſtro novo Neapolis, ſub anulo noſtro ſecreto dicto die ſexto menſis Auguſti, ſeptimæ indictionis.* Poſt Datum. Tibi præſentibus adiciendo mandamus, *quatenus mandes etiam univerſis, & ſingulis comitibus, & Baronibus dictæ tuæ juriſdictionis quod in dicto termino ſe conferant, ſimiliter ad præſtandum dictum homagium, & faciendi, prout alii procuratores faciunt in prædictis. Datum ut ſupra.* Foris. *Capitaneo Terrarum & locorum Abbatiæ Caſſinenſis, & certarum aliarum terrarum eidem officio annexarum, vel ejus locumtenenti fideli noſtro dilecto. Johanna ſecunda regina Hungharia Jeruſalem, & Siciliæ &c.*

Capitaneū Juriſdictionis criminalis Abbatiæ Caſſinenſis de Ladiſlai morte admonet Johanna.

Iterumq; ad Andream, & ipſum literas mittit.

Paucos deinde poſt dies haſce literas ad Abbatem Andream, & memoratum Capitaneum dedit quæ in cit. regeſto p. 138. a t. extant *Reverendo in Chriſto Patri A. Abbati monaſterii S. Mariæ de Ferrarea gubernatori ſacri monaſterii Caſſinenſis conſiliario, & fideli noſtro dilecto. Johanna ſecunda Regina Hungariæ, Hieruſalem, & Siciliæ &c. Reverende in Chriſto Pater conſiliarie, & fidelis, Tuarum intellecta ſerie literarum, intellectiſque relatibus Reverendi in Chriſto Patris Fratris Antonii de Avezzano Sacræ Theologiæ doctoris epiſcopi Balneoregenſis tui parte per eum nobis explicatis ſub compendio reſpondentes volumus, & paternitati tuæ requirimus, & hortamur, eidem nihilominus injungentes, quatenus regiminis & gubernationis officium ſacri monaſterii Caſſinenſis uſque ad noſtrum beneplacitum gerere, exercere, & adminiſtrare debeas, prout egiſti hucuſque de mandato claræ memoriæ illmi principis, & D. D. regis Ladiſlai reverendiſſimi germani noſtri ſuper quibus eidem epiſcopo indubiam præſtito fidem. Datum in caſtro novo Neapolis ſub annulo noſtro ſecreto die* 13. *M. auguſti ſeptimæ indictionis.* (Antonii hujus epiſcopi non meminere Ughellius de Epiſc. Bagnareæ, Fœbonius in hiſtoria Marſorum & Corſignanus in lib. de Viris Illuſtr. Marſorum) *Johanna ſecunda &c. Nobili viro Franciſcotto Mocio de Neapoli capitaneo terrarum, & locorum Abbatiæ Caſſinenſis ac certarum aliarum terrarum Vallis Culmini.* (Vallis Cominii legendum melius puto, quæ vallis totum Albeti Ducatum in ſe recipit, cumque Abbatiæ Caſſinenſis finibus jungitur) *familiari, vel ejus Locum tenenti nec non judici, & aſſeſſori, ac eorumque notario, & officialibus aliis ſecum per olim regiam curiam deputatis fidelibus noſtris dilectis &c. Ne propter ſubſecutam noviter mortem claræ memoriæ D. regis Ladiſlai hono-*

Antonius de Avezzano Epiſcopus Balneoreg.

Digitized by Google

*honorabilis, & cariſſimi fratris noſtri circa exercitium officiorum vobis commiſſorum poſſit intervenire defectus, ſeu quicquam in hoc obici, vel opponi, volumus, & fidelitati veſtræ harum ſerie mandamus expreſſe, quatenus officia prædicta vobis, & cuilibet veſtrum commiſſa, ex nunc in antea, uſque ſcilicet ad aliud noſtrum mandatum, ad honorem, & fidelitatem noſtram exerceatis &c. Datum in caſtro noſtro novo Neapolis ſub eodem anulo noſtro ſecreto, die quartadecima menſis Auguſti ſeptimæ indictionis.* Ex quibus epiſtolis, aliiſque cœnobio noſtro conceſſis privilegiis liquet ſtatim a morte fratris, Johannam II. regni jura capeſſiviſſe.

*Regina Johanna II. Caſſinatibus propitia.*

Hæc quidem ab ipſo regni ſui initio Caſſinatibus propitia eſſe cœpit. Præter enim alia confirmata privilegia die 20. Decembris anni 1414. ratum eſſe Caſſinatibus privilegium Ladiſlai juſſit, quo cavetur licere Monachis molas truſatiles pro piſtrinis ſuis frumentariis e fodinis Monaſterii effodere; in ejuſque reginæ literis hæc adnotanda. *Mandantes proptèrea quibuſcumque terrarum, & locorum Dominis, & Baronibus, in quibus magiſtri molarum ſive inciſores, & factores illarum habitare, & morari contingerit ad requiſitionem dictorum Monachorum & Conventus Monaſterii prælibati magiſtros ipſos mittere debeant, & deſtinare ad laborandum in dictis molariis, ſumptibus, expenſis, & ſalariis Monachorum, & Conventus ejuſdem, ubi renitentes forent magiſtri ipſi per oportuna remedia, pecuniariaſq; pænas extorſiones illarum arcere, & compellere Domini, ſive Barones ipſi teneantur. Injungentes etiam univerſis, & ſingulis noſtris officialibus majoribus, & minoribus, quocumqae nomine nuncupatis, ac officio, & juriſdictione fungentibus, & locatenentibus eorundem, ac hominibus, & perſonis aliis, &c. quatenus forma præſentis noſtræ confirmationis, & gratiæ, nec non forma dictarum regiarum fraternarum litterarum eiſdem Monachis & Conventui conceſſarum per eos diligenter, &c. obſervent inviolabiliter, &c. In cujus rei teſtimonium præſentes noſtras litteras magno noſtro ſigillo pendenti munitas fieri fecimus, & mandavimus. Datum in caſtro noſtro novo per manus noſtri prædictæ Johannæ reginæ. Anno Domini milleſimo quatricenteſimo quartodecimo, die vigeſimo menſis* Decembris *octavæ indictionis, regnorum noſtrorum anno primo.* Adeſt Sigillum pendens.

*Summonte notatus, & correctus.*

Ex allatis monumentis corrigendus Summonte, qui in hujus reginæ vita ſcribit, dic tantum II. Maii, Anni 1415. regnum iniiſſe. Obſervare etiam eſt in privilegiis Ladiſlai, & reginæ Johannæ, indictionem inibi uſurpatam a die primo Septembris imperatorum Orientis more repeti; hinc indictio Græca appellata. Alii indictionem die 24. Septembris auſpicabantur, quæ Conſtantiniana, ſeu Cæſarea audit. Tertia eſt Pontificia a Kalendis Januarii repetita, qua Romani pontifices uſi ſunt, excepto Gregorio Magno, Johanne octavo, & Gregorio VII. qui CP.^am^ uſurparunt. V. Mabillonius de re Diplomatica lib. 2. p. 178. & ſeqq. & Joſeph Perez in Differt. eccleſiaſt. contra Papebrochium p. 267. de quo hæc idem Papebrochius in reſponſione ad exhibitionem errorum per A. R. P. Sebaſtianum a S. Paulo, &c. evulgatam, &c. art. II. nu. 265. prædicat. *Ita fecit in ſuis Diſſertationibus eccleſiaſticis, A.* 1688. *Salmantica*

*Indictionis initium in Regno Neapolitano in Kalendis Septembris.*

*editis, vir ſane eruditiſſimus, & de Hiſpanica hiſtoria, præſertim Ordinem Benedictinum ſpectante, optime meritus, nuper vero præmature defunctus, Joſeph Perezius Monachus S. Facundi, & ſacrarum litterarum iſtic profeſſor: Huic cum viſum eſſet refellere quædam ex Propylæo Aprilis, etiam nobis ipſis deinde minus probata, iſta quoque S. Eleutherii acta putavit leviorem cenſuram mereri: quod licet necdum perſuaſus ab eo ſim, multa tamen ejus ſenſa alia vehementer probo, præſertim quoad ordinis antiquitatem in Hiſpania, neque pauciora ex eo, quam ex opere Mabilionis de re Diplomatica diſcere gaudeo: ipſum quoque pro actis S. Eleutherii qualibuſcumque conatum laudo &c.*

*Epiſtolæ Jacobi, & Johannæ II.*

Anno 1415. menſe Januario haſce literas ſcripſit Johanna II. ex quibus tum conſtat nullum eo tempore fuiſſe Abbatem Caſſinenſem, tum etiam Abbatem Andream gubernatorem adhuc regium fuiſſe, atque a quæſtore regio acceptos cœnobii reditus, hiis exceptis, quæ pro reparandis ædificiis, veſtiendis, alendiſque Monachis ſtatuta fuerant. *Johanna Secunda &c. Rev. in Chriſto Patri Fratri Andreæ de Capua Abbati monaſterii S. Mariæ de Ferrarea, ac gubernatori monaſterii Caſinenſis, conſiliario, nec non theſaurario Abbatiæ Caſinenſis, ac magiſtro cameræ Terræ laboris, & Comitatus Moliſii &c. Cum itaque noviter expoſitio venerabilium, & religioſorum virorum Prioris, Monachorum, & Conventus Sacri monaſterii Caſinenſis Majeſtati noſtræ oblata cum reverentia continebat, quod olim Sereniſſimus princeps, & D. D. Ladiſlaus rex inclitus reverendiſſimus frater noſter præfatis Priori, Monachis, & Conventui benigne compatiens, ac jura dicti Monaſterii ex negligentia præſidum minui non intendens decrevit, & mandavit, ut pro reparatione dicti monaſterii &c. Ducati auri centum de juribus, redditibus, & proventibus ipſius monaſterii per annum expenderentur &c. & quod eiſdem Monachis, & Conventui pro veſtitu, & victu eorum ac aliis neceſſariis eorum, & familiarium ipſorum ſufficiens, & oportuna pecunia exhiberetur ſuper juribus ſupradictis, & quod pecunia perveniens de mortuariis, ſepulturis, quartariis, & teſtamentis ad reparationem ipſius monaſterii deputari deberet, nec non caſeus recolligendus in Montaneis ac decima agnorum Vallisrotundæ, & redditus pecudum Cardeti, Viticoſi, & Aquæfundatæ eiſdem Monachis, & Conventui exhiberetur, & aſſignaretur. Nec non & amplius quod omnes jura, fructus, redditus, & proventus piſcariarum S. Germani, S. Georgii, S. Angeli, Bandræ pro eorum victu, atque alimenia exhiberi deberent integre, ac ſine obſtaculo novitatis, & impedimento quocumque, prout in quibuſdam ipſius D. regis fratris noſtris litteris, prout ejus ſigillo munitis, ejuſque propria manu ſubſcriptis in noſtra curia originaliter præſentatis, viſis, & lectis, plenius, & ſerioſius continetur, quarum litterarum vigore præmiſſa omnia perceperunt, & habuerunt, ac habent, & percipiunt de præſenti juxta dictarum regiarum fraternarum litterarum tenores, & continentias, propter quod noſtræ Majeſtati humiliter ſupplicarunt, ut eiſdem Priori, Monachis, & Conventui præfatas litteras confirmantes præmiſſa omnia exhiberi facere dignaremur. Nos autem attendentes dictorum Prioris, Monachorum, & Conventus merita ſinceræ*

*Ex originali in Archivo.*

devo-

*devotionis, & fidei atque actiones laudabiles, erga eoſdem Priorem, & Conventum per dictum D. fratrem noſtrum oſtenſas plurimum commendantes, & ipſa D. fratris noſtri ſequi veſtigia cupientes, præfatas regias fraternas litteras, & omnia contenta in illis, quarum tenorem præſentibus habere volumus pro inſerto & ſpecifice declarato de certa noſtra ſcientia confirmantes, ac noſtræ poteſtatis, & auctoritatis præſidio munientes, volumus, & fidelitati veſtræ tenore præſentium, de dicta certa noſtra ſcientia diſtricte præcipimus, & mandamus, Te Abbatem expreſſius exortantes, quatenus prædictarum regiarum fraternarum, & præſentium noſtrarum litterarum forma per eos, & eorum quemlibet diligenter attenta &c.* Jubet omnia illis adamuſſim præſtari. *Datum in Caſtro noſtro novo Neapolis ſub eodem annulo noſtro ſecreto die quinto menſis Januarii, &c.* Memorata jura, & reditus habet, exigitque hactenus cœnobium Caſſinenſe.

Eodem anno Johanna II. matrimonio ſibi copulavit Jacobum Comitem Marchæ Provinciæ in Aquitania, ex regia Burbonia gente, quocum die 26. Septembris juſſit ut omnia oppida, bonaque cœnobii Caſſinenſis Abbati Pyrrho Thomacello reſtituerentur hiſce litteris: *Jacobus, & Johanna ſecunda Dei gratia Hungariæ, Jeruſalem, & Siciliæ rex, & regina &c. Univerſitatibus, & hominibus terrarum Abbatiæ monaſterii Caſinenſis fidelibus noſtris dilectis gratiam, & bonam voluntatem. Quia decrevimus ex juſtis, certis, & rationabilibus cauſis moventibus mentem noſtram, quod reverendo in Chriſto patri D. Petro* (legendum Pyrrho) *Thomacello Abbati dicti monaſterii, & Abbatiæ devoto Oratori, & fideli noſtro dilecto de poſſeſſione, utilique dominio, & tenuta terrarum, caſtrorum, & locorum, ac bonorum omnium mobilium, & ſtabilium, & jurium aliorum ubicumque ſiſtentium, intra, & extra diœceſim Caſinenſem, & ad idem monaſterium ſpectantium, & pertinentium quovis modo provideatur, ipſamque poſſeſſionem & tenutam cum præfatis juribus, & pertinentiis ſuis omnibus effectualiter aſſequatur. Ideo volumus, & fidelitati veſtræ tenore præſentium, de certa noſtra ſcientia, ſub obtentu noſtræ gratiæ præcipimus, & mandamus, quatenus præfato Abbati, ejuſque Vicario, ac officialibus per eum in dictis terris, & locis, prout ad eum ſpectaverit ordinatis in omnibus, & ſingulis prout tenemini, & debetis tamquam vero, & canonico Abbati, prout ſoliti eſtis, aliis Abbatibus, qui fuerunt pro tempore devote obediatis, pareatis, & fideliter intendatis, reſpondentes dicto Abbati ejuſq; Vicario, & aliis officialibus ſuis prædictis de omnibus, & ſingulis fructibus, redditibus, & proventibus, ac juribus univerſis ad dictum monaſterium ſpectantibus, & pertinentibus, prout de jure tenemini, & debetis, & quemadmodum aliis Abbatibus, qui fuerunt pro tempore de jure ſoliti fuiſtis hactenus reſpondere. Cauti de contrario, ſicut habetis gratiam noſtram caram, & indignationem cupitis evitare; præſentes autem litteras communis ſecreti noſtri anuli impreſſione munitas, vobis in præmiſſorum teſtimonium duximus dirigendas, quas poſt oportunam inſpectionem earum remanere volumus præſentanti. Datum in Caſtro noſtro novo Neapolis ſub eodem annulo noſtro ſecreto die vigeſimo ſexto menſis Septembris nona indictionis. De mandato regio, præſente D. Jordano, Nannes, S. pro Abbate Caſinenſi, quod obediatur, & pareatur a vaſſallis ſuis, & ei de fructibus reſpondeatur.*

Ex originali in Archivo.

Pauloque poſt oppidi Fractarum incolæ fidelitatis juramentum præſtitere Pyrrho Abbati procuratoriis hiſce litteris. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Anno a nativitate ejuſdem* 1415. *regnantibus Sereniſſimis DD. noſtris DD. Jacobo, & Johanna ſecunda Dei gratia Hungariæ, Jeruſalem, & Siciliæ rege, & regina &c. regnorum vero dicti D. noſtri regis anno primo, & dictæ D. noſtræ reginæ anno ſecundo feliciter Amen. Die decimo nono menſis Octobris &c. In caſtro Fractarum in platea publica dicti caſtri, quæ dicitur la Rabia, nos Donatus Amodei de dicto caſtro per terras, & loca Abbatiæ Caſinenſis ad cauſas, & contractus judex, Benedictus notarii Nicolai Ruſpatoris de dicto caſtro Fractarum publicus auctoritate regia per totum regnum Siciliæ notarius, & teſtes ſubſcripti ad hoc vocati, & rogati. Præſenti ſcripto publico notum facimus, & teſtamur quod prædicto die Univerſitas caſtri Fractarum ac major, & ſanior pars hominum Univerſitatis ipſius, voce præconis congregata in dicta Platea, quæ dicitur la Rabbia, ubi alias dicta Univerſitas, & homines ipſius pro ſuis agendis negotiis congregari conſuevit, omni meliori modo, & forma, quibus melius potuerunt, & debuerunt unanimiter, & concorditer, confiſi de fide, prudentia, & legalitate diſcretorum virorum Notarii Nicolai Ruſpatoris, & Antonii Jannelli de dicto caſtro Fractarum præſentium, & onus Sindicatus hujuſmodi in ſe ſponte ſuſcipientium fecerunt, conſtituerunt &c. eorum Sindicos, & oratores &c. & nuntios ſpeciales ad eundum, & ſe ipſos præſentandum nomine, & pro parte dictæ Univerſitatis, ac hominum Univerſitatis ipſius cum reverentia coram reverendiſſimo D. noſtro D. Petro* (legendum Pyrrho) *Thomacello de Neapoli Dei, et apoſtolicæ Sedis gratia Abbate Sacri monaſterii Caſinenſis, et dicti monaſterii, Conventu, et dictam Univerſitatem et homines eiſdem recomandandum, ac præſtandum pro parte dictæ Univerſitatis, et hominum ipſius homagii, et fidelitatis debitum juramentum. Dantes, et concedentes dicta Univerſitas, et homines Univerſitatis ipſius eiſdem, eorum Sindicis, et oratoribus, et cuilibet eorum in præmiſſis omnibus, et ſingulis circa præſtationem dicti juramenti omnia, et ſingula facere, et exercere, quæ ipſimet conſtituentes facerent, et facere poſſent ſi perſonaliter intereſſent* &c. *Promittentes ſe ratum, et firmum habituros quidquid per prædictos eorum Sindicos, & oratores actum, factum, et geſtum fuerit* &c. *In cujus rei teſtimonium* &c. *factum exinde præſens publicum inſtrumentum per me Notarium ſupradictum* &c. *Benedictus.* ✠ *Ego Notarius Angelus prædicta fateor, & me ſubſcripſi.* ✠ *Ego Notarius Nicolaus Ruſpatore prædicta fateor,* &c. ✠ *Ego Notarius Martutius Angeli prædictis interfui, & me ſubſcripſi.* ✠ *Ego Notarius Johannes de Magiſtro, prædicta fateor, & me ſubſcripſi.*

Fractenſes fidelitatis ſacramentum Abbati Caſſinenſi præſtāt.

Ex originali in Archivo.

Scripſerat hujuſce anni 1415. initio regina Johanna haſce in favorem Monachorum litteras, quo ſuum erga illos amorem commendaret, ex pag. 159. a t. cit. regeſti. *Iohanna ſecunda Dei gratia Hungariæ, Jeruſalem, & Siciliæ regina &c. Juſtitiario provinciæ Terræ laboris, & Comitatus Moliſii,*

Alia Reginæ Johānæ II. Epiſtola.

*liſii, nec non.. Capitaneo terrarum Abbatię Caſinenſis, eorum, & cuilibet eorum locumtenentibus praſentibus, & futuris, ac univerſitati, & hominibus civitatis S. Germani fidelibus noſtris dilectis gratiam, & bonam voluntatem. Ut adminiſtratio juſtitia quam diligenter toto corde debemus in civili curia Caſinenſi non patiatur aliqualiter detrimentum, quinimo per Vicarios in eadem curia ſtatutos, & ſtatuendos poſſit ſingulis juſtitia debitum miniſtrari, & ut Prior, Monachi, & Conventus ſacri monaſterii Caſinenſis in eorum agendis aliquatenus non graventur, volumus, & fidelitati veſtra tenore praſentium de certa noſtra ſcientia deſtricte pracipimus, & mandamus expreſſe, quatenus ſtatim, ſine temporis intervallo, prafatis vicariis, & officialibus, & ſervientibus quibuſcumque dictę civilis curia Caſinenſis tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus in omnibus ſpectantibus, & pertinentibus ad eorum officia quacumque, & prafatis Priori, Monachis, & Conventui monaſterii Caſinenſis in omnibus, & ſingulis eorum negotiis, & agendis, adminiſtrationibus, atque factis quacumque diſtinctione vocentur ad omnem ipſorum, & cujuslibet eorum requiſitionem faventes, & aſſiſtentes, ope, & opero, auxiliis, conſiliis, praſidiis, & favoribus oportunis, eiſque, & cuilibet eorum in prafatis eorum officiis, & agendis non inferatis aliquam moleſtiam, vexationem, impedimentum, vel turbationem, vel ab aliis inferri quomodolibet permictatis, quinimmo intendentes in contrarium per opportuna remedia expedientia ad pramiſſa diſtrictius compellatis, ſicut habetis gratiam noſtram caram, juſtitiam diligitis, & noſtra Majeſtatis juſſionibus cupitis obedire. Praſentes autem litteras annulo noſtro ſecreto munitas vobis in pramiſſorum teſtimonium duximus dirigendas, quas poſt eorum opportunam inſpectionem, pro cautela ſingulis vicibus reſtitui volumus praſentanti. Datum in noſtro caſtro novo Neapolis die 5. menſis Januarii octava indictionis.* Ex hiſce literis apparet illum appellatum Vicarium, qui in civilibus juſdicebat, & Capitaneum, qui quæſtionibus criminalibus præerat.

Cenſus a Subditis perſolutus in benedictione Abbatis Caſſinenſis.

Pyrrhus Abbas pro vetuſtiſſimo more ab omnibus ditioni Caſſinenſi in ſpiritualibus, ac temporalibus ſubjectis oppidis cenſum pro ſua benedictione hiſce litteris quæ in cit. regeſto pag. 166. a t. reperiuntur exegit. *F. Pyrrhus Thomacellus de Neapoli Dei, & apoſtolica Sedis gratia humilis Abbas ſacri monaſterii Caſinenſis* &c. *Univerſis, & ſingulis Univerſitatibus, ac hominibus earundem ſalutem in Domino, & noſtrorum obedientiam mandatorum. Univerſitates veſtras indubias meditamur quantum in noſtro adventu Caſinenſe noſtrum monaſterium undique laceratum reperimus egenum reparationibus, & juribus diminutum tam diu paſtorali regimine viduatum dolendo referimus, & utinam quod non eſſet ad ejus reformationem, reparationeſque divino implorato praſidio, ac Beatiſſimi patris noſtri Benedicti meritis ſuffragantibus, tota mente, totiſque viribus una cum noſtris Fratribus intendentes ejuſdem ſacri monaſterii primis, & debitis pramiſſis juribus, et Intratis inter catera municipalia jura nobis, et noſtra Caſinenſis camera debita, jus quod ſacra, hoc eſt novum donum novo Caſinenſi Pralato debitum reperimus fore primum nomine privilegiorum, regiſtrorumque Caſinenſium continentiam, & tenorem, in cujus ſacra, & novo dono nobis Caſinenſi novo Pralato debiti ſolutionem, aſſignationemque Univerſitates veſtras jam conſcias, & previſas indubie opinamur. Eapropter Univerſitates veſtras, & earum quamlibet harum ſerie paterne requirimus, exſcitamus, & hortamur in Dominoque monemus, & nihilominus in virtute S. obedientia auctoritate noſtra ordinaria, pęnaque noſtro arbitrio infligenda vobis, et veſtrum cuilibet diſtricte pracipimus, et mandamus, quatenus ſtatim viſis praſentibus intimetis ſacram ipſam, ſeu novum donum nobis, et noſtra camera debitum, ut prafertur, in quantitatibus videlicet infraſcriptis juxta tenorem noſtrum dictorum Caſinenſium regiſtrorum inter vos more ſolito imponere, & recolligere debeatis, & ejuſdem ſacra pecuniam integram infra octo dierum ſpatium a die intimationis praſentium numerando noſtro Caſinenſi theſaurario aſſignare, & ab eodem ſolitas apodixas recipere &c. In quorum omnium certitudinem &c. praſentes noſtras munitorias, & mandatorum hujuſmodi vobis duximus intimandas Notarii Antonii Piczioni Caſinenſis noſtri theſaurarii manuſcriptas. Quarum relationes debitas idiotis & caſtaldis noſtris Caſinenſibus duximus committendas. Datum in ſacro Monaſterio Caſinenſi ſub anno Domini* 1415. *die* 21. *menſis Octobris nona indictionis.*

Qua de cauſa literæ datæ a Regibus.

Qua eadem de cauſa haſce literas ſcripſere Jacobus, & Johanna II. reges. *Jacobus, & Johanna ſecunda &c. Nobili viro* Johanni *de Fraſſo militi utili D. Rocca Vandra de Abbatia Caſinenſi familiari, et fideli noſtro dilecto gratiam, et bonam voluntatem. Scribitur: Reddite quod eſt Dei Deo, & quod eſt Cęſaris Cęſari. Cum autem presbyteri, et clerici, nec non univerſitas, & homines ipſius Terra tua Vandra ſolvere teneantur ſicut fide digna relatione percepimus, reverendo Patri Abbati ſacri monaſterii Caſinenſis, nec non & ipſi monaſterio ſacram, & nonnulla alia jura, idcirco fidelitatem tuam requirimus, & ortamur, tibi nihilominus injungentes expreſſe, quatenus ſtatim receptis preſentibus eoſdem presbyteros, et clericos ac univerſitatem, et homines dicta terra cogas et compellas ſummarie, et de plano, et extrajudicialiter ad ſolvendum, tradendum, et aſſignandum eidem monaſterio, et prafato Abbati prafatam ſacram, et omnia alia jura ad qua ut ſupra de jure tenentur, et debent nulla in hoc ammictendo moram, negligentiam, vel defectum, ſicut habes gratiam noſtram caram. Praſentes autem litteras annulo noſtro ſecreto munitas tibi in pramiſſorum teſtimonium duximus dirigendas; quas poſt earum oportunam inſpectionem, et executionem reſtitui volumus praſentanti. Datum in caſtro noſtro novo Neapolis ſub eodem annulo communi noſtro ſecreto, die nono menſis Februarii, nona indictionis,* &c.

Ex originali in Archivo.

Oppidani Villæ Pediſmontis Cœnobii Caſſinenſis Cuſtodes.

Oppidanis Villæ rex Ladislaus immunitates a perſolvendis collectis conceſſerat, modo in cœnobio Caſſinenſi vigilias agerent, quod cum præſtare detrectarent, juſſere hiſce literis reges, ut vel injunctum ſibi munus perficerent, aut ſolverent collectas. Jacobus, *et* Johanna *ſecunda Dei gratia Hungaria, Jeruſalem, et Sicilia rex, et regina* &c. *Univerſitati, et hominibus caſtri Villa diſtrictus Abbatia Caſinenſis fidelibus noſtris dilectis gratiam, et bonam voluntatem. Nuper pro parte reverendi*

Ex originali in Archivo.

Digitized by Google

*rendi in Chriſto Patris ... Abbatis, & Conventus ſacri monaſterii Caſinenſis noſtrorum Oratorum devotorum dilectorum Majeſtati noſtræ fuit humiliter ſupplicatum ut cum ad eorum ſupplicationem claræ memoriæ Sereniſſimus princeps, & D. D. Ladislaus eadem gratia præfatorum regnorum rex inclitus reverendus germanus noſtri reginæ, vobis certam gratiam de collectis fecerit ad hoc, ut faceretis cuſtodiam in dicto monaſterio, voſque certo tempore hujuſmodi cuſtodiam inibi feceritis, nuncque id facere recuſetis, dignaremur vos cogere, vel ad faciendum dictam cuſtodiam in dicto monaſterio, vel ad ſolvendam collectam vobis conceſſam per dictum Dominum regem Ladislaum, ex cauſa faciendi cuſtodiam ſupradictam. Quorum ſupplicationibus inclinati, volumus, & fidelitati veſtræ, tenore præſentium de certa noſtra ſcientia expreſſe mandamus, quatenus ex quo ad eorundem ſupplicantium inſtantiam dicta gratia collectarum conceſſa fuit vobis per dictum D. regem Ladislaum, ut faceretis cuſtodiam in dicto monaſterio, ut præfertur, facere debeatis hujuſmodi cuſtodiam in præfato monaſterio, prout hactenus tempore aliorum Abbatum facere conſueviſtis, alias noveritis, quod ſi id facere recuſaveritis, vos compelli faciemus vicibus ſingulis ad ſolvendum dictam collectam, vobis, ut prædicitur remiſſam, ex cauſa facienda cuſtodiæ ſupradictæ. Cavete ergo de contrario ſicut habetis gratiam noſtram caram, & ad dictam collectam ſolvendum non cupitis compelli. Has noſtras litteras annulo noſtro ſecreto munitas vobis propterea dirigentes. Datum in caſtro noſtro novo Neapolis, ſub annulo noſtro ſecreto, die nono menſis Februarii nonæ indictionis. De mandato regio jubente D. Cancellario regni Siciliæ. Jordanus. Angelillus.*

Synodus Conſtantienſis Caſſinatium rebus favet.

Ex originali in Archivo.

Sacroſanctum Conſtantienſe concilium pluribus editis diplomatibus Caſſinatium rebus favit, quæ inter hæc extant, unde patet, fuiſſe etiam tum cœnobio noſtro ſubditas plures arces, oppida, ac potiſſimum oppidum Cucurutii. *Sacroſancta, & generalis Synodus Conſtantien. ad perpetuam rei memoriam. Quanto acceptius religioſi viri de eo ſervitutem exhibent tanto pluribus eos, & monaſteria, ac loca ipſorum convenit præſidiis communiri, ut per hoc in eorum juribus conſervari, & ab infeſtatorum moleſtiis erui, nec non ad illa, quæ religionis ſunt eorum animos applicare valeant, unde illis per quæ ſtatus illorum perturbari poſſet, ope noſtra eſt conſultius occurrendum. Hinc eſt, quod miſerabili ſtatui venerabilis monaſterii Caſinenſis, quod nullius diœceſis eſt, ac Romanæ eccleſiæ immediate ſubeſſe cognoſcitur, Ordinis S. Benedicti, ac dilectis eccleſiæ filiis moderno Abbati, & Conventui ejuſdem monaſterii merito compatientes, & ut dictum monaſterium, & ejus membra in ſuis juribus, immunitatibus, libertatibus, privilegiis, & bonis omnibus conſerventur illeſa nec non ſpiritualiter, & temporaliter reformentur, quantum in nobis fuerit, providere cupientes, omnia, & ſingula indulta, privilegia, gratias, conceſſiones & litteras, ſub quibuſcumque verborum formis, aut tenoribus, Abbatibus dicti monaſterii, qui fuerunt pro tempore, & eiſdem Conventui de impignorandis, ſeu vendendis, aut in feudum, vel emphiteoſim, ſeu alio quovis titulo alienandis, aut concedendis, vel locandis perpetuo ſe ultra tempus quinque annorum caſtris, villis, terris, montanis, poſſeſſionibus, proprietatibus, juribus, juriſdictionibus, cenſibus, & emolumentis, ac rebus mobilibus pretioſis prædicti monaſterii Caſinen. & membrorum ejus, & præſertim litteras, ſeu privilegia quondam Henrico Thomacello Abbati prædicti monaſterii per quondam Bonifacium PP. VIII. in ſua obedientia nuncupatum conceſſa inter alia continentia in effectu, quod dictus Henricus Abbas uſque ad ſummam duodecim millium Florenorum auri de Camera ſuo, & dicti monaſterii Caſinen. nomine mutuum contrahere, ſeque, nec non ſucceſſores ſuos, & ipſum monaſterium ac ſua, & eorundem ſucceſſorum, atque monaſterii bona mobilia, & immobilia, præſentia, & futura, etiam caſtra, nec non fortilitia, & maxime caſtrum Cucurutii, ac territorium Sacii in pertinentiis, civitatis diœceſis Sueſſan. conſiſtentia, & ad ipſum monaſterium pleno jure ſpectantia cum omnibus juribus, & pertinentiis eorundem quibuſdam ut dicebatur ſuis, & dicti monaſterii creditoribus obligare, ipſiſque concedere poſſet, quod ipſi creditores, fructus, redditus, & proventus, quos exinde perciperent excomputare cum ſorte, aut de illis aliquid propterea defalcare, minime tenerentur, ſed hujuſmodi fructus, quouſque ipſis creditoribus de prædicta ſumma florenorum foret plenarie ſatisfactum, ſuos facerent integraliter eo ipſo, quodque ipſe Henricus Abbas, ſuique ſucceſſores creditoribus ipſis eandem florenorum auri ſummam de bonis ipſius monaſterii ſolvere, nec non damna, & intereſſe, ac expenſas, quæ dicti creditores forſan propterea ſuſtinerent reſarcire tenerentur, ſi in termino, qui ad hoc de ipſorum Henrici Abbatis, & creditorum conſenſu, foret conſtitutus, eadem pecunia ipſis creditoribus non exiſteret perſoluta, nec incumberet neceſſitas creditoribus ipſis prætextu alicujus conſtitutionis canonicæ, vel civilis, aut cujuſcumque privilegii, vel indulgentiæ probandi dictam florenorum ſummam in utilitatem dicti monaſterii fuiſſe converſam, & etiam omnia privilegia, & litteras hujuſmodi etiam alienationem confirmatorias per Baldaſſarrem tunc Johannem PPã XXIII. & quoſcumque alios, qui ſe pro Summis Pontificibus poſt deceſſum felicis recordationis Gregorii Papæ XI. hactenus habuerunt, & ut tales in eorum obedientiis nominati, & reputati fuerunt, excluſive citra quomodocumque, & qualitercumque tamen præter, aut contra diſpoſitionem juris, & in præjudicium dicti monaſterii Caſinenſis, quavis auctoritate conceſſa, utpote juri, & rationi manifeſte contraria, etiam ſi de illis de verbo ad verbum, ac totis eorum tenoribus præſentibus habenda eſſet mentio ſpecialis, tenore preſentium revocamus, caſſamus, & irritamus, ipſaque, & omnia inde ſecuta decernimus, & eſſe volumus nullius roboris, vel momenti, nihilominus hujuſmodi territorium Sacii, & Cucurutii, nec non quæcumque alia caſtra, villas, terras, domos, vineas, molendina, prata, paſcua, montana, & alias poſſeſſiones libertates, & franquitias, proprietates, jura, juriſdictiones, cenſus, & emolumenta, bona immobilia, nec non etiam prætioſa mobilia dicti monaſterii, & ejus membrorum prætextu prædictorum indultorum, privilegiorum, conceſſionum, & litterarum, aut aliter, ut præmittitur præter, aut contra diſpoſitionem juris, & in præjudicium dicti monaſterii per eoſdem Henricum, & ejus ſucceſſores Abbates dicti*

monaſte-

Digitized by Google

*monaſterii Caſinenſis, & hujuſmodi Conventum, aut quemvis alium communiter, vel diviſim quomodolibet alienata, vel diſtracta, donata, ſeu quocumque titulo pignoris obligata, a tempore dicti Gregorii undecimi, ut præfertur, equitate penſata ad jus, & proprietatem hujuſmodi penitus revocamus, præcipientes etiam eiſdem Abbati ſub excommunicationis, & Conventui ſuſpenſionis a divinis, penis, ut omnia hujuſmodi alienata ab eodem monaſterio etiam quantum in eis eſt, ſtudeant efficaciter revocare, nec non recuperare juxta poſſe, omni exceptione, atque recuſatione remotis: Et diſtrictius inhibentes eiſdem moderno Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus Abbatibus dicti monaſterii, qui erunt pro tempore ſub excommunicationis, & privationis dignitatis, Abbatialis, & Conventui ſuſpenſionis a divinis, penis, quod de cetero communiter vel diviſim, præter, & contra formam juris, caſtra, villas, terras, & alias poſſeſſiones, jura, juriſdictiones, cenſus, & emolumenta, & alia bona immobilia, ac quæcumque, & qualiacumque pratioſa mobilia dicti monaſterii, & ejus membrorum per ſe, vel alios ſub quovis quæſito colore vendere, alienare, ſeu locare, vel concedere perpetuo, vel ad longum tempus non præſumant, quas Abbates, & ſingulos Monachos dicti monaſterii pro tempore exiſtentes, ſi contra hæc fecerint, incurrere volumus ipſo facto, decernentes etiam ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam, quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contingeret attemptari, ſed quia non decet maxime religioſos viros cum aliena locupletari jactura, & fas non exiſtat, quem decipi ſub ſpe beneficii principalis, per hanc præſentem noſtram conceſſionem non intendimus juri creditorum derogare, taliter, quin ſuper hiis quæ de propriis pecuniis realiter probaverint exſoluta fructibus medio tempore perceptis, habita tamen ſumptuum, & expenſarum legitime factarum, prout juris eſt, ratione, in ſortem computatis repetitio eis concedatur, ſuper quibus eis plenam audientiam reſervamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ revocationis, caſſationis, irritationis, conſtitutionis, præcepti, inhibitionis, intentionis, reſervationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Conſtantiæ XVIIII. Kal. Januarii, anno a Nativitate Domini milleſimo quadrigenteſimo ſeſto decimo in noſtra publica Seſſione. Ego Marinus epiſcopus Aprutinus, Nationis Italicæ Præſidens propria manu ſubſc. Ego Alanus epiſcopus Leonen. nationis gallican. Præſidens manu propria. Ego Frater Antonius Generalis Ordinis beatæ Mariæ de mercede captivorum, nationis Hiſpanicæ Præſidens propria manu me ſubſcripſi. Ego Johannes epiſcopus Warmien. Præſidens nationis Germanicæ propria manu ſubſc. S. de Vivianis. Regiſtrata in Camera Apoſtolica ℞. Regiſtrata de mandato ſpeciali D. mei D. Cardinalis Vicecancellarii. Aſcultata eſt. Cum minuta concordat J. Giviardi Nationis Gallicanæ Notarius.* Adeſt ſigillum plumbeum pendens ex chordula ſerica rubei, croceique coloris, referens ex uno latere capita SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, ex alio vero claves &c. cum epigraphe *Sacroſancta Sinodus Conſtantienſis.*

Hinc eodem anno 1416. Oppidani Cucurutii fidelitatis ſacramento ſeſe Pyrrho Abbati Caſſinenſi obſtrinxere, ut hoc inſtrumento liquet. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Anno ab incarnatione ejuſdem milleſimo quadrigenteſimo ſexto decimo, regnantibus Sereniſſimis DD. noſtris DD. Jacobo, & Joanna regina ſecunda Dei gratia Unghariæ, Hieruſalem, & Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galitiæ, Lodomeriæ, Cumaniæ, Bulgariæque rege, & regina, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ, Provinciæ, & Forcalquerii, ac Pedemontis, Marchiæ, & Craſtenſis, Comite, & Comitiſſa, regnorum vero ipſius D. Jacobi regis anno ſecundo, & dictæ D. Johannæ reginæ, anno tertio feliciter Amen. Die tertia menſis Julii decimæ indictionis. Cucurutii. Nos Angelus Rave de Cucurutio per omnes, & ſingulas terras, & loca Eccleſiæ Caſinenſis ad cauſas, & contractus Judex, Jacobus Benedicti de Bartholomeo de Cucurutio ubilibet per totum regnum Siciliæ Regia auctoritate publicus Notarius, & ſubſcripti, & infraſcripti literati, & inliterati teſtes, ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati. Præſenti ſcripto publico declaramus, quod in noſtri preſentia conſtituti major, & ſanior pars hominum caſtri Cucurutii, & infraſcripti homines ipſius caſtri Cucurutii diœceſis Caſinenſis, videl. Martonus Conte, magiſter Georgius Andreas...... Bartholomæus Boni, Johannes Cubellus de Cicco &c. Sequuntur nomina, & cognomina aliorum civium coram venerabili, & religioſo viro Fratre Romano de Gaeta Monacho Caſinenſi ac Commiſſario per reverendiſſimum in Chriſto Patrem, & D. Pirrum Thomacellum de Neapoli Dei, & apoſtolicæ Sedis gratia miſeratione divina Abbatem Sacri monaſterii Caſinenſis, & per Conventum ipſius monaſterii Caſinenſis ad hæc ſpecialiter deputato pro ſe ipſis ſupradictis hominibus, & nomine Univerſitatis caſtri prædicti infraſcriptum fidelitatis juramentum in manibus ejuſdem Fratris Romani ad prædicta, & infraſcripta omnia ſpecialiter deputati in quodam breviario, quod tenebat in manu, preſtiterunt ibidem preſente, & ipſum fidelitatis juramentum nomine, & pro parte dicti D. Abbatis, & Conventus monaſterii ſupradicti, & recipiente modo prædicto, & infraſcripto, cujus quidem juramenti de ipſa fidelitate ſervanda tenor talis eſt. Nos Martonus Conte, magiſter Georgius, Andreas Perronus, & ſupradicti alii ſuperius nominati juramus, quod ab hac hora in antea fideles vaſſalli erimus prædicto D. noſtro D. Pirro Dei, & apoſtolicæ Sedis gratia, & miſeratione divina Abbati Sacri monaſterii Caſinenſis, & ipſi monaſterio Caſinenſi prædicto, & Conventui ipſius. Item juramus quod nunqaam ſcienter erimus in conſilio, vel facto, quod dictus D. Abbas ammictat vitam, vel membrorum aliquod, nec ipſum monaſterium, & Conventus ipſe, nec in perſona aliquam leſionem habere præſumpſerit, vel injuriam, vel ammictat aliquem honorem, quem habet, vel habebit, & ſi ſcierimus de aliquo, qui velit aliquid iſtorum contra eum, ſeu eos, aut ipſum monaſterium facere pro poſſe noſtro, ut non faciat, ſed impedimentum præſtabimus contra eum, prout poterimus, atque debemus, & dicto D. Pirro, & ipſi monaſterio, & Conventui ſupradicto auxilium præſtabimus, & favorem. Item ſi aliquid nobis ſecretum manifeſtaverit, illud ſine*

*ſua*

Opp- Cucuru- tii fideli- tatis ſa- cramen- tum præ- ſtant.

Ex origi- nali in Archivio.

*ſua licentia nemini pandemus, vel faciemus aliquod, quod pandatur. Item ſi conſilium nobis ſuper aliquo facto poſtulaverit, illud ei dabimus conſilium, quod judicio noſtro magis ei videbitur expedire. Item nunquam ex perſona noſtra faciemus aliquid, quod pertineat ad contumeliam, vel injuriam dicto D. Pirro D. noſtro, ac monaſterio, & Conventui ſupradicto. Item quod nunquam ex perſonis noſtris, vel perſona ſubmiſſa aliquid faciemus ſcienter, per quod inferatur præjudicium in bonis, & juribus præfati D. Pirri D. noſtri, ac dicti monaſterii, & Conventus ipſius. Item quod bona, juriſdictiones, & jura dicti D. noſtri, & monaſterii ſupradicti, & quæ ad ſuam menſam ſpectantia, & pertinentia, quomodolibet in futurum adhærentes erimus,& adjutores ad manutenendum, contra omnem perſonam, qui contraveniret, vel facere præſumpſerit, quantum poterimus, ſicut Deus nos adjuvet ad hæc S. Dei evangelia præſtamus juramentum. Quo quidem juramento per nos præſtito, & per dictum Fr. Romanum recepto, ac ſolemniter, & legitime ſtipulato nomine quorum ſupra rogavit,& acceta requiſivit nos prædictos judicem, notarium, & infraſcriptos teſtes, ut de prædictis omnibus,& ſingulis ad cautelam dicti D. Abbatis, ſuorumq; ſucceſſorum monaſterii Caſinenſis, & Conventus ipſius, conficere deberemus publicum inſtrumentum, ad laudem, & conſilium ſapientium, veritatis ſubſtantia in aliquo non mutata. Præſentibus pro teſtibus infraſcriptis Petro de Martone archipresbytero Cocurutii, D. Antonio, Antonio de Rugerio, Thoma Benedicti de Luca, Matthæo Gamoni, Benedicti Contega, Nicolai Fumarelli de Cocuritio. In cujus rei teſtimonium, & dicti D. Abbatis, ſuorumque ſucceſſorum, & prædicti monaſterii, & Conventus ipſius confectum eſt hoc præſens publicum inſtrumentum manu mei prædicti notarii Jacobi ſcriptum, & ſigno meo ſolito ſignatum ſignis crucium, & ſubſcriptionibus prædictorum judicis, & litteratorum teſtium, & inlitteratorum ſignis crucium tantum propria manus roboratum. Actum in caſtro Cocurutii die, loco, menſe, & indictione prædictis. Locus ✠ ſigni notarii Ego qui ſupra. ✠ Angelus ad cauſas, & contractus judex me ſubſcripſi. ✠ Ego qui ſupra archipresbyter teſtis interfui, & me ſubſcripſi. ✠ Signum crucis propria manus ſupradicti D. Antonii teſtis litterati ſcribere neſcientis, &c.* Sequuntur ſubſcriptiones aliorum teſtium &c. Idemque ſacramentum alia omnia Caſinatibus ſubdita oppida præſtitere, ut ex inſtrumentis in noſtro archivio.

Aliæ Cōſtantienſis Concilii litteræ.

Anno 1417. haſce litteras ad univerſos ditionis Caſinenſis incolas dedit Conſtantienſe concilium, in quibus tum eos ad fidelitatem erga cœnobium noſtrum hortatur, tum ad conſueta ſervitia, & jura integre illi perſolvenda. *Sacroſancta,& generalis ſynodus Conſtantien. Dilectis eccleſiæ filiis univerſis Vaſſallis monaſterii Caſinen. quod nullius diœceſis exiſtit, ac Romanæ eccleſiæ immediate ſubjecti Ordinis S. Benedicti ſalutem, & Dei omnipotentis benedictionem. Ad monaſterium Caſinenſe, quod nullius diœceſis exiſtit, Romanæque eccleſiæ immediate ſubjectum ordinis S. Benedicti,& ejus incrementa, res, jura,& bona recuperanda, ſalvanda,& etiam protegenda ob celebritatem ipſius, & reverentiam almifici Confeſſoris Benedicti qui monaſterium ipſum,& nonnulla alia ſuperna deſuper illuſtrante clementia ejus nomine,& gratia ineffabiliter illuſtravit,& ad dilectos eccleſiæ filios Abbatem,& Conventum dicti monaſterii, ejuſque membra,& ſubditos, res,& bona gerentes ſpecialis dilectionis affectum,& cupientes monaſterium ipſum, ac etiam intendentes tam in capite, quam in membris ſalubriter reformari, jampridem in favorem eorum, & pro reformatione hujuſmodi omnes facultates, & litteras ſub quibuſcumque verborum formis Abbatibus dicti monaſterii, qui fuerunt pro tempore, & eiſdem Conventui de inpignorandis, ſeu vendendis, aut in feudum, ſive in emphiteuſim, ſeu alio quovis titulo alienandis, concedendis, vel locandis perpetuo, ſeu ultra tempus quinque annorum caſtris, villis, terris, montanis, poſſeſſionibus, juribus, juriſdictionibus, cenſibus, ac rebus mobilibus pretioſis ipſius monaſterii, & membrorum ejus, & præſertim litteras, & facultates dudum conceſſas bonæ memoriæ Henrico Thomacello Abbati quondam dicti monaſterii per quondam Bonifacium Papam nonum in ejus obedientia nuncupatum de mutuo contrahendo ad ſummam duodecim millium florenorum, & obligandis bonis, & juribus, ac fortalitiis ipſius monaſterii,& præſertim caſtro Cucurutii, ac territorio Sacii in pertinentiis civitatis, & diœceſis Sueſſan. ſub certis modis, & formis in litteris dicti Bonifacii denotatis, & conceſſiones de illis per dictum olim Abbatem factas, nec non litteras confirmatorias alienationum hujuſmodi per Johannem olim XXIII. & quoſcumque alios poſt deceſſum felicis recordationis Gregorii Papæ XI. conceſſas, per alias noſtras certi tenoris litteras revocavimus, & irritavimus, utpote quæ juri, & rationi manifeſte contraria dinoſcuntur præter, & contra diſpoſitionem juris, & in præjudicium dicti monaſterii Caſinen. a dicto tempore Gregorii XI. excluſive citra quomodocumque, qualitercumque, & quavis authoritate conceſſa, illaque, & inde executa decrevimus eſſe nullius roboris, vel momenti, ipſaque caſtrum, territorium, & etiam omnia alia tam immobilia quam mobilia pretioſa ſic pretextu indultorum hujuſmodi data, pignorata, alienata,& conceſſa de bonis monaſterii, & membrorum hujuſmodi penitus revocavimus, præcipientes eiſdem Abbati, & Conventui, ſub excommunicationis pœna, ut omnia hujuſmodi alienata ſtuderent ad hujuſmodi proprietatem monaſterii,& membrorum omni exceptione remota, penitus revocare, atque recuperare, ac nihilominus eidem Abbati, & ejus ſucceſſoribus Abbatibus dicti monaſterii, qui erunt pro tempore, quod de cetero communiter, vel diviſim præter,& contra formam juris, bona, jura, caſtra, & alia quæcumq; immobilia, & quæcumq; pretioſa mobilia ad monaſterium hujuſmodi, ſeu membra ſpectantia per ſe, vel alios ſub quovis colore quæſito, vendere, alienare, ſeu locare, vel concedere perpetuo, vel ad tempus longum quomodolibet non præſumerent ſub pœnis excommunicationis, & ſuſpenſionis, prout in hujuſmodi noſtris litteris plenius continetur,& quoniam membra decet & congruit ſuo capiti ſubjecta exiſtere, & in recuperandis, ſalvandiſq; bonis hujuſmodi monaſterio,& Conventui præfatis præſidia veſtra eſſe poterint oportuna. Quo circa univerſitati veſtræ per hæc noſtra ſcripta diſtricte præcipimus, & mandamus, quatenus pro noſtra,& apoſtolicæ Sedis reverentia, præfatiq; Confeſſoris teneamini,& etiam debeatis dilectos ejuſdem eccleſiæ filios, tā præſentes, quam futuros Abbates dicti monaſterii honore debito proſequi, & ipſius præſentis,& ſucceſſive aliorum Abbatum dicti monaſterii, ac Conventus monitis,& mandatis ſalubribus efficaciter intendentes eis, & eorū cuilibet fidelitatem ſolitam, nec non conſueta ſervitia,*

Ex originali in Archivo.

*Differt.* X x *& jura*

*& jura a vobis ſibi debita, exhibere integre ſtudeatis. Alioquin ſententiam, ſive pœnam, quam Abbas dicti monaſterii tam preſens, quam qui pro tempore fuerit, rite tulerit, ſive ſtatuerit in rebelles ratam habebimus, & faciemus auctore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari, in conſiderationem veſtram adducentes, quod etiam quivis futurus Pontifex ad incrementa, & conſervationem hujuſmodi monaſterii, ob ipſius celebritatem, & nomen ſui paſtoralis officii debitum favorabiliter Abbati, Conventui, atque monaſterio Caſinen. prædictis membriſque ſuis ſingulis oportunitatibus debebit exhibere, voſque propter fidelitatem, obedientiam, ac devotionem veſtras exhibitas, & ſervatas non indigne commendabit, & gratiis apoſtolicis proſequetur. Datum Conſtantiæ XV........ Anno a Nativitate Domini milleſimo quatricenteſimo decimoſeptimo, apoſtolica ſede vacante. Ego Henr. epiſcopus Feltren. Præſidens Nationis Ytalicæ manu propria me ſubſcripſi. Ego Eximinus de Aynar. Arch. menſa in eccleſia Pampilon. præſidens Nationis Yſpanicæ manu propria me ſubſcripſi. . . . . . . . . . . . . Nationis Anglicanæ . . . . . . . . . . . . de rio. . . . . . . . Foris: Dilectis eccleſiæ filiis univerſis vaſſallis monaſterii Caſinen. quod nullius diœceſis exiſtit, ac Romanæ eccleſiæ immediate ſubjectis Ordinis S. Benedicti.*

Quatuor aureorum millia pro Rocca Janulæ Regina a Caſſinatibus petit. Oſtendimus jam alibi ad frenandos Sangermanenſes conſtructam a Girardo Abbate Caſſinenſi roccam Janulæ eamq; ſemper cœnobii noſtri juris fuiſſe. Hinc mirandum ſubit quomodo regina Johanna quatuor aureorum millia ſibi perſolvi pro arce illa voluerit. Rem diſerte narrat hoc inſtrumentum. *In nomine Domini Amen: Anno a nati-*

Ex originali in Archivo. *vitate ejuſdem* 1417. &c. *Die vero Dominica, vigeſimo quarto menſis Januarii, hora miſſarum, vel quaſi apoſtolica ſede paſtore vacante, Noverint univerſi, & ſinguli præſentis noſtri publici inſtrumenti ſeriem inſpecturi, quod in infraſcriptorum teſtium meique Notarii publici præſentia perſonaliter conſtitutis reverendiſſimus in Chriſto pater, & D. D. Fr. Pirrus Thomacellus de Neapoli humilis Abbas ſacri monaſterii Caſinenſis &c. & infraſcripti venerabiles Fratres, videlicet Frater Andreas de Meſſana Subprior, Frater Johannes de Yſpania &c. Frater Dominicus de Aragonia, Frater Ignatius de Boemia &c. Frater Paulus de Mutina, Frater Pannutius de Alamannia &c. Frater Michael Teotonicus &c. Frater Thomas de Polonia, & Frater Alexius de Sclavonia monachi clauſtrales dicti monaſterii majorem, ac saniorem partem Conventus ejuſdem monaſterii facientes, ipſe quidem D. Abbas cum preſentia, deliberatione, beneplacito, & voluntate dictorum monachorum, & ipſi monachi de mandato, & auctoritate dicti D. Abbatis ad hunc actum in Capitulo dicti monaſterii ad ſonum campanæ, ubi alias pro agendis dicti monaſterii ſe congregare conſueverunt more ſolito conventualiter congregati, & coadunati expoſuerunt &c. & narraverunt viciſſim, & mutuo inter ſe, quod Sereniſſima D. D. Johanna ſecunda regina, Hungariæ, Jeruſalem, & Siciliæ &c. petiit, & peti fecit, ac Majeſtati ſuæ tradi poſtulavit per dictos D. D. Abbatem, & Conventum quatuor millia ducatorum auri pro rocca de Janula ſupra S. Germanum quam præſentialiter idem D. Abbas tenet, & regit, & gubernat, ac cuſtodire facit pro ſtatu, tuitione, & gubernatione monaſterii terræ S. Germani, & Abbatiæ prædictæ, pro qua rocca, & ejus occaſione quamplura caſtra dictæ Abbatiæ per gentes dictæ D. reginæ invaſa fuerunt, & de preſenti etiam detinentur contra debitum rationis, & in grave præjudicium dicti monaſterii infra certos terminos in pactis, & conventionibus mutuo inter dictam D. Reginam, Abbatem, & Monaſterium habitis, & per eoſdem conſtituentes ſolvendos, pro quibus quidem quatuor millibus ducatis habendis, & ſolvendis ut ſupra cupientes dicti Domini conſtituentes conditionem dicti monaſterii facere meliorem, & ipſorum ac terrarum vexationem redimere, ipſaſque a guerrarum ſtrepitibus relevare citra revocationem aliorum ſuorum, & dicti monaſterii procuratorum ad alios actus quoſcumque conſtituerunt confiſi de fide &c. ipſos &c. Fratrem Hieronymum de Corneto Priorem dicti monaſterii abſentem, Fratrem Jacobum de Rocca preſentem, & acceptantem, ac Fratrem Petrum de Hungaria Præpoſitum S. Mariæ de Cellis, nec non Notarium Antonium Piczinum theſaurarium Caſinenſem etiam abſentes tanquam preſentes monachos Caſinenſes omnibus melioribus modo, via &c. fecerunt &c. eorum, & dicti monaſterii veros &c. procuratores &c. ad vendendum &c. quæcumque bona mobilia, & ſtabilia dicti monaſterii, membrorum, ac granciarum ejus, ac Præpoſiturarum, & eccleſiarum ſibi ſubjectarum, ſeu a dicto monaſterio dependentium tam infra limites dictæ Abbatiæ quam extra, & alibi, ubicumque conſiſtentia quibuſcumque finibus deſignata etiam ſi fuerint de menſa ipſorum Abbatis, vel Conventus &c. minus tamen damnoſa aut minus utilia ipſi monaſterio &c. uſque ad ſummam, & quantitatem dictorum quatuor millium ducatorum quibuſcumque hominibus, & perſonis tam eccleſiaſticis, quam ſecularibus, collegiis, univerſitatibus, capitulis, conventibus cujuſcumque ordinis, vel profeſſionis &c. Acta fuerunt hæc in ſacro monaſterio Caſinenſi in capitulo dicti monaſterii &c. Et ego Angelus Cola clericus Viterbienſis publicus apoſtolica, & imperiali auctoritatibus notarius &c. & omnibus aliis, & ſingulis in præſentis procuratoris inſtrumento contentis, dum ſicut præmittitur per prædictos Dominos conſtituentes agerentur, & fierent, una cum prænominatis teſtibus præſens interfui, eaque ſic fieri vidi, & audivi, & ad fidem, & teſtimonium omnium præmiſſorum ſigno, & ſubſcriptione meis ſolitis, & conſuetis ſignavi rogatus, & requiſitus &c.* Sequuntur ſubſcriptiones Abbatis, Monachorum, & teſtium.

An quatuor hæc aureorum millia perſoluta fuerint, non conſtat. Cæterum anno inſequenti arcem illam reginæ juſſu D. Malitiæ Carrafa inviti tradidere monachi hac tamen edita proteſtatione. Eamque demum uſurpat.

*In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Anno incarnationis ejuſdem* 1418, *regnante Sereniſſima D. noſtra D. Johanna ſecunda &c, die* 23. *ejuſdem menſis Martii XI. Indictionis, Nos Johannes Inbracta de s. Germano ſingularum terrarum, & locorum omnium Abbatiæ Caſinenſis ad cauſas, & cōtractus judex, Angelus notarii Antonii de Plumbarola publicus ubique per provinciam Terræ laboris, & Comitatus Moliſii regia auctoritate notarius, & ſubſcripti teſtes ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati, vid. D. Nicolaus Carrafa miles de Neapoli reginalis Capitaneus Abbatiæ Caſinenſis, judex Philippus de Neapoli &c. Preſenti ſcripto* Ex originali in Archivo.

*pto publico declaramus, notum facimus, atque teſtamur, quod nobis prædictis judice, notario, & teſtibus accerſitis ad caſtrum rocca Janulæ ad petitionis inſtantiam venerabilis, & religioſi viri Fratris Franciſci de Albeto Monachi prrcuratoris* &c. *ſacri monaſterii Caſinenſis, præfatus Frater Franciſcus nomine, & pro parte reverendiſſimi in Chriſto Patris & D. D. Pirri Abbatis ſacri monaſterii Caſinenſis, & ipſius ſacri monaſterii, & Conventus coram nobis, & viro magnifico D. Malitia Carrafa de Neapoli caſtellano noviter deputato dictæ roccha Janalæ per reginalem Majeſtatem cui dicta rocca de mandato dictæ reginalis Majeſtatis exiſtit aſſignata, proteſtatus fuit, & proteſtando declaravit, & dixit dictam roccam ſpectare, & pertinere ad jus, dominium, & proprietatem dicti monaſterii Caſinenſis, prout patet privilegiis, regeſtris, & aliis dicti monaſterii documentis ipſamque roccam reſignatam fuiſſe per D. D. Abbatem, & Conventum ejus dicto D. Malitiæ recipienti nomine reginalis Majeſtatis prædicta non ſponte, ſed timore, minis, & mandatis reginalibus, pro eo quod monaſterium ipſum undique laceratum, & collapſum reginali potentiæ reſiſtere non poterat, ſine finali deſtructione, & periculo monaſterii prædicti. Proteſtans idem Fr. Franciſcus quo ſupra nomine reſignationem ipſam præjudicare non debere neque obeſſe juribus monaſterii prædicti ſuper roccha eadem, quæ jura idem Frater Franciſcus in reſignatione prædicta dicto monaſterio D. Abbati, & Conventui penitus reſervavit, ita quod illis uti poſſit, & frui in futurum, non obſtante violentia reſignationis roccha prædictæ præfato D. Malitia præſente, audiente, intelligente, & non contradicente proteſtationi prædictæ, de qua quidem proteſtatione idem Frater Franciſcus requiſivit, & rogavit nos &c. quatenus pro cautela præfati monaſterii conficere deberemus publicum inſtrumentum &c. Ad requiſitionem, & preces prædictas de proteſtatione præfata, & aliis ſuperius nominatis præſens publicum confecimus inſtrumentum &c. acta fuerunt hæc intus roccam prædictam in eccleſia S. Mariæ ipſius roccha &c.*

Abbatis Pyrrhi innocentia per ſubditos vindicata.

Sceleſtorum hominum iram in ſe commovit Pyrrhus Caſinenſis Abbas, dum pro virili cœnobii bona ab iis occupata repeteret, quare virulentas aliquas in eum calumnias Synodo Conſtantienſi, atque Martino V. exhibuerunt, pro quibus amoliendis, ejuſque innocentia vindicanda oppidani Caſtricœli Caſſinatibus ſubditi procuratores ſuos conſtituere epiſcopum Caſertanum alioſque ut hoc inſtrumento patet. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Anno nativitatis ejuſdem* 1418. *regnante Sereniſſima D. noſtra D. Johanna ſecunda &c. die ſeptimo menſis Aprilis undecimæ indictionis in caſtro Cœli. Nos Antonius magiſtri Stephani de caſtro Cœli annalis inlitteratus Judex. Jacobus de Fulco de eadem terra publicus ubilibet per totum regnum Siciliæ regia auctoritate notarius, & teſtes ſubſcripti fide digni ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati &c. præſenti ſcripto publico declaramus &c. quod in noſtrum qui ſupra judicis, notarii, & teſtium præſentia perſonaliter conſtituti Univerſitas, & homines caſtri Cœli monaſterio Caſinenſi ſubjecti, ac major, & ſanior pars Univerſitatis, & hominum dicti caſtri congregati, & coadunati in platea Paltena ſolita, ubi alias pro eorum, & dicti caſtri agendis negotiis ſe congregare, & coadunare conſueverunt pro cauſa infraſcripta ad vocem præconis unanimiter, & concorditer, parique voto coram nobis publice aſſeruerunt noviter ad ipſorum notitiam perveniſſe, quod nonnulli iniquitatis filii de quibuſdam terris, & caſtris dictæ Caſinenſis Abbatiæ, tamquam ſubditi peſtilentes æmuli pacis, & pernicioſi vaſſalli monaſterii præfati ſolita antiqua eorum cervice, & in rebellione exterminium, & contemptum dicti monaſterii erigere, ex eo maxime, quod jura, juriſdictiones, & bona, ac ſervitia ipſius monaſterii, præteritis temporibus occupare conſueverunt, & uſurpare, & præſentialiter occupant, & detinent occupata, nolentes illa reverendiſſimo Patri, & D. D. Pirro Abbati, & Conventui monaſterii prælibati reſtituere, quorum pravis conatibus præfatus D. Abbas, cujus intereſt, de cujus laudabili vita, honeſta converſatione, & morum probitate ipſi conſtituentes habentes ab experto notitiam pleniorem, cupientes, quod ſecundum Deum, & juſtitiam pro veritate inſiſtere, & cum præfatus D. Abbas monaſterio, & Conventui Caſinenſi prædictis ſe vellet reddere utilem, ac etiam fructuoſum, & pro eo quod procurabat, & procurat totis viribus prædictas oves, bona, & jura, ac juriſdictiones, ac fructus hujuſmodi per eoſdem rebelles occupata recuperare &c. & ad jus & proprietatem dicti monaſterii reducere, cornua elationis in rebellione, & contra dictum Abbatem, monaſterium, & Conventum damnabiliter erexerunt, certoſque ſindicos ad Conſtantiam, ad præſentiam Sanctiſſimi D. D. Martini Papæ quinti, & ante ejus felicem creationem ſacroſanctam Synodum, & Collegium reverendiſſimorum Patrum, & Dominorum S. R. E. Cardinalium deſtinarunt cum detractionibus, mendaciis, et finctionibus* &c. *contra perſonam dicti D. Abbatis eumque contra veritatem fallaciter infamantes* &c. *Idcirco cupientes ipſi conſtituentes per eorum ſindicos ſanctitatem Domini noſtri, ac paternitatem dictorum reverendiſſimorum dominonorum Cardinalium de pura veritate informare, confiſi de puritate reverendiſſimi patris D. Johannis epiſcopi Caſertani ac circumſpectorum honorabilium virorum, ſcilicet Angeli de Viterbio litterarum apoſtolicarum ſcriptoris, & abbreviatoris, ac notarii Antonii Pizoni de civitate s. Germani* &c. *ſollemniter ordinaverunt ſuos veros* &c. *Nuntios ſpeciales et generales* &c. *ad conferendnm, ſeque repreſentandum coram ſupradicto D. noſtro Summo Pontifice, ac DD. Cardinalibus* &c. *eis dicendum narrandum virtutes, diligentiam, et labores prædicti D. Abbatis* &c. *ac falſas, et iniquas detractiones per ſindicos prætenſos aliquarum terrarum dictæ Abbatiæ contra perſonam dicti D. Abbatis ipſaſque, tamquam contra veritatem objectas certi faciendum, et poſtulandum, ipſumque ſuper prædictis juridice excuſandum, et do eis detractoribus tamquam rebellibus, et inobedientibus dicti D. Abbatis, et monaſterii, qui ipſos in redditibus, et facultatibus multipliciter damnificarunt, et quaſi ad collapſum deduxerunt, tamquam mendacibus indubitatis aures non præbere, ſed eis ſilentium imponere, et debita punitione caſtigare, ipſumque D. Abbatem ſuper prædictis recomittendum, et racomandandum pedibus Domini noſtri, ac Paternitatibus dictorũ DD. Cardinalium eiſque ſupplicandum quod di-*

Ex originali in Archivo.



Digitized by Google

*gnentur pie, & miſericorditer tali monaſterio, & degentibus in eodem de apoſtolicæ Sedis præſidio ſubvenire ne defectu dictorum mendacium Sindicorum deformetur, quinimo ut confuſi remaneant ipſos repelli, reprobari, & expelli poſtulandum, & obtinendum, ac etiam puniri faciendum, ut ipſorum pœna timore perterriti aliis tranſeat in exemplum, & generaliter, & ſpecialiter ad omnia alia, & ſingula faciendum, dicendum, & exercendum, quæ in prædictis, & circa, & quolibet præmiſſorum quilibet verus ſindicus, & procurator dicere, facere, & exercere poteſt, & debet, & quæ ipſimet conſtituentes facere, dicere, & exercere poſſent, & deberent, ſi præmiſſis omnibus perſonaliter intereſſent, concedentes dicti conſtituentes* &c.

**Johannæ II. pro ſubditis Caſſinatium literæ.**

Quum centum uncias, quas ab rege Ladislao permiſſum ſibi fuerat, ut ex proventibus criminalibus acciperent, ita tamen, ut ſi quid horum nomine ſumma excederet erario regio mitteretur, ſi vero deeſſet aliquid exigeretur a ſubditis, Capitanei juſtitiæ nulla habita proventuum, quos ſibi vindicabant ratione, a ſubditis Caſſinenſibus contra jus, faſque integras repeterent, regina Johanna II. in eorum levamen haſce literas edidit. *Joanna II. Dei gratia Hungariæ, Hieruſalem, Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galitiæ, Lodomeriæ, Comaniæ, Bulgariæque regina, Provinciæ, & Forcalquerii, ac Pedemontis Comitiſſa. Univerſis, & ſingulis præſentes litteras inſpecturis tam preſentibus, quam futuris. Ex gratiarum plenitudine, & uberis munificentiæ largitate augetur regale faſtigium quod dum gratioſe ſupplicantium votis annuitur incaleſcit ardentius devotio ſubjectorum. Sane noviter pro parte univerſitatum, & hominum omnium, & ſingulorum terrarum, caſtrorum, & locorum Abbatiæ Caſinenſis noſtrorum fidelium dilectorum per eorum ſpeciales ſindicos ad noſtram curiam miſſos, Majeſtati noſtræ fuit expoſitum reverenter, quod Capitanei conſtituti, & ordinati in dicta Abbatia Caſinenſi, & terris ipſius Abbatiæ, proventus, quos eorum officiorum temporibus aquiruntur, ex quadam arroganti poteſtate pro eis detinent, & illos in eorum gagis, & ſalario unciarum centum de Carlenis eis, & eorum curia annuatim conceſſis, & ſtabilitis ſuper dictis proventibus, & in ipſorum proventuum defectu ſuper pecunia univerſitatum, & hominum prædictorum excomputare omnino denegant, ut de jure tenentur, & debent, exigendo ultra dictos proventus per eos aquiſitos ab ipſis exponentibus per vim, & violentiam tot collectas, quæ aſcendunt ad integram ſummam unciarum centum prædictarum, nulla per eos in gagiis, & ſalario eorum prædictis, facta computatione predictorum proventuum perceptorum, prout de jure fieri debuit, & debet; & amplius quod in dicta Abbatia cum Capitaneo prefatarum terrarum dictæ Abbatiæ adſcribendum proventus per eundem Capitaneum in ejus officio aquirendos Romanus Oſtiarius noſter, erarius cum annua proviſione, ſive gagiis unciarum duodecim de carlenis exſolvenda ſibi de pecunia ipſorum exponentium extitit ordinatus, qui erarius eis nullatenus utilis, & neceſſarius eſt, immo potius damnoſus, & inſopportabilis, pro eo quod impotentes ſunt, ſeque reddunt ad ſolvendum nobis, & noſtræ curiæ collectas ordinarias, ne dum proviſionem ſive gagia præfati erarii eis inutilis, & inſuper quod ſervientes & officiales tam dictorum Capitaneorum, quam erariorum, & aliorum officialium in dicta Abbatia deputatorum cum ad citandum, & mandandum ſeu alia negotia eis commiſſa exequendum per eorum, & ſuarum curiarum parte accedunt ad terras prædictas ab hominibus, & perſonis ipſarum terrarum, & locorum ipſis invitis exigunt, & extorquent pecuniam pro eorum laboribus contra debitum rationis. Quibus ex cauſis univerſitates, & homines ipſi multiplicia, & inſopportabilia damna, onera, oppreſſiones, & gravamina ſunt perpeſſi, ac ſubſtinent, & etiam patiuntur, non ſine eorum gravi periculo, & intolerabili detrimento pariter, & jactura. Quamobrem pro ipſorum univerſitatum, & hominum parte fuit noſtræ Majeſtati humiliter ſupplicatum, ut pro hujuſmodi damnis, oneribus, oppreſſionibus, & gravaminibus relevandis ab eis dignaremur de gratia, licet a ratione non deviet, dictos proventus per dictos Capitaneos & officiales eorum aquirendos in ipſorum gagiis, & ſalario annis, & vicibus ſingulis incipiendo a primo die proximi præteriti menſis Septembris præſentis anni duodecimæ indictionis, & deinde in antea in perpetuum computari facere, & mandare, nec eoſdem exponentes per eoſdem Capitaneos, & officiales compellere, ſeu compelli facere, & permittere ad ſolvendum eis dictas uncias centum ultra proventus prædictos, nec minus dictum Romanum, & quemlibet alium erarium in dicta Abbatia per dictum Capitaneum, ut prædicitur, ordinatum ab inde penitus, & omnino revocari, & etiam amovere, ac ut ipſi exponentes a dictis Capitaneis, et officialibus eorum non valeant de dictis proventibus decipi, vel defraudari eis, et cuilibet eorum gratioſe concedere, et liberam licentiam, et poteſtatem dare eligendi, conſtituendi, ordinandi, deputandi, ponendi, et faciendi ad eorum beneplacitum in terris dictæ Abbatiæ, et quolibet ipſarum aliquem, ſeu aliquos erarios, ſive ſindicos de eorum terrigenis ad adnotandum, et particulariter adſcribendum omnes proventus prædictos, et nihilominus a dictis ſervientibus, et ſubofficialibus dictorum Capitaneorum, erariorum, et aliorum officialium, quorumcumque cum ad citandum mandantes, et alia eis commiſſa, et committenda exequendum ad dictas terras accedent, dictam pecuniam a terrigenis ipſarum terrarum exigi, et extorqueri non facere contra debitum rationis. Nos autem attendentes inconcuſſæ fidelitatis conſtantiam univerſitatum, et hominum prædictorum, nec minus conſiderantes damna varia realia, et perſonalia, quæ univerſitates, et homines ipſi pro noſtra fidelitate illibate ſervanda multipliciter ſupportaverunt, ex quibus cognoſcentes eos priſtinis eorum facultatibus fore exauſtos, prædictiſque, et aliis indebitis oppreſſionibus, et gravaminibus fuiſſe, et eſſe multimode gravatos, et intendentes, ut tenemur, eoſdem noſtros fideles ab hujuſmodi indebitis gravaminibus, et oppreſſionibus in quantum poſſumus relevare, ipſorumque noſtrorumque fidelium devotis ſupplicationibus tamquam rationi conſentaneis annuentes, volumus, et tenore preſentium, de certa noſtra ſcientia declaramus, decernimus, et mandamus, quod dicti Capitanei præfatarum terrarum Abbatiæ Caſinenſis eorumque locatenentes præſentes videlicet, et futuri, eorum officiorum temporibus om-*

**Ex originali in Archivo.**

nes,

Digitized by Google

*nes, & ſingulos proventus per eos, eorum officiorum ratione aquirendos, juſtos, licitos, & convenientes facere, & aquirere, ipſoſque proventus aquiſitos, ſeu aquirendos per eos modo prædicto annis, & vicibus ſingulis incipiendo a dicto die primo dicti proximi præteriti menſis Septembris dicti præſentis anni duodecimæ indictionis, & deinde in antea in perpetuum nullatenus eis detinere, quinimo illos uſque ad concurrentem ſummam, ſeu quantitatem ipſorum proventuum in præfatis eorum gagiis, ſeu ſalario unciarum auri centum eis, & eorum curia anno quolibet, ut prædicitur, ſtabilitis incipiendo a dicto die primo dicti proximi præteriti menſis Septembris, ſibi computare, & excomputare anno quolibet, & vice qualibet debeant, atque teneantur, nec de cætero ullo unquam tempore ab ipſis univerſitatibus, & hominibus, aut alicui, vel aliquibus ex eis collectas aliquas, quæ ultra dictos proventus aſcendant, ad dictam ſummam unciarum centum prædictarum, imponant, vel ab eis recipiant, aut exigant quovis modo. Quinimo ſibi ab univerſitatibus, & hominibus ipſis in defectu proventuum prædictorum uſque ad integram ſummam dictarum unciarum centum tantum non ultra. De ipſorum univerſitatum, & hominum pecunia ſatisfieri facere, & etiam univerſitates, & homines eis de eorum gagiis prædictis in defectu dictorum proventuum ſatisfacere annis ſingulis de eorum pecunia teneantur, & debeant, ita tamen, quod ipſi, univerſitates, & homines ultra ſolutionem unciarum centum prædictarum pro gagiis prædictis, in quibus excomputari debeant proventus prædicti anno quolibet non valeant, nec debeant aliquatenus aggravari. Nec minus conſiderantes eoſdem exponentes diverſarum ſolutionum, collectarum, & fiſcalium functionum eis per nos, & noſtram curiam impoſitarum, & imponendarum, & aliorum diverſorum gravaminum multipliciter fore oppreſſos, nec poſſe propterea ſolutionem dictarum unciarum duodecim pro gagiis dicti erarii, tolerabiliter ſuportare, & intendentes cum eiſdem exponentibus agere gratioſe, ex præmiſſis, & certis aliis rationibus, atque cauſis nos digne moventibus, & inducentibus mentem noſtram, quas hic exprimere non eſt opus, & licet non exprimamus tamen haberi volumus præſentibus pro ſufficienter expreſſis præfatum romanum, & quemlibet alium erarium in dicta Abbatia, ut prædicitur, ordinatum, tenore preſentium, de certa noſtra ſcientia, & plenitudine noſtræ dominicæ poteſtatis a dicto Erariatus officio, & qualibet poteſtate, arbitrio, & prærogativa ſibi propterea conceſſa, & data quovis modo, ex nunc amovemus, & totaliter, ac perpetuo revocamus &c. Et ipſi Univerſitates, & homines de proventibus aquirendis per dictos Capitaneos plenam, & juridicam informationem, & certitudinem habere poſſint, nec valeant propterea defraudari in augmentum gratiæ potioris, ipſarum tenore preſentium, de dicta certa noſtra ſcientia, & ſpeciali gratia, eiſdem Univerſitatibus, & hominibus, & cuilibet earum liberam licentiam omnimodam & plenariam poteſtatem concedimus, quod qualibet ipſarum univerſitatum, & hominum cujuslibet prefatarum terrarum dictæ Abbatiæ ex nunc in antea de cætero, & in perpetuum ad cujuslibet beneplacitum eligere, conſtituere, deputare, & ponere aliquem, ſeu aliquos ſindicos ſeu erarios de eorum terrigenis in cujus, ſeu*

*Diſſert.*

*quorum præſentia ſive de, vel cujus, ſeu quorum conſcientia, & ſpecialiter ſindici, ſive erarii illius terræ prefatarum terrarum, cujus terræ aliquis homo, ſive perſona cum dictis Capitaneis de quacumque re, vel cauſa ad compoſitionem devenerit, præfati Capitanei, preſentes videlicet, & futuri, & eorum locumtenentes debeant dictos proventus juſtos facere, & aquirere, ipſeque ſindicus, ſeu erarius, aut ſindici, vel erarii habeant, debeant, atque poſſint plenariam, & veridicam informationem habere de prædictis proventibus, ut predicitur, aquirendis, ipſoſque proventus cum quantitabus ipſorum, nec non nominibus, & cognominibus hominum, & perſonarum a quibus, & cauſis, propter quas proventus ipſi habiti, & percepti fuerunt, diebuſque, & locis, ac aliis circumſtantiis debitis, & oportunis particulariter, & diſtincte aſcribere, & adnotare, & de proventibus ipſis idonenm, ſeu idoneos, & legales quaternos facere, & alia ad id ſpectantia, & oportuna exercere &c. Decernimus etiam, & ſtatuimus, volumus, & mandamus, quod ubi ipſi univerſitates, & homines in defectu prædictorum proventuum teneantur præfatis Capitaneis, ad ſupplementum dictorum eorum gagiorum unciarum centum per annum, quod eo caſu hujuſmodi ſupplementum per ipſos univerſitates, & homines annis ſingulis ſolvatur dictis Capitaneis, & de illo ſatisfiat in duabus vicibus ſive pagis anni cujuslibet, videlicet in qualibet paga ipſarum duarum pagarum cujuslibet anni medietas præfati ſupplementi dictorum gagiorum in defectu dictorum proventuum ſolvi debeat de menſe Novembris, & Decembris &c. Nec minus revocent, & annullent ſtatim in irritum quidquid per eos, vel eorum alterum contra formam, & tenorem preſentium in præjudicium univerſitatum, & hominum prædictorum, vel alicujus eorum attentatum eſt, vel contingerit forſitan attentari, nec contrarium faciant, ſicut habent gratiam noſtram caram, & indignationem cupiunt evitare, legibus, juribus, conſtitutionibus, capitulis, ſtatutis, ritibus, moribus, obſervantiis, conſuetudinibus, reſcriptis, edictis, revocationibus, litteris, commiſſionibus, privilegiis, cedulis, & mandatis, & aliis quibuſcumque preſentibus forte contrariis quibus in quantum præſentibus derogantur, ipſarum preſentium tenore, de dicta certa noſtra ſcientia, & plenitudine noſtræ dominicæ poteſtatis totaliter derogamus nullatenus obſtituris. In cujus rei teſtimonium preſentes litteras exinde fieri, & magno pendenti Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Datum Neapolis per manus noſtræ predictæ Johannæ reginæ anno Domini milleſimo quadrigenteſimo decimo octavo die 5. menſis Decembris duodecimæ indictionis regnorum noſtrorum anno quinto. tr. XII. De mandato reginali in regio Sac.° Conſilio. Woffredus. Jacobus Stancionus. Regiſt. in Cancellaria penes Protbonotarium ) P. A. de Campora.*

Harum epiſtolarum vi Sangermanenſes die 2. Januarii 1419. procuratores ſuos elegere, notarium Antonium de Plumbariola, & Nicolaum de Paſcale, ut inſtrumento conſtat rogato penes acta Notarii Pauli de Nota ex caſtro Cœli, ex quo hæc ſunt animadvertenda. *Præſenti publico inſtrumento fatemur, notum facimus, & teſtamur quod die prædicto dictæ indictionis anni,* (Quarum vigore Procuratores creati.) (Ex originali in Archivo.)

 *intus*

*intus eccleſiam S. Germani congregati, & perſonaliter conſtituti univerſitas, & homines dictæ terræ S. Germani voce præconis in unum coadunati, ac major, & ſanior pars univerſitatis, & hominum ipſius, more ſolito, ubi pro eorum agendis alias uniri, & congregari conſueverunt, aſſeruerunt publice coram nobis habere de reginali beneplacito, mandato, & ſpeciali privilegio, poteſtatem plenariam, & liberam licentiam ab ipſa ſacra reginali Majeſtate, eligendi, conſtituendi, ponendi, & deputandi aliquem, ſeu aliquos Sindicos, ſeu erarios de eorum terrigenis, in cujus, ſeu quorum conſcientia, & præſentia præſens Capitaneus Abbatiæ Caſinenſis, & dictæ terræ S. Germani, videlicet & futuri, & eorum locatenentes, debeant proventus juſtos facere, & adquirere, & quod ipſi ſindici, ſeu erarii habeant, debeant, & poſſint plenariam, & veridicam informationem de proventibus faciendis, & acquirendis per præſentem reginalem Capitaneum, & ſucceſſive futuros, & eorum locatenentes habere, & de quantitatibus ipſorum cum nominibus, & cognominibus hominum, & perſonarum a quibus, & cauſis propter quas proventus ipſi habiti, & percepti fuerunt diebus, & locis, & aliis circumſtantiis debitis, & oportunis particulariter, & diſtincte ſcribendi, & adnotandi, & de proventibus ipſis aquirendis idoneum, & legalem quaternum faciendi, & alia ad id ſpectantia, & oportuna exercendi, dictoſque proventus, & compoſitiones ſcomputari petendi, & faciendi computari, & excomputari in gagiis, & pro gagiis ipſorum, & ſalario in ſumma concurrente eorundem anno quolibet, & vice qualibet, ſi & prout hæc, & alia in quodam publico privilegio reginali ejus magno ſigillo pendenti munito, & ſubſcriptione manus propriæ dictæ D. reginæ roborato vidimus &c. ac ipſos proventus acquiſitos, & acquirendos pro tempore, ac exactos ab hominibus, & perſonis dictæ terræ, & perſonis S. Germani ejuſque diſtrictus in genere, & in ſpecie computari, & excomputari faciendi, petendi in gagiis, & pro gagiis dictorum Capitanei, ejus locumtenentis, & ipſorum curiæ, pro quantitate & ſumma aſcendente ac contingente, ita quod dicti proventus per dictum reginalem Capitaneum, ipſius locumtenentem, & ejus curiam acquiſiti, & pro tempore acquirendi omnino, & penitus ſcomputentur, & ſcomputari debeant in ipſorum gagiis debitis, & conſuetis, juxta formam, & tenorem reginalis privilegii, propterea dictæ univerſitati, & hominibus ipſius, ac aliis univerſitatibus, terrarum, & locorum dictæ Abbatiæ Caſinenſis induhi, & gratioſe conceſſi &c.* Ex quibus mox allatis monumentis conſtat, proventus delictorum Criminalium civitatis S. Germani, aliorumque ditionis Caſſinenſis oppidorum juris regii fuiſſe. Hoc vero, annoque præcedenti Jacobi regis nomen in publicis documentis non recenſetur, quod plures inter eum, conjugemque diſcordiæ eſſent ortæ, quas narrat Conſtantius libro 13. pag. 212. & ſeqq. & Summonte in Vita Johannæ II. & Raynaldus anno 1416. nu. 33. quo tandem anno ea lege ſopitæ ſunt, ut Jacobus ſolo regis titulo contentus regni adminiſtrationem Johannæ deinceps permitteret. Verum paulo poſt inſontem maritum Johanna carceri mancipavit, e qua an. tantum 1419. eductus Tarentum conceſſit, indeque in Galliam, ubi tertii Ordinis S. Franciſci religioſus evaſit, poſtque uxoris obitum ſolemni voto primo ejuſdem Ordini ſeſe obſtrinxit, ut narrant Spondanus ad an. 1419. nu. 2. & Raynaldus A. 1418. nu. 31. & A. 1420. nu. 7. ubi hæc ait; *Effert ſummis laudibus Jacobus B.[a] Johannes Capiſtranus, ut qui uxoris reginæ perfidiam paratas in regno inſidias, & carceres perpeſſus animum ad cæleſtia applicuerit, ac dein penitentium tertii Ordinis beati Franciſci familiam condiderit, quam cum nonnulli carperent, vir Sanctus pro ea apologeticum conſcripſit librum, in quo hæc habet. Etiam noſtris diebus in magna devotione, & gratia renovantur, & creſcunt, atque proficiunt ſuperna largiente clementia, laudabilis vitæ meritis, virtutibus, & exemplis, floretque nomen dicti Ordinis in ſplendida ſocietate nobilium, & honeſtarum dominarum, ſicut etiam Romæ, Neapoli, Florentiæ, Senis, Peruſii, & in multis aliis locis, in Marchia Anconitana, & in aliis civitatibus, & terris Italiæ, & extra Italiam in multis partibus fidelium Chriſtianorum, quam maxime de præſenti convaluit, & erectus eſt Ordo præfatus per illuſtriſſimum principem regem quondam Jacobum, qui ſpretis hujus ſeculi vanitatibus, atque pompis nedum ſolemnia monaſteria ſuis devotis ſumptibus, & expenſis conſtrui fecit, ſed etiam ſe ipſum offerens Jeſu Chriſto ſacrificium acceptabile in ordine prælibato divino cultui mancipavit cum florida ſocietate venerabilium perſonarum. Extincta ſcilicet Johanna uxore mox inſtituta Franciſcana profeſſum refert Lucas Wadingus.* Atq; Olivarius Marcianus apud Spondanum nu. 2. anni 1419. aſſerit *ſe vidiſſe ipſum per oppidum Pontarli tranſeuntem delatum habitu Franciſcano ferculo manuario, quo purgamenta efferri ſolent ſic ſolitum urbes ingredi præ humili animi demiſſione, cum ei a clero, magiſtratu, & populo pompoſe obviam iretur.* Subdit Spondanus: *Manſit autem Veſentione uſque ad obitum, qui contingit A. 1438. ſepultus in eccleſia Clariſſiarum. Male a quibuſdam dictus vitam hæremiticam amplexus eſſe.*

Anno 1420. quædam cœnobii Caſſinenſis privilegia Johanna ſecunda regina hoc diplomate confirmavit; *Johanna II. Dei gratia Ungariæ, Jeruſalem, Siciliæ &c. Regina &c. Univerſis, & ſingulis præſentes litteras inſpecturis tam præſentibus, quam futuris. Licet adjectione plenitudo non egeat, nec firmitatem exigat quod eſt firmum, confirmatur tamen interdum, quod robur obtinet non quod neceſſitas id expoſcat, ſed ut confirmantis ſincera benignitas clareat, & rei geſtæ cautela robur abundantioris accedat. Sane pro parte reverendi in Chriſto Patris Fratris P. Thomacelli de Neapoli Abbatis Sac. monaſterii Caſinenſis conſiliarii, ac Monachorum, & Conventus dicti monaſterii, nec non Univerſitatum, & hominum terrarum, caſtrorum, & locorum monaſterii ejuſdem noſtrorum fidelium dilectorum Majeſtati noſtræ fuit reverenter expoſitum, quod recolendæ memoriæ Sereniſſima Principiſſa D. regina Johanna prima gerens ad dictum monaſterium ſpecialis devotionis affectum ad quemlibet ſuorum officialium præſumptionem indebitam amputandam eiſdem Abbati, monaſterio, & Conventui, ac univerſitatibus, & hominibus dictarum terrarum Abbatiæ Caſinenſis nonnullas conceſſiones, & gratias fecit, & gratioſe conceſſit, quas quidem gratias claræ memoriæ Sereniſſimus princeps, & D.D. Ladiſlaus*

Quædam Caſſinenſis privilegia confirmata.

Ex originali in Archivo.

Digitized by Google

*diſlaus dictorum regnorum rex inclitus germanus frater noſter una cum nonnullis aliis conceſſionibus, & gratiis per illuſtres prædeceſſores noſtros Siciliæ reges dictis exponentibus, indultis, & gratioſe conceſſis de ſpeciali gratia confirmavit, prout in literis, ſeu privilegiis dicti D. regis Fratris noſtri, cum inſertis tenoribus dictorum privilegiorum præfata D. regina Johanna prima exinde confectis magno ſuo pendenti ſigillo munitis, & in noſtra Curia originaliter præſentatis, viſis, & lectis hæc, & alia latius continentur. Quorum quidem privilegiorum tenor, quem pro majori cautela præſentibus particulariter inſeri juſſimus, & apponi, eſt continentia ſubſequentis: Ladislaus Dei gratia &c. Univerſis præſentes literas inſpecturis tam preſentibus, quam futuris &c. Sane moti devotionis ſupplicationibus culmini noſtræ factis pro parte reverendi in Chriſto patris Henrici Thomacelli Abbatis S. monaſterii Caſſinenſis, Conſiliarii, ac conventus monaſterii ſupradicti, nec non univerſitatum, & hominum terrarum, caſtrorum, & locorum Abbatiæ prædictæ noſtrorum fidelium, & dilectorum eiſdem Abbati, Conventui, ac univerſitatibus, & hominibus omnes, & ſingulas gratias, & privilegia eis factas, & conceſſas, ac facta, & conceſſa infra regnum noſtrum Siciliæ per Majeſtatem noſtram, & præceſſores noſtros Jeruſalem, & Siciliæ reges illuſtre a quadraginta annis citra de quibus ad præſens ſunt in poſſeſſione, ſeu quaſi, & præſertim ſubſcriptas gratias eis factas per qm. reginam Johannam tenore præſentium de certa noſtra ſcientia juxta privilegiorum noſtrorum, & dictorum præceſſorum noſtrorum, & dictæ reginæ continentiam confirmamus, ratificamus, & approbamus noſtraque confirmationis, ratificationis, & approbationis munimine roboramus, itaquod nullum diminutionis incommodum pertimeſcant, juribus cujuslibet alterius ſemper ſalvis. Et ut præſens noſtra confirmatio eiſdem Abbati, & Conventui, ac univerſitatibus, & hominibus majoris vigoris robore vigeat, prædictas literas dictæ qm. reginæ Johannæ de verbo ad verbum, nihil addito, vel mutato præſentibus inſeri fecimus, & apponi, quarum quidem litterarum tenor per omnia talis eſt. Johanna Dei gratia regina Jeruſalem, & Siciliæ &c. Juſtitiariis Terræ laboris, & Comitatus Moliſii, nec non capitaneis, & eorum locatenentibus, judicibus, & aſſeſſoribus, ac actorum cameraquo notariis cum eis per curiam deputatis, & deputandis, & officialibus aliis quibuſcumque quocumque titulo, & denominatione noſcentur, ad quos ſpectat, & ſpectare poterit præſentibus, & futuris fidelibus noſtris gratiam, & bonam voluntatem. Pro parte univerſitatum, & hominum terrarum, caſtrorum, & locorum Abbatiæ Caſſinenſis, & membrorum ejus in provincia Terræ Laboris, & Comitatus Moliſii poſitorum noſtrorum fidelium querulanter fuit noſtræ noviter expoſitum Majeſtati &c.* Hoc privilegium ſic deſinit: *Datum Neapoli, per virum nobilem Thomam de Ruſalis de Meſſana &c. Anno Domini 1368. die octavo Februarii ſexta indictionis, regnorum noſtrorum anno vigeſimo ſexto.* Quod Johannæ I. privilegium an. 1368. edidimus. Illo itaque omiſſo privilegium Ladislai, & Johannæ II. proſequimur. *In cujus rei teſtimonium preſentes literas exinde fieri, & magno pendenti Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Datum Neapoli in abſentia Logotheta, & protbonotarii regni noſtri Siciliæ, ejuſque locumtenentis per virum nobilem Donatum de Aretio legum doctorem locumtenentem cancellarii, dicti regni conſiliarium, & fidelem noſtrum dilectum, anno Domini milleſimo quatringenteſimo ſecundo, die vigeſimo primo menſis Aprilis decimę indictionis, regnorum noſtrorum anno XVI. ſubjuncto per eoſdem exponentes in eorum expoſitione prędicta, quod licet prędfatę gratię, & conceſſiones per eandem D. reginam Johannam primam eis, ut prę mittitur, conceſſę, & factę per dictum D. regem fratrem noſtrum poſtmodum confirmatę de ſe validę ſint, & firmę ipſique exponentes a tempore conceſſionis prędfatarum gratiarum juxta prędictarum reginalium, & regiarum fraternarum litterarum tenores, & continentias in ipſarum gratiarum, & conceſſionum poſſeſſione, ſeu quaſi fuerint, & exiſtant ad preſens, tamen quia de prędfacto regno noſtro Siciliæ, quod ex ſucceſſione dictorum progenitorum noſtrorum, & aliis juſtis titulis tenemus, & prędſidemus eidem, poſtmodum pro parte ſacroſanctæ Romanę eccleſię, & domini noſtri Summi Pontificis divina nobis aſſiſtente clementia, fuimus inveſtitę, & ritu ſolemni regali diademate coronatę nec minus, & per edictum noſtrum noviter in dicto regno pro ipſius reformatione factum, & publicatum debent per Majeſtatem noſtram conceſſiones, & gratię quęlibet confirmari; pro ipſorum exponentium parte Majeſtati noſtrę fuit humiliter ſupplicatum, ut dignaremur eiſdem Abbati, Monachis, & conventui dicti monaſterii Caſſinenſis, ac univerſitatibus, & hominibus omnium, & ſingularum terrarum, caſtrorum, & locorum ipſius monaſterii, ubicumque regno Siciliæ ſitorum, & poſitorum prędfatas gratias, & conceſſiones eis per ſupradictam D. Johannam reginam primam conceſſas, & factas, & per dictum D. regem fratrem noſtrum, ut prædicitur confirmatas, juxta præſcriptarum litterarum, tam dictę D. reginę Johannę primę quam dictis Ladislai fratris noſtri continentias, & tenores, ipſaſque prefatas literas, ac omnia, & ſingula contenta in eis, eo modo, quo illis uſi ſunt, ac ſi, & prout in illarum poſſeſſione, ſeu quaſi perſiſtunt ad præſens ad majoris cautelę ſuffragium de ſpeciali gratia confirmare. Nos vero quę ad dictum monaſterium Caſſinenſe ſpecialem gerimus devotionis affectum, noſtrorum fidelium commoda ex liberalitate nobis innata gratia affectibus proſequentes, ac actiones laudabiles prędfatorum D. reginæ, & regis, tamquam juſtas erga præfatos ſupplicantes gratioſe oſtenſas, multipliciter commendantes, eorumque ſequi veſtigia cupientes, ac intendentes geſta per eos firmiter eſſe manſura, pro conſideratione quoque ſincerę devotionis, & fidei ſupplicantium prædictorum, nec non gratorum grandium, & fructuoſorum ſervitiorum, quibus Majeſtati noſtræ variis periculis, & bona diſpendiis opponendo ſe promptos exhibuerunt, & exhibere de bono in melius liberali animo ſe diſponunt, ipſorumque ſupplicantium juſtis, ut pote ſupplicationibus inclinatę eiſdem Abbati, Monachis, & conventui dicti monaſterii ac univerſitatibus, & hominibus omnium, & ſingularum terrarum, caſtrorum, & locorum ejuſdem monaſterii ubicumque ſitorum, & poſitorum prędfatas conceſſiones, & gratias eis per dictam D. reginam Johannam primam conceſſas, & factas,*

*factas, & per dictum D. regem Ladiſlaum, ut prædicitur confirmatas, juxta præſcriptarum reginalium, & regiarum fraternarum litterarum ſeries, & tenores, ipſaſque literas, ac omnia, & ſingula contenta in eis, eo modo quo illis præfati ſupplicantes uſi ſunt, ac ſi, & prout in illarum poſſeſſione, ſeu quaſi exiſtunt ad preſens, ad majoris cautelæ ſuffragium, quæ in cunctis prodeſſe, & non officere conſuevit, tenore præſentium de certa noſtra ſcientia ſpeciali de gratia confirmamus, ratificamus, acceptamus, & approbamus, ac noſtræ confirmationis, ratificationis, & approbationis munimine roboramus, ita quod præſens noſtra confirmatio grata dictis ſupplicantibus ſemper, & omni futuro tempore ſtabilis ſit, firma, & valida, & realis, nullumque diminutionis incommodum impugnationis obiectum, vel obſtaculum quomodolibet pertimeſcat. Volumus inſuper, & de dicta noſtra certa ſcientia decernimus, & declaramus expreſſe, quod præfata conceſſiones, & gratiæ atque confirmationes dictis ſupplicantibus, ut prædicitur facta, extendere ſe debeant ad omnes, & ſingulas terras, caſtra, & loca dicti Monaſterii ſitas, & poſitas tam in provincia Terræ laboris, & Comitatus Moliſii, quam alibi ubicumque in regno noſtro Siciliæ ſupradicto, legibus, juribus, conſtitutionibus, capitulis, edictis, reſcriptis, ritibus, moribus, obſervantiis, conſuetudinibus, revocationibus, ſuſpenſionibus, gratiarum, literis, cedulis, privilegiis, & mandatis, & aliis quibuſcumque præſentibus forte contrariis, quibus in quantum preſentibus refragantur ipſarum tenore preſentium de dicta certa noſtra ſcientia, & plenitudine noſtra dominicæ poteſtatis totaliter derogamus, ac viribus, & efficacia vacuamus non obſtantibus quoquomodo. Quapropter Magiſtro Juſtitiario regni noſtri Siciliæ ejuſque locumtenenti, & judicibus magnę curię Vicariæ nec non Vicemgerentibus, Juſtitiariis Capitaneis, Commiſſareis, cæteriſque officialibus quocumque nomine nuncupatis, ac officio, & juriſdictione fungentibus, eorumque locatenentibus, ad quos ſpectat, & ſpectabit ubilibet in toto regno noſtro Siciliæ, & preſertim in dicta provincia Terræ laboris & Comitatus Moliſii, & terris dictę Abbatiæ conſtitutis, præſentibus, & futuris, damus ipſarum tenore præſentium de dicta certa noſtra ſcientia expreſſius in mandatis, quatenus forma præſcriptarum reginalium, & regiarum fraternarum litterarum, ac præſentium noſtrarum per eos diligenter attenta illam ipſi, & quilibet eorum eiſdem Abbati, monachis, & Conventui præfati monaſterii Caſſinenſis, nec non univerſitatibus, & hominibus præfatarum terrarum, caſtrorum, & locorum ejuſdem monaſterii ubicumque in præfato regno noſtro Siciliæ ſitorum, & poſitorum, juxta ipſarum litterarum ſeriem, tenorem, eo modo, quo præfatis conceſſionibus, & gratiis, ac literis uſi ſunt, ut prædicitur, ac ſi, & prout in illarum poſſeſſione, ſeu quaſi fuerunt, & exiſtunt ad præſens obſervent inviolabiliter, & faciant ab aliis officiorum ſuorum temporibus teneantur obſervari nec contrarium faciant ſicut habent noſtram gratiam caram, & indignationem cupiunt evitare, præfatis legibus, juribus, conſtitutionibus, capitulis, edictis reſcriptis, ritibus, moribus, obſervantiis, conſuetudinibus, & omnibus aliis ſupradictis ac commiſſionibus, & quibuſcumque aliis preſentibus forte contrariis non obſtantibus quoquomodo. In cujus rei teſtimonium præſentes literas exinde fieri, & magno pendenti noſtro ſigillo juſſimus communiri, quas pro ipſarum validiori robore, & ex certis cauſis nos moventibus dedimus, & ſubſcripſimus propria manu noſtra, ritu, & obſervantia noſtræ curiæ quacumque non obſtante. Datum in caſtro noſtro novo Neapolis per manus noſtre prædictæ Johannæ reginæ anno Domini milleſimo, quadrigenteſimo vigeſimo, die quinto decimo menſis Januarii, tertiadecimæ indictionis, regnorum noſtrorum anno ſexto. De mandato reginali ad relationem D. Cancellarii regni Siciliæ, &c. Petrus Calens, regiſtrata in Cancellaria penes Cancellarium Colella. Ma:*

Ludovicus III. Andegavenſium Dux, Ludovici II., qui regnum Neapolitanum invaſerat, filius, hoc anno 1420. mari, terraque Neapolim obſedit, cauſatus regnum ſibi Alexandri V. Johannis XXIII., concilii Conſtantienſis, & Martini V. conceſſione competere. Ut tota ſe pericula amoliretur Johanna II. Alphonſum Aragoniæ regem Antipapæ Benedicti XIII. fautorem in filium adoptavit. Quam rem indigniſſime ferens Martinus V. ad quem, utpote ſupremo regni Neapolitani domino poſt Johannæ mortem regnum concedere ſpectabat, opem Ludovico ferre cępit. Verum periculo omni comparata maritimâ claſſe, reginam eripuit Alphonſus, ut narrant Raynaldus an. 1420. nu. 8. & 9. & an. 1421. nu. 1. 2., & 3. Spondanus an. 1420. nu. 10., & 11., an. 1423. nu. 4., & S. Summonte in vita Johannæ ſecundæ & Conſtantius lib. 14. p. 328., & ſeqq. Quo vero magis res ſuas tutaret Johanna regina an. 1421. ad ſtipendia vocavit ſtrenuum per ea tempora ducem Braccium a Montorio, qui Abbatiam Caſſinenſem infeſtis ſignis ingreſſus plura oppida occupavit, ut hac proteſtatione conſtat an. 1427. a Caſſinatibus facta. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno a nativitate ejuſdem 1427. regnante sereniſſima D. noſtra D. Johanna II. &c. regnorum vero ejus anno XIII. feliciter Amen, die 27. menſis Aprilis, quintæ indictionis. Nos Franciſcus de Ebulo ad cauſas, & contractus per totum Regnum Siciliæ &c. litteratus judex, Johannes Nicolai Johannis de rocca Arcis ubilibet per provinciam Terræ laboris, & Comitatus Moliſii publicus regia auctoritate notarius, & infraſcripti literati teſtes &c. Preſenti ſcripto publico declaramus &c. quod nobis prędictis judice notario, & teſtibus accerſitis &c. ad preſentiam R. in Chriſto patris, & D. D. Petri Abbatis ſacri monaſterii Caſſinenſis, ac venerabilium, & Religioſorum virorum Fratris Johannis de S. Johanne Prioris ejuſdem monaſterii &c. totius Collegii Monachorum, Conventus monaſterii prędicti invenimus eoſdem D. Abbatem Priorem, & totum Conventum, omneſque prædictos conventuales monachos in dicto monaſterio reſidentes, capitulum, & Conventum nunc dicti monaſterii facientes, uti majorem, & ſaniorem partem conventus ejuſdem congregatos, & unitos in capitulo, & loco capitulari dicti monaſterii ad ſonum campanæ more ſolito, & ubi alias pro eorum, & dicti monaſterii agendis uniri, & congregari conſueverunt, aſſeruerunt dicti D. Abbas, Prior, & conventus unanimiter, & pari voto ipſorumque nemine diſcrepante declaraverunt, & dixerunt publice*

Damnu Caſſinatibus illata.

Ex originali in Archivo.

Digitized by Google

*blice coram robis, quod alias jam ſunt anni ſex elapſi parum plus, vel minus, quod Brachius de Montor. tunc armorum capitan. notorius hoſtis, inimicus, & rebellis S. R. E., Sanctiſſimi D. D. Martini divina providentia Papæ quinti, hoſtiliter, & armata manu invaſit, & aggreſſus fuit Abbatiam Caſſinen. terras, caſtra, territoria, tenimenta, loca, & oppida dicti monaſterii, & conatus fuit toto poſſe totam Abbatiam ipſam tiranniter occupare, & capere tunc, & nunc devotiſſimam, & fidelem dictæ S. Matris eccleſiæ, & D. noſtri prædicti, aſſiſtente, favente, & adhærente eidem Brachio Magnifico D. Rogerio Cajetano, qui una cum dicto Brachio tirannico invaſit, & occupavit terras & loca monaſterii prædicti, nullum ad Deum, & beatum Benedictum habendo reſpectum, neque honorem ſuum, & ad capitula facta, & habita cum D. Abbate prædicto per ſcripturas ſuo ſigillo munitas de pacifice, & fraterne vivendo, nec quomodolibet offendendo, frangendo ſiquidem fidem ſuam, & contra promiſſa, & pacta inita, & facta ſub fide magnatum veniendo, tandemque dicti Brachius, & Rogerius dicto modo tirannico, & hoſtili potentia, plura territoria, & caſtra dicti monaſterii, quæ tunc dicti Abbas, & Conventus tenebant, & poſſidebant pacifice, & quiete, nomine monaſterii ejuſdem fractis dictis capitulis, atque fide, & inter alia invaſerunt, occupaverunt, & ceperunt hæc caſtra vid. Fractas, caſtrum novum, Vallemfrigidam, S. Andream, S. Ponarium, S. Ambroſium, S. Georgium, & Bandram, & nonnulla alia tenimenta, ſpoliando monaſterium ipſum, dictoſque Abbatem, & Conventum dictis caſtris, tenimentis, & locis, & poſſeſſione illorum, dictaque caſtra, loca, tenimenta idem Rogerius ſic tirranice hoſtilique potentia occupata detinuit per dictum temporis ſpatium ſpoliationis vitio ſupradicto, fructuſque omnes, & ſingulos redditus, & proventus, ac univerſa jura ex dictis caſtris, terris, & locis colligendo, & percipiendo, & in ſuos uſus convertendo, & applicando contra voluntatem Abbatis, & Conventus prædictorum, & licet pluries, ac pluribus, & diverſis vicibus dictus D. Rogerius requiſitus fuerit, interpellatus, & monitus per eoſdem D. Abbatem, & Conventum, & alios eorum & dicti monaſterii nomine atque parte, ut Rogerius ipſe dicta caſtra, terras, & loca cum fructibus inde perceptis reſtitueret, & renderet ipſis monaſterio, Abbati, & Conventui Deum, præ oculis non habens, ſuæque ſalutis, famæ, & honoris immemor reſtituere recuſavit, & denegavit, habito etiam proinde vicibus pluribus recurſu ad SS. D. Papam prædictum, ejuſque ſacrum dominorum Cardinalium collegium tam per eundem D. Abbatem perſonaliter bina vice, & per monachos dicti Conventus pluribus, & diverſis vicibus, & per plures eorum, ac per ambaſciatores varios, & cum difficultate maxima laboribus, & expenſis pluribus brevibus monitoriis obtentis, & ipſi D. Rogerio directis ſuper reſtitutione caſtrorum præfatorum dictus Rogerius in ſua pertinacia perdurans nil curavit de brevibus ipſis &c. Propter quod iterum, & iterum recurſu habito ad ſanctitatem Domini noſtri præfatam, per interpoſitionem, & continuum patrocinium, & favorem dominorum Cardinalium poſt tandem multas, & inſupportabiles expenſas factas in Romana curia, paſſoſque labores varios per monaſterium prædictum, & ejus prædictos Abbatem, & Conventum, idem Rogerius reſpondit reſtituere velle caſtra ipſa, ſed ſibi reſervare duo meliora, videlicet caſtrum novum, & Fractas, petens de illis ſibi locationem fieri ad magnum tempus, & nihilominus ſibi quietationem fieri de omnibus fructibus, redditibus prædictis inde perceptis pro toto tempore præterito antedicto, dictis D. Abbate, & Conventu recuſantibus, & denegantibus locationem, & quietationem ipſas facere &c.*

Sangermanenſes rebellant.

Hac capta occaſione Sangermanenſes rebellarunt, pluraque in cœnobium noſtrum perpetrarunt ſcelera, ut hac excommunicationis, & interdicti ſententia in eos a Ludovico de Fliſco Cardinali, & legato apoſtolico lata conſtat. *Ludovicus miſeratione divina S. Adriani S. R. E. Diaconus Cardinalis de Fliſco vulgariter nuncupatus in regno Siciliæ, & Terra citra Farum apoſtolicæ ſedis legatus &c. Reverendis in Chriſto patribus D. D. Archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus, decanis, prepoſitis &c. ſalutem, & mandatis noſtris hujuſmodi, imo verius apoſtolicis firmiter obedire &c. Sane cum pridem, ſicut notoria facti evidentia, & publica fama divulgabat, prout etiam & divulgat, & prout etiam accepimus ex querula lamentatione procuratorum fiſcalis noſtræ curiæ, & reverendi patris D. Abbatis monaſterii Caſſinenſis ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis, perditionis filii, & maledictionis alumni homines, & habitatores, ac univerſitas loci S. Germani &n. ad eoſdem D. Abbatem, & Monaſterium &c. pertinentes viam pacis ignorantes &c. contra nos, qui tunc ad illum locum mandata D. noſtri Papæ cum plena legationis officio declinaveramus pro tractanda, concordia, atque pace inter Sereniſſimos dominos ſuper regno hujuſmodi diſſidentes, ac contra eundem D. Abbatem rebellionis cornua erigentes, diverſa conſpirationes, colligationes, & machinationes facere ac caſtra multa ad idem monaſterium &c. ſpectantia occupare, & occupata detinere, ac occupantibus auxilium, conſilium, & favorem præbere præſumſerunt &c. & inſuper, ut præfata caſtra, & terras facilius occupare, & occupata detinere, ac alios ad conſenſiendum eorum iniquis voluntatibus, & operibus violenter attrahere poſſent, magnam multitudinem gentium armigerarum in ipſum locum S. Germani conduxiſſent unde multa damna homicidia, ſacrilegia, rapinæ, depopulationes, incendia, & mala, ac damna, adulteria, & ſcelera quamplurima eſſent ſequuta, & ſequutura veriſimiliter impoſterum formidaretur, infamiæ notam, ſacrilegium, & pœnas, ac ſententias a jure contra ſimiles inflictas, & promulgatas, nec non crimen læſæ majeſtatis damnabiliter incurrendo, & quamquam etiam præmiſſa omnia, & ſingula eſſent, prout ſunt inde notoria, quod nulla poterant, prout nec poſſunt tergiverſatione celari, noſque ſine alia informatione juſte potuiſſemus animadvertere, in eoſdem, & alios adhærentes, tamen quia neſcit a charis charitas etiam lege diſcedere, ſperantes ipſos ad cor redire, & viam ſalutis agnoſcere, decrevimus eos charitative ſuper hoc monendos, et etiam exhortandos, ipſoſque per diverſas notabiles perſonas, et tandem per magnificum Paulum de Colatio, et ſpecialem Orlandum de Orlandis D. noſtri Papæ Commiſſarium, et multas literas, noſtras ut*

Ex Reg. Angeli, & Andreæ fol. 112.

*ad viam veritatis, et Juſtitiæ redire, et ab hujuſmodi erroribus reſipiſcere vellent iteratis vicibus duximus requirendos, & etiam exhortandos &c.*

Martinus V. ditionẽ Caſſinenſem Epiſcopo Aquinati gubernandam committit.

Cum vero innumera Caſſinatium infortunia conſpiceret Martinus V. potiſſimum, quæ a Braccio de Montorio inferebantur an. 1422. Johanni Aquinati epiſcopo nomine ſuo ditionem Caſſinenſem gubernandam commiſit hoc diplomate. *Martinus &c. Venerabili fratri Jacobo epiſcopo Aquitanen: in provinciis noſtris Campaniæ, & maritimæ pro nobis, & Romanæ eccleſiæ Vice Rectori ſalutem. Univerſalis eccleſiæ regimini diſponente Dño, præſidentes, cura pervigili exſcitamur, ut ſubditorum quorumcumque Romanæ eccleſiæ devotorum ſtatui pacifico conſulamus, & illorum vexationibus, quibus infeſtantur poſſetenus occurremus. Cum itaque ex certis rationabilibus cauſis ad id animum noſtrum moventibus, caſtrum Pontiſcurvi, & nonnulla alia caſtra, fortalitia atque loca ad monaſterium Caſſinen. ſpectantia, & pertinentia ad tollendas nonnullas diſſentiones, lites, & ſcandala, quæ inibi iis proxime lapſis diebus ſunt exortæ, & pro pace, & quiete, & tranquillo ſtatu ſubditorum ejuſdem Monaſterii noſtri, & præfatæ eccleſiæ nomine recipi, & gubernari facere decreverimus, fraternitati tuæ, de qua in iis, & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, dictum caſtrum Pontiſcurvi, & omnia, & ſingula alia caſtra, fortalitia, atque loca ad præfatum monaſterium ſpectantia, & pertinentia noſtro, & ejuſdem eccleſiæ nomine a quibuſcumque eadem detinentibus recipiendi, & acceptandi, eademque, & eorum communitates habitatores, & incolas regendi, & gubernandi cum mero, & mixto Imperio cæteraque alia, quæ tibi ad conſervationem dictarum terrarum caſtrorum, & locorum pertinere videbuntur, faciendi, terminandi, & concludendi, & exequendi, & in dicto caſtro Pontiſcurvi poſt finem officii dilecti filii Antonii de ſede de Cavis, quem inibi Capitaneum deputavimus, alium in cæteriſq; caſtris, & locis, alios quoſcumque Capitaneos, Vicarios, Rectores, & Officiales ponendi, & deputandi, poſitoſque amovendi, & alios iterum deputandi, ſemel, & pluries, & omnia alia, & ſingula faciendi, gerendi, & adminiſtrandi, quæ pro honore noſtro, & quiete, & tranquillitate communitatum, caſtrorum, fortalitiorum, & locorum prædictorum cognoveris expedire, plenam, & liberam preſentium tenore concedimus facultatem, gratum, & ratum habituri quicquid feceris, & ordinaveris in præmiſſis, idque faciemus authore D. inviolabiliter obſervari. Datum Tibure 2. Kal. Auguſti Pontificatus noſtri anno 5.*

Ex originali in Archivo.

Perduelles puniti.

Anno 1423. Johannes de Cordulis Abbatiæ Caſſinenſis magiſtratus, quatuor ex oppidanis Cerbarii perduelles ſuſpendio necari juſſit, eorumque publicata bona Caſſinenſi cameræ adjudicata, ut hoc inſtrumento conſtat, quod plura lectu haud indigna continet. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Anno a nativitate ejuſdem milleſimo quadrigenteſimo vigeſimo tertio, die decimonono menſis Martii, primæ indictionis. Pontificatus SSmi Patris, & D. noſtri, D. Martini divina providentia Papæ quinti, anno ſexto. Hæc eſt quædam condempnatio, corporalis, & corporalis condempnationis ſententia lata, data, & in his ſcriptis ſententialiter promulgata per egregium, & ſapientem virum Johannem de Cordulis de Spoleto juriſperitum, honorabilem, poteſtatem terrarum, & locorum omnium Abbatiæ Caſſinenſis pro ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, & SS. D. noſtro D. Martino divina providentia Papa quinto, ac reverendo in Chriſto P. & D.D. Antonio de Nerlis Dei, & apoſtolicæ ſedis gratia Abbate venerabilis monaſterii S. Laurentii extra muros urbis apoſtolico gubernatore, & generali adminiſtratore dicti ſacri monaſterii Caſſinenſis & Abbatiæ præfatæ ſcripta, & lecta, puplicata, & divulgarizata per notarium Antonium Piczionum de S. Germano publicum notarium, actorumque magiſtrum curiæ Caſſinenſis, & poteſtatis prædictæ in præſentia quidem judicis, & teſtium infraſcriptorum de mandato dicti D. Poteſtatis vid. Nos Johannes de Cordulis de Spoleto generalis poteſtas antedicta pro tribunali ſedentes ad noſtrum bancum juris maleficiorum infrapoſitum, & confinatum, ubi ſimiles ſententiæ, & condepnationes ferri, & dari ſolent, infraſcriptam condempnationem corporalem, & ſententiam condepnationis corporalis contra infraſcriptos nefandiſſimos viros, pro infraſcriptis proditionibus, rebellionibus, tractatibus, & ordinamentis, exceſſibus, & delictis per eoſdem, & quemlibet eorum ordinatis, commiſſis, factis, & perpetratis, damus, & proferimus in his ſcriptis ſententialiter in hunc modum vid. contra Amicum Rebilem, Antonium Mozzonum, Petrum Manrabeſe, et Antonium de Trocta de caſtro Cerbarii publicos, et famoſos proditores, notorios, et manifeſtos rebelles, et inimicos S. Romanæ eccleſiæ, domini noſtri Papæ, et ſacri monaſterii Caſſinenſis, nec non propriæ Patriæ, homineſque iniquos nefandiſſimos, maleque conditionis, converſationis, vitæ, ac famæ, et notorie cognitos infraganti crimine, et rebellione, manifeſtaque proditione propriæ patriæ, et aliis exceſſibus infraſcriptis contra quos per modum, et viam inquiſitionis per nos formatæ proceſſimus in eo etc. quod prædicti Amicus, Petrus, Antonius Mozzone, et Antonius de Trocta proditores, et rebelles inquiſiti, et quilibet eorum de anno Domini milleſimo quadrigenteſimo vigeſimo ſecundo de menſe Septembris proxime præterito præſentis primæ indictionis ſcienter, doloſe, et appenſate, animo, et intentione ſubvertendi bonum, pacificum, et tranquillum ſtatum tunc dicti caſtri Cerbarii, et aliarum terrarum Abbatiæ Caſſinenſis, et dictum caſtrum Cerbarii aliaſque terras, et loca ſubmittendi, ſub jugo, dominio, et poteſtate emulorum, et inimicorum S. Romanę eccleſię, D. noſtri Papę, et apoſtolici gubernatoris Caſſinenſis prędictorum, una cum certis eorum complicibus, ſequacibus, et fautoribus, exiſtentes in dicto caſtro Cerbarii tunc fidele, et exiſtente ſub dominio, et obedientia dictorum S. matris eccleſię, D. noſtri Papę, et ſacri monaſterii Caſſinenſis, ac Gubernatoris aſſati tractaverunt, et ordinaverunt rebellionem caſtri prędicti contra dictum D. Gubernatorem, ac reverendum patrem, et D. D. Jacobum epiſcopum Aquinatem, tunc pro dicta S. matre eccleſię, et SS. D. noſtro caſtrum ipſum gubernantem, et in ipſa rebellione ordinaverunt S. matris eccleſię, et Caſſinenſis fideles capere de perſona, et interfici facere, ipſorumque bona ad ſaccum poni pariter, et in predam, ſicut accidit, & ſtatum fuit, dictique*

Ex originali in Archivo.

fide-

Digitized by Google

*fideles interemti fuerunt niſi qui per fuga ſubſidium evaſerunt. Item in eo, & de eo, & ſuper eo, quod dictis anno, & menſe dicti Amicus, Petrus, Antonius, & Antonius proditores inquiſiti in dicto eorum malo propoſito perſeverantes una cum eorum complicibus fautoribus, & ſequacibus claves portarum dicti caſtri de manibus, & poteſtate fidelium, & ipſarum portarum cuſtodum deputatorum per officialem S. matris eccleſia proditorie per vim, & violentiam abſtulerunt, ut inimicos, & hoſtes dicta S. matris eccleſia introducerent, ipſumque caſtrum totaliter averterent, & rebellarent a fidelitate, & obedientia S. matris eccleſia & dominorum pradictorum, & caſtrum ipſum potiſſimum fideles, & devotos S. matris eccleſia & dominorum pradictorum, & eorum bona ponerentur ad ſaccum magnum, & in predam, ut ſupra. Item in eo, de eo, & ſuper eo quod dictis anno, & menſe dicti proditores, & nefandiſſimi viri inquiſiti in dicto caſtro Cerbarii receptaverunt quemdam Viceregem cum magna gentium comitiva equitum, & peditum, ac exititios S. Germani hoſtes publicos, & notorios inimicos S. matris eccleſia, & dominorum pradictorum, qui, & qua ſimiliter doloſo tractatu, ordinatione, conſilio, & favore dictorum proditorum inquiſitorum venerunt armata manu uſque ad Pontem civitatis S. Germani prope portam Rapidi cauſa illum capiendi, & occupandi, ac auferendi ab obedientia, & fidelitate S. matris eccleſię, dominorum pradictorum. Item in eo, de eo, & ſuper eo vid. quod dictis anno, & menſe dicti Amicus, Petrus, Antonius, & Antonius Rebelles, & proditores ut ſupra ſcienter doloſe, & appenſate introduxerunt dictos Viceregem, & omnes gentes, equites, & pedites illum ſequentes, hoſtes, & inimicos S. matris eccleſia, & Dominorum pradictorum, nec non qm. damnata memoria Antonutum Caczolum, qui tunc ſe nominabat Capitaneum Abbatia Caſſinenſis contra honorem, ſtatum, fidelitatem, & obedientiam S. matris eccleſia, & dominorum prafatorum, ac exititios S. Germani pradictos intus dictum caſtrum Cerbarii, quibus, & per quos caſtrum ipſum fuit totaliter rebellatum, & ſemotum a debita obedientia pradicta, & ad Saccum poſitum, & in pradam, domuſque plures tradita ruina pariter, & incenſa, indeque expulſi amnes, & ſinguli mares, & mulieres, & ex mulieribus ipſa aliqua diſpoſita adducta fuerunt ad verecundiam, homines aliqui percuſſi, vulnerati, aliqui interemti, & hoc fecerunt, & fieri ordinaverunt, & tractaverunt per ſe, & emulos ac inimicos, & rebelles S. matris eccleſia, & dominorum prafatorum, ac Caſſinenſis monaſterii antedicti, & in eorum vilipendium, & contemptum graviſſimumque dedecus, jacturam, opprobrium, atque damum ipſorum hominum dicti caſtri Cerbarii, & mulierum pradictarum. Item in eo, de eo, & ſuper eo, videlicet, quod dictis anno, & menſe culpa tractatu, & ordinatione inquiſitorum pradictorum, & cujuslibet eorumdem, & ex dicti caſtri Cerbarii rebellione deviata, rebellata, & ab obedientia dicta S. matris eccleſia ſemota fuerunt, plura alia caſtra dicti ſacri monaſterii Caſſinenſis, & pracipue S. Helias, Valliſrotunda, Aquafundata, & Vitecoſum. Item in eo, de eo, & ſuper eo quod dictis anno, & menſe, & poſt ipſos ſucceſſus, tam ordinatione ipſorum inquiſitorum, quam etiam ipſorum culpa defectus, & rebellione pradictis facta fuerunt plures, & plures, ac diverſa curreria, cavalcata, & diſcurſiones contra civitatem S. Germani, & homines ipſius fideles S. matris eccleſia, & dominorum pradictorum, in quibus magna, & innumerabilia damna illata fuerunt hominibus, & perſonis tam ipſius civitatis, quam aliarum Terrarum fidelium eccleſia, & dominorum ſupradictorum, depradataque fuerunt varia, & diverſa animalia ſiſtentia ſub protectione S. matris eccleſię prędicta, & dominorum pręfatorum, & plura alia mala ſcandala ſecuta fuerunt opere, ordinatione, conſilio, culpa, & defectu inquiſitorum prędictorum, & cujuslibet eorumdem. Item in eo, de eo, & ſuper eo vid. quod dicti inquiſiti poſt prędicta, & mala pejoribus aggregando receſſerunt ad terras tunc inimicas, & rebelles S. matris eccleſię, et Dominorum prędictorum, ibidemq; moram traxerunt, et incolatum, et ut totaliter eorum peſſimam intentionem oſtenderent, et effectui tradiderunt, quęſiverunt, ſe ſeparare a dominio, et obedientia S. matris eccleſię, et dominorum prędictorum juramentum Vaxallagii, et fidelitatis pręſtantes, et jurantes, in manibus emulorum dictę S. matris eccleſię, et dominorum prędictorum, ſeque dicebant, et nominabant ſubditos, et Vaſſallos alterius domini, et dominii quam eccleſię prędictę, et monaſterii Caſſinenſis affati. Item in eo, de eo, ſuper eo quod dicti inquiſiti viri nefandiſſimi ſupradictis non contenti poſt prędictam, et poſt reductionem dicti caſtri Cerbarii ad priſtinam obedientiam, et fidelitatem S. matris eccleſię, et dominorum prędictorum tractaverunt, et tractant, fecerunt, et ordinaverunt cum nonnullis aliis, quorum nomina hic pro meliori tacemus, de intrando per vim, et violentiam, et contra voluntatem hominum in dictum caſtrum animo, propoſito, et intenſione caſtrum ipſum rebellandi . : . . . . . ipſamque univerſitatem, et homines ipſius interficere, domoſque, bona eorum ponere ad ſaccum et in prędam quod feciſſent, niſi quod per Dei gratiam homines dicti caſtri fideles prędvaluerunt, et bene, et caſtrum prędictum cuſtodiverunt, ſed per eos, et quemlibet eorum inquiſitorum non ſtetit, quin mala eorum intentio mandata fuiſſet executioni, alia quoque innumerabilia, et ineſtimabilia damna, ſcelera, et atrociſſima facinora, et delicta commiſerunt, committi tractaverunt, et ordinaverunt dictis locis, et temporibus, et potiſſimum homicidia, latrocinia, incendia, deſtructiones domorum, depopulationes, arborum domeſticarum, tam de die quam de nocte pręfati inquiſiti, et quiſque ipſorum, quę cauſa brevitatis obmittuntur pro nunc, quoniam longiſſima foret ipſorum narratio, et impoſſibilis pro preſenti convertendo hęc, et alia commiſerunt ipſi nefandiſſimi, et impiiſſimi viri Amicus, Petrus, Antonius, et Antonius inquiſiti etc. Idcirco nos Johannes Poteſtas antedicta pro tribunali ſedentes, ut ſupra, ſequentes, et ſequi volentes formam juris, ne dicti Inquiſiti, vel aliquis ipſorum de tot, et tantis proditionibus, rebellionibus, robariis, et aliis facinoribus, et delictis per eos commiſſis, et perpetratis valeant ultra gloriari, ſed ipſorum pœna cæteris ſimilia tentantibus, aut committere cupientibus tranſeat in exemplum quę cum, et quocumque tempore ad formam noſtram, et noſtrorum in officio ſucceſſorum,*

*rum, et quorumque aliorum officialium S. Romanæ eccleſiæ pervenerint dicti Amicus, Petrus, Antonius, & Antonius inquiſiti devenerint, & capi poterunt per nos ſive per dicta noſtræ curiæ miniſtros ad hæc deputatos, & ad eorum manus, & poteſtatem ipſorum, vel ipſorum aliquem venire . . . contingerint utcumque uſque ad locum juſtitiæ deputatum deducantur, ſive deputandum, & ibi in furcis cum laqueo in gula ſuſpendantur, ita, & taliter, quod moriantur in illis, & eorum animæ ab ipſorum corporibus ſeparentur, & omnia, & ſingula ipſorum bona mobilia, & immobilia, jura, & actiones utcumque ſint, & reperiri poſſunt publicentur, incorporentur, & confiſcentur cameræ Caſſinenſi facta primo reſtitutione, & emenda damnorum damna paſſis, & præcipue in caſtro prædicto, ad quorum reſtitutionem, & emendam ipſos, & eorum quemlibet harum ſerie condemnamus, & pro incorporatis, publicatis, & confiſcatis ex nunc ipſi cameræ haberi volumus, & mandamus, decernimus, & declaramus, omni meliori via, jure, modo, & forma, vel cauſa, qua, vel quibus melius poſſumus, & debemus, ſedentes, ut ſupra in hiis ſcriptis ſententialiter condemnamus, adjudicamus, & declaramus, incorporamus, & ſententiamus, lecta quidem lata, & recitata fuit in majori hoſpitio Caſſinenſi, in loco, ubi curia regi ſolet, anno, menſe, die, indictione, & pontificatu prædictis, in præſentia quidem Antonii, notarii Petri de Plumbariola ſingularum terrarum, & locorum omnium Abbatiæ Caſſinenſis, judicis, notarii Antonii Piczioni dictæ curiæ actorum notarii, & teſtium infraſcriptorum ad hæc ſpecialiter vocatorum &c.* Ex hoc inſtrumento colligitur fuiſſe hoc anno Gubernatorem adminiſtratoremque cœnobii Caſſinenſis, ejuſque ditionis Antonium Nerlium Abbatem S. Laurentii urbis Pontificis nomine. An Martinus V. Pyrrho non fidendum duxerit, vel alibi ejus operam in eccleſiæ negotia impenderit, non ſatis liquet.

**Oppida cœnobii Caſſinenſis occupata repetere conatur Martinus V.**

Hoc eodem anno 1423. Martinus V. Romanus Pontifex oppida ditionis Caſſinenſis a pluribus occupata repetere conatus eſt hoc edito diplomate, quo patet, plura caſtella, arceſque in ditione Caſſinenſi eo tempore contenta, atque in ipſo cœnobio Arcem extitiſſe, quod etiam alibi demonſtravimus: *Martinus &c. Dilecto filio Antonio Joannis Cincii, Civi Rom. Sal. Cum intendamus terras loca, & caſtra monaſterii Caſſinen. nobis, & Romanæ eccleſiæ immediate ſubjecti, quæ per alios occupantur, ad noſtram, & eccleſiæ obedientiam, & fidelitatem reducere, & de tua fidelitatis integritate, induſtria, & in agendis rebus experientia plurimum confidamus, tibi cum dilecto filio Checco Bianco de Pedemontium nonnullarum armigerarum gentium pedeſtrium capitaneo in arce dicti monaſterii præſidente, & quibuſcumque aliis perſonis cujuſcumque ſtatus, vel conditionis exiſtant pro ſua, & eorum ad noſtram, & ejuſdem eccleſiæ obedientiam, & fidelitatem, reductione, & reſtitutione arcis, & terrarum, caſtrorum, & locorum prædictorum noſtro, & apoſtolicæ cameræ nomine quæcumque capitula, conventiones, & pacta cum clauſulis, ſubſtantialitatibus oportunis ineundi practicandi firmandi, & concludendi, & de illis obſervandis, & adimplendis, prout tuæ diſcretioni videbitur præfatam cameram obligandi, & ipſum Ceccum Biancum, & quoſcumque alios ad noſtram, & Romanæ eccleſiæ ſtipendia, & ſervitia pro illo tempore ſub illis pactis, & formis, de quibus tibi videbitur, conducendi, eoſque ab omnibus ſolutionibus, & obligationibus eximendi, ac remiſſiones, & exemptiones reales, perſonales, ac promiſſiones quaſlibet faciendi, & promittendi &c. ratum, & gratum habituri quicquid per te cum dicto Ceccho Bianco, & perſonis firmatum, & concluſum fuerit in præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum, idque faciemus authore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Datum Romæ apud S. Mariam majorem V. Kalendas Auguſti Pontificatus noſtri anno 6.*

**Ex originali in Archivo.**

**Oppidani Terruculi ad officium redeunt.**

Ex hiſce Gubernatoris Caſſinenſis literis conſtat Urbem S. Germani, omniaque ditionis noſtræ oppida rebellaſſe, primoſque ad officium rediiſſe oppidanos Terruculi, quibus propterea immunitatem ad decennium a ſolvendo terratico, decimis, prandio, viſitatione, ſeu cathedratico, aliiſque omnibus oneribus elargitur: *Antonius de Nerlis Dei, & apoſtolicæ ſedis gratia venerabilis monaſterii S. Laurentii extra muros Urbis humilis Abbas, & S. monaſterii Caſſinenſis, terrarum, locorum ſubditorum, & ſubiectorum ejus apoſtolicus Gubernator, & adminiſtrator generalis per SS. Patrem, & D. noſtrum D. Martinum divina providentia Papam quintum ſpecialiter deputatus, ſicut per ejuſdem ſanctitatis apoſtolicas literas in carta membrana ſcriptas, & bulla plumbea, ſub filo cannapis appenſa &c. quas pro cautela hic annotari, & regiſtrari fecimus &c. Martinus &c. dilecto filio Antonio Abbati S. Laurentii extra muros urbis Gubernatori, & adminiſtratori monaſterii Caſſinenſis ſalutem, et apoſtolicam benedictionem. Cum te ad viſitandum etc. Monaſterium Caſſinenſe Ordinis S. Benedicti tranſmiſimus, quod multis ſubiacere periculis, et vexari ſcandalis ſentiebamus, tibique prædictum monaſterium, et dilectos filios monachos in eo degentes, ejuſque vaſſallos, et ſubditos in ſpiritualibus, ac temporalibus, tam in capite, quam in membris, viſitandi, reformandi, corrigendi, per noſtras literas plenam, et liberam auctoritatem Apoſtolicam dederimus facultatem, prout in ipſis noſtris literis plenius continetur. Nos poſtea certius, & clarius informati prædictum monaſterium in hoc ſtatu conſtitutum indigere Gubernatoris auxilio ampliori facultate, & poteſtate ſuffulti, quam tibi prædictæ noſtræ literæ concedebant &c. ultra conceſſam tibi facultatem, te gubernatorem, & adminiſtratorem generalem monaſterii ſupradicti, & jurium redditnum, & proventuum eidem monaſterio ſpectantium tenore præſentium præfata auctoritate uſque ad beneplacitum noſtrum facimus, conſtituimus, & deputamus illud, & quoſcumque fructus, redditus, & proventus regendi, gubernandi exigendi, & diſponendi, quaſcumque perſonas eccleſiaſticas ſeculares, & regulares in eo degentes, nec non omnes ejus ſubditos, & vaſſallos regulandi, cuſtodes, & officiales ponendi, & removendi, & omnia, & ſingula in ipſo monaſterio, & ejus terris, caſtris, locis, & juriſdictionibus faciendi, quæ veri ipſius Abbates facere potuerunt. Concedentes tibi per præſentes eadem authoritate noſtra omnimodam facultatem, alienatione tamen bonorum immobilium, & præ-*

**Ex originali in Archivo.**

Digitized by Google

*pratioſorum nobilium tibi penitus interdicta, & propterea omnibus, & ſingulis monachis, ſubditis, & vaſſallis monaſterii ſupradicti per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus tibi Gubernatori, & adminiſtratori, tamquam vero Abbati, hoc beneplacito noſtro durante, pareant fideliter, & intendant, alioquin ſententias, ſeu penas, quas rite tuleris, ſeu ſtatueris in rebelles, faciemus auctore Dño uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Datum Vicovari Tiburtinæ diœceſis tertio nonas Septembris Pontificatus noſtri anno quinto. Univerſis, & ſingulis, ad quos præſentes pervenerint, & earum ſeriem inſpecturis præſentibus, atque futuris &c. notum fiat, quod divina ſuffragante gratia pro S. matris eccleſiæ, & ſanctitatis prædictæ nomine, atque parte, civitatem S. Germani, quæ diverſis periculis ſubiacebat intrantes, non abſque gravi diſcrimine, & labore, terras alias dicti S. monaſterii ex toto ſeductas, & a vera deviatas obedientia invenimus, noſque ad illarum, quantum eadem nobis divina gratia concedebat recuperationem, & reductionem totis conatibus intendentes, univerſitatem, & homines caſtri Terruculi ad prædictam obedientiam reperimus promtiores, promiſſis itaque per nos illis gratiis, & immunitatibus infraſcriptis de benignitate dicti SS. D. noſtri confidentes, obedientiam, & fidelitatem debitam præſtiterunt, & quia cum univerſitate, & hominibus ipſius cautius agere valeremus, ſanctitati prædictæ ſcripſimus, quæ benignitate ſolita, & innata, per ſpeciale breve ſuum, reſpondit, & conceſſit, quod promiſſas per nos gratias eiſdem hominibus adimplere poſſemus, cujus quidem brevis particulam dictæ ſanctitatis voluntatem continentem, ſimiliter hic conſcribi fecimus, & de verbo ad verbum, quæ ſic dictat, præterea contentamus de pactis, & promiſſionibus, per te factis dilectis filiis hominibus de Terruculo dum tamen immunitas eorum in decennium ſummam florenorum octuaginta auri de camera non excedat. Datum Tibure ſub noſtro annulo Piſcatoris XV. menſis Novembris, Pontificatus ejuſdem D. noſtri anno quinto. Supraſcriptio autem dicti brevis talis eſt; Dilecto filio Antonio Abbati S. Laurentii extra muros urbis Gubernatori monaſterii Caſſinenſis &c. & propterea auctoritate prædicta Apoſtolica cupientes eiſdem univerſitati, & hominibus promiſſa ſervare, maxime juri conſona univerſitati, & hominibus ipſis, clericis, & laicis immunitatem, libertatem, & franchitiam omnium, & ſingulorum jurium, terraticorum, decimarum, prandiorum, viſitationum, camerariatuum, & quorumcumque aliorum redditum per univerſitatem, & homines ipſos Caſſinenſi cameræ debitorum uſque ſcilicet ad decennium a die datæ præſentium computandum concedimus, atque damus &c. quibuſcumque juribus, libertatibus, immunitatibus &c. debeant uti, frui, abſque impedimento aliquo &c. Dum tamen, quod dicti univerſitas, & homines in fidelitate, & obedientia debitis S. matris eccleſiæ, & Sacri Caſſinenſis monaſterii perſeverent, & inconcuſſe perdurent. In quorum teſtimonium &c. has noſtras patentes litteras propria manu noſtra ſubſcripſimus &c. Datum in dicta civitate Sancti Germani ſub anno Domini 1423., die 26 menſis Auguſti &c. Ego qui ſupra Antonius Abbas, & Gubernator vidi, & in teſtimonium me ſubſcripſi. Notarius Antonius Piczionus de mandato dicti Domini &c.*

Anno tandem 1427. Pyrrhus Caſſinatibus ſuis eſt reſtitutus, ſtatimque plura oppida amiſſa repetiit, ut hiſce verbis patet in calce codicis MS. membranacei bibliothecæ noſtræ ſignati num. 208. exaratis. *In nomine Domini Amen. Anno Domini 1427. Cum hoc monaſterium Caſſinenſe a ſeptem annis tranſactis ammiſiſſet caſtrum S. Angeli, Bandram, S. Apollinarem, S. Ambroſium, S. Andream, caſtrum Vallisfrigidæ, & caſtrum S. Georgii die vigeſimo menſis madii per gratiam Dei Rm̃us D. & Pater noſter Abbas Pirrus recepit poſſeſſionem de omnibus, meritis SS. Patris Benedicti adjuvantibus.* Pyrrhus Abbas reſtitutus.

Cum plura cenobium inter Caſſinenſe, & Antonium Spinellum Roccæ Guillelmæ dominum oborta eſſent diſſidia quoad vicum S. Petri Foreſtæ, & oppida S. Stephani, & caſtri Celi, arbitri ad ea dirimenda electi ſunt S. R. E. Cardinales Jordanus Urſinus, & Branda de Placentia, ut in hoc inſtrumento legere eſt. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Anno a nativitate ejuſdem milleſimo quadringenteſimo vigeſimo nono, regnante Sereniſſima D. noſtra Johanna II. Dei gratia Ungharia, Jeruſalem, Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galitiæ, Lodomeriæ, Comanæ, Bulgariæque regina, Provinciæ, & Forcalquerii ac Pedemontis Comitiſſa, regnorum vero ejus anno decimo ſexto die ſexto menſis Auguſti ſeptima indictionis in monaſterio Caſſinenſi. Nos Johannes Marſella de S. Germano ſingularum terrarum, & locorum omnium Abbatiæ Caſſinenſis ad cauſas, & contractus judex, Antonius Piczionus de S. Germano publicus ubique per totum regnum Siciliæ regia, & Angelus de Graſſis de Manfredonia, & Matthæus de Belzi alias magnis apoſtolica authoritate notarii, & teſtes infraſcripti literati ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati, videlicet D. Lucas epiſcopus Adjacenſis, Domnus Baptiſta de Urſinis Abbas monaſterii S. Salvatoris Reatinæ diœceſis, D. Ugo Abbas monaſterii Galiatii Ordinis S. Benedicti Albirien. diœceſis, D. Robbertus Abbas ſancti Bartholomæi Piſtorienſis, Domnus Nicolaus de Leis Canonicus baſilicæ principis apoſtolorum de urbe ſacræ Pœnitentiariæ ſcriptor, Domnus Antonius de ſancto Vito utriuſque J. D. Aquilegienſis diœceſis, Domnus Garganus de Verulis Canonicus baſilicæ S. Mariæ majoris de urbe, Domnus Johannes de cappellis de Cremona, Domnus Johannes Piſanus de Itro legum doctor, præſenti ſcripto publico declaramus, notum facimus, & teſtamur coram nobis prædictis judice, notariis, & teſtibus accerſitis in Sacro monaſterio Caſſinenſi, & capitulari loco dicti monaſterii coram Reverendiſſimis in Chriſto Patribus, & Dominis D. Jordano epiſcopo Albanenſi de Urſinis, & Branda tituli ſancti Clementis presbytero Placentino vulgariter nuncupatis, Sacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus, ad requiſitionem, & preces Reverendi Patris Domni Pirri Abbatis dicti monaſterii Caſſinenſis, ac Monachorum, conventus, & capituli ejuſdem, & magnifici D. Antonii Spinelli de Neapoli ibidem præſentium, præfati D. Abbas, nec non Frater Nicolaus de Sancto Angelo Prior, Fra-*

Arbitri ad componendi diſſidia electi.

Ex originali in Archivo.



Digitized by Google

*ter Bernardus de Sicilia ſubprior &c. Simon de Albania Religioſi Monachi conventuales monaſterii ejuſdem, in eodem loco ad ſonum campanellæ more ſolito congregati conventum, & capitulum dicti monaſterii facientes in præſenti ex una, & magnificus D. Antonius Spinellus pro ſe, ejuſque heredibus filiis, & ſucceſſoribus ſuis, & cum . . . . . . . . . ipſorum nomine ex altera parte ſponte, & libere, ac pari voto conſentientes in nos prædictos judicem, notarios, & teſtes, ut in ſuas, cum ſcirent expreſſe eis non eſſe competentes in . . . . . noſtram juriſdictionem voluntarie prorogando propoſuerunt, & dixerunt, ut eorum quilibet propoſuit, & dixit, qualiter inter ipſos D. Abbatem, & conventum, & eorum Monaſterium, ac Antonium nonnullæ diſcordiæ, diſſenſiones, queſtiones, controverſiæ, & differentiæ occaſione, & ratione bonorum, & poſſeſſionum ſancti Petri de Foreſta, & S. Stephani dellu Regale ad dictum monaſterium, ut dictus D. Abbas, & conventus aſſeruerunt, pertinentium, & quas, & quæ apud Antonium aſſeruerunt detineri, & occupari, nec non in caſtre caſtri Coeli quod idem D. Antonius ad ſe de jure aſſeruit pertinere, & per ipſos D. Abbatem conventum, & monaſterium Caſſinenſe occupari, & detineri, & de quibuſdam aliis juribus quæ una ipſarum partium ab altera, & altera ab alia petebat, ſeu petere intendebat exortæ fuerunt, & quæ oriri dubitabatur, & quibus parati erant, prout ſunt finem imponere, ac parcere laboribus pariter, & expenſis, propter quod præfati D. Abbas Monachi, & conventus, & D. Antonius nomine . . . . . neque circumventi, ſed ſponte, & libere, ac ex eorum certa ſcientia ſpontanea, & libera voluntate in prædictos reverendiſſimos D. D. Jordanum, & Branda Cardinales præſentes, & acceptantes ad . . . . . . . . lites diſcordias queſtiones, controverſias, & differentias ſic, ut præmittitur, ſive alias quovis modo, & ex quibuſcumque aliis cauſis inter ipſas partes uſque in præſentem diem exortis, & quæ exoriri debuiſſent, ſeu potuiſſent ſedandum, & extinguendum compromiſerunt, ac eorum quilibet compromiſit, & eoſdem domnos Cardinales in arbitros, arbitratores, amicabiles compoſitores, & communes amicos elegerunt, & deputaverunt, dantes, & concedentes præfatis dominis Cardinalibus, Arbitris, arbitratoribus, amicabilibus compoſitoribus, & communibus amicis ſicut preſertur per ipſos Abbatem, Monachos, & conventum, & Antonium, & eorum quemlibet in arbitros, arbitratores, amicabiles compoſitores, & communes amicos ad ſuper, & infraſcripta ſpecialiter electis, & deputatis plenariam, & liberam poteſtatem pro præmiſſis diſcordiis, litibus, controverſiis, & quibuſcumque quæſtionibus ſedandis, & extinguendis, ſummarie, & ſimpliciter, ac de plano ſine ſtrepito, & figura judicii de jure, & de facto, terminis ſervatis, vel non ſervatis diebus feriatis, vel non feriatis, partibus vocatis, vel non vocatis, & eis, vel earum altera præſentibus, vel abſentibus cognoſcendi, & procedendi, & ſuper ipſis litibus, diſcordiis, quæſtionibus, differentiis & controverſiis, prout ipſis dominis Cardinalibus, arbitris, arbitratoribus, amicabilibus compoſitoribus, & communibus amicis ſicut præmittitur electis placuerit, ſeu alias viſum fuerit expedire pronuntiandi diffiniendi &c.*

De Jordano Urſino agit Ughellius To. I. Ital. Sac. in epiſcopis Albanenſibus num. 54. & fuſius in epiſcopis Sabinenſibus nu. 64. Raynaldus an. 1426. nu. 15. & an. 1433. nu. 8. Oldoinus To. 2. Additament. ad Ciacconium p. 719. De Branda agit idem Ughellius in epiſcopis Sabinæ nu. 65. & fuſius in epiſcopo Placentiæ nu. 72. Tom. 2. col. 231. Oldoinus cit. tom. p. 801. Raynaldus an. 1421. nu. 6. & 13. ubi legationes ab eo initas recenſet, & de Adjacii epiſcopo Ughellius To. 3. de epiſc. Adiacenſibus nu. 14.

Bona intestato decedentiũ Caſſinatibus aſſerta.

Ex ſententia, anni 1433. qua bona Jacobi de Bartholomutio cœnobio Caſſinenſi adjudicantur, quod ab inteſtato abſque liberis parentibus fratribuſq; obierit, cum conſtat omnimodam regeſto II. Bernardi Abbatis an. 1273. compilato, fidem adhibitam, tum uſu ad huc fuiſſe in ditione Caſſinenſi ſervata, quæ ibi continentur. Caput in hac ſententia relatum ad verbum ex pagina quinta a tergo ejus regeſti in inquiſitione S. Heliæ deſumtum eſt. Haud vero quidem ſucceſſoribus jure cœnobium Caſſinenſe hæc ſibi bona repetebat ſed *jure dominii*; Nam oſtendimus ſæpe bona omnia ſtabilia intra ditionis Caſſinenſis fines *juris* Caſſinatium fuiſſe, a quibus ſubditis ea lege conceſſa fuerant, ut ſingulis viginti novem annis confirmationem peterent. Quod quidem haud ſatis intellexit Vicarius Guidarius hujus ſententiæ author. Eodem fere privilegio fruitur celeberrimus S. Spiritus Sulmonæ cœnobium in ſibi ſubiecto Pratolæ oppido quatenus parenti abſque maſculis decedenti fœminæ in patria hæreditate non ſuccedunt, ut refert Regens Capycius Latro nu. 101. ubi eandem a nobis allatam cauſam laudat.

Mortua Johanna de Regni ſucceſſione contenditur.

Adoptaverat in filium, ut diximus, Regina Johanna II. Alphonſum Aragonium, cujus rei inſtrumentum refert Jutinus de comitibus Stabuli regni Neapolitani p. 157. verum pluribus obortis diſſidiis, regina ab Alphonſo alienata Ludovicum III. Andegavenſem, caſſata priori adoptione, filium adſcivit. Ducemque Calabriæ dixit ubi Lodovicus an. 1434. obiit. Vid. Spondanus an. 1423. nu. 6. & an. 1434. nu. 26. Raynaldus ibidem nu. 12. an. 1432. nu. 22. & an. 1434. nu. 28. Anno inſequenti die 2. Februarii Johanna ætatis ſuæ ſexageſimo quinto obiit cum viginti, & ſeſqui regnaſſet annos. Ultima e Caroli primi Andecavenſis prima ſtirpe fuit magnis virtutibus, vitiiſq; prædita, quæ narrat Spondanus an. 1435. nu. 3. Summonte in ejus vita, Conſtantius lib. 13. 14. 15. & 16. aliiq; Regni hæredem teſtamento reliquit Renatum Andecavenſem Ludovici 3. germanum fratrem. Plura hinc immaniſſimaque bella orta. Contendebat enim Eugenius IV. regnum Neapolitanum ſibi adjudicandum, reclamantibus Alphonſo, & Renato, cui tandem ipſe Eugenius, majorq; regni pars favit. Quamquam confictum fuiſſe Johannæ Teſtamentum ſcribit Blondus dec. 3. Hiſtor. lib. 6. Vid. Spondanus, & Raynaldus cit. annis. Conſtantius lib. 16. 27. & 18. & Summonte in Vitis Renati, & Alphonſi.

Caſſinenſium infortunia.

Anno 1438. mirum, quot premerentur anguſtiis Caſſinates ob Pyrrhum Abbatem, cui oppida ditionis Caſſinenſis adhærebant pene ab Eugenio Pontifice exauctoratum. Idque ex ipſius Eugenii bulla mox adducenda conſtat &c.

*Euge-*

Digitized by Google

*Eugenius &c. Dilectis filiis Priori, & Conventui monaſterii Caſſinenſis &c. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Exhibita ſane nobis nuper pro parte veſtra peticio continebat quod ex eo quia vos Pirro Abbati Caſſinenſi contra nos, & Romanam eccleſiam expreſſe rebelli, ac terras, & loca monaſterii Caſſinenſis rebellia a nobis fieri procuranti multoſque præterea exceſſus perpetranti, & perpetrare proponenti, quantum in vobis fuit pro tuitione juris, & honoris eccleſiæ Romanæ, & apoſtolicæ ſedis conſtanter reſtitiſtis ſuis conatibus provide occurrendo, veremini ne Abbas ipſe cum ad monaſterium reverſus fuerit zelo vindictæ commotus contra vos ſerviendo debitæ correctionis, & diſciplinæ modum excedat, ac propter id multa & gravia in monaſteria ipſo ſcandala oriantur &c.*

m Bul- Euge- i IV. rrat. Ex bulla ab Eugenio IV. an. 1440. edita ea omnia confirmantur, quæ hactenus diximus, atque apparet juriſdictio Caſſinenſium temporalis in omnibus ditionis ſuæ oppidis, & arcibus, quibus Capitaneos, ſeu magiſtratus, & caſtellanos præficiebant, quotque ab Alphonſo, qui Regnum contra Pontificis voluntatem invadere conabatur, Caſſinates mala paterentur. *Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Priori, & conventui monaſterii Caſſinenſis nullius dioc.* e origi- li in rchivo. *Romanæ eccleſiæ immediate ſubiecti ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. His, quæ per ſedis apoſtolicæ legatos edita, & facta ſunt cum pia, & honeſta eſſe dinoſcuntur ſi a nobis petitur libenter adjicimus noſtræ muniminis firmitatem. Exhibita ſi quidem nobis nuper pro parte veſtra petitionis ſeries continebat, Quod cum dudum ex juſtis & rationabilibus cauſis Pyrrhus monaſterii Caſſinenſis Abbas a regimine, & gubernatione ſpirituali, & temporali dicti monaſterii a nobis ſuſpenſus fuiſſet bonæ memoriæ Johannes tituli S. Laurentii in Lucina preſbyter Cardinalis apoſtolicæ ſedis legatus veſtris in hac parte precibus inductus, ne monaſterium ipſum in ſpiritualibus, & temporalibus detrimenta pateretur, vobis capitaneos in terris, & caſtellanos in arcibus ad dictum monaſterium ſpectantibus deputandi, & ponendi, nec non beneficia regularia, & ſecularia ipſius monaſterii quemadmodum Abbates, qui pro tempore fuerunt, contulerunt, conferendi, plenam licentiam, & poteſtatem conceſſit, prout in privilegio inde confecto plenius continetur. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut deputationi capitaneorum, & caſtellanorum, & collationi beneficiorum hujuſmodi, ac omnibus, & ſingulis aliis in dicto privilegio contentis pro firmiori ſubſiſtentia præmiſſorum robur Apoſtolicæ confirmationis, nec non Acta, & ordinata, & diſpoſita vigore hujuſmodi privilegii per vos, & ad executionem etiam deducta approbare, & ratificare de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur ad Ordinem beati Benedicti, qui continuo in militanti eccleſia ſuos palmites dilatans fructus in eadem parit ſalutares, gerentes ſingularem devotionis affectum hujuſmodi etiam ſupplicationibus inclinati ea omnia, quæ occaſione, & prætextu dicti privilegii per vos rite acta, geſta, & executa ſunt approbantes, & ratificantes, licentiam, & poteſtatem prædictam vobis per dictum legatum traditam, & conceſſam, nec non omnia, & ſingula in hujuſmodi privilegio contenta, & inde executa tenore præſentium, auctoritate apoſtolica, ex certa ſcientia confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes etiam omnes defectus, tam juris, quam facti, ſi qui forſan intervenerint in eodem. Volumus autem, & decernimus per preſentes, ut privilegium predictum, ac præſens confirmatio tamdiu durent, ac robur, & efficaciam habeant, donec per nos, & dictam ſedem dicto monaſterio de Abbate proviſum fuerit. Tenor autem privilegii prædicti ſequitur, & eſt talis. Johannes miſeratione divina tituli ſancti Laurentii in Lucina presbyter S. Romanæ eccleſiæ Cardinalis Florentinus vulgariter nuncupatus in Alma urbe patrimonii beati Petri in Tuſcia, ac Campania, & Maritima, nec non in Ducatu Spoletano. Specialis commiſſionis Sabinæ, & Arnulforum terris regnique Sicilia citra Farum, & civitatis Beneventanæ apoſtolicæ ſedis legatus, &c. Dilectis in Chriſto filiis venerabilibus, & religioſis viris Priori, Conventui, & capitulo monaſterii Caſſinenſ. ſalutem in Domino ſempiternam. Qui veri catholicæ fidei ſunt cultores, & inter adverſa, & proſpera ſinceram S. eccleſiæ fidem ſervant, extolli debent, ſublimari, prædicari, juvari penitus in neceſſitatibus ſuis; amplius autem glorificandi ſunt, amplius adjuvandi, ſi religioſi ſervi Dei fuerint regularem vitam ducentes, quemadmodum vos, qui relictis juxta conſilium Domini, charis veſtris, dimiſſis opibus, deſpectis honoribus, in tam celebri monaſterio glorioſi patris Benedicti habitantes in unum, domino Deo univerſorum, & Sanctis ejus ſedulum ſervitium exhibetis. Inſuper & monaſterium ipſum, quod ne ad manus inimicorum eccleſiæ deveniret cum maximo obviaſtis diſcrimine jam duobus ferme annis, & adhuc hodie ab Abbatialibus omnibus derelicti pane quoque tribulationis, & aqua anguſtiæ ſuſtentati ſervatis firmiſſime pro ſtatu D. noſtri Papæ, & S. Matris eccleſiæ ſponſæ ejus hinc inde per circuitum obſidentibus hoſtibus reſiſtentes, ſicque quod ſcriptum eſt impletur in vobis. Arcus fortium ſuperatus eſt, & infirmi accincti ſunt robore. Sane auditu noſtro percepimus quod cum vos in hac veſtri ſuſpenſione Abbatis, qui ſua contra dominum noſtrum rebellione notoria, aliiſque facinoribus, & demeritis exigentibus incidit in excommunicationis, & privationiſque ſententias multis in locis, terris, & roccis monaſterii memorati officiales ponere, Rectores, vel caſtellanos tenere opponitur a quibuſdam, quod præmiſſa exercere, & exequi nequaquam ad religioſum veſtrum conventum ſed ad Abbatem pertinet Caſſinen. Quare parere vobis obedire, & obſequi pertinaciter renuunt, & proterve contendunt: Præterea & illud nobis relatum eſt quia vacant multa ipſius monaſterii beneficia tam Religioſa, quam ſecularia ſolita per Abbates Caſſinenſes conferri, quorum proventus, fructus, & redditus ſi ad vos deferrentur, grande vobis, & monaſterio in iſtantis adverſitatis inopia vitæ ſubſidium exhiberent. Nos autem, qui ex devotione patris piiſſimi Benedicti, & ſpeciali ſedis apoſtolicæ commiſſione, & intuitu fidei veſtræ ad ſanctam eccleſiam ſinceriſſime, atque obſervantiæ regularis, & vitæ probitatis vos, & ſacrum veſtrum monaſterium in noſtro jugiter corde portamus, vobis, & veſtro conventui venerabili licentiam amplam, & plenariam poteſtatem faciendi, ponendi, & ordinandi capitaneos, Rectores, Caſtellanos, ſeu quoſcumque opor-*

*tunos officiales in quibuſcumque terris, caſtris, locis, & roccis, ad monaſterium memoratum ſpectantibus donec ipſi veſtro monaſterio fuerit de idoneo paſtore proviſum; legata nobis apoſtolica poteſtate ex vera, ac certa noſtra ſcientia damus, tribuimus, impendimus, & largimur: dandi quoque concedendi, & conferendi omnes, & ſingulas dignitates tam religioſas, quam ſeculares perpetuos Vicariatus, perſonatus, eccleſias, præpoſituras; & generaliter omnia, & ſingula officia, vel beneficia ad Caſſiñ. Abbatis collationem ſpectantia in preſentiarum uacantia, ſeu præmiſſo durante tempore vacatura. Omnia inſuper, & ſingula faciendi, ordinandi, & exequendi uſque ad tempus prefatum, quæ hactenus Caſſinenſes Abbates facere, ordinare, & exequi de jure, vel conſuetudine potuerunt, retinendi propterea vobis reſervandi, & accipiendi tempore prædicto durante, proventus, fructus, & redditus memoratarum dignitatum, eccleſiarum, & beneficiorum, dum tamen ad vitam congruam portionem impetraturis ea, ſive in illis deſervientibus tribuatis; Conſtat namque firme nobis quod menſe jam ſexto decimo Abbatiam hoſtes occupare terras, & caſtra incendunt, & devaſtant, vos & monaſterium obſident adeo, ut ne dum ad preſens neceſſitates vehementes patiamini penurias, & ærumnas, verum turbinibus guerrarum ceſſantibus vos oportebit pro vobis, & de paupertatis Abbatialibus ſtipem ab aliis, & elemoſinas quærere, qui ſolebatis dudum aliis copioſas elemoſinas elargiri. Rurſumque Priori veſtro Caſſinen. qui nunc eſt, & qui ſuptto. durante tempore fuerit in futurum, tribuimus damus, & impertimur omnem noſtram penitentialis fori ligandi, atque ſolvendi, quam & alteri quoties oportuerit delegare valeat, poteſtatem, etiam in caſibus qui commiſſionem exigerent ſpecialem. In quorum omnium fidem preſentes fieri fecimus, noſtrique magni ſigilli appenſione muniri. Datum in caſtris felicibus SS. D. noſtri Papæ, & Romanæ eccleſiæ juſta Nucerium die ſeptima Auguſti milleſimo, quadringenteſimo trigeſimo nono, Pontificatus SS. D. noſtri D. Eugenii divina providentia Papæ quarti anno nono. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, ratificationis, confirmationis, communitionis, ſuppletionis, voluntatis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Florentiæ anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo, Kalendis Auguſti. Pontificatus noſtri anno Decimo -- Gratis de mandato D. noſtri Papæ -- Cintius -- Ade Raccaneto.* Adeſt ſigillum plumbeum &c.

Literæ vicarii Caſſinenſis. Capitaneus, ſeu Vicarius Caſſinenſis haſce literas ad oppidanos caſtri Cœli, & colles S. Magni dedit, ex quibus, atque ex illis Præfecti collis S. Magni ad Priorem Caſſinenſem patet Caſſinatibus illa oppida tunc fuiſſe ſubiecta. Extant quoque in regeſto vulgo dicto, *Conventus Caſſinenſis* p. 149. quod acta contineat tempore ſuſpenſionis Pyrrhi Abbatis facta. Hoc certe eodem anno Prior, & Monachi Caſſinates præfectum oppidi caſtri Cœli conſtituere Creſcentium de S. Georgio, qua de re literæ extant in cit. regeſto p.8. *Prudentibus viris quatuor, & hominibus, & univerſitatibus caſtri cœli & collis S. Magni Fratribus Cariſſim. Amici Cariſſimi tanquã Fratres ſalutes. Per più boni riſpetti mandamo a voi Fratre Joanni Ungaro, lo quale ſtarà con vui per lo Prioro, lu convento e tutti nui da qua, ne pare meglio reſta ipſo, che altra perſona, allo quale havemo data licentia facza reparare, & attega alla guardia, & allo reparo, lo quale obediate quanto la perſona de noii & lu quale credemo farà coſa che vi piacerà: Pregamove attegate alla guardia de chiſſi lochi, & obediate a Frate Janni. Semo col voſtro piacere. Ex S. Germano tertio Februarii, primæ indictione, Guidutius de Pantaſia de Benevento Capitaneus, & Vicarius Caſſinenſis. Reverendo in Chriſto Patri Fratri H. Priori Caſſinenſi, ac Reverendo ſibi. Rñe in Chriſto Pater poſt recomandationem. Ecco Frate Johanni vene da loro, e per tanto ve prego, che ve placcia per honor voſtro, & per conſervamento di chiſſi lochi rimandarcelo preſto, perche non tornando, chiſti lochi ſtarriano in grande pericolo de eſſere dannificati, ò per dire per S. Benedetto, e per voi perche conoſco Frate Joanni eſſere molto affettionato, & ſollecito ad chiſto miniſterio, ſempre mi raccomando alla Paternitate veſtra. In caſtro Collis S. Magni XX. Martii I. indictione. Veſter ſervitor, & filius in Chriſto Scaza Fumus Caſtellanus S. Magni. Prior, ſubprior, & Conventus ſacri monaſterii Caſſinenſis, dilecto nobis provido viro Creſcentio de S. Georgio Caſtellano noſtro caſtri Cœli ſalutem: De prudentia, fide, & ſollicitudine tuis, quas cognoſcimus ab experto, plenam fiduciam obtinentes, & ſperantes indubie quia quæ tibi committenda duxerimus, diſcrete, & ſollicite exequeris, te ultra officium Caſtellanatus Capitaneum præmiſſi caſtri noſtri caſtri Cœli fidelis Caſſinenſis uſque ad noſtrum beneplacitum, & mandatum conſtituimus, facimus, & tenore præſentium deputamus, dictum caſtrum, & fideles noſtros, homines ipſius ad honorem, & fidelitatem memorati Caſſinenſis monaſterii regendi, gubernandi, manutenendi, cuſtodias, ſeu guardias ponendi, & ordinandi, inobedientes puniendi, & caſtigandi, & omnia alia, & ſingula faciendi, & exercendi, quod ad ipſius capitaneatus officium ſpectant, & pertinent, ac noveris expedire, plenam licentiam, & poteſtatem uſque ad dictum noſtrum beneplacitum concedimus, per præſentes mandantes harum ſerie univerſis, & ſingulis hominibus ipſius caſtri noſtris fidelibus, quatenus in omnibus, & ſingulis, quæ ad hujuſmodi capitaneatus officium pertinere, & ſpectare noſcuntur, tibi obbediant tanquam nobis, in quantum habent gratiam noſtram caram. Nos autem quæcumq; rite geſſeris in prædictis rata habentes, & firma, faciemus illa authore Domno inviolabiliter obſervari. Tu vero ita prudenter, & ſollicite ſtudeas ipſum officium exercere, quod inde merito comendari impoſterum merearis a nobis uberiores gratias, & honores. Datum in præfato ſacro Caſſinenſi monaſterio XVI. Julii 1440. ſub Conventuali noſtro ſigillo in fidem, & teſtimonium præmiſſorum.*

Invaſores oppidi caſtri Cœli oppreſſi. Eodem anno 1440. Prior Caſſinenſis irregularitate abſolvit D. Marcum de Angelo de Valle, qui invaſores oppidi caſtri Cœli occiderat, eaque de re extant hujuſcemodi literæ in reg.cit. p.9. *F. Heraſmus de Narnia Prior indignus ad præſens ſacri monaſterii Caſſinenſis, Ordinis S. Benedicti, univerſis, & ſingulis hominibus, tam clericis, quam laicis notum facio per præſentes quatenus Apoſtolica auctorita-*

Digitized by Google

*ctoritate, mihi per SS. in Chriſto patrem, & D. D. Eugenium divina providentia PP. quartum in hac parte commiſſa per medium, & relationem venerabilis valde Viri P. mei R. D. Arſenii Monachi S. Pauli de Urbe, & ejuſdem ſanctiſſimi Domini noſtri cubicularii, nec non & religioſi viri Fratris mei in Chriſto dilecti Fratris Benedicti de Alamania Monachi Caſſinenſis abſolvi in forma eccleſiæ conſueta D. Marcum Angeli de la Valle de caſtro Cœli a quacumque excommunicationo, & irregularitate, in quas uſque in preſentem diem incidit, ex eo quia interfuit, & manus appoſuit cum armis, & ſine armis, vulnerationibus, & occiſionibus plurium hominum inimicorum, tamen S. Matris eccleſiæ, & monaſterii memorati, atque pro defenſione terræ & patriæ ſuæ, & fidelitate ejuſdem S. Matris eccleſiæ, & monaſterii memorati, atque in ſpecie interfuit, & manus appoſuit vulnerationi, & occiſioni cujuſdam Pauli, is qui ipſum caſtrum Cœli tirannice occupabat, & quorumdam aliorum hominum. Interfuit quoque ſemel cuidam contra inimicos conflictui, in quo unus de amicis per eoſdem inimicos extitit interfectus, quare premiſſo D. Marco ab eiſdem ſententiis ut prefertur, & irregularitatibus abſoluto ad ſui cautelam in rei hujus memoriam, atque fidem has patentes literas ei tradidi manu mea, & ſigillo ſcriptas & ſigillatas, atque in Caſſinenſi regiſtro de verbo ad verbum integraliter regiſtratas. Datum in præfato Caſſinenſi ſacro monaſterio ad diem Auguſti* 18. 1440. *Pontificatus vero ejuſdem SS. Patris, & D. noſtri Eugenii divina providentia PP. quarti anno decimo.*

Epiſtola Caſſinenſium ad Eugenium IV.

Idem Prior cum Monachis Caſſinenſibus literas ad Eugenium IV. miſere, in quibus ex cit. regeſto p. 4. a t. hæc ad rem noſtram verba leguntur: *Domino Papæ Eugenio patri Sanctiſſimo filioli ſui Prior, & Conventus S. Caſſinenſis monaſterii cum recomendatione obedientiam &c. Sed & nos non ſic ſpiritualia ſequimur, ut & temporalia negligamus, qui & cucullis irſutis tegimur & tamen in pectore corda portamus ſalvavimus ſagaciter ab barbaris hoſtibus monaſterium, vim Regis Aragonum, artemque multipliciter ſuperavimus, duobus jam annis ab inimicis obſeſſi, ludibria, & verbera paſſi, vincula experti, & carceres, egentes anguſtiati, afflicti tentati reſtitimus viriliter pro ſtatu veſtro, & S. Matris eccleſiæ ſponſæ veſtræ, atque victores ſumus. In quibus omnibus ſolum Deum, & S. Benedictum, dominumque legatum veſtrum, patrem, & protectorem noſtrum fortiſſimum nobiſcum habuimus adjutorem. Illud modo ſupereſt, ut poſt tempeſtatem ſanctitas veſtra tranquillum faciat, & poſt lacrimationem, & fletom exultationem infundat &c.* In epiſtola ad Cardinales ab iiſdem data ex cit. regſto p. 5. eadem verba extant.

Ad Alphonſum Regem.

Alia quoque in eodem regeſto p. 6. legitur Caſſinenſium epiſtola, conſtantiæ & virtutis pleniſſima ad Alphonſum regem, quæ hujuſmodi eſt: *Domino Alfonſio ſacro regi Aragonum Prior, & Conventus Caſſinates Oratores humiles, & ſervi ejus miſericordiam, juſtitiam, & gloriam ſempiternam. Scripſimus dudum ante duos annos ad te venientem in nos, ne res vel loca, ſeu bona noſtra tolleres, quæ incliti reges, & principes pio noſtro patri S. Benedicto donaverant, & monaſterio ſuo, quinimo ablata reſtitueres, reſtituta protegeres, protecta ex regia camera donis regiis ampliares, ut per hac Chriſtianitatis charitatiſque opera ſancta eundem Patrem noſtrum pium quidem in præſtolando, terribilem in feriendo dominus noſter Rex, & ſui non adverſum ſenſiſſent, vel iratum, ſed propitium, ſed ſautorem, ſed deprecabilem, qui te cum tuis defenderet amplificaret in mundi regno, atque poſt mortem tuam animam a regna cœlorum glorioſam adduceret. Diſtuliſti duobus, & eo amplius annis preces pauperũ in quibus attritis nobis guerris tuis pariter & afflictis, divinus noſter cultus turbatus eſt, ſacrificium in honoratum, atque Reguris obſervantia haud exigua ſuſtinuit leſionem, neque tamen nos ſumus inimici D. noſtro regi pro cujus juſtis triumphis inceſſanter oramus ſed paremus, atque obſecundamus Vicario Dei Altiſſimi pro cujus obedientia & ſincera fide, quæq; adverſa toleramus æquanimiter, & incommoda; parati inſuper omnes non modo in carcerem, ſed in mortem ire Hinc Majeſtas regia nullum ſumpſerit ſcandalum, ſed devotionem fortiſſimam intuens omnipotentem Deum eam dediſſe deſpectis Monachis fidem, quæ propter obedientiæ bonum, ipſam quoque mortem corporis nihil pendat. Nunc autem rurſus abs te pacem, & bona noſtra ſuppliciciter petimus, ſi forte miſericors Deus intra duorum annorum curricula D. noſtrum regem ad pietatem, & miſerationem compunxerit, noſti enim ſcriptum eſſe, quia non niſi pacis in tempore bene colitur pacis auctor. Igitur pro bonis, & rebus noſtris poſtulandis ad majeſtatem ſcilicet tuam, dilectos iſtos juvenes fratres noſtros dirigimus, nam ne quicquam valuere oratores & ſervi tui ſeniores mittere Patres, quos quidem tam longo ſenio, quam quadrageſimali pœnitentia, & guerrarum turbinibus maceratos, viarum harum labor penitus reprobavit, nunc hi veniunt literas portare SS. D. noſtro Papæ ad Dominum regem, ferunt & libellum regulæ SS. patris Benedicti pro noſtro munuſculo ſacra regia Majeſtati preſentandum, ut ſi fortaſſis D. noſter Rex humilium Monachorum verba faſtidiat, ſaltem apoſtolica abſcultet, divina pertimeſcat; ſperamus, credentes quod lecto ſolo codice S. Regulæ, D. noſter Rex miſericordia, & pietate motus, largietur facultatem nobis obſervandi ea, quæ majeſtas Regia implere non poteſt. Pietas D. noſtri Regis ſuper nos ſemper Amen. Ex monte Caſino ad diem Martii ultima* 1440.

Et iterum ad Eugenium.

Ad Eugenium Papam haſce iterum literas ſcripſere quæ p. 6. cit. regeſti reperiuntur: *Domino Eugenio filii Dei excelſi Vicario, ſervi ſui afflicti Prior, & conventus Caſſinenſis cum recomendatione obedientiam. Dirigimus per hos noſtros Fratres ad ſanctitatem veſtram reſponſum regis Aragonum quod ab illo accepimus ad literas veſtras, & a Duce Sueſſæ, hii recuſant nobis noſtras res, & bona reddere, quas invaſerant, niſi regi ipſi obedientiam præbeamus, at nos ſucceſſori Petri piſcatori obedivimus, non regibus, neque Egipto damus unquam manus, & Aſſiriis ut ſaturemur pane, fames nuditas, inopia, guerra, oppreſſiones, pericula venerunt ſuper nos propter fidem noſtram ad nos, & ad Sanctam Romanam veſtram eccleſiam inclitam ſponſam vicimus, nec obliti ſumus vos, neque illam, & inique non egimus in fidelitate veſtra, neque receſſit retro cor noſtrum. Ab hiis omnibus ſola nos Beatitudo veſtra potuit liberare, tribuens nobis licentiam eligendi*



Digitized by Google

*Abbatem Monachum ſecundum regulam Monachorum &c.*

Civitas S. Germani a Rege Alphonſo occupata. Ex mox edendo diplomate in cit. regeſto p. 108. exarato, quo Vicariatum, ſeu archipreſbyteralem dignitatem in urbe S. Germani Benedicto Piczioꝛo Monachi Caſſinates contulere, conſtat, invaſam eo tempore a rege Alphonſo fuiſſe eam urbem: *Frater Henricus, Prior, & Conventus ſacri monaſterii Caſſinenſis, quod nullius diœceſis exiſtit, Romanæ eccleſiæ immediate ſubiecti. Dilecto nobis in Chriſto fideli, & devoto Caſſinenſi monaſterio D. Benedicto Picziono de S. Germano Vicario perpetuo majoris eccleſiæ S. Germani ſalutem in Jeſu, & devotionis augumentum: Et ſi chariſſimus in Chriſto nobis notarius Antonius Piczionus de ſancto Germano tuus genitor, tu quoque, aliique tui pro Caſſinenſis fidelitate ſervanda, damna, & pericula pleraque perſonalia, & realia ſubſtuliſtis, exilium, carceres, & jacturas pluresque alias pati minime dubitaſtis, & nos quantum cum Deo, & beato Benedicto poſſumus in neceſſitatibus ſuccurrere vobis aſtringere comprobamur, laudabilia etiam probitatis, & clericalis ſcientia, atque aliarum virtutum merita, quibus & tu apud nos fide dignorum teſtimonio, ac manifeſta nobis experientia commendaris digne noſtras mentes provocant, & cum tempus eſt, perſonam tuam favore benivolo proſequamur: undique nobis gratiam pariter, & acceptam, reddamur quoque tibi ad exhibitionem gratiæ liberales in conferendis præcipue tibi beneficiis noſtræ authoritatis tempore vacantibus: Data propterea nobis integra poteſtate per SS. D. noſtrum D. Eugenim Papam quartum ex ſpeciali ſuæ ſanctitatis indulto, cujus tenor de verbo ad verbum, quem præſentibus inſeri fecimus ad cautelam ſequitur, & eſt talis &c. Cum igitur Vicariatus perpetuus prædictus dictæ eccleſiæ ſancti Germani vacet ad preſens, & vacare in noſtris manibus dignoſcatur, quoniam dum qm. D. Antonius Magiſtri Pauli ultimus, & immediatus dictæ eccleſiæ Vicarius diem ſuum clauſiſſet extremum, ſtatum Vicariatum ipſum ne in longum vacaret, dilecto filio D. Jacobo Philippi de S. Germano contulimus, qui propter notoriam rebellionem S. Germani, & ejus occupationem per regem Aragonum dicti Vicariatus poſſeſſionem obtinere nequivit, occupato quidem per ſummum de civitate ipſa pro ejus Pyrro filio, qui ipſius occupationis tempore, tam dicto regi affectus eſt, & in ipſa civitate potens authoritate regia prædicta, ne dum poſſeſſionem dicti Vicariatus adipiſci poterat, imo neque verbum aliquod de re ipſa, abſque graviſſimo perſonali periculo proferre, ob quod D. Jacobus ipſe Vicariatum ipſum, & ob cauſas alias rationes congruas, ductus in noſtris manibus per inſtrumentum publicum reſignavit dicto iniquitatis alumno Pyrrho Summi in dicto Vicariatu temerarie intruſo cupimus proinde nos &c. Tibi gratiam facere ſpecialem, perpetuum Vicariatum prædictum &c. Tibi jam dicto D. Benedicto &c. conferimus, & de illo etiam providemus &c.* Atque in aliis litteris quibus memorato Benedicto beneficia quædam eccleſiaſtica conferuntur in citato regeſto pag. 100. hæc. leguntur: *Attentis ſiquidem intollerabilibus pœnis perſonalibus, & realibus, damnis per eoſdem ſcilicet patrem, & fratrem tuos, teque, & omnem domum veſtram multifarie paſſis, ſed quod quod bonis veſtris omnibus, facultatibuſque univerſis pro Caſſineñ. fidelitate ſervanda egeni facti ſitis, de domo veſtra exules, familia veſtra in exilium tradita, ita quod, niſi ex nobis, quantum propitiabit Deus, ſubveniatur vobis, oportebit vos heu ne pereamini, mendicare omnibus veſtris facultatibus ab hoſtibus dicti monaſterii ſpoliati &c.*

Sententia irritata. Eodem anno ſententiam contra Jacobum de Piſcionibus ob contumaciam tempore Pyrrhi Abbatis latam, irritam, caſſamque declararunt Monachi Caſſinates hoc diplomate ex cit. regeſto p. 23. *Frater ....... Prior Sacri Monaſterii Caſſinenſis &c. Dilecto nobis in Chriſto filio Jacobo de Piſcionibus de urbe civi terræ S. Germani, viro nobili ſalutem in Domino ſempiternam, Qui veri, & fideles filii, & vaſſalli, atque amatores ſunt S. monaſterii Caſſinenſis prædicti extolli debent, & commendari, atque in eorum neceſſitatibus penitus adjuvari, quemadmodum & vos, qui ſubiectionem, obedientiam, atque vaſſallagium provide, & laudabiliter perpetuo dicto ſacro monaſterio impendiſti, & permaxime durantibus præſentibus etiam neceſſitatibus ipſius Monaſterii, & penuriis obſtante guerra, qui dum moram tam in rocca Guglielmi, quam in Pontecurvo, feciſti, ſervire Monachis, & ſubvenire, non evitando labores interdum etiam maximos non ceſſaſti, quare dignum eſt, & laudabile, ut benefacientibus, benefacimus &c. Sane reverenter, & pie poſtulaſti a nobis, & expoſuiſti quod olim durante regimine Abbatis Pyrrhi Thomacelli de Neapoli contra te pro parte dicti Abbatis Pyrrhi fuit agitatus proceſſus in curia Vicarii dicti Abbatis de, & ſuper nonnullis obiectis ex contra te exceſſibus, & facinoribus, & in tua abſentia, & contumacia fuit proceſſum uſque ad ſententiam, & finaliter ipſa tua abſentia, & contumacia perdurante, data fuit ſententia diffinitiva contra te ad confiſcationem bonorum omnium tuorum .......... præfato monaſterio, quod etiam fieri non potuit ſine leſione ſtatus, famæ, & honoris tui &c. dignaremur propterea tibi reſtitutionem facere, & te reſtituere ad famam, ſtatum, honorem, dignitatem, atque ad bona omnia ipſa tua dictam confiſcationem proceſſum prædictum, atque ſententiam abolendo, irritando, & annullando, nos enim auditis tuis ipſis præcedentibus meritis, & precibus ad nos condignis &c. Ex noſtra vera, & ex certa ſcientia te præfatum virum nobilem Jacobum Piſcionibus &c. reſtituimus, & remittimus ad famam, ſtatum, honorem, atque dignitatem priſtinam tuam, leſam ſiquidem per dictum proceſſum, & ſententiam prædictam contra te, & tua bona prædicta prolatam. Reſtituimus etiam ad ipſa omnia bona tibi per dictum proceſſum, & dictam ſententiam ablata, & dicto monaſterio confiſcata, annullando, abolendo &c. perpetuo dictum totum Proceſſum, & ſententiam, taliter quod de cætero te famam, honorem, ſtatum, & dignitatem tuam non lædant, nec etiam te in dictis bonis tuis ullo unquam tempore. Dantes propterea vobis, tuiſque heredibus, & ſucceſſoribus licentiam amplam, & plenariam poteſtatem accipiendi &c. atque retinendi omnia ipſa tua bona tibi taliter, ut dictum eſt ablata, & omnia alia, quæ actenus habere, & poſſidere conſueviſtis, nec non de*

illis

Digitized by Google

*illis diſponendi impoſterum ex nunc pro tuo libero arbitrio, & libito voluntatis &c. In quorum omnium fidem præſentes fieri fecimus, noſtrique magni ſigilli appenſione muniri. Datum in S. monaſterio Caſinenſi anno* 1440. *&c.*

Bona publicata aliis conceſſa.

Paulo poſt Monachi ob egregiam erga cœnobium noſtrum fidem notario Joanni Jmbracta, ejuſque filiis bona conceſſere notarii Antonii Carbonę, perduellis. Ex quibus, aliiſque mox adducendis monumentis deducere eſt Caſſinates exercuiſſe eo tempore in Urbe S. Germani juriſdictionem. Literæ ea de re extant in cit. regeſto p. 106. a t. *Frater Henricus Prior, & Conventus S. monaſterii Caſſinenſis &c. Cariſſimo, & prædilecto nobis &c. notario Johanni Imbractæ ſalutem, ſpiritum fortitudinis in adverſis, & fidelitatis augumentum, etſi pro tanta fidelitatis conſtantia in tam longis guerrarum turbinibus perſonam tuam, & bona omnia omni periculorum diſcrimini ſubjacere non dubitaſti perſone tua, tuorum fratruum, cum eorum familia magna, in maribus, & fęminis de civitate S. Germani pluries ſubſtinuere exilium, amiſſionem bonorum omnium datis, quod graviſſimnm eſt, & merito lacrimabile ad hoſtium partes ignotas, heu, violenter aſportatas in exilium, ſic quod niſi aliter provideat eis Deus, mendicare oportet, & non abſque honoris, & pudicitiæ feminarum obſtaculo. Aſtringimur propterea & nos quantum ex alto conceditur, tibi in tam adverſis, & extraneis neceſſitatibus ſubvenire. Cum igitur pridie præcedentibus quæ præcedenda erant, & maxime citatorio, & publico edicto, nonnullos de civitate ipſa publicos rebelles, & hoſtes noſtros, dictique monaſterii ex infinitis eorum demeritis, & proditionibus, bonis omnibus rebus, & dignitatibus per noſtram diffinitivam ſententiam privaverimus, damnaverimus, & eorundem bona Caſſinenſi cameræ confiſcaverimus, & inter alios principales notarium Antonium Carbonum cum filiis ejuſdem notorios rebelles monaſterii præfati. Cupientes te in aliquo de iis, quæ preſentialiter poſſimus ex tanta penuria, tantaque calamitate relevare, habitis inter nos conventuali conſilio, & deliberatione matura tibi notario* Johanni *Inbractæ, tuiſque filiis legitimis bona omnia dicti notarii Antonii Carbone, & filiorum ejus tam ſtabilia, quam mobilia, & in quibuſcumque conſiſtentia, actiones pariter, & jura quæcumque ubique ſita, & poſita, quæ Caſſinenſi prædictæ cameræ per nos confiſcati fuere, ut præfertur omni meliori via, jure &c. quibus verius &c. fieri poteſt, harum ſerie de ſcientia certa noſtra &c. concedimus, & in reſtaurationem damnorum tuorum tradimus &c. atque donamus, ad habendum, tenendum &c. inveſtientes propterea te per preſentium ſeriem &c. coram nobis perſonaliter, & preſentialiter de bonis eiſdem committentes &c. Procuratoribus, Idiſtis, & Caſtaldis Caſſinenſibus in virtute ſanctæ obedientiæ, & pœna noſtro arbitrio infligenda, quatenus ad omnem tui requiſitionem vigore &c. præſentium in corporalem, & poſſeſſionem, & tenutam dictorum bonorum, & jurium omnium ſupradictorum inducant, & defendant &c. amoto rebelli predicto, & quibuſcumque aliis detentoribus &c. & mandet tibi de fructibus, & redditibus predictorum bonorum integre reſponderi &c.* Hinc Eugenius IV. Mariæ Caſtellæ reginæ, Carolo regi Navarræ, & Henrico Alphonſi fratribus, & forori ſcribens, quam epiſtolam refert Raynaldus an. 1440. nu. 13. inquit: *Monaſterium inſuper Caſinenſe, quod propter nomen B. Benedicti, qui in illo loco vixit, & defunctus eſt, omnibus regibus, & principibus magnis in honore, & reverentia ſemper fuit, ſuis caſtris omnibus ſpoliavit, & multa alia fecit, in quibus, utinam ſe modeſtius habuiſſet &c.* Hiſce Eugenius in epiſtola ad Johannem Cardinalem SS. Nerei, & Achillei legatum Regni Siciliæ de Alphonſo ait: *Verum, & jam pluries requiſitus, ut Terracinam, quæ ad nos, & Romanam eccleſiam pleno jure ſpectat, & pertinet, aliaſque terras ad monaſterium Caſinenſe, quod immediate nobis, & Apoſtolicæ Sedi ſubjectum exiſtit, quas vi detinet occupatas reſtituere recuſavit, quare cum regni antedicti totalem deſolationem nullatenus prout tenemur tollerare intendentes &c.* Quam epiſtolam refert Raynaldus an. 1441. nu. 17.

Judices ad contractus creati.

Die 14. Septembris an. 1440. Monachi Caſinates judicem ad contractus crearunt notarium Marcum Bove in civitate S. Germani in oppido Pontiſcurvi, totaque ditione Caſſinenſi, ut ex literis in cit. reg. p. 11. Anno inſequenti 1441. eodem munere donarunt die 1. Octobris Antonium de Nardo Becti a Pontecurvo, ut ex regeſti cit. p. 31. Et an. 1442. crearunt Stephanum de Johanne Franciſco ex oppidis caſtri Cœli hiſce literis ex cit. regeſti p. 103. a t. *Prior, & Conventus ſacri monaſterii Caſinenſis nullius diœceſis dilecto nobis in Chriſto Stephano* Johannis *Franciſci de caſtro noſtro caſtri Cœli ſalutem in Domino ſempiternam &c. Te ad honorem SS. D. noſtri, Sanctæque Romanæ eccleſiæ, & dicti Caſinenſis monaſterii, in civitate S. Germani, ejuſque pertinentiis, & diſtrictu, & in dicto caſtro caſtri Cęli, ac omnibus terris, & locis dictæ Caſſinenſis Abbatiæ auctoritate, qua in præſentiarum tempore per bullas apoſtolicas fungimur, ſcripturarum ad vitam tuam judicem ad contractus, & cauſas duximus tenoro præſentium ordinandum, tibique officium illud in locis prædictis harum ſerie concedimus gratioſe, de illoque tenore preſentium providemus, hinc eſt, quod nos hujuſmodi officium tibi, quem ad illud reperimus idoneum, prout in manu* D. *Prioris in dicto ſacro monaſterio Caſinenſi poſtmodum praſtitiſti in forma, quo ſequitur juramentum, duximus concedendum; at tu idem officium prudenter, & fideliter in dictis locis ubilibet exequaris, & ad te cum neceſſe fuerit, in his, quæ ad officium ipſum pertineant fiducialiter recurratur. Forma autem juramenti, ut per eam plenius informeris, preſentibus inſeri fecimus, quæ talis eſt. Ego Stephanus* Joannis *Franciſci de caſtro Cœli ab hac hora in antea fidelis, & devotus ero beato Benedicto, & ſacro ejus cęnobio Caſinati, nec non omnibus Abbatibus Caſinen. canonice intrantibus, & toti venerabili ſacroque Conventui Caſſinenſium monachorum Patrum, & dominorum meorum, non ero in conſilio, auxilio, conſenſu, vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, vel capiantur mala captione. Conſilium, quod mihi per ſe, vel litteras, aut nuntium manifeſtabunt ad eorum damnum ſcienter nemini pandam: Si vero ad meam notitiam aliquid devenire contingerit, quod in periculum Abbatis Caſinenſis, vel Conventus, aut monaſterii prædicti vergeret, ſeu grave damnum illud pro poſſe meo impediam, & ſi impedire non poſſem, procurabo bona fide id ad notitiam*

Juramentum judicis ad contractus.

*tiam*

*tiam D. Abbatis, ſeu Conventus, & monaſterii præfati perferri. Monaſterium Caſinenſe, & ejus realia ſpecialiter jura, ſi qua idem monaſterium in caſtro de quo ſum oriundus habeat, adjutor eis ero ad defendendum, & retinendum, ſeu recuperandum contra omnes homines. Judicatus officium fideliter exercebo, contractibus, & inſtrumentis, in quibus requiritur conſenſus partium, me fideliter atteſtabor, & aliis actibus legitimis auctoritatem meam & dicto judicatus interponam inſtrumento confecto de aliquo contractu, in quo ſciam pervenire, ſeu intercedere vim, vel fraudem, me non atteſtabo, ſalvo meo juſto, & conſueto ſalario, & ſic me Deus adjuvet & hæc ſancta Dei evangelia. Tu autem taliter facias, quod apud nos, & homines dignis laudibus, & præconiis extollaris, & a nobis uberiores gratias, & honores conſequi merearis. In cujus rei teſtimonium, atque fidem, & tam noſtrum, quam tui & omnium, quorum, vel cujus intereſt, vel intereſſe poterit in futurum, certitudinem, & cautelam præſentes litteras tibi fecimus, ſcriptas manu notarii Nicolai Biccari de rocca Guglielmi, noſtrique Conventualis ſigilli appenſione munitas. Datum in præfato ſacro monaſterio Caſinenſi ad diem decimam Aprilis an. Domini* 1442. *Pontificatus vero SS. in Chriſto Patris, & D. noſtri D. Eugenii divina providentia Papa quarti anno duodecimo.* Plures alii judices ad contractus, & cauſas ab iiſdem creati, nempe anno 1443. Angelus quondam Petri de Marris Sangermanenſis, ut ex regeſto cit. p. 16. Die 26. Maii ejuſdem anni Bartholomæus de Johanne Papa ex oppido S. Eliæ, ut ex cit. regeſto p. 16. & an. 1445. die 25. Maii Maſellus Coletta ex villa Pedimontis ex cit. reg. p. 68. atque Patentes omnium literæ ejuſdem cum allatis tenoris ſunt.

A. 1442. Rector, ſeu Magiſtratus oppidi Pontiſcurvi creatus eſt Thomas de Cayra uti ex literis ex cit. regeſto. Idem jam munus contulerant Monachi Caſſinates Jacobo de Piſcionibus Sangermanenſi die prima Januarii 1440. ut ex regeſto cit. p. 2. die 17. Auguſti ejuſdem anni Romano Monacho Caſſinati, ut ex citato regeſto p. 10. ac demum die 15. Martii Procedamo Romano, ut ex cit. regeſto p. 101.

Citatio contra quoſdam Perduelles.

Eodem anno 1442. hanc Monachi Caſſinates dicam Sangermanenſibus quibuſdam civitatis ſcripſere, ex qua cœnobii noſtri in urbem S. Germani per ea tempore dominium conſtat. Extat in cit. regeſto p. 101. a t. *Prior, & Conventus ſacri monaſterii Caſinenſis &c. Pateat univerſis, ad quos præſentes pervenerint &c. quod cum infraſcripti iniquitatis filii inter cæteros hoſtes, rebelles, & inimicos S. monaſterii prædicti tempore occupationis civitatis S. Germani, & aliarum terrarum dicti monaſterii per publicum S. Rom. eccleſiæ hoſtem regem Aragonum ſpiritu nequitiæ ducti, & ab omni via veritatis devii, diabolica iſtigatione convicti tamquam principales dicti monaſterii perſecutores, & ejus dominii, juriſdictionis, & jurium rebellionis cornua erexerunt, & facti ſunt notoriæ rebellionis, & capitalis inimicitiæ capita factionum tam dicti monaſterii, & ejus jurium, quam etiam devotorum, & fidelium ſervitorum, & vaſſallorum monaſterii præfati, & bonorum eorundem occupatores, & diſtractores, ſic quod vere filii Belial nominari merentur. Unde nos quantum cum Deo poſſumus intendentes, quod ipſi de eorum malitia, iniquitate, rebellione, & tam hoſtili, horribilique offenſione gloriari non valeant, & quod eorum pœna &c. Nos eis authoritate, qua fungimur in præſenti merito inferenda tranſeat aliis ad terrorem, & hii qui fuerunt fideles, & devoti Caſinenſi monaſterio reverenter, & fideliter egiſſe lætentur. Quamvis infraſcripti ipſi merito, & de jure privati ſint omnibus honoribus, atque bonis pro ampliori cauthela, & certitudine, ecce eos omnes infraſcriptos, tamquam principaliores rebelles, & hoſtes, & alios quoſcumque, qui pro futuro in ſimili rebellione notati, ſeu non reperientur, harum ſerie de ſcientia certa, & conventuali deliberatione matura, tam ſcilicet ex Caſinenſi authoritate ordinaria, quam apoſtolica, nobis in ſtatu præſenti ex Abbatis carentia per SS. Dominum noſtrum per ſpeciale indultum conceſſa, peremptorie citamus, requirimus, hortamur, ac monemus, quatenus ſi ſe in aliquo excuſari vellent, aut poſſent infra trium dierum ſpatium a die data præſentium numerando, coram nobis apud dictum monaſterium comparere curent legitime audituri declarationem noſtram contra eos ſuper rebellione, & aliis ſceleribus commiſſis per eoſdem contra fidelitatem, ſtatum, & honorem monaſterii prædicti, ejuſque Conventus, Monachorum, & fidelium, & ſe ſi poterunt legitime defenſuri. Quorum trium dierum unum pro primo, unum pro ſecundo, & alium pro tertio, ac peremptorio termino, ac monitione canonica aſſignamus eiſdem, alias ipſo adveniente termino contra eos infraſcriptos, & quælibet eorum ad privationem honorum, dignitatum, ac bonorum omnium eorundem pro prædicta rebellione, & exceſſibus procedemus, ipſorum, vel cujuſvis eorum contumacia non obſtante, & ut vere ſimiliter ad eorum notitiam hæc noſtra intentio pervenire poſſit, has noſtras patentes citatorias litteras in valvis dicti monaſterii primis, ſub Conventuali ſigillo affigi fecimus ad cautelam. Datum in ſacro monaſterio prædicto, die quinta menſis Maii, indictione quinta* 1442. *Pontificatus SS. D. noſtri D. Eugenii Papæ quarti, anno duodecimo. Sunt videlicet Summus de Summis, Conjux, & filii ejus, Antonellus Cola D. Andreæ, & filii &c. Bartholomæus Toppetta, Cola Benedictus, Honuphrius de Campanea, Antonius de Staſio, Marius de Staſio, Johannes Marzella, Cola Marzella &c. Sequuntur nomina aliorum.*

Hoc anno poſt diuturnam moleſtamque obſidionem per aquæductum quemdam unde etiam Belliſarium in illam ingreſſum fatetur Procopius, Alfonſus rex Neapolim cepit nequicquam obluctante Renato, qui de regno amplius retinendo, vel recuperando deſperans victori permiſit, & ſe cum uxore, & filiis in Galliam recepit: ut fuſius narrat Conſtantius lib. 18. p. 429. & ſeqq. Spondanus hoc anno, nu. 12. Raynaldus nu. 11. & Summonte in vita Renati. Refert Conſtantius p. 430. Alphonſum, dum Neapolim obſideret, venatum iviſſe, ubi per nuncium ab Arnaldo Sanz S. Germani Gubernatore miſſum comperit Riccium a Monte claro eam urbem oppugnare. Quare ſtatim ipſe haud in caſtra regreſſus, cum quibuſdam commilitonibus iter ingreſſus, accitaq; magna ſuorum manu, ut ad ſeſe quam citiſſime pergerent imperavit. Ubi perveniſſet, Riccius,

Urbs S. Germani ab Alphonſo rege liberata.

qui

Digitized by Google

qui capta urbe, roccam Janulæ expugnabat, timore correptus, admiratuſque regis celeritatem, conſcenſo monte Caſſinate, inde ad ditionem eccleſiaſticam conceſſit; ſtatimque Sangermanenſes ſeſe Alphonſo dedidere, ut fuſius narrat Bartholomæus Facius coævus author in libris: *De rebus geſtis ab Alphonſo primo Neapolitanorum rege*, editis *Lugduni, apud hæredes Sebaſtiani Griphii an.* 1560. *p.*172. *& ſeqq.* ubi cœnobium Caſſinenſe, urbemque S. Germani hiſce verbis deſcribit: *Id oppidum* (ſcilicet civitas S. Germani) *ad Montis Caſſinatis, quem dixi, radices ſitum eſt: idque exiguus amnis interluit, Arx ab oppido aliquantum diſtat eminenti loco ſita: ſupra arcem ad mille ferme paſſus templum eſt de quo diximus: Opus vetuſtate, religione, præcipue D. Benedicti corpore percelebro, caſtelli cujuſdam inſtar duplici muro circumdatum.*

Deſcriptio Cœnobii Caſinenſis.

Bona Caſſinatibus reſtituta.

Quo vero Eugenius IV. Pontifex Alphonſi animum ab Amadeo Antipapa alienaret, inveſtituram regni Neapolitani tandem illi conceſſit, iiſdem fere legibus, atque Carolo I. Andegavenſi conceſſa fuerat, ut narrat Raynaldus ad hunc annum nu. 5. & ſeqq. Præcepit etiam Eugenius, ut bona omnia, juriſdictioneſque eccleſiis per eas temporum viciſſitudines ademta reſtituerentur, eaque de re enixe Alphonſum ut operam ſuam impenderet, hortatus eſt. V. Raynaldus nu. 8. & Spondanus ibidem nu. 2. 3. & 4. Ut morem Pontifici gereret Alphonſus; obque ſuam erga SS. parentem Benedictum reverentiam, ut bona omnia juſſu ſuo belli tempore ademta Caſſinatibus redderentur, hiſce litteris præcepit: *Alphonſus Dei gratia rex Aragonum Siciliæ citra, & ultra Farum, Valentiæ, Jeruſalem, Hungbariæ, Majoricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comes Barchinonæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes Roſſilionis, & Cerritaniæ, Vicemgerentibus, Juſtitiariis, Capitaneis, cæteriſque officialibus, tam majoribus, quam minoribus, quocumque nomine nuncupatis, vel officio, & juriſdictione fungentibus, cujuſcumque juriſdictionis, poteſtatis, & officii prabeminentiæ exiſtant, eorumque locatenentibus, nec non Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & terrarum dominis, aliiſque proceribus, & magnatibus, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis, præheminentiæ, & conditionis exiſtant, eorumque vicariis, & officialibus, ſeu locatenentibus ubilibet in toto hoc regno noſtro Siciliæ conſtitutis, ad quos præſentes pervenerint, & ad infraſcripta fuerint in eorum juriſdictionibus requiſiti, præſentibus, & futuris, collateralibus, conſiliariis, familiaribus, & fidelibus noſtris dilectis gratiam, & bonam voluntatem; Significamus vobis, quod noviter pro parte venerabilium, & religioſorum virorum Prioris, & Conventus ſacri monaſterii Caſinenſis devotorum oratorum noſtrorum Majeſtati noſtræ fuit humiliter ſupplicatum, ut cum ipſum monaſterium habeat in diverſis provinciis hujus regni nonnulla beneficia, præpoſituras, eccleſias, cappellas, poſſeſſiones, territoria, molendina, piſcarias, rectorias, prandia, & alia multa bona, quæ per nonnullos homines, & perſonas detinentur indebitè occupata, dignaremur eas, & ea etiamſi ad noſtras literas poſſiderent, & detinerent, eidem monaſterio, præfatiſque Priori, & Conventui, nomine, & pro parte monaſterii ejuſdem reſtitui realiter, cum fructibus exinde perceptis benignius demandare, nec non & omnes noſtras literas exinde factas totaliter annullare, nos autem habita ſuper hiis noſtri conſilii matura deliberatione, ipſorum ſupplicantium precibus, utpote juſtis benignius inclinati, gerente ad præfatum monaſterium, & ejus ordinem ac mirificum S. Benedictum ejus patronum ſpecialis devotionis affectum, cenſentes fore conſonum rationi, ac pium, bonum, & charitativum opus reſtitui debere eiſdem monaſterio, Priori, & Conventui bona ſua. Volumus, & vobis, cum dicti noſtri conſilii matura deliberatione, de certa noſtra ſcientia præcipimus, & mandamus, quatenus ſtatim receptis præſentibus, ad omnem requiſitionem, & voluntatem præfatorum Prioris & Conventus, ſeu perſonæ legitimæ pro eis vocatis, ſi qui fuerint evocandi. Jam dicta omnia beneficia præpoſituras, eccleſias, cappellas, poſſeſſiones, territoria, molendina, piſcarias, rectorias, prandia, & alia bona quæcumque ad dictum monaſterium ſpectantes, & ſpectantia, ac pertinentes, & pertinentia, quæ per quoſcumque homines, & perſonas eccleſiaſticas, vel ſeculares cujuſcumque ſtatus, & conditionis exiſtant, indebite occupata detinentur, quæ omnia præmiſſa, & etiam nomina, & cognomina occupatorum, & detemptorum prædictorum hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, & ſpecifice declaratis, præfato monaſterio, ac prædictis Priori, & Conventui, ſeu perſonæ legitimæ pro eis reſtitui per quoſcumque detemptores, poſſeſſores, & occupatores prædictos realiter & cum effectu mandetis, & faciatis omni exceptione, cavillatione, malitia, & dilatione ceſſantibus, amotis ab inde eis, & aliis detemptoribus quibuſcumque, eoſque inductos in illarum, & illorum poſſeſſione manuteneatis, protegatis, & conſervetis, ac eis de illarum, & illorum juribus, fructibus, redditibus, & proventibus, præſentibus, & futuris, mandetis, & faciatis integre reſponderi, contradictores, & renitentes, ſi qui fuerint, per arta, & opportuna remedia diſtinctius compulſuri. Quibuſcumque litteris, & mandatis, ſeu Albaranis a noſtra curia contra jus, & juſtitiam, ac indebite in præjudicium, & detrimentum dicti monaſterii emanatis, ſub quibuſvis tenoribus, ſive formis, & pro quibuſvis conſiderationibus, atque cauſis, quas, & quæ de dicta certa noſtra ſcientia, ac plenitudine noſtra regia, dominicæ, & abſolutæ poteſtatis totaliter revocamus, irritamus, & annullamus, ac viribus, & efficacia vacuamus, nullaſque, irritas, & efficacia vacuas eſſe decernimus, volumus, & jubemus, non obſtantibus quovis modo. Super reſtitutionem vero fructuum præfatorum omnium bonorum dicti monaſterii exinde medio tempore perceptorum hunc modum ordinavimus fore ſervandum, videlicet, quod de fructibus perceptis ex eiſdem omnibus bonis, vigore, & auctoritate noſtrarum litterarum propter certas cauſas mentem noſtram digne moventes, ſtatumque noſtrum concernentes, quas hic exprimere non oportet, & tamen eas pro expreſſis haberi volumus, nulla reſtitutio, aut ſatisfactio fiat. De illis vero fructibus, qui abſque noſtris litteris a juſtis titulo, & cauſa per eorundem bonorum detemptores, & occupatores medio tempore ſunt percepti, integram reſtitutionem, & ſolutionem, prout juſtum fuerit, fieri volumus monaſterio, ac Prio-

Ex originali in Archivo.

Digitized by Google

*ac Priori, & Conventui ſupradictis, ſeu perſona legitima pro eiſdem. Cavete itaque omnes de contrario, ſicut habetis gratiam noſtram caram, noſtraque ira, & indignationis incurſum, ac pœnam unciarum mille pro quolibet noſtro erario exſolvendarum inremiſſibiliter cupitis evitare, nam ſic procedit de incommutabili propoſito noſtra mentis. Præſentes autem litteras magno noſtro pendenti ſigillo munitas, & propria noſtra manu ſubſcriptas, vobis in præmiſſorum teſtimonium duximus dirigendas, quas poſt oportunam inſpectionem earum pro cautela remanere volumus ſingulis vicibus præſentanti, efficaciter in antea valituras. Datum in caſtro noſtro Capuane Neapolis die octavo menſis Julii ſexta indictionis. Anno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo tertio. Regnorum noſtrorum anno vigeſimo octavo, hujus vero Siciliæ regni citra Farum anno nono. Rex Alphonſus. Domnus Rex mandavit mihi Franciſco Marturell. perſolvat tarenos duodecim. Regiſtr. in Cancellaria penes Cancellarium.* Adeſt ſigillum pendens &c.

Vicarius generalis in oppido Citrarii.

Anno 1445. Julianus Gattula Cajetanus Monachus Caſſinenſis conſtitutus eſt Vicarius generalis cum omnimoda ſpirituali juriſdictione, & poteſtate eligendi Gubernatorem pro civili, mixta, & criminali juriſdictionibus exercendis in oppido Cetrarii, ut hiſce litteris conſtat p.67. a t. cit. regeſti. *Prior, Subprior, & Sacer Conventus Sacri monaſterii Caſinenſis ordinis S. Benedicti nullius diœceſis, ſed S. Romanæ eccleſiæ immediate ſubjecti. Dilecto nobis in Chriſto Fratri noſtro Fratri Juliano Gattula de Cajeta Monacho Caſinenſi, ac Priori noſtri caſtri Citrarii provinciæ Calabriæ ſalutem in Domino cum Religionis incremento, mandatiſque noſtris firmiter obedire. Cum itaque noſtris terris, ac locis nobis, ac noſtro monaſterio immediate ſubjecti tam temporalibus, quam ſpiritualibus civilibus etiam, & criminalibus, authoritate, & privilegio, tam Romanorum Pontificum, & Imperatorum, quam etiam regum, ducum, comitum, & baronum hujus regni nobis, ac noſtro monaſterio conceſſis ſollicitam curam oportune arctamur impendere, noſque, qui habitum quamquam minus digni fungemur religioſo, nec criminalibus nos immiſcere debemus, jure obſtante canonico, intereſt tamen noſtra ſic diſponere, ut unicuique juſtitia tam civili, quam criminali cauſa miniſtretur. Hinc eſt, quod tibi Fratri qui ſupra Juliano Priori caſtri Citrarii, tuis attentis virtutibus, & meritis, quas ab diu diutina tua converſatione nobiſcum habita, noſtras, tam apoſtolica, imperiali, quam regali, & aliorum Magnatorum authoritatibus nobis conceſſis, vices in ſpiritualibus, temporalibus, civilibus, & criminalibus plenarie, & cum omni juris, & facti plenitudine concedimus, committimus, ac totaliter elargimur, cæterum uti præmiſimus, quia in criminalibus per te non eſt tibi licitum immiſcere cum perſona religioſa, & clericali caractere inſignita, tibi plenariam, liberam, ac omnimodam poteſtatem, facultatem, & authoritatem noſtram damus in præſentium tenore concedimus, eligendi, ſtatuendi, ſubmittendi ad tuum beneplacitum perſonam diſcretam, idoneam, ac juris peritia inſignitam ſecularem, qui has civiles, ac criminales cauſas coram notario actuum legali, idoneo, ac probato per te ſimiliter ad beneplacitum conſtituendo, examinet, determinet juxta dictamen rationis, ac eis finem debitum imponat, malos puniendo, juxta civilium legum ſanctiones, ac bonos fovendo, omniaque alia dicendo, faciendo, agendo, ac tuo beneplacito durante exercendo, quæ quilibet verus judex in civilibus, ſive criminalibus de jure, ſeu conſuetudine dicere, facere, gerere, & exercere poteſt, & valet, non obſtantibus quibuſvis clauſolis, tam juris, quam conſuetudinis, ſeu etiam facti, qui hic forent quoquo modo inſerendi, ſeu quarum omiſſiones preſentium effectus quomodolibet valent impedire. Inſuper & ipſum judicem, ſeu locumtenentem, ac notarium actuum hujuſmodi cum tibi viſum fuerit, & expeditum, revocandi, etſi quod ſiniſtre egerint, quod abſit, caſtigandi, puniendi juxta tuæ libertatis arbitrium, alterique judici ſi in criminalibus offenderit juriſdictioni condemnandi, ſyndicandi, ac juxta rationis dictamen, tam canonice, quam civilis condemnandi, omniaque alia, & ſingula dicendi, faciendi, gerendi, & exercendi, quæ veri judices, ac locumtenentes jure ſervatis limitibus, ac etiam actuum notarii de jure, & conſuetudine laudabili, dicere, facere, gerere, & exercere debent, & tenentur tua in omnibus ſemper ſalva, per nos tibi commiſſa authoritate, promittentes inſuper nos eorum id, & quicquid in præmiſſis per te rite, ac legitime actum, dictum, geſtum, factumve fuerit in præmiſſis ratum, gratum, atque firmum in perpetuum habituros, in præmiſſis, aut quolibet præmiſſorum ſub hypoteca, & obligatione omnium noſtrorum bonorum præſentium, & futurorum. In cujus rei teſtimonium has preſentes patentes noſtræ commiſſionis conceſſionis ac elargitionis litteras fieri mandavimus, noſtri conventualis majoris ſigilli appenſione munitas, ac in Caſinenſi regiſtro integerrime regiſtratas. Datum in præfato ſacro monaſterio Caſinenſi. Anno Dominicæ incarnationis 1445. indictione octava, menſis vero Maii die vigeſima, Pontificatus autem SS. in Chriſto patris, & D. noſtri Eugenii divina providentia Papæ quarti anno* XV. *Ego Frater Benedictus Galbicus humilis Prior monaſterii Caſinenſis propria manu ſubſcripſi. Ego Frater Placidus humilis ſubprior monaſterii Caſinenſis me ſubſcripſi. Ego Frater Silveſter me ſubſcripſi. Ego Frater Johannes me ſubſcripſi.* Sequuntur nomina aliorum Monachorum. Quinam Julianus hic Gattula fuerit, patet ex Caſſinatium epiſtola in cit. regeſto p. 74. a t. ad ſocios ad celeberrimum S. Montis Serrati monaſterium in Catalaunia reformandum a rege Alphonſo evocatos, in qua hæc leguntur: *Noſter nempe cordialis Frater Julianus Citrarium incolit exemplar, & idea factus patris altiſſimi legislatoris Benedicti, & ut largius vocem dilatemus ignarus, & gratia Dei, vita, verbo, & exemplo ſapientiſſimus &c.*

Facultas eligendi Gubernatorem pro adminiſtratione juſtitiæ.

Magiſter Actuum conſtitutus.

Eodem anno Caſſinates Magiſtrum actuum civilium, & criminalium in oppido Citrarii conſtituerunt notarium Lucam de Renda, ut ex literis in cit. regeſto p. 69. a t. patet.

Antonius Carrafa Abbatiā Caſſinēſem init.

Anno 1446. Abbatiam Caſſinenſem iniit Antonius Carrafa, ut hac regeſti ſui epigraphe liquet. *Regeſtrum R. in Chriſto patris, & D. D. Antonii Carrafa de Neapoli digniſſimi Abbatis Sacri monaſterii Caſſinatis ſub anno Domini* 1446. *quo anno ipſe R. D. die ſcilicet* XXV. *menſis Madii in Vigilia Dominicæ Aſcenſionis intravit S. Germanum, et de*

mane

Digitized by Google

*mane ſequenti aſcendit ad monaſterium ſub Pontificatu SS. D. noſtri D. Eugenii Papæ quarti anno 16. regnante Sereniſſimo principe D. Alfonſo inclito Aragonum, & Siciliæ rege citra, & ultra Farum, indictione nona.*

Qui bona publicata cuidã reſtituit. Statim ab ipſo ſuæ inaugurationis initio pium ſeſe, miſericordemque erga ſubditos Caſſinates oſtendit Antonius Abbas. Pro recepta conſuetudine ſubditi noſtri per longum tempus extra ditionem Caſſinenſem commorari non poterant, ſecus bona ammittebant. Quam in legem cum Antonius de Cola oppidi Peſclarum prope Iſerniam incola peccaſſet, bona jam publicata illi reſtituit Antonius Abbas hiſce litteris, quæ in ejus regeſto p. 8. extant, *Antonius Carrafa de Neapoli, Dei, & apoſtolicæ Sedis gratia Abbas Sacri monaſterii Caſſinenſis, Ordinis S. Benedicti &c. Univerſis, & ſingulis harum ſeriem inſpecturis præſentibus, & futuris innoteſcat, quod nos piorum patrum veſtigia inſequentes, volentes pietateque agere cum Antonio Cola Cracchiarelli de caſtro Peſclarum ſubdito monaſterio Caſſinenſi prædicto, qui ex certis cauſis moventibus mentem ejus, & ſicut ſibi placuit &c. nulla interveniente cauſa, ſeu occaſione ex parte ipſius monaſterii, & Gubernatoris, ſeu Abbatis ejus, derelicta habitatione ipſius caſtri, & proinde dominio jamdicti monaſterii Caſinenſis voluntarie ſe tranſtulit ad habitandum in caſtro Carpenoni, jam ſunt elapſi anni plurimi, ſicut informamur, & inibi moram traxit, & incolatum accepit ex tunc, & trahit ad præſens cum ejus familia, & bonis, animo, & intentione non revertendi, nec redeundi ad caſtrum ipſum Peſclarum, unde oriundus eſt, & exiſtendi ſub dominio Caſinenſi, ſicut tenebatur, atque tenetur, & aſtrictus eſt, & penitus obligatus contra ſacras conſtitutiones ipſius monaſterii, & generale edictum contentas, & ſpecificatas, & declaratas in antiquis regeſtris Monaſterii ſupradicti, quæ continent, & declarant, quod ſi quis abbatialis vaſſallus dicti Caſinenſis monaſterii relicta, & derelicta habitatione Abbatiali, & locorum dicti monaſterii, ſe transferat ad habitandum extra Abbatiam ipſam, & loca ſubjecta ipſi monaſterio, ſeu alibi incolatum, & habitationem quærat, ſine ſpeciali licentia Abbatis, & Conventus monaſterii prælibati, & ſteterit, ſeu habitaverit inibi per unum annum, unum menſem, unam ſeptimanam, & unum diem continuos intentione, & propoſito non revertendi, nec redeundi ad naturale dominium monaſterii Caſinenſis prædicti, omnia bona ſua mobilia, & ſtabilia confiſcbentur, & confiſcari debeant ipſo facto monaſterio Caſinenſi prædicto; propter quod quia dictus Antonius nedum per unum annum ſed per plurimos extitit in prædicto caſtro Carpinonis, nec ad propria redire intendit in penam prædictam confiſchationis bonorum ſuorum mobilium, & immobilium contentam, & declaratam in Conſtitutionibus, & Regeſtro prædictis, temere, & ſcienter incidit, & bona ſua omnia mobilia, & ſtabilia fuerunt, & ſunt debite ipſi monaſterio confiſchata, & propterea cum eodem, ad ipſius ſupplicationes, & multorum aliorum, qui pro eodem apud nos multifarie ſupplicarant, & interceſſerunt ad concordiam, & conventionem devenimus, & ipſum reduximus ad gratiæ noſtræ ſinum, & maxime quia Antonius ipſe in reſtaurum bonorum ejus confiſcatorum, & pro reparatione jamdicti monaſterii Caſinenſis ducatos duodecim de carlenis nobis ſponte obtulit, quos ab eodem recepimus, & habuimus manualiter convertendos in reparatione prædicta, reſtituentes, & reintegrantes eundem, & ſuos poſteros ex certa noſtra ſcientia & deliberatione matura, ad honores, famam, & dignitates priſtinas, atque bona omnia mobilia, & immobilia ſua ubicumque, & in quibuſcumque conſiſtant, quæ omnia ſibi reſtituimus per præſentes, & quamquam capta, et tenta fuiſſent nomine dicti monaſterii quoquomodo harum ſerie reſignamus, et ad habendum, tenendum, et poſſidendum, et diſponendum de ipſis, ſicut ſibi placuerit, et melius viſum erit* &c. *Indulgemus, et relaxamus omnem pœnam, et offenſam, omneque delictum, et facinus per eum commiſſa, via, et occaſione prædictorum in quantum nos, et noſtram curiam, atque Caſinenſe monaſterium tangunt* &c.

Edictum, cujus in hiſce literis fit mentio, extat in inquiſitionibus a Bernardo Abbate anno 1273. factis. Quæ lex illis conformis eſt ab Honorio IV. pro bono eccleſiarum regni Neapolitani regimine an. 1285. editis, atque antea an. 1283. a Carolo Salerni principe atque Vicario generali Caroli regis parentis ſui concinnatis, de quibus alibi fuſius, quas inter, hæc legitur: *Item licet idem princeps ſtatuerit aliqua de vaſſallis eccleſiarum eis ad perſonalia ſervitia obligatis ſi forſan a terris, in quibus morari debent, aufugerit per Prælatos, et perſonas eccleſiaſticas revocandis. Nos tamen dicimus diſtinguendum, ut ſi ratione perſonæ ad hujuſmodi ſervitia teneantur, poſſint, ſi receſſerint, legitime revocari; ſi vero teneantur rerum tantummodo ratione, et recedere voluerint, res ipſas eccleſiis, et perſonis eiſdem omnino dimittere compellantur.*

Die 20. Decembris ejuſdem anni Antonius Abbas beneficium S. Antonii caſtelli novi Leoni Caracciolo hiſce literis in cit. regeſto p. 9. contulit, ex quibus egregie a parente ejus, atque Carrafello Carrafa impenſa pro cœnobio noſtro opera cognoſcitur: *Antonius Carrafa de Neapoli* &c. *Cariſſimo in Chriſto filio generoſo juveni Leoni nato magnifici viri noſtri tamquam Fratris honorandi Herrici Caraczoli de Neapoli ſempiternam ſalutem. Cura vigili, qua vacare dignoſceris ut ad ſacerdotis ordinem movearis, grata quoque, plurima* &c. *ſervitia nobis, et Caſinenſi monaſterio præſtita, et exhibita per eundem genitorem tuum, qui non parcendo periculis, laboribus, ſumptibus, et expenſis proximis his tempeſtatibus, et guerrarum turbinibus perſonam cum familia, et equis ſuis, una cum magnifico Fratre noſtro R. D. Carrafello ad defenſionem terrarum Abbatialium cura vigili inſudavit, quæve ad præſens præſtat, et vere ſimiliter ipſum, et te paternis veſtigiis inſequendo præſtare ſperamus* &c. Nobiliũ quorumdam virorum erga cœnobium noſtrum Beneficia.

Eodem anno judicem ad contractus, & cauſas elegit Antonius Abbas Petrum Furnum ex literis in cit. reg. p. 4. extantibus. Judex ad contractus electus.

Vicarium etiam, ſeu Gubernatorem univerſæ ditionis Caſſinenſis declaravit Antonius Abbas Carrafellum Carrafam fratrem patentibus hiſce literis, quæ in ejus regeſto p. 40. leguntur. *Antonius Carrafa* &c. *Magnifico fratri noſtro reverendo D. Carrafello Carrafæ de Neapoli militi Viceregi Abbatiæ Caſinenſis ſempiternam ſalutem. Cum cunctorum* Gubernator ditionis Caſſinenſis conſtitutus.

Digitized by Google

ctorum noſtrorum, & Caſinenſis monaſterii ſubjectorum curam ſollicitam geramus, & vigilem, quantum nobis ex alto conceditur, de ſtatu vero terrarum Abbatialium, ipſorumque habitatorum, & incolarum præſtante Domino proſpere dirigendo tanto amplius ſollicitudo nos urget, quanto illas, & illos ardentiori charitate proſequimur. Cupientes itaque, quod terras ipſas Abbatiales, & loca noſtra juriſdictioni ſuppoſita, pariterque prædictos habitatores, & incolas juxti, & providi Rectoris regimini gaudeant ſe commiſſos ad vos virum magnificum erga ſtatum, & fidelitatem Majeſtatis regiæ, nec non & noſtrum, etiam dicti monaſterii Caſinenſis ardenti devotione inflammatum, & fide præſtantem providentia, & circumſpectione præclarum, & ſollicitudine ſtudioſum, ac de ſtatu, & conditione terrarum ipſarum, & habitatorum, & incolarum earumdem ex magna rerum experientia, & aſſiduitate informatum, in cujus votis eſſe non dubitamus, quod ipſis terris cultus pacis, & juſtitiæ, & obedientia, fidelitas, & devotio habitatorum, & incolarum ipſarum erga prædictam Majeſtatem regiam, atque nos, & ſacrum Caſinenſe monaſterium veſtro miniſterio fideli, & provido obſervetur omnimode digne direximus oculos noſtræ mentis firma concepta fiducia, quod ſub veſtri providi, & circumſpecti cura regiminis, terræ ipſæ, earumdemque cives, habitatores, & incolæ gerentur utiliter, & proſpere dirigentur. Vos propterea Vicarium noſtrum in temporalibus, atque officialem in civilibus ex nunc, & uſque ad noſtrum beneplacitum in tota noſtra juriſdictione Abbatiali harum ſerie conſtituimus, & præſentialiter deputamus magnificentiæ veſtræ, & circumſpectioni, ordinandi, ſtatuendi, mandandi, præcipiendi, exequendi, caſtigandi, corrigendi, puniendi, & exercendi, atque proventus in dicto officio faciendos accipiendi, & de ipſis diſponendi, ſicut vobis placuerit, & omnia alia faciendi, quæ ad honorem, ſtatum, commodum, & fidelitatem Majeſtatis regiæ, atque noſtrum, & ſacri monaſterii ſupradicti, tranquillumque ſtatum, & proſperum civium habitatorum, & incolarum ipſorum expedire cognoveritis, quæve ad hujuſmodi Vicariatus officium ſpectare noſcuntur, authoritatem, poteſtatem, & facultatem plenariam, atque liberam tenore præſentium, concedentes nihilominus quod poſſitis, & valeatis alium in dicto officio ſubſtituere, & ipſum per locumtenentem veſtrum, quem volueritis exercere, vobis authoritate præſentium ſimiliter concedimus facultatem. Ecce namque earumdem præſentium ſerie univerſitatibus, & ſingularibus perſonis omnibus incolis, & habitatoribus terrarum ipſarum, & officialibus ſingulis noſtris quibuſcumque expreſſe mandamus &c. quatenus vobis, & ſubſtituto, vel ſubſtituendo a vobis in omnibus, quæ ad dictum veſtrum officium quomodolibet ſpectare noſcuntur de conſuetudine, vel de jure pareant, obediant, & intendant tamquam nobis, vobiſque aſſiſtant auxiliis, conſiliis, & favoribus oportunis. Nos enim ſententias, ſive pœnas, atque banna, & mandata, quas, & quæ vos, vel ſubſtitutus, aut veſtrum locumtenens rite, & recte ſtatueritis in rebelles, ratas, & rata habentes, atque grata faciemus authorante Domino, uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari &c.

Cum anno 1449. Abbas eccleſiæ S. Luciæ Villæ Pediſmontis objiſſet, alium ejus loco pro more a nobis alias deſcripto, Antonius Abbas elegit & præſentavit uti ex literis, quæ in ejus regeſto pag. 23. extant. Cum tamen an. 1450. Archipresbyter S. Mariæ Pediſmontis objiſſet, Nicolaus V. die 23. Decembris ejuſdem anni Benedicto de Antonio Rizii ejuſdem oppidi dignitatem illam contulit: Faſſus tamen, ejus eligendi jus penes Abbatem Caſſinenſem eſſe. Abbas Caſſinenſis Abbatem s. Luciæ Villæ Pediſmõtis utpote temporalis ejus oppidi dominus, ac jurepatronatus præſentabat.

Inter juriſdictiones alias, quibus Cœnobium Caſſinenſe decoratur, eſt jus prandii, cujus vi quotannis a ditionis ſuæ oppidis vetuſtiſſimo more certam pecuniæ quantitatem recipit. Hujuſco prandii mentio eſt in primo, atque ſecundo regeſto Bernardi Abbatis, aliorumque omnium ſucceſſorum. Oborta itaque hac de re lite inter cœnobium noſtrum, atque oppida S. Apollinaris, S. Ambroſii, & Vallis frigidæ mox adducenda, an. 1452. ab Alphonſo rege ſententia prolata eſt, qua permota, priora duo oppida quot annis prandium ſolvere promiſere hoc inſtrumento ſtipulato a notario Muſello Funarjo Sangermanenſi. Jus prandii. *Præſenti ſcripto publico fatemur, quod cum nobiles, & prudentes viri notarius Jacobus Johannes Cicci homines de Pontecurvo, & notarius Nardus de Galluccio auditores, & examinatores nonnullorum teſtium de commiſſione magnifici, & excellentis Domini D. Valentini Claver militis, & doctoris, regii Conſiliarii, & Vicecancellarii ad infraſcriptam cauſam per regiam Majeſtatem commiſſarii deputati, cujus commiſſionis tenor talis eſt &c. Aſſumpto per prædictos me prædicto Notario ſcriptore depoſitionum dictorum teſtium, feciſſent vigore dictæ eorum Commiſſionis citare certos teſtes nominatos pro parte dicti R. D. Abbatis, nec non & dictos homines, & univerſitates S. Apollinaris, & S. Ambroſii, & Vallisfrigidæ caſtrorum Abbatiæ Caſinenſis, ut per ſe, ſeu eorum procuratores, & ſindicos comparerent coram dictis auditoribus, & commiſſariis, teſtes videlicet prædicti depoſituri eorum teſtimonium veritatis ſuper articulis prædictis, & dicti homines, & univerſitates, ſeu eorum procuratores, & ſindici viſuri dictorum teſtium juramenta, & dum die prædicto eſſemus in dicta civitate, & ante atrium eccleſiæ S. Germani locum electum per eoſdem auditores, & commiſſarios, & vellent prædicti auditores &c. Juramentum dictis teſtibus deferre comparentibus, & conſtitutis ibidem coram prædictis commiſſariis, & nobis judice, notario, et teſtibus, Andreas Coppula de S. Apollinare, et Bartholomæus Traglionus de dicto caſtro dictæ Abbatiæ procuratores, ut dixerunt, ad hanc cauſam ſpecialiter pro parte dictorum hominum, et univerſitatis deputati, de cujus procuratione conſtare aſſeruerunt publico inſtrumento* &c. *confecto manu notarii Joannis Garofoli de rocca Monfinei omni, quæ convenit ad infraſcripta poteſtatis plenitudine, et ſolemnitate vallatum, et cum eis Tutio Johannis Nicolai, Thomaſio de Matthæo, Chriſtophoro della Porcina, et Juliano Cobelli quatuor, et annales ſindici dicti caſtri* &c. *et nuntii ad ſic dicendum, faciendum, et promictendum, ut dixerunt, ab eiſdem hominibus, et univerſitate dicti caſtri ſignanter deſtinatis* &c. *procuratorio, et ſindicario nomine, et pro parte dictorum hominum, et univerſitatis, nec non et una ſimul cum eis Nicolao Brancatio, Coſmo, Bartholomæo de Tanſo, et Antonio*

Ex originali in Archivo.

*tonio Victi Colella de caſtro S. Apollinaris prædicto, dixerunt, & ſponte aſſeruerunt, ſe nolle liticare de prædictis cum dicto D. Abbate, & ſe, & dicta eorum univerſitas, & homines dicti caſtri fovere malam, & injuſtam cauſam, dicentes, & confitentes expreſſe ſolemniter* &c. *præſentibus ad infraſcripta omnia, & ſingula ſtipulantibus D. Manno Perrono procuratore generali dicti D. Abbatis, ut dixit, & venerabili viro Johanne de S. Andrea magiſtro domus, & procuratore legitimo, & ſpeciali ad hanc cauſam ejuſdem Domni Abbatis nomine, & pro parte dicti monaſterii Caſinenſis, & Abbatis, ut dixit, & in veritate legitima recognoſcentes ſeipſos procuratores, & ſindicos, ac homines, & univerſitatem dicti caſtri* &c. *teneri annuatim, & debere dare, ſolvere, & aſſignare uncias quatuor de carolenis argenti vigore, & ratione prandii prædicti, prædictis monaſterio Caſinenſi, & D. Abbati prædicto, & propterea bonam fidem agnoſcentes prædicti Andreas Coppula, & Bartholomæus Traglionus procuratores, nec non & prædicti Tutius, Thomaſius, Chriſtophorus, & Julianus quatuor, & Sindici annalis procuratores, & ſindicario nomine quo ſupra, & prædicti Nicolaus Brancatius, Coſmo, & Bartholomeus Tranſo, & Antonius Victi Colella* &c. *tam pro ſe, quam dictorum hominum, & univerſitatis, pro quibus etiam de rato, & rati habitione promiſerunt, ac curare, & cum effectu facere, quod dicti homines, & univerſitas dicti caſtri* &c. *ſupra, & infraſcripta omnia, & ſingula ratificabunt, confirmabunt* &c. *& obſervabunt, ceſſerunt liti, & quæſtioni, & cauſæ prædictæ, cum omnibus, & ſingulis dependentibus, & emergentibus ab eis, & promiſerunt etiam ex nunc de cætero, & in perpetuum ſolvere* &c. *& cum effectu aſſignare prædictis monaſterio, & Domno Abbati, & ſuis in dicto monaſterio canonice ſucceſſoribus, prædictas uncias quatuor de carlenis ratione prandii prædicti ad omnem requiſitionem prædicti D. Abbatis, nomine, & pro parte dicti monaſterii, & ſuorum in dicto monaſterio canonice ſucceſſorum in pace, & omni, & qualibet* &c. *mora, obſtaculo* &c. *& oppoſitione remotis* &c. Quod quidem inſtrumentum eodem anno die 25. Maii ratum habuere Oppidani pœnes acta notarii Antonii de Angelo ex caſtro S. Andreæ.

Incolæ S. Ambroſii, inſtrumento, eodem anno, confecto XVII. Maii, & obligationem quotannis pendendi huic Caſinenſi monaſterio tres argenti uncias pro prandio, ut peracta ante dicti Maſelli Funario Sangermanenſis conſtat, contraxerunt. Illudque XXVII. Maii ejuſdem anni ratum habuerunt, ut acta probant notarii Antonii de Angelo a S. Andrea. Duo hæc inſtrumenta in noſtro etiam ſervantur archivo.

Sententia Alphonſi Regis in quædam oppida.

Ex originali in Archivo.

Sententia vero in memorata oppida ab Alphonſo rege lata, ita ſe habet. *In Dei nomine Amen. Pateat univerſis, quod nos Alphonſus Dei gratia rex Aragonum, Siciliæ citra, & ultra Farum, Valentiæ, Jeruſalem, Ungariæ, Majoricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comes Barchinonæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes Roſſolionis, & Cerritaniæ. Viſo quodam mandato facto ad inſtantiam venerabilis in Chriſto patris A. Abbatis venerabilis monaſterii Caſinenſis, univerſitati, & hominibus caſtri Vallis frigidæ, quod deberent infra certum terminum mittere eorum Sindicos ad regiam curiam coram magnifico, & dilecto Conſiliario, & Vicario noſtro Vaoclaver ad allegandum, & demonſtrandum eorum jura, ſi quæ habent quare non teneantur ſolvere dictis Abbati, & monaſterio certam pecuniam ratione prandii, de qua eſt quæſtio inter eos, cum comminatione, quod alias edictum interpoſitum per dictum Abbatem ratione denegationis ſolvere dictam pecuniam, remaneret in ſuo eſſe, de mandato noſtro ex proviſione dicti Vicarii, olim die decimo ſecundo menſis Aprilis, anni proxime præteriti, quintadecima indictione* &c. *Viſis denique videndis, & attentis attendendis, auditiſque ad plenum partibus prædictis in hiis, quæ dicere, & allegare voluerunt verbo pariter, & in ſcriptis nihil de contingentibus omittendo, Deum ſolum præ oculis habendo, de cujus vultu rectum procedit judicium, Sacroſanctis evangeliis coram nobis poſitis, & per nos reverenter inſpectis, ad hanc noſtram diffinitivam ſententiam ſupradicto proceſſu, & cauſa proferendam, ad præſentem diem, & horam præſentibus aſſignatam quam ad cautelam præſentibus aſſignavimus, devenimus in hunc, qui ſequitur modum, pronuntiamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, dictum Abbatem Caſſinenſem fore, & eſſe manutenendum, & conſervandum in poſſeſſione, ſeu quaſi percipiendi dictum jus Pranzi, ſeu Viſitæ a dictis hominibus dictæ terræ Vallis frigidæ, ipſoſque homines, & univerſitatem terræ predictæ fore, & eſſe compellendos ad ſolvendum dictas uncias quinque petitas annuatim pro jure prædicto Abbati prædicto, neutram partem in expenſis condemnando, & ex cauſa hanc noſtram diffinitivam ſententiam ad perpetuam rei memoriam promulgantes. Lata, & promulgata fuit dicta noſtra ſententia per nos, ſeu in perſonam noſtram per magnificum, & dilectum Conſiliarium, & Vicarium noſtrum Valentinum Claver militem, & legum doctorem noſtri nomine, & mandato, & lecta, et publicata per fidelem ſcribam, et notarium cauſæ nomine Dominicum de Cajatia in civitate Neapolis in domibus reſidentiæ præfati Vicarii ſitis in platea nidi civitatis prædictæ die* XXIIII. *menſis Januarii primæ indictionis, anno a nativitate Domini milleſimo quadrigenteſimo quinquageſimo tertio, regni hujus noſtri Siciliæ citra Farum anno decimo nono, aliorum vero regnorum noſtrorum anno trigeſimo octavo. Præſentibus notario Jacobo de Alferio, et Johanne de ſancto Andrea procuratoribus dicti Abbatis, præſentibus etiam pro teſtibus Petro Giptio de Atiſſa legum doctore, conſiliario noſtro, et advocato fiſcali Gabriele de Riſio legum doctore, Placito de Sangro, Antonello Petrona de Averſa ſcriba Cancellariæ noſtræ, et pluribus aliis in numero copioſo. Rex Alfonſus. No.m per Giliſortem penes magnum Camerarium Dominicus de Cayatia ex ſmã per Dominum Regem lata, ſeu ejus nomine per vic.m q. cã. v.s locus ✠ Sigilli impreſſi. Regiſtrata in Cancellaria penes Cancellarium in regiſtro primo.*

V.r interim notæ Angeli de Nuce ad cap. 73. lib. 3. chron. Caſſ.

Juriſdictiones quædam explicantur.

Mortuo anno 1454. Antonio Carrafa, Lodovicus Scarampus Cardinalis in ejus locum ſuffe-



Digitized by Google

ctus eſt, in cujus regeſto II. a notario Antonio Toppetta theſaurario Caſſinenſi facto p. 1. locatio adnotatur rectoriæ S. Germani. Rectoris munus erat, hodieque eſt, juſdicere de certa pecuniæ quantitate, cognoſcere damna in Civium territoriis facta ab animantibus, aut alio modo, picta arborum inciſione, fructuum furto, aliiſque modis omnibus, qui ad bajulationem pertinent. Pag. 2. ejuſdem regeſti legitur locatio plateæ S. Germani, id eſt vectigalium, quæ ab advenis perſolvuntur, cum rem quamlibet intra ejus Urbis territorium vendunt, aut emunt. Pag. 4. locatur rectoria oppidi S. Petri in Monaſterio. Pag. 37. adnotatur cenſus a Marino, & Petro de Plumbariola fratribus ob immunitates illis a cœnobio noſtro conceſſas ſolutus. Immunitates hujuſcemodi a ſolvendis decimis prædialibus, aliiſque oneribus abſolvebant. Pag. 51. locatur rectoria Pontiſcurvi. Pag. 52. rectoria, & platea S. Eliæ. Pag. 54. adnotatur prandium ab oppido S. Eliæ ſolutum. In foliis vero poſterioribus notantur redditus rectoriæ, ſeu bajulatus, plateæ, prandii, & ſcafarum caſtrorum omnium Abbatiæ Caſinenſis non ſecus, ac immunitates quibus nonnulli dictorum caſtrorum incolæ ingenti Abbatum beneficentia decorati fuerunt.

*Solutiones cœnobio Caſſinenſi factæ.* In tertio Abbatis Ludovici regeſto ab eodem notario Antonio Toppetta facto an. 1455. recenſentur ſolutiones ab omnibus cœnobii Caſſinenſis oppidis pro prandio, atque a locatoribus Rectoriarum platearum, proventuum civilium, furnorum, ſcafarum &c. Pag. 94. a t. hæc ſumma legitur. *Die tertio Decembris quarta indictionis, Pagati al ſpettabil' huomo meſſer Teſeo Obigi da Lucca Caſtellano di Monte Caſino per ſalario sò, e de compagni per uno meſe, ſecondo pare per un mandato, Docati* 73. Eadem ſumma reperitur p. 90. 93. 97. 101. a t. 103. a t. 105. a t. 106. & 109. Pag. 88. hæc ſumma. *Die undecimo Octobris quarta indictionis pagati a Benedetto d'Antonello Caſtellano di Cucuruzu per parte del sò Salario, ſecondo pare per un mandato, docati dece.* Quæ eadem extat p. 90. a t. 95. 103. a t. & 107. Eademque in pagina adnotantur ſolutiones ſociis ejus factæ. Pag. 12. hæc ſumma. *Die* 30. *Octobris quarta indictionis. Ricevuto da Jacovo de Joanne de Roſa di S. Germano per tertiaria de una terra quale comprò da Rita de Antonuzzo pagati per mano, e parte de ipſa Rita ducati tre, quale terra goſtò docati nove.* Fol. 13. die &c. *Ricevuto dal ſignor Governatore docati cento de carlini, quali ſoa Signoria ricevuto da Not. Andrea Tazzola per compoſitione fatta inter ipſos per tertiaria delle coſe de ipſo Andrea vendute* &c. Plures notantur ſummæ pro memorata tertiaria venditorum bonorum ſolutæ. Ex quibus ſolutionibus ea confirmantur, quæ hactenus diximus. Adnotatæ quoque hæ ſolutiones ſunt in aliis regeſtis Ludovici Abbatis an. 1456. 1457. 1458. & 1459.

*Caſtellani Arcis montis Caſini, & Cucurutii.*

*Solutiones tertiæ partis pretii pro bonis venditis.*

*Oppidū Cucurutii Principi Roſſani conceſſum.* An. 1456. Ludovicus Abbas oppidum Cucurutii ejuſque arcem principi Roſſanenſi, & Duci Sueſſæ conceſſit, ut hoc inſtrumento conſtat. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Amen. Anno a nativitate ejuſdem milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto, regnante sereniſſimo, et illuſtriſſimo D. D. noſtro, D. Alphonſo, Dei gratia rege Aragonum, Siciliæ citra, & ultra Pharum, Valentiæ, Jeruſalem, Ungariæ, Majoricarum,* &c. *regnorum ſuorum anno quadrageſimo primo, hujus autem Siciliæ citra Farum regni anno vigeſimo primo feliciter, amen, Die decimo menſis Julii quartæ inditionis Neapoli. Nos Paulus de Baldis de Neapoli ad contractus judex, Vinciguerra, Mazzarotta, de Merculiano habitator Neapoli publicus ubilibet per totum Regnum Siciliæ regia authoritate notarius, & teſtes ſubſcripti ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati. Præſenti ſcripto publico declaramus, notum facimus, & teſtamur, quod prædicto die conſtituto in noſtri præſentia reverendiſſimo in Chriſto patre, & D. D. Ludovico titulo S. Laurentii in Damaſo presbytero Cardinali D. noſtri Papæ Camerario, Patriarcha Aquilegenſi, apoſtolica claſſis legato ex latere, ac perpetuo Commendatario monaſterii Caſinenſis, agente dicto D. Cardinali, & commendatario pro ſe, ac dicto ſuo monaſterio, ac ejus ſucceſſoribus in monaſterio prædicto ex una parte, & illuſtri D. D. Marino Ruffo de Mariano principe Roſſani, Duce Sueſſæ, ac regni Siciliæ Ammirato, agente ſimiliter dicto D. Marino principe pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus univerſalibus, & particularibus ex parte altera. Præfatus quidem D. Cardinalis, & Commendatarius ut ſupra aſſeruit coram nobis præſente dicto D. Principe, & aſſertionem eandem audiente, & intelligente, ſe ipſum D. Cardinalem nomine, & pro parte dicti ſui monaſterii, & ipſum monaſterium habere, tenere, & poſſidere pacifice, & quiete, ac juſto titulo, & pleno jure, tamquam verum dominum, & patronum caſtrum Cucurutii, cum fortellitio, & vaſſallis ipſius, vaſſallorumque redditibus, ac juribus, & pertinentiis ipſius, ſitum, & poſitum in provincia terræ laboris juxta territorium caſtri Gallucii, juxta territorium caſtri Mortulæ diruti, juxta territorium caſtri . . . . , & alios confines, & ſicut eidem Reverendiſſ. D. Cardinali placuit, & melius viſum fuerit, ac ad conventionem devenit cum dicto D. Principe ſponte, non vi, dolo, vel metu coactus, ſuaſionibus inductus, vel aliter quomodolibet circumventus, ſed ſua, bona, mera, libera, gratuita, & ſpontanea voluntate in noſtrum qui ſupra judicis, notarii, & ſubſcriptorum teſtium præſentia, cuſtodiam fortellitii dicti caſtri Cucurutii, & gubernationem curam, & regimen vaſſallorum caſtri prædicti eidem D. Principi dedit, & generoſe conceſſit ad ipſius D. Cardinalis ejuſque ſucceſſorum in monaſterio prædicto, beneplacitum, & voluntatem, cum cognitione, & adminiſtratione banchi juſtitiæ in civilibus, prout dictus D. Cardinalis, & dictum monaſterium habet in caſtro prædicto reſervatum penitus, & omnino, & integrale eidem D. Cardinali, & dicto ejus monaſterio, ac ſucceſſoribus ſuis in monaſterio prædicto omnibus cenſibus, fructibus, redditibus, & proventibus, & quibuſcumque aliis juribus ſpectantibus, & pertinentibus, & quæ debentur per homines, & vaſſallos caſtri prædicti, & alias perſonas quaſcumque quomodocumque, & qualitercumque præfato D. Cardinali, & dicto ejus monaſterio, ad habendum,*

*Ex originali in Archivo.*

regen-

*regendum, gubernandum, & cuſtodiendum caſtrum prædictum, & dictos ſuos vaſſallos per dictum D. Principem, alium, vel alios ejus nomine, prout ipſi D. Principi placuerit, & melius viſum erit, nomine, & pro parte dicti monaſterii Caſinenſis, & ejus eccleſiæ, cum hac declaratione, & adjecta expreſſa conditione, quod omnes expenſæ, quæ fuerint neceſſariæ, & opportunæ, tam circa cuſtodiam dicti caſtri, quam circa reparationem ipſius quomodocumque, & qualitercumque exciderit, ſeu evenerit, præfatus D. Princeps ſponte coram nobis promiſit, & convenit eidem D. Cardinali præſenti, recipienti, ac ſolemniter, & legitime ſtipulanti pro ſe, & nomine dicti ſui monaſterii, & ſuorum in dicto monaſterio ſucceſſorum ipſas ſuis propriis ſumptibus facere, & ſubire, ſalvis ſemper, & reſervatis intactis, & illeſis juribus, & fructibus eidem D. Cardinali debendis, modo quocumque ut ſupra. Et amplius præfatus D. Princeps promiſit, & convenit eidem D. Cardinali ibidem præſenti, recipienti, & ſtipulanti, prout ſe, & dicto ſuo monaſterio, ac ſuis ſucceſſoribus in monaſterio prædicto cuſtodiam dicti caſtri Cucurutii, & ipſum caſtrum Cucurutii, curam, & regimen vaſſallorum prædictorum, ac ipſos vaſſallos caſtri prædicti tenere, cuſtodire, regere, & conſervare nomine, & pro parte ipſius D. Cardinalis, & dicti ejus monaſterii, ac ejus ſucceſſorum in monaſterio prædicto, & ipſos, & ipſum eidem D. Cardinali nomine, & pro parte ipſius monaſterii, & ipſi ſuo monaſterio, & ſucceſſoribus ſuis, in monaſterio prædicto, alii, vel aliis ipſorum, & cuilibet ipſorum nomine, aut eorum legitimo procuratori reſtituere, & aſſignare, ſeu reſtitui, & aſſignari facere ad omnem ipſius D. Cardinalis, ac dicti ſui monaſterii, & ſucceſſorum ipſius in monaſterio predicto requiſitionem, & voluntatem ſimplicem, vel ſolemnem, ſine defectione, & ſatisfactione expenſarum forte factarum per dictum D. Principem alium, vel alios ejus nomine, tam pro reparatione caſtri prædicti, quam forte pro cuſtodia dicti caſtri, quia ſic ex ſpeciali pacto expreſſe habitum, & conventum fuit inter partes prædictas coram nobis, legitima ſtipulatione interveniente in pace, & ſine quæſtione, & omne occaſione, cavillatione, & exceptione remotis, & interim ipſum D. Cardinalem, & commendatarium ſemper recognoſcere in dominum, & patronum, & proprietarium dicti caſtri, ejuſque pertinentiarum, & diſtrictus, pro quibus omnibus, & eorum ſingulis adimplendis, & inviolabiliter obſervandis per dictum D. Principem, ejuſque hæredes, & ſucceſſores, præfatus D. Princeps ſponte obligavit ſe, hæredes, ſucceſſores, & bona ſua omnia mobilia, & ſtabilia, burgenſatica, & pheudalia, præſentia, & futura habita, & habenda, ubicumque ſita, & poſita, & in quibuſcumque conſiſtentia, credita, debita, & nomina debitorum, merces, mercantias, ſeſeque moventia, licita, & inlicita, & alia cujuſcumque vocabulo appellatione diſtincta, uſque ad legem, & præter legem; & ea etiam, quæ ſine ſpeciali pacto obligari non poſſunt, & ea etiam, quæ in generali non tranſeunt hypotheca* &c. Sequuntur clauſulæ generales, quæ apponi ſolent. ✠ *Ego quiſupra Paulus de Baldis a Neapoli ad contractus judex ſubſcripſi.* ✠ *Ego Colantonius de Valignano Dei gratia epiſcopus Theatinus ſupradictis interfui teſtis, & me ſubſcripſi.* ✠ *Ego Ottavianus Pontanus SS. D. N. Papæ ſubdiaconus ſupradictis interfui teſtis, & me ſubſcripſi.* ✠ *Ego Doctus de Padua prædictis interfui, & teſtis ſum, & me ſubſcripſi.* ✠ *Ego Thomas de Judicibus de Pontecurvo Legum doctor generalis Vicarius Caſinen. prædictis interfui, & tamquam teſtis me ſubſcripſi.* ✠ *Ego Franciſcus de Naſſis Scriptor apoſtolicus ſupradictis interfui teſtis, atque me ſubſcripſi.* ✠ *Et Ego Ugolinus Folani Archydiaconus Biſuntinus & Scriptor apoſtolicus interfui ſimiliter ut ſupra, & me ſubſcripſi.* ✠ *Ego Summus de Summis de S. Germano prædictis interfui, & me ſubſcripſi.* ✠ *Ego Marinus de Plumbarola de S. Germano teſtis ſum, & me ſubſcripſi.*

Teatinus Epiſcopus, aliique nobiles teſtes.

Anno 1455. acta incipiunt in curia laicali Caſſinenſi facta, quæ hactenus nulla interruptione perdurant. Extant quidem alia quædam anteriora in Archivo noſtro, ſed potiora amiſimus. Quo vero conſtet quomodo hoc anno acta hæc peragerentur, aliqua hic edenda curabimus a pag. 15. primi regeſti memoratæ curiæ deprompta. *Die 21. Octobris quarta indictionis 1455. Dominus Cicchus Nardus de S. Germano comparuit curia ſedente pro tribunali, & coram eadem expoſuit, quod cum de anno, & menſe prædictis ſtaret, & moraretur in cancellaria, ubi curia ſacri monaſterii Caſinenſis regitur, & regi ſolet, ſub Dei, & præfati Reverendiſſimi D. D. Cardinalis Commendatarii perpetui prædicti coram præfato D. Vicario pro tribunali ſedente, & haberet nonnulla verba cum præfato notario Antonio Toppetta de S. Germano, pretextu officii Rectoriæ, quod ipſe D. Ciccus Nardus exercet in civitate S. Germani pro præfato Reverendiſſ. Domino, & ejus curia in cauſa, quam habet ipſe D. Ciccus, tamquam rector, & officialis prædictus cum Bartholomæo Caſeo de S. Helia, & dicto notario Antonio ipſius Bartholomæi procuratore, præfatus notarius Antonius animo ſuperbo, irato, livido, & propoſito, & intentione injuriandi, verba injurioſa infraſcripta proferendi contra dictum D. Cicchum, nullum habendo reſpectum ad ipſius D. Cicchi ſacerdotium, & ordinem ſacerdotalem, nec non ad præfatum Reverendiſſ. Dominum, & ejus curiam, nec ad ſupradictum D. Vicarium dixit, & protulit contra eundem verba infraſcripta infamatoria, & injurioſa, videl.* Vate impicha, *pluries, & diverſis vicibus dicendo:* Preite ſacrilogo ſcomminicato, *& non contentus prædictis verbis præfatus notarius Antonius prioribus agregando cauſa, & animo percutiendi contra dictum D. Cicchum micavit contra eundem cum pugno, ipſum pugnum ferendo, prædicta omnia committendo, & dicendo præfato D. Vicario pro tribunali ſedente, & in præſentia quamplurium venerabilium, nobilium, & circumſpectorum virorum in dicta cancellaria præſentium, & aſtantium. Ex quibus præfatus D. Cicchus dixit ſtetiſſe, & ſtare injuriatus, & propterea prædicta ſibi ad ſuam injuriam revocavit, & revocat dicendo, & aſſerendo cum juramento potius voluiſſe, & velle amiſiſſe, & perdere de ſuis propriis bonis, & rebus uncias quinginta de carlenis argenti, quam talem injuriam audiſſe, & ſuſtinuiſſe, attenta ſui ordinis dignitate, attenta loci qualitate, & qualitate etiam dicta injuria, & actento quod in coſpectu dictorum venerabilium, nobilium, & aliorum circumſpectorum virorum dicta inju-*

Acta Curiæ laicalis Caſſinenſis.

*Diſſert.* Zz 2

injuria fuit ſibi dicta, et illata, quare petiit dicta curiæ, ſibi in præmiſſis, et circa præmiſſa jus, et juſtitiam fieri, et miniſtrari, dictumque notarium Antonium condemnari, et puniri in quantitate prædicta, ſeu minori pena, in quantitate arbitrio dictæ curiæ, conſideratis tamen conſiderandis ſecundum formam juris. Die 17. Novembris quarta indictionis curia ſedente pro tribunali comparuit dictus notarius Antonius accuſatus, & interrogatus ſuper tenore dictæ accuſæ animo conteſtandi litem dixit, & confeſſus fuit, protuliſſe verba in dicta accuſa contenta, loco, modo, & forma, prout ipſa accuſa continet, excepto, quod de micatione cum pugno, quam negavit, & propterea curia prædicta ſtatuit, terminum eidem notario Antonio preſenti, audienti, & intelligenti dierum decem ad faciendum omnes ſuas defenſiones ſuper prædictis, & ſtatutus fuit terminus procuratori curiæ ad probandum incumbentia in eundem terminum dierum decem. Die 24. Novembris, quartæ indictionis Curia ſedente pro tribunali, inſtante, & petente procuratore curiæ Caſſinenſis vid. Aloiſio prorogatus fuit terminus ad probandum ſuper prædictis, & infraſcriptis dierum decem &c. Die prædicto curia ſedente pro tribunali, prefatus D. Vicarius vigore dictæ accuſæ per prædictum D. Cicchum inſtitutæ, & & attento quod dictus notarius Antonius prædicta commiſit, curia ſedente pro tribunali, dictam curiam contemnendo, & ipſius juriſdictionem, & offendendo aures ipſius Domini Vicarii pro tribunali, ut ſupra ſedente, cum dictis verbis, & aliis quamplurimis injurioſis contra dictum D. Cicchum percipientem, & eidem notario Antonio præſenti, audienti, & intelligenti ex cauſa prædicta, quatenus illico, & incontinenti deberet a dicta cancellaria, & curia diſcedere, & ſe conferre ad palatium Caſinenſe ſitum in S. Germano ad pœnam unciarum decem applicandarum curiæ prædictæ &c. Cum aliquis actione injuriarum vel contumeliæ in alium ageret, ajebat maluiſſe ſe tot potius uncias perſolvere, quam injuriam illam pati, atque contendebat a judice, ut tantidem condemnaretur reus. Pag. 71. Die 16. Auguſti &c. Conſtitutus apud acta Caſinenſis curiæ Johannes de Mictro de Cardeto habitator S. Germani, & cum querela expoſuit, quod dum de menſe prædicto dictus Johannes haberet certa verba cum præfato Antonio in platea publica S. Germani ante ſuam domum &c. & idem Antonius animo, & propoſito injuriandi dicto Johanni, nullumque habendo reſpectum ad Reverendiſſ. D. Cardinalem inſultavit contra dictum Joannem cum quadam pala lignea, & ipſum percuſſit in capite cum magna ſanguinis effuſione, & propterea ipſum cum juramento accuſando petit ipſum puniri debita pena juris petens in præmiſſis ſibi juſtitiam fieri. Die 24. Auguſti &c. comparuit apud acta curiæ Caſinen. præfatus Antonius, & interrogatus ſuper prædicta accuſa animo conteſtandi litem negavit, & propterea ſtatutus fuit eidem terminus dierum ſex ad faciendum defenſiones ſuas ſuper præmiſſis. Die penultimo menſis Auguſti &c. prorogatus eſt terminus de voluntate dicti Antonii accuſati, et Luiſii procuratoris fiſcalis dierum decem, et de voluntate ipſarum partium teſtes prædicti fuerunt admiſſi pro juratis. Franciſca uxor quondam Antonii Victilli de S. Germano examinata jurata, et interrogata ſuper tenore dictæ accuſæ dixit hoc ſcire, che dello menſe predicto in di della Feſta dell' Aſſuntione di S. Maria venendo da Veſpera dall' eccleſia di S. Maria de cinque Turri video, che paſſando lo ditto Joanno, e tenendo certe parole con lo ditto Antonio, le quale dixit ipſa nolle ſapere, vide, che el ditto Antonio andao intro domum Antonii PP. et tolze una pala di ligno, e con la ditta pala dedo in capo allo ditto Joanno due volte, e vide, che perlli dicti culpi ſciavo ſangue dallo capo dello ditto Johanno, et ipſo Johanno poichè hiebbe levato, tolze un baſtone, che teneva uno pegzente, quale ſtava innante lo Spedale, e menao collo ditto baſtone allo ditto Antonio, e non li deo. In cauſa ſcientiæ quia vidit interfuit, et præſens fuit. De loco, et tempore dixit prout in accuſa continetur. De preſentibus dixit de ſe ipſa, et Margarita ſua ſorore. Super generalibus recte reſpondit. Margarita uxor Ciccarelli de S. Germano teſtis citata, jurata, et interrogata ſuper dicta accuſa, dixit in omnibus, et per omnia ut ſuperior ſibi teſtis. Interrogata de præſentibus, dixit de ſe ipſa, et dicta Franciſca. De loco, et tempore, et cauſa ſcientiæ dixit ut ſuperior ſibi teſtis. Super generalibus recte reſpondit. Die ſexto Septembris &c. Curia ſedente pro tribunali, præſente dicto Antonio Vacca in judicio facta fuit publicatio, et apertura dicti proceſſus, et datus terminus ad recipiendum copias dierum quatuor. Die 16. menſis Septembris &c. Curia ſedente pro tribunali, facta fuit concluſio in dicta cauſa, inſtante, et petente Aloiſio procuratore dictæ curiæ, et petente procedi debere ad ſententiam diffinitivam, juxta mediante &c. præſente dicto Antonio accuſato, et prædicta audiente, et intelligente. Die 2. Octobris quintæ indictionis 1456. Curia ſedente pro tribunali, D. Thomas Vicarius Caſinenſis ſedens pro tribunali in cancellaria curiæ Caſinenſis, viſis, et diligenter inſpectis dictæ accuſa, conteſtatione litis, et dictis, et depoſitionibus teſtium prædictorum, ac viſis omnibus, et ſingulis, quæ in prædictis, et circa prædicta conſideranda, et videnda ſint, et fuerunt ſuper prædictis, habita ſuper præmiſſis conſulta, et deliberatione matura, et plena cauſæ cognitione, et conſiderata qualitate injuriantis, et injuriati, et loco, et aliis circumſtantiis condemnavit, declaravit, et pronunciavit &c. dictum Antonium Vaccha occaſione prædicta incurriſſe pœnam unciarum trium per ipſum ſolvendarum dictæ curiæ Caſinenſi occaſione prædictorum, et ita deffinivit, et declaravit omni meliori via, modo, et forma, quibus melius potuit, et de jure valuit, et debuit, præſente dicto Antonio ad id legitimum citatum, per Coſ. Caſtaldum Caſinenſem, et prædicta audiente, et intelligente, præſenteque Aloiſio procuratore fiſcali, et acceptante, et emologante, et laudante procuratorio nomine dictam ſententiam. Fol. 84. Die primo Octobris ſextæ indictionis 1456. Joanne de Ven. habitator civitatis S. Germani cum juramento accuſavit, et denunciavit curiæ Caſinenſi præfatum Jannellum ex eo, et pro eo quod ad injuriam ipſius Johannis, et contra privilegia, et regiſtra monaſterii Caſſinenſis, traxit, et accuſavit ipſum Johannem de Ven. de preſenti anno, ad vetitum, et prohibitum forum, accuſando ipſum in curia magnifici Domini Antonii

Guaſta-

*Guaſtaferri, ſeu egregii legum doctoris D. Antonii de Caſtroforte, ipſe Jannellus dello Cocu cupiens minuere, & dirumpere juriſdictionem monaſterii Caſinenſis contra formam juris, & privilegia, & regiſtra præfati ſacri monaſterii Caſinenſis, ex eo quod injuſte dictus Johannes tenuit, & tenet certa ejus bona ſupellectilia, qui & propterea revocando ſibi, prædicta ad injuriam, petit ipſum puniri, ſecundum formam juris, petens ſibi in præmiſſis jus, & juſtitiam fieri, & miniſtrari. Die primo Octobris quintæ indictionis, curia ſedente pro tribunali, comparuit dictus accuſatus, & interrogatus ſuper tenore dictæ accuſæ dixit, & reſpondit animo litem conteſtandi, vera eſſe, quod comparuit coram dicto Domino, & accuſavit ipſum Johannem, ex eo quod dictus Johannes de Ven. injuſte teneret certa bona ſuppellectilia, & tenet. Qua confeſſione audita, dicta curia declaravit, eundem Jannellum detineri debere in carceribus, donec, & quouſque fidejuſſoriam præſtiterit cautionem curiæ Caſinenſi, de ſolvendo omnem pęnam, ad quam occaſione prædicta juſte tenetur.* In actis, quæ ſequuntur multos habetur, qui injuriarum agebant tertiam pæne partem qua reus mulctabatur ſibi ipſis reſervaviſſe, quod legibus ſupra adductis conveniebat. Videantur capitula Caroli apud Bignonium.

Generalis Abbatiæ Caſſinenſis Gubernator conſtituitur.

An. 1457. Generalem Abbatiæ Caſſinenſis Gubernatorem conſtituit Ludovicus Abbas D. Michaelem Lambertengi, ut ex patentibus litteris p. 47. cit. regeſti conſtat, quæ inſertæ etiam ſunt diplomati, quo laudatus Michael die 16. Novembris ejuſdem anni eccleſias S. Angeli, & S. Rufi in urbe Capuæ Beneficii eccleſiaſtici loco concedit. Hæc potiſſimum illarum epiſtolarum verba ſunt adnotanda: *Conſtituimus, deputamus, & ordinamus cum poteſtate bajula, & facultate in civitate S. Germani, ac omnibus terris, caſtris, grangiis, & locis nobis, & monaſterio dicto noſtro ſubditis, vel pertinentibus juſdicentes, qui in cauſis concernentibus merum, & mixtum imperium, juſtitiam miniſtrare debeant, vicarios, caſtaldos, Magiſtros maſſarios, & quoſcumque officiales deputandi, inſtituendi* &c. Laudatæ epiſtolæ ſic incipiunt: *Ludovicus miſeratione divina tituli S. Laurentii in Damaſo presbyter Cardinalis Patriarcha Aquiligenſis, SS. D. Papæ Camerarius in partibus orientalibus apoſtolicæ Sedis legatus, ac monaſterii Caſinenſis apoſtolica authoritate perpetuus Commendatarius. Univerſis, & ſingulis preſentes inſpecturis. Per preſentes notificamus, quod nos ex certa ſcientia tenore preſentium omnibus melioribus modis, via, jure, cauſa, & forma, quibus poſſumus, ac debemus, confidentes de prudentia, legalitate, diſcretione, & fide venerabilis viri Michaelis de Lambortengis Canonici Cumani, familiaris noſtri, continui Commenſalis, eundem Michaelem in noſtro monaſterio prædicto, ejuſque terris, caſtris, granciis, locis, dominio, juriſdictione, adminiſtratione, & pertinentiis omnibus ad monaſterium dictum quoviſmodo ſpectantibus, & pertinentibus, tam de jure, quam de conſuetudine, noſtri, & monaſterii noſtri nomine, gubernatorem, procuratorem, tutorem, factorem, & negotiorum noſtrorum, ac monaſterii noſtri prædicti omnium geſtorem, & officialem certum ſpecialem, & generalem, dum tamen ſpecialitas non deroget generalitati, nec contra, conſtituimus, deputamus, & ordinamus cum poteſtate, balia, & facultate in civitate S. Germani, ac omnibus terris, caſtris, grangiis, & locis nobis, & monaſterio dicto noſtro ſubditis, vel pertinentibus juſdicentes, qui in concernentibus merum, & mixtum imperium juſtitiam miniſtrare debeant, vicarios, caſtaldos, magiſtros maſſarios, & quoſcumque officiales deputandi, ordinandi, & admovendi, illorumque, & tam preſentium, & preteritorum, quam futurorum rationes, geſta, adminiſtrationes videndi, examinandi, corrigendi, illoſque, & quoſcumque vaſſallos, & ſubditos pro eorum male geſtis criminibus, maleficiis, injuriis, & aliis exceſſibus puniendi, condemnandi, & mulctandi, prout ſibi videbitur, & juſtitia ſuadebit, ac decreta interponendi, ſententias, declarationes, proceſſus, & actus quoſcumque per officiales noſtros, ſeu monaſterii noſtri latas, ac facta revidendi, corrigendi, annullandi, & moderandi, appellationes, & querelas recipiendi, admittendi, & committendi, prout ſibi de jure videbitur; de Caſtellanis quoque, & Cuſtodibus cujuſcumque arcis nobis, & noſtro monaſterio prædicto ſpectantibus, & pertinentibus providendi, prout opus fuerit, poſſeſſiones, territoria, caſtra, villas, domos, ſedilia, tenimenta, fidas, & diffidas, paſcula, nemora, gabellas, angarias, honores, praeminentias, & redditus quoſcumque, ac emolumenta cujuſcumque generis, & conditionis nobis, & monaſterio noſtro ſæpedicto ſpectantia, & pertinentia cum honoribus, & oneribus recipiendi, locandi, dislocandi, affictandi ad tempus, & ad tempora, cum pactis, & conditionibus licitis, & honeſtis, Abbatias, Prioratus, eccleſias, ac beneficia quæcumque, cum cura, vel ſine cura, juriſdictioni, vel menſæ noſtri monaſterii prædicti, quoquo modo ſpectantia viſitandi, reformandi, illaque conferendi, & locandi ad firmam, & ſub annua penſione, & ad tempus, vel in perpetuum, illiſque de perſonis idoneis providendi, prout ſuæ diſcretioni viſum fuerit, petendi quoque in judicium, & extra judicium, exigendi, requirendi, levandi a quibuſcumque debitoribus, cenſuariis, locatariis, colonis, grangiariis, Magiſtris maſſariis, penſionantibus, & a quibuſcumque aliis perſonis, etiamſi reali, vel pontificali, aut alia quavis dignitate præfulgeat quovis modo, cauſa, vel occaſione nobis, aut monaſterio noſtro prædicto tenentibus, & debentibus quaſcumque pecunias bladorum, vini, olei, carnium, caſei, ceræ, & aliarum rerum quantitates de receptis habitis, levatis, & exactis quietandi, abſolvendi, & perpetuo liberandi, cum pacto ſolemni de ulterius non petendo. Pacem, & treguas cum finitimis, & vicinis ineundi, & faciendi, confinia, limites, & terminos ſtatuendi, & terminandi; perſonas quaſcumque etiam magnates, nobis, ſeu monaſterio noſtro prædicto, aut rebus, bonis, vel negotiis noſtris, quomodocumque, vel qualitercumque injuriantes in quocumque foro, & coram quibuſcumque judicibus conveniendi, & conveniri, ac compelli faciendi, comparendi quoque noſtri, & monaſterii noſtri prædicti nomine coram quocumque tribunali, & quibuſcumque perſonis, & eccleſiaſticis judicibus ſecularibus in judicio, & extra judicium, litem, ſeu lites conteſtandi ubique, & quomodocumque*

Monaſterii Caſſinenſe habet merũ, & mixtũ imperiũ.

Arces monaſterii Caſſinatis.

Abbas poterat facere pacem, & treguas.



Digitized by Google

*opus fuerit, jura, & cauſas, ſeu lites noſtras, & monaſterii noſtri antedicti procurandi, defendendi, allegandi, ſo procurari, & defendi, ac allegari faciendi, petitiones, libellos, allegationes, exceptiones, replicationes petendi, & porrigendi juramentum de calumnia vitanda, & veritate dicenda, ac omnia licita juramenta in animam noſtram jurandi, & jurari faciendi, & in omnibus cauſis, litibus, & negotiis noſtris, ſeu monaſterii prædicti tranſigendi, componendi, compromictendi, de jure tantum, & de facto tantum ſatiſdandi, interloquendi, unumque, vel duos, aut plures procuratores ſubſtituendi in judicio, vel extra judicium, cum equali, vel minori poteſtate in ſolidum, vel diviſim, ita tamen, quod non ſit melior conditio occupantis, & quod unus inceperit, alius mediare, & finire poſſit, illoſque revocandi, prout eidem Michaeli videbitur, & generaliter omnia negotia, bona, & res noſtras, & noſtra & prædicti monaſterii tractandi, practicandi, & exercendi, ac omnia faciendi, quæ nos ipſi facere poſſemus, etiam ſi talia eſſent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale, quæ omnia in præſenti mandato, & facultate pro ſufficienter expreſſis haberi volumus, & decernimus, promittentes tenore præſentium, & in verbo Prelati habere rata, grata, & firma omnia quæcumque per præfatum Michaelem procuratorem, & negotiorum noſtrorum, ac monaſterii noſtri præfati geſtorem, ſeu forſitan ſubſtituendum procuratorem, vel procuratores, acta, facta, geſta, terminata, & concluſa fuerint, debitores noſtros, & noſtri monaſterii ſæpedicti, & alias quaſcumque perſonas de ſolutionibus eidem Michaeli procuratori noſtro faciendis indemnes conſervari, ſub obligatione omnium bonorum noſtrorum præſentium, & futurorum; In quorum fidem, & teſtimonium has noſtras litteras fieri juſſimus, & ſub appenſione noſtri ſigilli fecimus communiri. Datum in palatio Archiepiſcopali Neapolitano præſentis noſtræ reſidentiæ, die ſeptimo Auguſti, quartæ indictionis, milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto, Pontificatus SS. in Chriſto patris, D. noſtri D. Caliſti divina providentia Papæ III. Anno II.*

Rex Alphonſus obit, illique ſuſficitur Ferdinandus.

Alphonſus, dum ſummis viribus adverſus Genuenſes pugnaret an. 1458. die 27. Junii obiit, deque eo hæc ſcribit Spondanus ad eum annum nu. 4. *Princeps ſane ſua ætate armorum peritia, litterarum amore, virorum litteratorum honore* &c. *dictorum elegantia, ac gravitate, magnificentia, aliarumque plurium virtutum cultu clariſſimus, ſed regnandi cupidini omne jus, divinum, atque humanum, ſubjicere ſolens, Sedi apoſtolicæ, ejuſque pontificibus plerumque injurius, religionis catholicæ, ac fidei humanæ adcommodum, & utilitatem conſervator, Venereæ intemperantiæ impatientiſſimus* &c. Agunt de eo fuſe Æneas Sylvius, Bartholomæus Facius, Antonius Panormitanus, Jovius, S. Antoninus, Fazella, Conſtantius, Raynaldus cit. anno, aliiſque antea; Summonte, aliique. Suffectus Alphonſo eſt Ferdinandus I. filius ejus naturalis, cui inveſtituram conceſſit Pius ſecundus, ne quicquam obluctante Johanne Renati Andegavenſis filio, qui regnum ſibi vindicare armis tentaverat, atque a Ferdinando profligatus inglorius abſceſſerat, re infecta. Quæ fuſius narrantur in Commentariis Pii II. a Johanne Gobellino conſcriptis, a Pontano, a Conſtantio libb. 19. & 20. Summonte in vita Ferdinandi I. Spondano ab an. 1458. ad 1463. Raynaldo ab an. 1458. ad 1464. aliiſque. In hiſce belli viciſſitudinibus egregiam, fidelemque ita navarunt regi Ferdinando operam Sangermanenſes noſtri, ut hoc illis privilegium perhonorificum Rex Ferdinandus conceſſerit. *Ferdinandus Dei gratia rex Siciliæ, Hieruſalem, & Ungbariæ, univerſis, & ſingulis præſentes litteras inſpecturis tam præſentibus, quam futuris, ſi cui univerſitati hujus regni pro ejus meritis, & ſervitiis remunerationem aliquam reddere deberemus, eſt univerſitas, & homines terræ noſtræ S. Germani, de provincia Terræ laboris, quæ pro conſervatione ſtatus noſtri, ſervandaque apud nos fide depopulationes agrorum, vaſtationeſque, ac inciſiones arborum, obſidiones, excurſiones, vulnera, famem, mortem, & omnia alia dura, atque extrema, quæ natura hominum vix ferre poteſt, conſtantiſſime, & fortiſſime perpeſſa eſt, & longe ea quæ ab eis optabamus eorum virtute, & fortitudine ſuperarunt. Quamobrem digniſſimum nobis viſum eſt, ut univerſitatem, & homines ipſos, quod ſi non ea, quæ cupimus, aliqua tamen in præſentiarum gratia proſequamur. His igitur conſiderationibus digne moti, de certa noſtra ſcientia, deliberate, & conſulto, motu proprio, & gratia ſpeciali ipſam univerſitatem, & homines ipſius, ipſiuſque univerſitatis pertinentiam, & diſtrictus in perpetuum facimus, atque eſſe volumus francos, exemptos, & immunes ab omni ſolutione, & contributione gabellarum Salis, focularioruum, taxæ, ſubſidii maritagii, donorum, munerum, & aliarum quarumcumque fiſcalium functionum ordinariorum, & extraordinariarum, tam per retro illuſtriſſimos reges prædeceſſores noſtros impoſitarum, aut per nos, noſtroſque heredes, & ſucceſſores impoſterum pro quavis cauſa imponendarum, quovis nomine, & denominatione appellari contingat, nec non a ſolutione cujuſvis dohanæ gabellæ, paſſagii, ſcafagii, pontagii, & alterius cujuſvis oneris, ſeu vectigalis nobis, & noſtræ curiæ, ſeu cuivis Baroni, ſeu univerſitati in toto hoc regno ſpectantium, & pertinentium, & quæ in futurum ſpectabunt, & pertinebunt, ita quod a ſolutionibus ſupradictis ſemper ſint exempti, & immunes, nec ad ſolutiones ipſas, ſeu aliquam partem ipſarum poſſint, neque debeant aliquo modo conſtringi, ſeu compelli; volentes, & decernentes, quod ipſa univerſitas, ipſiuſque univerſitatis pertinentiæ, & diſtrictus, in quibuſvis civitatibus, terris, caſtris, et locis hujus regni, tam noſtris, quam Baronum, poſſint, et valeant emere, et vendere tam regnicolis, quam exſeris quaſcumque merces, et mercantias cujuſvis generis ad quamcumque ſummam aſcendant, ſine ſolutione dohanæ, gabellæ, et alterius vis vectigalis, nobis, et noſtræ curiæ, ſeu alteri, (ut dicitur) quomodocumque pertinentium, ipſaſque mercantias a doganis, civitatibus, terris, caſtris, et locis prædictis, tam per mare, quam per terram extrahere, illaſque quocumque voluerint deferre, ſive deferri facere, ſine ſolutione paſſagii, ſcafagii, pontagii, ſeu alterius cujuſvis vectigalis impoſiti, vel imponendi, et demum volumus, et ordinamus, quod prædicta univerſitas, et homines, ipſiuſque univerſitatis pertinentiæ, et diſtrictus potiantur, et gaudeant*

Privilegium a Ferdinando I. Sangermanenſibus conceſſum.

Ex apographo in Archivio.

Digitized by Google

*deant omnibus immunitatibus, exemptionibus, & franchitiis in hoc regno, quibus potiuntur, & gaudent univerſitas, & homines civitatis noſtræ Liparis; inveſtientes propterea prædictam univerſitatem, & homines prædictos de præſenti noſtra gratia per expeditionem præſentium, ut moris eſt quam inveſtituram, vim, robur, & efficaciam veræ, & realis poſſeſſionis, ſeu quaſi volumus, & decernimus obtinere, & ut prædicta univerſitas præſenti noſtra gratia firmius, & certius potituram ſe ſciat, & certa ſit, tenore præſentium, ſub noſtra bona fide regia promittimus eiſdem univerſitati, & hominibus ſupradictis, præſentem noſtram gratiam ei ſemper, & omni futuro tempore obſervare, & obſervari facere per officiales, & ſubditos noſtros quoſcumque. Volentes, & decernentes expreſſe quod in præſenti noſtra gratia intelligantur omnes clauſolæ, quæ in favorem præfatæ univerſitatis, & hominum prædictorum eſſe poſſent, quas omnes de noſtra certa ſcientia, & poteſtate dominica intelligi volumus, & ſupplemus, licet hic per extenſum non exprimantur, & ſine aliqua cavillatione in favorem prædictæ univerſitatis, & hominum prædictorum interpetrari volumus, & jubemus; quo circa illuſtriſſimæ reginæ Iſabellæ conſorti, & Alphonſo de Aragonia Duci Calabriæ primogenito filio cariſſimo, & locum tenentibus noſtris Generalibus intentum noſtrum declarantes, mandamus magno regni hujus camerario, ejus locumtenenti, Præſidentibus, Rationalibus, cameræ noſtræ ſummariæ, nec non quibuſcumque Principibus, Ducibus, Marchionibus, comitibus, Baronibus, terrarum Dominis, & Dominabus, Gubernatoribus, capitaneis, Dohaneriis, Gabellotis, Paſſageriis, Scaphariis, aliiſque univerſis, & ſingulis officialibus, & ſubditis noſtris in quibuſcumque terris hujus regni tam noſtris demanialibus, quam Baronum conſtitutis eorumque locumtenentibus, & ſubſtitutis præſentibus, & futuris, quatenus præſentem noſtram gratiam prædictæ univerſitati, & hominibus prædictis teneant firmiter, & obſervent, tenerique, & obſervari faciant inviolabiliter per quoſcumque pure, ſimpliciter, & bona fide, atque in favorem prædictæ univerſitatis, & hominum ſupradictorum, & contrarium non faciant pro quanto prædicta Sereniſſima Regina, & illuſtriſſimus Dux rem nobis gratam efficere intendunt, cæteri vero prædicti gratiam noſtram caram habent, iramque, indignationem noſtram, ac pœnam unciarum mille cupiunt evitare; in cujus rei teſtimonium præſentes fieri fecimus magno Majeſtatis noſtræ ſigillo pendenti munitas. Datum in noſtris felicibus caſtris prope caſtellum Francum per nobilem, & egregium virum Marinum Tomacellum locumtenentem ſpectabilis, & magnifici viri Honorati Cajetani Fundorum Comitis, regni hujus Logothetæ, & protonotarii, collateralis Conſiliarii, & fidelis noſtri plurimum dilecti, die decima octava Junii, anno a nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo primo, regnorum noſtrorum anno quarto. Rex Ferdinandus. D. Rex mandat mihi Antonello de Petrutiis, Viſa per Po. pro Mag. Camerario, & P. Garlon. Jo. Pontanus pro Mag. Camerario.*

Occupata quædam oppida Caſſinatibus reſtituta.

Memorato bello Petrus Paulus Cantelmus Soranus Dux Joannis Andegavenſis fautor, una cum Gallorum exercitu plura oppida, arceſque monaſterii Caſſinenſis occupaverat, quæ exercitu a Pio II. miſſo recuperata, reſtitutaque Caſſinatibus ſunt, ut in Commentariis Pii II. pag. 113. legitur. *Neapoleo, dum ea geruntur, eccleſiaſtici ductor exercitus, coactis duodecim equitum turmis, ac mille fere peditibus, in agrum Soranum ducit Petri Cantelmi ſuperbi, atque inſolentis Ducis, qui jampridem Pio Pontifici fuiſſet infenſus temeritatem correcturus &c. Dux Soranus, his acceptis vulneribus, pacem petit, aut ſaltem inducias belli, quibus durantibus, a ſummo Pontifice pacem valeat impetrare. Conceduntur induciæ paucorum dierum, tribus munitiſſimis oppidis ab eo receptis ea lege, ut niſi gratiam Pontificis obtineret, ſciret ſe ea oppida prorſus amiſiſſe. Venere legati Ducis Romam: Pax hoc modo convenit: Juſſus eſt Dux Soranus monaſterio Caſſinenſi, Marchioniſſæ Piſcheriæ Comiti Populo germano ſuo, & aliis pleriſque quæcumque abſtulerat, quamprimum reſtituere &c. Soranis rebus peractis exercitus eccleſiaſticus ulterius profectus Pontemcorvi nobile oppidum in poteſtatem accepit. Alphonſus Siciliæ rex in oppidum ab Eugenio quondam armis abſtulerat: Joannes Renati filius Ferdinando demum, ademerat hoc bello ad verum Dominum rediit: Deinde caſtella, pleraque ad monaſterium Caſſinenſe pertinentia, quæ Gallici occupaverant, Alphonſi exempla ſecuti recuperata ſunt, ac monaſterio reddita, quod jam pridem ſpoliatum, atque direptum, hoc denique tempore ſub Pio Pontifice reſtitutum, & inſtauratum eſt.* Eadem pag. 337. repetuntur ea in oratione, quam Pius II. ad S. R. E. Cardinales habuit. Oppidum Pontiſcurvi legitime, juſtoque titulo recuperavit Pius ſecundus. Hinc celebris, Felix contolore in libro: *De immediata ſuper terras Pontiſcurvi ſedis apoſtolicæ juriſdictione*, Urbano VIII. nuncupato pag. 3. ad rem noſtram ait: *Cum vero dictum monaſterium Caſſinenſe, & ejus caſtra vario bellorum turbine agitarentur, & modo veri Domini gentes armigeræ, modo dominantium exercitus, omnia ferro, flammaque vaſtarent. Terra Pontiſcurvi, & confines poſita ejus uſque incolæ ut ſe, ſuaque a tot ſumptibus, & ærumnis liberarent, & optata ſæpius pace, & tranquillitate potirentur, eccleſia Romana, ſe ſponte ſubjicientes cum Laurentio epiſcopo Ferrarienſi, & Fortunato epiſcopo Saſſenatenſi ſedis apoſtolicæ nuntiis, & commiſſarii inierunt nonnulla capitula, & conventiones, quæ Pius ſecundus confirmavit, & approbavit ſub Datum Romæ quarto Idus Decembris 1463. ut fol. 26. Poſtmodum univerſitas Pontiſcurvi elegit ſuos Sindicos, & oratores Angelum de Spicula, & Benedictum Marſellam ad præſtandam obedientiam Pio II., ut latius continetur in mandato. Actum in Pontecurvo ſub die prima Julii 1463. Cujus vigore dicti ſindici, & oratores Tibure, ubi Pius ſecundus tunc morabatur, in palatio apoſtolico apud S. Franciſcum coram tribus cameræ apoſtolicæ clericis, nomine proprio, & univerſitatis, ſolitum fidelitatis, & obedientiæ juramentum, & homagium Romanæ eccleſiæ præſtiterunt, ut in inſtrumento. Actum Tibure die 8. Julii 1463. fol. 35.*

Caſtra occupata recuperata ſūt.

Ex apographo in Archivo.

In recenſitis vero capitulis omnia privilegia, proventus, juriſdictiones, bona ſacro cœnobio Caſſinenſi fuerunt reſervata, ut hoc diplomate

Pacta inter Pium II & oppidum Pontiſcurvi inita.

Pii

Digitized by Google

Pii II. conſtat, quod memoratus Contolere p. 20. refert. *Pius &c. ad perpetuam rei memoriam. Quamvis apoſtolica ſedes ſuę liberalitatis plenitudinem erga cunctos ſibi fideles, & devotos libenter oſtendat, abundantius tamen erga illos exuberat, quos in Romanę eccleſię devotione, & fidelitate ſincera in magis procelloſo tempore novit ſolidius permanſiſſe. Sane cum dilecti filii univerſitas, & homines terræ noſtræ Pontiſcurvi Aquinaten. diœceſis in hoc diſcriminoſo bellorum turbine, quod pro conſervandis juribus, & honore dictæ eccleſiæ nuper geſtum eſt, eidem eccleſiæ fideles affecti devoti reperti fuiſſent, ac nobis, & eidem eccleſiæ ſe ſponte ſubjicientes, nos, & eccleſiam ipſam ſolam in matrem, & dominam recognoviſſent, certa cum noſtris, & dictæ ſedis nuntiis, & commiſſariis tunc in partibus illis exiſtentibus conventiones, & pacta inierunt, quorum tenor in latinum converſus, in effectu eſt continentiæ ſubſequentis. In primis quod nos, & ſucceſſores noſtri Romani Pontifices, qui pro tempore fuerint teneamus, & conſervemus dictam terram, & ejus homines immediate ſub dominio præfatæ Romanæ eccleſiæ, & ipſam non concedamus alicui alteri dominio, ſeu perſonæ eccleſiaſticæ, vel ſeculari, & ſi qua conceſſio de illa fieret, vel facta reperiretur, ex nunc prout ex tunc, nulla, & invalida, ac nullius roboris, vel momenti fore cenſeatur, itaquod omnia, & ſingula privilegia, conceſſiones, juriſdictiones, ſtatuta, & conſuetudines nec non exemptiones, & immunitates dictæ terræ, & hominum prædictorum generalia, vel particularia rata, & firma manerent, ac inviolabiliter obſervarentur. Item, quod omnia, & ſingula bona, jura, actiones, juriſdictiones, & privilegia, quæ ſacrum monaſterium montis Caſini, in eadem terra, & ejus hominibus, atque diſtrictu habet, habereque conſuevit per nos, & ſucceſſores noſtros præfatos manuteneantur, conſerventur, & defendantur.*

Confirmãtur Juriſdictiones, bona monaſterio Caſſinati in Pontecurvo.

*Item ad hoc, ut dicta terra, & ejus homines poſſint cum juſtitia ad honorem, & ſtatum præfatæ Romanæ eccleſiæ regi, & gubernari, ac etiam pro bono publico dictæ terræ, & pacifico victu hominum ejuſdem, & pro obſervatione Juſtitiæ quod nos, & ſucceſſores noſtri prædictis annis ſingulis deputaremus novum Capitaneum ad regimen dictæ terræ idoneum, & ſufficientem, ac revocaremus quaſcumque conceſſiones dicti capitaneatus officii cujuſcumque perſonæ ad ejus vitam factam, nec non quod idem Capitaneus, qui pro tempore fuerit, in fine ſui officii comparebit, & ſtabit ad ſindicatum coram ſindicatoribus per univerſitatem præfatam ad hoc eligendis, & deputandis, cui quidem univerſitati ex tunc intelligeretur eſſe data plenaria poteſtas eligendi, & deputandi ſindicatores hujuſmodi qui poſſint dictum Capitaneum, ſeu officialem abſolvere, & condemnare, ipſumque etiam perſonaliter detinere, prout ordo juris expoſtulat, idemque ſindicatus per octo dies durare debeat. Item quod univerſitas præfata eidem Capitaneo, ſeu officiali non teneatur, neque cogi poſſit dare pro ejus ſtipendio pro anno ultra quindecim uncias de giliatis argenti, niſi fuerit idoneus, & ſufficiens Juriſperitus, & Doctor, quo caſu uncias viginti dare teneatur, quas quidem uncias dictus officialis debeat capere ex proventibus ſibi ſolvendis per manus camerarii dictæ terræ, & in hujuſmodi ſalario intelligi, & computari debeant omnes pecuniæ, & mulctæ per ipſum Capitaneum ex quocumque exceſſu, vel delicto tam geſtationis armorum, quam alterius cujuſcumque inobedientiæ, ſeu per viam deſiſtentiæ, vel abolitionis percipiendæ, & exigendæ, & quod hujuſmodi pecunia ſic per dictum Capitaneum imponenda, & exigenda, immediate recipi debeant per manus dicti camerarii, ſicut reliqua pecunia ſpectantes ad dictam univerſitatem. Item quod dictus Capitaneus, qui pro tempore fuerit, non poſſit, nec debeat hujuſmodi ſuum officium exercere per ſubſtitutum, & in conceſſionibus, quæ de hujuſmodi officio per nos vel dictos ſucceſſores pro tempore fient non conceditur licentia, ut in eo per ſubſtitutum deſerviri valeat, niſi quantum jus permitteret, atque etiam in caſibus a jure permiſſis non poſſit ſubſtituere aliquem ex dicta terra. Item quod de omnibus, & ſingulis maleficiis, exceſſibus, & delictis tam ſpiritualibus quam temporalibus per univerſitatem, hominesque prædictos, tam eccleſiaſticos, quam laicos in genere, vel in ſpecie uſque tunc perpetratis, & commiſſis, etiamſi talia forent, quod ut in generali remiſſione ſpecialiter exprimenda forent, per nos fieret una generalis remiſſio, & abſolutio univerſitatis, & hominum prędictorum ab eiſdem. Item tam univerſitas, quam homines antedicti non poſſint conveniri in primis inſtantiis cauſarum, neque trahi ad judicium extra dictam terram. Item quod nos eoſdem univerſitatem, & homines ab omni ſolutione, & fiſcali functione pro toto pręterito tempore abſolveremus, & liberaremus, ac in futurum faceremus eos francos, & liberos ab omni ſolutione ſalis pro duobus annis ex tunc proxime venturis, & deinceps ad beneplacitum noſtrum, & eorundem ſucceſſorum noſtrorum, in aliis autem ſolutionibus in omnibus, & per omnia ſicut reliquę terrę provincię noſtrę Campanię tractari debeant. Propterea quia cives, & incolę civitatis noſtrę Ferentinę fuerunt hactenus franchi, & exempti a ſolutione gabellarum, & paſſagiorum in dicta terra Pontiſcurvi, & e converſo homines de dicta terra Pontiſcurvi fuerunt ſimiliter exempti ab eiſdem gabellis, & paſſagiis in dicta civitate Ferentinę ut etiam in futurum modo ſimili tam Ferentinatenſes, quam homines de Pontecurvo pręfati in civitate, & terra hujuſmodi tranſeuntes ab eadem ſolutione gabellarum, & paſſagiorum perpetuo immunes, & liberi eſſe debeant, quacumque litis ſuper hoc vertentis pendentia, & contradictione non obſtante, prout in certis capitulis ſuper iis editis, quę diligenter inſpici fecimus, & reſpeximus, plenius continetur. Quare pro parte univerſitatis, & hominum prędictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut conventibus, & pactis, & capitulis pręfatis pro eorum ſubſiſtentia firmiori robur apoſtolicę confirmationis adjicere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur tenore pręſentium confirmamus, & approbamus, ac plenum robur obtinere decernimus. Datum Romę apud S. Petrum anno &c. 1463. quarto idus Decembris Pontificatus noſtri anno ſexto, &c.* Quare horum capitulorum vi cœnobium Caſſinenſe juriſdictionem civilem (nam criminalem a tempore Caroli I. Andegavenſis amiſerat) Bajulationis Syclæ, & Portulaniæ exercuit, ut monumentis infra adducendis patebit. Eadem fere narrat Pontanus de bello Neapolitano lib. 5. p. 305. hiſce verbis. *Illud vero cum primis vereri, ne Federicus Urbinas, neve Urſi-*

*nus*

*nus Neapolean, qui juſſu Pontificis in Soranum, Arpinatemque, & Sabino bellum transtulerat, per Caſſinatem a tergo agrum invaderent. Quod tamen ſæpius per literas, nuntioſque rogati a rege facere recuſarunt, Pontificis imperium cauſati, dum Pius ſibi ſtatuit, Romanaque eccleſia non Ferdinando regi, Cellanenſem, Soranum, Arpinatemque ſimul agrum ab hoſte vindicare. Quo factum eſt, ut Ponſcurvus oportunum Caſſinatis agri oppidum, atque ad Liris amnis ripam poſitum ab eccleſia hodie quoque teneatur. Nam Ferdinandus, quo bellanenſem revindicaret, Mariam e concubina filiam Antonio Pii Soronis filio uxorem dedit iis conditionibus, ut Celanenſis Comitatus Antonio Mariaque dotis traderetur nomine, viveretque Antonius, liberique ejus, qua ante jure Celanenſes Comites Neapolitanis ſubregibus vixerant. Atque inde mortuo Pio cum ſucceſſiſſet Sixtus, collocata Catharina Martiani filia Antonio Ruerio Sixti ſororis filio (nam capto Martiniano, filiarum ejus viris collocandarum curam rex ſuſceperat). Soranum, Arpinatemque agrum a Federico, Neapoleoneque recuperatum ſibi regnoque Neapolitano reſtituendum curavit, dotis nomine Catherina, atque Antonio, Pontifice volente traditum. Rex igitur communicatis cum Roberto Celadino conſiliis &c.* Vid. Raynaldus an. 1463. nu. 78. & ſeqq.

Juriſdictio criminalis Caſſinatibus reſtituta.

Illa jam ex Commentariis Pii II. verba recenſuimus: *Deinde caſtella pleraque ad Caſſinenſe monaſterium pertinentia, quæ Galliici occupaverant, Alphonſi exempla ſecuti recuperata ſunt, ac monaſterio reddita, quod jam pridem ſpoliatum, atque direptum, hoc denique tempore ſub Pio Pontifice reſtitutum, & inſtauratum eſt.* Et in Oratione a Pio II. ad Cardinales hæc leguntur. *Neapoleo noſtri ductor exercitus, ad compeſcendum Sorani Ducis temeritatem profectus Inſulam, & Soram, & Arpinum, & alia pleraque caſtella magni momenti illi eripuit, ac frenum impoſuit, recuperavit & agrum Abbatiæ S. Germani, & Pontemcurvum olim Eugenio ab Alphonſo ereptum, &c.* Cum itaque jure belli Pius II. oppida cœnobii Caſſinenſis recuperaverit, hæc quidem ad illum, utpote ſupremum dominum pertinebant. Hinc nedum ea optime Caſſinatibus, quibus injuſte adempta fuerant, reſtituit, verum etiam criminalem juriſdictionem, quam Carolus I. nobis ademerat conceſſit ut hoc brevi conſtat.

Ex originali in Archivo.

*Dilecto filio Gubernatori, & Officiali monaſterii montis Caſini. Pius Papa II. Dilecte Fili ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Quoniam, ut debitum officii noſtri eſt, intendimus monaſterium montis Caſini in ſuis juriſdictionibus, & privilegiis conſervare, volumus, & devotioni tuæ per præſentes committimus, & mandamus, ut in omnibus & ſingulis controverſiis, & cauſis, tam civilibus, quam criminalibus ad præſens vertentibus, & quas verti continget in futurum inter homines, & perſonas omnium, & ſingularum terrarum, caſtrorum, & locorum dicti monaſterii, tu, & non alius juſtitiam adminiſtres, nec permittas, ut alius officialis regius, aut alius quiſquam in juriſdictione terrarum, & locorum hujuſmodi, ſeu quomodolibet intromittat, quam juriſdictionem ad te, tuoſque in officio ſucceſſores, & non ad alios, abſque ulla impedimento, vel contradictione pertinere volumus, & mandamus, non obſtantibus contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub anulo Piſcatoris, die 29. Septembris 1463. Pontificatus noſtri anno ſexto G. de Piccolomineis. Locus ✠ Sigilli.*

Pii II. erga Res Caſſinatium cura.

Idem quoque Pius II. præfecto arcis collis S. Magni juſſit, ut illam Ludovico de Oſſona procuratori cœnobii Caſſinenſis reſtitueret, ipſique Ludovico præcepit, ut caſtella omnia, atque oppida nomine cœnobii Caſſinenſis recuperata cuſtodiret, ut hiſce brevibus conſtat. Foris. *Dilecto Filio Caſtellano arcis Collis S. Manni.* Intus: *Pius Papa II. Dilecte fili ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Volumus & tibi mandamus, ut arcem illam Collis S. Manni tibi conſignatam per venerabilem fratrem noſtrum L. Epiſcopum Ferrarienſem cuſtodiendam, & tenendam, nomine noſtro tradas, & conſignes, receptis præſentibus, cum omnibus, & ſingulis munitionibus, & rebus ad eam pertinentibus, dilecto filio Ludovico de Oſſona procuratori dilecti filii Ludovici presbyteri Cardinalis Aquilien. Camerarii noſtri, ac Commendatarii monaſterii montis Caſini, ad quod dicta arx pertinet ejus nomine tenendam, & conſervandam omni mora, & contradictione ceſſantibus. Datum Romæ apud S. Petrum ſub anulo Piſcatoris, die decimaquinta Septembris 1463. Pontificatus noſtri anno ſexto J. G. de Piccolomineis.*

Ex originali in Archivo.

Foris: *Dilecto Filio Ludovico de Oſſona procuratori monaſterii montis Caſini.* Intus: *Pius Papa II. Dilecte fili ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Mandavimus tibi conſignari arcem Colæ S. Manni, quæ ad præſens ad noſtri inſtantiam cuſtoditur per Caſtellanum ibidem noſtro nomine per epiſcopum Ferrarienſem deputatum: quapropter volumus, & tibi mandamus, ut tam arcem prædictam, quam cæteras arces, terras, & loca recuperata fideliter, & diligenter cuſtodias, & conſerves nomine monaſterii montis Caſini, ac dilecti filii Ludovici presbyteri Cardinalis Aquilejenſis Camerarii noſtri ejuſdem monaſterii commendatarii, non obſtante cujuslibet contradictione, atque ita te geras, ut premium, & laudem inde conſequi merearis. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris, die decimo quinto Septembris 1463. Pontificatus noſtri anno ſexto. I. G. de Piccolomineis.*

Ex originali in Archivo.

Paulus II. Rom. Pont. & Abbas Caſſinenſis ſui loco Nicolaum Sandonninum delegat.

A. 1465. die 26. Martii Ludovicus Scarampus Abbas Caſſinenſis obiit, pauloque poſt ſe ſe Abbatem declaravit Paulus ſecundus, qui pro gubernandis, regendiſque cœnobii juriſdictionibus Nicolaum Sandonninum Lucenſem dellegavit hoc diplomate: *Paulus epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Nicolao de Luca monaſterii Caſſinenſis Ordinis S. Benedicti nullius diœceſis in ſpiritualibus, & temporalibus generali Gubernatori, cappellano noſtro ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Ex ſuſcepta ſervitutis officio ſollicitudine pulſamur aſſidua, ut viduatis monaſteriis eorum cura nobis divina diſponente clementia eſt commiſſa, ne in ſpiritualibus, & temporalibus ulla ſubſtineant detrimenta ſalubriter provideamus. Cupientes itaque utili gubernio, ac regimini monaſterii Caſſinenſis &c. nullius diœceſis ad præſens certo modo vacantis, ad quod ſingularem gerimus affectum, ſalubriter providere, ac de præſtanti prudentia & integritate tua plene confidentes, ſperanteſque quod quæ tibi commiſerimus ſtudioſe, ac laudabiliter exequaris, te mo-*

Ex originali in Archivo.

*naſterii*

Digitized by Google

*naſterii prædicti, ac terrarum, & caſtrorum locorum ejuſdem tam in ſpiritualibus, quam temporalibus generalem gubernatorem apoſtolica authoritate, præſentium tenore, uſque ad noſtrum beneplacitum facimus, conſtituimus, ac etiam deputamus, concedentes tibi harum ſerie litterarum plenam, & liberam facultatem exercendi juriſdictionem ordinariam per Abbates dicti monaſterii, eorumque Vicarios, qui pro tempore fuerunt, exerceri ſolitam, & conſuetam, conferendi quoque cujuſcumque qualitatis ſecularia, & regularia beneficia quæcumque, ad ipſius monaſterii pro tempore exiſtentis Abbatis collationem, proviſionem, præſentationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem pertinentia, nec non deputandi officiales conſuetos, & neceſſarios, eoſque, coties videbitur, immutandi, aut confirmandi, vel renovandi, etiam cum ſolita vel limitata poteſtate, & authoritate, ac omnia alia, & ſingula faciendi, diſponendi, ordinandi, mandandi, & exequendi, quæ ad utile regimen ipſius monaſterii ſpectare cognoveris, & quæ Abbates pro tempore, & eorum vicarii prædicti tam ex privilegiis, & indultis apoſtolicis quam de jure, & longeva conſuetudine facere, diſponere, ordinare, mandare, & exequi potuerunt, & debuerunt, ſeu conſueverunt, ac generaliter quæ ordinarii epiſcopi in eorum civitatibus, & diœceſibus de jure communi facere, & exercere poſſunt, exceptis his, quæ ad ordinem pontificalem pertinent. Alienatione tamen quorumcumque bonorum immobilium, & pretioſorum mobilium ejuſdem monaſterii tibi penitus interdicta. Inſuper dilectis filiis Conventui, vaſſallis, & ſubditis dicti monaſterii nec non communitatibus univerſis, & hominibus terrarum, caſtrorum, & locorum prædictorum, ſingulіſque aliis, quorum intereſt, ſtricte præcipiendo mandamus, quatenus in præmiſſis, & aliis, quæ ad utile regimen dicti monaſterii pertinent, tibi plenarie pareant, & intendant, tuaque monita, & mandata reverenter ſuſcipiant, & efficaciter ſtudeant adimplere, alioquin ſententiam, ſive pœnam, quam rite tuleris, ſeu ſtatueris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus authore Domino, uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis nec non monaſterii, & ordinis prædictorum juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis alia firmitate, roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus ceteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo quinto, quarto Kalendas Aprilis, pontificatus noſtri anno primo. L. de Banchis.* Eadem bulla extat in proceſſu Silvæ Reæ, & Villæ Oliveti, de quo an. 1468. agemus; Atque in conceſſione, & renovatione domus hoc anno a Nicolao facta, quæ p. 8. regeſti I. Pauli II. Pontificis extat, ſicque incipit: *Nicolaus de Luca Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia electus Mutinenſis, ac pro SS. D. noſtro Paulo divina providentia Papa II. in ſpiritualibus, & temporalibus generalis Gubernator Caſſinenſis &c.*

(Margin: omnimodam Juriſdictioné ſpiritualem habet Abbas Caſſinenſis.)

(Margin: Scelus gubernatoris oppidi Citrarii compreſſum.)

Audita Ludovici Abbatis morte, Citrarii Gubernator aſportatis ſe cum oppidi redditibus abſceſſerat. Quare ut ſua repeterent Caſſinates, pravumque hominem in officio continerent, hoc a Ferdinando rege mandatum obtinuere: *Ferdinandus Dei gratia rex Siciliæ, Hieruſalem, & Ungharia. Nobilibus, & egregiis viris Capitaneo civitatis Neritoni, ejuſque aſſeſſori, cæteriſque quibuſvis officialibus, & ſubditis noſtris, ad quos ſpectet, præſenteſque preſentare contigerit in toto hoc regno, & ſignanter in provincia Terræ Ydronti conſtitutis præſentibus, & futuris fidelibus noſtris dilectis, gratiam noſtram, & bonam voluntatem. Expoſitione humili pro parte venerabilis, & egregii Nicolai de Luca Decretorum doctoris cameræ apoſtolicæ clerici, ac in Abbatia montis Caſſinenſis Gubernatoris, per SS. D. noſtrum Papam Paulum ſecundum deputati, nec non Prioris conventus, & monaſterii S. Benedicti montis Caſſinenſis nobis querelanter facta intelleximus, quod dum olim nobilis vir Bartholomæus de Neritono familiaris Rmi in Chriſto patris, & D. L. quondam Cardinalis Camerarii, & ipſius Abbatiæ perpetui commendatarii, conſtitutus, creatus, & ordinatus fuiſſet capitaneus terræ Citrarii, quæ ejuſdem Abbatiæ eſt, in eademque Juſtitiam adminiſtraſſet, bonaque, jura, redditus, & proventus ejuſdem monaſterii recollegiſſet, habuiſſet, & percepiſſet, dum ad ejus notitiam perductum eſſet dictum Rmum D. Cardinalem mortuum fuiſſe, hoſpite inſalutato, a dicta terra Citrarii diſceſſit, bonaque, fructus, redditus, & proventus per ipſum nomine ejuſdem monaſterii perceptos, quo voluit aſportavit, nec ſindicari ſecundum regni conſtitutiones de adminiſtratis in eodem capitaniæ officio ſe voluit, aut permiſit, damnificando idem monaſterium, & ejus ſubditos, ac vaſſallos multipliciter in diverſis rebus, & pecuniarum quantitatibus, quæ aſcendunt, & veriſimiliter aſcendere poterant ad ſummam, ſeu valorem ducatorum quingentorum plus vel minus, quæ culpa, occaſione, vel defectu illius ob non redditam rationem villicationis ſuæ debitæ, æſtimari non poterant, & cupiens dictus exponens indemnitati tam dicti monaſterii, & Conventus, quam etiam ſubditorum, & Vaſſallorum, ipſius terræ Citrarii opportune provideri, nobis ejuſdem monaſterii, & Conventus parte humiliter ſupplicavit, ut bona ejuſdem Bartholomæi deſcribi, & annotari, ipſumque Bartholomæum debitis Juris, & facti remediis neceſſariis, & opportunis cogi, atque compelli debere ad ſe perſonaliter conferendum dictam terram Citrarii, ſeu ad noſtrum ſacrum conſilium, in qua, ſeu quo ſtare ſindicatui, & de adminiſtratis, ſueque villicationis computum, & rationem reddere, reſiduaque reſtituere, & aſſignare deberet, atque cogeretur. Nos itaque volentes, & intendentes, quod per noſtros ſubditos de per eos adminiſtratis debita reddatur ratio, & ut hii, qui cum officia adminiſtraverint ſecundum conſtitutiones regni, ſtare atque parere debeant ſindicatui ne per eoſdem quid indebite fiat, aut contra jus, & Juſtitiam attemptari præſumatur, vobis, & veſtrum ſingulis diximus, committimus, præcipimus, & mandamus de certa noſtra ſcientia, deliberate, atque conſulto noſtri ſacri conſilii deliberatione matura præcedente, ſub incurſu noſtræ indignationis, & iræ, ac pena ducatorum mille, & alia graviori noſtro arbitrio reſervata, quatenus ad omnem requiſitionem dicti Gubernatoris montis Caſſinenſis, ſeu cujuſcumque Yconomi, & procuratoris, ſeu procuratorum ejuſdem monaſterii, & conventus S. Benedicti de monte Caſino dictum*

(Margin: Ex originali in Archivo.)

Digitized by Google

*ctum Bartholomæum ſi perſonaliter reperiri contigerit juris, & facti remediis opportunis cogatis, & conſtringatis, ut præſtita per eum coram vobis ydonea, & ſufficienti cautione, debeat infra certum, competentem terminum per vos ſibi veſtro arbitrio ſtatuendum coram nobis, ſeu in noſtro ſacro conſilio præſentare, & ſindicatui ſtare ratione adminiſtrationis dicti capitaniæ officii, in dicta terra Citrarii, & ubi juris fuerit, & per nos ordinatum, rationemque ſuæ villicationis de receptis, & adminiſtratis per eundem exhibendo præſtare, impoſita per vos ſibi, & ſuis fidejuſſoribus pena nomine noſtri fiſci, quod a dicta civitate Neapolis, & a dicto ſacro conſilio, & unde alias dicto ſindicatui ſtabit, niſi legitime per ſententiam deffinitivam abſolutus, & alias legittime licentiatus extiterit, & de hiis vobis legittima documenta exhibuerit. At ſi eundem Bartholomæum perſonaliter apprahenſum non reperietis, ejus omnia, & ſingula bona mobilia, & immobilia annotari, & deſcribi, ac noſtri fiſci nomine ſequeſtrari faciatis, ſic annotata, & ſequeſtrata tenenda, donec, & quouſque idem Bartholomæus ſe in dicto noſtro ſacro conſilio repræſentaverit, & dicto Sindicatui, ut ordinatum fuerit, ſtabit, & parebit, cauti de ſecus agendo, aut prædicta differendo, quanto gratiam noſtram caram habetis, ac præter iram, & indignationem noſtram pœnam praappoſitam, cui ſuo caſu rigida non deerit executio, cupitis non ſubire, has noſtras litteras magno majeſtatis noſtræ pendenti ſigillo munitas vobis propterea dirigentes præſentanti vicibus ſingulis reſtituendas. Datum in caſtello novo civitatis noſtræ Neapoli per ſpectabilem, & magnificum virum Honoratum Cajetanum Fundorum Comitem hujus regni Siciliæ Logothetam, & prothonotarium Collateralem conſiliarium fidelem nobis dilectum, die tertia menſis Junii tertiadecima inditionis, anno a nativitate Domini milleſimo quadrigenteſimo ſexageſimo quinto, regnorum noſtrorum hujus Siciliæ regni anno octavo. Rex Ferdinandus. Ego Sebabaſtianus p. primo Garlo &c. Inſt. Solvat tar. unum. Dominus Rex mandavit mihi Antonello de Petrutiis. L. Jozolus Viceprothonotarius. Regiſtrata in Cancellaria penes Cancellarium Ro. Juſtitiæ ſexto decimo.*

Lis ſopita. In deſolati paucis ante annis oppidi Pomarii territorio, plures oppidorum Bucchianici, Faræ filiorum Petri, Caſalis &c. latifundia poſſidebant, pro quibus cum cœnobio S. Liberatoris Caſſinatibus ſubdito, atque oppidi Pomarii domino certam pecuniæ quantitatem perſolvere detrectarent, hac tandem conventione an. 1468. ſopita lis eſt ut ex inſtrumento a notario Sancto rogato die 9. Januarii 1468. conſtat.

Lis pro cœnobio Caſſinenſi deciſa. Invaſerant oppidum Oliveti, atque Silvam Ream a Zaccone cenobio noſtro donata atque a Rogerio an. 1133. & ab Honorio III. Pontifice an. 1216. confirmata cives Teatini, obtendentes a Ferdinando rege illa ſibi una cum oppido Manupellæ conceſſa, ob Jacobi Antonii de Urſinis Comitis Manupellæ perduellionem. Contendebant enim & villam Oliveti, & Silvam Ream intra oppidi Manupellæ territorium contineri. Anno quidem 1465. Ferdinandus diplomate ſuo juſſit, ut Teatinæ urbi quædam feuda conſervarentur, quæ inter erat Villa Oliveti, & Silva, aliaque privilegia tam pro civitate, quam pro cenobio Caſſinenſi ab eodem rege expedita. Quibus pars utraque freta litem an. 1468. inſtituit, quæ pro cœnobio noſtro deciſa eſt, ejuſque ſententiæ vi poſſeſſionem villæ Oliveti, & Sylvæ Reæ iniit, ut hoc inſtrumento conſtat. *In Dei nomine Amen.* Ex apographo in Archivo. *Anno a nativitate ejuſdem milleſimo quadrigenteſimo ſexageſimo octavo, pontificatus SS. in Chriſto patris D. noſtri D. Papæ Pauli divina providentia Papæ ſecundi anno quarto, ac regnante sereniſſimo D. noſtro D. Ferdinando rege Siciliæ, Ungbariæ, Hieruſalem, regnorum vero ejus anno undecimo feliciter Amen; die vero XXIII. menſis Julii primæ inditionis. Pateat univerſis, & ſingulis harum ſeriem inſpecturis, tam præſentibus, quam futuris; præſenti ſcripto, quod prædicto die, nobis judice, notario, & teſtibus infraſcriptis exiſtentibus in pertinentiis Aprutii, & ultra flumen Piſcariæ, juxta tamen ipſum flumen, & in loco, ubi dicitur Reija, quod territorium aſſeritur eſſe venerabilis, & ſacri monaſterii S. Liberatoris de Majella Ordinis ſacri monaſterii Caſſinenſis exiſtente ibidem magnifico viro D. Lupo de Spejo legum doctore, & per Sacram regiam Majeſtatem in infraſcriptis ordinato, & deputato comparuit venerabilis, & diſcretus vir Domnus Marius Perronus de ſancto Germano generalis procurator, & Yconomus dicti ſacri monaſterii Caſſinenſis, ac etiam præfati monaſterii ſancti Liberatoris, & eidem D. Commiſſario præſentavit litteras regias, ubi continetur ſententia quædam lata in favorem dicti monaſterii S. Liberatoris, & continetur commiſſio executionis dictæ ſententiæ præfato magnifico D. Lupo commiſſario prout latiſſime in dicta commiſſione, & ſententia continetur, cujus ſententiæ, & commiſſionis tenor de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis. Ferdinandus Dei gratia rex Siciliæ, Hieruſalem, & Hungariæ, magnifico Viro Lupo de Spegio legum doctori, & fiſci noſtri advocato gratiam noſtram & bonam voluntatem. Pro parte venerabilis, & religioſi viri Fratris Amici Prioris monaſterii S. Liberatoris de Magella, Ordinis S. Benedicti Caſſinenſis fuit noſtræ Majeſtati ſupplicatum reverenter, quod cum olim per noſtram Majeſtatem, ſeu noſtrum ſacrum conſilium noſtri nomine quædam lata eſſet ſententia in favorem dicti monaſterii S. Liberatoris contra camerarium conſilium, ſindicum, univerſitatem, & homines civitatis Theatinæ ſuper reſtitutione poſſeſſionis Silve Regiæ cum juribus, & pertinentiis ſuis ipſum Priorem nomine, ejuſdem monaſterii & conventus S. Liberatoris in poſſeſſionem liberam, vacuam, & expeditam induci mandaremus juxta ſeriem continentiam, & tenorem ipſius ſententiæ, cujus quidem ſententiæ tenor ſequitur ſub his verbis. In Dei nomine Amen; Pateat univerſis, quod nos Ferdinandus Dei gratia rex Siciliæ, Hieruſalem, & Hungariæ &c.* (Hujuſcemodi ſententia prolixa admodum eſt, cum in ea vel minima in proceſſu acta referantur; Quare illa hic dumtaxat referemus, quæ potiora eſſe videbuntur.) *Viſo quodam privilegio antiquo, ſeu conceſſione facta per quondam Zacchum filium quondam Ademi dato anno ab Incarnatione Domini milleſimo quinquageſimo quinto de menſe Octobris, per quod dictus Zacchus dedit eccleſiæ S. Liberatoris caſtrum Oliveti cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, infraſcriptis finibus limitatum, vid. ab*



Digitized by Google

*uno latere viro putrido, alias rivo Burbonis, ab uno latere ubi deſcendit, uſque ad flumen Piſcharia, & incipiendo a ſuperiori parte, & ipſius viri Burbonis in via Salaria, per territorium Cerqueti, per collem Guardia per territorium Mondella, uſque ad flumen Nora ab alio latere, & a flumine ipſo Nora uſque ubi intrat flumen Piſcharia, ab alio latere, & aſcendendo per ipſum flumen Piſcaria, uſque ad dictum rivum Burbonis, intra quos quatuor fines, ſeu latera eſt territorium Silve Regia cum pertinentiis ſuis, ſuper qua pendet praſens queſtio, quod productum fuit olim die duodecima Januarii decima quinta indictionis, milleſimo quadrigenteſimo ſexageſimo ſeptimo per Priorem S. Liberatoris: Viſo quodam alio privilegio, ſeu bulla apoſtolica Honorii Papa dato Laterani nono Kalendas Novembris pontificatus ſui anno primo per quod, ſeu quam confirmat monaſterio S. Liberatoris omnes eccleſias, monaſteria, poſſeſſiones, terras, & caſtra ſigillatim, ſingulis nominando, & inter alia olivetum, & ſub Dei, & apoſtolica ſedis protectione cuncta ponit, & ſuſcipit, praſentato per dictum Priore olim die vigeſima tertia Aprilis prima indictionis &c. Viſo quodam privilegio per noſtram Majeſtatem civitati Theatina conceſſo de terra Piſcharia, & certis aliis caſtris, & locis, propter rebellionem aliquorum Baronum contra noſtram Majeſtatem, & inter alios de terris Jacobi Antonii de Urſinis olim comitis Manupelli, propter grata, & accepta ſervitia, hominum civitatis Theatina; Dato in caſtello novo civitatis Neapolis, die decima ſexta Julii, anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo, regnorum noſtrorum anno tertio; quod praſentatum fuit per Sindicum civitatis Theatina olim die vigeſimo nono Junii decima quinta indictionis milleſimo quadrigenteſimo ſexageſimo ſeptimo, Viſo quodam alio privilegio per noſtram Majeſtatem conceſſo dicta civitatis Theatina, ſeu hominibus illius, per quod mandamus, eoſdem univerſitatem, & homines conſervari debere in poſſeſſione certorum territoriorum, & feudorum inter qua nominantur feudum Oliveti, & feudum Muraglia. Dato in caſtello novo Neapolis, die ultimo menſis Februarii anno a nativitate Domini milleſimo quadrigenteſimo ſexageſimo quinto, quod preſentatum fuit apud acta preſentis cauſa die ultimo Junii decima quinta indictionis milleſimo quadrigenteſimo ſexageſimo ſeptimo: Viſo quodam alio privilegio donationis certi territorii ſiti prope flumen Piſcaria facto per quodam Napolionem de filiis Urſi comitem Manupelli, regni Sicilia Logothetam cuidam notario Nicolao, notari Gualterii de civitate Theatina, dato in caſtro Rocca Montiſplani, die vigeſima ſexta Novembris, prima indictionis, anno a nativitate Domini milleſimo trigenteſimo ſexageſimo ſecundo, quod praſentatum fuit tertio Julii decima quinta inditionis, milleſimo, quadrigenteſimo ſexageſimo ſeptimo &c. Viſis quibuſdam litteris a Majeſtate noſtra impetratis pro parte ipſius univerſitatis per quas mandamus obſervari privilegia eidem univerſitati per noſtram Majeſtatem conceſſa ad unguem, maxime in hac cauſa, qua data fuerunt in caſtro novo civitatis noſtra Neapolis die ſecunda Junii milleſimo quadrigenteſimo ſexageſimo ſeptimo praſentatis per procuratores civitatis Theatina apud acta praſentis cauſa &c. Viſo quodam inſtrumento producto per Priorem S. Liberatoris olim die decimo menſis Maji prima indictionis milleſimo quadrigenteſimo ſexageſimo octavo, in quo inſertum fuit privilegium Zacchi quondam Ademi ſupra conceſſione caſtri Oliveti cum omnibus pertinentiis ſuis, certis finibus deſignatis, in quo etiam inſerta fuit quadam carta magnifici quondam Nicolai Flander de Urſinis Comitis Manupelli, per quam confitetur, ſe indebite occupatum tenuiſſe territorium Silva Rea, quod petita venia reſtituit monaſterio S. Liberatoris, cum hoc quod remittat ſibi fructus per eum receptos, & reſervato ſibi uſufructu tempore vita ſua, & caſu quo eidem Nicolao Flander de Urſinis in eadem Silva, & ejus territorio aliquod jus competeret, ex tunc illud donavit, & donat dicto monaſterio S. Liberatoris, qua carta reſtitutionis data fuit olim anno Domini milleſimo quadrigenteſimo ſexageſimo tertio die ſeptimo Novembris XII. indictionis, vigore cujus carta reſtitutionis venerabilis frater Jacobus Squacquara de Rocca montis Plani Ordinis S. Benedicti Caſſinenſis, procurator poſſeſſionem Territorii Silva Reya cum pertinentiis ſuis poſt mortem dicti Nicolai Flander de Urſinis praſentibus Camerario, & pluribus aliis civibus terra Roſciani, & ſub ipſa capta, ſeu recuperata poſſeſſione coram judice, notario, & teſtibus in numero oportuno, rogavit fieri dictum inſtrumentum publicum olim anno a nativitate Domini milleſimo quadrigenteſimo ſexageſimo quarto, die ſexto menſis Februarii duodecima indictionis apud caſtrum Roſciani: Viſa quadam petitione producta per Fratrem Amicum Priorem S. Liberatoris in effectu continente, quod ex quo procurator partis adverſa nititur infringere donationem Zacchi quondam Ademi, quia in eadem apparet incongruitas grammaticalis ad elidendum hoc dubium; dicit monaſterium S. Liberatoris plures tenere, & poſſidere terras vigore ſimilium donationum, & ideo certa alia talia produxit privilegia incongruitatem grammaticalem continentia, qua regiſtrata ſunt apud acta ipſius cauſa &c. Idcirco Jeſu Chriſti, ejuſque glorioſa matris virginis Maria nominibus invocatis ſacroſanctis evangeliis coram nobis poſitis, & reverenter inſpectis ut de vultu Dei recta judicia prodeant, & oculi judicantium reſpiciant veritatem; declaramus & pronunciamus monaſterium, & conventum eccleſia S. Liberatoris Ordinis ſancti Benedicti Caſſinenſis, ejuſque Priorem, ac notarium Matthaum de Silveſtro Yconomum, & procuratorem ejuſdem monaſterii, & pro eo reintegrandos, & reponendos, reintegrarique, & reponi debere in, & ad tenutam, & poſſeſſionem Silva Reija cum pertinentiis ſuis apud acta deductis, & limitatis, in qua erant tempore dicti commiſſi Spolii, eoſdemque propterea univerſitatem, & homines, ſindicum, & procuratorem dictę civitatis Theatinę ad relaxandum, & reſtituendum tenutam, & poſſeſſionem ejuſdem Silva cum fructibus medio tempore perceptis, & expenſis adie dicti ſuſpenſi petitoris citra, jure proprietatis ſuſpenſę reſervato, propterea condemnantes. Quarum expenſarum taxationem noſtro ſacro conſilio impoſterum reſervamus; hanc noſtram ſententiam in his ſcriptis propterea proferentes. Lata, & promulga-*



Digitized by Google

*mulgata fuit preſens ſententia ſub noſtro nomine, in noſtro ſacro conſilio, & in eodem lata, ac pronunciata per fidelem noſtrum Marinum Ruta ſcribam dicti noſtri ſacri conſilii præſentibus dictis procuratoribus ambarum partium, ac præſentibus etiam reverendiſſimo, ac illuſtriſſimo D. Johanne de Aragonia noſtro filio, & locumtenenti generali, apoſtolicæ ſedis protonotario Commendatario &c. R. in Chriſto Patre F. epiſcopo Andrienſi, Luca de Tozzulis Viceprothonotario, Valentino Claver Vicecancellario, & Andrea de Doctoribus de Bononia U. J. Doctoribus Conſiliariis noſtris, nec non Nicolao Antonio Aurilia, Antonio Aurilia legum doctoribus, & pluribus aliis in numero copioſo: Neapoli, in palatio Montis Virginis, die vigeſimo ſeptimo menſis Junii, prima indictionis, anno a nativitate Domini milleſimo quadrigenteſimo ſexageſimo octavo: qua quidem ſupplicatione tamquam juſta, & rationi conſona admiſſa benigne conſiderantes, quod parum prodeſſet ſententiam ferri, & decreta interponi niſi ipſorum exequtio ſequeretur, conſiderantes etiam quod per dictum Fratrem Amicum Priorem, qui ſupra, idonea præſtita extitit cautio de reſtituendo ea in quibus fiet executio caſu quo ſententia ipſa contingeret revideri. Vobis, de cujus fide, prudentia, & ſollicitudine ab experto confidimus, dicimus, præcipimus, committimus, & mandamus de certa noſtra ſcientia, & expreſſe noſtri ſacri conſilii deliberatione matura præunte, ſub incurſu noſtræ indignationis, & ira, quatenus receptis preſentibus ad omnem requiſitionem dicti Fratris Amici Prioris ſancti Liberatoris, ſeu alterius monaſterii, ſententiam præinſertam, & ſingula contenta in ea, juxta ejus ſeriem, & continentiam pleniorem exequamini, ac vos perſonaliter conferatis, & conferre debeatis ad dictum territorium Silva Regia, ipſumque Priorem, ſeu Yconomum, & procuratorem ejuſdem monaſterii ſancti Liberatoris, nomine ejuſdem monaſterii, Conventus, inducatis, & inducere debeatis in poſſeſſionem, & tenutam vacuam, liberam, & expeditam ejuſdem territorii Silva Regia, cum juribus, & pertinentiis ſuis, & fructibus medio tempore perceptis ex dicto territorio uſque in diem reſtituta, ſeu reſtituenda poſſeſſionis ejuſdem territorii dicto Priori, ſeu Yconomo, & procuratori, nomine ejuſdem monaſterii, faciendo eidem monaſterio, ex nunc in antea reſponderi de fructibus, redditibus, & proventibus territorii dicta Silva Regia cum pertinentiis ſuis, providenda ſi opus fuerit quod dicti univerſitas, & homines civitatis Teatinæ, vel ſubditi ejuſdem, ſeu etiam quicumque alii ex nunc in antea dictum monaſterium, Priorem, & Conventum contra formam dictæ ſententiæ non turbent, aut moleſtent, ſed pacifice, & quiete poſſidere ſinant, & permittant, ipſoſque Priorem, Conventum & monaſterium ac eorum Yconomum, & procuratorem in poſſeſſione ipſa manuteneatis protegatis, & defendatis viriliter contra cunctos. Mandantes per has eaſdem univerſis, & ſingulis officialibus, & ſubditis noſtris majoribus, & minoribus, & ſignanter magiſtro Juſtitiario, Viceregi, Juſtitiariis, Capitaneis. & aliis officialibus in provincia Aprutii conſtitutis, ad quos ſpectet, præſenteſque preſentari contigerit præſentibus, & futuris, quatenus ad omnem veſtri, & dictorum Prioris Yconomi, & procuratoris ſancti Liberatoris vobis, & eis aſſiſtant, ope, opere, conſiliis, auxiliis, & favoribus opportunis, cauti de ſecus agendo, aut prædicta differendo, quanto gratiam noſtram caram habetis, & habent, ac præter iram, & indignationem noſtram, pœnam unciarum mille, & aliam graviorem noſtro arbitrio reſervatam cupitis, & cupiunt non ſubire, has noſtras litteras mediocri noſtro ſigillo impendenti munitas vobis, & eis propterea dirigentes, quas poſt oportunam earum inſpectionem reſtitui volumus vicibus ſingulis præſentanti. Datum Neapoli in noſtro caſtello novo per magnificum U. J. D. Viceprotonotarium Lucam Tozzulum Romanum Locumtenentem, Fundorum Comitis, hujus regni noſtri Siciliæ Logothetæ, & prothonotarii Collateralis Conſiliari fidelis, nobis plurimum dilecti. Die octavo menſis Julii primæ indictionis, Anno a nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo octavo, regnorum noſtrorum hujus Siciliæ citra Farum regni anno undecimo, Rex Ferdinandus, Petrus Garlon, vid. Dominus Rex mandavit mihi Antonello de Petrutiis, Solvit tt. 12. vid. Valentinus Vice Cancellarius Comſ. Regiſtrata in Cancellaria penes Cancellarium, regiſtro Juſtitię decimo quinto, Hieronimus per unde dictus magnificus Domnus Comſ. viſa lecta, & intellecta dicti ſua commiſſione cum intercluſa ſententia, ubi ſibi committitur exequtio ſententię ſupradictę, volens regiis obedire mandatis, & evitare penam, ut dixit in dicta ſua commiſſione contenta, incontinente facta ſibi prius requiſitione, & inſtantia per prędictos Priorem, & Yconomum Dominum Marium, incontinenti cepit iter ſimul cum nobis, judice, notario, & teſtibus, & cum prędicto Domino Mario Yconomo ſupradicto ad ponendum, & reintegrandum eundem procuratorio nomine, & pro parte dicti monaſterii ſancti Liberatoris, & Prioris prędicti in poſſeſſionem, & tenutam dictę Silvę Reyę in omnibus pertinentiis &c.*

Monaſterium tamen Sancti Liberatoris ejuſdem Commiſſarii, regiique Conſiliarii authoritate poſſeſſionem cepit caſtri Villæ Oliveti, omneſque Silvereæ, quæ duo finibus includebantur in ſententia deſcriptis. Imo injunctum ab eodem fuit colonis omnibus, & ſcaphario, ut monaſterio in poſterum redderent fructus, ejuſque dominium agnoſcerent, uti fuſius habetur in inſtrumento per Alexium Brigante a Vallerotunda notarium imperialem rogato. In hac ſententia & donatio Zacconis, & bulla Honorii III. approbantur. Imo cum Ferdinandus rex villam Oliveti una cum ſilva Rea civitati Theatinæ dono dediſſet, quod Jacobi Antonii Urſini Manupellæ Comitis eſſe crederet, legitimis tamen hiſce titulis oſtenſis a cœnobio Sancti Liberatoris, ſententia in ejus favorem eſt lata. Præterea hujuſce ſententiæ executor licet advocatus fiſcalis eſſet, haud aliquid in illa eſt cauſatus, aut contra Zacconis donationem, aut contra

alia monumenta a cœnobio S.Liberatoris exhibita.

Privilegiũ Ferdinandi I. Regis, Caſſinenſibus conceſſum.

Ex originali in Archivo.

Eodem anno 1468. Ferdinandus rex privilegia quædam cœnobio Caſſinenſi ejuſdem ſubditis ac Johanna I. Ladislao rege, & Johanna II. conceſſa confirmavit hoc diplomate. *Ferdinandus Dei gratia rex Siciliæ, Hieruſalem, & Ungariæ: univerſis, & ſingulis præſentes noſtras confirmationis literas inſpecturis, tam preſentibus, quam futuris. Quæ per noſtros prædeceſſores in eccleſiarum præcipue, & locorum religioſorum prærogativa indulta ſunt, gratia liberalitate amplectentes quo firmitatis ſuæ roborentur noſtro ſæpe validationis munimine confirmamus; Sane noviter pro parte ſacri monaſterii Caſſinenſis, ac Monachorum, & Conventus dicti monaſterii, nec non univerſitatum, & hominum terrarum, locorum, & caſtrorum monaſterii ejuſdem noſtrorum fidelium dilectorum, fuit majeſtati noſtræ reverenter expoſitum, qualiter per inclitos Divos prædeceſſores noſtros conceſſa, & indulta fuerunt nonnulla gratiæ, immunitates, franchitiæ, libertates, utilitates ad beneficium monaſterii prædicti, & præfatorum ſuorum vaſſallorum concernentes, & per claræ memoriæ D. reginam Johannam ſecundam confirmata, prout in quodam privilegio ipſius D. reginæ Johannæ ſecundæ cum inſerto tenore privilegiorum præfatorum regum, & reginalium prædeceſſorũ noſtrorum originaliter in noſtra curia producto, & præſentato, viſo, & lecto, ſuo pendenti ſigillo munito, hæc, & alia latius continentur. Cujus quidem privilegii tenor, quem pro majori cautela præſentibus particulariter inſeri juſſimus, & tenoris, & continentiæ ſubſequentis. Johanna ſecunda Dei gratia Hieruſalem, Ungariæ, Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galitiæ, Lodomeriæ, Bulgariæque regina, Provinciæ, & Forcalquerii, ac Pedemontis Comitiſſa, univerſis, & ſingulis præſentes literas inſpecturis, tam præſentibus, quam futuris. Licet adjectione plenitudo non egeat, nec firmitatem exigat quod eſt firmum, confirmatur tamen interdum quod robur obtinet non quod neceſſitas id expoſcat, ſed ut confirmantis ſincera benignitas clareat, & rei geſtæ cautelæ robus abundantioris accedat. Sane pro parte R. in Chriſto patris Petri* (legendum Pyrrhi) *Tomacelli de Neapoli Abbatis ſacri monaſterii Caſſinenſis conſiliarii, ac monachorum, & Conventus dicti monaſterii, nec non univerſitatum, & hominum, terrarum, locorum, & caſtrorum monaſterii ejuſdem noſtrorum fidelium dilectorum majeſtati noſtræ fuit reverenter expoſitum, quod recolendæ memoriæ Sereniſſima principiſſa D. regina Johanna prima gerens ad dictum monaſterium ſpecialis devotionis affectum ad quamlibet ipſorum officialium præſumptionem indebitam amputandam eiſdem Abbati, monaſterio, & Conventui, ac univerſitatibus, & hominibus dictarum terrarum Abbatiæ Caſſinenſis nonnullas conceſſiones, & gratias fecit, & gratioſe conceſſit, quas quidem gratias claræ memoriæ Sereniſſimus princeps, & D. Ladislaus, dictorum regnorum rex inclitus germanus frater noſter una cum nonnullis aliis conceſſionibus, & gratiis per illuſtres prædeceſſores noſtros Siciliæ reges dictis exponentibus indultis, & gratioſe conceſſis, de ſpeciali gratia confirmavit, prout in literis, ſeu privilegiis dicti D. regis fratris noſtri cum inſertis tenoribus dictorum privilegiorum, præfatæ D. reginæ Johannæ primæ exinde confectis, magno pendenti ſigillo munitis, & in noſtra curia originaliter preſentatis, viſis, & lectis, hæc, & alia latius continentur. Quorum quidem privilegiorum tenor, quem pro majori cautela preſentibus particulariter inſeri juſſimus, & apponi, eſt continentiæ ſubſequentis; Ladislaus Dei gratia Ungariæ, Jeruſalem, Siciliæ &c. Rex &c.*

Hæc Ladislai, & Johannæ II. Privilegia an. 1420. retulimus quemadmodum illud Johannæ I. an. 1368. Proſequitur deinde Ferdinandus. *Subjuncto per ſupplicantes eoſdem, ut præinſertum privilegium præfatæ D. reginæ Joannæ ſecundæ, nec non omnes ſingulas donationes, conceſſiones, & immunitates, exemptiones, franchitias, libertates, litteraſque alias, privilegia, indulta, & inſtrumenta, cedulas, mandata, & cautelas præfato monaſterio, & prefatis terris, caſtris, & locis ſuis conceſſas, & conceſſa eidem monaſterio, monachis, & Conventui, ac hominibus, & vaſſallis in eiſdem commorantibus in dicto regno noſtro Siciliæ confirmare, & de novo etiam concedere benignius dignaremur. Nos vero predaceſſorum noſtrorum geſtis laude dignis, gratis animi noſtri effectibus inhærentes, contemplatione, & votiva devotione quam gerimus ſupradicto monaſterio Monachis, & Conventui oratoribus noſtris, grata quoque grandia, utilia, fructuoſa, & accepta ſervitia per dictum monaſterium, Monachos, & Conventum, ac ſupradictas terras, caſtra, & loca, & vaſſallos ſuos in genere, & in ſpecie in oportuno, & acceptabili tempore præſtita, & impenſa, qui pro fidelitate noſtra ſervanda variis periculis, & diſpendiis ſe promptos exhibuerunt, & exhibere de bono in melius liberali animo ſe diſponunt, ipſorumque ſupplicationibus benigne inclinati, eiſdem monaſterio, Monachis, & Conventui, univerſitatibus, & hominibus omnium, & ſingularum terrarum, caſtrorum, & locorum ejuſdem monaſterii ubicumque ſitorum, & poſitorum in dicto regno noſtro Siciliæ præfatas conceſſiones, immunitates, donationes, exemptiones, franchitias, libertates, literas, privilegia, indulta, inſtrumenta, cedulas, mandata, & cautelas alias quaſcumque monaſterii, & conventus prædicti per ſupradictos retro prinsipes prædeceſſores noſtros conceſſas, & conceſſa, ad commodum utilitatem, & beneficium dicti monaſterii, & præfatorum vaſſallorum ſuorum concernentes juxta tenorem dicti privilegii prædictæ D. reginæ Johannæ ſecundæ, & aliorum privilegiorum ſupradictorum regum, & reginarum prædeceſſorum noſtrorum in eodem privilegio intercluſorum, & ſuprainſertorum, quæ licet per ſe valida ſint, & firma, ad majoris tamen cautelæ exuberantiam, quæ in cunctis prodeſſe, & non officere conſuevit, eo modo, & forma, quibus melius uſi ſunt, & eatenus, quatenus in poſſeſſione perſiſtunt; tenore præſentium de certa noſtra ſcientia deliberate, & conſulto, ac gratia ſpeciali confirmamus, ratificamus, acceptamus, & approbamus, noſtraque confirmationis, ratificationis, & approbationis munimine roboramus, legibus, juribus, regnique capitulis, conſtitutionibus, edictis, reſcriptis, ritibus moribus privilegiis, litteris, cedulis, & mandatis præſentibus forte contrariis, quibus in quantum præſentibus refragantur totaliter derogamus, non obſtantibus quoquomodo. Illuſtriſſimo propterea, & cariſſimo filio noſtro Alphonſo de Aragonia Duci Calabriæ, primogenito, & locumtenenti noſtro generali intentum noſtrum declaramus:*

*Magi-*

Digitized by Google

*Magiſtro quoque Juſtitiario regni noſtri Siciliæ, ejuſque locumtenenti, judicibus magnæ noſtræ curiæ Vicariæ, nec non Vicemgerentibus, Juſtitiariis, Capitaneis, Commiſſariis, cæteriſque officialibus majoribus, & minoribus, quocumque nomine nuncupatis, ac officio, & juriſdictione fungentibus, eorumque loca tenentibus, ad quos ſpectat, & ſpectabit, ubilibet in toto hoc regno noſtro Siciliæ, & ſignanter in provincia Terræ laboris, & Comitatu Moliſii, & terris dictæ Abbatiæ conſtitutis, præſentibus, & futuris, damus earundem tenorem præſentium de dicta certa noſtra ſcientia expreſſius in mandatis, quatenus forma præfatarum reginalium, & regiorum, ac præſentium noſtrarum litterarum per eos diligenter attenta, illam ipſi, & cuilibet eorum officiorum ſuorum temporibus ejuſdem monaſterio, monachis, & Conventui Caſſinenſi, nec non univerſitatibus, & hominibus præfatarum terrarum, caſtrorum, & locorum ejuſdem monaſterii, ubicumque in præfato regno noſtro Siciliæ ſitorum, & poſitorum juxta ipſarum ſeriem, & tenorem obſervent, & inviolabiliter ab aliis faciant tenaciter, & effectualiter obſervari, nec contrarium faciant, ſicuti dictus filius noſter nobis obedire cupit, ceteri vero officiales noſtri gratiam noſtram caram habent, & indignationem, ac penam ducatorum mille, pro quolibet contrafaciente, cupiunt evitare; In cujus rei teſtimonium preſentes litteras exinde fieri, & magno Majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Datum in caſtro novo Neapolis, per magnificum, & dilectum Conſiliarium noſtrum Lucam Tozzulum Romanum militem, & V.J. doctorem, locumtenentem ſpectabilis, & magnifici viri Honorati de Aragonia, & Cajetani Fundorum Comitis Logothetæ, & protonotarii hujus noſtri regni Siciliæ Collateralis Conſiliarii, & fidelis noſtri plurimum dilecti. Die 12. menſis Aprilis primæ indictionis, anno Domini milleſimo, quadrigenteſimo ſexageſimo octavo, regnorum noſtrorum anno undecimo. Rex Ferdinandus: Petrus Garlon: Solvat tarenos duodecim. Et D. Rex mandavit mihi Antonello de Petrutiis Not. C.T. Vaſſallus pro M. Camerario. Reddant ſalt. Regiſtrata in Cancellaria penes Cancellarium in regiſtro privilegiorum XXV.* Locus ✠ Sigilli pendentis &c. ceræ rubre.

Regeſtum 2. Pauli II. Romani Pontificis, & Abbatis Caſſinenſis.

Cum an. 1471. die 25., aut 26. Julii Paulus II. Romanus Pontifex, atque Abbas Caſſinenſis obiiſſet, ſuffectus illis eſt Johannes Aragonius Ferdinandi regis filius. Extat in archivo noſtro regeſtum ſecundum Pauli Pontificis hac epigraphe: *Quaternus factus, & ordinatus per me notarium Antonium Toppettam de S. Germano theſaurarium Caſſinenſem conſtitutum, ordinatum, & factum R. D. D. Nicolaum de Lucca Dei, & apoſtolicæ ſedis gratia epiſcopum Mutinenſem, apoſtolicum Gubernatorem Abbatiæ ſacri monaſterii Caſſinenſis, ordinis S. Benedicti, nullius diœceſis, ſed immediate ſubiectæ dictæ apoſtolicæ ſedi, in quo quidem continetur introitus, redditus, & proventus totius dictæ Abbatiæ, & dicti ſacri monaſterii, & ſimiliter exitus factus per me prædictum Notarium Antonium theſaurarium prædictum de pecuniis perventis ad manus meas, & illis depoſatis de die in diem egregio, ac generoſo viro Petro de Lucca Depoſitario Caſſinenſi deputato per eundem Reverendiſſimum D. ut ſupra, ſub anno Domini 1466., Pontificatus SS. in Chriſto Patris, & D. noſtri D. Pauli divina providentia Papæ ſecundi, anno ejus ſecundo, de menſe Junii, die vero ejuſdem 29. XIV. inditionis.* Continet etiam hoc regeſtum ſubſequentes annos ad menſem Auguſti 1470. Inter alia vero pecuniæ nomina ſingulis memoratis annis exacta, extant hæc ab omnibus Abbatiæ Caſſinenſis oppidis ſoluta pro prandio, & a locatoribus pro vectigalibus plateæ, & pro rectoriis; extant etiam nummi ab oppidis Pediſmontis, & Villæ pro operibus manuum, bovumque ſoluti & a compluribus pro disfida animantium pro pœnis ex delicto exacti, pro tertiaria, pro qua potiſſimum nomina rationis argentariæ leguntur pag. 9. a t. 10. 15. 18. a t. 23. à t. 24., 24. a t. 52. 52. a t. 53. 56. a t. 59. 59. a t. 61. 64. 74. 88. a t. &c. tandem pag. 14. & 92. adnotatur nomen pecuniæ a Gervaſio Spinello pro S. Petro de Foreſta ſolutæ, & pro decimis deſtructi oppidi S. Stephani &c.

Magiſter maſſarius in oppido Pediſmontis &c.

Joannes Abbas plures ditionis Caſſinenſis Gubernatores conſtituit, ut ex adducendis ſcripturis patebit. Ex his unum magiſter maſſarius hoc anno 1471. in oppidis Pediſmontis, Villæ, & diruto Plumbariolæ electus eſt Benedictus Rubeus, ut hiſce litteris patet, quæ in primo regeſto Johannis Aragonii p. 1. leguntur. *Ludovicus de Borſiis de Neapoli V.J. D. in ſpiritualibus, & temporalibus reverendiſſimi, & illuſtriſſimi D. D. Johannis de Aragonia ſacri monaſterii Caſſinenſis perpetui commendatarii Gubernator Caſſinenſis generalis, Univerſis, & ſingulis præſentes inſpecturis ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Nobili viro Benedicto Roſſo de S. Germano nobis cariſſimo. Confiſi de fide, prudentia, ſollicitudine, & prudentia tuis, te ipſum propterea Benedictum omnibus melioribus modo, jure, & forma, quibus melius poſſumus, & debemus dicti illuſtriſſimi Domini, & noſtri magiſtrum Maſſarium facimus, conſtituimus, & in Domino deputamus in caſtro Pedimontis, ejus territorio, & diſtrictu, & caſtrum diruti Plumarolæ, cum facultate, & poteſtate ampla &c. Mandantes omnibus, & ſingulis hominibus, & perſonis dictorum locorum, & in eis laborantibus, & cultivantibus, ad penam noſtro arbitrio reſervatam, quatenus de his omnibus tibi, tamquam vero, & legittimo, ac canonico noſtro magiſtro maſſario reſpondeant, faveant, pareant, & obediant, teque favoribus debitis, & oportunis proſequantur, juramentum de hujuſmodi officio, ad ſtatum, honorem, & fidelitatem dicti Rmi D. & dicti ejus monaſterii fideliter, & legaliter exercendo. In quorum fidem has fieri fecimus, & noſtri ſigilli impreſſione muniri ad dicti rmi D. & noſtri beneplacitum dumtaxat valituras. Datum in S. Germano 20. Octobris 5. indictionis 1471. A. de Marſelliis.* Haſce, aliaſque patentes litteras adducimus quo perpetuum cœnobii noſtri in oppidis Plumbariolæ, Pediſmontis, Villæ, & aliorum oppidorum dominium conſtet, cum potiſſimum mulcta oppidanis imponatur, ſi non obediant.

Rector oppidi Pôtiſcurvi creatur.

Hoc eodem anno Rector oppidi Pontiſcurvi conſtitutus eſt Jacobus Citroli Sangermanenſis hiſce literis, quæ in regeſto I. Johannis Aragonii pag. 2. extant. *Beſſario Abbas Sancti Severini Neapolitani, & Ludovicus de Borſis de Neapoli V.J. doctores, reverendiſſimi, & illuſtriſ-*

*ſimi D. D. Johannis de Aragonia ſereniſſimi D. Regis filii, monaſteriorum montis Virginis, Cavenſis, & ſacri monaſterii Caſſinenſis perpetui commendatarii in ſpiritualibus, & temporalibus Gubernatores generales; nobili viro Jacobo de Citrolis de S. Germano nobis cariſſimo ſalutem. Quia officii, & rectoria terra Pontiſcurvi, regimini, & adminiſtrationi perſonaliter intereſſe non valentes. Confiſi de fide prudentia, ſollicitudine, & integritate tuis, te propterea Jacobum de Citriolis . . . . . . . . in dicta terra Pontiſcurvi, ejuſque diſtrictu, & pertinentiis dicti illuſtriſſimi D. & noſtri rectorem, omnibus melioribus via, modo, & forma, quibus melius poſſumus, & debemus, facimus, & conſtituimus &c. cum poteſtate, & libera facultate, mandata pœnalia, & citationes committendi, ac bandimenta emanandi, ſub pœnis &c. ſolitis, & conſuetis, rebelleſque, & inobedientes condemnandi, puniendi, & caſtigandi, incarcerandi, & contra ipſos in bonis, & in perſona retinendi ſecundum exceſſuum demerita, bancum juris hora ſolita, & conſueta retinendi, unicuique juſtitiam poſtulanti illam adminiſtrandi, abſolvendi, & componendi, prout tibi melius videbitur expedire, & generaliter omnia, & ſingula faciendi, gerendi, & adminiſtrandi, quæ ad dicti rectoriatus officium, tam de jure, quam de conſuetudine ſpectant & pertinent &c. mandantes propterea, . . . . . . . . & officialibus, ac hominibus, & perſonis dicta terra Pontiſcurvi ad pœnam dicti rmi D. Commendatarii arbitrio reſervatam, & noſtro quatenus inſpectantibus, & pertinentibus dicta rectoria officio te in rectorem recipiant, & admittant, ac favoribus debitis, & opportunis proſequantur. Tibi dictum rectoriatus officium cum omnibus ejus emolumentis, prærogativis, ac honoribus, & oneribus ſolitis, & conſuetis, propterea in Domino concedentes &c. In quorum fidem has tibi fieri fecimus noſtrorum ſigillorum impreſſione muniri ad dicti illuſtriſſimi D. & noſtri beneplacitum dumtaxat valituras. Data in civitate Sancti Germani, die 18. Octobris 1471. &c.*

Caſtellanus in oppido Bandræ.

Caſtellanus etiam, & magiſter Maſſarius in oppido Bandræ electus eſt Antonius Sadò de Cervario hiſce literis ex cit. regeſto pag. 2. a tergo. *Ludovicus &c. diſcreto viro Antonio Sadò de Cerbario nobis dilecto ſalutem &c. te ad dicti illuſtriſſimi Domini, & noſtri beneplacitum &c. magiſtrum maſſarium, & Caſtellanum caſtri Bandra, facimus, conſtituimus &c. Ita te ſolerter in dicto officio, & caſtellania taliter gerendo, quod nobis merito valeas commendari. Idemque officium, & caſtellaniam, cum emolumentis, prærogativis, ac honoribus, & oneribus ſolitis harum ſerie tibi concedentes, juranti illud, & illa ad ſtatum, honorem, & fidem dicti illuſtriſſimi Domini, & ejus monaſterii exercere &c. Mandantes inſuper hominibus, & perſonis quibuſcumque dicti caſtri, & aliis coltivatoribus in territorio prædicto, quod de his omnibus fructibus, redditibus &c. reſpondeant, pareant, faveant, & obediant tamquam noſtro vero, & legitimo Caſtellano, & magiſtro Maſſario, teque aliis favoribus, & auxiliis debitis, & oportunis firmiter proſequantur. In quorum fidem has tibi fieri fecimus, & noſtri ſigilli impreſſione muniri. Datum in Sancto Germano die 21. Octobris quinta indictionis 1471.*

Ex Ca- taneus oppido Petri d Avella

Alexander Raſolus de S. Georgio conſtitutus eſt Capitaneus quoad civilem, criminalemque juriſdictionem in oppido S. Petri de Avellana, ejuſque vicis, ut hiſce litteris ex cit. regeſto pag. 30. conſtat: *Ludovicus de Borſis de Neapoli V. J. D. in ſpiritualibus, & temporalibus illuſtriſſimi, & reverendiſſimi D. D. Johannis de Aragonia Sereniſſimi regis filii, ejuſque locumtenentis generalis, apoſtolica ſedis protonotarii, monaſteriorum montis Virginis, Cavenſis, & Caſſinenſis &c. Vicarius, & auditor generalis, ac Gubernator Caſſinenſis, confiſi de ſollicitudine, prudentia, & induſtria ſtrenui viri Alexandri Raſuli de S. Georgio; Ipſum propterea Alexandum &c. Capitaneum, & Officialem in civilibus, & criminalibus in caſtro S. Petri de Avellana, ejuſque caſalibus, & diſtrictis facimus, conſtituimus, & in Domino deputamus, authoritate nobis a præfato reverendiſs. D. Commendatario conceſſa, cum facultate, & poteſtate bancum juris horis ſolitis, & conſuetis regendi, & detinendi, cauſas civiles, & criminales audiendi, juſtitiamque omnibus poſtulantibus æqua lance faciendi adminiſtrandi, inobedientes, & rebelles condemnandi, puniendi, caſtigandi, & ſi opus erit de perſona incarcerandi, mandataque pœnalia contra ipſos emanandi, & emanata exequendi, & quibuſcumque tam in perſona, quam in bonis, ſecundum exceſſuum eorundem demerita, & prout Juris ordo poſtulabit, & requiret, componendique, & ad compoſitiones juſtas admittendi, & recipiendi, abſolvendi, & liberandi oretenus, & inſontes, & prout tibi melius videbitur expedire, tenimenta, & territorium ipſius perquirendi, & defendendi, & in eodem cum animalibus ſine fida intrantes capiendi, compellendi, ad fida, & diffida ſolutionem, & generaliter omnia, & ſingula faciendi, gerendi, & adminiſtrandi, quæ actenus alteri officiales, & Capitanei ibidem pro tempore exiſtentes, facere, gerere, & adminiſtrare ſoliti ſunt, & conſueverunt, tam de jure, quam de conſuetudine hujuſmodique officium cum emolumentis ſolitis, honoribus, & oneribus conſuetis; tibi propterea concedentes, mandanteſque omnibus, & ſingulis Camerarii hominibus, & officialibus dicti S. Petri, quatenus pecunias, quas Capitaneo communitatis Camerarii ſolvere ſtatuerunt tibi tamquam Capitaneo dicti rmi D. D. Johannis de Aragonia prædicti exſolvere annuatim debita ſine dubio, & exceptione procurent, ac tibi tamquam vero Capitaneo, & Officiali, pareant, faveant, obediant, & intendant ope, opere, & auxiliis debitis, & oportunis ad pœnam, & ſub pœna ducatorum mille dicto Rmo Domino, Curia ejuſque in caſu contraventionis applicanda, & a quolibet contrafaciente irremiſſibiliter exigenda, juranti de hujuſmodi officium ad fidem, ſtatum, honorem dicti reverendiſſimi Domini, & ejus monaſterii fideliter exercendo, promittenteſque quidquid per te actum, factumve fuerit pro utilitate monaſterii firmum & ratum perpetuo habituri; In quorum fidem has tibi fieri fecimus & noſtri ſigilli impreſſione muniri ad beneplacitum præfati reverendiſſimi, & illuſtriſſimi D. Commendatarii, & noſtrum dumtaxat valituras. Datum in S. Germano 23. Octobris quinta inditionis 1471. decernentes beneplacitum ſupradictum couſque duraturum,*

*turum, quouſque illud duxerimus revocandum, & non ultra. Datum ut ſupra.*

Caſtellanus in oppido S. Angeli.

Caſtellanus, & magiſter Maſſarius oppidi Sancti Angeli conſtitutus eſt Petrus de notario Meulo, ut hiſce litteris ex cit. regeſto pag. 24. conſtat. *Ludovicus de Borſis de Neapoli V. J. D. &c. Confiſi de fide, prudentia, & ſollicitudine Petri notarii Meuli de ſancto Angelo in Theodicio te prædictum propterea Petrum &c. Caſtellanum, & magiſtrum Maſſarium dicti illuſtriſſimi Domini, & noſtrum authoritate nobis a prefato illuſtriſſimo D. Commendatario conceſſa, facimus &c., & in Dño deputamus, cum hoc, quod habitare habeas, & Domicilium cum omni tua familia facias in dicto caſtello S. Angeli dies, noctesque &c. ipſum Caſtellum ſemper ad ſtatum, & fidelitatem dicti illuſtriſſimi Dñi conſervare, & officium magiſtri Maſſariatus de fideliter, & legaliter ad ſtatum & fidelitatem prædictam ſemper exercendo.*

Magiſter Maſſarius in oppido Vallis rotundæ &c.

Magiſter etiam Maſſarius in oppidis Vallis rotundæ Cardeti Aquæ fundatæ Sarraciniſci, & Vitecuſii conſtituitur Angelus Revele de Cerbario uti ex literis ex cit. regeſto p. 18.

Capitaneus Collis S. Magni.

Capitaneus, & caſtellanus in oppido S. Magni conſtitutus eſt Andreas Ciolfus Sangermanenſis hiſce litteris in cit. regeſto p. 10. exaratis. *Ludovicus de Borſis de Napoli V. J. D. &c. Diſcreto, & provido Viro Andrea Ciolſi de S. Germano Capitaneo, & caſtellano noſtro Collis S. Manni ſalutem. Confiſi de fide, prudentia, cura, & ſollicitudine tuis, te ipſum Andream de Ciolfis in dicto Colle S. Manni, & ejus Territorio ad noſtrum, imo ad dicti rñi Domini beneplacitum officialem Capitaneum, & caſtellanum omnibus melioribus via, jure, modo, & forma, quibus melius poſſumus, & debemus, facimus, & conſtituimus, & in Domino deputamus, cum poteſtate, & facultate caſtellum, & turrim dicti caſtri cuſtodiendi, gubernandi, & manutenendi, & generaliter omnia, & ſingula faciendi, gerendi, & adminiſtrandi, quæ alii caſtellani, & capitanei & officiales pro tempore ibidem exiſtentes facere ſoliti ſunt, & conſueverunt dictum officium caſtellanatus, & capitaneatus, cum omnibus, & ſingulis honoribus, & oneribus ſolitis, & conſuetis tibi authoritate nobis a prædicto D. Commendatario conceſſa propterea concedentes juranti ipſum fideliter ad ſtatum, honorem, & fidelitatem dicti reverendiſſimi D. & ejus monaſterii exercendi &c. Datum in S. Germano 23. Octobris quinta indictionis 1471.*

Literæ Johannis Abbatis pro reſtitutione Caſalis S. Joannis de Scurzone.

Anno 1473. Johannes Abbas haſce literas pro recuperando caſali S. Johannis de Scorſone dedit, quod an obtinuerit, incompertum. Foris: *Nobilibus, & egregiis viris Communitati, & conſilio univerſitatis terræ Campli Regiis paternis fidelibus, & nobis dilectis.* Intus vero: *Johannes de Aragonia locumtenens generalis, &c. Nobiles, & egregii viri Regii paterni fideles, & nobis dilecti: Siamo informati da li noſtri Facturi di monte Caſino, & coſsì per autentiche ſcritture de quillo ſacro monaſterio pare lo Caſale de S. Joanni de ſcorſone nomine lo Venale eſſero del dicto monaſterio noſtro di monte Caſino, & quillo al preſente teniti vui, & perche vui ſapiti como nui ſiamo obbligati a la reintegration de la eccleſia noſtra. Confidandone in la voſtra bonità, ve dicimo, & exortamo a la reſtitutione del dicto caſale al monaſterio ſupradicto, per exoneratione de voſtre conſcientie, che ultra che lo debito lo richiede, ne haveroti merito da San Benedicto, & ad nui ne fariti ſervicio. Datum in palatio noſtro Montis Virginis Neapol. die 23. Aprelis 1473. Joannes S. G. de Fliſco. &c.*

Ex originali in Archivo.

Lis inter clerum, & oppidanos Citrarii compoſita.

Oborta an. 1475. lite inter univerſitatem ex una, & clerum oppidi Citrarii ex alia, quoad vectigalia eam hiſce literis compeſcuit compoſuitque Johannes Abbas, ut ex ejus cit. regeſto p. 64, & 67. *Joannes de Aragonia &c. Magnifici, & nobiles viri fideles noſtri dilecti. Ne ricordamo per un' altra in li dì paſſati vi havimo ſcritto, che noſtra intentione era, che coteſto Clero dell' univerſità del Cetraro non foſſe in coſa alcuna gravato per cauſe delli nuovi dazii, e pagamenti impoſti per queſta univerſità con noſtra volontà, e perche moſtra lo Clero sì grave le volite imponere, che paghi del beſtiame, & ogn' altra coſa ſecondo li capitoli 50. fatti tra vui, vi dicemo, e per la preſente vi commandamo, qualmente noſtra intenzione è, ſecondo è de juſtitia, & detto Clero remagna in loro libertà eccleſiaſtica, e immunità come ſon ſtate ſolite per lo paſſato, e non ſiano gravati in coſa alcuna di detti dazii, e per non dar materia a detto clero fare mercanzia, & induſtria, oltre il debito della ragione, e facendo l' oppoſito non ſiano frandati voſtri dazii, o gabelle: volemo, che detto clero, ò chi ſi veglia di loro in particolare, remota fraude, poſſano tenere per loro uſo de buoi par uno per coltivatione de loro terreni, tanto Patrimoniali, quanto eccleſiaſtici, e ſe la facoltà d' alcuni di loro eccleſiaſtica, & patrimoniale lo ricercaſſe ſimilmente poſſano tenere più ſomma di bacche cinque per uno, e cinque ſcrofe per loro uſo, ò cinque porci, & ogn' altro animale ſino alla detta ſomma. De jumenti, de cavalli, aſini, ò muli ne poſſano tenere per lor' uſo uno per uno, eligendo tenere quello lì parerà di dette beſtie, e ſe voleno pigliano buon appuntamento tra vui, e detto clericato, che li dazii, e gabelle voſtre non ſiano fraudate, e lo clero non ſia gravato tanto di carne, e peſce, quanto d' ogni altra coſa pertinente a' detti dazii, perchè di ciò ſcrivemo al noſtro Vicario del Cetraro qualunque di detti preti preſumeſſe lo contrario faccia far il debito, e ſia caſtigato, e non fatelo contrario per quanto avete cara la grazia noſtra. La preſente volemo ſia reſtituita al preſentante. Datum Neapoli die ſexta Novembris 1475. Poſt Datum. Perchè al clericato è ſtatuito dodici tumoli di grano per prete, e ci ſono alcuni Jaconi, e pare, che non uſino detti dodici tumola di grano, volemo tanto li preti, quanto li diaconi ſiano franchi, ſecondo la rata che ricevono da loro eccleſie delle dodici tomoli in sû. Datum ut ſupra &c. Johannes G. de Fliſco.*

Capitaneus in oppido Citrarii.

Anno 1476. Johannes Abbas Capitaneum in oppido Citrarii quoad civilem, criminalemque juriſdictionem conſtituit Franciſcum Caczanum hiſce litteris in cit. regeſto pag. 75. a tergo. *Johannes de Aragonia &c. Nobili, & egregio Viro Franciſco Caczano Neapolitano Regio Paterno, & noſtro fideli ſincere dilecto gratiam, & bonam voluntatem. Illos ſolemus ad officia promovere, quos fides, ſolertia, & circumſpectionis induſtria reddit merito comprobatos. Cum itaque terra Citrarii de provincia Calabria ſit nobis, &*



Digitized by Google

*noſtro monaſterio ſubdisa, & annexa cum Vaxallis, juriſdictioneque criminali, & civili, ac cum juribus, & pertinentiis ſuis omnibus, & per Capitaneum, & alios officiales per dictum monaſterium Caſinenſe creari ſolitos, regi, & gubernari conſuevit, tam in civilibus, quam in criminalibus: Volentes itaque dictæ terræ noſtræ Citrarii, & Vaxallis, ac hominibus ejuſdem de Capitaneo, & officiali ydoneo providere, ac conſiderantes ſupradicta virtutum merita in perſonam tuam exiſtere, de quibus apud nos fide digno teſtimonio commendaris, te eundem Franciſcum in capitaneum, & officialem noſtrum, & dicti Caſſinenſis monaſterii in dicta terra Citrarii creamus, conſtituimus, & ordinamus præſentium tenore, ac ex certa noſtra ſcientia deliberate, & conſulte, cum plena poteſtate juſtitiam, tam in criminalibus, quam in civilibus, ut eſt conſuetum, regendi, & exercendi, ſingulis conquerentibus miniſtrando aliis ad partium denunciationem, ſive ex mero officio, ac ſummarie, & de plano, & alias facti tantum veritate inſpecta, ut cauſarum qualitas exegerit, & juſtitia ſuadebit; dantes tibi propterea ad prædicta exequenda plenum poſſe, & robur, ac vices, & voces noſtras plenarie per præſentes, conſtituentes tibi gagia, & ſalarium debita, & conſueta cum honoribus, & emolumentis, & aliis ipſi officio Capitaneatus incumbentibus, prout præceſſori veſtro capitaneo dari, ac præſtari conſuevit, & nihilominus conſtituimus, & ordinamus, & in dicto officio Capitaneatus terræ Citrarii pro ſequenti anno decimæ indictionis, & dictæ indictionis, & deinde in antea ad noſtrum beneplacitum recepto a te corporali ad ſancta Dei evangelia juramento, de bene fideliter, & legaliter officio ipſo exercendo, ammoto abſque infamiæ macula, ſive nota ab hujuſmodi officio dicti Capitaneatus terræ ejuſdem, volumus tamen, quod de quibuſcumque proventibus in dicto faciendis, & exigendis una cum erario noſtro dictæ terræ Citrarii conficere tenearis quaternum lucidum, & clarum, ut eſt conſuetum, cum omnibus circumſtantiis oportunis; In quorum fidem præſentes exinde fieri fecimus, noſtrique ſigilli impreſſione, communiri. Datum Neapoli in noſtro palatio Montis Virginis die* XIX. *Auguſti* 1476. *Ji: Dominus Johannes mandavit mihi Georgio de Fliſco*. Ejuſdem tenoris epiſtola Capitaneum eadem juriſdictione in oppido Citrarii conſtituit Franciſcum Macedonium de Neapoli die primo Septembris an. 1478, ut ex regeſto p. 88.

Diſſidia quædam ſedata. Diſſidia quædam oborta fuerant inter cœnobium S. Petri de Avellana Caſſinenſi ſubditum, cui feudum Cantalupi ſuberat, atque Petrum Johannem Sirnicolai, & Benedictum Nicolai de Matthæo Dominos feudi carcerum, quoad utriuſque feudi fines, ad quæ compeſcenda Johannes Abbas a memoratis dynaſtis rogatus U. J. D. Donatum de Monticulo civem Teramenſem delegavit. Cum vero de Donato præfati dynaſtæ conquererentur, haſce ad eum literas iterum Johannes Abbas dedit, *Venerabili viro Donato de Monticulis Decretorum doctori noſtro familiari, & auditori generali dilecto. Inter erant prout ſerie ſequentis: Johannes de Aragonia* &c. *Miſſer Donato da nui è ſtato queſto gentil homo do Sulmona preſente exibitore, & have ſupplicato ve incaricaſſimo de preſta, & juſta expeditione in la cauſa have con queſſo noſtro monaſterio de Sancto Petro della Vellana, dicendonce etiam contentarſe de qualche accordo, etiam li laſſare alcuna coſa del ſuo al predetto monaſterio, ma che non li inſulte in gran danno. Nui parendone, che l' ſuo parlare non deſiſte dal convenevole, ve dicimo, & incaricamo, debiati per via de juſtitia dar bona, & preſta terminatione ad queſta cauſa, ſe pure la venite ad determinare per accordo, volimo lo accordio ſia tale ſalvis juribus monaſterii, non ſia dicto Gentilomo in alcuna coſa contro del dovere aggravata, perchè non volimo perſona alcuna ſia da nui, ne noſtri officiali injuſtamente aggravata, ſic tengate ſopra tutto tale via, & modo, che lo predicto gentilomo per lo havvenire non ſe ne poſſa denanti de nui juſtamente querelare, perchè aſſai ſi è aggravato da vui, & non fate lo contrario, che tale è noſtra intenzione. Dat. Neap: die ultimo Julii* 1477. *Joannes Georgius de Fliſco*. Quam tandem controverſiam Donatus diremit, licet non comparuerint procurator, Capitaneus, Camerarius, vel Magiſter maſſarius cœnobii S. Petri de Avellana. Quare decretum quoad hoſce fines in contumaciam eſt latum, ut fuſius conſtat ex inſtrumento die 5. Septembris an. 1477. rogato, penes acta notarii Benedicti de Virnna Neapolitani.

An. 1478. Johannes Abbas judicem ſecundarum cauſarum civilium, criminaliumque, quoad laicos oppidi Citrarii conſtituit epiſcopum Biſinianenſem hiſce literis ex cit. regeſto p. 89. Judex Cauſarum ſecundarum in oppido Citrarii. *Johannes miſeratione divina ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ S. Hadriani Diaconus Cardinalis de Aragonia, ac perpetuus commendatarius Sacri monaſterii Montis Caſini* &c. *Reverendo in Chriſto Patri D. Johanni epiſcopo Biſignanenſi, Regio paterno Conſiliario fideli, et nobis plene dilecto ſalutem. Quoniam in partibus Calabriæ dieceſi paternitatis veſtræ vicinis terram habemus Citrarii, quæ eſt pleno jure de menſa ſacri monaſterii noſtri Montis Caſini, in qua omnimodam tenemus juriſdictionem ſpiritualem, et temporalem in criminalibus, et civilibus cauſis, in quibus cum ad nos, et curiam noſtram ſæpe, et ſepius contingat appellari propter locorum diſtantiam pauperes maxime fatigantur laboribus, et expenſis, quibus cum aliquando juſtitia ſupereſſe non poſſint, juſtitia minus obtinet locum ſuum. Idcirco nos ſubditorum indemnitati conſulendo, diſpendia litium equitatis compendio volentes qua poſſumus induſtria cohartare, ut juſtitia, quæ rerum publicarum certiſſimum eſt fundamentum, celerem conſequatur effectum. Confiſi de ſcientia, integritate, et virtutibus veſtris cauſas appellationum, et querelarum de dicta terra Citrarii in temporalibus, tamen in civilibus, et criminalibus, citra tamen pœnam ſanguinis paternitati veſtræ committimus, et ad illas charitatem veſtram eligimus, et deputamus, donec, et quouſque paternitatem veſtram ad beneplacitum noſtrum duxerimus revocandam, cum poteſtate inhibendi, et attentata revocandi, et ad omnes, et ſingulos judiciales actus appellationum, et querelarum hujuſmodi gradatim uſque ad ſententiam, et ſententias diffinitivas incluſive procedendi. Dantes vobis in præmiſſis, et circa præmiſſa, vices, et voces noſtras plenarie ſpirituales nihilominus, et clericorum cauſas appellationum, et querelarum de dicta terra nobis, et vicario noſtro generali reſervan-*



Digitized by Google

*ſervantes. Datum Neapoli in palatio noſtro Montis Virginis die* XXVII. *Septembris* 1478. *ſub impreſſione noſtri conſueti Sigilli ad manus robur firmitatis. Joannes Cardinalis de Aragonia* &c.

Literæ Johannis Abbatis pro Johánello Cecce.

Eodem anno Johannes Abbas pro Johannello Cece ſcripſit ex cit. regeſto p. 27. *Vicario, & vui Theſaureri. Da nui è ſtato Johannello Cece preſente portatore, el quale ne have eſpoſto che havendo epſo venduta una poſſeſſione ſita in Sancto Angelo ad' uno di Conca, non havendo notitia alcuna delli capitoli, & regiſtro del monaſterio di Monte Caſino, che le poſſeſſioni di S. Angelo non ſe poſſano vendere ad foraſteri, vui Vicario per vigore dello detto regiſtro, & capitoli, avete data ſentenza in favore del monaſterio, determinando la terra eſſere devoluta ad quello, per tanto avendo avuto recorſo ad nui per non haver avuto notitia delli capitoli del detto monaſterio, & anco per li ſervizii ne have preſtato, & preſta, li remectemo, & donamo detta Terra, & coſi anco li donamo la terzaria ſarria tenuto pagare per la vendita della detta terra, & ve comandamo tanto della terra, come terzaria, non li donate impaccio alcuno, & la preſente tenete per voſtra cautela* &c. *Magnificis, & nobilibus viris Thomaſio de Pontecurvo legum doctori, & Antonello Magnono Vicario, & Theſaurario monaſterii Caſſinenſis fidelibus dilectis. Johannes, S. Hadriani Diaconus Cardinalis de Aragonia. Ex quo magis, magiſque patet haud licuiſſe ſubditis Caſſinatibus bona ſua extraneis vendere, proque bonis illis venditis tertiariam ſolviſſe.*

Johannes Abbas quædam monachorum menſæ aſſignat.

Eodem anno 1478. Johannes Abbas menſæ Monachorum bona quædam aſſignaverat, quæ inter cum plura ſint, ex quibus vetuſta cœnobii noſtri juriſdictio confirmatur, integras proinde hac de re Johannis literas pietatis erga Monachos amoriſque pleniſſimas exſcribendas eſſe duximus.

Ex originali in Archivo.

*Johannes miſeratione divina ſacroſancta Romana eccleſia S. Hadriani diaconus Cardinalis de Aragonia, nec non ſacri monaſterii Caſinenſis auctoritate apoſtolica perpetuus Commendatarius* &c. *Venerabilibus viris dilectis nobis in Chriſto filiis Priori, Subpriori, ac Monachis, & Conventui dicti ſacri noſtri monaſterii preſentibus, & ſucceſſive futuris ſalutem in Domino ſempiternam. Etſi ad ſingulas religiones divinis officiis dedicatas ſpecialis charitatis affectio nos proveat, & interna devotionis in Domino ſinceritas nos accendat; ad religionem tamen, & ordinemglorioſiſſimi patris noſtri beati Benedicti tamquam doctrina ſpeculum, & honeſtatis exemplum nos inſtinctus quidam ſingularis devotionis annectit, quem glorioſus Deus Monachorum patrem conſtituit ipſum monaſtica legis latorem & operatorem eſſe diſponens, ut merito Caſinenſe monaſterium in quo & ſanctiſſime vixit, & glorioſiſſime obiit omnibus per orbem monaſteriis dignitatis privilegio antecellat. Sane igitur attendentes, & oculis noſtra mentis pia meditatione penſantes, quod dictum ſacrum, & celebre monaſterium per ſancta regula deſcriptionem, & pretioſiſſimi ejus corporis ſepulturam totius Monaſtica diſciplina caput, & fundamentum eſſe meruit omni ſtudio omnique cura, & noſtra ſolerti, ac exquiſita diligentia quantum cum Deo poſſumus ad dicti Sacri cœnobii regimen, ac divini cultus augmentum, et exaltationem affectuoſiſſime intendimus. Conſiderantes maxime, quod nonnullorum prædeceſſorum noſtrorum temporibus in eodem monaſterio ſpirituali regimine penitus neglecto, monaſtica diſciplina ad uſque nichilum deducta fuit, & numerum Monachorum ad octo pene remanſiſſe legitur, et proinde divinum cultum in eo fuiſſe prorſus extinctum, et cum dictum celebre noſtrum monaſterium ejuſque Monachos ex injuncto nobis officio pluries perſonaliter viſitaremus, ut divinum cultum in eo nullatenus deficere contingat, utque monaſtica diſciplina juxta regulam præfati Sanctiſſimi patris inviolabiliter obſervetur, attendentes, quod ubi gubernaculum diſciplina contemnitur, reſtat ut religio naufragetur, providendum eſſe cenſuimus, ne per contemptum hujuſmodi in hiis, qui Chriſto voto celebri ſe dedicarunt quicquam reperiatur incongruum, quod in regularis ponat honeſtatis gloria maculam, et divinam merito poſſit offendere majeſtatem, utque inſuper Monaci in eo degentes, et Domino famulantes, tam præſentes, quam futuri libentius, et quietius valeant Domino famulari, et vitam monaſticam, et regularem ſervare, eorum vita, et neceſſitatibus providere, decrevimus, dando, et concedendo eiſdem pro eorum menſa perpetua de certa noſtra ſcientia, ac deliberatione conſulta, bona, et res infraſcriptas cum conditionibus, et bonificationibus inferius annotatis, quas per eoſdem Monachos, et Conventum præſentes, et futuros obſervari volumus, et mandamus. Concedimus igitur, et aſſignamus præfatis Monachis, et Conventui pro eorum menſa, ac victu, et veſtitu, aliiſque eorum neceſſitatibus, omnem, et ſingulam grani quantitatem ſingulis annis recolligendam, ſeu percipiendam ex terris, et poſſeſſionibus caſtri Pedimontis, et territorii Plumarole, nec non omnes, et ſingulas terras, et poſſeſſiones dictorum caſtrorum, ac etiam ſtartiam Sancti Gregorii, cum omnibus, et ſingulis fructibus in quibuſcumque conſiſtentibus, et ex terris, et poſſeſſionibus prædictis quomodocumque proventuris, et proveniendis, quovis jure nobis, et dicto noſtro monaſterio ſpectantibus, et pertinentibus. Damus etiam, et concedimus de oleo languenas centum ſexaginta percipiendas ex montanis, et olivetis dicti caſtri Pedimontis, et S. Michaelis ſiti in territorio S. Germani una cum dictis montanis, et olivetis ad dictum noſtrum monaſterium, et nos ſpectantibus, et pertinentibus, nec non quicquid ultra ex dictis olivetis, et montanis percipere, et habere poterunt. Inſuper damus, et concedimus eiſdem paſtina infraſcripta unum videlicet quod vulgariter nominatur Onofrio Ruſſo, aliud quod dicitur dell' Arcepreite, et aliud, quod dicitur de Sancto Matthæo ſita in territorio S. Germani, et aliud paſtinum, quod dicitur le vicende ſitum in territorio S. Helia, vineas etiam, arbuſta, et paſtina ſita in Monte Caſino cum omnibus, et ſingulis fructibus, et redditibus ex dictis paſtinis, et arbuſtis quomodocumque percipiendis, et in quibuſcumque conſiſtentibus, nec non vinum, muſtum, tamen quod ſingulis annis percipi poterit ex Valleluce. Concedimus etiam eiſdem monacis, et Conventui in pecunia ducatos quadringentos per eos diſtribuendos ſingulis annis, pro eorum victu, et veſtitu, ſalariis eis ſervientium, lectis, et aliis ſuppellectilibus, ſive maſſariciis neceſſariis, et oportunis, reſervatis fabricis, quas expenſis noſtris ad noſtrum libitum, et arbitrium fieri volumus quoad ſalaria, et mercedes Magiſtrorum fabricatorum,*

rum,

rum, et eorum manipulorum, percipiendoſque dictos quadringentos ducatos per eos ſingulis annis ex rectoria dicti caſtri noſtri Pedimontis, et dietis bovum, et manuum dicto noſtro monaſterio quolibet anno debitis, et ex jure macellariorum, et plateatici civitatis noſtræ S. Germani, et ex penſionibus domorum, et apothecarum civitatis ejuſdem ad dictum noſtrum monaſterium ſpectantium, et pertinentium, et ex rectoria caſtri S. Victoris, et ex jure plateatici, balcatorii, et ſtampatorii caſtri noſtri S. Heliæ, et ex jure rectoriæ caſtri noſtri Cerbarii, quas rectorias, apotecas, domos, et jura ſive bona, eis libere perpetuo damus, concedimus, et aſſignamus ad uſum prædictum. Concedimus etiam eiſdem de leguminibus thumulos quatraginta, videlicet de fabis decem, de ciceribus alios decem, de circeclis decem, et de faſolis decem alios thumulos ſingulis annis in perpetuum, et de cœpis ſalmas quindecim percipiendas per eos ſtachi anno quolibet. Inſuper damus, & concedimus uſum, & habitationem domorum ſitarum in dicta civitate S. Germani, quæ vulgariter dicuntur le caſe di Madamma. Concedimus etiam, & damus eiſdem boves aratorias & bacas armenticias, quos, & quas in præſentiarum habemus, & tenemus in noſtra curia, & territorio dicti noſtri monaſterii. Damus etiam, & concedimus jus, & facultatem quod pecudes, & capræ temporibus præteritis eiſdem per nos aſſignata, & alia eorum animalia præſentia, & futura ad dictum monaſterium ſpectantia, & pertinentia, & alia quæcumque eis, ut ſupra per nos conceſſa, & quæ in futurum habere, & multiplicari poterunt, poſſint libere paſcere, ſeu paſcua ſumere in valle Monaceſca in æſtate, & in hyeme in planis territorii dicti monaſterii, & etiam in montanea in qua ſituatum eſt monaſterium prædictum, exceptis, & reſervatis defenſis per curiam noſtram vendi ſolitis, & conſuetis, & quod poſſint laborari, & ſeminari facere in dictis locis eis conceſſis, & in montanea prædicta pro eorum libito voluntatis, & exinde fructus percipere, & in eorum uſum communem, & utilitatem convertere. Inſuper damus, & concedimus omnes, & ſingulas operas manuales hominum dictæ noſtræ civitatis, & caſalium ipſius ad dictam curiam ſpectantes, & pertinentes ei ſingulis annis, ut facilius, & commodius dicta paſtina, ſive arbuſta, & vineas gubernare, procurare, & augumentare poſſint, & valeant, ac etiam uſum vegetum, ac aliorum vaſorum vinariorum exiſtentium in dicta noſtra civitate S. Germani, & caſtri S. Heliæ, ac etiam facultatem, & commoditatem quod poſſint, & valeant tempore recollectionum frumenti, reponere, & recondere eorum granum in domibus noſtræ curiæ ſitis in dicto caſtro noſtro Pedimontis. Poſt hæc damus etiam, & concedimus jus, & facultatem, quod libere, & abſque ſolutione aliqua molituræ, ſemper, & in perpetuum macinare facere poſſint, & valeant in quibuſvis molendinis dictæ noſtræ curiæ omnem grani quantitatem, pro uſu, & vita dictorum Monachorum, & Conventus neceſſariam, & oportunam, & ſimiliter ſecari facere tabulas in Seca dicti monaſterii abſque ſolutione aliqua. Damus etiam & concedimus omnes gallinas ſingulis annis nobis & dictæ noſtræ curiæ debitas ab hominibus dicti caſtri Pedimontis, & ejus villæ, ac etiam redditum grani in dictis locis anno quolibet, nobis, & dicto noſtro monaſterio debitum, & duo jumenta ex noſtris acta ad montana pro macinandis olivis. Hoc amplius damus, & concedimus omnes, & ſingulas piſcherias, ſive piſſinas omnium, & ſingulorum locorum, & terrarum dicti noſtri monaſterii præter piſcherias ſive piſſinas dictæ civitatis S. Germani, & jus piſchandi in eis, quas, & quod nobis reſervamus, & pro reſervatis haberi volumus, & declaramus. Volumus tamen, ac expreſſe dicimus, & mandamus, quod dicti Prior, Monaci, & Conventus teneantur, & debeant præſtare, ſeu facere, & miniſtrare expenſas neceſſarias, & oportunas omnibus, & ſingulis fabricatoribus, & eis ſervientibus, totiens, quotiens contigerit per nos, & noſtros in dicto monaſterio ſucceſſores in dicto monaſterio fabricari facere. Addicientes inſuper, & expreſſe mandantes, quod ſemper, & omni futuro tempore, ac in perpetuum electio Prioris, Supprioris, Cellerarii, & aliorum quorumcumque officialium dicti noſtri monaſterii, ac omnis, & qualibet alia ordinatio, & diſpoſitio de cætero fienda in dicto monaſterio, fiat, & fieri debeat per nos, aut noſtrum generalem Vicarium, & Gubernatorem Caſinenſem, & noſtros in dicto monaſterio ſucceſſores, alias electio ipſa, & ordinatio ſit ipſo jure nulla, ac inefficax, & invalida, mandamus etiam, & ita volumus, & declaramus, quod Prior, Monaci, & Conventus prædicti ſemper, & in perpetuum nobis, & noſtro Vicario, & Gubernatori Caſinenſi, ac nobis in dicto monaſterio ſucceſſoribus canonice intrantibus teneantur, & debeant præſtare, & exhibere debitam, & omnimodam reverentiam, ac integram, & inconcuſſam obedientiam juxta canonicas ſanctiones, ac beatiſſimi patris Benedicti regulam, & aliorum ſanctorum Patrum inſtituta, prout decet quoſcumque veros religioſos, & canonicos clauſtrales, & prout in dicto monaſterio fieri ſolitum eſt, & conſuetum, nec non teneantur, & debeant in perpetuum tenere, & conſervare hoſpitalitatem in dicto monaſterio, & ſingulis diebus eleemoſinas facere, juxta eorum conſuetudinem, & prout hactenus in dicto monaſterio obſervari, & fieri ſolitum eſt, & conſuetum. Volumus inſuper, & mandamus, quod ſi quid ex dictis bonis, ac juribus, & rebus, ut ſupra per nos conceſſis, et aſſignatis eiſdem pro dicta menſa, ac eorum victu, et veſtitu, et aliis eorum neceſſitatibus ſupererit, ſive ſuperaverit, omne id totum, et quicquid per dictos Priorem, Monachos, et Conventum præſentes, et futuros expendi, et converti debeat in reparationem ſive fabricam dicti monaſterii, aut in augmentum terrarum, & poſſeſſionum prædictarum eis per nos, ut ſupra conceſſarum, ſive aliud augmentum pro dictis fructibus, et redditibus eorum augmentandis, et eorum animalibus multiplicandis, et quia divino conſtat præcepto, quod quis teneatur reddere rationem villicationis ſuæ, volumus propterea de dicta noſtra ſcientia, quod Cellerarius, qui pro tempore fuerit in dicto monaſterio, ſeu quivis alius dictorum bonorum, ac jurium, et rerum adminiſtrator noſtro nomine, ac dictorum Prioris, Monachorum, et Conventus, totiens, quotiens opus fuerit, et a nobis, ſeu alio noſtro nomine requiſitus extiterit, teneatur, et debeat ponere, et reddere bonum computum, et calculum rationis de dictis bonis, ac juribus, et rebus

per

Digitized by Google

*per eum adminiſtratis, ad hoc, ut bona ipſa ad perpetuum uſum dictæ menſæ Monachorum, & non alium converti, ac deputari poſſint, & valeant, alienatione tamen dictorum bonorum, & jurium, ſeu eorundem ad longum tempus locatione penitus eiſdem interdicta, ita quod nec etiam conſanguineis, & aliis quibuſvis extraneis perſonis de ipſis bonis aliquod elargiri, & diſtribuere poſſint, & valeant. Quas quidem res, & bona, ac jura ſupradicta de dicta certa noſtra ſcientia, & conſulta deliberatione præhabita, dictis Priori, ac Monacis, & Conventui, pro eorum menſa, ac victu, & veſtitu, ut ſupra, tenore præſentium in perpetuum ſtabilimus, aſſignamus, deputamus, ordinamus, ac tradimus, & concedimus, & per tradicionem, ac præſentium harum aſſignationem præfatos Priorem, Monachos, & Conventum de bonis, ac rebus, & juribus prædictis inveſtimus, ac pro inveſtitis haberi volumus, decernimus, & declaramus. Promittentes inſuper, ac firmiter pollicentes ſub verbo, & fide S. Romanæ eccleſiæ Cardinalis per nos, & noſtros in dicto noſtro ſacro monaſterio canonicos ſucceſſores, & ſub hipoteca, & obligatione omnium, & ſingulorum bonorum aliorum dicti monaſterii, prædicta omnia, & ſingula in omnibus ſuis Capitulis ſemper, & in perpetuum, ac omni futuro tempore, grata, rata, & firma habere, & tenere, eaque inviolabiliter obſervare, et obſervari facere, omni juris, & facti exceptione remota, mandantes propterea de dicta noſtra ſcientia tenore præſentium reverendo Gubernatori, Vicario, Theſaurario Caſinenſi, ac omnibus aliis, & ſingulis in dicta noſtra Abbatia officialibus quocumque nomine nuncupatis, & quavis facultate, ſeu poteſtate fungentibus præſentibus, & futuris, omnibuſque ſubditis, & vaxallis noſtris dictæ civitatis S. Germani, & aliorum locorum, & terrarum dicti ſacri noſtri monaſterii, ad pœnam noſtro arbitrio reſervatam, quatenus prædicta omnia, & ſingula præfatis Monacis, Priori, & Conventui præſentibus, & futuris in perpetuum acceptentur, & nullatenus in præmiſſis bonis, ac juribus, & rebus pro dicta eorum menſa per nos eiſdem, ut ſupra datis, & conceſſis contravenire, ſeu quovis quæſito colore contrafacere, ſeu aliquid attentare audeant, vel præſumant. Committentes inſuper harum ſerie de dicta noſtra ſcientia R. in Chriſto patri Ludovico Dei, & apoſtolicæ Sedis gratia epiſcopo Aquilano regio Paterno Conſiliario, ac U. J. D. generali vicario, & auditori noſtro, & Gubernatori Caſinenſi, quatenus ad omnem requiſitionem dictorum Prioris, Monachorum, & Conventus, ipſos in realem, & corporalem tenutam, & poſſeſſionem dictorum bonorum, rerum, & jurium, et menſæ prædictæ ponat, inducat, et immittat, inductoſque, et immiſſos manuteneat, protegat, et defendat auctoritate noſtra, omni ope, opere, cæteriſque auxiliis, et remediis juris debitis, et oportunis, contradictores quoſlibet, et rebelles per cenſuras eccleſiaſticas, et alia juris remedia compeſcendo. Adjicentes inſuper pro majori prædictorum firmitate de dicta noſtra ſcientia, et deliberatione conſulta, quod ſi in futurum ſuper prædictis, ſeu prædictorum aliquo quicquid in dubio revocari contingat ſemper, et omni futuro tempore, et in omnem eventum larga, et latiſſima fieri debeat interpretatio in favorem dictorum Prioris, Monachorum, et Conventus præſentium etiam, et futurorum: Ita quod prædicta omnia, et ſingula inviolabiliter obſerventur. In quorum fidem præſentes exinde fieri fecimus noſtrique pendentis ſigilli juſſimus appenſione communiri. Datum in palatio noſtro S. Germani, die vigeſimo quarto Auguſti, milleſimo quadrigenteſimo ſeptuageſimo octavo. Pontificatus SS. in Chriſto patris, et D. noſtri D. Sixti divina providentia Papæ Quarti anno ſeptimo. L. Aquilan. Epiſcopus qui ſupra. V. F. P. Gerardus. Regiſtrata in communi tertio.*

Anno 1481. Johannes Abbas ampliſſimo privilegio conceſſit oppidanis S. Petri de Avellana, ut paſcua pro animantibus ſuis a monte Caprario repeterent, abſque ulla fidæ ſolutione, ea lege, ut decem quotannis ceræ libras pro canone perſolverent, reſervatoque ſibi jure paſcendi animantia cœnobii Caſſinenſis, ut hiſce literis conſtat in cit. regeſto p. 130. a t. *Johannes miſeratione &c. Univerſis, & ſingulis præſentes noſtras gratiæ litteras inſpecturis præſentibus, & futuris ſalutem in Domino ſempiternam. Sane attendentes grata, & accepta ſervitia, quæ nobis, & ſacro noſtro monaſterio Caſinenſi, univerſitas, & homines caſtri noſtri S. Petri de Avellana præſtiterunt, & præſtare dante Domino impoſterum non ceſſabunt: Proprio motu, & inſtinctu, & de certa noſtra ſcientia, ac deliberato, & conſulto Herbagium montis noſtri Caprarii, & Caſſinenſis monaſterii, ipſiuſque pertinentiarum, & diſtrictus in perpetuum, dictæ univerſitati, & hominibus ipſius præſentibus natis, & in antea naſcituris concedimus, damus de gratia ſpeciali, & donamus omni meliori via, jure, modo, & forma, quibus melius poſſumus, & de jure debemus. Ita quod libere, & ſine aliqua dicti herbagii ſolutione poſſint perpetuo uti, & in eo eorum animalia, ſine impedimento, & obſtaculo quocumque paſcere, & aguari, & pernoctare, ſeu paſci, aguari, & pernoctari facere, cum onere tamen in recognitione veri, & directi dominii dicti noſtri montis Caprarii ſiti in pertinentiis, & in territorio noſtro dicti caſtri S. Petri de Avellana ſingulis annis, & annuatim ſacro noſtro monaſterio Caſinenſi decem librarum ceræ bonæ, & electæ quas decem libras ceræ homines dicti caſtri in feſto S. Benedicti de menſe Martii ſolvere teneantur. Mandantes propterea Vicario, Theſaurario, Capitaneo dicti caſtri, cæteriſque officialibus noſtris præſentibus, & futuris, ad pœnam noſtro arbitrio reſervatam quatenus dictam univerſitatem & homines dicti caſtri nullatenus in paſculatione, & uſu dicti montis noſtri Caprarii moleſtent, turbent, vel inquietent ullo quæſito colore, ſive cauſa, quia ſic noſtræ intentionis eſt, & voluntatis. In quorum &c. Datum in caſtro noſtro Cerbarii 20. Auguſti 1481. Pontificatus SS. in Chriſto patris, & D. noſtri D. Sixti Papæ quarti anno II. ſalva ſemper nobis, & dicto noſtro monaſterio facultate paſcendi, aguandi, & pernoctandi in dicto monte noſtro Caprario animalia noſtra, & dicti noſtri Caſſinenſis monaſterii in perpetuum. Dat. ut ſupra L. Aquilanus Epiſcopus.*

Privilegium a Johanne Abbate Incolis S. Petri de Avellana cōceſſum.

Eodem anno 1481. immunitatem a ſolvendis vectigalibus terratici, decimarum, operum manualium, pontium, ſcafarum &c. Johannes Abbas conceſſit Angelo Revele de Cerbario, ejuſque filiis, ac nepotibus hoc diploma-

Privilegium a Johanne Abbate Angelo Revele conceſſum.

Digitized by Google

plomate, quod Abbates ſucceſſores confirmarunt.

Rector oppidi Pontiſcurvi cõſtitutus.

Johannes Abbas rectorem oppidi Pontiſcurvi conſtituit Peritheum Malvezzi Bononienſem, & magiſtrum actuum eique redditus plateatici ejus oppidi attribuit hiſce literis, ex cit. regeſto pag. 128. a t. *Johannes* &c. *& quidem in acie noſtra mentis penſantes olim grandia, grata, fructuoſa, & acceptiſſima ſervitia, quæ magnificus Peritheus Malvitius de Bononia noſter familiaris, domeſticus, & continuus Camerarius ſincere dilectus nobis ſolerte, & affectuoſiſſime, & jugiter praſtitit, & in futurum Domino concedente, præſtare ferventius non ceſſabit, ut idem Peritheus benececiſſe letetur, & ad ſimiliter benefaciendum promptius animetur, harum ſerie de certa noſtra ſcientia, ac noſtri proprii motus inſtinctu; Officium rectoriatus terra noſtra Pontiſcurvi, & noſtri monaſterii Caſinenſis, & ipſius magiſtri actatus penes rectorem regi, & exerceri conſuetum, cum jure platea terra ejuſdem per maſſarium Caſſinenſem ibidem conſtitutum exigi conſueto, in perpetuum dari, & concedi ſolitum, ut nobis conſtat, & plene conſtitit ad collationem, & proviſionem noſtram, & dicti noſtri ſacri monaſterii pleno jure ſpectans, & pertinens certo modo, & quomodocumque, & qualitercumque vacans, ſeu vacantia, tibi pralibato Peritheo quoad vixeris, ex noſtro liberalitatis dono, & munificentia noſtra largitatis, damus, donamus, & concedimus gratioſe, omni meliori via, modo, jure, & forma, quibus melius, aptius, & validius poſſumus, cum omnibus, et ſingulis juribus, juriſdictionibus, proprietatibus, preaminentiis, prarogativis, honoribus, commodis, et emolumentis ad dicta officia rectoriatus, magiſtri actatus, et platea, quomodocumque, et qualitercumque tam de jure, quam de conſuetudine ſpectantibus, et pertinentibus, cum facultate, et poteſtate dicta officia, et quodlibet ipſorum per idoneum ſubſtitutum exerceri faciendi, ac cui malueris locandi, arrendandi, affictandi, et vendendi, et diſponendi pro tuo arbitrio voluntatis* &c. *In quorum fidem præſentes noſtras fieri fecimus, noſtrique majoris ſigilli juſſimus appenſione communiri. Datum in palatio noſtro S. Germani die decima Auguſti* 1481. *Pontificatus SS. in Chriſto patris, et D. noſtri D. Sixti divina providentia Papæ quarti anno undecimo. L. Aquilanus Epiſcopus*,

Abbas S. Luciæ a Caſſinatibus præſentatus.

An. 1485. præſentatione Caſſinenſium electus pro more eſt Abbas S. Luciæ Villæ Pediſmontis uti ex literis originalibus conſervatis in noſtro archivio.

Jura cœnobii Caſſinenſis in urbe S Germani.

In tertio regeſto Johannis Abbatis p. 66. extat apophaſis bonorum, ac jurium, quæ cœnobium Caſſinenſe in Urbe S. Germani poſſidebat, inter quæ legitur. *In primis la rettoria, la quale annuatim ſe vende in lo dì di S. Petro, et Pavolo plus offerenti. Item la cabella della Piazza la quale ſimiliter ſe vende annuatim plus offerenti. Item la cabella della Buzeria, la quale onne anno ſe vende plus offerenti*, & poſt multa alia; Fol. 70. a t. *Item la Montagna di Monte Caſino la quale è difenſa, et ſoleſe vendere, et affidarenſe reſervando le beſtie della corte*, & poſt alia; Fol. 72. a t. *Item lo territorio di S. Petro monaſterio caſtello diſfatto, è obligato tutto a la decime, e paga delle dicci uno, eſcetto lo territorio dello demanio, lo quale paga ſecondo ſe accorda con lo maſtro Maſſaro de S. Germano, o terzo, o quarto, o quinto ſecondo meglio pote. Item lo detto monaſterio have la tertiaria de tutte le coſe, che ſe vendono in tutto lo territorio de dicto monaſterio tanto in Sancto Germano, como in tutti li caſtelli de decta Abbazia, la quale la pagano li foreſteri* &c. *Item dicto monaſterio have la fida in tucto lo territorio delli caſtelli de dicta Abbatia, la quale è ſolita fare lo teſorero de S. Germano, lo quale eſigge dalli Abbatiani per le beſtie minute* &c. *Item la diffida in decto territorio, la quale ſe reſcote come la fida così delli Abbatiani, como de li foreſteri. Item lo decto monaſterio have in decto territorio la fida delli porci, delli quali pagano li Abbatiani quattro ducati per centinaro, e li eſteri cinque ducati excepto Pedemonte, & Sancto Petro in monaſterio, li quali pagano* &c. Pag. 76. & ſeqq. extat apophaſis bonorum, quæ in oppido S. Eliæ poſſidebant Caſſinates. In oppido S. Eliæ.

*In primis la rettoria, la quale annuatim ſe vende plus offerenti* &c. *Item la cabella della piazza, la quale onne anno ſe vende, ut ſupra* &c. *Item la univerſità de S. Elia è tenuta a decta Abbatia de Monte Caſino anno quolibet ventiquattro ducati per lo pranzo* &c. & poſt alia multa. *Item la fida de lo territorio de Valle luce, la quale onne anno ſe vende plus offerenti.*

Pag. 82. & ſeqq. extant apophaſis bonorum, quæ in oppido Cervarii poſſidebat cœnobium noſtrum. Cervarii.

*In primis la rettoria, la quale annuatim ſi vende plus offerenti* &c. *Item l'Univerſità de decto caſtello è tenuta a decta Abbatia per lo pranzo quolibet anno ducati ventiquattro. Item la detta Univerſità è tenuta annuatim per lo judicato a detta Abbatia ducati due, tarì due*, &c.

Pag. 82. a t. *Item la fida de lo territorio de dicto caſtello, la quale ſe vende per lo teſorero de S. Germano con le altre fide de tutto lo monaſterio, la quale è generale* &c. *Item tutto lo territorio de dicto caſtello è tenuto a decta Abbatia lo terratico delli ſetti uno lo quale è incorporato con la rettoria del dicto caſtello* &c. *Item la piazza, la quale ancora è incorporata con detta rettoria.*

Pag. 84. & ſeqq. extat apophaſis bonorum, quæ in oppido Terruculi poſſidebat. Terruculi.

*In primis la rettoria di detta terra, la quale onne anno ſe vende plus offerenti* &c. *Item l'Univerſità è tenuta per lo pranzo tarì dodeci* &c. *Item tucto l'altro territorio de dicta Terra è tenuto allo terratico de li ſepti uno.*

Pag. 86. deſcribuntur bona a cœnobio noſtro in oppido S. Victoris poſſeſſa. S. Victoris.

*In primis la rettoria, la quale annuatim ſe vende plus offerenti. Item la Univerſità di detto caſtello pro quolibet anno è tenuta a detta Abbatia de Staglio ducati diecedotto per lo pranzo* &c. & poſt multa alia. *Item la fida in detto territorio, quale ſe vende con quello de S. Germano, e con tutto lo territorio de li caſtelli de dicto monaſterio, Verum che è convenuto con Cola Fraſcone detto caſtello, che eſſendo lo beſtiame, o non eſſendo è tenuta ad decta fida, come appare per inſtromento publico. Item tucto lo territorio de dicto caſtello è tenuto alle decime, come è grano, orgio*,

Digitized by Google

*gio, miglio, fave, vino, oglio, & ſpeltra la quale è incorporata con la rettoria* &c. *Item lo publico, e lo edificare in publico ſpetta a decto monaſterio, & anco di dare licentia come a ſtampaturi, montani, valcaturi, & onne altro edificio.*

S. Petri in fine. Pag. 88. & ſeqq. deſcribuntur bona in oppido S. Petri in fine a cœnobio noſtro poſſeſſa. *In primis la rettoria di detto caſtello, la quale anno quolibet ſe vende plus offerenti* &c. *Item l'Univerſità de dicto caſtello è tenuta di ſtaglio a dicto monaſterio annuatim ducati nove per lo pranzo. Item la dicta univerſità è tenuta a dicto monaſterio di ſtaglio per lo judicato anno quolibet in tarì ſedici*, & poſt multa alia. *Item la fida de dicto territorio, la quale ſe vende con la fida de tutto lo territorio delli caſtelli de dicto monaſterio. Item lo publico, & lo edificare de quello ſpecta a dicto monaſterio, a lo quale ſpetta ancora donare licentia ad quilli, che voleno edificare in publico, como è ſtampaturi, montani, valcaturi, & onne altra coſa.*

S. Apollinaris. Pag. 90. bona in oppido S. Apollinaris poſſeſſa. *In primis la rettoria de dicto caſtello* &c. *Item l'univerſità de dicto caſtello, la quale paga di ſtaglio anno quolibet a dicta Abbatia ducati ventiquattro per lo pranzo* &c. *Item una ſcafa in lo fiume di Carnello* &c. & poſt multa alia. *Item tucto lo territorio de S. Ponaro fa la decima a dicto monaſterio. Item la fida, la quale ſi vende con tutto l'altro territorio di detto monaſterio* &c. *Item lo publico, e lo edificare in publico è de dicto monaſterio, como è ſtampaturi, valcaturi, montani, furni, & onne altro edificio.*

Juncturæ. Pag. 93. & ſeqq. bona in oppido Juncturæ. *Item tucto lo territorio de dicto caſtello è tenuto alla decima a dicta Abbatia, la quale la riſcote lo maſſaro de Sancto Ponaro.*

S. Ambroſii. Pag. 95. & ſeqq. bona in oppido S. Ambroſii. *In primis la rectoria* &c. *Item l'univerſità de dicto caſtello paga onne anno de ſtaglio a dicta Abbatia per lo pranzo ducati diecedotto* &c. & poſt multa alia. *Item la fida, la quale lo theſorero di S. Germano la vende con le altre fide de lo territorio de li caſtelli de dicto monaſterio. Item l'huomini de dicto caſtello ſono tenuti a dicto monaſterio de lo territorio loro proprio la decima, como è grano, orgio, fave, ciceri, vino, ſpeltra, & miglio &c.*

S. Angeli. Pag. 98. & ſeqq. bona in oppido S. Angeli. *In primis l'univerſità de dicto caſtello è tenuta a dicto monaſterio per lo pranzo ſingulis annis de ſtaglio in la Natività di noſtro Signore ducati diecidotto* &c. *Item lo dicto monaſterio have in dicto caſtello la rettoria* &c. & poſt multa alia. *Item have in dicto caſtello lo publico, e lo edificare in publico, lo quale non sè pò fare ſenza conſenſu de dicto monaſterio. Item lo dicto monaſterio have in tutto lo territorio de dicto caſtello lo terratico, cioè l'huomini di quello ſono tenuti a pagar la . . . . . . a dicto monaſterio delle terre loro proprie de quattro ſementi: Item lo caſtello de dicta terra cum dui horti appreſſo dicto caſtello juxta viam publicam juxta li foſſi de dicto caſtello* &c.

Vandræ. Pag. 101. & ſeqq. bona in oppido Vandræ. *In primis l'univerſità de dicto caſtello è tenuta a dicto monaſtero onne anno per lo pranzo ducati nove. Item la rettoria, la quale onne anno ſe vende* &c. *Item la ſcafa in lo fiume di Vandra* &c. *Item lo caſtello de dicta terra.* Et poſt quamplurima alia. *Item gl'uomini de dicto caſtello rendono a dicto monaſterio delle loro proprie poſſeſſioni alcuni delli cinquo uno, & alcunc de lì ſepti uno, como è di grano, orgio, miglio, & ſpeltre. Item lo publico, e lo edificare in publico, è de dicto monaſterio, & niſciuno in quello può edificare ſenza licentia de dicto monaſterio.*

Vallis rotundæ. Pag. 104. & ſeqq. bona in oppido Vallis rotundæ. *In primis lo dicto monaſterio have in dicto caſtello la rectoria, la quale onne anno ſe vende plus offerenti* &c. *Item la univerſità de dicto caſtello è tenuta ſingulis annis a dicto monaſterio di ſtaglio per lo pranzo ducati diecidotto*, & poſt alia. *Item lo territorio Patronale de dicto caſtello è obbligato alla decima a dicto monaſterio eſcetto le terre dicte de lo campo, le quali rendono de li ſepti, & alle volte de octo una, cioè de quatuor ſeminibus grano, orgio, fave, & ſpeltre. Item gl'uomini di dicto caſtello ſono tenuti pro quolibet focolario una gallina a dicto monaſterio. Item gl'huomini de dicto caſtello ſono obbligati a dicto monaſterio per lo loro territorio, & poſſeſſioni de lo vino* &c.

Cardeti. Pag. 105. a t. bona in oppido Cardeti. *Item lo dicto monaſterio have lo caſtello de Cardito disfacto, lo territorio dè lò quale è de demanio de dicto monaſterio. Item la Balle Venafrana, la quale ſe ſuol vendere annuatim* &c. *Item le Mainarde, quale ſe ſoleno reſervare per le jumente della corte* &c.

Sarraciniſci. Pap. 106. bona in oppido Sarraciniſci. *Item lo dicto monaſterio have lo caſtello Sarraciniſco* &c. *lo territorio dello quale è de demanio dicti monaſterii, & confine con la roca de li Albano, la quale alias fò de dicto monaſterio, & al preſente la teno lò Duca di Sora.*

Aquæ fundatæ. Pag. 107. bona in oppido Aquæ fundatæ. *In primis la rettoria de detto caſtello, la quale ſingulis annis ſe vende plus offerenti, a la quale quelli, che ammazzano porci ſono tenuti una ſpalla di porco. Item lo territorio de dicto caſtello deve per lo rendito de quello a dicto monaſterio tomola trentatre, intra grano, & orgio, cioè la metà grano, e la metà orgio, & queſto paga ſingulis annis de ſtaglio. Item li homini di detto caſtello, che hanno pecore ſono tenuti a dicto monaſterio una pecora per ciaſcuno da deſe in ſu, per erbatico, & da deſe a baſſo ſono tenute grana* &c. *Item l'univerſità de dicto caſtello è tenuta pro quolibet anno a dicto monaſterio tarì 6. per non ſcuſato, li quali entrano a la rettoria* &c.

Vitecuſii. Pag. 108. & ſeqq. bona in oppido Vitecuſii. *Item la rettoria de dicto caſtello, la quale onne anno ſe vende plus offerenti, alla quale li uomini, che ammazzano porci ſono tenuti per cadauno porco una ſpalla*, & poſt alia. *Item la piazza, la quale entra a la rettoria. Item gl'huomini de dicto caſtello, che hanno pecore ſono tenuti a dicto monaſterio una pecora per ciaſcuno, videlicet da deſe in ſu una pecora, e da deſe a baſſo grano uno per pecora, eccetto quillo, che ne ha nove, che paga per proprio duodecim* &c. *Item lo publico, e lo edificare in publico, è de demanio de dicto monaſterio. Item li plani, monti, ſelve, & acque ſono del demanio de dicto monaſterio.*

Pediſmontis. Pag. 111. & ſeqq. bona in oppido Pediſmontis. *In primis la rectoria, la quale onne anno ſe vende* &c.

*do* &c. *Item l'univerſità de dicto caſtello è tenuta a dicto monaſterio per l'opera manuale per ciaſcuno focolero uno carlino. Item la detta univerſità è tenuta per la opera delli bovi per catanno bove uno carlino a dicto monaſterio onne anno, cioè uno tarì per par de bovi, & ſi nè haveſſe più non è tenuto ſe nò per uno paro. Item catauno focolero de dicto caſtello è tenuto a dicto monaſtero uno thomolo de grano, uno d'orgio, & una gallina de ſtaglio per anno per lo rendito. Item uno caſtello con una torre, e con le caſe, lo quale ſe dice, lo caſtello de Piedemonte, & circumcirca ammurato. Item uno montano* &c. *Nota, che quelli che macinano l'olive a dicto montano pagano due coppee per montano, & niſciuno può fare montano, o altro edificio ſenza licientia de dicto monaſterio, così in lo caſtello, como in la villa.*

Vallisfrigidæ. Pag. 116. & ſeqq. bona in oppido Vallis frigidæ. *In primis la rectoria de decto caſtello, la quale onne anno ſe vende plus offerenti. Item la univerſità de dicto caſtello, la quale è tenuta ſingulis annis a dicto monaſterio per lo pranzo ducati trenta. Item lo caſtello de decta terra* &c. & poſt multa alia. *Item li munti, plani, e ſelve ſono dè lo demanio de dicto monaſterio. Item l'uomini de dicto caſtello ſono tenuti a dicto monaſterio de le terreni loro proprii la decima de quatuor ſeminibus, come grano, vino, orgio, ſpeltra, miglio. Item lo dicto monaſterio have in dicto caſtello la tertiaria, & quarteria. Item la fida de dicto caſtello, ut ſupra.*

S. Georgii. Pag. 118. & ſeqq. bona in oppido S. Georgii. *In primis lo dicto monaſterio have in dicto caſtello la rettoria, la quale onne anno ſe vende plus offerenti* &c. *Item la ſcafa* &c. *Item l'univerſita è tenuta a dicto monaſterio per lo pranzo ſingulis annis de ſtaglio ducati ſepte, tarì uno* &c. & poſt multa. *Item lo territorio patronale de dicto caſtello è obbligato alla decima ad dicto monaſterio. Nota, che li huomini de caſtello nuovo* &c. *vaſſalli dello monaſterio tenuti indebite per lo Conte di Tundi. Item li munti, plani, paſcoi, ſelve, aqua, & aquarum decurſibus, & etiam lo publico ſono dello demanio dello monaſterio.*

Jerami Pignatarii Collis S. Magni. Pag. 120. & ſeqq. bona in oppido Jerami, pag. 123. in oppido Pignatarii, pag. 125. in oppido Collis S. Magni deſcribuntur. *In primis lo caſtello de dicta terra cum turribus, & muris circundatum* (loquitur de Colle Sancti Magni) *quale ſta in defeſa in capite dicti caſtri. Item la baliva de dicto caſtello, quale ogn'anno ſe vende.*

Cucurutii. Pag. 126. bona in oppido Cucurutii. *In primis lo dicto monaſterio have la rectoria in dicto caſtello, quale onne anno ſe vende plus offerenti. Item l'univerſità de dicto caſtello è tenuta a dicto monaſterio onne anno de ſtaglio per lo pranzo ducati dodici, li quali ſe pagano in lo Natale* &c. *Item uno caſtello con due caſi, uno forno, una ciſterna, un orto, un'eccleſia dentro ditto caſtello, quale è in defeſa. Item due caſe conjuncte con uno cortiglio vicino a lo caſtello, & juxta li muri della terra* &c. & poſt multa alia. *Item tutto lo territorio, caſe, poſſeſſioni, che poſſedono l'huomini di Cucuruzzo ultra lo dicto demanio è obbligato a dicto monaſterio di pagare de li ſei una per ventinove anno, ad renovandum, e quando renovano, ſono tenuti pagare per renovatione diecedotto ducati* &c. *Nota, che Calabretto è caſale di Cucuruzzo, etendo lo Signor de Galuzzo indebitamente. Item la fida in dicto territorio in lo quale cè affidà l'huomini di Galluzzo, e de la rocca di Vandra* &c.

Pag. 128. a t. & ſeqq. Bona in oppido Mortulæ, poſt quæ hæc verba leguntur. *Item tutto l'altro terreno patronale è obbligato a dicto monaſterio delli ſepti uno.* Mortulæ

Pag. 130. bona in oppido S. Andreæ. *In primis la univerſità di detto caſtello paga a detto monaſterio in feſto nativitatis Domini de ſtaglio pro quolibet anno per lo pranzo ducati diecidotto* &c. *Item la rectoria di detto caſtello, la quale onne anno ſe vende plus offerenti. Item la ſcafa, la quale onne anno ſe vende* &c. poſt multa alia. *Item li huomini di detto caſtello de le terre loro proprie ſono tenuti a decto monaſterio dè la * Decima de quatuor ſeminibus*. In hoc regeſto haud recenſentur bona, juraque a ſacro cœnobio Caſſinenſi poſſeſſa in oppidis ſibi in Comitatu Moliſii atque in provinciis Teatina, & Conſentina ſubjectis, quod illorum reditus non exigeret Nicolaus Flaſcone Theſaurarius Sangermanenſis a quo memoratum regeſtum concinnatum eſt. & S. Andreæ. *Sextina

Quo vero conſtet, quot homines an. 1476. Abbatiam Caſſinenſem incolerent, hæc ex memorato tertio regeſto p. 202. exſcribenda eſſe ducimus. *Electi per Sindicos, & Univerſitatem predicte civitatis S. Germani ad faciendam inquiſitionem, & cercam victualiorum, videlicet grani, ordei, milei, & aliorum victualiorum ad uſum hominum, & animalium in civitate prædicta, & aſſignati coram me Nicolao Flaſcone generali Commiſſario a die quartodecimo Octobris prædicta, undecima indictionis videlicet: Notarius Benedictus de Pingnatario Joannellus Cece* &c. Sequuntur & alii quatuor. *Quibus preſentibus, audientibus, & intelligentibus, mandatum, & injunctum fuit per dictum D. Commiſſarium, ut eandem inquiſitionem una ſecum debeant ſolemniter, ac diligenter facere, & eſequi ab eis odio, prece, amore, vel pretio penitus ammotis, & ita facere, & exequi promittentibus, & jurantibus adjuncti per dictum D. Commiſſarium, videlicet presbyter Johannes Archidiaconus S. Germani* &c. pag. deinde 202. a t. & ſeqq. Patres familias, aut Domorum majora capita in urbe S. Germani recenſentur, quotque in domo qualibet adeſſent homines, quot frumenti aliarumque frugum modia. Demum pag. 215. hæc memoratarum rerum ſumma legitur: *Becche tremila diecidotto, grano tumola diecimila ducento ottantanove, miglio tumola cento, e dodici, orgio ducento ottant'uno, ſpeltra tomola quattrocento cinquantaſette*. Eadem inquiſitio in omnibus Abbatiæ Caſſinenſis oppidis eodem ſervato ordine facta eſt. Hinc p. 221. recenſentur incolæ oppidi Cervarii, nempe capita 546. grani modia 2150. P. 227. a t. inventa in oppido Pediſmontis capita 927. frumenti modia 4031. Pag. 232. a t. numerata in oppido S. Georgii hominum capita 477. frumenti modia 2252. Pag. 237. in oppido S. Apollinaris capita 506. frumenti modia 1520. Pag. 240. in oppido S. Angeli capita 431. frumenti modia 2228. Pag. 243. in oppido Vandræ capita 164. frumenti modia 830. Pag. 244. & ſeqq. in oppido S. Petri in fine capita 760. Pag. 249. & ſeqq. Quot homines Abbatiã Caſſinenſem anno 1476. incolerent.

Digitized by Google

ſeqq. In oppido Vitecuſii capita 163. Pag. 251. & ſeqq. in oppido Aquæ fundatæ capita 235. Pag. 254. & ſeqq. in oppido Vallis rotundæ capita 537. Pag. 190. & ſeqq. in oppido S. Andreæ capita 423. Pag. 193. & ſeqq. in oppido Vallis frigidæ capita 543. Pag. 195. & ſeqq. in oppido S. Ambroſii capita 265. Pag. 196. & ſeqq. in oppido Cucurutii cap. 270. Plurium oppidorum numeratio hic omittitur.

**Sex alia Johannis Abbatis Aragonii regeſta.**

Sex alia in archivo noſtro Johannis Abbatis tempore facta a Theſaurariis Caſſinenſibus regeſta extant in quibus adnotantur redditus quotannis habiti pro rectoriis, prandiis, tertiariis bonorum ſtabilium venditorum, vectigalibus platearum, ſcafarum, furnorum, operum manualium, operum boum, fidæ, disfidæ, bajulationis, terratici, decimarum, aliarumque rerum.

**Arx in ipſo Caſſinenſi cœnobio.**

Anno 1485. die 17. Octobris Johannes Aragonius Abbas ſummo Monachorum mœrore obiit; annoque inſequenti inſtrumentum rogavit Chriſtophorus Perrone Sangermanenſis Abbatiali, & Imperiali authoritate notarius, ex quo hæc tantum verba adnotanda ſunt, quibus in ipſo cœnobio Caſinenſi arcem extitiſſe conſtat. *Et durantibus guerris, & tribulationibus prædictis, ordinatiſque Caſtellano, & Cuſtodibus in monaſterio Caſinenſi per dictam ſacram regiam Majeſtatem, ipſiſque ibidem permanentibus, Monachi Caſſinenſes cum Priore ex dicto monaſterio expelluntur* &c.

**Johannes de Medicis fit Abbas Caſſinenſis.**

Bellum an. 1485. contra Ferdinandum ab Innocentio VIII. initum deſcribunt fuſe Spondanus ad eum annum nu. 2. 3. & 4. Raynaldus an. 1485. & 1486. Conſtantius lib. xx. & Summonte in vita Ferdinandi I. ſedatum tamen brevi eſt, paxque ſancita iis conditionibus, quas Raynaldus an. 1486. nu. 13. & ſeqq. refert, inter quas hæc eſt relata nu. 13. *Item quod de Abbatia Montis Caſini, & de ejus terris, & caſtris diſponatur per Pontificis voluntatem.* Cujus virtute die 14. Maii Abbas Caſſinenſis conſtitutus ab Innocentio Pontifice eſt Johannes de Medicis, qui vice ſui Johannem de Titiis Gubernatorem ſubrogavit.

**Privilegium quibuſdam Cervarienſibus conceſſum.**

Hic ergo an. 1487. quibuſdam Cervarii oppidanis hoc privilegium confirmavit, quo Johannes Aragonius illos eximit a ſolvendis vectigalibus decimarum, terratici, operum manualium, pontium, ſcafarum, paſcuorum &c. Extant Gubernatoris literæ in regeſto I. Johannis de Medicis p. 2. *Johannes de Titiis V.J.D. in ſpiritualibus, & temporalibus Reverendiſſimi in Chriſto patris, & D. D. Johannis de Medicis apoſtolici Prothonotarii, ſacrique monaſterii Caſinenſis perpetui Commendatarii* &c. *Vicarius, & Gubernator Caſinenſis generalis. Dilectis nobis in Chriſto D. Benedicto Palazzolo archipresbytero caſtri Cerbarii, D. Thomaſio, notario Jacobo, Johanni Bernardino Sado filiis Bartholomei mortui* &c. *ſalutem in Domino. Exhibita pro parte veſtra coram nobis petitio continebat, quod quondam illuſtriſſimus, & reverendiſſimus D. Cardinalis de Aragonia vobis, & cuilibet veſtrum* &c. *exemptionis, & immunitatis privilegium conceſſit tenoris ſequentis. Johannes miſeratione divina tituli S. Hadriani presbyter cardinalis de Aragonia, ac perpetuus commendatarius ſacri monaſterii Caſinenſis* &c. *Dilecto nobis in Chriſto D. Benedicto Palazzolo archipresbytero caſtri Cerbarii, D. Thomaſio, notario Jacobo, Bartholomæo, Nicolao, & Petro nepotibus ejuſdem ſalutem in Domino. Grata, accepta ſervitia, & obſequia, quæ nobis, & ſacro monaſterio Caſinenſi cum omni fide, diligentia, & cura impendiſtis* &c. *præſentium tenore, & ſerie, proprio motu, & inſtinctu, deliberate* &c. *& ex certa ſcientia a præſtatione redditus, & ſolutione omnium reddituum, decimarum, terraticorum, operum, pontium, ſcafarum, paſcuorum, & quorumlibet quavis cauſa, & occaſione cameræ noſtræ Caſinenſi debitarum quamdiu vixeritis dumtaxat, immunes, liberos, & exemptos facimus. Ita quod nullatenus a noſtris officialibus quoquomodo, ullo quæſito colore, ſive cauſa ad præſtandum, & ſolvendum præmiſſa, ſeu præmiſſorum aliquid impediatur, ſeu impedire minime tentent, nec faciant tentari* &c. *cum onere in recognitione gratiæ liberalis, & exemptionis hujuſmodi teneamini, dum una vixeritis, ſolvere, & præſtare cameræ Caſinenſi in feſto S. Benedicti* &c. *tarenum unum argenti optimi ſingulis annis, & annuatim* &c. *& ſi defeceritis* &c. *ab hujuſmodi exemptionis gratia, volumus cadere vos* &c. *In quorum fidem* &c. *Datum in civitate noſtra S. Germani in palatio Caſinenſi die 29. Auguſti* &c. 1480. *Poſtquam privilegii, exemptionis, & immunitatis præſentationem* &c. *Idem archipreſbyter pro ſe, & prædictis ſuis nepotibus nobis humiliter ſupplicaverit, dubitans ne morte prædicti quondam reverendiſſimi D. Cardinalis de Aragonia illud viribus non ſubſiſtere, eandem exemptionem, & immunitatem ſibi, & dictis ſuis nepotibus approbari, ratificari, confirmari, & de novo concedi dignaremur de gratia ſpeciali, noſque attendentes grandia, grata, & accepta obſequia, & ſervitia, quæ dicto ſacro monaſterio Caſinenſi* &c. *dictam immunitatem, & exemptionem, ex certa noſtra ſcientia vobis, & cuilibet veſtrum Benedicto Thomaſio, Jacobo, Nicolao, Johanni Bernardino, & Sado in locum Bartholomæi mortui omnibus melioribus via, modo, jure, & forma, quibus melius poſſumus, & debemus, ratificamus* &c. *ac ipſam exemptionem, & immunitates vobis, & cuilibet veſtrum authoritate nobis a prædicto reverendiſſimo D. Commendatario conceſſa* &c. *de novo concedimus, & gratioſe elargimur, & vos, & quemlibet veſtrum immunes, & exemptos facimus* &c. *a præſtatione, & ſolutione dictorum ſervitiorum* &c. *prout in dicto privilegio dicti q. illuſtriſs. & reverendiſs. D. Cardinalis de Aragonia dicitur, continetur* &c. *cum onere tamen ſolvendi cameræ Caſinenſi ſingulis annis, & annuatim tarenum unum optimi argenti in feſto S. Benedicti* &c. *quod facere ſi neglexeritis* &c. *ab exemptione hujuſmodi, volumus negligentem cadere* &c. *mandantes omnibus, & ſingulis theſaurariis, ſcaphariis, rectoribus, cæteriſque officialibus cameræ, & curiæ Caſinenſis ad pœnam ducatorum centum, & aliam noſtro arbitrio reſervatam, quatenus forma præſentium diligenter inſpecta, illam obſervare procurent* &c. *In quorum fidem has vobis fieri fecimus, & noſtri ſigilli appenſione, & propriæ manus ſubſcriptione munitas quoad vixeritis dumtaxat valituras. Datum in civitate S. Germani in palatio Caſinenſi die nona Auguſti quintæ inditionis* 1487. &c. *Nos Johannes qui ſupra Gubernator Caſinenſis prædicta fatemur,*



Digitized by Google

*& approbamus, & propria manu ſubſcripſimus.* Immunitates hujuſcemodi confirmatæ deinceps ſunt ab eodem Johanne de Medicis an. 1502. ab Abbate Auguſtino 1532. aliiſque.

Arces quædam Caſſinatibus ademtæ.

Ademerat Caſſinatibus rex Ferdinandus arces Montis Caſſini, Roccæ Janulæ, & S. Angeli, quod nedum ex inſtrumento an. 1486. a Chriſtophoro Perrone rogato, verum ex hac apocha liquet, cujus autographum extat in tertio regeſto Johannis de Aragonia p. 289. *Io Lodovico de Afflitto regio Commiſſario in la provincia di Terra di Lavoro* &c. *per tenore della preſente poliza ſubſcripta de mia mano propria, & niczata del noſtro ſolito ſigillo, declaro, e confeſſo aver ricevuto da notar Antonello Marcello di S. Germano ducati mille di carlini intendendo dieci per ducato, e ſono li quali per mia parte reſcoſſi da meſſer Jeſumundo, e Carlo teſoriero di Monte Caſino, li quali mi avevano da donare per ordinatione della Maeſtà del Signor Rè, per pagarne li caſtellani, e compagni dell'infraſcritti caſtelli, videlicet lo caſtello di Monte Caſino, lo caſtello di S. Germano, lo caſtello di S. Angelo in Teodice, li quali predetti ducati mille per mia medeſima ordinatione pagati ne ha alli ſopradetti caſtelli, videlicet al caſtello de Monte Caſino ducati cincento, e ſei, tarì quattro, e grana otto, quali li erano dovuti per la proviſione del caſtellano, ad rayone de otto ducati lo meſe, e del Vice caſtellano ad rayone de ducati quattro, & ad ſedici compagni ad rayone de ducati due per ciaſtiuno miſe, & ſono per dodici miſi connumerando dal primo de Aguſto quinta inditionis fini, e per tutto lo meſe di Aguſto ſexta inditionis, la quali quantità li ha donata netta, & omni deducto lo elagio di ducati quattro per cento, & al caſtellano del caſtello de S. Angelo a pagati ducati duicento cinquantatrè, tarì due, grana quattro, quali dovuti li erano per li ſopradicti dudici meſati, intenneno ad rayoni de ducati ſei lo Caſtellano, & per otti compagni ad rayoni de ducati dui, & al Caſtellano di S. Germano ha pagati ducati duicento, e ſepti, tarì uno, e grana ſedici, che dovuti li erano per li ſopradetti dudici meſate, intennendo ad rayuni de ducati dieci lo Caſtellano, e quattro compagni ad rayuni de ducati due l'uno, & contanti ne ha donati in queſto dì ducati trentadui tarì uno grana dodici, che fanno la ſomma delli preditti ducati mille, delli quali preditti denari, che ha pagati alli predetti Caſtellani ne ha conſegnati poliſe de receptis de lì preditti dudici meſate* &c. *& pero che così è la verità l'avimo fatta fare la preſente poliſa ſubſcripta di noſtra propria mano, & niczata more ſolito* &c. *Preſenti meſſer Colizza Copula Capitano de S. Germano, & de me Raymo Pinto cancelliero del predetto Comiſſario. Datum in S. Germani die* 15. *Novembro ſeptima indictionis* 1488. *Ludovicus de Afflicto ut ſupra manu propria &c.* Sequitur ſubſcriptio teſtium. Locus ✠ Sigilli.

Ejuſdem regeſti p. 290. hæc legitur epiſtola ad recenſitam ſolutionem pertinens. *Al mio caro como a Frate Notar' Antonio Marzello di S. Germano; Caro como a Frate, io ſcrivo allo triſorere di queſta Abbatia ve debia conſignare milli ducate curente, quali ano da ſervire per lo pagamento dì lè caſtelle, vi prego per amore mio pigliate ditte dinari, e meſe per meſe fate detto pagamento da mia parte ſecondo di ſopto è ordinato, e ricoperate da ciaſtuno Caſtellano cautela one miſe cò lè nome dì lè Caſtellani, e compagni in doſſo di quilla, e ricuperatine lo elagio di quatro per cento. Neapoli li* 12. *Decembre* 1487. *li quale milli ducate li pigliarete meſe per meſe la rata contingente, ſecondo lo pagamento averete da fare a ditte caſtelli. A Salamone Caſtellano di Monte Caſino a ducati otto lo miſe, allo Vicecaſtellano ducati quattro, a* 16. *compagni a due ducati per uno, veni lo miſe* 44. *Ducati, che per ano monta cinquecento ducati cinquecentovinti otto. Ad Antonio Caraffa Caſtellano di la rocha di Jannolla dieci ducati lo meſe, per quattro compagni ducati due per uno, vene lo meſe ducati diecidotto, che per ano monta ducati duecento, e ſedici. A lò Caſtellano di S. Angelo a* 6. *ducati lo meſe per otto compagni a ducati due per uno, vene lo miſe ducati vintidue, che per ano monta ducati* 264. *Voſtro come Frate Lodovico d'Afflicto regio Commiſſario.* Pag. 291. & ſeqq. exaratæ ſunt rationes pecuniæ ſolutæ memoratis Caſtellanis, eorumque ſociis, Caſtellani arcis S. Angeli nomen erat Diomedes Florianus de Fraja de Peſulo.

Apophaſis bonorum cœnobii S. Liberatoris.

An. 1492. Apophaſis facta eſt bonorum cœnobii S. Liberatoris Caſſinatibus ſubditi, cujus eſt epigraphe: *Inventarium Venerabilis monaſterii S. Liberatoris in Magella omnium, & ſingularum rerum mobilium, & ſtabilium ſpectantium, & pertinentium pleno jure dicto monaſterio ordinatum per Ser. Jacobum de Monticellis cancellarium, & rationalem illuſtriſſimi Ducis Gravinæ ex commiſſione D. Antonelli Sinibaldi de Scandriglia, genitoris D. Marii Commendatarii pradicti monaſterii* &c. *ſub anno Domini* 1492. *decima indictionis.* Poſt deſcripta bona omnia mobilia eccleſiæ, ſacrarii, & monaſterii, atque bona ſtabilia ab eccleſia, & præpoſituris poſſeſſa p. 9. a t. hæc leguntur. *In caſtro Serra; Item habet dictum monaſterium jus, & dominium vaxallorum caſtri Serræ Monaceſcha, quoad civilia tantum, cum juribus, redditibus, ac obventionibus ſolitis, & conſuetis, prout in antiquis bullis, privilegiis, & inſtrumentis latius continetur, & demonſtratur* &c. *territoria, facientia, ſeu reſpondentia, terragia dicto monaſterio decimam, & mediam decimam. Item habet in ea terra, & caſtro Serra jus gabellę* &c. *Item habet in caſtro Vendite di denari, e de olio ab hominibus ipſius, ac etiam aliquantulum vini* &c. & folio 11. a t. *in Caſtro Menaris. Dictum monaſterium habet territorium caſtelli Menaris caſtri diruti pleno jure ſpectantis S. Liberatoris, cnm ſilvis, & terragiis ſolitis, & conſuetis* &c. Pag. eadem. *In caſtro Polegra. Item habet territorium Polegra terra inhabitata, etiam pleno jure ſubjecta dicto venerabili monaſterio S. Liberatoris ſuis finibus limitatum, prout in bullis, privilegiis, & inſtrumentis antiquis plenius demonſtratur, cum ſilvis, nemoribus, terragiis ſolitis, & conſuetis* &c. Pag. 12. *Jtem dictum monaſterium habet territorium caſtri Sancti Angeli diruti, & inhabitati, pleno jure ſubjecti Sancto Liberatori ſuis finibus limitatum, prout in bullis, privilegiis, & inſtrumentis antiquiſſimis clarius continetur, cum*

nonnul-

Digitized by Google

nonnullis ſilvis glandium, terragiis, vineis, oleis, denariis, linis, & leguminibus &c. Item dictum monaſterium S. Liberatoris habet territorium S. Petri montis plani ſubtus roccam dicti montis plani caſtri diruti pleno jure ſubjecti dicto venerabili monaſterio cum terragiis, vineis, ſilvis, & aliis introitibus, & renditis denariorum ſolitis, & conſuetis &c. una cum renditis S. Angeli prædicti, prout per privilegia antiquiſſima S. Liberatoris manifeſte demonſtratur. Pag. 23. a t. Habet dictum monaſterium S. Liberatoris territorium Pomarii caſtri inhabitati ſuis finibus limitatum, prout in ſuis privilegiis plene conſtat, quibus me remitto, & refero cum reſponſionibus terragiorum, frumenti, ordei, lini, & aliorum introituum ſolitorum, & conſuetorum, nec non ſilvarum, glandium, & cenſuum, pecuniarum &c. Itèm habet predictum caſtrum cenſus pecuniarum ab illis de Bucchianico dè lò caſale de la Fara, e della rocca poſſidentibus in dicto territorio Pomarii, & tenetur reſpondere in feſto S. Crucis de menſe Septembris, &c. Item dictum monaſterium habet jus gabellæ in dicto caſtro Pomarii ab illis de là rocca di monte piano anno quolibet, prout ſolitum, & conſuetum extitit. Tria hæc oppida ab octavo jam ſæculo poſſidebat cœnobium S. Liberatoris, ut ex polyptico S. Bertharii ſuo loco demonſtravimus. Pag. 24. Item habet prædictum monaſterium territorium S. Caneſtri (Calixti) ſuis finibus limitatum, prout in ſuis privilegiis latius demonſtratur, cum terragiis ſolitis, & aliis introitibus ſolitis, & conſuetis &c. Item dictum monaſterium habet territorium S. Januarii caſtri diruti, & inhabitati cum ſuis pertinentiis, & finibus ſuis, prout in bullis, & privilegiis antiquiſſimis plenius continetur, & latius demonſtratur, cum reſponſionibus frumenti, ordei, ſpeltæ, vini, & aliis introitibus ſolitis, & conſuetis &c. Pag. 24. a t. Item dictum monaſterium habet territorium S. Johannis ſuis finibus limitatum cum terragiis ſolitis, ac cùm ſilvis &c. Pag. 25. a t. Habet dictum monaſterium S. Liberatoris territorium caſtri Caſtellarii, &c. ideſt Ripacorbariæ, & Colliſarſi cum ſuis pertinentiis, & finibus limitatum, prout in bullis, privilegiis, & inſtrumentis antiquiſſimis plenius continetur, & latius demonſtratur cum reſponſionibus terragiorum, & decimarum, videlicet frumenti, ordei, ſpeltæ, lini, leguminum, & aliorum introituum ſolitorum, &c.

Pag. 29. Dictum monaſterium habet territorium caſtri Oliveti &c. ſuis finibus limitatum, prout in bullis, privilegiis, & aliis inſtrumentis antiquiſſimis plenius continetur, & latius demonſtratur cum reſponſionibus frumenti, ordei, ſpeltæ, lini, & leguminum, denariorum, & aliorum introituum ſolitorum. Item dictum caſtrum habet jus dominii, videlicet herbagiorum, glandium, & ſpichati ſolitorum &c.

Pag. 30. Item dictum monaſterium S. Liberatoris habet territorium de la Reya etiam cum quadam barcha in flumine Piſcharia, & cum ſylvis glandium ſuis finibus limitatum, prout in privilegiis, & inſtrumentis antiquiſſimis, ac etiam ſententiis datis pro S. Liberatore plenius demonſtratur. Dictum inventarium fuit finitum, & completum omni meliori modo, prout fieri potuit per ſupradictum ſer Jacobum Deo omnipotenti, & Virgini ingentes gratias referentem. Actum in S. Liberatore anno, inditione, menſe, & die ut ſupra.

Eodem anno 1492. Gubernator Caſſinenſis conſtituit oppidorum ditionis noſtræ Gubernatorem Johannem de Frabertino a Talleacotio hiſce literis, quæ in I. regeſto Johannis de Medicis p. 103. extant. Baccius Ugolinus de Florentia, Reverendiſſimi D. D. Johannis Cardinalis de Medicis ſacri monaſterii Caſinatis perpetui commendatarii generalis gubernator, magnifico viro D. Johanni Frabertino de Taliacotio U. J. clariſſimo doctori Vicario noſtro Caſinati ſalutem, & diligentiam in commiſſis &c. Te ipſum D. Johannem Frabertinum legum doctorem in temporalibus Vicarium noſtrum, & officialem facimus &c. & ex certa noſtra ſcientia in Domino deputamus ad jus, & juſtitiam æqualance in banco ſolito juris cancellariæ Caſinatis horis ſolitis, & conſuetis dicendum, miniſtrandum, & exequendum, cunctis illud, & illam dici petentibus, inſtantibus, ac citationes, mandata, & banna pęnalia committendum, & pęnas in eis appoſitas a delinquentibus, & tranſgreſſoribus exigendum, juſtitia mediante, proceſſus formandum, publicandum, & aperiendum, concludendum . . . . . ſententias interlocutorias, & deffinitivas ferendum, & promulgandum, appellationes recipiendum, & admittendum, delinquentes debitis, & juſtis pęnis plectendum, condemnandum, & abſolvendum, componendum, liberandum, & abſolvendum, & omnes actus juridicos faciendum, miniſtrandum, & exequendum, & generaliter omnia, & ſingula in dicto Vicariatus offisio faciendum &c. quæ alii Vicarii pro tempore exiſtentes facere ſoliti ſunt, & conſueverunt, etiam ſi talia forent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale, quam præſentibus ſit expreſſum idem Vicariatus officium in temporalibus cum proviſione noſtro arbitrio reſervata, & emolumentis ſolitis, & conſuetis &c. Mandantes propterea Univerſitatibus civitatis S. Germani, & aliorum caſtrorum Caſinatium hominibus, & perſonis ipſorum, quatenus tibi tamquam noſtro vero Vicario in temporalibus pareant, faveant &c. ad pęnam unciarum centum curiæ Caſinenſi a quolibet contrafaciente exigenda, & applicanda. In quorum fidem has tibi fieri fecimus noſtri ſigilli rotundi impreſſione, & noſtra propria manus ſubſcriptione muniri &c. Data in civitate Sancti Germani in cancellaria Caſinate &c.

Gubernator oppidorum ditionis Caſſinenſis conſtituitur.

Inter alia oppida a vetuſtiſſimo jam tempore a cœnobio S. Liberatoris poſſeſſa erat illud S. Petri Monialium, ſic dictum a cœnobio Sanctimonialium ibi conſtructo. Cum autem dirutum jam eſſet, illiuſque oppidani ad oppidum Roccæ Montis plani conceſſiſſent, reditus quoſdam pro agris, quæ in oppido S. Petri poſſidebant non ſolverant. Quare die illis dicta hoc tandem inſtrumento rogato anno 1494. die quinta Maii a Chriſtopharo Perone a S. Germano Imperiali, & Abbatiali authoritate Notario res compoſita eſt, ex quo etiam conſtat hoc oppidum S. Petri cœnobio S. Liberatoris fuiſſe ſubditum.

Quidam ex oppidanis Roccæ Montis plani cenſus monaſterio S. Liberatoris perſolvunt.

Hoc, aliiſque inſtrumentis conſtat, Abbates Caſſinenſes notarios adhuc creaſſe, quemadmodum certe creabant judices ad contractus, ut innumeris inſtrumentis liquet in noſtro archivo aſſervatis.

Alphonſus II. Patri ſuffectus Regnum Ferdinãdo II. Filio concedit.

Anno 1494. die 25. Januarii, mortuo Ferdinando I. ſuffectus ſtatim eſt Alphonſus ejus filius natu maximus, Calabriæ Dux, qui anno inſequenti Ferdinando II. filio regnum conceſſit. Quæ deinceps evenerint, deſcribit an. 1495. nu. 3. & ſeqq. Spondanus hiſce verbis. *Dum autem hæc Romæ gererentur, Alphonſus rex Neapolitanus, audito Ferdinandi filii ſui abs Roma diſceſſu, & populorum de Ferdinandi patris ſui, ſuiſque crudelitatibus, cæteriſque injuriis, quærimoniis, quæ ardens Gallorum deſiderium palam oſtendebat, in tantum eſt terrorem conjectus, ut famæ, & gloriæ priſtinæ, quam longo uſu in multis Italiæ bellis ſibi non parvam pepererat, penitus oblitus, ſeſe regno abdicare conſtituerit, illudque in filium transferre fore ſperans, ut cum ab eo nemo fuiſſet læſus, quinimmo gratia apud omnes pollerct, deſiderium Gallorum in ſuis imminueretur. Quod quidem conſilium antea uſurpatum (inquit Guicciardinus) forſitan aliquid profuiſſet: At in ea tempora dilatum quibus cuncta ruere incipiebant, non ſatis erat ad tantam ſiſtendam ruinam, famaque fuit, Ferdinandi patris ſpectrum ter diverſis noctibus Jacobo regiæ domus Chirurgo apparuiſſe, ac primo lenioribus verbis, poſt admodum minacibus mandaſſe diceret Alphonſo filio, ne ſperaret regi Galliæ poſſe reſiſtere; quod decretum eſſet divinum ſuam progeniem regno ſpoliatam, & multis calamitatibus afflictam extinguendam, cum ob plurima alia ab ipſis patrata ſcelera, tum vero ob illud inexpiabile, quod ipſius ſuaſu, Puteolis rediens, in S. Leonardi fano prope Neapolim commiſſum fuiſſet, quo ſcilicet non pauci proceres, qui diu in vinculis detenti fuerant clam necari juſſi fuiſſent. Quorum umbra cum in ſomno continue obverſarentur, ac miſer Alphonſus ſuæ conſcientiæ ſtimulis agitatus, neque dies, neque noctes animo quietem inveniret, poſtquam Ferdinandus ipſius filius ejus nominis ſecundus rex ad breviſſimum tempus renunciatus eſt decimo Kalend. Februarii (Joviano Pontano tranſlati regni Tabulas dictante) re cum una dumtaxat Johanna regina ſua noverca, quæ Ferdinandi Hiſpaniæ regis ſoror erat communicata quatuor triremibus, aliquanta ſupellectili regia injecta, Neapoli diſceſſit; tantum in ipſo diſceſſu pavorem præſeferens, ut ad omnem ſtrepitum tremens, adeſſe Gallos exiſtimaret, & arbores, ac lapides Galliam inſonantes audire ſe clamaret, navigavit autem in Siciliam ad oppidum Mazzaram, quod ab eodem Ferdinando Hiſpano ſorori ſuæ donatum fuerat, unde Meſſanam ſe recipiens, emiſſo voto abdicationis mundi, in cœnobio olivetanorum ſeveriſſimam vitam aliquandiu exegit, jejuniis, & orationibus aſſidue vacans, & dignos pœnitentiæ fructus faciens, magnaſque eleemoſynas egentibus impertiens, donec non tota circumacto anno ex vehementiſſimo dolore veſicæ, quem patientiſſime tulit, extinctus eſt ut ſibi ab Olivetanis eſſe narratum Comminius ſcribit, bene inde de ejus animæ ſalute ſperans.* Vix regni habenas capeſſiverat Ferdinandus II. cum Carolus VIII. Galliæ rex mira inauditaque felicitate univerſum Neapolitanum regnum, quibuſdam exceptis caſtellis, invaſit, obtinuitque, in ipſam Capitalem regni urbem triumphans, die 22. Februarii anno 1495. ingreſſus, & Ferdinando rege in inſulam Ænariam abacto, ut hoc anno narrat Spondanus, qui nu. 4. ſubdit. *Cum admirabili inaudita felicitatis curſu, vel ſupra Julii Cæſaris exemplum prius viciſſet, quam viſus fuiſſet ingenti Italicæ militiæ probro, ac principum, rerumque publicarum ſapientiæ ignominia ſpatio quatuor menſium, & ſexdecim dierum (quod interceſſerunt a profectione ab Aſtenſi civitate uſque ad ingreſſum in Neapolitanam) ſubjugata victrice mundi, ac provinciarum orbis regina Italia ab adoleſcente rerum inexperto media hyeme cum armatorum exigua manu, vixque gladio educto, aut haſta fracta, & uti dicebat Alexander pontifex creta dumtaxat deleta, quæ hoſpitia ſignarentur cum & ipſa claſſis tam immani ſumptu comparata, atque inſtructa, maris tempeſtate quaſſata, non prius ad Neapolitanum littus acceſſerit, quam rex in urbem receptus fuiſſet. Verum, ut nulla gens, hoc potuit efficere præter Gallicam, quæ ſic alias magnam Europæ, & Aſiæ partem fortitudine ſua pervaſiſſe reperitur. Ita nulla alia potuit tam facile conquiſita ammittere, quam eadem Gallica, quæ fere carens virtute illa, qua parta tuenda ſunt, innata levitate, & inconſiderantia majore pudore quæſita perdidit, quam gloria quæſivit. Regno igitur univerſo Carolus potitus preter Iſchiam inſulam, & Brunduſinam, ac Gallipolitanam arces in Apulia, & reginam in Calabria, quæ magis in fide Ferdinandi permanſerunt, quod nullos ad eos capiendos rex immiſiſſet, quam quod inexpugnabiles eſſent ludis, & jocis totum ſe dedens, & parum de futuro ſollicitus in primis comeatus ingenti copia in arcibus Neapolitanis congeſtos, qui in multos annos ſatis eſſe potuiſſent, nonnullis ex familiaribus ſuis dono dedit, nec alios ſufficiendos curavit; eadem etiam incuria in aliis regni munitionibus ſervata. Ex qua nec non ex contemptu majoris partis procerum regni pluribus omnis conditionis, hominibus animus factus eſt ad priſtinos dominos reſpiciendos. Multaque Urbes, quæ in antiquo regum patrimonio cenſebantur privatis nobilibus gallis, & natura e victoria inſolentibus conceſſa id permoleſte ferentes pariter ad defectionem ſpectare cœperunt. Non his tamen ſolummodo de cauſis, verum etiam ex naturali gentis admutationem propenſione, cum inter omnes Italiæ populos ab antiquo regni Neapolitani incolæ inconſtantiæ, novarumque rerum cupiditatis notentur. Cum vero etiam vocato ſub fide Friderico Ferdinandi patruo, qui olim in aula Ludovici XI. diu egerat pacem ipſi, Ferdinandoque rex offerens ſi regno omnino cederent amplos in Gallia principatus repenſurum ſe polliceret; & Ferdinandus nullas conditiones admitteret, niſi ei Calabria relinqueretur, in qua non quaſi rex, ſed e proceribus, & clyentibus unus maneret hoc quidem prudenter Carolus negavit, quod nimis periculoſum videretur, ſi quam Regni partem ſuo æmulo concederet, verum in eo erravit, quod arcis Iſchiæ expugnatione, & ab ipſo initio, & poſt Ferdinandi*

dinandi

*dinandi inde abſceſſum qui ſe in Sicilia recepit non ea diligentia qua opus erat ſuſceperit: Gallis tanto rerum proventu inſolentioribus factis, gravioraque negotia fortuna temeritate permittentibus, neque agnoſcentibus proſpera hac ipſis non ſua virtute, aut prudentia, ſed ſola divina opera, ac velut manuductione contigiſſe, denique iis, qui apud regem plus poterant, unum illud agentibus, ut quam uberrimum poſſent fructum nulla regis, vel dignitatis, vel authoritatis habita ratione perciperent.*

Caroli VIII. Privilegium Caſſinatibus conceſſum,

Occupato regno, Carolus hoc privilegium cœnobio Caſſinenſi conceſſit, quod integrum pro more exſcribimus, tum quia rara admodum hujuſce regis ſunt diplomata pro eccleſiis regni facta, tum ut inde conſtet hallucinatum Spondanum, dum nu. 11. hujus anni ait, Carolum regem nonniſi die 12. Maii regis Siciliæ, & Jeruſalem titulum aſſumpſiſſe.

Ex originali in Archivo.

*Karolus Dei gratia rex Franchorum, Siciliæ, ac Hieruſalem dilecto fideli noſtro Archiepiſcopo Capuano conſiliario noſtro, aut ejus vicario, & aliis judicibus ordinariis locorum in toto noſtro regno in ſolidum, qui fuerint ad infraſcripta requiſiti omnibus, & ſingulis juſtitiariis, & aliis officialibus præſentibus, & futuris in præſenti noſtro Siciliæ regno conſtitutis, & conſtituendis, eorumque locatenentibus, & unicuique ipſorum, ad quos ſpectet, præſenteſque pervenerint, & fuerint præſentata, & qui ſuper his fuerint quomodolibet requiſiti, ſalutem, & dilectionem. Pro parte venerabilium Prioris, & Subprioris, ac Conventus monaſterii Caſinenſis fuit Majeſtati noſtræ reverenter expoſitum, quod cum dictum monaſterium ex conceſſione retro principum, & reginæ de domo noſtra Franciæ haberet, teneret, & poſſideret certa beneficia, ſeu præpoſituras eccleſiaſticas ſolita, & ſolitas tenere per monachos ejuſdem monaſterii, nec non, & menſam pro victu, & veſtitu dictorum Monachorum in eodem monaſterio degentium, & orantium, & etiam pro cultu divino, & aliis prout in privilegiis eidem monaſterio conceſſis per retro reges, & reginam de Francia, & confirmatis per ſummos pontifices latius aſſeritur contineri dicto monaſterio exiſtente in poſſeſſione dictorum redditu um præpoſituræ, & aliorum in dictis privilegiis contentorum, fuit de facto, & ex arrupto nullo juris ordine ſervato, ſpoliatum a poſſeſſione, & tenuta dictorum redditu um, & præpoſiturarum per regem Ferdinandum, & ſucceſſive Alphonſum ejus filium, ea, & eos, ſeu eas concedendo certis inhoneſtis hominibus Falconeriis, & aliis privatis eorum perſonis, contra formam, & ordinationem Pontificum, & Regum prædeceſſorum noſtrorum in maximum dampnum, & præjudicium divini cultus, & dicti monaſterii, & monachorum illius, propterea pro parte dictorum Prioris, & Subprioris, ac Conventus ejuſdem monaſterii fuit nobis humiliter ſupplicatum, quod conſtito de prædictis, prædicta privilegia, & confirmationes prædictas dignaremur cogi, atque compelli facere præfatos indebitos detentores ad reſtituendum, & relaxandum eidem monaſterio dictos redditus, & præpoſituras una cum menſa prædicta, & illius, ſeu illarum fructibus. Nos vero eorum humilibus ſupplicationibus benigne intellectis, debiteque conſiderantes prædicta ſuperius enarrata, & quod per nos volentes, quod unicuique quod ſuum eſt reddatur, in noſtro fœlici, & novo adventu ad coronam, & aquiſitionem per nos factam de hujuſmodi noſtro Siciliæ regno, ordinavimus, & decretavimus, quod omnes, & ſinguli noſtri boni, veri, & fideles ſubditi, & vaxalli ejuſdem regni ſint repoſiti, remiſſi, & integrati in omnibus, & ſingulis eorum rebus, terris, bonis, poſſeſſionibus, & juribus quibuſcumque de quibus indebite, & ſine cauſa ipſi, ſeu eorum prædeceſſores, a quibus ipſi habent jus, fuerint ſpoliati, & deſtituti, ac etiam, quia nos ſumus eccleſiarum, & monaſteriorum protectores, & defenſores, Volentes eoſdem Priorem, Subpriorem, & Conventum, ſeu dictum monaſterium Caſinenſe in ejus, & eorum rebus favorabiliter pertractari, vobis, & veſtrum ſingulis prout ad unumquemque ſpectet, & qui ſuper his fuerit requiſitus, dicimus, præcipimus, & mandamus, quatenus vocatis vocandis, ſi vobis conſtiterit, ſeu apparebit quod dictum monaſterium tenebat, & poſſidebat prædicta beneficia, ſeu præpoſituras eccleſiaſticas, & menſam prædictam, prout ſuperius eſt expoſitum, quodque quibus indebite, ac ſine cauſa, ac ſine forma juſtitiæ dictum monaſterium, ſeu illius Prior Conventus, aut Monachi fuerunt ſpoliatum, ſeu ſpoliati a poſſeſſione dictorum beneficiorum, ſeu præpoſiturarum eccleſiaſticarum, & menſæ prædictæ, & quæ in tempore dictæ ſpoliationis illa, ſeu illæ eidem monaſterio, Conventui, Priori, & Fratribus pertinebant, & ſpectabant, & non aliis in quantum ſufficienter apparuerit. In tali caſu noſtri ex parte ponatis, & immictatis, ſeu reſtituatis, & reintegretis, ſeu poni, & immicti atque reſtitui, & reintegrari faciatis dictis monaſterio, ſeu Priori, aut Subpriori, & Conventui ſeu eorum legitimo procuratori, prout nos eum, ſeu eos de gratia ſpeciali plena poteſtate, & authoritate regali poſuimus, immiſimus, reſtituimuſque, reintegravimus, ponimuſque, & immictimus, reſtituimus, & reintegramus per præſentes in poſſeſſione dictorum beneficiorum, ſeu præpoſiturarum, & menſæ prædictarum, in quibus dictum monaſterium per dictos Ferdinandum, & Alphonſum de Aragonia, ſeu per quovis alios indebite ſpoliatum fuit, & de dictis beneficiis, ſeu præpoſituris, & menſa, & de illorum, & illarum poſſeſſionum, & fructibus, de cætero faciatis gaudere, & uti dictum monaſterium, & Conventum Priorem, & Subpriores, & Monachos ejuſdem monaſterii, qui nunc ſunt, & pro tempore fuerint, plene, pacifice, & quiete tamquam eis, ſeu dicto monaſteric pertinentibus, & ſpectantibus juxta ſeriem, & tenorem præmentionatorum privilegiorum regiorum, & confirmationum eccleſiaſticarum prædictarum, ac ſic, & prout de illis gaudebant, & utebantur ante dictam ſpoliationem, illa aliquatenus non obſtante, expellendo a dictis beneficiis, ſeu præpoſituris, menſaque, & fructibus illorum, & illarum prænarratis, & a poſſeſſione ipſorum, vel ipſarum quoſcumque alios illicitos detentores eos, & omnes alios, quos deceat ad præmiſſa effectualiter adimplenda, conſtringenda, & conſtringi faciendo, tam per captionem, venditionem, & diſtractionem eorum bonorum, quæ per omnes alias vias, & modos debitos, & rationabiles, & in ſimili caſu requiſitos, quoniam tale eſt noſtrum regium beneplacitum, & ſic fieri volumus, & jubemus, non obſtantibus oppoſitionibus,*

*& appellationibus quibuſcumque, quibus nolumus deferri, nec etiam litteris ſubreptitiis impetratis, ſeu impetrandis ad hoc contrariis ullo modo. In cujus rei teſtimonium præſentibus ſigillum noſtrum impendenti duximus apponendum. Datum Neapoli 18. Martii Anno gratiæ 1495. regnorum vero noſtrorum ſcilicet Franciæ duodecimo, & Siciliæ primo. Per Regem ad relationem conſilii F. Bourdin.* Adeſt Sigillum cereum rubeum pendens &c.

Carolus VIII. Neapoli coronatus.

Proſequitur Spondanus regis Caroli coronationem Neapoli factam nu. 11. & 12. hiſce verbis enarrare. *Antequam vero Carolus Neapoli diſcederet, quod hactenus diſtulerat, (forte quia nunquam potuit obtinere a Pontifice regium diploma, quamvis promiſſum in conditionibus concordiæ Romæ factæ) conſueto ritu, ac pompa ſolemniorem regni, ſimulque titulorum Siciliæ, & Hieroſolimorum de more ſuperiorum regum poſſeſſionum inſigniaque aſſumere decrevit. Itaque die duodecimo Maii imperatorio habitu (tituli vid. Conſtantinopolitani) dextera pomum aureum Orbis ſymbolum, ſiniſtra ſceptrum tenens, coronaque caput redimitus ſub umbella per præcipuos regni proceres delata equo generoſo inſidens, ac Carolus Ceſar Auguſtus ſalutatus, urbem ingreſſus eſt maximo apparatu, ac celebritate, atque in primario templo de more juramenta fidelitatis a nobilitate, plebeque accepit, præſtititque ipſe de privilegiorum conſervatione. Qua actione nomine totius civitatis orationem habuit* Johannes Jovianus *Pontanus inſigni vir litteratura, de quo alias dictum. Cui propterea haud parva inuſta eſt nota, quoniam cum regum Aragonii generis diu ſcriba princeps, atque a ſecretis extitiſſet, Alphonſique etiam in litteris præceptor viſus eſt, ſive ut diſerti munus oratoris expleret, ſive ut gallorum gratiam magis ſibi conciliaret eoſdem reges acerbius dicendo perſtringere, a quibus tantis fuerat honoribus affectus.* Nu. 12. & ſeqq. diſceſſum Caroli regis die vigeſima ejuſdem menſis Galliam repetentis narrat, præliumque contra fœderatos Italos principes initum. Poſt Caroli abſceſſum Ferdinandus II. ſuffragante Romano pontifice Alexandro VI. Ferdinando catholico rege, atque Venetis univerſum fere regnum recuperavit, ſummaque celebritate Urbem Neapolim eſt ingreſſus die 7. Julii.

Privilegium a Ferdinando Rege Sangermanenſibus confirmatū.

Ex apographo in Archivo.

Confirmavit vero paulo poſt recuperatum regnum Urbi S. Germani ampliſſimum illud privilegium ab ejus avo conceſſum hoc diplomate. *Ferdinandus ſecundus Dei gratia rex Siciliæ, Hieruſalem &c. Univerſis, & ſingulis præſentium ſeriem inſpecturis, tam præſentibus, quam futuris. Licet adjectione plenitudo non egeat, nec firmitatem exigat quod eſt firmum, confirmatur tamen interdum, quod robur obtinet, non quod neceſſitas id expoſcat, ſed ut confirmantis ſincera benignitas pateat, & rei geſtæ abundantioris cautelæ robur accedat. Sane nuper pro parte univerſitatis, & hominum S. Germani fuit Majeſtati noſtræ reverenter expoſitum, quemadmodum per ſereniſſimam memoriam Sereniſſimi Ferdinandi regis avi noſtri colendiſſimi eiſdem univerſitati, & hominibus ſuperioribus temporibus conceſſa fuerunt nonnulla privilegia, immunitatis, & franchitiarum per omnia infraſcripti tenoris &c.* Poſtque relatum univerſum Ferdinandi privilegium ſubditur: *Poſtquam quidem expoſitionem, & præinſertorum privilegiorum præſentationem fuit Majeſtati noſtræ pro ipſius univerſitatis, & hominum parte humiliter ſupplicatum, ut eiſdem dicta privilegia cum omnibus, & ſingulis in illis contentis, & declaratis benignius confirmare, & de novo concedere de ſpeciali gratia dignaremur: Nos volentes cum præfatis univerſitate, & hominibus gratioſe, & benigne agere propter eorum devotionem erga nos, & ſtatum noſtrum, propter quæ in hiis, & longe majoribus noſtram ſibi gratiam merito vendicarunt, ac cum votis regiis avitis reddere conformes, tenore præſentium ex certa noſtra ſcientia, & gratia ſpeciali eiſdem univerſitati, & hominibus prædicta privilegia cum omnibus, & ſingulis in eiſdem contentis, & declaratis confirmamus, ratificamus, acceptamus, ac de novo concedimus, noſtraque confirmationis, ratificationis, & novæ conceſſionis munimine roboramus, & validamus, juxta ipſorum præinſertorum privilegiorum ſeriem, & tenorem, volentes, & decernentes expreſſe, quod præſens noſtra confirmatio, & nova conceſſio ſint eiſdem univerſitati, & hominibus ſtabiles, utiles, & reales, fructuoſa, & firma omni futuro tempore, nullumque diminutionis incomodum, aut impugnationis objectum in judicio, vel extra quomodolibet pertimeſcant, ſed in ſuo ſint ſemper robore, & firmitate, & ad majoris gratiæ cumulum ordinamus, & impartimur eiſdem univerſitati, & hominibus, quod in toto regno, ipſiuſque civitatibus, terris, caſtris, & locis gaudeant, & gaudere poſſint, privilegio civilitatis, ſintque, habeantur, & reputentur cives in omnibus eorum peragendis, gaudeantque omnibus immunitatibus, franchitiis, gratiis, prærogativis, privilegiis, & aliis quibuſcumque, quibus gaudent, & gaudere poſſunt & debent cæteri cives uniuſcujuſque civitatis, & locorum dicti regni, & ut præmiſſa illum, quem volumus ſortiantur effectum; mandamus hujus Regni magno Camerario, ejuſque locumtenenti, Præſidentibus, & Rationalibus cameræ noſtræ ſummariæ, ac denique omnibus, & quibuſvis aliis officialibus, & ſubditis noſtris majoribus, & minoribus nomine quocumque nuncupatis, officio, authoritate, & poteſtate fungentibus in toto hoc regno noſtro exiſtentibus, & ſignanter Gubernatori, & Capitaneo dictæ terræ eorum locumtenentibus præſentibus, & futuris, quatenus præſens noſtrum privilegium ad unguem ſervent, & faciant ab omnibus obſervari juxta ipſius ſeriem pleniorem, nec ſecus agant pro quanto gratiam noſtram caram habent, iramque, & indignationem noſtram cupiunt evitare; In quorum fidem præſentes fieri juſſimus magno majeſtatis noſtræ ſigillo pendenti munitas. Datum in caſtello noſtro Capuano Neapolis die 17. Julii milleſimo quatrigenteſimo nonageſimo quinto, regnorum vero noſtrorum anno primo. Rex Ferdinandus Dominus mandavit mihi Caritheo. Petrus Franciſcus de Capua pro A. de Capua. Alfonſus M. Camerarius.*

Federicus fit Neapoli Rex.

Anno 1496. die 7. Octobris obiit rex Ferdinandus II. abſque liberis, illique propterea ſucceſſit Federicus avunculus princeps Altamuræ, & Dux Andriæ, qui præſide Magno Conſalvo, Gallos regno eliminavit, recuperata munitiſſima urbe Cajeta, in quam Galli ultimo ſeſe receperant.



Digitized by Google

Caſtellanus Oppidi Peſclarum.

An. 1497. die 17. Januarii Carolus Orpheus de Medicis Gubernator cœnobii Caſſinenſis caſtellanum, Commiſſarium, locumtenentem, & officialem oppidi Peſclarum conſtituit notarium Benedictum de notario Nicolao a S. Victore. Qua de re literæ extant p. 266. cit. regeſti.

Privilegiū a Johanne de medicis Sāgermanenſibus conceſsū.

Johannes Abbas hoc privilegium Sangermanenſibus conceſſit quod ipſi an. 1536. 18. Decembris in Banca Magiſtri actorum Donati Antonii Sarri, & denuo anno 1565. die 3. Novembris in ſacro Concilio præſentarunt in Banca magiſtri actorum Andreæ de Caro, ut eo anno iterum dicemus. *Johannes miſeratione divina S. Mariæ in*

Ex apographo in Archivio.

*Dominica Sacroſancta Romana eccleſia diaconus Cardinalis de medicis ac perpetuus commendatarius ſacri monaſterii Caſſinenſis ad futuram rei memoriam: Univerſis, & ſingulis preſentes noſtras immunitatis, & franchitia litteras inſpecturis tam preſentibus quam futuris ſalutem. Si cui univerſitati hujus noſtra Abbatia, & jurisdictionis dicti ſacri noſtri monaſterii Caſſinenſi, & apoſtolica commendatione pro ejus meritis, & ſervitiis remunerationem aliquam reddere debemus, eſt univerſitas, & homines fideliſſima civitatis noſtra S. Germani, de provincia Terra Laboris, qua pro conſervatione dicti ſacri noſtri monaſterii jurium, & rerum ipſius, ſervandaque apud nos, & dictum ſacrum noſtrum monaſterium Caſſinenſe, fide, & caſtrum dicti ſacri noſtri monaſterii ab hoſtibus jam occupatum, & detentum, vi expugnatum, conſilio, ope, & manu ipſorum conſervatum, ac ad devotionem ſacra regia Majeſtatis, & noſtram reductum, quod ſi factum non eſſet nullum haberemus, ac in recuperatione aliorum caſtrorum Flumaria, qua tam defecerant a fide dicti Sereniſſimi regis, & noſtra vulnera, ſuſpiria, famem, mortem, atque omnia alia dura, atque aſpera extrema, qua natura hominum ferre, & pati poteſt, conſtantiſſime & fortiſſime perpeſſa eſt, & longe ea, qua ab eis optabamus, eorum fortitudine conſtantia, & virtute ſuperarunt. Quamobrem digniſſimum nobis viſum eſt, ac rationi conſonum, ut univerſitatem, & homines ipſius, ſi non ea, qua cupimus, aliqua tamen in preſentiarum gratia proſequamur gratioſe. His igitur conſiderationibus digne moti, ac intentioni, menti, & voluntati dicta ſac. regia Majeſtatis, quantum cum Deo poſſumus, volentes conformes eſſe, & ipſius veſtigia ſequi, & imitari, habito ſuper his conſilio cum deliberatione matura de certa noſtra ſcientia, proprio motu, & gratia ſpeciali ipſam univerſitatem, & homines, ipſiuſque univerſitatis pertinentiarum, & diſtrictus, in perpetuum facimus, atque eſſe volumus francos, liberos, exemptos, immunes, & abſolutos ab omni ſolutione fida pecudum, caprarum, bovum, vaccarum, & jumentorum ſolita, & conſueta, herbagiorum, & paſcuorum, planitierum, & montium, & aquationum, ac cujuſque alterius fida, exceptis fida porcorum, defenſis ſolitis, & conſuetis, vid.* Silva Cardeti, Tenuta Vallis Luci, Tenuta Ciconiæ, Tenuta Vallis Venafranæ, & Menardæ, atque Startia S. Gregorii, ac operibus manualium, & brachiorum *praſtari ſolitis & conſuetis in ſervitiis Monachorum, & dicti noſtri ſacri monaſterii, quas, & qua nobis, & dicto ſacro noſtro monaſterio expreſſe reſervamus, & pro reſervatis haberi volumus, & mandamus, nec non a ſolutione Pontium ſcafarum gabellarum, paſſagii ſeu oneris, & vectigalis, & quorumcumque debitorum quomodocumque, & qualitercumque ſpectantium, & pertinentium dicto ſacro noſtro monaſterio, & ejus camerę Caſſinenſi in toto dominio, & jurisdictione, ipſius, & quę in futurum ſpectabunt, & quomodolibet pertinebunt, ac ſpectare poſſent, & pertinere, cauſis, & occaſionibus ſupradictis, & pro exemptis, liberis, franchis, immunibus, & abſolutis a pręſtatione, & ſolutione omnium, & ſingulorum prędictorum haberi, teneri, & reputari volumus, & ex noſtra certa ſcientia expreſſe mandamus, tamquam benemeritis, & condignis; itaque a ſolutionibus ſupradicti ſint ſemper exempti, liberi, & immunes, nec ad ſolutiones ipſas, ſeu aliquam partem ipſarum poſſint, neque debeant aliquomodo conſtringi, neque compelli; Volentes tamen, quod ſi homines dictę civitatis quandocumque contingerit quęcumque animalia in ſoccidam, ſeu ad partem dare Abbatialibus, ſeu exteris, quod eo tunc ad tollendum omnem fraudem, quę forſan poſſet oriri, teneantur, & debeant ipſa notificare Gubernatori, ſeu Theſaurario, vel Commiſſario fidę noſtris Caſſinenſibus ibidem pro tempore conſtitutis, & conſtituendis, alias ſi ſecus fecerint, teneantur pro ipſis ſolvere fidam ſolitam, & conſuetam camerę noſtrę Caſſinenſi. Volentes etiam, & decernentes expreſſe, quod prędicta univerſitas, ipſiuſque univerſitatis pertinentiarum, & diſtrictus homines, in quibuſvis civitatibus, terris, caſtris, & locis dominii, & jurisdictionis dicti noſtri ſacri monaſterii Caſſinenſis, poſſint, & valeant emere, & vendere quibuſcumque perſonis merces, & mercantias cujuſcumque generis ad quamcumque ſummam, & valorem aſcendant ſine ſolutione gabellę, & cujuſcumque alterius vectigalis dicto ſacro noſtro monaſterio, & ejus camerę Caſſinenſi quomodocumque, & qualitercumque ſpectantis, & pertinentis, ipſaſque mercantias a civitatibus, terris, caſtris, & locis prędictis extrahere, atque illas quocumque voluerint deferre, ſeu deferri facere ſine ſolutione paſſagii, ſcafagii pontagii, ſeu alterius cujuſcumque vectigalis, inveſtientes propterea prędictam univerſitatem, & homines ipſius prędictos de pręſenti noſtra gratia per expeditionem preſentium, ut moris eſt; quam inveſtituram, vim, robur, & efficaciam verę, & realis poſſeſſionis, ſeu quaſi, volumus, & decrnimus obtinere, & ut prędicta univerſitas pręſenti noſtra gratia firmius, & certius potituram ſe ſciat, & certa ſit, tenore pręſentium in verbo boni, & optimi Pręlati, ac hypoteca, & obligatione bonorum omnium dicti ſacri noſtri monaſterii promittimus, & firmiter pollicemur eidem univerſitati, & hominibus ſupradictis, pręſentem noſtram gratiam eis ſemper, & omni futuro tempore obſervare, & obſervari facere per officiales, & ſubditos noſtros quoſcumque in judicio ſive extra, volentes, & decernentes expreſſe, quod in preſenti noſtra gratia intelligantur omnes clauſolę, quę in favorem prędictę univerſitatis, & hominum predictorum eſſe poſſent, quas omnes de certa noſtra ſcientia intelligi volumus, & ſupplemus, licet hic per extenſum non exprimantur, & ſine aliqua cavillatione in favorem prędictę univerſitatis & hominum prędictorum interpretari volumus, & mandamus, ac prędictam univerſitatem, & homines ipſius gaudere,*

Digitized by Google

*dere, & potiri volumus omnibus privilegiis immunitatibus, gratiis, & prærogativis, quibus cæteri franchi, exempti, liberi, & immunes, ac familiares, dicti noſtri Sacri monaſterii Caſſinenſis, & noſtri potiuntur, & gaudent, & ut præmiſſa illum, quem volumus ſortiantur effectum, mandamus vobis R. D. Carolo Orpheo de medicis apoſtolico prothonotario Gubernatori noſtro Caſſinenſi, ac omnibus, & ſingulis officialibus noſtris Caſſinenſibus, Gubernatoribus, Vicariis, Theſaurariis, magiſtris Maſſariis, & Capitaneis, in quibuſcumque terris, caſtris, & locis dominii, & juriſdictionis Caſſinenſis conſtitutis, eorumque locatenentibus, & ſubſtitutis, ac denique omnibus, & quibuſcumque aliis officialibus, & ſubſtitutis noſtris majoribus, & minoribus præſentibus, & futuris, quocumque nomine nuncupantur, officio, authoritate, & poteſtate fungentibus in toto dominio Caſſinenſi exiſtentibus, quatenus preſens noſtrum Privilegium ſervevetis, & ſervent, ac faciatis, & faciant ab omnibus ad unguem inviolabiliter obſervari juxta ipſius ſeriem pleniorem, nec ſecus agant, neque agatis pro quanto gratiam noſtram caram habetis, & habent, ac pœnam ducatorum mille, & aliam graviorem noſtro arbitrio reſervatam cupitis, & cupiunt evitare: In quorum fidem, & prædicta univerſitatis cautelam eidem univerſitati, & ipſius hominibus præſentes fieri juſſimus, & noſtri pontificalis ſigilli appenſione noſtra propria manus ſubſcriptione muniri eidem univerſitati, & hominibus ipſius perpetuo valituras. Datum in civitate S. Germani in cancellaria Caſſinenſi die 3. Menſis Auguſti XV. indictionis 1497. Pontificatus SS. in Chriſto patris, & D. noſtri D. Alexandri divina providentia Papæ VI. anno 5. Ita facimus, & concedimus. Joannes Cardinalis de Medicis manu propria, excepta tamen defenſa ſeu fida S. Michaelis in monte, & reſervata ad uſum noſtrum ſpecialem. Idem Johannes. A. Marcellus. C. Orpheus de Medicis Gubernator manu propria. Locus ✠ Sigilli, Gratis, de mandato Reverendiſſimi D. Cardinalis. C. Gubernator. Nos Hieronymus de Geneva Abbas in preſentiarum ſacri monaſterii Caſſinenſis confirmamus, & quatenus opus ſit de novo concedimus immunitates, & gratias in hoc privilegio contentas dicta univerſitati S. Germani prout in eorum poſſeſſione extitit, & exiſtit, die 23. Februarii 1539. A. Marcellus, die 19. Menſis Decembris 1536. Neapolis per egregium Franciſcum Barbam procuratorem, & ut in actis una cum copia; eodem die Alexander Sarrocco Porterius ſacri conſilii, retulit, intimaſſe præſens privilegium egregio Petro Coppula procuratori dicti monaſterii perſonaliter, modo, & forma, ut ſupra: Extracta eſt a ſuo proprio originali præſens copia exiſtente in archivio publico dicta univerſitatis civitatis S. Germani in carta de pergamena cum magno pendenti ſigillo manu mei notarii Johannis Baptiſtæ de Babbo civitatis S. Germani ſcriba ejuſdem, de mandato magnificorum ſindicorum dictæ civitatis, cum quo facta diligenti collatione, in præſentia egregiorum notariorum Valerii Vicalvi, & Julii Atticani concordat, meliori ſemper ſalva. Unde in fidem me ſubſcripſi, ipſamque meo ſolito ſigno ſignavi. Laus Chriſto noſtro Amen. Locus ✠ Signi. Ego notarius Julius Atticanus S. Germani publicus, & Regia authoritate notarius eandem fidem facio, & ideo rogatus hic me ſubſcripſi, meumque notarii ſignum appoſui conſuetum. Locus ✠ Signi notarii.*

Hoc etiam anno 1497. die 11. Junii rex Federicus privilegium Sangermanenſibus a Ferdinando ſecundo rege conceſſum confirmavit, ut hoc diplomate conſtat. *Ferdinandus Franciſcus de Davolos de Aquino Marchio Piſcharia regnique Siciliæ Magnus Camerarius, & Præſides regiæ cameræ Summariæ: Univerſis, & ſingulis præſentium ſeriem inſpecturis tam præſentibus, quam futuris, Dohaneriis, Cabellotis, Paſſageriis, Scaphariis, & aliis quibuſcumque Officialibus &c., & ſignanter Capitaneo dictæ civitatis S. Germani, Baronibus quoque, Terrarum Dominis, & Dominabus, Gubernatoribus, Ducibus, Comitibus, Principibus, & Marchionibus fidelibus regiis, amiciſque noſtris chariſſimis ſalutem. In præſentiarum pro parte univerſitatis, & hominum civitatis prædictæ S. Germani fuerunt in dicta camera preſentatę regię litterę cum decretationibus capitulorum magno ipſius majeſtatis pendenti ſigillo ſigillatæ cateriſque ſolemnitatibus roboratæ per omnia tenoris, & continentiæ ſubſequentis. Fœdericus Dei gratia rex Siciliæ, Hieruſalem &c. Sane nuper pro parte univerſitatis & hominum fideliſſimæ civitatis noſtrę S. Germani fuit Majeſtati noſtrę reverenter expoſitum, quemadmodum per feliciſſimam memoriam sereniſſimi D. regis Ferdinandi ſecundi nepotis noſtri colendiſſimi eiſdem univerſitati & hominibus ſuperioribus temporibus confirmata, & conceſſa fuerunt nonnulla privilegia, & capitula immunitatum, & franchitiarum tenoris, & continentię ſubſequentis. Ferdinandus II. Dei gratia rex Siciliæ Hieruſalem &c.* Poſtque relatum iterum Ferdinandi privilegium ſubditur. *Fueruntque per Majeſtatem noſtram eiſdem univerſitati, & hominibus ad majoris gratiæ cumulum conceſſa quædam capitula tenoris, & continentię ſubſequentis, Capitoli &c.*

Privilegia Sangermanenſi confirmat Federicus

Ex apographo Archivi.

Mox etiam adducendas rex Federicus gratias Sangermanenſibus conceſſit, quibus Caſſinenſis cœnobii juriſdictio luculentiſſime demonſtratur. *Immunità, & gratie, quali ſe dimandano al Sereniſſimo Signor Re Federico per la divina gratia Re di Sicilia, Hieruſalemme &c. dalla univerſità, & huomini della città di S. Germano. In primis ſupplicano la predetta Maeſtà ſe digne confirmareli, & quatenus opus eſt de novo concedereli tuti loro privilegii, capituli, immunità, exemptione, & gratie ad loro conceſſi, & confirmati ſuſſeguentemente per li retro principi Rè di quiſto regno, de li quali sò ſtati, & ſonno in poſſeſſione: Placet Regiæ Majeſtati. Item ſe digne la predicta Maeſtà fareli gratia de li ſtabili, che ſono in Territorii de S. Germano, che ſe poſſedono per li homini de Pedimonte, della Villa, de Terella, & dello Colle Sancto mando rebelli de voſtra Maeſta, qualie ſtabilie fructuaria da cento ducati l'anno, vel circa. Placet regię majeſtati. Item ſe digne la predetta Maeſtà fareli gratia de tucta l'artiglieria ſe trova in lo caſtello de Pedimonte, quando dicto caſtello ſerra recuperato, & levareli le mura interno, acciò non poſſano per niſciuno altro tempo fare guerra como ſonno ſoliti ad onne guerra, che ſoccede ad dicta Maeſtà: Placet regię Majeſtati. Item ſe digne fareli gratia de tucti beſtiame ſonno ſtati depredati dalli loro convicini inimici, li ſia licito recuperarelo, & pigliarelo dove*

Aliaſque gratias concedit.

*dove ſe trovarà: Placet regię Majeſtati, quod ſuper hoc fiant patentes littera juxta ordinem jam exhibitum. Item ſe digne avere per recomendati li cittadini di S. Germano, in provedereli de alcuno officio, o caſtellania, ſecondo la qualità, & conditione de quelli li cercherando. Placet regia majeſtati. Item dicta Maeſtà ſe digne operare collò Rm̃o Cardinale de medici Commendatario de monte Caſino de uno bono Governatore, & allo Prepoſito dè lò ſtato de veſtra Maeſtà, & che ce abbia ad miniſtrare bona Juſtitia. Placet regia majeſtati, quod ſuper hoc expediantur littera, nomine ſua majeſtatis eidem reverendiſſimo D. Cardinali directa oportuna, & neceſſaria. Item ſe digne la predetta Maeſtà, che tutti officii, e beneficii ſonno in la Abbatia de S. Germano, tanto quelli apparteneno ad la juriſdictione do monte Caſino ſiano conferiti, & conceſſi ad li Cittadini de S. Germano, & Baziani, Placet regia Majeſtati, quantum ad ſe ſpectat, quantum vero pertinet ad reverendiſſimum D. Cardinalem ipſius Abbatia Commendatarium interponet partes ſuas, quod dictis ſupplicationibus ſatisfiat. Expedita fuerunt preſentia Capitula in caſtello novo Neapoli die 15. menſis Octobris, anno Domini 1496. Rex Federicus. Domnus rex mandavit mihi Vito Piſanello. Petrus Garlon, Ceſar Pignatellus locumtenens Mag. Camerarii. Antonius Januarius, poſt quam quidem expoſitionem, & preinſertorum capitulorum, & privilegiorum preſentationem fuit Majeſtati noſtra pro ipſius univerſitatis, & hominum parte humiliter ſupplicatum ut eiſdem dicta privilegia cum omnibus, & ſingulis in illis contentis, & declaratis benignius confirmare, & de novo concedere de ſpeciali gratia dignaremur, nos volentes cum pradictis univerſitate, & hominibus gratioſe, & benigne agere propter eorum devotionem erga nos, & ſtatum noſtrum propter qua in his, & longe majoribus noſtram ſibi gratiam vindicarunt, ac cum votis Sereniſſimorum pradeceſſorum noſtrorum reddere conformes, tenore preſentium noſtra ex certa ſcientia, & gratia ſpeciali eiſdem univerſitati, & hominibus pradicta omnia cum omnibus, & ſingulis in eiſdem contentis, & declaratis, confirmamus, ratificamus, acceptamus, & de novo concedimus, noſtraque confirmationis, ratificationis, & nova conceſſionis munimine roboramus, & validamus juſta ipſorum privilegiorum, & pradictorum capitulorum ſeriem, & tenorem. Volentes, & decernentes expreſſe, quod preſens noſtra confirmatio, & nova conceſſio ſint eiſdem univerſitati, & hominibus ſtabiles, utiles, reales, fructuoſa, & firma omni futuro tempore, nullumque diminutionis incomodum, vel impugnationis obiectum in judicio vel extra quomodolibet pertimeſcant, ſed in ſuo ſemper robore, & firmitate perſiſtant, & ut pramiſſa illum quem volumus ſortiantur effectum, ea illuſtriſſimo, & chariſſimo Ferdinando de Aragonia Duci, Calabria primogenito, & Vicario noſtro Generali ſignificantes, mandamus hujus regni magno Camerario, ejuſque locumtenenti, preſentibus, & Rationalibus camera noſtra ſummaria, nec non quibuſcumque Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, terrarum Dominis, & Dominabus, Gubernatoribus, Capitaneis, Dohaneriis; Cabellotis, Paſſageriis, ſcaphariis, aliiſque univerſis, & ſingulis officialibus, & ſubditis noſtris in ſoto hoc regno noſtro exiſtentibus; eorumque locumtenentibus, & ſubſtitutis praſentibus, & futuris, quatenus preſens noſtrum privilegium ad unguem ſervent, & faciant ab omnibus obſervari in favorem, & commodum univerſitatis, & hominum pradictorum, & contrarium non faciant pro quanto Idem illuſtris Dux nobis morem gerere cupit; cæteri vero officiales, & ſubditi noſtri gratiam noſtram caram habent, iramque, & indignationem noſtras, ac pœnam ducatorum mille cupiunt evitare: In quorum fidem praſentes fieri juſſimus magno paterno pendenti ſigillo munitas. Datum in S. Germano per magnificum virum V. J. D. Conſiliarium noſtrum Antonium Januarium Locumtenentem illuſtriſſimi Don Goffredi Borges de Aragonia Principis Squillacii Cariatique Comitis, regni hujus Logotheta, & prothonotarii, Collateralis Conſiliarii Nepotis, & tamquam filii noſtri dilectiſſimi, die 11. Januarii 1497, regnorum noſtrorum anno primo, Rex Federicus. Domnus rex mandavit mihi Vito Piſanello: Antonius Rota pro magno Camerario. Idem Antonius Januarius, Bernardinus Francus pro Petro Garlon. Nihil ſolvit, mandato regio. Notarius Pucius. Regiſtrata in cancellaria penes cancellarium in regiſtro privilegiorum tertio; ſuper quibus quidem prainſertis regiis litteris petita executoria in forma dicta camera conſueta, vobis propterea, & cuilibet veſtrum preſentium tenore officiis, authoritate, qua fungimur, dicimus, committimus, & mandamus, quatenus forma pradictarum inſertarum regiarum litterarum per vos, & unumquemque veſtrum diligenter attenta, in omnibus inviolabiliter obſervata, ipſas prainſertas regias litteras, ac omnia, & ſingula in eis contenta exequamini, & effectu, aliter adimpleatis juxta ipſarum preinſertarum regiarum litterarum ſeriem, continentiam atque tenorem, & contrarium minime faciatis, quanto regiam gratiam charam habetis, & penam in dictis preinſertis regiis litteris contentam cupitis evitare; Praſentes autem poſt ipſarum oportunam inſpectionem reſtitui volumus preſentanti pro ipſius cautela. Datum in eadem camera ſummaria die nona menſis Martii 1497. Ceſar Pignattellus locumtenens M. Camerarii: F. Coronatus pro magiſtro actorum: Regiſtrata in Executoriarum ſecundo.*

Pecuniæ pro munere ab oppidis Ditionis Caſinenſis novo Abbati ſolutæ.

Alias demonſtravimus oppida omnia cœnobio Caſſinenſi ſubdita Abbati Caſſinenſi cum primum benediceretur certam pecuniæ quantitatem ſolviſſe; Hinc anno 1497. die 12. Auguſti ſindici oppidi S. Heliæ ſeſe obſtrinxere ut ex libro nono actuum curiæ Caſſinenſis p. 113. a t. conſtat ducata decem infra decem dies ſolvere in complementum muneris Abbati novo debiti. Id ipſum die 18. Auguſti ſindici Pediſmontis, & Villæ promiſere intra tres dies ſeſe præſtituros, ut ex cit. Actis p. 315. a tergo & die 21. Auguſti ſindici univerſitatis Aquæfundatæ, ut ex cit. loco p. 116. a t. vigintiduo ducata in ſupplementum, In eodem libro aliæ leguntur hac de re obligationes.

Conceſſio officii Magiſtrorum Actuum curiæ ſpiritualis Caſſinēſis.

Ex apographo in Archivo.

Anno 1498. Johannes Abbas officium Magiſtrorum actuum curiæ ſpiritualis, & laicalis quoad civilia conceſſit Johanni Marſello, & Marcello ejus filio hoc diplomate. *Johannes miſeratione divina S. Maria in Domnica Diaconus Cardinalis de Medicis, ac ſacri monaſterii Caſſinenſis ordinis S. Benedicti nullius diœceſis perpetuus Commendatarius*

*tarius &c. Penſantes olim grandia, grata, fructuoſa, & accepta ſervitia, & obſequia, quæ qm. nobilis, & egregius vir notarius Antonius de Marſellis de civitate noſtra S. Germani actorum magiſter noſtræ curiæ Caſſinenſis, & notarius Johannes Marcellus ejus filius ſimiliter magiſter actorum dictæ noſtræ curiæ, veſtigiis paternis inhærens, noſtri in Chriſto dilecti, affectuoſiſſime nobis, & dicto noſtro ſacro monaſterio præſtiterunt, & quæ in futurum præfatus notarius Johannes, Domino concedente, ferventius præſtare non ceſſabit, & ut idem notarius Johannes benefeciſſe lætetur, & alii ad ſimiliter benefaciendum promptius animentur, harum ſerie ex certa noſtra ſcientia, ac noſtri proprii motus inſtinctu, omnes, & ſingulas gratias, collationes, conceſſiones, & confirmationes de dicto officio magiſtri actatus dictæ noſtræ curiæ Caſſinenſis in ſpiritualibus, & temporalibus, tam per felicis recordationis, Innocentium Papam VIII., quam per bonæ memoriæ Johannem Tituli S. Adriani presbyterum Cardinalem de Aragonia noſtrum in dicto ſacro monaſterio anteceſſorem, & quoſcumque alios ſub quacumque verborum forma eiſdem factas, & conceſſas, quarum tenorem hic de verbo ad verbum, volumus haberi pro expreſſis, & particulariter inſertis, quas vidimus, legimus, & oculatiſſime inſpeximus, approbamus, confirmamus, & præſentium litterarum patrocinio roboramus, & nihilominus potiori pro cautela idem officium magiſtro actatus in ſpiritualibus, & temporalibus dictæ noſtræ curiæ in perpetuum dari, & concedi ſolitum, & conſuetum, prout nobis plene conſtitit, & conſtat, dictorum ſuorum intuitu meritorum eiſdem motu, & ſcientia, & quatenus opus eſt, de novo prædicto notario Johanni, ejuſque filiis maſculis Marcello, Alphonſo, & Antonio legitimis, & naturalibus, natis jam, & impoſterum naſcituris, & cuilibet ipſorum in ſolidum in perpetuum noſtro liberalitatis dono, & munificentia noſtræ largitatis authoritate noſtra ordinaria damus, concedimus, & de eo gratioſe conferimus, & providemus eoſdemque notarium Johannem tamquam benemeritum, capacem, & condignum magiſtrum actorum, & dictos ejus filios, & quemlibet ipſorum in ſolidum in ſpiritualibus, & temporalibus conſtituimus, facimus, creamus, ordinamus, & deputamus omni meliori via, jure, modo, & forma quibus melius & efficacius poſſumus, & debemus, cum omnibus, & ſingulis juribus, juriſdictionibus, praeminentiis, commodis, emolumentis exigi ſolitis, & conſuetis per dictum qm. Antonium notarium, & per dictum notarium Johannem, & bullarum & aliarum ſcripturarum quomodocumque, & qualitercumque faciendarum, concedendarum per Gubernatorem, & Vicarios in dicto ſacro monaſterio noſtris, & eorum ſubſtitutos, honoribus, & oneribus, ac exercitiis ſolitis, & conſuetis, & ad dictum officium, tam de jure, quam de conſuetudine ſpectantibus, & pertinentibus quoquomodo ad habendum, tenendum, uti, fruendum, & perpetuo exercendum, cum libera & omnimoda poteſtate, & facultate, acta judicialia, & extrajudicialia dictæ noſtræ curiæ tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus per ſe ipſos, & quemlibet ipſorum in ſolidum, vel eorum ydoneum ſubſtitutum ſcribendi, & annotandi, ac omnia alia, & ſingula faciendi, gerendi, exigendi, ſcribendi, & adminiſtrandi, quæ ad dicti magiſtri actatus officium ut ſupra tam de jure, quam de conſuetudine ſpectant, & pertinent, ſpectare, & pertinere poſſent, & deberent, deque eo eundem notarium Johannem, & dictos ejus filios, & quemlibet ipſorum in ſolidum, ipſiuſque Juribus, juriſdictionibus, & emolumentis prædictis in ſignum veræ, & realis confirmationis, traditionis, & aſſignationis, tenutæ, & poſſeſſionis, ſeu quaſi dicti officii per expeditionem, & aſſignationem præſentium ex dicta certa noſtra ſcientia inveſtientes &c. In quorum omnium, & ſingulorum fidem has preſentes fieri, & per infraſcriptum noſtrum Secretarium ſubſcribi, noſtrique pontificalis conſueti ſigilli juſſimus appenſione communiri: Datum Romæ apud Montem Jordanum in ædibus noſtris die 3. menſis Novembris, anno a nativitate Dominica milleſimo quadrigenteſimo nonageſimo octavo, pontificatus SS. in Chriſto patris, & D. noſtri D. Alexandri divina providentia Papæ ſexti anno ſeptimo. Ita confirmamus, & approbamus, & de novo concedimus notario Johanni, & Marcello ejus filio dumtaxat ad vitam eorum: Johannes Cardinalis de Medicis manu propria, L. de Lottis de mandato ſcripſi, &c.*

Anno 1499. ſecundarum cauſarum judex in oppido Citrarii creatus eſt Johannellus di Ricca ab Antonio Dondaro atque in literis hac de re inſertæ ſunt literæ ab Abbate Johanne Dondaro Gubernatore ejus oppidi expeditæ, in quibus juriſdictio criminalis, civilis, aliaque jura exprimuntur, quæ inter facultas creandi judices ad contractus, extant hæ literæ in noſtro Archivo authenticæ, atque ita ſe habent. *Antonius Dondarus Canonicus Piſtorienſis, Reverendiſſimi in Chriſto patris, & D. D. Johannis Diaconi Cardinalis de Medicis, Sacri monaſterii Caſſinenſis perpetui commendatarii ſecretarius, & ejuſdem in terra Citrarii tam in ſpiritualibus, quam temporalibus commiſſarius, locumtenens, Vicarius & Gubernator generalis, magnifico & egregio U. J. D. D. Johannello de Ricca de Lorino ſalutem. Cum ſit quod reverendiſſimus in Chriſto pater, & D. D. Johannes Cardinalis, & commendatarius præfatus ſuis dilectis in Chriſto univerſitati, & hominibus terræ Citrarii, ut eorum cauſæ, tam civilium, quam criminalium appellationum, & gravaminum ad eum, ejuſque & monaſterii Caſſinenſis curiam, & tribunal in civitate S. Germani interpoſitæ, & interponendæ eandem univerſitatem, hominem, & habitatores dictæ terræ Citrarii ad evitandum labores, & expenſas, attenta diſtantia loci gratioſe indulgere, & concedere voluerit, & ſtatuerit, nobiſque propterea commiſerit, & mandaverit unum, vel plures auditorem, vel Auditores, quem, vel quos, ad id idoneos reperiremus in hac provincia Calabriæ cum omnimoda poteſtate cauſas prædictas appellationum, & gravaminum authoritate ſua cognoſcendi, & fine debito terminandi, faceremus, & ordinaremus, dando nobis ad id expreſſam, & omnimodam poteſtatem, & facultatem, prout in ſuis patentibus inde confectis litteris plenius continetur, quarum tenor ſequitur & eſt talis. Johannes miſeratione divina ſanctæ Mariæ in Dompnica Sacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Diaconus Cardinalis de Medicis, monaſterii Caſſinenſis Ordinis S. Benedicti nullius diœceſis perpetuus Commendatarius. Dilecto*

Judex ſecundarum cauſarum in oppido Citrarii creatus.

nobis

nobis in Chriſto venerabili viro D. Antonio Dondoro canonico Piſtorienſi Secretario noſtro familiari, continuo commenſali ſalutem, & ſinceram in Domino charitatem &c. Hinc eſt, quod nos te Gubernatorem, commiſſarium, locumtenentem, ac Vicarium noſtrum tam in ſpiritualibus, quam temporalibus generalem in terra Citrarii in partibus Calabriæ ſita, quam jure, & occaſione præfati noſtri monaſterii poſſidemus cum omnibus honoribus, & emolumentis debitis, & conſuetis, non obſtantibus quacumque alia conceſſione generali, vel ſpeciali per nos cuilibet facta, tenore præſentium facimus, conſtituimus, & deputamus, tibique cauſas quaſcumque, tam beneficiales, & eccleſiaſticas, quam civiles, & criminales, motas, & movendas in eadem terra, & ejus diſtrictu, juris ordine ſervato, & non ſervato, prout tibi videbitur expedire cum omnibus earum emergentibus dependentibus, annexis, & connexis cognoſcendi, decidendi, & fine debito terminandi, nec non perſonas quaſcumque tam eccleſiaſticas, quam ſeculares, cujuſcumque gradus, & conditionis exiſtant in illis partibus excommunicandi, corrigendi, incarcerandi, condemnandi, confirmandi, & relegandi, mulctandi, ac cum eis componendi, & alias puniendi, & ſi eorum demerita expoſcent a beneficiis, officiis, & exercitiis eorum ſuſpendendi, & eiſdem privandi, & ab eis amovendi, ac aliis conferendi, & concedendi, eoſdemque excommunicatos, & condemnatos, relegatos, & confinatos, & alias punitos abſolvendi, & liberandi, & in priſtinum ſtatum reducendi, jura inſuper, & juriſdictiones noſtras, & bona quæcumque tam mobilia, quam immobilia ad nos, noſtrumque monaſterium quomodolibet pertinentia, & ſpectantia, & in eadem terra, ſeu illius territorio exiſtentia defendendi, & recuperandi, nec non gabellas dictæ terræ, nemora, paſcua, vineas, cenſus, omneſque alios redditus, & proventus noſtros, & noſtri monaſterii in eadem ad annum, biennium, vel triennium locandi, affictandi, ſive arrendandi, juxta conſuetudinem dictæ terræ, vel alias, cum incantis, vel ſine, & ut tibi videbitur expedire, ſeu ad eaſdem gabellas, & redditus, & proventus exigendi, unum, vel plures erarium, vel erarios deputandi, eiſdemque credentiarium dandi, & conſtituendi, ab affictuariis, arrendatariis, ſive locatariis noſtris tam præſentibus, quam futuris, cenſuariiſque, & debitoribus quibuſcumque omnes cenſus, penſiones, & annuos affictus, & pecuniarum ſummas, & alia quæcumque nobis, & præfato noſtro monaſterio debita, & debenda exigendi, & de receptis, & exactis quietandi, ſerras quoque, & molendina facultatem faciendi, & aquarum curſus cum debito cenſu, & intraturis, ac etiam libere concedendi, & deſuper cum iis, quibus forte concederentur conveniendi noſtro nomine, & præfati noſtri monaſterii, prout ejuſdem indemnitati tibi videbitur expedire. Item quoſcumque judices, & officiales tam ad ſpiritualia, quam temporalia quocumque nomine nuncupentur, cum ea, quæ tibi videbitur poteſtate ibidem, ac in provincia Calabriæ unum, vel plures Auditorem, vel Auditores cum plenaria, & omnimoda poteſtate omnes, & quaſcumque cauſas appellationum, & gravaminum ad nos, noſtramque Curiam homines, & habitatores dictæ terræ, ac alias juriſdictioni noſtræ ibidem ſubditas, quomodolibet interpoſitas, & interponendas cognoſcendi, & terminandi, Juſtitia mediante, deputandi, ac judices etiam ad contractus, juxta privilegium noſtri monaſterii ibidem creandi, & faciendi, privilegia quoque, conſuetudines, & coſtumata, ac banda dictæ terræ tam per nos, quam per prædeceſſores noſtros, & olim per reges Dominos dictæ . . . . . . . conceſſa tam ſimul, quam de per ſe, & quæ ſint in viridi obſervantia, in quorum ut poſſeſſione, vel quaſi, homines, & habitatores dictæ terræ eſſe repereris confirmandi in totum, vel in parte, & eadem etiam ad tempus ſuſpendendi, & eiſdem derogandi, ac ea interpretandi, & declarandi, ampliandi, & reſtringendi, novas inſuper ordinationes ibidem pro regimine dictæ terræ faciendi, & pœnas non ſervantibus imponendi. Homines quoque dictæ terræ, unum, vel plures ad nos mittendi, ſi opus eſſe cognoveris, & mandatis tuis non parentes, pro modo culpæ quomodolibet puniendi. Omnia præterea & quæcumque, & qualiacumque beneficia in eadem terra, & ejus diſtrictu quomodolibet exiſtentia, ad noſtram, noſtrique præfati monaſterii collationem pertinentia. Perſonis eccleſiaſticis conferendi, & ad eadem preſentatis inſtituendi reſſignationes ſive renunciationes, inſuper de eiſdem in manibus noſtris ſive tuis noſtro nomine factas, & fiendas admittendi, & ea ſic, vel alias vacantia conferendi unum quoque, vel plures loco tui cum eadem, vel limitata poteſtate ſubſtituendi, & ſurrogandi, & Vicarium preſertim in ſpiritualibus generalem, etiam moderno ammoto, cum poteſtate conferendi omnia, & quæcumque beneficia ejuſdem Terræ, & ejus diſtrictu, & alias de illis diſponendi, prout tibi videbitur expedire, ibidem ponendi eundem Vicarium, & ſurrogatos eoſdem loco tui, quoties oportunum fuerit revocandi, & amovendi, ac loco illorum alios ſimiliter deputandi, & ponendi &c. mandanteſque Clero, Sindico, Electis, & univerſitati, ac omnibus, & ſingulis hominibus, & quibuſcumque officialibus, & ſubditis noſtris in dicta terra, & ejus diſtrictu cujuſcumque gradus, & conditionis exiſtant, ſub pœna noſtræ indignationis, noſtrique arbitrii, & poteſtatis, ut te in gubernatorem, Commiſſarium, locumtenentem, ac Vicarium Generalem cum debitis honore, & reverentia ſuſcipiant, tuiſque monitis, & mandatis accurate obediant, eaque omnia inviolabiliter obſervare procurent in omnibus, & per omnia perinde ac ſi nobis ibidem præſentibus emanarent: In quorum omnium fidem, & teſtimonium præmiſſorum has noſtras patentes litteras voluntatem noſtram hujuſmodi circa præmiſſa omnia in ſe continentia exinde fieri, & per alium ſecretarium noſtrum infraſcribi fecimus & mandavimus, noſtrique majoris, & conſueti ſigilli appenſione muniri juſſimus. Datum, & actum Romæ in domibus noſtræ reſidentiæ, in Monte Jordano, anno a Nativitase Domini milleſimo quadrigenteſimo nonageſimo nono indictione ſecunda die 13. menſis Julii, Pontificatus SS. in Chriſto patris, & D. noſtri, D. Alexandri divina providentia Papæ ſexti anno ſeptimo. L. de loctis de mandato ſubſcripſi. Hinc eſt, quod nos volentes, ut tenemur ejuſdem parere mandatis, & de vita tua ac morum honeſtate, & litterarum ſcientia, & in rebus agendis experientia, & bonitate confiſi, te in auditorem, & judicem, vice, & nomine præfati

rñii

Digitized by Google

*rm̃i D. Cardinalis Commendatarii dicti monaſterii eum ſpeciali, & omnimoda poteſtate omnes, & quaſcumque cauſas appellationum, & gravaminum per univerſitatem, homines, & habitatores dictæ terræ, & eorum ſingulos ab officialibus pro tempore futuris in dicta terra interpoſitas, & interponendas ad præfatum reverendiſſimum D. Cardinalem, ejuſque curiam, & tribunal, ut præfertur, cognoſcendi, decidendi, & fine debito terminandi, & ut juris, & moris eſt dictis officialibus inhibendi, cum omnibus, & ſingulis aliis earum dependentibus emergentibus, annexis, & connexis. Item honoribus, oneribus, & emolumentis debitis, & conſuetis omnibus melioribus modo, via, jure, cauſa, & forma qua, & quibus poſſumus, tenore præſentium conſtituimus, & ordinamus. Committentes tibi circa præmiſſa in omnibus, & per omnia plenarie, & integre vices præfati Reverendiſſimi Dñi Cardinalis, mandanteſque officialibus pro tempore exiſtentibus in dicta terra, ejuſdemque univerſitati, & hominibus, & eorum ſingulis, ut te in auditorem, & ut præfertur, ſuſcipiant, tibi circa præmiſſa, & quodlibet præmiſſorum accurate obediant, prout jure tenentur, & debent &c. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum has noſtras patentes litteras manu noſtra propria ſubſcriptas exinde fieri, ac etiam per notarium publicum infraſcriptum loco ſecretarii, & notarii noſtri etiam ſubſcribi, noſtrique conſueti ſigilli appenſione muniri juſſimus. Datum in eadem terra Citrarii die decima ſeptima menſis Auguſti milleſimo quatrigenteſimo nono, pontificatus SS. in Chriſto patris, & D. noſtri D. Alexandri divina providentia Papæ ſexti, anno octavo. De ſpeciali mandato, & commiſſione prædicti Reverendiſſimi D. Cardinalis, & authoritate, & poteſtate quibus fungimur, facimus, conſtituimus, & ordinamus, ut præfertur, auditorem. Antonius Gubernator manu propria ſubſcripſi. Ego notarius Petrus de Marino annalis notarius dictæ terræ de mandato præfati D. Gubernatoris me ſubſcripſi, locus ✠ Sigilli; In Capſula lignea cum cera rubea.*

# PRIMÆ DISSERTATIONIS
## PARS NONA.

# SÆCULUM UNDECIMUM
## A CONSTRUCTIONE COENOBII CASSINENSIS,

### CHRISTI SEXTUM DECIMUM AB ANNO MD. AD MDC.

Ludovici XII., & Ferdinandi Catholici in Regnũ Neapolitanũ Jura.

AD ea jam tempora devenimus, quibus feliciori omine reſtituto ſub Abbatum regularium regimine monaſterio Caſſinenſi, ejus etiam bona, juriſdictioneſque ſenſim ſine ſenſu delapſæ, ſi non in veterem dignitatem ſplendoremque reſtitutæ, integre ſaltem ſervatæ ſunt, quæ ſupererant, atque adeo ex iis, aliquæ recuperatæ piiſſima Hiſpaniæ regum munificentia, qui hoc ſæculo regno Neapolitano potiti ſunt. Vera nos fateri mox conſtabit.

Ludovicus XII. Galliæ rex Neapolitanum reregnum ſibi vindicabat iis de cauſis, quas Spondanus an. 1480. nu. 5. deſcribit hiſce verbis: *Hoc item anno Renatus Dux Andegavis, & Comes Provinciæ, rexque olim Neapolis, atque titulum Aragoniæ ob res ſuperius de illo recitatas ferens, mortuus eſt decimo Julii Aquis in Provincia, ætatis anno ſeptuageſimo tertio, princeps multarum virtutum, ſed bellis infortunatus, & adverſis rebus conſtanter toleratis inſignis: adeo autem ſingulis affabilis, ac liberalis, ut inde boni titulum tulerit. Fuit etiam amator hiſtoriæ, poeticæ, picturæ, in qua ultima eum excelluiſſe docent, quæ adhuc extant Aquis, Maſſiliæ, Lugduni, & aliis locis veſtigia imaginum ab eo depictarum &c. Cum quinque filios vivens amiſiſſet, treſque nepotes ex filiis natos heredem omnium regnorum, & ditionum reliquit, non ut quidam ſcripſere, Lodovicum regem, ſed nepotem ſuum Carolum Ducem Calabriæ dictum Comitem Cennomanenſem filium alterius Caroli fratris ſui itidem Comitis Cenomanenſis.. Qui deinde moriens ad finem anni proximi eadem omnia Teſtamento, quod extat (Rec. illud Bellofor. cap. 147. & noſtrad. ibid. reliquit Ludovico regi, ejuſque ſucceſſoribus Regibus, qui exinde in poſſeſſionem Provinciæ, & aliarum ditionum, quæ intra regnum erant venerunt, atque in regnorum jura ſucceſſerunt, &c.* Contendebat alia ex parte Ferdinandus Catholicus Hiſpaniarum rex Neapolitanum ſibi regnum utpote Alphonſi I. fratri competere. Quo vero potentiſſimi duo reges bella vitarent, pacem inter ſeſe, fœduſque an. 1500. hiſce legibus ſanxerant, quas Tutinus de Ammiratis regni Neapolitani pag. 171. refert hoc modo.

Eorum inter ſe Fœdera.

*Concordata, & conventa facta inter Chriſtianiſſimum regem Francorum Ludovicum XII., & Sereniſſimum, & potentiſſimum Ferdinandum, & Eliſabeth regem, & reginam Caſtellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, &c. Primo eſt concordatum, quod bona ſecum, & perpetua amicitia confœderatio, & intelligentia eſt, & erit in perpetuum inter præfatos reges, ſeu regna, terras,*

Digitized by Google

*terras, dominia, & eorum ſubditos, & ſucceſſores tali modo, quod erunt amici amicorum, & inimici inimicorum, neminem excipiendo, nec reſervando &c., & quia prædictus rex Franciæ habere prætendit in regno Siciliæ citra Farum, illa qua de cauſa ad eum recuperandum cum exercitu ſuo proficiſci decrevit, & nihilominus rex, & regina Hiſpaniæ prædicti jus habere prætendunt in dicto regno, ita ut dictum regnum uni ex duobus dictis regibus, & nemini alio de jure pertineat, animadvertentes præterea præfatis regibus, ac univerſo orbi notiſſimum eſſe regem Fridericum ſepe Turcarum principem chriſtiani nominis hoſtem acerrimum, litteris, nunciis, ac legatis ad arma contra populum chriſtianum capeſſenda ſollicitaſſe, ac in preſentiarum ſollicitare, qui ad ejus maximam inſtantiam cum ingenti claſſe, ac validiſſimo terreſtri exercitu ad chriſtianorum terras invadendas, vaſtandaſque jam moviſſe intelligitur, igitur tam imminenti periculo ac damno chriſtianæ reipublicæ obviare volentes, & ad finem pacis, & ut amicitia confœderatio, & liga prædicta ſit inter ſe indiſſolubilis, & perpetua in futurum. Volentes omnes occaſiones tollere & amputare, quæ huic confœderationi rupturam, & ſciſſuram poſſent afferre, tractatum eſt, & concordatum ſupradicto regno inter præfatos principes in hunc, qui ſequitur modum. Vid. quod dictum regnum Siciliæ citra Farum divideretur, & partiretur inter præfatum regem Franciæ ex una parte, & præfatos regem, & reginam Hiſpaniæ ex altera, & pro portione dicti regis Franciæ, remanebunt civitas Neapolis, & civitas Cajeta, ac aliæ civitates, oppida, & terrę totius provincię Terrę laboris, & tota provincia Aprutii pro eorum juſto valore, & medietatum, reddituum, dohanę pecorum Apulię cum ſuis titulis regis Francię, Ducis Mediolani, appelletur quoque rex Neapolis, & Hieruſalem: pro portione regis, & reginę Hiſpanię remanebunt Ducatus Calabrię, & tota Apulia pro ſuo juſto valore, & cum ſuis titulis regis, & reginę Caſtellę, Leonis, Aragonum, Sicilię, & Granatę, & appellentur quoque Duces Calabrię, & Apulię reſervata medietate reddituum dictę Dohannę in dicta Apulia levanda. Item eſt concordatum, & conventum, quod pręfatus rex Francię, & ſucceſſores ſui teneant, & poſſideant in perpetuum portionem dicti regni, quæ eidem regi Franciæ remanebit cum omni pleno dominio, ac integra, & ſuprema juriſdictione, ea dumtaxat reſervata, quæ ratione feudi eccleſiæ ac S. ſedis Apoſtolicæ deberetur, & pari modo eſt conventum, & concluſum quod præfati rex, & regina Hiſpaniæ, & poſſeſſores ſui teneant, & poſſideant in perpetuum portionem dicti regni, quæ eis remanebit, cum omni, & pleno dominio, ac integra, & ſupremâ juriſdictione, & dumtaxat reſervata, quæ ratione feudi eccleſiæ, ac S. Sedi Apoſtolicæ debetur &c. Datum, & factum in civitate Granatæ undecimo die menſis Novembris, anno S. Jubilei milleſimo quingenteſimo.*

**Federicus Regno per Pontificem dejicitur.** Anno 1501. hiſce regibus acceſſit Alexander VI. conceſſo utriſque Neapolitano regno memoratis legibus conjunctim poſſidendo, e quo Federicum dejecerat, eo diplomate, quod Raynaldus

*Diſſert.*

hoc anno nu. 53. & ſeqq; affert, in quo Pontifex poſt narrâta plura Federici ſcelera, ſubdit: *Ac quod pejus, & abominabilius eſt, ac chriſtiano principe omnino indignum intelligentiam non parvam cum Turcarum tyramno apud quem continue ſuos tenet oratores, habere, illique adhærore, præfatique Turcarum tiramni oratores ſæpe numero cum maximo honore recipere, illoſque penes ſe retinere, & cum eis converſari, ipſoſque perfidiſſimos Turcos ad invadendum chriſtianorum terras, atque loca, ac Italiam ingrediendum hortari, & inducere non expaverit ex quo ſuperiori anno maxima, & fere irreparabilia damna univerſæ reipublicæ chriſtianæ ſubſecuta fuerunt, de quibus nobis inexcuſabili notorio conſtitit, propter quod cum jure, ſi quod ei in dicto regno, & terra citra Pharum competebat, ipſo jure privatum cenſuimus prout harum litterarum ſerie cenſemus &c.* Prope Junii finem Pontificia, atque Gallica arma, quibus D. de Obigny, & Valentinus Borgia præerant, Roma digreſſa menſe Julio Capuam obtinuere, teſte Johanne Burchardo coævo ſcriptore in Diariis apud Raynaldum nu. 73. ubi hæc ait: *Circa horam quintam noctis præteritæ* (nempe vigeſima ſexta Julii die) *Papa habuit nova de Capua capta per Ducem Valentinum, & plures, videlicet decem, vel circa dies ante habuerat nova de Averſa, nola, & quaſi omnibus aliis locis bonis a Gallis occupatis & quod in Calabria, & Apulia eſſent erecta vexilla regis Hiſpaniarum, qui ambos illos Ducatus poſſideret. Captura autem civitatis Capuanæ fuit ex proditione cujuſdam Fabritii civis Capuani, qui gentes Ducis clam intromiſit, a quibus ipſe Fabritius fuit primus interfectus, & poſt eum tria millia, vel circa peditum, & ducenti armigeri equites, vel circa, & cives presbyteri, religioſi utriuſque ſexus, etiam in eccleſiis, & monaſteriis, & mulieres quotquot fuerunt repertæ ſine miſericordia, puellæ captæ, & datæ in prædam magna crudelitate. Omnium interfectorum numerus æſtimatus fuit ad ſex millia, vel circa.* Inter alios Capuæ Præfectos erat Fabritius Columna, quem Jordanus Urſinus ejus inimicus ſalvum eſſe voluit. Proſequitur deinde Burchardus. *Feria quarta Auguſti Dñus de Ubigni Capitaneus gentium regis Franchorum cum gentibus ſuis intravit civitatem Neapolitanam ex concordia cum rege Frederico, & idem Capitaneus ex concordia hujuſmodi habuit omnia caſtra Neapoli exiſtentia hac conditione, quod rex Fredericus debeat reſidere in Iſchia ad ſex menſes, & ſi interim habeat ſubſidium alicujus quod liceat tunc & via, & armis ſe defendere, & quod poſſit interim exportare omnia bona ſua quæcumque ſint (demptis artiliaria, & victualibus) de Neapoli, ac ducere Iſchiam, vel quo magis ſibi placuerit, & ſi, elapſis dictis ſex menſibus, non habuerit ſubſidium oportunum, quòd ex tunc ipſe rex teneatur etiam conſignare libere Iſchiam, & Salernum prædicto Capitaneo, ipſe autem abire quo magis velit, abſque impedimento alicujus.* Federicus deſperatis rebus in Inſulam ſe ſe Ænariam recepit cum conjuge ac liberis, Sorore Beatrice Ungheriæ regina, atque Iſabella Mediolani Duciſſa, pauloque

 poſt

Digitized by Google

poſt in Galliam conceſſit ad Ludovicum, a quo Andegavenſis Dux factus ibidem obiit. Ejus filius natu maximus Calabriæ Dux a Conſalvo Tarenti obſeſſus, captuſque eſt, atque ad Ferdinandum Hiſpaniæ regem contra juratam ante ſacratiſſimum euchariſtiæ Sacramentum fidem, miſſus, ut fuſe narrant Spondanus, & Raynaldus an. 1501. Summonte in vita Federici. Tutinus de ammiratis regni Neapolitani p. 157. & ſeqq; aliique. Imprudentiæ nota ejus ævi ſcriptores Ludovico inurunt, quod intra Italiæ fines Ferdinandum ſibi æmulum admiſerit, atque Ferdinando infidelitatis, quod per ſpeciem ferendæ Federico Conſobrino ſuo opis Calabriam invaſerit. Regnum itaque Neapolitanum dejecto Federico ambo hi reges pro ſtatutis conditionibus inter ſe ſe diviſere.

Juriſdictiones Caſſinatiſ confirmatæ.

Hoc eodem anno die 13. Septembris Cardinalis Georgius de Amboiſe Ludovici XII. in Italia locum tenens generalis omnibus regni Neapolitani magiſtratibus præcepit, ut ratam Abbati Johanni de Medicis haberent poſſeſſionem arcium Montis Caſſini, Roccæ Janulæ, & Sancti Angeli, quæ cœnobio noſtro ab Aragoniis regibus ademtæ fuerant, aliorumque oppidorum, & juriſdictionum, confirmavitque omnia privilegia, immunitates, &c. ut fuſius in hoc inſtrumento legitur, quo Johannes Abbas poſſeſſionem arcis ipſis cœnobii Caſſinenſis mœnils junctæ iniit, & in quo literæ etiam Cardinalis de Amboiſe inſertæ ſunt.

Ex originali in Archivo.

*In nomine Domini Amen. Anno nativitatis ejuſdem milleſimo quincenteſimo primo. Pontificatus SSmi in Chriſto patris, & Domini noſtri Domini Alexandri divina providentia Papæ ſexti anno decimo, die vero vigeſima ſexta menſis Novembris 4. indictionis. Univerſis, & ſingulis præſens hoc publicum inſtrumentum viſuris, lecturis, & audituris, notum ſit, & pateat evidenter, quod cum dicto die nos judex, notarius, & teſtes infraſcripti vocati, rogati, & requiſiti eſſemus per venerabilem virum Dominum Johannem Linghies Cappellanum, procuratorem, & Yconomum ut aſſeruit, illuſtriſſimi in Chriſto patris, & D. D. Johannis S. Mariæ in Dompnica Diaconi Cardinalis de Medicis, perpetuique commendatarii ſacri monaſterii Caſſinenſis, ut una ſecum accedere deberemus ad infraſcriptum negotium expediendum, & exequendum perſonaliter nos contulimus ad arcem ſacri monaſterii Caſſinenſis, & cum ibidem eſſemus dictus D. procurator Jo: procuratorio nomine quo ſupra coram nobis obtulit, & præſentavit quoddam tranſumpti Inſtrumentum, quod in manibus habebat cum appenſione ſigilli Reverendi in Chriſto patris Domini Petri de Vicentia epiſcopi Ceſenatenſis Sanctiſſimi D. noſtri Papæ, & ejus camerarii, nec non curiæ cauſarum cameræ apoſtolicæ generalis auditoris, munitum, non abraſum, non vitiatum, non cancellatum, nec in aliqua ſui parte ſuſpectum &c. & quod legi fecit, & declarari per me infraſcriptum notarium, & erat per omnia tenoris, & continentiæ ſubſequentis &c. In nomine Domini Amen, Noverint Univerſi, & ſinguli hoc præſens publicum tranſumpti inſtrumentum inſpecturi, lecturi, & audituri. quod anno nativitatis ejuſdem milleſimo quingenteſimo primo, inditione 4. die vero decima menſis Octobris, Pontificatus SS. in Chriſto patris, D. noſtri, D. Alexandri divina providentia Papæ ſexti, anno decimo. In mei notarii publici infraſcripti, teſtiumque infraſcriptorum præſentia perſonaliter conſtitutus Rmus in Chriſto pater, & D. D. Johannes Sanctæ Mariæ in Dompnica Diaconus Cardinalis de Medicis nuncupatus, & habens, & tenens in ſuis manibus, & oſtendens quaſdam litteras rmi in Chriſto patris, & D. D. Georgii de Amboſia miſeratione divina S. Romanæ eccleſiæ tituli S. Sixti presbyteri Cardinalis Archiepiſcopi Rothomagenſis Comitis Sartiranæ ac Chriſtianiſſimi D. regis Francorum, Siciliæ, & Hieruſalem, ac Neapolis, & Ducis Mediolani locumtenentis citra montes generalis, ſigillo ipſius R. D. Cardinalis archiepiſcopi, & locumtenentis in cera rubea carta papyrea involuta, impreſſo, munitas, & ſubſcriptas ut infra. Sanas quidem, ſalvas, & integras, non vitiatas, non abraſas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpitione carentes de convalidatione, confirmatione, & corroboratione privilegiorum & aliis conceſſis monaſterio S. Benedicti Montis Caſſini nullius diœceſis hujuſmodique litteras mihi notario infraſcripto ad manus tradidit, & præſentavit, ac de verbo ad verbum perlegit requirens me ut hujuſmodi litterarum vigore vidimus in forma authentica Inſtrumenti publici conficere eaſque tranſumere, earumdem etiam veram copia, ſive tranſumptum facere, & cum originali collationare, ac collatione facta tranſumptum, ſive copiam hujuſmodi dare, & in publicam formam redigere curarem. Tenor vero litterarum unde ſupra fit mentio ſequitur, & eſt talis vid. Georgius de Amboſia miſeratione divina S. Romanæ eccleſiæ tituli S. Xiſti presbyter Cardinalis Archiepiſcopus Rothomagenſis, Comes Sartyranæ, ac Chriſtianiſſimi domini, Domini noſtri Francorum, Siciliæ, & Hieruſalem ac Neapolis regis, & Ducis Mediolani, locumtenens citra montes generalis. Illuſtribus, ac magnificis dominis locumtenenti regio in prædicto regno Neapolitano Præſidentique, & ſenatoribus conſilium regium ibidem tenentibus, ac cæteris quibuſcumque officialibus, & juſdicentibus regis, tam mediatis, quam immediatis, cæteriſque omnibus ad quos ſpectat, & ſpectare quomodolibet poteſt, ſeu poterit in futurum ſalutem, & benevolentiam ſingularem. Lætamur proſpera Regni Neapolitani recuperatione per prælibatum Chriſtianiſſimum regem noſtrum divina favente, gratia, facta, non modo quia regnum jure Majeſtati ſuæ pertinens conſequutus eſt, verum etiam quia per ipſam recuperationem opitulatum eſt multis, qui per occupatores ipſius regni tirandidem frui bonis ſuis minime patiebantur. Cum igitur intellexerimus Reverendiſſimum in Chriſto patrem, & D. D. Sanctæ Mariæ in Dompnica Diaconum Cardinalem de Medicis vulgariter nuncupatum commendatarium monaſterii exempti, & immediate apoſtolicæ ſedi ſubiecti S. Benedicti Montis Caſini, Ordinis S. Benedicti nullius diœceſis aſſequtum fuiſſe poſſeſſionem arcis Montis Caſini præ-*

dicti

Digitized by Google

dicti ut ſupra ſiti ipſius monaſterii, nec non arcis ſancti Angeli, ac arcis civitatis ſancti Germani, Jani, ſive Januli nuncupatæ ipſi monaſterio pertinentium, & ſuperioribus annis per D. Ferdinandum de Aragonio ſucceſſoreſque ſuos in regno prædicto Neapolitano indebite occupatarum gaviſi non mediocriter ſumus monaſterium ipſum fructum talem, quemadmodum optabamus, fuiſſe conſequutum, maxime quia proprium mentis regiæ eſt eccleſiaſticæ, quantum liceat, favere libertati, tum quia hoc, quod dignitati, & comodo cedit prælibati D. Cardinalis, cui pro ſingulari ejus prudentia, virtute, & integritate, ac ſua, & univerſa medicorum familia in regiam Majeſtatem fide, & obſervantia gratificari in longe etiam majoribus majeſtas ipſa exoptat, & ſperat. Gratam igitur habentes relaxationem, ſeu reſtitutionem hujuſmodi Arcium opera, ſeu juſſu locumtenentium, ſeu capitaneorum regiorum de volumptate ipſa regia & noſtra in manibus magnifici Petri dicti Domini Cardinalis fratris facta, non modo quæ acta ſunt laudamus authoritate regia, qua fungimur, & comprobamus, ſed ut libenter quod gratiis eundem Dominum Cardinalem proſequamur, quoniam percepimus ipſum deſiderare in poſſeſſione, & tenuta earumdem arcium poſitum, & reſtitutum, ſeu exiſtentem manuteneri, & privilegiorum omnium ipſi monaſterio actenus conceſſorum confirmationem impartiri, tenore præſentium ex certa ſcientia, motuque proprio, ac de authoritate noſtra Regia predicta, & omnibus modo, via, & forma, quibus melius, & validius poſſumus, & de novo quatenus expediat, ipſarum arcium poſſeſſionem, & tenutam prædictis Domino Cardinali, & monaſterio in perpetuum relaxantes, & reſtituentes, ac in ea, omniumque aliorum caſtrorum, terrarum, officiorum, juriſdictionum, jurium, & bonorum prædicto monaſterio etiam vigore conceſſionum, immunitatum, exemptionum, & privilegiorum per nos hic inferius confirmatorum, ac quatenus opus ſibi de novo conceſſorum ſpectantium, & pertinentium. Quorum omnium, & ſingulorum nomina, invocationes, qualitates, valores, ſituationes, fines Diœceſis cæteraque omnia, & ſingula pro effectibus in preſentibus contentorum neceſſaria hic proletiſſime, & ſufficienter expreſſa ex certa noſtra ſcientia, & authoritate, qua ſupra haberi volumus, quantum in Majeſtate regia eſt in perpetuum reponentes dictum Cardinalem, & monaſterium prædictum, mandamus, & jubemus vobis prædictis illuſtriſſ. ac magnificis Dominis Locumtenenti regio, Præſidenteque, & ſenatoribus, & cæteris quibuſcumque officialibus, & jus dicentibus tam mediatis, quam immediatis, cæteriſque omnibus, ad quos ſpectat, & ſpectare quomodolibet impoſterum poterit, ut prælibatum Domnum Cardinalem in poſſeſſione, & tenuta prædictorum ad monaſterium ipſum ut ſupra ſpectantium poſitum, ſeu reſtitutum, aut quovis alio modo exiſtentem a quoquo moleſtatore non permittatis &c. In eadem manuteneatis, conſervetis, & defendatis, non poſitum vero, ſeu non exiſtentem ad omnem ejus, ſeu procuratoris ſui requiſitionem quoslibet alios illicitos, detemptores a prædictorum poſſeſſione omoveatis, & in ea eundem Dñum Cardinalem, ſeu agentem pro eo ponatis, & pro prędictis omnibus, & ipſorum quolibet prędicto Cardinali oportuna auxilia, & favores tribuatis, & præſtetis pro quanto gratiam regiam facitis, itaque Cardinalis ipſe, & ſucceſſoreſque ſui in ejuſdem monaſterii commoda prædicta omnis effectualitas conſequatur, & in perpetuum pacifice poſſideat, & de illis libere diſponere valeat, & poſſit ſeu valeant, & poſſint prout alii Commendatarii, & Abbates dicti monaſteri pro tempore exiſtentes, antequam occuparentur, facere, ſeu diſponere ſolebant, ſeu poterant: Inſuper omnes, & ſingulas conceſſiones, immunitates, exemptiones, & privilegia quovis modo, quomodocumque, & per quoſcumque eidem monaſterio, ſeu Commendatariis, & Abbatibus ejuſdem pro tempore exiſtentibus ſub quibuſvis formis, & expreſſione verborum conceſſa, quorum tenores hic pro inſertis de verbo ad verbum, & ſufficienter expreſſis ex certa noſtra ſcientia habere volentes in omnibus, & per omnia, ut jacent, una cum ſingulis in ipſis contentis, approbamus, & authoritate noſtra Regia, motuque proprio prædictis convalidamus, confirmamus, & corroboramus, ac quatenus opus ſit de novo, quantum in Majeſtate Regia eſt, concedimus, & elargimur: Mandantes rurſus vobis prædictis Illuſtriſſ. ac magnificis Dominis locumtenenti, regio Præſidenti, & Senatoribus, ac cæteris quibuſcumque officialibus, & juſdicentibus regis tam mediatis, quam immediatis, cæteriſque omnibus, ad quos ſpectat, & ſpectare quomodolibet impoſterum poterit, ut ipſas immunitates, conceſſiones, exemptiones, & privilegia, ac omnia, & ſingula in eis, & in his noſtris litteris contenta inviolabiliter in perpetuum ſervetis, ſervareque faciatis pro quanto gratiam noſtram cari penditis, quibuſcumqae in contrarium facientibus non obſtantibus, quibus omnibus, & ſingulis pro prædictis omnibus & ſingulis in præſentibus noſtris contentis authoritate regia, ac motu proprio, quibus ſupra ex certa ſcientia noſtra derogamus, derogatumque eſſe volumus, etiamſi eſſet hic ſpecialis, ſpecifica, & individua, ac de verbo ad verbum expreſſa debuiſſet fieri mentio. In quorum omnium, & ſingulorum fidem has preſentes noſtras litteras per ſecretarium noſtrum infraſcriptum ſubſcriptas fieri, noſtrique ſigilli impreſſione muniri juſſimus. Datum Mediolani die tertia decima menſis Septembris anno Domini milleſimo quingenteſimo primo, quarum litterarum ſubſcriptio eſt iſta vid. per reverendiſſimum D. Cardinalem regium locumtenentem generalem ad relationem Preſidentis. Delphinatus. Jo: de Meſinlio. In inferiori vero parte folii eſt iſta ſubſcriptio vid. L. Vafredus. Quas quidem litteras ego notarius infraſcriptus ad me recipiens ipſis viſis, & perlectis vidimus, ſeu tranſumptum, atque copiam earumdem cum ipſis litteris originalibus præinſertis per me notarium ſupra, & infraſcriptum diligenter abſcultatis in omnibus, & per omnia juxta ipſarum litterarum tenorem concordia reperii, & inveni, idcirco tranſumptum hujuſmodi, ſive actum authenticum

*in publicam formam redigi curavi, ſignoque, & ſubſcriptione mei notarii ſubſcripſi, conſuetis ſignis ſignavi, & eiſdem, tamquam litteris originalibus in quocumque foro, judicio, & extra ſides adhibeatur, & adhiberi poteſt plenaria. Actum Romæ in domo ſupraſcripti Reverendiſſimi D. D. Cardinalis de Medicis in ejus camera præſentibus ibidem Reverendo in Chriſto patre D. D. Raphaele Petructio epiſcopo Craſſatano, venerabili viro D. Alterio Careli debiliocte de Florentia Canonico Feſulano teſtibus ad prædicta vocatis, habitis, & rogatis &c. Et ego Franciſcus Riccius de Piſcia clericus Lucanenſis, diœceſis Imperiali auctoritate notarius publicus prædictæ requiſitioni tranſumpti in forma viſi, omnibuſque aliis, & ſingulis ſupraſcriptis dum ſic, ut præmittitur agerentur, & fuerunt, una cum prænominatis teſtibus interfui, eaque omnia, & ſingula ſic fieri vidi, tranſumpſi, & copiavi, ideo hoc præſens publicum inſtrumentum exinde confeci, ſubſcripſi, & copiavi, & in hanc publicam formam redegi, ſignoque, & nomine meis ſolitis, & conſuetis ſignavi in fidem, & teſtimonium omnium, & ſingulorum requiſitus, & rogatus &c. Petrus de Vicentia Dei, & apoſtolicæ ſedis gratia epiſcopus Ceſenatenſis SSmi Domini Domini noſtri Papæ, & ejus camerarii, nec non curiæ cauſarum cameræ apoſtolicæ generalis Auditor. Univerſis, & ſingulis præſentes noſtras litteras inſpecturis, viſuris, lecturis pariter, & auditurus ſalutem in Domino, & præſentibus fidem indubiam adhibere. Quoniam pium eſt, rationi congruum, veritati teſtimonium perhibere, univerſitati veſtræ, & cuilibet veſtrum tenore præſentium intimamus, & notificamus, ac atteſtamur, qualiter diſcretus vir Alr. Franciſcus Riccius de Piſcia eccleſiæ Lucañ Diœceſis imperiali auctoritate notarius publicus, quidem præſenti publico tranſumpti inſtrumento rogatus extitit, illudque in publicam formam redegit, ac ſuis ſigno, & nomine ſolitis, & conſuetis ſubſcripſit, ſignavit, & publicavit, tam tempore datæ ipſius inſtrumenti tranſumpti, quam dudum ante, & poſt fuit, prout hodie eſt publicus imperiali authoritate notarius probus, fidelis, & legalis, ac pro tali, & talis habitus, tentus, nominatus, & reputatus, prout de preſenti habetur, tenetur nominatur, & reputatur, ac ad eum, ut eum, ut ad talem communis hominum habetur recurſus, inſtrumentis quoque per eum confectis, & receptis ſuis ſigno, nomine, & ſubſcriptione ſignatis in Judicio, & extra judicium, ubicumque terrarum, & locorum fides plenaria ſemper adhibita, fuit, & habetur; In cujus rei teſtimonium præſentes noſtras literas teſtimoniales fieri, & per notarium noſtrum publicum, & dictæ curiæ, coram nobis ſcribam infraſcriptum ſubſcribi, ſigillique dictæ cameræ apoſtolicæ, quo in talibus utimur, juſſimus, & fecimus appenſione communiri. Datum, & actum Romæ in domo habitationis noſtræ ſub anno Nativitatis domini milleſimo, quingenteſimo, indictione quarta. Die vero undecimo menſis Octobris pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris, & Domini noſtri Domni Alexandri divina providentia Papæ ſexti anno ejus undecimo. Philippus Pagnus Piſcinenſis diœceſis curiæ Cauſarum cameræ apoſtolicæ notarius, D. Johannes Baptiſta cum menſens. Gratis pro Cardinali. Poſt quam quidem tranſumpti præſentationem, lectionem, & declarationem &c. ejus vigore, & auctoritate dictus procurator requiſivit, & interpellavit D. Petrum de Minghes Gallum caſtellanum dictæ arcis, ex parte Chriſtianiſſimæ Majeſtatis pro quanto gratiam ipſius Chriſtianiſſimæ Majeſtatis charam haberet, ſub pœnis in dicto tranſumpti inſtrumento contentis, ut eidem tamquam procuratori prædicto reſignare deberet tenutam, & poſſeſſionem realem, & corporalem dictæ Arci monaſterii prædicti Caſſinenſis, qui D. Caſtellanus, tamquam obedientiæ filius, volens, ac cupiens, ut tenetur, & debet, regiis obedire mandatis, requiſitionique hujuſmodi utpote juſtæ annuens, dictam tenutam & corporalem poſſeſſionem dictæ arcis cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis &c, eidem procuratori, ut procuratori &c. reſignavit, ipſumque in realem, & corporalem poſſeſſionem, & tenutam ipſius, per clavium portarum dictæ arcis conſignationem, & aperitionem, & clauſionem ipſarum, poſuit, & induxit baculum, regimen dictæ arcis eidem procuratori, ut procuratori realiter conſignando &c. Quibus ſic peractis fuimus cum inſtantia requiſiti, ut de prædictis conficere deberemus publicum Inſtrumentum, & quia officium noſtrum publicum eſt, & nemini de jure denegare poſſumus, hoc præſens publicum confecimus inſtrumentum &c.* De Cardinali de Amboſia, ejuſque virtutibus agunt Spondanus annis 1499. nu. 1., 1500, nu. 4., 1510. nu. 4. Raynaldus an. 1503. nu. 14., 1505. nu. 11., 1508. nu. 3., 1509. nu. 29. & Ciacconius, & Oldoinus in ejus vita.

Præcepit etiam rex Ludovicus gubernatori provinciæ Aprutii, ut pacifica conſervaretur Abbati Caſſinenſi poſſeſſio oppidi Sancti Petri de Avellana hoc diplomate. *Ludovicus Dei gratia Francorum, Neapolis, & Hieruſalem rex, ac Dux Mediolani, &c. omnibus, & quibuſvis reverendis Archiepiſcopis, Epiſcopis, eorumque Vicariis, & aliis eccleſiaſticis perſonis, ac Gubernatori in provincia Aprutina, ejuſque locumtenenti, & aliis quibuſcumque officialibus, & ſubditis noſtris majoribus, & minoribus, ad quos, ſeu quem ſpectaverint, & præſentes præſentatæ fuerint conſiliariis, & fidelibus noſtris dilectis gratiam noſtram, & bonam voluntatem; nuper pro parte Reverendiſſimi Cardinalis de Medicis perpetui Commendatarii Abbatiæ Caſſinenſis fuit Majeſtati noſtræ reverenter expoſitum, quemadmodum tenet, & poſſidet inter cætera ejus beneficia quamdam Granciam nuncupatam Sanctum Petrum de la Vellana: quæ eſt de menſa dictæ ejus Abbatiæ Caſſinenſis, & quoniam dubitat, ne per aliquos homines ad aliena manus extendere cupientes, indebite perturbari indicta ejuſque pacifica poſſeſſione granciæ prædictæ. Propterea Majeſtati noſtræ ſupplicari fecit, ut ſuper conſervatione poſſeſſionis, & tenutæ dictæ ejus granciæ, & caſtri ipſius providere dignaremur: nos juſtis ſupplicationibus præfati reverendiſſimi Cardinalis*

Ludovici XII. diploma pro Caſſinatibus.

Ex originali in Archivo.

*nalis benigne annuentes, & volentes ſuper præmiſſis debite providere, vos præfatas eccleſiaſticas perſonas exhortamur, vobiſque præfato noſtro Gubernatori, & aliis officialibus, & ſubditis noſtris expreſſe mandamus, quatenus conſtito vobis, ſeu veſtrum alteri, præfatum reverendiſſimum Cardinalem fuiſſe, & eſſe in poſſeſſione, & tenuta dictorum caſtri, & granciæ, eundem, ſeu ejus procuratores manuteneatis, & defendatis in ipſa ſua pacifica poſſeſſione caſtri, & granciæ, in qua eum inveneritis contra quoſcumque perturbatores, moleſtatores, invaſores, & alios quoſvis, donec juſtæ poſſeſſionis cauſa duraverit, eidemque Reverendiſſimo Cardinali, ſive ejus procuratori reſpondere faciatis de fructibus, cenſibus, & redditibus, & aliis quibuſvis derictibus ipſorum granciæ, & caſtri, & ad eoſdem ſpectantibus, prout ſolitum eſt reſponderi eidem, Reverendiſſimo Cardinali, & ejus prædeceſſoribus in ipſis grancia, & Caſtro, & ſi qui prætenderint habere jus aliquod in dicto caſtro, & grancia illud proponant coram ejus judice competenti, quoniam miniſtrabitur eis juſtitiæ complementum, nec ſecus agant præfatæ eccleſiaſticæ perſonæ, pro quanto nobis morem gerere cupiunt, cæteri vero officiales, & ſubditi noſtri gratiam noſtram caram habent, & pœnam ducatorum mille cupiunt non ſubire. In cujus rei fidem præſentes fieri juſſimus noſtro ſigillo munitas. Datum Neapoli ſexto decimo Octobris milleſimo quingenteſimo primo. Loco ✠ ſigilli in cera rubra. Per Regem ad relationem conſilii. Jo: Biblia NRitus &c. Die duodecima Novembris 1501. quintæ indictionis præſentes regiæ literæ exhibitæ, & preſentatæ fuerunt in audientia Domini Gubernatoris utriuſque Aprutii per Benedictum de Florentia aſſertum procuratorem Reverendiſſimi Cardinalis de Medicis ſupraſcripti in Civitate Aquilæ quas reverenter receptis fuerunt ut decet.*

Qui rata habuit Card. de Amboſia juſſa.

Ex originali in Archivo.

Idem rex Ludovicus an. 1502. die 12. Martii ratam habuit Cardinalis de Amboſia juſſionem paulo ante relatam hoc diplomate: *Ludovicus Dei gratia Francorum, Neapolis, & Hieruſalem rex, Mediolanique Dux &c. Cariſſimo, & amantiſſimo conſanguineo Ludovico Nemoſii, Duci Armigniacique, & Guiſiæ comiti in regno noſtro Neapolitano, Viceregi, & Locumtenenti noſtro generali, nec non dicti noſtri regni magno Cancellario, ac etiam ipſius regni noſtri Magno Camerario magiſtro quoque Juſtitiario, & demum univerſis, & ſingulis Principibus, Ducibus, Marchionibus, comitibus & Baronibus, terrarumque, & caſtrorum caſalium, & locorum utilibus dominis, & dominabus, eorumque, & earum, ac cujuslibet ipſorum, & ipſarum locumtenentibus, & ſubſtitutis, Præſidentibus, & Rationalibus cameræ noſtræ ſummariæ, Regenti magnam curiam Vicariæ, & judicibus ejuſdem curiæ, ac quibuſcumque in noſtro ſacro conſilio deputatis, & deputandis, Juſtitiariis quoque, Commiſſariis, Capitaneis, ad juſtitiam, & ad guerram in dicto noſtro regno exiſtentibus, & aliis auditoribus, ærariis, & officialibus, & ſubditis noſtris majoribus, & minoribus quocumque nomine nuncupatis, offitioque, auctoritate, juriſdictione, dignitate, poteſtate, præeminentia, & prærogativa fungentibus preſentibus, & futuris, ad quos, ſeu quem ſpectabit, præſentes pervenerint, & fuerint quomodolibet præſentatæ, conſiliariis fidelibus noſtris dilectis ſalutem. Recolimus ſuperioribus diebus tamquam fautores eccleſiarum, & monaſteriorum, prout optimum & Chriſtianiſſimum regem decet conceſſiſſe, cariſſimo conſanguineo noſtro Johanni Sanctæ Mariæ in Domnica Diacono Cardinali de Medicis vulgariter nuncupato, quaſdam litteras noſtras magno Majeſtatis noſtræ pendenti ſigillo munitas, omnique, qua decet ſolemnitate, roboratas, tenoris, & continentiæ ſequentis: Ludovicus Dei gratia Francorum, Neapolis, & Hieruſalem rex, ac Dux Mediolani univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem. Notum facimus, quod nos intelligentes maximam devotionis, religionis, ac fructuum, & bonorum declinationem, ad quam ſacrum monaſterium noſtrum Sancti Benedicti Montis Caſini Ordinis Sancti Benedicti nullius diœceſis, in regno noſtro Neapolitano exiſtens, quod cariſſimus conſanguineus noſter Johannes Sanctæ Mariæ in Domnica Diaconus Cardinalis de Medicis vulgariter nuncupatus, ex conceſſione, & diſpenſatione apoſtolica in Commendam obtinet, non ſine illorum culpa in regnum prædictum occupatum detinuerunt devenit, ac conſiderantes, quod ad hoc cætera regia poteſtas divina providentia ordinata eſt in terris, ut eccleſiæ, & monaſteria, eorumdemque libertates, bona, juriſdictiones, jura, & miniſtri proteguntur, atque defenduntur, & propterea prædeceſſorum noſtrorum, qui monaſterium ipſum multis ſpecialibus favoribus, & gratiis proſecuti ſunt veſtigia ſequi volentes, ac conſulere utilitati, ac commodo prædicti Cardinalis, cui, pro ſingulari ejus virtute, prudentia, & integritate, ac ſua, totiuſque domus ſuæ fide, & obſervantia in nos, prædeceſſoreſque noſtros, plurimum gratificari, & in longe majoribus deſideramus, & ſperamus, monaſterium ipſum, eccleſiaſque, arces montis Caſini, Sancti Germani, & Sancti Angeli, nec non civitatem Sancti Germani, ac caſtra, terras, villas, officia, juriſdictiones, perſonas, poſſeſſiones, bona, jura quæcumque a dicto monaſterio quomodolibet dependentia, aut eiſdem quovis modo de jure ſpectantia eorum omnium, & ſingulorum nomina, & invocationes, qualitates, valores, ſituationes, fines diœceſis, cæteraque omnia alia pro effectu in preſentibus contentorum neceſſaria hic prælatiſſime, & ſufficienter expreſſis habentes, ſub noſtris regiis protectione, defenſione, tuitione, ac ſalva guardia, motu proprio, & certa noſtra ſcientia, ac de noſtris mera liberalitate, & authoritate regia, capimus, atque ſuſcepimus; quocirca modernis, & pro tempore in dicto regno noſtro Neapolitano exiſtentibus, Viceregi, & locumtenenti, Præſidenti quoque, & ſenatoribus Conſilium noſtrum tenentibus, cœteriſque aliis officialibus, & juridicentibus noſtris, tam mediatis, quam immediatis, ac quibuſcumque aliis quovis modo, & cuilibet ipſorum, prout ad eum pertinebit tenore preſentium committimus, & mandamus ut eidem Johanni Cardinali, in conſervatione prædicto-*



Digitized by Google

*dictorum omnibus oportunis, & neceſſariis remediis, & favoribus aſſiſtant, ut dictum monaſterium in poſſeſſione, vel quaſi eccleſiarum, arcium civitatis, caſtrorum, terrarum, villarum, officiarum, juriſdictionum, perſonarum, poſſeſſionum, bonorum, & Jurium prædictorum manuteneant, protegant, conſervent, & defendant, ac ſi contingeret in aliquorum eorum poſſeſſione, vel quaſi aliquem illicitum detentorem, aut occupatorem, ſeu aliquos illicitos detentores, aut occupatores exiſtere, illum, ſeu illos ab ea amoveant, & repellant, Cardinalem, & Commendatarium præfatum, aut pro eo agentem ſeu agentes in eandem ponant, reſtituant, & inducant, poſitumque, reſtitutum, ſeu reſtitutos, poſitos, & inductos protegant, teneant, conſervent, & defendant; inſuper eiſdem, & eorum cuilibet motu, ſcientia, & auctoritate prædictis committimus, & mandamus, ut penſionarios ipſius monaſterii quoſcumque ad integram penſionem hactenus debitam, ſolutionem, & ſatisfactionem compellant, & penſiones debendas eaſdem in terminis, locis, & modis debbiti ſolvere faciant, ut in caſu appoſitionis, ſive debiti partibus auditis celeris juſtitiæ complementum miniſtrante ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſola facti veritate inſpecta, & attencta procedant, quoniam ſic fieri volumus. Datum Pariſiis die 31. Januarii anno Domini 1501., & regni noſtri quarto: Per Regem ad relationem conſilii. Amis. Et quoniam nobis placet, ut præinſertæ literæ ad unguem obſerventur juxta ipſarum ſeriem & continentiam, propterea earundem tenore vobis dicimus, præcipimus, committimus, & mandamus expreſſe, quatenus eaſdem præinſertas litteras, omniaque, & ſingula in eis contenta expreſſa, & declarata, prout jacent, de verbo ad verbum obſervetis, & per quos decet obſervari faciatis, & mandetis, & contrarium non faciatis, nec fieri patiamini, aut permittatis, pro quanto gratiam noſtram caram habetis, iramque, & indignationem noſtram ac pœnam ducatorum mille cupitis evitare. In quorum fidem præſentes fieri juſſimus magno Majeſtatis noſtræ pendenti ſigillo munitas. Datum Neapoli die 12. menſis Martii, anno Domini milleſimo quingenteſimo ſecundo, regnorum noſtrorum anno quarto P. S. Per Regem ad relationem Conſilii. Ven. & pp. &c. Rta. p. de Monteſalconio.* Adeſt ſigillum ceræ rubeæ pendens &c. De Ludovico XII. hæc prædicat Spondanus anno 1498. nu. 2. *Fuit autem Ludovicus rex ejus nominis XII. vulgo dictus, XV. tamen, ut alias annotavimus, dicendus. Coronatuſque de more eſt apud S Dionyſium Calendis Julii, annum tunc agens ſeptimum ac trigeſimum, fortitudine, & prudentia præſtans, tantaque erga ſuos charitate præditus, ut Patris Populi cognomen tulerit. Cujus & illa egregia eſt vox cum a nonnullis concitaretur in eos, qui ei adverſati fuiſſent ſub rege Carolo. Non eſſe regis Francorum vindictam ſumere de injuriis illatis Duci Aurelianenſi, quales enim erga ſuperiorem regem fuiſſent, tales erga ſe jam regem impoſterum futuros, & longe preclarius, cum, libello ſibi oblato perlegens Caroli domeſticos, duorum ex iis, cum quibus ſimultates olim geſſerat, nominibus crucem addidiſſet, illis, hoc audito, conturbatis abeuntibus, crucem ſibi gratis pa-ratam, moxque humaniſſime revocavit, dicens, eo ſe ſigno ſalutis noſtræ oblivitiſci ſimultatum Chriſti Crucifixi exemplo, uti narrat Ferronus in ejus rebus geſtis, quas etiam magna parte Claudius Seiſſeyus primo Maſſilienſis epiſcopus, deinde Taurinenſis Archiepiſcopus conſcripſit, qui erat ei ab intimis conſiliis,*

Galli Regno Neapolitano pulſi.

Cœperant jam hoc anno inter Hiſpaniæ, Galliæque reges in regno Neapolitano diſſidia, quibus in apertum inde bellum deſcitum; Gallis Hiſpani ſuperiores fuere, regnoque univerſo potiti ſunt, virtute potiſſimum, ſtrenuitateque magni Conſalvi, qui die 14. Maii an. 1503. Neapolim triumphans eſt ingreſſus, atque anno inſequenti ejus potiſſimum, ac Ferdinandi regis opera cœnobium Caſſinenſe monachis Congregationis S. Juſtinæ de Padua eſt traditum, indito Congregationis Caſſinenſis nomine, a quibus priſtinæ regulari obſervantiæ, ſplendorique reſtitutum eſt, ut alibi narravimus,

Plura Johannis de Medicis Regeſta.

Plura in archivo noſtro extant Johannis de Medicis regeſta, in quibus redditus omnes cœnobii noſtri numerantur, interque eos decimæ prædiales, vectigalium, disfidæ, plateæ, ſcafarum, rectoriarum, tertiariæ, prandii, proventuum civilium &c,

Oppidum Collis S. Magni invaſum.

Cum ab an. jam 1501. Comitatum Aquini miles quidam Gallus dictus Granella dono a Ludovico decimo ſecundo rege accepiſſet, oppidum, arcemque Sancti Magni cœnobio noſtro ſubditum occupavit. Quare Johannes de Medicis Abbas in Jus hac de re Granellam die 12. Novembris vocavit, ejuſque quæſtionis cauſam Michael Ritius Præſidens S. Conſilii Cataldo de Raynaldis regio Conſiliario commiſit, coram quo cœnobium Caſſinenſe pluribus adductis ex urbe ipſa Neapoli, atque oppidi S. Magni teſtibus, quos inter erat Johannes Andreas Carraffa olim juriſdictionis criminalis in Caſſinenſi ditione Pro-Rex in aperto, poſuit a vetuſtiſſimis jam temporibus Caſſinenſi cœnobio ſubditum fuiſſe oppidum Collis Sancti Magni, in quo juriſdictionem exercuerit, & coercendo crimina, juſdicendo, exigendo redditus, aliaque omnia obeundo munia, quæ veri domini præſtant, ut latius conſtat ex actis in Banca Johannis Alphonſi de Capua factis. Poſt exactos vero Gallos idem oppidum occupavit celeberrimus militum dux Alphonſus de Avolos Marchio Piſcariæ. Sed de oppido ſermo infra recurret.

Fidelitatis Sacramentum ſubditis Abbati Caſſinenſi præſtitum.

An. 1505. die 23. Januarii primo poſt aliquot annos Abbati regulari D. Euſebio de Mutina Sangermanenſes fidelitatis ſacramento ſe ſe obſtrinxere. Die 18. Februarii ad ipſum omnium nomine præſtitere Sindici Sancti Hellæ, ut hoc inſtrumento conſtat. *Die decima octava menſis Februarii, octava indictione, 1505. &c. In civitate Sancti Germani, in palatio Caſſinenſi &c. comparuerunt coram Reverendo in Chriſto Patre, & Domino Euſebio de Mutina Abbate digniſſimo ſacri monaſterii Caſſinenſis nobiles, & egregii viri, eximius legum doctor D. Jacobus de Margiottis, Aſcanius de Benedictis, & Antonius Michaelis de caſtro S. Heliæ, ſindici, & procuratores univerſitatis dicti caſtri Sancti Heliæ ſpecialiter deputati per eandem univerſitatem*

Ex originali in Archivio.

ad

*ad præſtandum debitum fidelitatis, & obedientiæ juramentum prædicto reverendo Abbati, prout per litteras dictæ univerſitatis directas prædicto R. Abbati ſigillo notorio ejuſdem univerſitatis ſigillatas plane conſtitit, & conſtat, & debitum fidelitatis, & obedientiæ in manibus dicti R. D. Abbatis, ſcripturis corporaliter tactis, juramentum præſtiterunt omni meliori modo &c. cum omnibus clauſulis, qualitatibus, & conſuetudine neceſſariis, & opportunis &c.* Idipſum præſtitere die 19. Februarii Sindici oppidi S. Angeli, & Vallisrotundæ; die 20. Sindici Cucurutii, & S. Ambroſii; die 21. Sindici S. Apollinaris; die 24. Sindici S. Georgii, Pediſmontis, & Villæ; die 25. Sindici Aquæ fundatæ, & Terruculi, atque menſe Martio reliqua omnia oppida, ut ex inſtrumentis a notario Johanne Marzella rogatis.

**Magiſtratus varii in Ditione Caſſinenſi conſtituti.**

Eodem anno die 20. Januarii Gubernatorem urbis S. Germani, atque oppidorum ditionis Caſſinenſis, Euſebius Abbas conſtituit Franciſcum de Ambroſinis hiſce literis, quæ in regeſto primo appellato Congregationis p. 3. leguntur. *Euſebius de Mutina, Dei gratia Sacri monaſterii Caſinenſis nullius diœceſis Abbas, & Congregationis Caſinenſis aliàs S. Juſtinæ de Padua Præſidens. Dilectiſſimo nobis in Chriſto U. J. D. clariſſimo D. Franciſco de Ambroſinis de Heſio ſalutem in Domino ſempiternam &c. te Gubernatorem generalem ejuſdem civitatis, & hominum caſtrorum, & locorum ad nos, & ad dictum monaſterium pertinentium &c. tenore, & ſerie preſentium facimus &c. cum plena poteſtate &c. quaſcumque cauſas ad nos, & monaſterium, ſeu ad cognitionem noſtram pertinentes audiendi, decidendi, & fine debito terminandi &c. Mandantes omnibus, & ſingulis vaxallis, perſonis, & ſubditis noſtris cujuſcumque gradus, & conditionis, & ſtatus exiſtant, ut te gubernatorem noſtrum generalem cum debitis honoribus, & reverentia ſuſcipiant, tuiſque ſalubribus monitis, & mandatis pareant &c. ſcituri, quod ſi contrarium fecerit, pœnas, quas propter hoc contra eos inflixeris, ratas, & gratas habebimus, & ad exactionem earum procedi mandabimus.* Capitaneum etiam Citrarii conſtituit D. Marianum Jaccolini ex Monte Leone, ut ex cit. regeſti p. 4.

**Gubernator in urbe S. Germani.**

Conſtituit quoque Euſebius in urbe S. Germani Gubernatorem celeberrimum Marcellum Gazzellam, ut hiſce literis conſtat in cit. reg. p. 12. a t. *Euſebius de Mutina Dei gratia humilis Abbas &c. Dilectiſſimo nobis in Chriſto U. J. D. clariſſimo D. Marcello Gazzella de Cajeta ſalutem in Domino ſempiternam. Fides, & integritas, & in agendis, & adminiſtrandis rebus dexteritas, & experientia, nec non affectio, quam erga Congregationem noſtram, & præſertim noſtrum Caſinenſe monaſterium habere comprobaris, nos inducunt, nobiſque perſuadent, quod ea, quæ curæ tuæ committemus, ſalubriter, utiliter, ac laudabiliter exercebis, & adminiſtrabis, cumm itaque curæ noſtræ incumbat locis, & terris nobis, ac ſacro noſtro monaſterio ſubjectis de opportunis, & idoneis providere magiſtratibus, & in præſentiarum in civitate noſtra S. Germani, quæ nobis potiſſimum cordi eſt, opus ſit de Gubernatore optimo providere. Antedictarum virtutum, & meritorum intuitu, te Gubernatorem generalem ejuſdem civitatis, & omnium caſtrorum, & locorum, ad nos, & dictum ſacrum noſtrum monaſterium pertinentium, uſque ad Kalendas Septembris proximas futuras, & in antea ad beneplacitum noſtrum tenore, & ſerie preſentium facimus, conſtituimus, creamus, & deputamus cum plena poteſtate, authoritate, & facultate quaſcumque cauſas ad nos, & dictum noſtrum monaſterium pertinentes audiendi, decidendi, & fine debito terminandi, nec non jura, juriſdictiones, & bona quæcumque mobilia, & immobilia ad dictum noſtrum monaſterium ſpectantia defendendi, cum honoribus, & oneribus ſolitis, & conſuetis. Mandantes omnibus, & ſingulis vaxallis, & ſubditis noſtris cujuſcumque gradus, & ſtatus exiſtant, ut te in Gubernatorem noſtrum generalem cum debitis honore, & reverentia ſuſcipiant, tuiſque ſalubribus monitis, & mandatis pareant, & obediant, perinde, ac ſi a nobis ipſis emanarent, ſcituri, quod ſi contrarium fecerint, pœnas, quas propter hoc contra eos intuleris, ratas, gratas habebimus, & ad exactionem earum procedi mandabimus: In quorum fidem preſentes fieri per infraſcriptum noſtrum actorum magiſtrum ordinarium noſtræ curiæ Caſinenſis, noſtri ſigilli impreſſione, & propria manus ſubſcriptione munitas. Datum in civitate S. Germani in palatio noſtro Caſinenſi, die 3. Octobris VIII. indictionis* 1505. Marcellus hic paulo poſt evaſit Præſidens regiæ Cameræ, deinde Regens Cancellariæ, deque eo ait Sfortia Pallavicinus in hiſtoria Concil. Tridentini lib. 2. cap. 4. editionis Romanæ an. 1664. *Per diſporre la riformatione, chiamò Adriano al palazzo due huomini de più ſtimati per bontà, e per zelante prudenza, che viveſſero in queſte parti. Furon' eſſi GiamPietro Caraffa Veſcovo di Chieti impiegato già da Leone nelle nunziature di Spagna, e d'Inghilterra, a fine di procurar la lega contro il Turco, il quale fu poi uno degl' inſtitutori di quella religione, che dalla città cattedrale di lui, dinominoſſi volgarmente, de Teatini, ed' in altro lontano tempo aſceſe poi alla Sedia di Pietro, e Marcello Gaetano: non Gaetano Tieneo, che fu altresì iſtitutore de ſopraledati Chierici regolari, nel che abbaglia lo Spondano iſtorico diligente, e pio, ma ſpeſſo mal' informato delli ſucceſſi di Roma.* Et Jovius in vita Hadriani VI. *Acciverat Hadrianus paulo ante in urbem in Vaticanaſque ædes cupide receperat Petrum Carrafam Archiepiſcopum Theatinum, & Marcellum Cajetanum veteris Chriſtianæ diſciplinæ moribus venerabiles, & in omni graviori doctrinæ longe doctiſſimos, ut eorum conſilio in cenſura morum, ac adminiſtranda ea parte reipublicæ, quæ ſacra reſpicerent, omnibus horis uteretur, ſed mors ejus aliquanto maturior cœptis conſiliis, exoptatum ad publicam ſalutem ſucceſſum eripuit.*

**Quid ſibi velit Gubernator ab Abbate Caſſinenſi conſtitutus.**

Quo vero aptius ea intelligantur, quæ ſæpe a nobis repetenda deinceps ſunt, opere pretium ducimus pauca hic admonere, quæ ad Gubernatores pertinent. Cœnobium itaque Caſſinenſe fere ſemper unicum dumtaxat Gubernatorem conſtituit pro urbe S. Germani, ejuſque vico, pro oppidis S. Eliæ, Cervarii, S. Victoris, S. Petri in fine, S. Ambroſii, S. Apollinaris, S. Andreæ, Vallisfrigidæ, S. Georgii, Pediſmontis, Villæ, Pignatarii, S. Angeli, Aquæfundatæ, Vallisrotundæ, Viticuſii, Cucurutii, & Saraciniſci, atque pro oppidis deſertis Villæ S. Gregorii, Plumbariolæ,

S. Petri

Digitized by Google

S. Petri in Monaſterio, Terruculi, Mortulæ, Cardeti, Caſalis, Juncturæ, Terami &c. Alium Gubernatorem in oppido S. Petri de Avellana conſtituit, atque oppidis deſertis Cantalupi, & S. Martium. Tertium in oppido Serræ Monacheſchæ, Villæ Oliveti, & Ripæ Corbariæ, & pro deſertis oppidis Polegræ, S. Angeli, Pomarii, S. Petri &c. Quartum denique conſtituit in oppido Citrarii, ejuſque Vico S. Angeli, atque pro deſerto oppido Fellæ. Quatuor etiam pro memoratis præfecturis ſecundarum cauſarum judices conſtituit cœnobium Caſſinenſe. Ex quibus continuata quadam minimeque interrupta ſerie juriſdictio cœnobii noſtri liquet.

Ferdinandi Catholici Privilegium Caſſinatibus cõceſſum.

Ex originali in Archivo.

Euſebio Abbati hoc privilegium conceſſit Ferdinandus Catholicus, qui eo anno Neapoli verſabatur, ut refert Spondanus an. 1507. nu. 3. & Raynaldus ibidem nu. 36. *Nos Ferdinandus Dei gratia rex Aragonum, Siciliæ citra, & ultra Farum &c. Univerſis, & ſingulis præſentium ſeriem inſpecturis, tam præſentibus, quam futuris. Confirmationis regiæ authoritas antiquis juribus non ſolum robur adjicit, verum etiam realis munificentiæ dignum, atque honeſtum teſtimonium perhibet, dum ſubditi ipſi ad regem, tamquam ad ſupremum dominum pro confirmandis eorum juribus ſuppliciter recurrunt, rex ipſe, humilibus, honeſtiſque ſubditorum precibus non minus juſte, quam liberaliter annuit, & ipſis ſubditis eorum jura benigne, gratioſeque confirmat. Sane noviter pro parte ſacri, & venerabilis monaſterii Caſinenſis, Abbatis, ac Monachorum, & Conventus dicti monaſterii, nec non univerſitatum, & hominum, terrarum, caſtrorum, & locorum monaſterii ejuſdem noſtrorum fidelium dilectorum, fuit Majeſtati noſtræ reverenter expoſitum, qualiter per inclitos divos prædeceſſores noſtros conceſſa, & indulta fuerunt nonnulla litteræ, gratiæ, immunitates, franchitiæ, & libertates in utilitatem, & beneficium monaſterii prædicti, & relevamentum multarum oppreſſionum, quæ per officiales regios fiebant contra vaſſallos monaſterii prædicti, nec non quod per Sereniſs. D. regem Alphonſum primum patruum, & patrem noſtrum colendiſſimum fuerunt dicto monaſterio expeditæ proviſiones, quibus mandatum fuit, quod, vocatis vocandis, jam dictæ eccleſiæ reſtituerentur beneficia, præpoſituræ, eccleſiæ, cappellaniæ, poſſeſſiones, territoria, molendina, piſcharia, rectoriæ, grandiæ, & alia bona quæcumque ad dictum monaſterium ſpectantes, & ſpectantia, quæ per quoſcumque indebite occupata detinerentur, fuitque nobis ſupplicatum, dignaremur confirmare, & quatenus opus eſt, de novo concedere omnia, & quæcumque privilegia, indulta, omneſque, & quaſcumque gratias, conceſſiones, & remiſſiones, litteras, immunitates, franchitias, & libertates, ad utilitatem, & beneficium monaſterii prædicti, ac relevamentum a dictis oppreſſionibus vaxallorum ſuorum concernentes eidem monaſterio conceſſas, & conceſſa, ac dictam proviſionem dicti D. regis Alfonſi primi juxta tenores, & formas privilegiorum, litterarum, & aliarum ſcripturarum ſuarum. Nos vero pro ea devotione, qua erga beatiſſimum S. Benedictum ſuæ religionis Sacræ authorem, & principem afficimur, Volentes cum dicto monaſterio benigne, & gratioſe agere, tenore præſentium deliberate, & conſulto jam dicto monaſterio omnia, & ſingula privilegia, & indulta, & omnes, & ſingulas conceſſiones, remiſſiones, litteras, gratias, immunitates, & franchitias, & libertates, ad utilitatem, commodum, & beneficium monaſterii prædicti, & relevamen ipſius monaſterii, & vaſſallorum ipſorum a dictis gravaminibus, & oppreſſionibus indebitis reſpectantes, & concernentes eiſdem conceſſas, & conceſſa, ac dictam proviſionem ejuſdem D. regis Alphonſi primi patrui, & patris noſtri colendiſſimi ſuper dicta recuperatione, & reſtitutione juxta tenores, & formas privilegiorum, litterarum, & cautelarum ejuſdem monaſterii, ſi, & quemadmodum in eorum omnium, & ſingulorum poſſeſſione hactenus fuerunt, & in præſentiarum exixtunt, confirmamus, acceptamus, & approbamus, & quatenus opus eſt, de novo concedimus, noſtraque confirmationis, acceptationis, & approbationis munimine roboramus, & validamus. Volentes, & decernentes expreſſe, quod præſens noſtra confirmatio ſit dicto monaſterio, Abbati, ac Monachis, & Conventui ejuſdem, & vaxallis ſuis ſemper ſtabilis, utilis, & fructuoſa, nullumque timeat diminutionis objectum, dubietatis obſtaculum, aut alterius cujuſvis noxæ detrimentum, ſed ſemper in ſuo robore, & firmitate perſiſtat, ut ſupra &c. Sereniſſima propterea Johanna regina Caſtellæ, Legionis, et Granatæ principi, Gerundæ Archiduciſſa Auſtriæ, Duciſſaque Burgundiæ, filiæ primogenitæ noſtræ cariſſimæ, generalique Gubernatrici in omnibus regnis, et terris noſtris, ac poſt felices, et longævos dies noſtros immediate hæredi, et legitime ſucceſsori intentum noſtrum aperientes, ſub paterna benedictionis obtentu, mandamus illuſtri magno hujus regni Camerario, ejuſque locumtenenti, præſidentibus, et Regenti, Rationalibus Cameræ noſtræ ſummariæ, nec non illuſtri magiſtro hujus regni Juſtitiario, ejuſque locumtenenti magnam curiam Vicariæ, et judicibus ejuſdem curiæ, nec non quibuſvis provinciarum hujus regni Gubernatoribus, ac Juſtitiariis, Capitaneis, Commiſſariis, et aliis quibuſvis officialibus quocumque nomine, tituloque, authoritate, juriſdictione, et poteſtate fungentibus, ad quos, ſeu quem ſpectat, ſeu ſpectabit, preſentibus, et futuris preſenteſque pervenerint, et fuerint quomodolibet preſentatæ, quatenus forma præſentis confirmationis noſtræ per ipſos, et ipſorum quemlibet diligenter attenta, et firmiter obſervata, illam dicto Monaſterio, et Conventui obſervent, et obſervari faciant per quos decet indiminute, et contrarium non faciant, pro quanto eadem Sereniſſima regina morem gerere cupit; cæteri vero gratiam noſtram charam habent, et pœnam ducatorum mille cupiunt non ſubire. In quorum fidem præſentes fieri juſſimus magno noſtro pendenti ſigillo munitas. Datum in caſtello novo Neapolis* xxx. *Maii anno a Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo, regnorum vero noſtrorum videlicet Siciliæ ultra Farum anno quadrageſimo, Aragonum, et aliorum vigeſimo nono, Siciliæ autem citra Farum, et Hieruſalem quinto. Io el Rey. D. Rex mandavit mihi Michaeli Perez Dalmatan. Johannes Baptiſta Spinellus Conſultor generalis, Michael de Afflicto locumtenens M. Camerarii. Videl. Martii, R.ˢ V.ˢ Vincentius, V.ˢ generalis Capſarius*

*rius ſolvit ducatos duos , & tt:ºⁱ y:ºˢ Z ſ Zs ex ea taxatos. In Privilegiorum IX. fol. 55. Joi Baptiſta, Reg.ª Confirma V. Al: Al Monaſterio de Monte Caſino, ſoi privilegii, e gratie. P. Caſat &c.* Adeſt ſigillum cereum pendens &c.

Juriſdictiones Cœnobii S. Petri de Avellana ab Abbate Commẽdatario locatæ.

Anno 1507. die 7. Octobris Jacobus Scaglione ab Averſa Abbas Commendatarius S. Petri de Avellana, quod cœnobium Caſinenſis membrum erat, univerſitati ejus oppidi bona, juriſdictioneſque illius Abbatiæ locavit, ut conſtat inſtrumento rogato penes acta notarii Amici de Moſchettis e caſtello Sangri, in quo hæc ad rem noſtram ſunt notanda.

Ex originali in Archivo.

*Predictus namque D. Jacobus Scaglionus Abbas, ſeu Commendatarius prædictus, pro ſe nomine quo ſupra, & omni meliori modo &c. ſponte coram nobis locavit ad affictum dictis Johanni Matthæi Camerario terræ S. Petri, Corrado Amici, Corrado Meſciono de S. Cruce, & Salvatori Petri Amoris Maſſariis dictæ terræ &c.* Nominatis aliis oppidanis ſubditur; *Præſentibus, & pro dicta univerſitate, & hominibus dictæ terræ S. Petri, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus &c. conducentibus Abbatiam, ſeu Commendam S. Petri della Vellana cum ſuis granciis, & membris, turribus, fortellitiis, domibus, caſalenis, caſalibus, fructibus, & uſufructibus ejuſdem, dominiis, demaniis, vaxallis, vaſſallorumque redditibus, molendinis, plateis, bajulationibus, juribus paſſum, & tabernis, montibus, planis, planitiis, angariis, perangariis realibus, & perſonalibus, banco juſtitiæ, gladii poteſtate, & omni alia juriſdictione alta, & baſſa, mixta, mero mixto imperio, pratis, terris cultis, & incultis, paludis, feudis, feudatariis, ſubfeudatariis, paſquis, herbagiis, fructibus, locis ſilveſtribus, arboribus fructiferis, & infructiferis, nemoribus, ſilvis, quercubus, querquetis, aquis, aquarumque decurſibus, redditibus, cenſibus, ortibus, ſtartiis, vicendis, & defenſis, & aliis quibuſcumque territoriis, venationibus, aſcibus, aliiſque juribus, juriſdictionibus, & pertinentiis, ac utilitatibus ejuſdem, & ab eadem Abbatia &c. dependentibus, & emergentibus, & ad ipſam Abbatiam &c. ſpectantibus, & pertinentibus quovis modo, & ſi prout ipſe prædictus D. Jacobus locans tenet, & poſſidet &c. ad vitam, & vita durante prædicti D. Jacobi Scaglioni Abbatis &c. & donec ipſe prædictus D. Jacobus naturaliter vixerit, & non ultra, incipiendo a die celebrationis præſentis contractus, & inſtrumenti, & finiendi, ut ſequitur, in die mortis prædicti D. Jacobi &c. nullum jus, nullamque actionem, uſum, dominium &c. in, & ſuper dicta Abbatia &c. & ſuis granciis, & membris, ut ſupra locatis &c. niſi tantum titulum, & cognitionem infraſcriptorum delictorum, & maleficiorum, videl. rebellionis publicæ, homicidii, & mutilationis membrorum, intelligendo tamen, quod membrum intelligatur in totum truncatum, & ſeparatum a corpore, adeo quod non poſſit amplius uti illa membro, nec conjungi cum corpore; & ſimiliter, che dicta rebellione s'intenda, che ſia di tale natura commeſſa per l'univerſità, & huomini di detta terra, che meriti punitione della vita, e non che ſe ſe faceſſe rebellione, inobbedienza, o altro, che foſſe pena pecuniaria, che allora quella pena pecuniaria ſi applica a detta univerſità, & huomini predetti, e non ad ipſo predeſto Signor locatore &c.*

Delicta graviſſima reſervata Abbati.

Gubernator S. Germani conſtitutus.

Anno 1508. Zacharias Caſſinenſis Abbas Gubernatorem in urbe S. Germani pauloque ante recenſitis oppidis habitatis, deſertiſque conſtituit Balthaſſar Spicolam a Neapoli, uti ex literis in regeſto I. fol. 17. Congregationis exaratis liquet.

Gubernator in oppido Citrarii.

Anno 1509. Gratianus Caſſinenſis Abbas Gubernatorem in oppido Citrarii uti ex literis ex cit. regeſto p. 18. conſtituit Ludovicum de Marra.

Præpoſitura S. Petri de Avellana Caſſinatibus reſtituta.

Poſt Johannis de Aragonia obitum Abbatiam S. Petri de Avellana fiduciario jure poſſidendam conceſſerat Romanus pontifex Innocentius VIII. memorato Jacobo Scaglione, qui eam demum cœnobio Caſſinenſi renuntiavit, ut hac bulla conſtat an. 1511. expedita.

Ex originali in Archivo.

*Julius epiſcopus ſervus ſervorum Dei &c. Dudum ſiquidem fel. rec. Innoc. Papa VIII. prædeceſſor noſter ex certis cauſis tunc expreſſis præpoſituram S. Petri de Avellana monaſterio Caſinenſi &c. perpetuo unitam, & de menſa dicti monaſterii exiſtentem a dicto monaſterio per obitum bonæ mem. Johannis tituli S. Sabinæ presbyteri Cardinalis de Aragonia nuncupati &c. ad vitam dilecti filii Jacobi Scaglioni clerici Averſanen. ſeparavit, & ab eodem monaſterio diſmembravit illam per ſeparationem, & diſmembrationem hujuſmodi tunc vacantem eidem Jacobo, per eum, quoad viveret, tenendam, regendam &c. commendavit, quod cedente, vel decedente dicto Jacobo, ſive propoſituram prædictam alias quomodolibet dimittente, præpoſitura ipſa in priſtinum ſtatum reverteretur eo ipſo &c. Cum autem præfatus Jacobus Commenda ejuſmodi per dilectum filium Nicolaum de Fatio &c. procuratorem ſuum &c. in manibus noſtris ſponte, & libere ceſſerit, noſque ceſſionem ipſam duxerimus admittendam, & ſicut exhibita nobis pro parte dilectorum filiorum Abbatis, & Conventus dicti monaſterii petitio continebat &c. eorundem Abbatis, & Conventus in hac parte ſupplicationibus inclinati, volumus, & Apoſtolica authoritate decernimus, quod unio, annexio, & incorporatio olim de prepoſitura monaſterio hujuſmodi facta valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant, & eis ſuffragentur &c. ipſamque præpoſituram in priſtinum ejus ſtatum, in quo, tempore ſeparationis, & diſmembrationis hujuſmodi erat, reſtitutam, repoſitam fore etiam decernimus, ac pro potiori cautela illam eidem monaſterio etiam de novo perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus, ita quod liceat Abbati, & Conventui præfatis per ſe, vel alium, corporalem dictæ præpoſituræ poſſeſſionem de novo, propria authoritate, libere apprehendere, & perpetuo retinere, illiuſque fructus, redditus, & proventus in ſuos, ac monaſterii, & præpoſituræ ejuſmodi uſus, et utilitatem convertere &c.* Hujuſce unionis virtute poſſeſſionem præpoſituræ, atque oppidi S. Petri de Avellana Caſſinatium nomine iniit die 28. Maii D. Fabianus a Mantua Cellerarius monaſterii Caſſinenſis, ut conſtat inſtrumento ſtipulato a notario Apoſtolico, & regio Johanne Martucio Sangermanenſi.

Capitula pro bono oppidi Citrarii regimine.

Anno 1512. Ignatius Squarcialupus Florentinus Caſſinenſis Abbas quædam edidit pro bono oppidi Citrarii regimine capitula ab oppidanis illis accepta, atque a Ferdinando catholico rege, ejuſque conſilio approbata die 18. Julii an. 1515. Ex illis vero Caſſinatium in illud oppidum juriſdictio apparet criminalis, civilis, mixta, bajulationis,

Portu-

Digitized by Google

Portulaniæ, Syclæ &c. atque pluribus in proceſſibus exhibita fuere, potiſſimum in illo agitato in regia Camera in Banca actuarii Nicolai Athanaſii inter regium fiſcum contra cœnobium Caſſinenſe pro jure anchoragii, & phalangagii maris, portuſque Citrarii. Contendebat ſiquidem fiſcus a cœnobio noſtro, ut valida forma privilegium donationis Citrarii, cum jure falangagii, & anchoragii, quod regis eſſe ſolet, oſtenderet; quæ demum lis Caſſinatibus anno 1715. adjudicata eſt, ut infra dicemus. Ea vero Capitula ab Ignatio Abbate noſtro facta. *Nos Ferdinandus, Dei gratia, rex Aragonum, Siciliæ citra, & ultra Farum, Jeruſalem, Navarræ, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comes Barchinonæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ, Comes Roſſilionis, & Cerritaniæ, Marchio Oriſtanni, & Gontiani, univerſis, & ſingulis præſentium ſeriem inſpecturis, tam præſentibus, quam futuris; Quæ juſta, & honeſta ſunt tranquillum, & quietum ſtatum reipublicæ, & bonam adminiſtrationem juſtitiæ concernunt, læta fronte, hilarique animo ſuſcipimus, & ne dum confirmamus, acceptamus, & approbamus, ſed etiam de novo concedimus, & ordinamus. Sane pro parte venerabilis, & devoti religioſi Ignatii de Florentia dilecti noſtri Abbatis monaſterii Caſinenſis, noſtri Siciliæ citra Farum regni Majeſtati noſtræ fuerunt oblata ſtatuta, & capitula inter eundem Abbatem, ex una, & ſindicos electorum, & univerſitatis Citrarii, quæ dicitur eſſe dicti monaſterii partibus ab altera conventa, pactata, & ordinata ſuper tranquillo ſtatu populatorum in dicta terra Citrarii, & bonu adminiſtratione juſtitiæ, quorum ſtatutorum, capitulorum, & ordinationum ſeries ſic ſe habet. Statuta, & capitula, quæ R. P. & D. Ignatius de Florentia Abbas ſacri monaſterii Caſinenſis ad ſupplicationem, & inſtantiam ſindici, & electorum, ac univerſitatis Citrarii edidit, ordinavit, & ſervari mandavit ab omnibus officialibus, & hominibus dictæ terræ Citrarii, tam in judicio quam extra, quæ capitula, & ſtatuta fuerunt examinata, & approbata coram præfato R. D. Abbate, & coram D. Baldaxarre Spicola de Neapoli generali auditore terrarum, & locorum dicti ſacri monaſterii, & coram D. Ferrante Piſtoja de Catanſario Capitaneo dictæ terræ Citrarii per ſindicum, & alios decem viros ab univerſitate ad hoc opus ſpecialiter deputatos, ſub die primo menſis Martii anni milleſimi quingenteſimi duodecimi, quintadecima indictionis.*

De non procedendo in Cauſis Criminalibus ex officio Curiæ.

*In primis ſtatutum, & ordinatum eſt, quod Capitaneus terræ Citrarii, qui pro tempore fuerit a dicto ſacro monaſterio, ſeu R. D. Abbate in officio deputatus, contra homines, & perſonas dictæ terræ in eadem exiſtentes, tam cives, quam exteros ex officio curiæ procedere non poſſit, niſi in caſibus, in quibus venit imponenda pœna mortis naturalis, vel civilis, abſciſſionis membri, vel pœna corporalis, de jure communi ſecundum ſacras conſtitutiones, & capitula regni, ſeu regias pragmaticas. Item ſtatutum eſt, quod Capitaneus prædictus in prædictis caſibus, in quibus ex officio procedere poteſt, nullam poſſit facere compoſitionem ſine ſpeciali licentia, & mandato R. D. Abbatis excepto, ubi imponenda pœna fuſtigationis, vel alia ſimilis.*

De concordia partis habenda priuſquam ad compoſitionem deveniatur.

*Item ſtatutum eſt, quod Capitaneus, qui pro tempore fuerit in cauſis civilibus, & criminalibus in caſibus a jure permiſſis ad compoſitionem aliquam faciendam procedere non poſſit, niſi pars leſa, & damnificata a delinquente fuerit concordata, & ſatisfacta, & delinquens cum eadem concordiam habuerit, de qua in actis dictæ Curiæ legitime conſtet, alias ſi quid contra prædicta attentatum fuerit, nullum ſit, & ipſo facto incurrat pœnam a jure ſtatutam, vel infraſcriptis capitulis comprahenſam per contravenientem in ſindicatu ſolvendam &c.*

De procedendo ſummarie in cauſis civilibus.

*Item ſtatutum eſt, quod Capitaneus terræ Citrarii in omnibus, & ſingulis cauſis civilibus ſummarie, ſimpliciter, & de plano ſola facti veritate inſpecta, & ſignanter miſerabilium perſonarum, & in ſummis ducatorum trium oretenus, & non ſcripto habita ſummaria informatione, auditis partibus de juſtitia provideat, & ultra dictam ſummam, ſervato juris ordine, partes audiat, & juſtitiam faciat. Item ſtatutum eſt quod Capitaneus cauſis in civilibus, ubi proceditur in ſcriptis, & ordinarie reus, vel actor fuerit, contumax, procedat contra contumacem ad pœnam unius auguſtalis; ſi autem in cauſa modica, ubi non proceditur in ſcriptis, & ordinarie tunc contumax mulctetur, pro contumacia, in tareno uno, in cauſis vero criminalibus ſerventur conſtitutiones, & capitula, ac pragmatica.*

De modo exigendi pœnas inſtrumentorum, obligationum, & præceptorum.

*Item ſtatutum eſt, quod Capitaneus terræ Citrarii, qui pro tempore in dicto officio fuerit, ex quavis cauſa videlicet inſtrumentorum, obligationum, & pœna dupli contra homines, & cives pro dictis cauſis accuſatos, pœnam exigere non poſſit, niſi ad rationem tarenorum trium uſualis monetæ pro qualibet uncia, nec aliter ultra modum prædictum, ex cauſis antedictis, & in præſenti capitulo comprehenſis, eoſdem mulctare valeat.*

De reſiſtentibus ne animalia ducantur ad Curiam.

*Item ſtatutum eſt, quod ſi quis homo, vel mulier inveniat animalia præfata in locis ſuis damnum dantia, ea capere, & ducere, & duci facere ad curiam Capitanei poſſit, & caſu, quo patronus dictarum beſtiarum, vel alius ejus nomine ad curiam ea duci non permiſerit, ſolvat vice qualibet pro pœna unum auguſtale curiæ præfatæ, & emendam damni patrono, & ſtetur juramento patroni cum uno teſte præſente.*

De

### De non projiciendo in viis publicis, ſeu vicinalibus ſorditias, & immunditias.

*Item ſtatutum, & ordinatum eſt, quod nullus homo, vel mulier dictæ terræ, & habitantes in ea, poſſit ullo unquam tempore in ſtradis, & locis publicis, ſeu vicinalibus dictæ terræ ſimum, ſorditias, ſtercora, oſſa olivarum macinata, & alia, quæ generant fetorem, & aeris corruptionem proicere, ſeu proici facere, & qui contrafecerit ſolvat vice qualibet tarenum unum curiæ Capitanei, & ſtetur juramento accuſatoris, & ſeu nuntii, cum balivo dictæ curiæ, & officialis poſſit ex officio in hoc procedere, ut dictæ immunditiæ projiciantur extra civitatem in locis deputatis per capitaneos.*

### De non projiciendo immunditias in loco vulgariter dicto Seneza.

*Item ſtatutum eſt, quod nullus homo, vel mulier audeat projicere, vel projici facere immunditias in loco vulgariter dicto Seneza, videlicet ſopra la Priſa dè lò Acquato di lo molino di mari, di la corte, nec in dicto loco lavare pannos, ſed prædicta omnia fiant, & fieri poſſint inferius in dicto flumine, & qui contrafecerit vice qualibet curiæ ſolvat tarenum unum, & ſtetur Accuſatoris juramento, & Capitaneus procedat ex officio. Item ſtatutum eſt, quod omnes homines dictæ terræ vendentes victualia in præcedentibus capitulis comprehenſa, & alia neceſſaria ad uſum quotidianum, ea vendant cum menſura & ponderibus juſtis mercatis, & ſigillatis ab officialibus ſacri monaſterii ad hoc ſpecialiter deputatis, & qui contrafecerint, ſolvant vice qualibet auguſtale unum ſolvendum officialibus dicti ſacri monaſterii, videlicet Capitaneo, & Deputato per dictum ſacrum monaſterium* &c. *Item ſtatutum eſt, quod magiſter Portulanus a ſacro monaſterio deputatus teneatur publicum in dicta terra defendere, & manutenere, tam intus terram Citrarii, in viis, & locis publicis, & vicinalibus, quam extra dictam terram in ipſius territorio, & diſtrictu. Item ſtatutum eſt, quod nullus homo, vel mulier, civis, vel exterus inhabitans in dicta terra Citrarii, & ejus diſtrictu, modo aliquo intus, & extra dictam terram, audeat in viis, & locis Citrarii publicis, ſeu vicinalibus, aliquid in detrimentum publici ædificare, ſine noſtra petita, & obtenta licentia, nec aliquod antiquum ædificium in publico revocare, & fabricare, ſine interventu, & requiſitione dicti magiſtri Portolani ſacri monaſterii Caſinenſis, & qui contrafecerit ſolvat pœnam in bannis dicti magiſtri Portolani contentam, & demoliatur ædificium ipſius taliter conſtructum* &c. *Item ſtatutum eſt, quod nullus homo, vel mulier dictæ univerſitatis, ſive exteri* &c. *modo aliquo* &c. *in judicio, ſive extra, verbo, vel opere, de jure, ſive de facto, per ſe, nec per alium ejus nomine contra prædicta capitula* &c. *quomodolibet aliquid attentare præſumat ſi noſtram indignationem cupiunt evitare, & pœnam unciarum centum uſualis monetæ hujus Regni cupiunt toties, quoties contravenerint non incurrere per contravenientem vice qualibet incurrendam, ac nobis, & noſtro ſacro monaſterio, & ejus officialibus, ad hoc ſpecialiter deputandis integre, & ſine diminutione perſolvendam: Mandanteſque propterea* &c. *Capitaneo noſtro terræ Citrarii Sindico, electis, & toti univerſitati prædictæ, ſi dictam pœnam, & indignationem noſtram cupiunt non incurrere, prædicta capitula inviolabiliter obſervent, & obſervari faciant, & mandent* &c. *valitura, & duratura dicta capitula ad noſtrum, & ſucceſſorum noſtrorum beneplacitum* &c. *In Chriſti nomine Amen. Anno a nativitate ejuſdem milleſimo quingenteſimo duodecimo, regnante catholico rege Ferdinando, Dei gratia inclito rege Aragonum, utriuſque Siciliæ, regnorum vero ejus in hoc regno Siciliæ citra Farum anno decimo, feliciter Amen, ac dominante in nobis R. D. Ignatio de Florentia digniſſimo Abbate ſacri monaſterii Caſinenſis: Nos Thomas de Bucio de Citrario Annalis ad contractus judex, Franciſcus de Matthia de eadem terra Citrarii, publicus ubique per totum regnum Siciliæ citra Farum regia authoritate notarius, & teſtes ſubſcripti notificamus, quod hodie die ſeptimo præſentis menſis Martii inſtantis anni, quintadecimæ inditionis, apud terram Citrarii, in domibus reſidentiæ præfati reverendi D. Abbatis, exiſtente nobis Judice, notario, & teſtibus infraſcriptis, in præſentia prædicti reverendi D. Abbatis, & coram magnifico D. Baldaſſarre Spicula de Neapoli V. J. doctore, auditore prædicti reverendi D. Abbatis, ac generali Gubernatore Caſinenſi, & magnifico D. Ferrando Piſtoja de Cantanſario V. J. doctore, capitaneo terræ Citrarii, & coram ipſis conſtitutis Benedicto Balba de dicta terra ſindico ejuſdem terræ, & ſindicario nomine, & pro parte univerſitatis dictæ terræ, nec non & infraſcriptis hominibus dictæ terræ electis per ipſam univerſitatem, qui debeant ad omnia prædicta, et infraſcripta intervenire, nomine ipſius univerſitatis, videlicet D. Joanne Ruſſo, D. Nicolao Valentio, Polidoro de Buzaro, notario Nardo de Goffredo, notario Petro de Marino, Nicodemo de Branca, notario Ceſare de Butio, Bernardino Piſano, Riccardo Babo, Petro Vendicto, & Benedicto de Verderame, & coram ipſis ſindico, et electis omnia ſtatuta, et capitula retroſcripta, et contenta, in preſenti libro deſcripta manu venerandi D. Arduini de S. Germano generalis Vicarii Caſinenſis, & ſigillo majori pendenti, cum cera rubea intus caſulam ceræ albæ appenſo, cum laqueo ſericino rubeo ſigillata fuerunt per prædictum reverendum D. Abbatem lecta, vulgarizata, ordinata, & concluſa, ad obſervanda per univerſitatem dictæ terræ Citrarii, et per homines ipſius univerſitatis ad unguem, et inviolabiliter, quibus omnibus lectis, devulgarizatis, et concluſis modo, ut ſupra, fuerunt per prædictum D. Abbatem conſignata dictis ſindico, et electis nomine dictæ univerſitatis, ad obſervanda, modo ut in eis continetur, et fuimus nos judex, et notarius requiſiti pro parte prædicti reverendi D. Abbatis, et ſindicorum, ac electorum prædictorum, qui de dicta divulgatione, et*

Digitized by Google

*ne, & concluſione, & conſignatione, præſentem publicum Actum conficere deberemus. Nos autem conſiderantes, officium noſtrum publicum eſſe, & nemini denegari poteſt, rogatu prædictorum pro cautela dictæ univerſitatis, & certitudine veritatis, ad futuram memoriam, Ego qui ſupra notarius Franciſcus publicum actum in dorſum præſentis libri ſcripſi, & ſubſcripſi, & meo ſolito ſigno ſignavi, mei qui ſupra judicis ſubſcriptione propriæ manus ſubſcriptum, & teſtium ſubſcriptorum ſubſcriptionibus roboratum. Actum anno, die, menſe, loco, & indictione præmiſſis. Thomas de Buctio Annalis ad contractus judex, Ferdinandus Ruſca, Johannes Franciſcus Piſanus, Petrus Vendictus, Johannes de Mazeo, Ferrandus de Marino, Petrus de Matoria. Ego notarius Franciſcus de Matthia pro perſona publica. Quibus quidem capitulis viſis, & in noſtro regio conſilio recognitis, & examinatis, quia contenta in eiſdem bonum, & tranquillum ſtatum Reipublicæ, & bonam adminiſtrationem juſtitiæ concernunt, propterea tenore præſentis deque noſtra certa ſcientia deliberate, & conſulto, cum aſſiſtentia noſtri Sacri conſilii, prædicta ſtatuta, & capitula præinſerta, & omnia, & ſingula in eis, & quolibet eorum contenta, juxta eorum ſeriem, & tenorem acceptamus, laudamus, approbamus, ratificamus, confirmamus, & approbamus, & in omnibus in eis contentis aſſentimus, & conſentimus, authoritatemque, & decretum noſtrum interponimus, nec non ea omnia, quatenus opus ſit de novo ordinamus, & concedimus, noſtraque hujuſmodi laudationis, approbationiſque aſſenſus, & conſenſus, ac decreti præſidio roboramus, & validamus, mandantes ea omnia ab omnibus inconcuſſe obſervari, Sereniſſima propterea Johanna regina Caſtellæ, Legionis, Granatæ, &c. Principi Gerundæ, Archiduciſſæ Auſtriæ, Duciſſæque Burgundiæ, &c. filiæ primogenitæ noſtræ cariſſimæ, Gubernatricique generali, ac poſt felices, & longevos dies noſtros, Deo propitio, in omnibus regnis, & terris noſtris immediate hæredi, & legitime ſucceſſori intentum aperientes noſtrum ſub paternæ benedictionis obtentu dicimus, & rogamus. Illuſtri præterea Viceregi, & locumtenenti generali dicti Siciliæ citerioris regni, magno Camerario, ejuſque locumtenenti, Præſidentibus, & Rationalibus cameræ noſtræ Summariæ Gubernatoribus, qui Provinciarum Principatus, & Baſilicatæ, eorumque Auditoribus, & Audientiis, Provincialibus, Sindicis præterea, & electis dictæ terræ Citrarii, cæteriſque demum univerſis, & ſingulis officialibus, & ſubditis noſtris, tam majoribus, quam minoribus, quocumque nomine nuncupatis, & juriſdictionem quamcumque exercentibus, in dicto regno conſtitutis, & conſtituendis dicimus, & diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus præinſerta ſtatuta, & capitula, & unumquodque illorum juxta eorum continentiam, teneant firmiter, & obſervent, tenerique, & obſervari inviolabiliter faciant ab omnibus inconcuſſe, juxta eorum ſeriem, & tenorem pleniorem, contraque contrafactores procedant ad executionem dictæ pœnæ, & per alia oportuna remedia, taliter quod ea omnia inconcuſſe ab omnibus obſerventur, & non contrafaciant, vel veniant, ſeu aliquem contrafacere, vel venire permittant ratione aliqua ſive cauſa, pro quanto dicta Sereniſſima regina, & principiſſa primogenita noſtra cariſſima nobis morem gerere, & obedire, cæteri vero officiales, & ſubditi noſtri prædicti, præter iræ, & indignationis noſtræ incurſum, pœnam unciarum auri duarum mille cupiunt evitare. In cujus rei teſtimonio præſentes fieri juſſimus noſtro negotiorum Siciliæ citra Farum regni magno ſigillo in pendenti munitum. Datum in civitate Burgorum die decimo octavo menſis Julii tertiæ inditionis. Anno a nativitate Domini milleſimo quingenteſimo decimo quinto, regnorum noſtrorum, videlicet Siciliæ ultra Farum anno quatrageſimo octavo, Aragonum, & aliorum 37. Siciliæ citra Farum, & Hieruſalem 13. Navarræ autem quarto. Ferdinandus Rex. V. de Gualbis R. locumtenens, & Prothonotarius. V. Generalis Theſaurarius, V. Johannes Aloiſeus R. Vid. Marcellus R. & Locumtenens Magni Camerarii. V. Ficherola R., Locumtenens Conſervatoris. Dominus Rex mandavit mihi Petro de Quintana. In Privil. 14. fol.* xviiii. Adeſt ſigillum in cera rubea pendens &c.

Fauſtiſſimus hic annus 1515. cœnobio Caſſinenſi fuit, quo a pio Ferdinando catholico rege plura obtinuit privilegia; longum eſſet omnia hic recenſere integra, quare illa dumtaxat proferemus in medium, quæ rei noſtræ potiſſimum conferunt. Cum itaque Ferdinandus rex criminalem ditionis Caſſinenſis juriſdictionem Antonio de Leyva conceſſiſſet celeberrimo turmarum militarium duci, ejus miniſtri identidem civilem Caſſinatium juriſdictionem perturbabant, invertebant, occupabant. Quare Monachi Caſſinates miſſo D. Columbano a Mantua, qui illata damna exponeret a piiſſimo rege hoc diploma obtinuere, quo juriſdictiones cœnobii Caſſinenſis ab illis Antonii de Leyva ſecernit, declaratve. *Ferdinandus Dei gratia rex Aragonum, Siciliæ citra, & ultra Farum, Jeruſalem, Navarræ, Valentiæ, Majoritarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comes Barchinonæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ, Comes Roſſilionis, & Cerritaniæ, Marchio Oriſtanni, & Gotiani. Illuſt. Viceregi noſtro Siciliæ citra Farum regni præſenti, & ſucceſſive futuro, magiſtro inſuper Juſtitiario, Gubernatoribus quoque, & Auditoribus Provincialibus noſtri Siciliæ citra Farum Regni, cæteriſque demum univerſis, & ſingulis Baronibus, & ſubditis noſtris in dicto regno, & ſignanter Gubernatori noſtro in civitate S. Germani Antonio de Leyva, ejuſque locumtenenti, qui nunc eſt, & pro tempore fuerit ſalutem, & bonam voluntatem. Graviter coram Majeſtate noſtra conqueſti ſunt venerabiles, & devoti religioſi Abbas, Prior, & Monachi ſacri monaſterii Montis Caſini Ordinis S. Benedicti, quod licet præfatum ſacrum monaſterium Caſinenſe in civitate Sancti Germani, & aliis villis, caſtris, & locis dicti Sacri Monaſterii habeat juriſdictionem civilem, attamen vos, & officiales ve-*

Ferdinandus Rex Caſſinatium juriſdictiones declarat.

Ex originali in Archivo.

*ſtri*

ſtri nitimini prout alii prædeceſſores veſtri niſi fuerunt, eam juriſdictionem civilem annihilare ipſi monaſterio, & ſibi, & vobis, ſub colore criminalitatis applicare, volentes cognoſcere de cauſis, & criminibus, in quibus pœna mortis naturalis, aut civilis, ſeu membri mutilatio principaliter infligenda omnino non venit, quinimo de cauſis leviſſimis componere partes cogitis, itaque pœne omnes cauſæ civiles facitis criminales, & occupatis eas, & continue trahitis ad veſtrum tribunal in grave damnum, & præjudicium dicti ſacri monaſterii vos intromictitis, & pro cujus parte majeſtati noſtræ fuit humiliter ſupplicatum, ut indemnitati dicti monaſterii providere, & declarare, quæ pertineant ad Juriſdictionem criminalem, & quæ ad civilem, dictumque monaſterium, a litigiis, & calumniis præſervare de noſtra ſolita benignitate dignaremur. Noſque, dicta ſupplicatione benigne ſuſcepta, volentes tam pium, & ſacrum monaſterium, illiuſque Abbates, Priores, & Monachos ab oppreſſionibus, & litigiis præſervare, ut divino cultui quiete inſervire poſſint, tenore preſentis deque noſtra certa ſcientia deliberate, & conſulto, ut rex, & dominus ad quem ſpectat, unicuique quod ſuum eſt reddere, & diſtinctiones facere inter civile, & criminale dominium, ſeu tribunal, ut omnis contentio ceſſet, & de medio tollatur, cum aſſiſtentia noſtri ſacri Conſilii declaramus, quod omnes caſus culpæ, & crimina, pro quibus pœna mortis naturalis, aut civilis, ſeu membri mutilatio principaliter infligenda non venit, pertinere ad juriſdictionem civilem, & per conſequens ad ipſum ſacrum monaſterium pertinere, & ad ejus officiales. In quibus vero pœna mortis naturalis, ſeu civilis, aut membri mutilatio principaliter veniret imponenda, declaramus ad juriſdictionem criminalem, & ad noſtrum tribunal ſpectare, & pertinere. Quare vobis, & veſtrum unicuique, ad quem ſpectat, ſpectabitque impoſterum, dicimus, & diſtricte præcipiendo mandamus, pœna unciarum auri mille adiecta, quatenus in caſibus, & delictis in quibus pœna mortis naturalis, aut civilis, ſeu membri mutilatio principaliter infligenda non venit, minime vos, ſeu officiales veſtri intromictatis, ſeu ſe intromictant, ſed eos, & ea ad officiales dicti ſacri monaſterii remictatis, & remittant per dictos officiales judicandos, componendos, ſeu remittendos relinquatis, & dimittatis. Contrarium nullatenus tentaturi ratione aliqua, ſeu cauſa, ſi preter iræ, & indignationis noſtræ incurſum, pœnam propoſitam, & alias pœnas tam civiles, quam alias tam a jure quam regio arbitrio noſtro reſervatas, cupitis, & cupiunt evitare, auferentes a vobis, & a quolibet veſtrum contrarium faciendi poteſtatem omnimodam, cum nullitatis decreto. Datum in oppido de Oropeſa die 16. menſis Novembris 4. indictionis A. a Nativitate Domini 1515. Yo el Rey. Vid. Marcellus R., & locumtenens Prothonot., Vid. Generalis Theſaurarius. Vid. Figuerola R., & locumtenens magni Camerarii. Dominus Rex mandavit mihi Petro de Quintana. In partium XI. fol. LXIII. Locus ✠ ſigilli impreſſi.

Solemni ritu an. 1518. juſſu magnæ curiæ Vicariæ hujuſce privilegii tranſumtum confectum eſt, quod hic ſubnectimus. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno nativitatis ipſius 1518. regnantibus ſereniſſimis, & Catholicis dominis noſtris D. Johanna, & Carolo Regina, & rege Hiſpaniarum &c. die vigeſima octava menſis Septembris ſeptima inditionis Neapoli. Nos Joannes Antonius Funicella de Neapoli regius ad contractus judex Sebaſtianus Scannapecus de eadem civitate publicus ubilibet per totum prædictum Siciliæ citra Farum regnum apoſtolica, & regia authoritatibus notarius, & unus ex actorum magiſtris magnæ curiæ vicariæ excellentiſſimi D. magiſtri juſtitiarii regni hujus Siciliæ, & teſtes ſubſcripti ad hoc ſpecialiter vocati &c. Preſenti ſcripto publico declaramus &c. quod prædicto die nobis prædictis notario judice, & teſtibus &c. perſonaliter exiſtentibus in quodam regio oſpicio ſito in platea ſancti Georgii majoris civitatis Neapolis &c. exiſtentibus ibidem magnificis nobilibus & egregiis viris D. Franciſco de Tarſia de civitate Coſentiæ regio Conſiliario, & dictæ magnæ curiæ Regente, necnon D. Bernardino Severino de Neapoli, D. Angelo Ruſſo de eadem civitate Neapolis, & D. Antonio Felice Barnaba de civitate Averſæ V. J. D. regiis Conſiliariis, & ipſius M. curiæ judicibus. Præſentibus quoque ibidem notario Bartholomæo Bone, notario Antonio de Morte, notario Antonio Milono, notario Priſciano Milono, Johanne Antonio Matrenſe, Thoma Scarano, Johanne Benedicto de Melfia, & me Notario Sebaſtiano Scannapeco dictæ magnæ curiæ actorum Magiſtris, & nonnullis aliis officialibus ejuſdem magnæ curiæ ibidem præſentibus, & pro tribunali ſedentibus, & curiam ipſam regentibus ſingulis conquærentibus juſtitiam miniſtrando &c. comparuit nobilis, & egregius Joannes Antonius de Conſtantio de neapoli procurator, ut dixit ejuſdem monaſterii montis Caſini ordinis S. Benedicti &c. & præſentavit quoddam regium privilegium in carta de bambacino ſcriptum, ſigillo in dorſum ſigillatum, aliiſque ſubſcriptionibus, & ſolemnitatibus munitum, non abraſum, non cancellatum, non abolitum, nec aliqua ſui parte ſuſpectum, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpitione carens, ut prima facie apparebat tenoris, & continentiæ ſubſequentis &c.* Adeſt totum ſupraſcriptum privilegium, & poſt privilegium ſequitur. *Quo quidem privilegio videlicet præſentato ſtatim prædictus Johannes Antonius procurator, ut ſupra, ut dixit, prædicti monaſterii, nos prædictos judicem, & infraſcriptos teſtes ex regia parte requiſivit, & ex ſuo quo ſupra nomine rogavit attencte noſtrum ſuper hoc officium, quod eſt publicum implorando, ut ad cautelam &c. dicti monaſterii, dictum prainſertum privilegium authenticare, & exemplare &c. & in publicam formam redigere deberemus, ut ſupra, quotiens, & quando, & coram quibus, & ubi opus eſſet, de dicto privilegio in judicio, & extra poſſit, & valeat exinde facere plenam fidem, cujus quidem Johannis Antonii nomine quo ſupra requiſitione, & preci-*

Ex originali in Archivo.

*bus devote annuentes &c. Ideo ad requiſitionis inſtantiam, & ad cautelam &c. dicti monaſterii, omniumque aliorum, quorum, & cujus inde &c. intereſſe poterit quomodolibet in futurum dictum privilegium de verbo ad verbum, ut jacet, &c. copiavimus, tranſumptavimus, authenticavimus, & in præſentem publicam formam redegimus, ac factum eſt exinde de præmiſſis omnibus hoc præſens publicum authenticum inſtrumentum per manus mei notarii ſupradicti ſupradictis dominis regente & judicibus, actorumque magiſtris, & aliis officialibus magnæ curiæ Vicariæ ibidem præſentibus pro tribunali ſedentibus, & curiam ipſam regentibus, & interponentibus ſuper prædictis eorum, & dicta magna curia judiciariam authoritatem pariter, & decretum. In cujus rei teſtimonium factum eſt præſens authenticum inſtrumentum per manus mei notarii ſupradicti, ſignoque meo ſolito ſignatum ſubſcriptione mei qui ſupra judicis, & ſubſcriptorum teſtium ſubſcriptionibus roboratum, quod ſcripſi ego prædictus Sebaſtianus publicus, ut ſupra notarius, qui præmiſſis omnibus rogatus interfui &c. locus ✠ ſigni notarii &c. ✠ Ego Johannes Antonius Funicella de Neapoli, qui ſupra ad contractus judex interfui, & me ſubſcripſi. ✠ Idem qui ſupra notarius Antonius Milonus de Neapoli teſtis ſubſcripſi. ✠ Ego prænominatus Notarius Bartholomæus Bone teſtis ſubſcripſi ✠ Ego prænominatus Notarius Thomas Scaranus de Neapoli teſtis ſubſcripſi. ✠ Ego prænominatus Johannes Antonius Matrenſis de neapoli teſtis ſſ. ✠ Ego prænominatus notarius Antonius de Falco de neapoli teſtis me ſubſcripſi. ✠ Ego prænominatus Johannes Benedictus de Melfia de neapoli teſtis ſubſcripſi. ✠ Ego prænominatus Julianus de Carpanis de neapoli teſtis ſubſcripſi. D. Didacus Fortaltus de Mendocia comes Mileti regius conſiliarius, & collateralis, regnique hujus Siciliæ magiſter Juſtitiarius, & Regens magnam curiam vicariæ. Univerſis, & ſingulis harum ſeriem inſpecturis, tam præſentibus, quam futuris pateat, & ſit notum, qualiter ſupradictus Sebaſtianus, qui præſens authentici inſtrumentum in præſentem publicam formam reddigit fuit publicus, authenticus vid. notarius regia authoritate, ac unus ex actorum magiſtris, & ad eum tamquam notarium publicum, & actorum magiſtrum habitus fuit, & habetur recurſus, ſuiſque inſtrumentis, & ſcripturis quibuſcumque ab olim per ipſum hactenus confectis in judicio, & extra ab omnibus adhibita fuit, & adhibetur plena, & indubitata fides. In cujus rei teſtimonium has præſentes teſtimoniales litteras exinde fieri fecimus, & ſigillo parvo Juſtitiariæ, quo in talibus magna curia ipſa uſa fuit, & utitur munitas. Datum neapoli, die ultimo menſis Madii decimæ inditionis 1518. locus ✠ Sigilli impreſſi. Julianus de Carpanis de neapoli actorum magiſter.* Cum vero anno 1572. iterum capitanei juriſdictionis criminalis infenſi Caſſinatibus eſſent, hæc in ſacro concilio gravaminum capita monachi Caſſinates exhibuere, quæ inter hæc leguntur. *In primis lo magnifico capitanio, e maeſtro d'atti in detti tre caſi criminali, ut ſupra narrati* ( ideſt mortis naturalis, civilis, aut abſciſſionis membrorum) *gravano atteſo ultra detti caſi intendono, e pretendono de fatto intrometterſi agl' altri caſi della giuriſdizzione di detto Monaſterio &c. Item gravano atteſo nelli caſi civili, d'altri della juriſdittione di eſſo monaſterio, extra di detti tre caſi volono procedere conoſcendo non haverno poteſtà, e lo fanno per eſtorquere monete al fare del decreto della remiſſione della cauſa, e la copia degl'atti &c.* Cauſa commiſſa eſt regio conſiliario Vincentio de Franchis, cujus juſſu ad quæſtionem vocatus eſt Julianus de Caſtro capitaneus criminalis juriſdictionis, ejuſque magiſter actuum &c. atque cœnobium penes acta declarationem memoratam exhibuit a Ferdinando Catholico factam. Hinc decretum hujuſmodi prodiit. *Die quintadecima menſis Martii 1572. Neapoli, viſis actis, & diſcuſſis gravaminibus in ſacro regio Conſilio oblatis per ſacrum monaſterium montis Caſini contra magnificum capitaneum in criminalibus terræ ſancti Germani, ejus actuarium, & curiam ſub die 17. Februarii 1572. per magnificum J. U. D. D. Vincentium de Franchis regium Conſiliarium, & cauſæ commiſſarium domi providentem, fuit &c. ſuper eis proviſum &c. Quoad primum gravamen fuit proviſum quod obſervetur declaratio olim facta per Catholicam majeſtatem, ſeu S. C. ſub die 16. Novembris 1515. hodie in actis præſentata, juxta ſui tenorem &c.* Ex apographo in Archivio. *Quoad decimum proviſum eſt, prout in primo gravamine &c. Vincentius de Franchis.* Pro quorum decretorum obſervantia obſervatoriales proviſiones ſacri conſilii nomine emanarunt, quarum in calce hæc leguntur verba.

*Pro cujus decreti executione fuit inſtatum in dicto ſacro Conſilio pro parte dicti ſacri monaſterii oportune provideri &c. Super quibus volens dictum ſacrum Conſilium providere, ideo committit, & mandat vobis antedictis &c. ut receptis preſentibus ad omnem inſtantiam prædicti monaſterii &c. alter veſtrum requiſitus mandet dictis magnifico Capitaneo in criminalibus prædictæ terræ ſancti Germani, ejuſque actuariis, & curiæ, & officialibus aliis ipſius præſentibus, & ſucceſſive futuris ſub pena unciarum auri quinquaginta per quemlibet fiſco regio in caſu contrarii applicanda, quatenus infra terminum dierum quatuor poſt mandatum hujuſmodi debeant parere dictis prainſertis declarationi per q. Sereniſſimum regem Catholicum facta, & decreto ſuper dictis gravaminibus interpoſito, & omnia, & ſingula in eis contenta ad unguem obſervare, & exequi, ac obſervari facere prædicto ſacro monaſterio, & ejus Vaxallis, juxta eorum ſeriem, & tenorem, & contra non facere, vel venire aliquo modo, alias contrafacientibus procedetur contra ipſos ad exactionem dictæ pœnæ, & ad alia, prout juris fuerit neapoli die 17. Martii 1572. De Curte Præſidens, Vincentius de Franchis. Andreas Portius pro Johanne.* Fuere hujuſcemodi proviſiones intimatæ die 22. Martii Capitaneo, atque magiſtro actuum, & die 15. A-

prilis

Digitized by Google

prilis 1572. expeditæ a ſacro Concilio in memoratos magiſtratus proviſiones multatoriales dieque 24. intimatæ fuere. Hæc decreta, proviſioneſque ſæpeſæpius cœnobio Caſſinenſi confirmatæ ſunt, quas legere eſt in proceſſu in Banca actuarii Blaſii Bottone, cui titulus: *Proceſſus originales S. E. inter venerabile monaſterium Caſinenſe ex una, & magnificum Capitaneum ſancti Germani ex altera.*

Aliud Ferdinandi Catholici Privilegium.

Aliud quoque diploma Ferdinandus Catholicus cœnobio Caſſinenſi conceſſit, in quo adnotandum maxime eſt quartum capitulum, ubi ad memoratam ejuſdem regis pro Caſſinatibus declarationem quædam pertinent. *Nos Ferdinandus Dei gratia rex &c. Quæ juſta, & honeſta ſunt facile concedimus, & concedere ſolemus ea preſertim, quæ quietum, & pacificum vivere religioſorum Dei ſervitio deditorum concernunt. Sane pro parte Venerabilium, & devotorum religioſorum dilectorum noſtrorum Abbatis, & Prioris ac Monachorum ſacri monaſterii Montis Caſini noſtri Siciliæ citra Farum regni fuerunt Majeſtati noſtræ exhibita, & preſentata capitula ſubſcripta, & in calce, ſeu fine cujuslibet eorum, fuit per nos adiecta reſponſio, & decretatio, quorum capitulorum, & decretationum, ac reſponſionum per nos factarum ſeries ſic ſe habet. S. C. M. Per parte de lo Abbate Priore, e Monaci de lo ſagro monaſterio de* Monte *Caſino ſi ſupplica, che attento, che la perpetuità dell' officiali genera univerſalmente cauſa de grandiſſimo danno a li popoli, per non ſtare ogn' anno dicti officiali a Sindicato, percio V. A. ſe digne ordinare, che ſecundo la laudabile conſuetudine de lo regno de Napoli, lo capitanio di ſancto Germano quale e locotenente dello magnifico Antonio de Leyva Gubernatore de lo criminale in ſancto Germano per parte de ipſa V. A. non poſſi ſtare in detto officio più de un anno, e che in capo de ditto anno, ditto Capitano debbi ſtare ad ſindicato, e queſto per pace, e quiete de ditto ſag. monaſterio, & ben vivere de tutti ſui homini, & Vaxalli. Placet regiæ majeſtati; Item ſi ſupplica, che V. A. ſe digne ordinare, che ne dicto magnifico Antonio Gubernatore, ne dicto criminale, ne lo ſuo Capitaneo, ne anco qualſivogli altro officiale a ſuo nome poſſi, ne preſumi coſtringere dicti homini, & vaxalli de dicto ſag. monaſterio, per qualſivoglia cauſa, a farſi pagare ſalario annuale quamvis minimo, ne anco temporale ordinario, overo eſtraordinario de famigli alcuni, e ſe contrafaranno, qualſivogli de loro paghino pro qualibet vice unze dece alla gran corte della Vicaria. Placet regiæ Majeſtati. Item per parte del dicto Abbate, Priore, e Monaci, ſe ſupplica V. A. acciochè piu quietamente poſſano intendere al culto divino, che quella ſi digne ordinare, che ogn' anno per li Sindici decada uno de dicti caſtelli, & loci ſottopoſti a dicto ſagro monaſterio de Monte Caſino ſiano eletti doi homini, quali parerà, & piacerà a dicti ſindici per ognuno de dicti caſtelli & loci, delli quali doi così eletti per ognuno de dicti caſtelli, & loci, dicto mag. Antonio, overo lo ſuo Capitaneo in ſua abſentia, overo otro ſuo locotenente, ne debia confirmare uno, lo quale ſeo ſuo locotenente in d. caſtello, & lo quale abbi cura de prendere tutte le cauſe criminali, le quali accaderanno in ditto caſtello, ſecundo la limitatione fatta per V. C. M., e non altrimenti, e quelle portare alla corte de dicto criminale. Placet regiæ majeſtati quod nominentur tres perſonæ idoneæ, & quod acceptetur una perſona ex dictis tribus preſentandis prout ſupplicatur. Item anco ſe ſupplica, che attento, que dicta limitatione de caſi criminali ſeria inutile ſe non fuſſe obſervata, perciò per pace, e quiete de dicto Abbate, e monaci de dicto ſacro monaſterio V. A. ſe digne ordinare, che niuna perſona di qualſivoglia condizione preſumi dare, ne fare querela alcuna alla corte dello criminale, niſi ſecundo la limitatione fatta per V. A., e che contrafarà per ogni fiata paghi una unza di carlini d'argento, de la moneta uſuale da eſſere exatta per lo officiale de lo ſacro monaſterio, da eſſere convertita in reparatione de lo campanaro della matre eccleſia de s. Germano, & dicta querella quanto allo criminale ſia nulla, e lo accettatore ſia coſtretto ultra la pena di dicta unza deber ſatisfare alla parte leza de ogni danno ſpeſe, & intereſſe accadute fatte, & patute per dicta cauſa, & acciò che niuno poſſi pretendere de ignorantia, quella ſe digne ordinare, che lo preſente capitolo ſia publicato, & preconizzato alta, & intelligibili voce per præconem dicti ſacri monaſterii in tutti li loci, & caſtelli de dicto ſacro monaſterio, & ſignanter, & in primis in civitate s. Germani, & la copia de dicto capitolo per più chiarezza ſia affixa in Valvis majoris eccleſiæ dictæ civitatis s. Germani, ac etiam in valvis de le eccleſie de tutti li altri caſtelli, & loci. Placet regiæ majeſtati; Verum quantum ad incurrendum pœnam placet, quantum ad officiales tantum, fuitque pro parte dictorum devotorum religioſorum Majeſtati noſtræ humiliter ſupplicatum, ut præinſerta capitula, & unumquodque illorum juxta decretationes, & reſponſiones per nos in calce, ſeu fine cujuslibet eorum poſitas acceptare, dictiſque Abbati, Priori, & monachis dicti ſacri monaſterii præſentibus, & ſucceſſive futuris concedere de noſtra ſolita benignitate dignaremur. Noſque eorum ſupplicatione benigne ſuſcepta, volentes tam pium, ſanctumque monaſterium favoribus oportunis proſequi, tenore præſentis, deque noſtra certa ſcientia deliberate, & conſulto præinſerta capitula, & unumquodque illorum juxta decretationes per nos in fine cujuslibet eorum appoſitas, eiſdem Abbati, Priori, monachis, & conventui Caſinenſi perpetuo concedimus, noſtraque hujuſmodi conceſſionis munimine validamus, volentes, & expreſſe decernentes, quod hujuſmodi noſtra conceſſio ſit eiſdem Priori, Abbati, monachis, & monaſterio Caſinenſi nunc & omni futuro tempore firma ſtabilis, & valida, & realis, nullum in judiciis, aut extra ſentiens dubietatis involucrum, aut alterius noxa detrimentum, ſed in ſuo robore, & valore ſemper perſiſtat sereniſſima propterea Joanna regina caſtellæ, legionis, Granatæ &c. Principi Gerundæ Archiduciſſa Auſtriæ, Duciſſaq; Burgundiæ, & filia, & primogenita noſtra cariſſima, Gubernatriciq; generali, ac poſt felices, & longevos dies noſtros, Deo propitio*

Ex originali in Archivo.

*in omnibus regnis , & terris noſtris immediate heredi , & legitime ſucceſſori intentum aperientes noſtrum , ſub paterna benedictionis obtentu dicimus , & rogamus : ill. quoque Viceregi dicti noſtri regni , magnoque etiam camerario , magiſtro juſtitiario preſidentibus , & rationalibus noſtra camera ſummaria Gubernatoribus Provincialibus , eorumque Auditoribus , capitaneis , & aſſeſſoribus , cæteriſque demum univerſis , & ſingulis officialibus , & ſubditis noſtris , tam majoribus , quam minoribus quocumque nomine nuncupatis dicimus , & diſtricte præcipiendo mandamus pœna untiarum auri centum adiecta , quatenus hujuſmodi noſtram conceſſionem , cateraque omnia recontenta teneant firmiter , & obſervent , tenerique , & inviolabiliter obſervari per quos deceat , faciant , & non contrafaciant , ſeu aliquem contrafacere permittant ratione aliqua , ſive cauſa , pro quanto dicta ſereniſſima regina , & princeps filia primogenita noſtra cariſſima nobis morem gerere , & obedire ; cæteri vero officiales , & ſubditi noſtri prædicti , ſi præter iræ , & indignationis noſtra incurſum pœnam præappoſitam cupiunt evitare . In cujus rei teſtimonium preſentes fieri juſſimus noſtro negotiorum Siciliæ citra Farum regni magno ſigillo in pendenti munitum . Datum in oppido de Oropeſa die decima ſexta menſis Novembris , quarta inditionis . Anno a nativitate Domini milleſimoquingenteſimodecimoquinto Regnorumque noſtrorum videlicet Siciliæ ultra Farum anno quadrageſimo octavo , Aragonum , & aliorum trigeſimoſeptimo , Siciliæ citra Farum , & Hieruſalem decimotertio Navarræ autem quarto ,* &c.

Tertium. Hoc eodem anno die 20. Auguſti rex Ferdinandus hoc diplomate præcepit, ut bulla a Leone X. pro Caſſinatibus emanata executioni demandaretur . *Nos Ferdinandus* &c. *Propterea præteritis annis videntes oculis conniventibus ſacrum monaſterium Caſinenſe Ordinis ſancti Benedicti , cujus nos potiſſimum , & ferventes cultores ſumus ruinari , eundemque ſacrum , ſanctiſſimumque cenobium Caſſinenſe per nonnullas perſonas in commendam longo tempore occupari , qui nec eandem ſanctam religionem norant , ſed tantum procuratores mittebant ad extrahendum redditus a dicto ſacro monaſterio ſacella , & eccleſia corruebant , cultus divinus ceſſabat, numerus Monachorum diminuebatur in dies , propterea nos tantam ruinam , & perniciem in tam ſanctam religionem ſacroſanctumque cœnobium tolerare non valentes procuravimus cum SS. D. N. PP. Leone X. nunc canonice, & feliciter in cathedra beati Petri ſedente , tunc Cardinali de Medicis nuncupato Commendatario dicti ſacri monaſterii Caſinenſis , ut dictum ſacrum monaſterium redigeretur in priſtinam obſervantiam , ordinemque, ac modum benevivendi , & Abbates, & Priores ex congregatione ſancta Juſtina de Padua ordinis ſancti Benedicti , quot annis eligerentur prout factum fuit . Cognoſcens itaque eadem ſanctitas poſtquam cathedram beati Petri aſcendit, quod bona ex redactione dicti ſacri monaſterii ad obſervanciam , regularemque diſciplinam , ac ordinem bene vivendi reducti provenerunt , nam numerus monachorum in dies ſacrificia Deo offerencium augumentum ſuſcepit , ſuſcipit, & Deo propicio , ſuſcipiet , eccleſia , & ſacello , qua corruebant reedificantur multaque alia , ac innumerabilia bona in dies proveniunt , & provenient , quapropter S. Sanctitas ſuis cum bullis oportunis per privilegium conceſſit eidem ſacro monaſterio facultatem , licenciam , & permiſſionem uniendi per ceſſum , vel deceſſum , cum impoſitione , & reſervacione annua penſionis , vel ſine , omnia beneficia monaſtica ſpectantia , ad collationem dicti ſacri monaſterii Caſinenſis , pro augumento divini cultus , & reparatione dictorum beneficiorum , & eccleſiarum, qua in manus Commendatariorum corruerunt , et corruunt , prout per bullam apoſtolicam in authentica forma nobis exhibitam conſtare vidimus , cujus tenor talis eſt etc.* Bulla ſuperius relata in Hiſtoria ſequitur ad verbum ejuſdem Leonis , poſtea ſubditur . *Quam rem nobis gratiſſimam habuimus, et quoad noſtram regiam dignitatem ſpectat etiam racione indulti noſtra regia cappella conceſſi leto animo , tenore preſencium , deque noſtra certa ſcientia deliberate , et conſulto aſſentimus, et conſentimus, aſſenſumque, et conſenſum noſtrum interponimus, nec non pracalennatam bullam acceptantes, laudantes , et approbantes, et quatenus noſtra confirmacione egeat confirmantes , parteſque noſtras interponimus , ut debita executioni mandetur , et deducatur , noſtrique hujuſmodi aſſenſus , et conſenſus, acceptacionis , et laudacionis , et parcium noſtrarum interpoſicionis munimine, et præſidio roboramus , et validamus . Volentes , et expreſſe decernentes , ac eciam concedentes , quotquocieſcumque dicta beneficia contigerit cum penſione , vel ſine ad dictum ſacrum monaſterium Caſinenſe devenire, aut alias vacare, aut per cenſum non ſolutum decedere quod illa ad dictum ſacrum monaſterium applicentur , juxta tenorem , & continenciam dicta bulla . Sereniſſima propterea Johanna regina Caſtella , Legionis , Granata* &c. *Principi Gerunda , Archiduciſſa Auſtria , Duciſſaque Burgundia* &c. *filia primogenita noſtra cariſſima Gubernatricique generali , ac poſt felices , & longevos dies noſtros , Deo propicio in omnibus regnis , & terris noſtris immediate haredi , & legitima ſucceſſori intentum aperientes noſtrum ſub paterna benedictionis obtentu dicimus , & rogamus . Sereniſſimis eciam reginis Neapolis matri , & filia , ſorori , & nepti , & tamquam filiis noſtris cariſſimis enixe rogamus R R. praterea , & Venerabiles , Archiepiſcopos , & ſignanter Archiepiſcopum Tarentinum cappellanum noſtrum majorem , & qui in ejus officio pro tempore fuerint , & epiſcopos , & prælatos dicti noſtri Siciliæ citra Farum regni requirimus , & hortamur , ill. praterea Vice regi , & Locumtenenti generali dicti noſtri Siciliæ citra Farum regni magno Camerario , ejuſque locumtenenti magiſtro juſticiario regentibus noſtram Cancellariam Preſidentibus camera noſtra*

Ex originali in Archivo.

*ſtra*

Digitized by Google

*ſtra ſummaria Regenti magnam curiam Vicaria, et judicibus ejuſdem, inſuper Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, et Baronibus, Gubernatoribus quoque, et Audienciis, Provincialibus, Capitaneis terrarum, eorumque auditoribus præſentibus, & futuris, cæteriſque demum univerſis, & ſingulis officialibus, & ſubditis noſtris tam majoribus, quam minoribus, quocumque nomine nuncupatis, & quamcumque juriſdictionem exercentibus in toto dicto noſtro regno conſtitutis, & conſtituendis dicimus, et diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus præcalennatam, & præinſertam bullam, & hujuſmodi noſtrum privilegium, & omnia in ea, & in eo contenta teneant, & obſervent, & ad debitam executionem deducant, deducique faciant, & permittant ſine obſtaculo, & contradictione aliqua, imo auxilium, conſilium, & favorem quotieſcumque opus fuerit pro executione dicta bullæ, & dicti noſtri privilegii, Abbati, Priori, monachis, & procuratoribus dicti ſacri monaſterii Caſinenſis ſi rem gratam nobis facere cupiunt, impendant, & contra prædicta, vel aliquod prædictorum non veniant, venireque paciantur racione aliqua, ſive cauſa, pro quanto dicta ſereniſſima regina, nobis morem gerere, & eccleſiaſtica perſona complacere. Cæteri vero officiales, & ſubditi noſtri prædicti præter iræ, & indignationis noſtræ incurſum pœnam unciarum auri mille cupiunt evitare, nec prædictis impedimentum aliquod præſtent, præſtarive permittant racione indulti Apoſtolici nobis, & noſtræ regiæ cappellæ conceſſi, vel concedendi, nec quacumque alia cauſa, jure, ſeu racione cum ea omnia ſic executioni deduci volumus, non obſtantibus quibuſcumque privilegiis, indultis, & conceſſionibus, conceſſis tam Majeſtati noſtræ, & noſtræ regiæ cappellæ, quam quibuſvis Principibus, Ducibus, Comitibus, & Baronibus, ac perſonis aliis quibuſcumque dicti noſtri regni, quibus jam per præinſertam bullam, quoad illius executionem eſt derogatum, & nos ad cautelam derogamus ſerie cum iſta. In cujus rei teſtimonium præſentem fieri juſſimus noſtro negociorum Siciliæ citra Farum regni magno ſigillo in pendenti munitam. Data in villa de Aranda de duero, die vigeſima menſis Auguſti tercia indicionis anno a nativitate Domini milleſimoquingenteſimo decimo quinto, regnorumque noſtrorum vid. Siciliæ ultra Farum anno quadrageſimo octavo Aragonum, & aliorum trigeſimo ſeptimo, Siciliæ citra Farum, et Hieruſalem decimotertio, Navarræ autem quarto etc.*

Adeſt ſigillum in cera rubea pendens &c.

Quartum. Die 21. Auguſti idem rex ſacrum Caſſinenſe cœnobium, omnemque congregationem Caſſinenſem ſub ſua protectione hoc diplomate recepit. *Sanctiſſimo, beatiſſimo D. D. noſtro moderno Pontifici obedientiam, manumque, et pedum oſcula beatorum, Ceſareæque ſereniſſimæ Majeſtati ſereniſſimis, et illuſtriſſimis quibuſvis regibus, et reginis, et ſignanter ſereniſſimis reginis Neapolis matri, et filiæ ſorori, et nepti, et tamquam filiis noſtris cariſſimis, regumque primogenitis fratribus noſtris cariſſimis totique collegio reverendiſſimorum DD. Cardinalium Archiepiſcopis, epiſcopis, cæteriſque prælatis S. Rom. E. Ferdinandus Dei gratia rex Aragonum Siciliæ citra, et ultra Farum Hieruſalem, Navarræ, Valenciæ, Majoricarum, Sardiniæ, et Corſicæ, Comes Barchinonæ, Dux Athenarum, et Neopatriæ Comes Roſſilionis, et Cerritaniæ Marchio Oriſtanni, et Gociani ſalutem, et proſperos ad vota ſucceſſus, illuſtribus quoque ſpectabilibus magnificis nobilibus, et egregiis viris, quibuſcumque Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Communitatibus, Univerſitatibus, terrarumque dominis, et dominabus tam terrarum noſtrarum, quam exterarum ac ceteris univerſis et ſingulis officialibus, et ſubditis noſtris, reverendo etiam Archiepiſcopo Tarentino in regno noſtro Siciliæ citra Farum cappellano majori, et qui in eodem officio pro tempore fuerit, illuſtri, et dilecto denique noſtro D. Raymundo de Cardona locumtenenti, et generali Capitaneo noſtri exercitus in Italia conſtituti, cœteriſque Ducibus, capitaneis, et ſubcapitaneis magnatibus, et omnibus, et ſingulis aliis officialibus dicti noſtri exercitus quocumque nomine, et officio nuncupatis, et qui pro tempore fuerint, nec non noſtrorum locatenentibus, & Regentibus, conſiliariiſque, & judicibus, ac omnibus aliis officialibus & ſubditis noſtris in regno Siciliæ citra, & ultra Farum reſidentibus, tam preſentibus, quam futuris noſtriſque demum oratoribus in Romana curia, et apud Ceſaream Majeſtatem, omnibuſque aliis in locis conſtitutis, et conſtituendis, ac etiam omnibus, aliis, quavis authoritate, et poteſtate, ac dignitate fungentibus præſentibus, et futuris ſalutem, et dilectionem. Cum totus quaſi mundus inteſtinis bellis, ac ſi eviſceratus decideret, et decidat ſuperni tamen regis clementia nos in noſtris regnis præficiens, et ſpecialem de hoſtibus noſtris victoriam tribuens devictis, calcatiſque hoſtibus peculiari gaudio, proſperitateque eximia, regna noſtra ubicumque exiſtentia exultant, ergo quia miſericordem, omnipotentemque Deum nemo ſine pena contemnit, ſummopere circa ſacrarum eduum ornatum, ſtabilimentumque noſtrum invigilandum eſt, ut ab ipſo cœleſtium recipiamus gaudia præmiorum. Quapropter omnium fidelium Hiſpanorum præſentiumque ſcilicet, et futurorum noverit ſolers induſtria, qualiter nos externis annis noſtras interpoſuerimus partes apud SS. D. noſtrum tunc Julium Papam, ut ſacrum monaſterium Caſinenſe toto mundo celeberrimum, caput omnium monaſteriorum, initiumque totius ordinis ſancti Benedicti in regno noſtro Siciliæ citra Farum poſitum, ubi corpora ipſius ſanctiſſimi patris Benedicti, ac ſororis ejuſdem Virginis S. Scholaſticæ in uno eodemque ſepulchro condita, humataque ſunt, et ſine dubio requieſcunt, ad priſtinam redigeretur obſervantiam prout redactum fuit, noſque præterea decreverimus ob devotionem præcipuam, quam habemus ſemper divo Benedicto omnium monachorum patri, & inſtitutori, & dicti Sacri monaſterii fundatori, totique congregationi Monachorum ipſius, alias nominatæ S. Juſtinæ*

Ex originali in Archivo.

Monaſterium Caſinenſe celeberrimum toto mundo. Corpora S. Benedicti & S. Scholaſticæ ſine dubio exiſtunt in Caſinate eccleſia.

de Padua, nunc Caſinenſi dicta, & pro peccatorum noſtrorum remiſſione continuis oportunis, & debitis honoribus proſequi, & ut ruinæ ipſius ſacri monaſterii, & aliarum eccleſiarum, ſeu membrorum ipſius reſtaurentur, prout melius fieri poterit, ac etiam ut debitus Dei cultus in eccleſiis, & membris ad dictum ſacrum monaſterium Caſinenſe ſpectantibus per monachos ejuſdem Ordinis, & congregationis, prout convenit, exerceatur, ipſumque propterea ſacrum monaſterium totamque Congregationem ipſius, & omnia, & ſingula ejus monaſteria, membra, loca, & bona quæcumque ſub noſtra protectione ſuſcepimus, & ſuſcipimus. Cupientes igitur tam piam, ſanctamque religionem conſervare, protegere, & ab oppreſſionibus præſervare, oportuniſque favoribus proſequi, vos patrem Sanctiſſimum, cui proprium eſt eccleſias, & religiones, religioſoſque tueri, & defendere ſuppliciter ex animo deprecamur, Ceſareamque Majeſtatem protectricem univerſalis eccleſiæ, ſereniſſimos quoque, & illuſtriſſimos reges, reginaſque, & ſignanter ſereniſſimam reginam Caſtellæ filiam, & primogenitam noſtram cariſſimam, poſtque felices, & longevos dies noſtros, Deo propitio legitimam ſucceſſorem in omnibus regnis, & dominiis noſtris, reginas quoque Neapolis, matrem, filiam, ſororem, & neptem noſtras, & tamquam filias, regumque primogenitos intentum noſtrum aperientes enixe rogamus, reverendiſſimoſque Dominos Cardinales, Archiepiſcopos, Epiſcopos, cœteroſque Prelatos ſanctæ Romanæ eccleſiæ Dominos, dominaſque, & dominorum amicos, & benevolos noſtros affectuoſe rogamus, voſque reverendiſſimum Archiepiſcopum Tarentinum in noſtro regno Siciliæ citra Farum cappellanum noſtrum majorem, & qui in dicto officio cappellaniæ pro tempore fuerit requirimus, & hortamur, officialibus verò, & ſubditis noſtris omnibus preſentibus, & futuris & preſertim jam dicto ill. D. Raymundo de Cardona locum tenenti noſtro, noſtrique exercitus in Italia conſtituti generali Capitaneo, ceteriſque Ducibus, Capitaneis, & ſub capitaneis, Magnatibus, aliiſque officialibus dicti noſtri exercitus, quocumque nomine & officio nuncupatis, & qui pro tempore fuerint, necnon noſtris Viceregibus, & locatenentibus, & regentibus, Conſiliariis, judicibus, & omnibus officialibus, & ſubditis noſtris in noſtro regno Siciliæ citra, & ultra farum, & ubique regnorum, & dominiorum noſtrorum preſidentibus, tam præſentibus, quam futuris, noſtriſque demum oratoribus in Romana curia, & apud Ceſaream Majeſtatem, omnibuſque aliis locis, conſtitutis, & conſtituendis, aliiſque omnibus quavis authoritate, poteſtate, & dignitate fungentibus preſentibus, & futuris dicimus, & diſtrictius præcipiendo mandamus, pœna unciarum auri mille adjecta, quatenus dictum ſacrum monaſterium Caſinenſe, & omnes eccleſias, loca, & membra illius, devotoſque religioſos, monachoſque omnes congregationis prædictæ ordinis S. Benedicti, illorumque omnia, & ſingula monaſteria, loca, & membra ubilibet conſtituta in ſingularem, & ſpecialem protectionem, & cuſtodiam, & ſalvaguardiam ſuſcipiatis, eoſque religioſos monachos, commiſſos, oblatos, familiares, & procuratores, laboratores, famuloſque, & eorum monaſteria, loca, & membra, jura, caſtra, caſalia, molendina, poſſeſſioneſque, animalia quoque, & quæcumque alia bona mobilia, & immobilia, undecumque, & ubicumque exiſtentia, & conſiſtentia, & quocumque nomine nuncupata, dictæ congregationis Caſinenſis, alias S. Juſtinæ de Padua oportunis favoribus proſequendo, eos, & ea ab oppreſſionibus, & gravaminibus preſervando contra prædictorum invaſores, damna injuriamve inferentes oportune procedatur, ut quiete, & ſine aliquo impedimento, damno, iniuriave in eorum monaſterii locis, & membris vivere, & cultui divino intendere poſſint, rem gratam nobis facturi. Nos vero pater beatiſſime pro veſtra ſanctitate, proque Majeſtate Ceſarea Sereniſſima, & pro vobis dictis regibus, reginiſque regum primogenitis, veſtriſque ſubditis, proque vobis reverendiſſimis Cardinalibus, Archiepiſcopis, epiſcopis, aliiſque prelatis S. R. E. omnibus, & aliis exteris, ſimilia & longe majora facere pollicemur, officiales vero, & ſubditi noſtri contrarium nullatenus tentaturi ratione aliqua ſive cauſa, ſi rem gratam nobis facere cupiunt, & ſi præter iræ, & indignationis noſtræ incurſum pœnam præappoſitam cupiunt evitare. Datum in villa de Aranda de Duero die 21. menſis Auguſti tertiæ inditionis anno a nativitate Domini milleſimoquingenteſimodecimoquinto. Yo el Rey. D. Rex mandavit mihi Petro de Quintana, vid. Marcellus Regens, & locumtenens Protonotarii. Vid. Generalis Theſaurarius. Vid. Jo: Aloyſius Reg., vid. Figuerola R. In Privilegiorum XIII. fol. 143. Dupplicata, de la protection general para toda la congregation de Monte Caſino en forma de Cancellaria &c. Adeſt ſigillum pendens impreſſum in cera rubea.

Demum rex Ferdinandus præcepit die 17. Quintan.
Novembris, ut ſacrum Caſſinenſe cœnobium, cui juriſdictio etiam criminalis in oppido Citrarii competebat, delicta quædam criminalia a Citrarienſibus perpetrata puniret, atque Capitaneus juriſdictionis criminalis civitatis S. Germani Sindicatum ageret coram novo capitaneo præfatæ juriſdictionis criminalis, & duobus ſindicatoribus ab urbe electis, vel ab Abbate, Priore, & monachis. Si urbs dettectaſſet idemque quoad capitaneum Citrarii juſſit, ut clarius in eodem privilegio legitur, quod die 13. Septembris an. 1516. a regio collaterali Neapolitano conſilio fuit executioni demandatum hiſce literis. Johanna, & Carolus Dei gratia Ex originali in Archivo.
regina, & rex Caſtellæ Aragonum utriuſque Siciliæ, & Hieruſalem, &c. Raymundus de Cardona Comes Albeti, ac regni ulterioris Siciliæ magiſter Juſtitiarius præfatarumque catholicarum Majeſtatum in præſenti regno Vice rex locumtenens, & Capitaneus generalis &c. Magnificis viris Gubernatoribus, & Auditoribus provintiarum Calabriæ, & aliis quibusvis officialibus regiis majoribus, & minoribus præſentibus, & futuris ad quem, ſeu quos præſentes pervenerint, ſeu fuerint quomodolibet præſentatæ regiis fidelibus dilectis. Nuper pro parte R. Abbatis,

tis, Prioris, & Monachorum ſacri monaſterii montis Caſini fuit nobis præſentata quædam proviſio Cath. Regis bonæ memoriæ, tenoris, & continentiæ ſubſequentis. Ferdinandus Dei gratia rex Aragonum, Siciliæ citra, & ultra Farum &c. Illuſtri Viceregi noſtri Siciliæ citra Farum regni, Gubernatori inſuper provintiæ Calabriæ ejuſque Auditoribus, & audientiæ præſentibus, & ſucceſſive futuris ſalutem, & dilectionem; Quia venerabiles, & devoti religioſi dilecti noſtri Abbas, Prior, & Monaci ſacri monaſterii montis Caſini iſtius noſtri regni aſſerunt habere juriſdictionem civilem, & criminalem in terra Citrarii de provincia Calabriæ, aſſerunt, & apud ſindicum, & univerſitatem dictæ terræ inveniſſe nonnulla privilegia, quæ prætendunt eſſe falſificata in ſigillo, & raſura, de cujus falſificationis cognitione, commiſſionem fecimus ſacro noſtro regio conſilio de S. Clara, nec non etiam aſſerunt, & dicunt, quod olim in dicta terra Citrarii fuit capitaneus Paulus Pontius de flumine frigido, qui ante finem ſui officii receſſit a dicta terra Citrarii ſine effectu ſindicatus, & poſtea ad inſtantiam, & requiſitionem economi dicti ſacri monaſterii de mandato reverendiſſimi D. Cardinalis Surrentini tunc locumtenentis noſtri generalis in dicto noſtro regno comparuit, & ſtatim ut comparuit ad inſtantiam economi dicti ſacri monaſterii fuit mandatum ſindico dictæ univerſitatis, ut eligerent ſindicatorem ſecundum ordinem dictæ univerſitatis, & dicti noſtri regni, ut una cum dicto novo Capitaneo dictæ terræ audient querelantes, & facerent juſtitiam ſecundum ordinem ſolitum ſæpedicti noſtri regni, qui non obſtante dicto mandato, dictus Paulus Pontius fuit abſolutus a dicto ſindico, & aliis officialibus, ac a nonnullis aliis hominibus dictæ univerſitatis incognitionabiliter ſine ordine ſolito dicti noſtri regni, & ſine effectu ſindicatus, & ſic abſolutus receſſit, ſine ſatisfactione partium, & de eo præſentialiier querelantium, in magnum damnum, & præjuditium juriſdictionis dicti ſacri monaſterii, ac non modicum detrimentum, ut dictum eſt, de eo præſentialiter querelantium, de quibus duabus de cauſis economus ſæpedicti ſacri monaſterii prætendit præfatum ſindicum, officiales, ac nonnullos alios homines dictæ terræ incidiſſe in magnas pœnas, inſuper etiam nos cum noſtris litteris clauſis, & bonam adminiſtrationem juſtitiæ univerſitati dictæ terræ Citrarii. Mandamus, quatenus ſingulis annis eligant ſindicatores contra capitaneum veterem, qui una cum novo capitaneo inquirant, & juſtitiam faciant querelantibus contra capitaneum veterem, juxta ordinem ſolitum, & conſuetum dicti noſtri regni. Item etiam eodem zelo juſtitiæ, & bonæ adminiſtrationis pari modo nos cum noſtris litteris clauſis ad ſindicos, & univerſitatem S. Germani, in qua dicunt habere juriſdictionem civilem mandamus eiſdem, quatenus etiam et ipſi ſingulis annis eligant duas perſonas ydoneas, quæ una cum capitaneo novo dictæ terræ ſint ſindicatores capitanei veteris juriſdictionis criminalis, alias in renitentiam univerſitatum dictarum terrarum damus facultatem ipſis Abbati, Priori, & Conventui eligendi dictos ſindicatores, quibus facultas ſit conceſſa inquirendi contra capitaneos veteres, una cum capitaneis novis in fine anni cujuslibet, juxta ordinem ſolitum dicti noſtri regni, et quia intentionis noſtræ eſt, quod in ſupradictis duobus primis caſibus falſificationis dictorum privilegiorum, et abſolutionis dicti Pauli Pontii ab effectu ſui ſindicatus, juxta eorum demerita puniantur hi, qui in prædictis duobus caſibus fuerunt reperti culpabiles, quapropter vobis, et unicuique veſtrum pro conſervatione juriſdictionis dicti ſacri monaſterii, ac obſervatione dictarum noſtrarum commiſſionum, proque maxime, et in primis cultu juſtitiæ dicimus, et diſtricte præcipiendo mandamus, pœna unciarum auri quingentarum adjecta, quatenus dictos Abbatem, Priorem, Monachos, et economum, ſeu procuratorem, officialemque ipſius ſacri monaſterii minime impediatis, nec impedire permittatis in punitionem, et caſtigationem illorum, qui dicta privilegia, ut prætenditur, inventi fuerint falſificaſſe, ſeu in dicto crimine culpabiles, participeſque fuiſſe; Nec non in punitione, et caſtigatione illorum, qui dictum Paulum Pontium incognitionabiliter licentiarunt, et abſolverunt, et participes fuerunt abſolutionis ipſius a ſindicatu contra ordinem ſolitum, ut ſæpe dictum eſt, et conſuetum ſimiliter in electione ſindicatorum contra Capitaneum criminalis juriſdictionis S. Germani, et Capitaneum terræ Citrarii in renitentiam dictarum univerſitatum per dictos Abbatem, Priorem, et Conventum eligendorum, quinimmo in et ſuper prædictis omnibus ipſis Abbati, Priori, et Conventui, Monachis, economo, et officialibus dicti ſacri monaſterii totiens, quotiens requiſiti fueritis præſtetis omne auxilium, conſilium, et favorem oportunos, ac etiam brachium veſtrum, ſi opus fuerit, adeo ut omnino præmiſſa, et eorum ſingula effectualiter adimpleant, et contrarium nullatenus tentaturi ratione aliqua ſive cauſa, ſi præter iræ, et indignationis noſtræ incurſum, pœnam præappoſitam cupitis evitare, præſentem reſtituendo præſentantibus toties, quoties vobis preſentata fuerit. Datum in oppido Majoreti, die ſeptimo menſis Novembris, quartæ indictionis, anno a nativitate Domini milleſimo quingenteſimo decimoquinto? yo el Rey. V., Marcellus R., et locumtenens Protonotarii. V.[t] Figuerola R.[s] et locumtenens M. Camerarii, V., generalis Theſaurarius. D. Rex mandavit mihi Petro de Quintana. In partium XI. fol. 54. Et volentes nos, ut tenemur, mandatis, et ordinationibus dicti Catholici D. noſtri regis bonæ memoriæ obediro, illiſque obtemperare, et quod illorum debitus ſequatur effectus dicimus, et mandamus vobis ſupradictis officialibus regiis, ad quem, ſeu quos ſpectabit quatenus forma dictæ præinſerta regia proviſionis diligenter attenta, et inſpecta, illa prædictis Abbati, Priori, et Monacis dicti ſacri monaſterii Caſinenſis obſervetis, et inviolabiliter obſervari faciatis, juxta ſui ſeriem, continentiam, et tenorem, et contrarium non faciatis, ſi gratiam præfatarum catholicarum Majeſtatum caram habetis, et pœnam ducatorum mille cupitis evitaro præſentibus ſingulis vicibus remanſuris. Datum in caſtello noſtro Neapoli die 13. Septembris 1516. D. Raimondo de Cardona. V. de Colle R. V. Antonius Januarius Viceprothonotarius. Hieronymus de Franco locumtenens M. Camerarii V. . . . . D. Vicerex mandat mihi Antonio de Seron. Nihil ex ordine regia Audientia: Lopis taxator. In partium Loc.[tle] primo fol. 104. R. M. R. A. locus ✠ ſigilli impreſſi. Alia quoque privilegia Ferdinandi execu-

executioni demandata fuere a regio Collaterali conſilio, cujus nos decreta brevitati conſulturi omittimus.

Ferdinandus Rex Catholicus moritur, illique ſucceſſit Johanna filia, & Carolus nepos.

Anno 1516. die 23. Januarii ſummo omnium mœrore obiit Ferdinandus catholicus quidquid contra obtendat Summonte in ejus Vita, cujus egregias virtutes deſcribit Spondanus nu. 1. & Raynaldus nu. 39. qui de illo hæc ait: *His, atque aliis prudenter curatis, rex ſe morti proximum intelligens, Sanctiſſima euchariſtia viatico ſuſcepto, & oleo Sacro unctus* XIV. *Kalendas Februarii, antequam illuxiſſet, religioſiſſima vita curſum clauſit, dignus, qui inter reges præſtantiſſimos adnumeretur, de quo in ſcholaſticorum frequenti conſeſſu, Cirvelus Darocenſis Theologus, ut illa ferebant tempora memorabilis in oratione funebri unum inter reges Ferdinandum fuiſſe dixit, qui regnandi rationem poſſet inſtituere, & ob inſignem prudentiam, cum longa rerum experientia conjunctam, de recta principum gubernatione non vulgaria præcepta tradere. Omnium conſenſu lauream inter principes Chriſtianos meritis, & auctoritate ſua ætate ipſum retuliſſe Volaterranus ſcribit, nec immerito cum etiam aliæ ætates felices cenſendæ ſint, quæ pares illi ferant, ut qui Granatenſi regno Chriſti cultum reſtituerit, Africæ oram domuerit, Marranos expulerit, monachorum ſodalitia purgari, tribunalia ad hæreſes excidendas erigi curaverit, novum orbem patefecerit, in eoque religionem amplificarit, atque inſtituerit epiſcopatus, Sedis apoſtolicæ dignitatem tuendam, armis adverſus ſchiſmatis Piſani fautores ſuſceperit, deque æmulis triumphando Neapolitanum, & Navarricum regna ſuo imperio adjunxerit.*

Regis Catholici titulo Ferdinandus decoratur.

Ferdinando regis Catholici titulum conceſſit Innocentius VIII. poſt acquiſitum Granatæ regnum, ut narrat Spondanus anno 1492. nu. 2. quamquam 1496. nu. 5. ait, hoc titulo decoratum Ferdinandum ab Alexandro VI. quod confirmat Raynaldus ibidem nu. 25. & ſeqq. ubi ſubdit Alexandrum voluiſſe Chriſtianiſſimi titulum a rege Galliæ ademtum, Hiſpaniarum regi concedere, ni Cardinales obſtitiſſent. Mabillonius de re Diplomatica lib. 5. p. 384. litt. E, & F demonſtrat Catholici titulum pluribus Franciæ regibus attributum nempe Childeberto I. & II. & Pippino, cui etiam titulus Orthodoxi Defenſoris fidei Chriſtianæ, & Chriſtianiſſimi conceſſus eſt. Quo poſtremo decoratus etiam fuerat Carolus Martellus ejus pater, atque Carolus, & Carolomannus Pippini filii, a quibus veluti hæreditario jure nomen ad alios Galliæ reges tranſivit, ut ſcribit Pius II. in epiſtola 385. ad Carolum VII. ubi hæc leguntur. *Habitus es cariſſime fili devotiſſimus princeps fidei, & religionis noſtræ præcipuus, nec immerito, ob Chriſtianum nomen a progenitoribus tuis defenſum nomen Chriſtianiſſimi ab illis hæreditarium habes.* Confutat Mabillonius Zoritam, & Raynaldum, qui an. 1496. nu. 25. ait hunc titulum a Pio tantum II. conceſſum Ludovico XI. fuiſſe, atque lib. II. cap. 3. nu. 5. habet. *Quo tempore Pontifices Romani in ſuarum epiſtolarum inſcriptionibus Chriſtianiſſimi titulum regibus Francorum ſolemni lege probaverint, non ſatis hactenus fuit obſervatum. Id vero nos docent Acta legationis anno 1469. inita ab illuſtriſſimo viro Gujelmo Menaſterienſi domino ad Paulum Papam II. juſſu Ludovici XI. Francorum regis, ex quibus actis intelligimus, pontificem relatis regi ampliſſimis gratiis, honorificentiſſime de regibus Francorum, ac de eorum eximiis in ſedem apoſtolicam officiis peroraſſe, atque ſignificaſſe æquum ſibi videri, ut rex Francorum impoſterum convenienti honoris vocabulo, & quidem ſingulari, ac ſibi proprio inſigniretur, ideſt Chriſtianiſſimi, quo jam ipſe Pontifex uti cœperat, & porro uſurum ſe, deinceps pollicitus eſt, quod alii poſt eum Pontifices etiam præſtiterunt* &c. *& quidem communi ſenſim conſenſu jam ante annos nongentos ( ut mox dicebam ) hoc elogium Pipino conceſſum eſt aliiſque ſubſequentibus, ſed non ſingulari, ut poſtea prærogativa* &c. V.e Cangius, verbo *Chriſtianitas*.

Alexander Patritius Armachanus, alias Janſenius Iprenſis in lib. inſcripto: *Mars Gallicus, ſeu de Juſtitia armorum, & fœderum regis Galliæ* lib. 1. cap. 22. oſtendit, Chriſtianiſſimi titulo appellatos olim fuiſſe Recharedum, Siſibutum, Chintilanum, & Ervigium Hiſpaniæ reges, & cap. 24. Regis catholici, & orthodoxi titulo donatos Recharedum Egicanum, Receſvintum, & Chintilanum, quod ſub ſequentibus etiam in capitulis confirmat; religioſiſſimi etiam appellati, ut cap. 28. ibidem demonſtratur. V. hiſce de titulis Spondanus an. 1461. nu. 6. 1492. nu. 2. & 1496. nu. 5. Suffecta Ferdinando eſt Johanna ejus filia, & Carolus nepos filius Johannæ, & Philippi Archiducis Auſtriæ, Comitis Belgii, & Ducis Burgundiæ.

Caſſinates ſub protectione Regum Hiſpaniæ accepti.

Anno 1517. regina Johanna, & Carolus rex patrem, avumque imitati, ſub protectione ſua accepere cœnobium noſtrum, atque congregationem Caſſinenſem, ut hoc diplomate conſtat. *Johanna, & Carolus, Dei gratia reges Caſtellæ, Aragonum, utriuſque Siciliæ, Hieruſalem,* &c. *Raymundus de Cardona Comes Albeti regni Siciliæ ulterioris magiſter Juſtitiarius prædictarum Sereniſſimarum Majeſtatum in præſenti regno Vicerex, Capitaneus, & locumtenens generalis* &c. *Reverendis in Chriſto patribus Archiepiſcopo Tarentino R.o capellano majori, & reliquis Archiepiſcopis, epiſcopis, cæteriſque perſonis eccleſiaſticis quibuſcumque, illuſtribus quoque, ſpectabilibus, magnificis, nobilibus, & egregiis viris magiſtro regni hujus juſticiario, magnoque Camerario, regiique ſacri conſilii Præſidenti, & regiæ cameræ ſummariæ Præſidentibus, & Rationalibus, Regenti quoque, & Judicibus Magnæ curiæ Vicariæ, regiiſque Juſtitiariis, illuſtribus inſuper quibuſcumque Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibuſque, dominis & dominabus, nec non regiis Gubernatoribus, & Auditoribus Provincialibus, & aliis officialibus, & ſubditis regiis, quocumque nomine nuncupatis, quavis authoritate, & dignitate fungentibus in præſenti regno conſtitutis, & conſtituendis, & reliquis dictarum Majeſtatum ſubditis, ad quem, ſeu quos præſentes pervenerint, ſeu fuerint quomodolibet præſentatæ regiis fidelibus gratiam Regiam, & bonam voluntatem.*

Ex originali in Archivo.

*Nuper pro parte R. ſacri monaſterii Caſinenſis Ordinis S. Benedicti, & S. Scholaſticæ ejus ſororis, & venerabilium fratrum ibidem famulantium oratorum regiorum fidelium dilectorum fuerunt nobis ori-*

Digitized by Google

originaliter præſentata quædam regia littera patentes omni, qua decet ſolemnitate fulcita, obtenta in favorem ejuſdem totius religionis ubique exiſtentis, quæ ſunt tenoris, & continentiæ ſubſequentis. Sanctiſſimo, & beatiſſimo D. noſtro Leoni X. Pontifici maximo obbedientiam manuumque, & pedum oſcula, beatorum, Sereniſſimæ, Cæſareæque Majeſtati ſalutem, ac filialis amoris affectum, Sereniſſimis quoque quibuſvis regibus, & regnis, & ſignanter reginis citerioris Siciliæ matri, & filiæ conſanguineis noſtris chariſſimis, regumque primogenitis, totique collegio reverendiſſimorum dominorum Cardinalium, Archiepiſcopis, epiſcopis, cæteriſque prælatis S. R. E. Johanna, & Carolus Dei gratia reges Caſtellæ, Aragonum, utriuſque Siciliæ, Jeruſalem, Navarræ &c. Archiduces Auſtriæ Duces Burgundiæ &c. ſalutem, & proſperos ad vota ſucceſſus. Illuſtribus quoque, ſpectabilibus, magnificis, nobilibus, & egregiis viris quibuſcumque Principibus, Ducibus, Marchionibus, comitibus, Baronibus, communitatibus, univerſitatibus, terrarumque dominis, & dominabus, tam terrarum noſtrarum, quam externarum; R. Archiepiſcopo Tarentino in regno noſtro Siciliæ citra Farum, cappellano Majori, & qui in ejus officio pro tempore fuerit, illuſtribus, ſpectabilibus, magnificis, dilectis Conſiliariis, & fidelibus noſtris Proregibus, locatenentibus generalibus in regnis noſtris Siciliæ citra, & ultra Farum capitaneo generali, cæteriſque Ducibus, capitaneis, Magiſtratibus, & omnibus ſingulis aliis officialibus exercitus noſtri, quocumque nomine, & officio nuncupatis, qui nunc ſunt, & pro tempore fuerint, univerſis demum & ſingulis Regentibus, judicibus, officialibus, & ſubditis in prædictis noſtris regnis reſidentibus tam præſentibus, quam futuris noſtriſque demum oratoribus in curia Romana, & apud Cæſaream Majeſtatem, omnibuſque aliis in locis conſtitutis, & conſtituendis quavis auctoritate, poteſtate, & dignitate fungentibus tam præſentibus, quam futuris, ſalutem & dilectionem. Cum nobis tot regna, & dominia nullis id noſtris exigentibus meritis, a Deo optimo maximo, ſint commendata, ſub cujus ſpeciali protectione cuſtodiuntur, & conſervantur, totque bona de larga manu æterni regis regum ſuſceperimus quoad poſſumus laboramus, atque poſt hac ſemper nitemur ut in aliquod gratitudinis ſignum Ædes ſacras, viros religioſos ejus ſervitio vacantes, bonaque eccleſiaſtica, omni ope, auxilio, ac favore proſequamur, quapropter cum annis præteritis Catholicus Dominus rex Ferdinandus pater, avus, & prædeceſſor noſter immediatus glorioſæ memoriæ zelo domus Dei, apud S. Sedem apoſtolicam ſuas interpoſuiſſet partes, ut ſacrum monaſterium Caſſinenſe toto mundo celeberrimum, omnium monaſteriorum caput, initiumque totius ordinis S. Benedicti in regno noſtro Siciliæ citra Farum poſitum, ubi corpora ipſius S. patris Benedicti, ac virginis S. Scholaſticæ ejus ſororis uno, eodemque ſepulchro ſine dubio condita humataque ſunt, & in Domino requieſcunt ad priſtinam reduceretur obſervantiam, prout reductum fuit, totumque Ordinem ſub ejus regia protectione ſuſcepiſſet, noſque dicti catholici regis non ſolum regnorum, ſed etiam omnium virtutum, & bonorum operum hæredes ſimus, & eſſe voluimus, utque gratitudinis prædicta aliquod ſignum

Monaſterium Caſſinenſe toto mundo celeberrimum, & caput omnium monaſteriorum, ubi corpora S. P. Benedicti & Scholaſticæ ſine dubio quieſcunt.

oſtendamus, præſentes litteras ſponte, & libentiſſime expediri juſſimus, per quas omnium fidelium chriſtianorum præſentium, & futurorum noverit devota reſpublica, quod nos, ob devotionem præcipuam, quam habemus S. Benedicto omnium patri, inſtitutori dicti Sacri monaſterii, & fundatori, totique congregationi monachorum ipſius alias nominatæ Sanctæ Juſtinæ de Padua, nunc Caſſinenſi pro peccatorum noſtrorum remiſſione. Volentes quidem monaſterium, dictamque congregationem continuis, oportunis, & debitis favoribus proſequi, ut ruinæ ipſius ſacri Monaſterii, & aliarum eccleſiarum membrorum ipſius reſtaurentur, prout melius fieri poterit, ac etiam ut debitus Dei cultus in eccleſiis, & membris ad dictum ſacrum monaſterium Caſſinenſe ſpectantibus per monachos ejuſdem Ordinis, & congregationis, prout decet exerceatur, ipſum propterea ſacrum monaſterium, totamque congregationem ipſius, & omnia, & ſingula ejus monaſterii membra, loca, & bona quæcumque ſub noſtra protectione ſuſcepimus, prout tenore præſentium ſuſcipimus. Cupientes igitur tam piam, ſanctamque religionem obſervare, protegere, & ab oppreſſionibus præſervare, oportuniſque favoribus proſequi, vos patrem ſanctum, cui proprium eſt eccleſias, & religiones, religioſoſque tueri, & defendere, ſuppliciter, & ex corde deprecamur, Cæſareamque Majeſtatem protectricem univerſalis eccleſiæ, Sereniſſimos quoque illuſtriſſimos reges, reginaſque prædictas, reverendiſſimoſque Cardinales Archiepiſcopos, Epiſcopos, cæteroſque Prælatos Sanctæ Romanæ eccleſiæ, Duces, comites, & alios amicos, & benevolos noſtros affectuoſe rogamus, Voſque prædictum cappellanum noſtrum, majorem cæteriſque prælatos dominii noſtri requirimus, & hortamur, vobiſque præfatis pro regibus locatenentibus generalibus, ſeu Præſidentibus noſtris, generali capitaneo exercitus noſtri, cæteriſque ducibus quoque, capitaneis, ſubcapitaneis, Magiſtratibus, aliiſque Officialibus noſtris, qui nunc ſunt, & pro tempore fuerint, quocumque nomine, vel officio nuncupatis, nec non Gubernatoribus, Regentibus, judicibus, cæteriſque officialibus, noſtris ubique regnorum, & dominorum noſtrorum præſidentibus conſtitutis, & conſtituendis noſtriſque demum oratoribus præfatis, ac aliis quibuſvis ſubditis noſtris quavis auctoritate, poteſtate, & dignitate fungentibus, preſentibus, & futuris dicimus, & diſtricte præcipiendo mandamus, pœna ducatorum auri biſmille prępoſita, quatenus dictum Sacrum monaſterium Caſſinenſe, & omnes eccleſias loca, & membra illius, devotoſque religioſos, monachoſque omnes congregationis prædictæ Ordinis Sancti Benedicti illorumque omnia, & ſingula monaſteria, membra, & loca ubilibet conſtituta in ſingularem, & ſpecialem protectionem, cuſtodiam, & ſalvaguardiam ſuſcipiatis, & acceptetis, eoſque religioſos, monachos, Commiſſos, Oblatos, familiares, procuratores, laboratores, famuloſque, & eorum monaſteria, loca, & membra, jura, caſtra, caſalia, molendina, ponteſque, animalia quoque, & quæcumque bona mobilia, & immobilia undecumque, & ubicumque exiſtentia, & conſiſtentia, & quocumque nomine

Digitized by Google

ne nuncupata dictæ congregationis Caſinenſis alias S. Juſtinæ de Padua oportunis favoribus proſequendo eos, & ea ab oppreſſionibus, & gravaminibus præſervando contra prædictorum invaſores damna, injuriaſque inferendas, oportune procedendo, ut quiete ſine aliquo impedimento, damno & iniuria, in eorum monaſteriis, locis, & membris vivere, & cultui divino intendere poſſint devote pro nobis, & reliquis chriſtianis orationes, & preces fundere. Nos verò pater beatiſſime pro veſtra ſanctitate proque majeſtate Ceſarea ſereniſſima, & pro vobis dictis regibus, & reginis, regumque primogenitis, veſtriſque ſubditis, proque Rev. Cardinalibus, Archiepiſcopis, epiſcopis, aliiſque Prælatis S. Romanæ eccleſiæ, omnibus, & aliis exteris ſimilia, & longe majora facere pollicemur, officiales, & ſubditi noſtri prædicti contrarium nullatenus tentaturi, ratione aliqua ſive cauſa, pro quanto gratia noſtra vobis cara eſt, & præter iræ, & indignationis noſtræ incurſum pœnam praappoſitam cupitis evitare. Datum Bruſſellis die decimaquinta menſis Januarii quintæ indictionis, anno a nativitate Domini milleſimo, quingenteſimo ſeptimodecimo. Yo el Rey. vid. Canc. Vid. Auguſtinus. Vic. vid. gen̄lis Theſaurarius. Vid. Cōſ. generalis. D. Rex mandavit mihi Ugoni de Urries. Viſa per Cancellarium, Vic. Theſaurarium, & Conſ. generales. Nihil ſolvat quia pro eleemoſyna. Vagner taxator. In itinerario Cancellariæ Siciliæ decime, fol. CL. Salvaguardia para toda la orden de ſanto Benito, a tergo. Supplicatumque fuit propterea, ut dictas præinſertas Regias patentes litteras omniaque, & ſingula in eis narrata, & appoſita exequi facere, adimplere, & obſervare benignius dignaremur. Nos autem volentes imitari veſtigia prædictarum ſereniſſimarum Majeſtatum, quæ ſemper erga res eccleſiaſticas libentiſſime eorum patrocinium oſtendunt, illiſque ingenti cum devotione minime deſtiterunt. Cupientes igitur præmiſſa debitæ executioni demandari, tenore itaque preſentium noſtra ex certa, ſcientia, conſulto, & deliberate vos omnes, & ſingulos Prælatos, perſonaſque eccleſiaſticas hortamur, mandamus, jubemuſque omnibus, & ſingulis officialibus, & ſubditis præfatarum majeſtatum cuilibet in ſua juriſdictioue præſentibus, & futuris, ubique in regno exiſtentibus quocumque nomine nuncupatis, quavis authoritate, officio, dignitate, & poteſtate fungentibus, quatenus præfato Rev. monaſterio Caſinenſi, congregationis dicti ordinis ſancti Benedicti, & ſanctæ Scholaſticæ ejus ſororis, ac omnibus, & ſingulis venerabilibus, & religioſis Fratribus in eodem monaſterio, & in reliquis locis, agris, & eccleſiis ejuſdem congregationis famulantibus dictas præinſertas litteras, ac omnia, & ſingula in eis contenta, expreſſa, & appoſita ad unguem inviolabiliter obſervent, ſervari, & exequi mandent omni devotionis fervore, ut decet, & res ipſa expoſcit, juxta præinſertarum litterarum Regiarum ſeriem, & tenorem pleniores, & contrarium non faciant eccleſiaſticæ perſonæ. Si prædictis catholicis majeſtatibus, & nobis morem gerere cupiunt. Cæteri vero officiales, & ſubditi dictarum Majeſtatum, pro quanto gratiam earundem charam habent, & pœnam ducatorum mille cupiunt evitare, præſentibus præſentanti ſingulis vicibus remanſuris. Datum in caſtello novo civitatis Neapolis die 31. menſis Octobris anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo D. Raymundo de Cardona Archiep. Tarentinus cappellanus major vid., vid. de Colle Reg. vid. Antonius Januarius Viceprothonotarius. Hieronymus lo. M. C. Dominus Vicerex mandavit mihi Antonio de Seron. N. quia Religioſis ex ordine Regiæ Cameræ. Lopis Taxator. In Privilegiorum locitenentiæ III. fol. 9. Locus ✠ ſigilli cerei rubei pendentis ex chordula ſerica rubri, & crocei coloris.

Juriſdictioni Caſſinenſium favet epiſtola Regii collateralis Conſilii. Ex originali in Archivo.

Eodem anno hanc epiſtolam ad Vincentium Riſi Neapolitanum Abbatem Caſſinenſem dedit regium collaterale Conſilium, ex qua juriſdictio cœnobii noſtri adſtruitur: Foris. Reverendo, ac venerabili viro D. Vincentio de Neapoli Abbati venerabilis Monaſterii Caſinenſis, ſeu ejus locumtenenti regiis fidelibus nobis cariſſimis. Intus. Johanna regina, & Carolus rex Caſtellæ, Aragonum, utriuſque Siciliæ. Hieruſalem &c. Rev., & Venerabilis Abbas. Per parte de la univerſità de ſancto Germano nè e ſtato expoſto, che lo officiale, quale tenite al civile de dicta terra, finito, che ha lo tempo de la ſua adminiſtratione non lo facite ſtare a ſindicato ſecundo e ſolito, e la pragmatica regia vole, lo che ad detta univerſità e molto intereſſe, ne ha ſupplicato però voleſſemo fare, che detto officiale ſtia ad ſindicato, per tanto parendoce la loro dimanda juſta ve dicimo, & exortamo, che debiate fare, che voſtro officiale finito lo tempo de ſua adminiſtratione abbia ad ſtare ad ſindicato, che altramente facendovo, ſeriamo coſtrecti per ſervitio de le predecte Maeſtà, & commodo de li ſubditi Regii ad faromonce le debite proviſione. Datum in caſtello novo Neapoli, die 27. Maii 1517. Poſt Datum &c. la preſente reſtituirete al preſentante. Datum ut ſupra. D. Raimundo de Cardona. Vid. Montalius R. V. de Colle R. Seron Secret. 8. in partium loc. pm̄o. 8. 8. R.tro CCLXV.

Privilegia Sangermanenſium confirmata.

Die ii. Junii an. 1517. memorati reges urbi ſancti Germani ampliſſimum illud privilegium confirmarunt a Ferdinando, primo, ſecundo, ac a Federico Neapolitanis regibus conceſſum. Eaque confirmatio executioni demandata eſt a regio collaterali Conſilio die 13. Novembris ejuſdem anni.

Cœnobium S. Liberatoris nunquam pro oppidis ſuis Adoham ſolvit.

Anno 1518. die 31. Auguſti regia camera Theſaurario Aprutii, atque commiſſario ad exigendas adohas ſcripſit, ne ullum negocium hanc ob rem cœnobio ſancti Liberatoris Caſſinatibus ſubdito faceſſeret pro oppido Serræ Monaceſchæ, cum nunquam adoham pro oppidis ſuis cœnobium illud perſolverit. Eæ literæ Commiſſario Adohæ intimatæ fuere, quibus ſe pariturum promiſit &c. Ita vero ſe habent. Foris. Magnificis viris Antonio Carnago regio Theſaurario Aprutii Citra ſeu ejus locumtenenti, nec non Franciſco Campanili Commiſſario deputato per regiam cameram ſuper

Ex originali in Archivo.

exa-

Digitized by Google

*exaptione juris adoba fidelibus regiis, & amicis noſtris cariſſimis &c. regni Siciliæ Magnus camerarius*. Locus ✠ ſigilli. Intus vero. *Magnifice vir fidelis regie, & amice noſter cariſſime ſalutem. Per parte de lo venerabile monaſterio de monte Caſino e ſtato expoſto in queſta camera, che vui moleſtate detto monaſterio per lo pagamento de lo donativo de lo adobo ultimamente impoſto per la rata de Serra monaceſca de lo monaſterio de Santo Liberatore grancia del predetto monaſterio de Monte Caſino, al che dice non eſſere tenuto, per non havere mai per nullo tempo coſtumato pagãr; ſupp. provedeſſimo a la ſua indepnità in no farli innovare preter ſolitum, & conſuetum, e però che riconoſcendo li cedularii antiqui, & moderni, quantuncha ſiano mencionati, e poſta Serra Monaceſca per lo detto monaſterio de ſanto Liberatore, Nodemeno non ſe trova poſto in taxa alcuna, ne anco avere pagato alcun pagamento per cauſa de adobo, e però no ce parſo deverſeli innovar coſa alcuna contra ſolitum, & conſuetum, maſſime per aver oſtenſo auctentico tranſunto de loro privilegi conceſſi de la eſenſione de detto adobo, & ogn' altro pagamento. Però per la preſente ve dicimo, & ordinamo, che no li vogliate dare impaczo alcuno, revocando ogni ſequeſtro, o exequutione, & pagamento per vuii facto. No fano altramente per quanto havite cara la grazia de la Captolica Maeſtà; la preſente poi letta la reſtituirete al preſentanto retenendone appreſſo de vuii copia autentica. Datum Neapoli in eadem regia camera ſummaria die ultimo Auguſti* 1518. *Hieronymus de Franco locumtenens &c. Berardinus Cieffus Rationalis* Jacobus *Raparius pro magiſtro Actorum. In litterarum donativi adoba regeſt.* 183. *Die* 4. *menſis Septembris* 1518. 7. *indictionis. In nundinis civitatis Lanzani preſentes regia littera camera ſummaria exhibita, & preſentata fuerunt ſupradicto magnifico Franciſco Campanili de Neapoli commiſſario deſuper deputato per venerabilem virum D. Dionyſium de Pavia priorem dicti monaſterii ſancti Liberatoris petentem, & requirentem eundem D. Franciſcum, ut velit, & placeat eaſdem recipere, & admittere, & facere prout in eis continetur &c., & per prafatum D. Commiſſarium, qui dictas litteras vidit, & recepit ſuper caput, & ſe paratum obtulit omnia exequi, & facere, prout in illis continetur &c.*

Hanc intimationem in inſtrumento ſtipulavit notarius Johannes de Stellis Lanzanenſis die 5. Septembris ejuſdem anni.

Capitanei Juriſdictionis criminalis violentia compreſſa.

Infenſior in dies Caſſinatibus evaſerat Capitaneus juriſdictionis criminalis in urbe ſancti Germani &c. Contendebat enim, miniſtros Caſſinatium arma ferre non poſſe, quare inſolens ejus violentia proregis, ejuſque collateralis Conſilii literis datis 24. Settembris 1518. compreſſa eſt.

Epiſtola Leonis X. pro Caſſinatibus. Ex originali in Archivo.

Eodem anno Leo X. Pontifex haſce pro Caſſinatibus ad Proregem Neapolitanum epiſtolas dedit, e quibus civilis eorum, & mixta juriſdictio patet. Foris. *Dilecto filio nobili viro viceregi Neapolitano Leo PP. X. Dilecte fili ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Dudum priuſquam ad apoſtolicum apicem, Deo diſponente, aſſumpti eſſemus, Monaſterium Caſſinenſis ordinis ſancti Benedicti nullius diœceſis, quod in commendam obtinuimus, ob ipſius ſancti, cujus ibi reliquiæ celebrantur, memoriam loci illius dignitate, ac Religione inducti, ſumma ſemper devotione proſecuti ſumus. Quare ut etiam ibidem divinus cultus in dies augeretur, Monaſterium ipſum dilectis filiis monachis, & congregationi ſancta Juſtina perpetuo uniri, annecti, & incorporari curavimus hac quidem mente, et intentione, ut illius res, bona, & jura quantum in nobis eſſet, illeſa conſervarentur, & ſi fieri poſſet, incrementum ſuſciperent. Hinc eſt, quod non ſine magna animi noſtri moleſtia, & offenſione, intelleximus quemdam tua nobilitatis officialem in territorio ſancti Germani reſidentem, in grave damnum, & prajudicium ipſius monaſterii, & non modicam eccleſiaſtica libertatis leſionem, & vilipendium uſurpaſſe, ſeu uſurpare intentaſſe illius juriſdictionem civilem, ac etiam quaſi criminalem, vel uti in cauſa turbata poſſeſſionis, & in caſu illata injuria, citra tamen ſanguinis cauſam, etiam ſi in iis criminaliter procedi contingeret; Quam plane juriſdictionem nos jam in minoribus monaſterii ipſius commendatarii poſſedimus, & per officiales ibi noſtros exercuimus, ad illudque pleno jure ſpectare optime ſcimus. Verum quia hoc abſque tua nobilitatis notitia factum fuiſſe credimus, quippe qui confidimus, quod more piorum Principum qui religioſe vivunt nunquam talia ſcienter permiſiſſes. Propterea te hiis noſtris paterne duximus requirendum ut cum eccleſiarum, & piorum locorum cultor, & defenſor continue extiteris, attenta maxime rei honeſtate, atque juſtitia pro tuo religioſo animo, ac noſtri, & hujus S. Sedis reverentia, cujus officium eſt eccleſiarum jura defendere, operam dare, & efficaciter providere velis, ut id tuus officialis, ac alii pro tempore futuri ab hujuſmodi juriſdictionis occupatione, & moleſtia abſtineant eiſdem expreſſo inhibendo, ne ſe poſt hac aliquo ſub pratextu in eam nullatenus intromittant ſed ex mandato tuo manuteneant, & eam ab aliis forſan uſurpare tentantibus, omni ope, opere, & efficacia tueantur, in quo ſane rem primo tua nobilitate dignam, Deo acceptam, & nobis valde gratam efficies. Datum Viterbii ſub annulo Piſcatoris die XXVIII. Septembris MDXVIII. Pontificatus noſtri anno ſexto. Evangeliſta.*

monaſterii civilis & quaſi criminalis juriſdictiu.

Gubernator s. Germani &c. conſtitutus, & capitaneus Citrarii.

Anno 1521. Abbas cœnobii Caſſinenſis D. Ludovicus Trivultius Mediolanenſis Gubernatorem S. Germani conſtituit Antonium della Marra Civitatis Sueſſæ, uti ex literis in cit. regeſto p. 24 Eodem anno capitaneum Citrarii elegit ex cit. regeſt. p. 24. a t.

Gratiæ oppidanis S. Petri de Avellana ab Abbate Caſſinenſi conceſſæ.

Anno 1522. die 10. Julii Juſtinus Hiſpanus Caſſinenſis Abbas plures gratias oppidanis ſancti Petri de Avellana conceſſit, quas inter hæc legitur ex cit. regeſto p. 26. a ter. *Item ſe concede, che habbiando alcuna perſona de detta terra edificare alcuno pagliaro, overo caſa, non ab-*

bia

Digitized by Google

*bia da pagare entratura, ſed ſolum il cenſo ogn' anno, ſecondo ſe conveniranno &c.* Territorium univerſum oppidi S. Petri eſt cœnobii noſtri; hinc nemo domos ædificare poteſt abſque Abbatis facultate.

Iudex ad contractus creatur.

Ex originali in Archivo.

Idem Abbas judicem ad contractus conſtituit Alphonſum Trella a S. Elia hiſce literis. *Juſtinus Hiſpanus Abbas Sacri monaſterii Caſinenſis. Dilecto nobis in Chriſto Alphonſo Johannis Trellæ de caſtro Sancti Heliæ ſalutem in Domino ſempiternam. Habet hoc regnum Siciliæ laudabilem conſuetudinem, & obſervantiam, ut per provincias, civitates, terras, & loca dicti regni judices per præſides conſtituti publicis habeant intereſſe judiciis, & contractibus, ſine quorum præſentia ipſorum contractuum vacuus eſt effectus. Officium autem judicatus hujuſmodi debet perſonis idoneis committi, ut ipſum fideliter exerceant, omni ſemota fraude, & malitia &c. de tua bonitate, & fidei ſinceritate freti, atque confiſi &c. volentes de dicto judicatus officio tibi Alphonſo gratiam facere ſpecialem, te perſonaliter coram nobis pro re hujuſmodi conſtitutum, tua vita durante, ad cauſas, & contractus judicem in dicto caſtro S. Heliæ, ac ubique per terras, & loca dicti ſacri monaſterii, cum omnibus, & ſingulis prærogativis, commoditatibus, utilitatibus, & immunitatibus ad dictum judicatus officium quomodolibet pertinentibus &c. ex certa noſtra ſcientia &c. harum ſerie, & tenore facimus, conſtituimus &c. Mandantes inſuper omnibus, & ſingulis officialibus noſtris, ac vaxallis, & ſubditis dicti Sacri monaſterii, tam præſentibus, quam futuris, cæteroſque hortantes, quatenus te, tamquam ad verum judicem ad cauſas, & contractus legitime conſtitutum recurrant, & recurſum habeant, & admittant, recepto prius a te per nos de dicto officio judicatus fideliter, & legaliter exercendo ad Sancta Dei evangelia corporali juramento per te in manibus noſtris præſtito. In quorum fidem, & cautelam has præſentes litteras fieri, & ſcribi juſſimus per infraſcriptum noſtrum magiſtrum actorum noſtræ curiæ Caſinenſis &c. Datum in S. Germano &c. die decimo ſeptimo Auguſti &c.* 1522. *Sede apoſtolica vacante per mortem quondam SS. D. noſtri D. Leonis olim Papæ X. &c. D. Juſtinus Abbas Caſinenſis manu propria. Hieronymus Roſa &c. de mandato ſcripſi die penultimo menſis Octobris &c.* 1522. *preſens privilegium judicatus exhibitum, & præſentatum fuit per infraſcriptum Alphonſum Trelle in curia Rectoris caſtri S. Heliæ, & per prædictam curiam admiſſum receptum fuit ſuper caput omni meliori modo, & forma &c. Alphonſus Caſeus magiſter actorum dictæ curiæ rectoris ſcripſi, & ſubſcripſi manu propria &c.* Hoc anno regia camera Theſaurario provinciæ Coſentinæ ſcripſit, ne adoham ab oppido Citrarii exigeret hiſce literis.

Ab oppido Citrarii non exigitur adoha.

Ex originali in Archivo.

*Theſorero. Per parte del venerabile, & ſacro Moniſterio, Abbate, & Monaci de monte Caſino è ſtato expoſto in queſta camera, che per vui li ſono ſtati arreſtati, & impediti le intrati dè loro terra del Cetraro ſub pretextu, che li dimandati lo adoho novamente impoſto agravandoſe, che tale impedimento non ſe li è dovuto fare per cauſa che non ſo obligati, ne ſoliti pagare adoho per detta terra del Cetraro, ſupplicano, provedeſſimo a la loro indepnità circa la liberatione del impedimento de ditte intrate, & eſſendo per noi reconoſciuti li cedularii dell' impoſitione de ditti adohi non trovamo taxata a coſa alcuna per raſone de adoho la ditta terra del Cetraro per eſſere de dicto monaſterio, & non ſolito pagare, però per la preſente vo dicimo, & ordinamo, che non li debiati innovare coſa alcuna contra lo decto ſolito & conſueto per dicta cauſa revocando onne mandato, & impedimento dato ſopra le intrate de detta terra del Cetraro per detta cauſa. Non fando altramente per quanto avete cara la gratia dè là Sereniſſima Ceſarea, & Cattolica Maeſtà. La preſente poi per vui letta reſtituerete al preſentante per cautela del decto monaſterio. Datum Neapoli in eadem regia camera* 27. *Martii* 1522. *Hieronymus de Franco Locumtenens, Bernardinus Cioffus Rationalis. Vincentius Cioffus Magiſter Actorum. In adoha* 3. *fol. Die* XXVI. *Aprilis decimæ inditionis* 1522. *In civitate Coſentiæ preſentes litteræ regiæ cameræ Summariæ præſentatæ fuerunt mihi Johanni Franciſco de Vena de Neapoli Regenti officium Theſaureriatus provinciæ citerioris Calabriæ deputato per dictam regiam cameram, qui paratus ſum exequi contenta in eis, quæ quidem litteræ præſentatæ fuerunt, ut ſupra per nobilem Nicodemum de Branca de Citrario procuratorem, ut dixit, ſupradicti ſacri monaſterii Abbatiæ Montis Caſinenſis, & ad fidem manu propria me ſubſcripſi. Joannes Franciſcus qui ſupra manu propria &c.*

Notanda verba. Per eſſere di detto monaſterio, & non ſolito pagare.

Cum Clemens VII. decimas pro expeditione contra Turcas ſuper bonis eccleſiaſticis impoſuiſſet, quo aptius ſciret quanta pecuniæ quantitas a cœnobio noſtro pendi poſſet, Hieronymum Carmignanum miſit, qui re diligenter examinata ab octoginta, & amplius teſtibus veritatem didiceret. Proceſſus hac de cauſa factus ſic incipit. *Informatio capta per magnificum D. Hieronymum Carmignanum de Neapoli nobilem Sedilis de là Montagnia, ac Canonicum Malfectanum commiſſarium, & ſubcollectorem, ac ſubdelegatum ad capiendum infraſcriptam informationem ſuper de introitibus, & proventibus, ac redditibus omnibus, ac expenſis, ſumptibus, & exitibus quibuſcumque ſacri monaſterii Caſinenſis, vigore quarumdam litterarum commiſſionalium directarum a reverendis dominis D. Hieronymo Centelles, & D. Hieronymo Aurilia nuntiis, & collectoribus generalibus in toto regno Siciliæ citra Farum ſuper quinque decimis impoſitis per SS. Papam noſtrum Clementem ſeptimum præfato magnifico D. Hieronymo Carmignano &c. Infraſcripti ſunt teſtes citati, & juramento examinati per dictum D. Hieronymum Carmignanum &c.* Ex hac informatione conſtat quanta pecuniæ quantitas Gubernatori in S. Germano &c. a cœnobio noſtro conſtituto penderetur, & Capitaneo S. Petri de Avellana advocatis Neapoli degentibus &c. Quot nummos ſingula Abbatiæ Caſſinenſis oppida cœnobio noſtro

Decimæ eccleſiaſticæ Caſinenſi monaſterio impoſitæ.

Ex originali in Archivo.



Digitized by Google

ſtro pro prandio, & decimis penderent, quot oppidani quidam pro operibus manualibus, pro bovibus, pro plateatico, pro judicatu &c. pro proventibus e civili juriſdictione provenientibus, &c.

Oppidum Peſclarū venditū. Cum hoc anno 1524. aliena pecunia gravatum maxime eſſet cœnobium Caſſinenſe, ut ſibi conſuleret oppidum Peſclarum prope Iſerniam cum omni temporali juriſdictione vendidit Marco Faſcitello Iſernienſi, reſervata ſibi tantum ſpirituali juriſdictione.

Gubernator in S. Germano conſtitutus. Anno 1525. Ignatius Abbas Gubernatorem S. Germani conſtituit Aloyſium de Cardines Hiſpanum, ut ex originalibus in noſtro Archivo.

Oppidi Collis S. Magni tentata recuperatio. Prope finem Novembris anni 1525. in Ducatu Mediolanenſi obiit ſtrenuiſſimus, celeberrimuſque Ferdinandus Franciſcus de Avalos Marchio Piſcariæ, qui paulo ante obitum uxori Victoriæ Columnæ ſcripſerat, ut oppidum Collis S. Magni Caſſinatibus reſtitueretur. Quod tamen piiſſima, doctiſſimaque virago præſtare haud potuit, mariti morte paulo poſt ſubſecuta. Omnibus tamen viribus conata Caſſinatibus prodeſſe, reſtitutionemque hæredibus mariti ſui ſuadere, cum incaſſum omnia tentari conſpiceret, demum juſſit, ut quinquaginta quotannis ducata illis, quouſque reſtitueretur oppidum ſolverentur. Ejus hac de re quaſdam dumtaxat epiſtolas ſubnectimus brevitati conſulturi. Quarum ſeptima, & octava proprio Victoriæ charactere ſunt ſcriptæ.

Epiſtola Marchioniſſæ Piſchariæ, ad Principem Franchævillæ pro reſtitutione Collis S. Magni.

Ex originali in Archivo. I. *Illuſtriſſima Signora mia. Per molto, che in tempo della felice memoria del Signor mio, e poi continuo ſe ſia fatto per quietar el Colle, ſempre ſe ſon' ammazzati, come cani, & ora per aver trovati gravidi li animi loro per li errori fatti col mal governo delli officiali, ſe ne ſono morti tanti, che ne hò un dolor' ecceſſivo : temo certo ſia, che mai ha piaciuto a Dio ſia in poter noſtro ; Jo ne ho ſcritto molte volte a V. S. & al Signor Marcheſe, ce feci quanto poſſeva, & la conventione de dargli cinquanta ducati l'anno fui io: hor per amor de Dio per una miſeria poichè Dio uſa sì larga la ſua mano col Signor Marcheſe, non vogliate ſtare in queſto affanno, ma fornitela : Sà chel' Marcheſe de Peſcara ſe nè fè conſcientia, queſto del Vaſto pur cusì, & V. S. ſempre ha parlato bene, ma non ſeque lo effetto perchè ſe remetteno a Servitori, quali mai dirriano, che un Caſtello ſe reſtituiſſe, e in vero non è officio loro. Tocca alle S. V. determinarſe al ſervitio de Dio, maxime, che la piatà, che haveva de Vaſſalli non ci è più, che quaſi tutti quelli, che non volevano non cè ſono: Io ho voluto de novo far queſto ultimo uffitio de dirli el vero : la ſupplico mandi queſta propria al Signor Marcheſe : ne ſi po dir, tù lo dici mò, che laſſi lo ſtato, io lò hò ditto ſempre, immo hò pagato più, chel Caſtello non vale, & noſtro Signor Dio guardi V. S. Roma a di 10. di Giugno. Al ſervitio di V. S. Illuſtriſs. ſempre, la Marcheſa de Peſcara. Queſto intender chel Stato sè laſſa, ha fatto perdere in tutto la obedientia : cè hò mandato el Signor Ivam Battiſta Conte, ſpero quietarà ogni coſa, benchè il reſto ſtia quietiſſimo, puro ſaria bene, che preſto ſe reſolveſſero in Napoli.* A tergo. *Alà Illuſtriſs. Signora mia la Signora Principeſſa di Francavilla.*

Ejuſdem epiſtola ad Marchionem de Vaſti eadem de re.

II. *Illuſtriſſimo, & Eccellentiſs. Sig. Oſſerv.* Ex originali in Archivo. *Molte volte hò ſcritto a V. S. queſta coſa del Colle, & per ultima mia ſatisfattione gli ſcrivo queſta. Io non trovo, che di bona conſcientia ſe poſſa tenere ciò la poſſeſſione, & vedere poi loro juſtitia, ne ce è utilità alcuna perchè rende quarantacinque ducati, e noi ne damo cinquanta l'anno: comodità non ci conoſco, anzi ſi è di ſpeſo più queſt' anno nel Colle, che non vale, oltra di ciò vedo miracoli grandi, che tutti quelli, che recuſavano darſi alli Frati ſon morti: ſichè ſo l'animo de V. S. ma como queſte coſe ſe remettono a Miniſtri non cè niuno de loro, che abbia ardire maxime in ſimili coſe, che per ſervitio de Dio ſpettano à i patroni, tanto più che ſe Dio, & il Imperator dona a V. S. una terra, non dimandate alli Servitori, ſe devite accettarla ò nò, cusì de queſta, che donate, & ritornate a Chriſto, & ſe diceſſero, O, li Frati no fanno peggio di noi, & manco elemoſine, che dico Signor, che queſte ſono ragioni dell'heretici contra il Papa: baſta, che la dignità ce è del reſto hanno dare conto a Dio, V. S. lo fa per ſervitio de Dio, e S. Benedetto, & ſe bene ſenza la Principeſſa non po, facciate chiara la banda voſtra, & poi laſſi il dire della ſua a lei, & noſtro Signore Dio conceda a V. S. quanto deſidera. Da Roma a di 26. di Ottobre. Al ſervitio de V. S. Illuſtriſs. la Marcheſe ſua Sorella. Tanto più, che loro proponeno molti juſti partiti de recompenſa, ò de laſſar lo criminale, e tutto quello, che V. S. judicarà juſto.*

Ejuſdem ad Principem Franchevillæ.

III. *Illuſtriſſima Sig. mia. Quella felice anima,* Ex originali in Archivo. *la quale nel ſuo teſtamento è, che quanto ſi trova in la caſa, che ſia d'altri ſi reſtituiſca, & io per queſta lettera faccio fede alla S. V. che mi ſcriſſe di ſua mano reſtituiſſe il Colle alli Frati de S. Benedetto, & da quell'hora in qua io ho fatto dare la intrata al detto loco, aſpettando, che il Papa lo determinaſſe: mo che detto Signor mio reſolutamente lo dice, & Sua Signoria non ce vol mettere di conſcienza, & queſti Frati ſe contentano benedirli tutte le intrate percepute dalla caſa, prego V. S. cè lò faccia reſtituire, altramente ſaria carico di quell'anima, e della S. V. El Signor Marcheſe del Guaſto ſono certa, non ce replicarà perche faria maggior coſa per lo ditto Signor mio, tanto più, che queſti Padri dicono fanno fare proceſſo, ſtanno per avere la ſententia in favore, & il Signore li pregò ſopraſedeſſero, ſupplicola moſtrare l'amore, che ſole in non far ſtare quella benedetta anima ſoſpeſa. Da S. Silveſtro a di 2. Decembre. Servitrice di V. S. Illuſtriſſima, la Marcheſe &c.*

Epiſtola Principis Franchævillæ ad eandem.

Ex originali in Archivo.

IV. *Illuſtriſſima ſignora figlia hon. & che debbio adorare. La ſua Lettera per il R. P. Cellerario di Monte Caſino ho ricevuta, quale tengo ad gratia: Son paratiſſima ſequire quanto commanda, che è coſa conveniente, ne ſe deve, ne poſſo mancare mai dove è il ſervitio di quella glorioſa anima, & ſe fa quanto queſto Padre domanda, lo quale portò con ſe un doctor', al quale ha parſo, che per far le coſe più ferme ſe habbia la volontà anchora del Marcheſe del Guaſto, quale ſe po tenere per certiſſimo che pure exequi lo quello io debbio, baſo ſue mano, & ſupplico la Divina clementia, ce conceda ſua gratia. Scritta in Iſca* VIIII. *di Gennaro. Mando la copia del ſcrivere al Marcheſe: A questi Padri reſto obligata, che con molto amore ſe moſtrano in tutto. Quella ve adora la ſua infelice S.*[ra] *nel mondo Conſtantia.*

Ejuſdem epiſtola ad Marchionem Vaſti pro reſtitutione Collis.

Ex originali in Archivo.

V. *Illuſtriſſimo ſignor in Chriſto Colendiſſimo. Vederà V.S. quel che la ſignora Marcheſe noſtra di Peſcara per la incluſa ſcrive in lo negotio della reſtitutione del Colle di Manno al Sacro monaſterio di Monte Caſino, & la prego me reſcriva la ſua voluntà circa queſto: Queſti boni Padri ſecondo per un D. Severo Neapolitano me aviſano, reſtano per contenti, che reſtituendoſi il civile del caſtello, con l'intrate in lo criminale non ne parlano, & ultra queſto faranno la benedittione, & quietanza de tutti frutti, che foſſero percepti per lo paſſato, al che potrà V.S. guardare al ſervitio di noſtro Signore, & a quello, che li conviene: Io certo vedendo la diſpoſitione di quello glorioſo Signore, quale noſtro Signore tra li ſuoi eletti lo ritenga, non ſaperia deviare da queſto lungo ſuo buono penſiero, e maggiormente de queſto, dove le coſe eccleſiaſtiche ſe trattano, ed aſpetto ſua reſolutione circa il tutto. Ex caſtello Iſcha* 9. *Januarii. Infelice voſtra madre la Ducheſſa di Francavilla.*

Epiſtola Marchioniſſæ Piſcariæ ad Principem Franchævillæ.

Ex originali in Archivo.

VI. *Illuſtriſſima Signora mia. Per molte cauſe vorria, ce levaſſimo da queſto peſo del Colle, & ſe io, che non ne ho conſcientia ne tremo, non ſo, come V. S. ſe quieta, perchè in ſuo tempo fò. Et ſe ben ci aveſſi mille ragioni, che io non cellè trovo, non sè nè po negare, che la poſſeſſione non ſia la loro. Io ne parlai al Signor Marcheſe del Vaſto, & me diſſe ſi contentava ſe reſtituiſſe, & non me pare coſa da conſultarſe con Miniſtri, che quando le anime patono, loro non le potranno ajutarle, circa el criminale io non ne faria caſo maxime, che li vaxalli ſe ne rimetteno ad noi, & ci è una deciſione del conſiglio a favore loro. Sè ne paga più, che non vale, ſicchè non ſo, perche ſe tiene: tanto più, che l'utile de vaxalli lo perdo io per molti anni, & me ne contento. Imo cè lò ſupplico oltra che loro quietano non sò, con che conſcientia ſe teneſſero le intrate tanti anni prima, che io le deſſe, perchè sò la ottima voluntà di V. S. li ſcrivo così, & baſterà lei, come quella, che mè lò ha dato, lo rimetta a me, che io non curo della colpa con Jacovo, o altri, & li baſo le mano. Da Arpino a di* 13. *Febraro. Al ſervitio di V. S. Illuſtriſſima la Marcheſe di Peſcara.* A tergo. *All' Illuſtriſſima Signora mia la Signora Principeſſa di Francavilla.*

Ejuſdem epiſtola ad Marchionem Vaſti.

Ex originali in Archivo.

VII. *Illuſtr. Sig. Come V.S. Illuſtr. sà, la bona memoria dell' Illuſtriſs. Sign. mio ſempre ha cercato de ſcaricare l'anima di quello caſtello del Colle, & queſto ho ancora io tentato, come per una mia lettera diretta al Padre Confeſſore exhibitore de queſta potrà più largamente intendere, e perche il detto Padre me offre aſſai meglio partito di quello li offeriva io per la detta lettera, poterà quella intendere tutto, & aviſarme de quello più eſpediente li parerà, perchè a V. S. Illuſtriſs. me ne rimetto alla quale baſo le mano, & me raccommando ſempre. Dat. Mareni* 27. *Maii* 1526. *Io ſempre ho data l'intrata, & cusì farò fin ad altro, bono ſaria pigliarce per diſcarco di tutti ultimo fine. Al ſervitio di V. S. illuſtriſs. la Marcheſe de Peſcara.* A tergo. *All' illuſtriſs. Signore el Signor Marcheſe del Vaſto fratello honorando &c.*

Ejuſdem epiſtola ad Patrem Felicianum.

Ex originali in Archivo.

VIII. *Rev. Padre. La voſtra lettera mi ha creſciuto il dolor eſſendo ſempre in grado, che lo reputo ſuppremo; io non hò poſſuto trovarme come deſiderava, perche là infelicità mia ſia maggiore. Pregovi, che come ſarriti repoſato vogliate venire queſto cammino, ſe havete da tornare in Lombardia. Quando vogliate ſtare alcun dì in Napoli, poſſete fidarvi de Monſignor de Scuderi, e ſcrivermi largamente ogni coſa, che epſo portarà la lettera ſicura. Circa quello dite del Colle, da che la felice memoria ſua me ne ſcriſſe, che ſe vedeſſe accommodare, ſempre li ho dato del poco mio cinquanta ducati l'anno al luogo di S. Benedetto come li Frati ſanno, in modo de limoſina, e ſe non aveſſe altro da magnare melli levaria per darceli ſempre. La reſtitutione del proprio Caſtello conſiſte in la voluntà delli eredi. Facciano li Padri, e voi, che la Signora Ducheſſa mel' ſcriva, che ancora aveſſe io de pigliar queſte terre, del che non ſono reſoluta, io ſono molto contenta, & in quanto allo intereſſo mio, non ſe eſcuſano, niente, che per derlo, ſinche io vivo, & la entrata, che in là do me è molto gratia, e non ſolo queſto, ma io ve certifico, che quanto aveva de mobile, e quanto tengo de intrata, pagati li Servitori, tutto dono per l'anima del Sig. mio; Sichè concludete con gl'altri, che io da oggi con queſta lettera me ſpoglio de quanta attione ce aveſſe, e noſtro Signore Dio ve guardi; anzi, vi dico più che ho facto come Papa, che finche li eredi ſe reſolvono dado la intrata como ſe .... el peccato ſia delli vivi, ſe peccato ci foſſe, & ſtia quell' anima abſoluta, e volſe ſua Santità, che io ne diginnaſſe certi Venerdì pane, & acqua, che li ho fatti, piu per me non ſe pò. Da Marini li* 22. *di Maggio. Rev. Patre. Voſtra ſpiritual figlia la Marcheſe di Peſcara. Procurate con li Eredi, che io molto lo deſidero.* A tergo. *Al Reverendo in Chriſt Patre Frate Feliciano.* Locus ✠ ſigilli.

Ejuſdem epiſtola ad D. Benedictum Priorem Caſſinenſem.

Ex originali in Archivo.

IX. *Reverendo Padre. Ho havuto grandiſſimo piacere che ſia rimeſſo ad me dalla Principeſſa amia preghievalè coſe del Colle, & però mando la copia delle mee ſcripture alla reverentia voſtra, che vedamo accommodare el ſervitio de Dio, & S. Benedetto, ſenſa danno dell' eredi mei, che caſa Colonna, quale mai ne*

*have*

Digitized by Google

*have havuto uno carlino non abbia da mettere del ſuo in morte mia, che io ſono obligato reſtituire lò Stato al Marcheſe del Vaſto, e ſuoi heredi como mellò han dato, ſicchè biſognariano tre coſe, là una la emictione all' Abbate in capitolo, ogni volta che li eredi del Marcheſe deſſero impaccio alli mei, l'altra, che quando li Eredi, o el Marcheſe voleſſero el Colle per la commodità, & acciò non dicano, che io l'ho fatto tanto danno per la ſcrupoloſa conſcientia, ſiate obbligati darcelo in caſo, che ne diano equivalente recumbenſa, l'altra, che ſe remettono alla Principeſſa, e Marcheſe, & me, ſe li ho havuti, che credo de no, tutti li frutti del paxato, & per non tardare, acciochè partita io, non ſe mutaſſe, el mundo dirria, che tra voi, e me faceſſimo queſta ſcriptura, con promettere voi, che lo Abbate, e capitolo redificarando, & io, che in retificando ve ſe dia la poſſeſſione, ò ſe altro per voſtra, e mia cautela ve pare, mè ne remetto alla coſcienza voſtra, che così come io penſo per S. Beneditto, dovete voi penſare, che li mei non habbiano ad pagarlo, che aſſai è, che io relaxi quella commodità, che juſtamente ſotto la coſcientia de altri poteria havere, ma lò fò, perchè temo, che non ne havereſti cacciato poi conſtrutto, e ſe Jacobo Nemeciſio l'intendeſſe mò haveriamo da fare, & da dire pur de tutto me remetto alla Paternità voſtra, lo più dirà el Patre Cellerario, & noſtro Signore Dio ve guardi. Al comando de voſtra Reverentia la Marcheſa de Peſcara,* A tergo. *Al Reverendo P. D. Benedetto Prior de Monte Caſino.* Quinquaginta hæc ducata hactenus ab ejus oppidi poſſeſſore in ſignum directi dominii Caſſinatibus perſolvuntur, ut infra dicemus.

Capitanei juriſdictionis criminalis audacia compreſſa.

Cum iterum Capitaneus criminalis juriſdictionis in urbe S. Germani cœnobii famulos, atque officiales pro delatione armorum moleſtaret, Carolus V. imperator hiſce litteris juſſit, ne amplius ille hiſce ſeſe in rebus immiſceret, neve ea uſurparet, quæ ad Caſſinatium dominationem pertinerent jura. *El Rey. Magnifico y amado nueſtro. Per parte de los venerables y amados nueſtros Prior, Monſes, y Convjento del monaſterio de monte Caſino d'eſſe reyno, nos aſido hecha relation, que los annos paſſados nueſtro Capitan, que reſidia en S. German no ceſſando de perturbarles en la juriſdittion que dizque tienen en los Caſtillos de la dicha Abbadia y eſpecialmente en prohibir, que los officiales, y ſervidores del dicho monaſterio no llevaſſen armas a cuya cauſa non podran bien adminiſtrar la juſtia hovieron recurſo all' Ill. q. D. Ramon de Cardona la ora nueſtro Viſorey en eſſe reyno, el qual perveio ſobre do oportunamente con ſu proviſion dirigida al dicho Capitan, que entonces era del tenor ſeguiente. Johanna &c. Magn. vir &c. Per quanto per parte del venerabile monaſterio de monte Caſino ne è ſtato preſentato lo incluſo memoriale quillo ve tramettimo, & ve dicimo, ordenamo, & commandamo expreſſe, che circa lo portar de le armi per li officiali, & Servituri del ditto monaſterio, non li debiate proibire anzi permettere, le poſſano portare liberamente, & circa lo reſto ſi contene in ditto memoriale li debiate preſervar, & manutener in loro pacifica poſſeſſione, come per lo paſſato*

Ex originali in Archivo.

*ſe ha coſtumato per li altri voſtri predeceſſori in quiſſo officio, & non permettere, che ſe le innove coſa alchuna, & non fate lo contrario per quanto la gratia delloro Alteze tenete cara, & pena de mille ducati deſiderate evitare, reſtituendo la preſente al preſentante. Datum in caſtello novo de Neapoli die 24. Settembre milleſimo quincenteſimo decimo octavo. D. Ramondo de Cardona V. Montaltus R., V. de Colle R. V. Loffredus R. Joannes Jacobus Pipe pro Secretario, Seron, dirigitur Capitanio S. Germani.* Tenor memorialis. *Illuſtriſmo Signor. Per parte del Sac. monaſterio de monte Caſino iterum ſe ſupplica V. I. S. che cum ſit che lo regio capitanio non ceſſa de perturbare el prefato monaſterio nè là ſua juriſdittione, maxime in prohibire quominus li officiali, & ſerviturı del detto monaſterio porteno arme, perlochè la juſtitia non ſe po adminiſtrare, da quella ſe ſcriva una lettera in bona forma al predetto capitanio, ut aliquo modo non perturbet juriſdictionem dicti monaſterii maxime in moleſtare, ut officiales, rectores, & famuli dicti monaſterii non poſſint deferre arma, & più ſe ſupplica, che nella medeſmo lettere ſe ordine allo judice, & maſtro d'atti del criminale, che non recepano cauſe pertinente alla cognitione del predetto monaſterio, ma quelle ſubito le remettano al preditto jodice de monte Caſino, prout alias, & ſemper da li preteriti, & immediati precedenti capitanii, & officiali factum fuit, ut Deus, &c. Jo: Jacobus pro Secretario, Seron: Suppicando nos, que como qui era que aſſi dada por el dicho nueſtro Viſorey, y preſentata al dicho capitan la dicha proviſion, fue por el entonces y haſido, y deſpues por los otros capitanos, que han ſido, y es de S. German obedicida, effettuada, y complida, y ſe oſſerva, y cumple de preſente todavia, a major cautela, cumplimento, y corroboration de lo ſuſo dicho y en la preinſerta proviſion contenido, y para quietar el animo de los dichos Prior, y Monſes del dicho monaſterio, y de los officiales, y ſervidores del preſentes in futuros ratificando, y havendo por buena la dicha proviſione les hizies ſemos mercede de mandarla de nuevo obſervar y guardar, e pareciendonos juſto y por la buena voluntad, que tenemos de favorecer y hazer merced al dicho monaſterio por la devotion que le tenemos, averemos lo havido per bien: Porunde dezimos, en cargamos, y mandamos, el Capitan que a hora ſois y alos que por tiempo ſeran en S. Germano y cadauno, y qualquier de voſtros in ſolidum que effettueys, oſſerveys, guardeis, y complais, y cadauno de voſtros por ſi effettuen, oſſerven y guarden, y compla a los dichos Prior, Monſes, y Convento del dicho monaſterio, y ſus officiales, familiares, y ſervidores, que ſon, y ſeran de a qui adelante, y cadauno de los de la dicha, e preinſerta proviſion por el dicho nueſtro Viſorey dada in todo, & por todos coſas juxta ſu ſerie continentia, y tenor, no haziendo lo contrario in manera alcuna que aſſi procede de nueſtra voluntad, y queremus que ſe haga toda duda conſulta, & impedimento ceſſantes. La preſente reſtituyendo al preſentante. Datum en Vallodolida*

*decimoquinto de Marzo anno de mil quinientos veinte y ſiete*. *Jo El Rey. V. Cauc. V. Lu. Sanchez generalis Theſaurarius. V. Loffredus R. Gargia Secret. V. Cont. Relator generalis. In partium* II. *fol.* 34. Foris. *Al magn. y amado nueſtro el Capitan preſente, y futuro de S. Germano del nueſtro Reyno de Neapoles. Die* 14. *menſis Auguſti* VII. *Inditionis* 1534. *Preſentes litera Caſ. Majeſtatis fuerunt exhibita, & preſentata coram magn. D. San Johannes Cap. in S. Germano ejus judici, & actuarii preſentis anni, per egr. not. Loyſium Maxarium procuratorem dicti ſacri monaſterii. Et per dictum D. Capitaneum, judicem fuerunt ſuper caput recepta, & admiſſa, & oblatum fuit exequi, & parere, & quid quid in eis continetur juxta formam dictarum litterarum, ac obedire quid quid in dictis litteris continetur*. Præſentatæ quoque fuere hæ literæ an. 1556. 1560. aliis S. Germani Capitaneis, ab iiſque receptæ.

Cœnobiũ Caſſinenſe Adoham non ſolvit. Non minima etiam Caſſinatibus incommoda irrogabat Commiſſarius provinciarum Terræ laboris, & Comitatus Moliſii, a cœnobio noſtro adoham pro oppidis illic poſſeſſis repetens. Delata a Caſſinatibus res eſt ad regiam Cameram, cujus decreto cautum, ne ullum amplius negocium Caſſinatibus pro adoha ſeu ſervitio militari faceſſeretur, cœnobium enim Caſſinenſe non in feudum, ſed in allodium bona ſua omnia, latifundiaque poſſidet. Foris. *Magn. viro Hieronymo Pellegrino*

Ex originali in Archivo. *regio Commiſſario provinciarum Terra laboris, & Comitatus Moliſii, ſeu ejus locumtenenti fideli regio, & amico noſtro cariſſimo, regni Sicilia magnus Camerarius &c. Locus ✠ Sigilli.* Intus. *Magnifico Commiſſario. Per parte del venerabile, e ſacro monaſterio, Abbate, e Monaci de monte Caſino è ſtato eſpoſto in queſta camera, che per vui li ſono ſtate arreſtate, & impedita l'entrate de S. Pietro dell'Avellana della provincia del Contato di Moliſe, e dell'altre terre, che poſſiedeno nella provincia di Terra di Lavoro ſub pretextu, che li dimandate l'adoho nuevamente impoſto; aggravandoſe de tale impedimento, non ſe li è devuto fare per cauſa, che non ſono obligati, nè ſoliti pagare adohi per le terre di dette provincie ſupplicandoce provedeſſimo alla loro indemnità circa la liberatione dell'impedimento dell'entrate di dette terre, & eſſendone per nui riconoſciuti li Cedularii dell'impoſitioni de detti adohi, non trovamo taſſati a coſa alcuna per raſone di adoho le dette terre, che poſſedeno in dette provincie per eſſerno di detto monaſterio, e non ſolite pagare; però per la preſente vi dicimo, & ordiniamo, che de continente ne debbiati dare avviſo, perchè cauſa haviti impediti l'entrate, e vittuaglie di detto monaſterio per non ſi trovare in lo cedulario a vui tradito eſſer taſſato in coſa alcuna ditto monaſterio in ditti provincie per ditto pagamento de adoho; Et interim ſuperſederiti de non darli impazio, revecando agni eſecutione, overo ſequeſtro per vui facto fin'a tanto che per queſta regia camera vi ſarà ordinato altramente, e così eſequirriti, e non altrimente per quanto aviti cara la grazia della Ceſarea Maeſtà. Datum Neapoli in eadem R. camera Summaria die* 18. *Julii quartadecima indictionis* 1526. *Johannes Antonius Muſſa P. M. C. Bernardinus Cieffus Rationalis, Vincentius Cieffus Magiſter Actorum. Regiſtrata in litterarum adohi nu.* 4.

Oppida Terami & Juncturæ Caſſinates reædificare optant. Belli incurſionibus, ut vidimus, evenerat, ut complura ditionis Caſſinenſis oppida, interque ea Terami, & Juncturæ incolis deſtituerentur, optaverant Caſſinates ea iterum ædificare, eaque de re literas ab Andrea Carraſa Comite S. Severinæ, & locumtenente generali in regno Neapolitano, atque ab ejus regio Collaterali conſilio obtinuerant, quibus die 18. Decembris anni præteriti cavebatur, ut quicumque ad oppida illa incolenda perrexiſſent, modo non fuiſſent Regnicolæ, decem annis a ſolvendis vectigalibus, immunes eſſent. Verum hiſce literis haud contenti Caſſinates ampliores gratias a Carolo V. obtinuerunt hujuſcemodi diplomate: *Carolus, divina favente*

Ex originali in Archivo. *clementia, Romanorum imperator ſemper auguſtus, rex Germania &c. Johanna ejus mater, & idem Carolus, Dei gratia, reges Caſtella, Aragonum, Legionis, utriuſque Sicilia, Jeruſalem, Ungaria, Dalmatia, Croatia, Navarra, Granata, Toleti, Valentia, Galecia, Majoricarum, Hiſpalis, Sardinia, Corduba, Corſica, Murcia, Gieanis, Algarbi, Algelira, Gibraltaris, inſularum Canaria, nec non inſularum Indiarum, & terra Firma, Maris Oceani, Archiduces Auſtria, Duces Burgundia, & Brabancia, & Comites Barchinona, Flandria, Tiroli &c. Domini Vizcaje, & Malina, Duces Athenarum, & Neopatria, Comites Roſſilionis, & Cerritania, Marchiones Oriſtanni, & Gociani. Univerſis, & ſingulis preſentium ſeriem inſpecturis, tam preſentibus, quam futuris. Nihil mortales in terris melius pro eorum ſecuritate excogitare potuerunt, quam diverſimode vagantes in unum locum redacti incolatum ibi ducere, eundemque munire, ut facile a malorum ſuaſionibus reddere ſe illeſi, & ſecuri valeant, in quo opere faciundo non modo principes incolis, verum etiam illis loca ad hoc diſpoſita habentibus opem tulere, & gratiis proſequi conſueverunt. Sane quia Majeſtatibus noſtris pro parte venerabilium Abbatis, Monachorum, & Conventus monaſterii montis Caſſini Ordinis Sancti Benedicti de Obſervantia dicti noſtri Sicilia citra Farum regni fidelium noſtrorum dilectorum, fuit nuper humiliter ſupplicatum, ut cum ipſi ab antiquo habuerint, tenuerint, & poſſederint, habeantque, teneant, & poſſideant de preſenti duo caſtra inhabitata, ſita in terminis, & diſtrictu dicti monaſterii in provincia Terra Laboris in pertinentiis terra Sancti Germani vocata nunc videlicet caſtrum de Junctura, & caſtrum de Termine cum quodam Caſalecto, cum eorum, et cujuſlibet eorum juribus, et pertinentiis, cupiuntque pro utilitate, et manifeſto commodo dicti monaſterii dicta caſtra habitare facere, licentiam eiſdem ad hoc faciendum, et juriſdictionem in eiſdem caſtris, immunitatemque functionum fiſcalium per aliquod temporis ſpatium eiſdem concedere de noſtra ſolita benignitate dignaremur. Nos vero devotione dicti B. Benedicti moti, volentes quod dictos Abbatem, Monachos, et Conventum favore proſequi gratioſe, tenore preſentium, deque noſtri certa ſcientia deliberate, et conſulto, ac ex gratia ſpeciali, regiaque authoritate noſtris per nos, & omnes haredes, & ſucceſſores noſtros in dicto regno licentiam, & facultatem*

conce-

Digitized by Google

*concedimus, & impartimur dictis Abbati, Monachis, & Conventui dicti monaſterii preſentibus, & futuris, quod authoritate preſentium poſſint, & libere valeant readificare, & habitare dicta duo caſtra de Junctura, & Termine, cum quodam Caſalecto, quæ in præſentiarum ſunt inhabitata, ſeu reedificari, & habitari facere, de Græcis tamen, Sclavonibus, & Albanenſibus, aut aliis quibuſcumque perſonis cujuſvis alterius nationis, cum eorum uxoribus, & filiis, familiaque eorum, prout dictis Abbati, Monachis, & Conventui dicti monaſterii viſum fuerit, & placebit, & ad majoris gratiæ cumulum, & ut melius caſtra prædicta populari valeant, dictos quoſcumque Græcos, Sclavones, & Albanenſes, & alios in eiſdem caſtris, & Caſalecto, & unoquoque eorum habitaturos, immunes, & exemptos facimus, & eſſe volumus a quibuſcumque ſolutionibus, ſeu pagamentis noſtris, tam ordinariis, quam extraordinariis impoſitis, ſive imponendis, quam quidem immunitatem, & exemptionem durare volumus per tempus decem annorum, qui currere incipiant a die quo dicta caſtra populata fuerint, & in eiſdem Albanenſes, Sclavones, Græci, & alii prædicti populantes habitaverint in antea, dum tamen Græci, Sclavones, & Albanenſes, ſeu alii prædicti ſint de non numeratis, & ſalvi ſolitis regales functiones noſtras, declarantes per præſentes quod illi, qui dicta caſtra incolaverint, debeant obſervare, & obedire dictis Abbati, Monachis, & Conventui dicti monaſterii præſentibus, & futuris capitulum per nos ſuperioribus annis in dicto noſtro Siciliæ regno citra Farum conceſſum ſuper habitatione Græcorum, & Albanenſium in burgis, ſeu caſalibus, habeantque, & exerceant dicti Abbas, Monachi, & Conventus dicti monaſterii præſentes, & futuri omnem juriſdictionem civilem in dictis Caſtris, & quolibet eorum, ita, & taliter, quod dicti Abbas, Monachi, & Conventus præſentes, & futuri dicti monaſterii poſſint, & valeant cognoſcere de quibuſcumque cauſis civilibus inter incolas, & habitatores dictorum caſtrorum, & Caſalecti, & cujuſlibet eorum, ſeu alios de jure, forum in eiſdem caſalibus ſorcientes, aliſque extraneos in illis declinantes vertentibus, & quia noſtra voluntas eſt, quod præſens noſtra gratia, ſive conceſſio ſit, & eſſe debeat dictis Abbati, Monachis, & Conventui dicti monaſterii præſentibus, & futuris in perpetuum realis, firma, & fructuoſa, eapropter illuſtribus, ſpectabilibus, & magnificis viris, Viceregi, locumtenenti, & capitaneo generali noſtro, magnoque camerario, magiſtro juſtitiario, logothetæ, & prothonotario, eorumque, & cujuslibet eorum locumtenentibus, ſacroque noſtro Conſilio, Præſidenti, Rationalibus cameræ noſtræ Summariæ Regenti, & judicibus magnæ curiæ Vicariæ, Scribæ Portionis, Theſaurario noſtro generali, ſeu officium Regenti, Principibus quoque, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & Baronibus Terrarum, Dohaneriis, cæteriſque demum univerſis, & ſingulis officialibus, & ſubditis noſtris majoribus, & minoribus quocumque nomine nuncupatis, officio, authoritate, & poteſtate fungentibus in dicto noſtro Siciliæ citra Farum regno conſtitutis, & conſtituendis, dicimus, & diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus forma præſentium per eos, & unumquemque ipſorum diligenter attenta, illam, & omnia, & ſingula in ea contenta teneant firmiter, & obſervent, tenerique, & inviolabiliter obſervari faciant, dictiſq; Abbati, Monachis, & Conventui dicti monaſterii, præſentibus, & futuris nullum impedimentum inferant ſuper habitatione dictorum caſtrorum, immunitateque, & aliis eiſdem conceſſis, & non contrafaciant, vel veniant, ſeu aliquem contrafacere, vel venire permittant, ratione aliqua, ſive cauſa, ſi præter iræ, & indignationis noſtræ incurſum, pœnam ducatorum auri mille cupiunt evitare; in cujus rei teſtimonium præſens privilegium fieri juſſimus noſtro magno negotiorum Siciliæ citra Farum regni ſigillo impendenti munitum. Datum in civitate noſtra Granatæ die nona menſis Novembris, anno a nativitate Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſexto, regnorumque noſtrorum videlicet Electionis ſacri imperii anno octavo, reginæ Caſtellæ, Legionis, Granatæ &c. anno vigeſimo tertio, Navarræ duodecimo, Aragonum, utriuſque Siciliæ, Hieruſalem, & aliorum undecimo, regis vero omnium* XI. *Yo el Rey. V. Can. & pro Prothonot. V. Loffredus R. & pro M. Camerario. V. Lu. Sanchez generalis Theſaurarius. V. Jo: Alemannus Cont: Relator generalis. Solvat ducatos duos, & ta: duos. Medinna pro Taxatore. In Privileg.* XII. *fol.* XXXI. *Sac. Cæſarea & Catholica Regia Majeſtas mandavit mihi Petro Garcia. Regiſtrata &c.* Adeſt ſigillum impreſſum in cera rubea pendens &c.

Ab anno jam 1468. Silva Rea contra Teatinorum conatus cœnobio Caſſinenſi adjudicata a Ferdinando primo rege fuerat, ut diximus. Verum cauſabantur Teatini die 10. Decembris ejuſdem anni exceſſiſſe in mandatis Commiſſarium. Hinc rex ejuſque conſilium juſſere, ut Silvam ipſam adiret Commiſſario Troilus de Azzolinis regius Conſiliarius, qui ſi deturbatum cœnobium S. Liberatoris poſſeſſione villæ Oliveti, & Silvæ Reæ inveniſſet, eaſdem iterum redderet; ſi vero aliquid magis a conſiliario Lupo, quam competeret, datum cœnobio comperiſſet, omnia juxta probatam a rege ſententiam redigeret, ut clarius conſtat ex regiis commiſſionibus expeditis die 14. Martii 1469. Cum vero Troilus antequam executioni hanc commiſſionem demandaret, obiiſſet, Abbates Commendatarii villæ Oliveti poſſeſſione contenti, haud amplius litem ſunt perſecuti. At meliori, fauſtoque omine libertati priſtinæ reſtitutum Caſſinenſe cœnobium, Teatinos an. 1521. in jus vocavit ante Sacrum conſilium, a quo poſt varia obtenta decreta, hoc tandem an 1526. cautum, ut Conſiliarius Jacobus della Quadra Silvæ poſſeſſionem illuc pergens Caſſinatibus traderet. Dum vero executioni commiſſa ſibi mandata demandare incepiſſet, Maurus a Cremona Prior S. Liberatoris, aliique Monachi, utpote S. cœnobii Caſſinenſis procuratores, atque alii quidam procuratores a Teatinis decreti, ſuaſu ejuſdem Conſiliarii, atque Andreæ Gattulæ patritii Neapolitani, & Præſidentis R. Cameræ, litem inter ſe ſe ita compoſuere, ut quadam ſoluta Caſſinatibus pecuniæ quantitate, aliiſque ſervatis conditionibus, cœnobio noſtro faventibus, Silva Rea Teatinis cederet.

Lis quoad Silvā Ream.

Hinc omnium conſenſu plures poſiti lapidei termini, quibus fines Silvæ Reæ ab illis villæ Oliveti ſecernerentur, ut fuſius ex inſtrumento hujus transactionis patet rogato die 19. Aprilis ejuſdem anni penes acta Bernardini de Probis a Buclanico, quod Abbas, & Monachi cœnobii Caſſinenſis ratum habuere die 12. Novembris an. 1527. penes acta notarii Johannis Maſſimilla de Prata, licet hæc tranſactio effectum nacta non ſit, quod in ea enormiſſime cœnobium Caſſinenſe læſum fuerit, ut anno 1571. oſtendemus.

Oppidum S. Petri de Avellana invaſum.

Ineunte anno 1528. Odetus Lautrechius regis Galliæ mandato cum magna militum manu regnum Neapolitanum ingreſſus, univerſo fere brevi admodum tempore potitus eſt. Hujus partes ſectatus inter alios eſt Berlingerius Caldora, qui plura ſibi oppida injuſte a regibus Neapolitanis ademta cauſatus, inter quæ numerabat oppidum S. Petri de Avellana, a Lautrechio obtinuit, ut omnia ſibi reſtituerentur. Ea occaſione capta Berlingerius vi, & vi armata oppidum S. Petri invaſit occupavitque. Haud tamen in repetendo jure ſuo deſides fuere Caſſinates, nam Caldoram in jus ante regiam Cameram a Gallis conſtitutam vocarunt, a qua commiſſio ad examinandos teſtes emanavit Criminalem ob juriſdictionem, quam laudatus Caldora Montis Odoriſii Comes eo conſilio invaſerat, ut vindicaret ſibi, quod Majoribus ſuis pertinuiſſe arbitrabatur, quamvis juriſdictionem, uti vocant, civilem monaſterii eſſe ultro lubenſque fateretur. Facta autem fuit hæc, quemadmodum illam vocant, Commiſſio ab Leonardo Rombus Neapolitano, qui ita inſcribitur: *Miles regius Conſiliarius, ac armorum Capitaneus ſereniſſimæ, ac chriſtianiſſimæ Majeſtatis, ac locumtenens regiæ Cameræ*; ſubſcripta fuit ab Antonio de S. Felice Regente, & data *in Caſtris feliciſſimis prope, & contra Neapolim* &c. Alteram huic non obſimilem dedit Lautrechius anno 1528. hoc titulo: *Odet Conte de Foix Locotenente del Chriſtianiſſimo Re, e Capitan Generale della Santiſſima Liga* &c.

Commiſſionales litteræ fuere a D. Benedicto de caſtello Sangri Monacho Caſſinati D. Matthæo de Meo Capitaneo Iſerniæ, qui plures examinavit teſtes, qui omnes faſſi ſunt a vetuſtiſſimo jam tempore cœnobium noſtrum poſſediſſe juriſdictionem omnem in eo oppido tum civilem, tum criminalem, mulctaſſe delinquentes, admiſiſſe ad tranſactionem, commutando mulctas corporales in pecuniarias, interque alia capitula ab Abbate Caſſinenſi oppidanis S. Petri confirmata, eſſe vigeſimum ſeptimum, quod ita ſe habet. *Item ſtatutum, & ordinatum eſt, che qualunque perſona accedeſſe homo, o femina, & cagiaſſe ſangue, overo faceſſe tradimento al ſignore, o alla terra la pena ſia ad arbitrio del ſignore*. Seque meminiſſe Abbates Caſſinenſes per miniſtros ſuos in delinquentes animadvertiſſe, equleo quoſdam torſiſſe, atque pacifica tandem poſſeſſione deturbatos a memorato Caldora. Inter alios teſtes ſunt Nicolaus de Fatio ab Averſa, & Jacobus Saddò a Cervario olim ejus oppidi Capitanei. Et quidem plures a miniſtris ſuis factos proceſſus in cauſis criminalibus præſentavit cœnobium Caſſinenſe, aliaque monumenta, atque plures patentes literas Capitaneis ejus oppidi ab Abbatibus Caſſinenſibus factas, in quibus hæc verba leguntur: *Cum poteſtate juſtitiam miniſtrandi, & in cauſis procedendi civilibus, & criminalibus, prout juris fuerit ex officio, & ad querelam, delinquentes mulctandi, puniendi, & caſtigandi, carcerandi, componendi, condemnandi, & abſolvendi*, &c.

Clemētis VII. pro Caſſinatibus litteræ.

Ex originali in Archivo.

Clemens etiam ſeptimus Lotrechio literas ſcripſit, ut oppidum S. Petri de Avellana Caſſinatibus reſtitueretur: *Dilecto filio nobili viro D. Odeto de Lautrech Francorum regis Chriſtianiſſimi in Italia locumtenenti generali Clemens Papa VII. Dilecte fili ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis fecerunt dilecti filii Monachi S. Pauli de Urbe, Ordinis S. Benedicti, Congregationis Montis Caſſinenſis, quod licet ipſi in pacifica poſſeſſione oppidi S. Petri dè là Vellana monaſterio montis Caſſinenſis ſpectantis, & pertinentis, multis annis fuerint, & nuper eſſent. Tamen quidam Berlingerius Caldora, qui litteras a nobilitate tua obtinuerat, redintegrationis ſui ſtatus antiqui dictum caſtrum occupavit, & eoſdem Monachos a ſua poſſeſſione de facto ſpoliavit, in grave monaſterii ſui præjudicium, & jacturam. Quare nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut ſibi in præmiſſis opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos itaque, quibus tua in res omnes eccleſiaſticas, religio eſt cognita, certiſſimi ſumus, aut Berlingerium ipſum litteris tuis fuiſſe abuſum, aut tibi retuliſſe oppidum ipſum ad eum ſpectare, teque de bonis ejus litteras ei conceſſiſſe. Proinde nos, quibus rerum eccleſiaſticarum cura, & conſervatio a Deo data eſt, res omnes eccleſiaſticas iſtius regni, & maxime monaſterii montis Caſſinenſis, nobilitati tuæ ex animo commendamus; paterna te charitate requirentes, ut, & Berlingarium ipſum ab oppreſſionibus hujuſmodi comprimi, & monachis ipſis tua ope aſſiſti facias, ut abſque moleſtia rebus ſuis potiri poſſint, in quo nihil religione tua dignius, nihil nobis gratius, nihil Omnipotenti Deo acceptius facere poteris, qui nobilitati tuæ cumulate retributurus eſt. Datum in civitate noſtra Urbevetana ſub annulo Piſcatoris die* XVII. *Maii* 1528. *Pontificatus noſtri anno quinto. Evangeliſta*.

Leutrechio vero cum magna militum ſuorum manu defuncto facile Auriacenſi principi fuit Gallos omnes regno eliminare, reſtitutaque pace, cœnobium etiam Caſſinenſe juriſdictionem civilem, ac criminalem in oppidum S. Petri de Avellana recuperavit.

Capitaneus in oppido Citrarii conſtitutus.

Anno 1530. Chryſoſtomus Caſſinenſis Abbas Capitaneum in oppido Citrarii conſtituit, uti ex literis, quæ in cit. regeſto p. 86. a t. extant.

Judex ſecundarum cauſarum, & magiſter Actuum.

Secundarum etiam cauſarum Judicem ibidem conſtituit, uti ex literis in cit. regeſto pag. 87. Magiſtrum etiam Actuum curiæ laicalis ejuſdem oppidi elegit die 16. Decembris ejuſdem anni Perrinum, ut ex cit. regeſto pag. 82. a t. conſtat.

In oppido S. Eliæ milites hoſpitio non excipiuntur.

Ex originali in Archivo.

Eodem anno Cardinalis Pompejus Columna regni locumtenens, ejuſque collaterale conſilium hiſce literis vetavit, ne milites in oppido S. Eliæ hoſpitio exciperentur, quod illud oppidum virtute capitulorum regni electum pro domo ab Abbatibus, & Monachis Caſſinatibus fuiſſet. *Carolus quintus divina favente clementia Romanorum imperator ſemper auguſtus, rex Germaniæ, Johanna*

*mater*,

*mater, idemque Carolus ejus filius reges Caſtella, Aragonum, utriuſque Sicilia, Jeruſalem, Ungaria, Dalmatia, Croatia &c. Pompejus Cardinalis Columna S. Romana eccleſia Vicecancellarius, & in pñti regno locumtenens generalis &c. Ad tutti, & ſingolar Colonnelli, Capitanei, Tenenti, Alferes, Ferreri, Surgenti, Maſtri de campo, Commiſſarii, & altri officiali qualſevogliano, tanto de gente d' arme, como de cavalli leggeri, & Fantarie del Ro. feliciſſimo eſercito, tanto Spagnolo, quanto Italiano, & de qualſevoglia altra nazione ſe ſiano, & ad epſi ſoldati, & ciaſcun de quelli in ſolidum, nec non Gubernaturi, Auditori, Provinciali, & ogn' altro, ad chi la preſente ſpettara, pervenerrà, o ſerrà preſentata regii fideli diletti la regia gratia, & bona voluntà: Per quanto per parte de li Reverendo, e Venerabili Abbati, & Monaci del ſagro monaſterio de monte Caſino ne è ſtato expoſto, come per paterno in la terra de S. Germano de male aero, de continuo cadeno malati nel dicto monaſterio, e per ſe poſſerno recreare, & ritornare ad llore priſtina ſanità, ſe haveno eletto per llore ſtantia per vigore delli capitoli del Regno lo caſtello de S. Elia del dicto monaſterio, per tanto decimo, & ordinamo, & commandamo ad tutti li predetti, & ciaſchedun de epſi in ſolidum, che debiano preſervar, & far preſervar lo dicto caſtello de S. Elia de alloggiamenti, & non darli ne farli dare impazio alcuno per lo alogiar predetto atteſo come è dicto, è reſervato per ſtantia delli dicti Rdo., & Venerabili Abbate, & Monaci per vigore delli detti capitoli del regno, & ſence foſſero andati allogiare debiano dallà ſubito dislogiare, e non ſe faczia lo contrario, per quanto ſe ha cara la gratia delle predette Ceſaree, e Catoliche Mte., & ad pena de doi milia ducati. La preſente ſingulis vicibus reſti al preſentante. Datum in civitate Neapoli die XXVIII. menſis Decembris MDXXX. Pompejus Vicecancellarius locumtenens Generalis vid. de Colle Reg. Vid. Loffredus R. ſolvit taren. duos. Johannes Jacobus pro Taxatore. Domnus locumtenens generalis mandavit mihi Aurelio Alexandrino pro Secretario, Regiſtrata in partium loc. Fol. 172. Salvaguardia per lo caſtello de S. Helia per li Rever. e Venerabili Abbati, & Monaci de Monte Caſino haverneſelo eletto per ſtantia per vigore delli capitoli del regno. Locus ✠ ſigilli.*

Abbas Caſſinenſis ſceleſtos Preſbyteros degradat.

Clemens VIII. Pontifex Abbati Caſſinenſi D. Chryſoſtomo permiſit, ut duos e ſuis ſubditis presbyteros ob perpetrata ſcelera degradaret, traderetque curiæ ſæculari hiſce literis, in quibus hæc ſunt ad rem noſtram adnotanda verba. *Tibi, qui omnimodam juriſdictionem in dictos presbyteros, & alios tui monaſterii vaxallos habes &c.* En vero Pontificis diploma. A tergo. *Dilecto filio Abbati monaſterii Caſſinenſis.* Locus ✠ ſigilli. Intus vero: *Clemens PP. VII. Dilecte fili ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut nobis exponi feciſti, iniquitatis filii Gregorius de lo Citraro, & Donatus della Villetta presbyteri juriſdictioni tua ſubiecti, ob enormia exceſſus crimina, & delicta per eos perpetrata capti, & carceribus mancipati, ipſique illa commiſiſſe ſponte confeſſi, ſeu de illis convicti fuerint, & propterea juxta ſacrorum canonum inſtituta veniant degradandi, & curia ſeculari relinquendi, & numerus epiſcoporum ad ſimilia requiſitus de jure iſtic niſi cum magna difficultate haberi nequeat. Nos, ne propterea juſtitia exercitium plus debito retardetur, aut etiam impediatur, providere volentes, tuiſque in hoc nobis humiliter porrectis precibus inclinati, tibi, qui omnimodam juriſdictionem in dictos presbyteros, & alios tui monaſterii vaſſallos habes, ut convocatis in hoc, & tibi aſtantibus, duobus epiſcopis, aut uno epiſcopo, & uno alio Abbate tui, vel alterius ordinis, quos, & prout commodius habere poteris ad degradationem realem, & actualem ipſorum Gregorii, & Donati, illorumque curia ſeculari dimiſſionem, & alias, prout juris fuerit procedere in omnibus, & per omnia poſſis, & valeas, perinde ac ſi pontificali dignitate fungereris, & tibi epiſcopi in numero a canonibus diffinito preſentes forent, ac in hoc tibi aſſiſterent, plenam, ac liberam facultatem, & authoritatem, authoritate apoſtolica, tenore preſentium concedimus, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis ceteriſq; contrariis quibuſcumque. Datum Roma apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die octava Decembris MDXXX. Pontificatus noſtri anno octavo Bloſius.*

Ex originali in Archivo.

Ex originali in Archivo.

Judices ad cõtractus creati.

Anno 1531. Abbas Caſſinenſis judices ad contractus hiſce literis conſtituit ex cit. regeſto p. 94. *Chryſoſtomus de Neapoli Abbas ſacri monaſterii Caſſinenſis &c. Tibi Benedicto alias Pipictono de Sancto Victore ſalutem. Exponi nobis feciſti, ut, de ſpeciali gratia, vigore privilegiorum noſtrorum te in judicem noſtrum familiarem, & totius noſtra Abbatia aſſumere, & judicatus officio decorare dignaremur. Nos attendentes grata ſervitia, per te huic ſacro monaſteria impenſa, & qua in futurum (ut ſperamus) impendere (Deo dante) non ceſſabis propterea te in predictum judicem, cum omnibus, & ſingulis honoribus, & oneribus ſuis, & omnimoda poteſtate per praſentes creamus, & deputamus, & ut praſentis judicatus officio per totam Abbatiam, & diſtrictum noſtrum prout alii judices ſimiles potiuntur, & gaudent, potiri, & gaudere poſſis, & valeas, per praſentes concedimus, & impartimur. Mandantes omnibus, & ſingulis officialibus noſtris, ac cateris de predicta Abbatia, & diſtrictu noſtro, ut pro tali te accipiant, & admittant, pro quanto gratiam noſtram caram habent, & centum ducatorum pœnam cupiunt evitare. In quorum fidem has praſentes tibi inde expediri juſſimus noſtri ſubſcriptione, ac ſigillo, quo in talibus utimur, roboratas. Datum in predicto ſacro monaſterio Caſſinenſi anno Domini 1531. Chryſoſtomus qui ſupra Abbas Caſſinenſis manu propria.*

Immunitas a ſolvendis Decimis.

Eodem anno Auguſtinus Bonfius Patavinus Abbas Caſſinenſis immunitatem a ſolvendis decimis conceſſit Pyrrho de Plumbariola Sangermanenſi, Dominico de Bacco Vallerotundenſi, aliiſque ex citato regeſto p. 97. a tergo, & ſeqq.

Oppida diruta Pomarii, S. Angeli, & S. Petri cœnobio S. Liberatoris ſubdita.

An. 1532. Oppidani Roccæ Montiſplani faſſi ſunt, Oppida diruta Pomari, S. Angeli, & S. Petri cœnobio Caſſinenſi eſſe ſubiecta, proindeque a prædiis ibi poſitis collectas regias non eſſe exigendas. Uti abunde liquet ex inſtrumento per notarium Thomam de Peratiis Manupelli rogato die decima Maii ejuſdem anni.

Juriſdictio Caſſinatium in oppido Citrari aſſerta.

Eodem anno coram regia Audientia Conſentiæ cœnobium Caſſinenſe pluribus adductis teſtibus U. J. doctoribus, qui vel Capitanei, vel ſecun-

darum

Digitized by Google

darum cauſarum judices in oppido Citrarii fuerant oſtendit præfatum oppidum juris ſui eſſe, atque poteſtatem in eo habere primarum, ſecundarumque cauſarum, tam civilium, quam criminalium, & mixtarum, cum mero, & mixto imperio, atque gladii poteſtate, ut clarius ex informatione hac de re capta, conſtat, cujus apographum authenticum extat in 4. regeſto oppidi Citrarii p. 47., & ſeqq.

Gubernatores electi.

Auguſtinus Abbas eodem anno Gubernatorem in urbe S. Germani &c. conſtituit doctorem Johannem Vincentium de Caprio a Preſenzano, ut ex cit. regeſto p. 102. & Citrarii Capitaneum doctorem Lactantium Valenti a Bonvicino ex cit. regeſto p. 112. annoque inſequenti 1533. huic ſubſtituit Thomam de Almena pro quo literæ ſunt exaratæ in cit. regeſto p. 113.

Chryſoſtomus de Alexandro iterum Caſſinenſis Abbas an. 1534. die 15. Januarii Capitaneum Citrarii conſtituit D. Johannem Paulum Celſium a Conſentia ex cit. regeſto p. 116. a tergo; eodemque die, menſe, atque anno ibidem ſecundarum cauſarum judicem D. Lactantium Valente a Benvicino ex cit. regeſto p. 107. Fuſiſſime monita quædam memorato Capitaneo dedit hic Abbas, quæ in cit. regeſto p. 118. a tergo ſunt exarata.

Oppidi Citrarii infortunia.

An. 1534. Ariadenus dictus Barbaroſſa ſupremus claſſis Solimani præfectus in regnum Neapolitanum irrumpens plurimum graſſatus eſt, ut refert Rainaldus nu. 60. Citrarii præſertim oppidum captum deprædatus eſt, aliaque mala ipſi intulit, quæ in hiſce regii Collateralis Conſilii literis leguntur: *Illuſtriſſimo Signore là Univerſita del Citraro fa intendere ad V. Eccellentia, como è ſtata abbruſciata dal' armata Turcheſca, & ſachiziata, & ſua ruina qual ſia ſtata, & ſia, e notoria ad quella, e perchè tutti quilli poverecti cictadini quali hanno ſcampata miracoloſamente la morte vanno fugendo como animali ſelvaggi per le montagne, deſiderariano con gratia di V. Eccellentia repatriarno, & dubitano per la terra ſe retrovare coſsì ruinata, como ſe retrova, recurreno ad V. Eccellentia, con ſupplicarnola, ſe degni farli gratia, de farli franchi per vinte anni de tucti pagamenti fiſcali ordinarii, & eſtraordinarii, con queſto, che dicti pagamenti ſi abbiano per ipſa Univerſità ad diſpendere in fortificare dicta terra, perchè altramente non ſe porria retornare, ad habitare, & de continuo ſariano ruinati da Corſali &c. Regia Camera ſummarie ſe informet, & referat, de Colle R. pm. per Illuſtriſſimum D. Viceregem in caſtello novo Neapolis die 16. Septembris 1534. Coriolanus. Martiranus pro Secretario, & volendomo exequire quanto per V. J. S. nè è ſtato ordinato per la preinſerta Decretatione avimo del contenuto in lo preinſerto memoriale facto pigliar informazione, per la quale appare, che intendendono lo Capitanio della terra del Cetraro, & homini de quella bombardiarſe verſo S. Lucito in la prima ſeptimana de Auguſto proxime paſſato mandavo ad intendere nuova del pto., & ebbero nova, che l' armata Turcheſca aveva sachiziato, & ruynato dicta terra de Sancto Lucito, perlochè lo dicto Capitano de dicta terra, & circa quarantaſei Spagnoli, che erano in la guardia dele galere ſe laboravano in dicta terra per ſervitio de sû Maeſtà Ceſarea ne aviſarolo Vicerè provinciale, & terre convicine fandoli intendere, che li provedeſſero de ſoccorſo, ad talche poſſeſſero fare lo ſervitio de ſua Maeſtà Ceſarea, & fero buctare banno alla pena de rebellione, & de perdere le robbe, & quanto havevano, che non ſi parteſſe neſſuno da dicta terra, & la mattina ſequente ſi vidde applicare in la marina del Cetraro da ottanta vele tra galere, & altri vaſcelli, quali meſerò in terra ectomilia perſune in circa con archebuſci, & archi ad frezze, & finchè tiraro per ſpatio di un' ora tiri aſſai de artigliaria circundarola terra dà là banda de ſopre, & fugendono li homini de dicta terra per non poſſerno reſiſtere li ſeguitarno per ſpazio de cinque miglia, fin ad un loco, dicto liſtrato, ammazzando bovi aratorii, che trovavano per la via, & ponendo foco alle maxarie de li homini de dicta terra, che trovavano per lo camino, & pigliaro tra homini, e donne circa quaranta, quali tucti amaczaro, & poi dicte gente Turche ſe ne ritornaro in dicta terra dè lò Citraro, & intraro in quella, & ſacheziaro quanto ne trovaro, ſcavando ſobto terra & aprendo ſepulture, & cavando da quelle li corpi morti, & pigliaro tucti ferri de li maeſtri de dicta terra, che ſerveano in dicte galere, galeotte, ed' altri vaſcelli, che ſe laboravano in dicta terra, e ſi pigliaro quindice campane de eccleſie, e quattro pez i de artiglieria, & abbruſciaro più delle doe parte de dicta terra, & la eccleſia de S. Franceſco, & altre eccleſie, e fecero altri profani officii in vilipendio delle figure, & imagine, che erano in dicte eccleſie, & che più delle doe parte de dicta terra ancora non hanno repatriato, ma vanno vivendo alla giornata mendicando, & diſperſi per quelle montagne convicine &c. Noi viſto lo tenor dè là preinſerta conſulta per le ragione, & cauſe in dicta conſulta, contente ſemo rimaſti contenti ſicomo per la preſente ne contentamo, che detta univerſita, & homini ſiano franchi de li pagamenti fiſcali per quattro anni, & che ancora non ſe li daſſe impaczio delli quattrocento quarantuno ducati, che devono per li reſidui paſſati dell' Ordinario, che redutti in' uno fanno la ſomma di ducati tremilia duicento quarantauno, con queſto, che s' abbiano per la univerſità, & homini de dicta terra da convertere per fortificatione de dicta terra & in quelle coſe, che ſono piu neceſſarie, como hanno offerto per loro memoriale, juxta lo tenor de dicta conſulta all' exactione de li quali pagamenti per dicti quatro anni, & de dicti reſidui ncè havemo deputato li Mci. Mſ. Hieronimo de Buccio, Antonino Falcone, Franceſco Ruſſo, & Petri de Macchia dè lò Citraro perſune facultoſe de dicta terra, & che lloro habbiano carrico di ſpenderli a dicta fortificatione fidelmente in lle coſe ſerranno più neceſſarie, & che ogni ſey miſi debeano mandare quà li cunti de la diſpeſa, perchè ſe veda. Per tanto ve decimo, & ordinamo, che debitate provedere, & ordinare al Magnifico Theſorero provinciale, che do dicti reſidui, & etiam de dicti pagamenti fiſcali per quattro anni non li debea dar impaczio alcuno, che tale è noſtra volontà, & intentione. La preſente reſte al preſentante. Datum Neapoli in caſtello novo die 28. menſis Aprilis 1535. D. Petro de Toledo vid. de Colle Rſ. vid. Leffredus Rſ. vid. Figueroa Rſ. Berar. Martiranus Secretarius. In partium X. fol. 142. &c.*

Ex originali in Archivo.

Citrarienſes laborabant Triremes regias.

An. 1535. quo Carolus V. imperator Neapoli ver-

Pro quibus ſublevandis, Immunitates conceduntur.

verſabatur ad ſex alios annos hæc Citrarienſium immunitas ampliata eſt, ut conſtat ex epiſtola an. 1544. à regia camera Bartholomæo Arnonis regio Theſaurario provinciæ Calabriæ citerioris ſcripta.

Cœnobii S. Liberatoris jus in oppida diruta Pomarii, & S. Angeli.

Cœnobium S. Liberatoris ad plures annos locaverat univerſitati Roccæ Montiſplani capitula damnorum, quæ in territoriis Pomari, & S. Angeli inferebantur. Cum vero temporis decurſu redditus hac de re perſolvere ea univerſitas renueret, Prior ejus cœnobii Aſcanii Columnæ oppidi Domini imploravit opem, a quo Vicecomiti Manupellæ eſt juſſum, ut memoratam Univerſitatem officii ſui, debitique admoneret. Obtendebat Univerſitas haud ſe illi oneri obnoxiam, quare Prior, pluribus adductis teſtimoniis, & ſcripturis oſtendit juris ſemper cœnobii S. Liberatoris fuiſſe oppida Pomari, & S. Angeli, interque alia habuiſſe in iis jus bajulationis, & paſquorum. Compilato itaque proceſſu demum pro monaſterio S. Liberatoris, ab U. J. doctore Hieronymo Olſo Ariminenſi, & Vicecomite lata fuit ſententia.

Caſſinatiú in oppido Citrarii Juriſdictio.

Condemnaverat ſceleſtos quoſdam homines Gubernator oppidi Citrarii, quos tamen viribus impar cum capere haud poſſet, cœnobium Caſſinenſe Ferrantis Gonzaghæ Melficti principis, atque magiſtri Juſtitiarii magnæ curiæ Vicariæ opem imploravit, qui haſce literas ád regiam Audientiam Conſentinam dedit, ex quibus Caſſinatium in oppidum Citrarii juriſdictio magis magiſque confirmatur. Foris: *Magnificis Viris Gubernatori, & Auditoribus regiæ Audientiæ Calabriæ fidelibus regiis nobis cariſſimis in ſolidum regni Siciliæ Magiſter Juſtitiarius &c.* Intus: *Magnifici Viri fideles regii, & amici cariſſimi ſalutem. Per parte del ſagro monaſterio de monte Caſino e ſtato eſpoſto ad queſta gran corte, como la terra dello Citraro del dicto monaſterio de là provincia de Calabria citra, ſono alcuni delinquenti contumaci, & forbanniti della corte de dict a terra, per demeriti, & delicti loro, & parte de ipſi ndè ſtanno in dicta terra, & parte nde laritano per dicta provincia in contempto de la juſtitia, & de li officiali, & perchè lo Gubernatore del detto monaſterio in dicta terra non potria dicti contumaci, & delinquenti pigliare ſenza il braczio, & ajuto regio, hanno ſupplicato, ſe voleſſe provedere de ſorte, che dicto Gubernatore con alcun ajuto de queſta regia Audientia poſſa averli ni li mane, & caſtigarli, ſecondo la qualità dè li delicti recerca, & perchè l' una juriſdictione ſe deve ajutare con l' altra, ad tal che ſe de prima la audazia de malefacturi, & facinoroſi, vè avemo facta la preſente, per la quale ve dicimo, & regia qua fungimur auctoritate, ordinamo, & commandamo, che ad ogni requeſta del dicto Gubernatore del predetto monaſterio in dicta terra del Cetraro de biati preſtarli, & farli dare ogne ajuto, & favore neceſſario, & oportuno circa la captura de dicti delinquenti, contumaci, & rebelli della corte de ſua juriſdictione, tanto in la dicta terra del Cetraro, como in altri lochi de dicta provincia, ad tal, che poſſa exeguirne la juſtitia como convenè, & li predetti non ſe allegrino andar impuniti de loro exceſſi, & delicti, & non fati il contrario, per quanto haviti cara la grazia de ſua maeſtà, & pena de ducati mille deſiderate evitare. Datum Neapoli die* 10. *Menſis Novembris* 1536. *D. Ferna. &c. Hector Jeſualdus judex &c. Clemens Act. f. Reg. Audientiæ Calab. quod preſtet opem Gubernatori Citrarii pro capiendis delinquentibus.*

Ex originali in Archivo.

Magiſtratus conſtituti.

Eodem anno die 8. Auguſti Chriſoſtomus Abbas Gubernatorem Citrarii conſtituit Marinum Neapolitanum ex nobili gente de Alexandro, ejuſdemque oppidi curiæ fiſcalem Angelum Bajanum Sangermanenſem, & Gubernatorem ſancti Germani U. J. D. Fabium Capellam ex urbe Trajecti. Hiſce de rebus literæ extant in regeſto cit. p. 133. a tergo, & 134. quas, ne lectorum otio abutamur, omittimus; contenti deinceps hujuſmodi magiſtratuum nomina, patrias, & regeſti loca, in quibus patentes literæ exaratæ ſunt, recenſere.

Capitanei Juriſdictioni criminalis S. Germani prepotenzia compreſſa.

An. 1536. edictum promulgavit Capitaneus juriſdictionis criminalis in urbe S. Germani, quo aliqua ſibi vendicabat ad civilem, mixtamque cœnobii Caſſinenſis juriſdictionem ſpectantia; Irritum vero, caſſumque illud declaravit Sacrum conſilium hoc decreto. *Die decimo nono menſis Aprilis* 1539. *Neapoli. In cauſa Reverendi, & Venerabilis Abbatis, & Monachorum monaſterii Caſſinenſis utilium dominorum civitatis S. Germani, & caſtrorum Abbatiæ prædictæ cum magnifico Capitaneo in criminalibus, exiſtente in dicta civitate ſuper quibuſdam bandis, & gravaminibus, facta relatione per magnificum U J. D. Nicolaum Majoranum regium conſiliarium, & cauſæ commiſſarium, &c. In ſacro regio conſilio, & coram excellente, & magnifico Præſidente, & regiis Conſiliariis utriuſque Aulæ ſuper infraſcriptis bannis emanatis per dictum Capitaneum civitatis prædictæ in criminalibus in dicta civitate S. Germani, & ejus diſtrictu, & viſis, & bene diſcuſſis dictis bannis, & unoquoque ipſorum, ac auditis in Rota advocatis, & procuratoribus utriuſque partis ſuper dictis bannis, in omnibus, quæ dicere, & allegare voluerit decreta ipſius ſacri conſilii proviſum eſt, prout in fine uniuſcujuſque ipſorum bannorum continetur, & ſcriptum &c.* Omnia omittimus brevitatis gratia, ultimum hoc referri contenti, quod ita ſe habet, quoad vigeſimum primum bannum in quo continetur, vid. *Se ordina, & commanda, ut ſupra alli Sindici de S. Germano, & delle caſtelle dell' Abbatia, che de tutte differenze, cauſe, & lite, che haveranno per loro utilità, & ſervitio di dicta univerſità, & ſimilmente a tutti cittadini di dicta città, & de dicte caſtelle, che di qualſivoglia coſa, che pretendeſſero recuperare dalli Sindici, & qualſivoglia univerſità, che dicte cauſe le abbiano da vedere agitare in la corte de dicto Sig. Capitaneo ſotto pena de mille ducati, & alla pena reſervata ad arbitrio di dicto Sig. Capitanio, & ſua corte per ciaſcuno, che farà lo contrario, e tante volte da pagare, quante volte ſe contrafarà. Fuit proviſum quod deleatur. Nicolaus qui ſupra, Antonellus Secretarius.* Qua de re proviſiones emanarunt e ſacro conſilio, Capitaneo, & curiæ civitatis S. Germani pro obſervantia directæ.

Ex originali in Archivo.

Literæ ad Abbatem Caſſinenſem.

An. 1537. Neapolitanus Prorex haſce Abbati Chryſoſtomo literas dedit. Foris: *Reverendo Abbati Abbatiæ S. Germani regio devoto dilectiſſimo.* Intus: *Carolus V. Romanorum Imperator ſemper augu-*

Ex originali in Archivo.

*auguſtus rex Germaniæ, Johanna mater, & idem Carolus ejus filius regis Caſtellæ Aragonum utriuſque Siciliæ, Hieruſalem, Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Reverendo Abbate, perchè avemo penſato, de vender il criminale de la Abbatia di S. Germano, ne have parſo farvelo intendere ſe voi ſite per comprarlo, per queſto ve facemo la preſente, affinchè ne ſcriviate voſtra volontà & al tale effecto ve inviamo il portatore de queſta à poſta, aviſatene de voſtra voluntà accio poſſiamo exequire quello, che in queſto convene. Datum in civitate Neapoli die 4. Julii 1537. D. Pietro di Toledo, Vid. de Colle R. Vid. Figueroa R. Vid. Loffredus R. ſſ. Martiranus Secretarius, &c.*

Criminalem in urbe S. Germani juriſdictionem emere tentant Caſſinates.

Certo certius credimus hiſce literis permotum Abbatem Caſſinenſem in id negocii maxime incubuiſſe, cum facultatem a Paulo III. obtinuerit vendendi oppidum Citrarii, ut comparata inde pecunia, criminalem juriſdictionem urbis S. Germani, atque oppidorum Abbatiæ emeret, quod hoc Pauli III. diplomate conſtat. Ad Archiepiſcopum Capuanum, & epiſcopum Scyllatii miſſum, quod die 7. Februarii an. 1538. emanavit: *Paulus Papa III. Venerabiles Fratres ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Exponi ſiquidem nobis nuper fecerunt dilecti filii Abbas, & Conventus monaſterii S. Benedicti montis Caſſinenſis, &c. quod ſuperioribus menſibus cum Vicerex, & conſiliarii regni Neapolitani pro imminentibus, & urgentibus neceſſitatibus dicti regni, ad quod occupandum impiiſſimus Turcarum tyrannus ingentem claſſem præparaverat Abbatem, & conventum prædictos ratione terræ S. Germani, & illius caſtrorum, quorum omnimoda juriſdictio civilis a criminali diviſa ad dictum monaſterium &c., & eoſdem Abbatem, & Conventum ſpectat, in regno prædicto baroniam habentes, & inter alios dicti regni Barones enumeratos, & computatos, & prout alii Barones regni prædicti aliquam ſubventionem neceſſitatibus prædictis præſtarent requiſiviſſent, & ipſi Abbas, & conventus pro eo quod propter temporum calamitates, & multa onera, etiam per ſedem apoſtolicam eis impoſita valde gravati fuerint in ſubventione hujuſmodi præſtanda ſe difficiles reddidiſſent, cum ad eorum notitiam deveniſſet, Viceregem, & conſilium prædictos, ut dictis neceſſitatibus in aliqua parte ſubvenirent &c. juriſdictionem criminalem, quam in terris, & caſtris prædictis habebant, in aliquem ex Baronibus regni prædicti alienare velle, dicti Abbas, & conventus conſiderantes, quod dum juriſdictio criminalis hujuſmodi per commiſſarios, ſive officiales regios in terra, & caſtris prædictis exercebatur, commiſſarii, ſeu officiales ad id deputati quamlibet etiam mere civilem cauſam omnino ſub diverſis coloribus criminalem facere, & ad criminalem, ut dicitur, reducere conabantur, ac quod ſuper diſceptatione, & diſcuſſione, utrum cauſæ ipſæ civiles, vel criminales eſſent, graves diſcordiæ, & controverſiæ oriebantur, ſuper quibus Neapoli in conſilio regio, vel alibi litigare oportebat, ac iidem Abbas, & conventus in litibus, & cauſis hujuſmodi expenſas etiam forſan negotium principale aliquando excedentes ſubire cogebantur, eorumque Vaxalli non modica damna, & jacturas ſubſtinebant, quodque ſi &c. criminalis juriſdictio hujuſmodi in aliquem ex dictis Baronibus regniculis tranſferri, & alienari contingeret longe graviora, & deteriora ipſi Abbati, & conventui ſuccedere poſſent, & attendentes, quod terra Citrarii &c. ad monaſterium, & illius menſam hujuſmodi ſpectans, & pertinens ab ipſo monaſterio tercentum miliaribus diſtabat, & ex eo quod mari adiacebat incurſionibus pyratarum admodum ſuppoſita, jam quartus agebatur annus per tyramnum Barbaroſſam tunc illas regiones marittimas deprædantem non ſine magno ipſius monaſterii damno deprædata, & devaſtata fuerant &c. dictam terram Citrarii, ut ex ejus pretio &c. & juriſdictionem criminalem terræ S. Germani, & caſtrorum &c. prædictorum emere poſſent, venalem expoſuerunt, nec non de pretio &c. juriſdictionis criminalis prædictorum cum Vicerege, & conſiliariis præfatis pro ſumma octo millium ducatorum ſimilium convenerunt, & cum nullum alium, quam dilectum filium nobilem virum modernum Ducem Montiſalti præ cæteris decem, & octo millium ducatorum ſimilium pro pretio dictæ terræ Citrarii offerentem, qui meliorem eis conditionem facerent inveniſſent, terram Citrarii prædictam præfato Duci pro dicto pretio decem, & octo millium ducatorum; ſalvo noſtro, & ſedis apoſtolicæ beneplacito vendiderunt &c. ac omnimodam juriſdictionem criminalem prædictam, pro pretio dictorum octo mille ducatorum emerunt, & ex dictis decem, & octo millibus ducatis pretium terræ Citrarii hujuſmodi ipſos octo mille ducatos Viceregi, & conſiliariis prædictis ſolverunt, reſiduo vero pretio dictæ terræ Citrarii uſque ad ſummam decem, & octo millium ducatorum hujuſmodi in aliis ſtabilibus bonis convertere propoſuerunt &c.* Facultatem Archiepiſcopo, & epiſcopo concedit Paulus III., ut ſi venditionem in evidentem cœnobii Caſſinenſis utilitatem ceſſuram conſpicerent approbarent, confirmarentve. Cur vero venditum oppidum Citrarii non fuerit, neque criminalis juriſdictio Urbis S. Germani emta, incompertum. Incurſiones a Turcis in regno Neapolitano factæ, quorum meminit Paulus III. deſcribuntur a Spondano an. 1537. nu. 4., & ſeqq. & Raynaldo ibid. nu. 51., & ſeqq. Anno 1539. Hieronimus Abbas Capitaneum in oppido Citrarii conſtituit Cęſarem Vanutium Romanum, ut ex cit. regeſto p. 160. a tergo, annoque præcedenti creaverat Gubernatorem S. Germani &c. Franciſcum Brunum Neapolitanum, ut ex cit. regeſto p. 152.

Ex originali in Archivo.

Magiſtratus creati.

Literæ Proregis Neapolitani ad Abbatem Caſſinenſem.

Ex originali in Archivo.

Anno 1540. hanc ad Ignatium Januenſem Caſſini Abbatem epiſtolam ſcripſit prorex Neapolitanus, e qua juriſdictio cœnobii noſtri in oppido Citrarii conſtat. Foris: *Reverendo Abbati ſacri monaſterii Abbatiæ Montis Caſini devoto plurimum dilecto &c.* Intus: *Carolus V. Romanorum Imperator ſemper auguſtus rex Germaniæ &c. Johanna mater, idemque Carolus ejus filius reges Caſtellæ Aragonum, utriuſque Siciliæ, Jeruſalem, Unghariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Reverendo Abbate, ſemo informati, che in la terra dello Citraro de quiſſo Venerabile monaſterio de Monte Caſino ſonno alcuni delinquenti, & ogni dì ſe vanno multiplicanno, tra li quali ce è uno Bernardo de la Manthea con tre ſoi fratelli, li quali li di paſſati ammazzaro doe lloro Sorelle, & che per lo Capitanio per vui deputato non ſe pò procedere, prætextu, che dicta terra tenga privilegio de non*

*poſſe-*

Juriſdictio criminaliis in oppido Citrarii. *poſſereſe per lo offitiale procedere contra delinquentes niſi ad querelam partis del che ſtamo non poco ammirati, & non poſſemo penſare, che tale privilegio ſia ſtato in obſervantia per eſſere non ſulo citra lo quieto vivere dè li homini de dicta terra ma ancora in prejuditio de la bona adminiſtratione de la juſtitia, & per queſto ve decimo, & eſortamo, che debiati de continenti provedere, & ordinare tanto al preſente officiale, como alli altri pro tempore deſtinandi, che debbiano procedere ex officio, etiam parte non querulante contra li delinquenti, & malefacturi, contro quali de jure per virtù delle conſtitutioni, & capituli del regno ſe pò procedere ex officio, & maxime contra lo pradetto Bernardo, & fratelli, non obſtante la pretenſione de dicto privilegio, per eſſer, como è dicto, contra la bona adminiſtrazione de la juſtitia, perchè la volontà noſtra è che la juſtizia ſe faczia, & li malefacturi, & delinquenti ſiano puniti, & caſtigati de loro demeriti, & coſi lo exequeriti, altramenti havendomo da hoggi avanti ſemele informazione ſarriamo neceſſitati farence la debita demoſtratione fando lo contrario per quanto havete cara la gratia de la prefacta Maeſtà Ceſarea, & ad nui deſiderate fare coſa grata. Datum in caſtello novo Neapoli. Die 22. Menſis Novembris* 1540. *D. Pietro Vid. de Colle R. Martiranus Secret. Vid. C. Loffredus R. In partium loctia. 27. fol. 62. ſolvit Mand. Al Rdo. Abbate de monte Caſino, che ordena al capitano del Citraro preſente, & futuro, che procedano contra delinquentes ex officio ſecondo ſe deve de juſtitia per virtù delle conſtituzione, & capitoli del regno, non obſtante la pretenſione del predetta univerſità, & maxime contra uno Bernardo, & fratelli della Manthea.*

Oppidum Citrarii ad tempus venditum. Anno 1542. die 7. Auguſti cœnobium Caſſinenſe multo ære gravatum Fabritio Branciæ ad ejus vitam oppidum Citrarii vendidit hiſce conditionibus, quæ in inſtrumento hac de cauſa a notario Johanne Carolo Morella Neapolitano ſtipulato leguntur: *Ex nunc libere vendiderunt, &* Ex originali in Archivo. *alienaverunt &c. ſupra dicto D. Fabritio pro ſe, ſua vita durante tantum & non aliter, nec alio modo abſenti, & dicto Johanni Vincentio, & mihi pradicto notario publico, tamqua perſona publica ratione mei officii, preſentibus, recipientibus, & ſtipulantibus pro dicto D. Fabritio, ſua vita durante tantum ut ſupra, & non aliter ſupradictam terram Citrarii cum ejus caſtro, ſeu fortellitio hominibus vaxallis cujuſcumque legis, ſepta, nationis, conditioniſve ſint, Vaxallorumque redditibus, Vendentibus, angariis, perangariis, feudis, feudatariis, ſubfeudatariis, quaternatis, & non quaternatis, nobilibus, & ruſticis, planis, & de tabula, cenſibus quibuſcumque, domibus, edificiis, maxariis, caſalenis, jardenis, tabernis, oſtariis, Startiis, olivetis, & tappetis, furnis montaneis, Vineis, arbuſtis, terris cultis, & incultis, decimis, ſervitutibus, & juribus ſervitutum, territoriis, tenimentis, communitatibus, uſibus, juribus paſculandi, gabellis, dohanis, datiis, ſcannagiis, portu, juribus exitura, & portulania, mercatura, ponderum, & menſurarum, pontibus, pedagiis, paſſagiis, paſſibus, juribus, platteaticis, nemoribus, glandaticis, herbagiis, paſcuis, pratis, querquetis, caſtanetis, fidis, disfidis, franchitiis, immunitatibus, honoribus, privilegiis, gratiis, aquis, aquarumque decurſibus, fluminibus, paludibus, pantanis, fontibus, molendinis, bactinderiis, lacubus, rivis, piſcationibus, ſerris, venationibus, bonis vacantibus, mortitiis, defenſis, foreſtis, montibus, planis, vallibus, lampiſiis, bajulatione, officio, magiſtratus actorum, ſi qui, vel ſi qua, aut ſi qua ex pradictis ſunt, & ad dictam terram, ſeu ad dictum ſacrum monaſterium tamquam dominum, & patronum ipſius ſpectant, & pertinent, tam de jure, quam de conſuetudine, & alio quovis modo, & cum banco Juſtitia, & cognitione cauſarum civilium, criminalium, & mixtarum, mero, mixtoque imperio, & gladii poteſtate inter homines, & per homines dicta terra, & cum integro ejus ſtatu, & ſi, & prout dictum ſacrum monaſterium, & ſui pradeceſſores terrarum ipſam cum pradictis omnibus, & aliis quibuſcumque melius, & plenius habuerunt, tenuerunt, & poſſiderunt, & de praſenti monaſterium ipſum habet, tenet, & poſſidet, habereque, & poſſidere poteſt, tam de jure, quam de conſuetudine, & alio quovis modo, ut ſupra, etiamſi jura ipſa eſſent regalia, & principi reſervata, & talia, de quibus opporteret hic fieri expreſſam, & ſpecialem mentionem, & in generali ſermone non venirent, & includerentur, & hoc pro convento, & finito pratio, integro, & ſignali pagamento venditionis pradicta ducatorum quinque millium, & quincentorum de carlenis argenti, boni, & juſti ponderis, ac recti cunei generalis ad rationem carlenorum decem pro quolibet ducato uſualis moneta hujus regni, & pro ducatis tricentis conſignandis dicto monaſterio, durante vita dicti D. Fabritii quolibet anno, ut infra &c. Itaquod, ſecuta morte dicti D. Fabritii naturali, vel civili, quomodocumque ſequeretur, caſu quo terra pradicta propter dictam mortem civilem reverteretur ad dictum monaſterium, ut infra, & in praambula hora mortis ipſius dicta annua praſtatio extinguatur, eoque tempore extincta eſſe intelligatur: &c. remanentibus tamen dictis ducatis quinque mille in poſſe monaſterii tamquam aquiſitis per idem monaſterium virtute venditionis pradicta &c. promiſit inſuper prafatus Joannes Vincentius nomine antedicto infra annos duos a praſenti die in antea numerandos expendere, vel expendi facere in augumentum pradicta terra ducatos mille de carolenis argenti in pace, & ſine dilatione quacumque, ac omni exceptione remota, tali namque pacto, lege, & conditione habitis, & expreſſe firmatis inter partes ipſas, nominibus ſupra coram nobis, quod ſtatim ſequuta morte dicti Domini Fabritii naturali, vel civili, adeoque propter dictam mortem civilem confiſcarentur bona pradicti Domini Fabritii, & inter alia dicta terra Citrarii, & in praambula hora mortis ipſius prefata terra Citrarii cum integro ejus ſtatu, & cum dicto augumento dictorum ducatorum mille in ea, ut ſupra faciendo, & quovis alio, quo tempore dicta mortis ſimiliter in eadem terra factum reperiretur per dictum D. Fabritium reſtitutis prius per dictum ſacrum monaſterium haredibus pradicti D. Fabritii ducatis quingentis de carolenis argenti tantum de ſumma ſupradictorum ducatorum quinque millium, & quincentorum, & ſupra receptorum, & dictis ducatis quinque mille, ex eis rema-*

Cauſe civiles, mixte, criminales, gladii poteſtas.

Digitized by Google

*remanentibus in poſſe dicti monaſterii aquiſitis ut ſupra ex cauſa dicta venditionis, ipſo jure, ipſoque facto revertatur, & reverſa eſſe intelligatur ad dictum ſacrum monaſterium, & ſucceſſores in eo, liceatque, & licitum ſit dicto ſacro monaſterio, & ſucceſſoribus in eodem propria authoritate dictam terram, cum integro ejus ſtatu, & cum augumento prædicto capere, & apprehendere, & reſiſtentes, ſi qui forte fuerint, etiam manu armata, & militari, ſi expedierit, expellere, &c.* Interfuit huic inſtrumento per procuratorem Martia Maramalda Fabritii uxor, illudque poſtmodum ratum habuere ambo hi coniuges. Facultatem hujuſce venditionis perficiendæ, utpote delegati apoſtolici, conceſſere, Thomas de Feltrio Abbas S. Mariæ de crapula urbis Maſſæ, & Lucas Cangianus canonicus eccleſiæ cathedralis Neapolitanæ.

Gubernator in S. Germano electus.

Hieronymus Abbas an. 1543. urbis S. Germani &c. Gubernatorem conſtituit V. J. D. Johannem Andream del Giudice, ut ex regeſto II. Congregationis p. 3. a tergo.

Reus ex oppido S. Petri de Avellana ad S. Germanum exportatus.

Cum anno 1545. homicidam oppidanum Sancti Petri de Avellana in urbis S. Germani carceres transferre optaret Caſſinenſis Abbas, ne Barones, e quorum ditione armatis, ſatellitibus tranſeundum erat, vel reus ipſe, quod e patria extraheretur, aliquid cauſarentur, obtinuit a regio Collaterali conſilio, ut in futurum, etiam id ei liceret hiſce literis, ex quibus juriſdictionem etiam criminalem in oppido Sancti Petri de Avellana habuiſſe Caſſinates liquet: *Carolus Quintus, divina favente clementia Romanorum imperator ſemper auguſtus rex Germania, Johanna ejus mater, & idem Carolus ejus filius reges Caſtella, Aragonia, utriuſque Sicilia, Jeruſalem, Ungaria, Dalmatia, Croatiaque &c. D. Petrus de Toledo Marchio Villa Francha Cæſarearum & catholicarum Majeſtatum in præſenti regno Vicerex, locum tenens, & capitaneus generalis, &c. A tutti, e ſinguli Baroni titolati, e non titolati, Gubernatori, Auditori, Capitanei, Aſſeſſori, Sindici, Electi, Univerſità, & homini, e altri officiali, & perſune qual ſevogliano, alli quali la preſente ſpettarà pervenerà, ò ſarà preſentata, la gratia & buona volontà per parte degl' infraſcritti ſupradicti &c. ne è ſtato preſentato memoriale del tenore ſeguente vid. Illuſtriſſimo Signore. Per parte del Governatore dell' Abbate, e Monaci di Monte Caſino ſi fa intendere à V. E. como de proximo, è ſtato ammazzato un povero giovane innocente de Sancto Petro dè là Vellana da certi malfattori de ditta terra Vaxalli de ditto monaſtero, de li quali homicidi è ſtato preſo uno, al quale eſſi ſupplicanti intendono voler far dare la condegna pena, ſecundo de juſtitia ſerà determinato, & perchè là dicta terra di Sancti Pietro è priva di perſone litterate, & in quella non ci è dottore, ne notario alcuno, & ſta in loco ſolitario circondata de montagne, & altri lochi ſempre quaſi pieni de foraſciti, & malfactori, & habita poco, & dicto monaſterio non poteria tenere in quella perſone aſſai per guardia perche è di poche entrate, & ditto malfactore have parenti dentro là terra predetta, & fori di eſſa, quali per simile omicidio, & altri deliti vanno fuggendo, & haveano fatto, e cercano fare continuamente conventicoli de malfattori, ſi per levare dalle carcere ditto preſone ſi anco per ammazzar l' officiale de ditta terra, di modo che li doctori, & altri notari con grandiſſimo pericolo della vita loro potriano andare ad proceſſare, & juſtificare dicto delinquente, ne altri complici in ditta terra de S. Pietro; per tanto ſe ſupplica V. E. intuitu omnipotentis Dei, & ſub zelo juſtitia ſe digne permettere, che lo dicto monaſterio, e ſui officiali, citra tamen præjudicium juriſdictionis quarumcumque perſonarum, poſſa fare condurre ditto delinquente, & altri vaſſalli del ditto monaſterio, de ditta terra de S. Pietro malfattori, che ſi pigliaranno in futurum, in la città de S. Germano, dove detto monaſterio tene la juriſdittione civile, e per l' adminiſtratione de quella eſſo Governatore, quale ei dottore, & altri officiali, dove anco è copia d' altri dottori, e notari, & è loco tuto da tenere, e punire delinquenti, & in quella li poſſa fare proceſſare, tormentare, e giuſtificare nomine, & pro parte dicti monaſterii, dalli officiali de ditto monaſterio ſecundo la juſtitia recerca, lo che eſſi ſupplicanti reputaranno à gratia ſingulariſſima a V. E., ut Deus &c. Noi inteſa tale expoſitione volendo debite provedere, dicimo, ordinamo, & commandamo a tutti li ſopraditti, & à ciaſcheduno de eſſi in ſolidum unicuique in ſua juriſdictione, che debbano permettere, che li ditti ſupplicanti poſſano far condurre in la ditta terra de S. Germano, dove ditto monaſterio tene la juriſdittione civile, lo ditto delinquente, & altri vaxalli del ditto monaſterio della ditta terra di S. Pietro della Vellana malfattori, che ſi pigliaranno in futurum, & in ditta terra di S. Germano eſſo Gubernatore, & altri officiali del ditto monaſterio preſenti, & futuri, le poſſano proceſſare, tormentare, & juſtificare nomine, & pro parte dicti monaſterii ſervata forma juris conſtitutionum, & capitulorum regni, & ſecundo il tenor del preinſerto memoriale a tal che li delitti non remangano impuniti, e così ſe exequa, e non altrimente per quanto ſe hà cara la gratia della maeſtà Ceſarea, & a pena de mille ducati. La preſente reſte al preſentante. Datum in caſtro novo Neapoli, die 16. menſis Decembris 1545. D. Petro di Toledo. Vid. de Colle Rſ. Vid. Martialis Reg. Vid. C. Loffredus Rſ. D. ViceRex locumtenens generalis mandavit mihi Bernardino Martirano. Nihil ſolvat ſi alias ſolvit. Avitaja pro Taxatore.* Locus ✠ ſigilli impreſſi.

Anno 1547. die 19. Novembris Capitaneum Serræ Monacheſchæ conſtituit Laurentius Zambelus Mantuanus Caſſini Abbas Nitium Fagium e caſtello Sangri ex cit. reg. Eodem anno die 6. Decembris. Laurentius Abbas Capitaneum S. Petri de Avellana elegit Bernardinum Blancum a Vallerotunda ex cit. regeſto p. 22. a tergo, ubi in patentibus literis hæc præcipua leguntur. *Te prædictum Bernardinum capitaneum*

Capitaneus in oppido Serræ monacheſchæ eligitur.

Et Capitaneus S. Petri.

neum

*neum in dicto caſtro noſtro Sancti Petri Avellanæ ut ſupra &c. creamus &c. cum plena, & omnimoda poteſtate &c. omnes, & quaſcumque cauſas civiles, & criminales cognoſcendi etiam cum gladii poteſtate ſi opus fuerit &c. mandantes omnibus, & ſingulis officialibus, Camerario, Maſſariis, cæteriſque hominibus &c. dicti caſtri S. Petri, ut te in dicto officio ſuſcipiant &c. obediant &c. & contrarium non faciant, pro quanto gratiam noſtram caram habent, & pœnam unciarum auri centum cupiunt evitare.*

Gubernator, & Judex ad contractus electus.

An. 1549. Hieronymus Abbas Gubernatorem urbis Sancti Germani &c. conſtituit Johannem Rodriguez Hiſpanum ex cit. regeſto p. 35. a tergo. Et an. 1550. judicem ad contractus in oppido Valliſrotundæ, aliiſque cœnobio noſtro ſubditis Antonium Rhodi hiſce literis, quæ in cit. regeſto p. 36. a tergo, extant. *Hieronymus de Placentia Abbas ſacri monaſterii Caſſinenſis. Dilecto nobis in Chriſto Antonio de Rodo de caſtro Valliſrotundæ pertinentiarum, & juriſdictionis Abbatiæ Caſſinenſis ſalutem &c. Habet regnum Siciliæ laudabilem obſervantiam generalem per provincias, civitates, terras, & loca dicti regni judices per Præſides conſtituti, publicis debeant intereſſe judiciis, & contractibus ſine quorum præſentia ipſorum contractuum vacuus eſt effectus &c. te præſentem, tua vita durante ad cauſas, & contractus judicem ſpecialiter in dicto caſtro Valliſrotundæ, & generaliter ubicumque per terras, & loca dicti ſacri monaſterii, cum omnibus, & ſingulis honoribus, & prærogativis ad dictum judicatus officium pertinentibus &c. ex certa noſtra ſcientia, ac proprio motu, harum ſerie, & tenore &c. facimus, conſtituimus, & omni meliori via jure, modo, & forma, quibus melius poſſumus, & debemus &c. Mandantes propterea univerſis, & ſingulis Vaxallis, & ſubditis dicti ſacri monaſterii Caſſinenſis tam præſentibus, quam futuris contrahere volentibus, quatenus ad te, tamquam verum Judicem ad cauſas, & contractus legitime conſtitutum de cetero in eorum, caſibus oportunis recurrant recepto prius a te corporali juramento tactis ſcripturis de officio ipſo fideliter, & realiter exercendo. In quorum omnium, & ſingulorum fidem præſentem fieri juſſimus ſigilli dicti monaſterii appenſione, & noſtra propria manus ſubſcriptione munitas. Datum in civitate Sancti Germani in Palatio Caſſinenſi die decima Februarii 1550. Ita eſt. Idem Hieronymus manu propria.*

Lis quoad officium Magiſtri Actuum compreſſa.

Cum ab anno 1549. notarius Marcellus de Marcellis cui an. 1498. Johannes de Medicis Abbas Caſſinenſis cancellarias curiæ ſpiritualis, & temporalis ad vitam cum omnibus emolumentis conceſſerat, obiiſſet, cœnobium Caſſinenſe munus illud pro libito alteri commiſerat. Conquæſtus hac de re eſt Antonius, ſeu Antonellus Marcelli filius, contendebatque ne dum ambas illas cancellarias, verum, & bajulationis an. 1533. fuiſſe ſibi ab Auguſtino Abbate conceſſas, eamque conceſſionem confirmatam a Clemente ſeptimo hoc brevi. Foris: *Dilecto filio Antonio Marcello laico nullius diœceſis.* Intus vero:

Ex originali in Archivo.

*Clemens Papa VII. Dilecte fili ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper feciſti, quod alias, poſtquam fel. rec. Sixtus PP. IV. prædeceſſor noſter qm. Antonio Marcello proavo tuo officium cancellariæ, ſeu notariatus monaſterii Caſſinenſis ordinis Sancti Benedicti nullius diœceſis ſedis apoſtolicæ immediate ſubiecti, nec non terræ S. Germani ad monaſterium prædictum etiam jure temporalis dominii pertinentis, cum emolumentis, honoribus, & oneribus ſolis, & conſuetis ad præfati Antonii vitam de tunc adminiſtratoris ipſius monaſterii conſenſu conceſſerat, conceſſionemque prædictam piæ memoriæ Innocentius VIII. ſimiliter prædeceſſor noſter approbaverat, & confirmaverat præfato Antonio vita functo recol. mem. Leo PP. X. etiam prædeceſſor noſter tunc in minoribus conſtitutus Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis exiſtens, & monaſterium prædictum in commendam obtinens, officium prædictum qm. Johanni Marcello avo pro ſe, & dilecto filio Marcello patre tuis ad vitam utriuſque cum facultatibus, & poteſtatibus tunc expreſſis conceſſit, conceſſionemque hujuſmodi S. mem. Alexander VI. ſimiliter prædeceſſor noſter etiam approbavit, & confirmavit, prout in ipſorum prædeceſſorum litteris plenius contineri dicitur. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, dilecti filii Abbas, & conventus monaſterii prædicti conceſſionem per præfatum Leonem prædeceſſorem, ut præfertur factam ad vitam tuam per eorum patentes litteras extenderint & ampliaverint, tuque cupias extenſionem, & ampliationem hujuſmodi pro illarum ſubſiſtentia firmiori per nos approbari, & confirmari, illiſque apoſtolicæ firmitatis robur adjici. Eapropter pro parte tua nobis fuerit humiliter ſupplicatum, ut votis tuis hujuſmodi annuere, ac alias in præmiſſis oportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos hujuſmodi tuis ſupplicationibus inclinati extenſionem, & ampliationem, juxta dictarum litterarum patentium tenorem, authoritate apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque apoſtolicæ firmitati robur adjicimus ſupplentes omnes, & ſingulos defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 25. Junii 1533. Pontificatus noſtri anno decimo. Bloſius &c.* Contra reponebat cœnobium Caſſinenſe non potuiſſe Auguſtinum Abbatem cancellarias illas concedere, inconſultis Monachis, quorum ſcitu, conſenſuque in capitulo ad ſonum campanæ congregatorum alienationes, aliaque ſunt peragenda ex SS. canonibus, & conſtitutionibus Pontificiis, Imperialibus, & Congregationis Caſſinenſis; imo ne quidem Monachi concedere illas potuiſſent, cum in cœnobii noſtri detrimentum conceſſio vergeret, atque facta eſſet citra ullam utilitatem, neceſſitatemque, neque confirmatio apoſtolica ſuffragium aliquod Antonio afferebat, cum falſo expoſuerit ab Abbate, & Monachis Caſſinatibus illud ſibi jus conceſſum fuiſſe, qui defectus ſuppleri a pontifice non potuit illis verbis: *Supplentes omnes, & ſingulos defectus &c.* Cum ignoraret Pontifex abſuiſſe Monachorum conceſſionem,

nem, ut doctores omnes docent. Validiſſimas alias exceptiones afferebant Caſſinates contra memoratam conceſſionem. Antonius itaque aliquid ſe a Caſſinatibus obtenturum deſperans in jus illos coram ſacro conſilio hac de re vocavit, falſo exponens per vim cancellarii munere ſe ab eis deturbatum. At pluribus in ſacro Conſilio actis, aptius tandem judicatum eſt diremtis litibus amice litem paciſci. Hinc Antonius Marcellus die 12. Aprilis 1553. publico inſtrumento rogato penes acta notarii Cæſaris Martucii cœnobio Caſſinenſi juri omni ſibi forte ex conceſſione illa competenti renunciavit, viciſſimque illi quotannis ad ejus vitam ſolvere ſexaginta ducata Caſſinates ſpoponderunt.

Citrarii oppidum recuperatum.

Fabritius Brancia, cui ad vitam Caſſinates oppidum Citrarii vendiderant, pactis haud ſteterat. Ne dum enim tercentum ducata non ſolverat quotannis verum neque mille in oppidi augumentum, qua de cauſa in jus illum Caſſinates ad ſacrum conſilium vocarunt an. 1551. die 19. Februarii, ubi ineluctabilibus argumentis oſtenderunt a vetuſtiſſimis temporibus poſſeſſum a cœnobio Caſſinenſi fuiſſe oppidum Citrarii cum juriſdictione civili, criminali, mero, mixtoque imperio, & gladii poteſtate, cumque primis, & ſecundis cauſis civilibus, & criminalibus.

Juriſdictiones, & bona in caſtro Citrarii, Vico S. Angeli, & caſtro diſerſo Fellæ.

In eo etiam ejuſdemque territorio poſſediſſe piſtrina, agros, vectigal, ſeu decimas piſcium, ovium, caprarum, & porcorum, treſque oves aut capras, & quatuor ſues pro centum ab iis ſolutos, qui animantia illa in Citrarienſi territorio paſceret. Poſſidere etiam cancellariam, minutaſque dohanas, ideſt vectigalia olei, vini, aliarumque rerum, quæ mari terraque extrahuntur, Scannagium animantium, fidam, & diffidam animantium alienigenarum, bajulationem, Syclam, Portulaniam, vectigal ab iis ſolutum, qui naves, navigia, piratica, liburnicas, aliarum cymbarum genera conſtruerent, alioſque redditus. In oppidi Citrarii locatione comprehendebatur etiam Vicus Sancti Angeli, & feudum Fella, in quo ex teſtium depoſitione ſaccarum fiebat, atque in oppido Citrarii conſtruebantur triremes, naves, navigia piratica, liburnicæ, celoces, aliæque Cimbarum ſpecies.

Saccarum fit in caſtro Fellæ, & Triremes naves &c. in caſtro Citrariis.

Porro conſtructas ibi triremes conſtat ex relatione a regia camera Proregi facta cum Citrarii oppidum a Barbaroſſa captum, vaſtatumque eſt. Ea omnia fatetur etiam Fabritius Brancia in articulis a ſe factis, licet negaret tantos eorum omnium eſſe reditus, quemadmodum Caſſinates aſſerebant, hincque contenderet enormiſſime ſe fuiſſe hoc in contractu læſum. Compoſita lis eſt cum Fabritii uxore ut dicemus: cumque is anno 1552. menſe Januario obiiſſet, ſtatim cœnobium Caſſinenſe poſſeſſionem ejus oppidi pro pactis conditionibus iniit, ut inſtrumento conſtat rogato penes acta notarii Tiberii Barone ex oppido Fuſcaldo. Die 19. Menſis Januarii decimæ indictionis 1552. Iterumque die 9. Februarii ejuſdem anni omni ſolemnitate ejus oppidi poſſeſſio eſt capta Caſſinatium nomine a D. Gordiano a Cajeta Cellerario, & procuratore Caſſinenſi, ut ex Actis ejuſdem notarii Tiberii Barone.

Bona quædam cœnobii S. Liberatoris locata.

Die 15. Junii ejuſdem anni Philippus Cavenſis S. Liberatoris Prior Johanni, alias Magiſtro, Marco Mancino, & Angelo Scarinci ex rocca montis Plani locavit ad annum capitula damnorum datorum in territorio Pomarii, & S. Angeli, ea lege, ut nulli facultatem, vel cedendi ligna, vel paſcendi animalia concederent, ſecus toties unam auri unciam cœnobio perſolverent, ut ex inſtrumento a notario Alberto de Fatis a Lama rogato conſtat.

Gubernatores S. Germani, & Citrarii creati.

Conſtituit hoc anno Innocentius Abbas Gubernatorem urbis S. Germani &c. U. J. D. Angelum Hieronymum Severinum ex cit. regeſto pag. 56. Anno 1553. Citrarii Gubernatorem creavit Alphonſum Tagliaferrum ab Altomonte ex cit. regeſto pag. 59. a tergo, eodemque anno die 9. Septembris Gubernatorem Sancti Germani U. J. D. Benedictum Fibula a Peruſio, ut ex cit. regeſto pag. 68.

Philippus II. Rex Neapolitanus creatus.

Anno 1554. cum Philippus Auſtriacus Mariam Henrici VIII. Angliæ regis, & Catharinæ Aragoniæ filiam eſſet ducturus, a Carolo V. patre rex Neapolitanus declaratur, aſſentiente ſummo Pontifice Julio III., cujus regni poſſeſſionem per procuratores Petrum Paceccum Cardinalem Proregem, atque Ferdinandum Franciſcum de Avolos Marchionem Piſcariæ iniit, in ejuſque verba dynaſtæ omnes regni jurarunt. Vid. Spondanus hoc anno nu. 2. Raynaldus nu. 9., & ſeqq., & Summonte in vita Caroli 5. Anno inſequenti 1555. Johanna Caroli V. mater obiit, cui, quoad vixit, regnorum tituli ſunt conſervati, ejuſque nomen cum illo Caroli in publicis quibuſque monumentis exaratum, vel filii pietate, vel ſupremi Hiſpanici Senatus decreto. Vid. Spondanus hoc anno nu. 12., & 13., & Raynaldus nu. 49. Eodemque anno Carolus Imperator raro, admirandoque rerum humanarum contemptu regna omnia reliqua Philippo filio tradidit ſolitariam vitam acturus, atque ita filium eſt allocutus, ut tradit Raynaldus hoc anno nu. 49. *Reliqui reges ſe filiis vitam tradere gaudent, & regna tradituros pollicentur cum illa amplius tenere non potuerint. Ego poſtremum hoc donum præripere mortis neceſſitati volui, ſi te non magis viventem ex me quam ex me regnantem aſpicerem, commendo tibi divini Numinis timorem, & amorem, catholicæ religionis defendendæ ſingulare ſtudium, juris, legumque tutelam, tanquam regnorum firmiſſima fundamenta, ac præſidia.*

Magiſtratus creati.

Anno 1556. Ignatius Abbas die 17. Junii capitaneum Citrarii conſtituit U. J. D. Alphonſum Fagium a caſtello Sangri ex cit. regeſto p. 77. a tergo. Die 9. Septembris Capitaneum Serræ Monacheſchæ Bernardinum Blancum, a Vallerotunda, atque oppidi Sancti Petri de Avellana notarium Stephanum Rubeum a Vallerotunda ex cit. regeſto pag. 80. a tergo. Die 16. Septembris Gubernatorem urbis Sancti Germani U. J. D. Manilium Janauccium a Verulis ut ex cit. regeſto p. 81.

Concordia inita.

Hoc anno concordia eſt inita inter ſacrum Caſſinenſe monaſterium, & Martiam Maramaldam uxorem Fabritii Branciæ cui ad vitam Citrarii



Digitized by Google

trarii oppidum venditum fuerat, ut inſtrumento die 13. Decembris a Notario Scipione Foglia Neapolitano rogato liquet, in quo hæc ad rem noſtram leguntur. *In noſtri preſentia conſtitutis* Ex originali in Archivo. *Magnifica Dña Martia Marramalda de Neapoli Dña vidua jure Romano vivente, ut dixit, ceſſionariaque totius hereditatis, & bonorum qm. magnifici D. Fabritii Brancia de Neapoli ejus viri &c. agente ad infraſcripta omnia ceſſionario nomine hereditatis prædicta, pro ſe, ejuſque hæredibus, & ſucceſſoribus &c. ex una parte, & R. D. Ignatio de Neapoli, & D. Victorino de Panormo Ordinis S. Benedicti, dictoque D. Ignatio Abbate, & dicto D. Victorino procuratore generali, ut dixerunt venerabilis monaſterii Montis Caſini agentibus ſimiliter ad infraſcripta omnia nomine, & pro parte dicti monaſterii Montis Caſini &c. Præfata vero partes dictis nominibus, & qualibet ipſarum ſponte aſſeruerunt pariter coram nobis, annis præteritis, dum in humanis agebat dictus qm. D. Fabritius Reverendiſſimos Abbatem, & Fratres monaſterii prædicti in publico teſtimonio conſtitutos vendidiſſe, & alienaſſe, nomine dicti monaſterii prædicto qm. D. Fabritio pro ſe, ſua vita durante tantum, & non ultra, terram Citrarii dicti monaſterii &c. cum ejus caſtro, ſeu fortellitio, hominibus, vaxallis, vaxallorumque redditibus, omnimoda juriſdictione civili, criminali, & mixta, primis, & ſecundis cauſis, mero, mixtoque imperio, & gladii poteſtate, quatuor litteris arbitrariis, & poteſtate componendi delicta, pœnaſque commutandi de corporali in pecuniarias, illaſque remittendi, in toto, vel in parte, ſatisfacto prius parti leſa, & cum omnibus aliis ejus juribus, introitibus, redditibus, proventibus, actionibus, juriſdictionibus, & pertinentiis quibuſcumque ad dictam terram Citrarii tam de jure, quam de conſuetudine ſpectantibus, & pertinentibus quovis modo, & integro ſtatu ſuo &c.* Lis inde refertur a cœnobio noſtro contra D. Fabritium in ſacro conſilio inſtituta, tandemque concordiæ nomine laudata Martia quingenta ducata a cœnobio Caſſinenſi hæredibus D. Fabritii debita remiſit aliaque quingenta Caſſinatibus ſolvit.

Magiſtratus creati. Die 26. Decembris ejuſdem anni Ignatius Abbas capitaneum Citrarii conſtituit U. J. D. Johannem Migliaccium a Neapoli ex cit. regeſto p. 82. Anno 1557. die 13. Septembris Gubernatorem S. Germani U. J. D. Alphonſum Fagium ex caſtello Sangri ex cit. reg. p. 87. a tergo, & die 27. Novembris ejuſdem anni capitaneum Citrarii U. J. D. Johannem Bernardinum de Bernaudo a Montealto ex cit. reg. p. 90.

Fines S. Petri in fine vindicati. Contendebat Hector Ferramoſca alias Leognanus Mennenſium comes quaſdam territorii S. Petri in fine partes ſui juris eſſe, intraque fines territorii Mennenſium concluſas. Hinc cœnobii noſtri animantia, quæ illis in partibus paſcebant, violenter invaſit, abſtulitque. In jus a Caſſinatibus hanc ob rem vocatus eſt Hector coram S. conſilio, atque in proceſſu compilato preſentarunt oppidi S. Petri fines a regeſto finium ditionis Caſſinenſis oppidorum, an. 1278. juſſu Bernardi Abbatis facto, extractos, pluribuſque adductis teſtibus demonſtrarunt, partes illas in territorio oppidi Sancti Petri in fine, ſitas, regeſtoque finium hactenus fidem ab omnibus ita adhibitam ut lites circa fines ſuos inter oppida ditionis Caſſinenſis inſtitutæ ad hujus regeſti aſſertionem ſint compoſitæ, etiam a regiæ cameræ Summariæ miniſtris, qui litem quoad fines anno 1545. inter univerſitates S. Germani, & S. Angeli, illamque inter oppida S. Apollinaris, & Vallisfrigidæ hujus regeſti authoritate decreverunt. Anno tandem 1558. die 16. Aprilis controverſum locum adiit Johannes Andreas de Curtis regius Conſiliarius, atque Præſidens ſacri conſilii, ubi interventu memorati Hectoris, & Decii Columnæ ejus leviri, præſentibuſque ambarum partium advocatis, & procuratoribus hæc ſententia prolata eſt. *In Dei nomine amen. Pateat univerſis, & ſingulis quod nos Philippus Dei gratia rex Caſtella, Aragonum, Anglia, Francia, utriuſque Sicilia, Hieruſalem,* Ex originali in Archivo. *Hyberniaque, &c. Viſa ſupplicatione Ceſarea majeſtati in noſtro ſacro regio conſilio oblata pro parte Reverendi, ac venerabilis Abbatis & monachorum ſacri monaſterii montis Caſini utilis domini caſtri Sancti Petri in fine contra ſpectabilem Hectorem Fieramoſca Comitem Mignani cujus tenor talis eſt qui ſequitur, &c. Sereniſſima Majeſtati &c. Viſo loco differentia territorii deducti in judicio præſentibus ambabus partibus per magnificum, & circumſpectum V. J. D. Johannem Andream de Curtis noſtrum regium Conſiliarium, & cauſa commiſſarium, &c. Viſis denique videndis, attentiſque attendendis, & conſideratis conſiderandis totius preſentis cauſa meritis, & proceſſu &c. Per hanc noſtram diffinitivam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, territorium dicti caſtri Sancti Petri in fine dividi, & terminari a territorio terra Mignani per fines deductos pro parte dicti ſacri monaſterii Montis Caſini utilis domini caſtri prædicti, & annotatos in rubrica articulorum dicti ſacri monaſterii productorum in proceſſu, & propterea non licere dicto ſpectabili Comiti Mignani, & ejus officialibus monaſterium prædictum moleſtare aut moleſtari facere, in dicto territorio ut ſupra confinato, nec in eo aliquid facere, aut ſe intromittere, ſed ſinere, & pati, illud eo gaudere, frui, & potiri tamquam utilem dominum caſtri prædicti &c. A cæteris autem hinc inde prætenſis utramque partem abſolvimus, & pœnitus liberamus, & neutram partem ad expenſas condemnamus. Johannes Andreas de Curtis. Hanc eandem noſtram diffinitivam ſententiam taliter in hiis ſcriptis exinde proferentes &c. Die 3. menſis Decembris 1558. Neapoli lecta, lata, & publicata in dicto S. R. C. pro tribunali ſedente in Regio palatio Juſtitia Capuana per me Johannem Portium prædicti ſacri conſilii, & cauſa actorum magiſtrum aſſidentibus ibidem prædictum S. R. C. Regentibus excellentibus, & magnificis D. Johanne Andrea de Curtis regio Conſiliario, & pro Præſidente ac relatore, D. Antonio Patigno, D. Felice de Rubeis, D. Thoma de Altomare, D. Nicolao Franciſco Conſtantio, D. Johanne Baptiſta Manſo, D. Conſalvo Belamodei, D. Bernardo Aſcodillo, & D. Michaele Villanova Regiis Conſiliariis, preſentibuſque nonnullis Actorum*



Digitized by Google

*Magiſtris S. C. ſcribis, & Porteriis, & aliis in numero copioſo, Joannes Portius qui ſupra &c.*

Proviſionales literæ expeditæ fuere die 14. Decembris ejuſdem anni, atque die 20. intimatæ memorato Comiti.

Magiſtratus creati. Ignatius Abbas die 6. Julii Capitaneum ſancti Petri de Avellana conſtituit Gaſpar de Maſonis Sangermanenſem ex cit. regeſto p. 94. a tergo, & die 3. Octobris Gubernatorem ſancti Germani V. J. D. Mutium Gazellam Cajetanum ex cit. regeſto p. 97. a tergo. Paucis ante diebus nempe 21. Septembris feſto S. Matthæi illi fauſtiſſimo obiit vir maximus Carolus V. cujus virtutes deſcribunt Spondanus, & Raynaldus an. 1558. nu. 9., & 10. Anno inſequenti 1559. Angelus Abbas die 25. Junii Gubernatorem S. Germani conſtituit U. J. D. Pomponium de Philippis Fractenſem ex cit. regeſto p. 101. & die 28. Octobris Citrarii capitaneum U. J. D. Bernardum de Juvenibus Cavenſem ex cit. reg. p. 103.

Compoſitio inter cœnobiū Caſſinenſe, & Sangermanenſes inita. Contenderant a tempore Ignatii Abbatis Sangermanenſes eos alienigenas in cataſto ſuo recenſere, qui intra territorium oppidi Pignatarii agros, prædiaque poſſidebant, quibus Ignatius obſtiterat, veritus, ne cœnobium Caſſinenſe graviſſima inde incomoda potiſſimum quoad diminutionem jurium Baronalium pateretur. Hincque a regia camera literas obtinuit, quibus Johanni Baptiſtæ Gallo commiſſario deputato ad cataſtum S. Germani conficiendum jubetur, ne bona alienigenarum in territorio Pignatarii ſita in eo deſcriberet, quod ejus oppidi territorium ſeparatum ab illo S. Germani eſſet. Haud aliquid novare tunc auſi Sangermanenſes; at novi Abbatis Angeli occaſione capta licentiam ab eo id præſtandi obtinuere, ea lege, ut ſtatim hæc conceſſio a cataſto obliteraretur, quoties compertum fuiſſet in damnum eam cœnobii Caſſinenſis vergere, ut fuſius conſtat inſtrumento a notario Cæſare Martuccio Sangermanenſi die 29. Julii an. 1559. ſtipulato. Ubi ad Caſſini reſcitum eſt, Monachi Abbati, atque Sangermanenſibus quot ex recenſione illa cœnobio Caſſinenſi detrimenta provenirent oſtenderunt. præſtiteruntve, ut amice hoc inſtrumento res componeretur, in quo ea potiſſimum, quæ virgulis ad marginem notantur noſtra referunt,

Ex originali in Archivo. *In Dei nomine amen: Anno incarnationis ejuſdem 1559. regnante Philippo rege &c. Die vero 14. menſis Novembris prima indictionis. In ſacro monaſteria Montis Caſini. In noſtra judicis notarii, & teſtium infraſcriptorum ad infraſcripta vocatorum, & rogatorum preſentia perſonaliter conſtituti nobiles Pirrus Loyſius ſummus &c. Sindici, & Electi civitatis S. Germani agentes ad infraſcripta omnia, & ſingula in praſenti inſtrumento contenta, &c. ac univerſitate, & hominibus dicta civitatis S. Germani, pro quibus de rato promiſerunt. Qui quidem Sindici, & Electi coram nobis aſſeruerunt die 29. Julii prima inditionis 1559. in civitate Sancti Germani nobiles Pirrum de Plumbarola &c. Pradeceſſores Sindicos, & Electos dicta civitatis impetraſſe, ac obtinuiſſe quamdam licentiam, & conſenſum accataſtandi in cataſto dicta civitatis Sancti Germani, ac incorperandi in dicto cataſto exteros aliena juriſdictionis bona tenentes in territorio caſtri diruti Pinnatarii dominii, & juriſdictionis Caſſinenſis a revendo D. Angelo de caſtro Sungri Abbate moderno dicti ſacri monaſterii Caſſinenſis juxta ſolitum, & conſuetum, nolentes dicti praceſſores Sindici litigare tamquam fideles filii, & obſequentiſſimi ſubditi dicti R. Abbatis, & ſacri monaſterii, eoſdemque Sindicos praceſſores promiſiſſe, & ſe ſolemniter obligaſſe publico inſtrumento, nomine dicta univerſitatis, & ſucceſſorum ſuorum in Sindicatu Sancti Germani, quod ſi in futurum ex dicta licentia, & conſenſu praſtito per dictum R. D. Angelum Abbatem dictis Sindicis accataſtandi, & incorporandi bona tenentes in dicto territorio dicti caſtri diruti Pinnatarii, in cataſto, & numeratione bonorum Civium dicta civitatis Sancti Germani aliquod prajudicium, damnum, & intereſſe, quantumcumque minimum daretur, & inferretur dicto ſacro monaſterio, & ejus juriſdictioni, quocumque modo, & via dictam obtentam licentiam deſpicere, annullare, irritare, ac ſi nullo modo dicta licentia, & conſenſus datus fuiſset per dictum Dominum Abbatem, nec non promiſiſſe dictos praceſſore Sindicos dicto R. Abbati. Quod ſi in futurum dictum caſtrum dirutum Pinnatarii forte reconſtrueretur, reſtauraretur, & habitaretur ut cætera caſtra Abbatia Caſſinenſis, dictam accataſtationem incorporatam cum cataſto Sancti Germani dividere, & ſegregare, ita, & taliter, quod dicta univerſitas Sancti Germani remaneat, & accataſtet territorium ſuum, & caſtrum Pinnatarii dirutum forte reconſtruendum cum territorio ſuo, & quiſque utatur, & remaneat in juribus, & territorio ſuis: Et quia, ut aſſeruerunt dicti Sindici, ad eorum aures pervenit, aliquos Monachos conventus Caſſinenſis &c. aſſeruiſse dictam licentiam fuiſse, & eſse in evidens prajudicium, & damnum dicti ſacri monaſterii, & juridictionis ejuſdem, quapropter dicti ſindici praſentes, nolentes damnum, & intereſſe dicti ſacri monaſterii, cupientes potius prodeſſe, quam officere, & damnum inferre dicto ſacro monaſterio, ſponte coram nobis, tam pro ſe ipſis, quam etiam nomine dicta univerſitatis, & ſucceſſorum ſuorum in dicto ſindicatu dictam obtentam licentiam, & conſenſum praſtitum per dictum R. Abbatem accataſtandi ut ſupra, ceſſerunt, renunciaveruntque dicto R. Abbati D. Angelo preſenti, & dictam ceſſionem, renunciationem, & refutationem in ſe, & nomine dicti ſacri monaſterii ſponte recipienti, & acceptanti &c.*

Anno 1560. die 5. Octobris Angelus Abbas Gubernatorem Sancti Germani conſtituit U, J. D. Alphonſum Fagium, a caſtello Sangri ex cit. regeſto pag. 106. Anno 1561. 10. Auguſti Capitaneum oppidi Sancti Petri de Avellana Johannem Vincentium Terraboſco a caſtello Sangri ex cit. regeſto p. 109. a tergo. Eodemque anno die prima Novembris Aſſeſſorem, Conſultoremque curiæ Caſſinenſis U. J. D. Camillum Hortenſium Vivaldum a Mediolano, eaque de re patentes literæ extant in regeſto pag. 112. a t., in quibus legitur, fuiſſe eo tempore Sancti Germani Gubernatorem Antonium Maziottam Capuanum. Die 12. Auguſti Capitaneum Serræ Monacheſchæ elegit Benedictum Magiſtratus creati. Suar-

Suardum Sangermanenſem ex cit. regeſto p. 112. a tergo. Die 4. Julii Gubernatorem S. Germani &c. U. J. D. Cæſarem Ceraſo ab Atella ex cit. regeſto p. 118. a tergo an. 1564. Ignatius iterum Caſſinenſis Abbas die 7. Julii confirmavit ad annum in oppido Citrarii capitaneum Silvium Fagium a caſtello Sangri ex cit. regeſto pag. 124. a tergo. Die 15. Julii Gubernatorem S. Germani conſtituit Johannem Baptiſtam Corcione a Neapoli, eaque de re patentes literæ extant in citato regeſto p. 125. in quibus aſſeritur ejus anteceſſorem fuiſſe Jacobum Rubeum Arpinatem. Eodem die Capitaneum S. Petri de Avellana Johannem Thomam Mancinum ab Atella ex cit. regeſto pag. 125. Die 3. Auguſti ſecundarum cauſarum in oppido Citrarii judicem U. J. D. Johannem Dominicum de Cava Conſentinum ex cit. regeſto pag. 126. a tergo. Die prima Septembris capitaneum Serræ Monacheſchæ Antonium de Majo ex Rocca Romana ex cit. regeſto pag. 128. an. 1565. die 10. Martii Capitaneum Citrarii U. J. D. Johannem Migliacium a Neapoli ex cit. regeſto pag. 134. Die 22. Martii Gubernatorem ſancti Germani U. J. D. Mutium Gazzellam Cajetanum ex cit. regeſto pag. 135.

Sangermanenſes refractarii.

Vetuſtiſſimo jam tempore Caſſinenſe cœnobium pacifico jure fruebatur, ut illi Sangermanenſes inſervirent in omnibus, quæ opus habuiſſet, exigendique ab iiſdem opera, ſeu ſervitia manualia, boum, aliaque infra referenda. Cum autem in iis præſtandis refractarii eſſent, ne in officio ſe violentia, atque Caſſinenſium imperio detineri cauſarentur Sangermanenſes decem gravaminum capita turbato ordine Caſſinenſes domini contra ſubditos in ſac. conſilio expoſuere menſe Septembri an. 1565. e quibus ea hic tantum referemus, quæ ad juriſdictionem pertinent.

Sangermanenſes ad officium revocati.

Primum itaque gravaminum caput fuit, Sangermanenſes cœnobii Caſſinenſis vaſſallos recuſare illi obſequi in ferendis lignis, paleis, annonis, vino, epiſtolis, aliiſque, quibus indigeret. Imo quoties inſervirent, duplex ſtipendium petere. Quare poſtulabant Caſſinates, ut juſto tantum ſtipendio contenti juxta regiam pragmaticam mandata Sangermanenſes exequerentur. Oſtendere ſimul Caſſinates ab immemorabili jam tempore ſibi ſubditos fuiſſe, Sangermanenſes, aliorumque oppidorum ditionis ſuæ incolas, in quos juriſdictiones civilem, & mixtam, liquidationem inſtrumentorum, ſervata forma ritus magnæ curiæ Vicariæ, exercuerant: juriſdictionemque, quoad ſecundas cauſas civiles, & mixtas, pro quibus magiſtratus ſucceſſive conſtituiſſent, cancellariam primarum, ſecundarumque cauſarum civilium, & mixtarum; jus, Syclæ, Portulaniæ, bajulationis, cauſarum criminalium diebus omnibus nundinarum, quæ quinquies in anno haberentur in ditione Caſſinenſi; fidæ, diſfidæ; habere vectigalia plateæ, fluminum, aquarum, ſcafarum, piſtrinorum, & piſtrinorum oleariorum, terratici, tertiariæ, juraque alia.

Teſtibus etiam, monumentiſque oſtenderunt Caſſinates tribus quotannis diebus Sangermanenſes abſque ſtipendio ſervire obſtrictos, pro ſua quilibet arte, quam profiteretur.

II. Regeſtum Bernardi Abbatis vindicatum.

Inter alia vero monumenta a Caſſinatibus exhibita fuit vetuſtiſſimum apographon regeſti II. Bernardi Abbatis membranaceum centum, & triginta foliis conſtans, cujus quidem antiquitas nedum a charactere diſtinguitur, verum quod an. 1412. die 24. Martii ab Staſio Plumbariola Sangermanenſi, Angelo Ricci, Marco a S. Elia Johanne Vizzaccaro, Nicolao a Galluccio publicis notariis regis cum decreto, interventu, atque diligenti oculari inſpectione Gubernatoris Sancti Germani, pluribuſque adhibitis teſtibus extractæ fuere rationes, quæ pro prandio, viſitationeque ab ipſa urbe S. Germani, atque oppidis ditionis Caſſinenſis cœnobio noſtro perſolvendæ erant. Continet enim laudatum regeſtum eas omnes, quas cœnobium noſtrum poſſidet juriſdictiones, aliaque omnia ſubditorum onera. Ibi vero in inquiſitione civitatis S. Germani an. 1273. facta, hæc ad rem noſtram leguntur: *Item univerſi habitatores ſupra dictorum locorum tenentur praſtare annuatim operas infraſcriptas curia Caſſinenſi niſi forte aliqui a praſtatione talium ſpeciali privilegio reperiantur liberi, & immunes vid. ille, qui habet boves tenetur praſtare annuatim eidem curia Caſſinenſi duas operas, cum ipſis bubus, unam videlicet ad recalandum, & aliam ad ſeminandum, & tres operas manuales, unam videlicet ad tritulandum, & duas ad metendum, ille vero, qui non habet boves tenetur praſtare annuatim eidem curia tres operas manuales, duas videlicet ad metendum, & unam ad tritulandum.* Cum itaque maximum negocium Sangermanenſibus hujuſce regeſti conſtans ſemper ab omnibus magni habita authoritas, qua omnes dirimebantur ſubditos inter, & cœnobium orta diſſidia, faceſſeret, tum ob hanc ſervitiorum manualium, tum alias ob cauſas, illam enervare, atque peſſumdare, ſi licuiſſet, conatus eſt eorum procurator Joannes Dominicus de Antolinis, quibuſdam præſentatis die 11. Februarii an. 1566. adnotationibus in quibus aſſerebat aliqua in laudato regeſto abraſa, quædam addita conſpici, quæ illi fidem omnem adimerent. Futilibus hiſce oppoſitibus validiſſime reponere poterant Caſſinates, publica eas adnotationes judicis authoritate haud factos, neque coram homine ab eo conſtituto, neque procuratoris Caſſinatium interventu, flocci habendas: Additioneſque, ſi quæ eſſent, ſententiam non immutare, ſed tantum referre, quæ Amanuenſes errore in tam prolixo volumine venia digniſſimo omiſerant; atque adeo in inquiſitione apud Sanctum Germanum facta nullas additiones exaratas, ne tamen hujuſcemodi Sangermanenſium ſubterfugia, quibus tempus aucupare obnitebantur, remoram cauſæ injeciſſe viderentur, contendere Caſſinates ab hujuſce litis commiſſario, ut hominem ſtatueret, a quo autographum regeſtum II. Bernardi Abbatis in archivo noſtro aſſervatum recognoſceretur. Annuit commiſſarius, miſitque aſſentiente procuratore Sangermanenſium Johannem Ludovicum Tagliaviam ordinarium ſcribam, atque examinatorem ſacri conſilii, qui citatis, aſſumptiſque notariis Valerio Vicalvo, & Julio Atticano procurato-

ribus ad hunc actum ab urbe Sancti Germani deputatis, die 12, Aprilis 1566. archivum Caſſinenſe adiit, ubi ab archivi Præfecto exhibitum fuit laudatum autographum centum ſeptuaginta duobus magnis membranaceis foliis conſtans, in quo nedum inquiſitiones in Urbe S. Germani, aliiſq; ditionis Caſſinenſis oppidis factæ continentur: verum privilegia quædam, aliaque plura. Præfatus itaque Tagliavia coram memoratis notariis inquiſitionem anno 1273. in urbe S. Germani a Bernardo factam inde extraxit, aliaſque quaſdam ſcripturas, ex autographis Archivi noſtri. In literis quibus Tagliavia teſtatur, præſentibus duobus illis notariis comprobaſſe contuliſſe, & exemplaſſe ſcripturas illas a ſuis autographis verbatim, hæc etiam leguntur: *Facta diligenti perſpectione, & perſcrutatione, inveni dictas copias non eſſe varias, ſed per omnia concordaſſe cum ſuis originalibus.* Inde vero liquet, & anno 1566. die 12. Aprilis extitiſſe in archivo Caſſinenſi hoc ipſum Bernardi regeſtum, quod pro autographo habebatur. Si quippe autographum illud fuiſſet quod Neapoli extabat, cur amabo Johannes Aloyſius ſcriba ad copias ex hoc regeſto exemplandas, coram ipſis adverſariis Caſſinum mitteretur. Hinc cœnobii noſtri procurator hæc repoſuit: *Ceſſat rurſum partis prætenſio, ſiquidem oculis dominorum judicantium ſemper exhibebit originale ad evitandum diſputationes.* Comperta II. regeſti Bernardi Abbatis integritate, hoc a ſacro conſilio decretum prodiit die 8. Junii 1566. Referente conſiliario Antonio orificio, *decreto ipſius ſacri regii conſilii proviſum eſt, quod decretum per idem ſacrum conſilium latum die 22. Februarii 1566. quoad tres dietas in eodem decreto contentas, ſervetur juxta formam regeſti, in proceſſu producti fol.* 18. *hoc ſuum &c.* ut legitur pag. 200. a tergo proceſſus hujuſce litis. Hoc itaque decreto Sacrum conſilium regeſtum illud in proceſſu præſentato approbavit, Quare nullius momenti eſt quod olim an. 1712. Doctor Dominicus Lopez procurator Sangermanenſium coram me cauſabatur cum hac de re coram Cl. J. C. Stephano de Stephano cœnobii noſtri patrono, & Jacobo Riccardo patrono Urbis S. Germani nempe Antonium Orificium ſuſpectæ fidei a Sangermanenſibus inſimulatum apud ſacrum conſilium, cujus propterea decreta, eo referente, facta nullius eſſent roboris. Nam præter quam quod, ut tunc dixeram etiam, neſcio an decreta, ante ſuſpicionis notam, a ſacro conſilio lata vim non obtineant, illud certo certius conſtat, ad Antonii Aurificii innocentiam vindicandam hoc prodiiſſe ſacri conſilii decretum. *Dictus magnificus Antonius de Orifice interveniat in cauſis prædictis ſuſpicione oblata non obſtante,* ut legitur pag. 110. proceſſus. Dum hæc dicerem, ſimul Bernardi regeſtum omnium oculis præſentabam, quo ipſi per ſe ſe an lituræ ullæ, additamenta, aut quid ſimile in eo extaret perſpicerent. Annuere omnes evidentiſſimis a me prolatis rationum momentis, atque Dominicus Lopez ne muſſitare quidem amplius hac de re eſt auſus, ſed rem proſequamur. Anno 1599. die 29. Novembris Conſiliarius de Aquiros juſſit, ut decretum die 8. Junii an. 1566. editum obſervaretur. Quod decretum ratum habuit ſacrum conſilium, juſſitque ut proviſiones pro illius executione expedirentur, ut legitur p. 279. laudati proceſſus; illudque acceptavit procurator urbis S. Germani, ipſique Sangermanenſes, ut ex proceſſu p. 368., 372., 405., 586., 589., 577., & 604. Hinc decretum a conſiliario Palermo cauſe commiſſario die 4. Novembris 1600. editum eſt: *Et nihilominus homines, & habitatores ſancti Germani habentes boves præſtant dicto ſacro monaſterio montis Caſini operas cum bobus juxta formam regiſtri fol.* 18. *& decretorum S. C. latorum ſub die* 20. *Februarii* 1566., *& ſub die* 8. *Junii* 1566. *ut ex pag.* 404. *a tergo cit. proceſſus.* Expeditæ fuere proviſiones, atque executioni demandatum decretum iſtud, ut ex cit. proceſſu pag. 577. 578. 580., 581. 583., 592., & ſeqq.

Tempeſtatem iterum adverſus ſecundum Bernardi regeſtum excitarunt Sangermanenſes, quodcum a privatis quibuſdam hominibus tria viridaria extra urbem prope Sancti Sebaſtiani eccleſiam emiſſent, in quibus quaſdam aquarum ſcaturigines oriri ſibi blandirentur, piſtrinum ibi conſtruere contendebant, cauſati aquas illas privati juris eſſe, cumque huic eorum conatui vigeſimum laudati regeſti caput obſiſteret, in quo hæc de Sangermanenſibus leguntur: *Item nulli de locis ſupradictis licet conſtruere montanum ad aquam, vel ad ſiccum macinandum olivas in eiſdem locis, vel territoriis eorundem, ſeu molendinum, aut balcatorium, vel quodlibet aliud edificium in flumine territorii eorundem locorum, ſeu juxta aquas, ſeu derivare de ipſis aquis pro utilitate, ſeu uſu prædictorum ædificiorum, ſine licentia curiæ Caſſinenſis, cum prædictum jus ædificandi ſupradicta ædificia ſpectet ad dignitatem monaſterii Caſſinenſis, quibus conſtructis a quibuſcumque de licentia dictæ curiæ Caſſinenſis jus, ſeu redditus debitus de ipſis molendinis præſtatur cellarario Caſſinenſi. Jus vero debitum de ipſis montanis præſtatur curiæ Caſſinenſi.* Hinc Sangermanenſium rogatu menſe Aprilis an. 1601. Conſiliarius Julius Palermo cauſæ commiſſarius urbem Sancti Germani, ipſaque viridaria adiit, & pluribus examinatis teſtibus, compertiſque evidentiſſimis Caſſinatium juribus, re infecta, diſceſſit. Quæ vera fuit hujuſce litis haud finitæ cauſa, non illa, quam Anonymus quidam Sangermanenſis mendaciſſime obtendit, qui res quaſdam in Abbatia Caſſinenſi, aliiſque regni partibus ab an. 1593. ad 1646. geſtas deſcribit. Hic itaque an. 1601. ſic habet. *Adi* 16. *Aprile ſi conferì in queſta città il magnifico Giulio Palermo Conſigliere di ſua Maeſtà in queſto regno, per ordine del Sac. Conſi. ad iſtanza di queſta univerſità, per fare l'acceſſo dell' acqua ſita a S. Sebaſtiano fuori delle mura di detta città, e proprio al luogo detto l'orti della terra, acciò ſi poteſſe terminare la lite della pretendentia, che detta univerſità ave con il ſagro monaſterio Caſſinenſe di poſſere fare le molina in dicto luogo, & eſſendo più volte dicto magnifico Conſigliere andato ſuper faciem loci, ſempre accompagnato da molte perſone dell' una, e l'altra parte, e viſto, e conſiderato molto bene la giuſtizia d'ambidue, e finalmente ſe ne ritornò in Napoli, dove, per eſſere fra pochi giorni ſucceſſa la*

*ſua*

*ſua morte, non potette fare la relatione al ſacro conſiglio, come ſe doveva, e per non eſſerſi fatta detta relatione, e per molti altri travagli patiti da detta univerſità detta lite s'intermeſſe inſino all'anno 1623. nel qual tempo di nuovo ſi ripigliò, & a richieſta ſimilmente di eſſa univerſità dal ſudetto ſagro conſiglio di nuovo vi fu ſpedito il magnifico conſigliere Scipione Rovito, il quale vi ſi conferì alli 15. Aprile di detto anno, & avendo fatto l'acceſſo, ſe ne ritornò in Napoli dove giunto fra pochi giorni fè la relatione del tutto nel detto ſacro conſiglio, e ſi ſpera per le molte raggioni, che tiene detta univerſità abbia la ſentenza in favore.* Falſiſſimum eſt, Conſiliarium Palermum paucos poſtquam Neapolim repetierat, dies obiiſſe, cum ad annum 1604. ejuſdem cauſſæ commiſſarius fuerit, ut ex pluribus decretis ann. 1601. 1602. 1603. & 1604. ab eo latis, quorum ultimum die 26. Julii ejus anni prodiit, ut ex cit. proceſſu p. 606. a t. An inſuper vixerit, haud ſcio, cum altum hac de lite ſilentium obſervatum ſit a Sangermanenſibus ad an. 1623. quo menſe Aprilis iterum illorum rogatu viridaria illa inviſit regius conſiliarius, cauſſæque commiſſarius Scipio Rovito editis lucubrationibus celeberrimus. Hic die 19. Aprilis inſtantibus Sangermanenſibus archivum Caſſinenſe adiit. An II. Bernardi regeſtum authenticum eſſet inviſurus, utque ſomniatas a Sangermanenſibus lituras, atque additamenta conſpiceret. Et ſtatim quidem ab ipſo rei exordio repræſentaverant Sangermanenſes lituras illas, atque additamenta deſcripta olim fuiſſe a Johanne Andrea de Caro Magiſtro actuum cauſſæ, cum illa deſcripſerit procurator Sangermanenſium, ut conceptis verbis legitur in laudato proceſſu p. 90. atque expreſſius p. 92. ubi hæc habentur: *Procurator univerſitatis, & hominum S. Germani ad oſtendendum prætenſum regiſtrum factum prætenditur per R. Patrem Bernardum Caſinenſem fuiſſe invalidum, & nullam fidem facere ob raſuras, & ſcriptum alterius manus, addendo, & minuendo repræſentat ſupradictas raſuras, & additiones, quibus ſtantibus invalidum, & nullam fidem facere inſtat declarari.* Id vero magis conſtat quod ad regeſtum iſtud examinandum non fuerit a conſiliario deputatus Magiſter actuum Carus, cum ad examen illud videndum cœnobium noſtrum citatum non ſit, neque Carus ſe id præſtitiſſe affirmet, quæ tamen omnia in proceſſu legi deberent. Accedit quod hujuſmodi regeſtum cœnobii noſtri procuratori reſtitutum fuit die 20. Octobris 1565. ut ex cit. proceſſu pag. 19. & 20. quod fatetur etiam procurator Sangermanenſium ex p. 90. atque folia, in quibus lituræ, additamentaque continentur non niſi die 11. Februarii an. 1566. fuere præſentata, ut ex p. 90. quare non poterat Carus regeſtum illud examinare, quod penes acta ſua amplius non habebat. Diligens, atque ſcrupuloſa hujus regeſti anatomes inſtituta eſt a Rovito, nihilque repertum, quod debitam illi fidem, vel minimum labefactaverit, ut ex Conſiliarii relatione conſtat, in qua hæc leguntur ex cit. proceſſu p. 772. & ſeqq. *Et eſſendoſi fatta diligenza nel fogl. 2. in fine di queſto regiſtro 2. nel capo penultimo, lo quale ſecondo ſi nota per Gio: Andrea di Caro in detto foglio 90. comincia: Si aliis de prædictis, e vi è raſura, non ſi è trovato, che detto capitolo cominciaſſe: Si aliis de prædictis locis, ma comincia: Si aliis de eiſdem locis, ma nel medemo foglio ſecondo, e quinto, ſi ſono trovati nella prima colunna a tergo dui capitoli quali cominciano, Item ſi aliis de prædictis locis, & in tutta la detta carta a fronte, & a tergo, non ve ſi vede raſura alcuna, ne veſtigio di raſura. Di più nel medeſimo regiſtro aſſeriſce Gio: Andrea de Caro in diverſi lochi, che ci ſono in molti fogli diverſe raſure, e caſſature, & aggiontioni di diverſe mani, & inchioſtro, & eſſendoſi fatte diligentie in preſentia delle parti in tutti li fogli, & lochi extinti per Gio: Andrea in detti fogli 90. & 91. detto regiſtro 2. eſibito per lo monaſterio, non ſi è ritrovato raſura, caſſatura, & aggiuntioni alcuna; & mentre nella medeſima nota di Gio: Andrea de Caro ſi dice, che nel fogl. 79. nei ſono due capitoli, che uno comincia: Item montes, & l'altro: Item nulli eſſernoci doi aggiuntioni fatta diligenza nel regiſtro predetto non ci ſono ritrovati detti dui capitoli in detto foglio 79. ma ſi ſono trovasi nel fogl. ſeguente 80. ſenza nulla aggiuntione, & de più mentre nel fogl. 90. in Proc. Gio: Andrea de Caro nota, che nel regiſtro f. 9. in cap. Montes, Plana: vi ſia una aggiuntione di altra mano, fatta diligenza nel detto regiſtro nel detto fogl. nono, non ſi è ritrovato capitolo, che comincia Montes Plana, ma ſi bene nel detto foglio nono a t. nella ſeconda colunna uno capitolo, che comincia, Item Montes Plana, & in detta carta, ne in detto capitolo, & in tutta detta carta non vi è aggiuntione alcuna, ne manco ſi è trovato nel fogl. 14. del regiſtro predetto il capitolo, che comincia: Item ſi aliis de eodem Caſtro, ſiccome l'enuntia detto Gio: Andrea, ne altra aggiuntione nel detto fogl. ma ſi ben del f. 13. a t. colunna 2. ci ſono trovati due capitoli, che cominciano, Item ſi aliis de eodem caſtro, e nel fogl. 15. in columna 2. a fronte un'altro capitolo, che ſimilmente comincia, Item ſi alii de eodem caſtro, però in neſſuna delle predette carte vi è aggiuntione alcuna. De più Gio: Andrea de Caro nota, che nel fogl. 16. del detto regiſtro nel capitolo Si aliis de ſupradicto caſtro vi è raſura, & nella margine eſſerci un'altro capitolo aggionto con raſura, però nel predetto Regiſtro originale non vi è trovato &c.*

Regeſtū originale.

Ne vero ſimus lectoribus noſtris moleſtiſſimi, libenter omittimus verba alia, in quibus Germanentium nomine aſſerebatur, lituras alias eſſe, additiones, atque raſuras, quorum omnium nihil ibi repertum dicitur fidenter in relatione domini conſiliarii Rovito, illos autem huic remittimus relationi, qui de hac veritate dubitaverint. Rubore itaque ob commentam falſitatem ſuffuſi Sangermanenſium procuratores, & patroni, puerilia neſcio quæ repoſuere, nempe, regeſtum hoc illud non eſſe Magiſtro actuum Johanni Andreæ de Caro an. 1566. (dicere debebant 1565.) exhibitum, ſed aliud poſtea a Caſſinatibus efformatum, in quo lituræ illæ, additamentaque non continerentur, quas Magiſter actuum Carus (dicere debebant: Sangermanenſium procurator) adnotaverat, retulerantque eſſe diverſo charactere conſcriptum, atque eſſe primum regeſtum

Bernar-

Digitized by Google

Bernardi, & numeros primi regeſti rubris, latiniſque characteribus conſcriptos, ſecundi autem nigris, & latinis. Quaſi vero unus, idemque fuerit utriuſque regeſti Scriptor; ſique fuerit, quod tamen eſt falſum, quaſi non potuerit unus, idemque Scriptor uno in regeſto numeros diverſimode exarare. Nugæ! Regeſtum quidem Conſiliario Rovito exhibitum illud idem non eſt cum eo, quod penes acta Johannis Andreæ eſt præſentatum, cum hoc apographum folia dumtaxat habeat 130. & illud autographum folia 172. Hoc vero regeſtum poſt an. 1565. dumtaxat efformatum adeo falſum eſt, ut adverſarii ipſi, ſi velint in interiori operimenti hujus regeſti parte, quæ ultimo folio reſpondet, hæc legere poſſint: *Die undecima Auguſti, decima indictionis preſens regeſtrum oblatum, & preſentatum fuit in curia Caſinenſi per notarium Johannem Imbractam procuratorem Caſinenſem in cauſa annotationis, & confiſcationis bonorum Jacobi Piſcerii de urbe civis S. Germani abſentis ab ejus incolatu, & habitatione per duos annos, & ultra, ſecundum quoddam capitulum deſcriptum in carta ſecunda dicti regeſtri incipiens: Item ſi aliquis de ſupradictis locis, relicta habitatione eorum &c. quod quia probatum fuit per diverſos homines, & perſonas graves, & fide dignas. Receptum fuit, & admiſſum, ſi, & in quantum juris eſt &c. Dicto die, & anno Domini 1432. Pontificatus SS. Patris, & D. noſtri D. Eugenii Papæ quarti anno ſecundo.* Et p. 170. a t. inſtrumentum legitur, in quo inventio Corporum SS. Benedicti, & Scholaſticæ an. 1486. facta enarratur; in cujus fine iſta leguntur: *Et ego Chriſtophorus Perronus de S. Germano publicus ubilibet Abbatiali, & imperiali authoritatibus notarius præmiſſis omnibus, & ſingulis, una cum prænominatis judice, & teſtibus, interfui, eaque omnia, ut audivi, & vidi, omnia, & ſingula fideliter adnotavi, & de notatis hoc preſens publicum inſtrumentum confeci, & in preſenti regiſtro Caſinenſi manu propria ſcripſi, & publicavi, & in præſentem publicam formam redegi, meoque ſolito, & conſueto ſigno ſignavi requiſitus & rogatus in fidem, & teſtimonium omnium præmiſſorum.* Locus ✠ ſigni. Hoc vero inſtrumentum integrum edidit Matthæus Lauretus in Libro an. 1607. Neapolitanis typis edito: *De vera exiſtentia corporis S. Benedicti in Caſſinenſi eccleſia.* p. 161. & ſeqq. atq; p. 172. aſſerit, illud in ſecundo regeſto Bernardi Abbatis p. 170. a t. reperiri. Hujuſce quoque inſtrumenti mentio eſt in indice generali archivi noſtri ab Antonio de Fractis anno 1560. ut in compendio hiſtorico demonſtravimus, concinnato, ubi in verbis *Corpora Sanctorum Patris noſtri Benedicti, & ſororis ejuſdem Sacræ Virginis Scholaſticæ ſunt ſepulta in ſacro monaſterio Caſinenſi &c.* & præfati regeſti p. 138. 141. 145. 148. 171. citantur, atq. ſemper hoc, de quo loquimur regeſtum, quoties opus eſt, in hoc indice laudatur.

Orta lis fuerat in tribunali Auditoris cameræ apoſtolicæ inter Caſſinates, & Antonium de Angelis a Neapoli perpetuum monaſterii S. Benedicti Capuæ olim Caſſinatibus ſubditi Abbatem commendatarium, qui annuum canonem ducatorum ſexaginta cœnobio noſtro perſolvere detrectaverat. Ut vero a vetuſtiſſimo tempore hujuſmodi canonem Caſſinatibus perſolutum demonſtraretur, plures a noſtro archivo ſcripturæ erant extrahendæ, quare Hieronymus de Ghinutiis epiſcopus Virgonienſis Auditor cameræ apoſtolicæ an. 1533. litteras compulſoriales expedivit, earumque executionem Hieronymo della Marra Archidiacono Sueſſano commiſit. Hic citato Abbate commendatario, ut ſcripturis ab archivo Caſſinenſi extrahendis intereſſet Caſſinenſe archivum adiit, dieque 23. ejus anni, plura coram Archidiacono delegato, & D. Leone de Leone epiſcopo caſtri, & notario Johanne Imbaſio Sueſſano Abbatis commendatarii procuratoribus, aliiſque compluribus teſtibus exhibita ſunt archivi noſtri a Monachis monumenta, & ſcripturæ, ut idem Archidiaconus delegatus teſtatur in proceſſu cauſæ hiſce verbis, *& de illis omnia, & ſingula capitula, & omnes partitas tangentes, & tangentia cauſam prædictam per eundem notarium noſtrum infraſcriptum exemplari, & extrahi, ac tranſumptari fecimus de verbo ad verbum, ut jacent, nihil addendo, vel minuendo. Qui libri exhibiti, & capitulorum, ac partitarum inde extractarum tenores &c. ſunt tales. In primis fuit exhibitus quidam liber, qui dicitur lo regiſtro ſcriptus ad manum, & conſiſtens in chartis pergamineis nu. 172. antiquus, non cancellatus, neque in aliqua ſui parte ſuſpectus, coopertus de tabulis cum pelle nigra, ubi in principio ſecunda carta intitulatum, & ſcriptum eſt, ut ſequitur videl. Conditiones civitatis S. Germani caſtrorum, & hominum Abbatia Caſinenſis, & ſervitiorum eorundem, in quibus tenentur monaſterio Caſinenſi per inquiſitiones generales factas de mandato R. in Chriſto Patris, & ſemper recolenda memoria Bernardi Sacri monaſterii Caſinenſis Abbatis in prædictis locis inventa in anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo tertio. In quo libro, ſive regeſto in carta 128. inter alias notationes, & partitas, ibi ſcriptas, eſt partita tenoris ſequentis vid. Præpoſitura S. Benedicti de Capua. Præpoſitus S. Benedicti de Capua tenetur cameræ Caſinenſi pro penſione in auro uncias triginta, & officio Decaniæ ducatos decem &c.* Plures examinati ſunt jurati teſtes nempe Angelus Bajanus U. J. D. Marcus Antonius Tomolillo, Rubertus Picanus, Marcellus de Marcellis, & Aloyſius de Naſſo notarii, Antonius de Campania, Nicolaus de Stephano, Dionyſius de Manfredo Presbyteri, & Alexander a Verazzano, quo excepto, & Ruberto Picano a S. Elia, omnes cives erant Sangermanenſes. Verba tantum Præsbyteri Nicolai Lucæ de Andreotia, qui viſis Sangermanenſis jurati teſtis hic referam, qui examinatus dixit: *Viſis prius dictis libris, dixit ſupradictum librum regeſtri ab annis triginta quinque, & ultra ſemper fuiſſe habitum pro authentico, & in his, quæ continet adhibitam fuiſſe, & adhiberi plenam fidem, & in multis differentiis ortis inter homines particulares dicta civitatis habitum fuiſſe recurſum ad dictum librum, & fuiſſe deciſum*

ſecun-

*ſecundum continentiam dicti libri &c.* Hujuſce regeſti aliorumque monumentorum authoritate Abbates S. Benedicti commendatarii memoratum canonem quotannis perſolvunt. Hinc ergo conſtat hoc ſecundum Bernardi regeſtum longe ante annum 1566. in Archivo noſtro extitiſſe. An. quoque 1559. menſe Martio celebris Thomas Salernitanus cameræ regiæ Præſidens plura ex hoc ſecundo Bernardi regeſto monumenta extraxit, ut dicemus, nempe a p. 2. ad 120. quæ omnia a p. 213. ad 218. & 237. & ſeqq. atque 316. Proceſſus in cauſa Portulaniæ contra regium fiſcum facti continentur. His quoque monumentis uſa eſt regia camera an. 1610. ut in Diſſertatione de Portulania dicemus. In laudato vero proceſſu p. 333. & 334. hæc leguntur: *Fidem facio ego Detius Raparius officialis regia camera Summaria, & in preſenti actu ſcriba, & actuarius aſſumptus per magnificum V. J. D. D. Thomam Salernitanum Praſidentem regia camera pradicta, & cauſa commiſſarium qualiter omnes retroſcripta ſcripturarum copia, in quibus apparet ſubſcriptio dicti magnifici D. Thoma exemplata, & extracta reſpective fuerunt a ſubſcriptis libris, prout in unaquaque pradictarum copiarum ſcriptum, & annotatum reperitur exiſtentibus in quadam camera in monaſterio S. Benedicti de monte Caſino, quam archivium ſcripturarum appellant, exhibitis, & productis coram dicto magnifico D. Thoma per R. Patrem D. Antonium de Fractis Monachum Caſinenſem, dictarumque camera, & ſcripturarum Conſervatorem, & facta collatione, prout infra dicetur, in praſentia ejuſdem magnifici D. Thoma concordant, ſalva ſemper meliori collatione, in quorum omnium fidem idem magnificus D. Thomas hic ſe ſubſcripſit, & a me etiam ſubſcribi mandavit. Libri vero pradicti, qui fuerunt ut ſupra exhibiti, & producti per dictum Patrem D. Antonium ſunt ſequentes videlicet. Quidam liber magnus ſcriptus in carta membrana &c. Quidam liber, quem appellant Monachi monaſterii pradicti ſecundum regiſtrum Abbatis Bernardi, & ſcriptus extitit in carta membrana, & ejus principium incipit ſubſequenti rubrica videlicet, Conditiones civitatis S. Germani, caſtrorum, & hominum Abbatia Caſinenſis, & ſervitiorum eorundem, in quibus tenentur monaſterio Caſinenſi per Inquiſitiones generales factas de mandato R. in Chriſto Patris, & ſemper recolenda memoria Bernardi ſacri monaſterii Caſinen. Abbatis in pradictis locis, inventa in anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo tertio, in quo libro ſcripta reperiuntur inquiſitiones de pradictis formate, privilegia, oblationes, & alia dictum monaſterium concernentia. Alius liber, quem Quinternum introituum appellant.* In hoc quoque regeſto plura continentur privilegia, & oblationes, quæ in illo an. 1565. penes acta Cari præſentato quod foliis 130. conſtat, non extant; pluraque alia in medium proferrem luculentiſſima rationum momenta, niſi hactenus allata ſufficerent. Illud certe reticere haud poſſum, neque in hujuſce regeſti apographo illas lituras, additamentaque reperiri, quæ adverſarii ſomniaverant, nam hoc ipſum, inſtantibus Sangermanenſibus, iterum præſentatum Conſiliario Rovito, ab eoque examinatum coram partibus intemeratum repertum eſt, ut ex hiſce monumentis conſtat ex pag. 816. & ſeqq. laudati proceſſus. *In ſacro regio conſilio, & penes Acta cauſa comparuit procurator ſacri monaſterii montis Caſini Baronis civitatis S. Germani, & caſtrorum Abbatia Caſinenſis, & petiit regeſtrum II. Bernardi Abbatis exhibitum coram magnifico cauſa commiſſario, & comprobatum preſentibus partibus civitatis pradicta, & coram D. cauſa commiſſario comparenti reſtitui, ad finem conſervandi in archivio dicti ſacri monaſterii, & ita provideri. Ita &c. Die 9. menſis Junii 1625. Neap. Viſa praſenti comparitione per U. J. D. Scipionem Rovitum regium conſiliarium, & cauſa commiſſarium &c. fuit proviſum, quod regiſtrum ut ſupra reſtitui petitum reſtituatur, prout praſenti decreto reſtitui mandatur doctori Johanni Riccio procuratori ſacri monaſterii montis Caſini, pravia ejus obligatione de illud exhibendo ad omnem ordinem ſacri conſilii, ſeu magnifici cauſa commiſſarii, hoc ſuum &c. & facta annotatione cartarum, intimetur, Scipio Rovitus &c. Procurator civitatis S. Germani dicit ſupradictum regiſtrum fuiſſe recognitum per dominum cauſæ commiſſarium pro defenſione jurium dicta civitatis, inſtat propterea cum effectu fieri ſupradictam obligationem, & annotationem, reſervans dicta ſua principali, jus petendi exhibitionem dicti regiſtri toties, quoties opus fuerit, & ita dicit omni modo meliori, & citra prajudicium omnium ſuorum jurium &c. Strina pro Felice &c. Die 16. Junii 1625. Die 8. menſis Auguſti 1625. Neap. Conſtitutus penes acta ſacri conſilii, & preſentis cauſa doctor Johannes Riccius procurator dicti venerabilis monaſterii montis Caſini ſponte &c. preſentialiter, & manualiter recepit, & habuit a Carolo Strina ſacri conſilii actorum magiſtro pro Felice quoddam regiſtrum exhibitum per ipſum Johannem Riccium in cauſa vertente in eodem ſacro conſilio inter venerabile monaſterium Caſinenſe ex una, & univerſitatem, & homines S. Germani coram regio conſiliario Scipione Rovito cauſa commiſſario cartarum ſcriptarum centum triginta incipiens intus: Conditiones civitatis S. Germani, caſtrorum, & hominum, & finiens pro penſione in auro uncias tres. Qui quidem doctor Johannes pro obſervantia decreti promiſit, & ſe &c. obligavit ad pęnam unciarum auri centum regio fiſco, dictum regiſtrum exhibere toties, quoties per dictum ſacrum conſilium, ſeu cauſa commiſſarium fuerit ordinatum penes acta preſentis cauſa, & proinde quietavit, & quietat dictum actorum magiſtrum de receptione pradicta, & ſub obligatione omnium ejus bonorum &c. conſtitutione pracarii &c. renunciavit &c. & juravit &c. in forma ſac. conſilii &c. . . . . . Ego Johannes Riccius obligatus ſum ut ſupra.* In hac itaque comprobatione ante Rovitum facta ne unum quidem verbum de lituris, additamentis, aliiſque hujuſcemodi vitiis, quæ in apographo hujuſce regeſti contineri Germanenſes falſo contendebant.

Conqueſtum inſuper eſt monaſterium Caſinenſe prave ſubditos, atque in juriſdictionis ſuæ fraudem quoad civilia, mixtaque negocia lites movere ante Capitaneum juriſdictionis criminalis Caſſinatium querelæ.

minalis

minalis, oſtenditque hactenus a Gubernatore ab Abbate Caſſinenſi conſtituto lites hujuſmodi diremptas fuiſſe. Adhibitiſque pluribus teſtibus, atque monumentis oſtendit fidam a Sangermanenſibus extra proprium territorium perſolvendam eſſe, & qualis, quantaque pro ſingulis animantibus eſſe deberet; cumque fines urbis S. Germani aſſignari contenderet ejus procurator, noſter aſſeruit finitima Sangermanenſibus eſſe territoria S. Eliæ, Cervarii, Terruculi, & oppidi diruti S. Petri in monaſterio, cujus oppidi, atque urbis fines divideret flumen, atque Mons Caſſinus eundo per ejus radices. Huic declarationi haud contradixere Sangermanenſes. Hinc per tranſennam animadvertendum, vera hactenus nos diſſeruiſſe, cum diximus oppidum S. Petri in Monaſterio habere proprium territorium ab aliis diſtinctum, avulſumque, quod etiam topographia finium S. Germani in proceſſu hac de cauſa facto præſentata ab ejus urbis procuratore nos docet. Ex qua etiam declaratione, topographiæ, aliiſque infra recenſendis, conſtat omnem Caſini Montem extra territorium S. Germani ſitum.

Hæc deinde aſſeruere Caſſinates: *Item perchè il detto monaſterio come utile Signore, tanto di detta città, quanto di ſuoi caſtelli, have la fida dell'erbaggio in tutto il territorio, e ne è ſtato, ſiccome al preſente ne ſta, in pacifica poſſeſſione, etiam in luoghi appadronati, al preſente incominciano alcuni particolari a proibire agl'affidati di detto monaſterio, che non entrino nelle loro poſſeſſioni, anzi quelle chiudono, e fanno divertire molti in pregiuditio di detta fida &c.* Pluribus adductis teſtibus, atque argumentis oſtendere Caſſinates, vera eſſe, quæ expoſuiſſent. *Item detto monaſterio per uſo de' ſuoi animali tiene fra l'altre defenſe una chiamata la defenſa di monte Caſino confinata dalla banda di S. Germano cominciando dalla Chieſa di S. Scolaſtica ſopra S. Antonio fuora S. Germano, & andando ſempre per la radice di detto monte Caſino ſin tanto, che arriva alla forca, che ſta da piedi a detto monte, e vicino il caſtello chiamato Rocca Janula, e da detta forca caminando ſempre per la radice di detto monte, ſcende al foſſato, e dal foſſato ſaglie al luoco chiamato lo foſſato delli Pallanti, ed'altri confini, talmente che tutto il detto monte attorno attorno reſta dentro detta defenſa, e detta univerſità, & uomini di eſſa intendono mandare indebitamente a paſcere li loro animali, e legnare dentro detta defenſa, turbando detto Monaſtero &c. ſi dimanda &c.* Probavit teſtibus, ſcripturiſque cœnobium Caſſinenſe, Defenſam hanc juris ſui ſemper fuiſſe, neque in ea unquam, vel paſcere animalia, vel ligna cedere potuiſſe Sangermanenſes.

Pro quibus hoc Decretū eſt editum.

Quoad hæc gravaminum capita hoc decretum edidit cauſæ Commiſſarius: *In cauſa ſacri monaſterii Caſinenſis cum univerſitate, & hominibus terra S. Germani. Die 23. menſis Octobris 1565. Neapoli. Viſis actis, & capitibus porrectis pro parte dicti ſacri monaſterii contra dictos univerſitatem, & homines terra prædicta ſub die 13. menſis Septembris præſentis anni 1565. per magnificum V. J. D. D. Antonium Orificium regium conſiliarium, & cauſa commiſſarium &c. auditiſque magnificis advocatis, & egregiis procuratoribus partium prædictarum, fuit ſuper dictis capitibus, & quolibet ipſorum proviſum modo, quo ſequitur, videlicet. Quoad primum caput fuit proviſum, quod ſervetur regia pragmatica. Quoad ſecundum proviſum eſt, quod capiatur informatio. Quoad quartum fuit proviſum, quod pro cauſis civilibus adeant Gubernatorem in civilibus. Quoad ſextum fuit proviſum, quod liceat, lite pendente, dicto monaſterio in herbis agreſtibus affidare in terris appatronatis, dummodo non impediatur uſus civium. Quoad ſeptimum fuit proviſum, quod capiatur informatio &c. hoc ſuum &c. Antonius qui ſupra Caro.* Appellarunt Caſſinates a ſecundo, & ſeptimo decreto, & Sangermanenſes a primo, & ſexto.

Aliud inde decretum ab eodem Commiſſario prodiit. *In cauſa monaſterii Montis Caſini utilis domini terra S. Germani, cum univerſitate, & hominibus dicta terra S. Germani. Die 24. menſis Octobris 1565. Neapoli. Viſis actis, ac declaratione facta per nobilem Johannem Baptiſtam Scaranum procuratorem dicti monaſterii ſupra quinto capite deſcripto in ſupplicatione oblata pro parte dicti venerabilis monaſterii ſub die 13. Septembris 1565. per magnificum V. J. D. D. Antonium Orificium regium conſiliarium, & cauſa commiſſarium &c. fuit ſupra quinto prædicto capite proviſum, quod homines terra S. Germani ſolvant fidam dicto monaſterio pro animalibus eorundem affidandis extra dictum territorium S. Germani lite pendente, & capiatur informatio &c. Antonius qui ſupra Caro.* Aliud. Reclamarunt ab hoc decreto ad ſacrum conſilium Sangermanenſes fulti privilegio a Joanne Mediceo an. 1497. illis conceſſo, in quo inter alia a ſolvenda in univerſa Caſſinenſi Abbatia fida eximuntur pro quibuſque animantibus exceptis ſuibus; ubi mira Sangermanenſium calliditas elucet, qui hoc privilegio ad rem ſuam utuntur. Cæterum illi parere recuſant, cum jubet, ut opera manualia præſtent, ſolvantque fidam pro ſuibus. Conſtat tamen hujuſmodi privilegium irritum eſſe, cum illud abſque Monachorum ſcitu concedere non potuerit Abbas, quod nedum ſacris canonibus, & conſtitutionibus apoſtolicis præſcribitur, verum & Decretis Imperatorum, Regum, & Principum hanc ob rem Caſſinatibus conceſſis. Hoc itaque ea de re a ſacro conſilio decretum prodiit: *In cauſa ſacri monaſterii Caſinenſis cum univerſitate, & hominibus S. Germani ſuper capitibus pro parte dicti monaſterii porrectis die 22. Decembris 1565. Neapoli. Facta relatione de prædictis in ſacro regio conſilio per magnificum V. J. D. Antonium Orificium regium conſiliarium, & cauſa commiſſarium, decreto ipſius ſacri regii conſilii, proviſum eſt quoad primum caput, bene fuiſſe proviſum per magnificum cauſa commiſſarium, verum pro operis diurnis intra territorium, ſolvatur ſalarium, prout inter cives. Quoad quintum caput viſo privilegio noviter producto pro parte dicta univerſitatis, proviſum eſt, quod capiatur informatio, & interim, lite pendente, dicti univerſitas, & homines manuteneantur in quaſi poſſeſſione immunitatis*

Decreta ſacri Conſilii.

Digitized by Google

*tatis juris ſida, excepta tamen ſida* [illegible] *cujus quaſi poſſeſſione lite pendente manuteneatur* [illegible]*ctum monaſterium. Quoad ſextum caput bene fuiſſe per magnificum Cauſa commiſſarium proviſum, & quantum ad oliveta, & paſtina jam fuit proviſum in ſexto gravamine porrecto pro parte dicta univerſitatis, hoc ſuum &c. Antonius qui ſupra Ceſarius Secretarius &c.* Atque die 20. Decembris alia hæc decreta prodiere a ſacro conſilio. *In cauſis ſacri monaſterii Caſinenſis cum univerſitate, & hominibus terra S. Germani ſuper capitibus ipſius ſacri monaſterii, ac ſuper gravaminibus porrectis per dictam univerſitatem, & homines contra dictum ſacrum monaſterium utilem dominum dicta terra. Die 20. menſis Februari 1566. Neapoli, facta relatione de prædictis in ſacro regio conſilio per magnificum U. J. D. Antonium Orificium regium conſiliarum, & cauſa commiſſarium, decreto ipſius ſacri conſilii ex noviter deductis provisum eſt, quod dictum monaſterium manuteneatur, lite pendente, in quaſi poſſeſſione trium dietarum, de quibus in ſecundo capite porrecto pro parte dicti monaſterii, abſque ſalario, & etiam in quaſi poſſeſſione, lite pendente defenſa nominata monte Caſino, de qua in ſeptimo capite dicti monaſterii, & pariter manuteneatur in quaſi poſſeſſione, lite pendente, defenſa nominata de la Cicogna, de qua in quarto gravamine dicta univerſitatis &c. hoc ſuum &c. Antonius qui ſupra, Ceſarius Secretarius. Caro.*

Germanenſes debent præſtare nonnulla opera abſq; ſalar.o Caſinati monaſterio.

Pro ſuſpecto habendum eſſe poſt hujuſcemodi decretum aſſeruere Sangermanenſes regium conſiliarium, & commiſſarium cauſæ Antonium Orificium, quare examinatis in ſacro conſilio ſuſpicionis cauſis, hoc decretum eſt editum. *Die 16. menſis Martii 1566. Neapoli. Facto verbo de prædictis in ſacro R. conſilio per magnificum U. J. D. Paulum de Altomare regium conſiliarium &c. decreto ipſius S. R. C. proviſum eſt, quod dictus magnificus Antonius de Orefice interveniat in cauſis prædictis, ſuſpectione allegata non obſtante, hoc ſuum &c. Ceſarius Secretarius.* Et die 8. Junii aliud hoc decretum emanavit. *Die 8. Junii 1566. Neapoli. Facto verbo de prædictis in S. R. Conſilio per magnificum U. J. D. Antonium Orefice regium conſiliarium, & cauſa commiſſarium &c. Decreto ipſius S. R. C. proviſum eſt, quod decretum per idem ſac. conſilium latum die 20. Februarii 1566. quoad tres dietas in eodem decreto contentas ſervetur juxta formam regiſtri in proceſſu producto fol. 18. hoc ſuum &c. Antonius qui ſupra Ceſarius Secretarius.*

Alia ejuſdem Sacri Conſilii decreta.

Quo vero decreta hæc omnia obſervarentur, proviſiones a ſac. conſilio ſunt expeditæ diebus 22. Februarii, 2. Aprilis, 1. Junii, & 8. Junii an. 1566. earumque executio commiſſa magiſtratibus S. Germani, atque aliarum urbium, oppidorumque regni Neapolitani, præſertim vero miniſtris magnæ curiæ Vicariæ. In ultimis vero S. conſilii proviſionalibus literis hæc leguntur. *Et ad omnem inſtantiam dicti ſacri monaſterii, ſeu alterius ejus parte dictum præinſertum decretum ultimo loco interpoſitum per dictum ſac. conſilium ſub dicta die 8. preſentis menſis Junii, & præinſertum regeſtum obſervari faciatis, per quos decet ex dictis hominibus dicta civitatis S. Germani juxta ſeriem, continentiam, & tenorem dictorum præinſertorum ultimi decreti, & magiſtri, & quatenus fuerint renitentes ad obſervantiam prædictorum, vos cogatis, & cogi faciatis juris, & facti remediis opportunis ad prædicta, modo quo ſupra, omni dubio, & difficultate ceſſantibus &c.* Fuere hæ literæ Sindicis, aliiſque Sangermanenſibus intimatæ, atque ex ultimo decreto, & proviſionibus liquet approbatum a ſacro conſilio, quidquid contra reclamaverint Sangermanenſes, regeſtum II. Bernardi Abbatis.

Proviſoriæ literæ S. cōſilii pro Caſſinatium juribus.

Præcipitur obſervatio Regeſti Bernardi.

Die 24. Martii ejuſdem anni Angelus Abbas capitaneum S. Petri de Avellana conſtituit Thomam Angelum Fagium a caſtello Sangri ex citato regeſto p. 145. & die 5. Julii capitaneum oppidi Citrarii U. I. D. Johannem Baptiſtam de Aſcanio a S. Elia ex cit. regeſto p. 147.

Magiſtratus creati.

Obtinuerat a rege Catholico Cancellariam cauſarum civilium, mixtarum, & criminalium urbis S. Germani, oppidorumque cœnobii Caſſinenſis ad ſuam, filii, aut generi vitam Marcellus Pignone Marchio Orivoli ſupremi regii conſilii conſiliarius, atque regens regiæ cancellariæ Neapolis, ut fuſius conſtat ex privilegio a Philippo II. illi conceſſo Madriti die 15. Novembris an. 1565. quod executioni a regio collaterali Neapolitano conſilio demandatum eſt die 20. Februarii an. 1566. Cum vero cancellariæ poſſeſſionem inire vellet virtute quarumdam proviſionum regiæ cameræ obſtitere miniſtri cœnobii Caſſinenſis, cujus juris erant cancellariæ juriſdictionis civilis, & mixtæ, atque Caſſinenſes Proregis opem implorarunt, cauſati illa ſe poſſeſſione dejici, quam pacifice a mille, & amplius annis habuiſſent. Cauſa regiæ cameræ a Prorege commiſſa eſt die 12. Junii an. 1566. atque commiſſarius ſtatutus Præſidens Didacus de Scobar. In proceſſu ab eo facto præſentarunt Caſſinates privilegia a Lothario III. an. 1137. ab Henrico VI. an. 1191. & 1195. conceſſa, atque declarationem a rege Ferdinando Catholico an. 1515. factam, qua decernit, cauſas civiles, & mixtas ditionis Caſſinenſis ad Monachorum juriſdictionem pertinere. Conceſſiones quoque a pluribus Abbatibus earum cancellariarum factæ quibuſdam ex gente Marcella præſentatæ ſunt, atque locationes earundem. Quibus auditis, atque perpenſis utriuſque partis rationum momentis, hoc decretum a regia camera prodiit. *Die 16. menſis Novembris 1566. In cauſa illuſtris Marcelli Pignoni Regentis regiam cancellariam cum venerabili monaſterio Caſinenſi ſuper officio magiſtri actatus cauſarum civilium S. Germani, & caſtrorum, prout in Actis &c. Viſis actis cauſa prædicta, per magnificum U. J. D. D. Didacum de Scobar regia camera Præſidentem, & cauſa commiſſarium, factaque per eundem relatione in dicta R. camera aliis magnificis dominis Præſidentibus, auditiſque magnificis Advocatis partium prædictarum, fuit per dictam regiam cameram proviſum, & decretum, quod detur, prout preſenti decreto datur, terminus juris in præſenti cauſa ad probandum incumbentia utrique parti, & interim, lite pendente dictum ſacrum monaſterium manuteneatur, prout preſenti manuteneri mandatur in quaſi poſſeſſione dicti officii magiſtri actatus cauſarum civilium, & mixtarum hoc ſuum &c. De Scobar.*

Lis quoad cancellariæ juriſdictionis civilis, & mixtæ cœnobii Caſſinenſis.

Ex originali in Archivo.

*Johan-*

Digitized by Google

*Johannes Paulus Criſpus Magiſter actorum. Conſenſu. Palumbus pro not.* Expeditæ hac de re fuere proviſiones die 20. Novembris, earumque executio demandata Gubernatori S. Germani a quo juſſum notario Valerio Vicalvo miniſtro D. Pignonis, ut acta omnia ſcripturaſque earum cancellariarum reſtitueret, quas penes ſe haberet. Inconſulte vero renuenti die 9. Decembris R. camera præcepit, ut tres intra dies morem gereret, cauſamque redderet, cur mille ducatorum multa ſolvenda ab ipſo non eſſet in primis literis comminata, & inflicta. Die itaque 16. Januarii 1567. Scripturas omnes mandatis pariturus miniſtris cœnobii Caſinenſis reddidit, ut publico inſtrumento conſtat penes acta notarii Cæſaris Martucii Sangermanenſis.

Abbas Caſſinenſis ad regni comitia vocatus. Hoc eodem anno Abbas Angelus Proregis epiſtola eſt invitatus, ut per procuratorem publicis regni comitiis, utpote primus regni Neapolitani Baro, intereſſet. *Philippus Dei gratia rex Caſtellæ Aragonum, utriuſque Siciliæ, &c. Reverende Vir. Perchè ſua Maeſtà Cattolica ci ordina, e commanda con ſue lettere della data de Madrid a 15. Maggio proſſimo paſſato, che dobbiamo convocare li Baroni, e procuratori delle Univerſità demaniali del regno, e conferirli alcune coſe, che mi ſcrive importante al ſuo real ſervitio, & ſtato, & al beneficio univerſale, guardia, & conſervatione del detto regno, & eſſendo voi uno delli Baroni prelati del regno predetto, vi dicemo, & eſortamo, che dobbiate deputare alcuna perſona con procura legitima, quale poſſa comparere da voſtra parte in queſta fedeliſſima città di Napoli per li 25. del meſe di Luglio proſſimo venturo con ampla poteſtà di poter concludere, e far tutto quello, che ſi tratterà nel parlamento generale, che ſi convocherà in S. Lorenzo per ſervizio di S. Maeſtà, & univerſale beneficio del regno, e non fate altrimenti, ſe deſiderate fare coſa grata alla predetta Maeſtà, & a noi. Datum Neapoli die 17. menſis Junii 1566. V. Villanus R. V. Reverterius R. V. Pignonus R. V. Patignus R. Lobera pro Secretario.* (Ex originali in Archivo.) Ejuſdem tenoris epiſtolas Abbas Caſſinenſis acceperat an. 1560. deindeque accepit an. 1568. & 1572.

Magiſtratus creati. An. 1567. die prima Septembris Abbas Angelus capitaneum Citrarii conſtituit Silvium Fagium a caſtello Sangri, ex cit. regeſto pag. 152. a t. Eodemque die capitaneum Serræ Monacheſchæ Thomam Fagium a caſtello Sangri ex cit. regeſto pag. 153. Die 27. Octobris Gubernatorem S. Germani Jacobum Rubeum Arpinatem, quem etiam capitaneum nundinarum ditionis Caſſinenſis ſtatuit ex cit. regeſto p. 155. Die 18. Novembris Gubernatorem S. Germani Johannem Jacobum Pardono a Vernicari ea tamen lege, ut non niſi poſt obſceſſum Jacobi Rubei magiſtratum iniret ex cit. regeſto p. 155. An. 1568. die primo Maii capitaneum Serræ Monacheſchæ Thomam Angelum Fagium a caſtello Sangri ex cit. regeſto p. 158. Abbas quoque Bernardus Angeli ſucceſſor capitaneum Citrarii iterum conſtituit Silvium Fagium ex cit. regeſto p. 161.

Juriſdictiones cœnobii Caſſinenſis locatæ. Hic vero Bernardus Abbas ſtatim ab initio magiſtratu cum multo ære gravatum cœnobium Caſſinenſe conſpiceret, illi conſultum iri ratus, juriſdictiones ejus omnes, majoremque reddituum partem Dionyſio Spinolæ ad annos novem locavit, ea lege, ut liceret utrique parti poſt quatuor annos deliberare, an ad quinque alios in inſtituta locatione perſtare vellet, ut inſtrumento conſtat die ultimo Junii an. 1568. rogato a notario Antonio Caſtaldo a Neapoli, quod ratum habuere Caſſinates die 19. Novembris penes acta Julii Cæſaris Caſtaldi a Neapoli. In eo hæc ad rem noſtram leguntur. (Ex apographo in Archivio.) *Die ultimo menſis Junii undecimæ indictionis 1568. Neapoli, & proprie intus monaſterium S. Severini, & Soſſii hujus civitatis. Conſtitutis in noſtri preſentia reverendis, & religioſis patribus D. Hieronymo Caracciolo de Neapoli Abbate titulari, D. Honorato Spinula Januenſi Priore Caſſinenſi, & D. Andrea de Sueſſa Cellerario etiam Caſſinenſi Ordinis S. Benedicti &c. procuratoribus ad infraſcripta ſignanter venerabilis, & ſacri monaſterii Caſſinenſis &c. ex una parte, & magnifico D. Dionyſio Spinola Januenſi Neapoli mercantiliter reſidente, agente ſimiliter ad infraſcripta omnia &c. ex parte altera. Præfati vero reverendi patres procuratores quo ſupra nomine, ſponte aſſeruerunt coram nobis, & dicto D. Dionyſio, præſente, & audiente ſupradictum ſacrum monaſterium Caſinenſe ſub vocabulo S. Benedicti inter alia habere &c. juſte &c. tamquam rem propriam dicti monaſterii in burgenſatico, & in burgenſaticorum bonorum naturam, & in francum, & liberum allodium Abbatiam nuncupatam vulgariter* l' Abbatia di S. Germano, *conſiſtentem in infraſcriptis terris, ſeu caſtris videlicet civitate S. Germani, terra, ſeu caſtro S. Heliæ, caſtro Cerbarii S. Victoris, S. Petri in fine, Cucurutii, S. Apollinaris, S. Ambroſii, S. Andreæ, Vallisfrigidæ, S. Georgii, Terruculi, Pedimontis, & Villæ, Vallisrotundæ, terra Viticoſi, & caſtro Aquafundata cum earundem civitatis, & terrarum, ſeu caſtrorum hominibus, vaxallis, vaxallorumque redditibus, rendentibus, domibus, palatiis, cenſibus quibuſcumque, introitibus, redditibus, proventibus, bonis, membris, terris, territoriis cultis, & incultis, aquis, aquarumque decurſibus, fontibus, fluminibus, rivis, ſcaſis, montibus, planis, vallibus, defenſis, foreſtis, nemoribus, ſilvis, paſcuis, pratis, fidis, diffidis, franchitiis, immunitatibus, & privilegiis, & aliis bonis, juribus, & membris earum, & cum banco juſtitiæ, & cognitione primarum, & ſecundarum cauſarum civilium, & per dies decem, & novem anni cujuslibet cauſarum criminalium juxta ſolitum, & conſuetum, & cum integro earum ſtatu, francam, burgenſaticam &c. dictam Abbatiam ut ſupra conſiſtentem &c. nemini venditam &c. ſubjuncto in aſſertione predicta &c. quod cum dictum monaſterium &c. teneat continue magnam domum in dicta civitate S. Germani, quæ cunctis qualificatis perſonis per inde tranſeuntibus aſſidue patet, cum magna, & notabili impenſa monaſterii, quæ ſepe ſepius aſcendit ad ſummam ducatorum trium mille per annum, tanta eſt viandantium frequentia, & ordinarius concurſus, ac etiam reperiatur in debito in notabili ſumma &c. Pro omnibus prædictis inconvenientibus, & damnis evitandis &c. tandem cum ipſo D. Dionyſio ſuper dicto affictu faciendo ſe convenit cum pactis, capitulis, & conditionibus infraſcriptis in vulgari ſermone ſcriptis pro majori eorum intelligentia &c.* Exponuntur ibi caſtra omnia cum illorum juriſdictionibus, Portulania

Juriſdictiones monaſterii ſunt allodiales.

Expenſæ pro hoſpitibus.

Digitized by Google

tulania etiam, ponderibus, menſuris, bajulatione, rectoria, fida, diſfida, ſcaphis, molendinis, montanis, aliiſque bonis omnibus, quæ monaſterium eidem Dionyſio locaverat. Sibi ipſi tamen nonnulla reſervabat, caſtra, & bona, cauſſas uti vocant ſecundas, medietatem proventuum, qui ex cauſis exigebantur, tum civilibus, tum mixtis, ſignanter vero facultatem, aliiſquibuſcumq; permittendi, ut molendina, montana, aliaque id genus ædificia conſtruerent.

Lis pro finibus inter Caſtellum novum, & S. Georgium.

Magna paulo ante lis inter univerſitatem caſtelli novi, nobis olim ſubditam, nunc comiti Trajectenſi & illam s. Georgii ditionis noſtræ pro finibus exarſit pro qua haud parvæ molis proceſſus eſt conditus in Banca Antonii Milone. Inter articulos vero anno 1565. ab univerſitate caſtellinovi factos aliqui ſunt, qui Caſinatibus faveant. Aſſerunt enim articulo XI. exegiſſe ſemper cœnobium Caſſinenſe in territorio s. Georgii decimas XIII. poſſediſſe ſemper, actuque habere dirutum oppidum s. Stephani, in cujus territorio decimas fructuum exigeret XIV. poſſidere oppidum vallis frigidæ, in ejuſq; territorio decimas fruguum exigere. XIX. & XX. habuiſſe ſemper, habereque jus fidæ in univerſo territorio Abbatiæ Caſſinenſis, illamq; locare; quæ quidem omnia plures teſtes aſſeruerunt. Univerſitas etiam s. Georgii articulos condidit, examinavitque teſtes, qui faſſi ſunt, fines s. Georgii in proceſſu præſentatos fuiſſe a regeſto Bernardi Abbatis deſumptos, in quo omnium Abbatiæ Caſinenſis oppidorum fines continentur. Hoc tandem anno hujuſmodi ſententia eſt lata. *In Dei nomine Amen. Pateat univerſis, & ſingulis, quod nos Philippus Dei gratia rex Caſtellæ, Aragonum, utriuſque Siciliæ, Hieruſalem &c. Viſo mandato olim per noſtram Regiam cameram Summariæ expedito ad inſtantiam univerſitatis, & hominum caſtri S. Georgii contra univerſitatem, & homines Caſtrinovi, viſoque decreto remiſſionis dictæ cauſæ factæ noſtro ſacro conſilio per dictam regiam cameram, tenor cujus talis eſt &c. Viſis denique videntibus, ſervatis ſervandis per hanc noſtram diffinitivam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus territorium in actis, & proceſſu dictæ cauſæ deductum dividendum eſſe, & dividi debere, prout ipſum præſenti noſtra diffinitiva ſententia dividi volumus, & mandamus, juxta terminos in regiſtro contentos venerabilis monaſterii S. Benedicti, & propterea omnes poſſeſſores, qui ſunt de dicta terra Caſtrinovi poſſidentes territoria intus dictos confines, verſus prædictum caſtrum S. Georgii teneantur contribuere in functionibus fiſcalibus, cum hominibus dicti caſtri ſancti Georgii, in futurum tamen abſolventes dictos poſſeſſores ex cauſis in proceſſu diſcuſſis ab omnibus ſolutionibus debitis pro præterito, neutram partem in expenſis propterea condemnantes ex cauſa, hanc eandem. Jo. Felix Scalaleo. Die decimo nono Decembris* 1570. *Neapoli, lecta lata &c. in Sac. regio conſilio in caſtro Capuano in quo ſacrum conſilium regitur, præſentibus magnificis V. J. doctoribus Dominis Antonio Orificio, Antonio Cadena, & Johanne Felice Scalaleone regiis conſiliariis, & aliis Actuariis, & Porteriis, & aliis &c. Antonius Mirlonus.*

Supplex Citrarienſium libellus.

An. 1571. Citrarienſes ſupplicem hunc libellum Patribus congregationis Caſſinenſis exhibuere, ex quo liquet, quanta benignitate a Caſinatibus regerentur. *Reverendiſſimo Padre Preſidente, & Deffinitori Procuratori noſtri, & Signori Off. Noi Melchionne Balſano, e Marco Ruſſo, Sindici, cittadini, Nuntii, e procuratori di la terra del Cetraro a queſt' effetto eletti da eſſa univerſità à nome di eſſa proſtrati avanti il coſpetto delle Signorie voſtre Reverendiſſime ſupplicando gli facciamo intender', come avendo inteſo, come il Sacro moniſterio di Monte Caſino, e molto aggravato da debiti, e molto più al preſente per lo taglione impoſto da S. Santità alla congregazione perilche è forzato vender', & alienar' alcuna proprietà, o caſtello di eſſo Sac. monaſterio per ſodisfare. Noi ſopradetti cittadini, e Nuncii di detta univerſità, quale dubitando, non ſia alienata, o affittata, ſecondo, che molti Signori ricercono con utilità del ſudetto ſacro monaſterio, e noſtro perpetuo danno. Con ogni umiltà ſupplicamo, con tutte quelle efficaci preghi, e lagrime, che ſi vogliano contentar', che non ſiamo ruinati, e meſſi in mano de' Signori ſeculari, mà chen ci laſciano perſeverare ſotto il dominio di S. Benedetto, e giuriſdittioni Caſinenſi, ſiccome per tanti centenaja d' anni abbiamo felici, e quietamente viſſuti, e noi ci obligamo, e promettemo, come a fideli, & amorevoli vaſſalli, & ſervi ſpontaneamente, e per noſtra devozione, e per pia volontà voler' in parte ſecundo la povertà noſtra agiutare, e ſovenire eſſo ſagro monaſterio, e pagare quel tanto, che li competirà di queſto taglione, purche in queſto nigotio, & pro hac vice tantum il Citraro non ſia venduto, o affittato, il che ſarria in perpetuum la noſtra ruina, il che Dio non voglia, quale preſti allora gratia di diſponere ogni coſa a laude di la Majeſtà ſua, e beneficio de' populi allor' commeſſi &c.*

Ex originali in Archivo.

*Io Melchionne Balſano Sindico, & imbaſciatore di la terra dil Citraro confirmo quanto di ſopra, e ſcritto di mia propria mano. Io Marco Ruſſo Sindico, e procuratori como di ſopra confirmo tutto il ſopraſcritto di manu proprio. Reverendi Patres D. Angelus de caſtro Sangri humilis Præſidens Caſinenſis, cæterique Diffinitores ejuſdem congregationis in Capitulo generali congregati compatientes tam humili, & piæ petitioni Sindicorum, & electorum, ac totius univerſitatis terræ Citrarii, qui inſtanti neceſſitati ſacri monaſterii Caſinenſis decreverunt tamquam pii patres, & miſericordes, ut R. Pater Abbas Caſſinenſis, & in ejus abſentia R. Pater D. Hieronymus Caracciolo, & Ven. Pater Alexander de Hyracio Prior, cæterique ſuperiores ejuſdem monaſterii ſi pro hac vice tantum, pro urgenti neceſſitate monaſterii eſt dimictendum, dimictant venditionem fieri, & alienationem ſupradictæ terræ Citrarii, & ad conſilium ſapientis conveniant cum magnifico Melchionne Balſano, & honorabili Marco Rubbeo nunciis, & legatis dictæ terræ Citrarii, ſecundum retroſcriptam ſupplicationem, ut omnia, & ſingula tuta conſcientia ab utraque parte perficiantur. Ex monaſterio s. Benedicti de Mantua die* 8. *Maii* 1571.

Criminalis Caſſinatium juriſdictio in Oppido Citrarii.

Cum an. 1571. regia curia remigantibus indigeret, qui triremibus imponerentur contra Turcas a ſummo ſacri fœderis præfecto Johanne Auſtriaco ducendas, hanc ad Abbatem Caſinenſem, utpote Citrarii dominum epiſtolam dedit, e qua magis, magiſque criminalis ce-

*Diſſert.* Ggg

Ex originali in Archivo.

cœnobii noſtri in illud oppidum juriſdictio confirmatur. Foris. *R. viro Abbati Caſinenſi utili Baroni terra Citrarii regie, devoto, dilecto. Philippus Dei gratia rex.* Intus. *Reverende vir regie, devote dilecte. Perche conviene al ſervizio del noſtro Sig. Iddio, de S. Maeſtà, & al beneficio publico di queſto regno, & di tutta la Criſtianità de giuntare gran quantità de' remieri per ſervizio delle Regie galere, le quale ſua Maeſtà commanda, che ſtiano in ordine in groſſo numero baſtando non ſolo per la defenſione della Criſtianità, contro la quale minaccia il Turco comune inimico, ma anco per correre nelli mari, & terre che per eſſo ſe tengono; per tanto per le cauſe predette vi dicemo, che non debiate procedere ne far procedere da voſtri officiali all' eſſecuzione delle ſententie, che ſono pronunciate, o ſi pronuntieranno a morte contro delinquenti, ſenza primo darcine avviſo, il quale avviſo volemo, e così vi dicemo, che ce lo dobiate dare ſubito, che ſarranno pronuntiate le ſentenze predette, e queſto s'intenda ſenza pregiudizio alcuno de' voſtri privilegii, li quali volemo, che reſtino ſempre in loro forza, e vigore, & por haverſi il maggior numero de' remieri, che ſe potrà, havemo fatto emanare in queſta fedeliſſima città di Napoli tre bandi, la copia delli quali vi s'invia con queſta, acciò ne tengate notitia, & teneremi penſiero come a perſona, che deſiderate il regio ſervizio di havere tutto il numero de' remeri, che ſe potrà conforme al bando, perche oltre ne farete gran' ſervizio alla Maeſtà ſua, teneremo noi penſiero in tutte le voſtre occorrenze, ed in tutto quello ce recercarete per voſtro commodo, e beneficio de darve ogne contentamento, avertendone, che debiate dar' ordine, ſiccome con queſto lo damo alli voſtri officiali di giuſtizia, che circa l'eſſecuzione delle pene di galera, per quanto la giuſtizia lo conſente, in virtù delle leggi, capitoli, pragmatice, ordini, et banni nel preſente regno ſtiano con ogni advertentia ſotto pena debita da imponerſeli nel tempo, che ci parerà ſecondo la qualità della negligentia, e così eſſeguirete, per eſſere coſa tanto importante al regio ſervizio, per quanto avete cara la grazia della predetta Maeſtà, avviſandoci di per dì de quello, che fareti. Datum Neapoli die ultimo Aprilis* 1571. *Antonius Cardinalis de Granvele, vid. Reverterius R. vid. Salernitanus R. Robera pro Secretario.* Eodem anno, die ultimo Octobris pragmatica II. de contractibus promulgata eſt, quæ ſic incipit. *Semo informati, che in queſto regno per molte perſone laice ſi contrae in coſa di laici &c.* Et infra hæc leguntur. *Volendo ſopraciò provedere per quello conviene al regio ſervitio ci è parſo con voto, e parere del regio Collateral conſeglio appreſſo di noi eſiſtente far il preſente bando, per il quale proibemo, che in modo alcuno niſciuno ardiſca intervenire come publico notaro, o giudice a contratto nella celebrazione di tutti li contratti, teſtamenti, codicilli, & altri qualſivogliano atti publici, che non ſia creato nella forma ſolita, e debita da S. Maeſtà cattolica, o dalli ſuoi illuſtri Vicerè ſotto pena di eſſer' punito di falſo, & annullatione de' contratti, che farranno, &c.* Plurimum hanc pragmaticam negocii juriſdictioni ſuæ faceſſere ſenſit cœnobium Caſinenſe, quod a vetuſtiſſimo jam tempore ex decreto etiam Caroli II. an. 1308. a nobis relato notarios, judi-

Pragmatica ſecunda de Contractibus.

ceſque ad contractus in univerſa ditione ſua creaverat, imo, & protonotarium, pro quibus patentes litteras attulimus. Porro hiſce quoque temporibus plures ab Abbatibus Caſſinenſibus creatos judices ad contractus conſtat ex literis hoc anno 22. Novembris ad Abbatem noſtrum datis a Felice Falcone cœnobii noſtri in oppido Citrarii Erario in quibus hæc leguntur. *L'invio copia di un' ordine di S. Eccellenza, che non poſſano intervenire nelli contratti altri giudici, che li regii, qui ſonno molti Abbatiali fatti dalli Reverendiſſimi predeceſſori Abbati, e logotenenti, V. S. Rev. potrà provedere ſecondo più li ſarrà ſervizio, e parerà meglio ſpediente per non perdere queſta prerogativa di juriſdittione, che il ſagro monaſtero hà ſempre hauta &c.* Eodem jure tunc temporis fruebatur celeberrimum, omnibuſque titulis magnum cœnobium Cavenſe.

Ex originali in Archivo.

Angelus Abbas die 10. hujus anni capitaneum Citrarii conſtituit U. J. D. Tiberium Serſale Conſentinum ex cit. reg. p. 169. a terg. An. 1573. Angelus Abbas Gubernatorem ſancti Germani conſtituit U. J. D. Tiberium Serſale Conſentinum, ea lege, ut magiſtratum die 1. Septembris hujuſce anni iniret, & capitaneum Citrarii Franciſcum Antonium Blaſium eadem lege ex cit. reg. p. 173. an. 1574. die 21. Maii capitanium ſancti Petri de Avellana Placidum Tumolum Fractenſem ex cit. reg. p. 174. a tergo.

Magiſtratus creati.

Ab anno 1526. Sacrum Caſinenſe cœnobium Silvam Ream civitati Theatinæ vendiderat, Enormiſſima tamen læſione percuſſum, an. 1558. ante ſac. conſilium conqueſtum eſt haud ſe poſſeſſione ejus Silvæ frui, quam judicum ſententia decreviſſet. Exhibuit contra civitas Theatina inſtrumentum tranſactionis cum cœnobio Caſſinenſi initum, pluribuſque teſtibus ab utraque parte examinatis.

Lis quoad Sylvam Ream.

Sacrum itaque conſilium ſemel iterumque pronunciavit, ut inſuper habita jam dicta tranſactione monaſterium ſancti Liberatoris Sylvæ caperet poſſeſſionem, & in ipſam immitteretur a Michaele de Villanova regio conſiliario, quod rei hunc præſtitiſſe ex inſtrumento liquet rogato per acta Ferdinandi Gaſparrini Rocce montis plani nonis Maii 1583. Quum verò Proregi ſuoque regio Collaterali conſilio relatum hoc fuiſſet a duarum Rotarum conſiliariis Vincentio de Franchis cauſæ commiſſario, quod per Michaelem de Villanova factum fuerat judicatum eſt rectè factum, & ratum habitum eſt. Hinc Teates, qui nihil videbant ſibi ipſis ſupereſſe a Caſinatibus monachis poſtularunt demiſſis precibus, ut Sylvam venderent quod demum obtinuerunt.

Illam tamen hoc anno iterum Teatinis vendidere, una cum fructibus ab anno motæ litis 1465. perceptis, cum expenſis, quibus damnati fuerant, atq; piſtrinis in ejuſdem Silvæ Reæ territorio, ſitis, omnibuſq; juribus ſupra Scafam in flumine Piſcariæ poſitam. Pro quibus omnibus Teatini cenobio noſtro ſolverent ducata 9350. remiſeruntq; pecuniæ quantitatem tempore tranſactionis ſolutam, vel ante, vel poſt, quacumque de cauſa, ſpopondere inſuper immunes liberos, atque exemptos in perpetuum futuros in eorum territorio monachos Caſſinates cum omnibus eorum Servis,

ani-

Digitized by Google

animantibus, frugibus a ſolvendis ſcaſis, pontibus, paſſibus, vectigalibus, eoſque pro civibus ſe ſe habituros. Silva rea menſurata univerſa eſt, inventaque habere terræ cultæ modia octingenta, inculta modia quadrigenta. Recogniti etiam, determinatique ejus fines a conſiliario della Quadra poſiti, ne lites amplius inter Teatinos, & Caſſinates obreperent, atque ita Sylva Rea Teatinis, Villa Oliveti, ut antea, Caſſinatibus ceſſit, ut fuſius conſtat inſtrumento ſtipulato a notario Nicolao Antonio Florentino a Teate menſe Novembris an. 1574.

*Magiſtratus creati.* Anno 1575. Hieronymus Abbas die 23. Junii capitaneum Citrarii conſtituit U. J. D. Petrum Cavalcantem Conſentinum, & die 13. Augusti Gubernatorem S. Germani U. J. D. Fabritium Carrafam Neapolitanum, quem etiam capitaneum nundinarum Abbatiæ Caſinenſis elegit ex cit. regeſto p. 179. a t.

*Abbas Caſſinen. Regni Comitiis intereſt per Procuratorem.* Anno 1576. die 14. Decemb. ab Indico de Mendozza Marchione de Mondeyar Prorege Neapolitano, & ab ejus regio collaterali conſilio literis rogatus eſt Hieronymus Abbas ad publica regni comitia, utpote eccleſiaſticus regni Baro procuratores mitteret. Quod Abbas præſtitit de legatis DD. Hieronymo Thomacello, & Alphonſo Piſcicello, ut ex inſtrumento conſtat rogato a Johanne Benedicto de Rubertis Sangermanenſi die v. Januarii 1577. atque ex actis comitiorum regni ejus anni. *Magiſtratus creati.* Die 27. Martii ejuſdem anni Hieronymus Abbas conſtituit capitaneum S. Petri de Avellana notarium Tarquinium de Covatis a S. Victore, ex cit. regeſto p. 181. a t. menſe Aprilis capitaneum Serræ Monacheſchæ notarium Johannem Antonium de Buſciano a Prata ex cit. regeſto p. 183. Die 20. Junii capitaneum Citrarii U. J. D. Franciſcum Antonium Papaleum a Scalea ex cit. regeſto ibidem.

Anno 1577. die 10. Januarii capitaneum S. Petri de Avellana Blaſium de Ruberto a Teano, ex cit. regeſto p. 185. a t. Die 26. Junii capitaneum Serræ Monacheſchæ Matthæum de Vezzano a Matrice ex cit. regeſto ibidem. Die 1. Julii capitaneum Citrarii Johannem Hieronymum de Jeſe a Blanda ex cit. regeſto p. 186. Die 20. Decembris Bernardus Abbas capitaneum Citrarii conſtituit Johannem Hieronymum Scopa ex cit. reg. p. 188.

Anno 1578. die 3. Martii Gubernatorem S. Germani Fabium de Paulo ex Pedemontis Aliphæ ex cit. regeſto p. 189. Die 12. Martii immunitatem a ſolvendis decimis, aliiſque oneribus ad ejus vitam conceſſit Ferdinando della Marra Sangermanenſi, ex cit. regeſto p. 189. a t. Die 17. Julii capitaneum Serræ Monacheſchæ conſtituit notarium Blaſium a Fara filiorum Petri ex cit. regeſto p. 190. Die 31. Julii capitaneum S. Petri de Avellana Torquatum Fagium a caſtello Sangri ex cit. regeſto p. ibid. Die 4. Novembris judicem ſecundarum cauſſarum Serræ Monacheſchæ U. J. D. Roſatum de Ninis a Fara filiorum Petri ex cit. regeſto p. 190. a t.

Anno 1579. die 15. Februarii Gubernatorem S. Germani comitem Onuphrium della Porta Romanum ex cit. regeſto p. 191. Die 18. Julii capitaneum Serræ Monacheſchæ notarium Paſchalem Cincinnatum ex oppido Fenticulorum ex cit. reg. p. 191. a t. Die 7. Auguſti capitaneum S. Petri de Avellana notarium Franciſcum Vacca a S. Elia, ex cit. regeſto p. 192. Die 15. Septembr. capitaneum Citrarii Johannem Hieronymum Dattoli a Neapoli, ex cit. regeſto ibidem.

*Ad Regni Comitia vocatur Abbas Caſinenſis.* Eodem anno die 7. Octobris Bernardus Abbas ad regni comitia pro more invitatus procuratorem nomine ſuo conſtituit, D. Cæſarem a Capua Conchæ Principem, & inſtrumento conſtat rogato a Johanne Benedicto de Rubertis Sangermanenſi. Anno 1579. ejuſdem generis epiſtolas a Proregibus Neapolitanis accepere Abbates Caſinenſes die 11. Auguſti 1580. die 30. Novembris 1582. die 11. Aprilis 1584. die 30. Auguſto 1586. die 18. Aprilis 1588. atque procuratores pro more conſtituerunt, qui ſuo nomine comitiis intereſſent.

*Capitula pro jure adminiſtrando conſtituta.* Ut lites quotidie inter capitaneum juriſdictionis criminalis, atque Gubernatorem civilem in urbe S. Germani obortas ſedaret, Regens Salernitanus Proregis delegatus, quædam capitula ſtatuit, in quibus, citra utriuſque partis præjudicium decernebantur cauſæ ad utramque juriſdictionem pertinentes, quouſque aliter Prorex juberet.

Hiſce tamen haud contentus Princeps, juriſdictionis criminalis Gubernator conquæſtus ante Regentem Salernitanum eſt, omnia in capitulo quarto contenta juriſdictioni criminali eſſe contraria.

Auditis itaque partibus a regia camera, cui cauſa hæc fuerat demandata a Prorege, decrevit caput illud eſſe adamuſſim obſervandum. Qua de re hoc anno expeditæ ſunt proviſiones an. 1579. & confirmatæ an. 1601. & 1603. Regentis porro Salernitani, & regiæ cameræ decreto lato IV. Kal. Decembris anno 1579. ſancitum quidem fuit poſſe capitaneum criminalis juriſdictionis publicis Germanenſium conſiliis, ſeu, ut vocant parlamentis intereſſe, vetitum tamen illi conventus, ſeu parlamenta indicere, ſuæ adminiſtrationis rationem reddant, & jurent de bene adminiſtrando: hæc vero omnia ad juriſdictionis civilis Gubernatorem ſpectare eſt judicatum. Quamvis autem non pauca ſententiæ huic objecta fuiſſent capitanei nomine rationum momenta, illi tamen regia camera gravibus adjectis pœnis parendum juſſit, eaque de cauſa quum id genus rebus ſe ſe rurſus ingererent anno 1601. Capitanei Comes de Lemos, qui tunc temporis Neapolitani regni Proregem agebat, ſuumque collaterale conſilium, ad inducendam decretorum regiæ cameræ, quæ iiſdem literis inurebantur, obſervantiam, minaces, & acerbas dederunt illis literas, quæ in hæc deſinunt verba. *Et viſte per noi le preinſerte noſtre proviſioni, & quelle anco ultimamente ſpedite per la regia camera della Summaria, & eſſendo ſtata fatta inſtanza per parte di detto Sacro monaſtero per l'effettuale eſſecuzione, & oſſervanza di eſſe, ci è parſo farvi la preſente per la quale ve decimo, & ordinamo, che inſpetto per voi il tenor, e forma delle preinſerte proviſioni, tanto noſtre, quanto de ditta regia camera dobbiate oſſervarle, & eſſeguirle adunguem, & inviolabiliter juxta la loro forma, continentia, & tenore, non fando lo contrario, ſotto le pene in quel-*

*in quelle contente omni dubio, difficultate, & contradictione ceſſantibus, che tale è noſtra volontà, & intenzione, la preſente reſti al preſentante. Datum Neapoli die ultima Maii* 1601. *El Conte de Lemos; vidit Pareſtiola R., vidit de Porta R., vidit Caſtellet R. Salazar Secretarius.*

Ditionis Caſinenſis homines piſtrina ædificare non poſſunt.

Archipresbyteri, & presbyteri Pediſmontis vetuſtiſſima poſſeſſione cœnobium noſtrum deturbare conati ſunt ante Auditorem R. C. apoſtolicæ qua nimirum vetabatur, ne quis piſtrina frumentaria, aut olearia intra fines Abbatiæ Caſſinenſis conſtrueret, ſed fruges omnes moleret in piſtrinis a Caſinatibus conſtructis. Quare utriſque partis momentis perpenſis, anno 1579. die 30. Octobris decretum de manutenendo pro Caſinatibus tulit Hieronymus Matthæjus, quod Sæculo primo hujuſce diſſertationis integrum edidimus.

Jura cœnobii S. Liberatoris aſſerta.

Pacifice a tot jam ſæculis S. Liberatoris cœnobium ea omnia bona poſſederat, quæ Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 45. chron. Caſs. deſcribit, quæque referuntur etiam in privilegiis Henrici II. & Rogerii regis an. 1133. a nobis ſuo loco relatis, donec anno 1535. incolæ oppidi Præturii hac illos poſſeſſione deturbare ceperunt. Quapropter in jus cœnobium Caſinenſe oppidanos ante ſacrum conſilium vocavit. Memoratæ quidem univerſitatis homines accuſavit, quod terrena quædam ſui juris ſita in monte Majellæ per injuriam occupaviſſent. Sacrum vero conſilium, poſtquam probationes adductæ, & ſcripturæ hinc inde fuiſſent exhibitæ, reddenda monaſterio eſſe pronunciavit, ſuumque hoc decretum, quod latum fuerat die 18. Novembris anno 1542. per regiam Teatae audientiam debitæ exequutioni mandari juſſit, atque hinc per Johannem Baptiſtam Hoyeda regium ejuſdem audientiæ, a qua delegatus ad hoc fuerat, Auditorem terrena ejuſmodi ad monaſterium, limitibus poſitis, redierunt. Quum autem, nec huic ſententiæ, nec alteri, quæ per Hieronymum Morano regium itidem Auditorem ad cauſſæ ejuſdem cognitionem a ſacro conſilio delegatum prolata fuerat, homines illi acquieviſſent, regius conſiliarius Thomas de Minadois eo loci ſe contulit, rebuſque ibi perſpectis Hoyedæ, & Morani ſententiam ratam habuit, & ſervandam juſſit, nulla habita ratione decreti ab Auditore Blaſio Pontano prolati, quod nullum, & irritum declaravit, & aboleri præcepit.

Ratam utraque pars habuit ſententiam, atque utriuſque partis interventu conſenſuque poſiti ſunt termini a duobus memoratis arbitris ſervata forma ſententiæ, ut fuſius conſtat inſtrumentis rogatis die 19. & 21. Octobris an. 1581. a Johanne Dominico Cacciavillano ex Bellante, eaque rata habuere Abbas, & Monachi Caſſinates die 11. Decembris penes acta Johannis Benedicti de Rubertis Sangermanenſis, & incolæ Præturii die 4. Februarii an. 1582. penes acta Johannis de Lutiis ejuſdem oppidi. Actis conſentit ſpeciali diplomate Gregorius XIII. die 7. Maii an. 1582. Adnotanda vero illa ſunt ſententiæ verba: *Declaramus per hanc noſtram diffinitivam ſententiam non intelligere prejudicium aliquod afferre antiquato dominio, proprietati, poſſeſſioni, privilegiis, & ſcripturis, quas venerabile monaſterium habet in feudis S. Angeli, & Polegra, nec minus prætendentiis, poſſeſſionibus, & juribus, quæ habet in munda Majella, & in terris S. Mariæ Magdalenæ, & Fumiæ, nec aliis territoriis utriuſque partis, niſi prænarratis tantum jam litigioſis.* Quæ eadem extant in Brevi Gregorii XIII. Hæc ideo fuſe retulimus, ut integerrima inconcuſſaque eſſe conſtet, quæ in noſtris diplomatibus, atque a Leone Oſtienſi narrantur, contra quæ ne Præturiani quidem ipſi aliquid ſunt cauſati. Tantummodo aſſerebant haud eoſdem eſſe terminos a Leone Oſtienſi enunciatos cum illis, quos Caſſinates in medium proferebant. Cæterum ex tot ſacri conſilii deciſionibus non minimum authoritatis, gloriæque accedit Leoni Oſtienſi Scriptori integerrimo: trecentum ducatos ſolverunt Præturiani pro iis, quæ Caſſinates in compromiſſo ceſſerant.

Anno 1582. die 26. Septembris Bernardus Abbas capitaneum S. Petri de Avellana conſtituit Johannem Bentivenga a Peſculo Conſtantii ex cit. regeſto pag. 197. a t. Die 2. Octobris capitaneum Serræ Monacheſchæ Franciſcum Vaccam a S. Elia ex cit. regeſto p. 198. Die 10. Novembris capitaneum Citrarii U. J. D. Joannem Thomam Vecchii a Caſa Oliverii ex cit. regeſto pag. 198. Anno 1583. die 23. Martii ejuſdem oppidi capitaneum U. J. D. Marcellum Cavallum ab Amanthia. Die 12. Novembris an. 1582. Gubernatorem S. Germani U. J. D. Nicolaum Vincentium Arpinatem ex cit. regeſto p. 199. Magiſtratus creati.

Immunitates cōfirmatæ.

Privilegium immunitatis ab oneribus terratici, decimarum, redditus, cenſus quæ ſolvuntur pro bonis propriis; Scapharum etiam, Glandatici pro ſuibus, decimæ pro Aguis, ac fidæ pro omnibus animalibus, nec non tertiariæ pro emptione, aut venditione domus, ſeu fundi, cæterorumque omnium, quæ Caſſinenſi monaſterio ſolvenda ſunt, ab Henrico Thomacello an. 1401. Nallo del Giudice, Nicolao Vizzaccaro a Villa, & Palmæ de Nicolao Vecchio a Vallerotunda ejus uxori, eorumque legitimis filiis utriuſque ſexus, atque ſucceſſoribus conceſſum, confirmatumque ab Antonio Carrafa, aliiſque Abbatibus Caſſinenſibus, hoc anno 1584. die 23. Januarii ratum iterum eſſe juſſit Deſiderius Abbas Johanni Benedicto de Mauro a S. Helia a Nallo, & Palma deſcendenti ex cit. reg. p. 204. a t. & Luciano, aliiſque fratribus de Nallo ab eoſdem ceſpite deſcendentibus ibid. p. 205.

Magiſtratus creati.

Eodem an. 1584. die 23. Martii Deſiderius Abbas capitaneum Citrarii conſtituit U. J. D. Franciſcum Antonium Braſio, in cit. reg. p. 205. Gubernatorem S. Germani U. J. D. Petrum Antonium Belmonte, patenteſque hac de re literæ extant in I. reg. commiſſionum p. 1. An. 1585. die 6. Aprilis capitaneum S. Petri de Avellana notarium Franciſcum Vacca a S. Elia, ex cit. regeſto ibidem. Die 22. Julii Bernardus Abbas Gubernatorem S. Germani conſtituit U. J. D. Alexandrum

Sapone

Digitized by Google

Sapone a Neapoli, ex cit. regeſto ibid. Die 28. Julii Gubernatorem Citrarii V. J. D. Marcellum Tugliettam a caſtro villarum ex primo regeſto Commiſſionum p. 1. a tergo. Die 23. Auguſti Capitaneum Serræ Monacheſchæ Thomam Maſcivolo a Peſculo Conſtantii ex cit. regeſto ibid. an. 1586. die 8. Januarii ejuſdem oppidi Capitaneum notarium Julium Gobbo a Bucelanico ex cit. regeſto p. 2. Die 7. Februarii Gubernatorem Citrarii V. J. D. Tiberium Serſale a Conſentia ex cit. regeſto ibidem. Die 21. Maii Gubernatorem S. Germani V. I. D. Roſatum de Ninis a Fara filiorum Petri ex cit. regeſto p. 2. a t. Die 18. Junii capitaneum Citrarii V. I. D. Johannem Andream Merendam Conſentinum ex cit. regeſto p. 2. a t. ea lege, ut non niſi die prima Auguſti magiſtratum iniret. Die 18. Julii capitaneum S. Petri de Avellana Joſeph Canophilo a caſtello Sangri ex cit. reg. p. 3. Die 12. Septembris confirmavit in oppido Serræ capitaneum Julium Gobbo ex cit. reg. p. 3. a t.

**Caſſinatium in oppido Citrarii aſſerta.** Viſitaverat anno 1584. menſe Auguſti Citrarii oppidum præſes Provinciæ Calabriæ citra, ubi cum præcipuos quoſdam oppidanos inteſtinas inter ſeſe, efferataſque inimicitias exercere reſciviſſet, fidejuſſiones ab iis accepit, quibus cavebatur ne ſe mutuo laceſſerent, offenderentque, nullamque moleſtiam, vel rebus, vel perſonis viciſſim inferrent. Ubi id ab abbate Caſſinenſi reſcitum eſt, ſupplici libello Pro regi oſtendit, injuſte id attentaſſe Præſidem cum ad cœnobium Caſſinenſe utpote Citrarii dominum fidejuſſiones accipere pertineat, illatamque transgreſſoribus mulctam Caſſinenſibus applicandam. Prorex juſſit, ut S. conſilium Caſſinatibus proſpiceret, a quo cauſæ commiſſarius delegatus eſt conſiliarius Vincentius Maſtrilli. Hic, citatis procuratore regiæ Audientiæ Calabriæ citra, Hieronymo de Vazan Præſide, & Coſmo Ponſe de Leon Auditore, acta fidejuſſionis accepit; viſiſque ineluctabilibus monumentis quibus curia Citrarii remiſſas a magna curia vicariæ, quæſtiones judiciales in prima, & ſecunda inſtantia conſtabat, hoc tandem decretum edidit.

**Ex originali in Archivo.** *Die 13. Aprilis 1587. Neapoli. Facto verbo de prædictis in ſacro R. conſilio per magnificum V. I. D. Vincentium Maſtrillum regium conſiliarium, & cauſa commiſſarium &c. decreto ipſius S. R. C. proviſum eſt, quod proviſio ſuper præſtatione fidejuſſionum in actis deductarum remittatur, prout præſenti decreto remittitur facienda per officiales dicti monaſterii firmis remanentibus fidejuſſionibus præſtitis, donec proviſio prædicta fuerit executa, & facta, verum ſi pendente proviſione prædicta facienda acciderit caſus contraventionis, ſacrum conſilium reſervat proviſionem prædictam faciendam, cui ſit applicanda pœna prædictarum fidejuſſionum, hoc ſuum &c. A. Ceſarius Secret.* Expeditæ fuere proviſiones pœnales die 16. Aprilis ejuſdem anni, atque intimatæ Præſidi, & Auditori memoratæ provinciæ die 16. Maii, qui parendum eſſe decreverunt. Erarius itaque Caſſinenſis Tiberius del Trono ante capitaneum Citrarii inſtitit, ut ipſe cœnobii Caſſinenſis nomine novas fidejuſſiones a præfatis oppidanis acciperet, quas cum illi dare detrectaſſent, hujuſmodi decreto adacti ſunt. *Die 10. Octobris 1587. Neapoli. Facto verbo de prædictis in ſac. regio conſilio per magnificum V. I. D. Vincentium Maſtrillum regium conſiliarium, & cauſæ commiſſarium, &c. Decreto ipſius ſacri regii conſilii proviſum eſt, quod infra decem dies prædicti particulares præſtent fidejuſſoriam cautionem ſervata forma decreti per ſac. conſilium interpoſiti ſub die 13. Aprilis 1587. alias compellantur etiam per capturam perſonarum. Hoc ſuum &c. A. Ceſarius ſecretarius.* Proviſiones die 19. ejuſdem anni ſunt expeditæ, atque executioni demandatæ a capitaneo Citrarii.

**Magiſtratus creati.** An. 1587. Die 12. Junii Egidius Abbas Gubernatorem S. Germani conſtituit V. I. D. Pamphilium Infanciulli Arpinatem ex cit. reg. p. 4. Die 11. Julii capitaneum Citrarii V. I. D. Antonium Serra ex cit. regeſto p. 4. a t. Die 12. Septembris capitaneum Serræ notarium Johannem Franciſcum a caſtello novo ex cit. reg. ibidem. Die 18. Octobris capitaneum S. Petri de Avellana Sanctum a Matera ex cit. reg. p. 5. an. 1588. die 29. Auguſti Gubernatorem S. Germani Cæſarem Vecchio a caſa Oliverii ex citato regeſto p. 5. a t. An. 1589. die 2. Januarii capitaneum Serræ notarium Franciſcum Vacca a S. Elia ex cit. reg. p. 6. Die 16. Januarii capitaneum S. Petri de Avellana notarium Johannem Franciſcum de Paſchali a caſtello novo, ex cit. regeſto ibidem. Die 27. Martii capitaneum Citrarii Tiberium Jannetelli ex cit. reg. ibidem.

**Oppidum Ripæ Corbariæ Caſſinatibus vindicatū.** Eam eſſe rerum humanarum conditionem, ut nulla res, quantumvis antiquiſſima poſſeſſione habita, inconcuſſa ſit, & ſtabilis, cœnobii quidem noſtri eventus demonſtrare facile poſſunt, illæque in primis, de quo modo differendum eſt. Ab anno jam 1104. pietate Roberti comitis filii comitis Richardi poſſederant Caſſinates oppidum Ripæ Corbariæ, in eoque pacifice, quieteque juriſdictionem omnem mixtam, civilem, criminalemque exercuerant, terraticum, fidam, diſfidam habuerant, aliaque omnia dominicalia jura ad an. 1574. quo lis acerrima excitata eſt ante regiam Audientiam Teatinam, inter univerſitatem Serræ Monacheſchæ, illamque caſalis, contendentibus utriſque Ripam Corbariam in proprio territorio eſſe. Anſam liti præbuerant commiſſæ a Caſalenſibus violentiæ, de quibus cum in jus vocati, carceri fuiſſent addicti, dum ſeſe defenderent, oſtendere actione civili, Ripam Corbariam in proprio territorio eſſe, quare carcere educti, juſſumque a regia Audientia, ut manutenerentur in Ripæ Corbariæ poſſeſſione Caſalenſes. Serræ Monacheſchæ univerſitas dum tota actioni criminali inſiſtebat, haud ſatis contendit ſibi Ripam corbariam eſſe adjudicandam; quare ſpe ſua fruſtrata ad magnam curiam Vicariæ appellavit. Dum res in eo tribunali examinaretur, cœnobium S. Liberatoris, cui Serra Monacheſca ſuberat, ut utriuſque univerſitatis, de re aliena. Viti litigantis veſaniam oſtenderet contendit ante magnam curiam vicariæ, Ripam Corbariam ſui juris eſſe, eamque quatuor naturalibus finibus in memorato Ruberti diplomate adnotatis deſcripſit. Nempe Silvam Roſſenti, fines Ripæ corbariæ a Territorio Serræ dividere. Rivum Planum a territorio caſalis; Viam Salariam a territorio Teatino dicto Soccetto, atque foveam delli Roſſenti a territorio Manupellæ. Examinatis teſtibus ab univerſitatibus, atque cœnobio allatis, viſiſque finibus cro-

troverſis a judice Johanne Bernardino Motula cauſæ commiſſario, expeditæ fuere proviſiones die 13. Julii ejuſdem anni earumque executio demandata regiæ Audientiæ Teatinæ. Appellavit univerſitas caſalis ad Sacrum conſilium, a quo cauſa commiſſa eſt conſiliario regio Auguſtino Caravita. Interim univerſitas Manupellæ violenter poſſeſſionem Caſalenſium quoad territorium Ripæ corbariæ, turbavit; quare cum caſalis incolæ ſacro conſilio hæc retuliſſent, juſſit Caravita cauſæ commiſſarius, nihil innovandum, neve regia Teatina Audientia huic ſeſe cauſæ ingereret, ſed tranſmitteret acta. Verum Manupellæ univerſitas initio an. 1579. in ſac. concilio nihil a ſe innovatum aſſerebat, cum latifundia illa, quæ ſibi vindicaverat in territorio Ripæ corbariæ ab immemorabili poſſideret; quare an. 1579. menſe Majo conſiliarius Caravita locum adiit, ubi cum veros, naturaleſque Ripæ corbariæ fines Caſſinates demonſtrarent, veriti Caſalenſes ne in ſui perniciem res cederet, novo, vaferrimoque conſilio admiſere, Roberti donationem, fineſque in ea deſcriptos cauſati tantum Ripam Corbariam illam non eſſe, quam cœnobium S. Liberatoris indigitaret, ſed eſſe territorium modiorum circiter centum quinquaginta loco ab antiquo nuncupato. *Territorium S. Januarii*, in pertinentiis Serræ Monacheſchæ prope Alentum flumen ex una, & territorium Manupellæ ex parte altera. Licet autem & locus, & fines a Caſalenſibus adnotati chimærici eſſent, eorumque mendaciſſimæ aſſertiones eliminatæ a judice Motula, & plura eorum mendacia in aſſignandis finibus ex ipſa conſiliarii Caravitæ relatione in S. conſilio facta conſtent, ſors tamen vafritiei arriſit, illiſque Ripa corbaria integra adiudicata eſt, decreto S. conſilii die 16. Maii an. 1580. quo cœnobio S. Liberatoris, atque Terræ pars quædam proprii territorii dicti S. Januarii, quod pacifice poſſidebatur conceſſum dumtaxat eſt. Enormi hac leſione commotum Caſſinenſe cenobium ad ſacrum conſilium appellavit, a quo die 17. Junii an. 1580. cauſa commiſſa eſt conſiliario regio Ferdinando Fornario ob deceſſum Caravitæ.

Lis Manupellenſiũ cum Caſalenſibus.

Vix eam ſententiam pro ſe obtinuerant Caſalenſes cum a ſacro conſilio petiere, vetaret, ne inita poſſeſſione turbarentur ab oppidanis Manupellæ. Hi tamen aſſerebant nullo ſuo damno latam a ſac. conſilio pro Caſalenſibus ſententiam, cum a vetuſtiſſimo jam tempore pacifica Ripæ Corbariæ poſſeſſione fruerentur, cumque in ſacro conſilio ſua rationum momenta audita non fuiſſent. Verum a cauſæ inter haſce univerſitates commiſſario regio conſiliario de Bottis ſancitum, eſt, univerſitatem Caſalis manutenendam in poſſeſſione, eaque de re expeditæ proviſiones die 10. Novembris an. 1580. executioni a regia Audientia Teatina demandandæ, datuſque utrique univerſitati terminus *ad probanda incumbentia*. Plura exinde ab utraque univerſitate quo ſibi Ripam corbariam vindicarent acta, examinatique teſtes, ex quibus non pauci (tanta eſt veritatis indoles. & vis) ab univerſitate Manupellæ allati faſſi ſunt, amplum illud territorium in prima ſua rubrica a Manupellenſibus deſcriptum, eſſe quoque cenobii S. Liberatoris, quod ex eo fructus receperat, exercueratque dominicales actus. In articulis ſuis univerſitas Caſalis oſtendit fines ſuos ad foveam uſque delli Roſſenti, & pontem S. Bartholomæi pertingere, propriumque territorium via Salaria circumdatum, atque Silva delli Roſſenti. Quæ a Caſalenſibus editæ probationes mirum, quantum Caſſinatibus faveant ad oppidanorum Manupellæ prætenſa jura cohibenda. Nil quidem morari nos poteſt, judicio inter haſce univerſitates habito, cenobium S. Liberatoris non interfuiſſe, nec enim comperti Caſſinatibus erant oppidanorum Manupellæ conatus, ideoque adductæ ab iis contra univerſitatem Caſalis probationes, ne minimum quidem Caſſinatium juribus negocium faceſſunt. E contrario Manupellenſes haud latebat agitatam jamdiu hanc litem inter cœnobium S. Liberatoris, & Caſalenſes, cum hi ad eorum impetus contendendos ſententia contra cœnobium illud die 16. Maii an. 1580. pro ſe lata uterentur, in eoſque validiſſime contorquerent. Quare æquo jure in cœnobium, atque univerſitatem Caſalis agere debebant. Provocationem itaque contra univerſitatem Caſalis inſtitutam proſecutum cœnobium S. Liberatoris oſtendit, menſe Majo an. 1582. terraticum ſe ab ipſis Caſalenſibus a territorii Ripæ corbariæ colonis exegiſſe. Fines etiam veros, aliaque adductis quadraginta quatuor teſtibus oſtendit, quos inter erant quidam ex oppidis Manupellæ, Caſalis, Roccæ Montis Plani, Roccæ Moricis, Præturii, aliiſque cœnobio Caſſinenſi haud ſubditis. Anno 1588. die 2. Aprilis a duabus e ſacri concilii Aulis juſſum, ut regii conſiliarii Pompejus Salernitanus, & Rodoricus di Nicuoſa cauſæ commiſſarius locum controverſum adirent, quibus die 23. Aprilis cenobium S. Liberatoris, fines Ripæ corbariæ demonſtravit, nempe ſilvam delli Roſſenti, a qua ad promontorium, quoddam pergitur, in cujus medio uno vix tormenti bellici ictu a Silva diſſito locus depreſſus viſitur; Furca Ripæ corbariæ appellatus, in donatione Roberti, indeque deſcendendo parum abeſt e diametro Monticulus dictus Caſtellare Ripæ corbariæ, in quo plura veteris oppidi Ripæ corbariæ conſpiciuntur rudera. Sequitur inde aquæ rivulus dictus rivus planus haud prorſus aqua deſtitutus, qui alter eſt ex finibus a Roberto deſignatis, quique in viam Salariam exit. Faſſi ſunt ipſi oppidi Caſalis incolæ, eam eſſe viam ſalariam, demonſtrata exinde antiqua, & diruta eccleſia S. Calliſti, quod etiam Caſalenſes conceſſere. Inde Fovea Roſſenti, cui pons ligneus S. Bartholomæi dictus incumbit, ex quo ad eccleſiam S. Mariæ de Arbone in territorio Manupellæ ſitam pergitur, eamque Foveam Roſſenti appellatam faſſi quoque ſunt Caſalenſes, qui conceſſere etiam ita appellatam Silvam Roſſenti, ad quam ex rivo plano conſiliarii regii iverant, ut ipſimet ſacro conſilio retulere. Sacrum itaque conſilium hiſce compertis, decretum hujuſcemodi edidit. *Viſa ſupplicatione reclamationis Majeſtati noſtræ in noſtro ſacro concilio oblata pro parte venerabilis monaſterii S. Liberatoris reclamantis a ſententia lata per noſtrum ſacrum conſilium, in favorem univerſitatis, & hominum Caſalis, & aliorum reclamatorum, cujus ſupplicationis tenor talis eſt, &c. S. R. Mti. viſa ſententia lata per noſtrum S. C. ſub die* 16. *Maii* 1580. *Viſis de-*

Ex originali in Archivo.

Digitized by Google

*denique videndis . Per hanc noſtram diffinitivam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, bene fuiſſe, & eſſe ad majeſtatem noſtram, noſtrumque ſac. conſilium reclamatum pro parte venerabilis monaſterii ſancti Liberatoris, & proinde declaratum eſt, territorium nominatum de Ripa Corbaria in actis deductum ſpectaviſſe, & ſpectare ad monaſterium prædictum S. Liberatoris, & confinari per fines poſitos per monaſterium prædictum, ac ſervata forma relationis facta juxta poſitionem dicti monaſterii per magnificos Pompeum Salernitano, & Rodoricum de Nicuoſa noſtros Conſiliarios, qui ordine ſacri conſilii locum prædictum acceſſerunt, & ſecundum deſcriptionem prædictam eſſe ponendos fines &c. hanc eandem, &c. Nicuoſa; die 1. menſis Julii 1588. Neapoli, præſens ſententia lecta, lata, & publicata fuit publice in ſac. R. Conſ. caſtri Capuani, præſentibus exiſtentibus dominis V. I. doctoribus Vincentio de Franchis, Ferdinando de Haro, Pompeo Salernitano, Cammillo San Felicio, & Roderico de Nicuoſa cauſa relatore; pro tribunali ſedentibus, & nonnullis magnificis actorum Magiſtris &c., pluribus aliis &c. Julius Ceſar Galterius actorum magiſter.* Expeditum deinde fuit mandatum de parendo, contra quod reclamantibus Caſalenſibus, plura decreta a Sac. conſilio prodiere, cujus tandem juſſu Nicolaus Agnellus Villanus quinquaginta, & unum lapideos terminos, qui Ripam corbariam univerſam circumdarent, fixit, ut fuſius legitur in inſtrumento rogato a notario Franciſco de Amicis ex Guardia Grele die 18. Novembris 1588. Haud recte hoſce fines poſitos conquæſti ſunt incolæ Caſalis, Teatini, & Manupellenſes, cauſſati, aliquam ex ſuo territorio partem in iis incluſam, quare plura a ſac. conſilio decreta pro cœnobio S. Liberatoris emanarunt, juſſumque etiam, ut Caſalenſes, aliique ſeptimam cœnobio memorato perſolverent earum fruguum, quas in Ripa corbaria ſererent, colligerentve. Hiſce haud acquieſcens univerſitas Manupellæ an. 1601. obtinuit, ut locum inviſeret regius conſiliarius Fabius Riccardi, ſed incaſſum, nam pluribus decretis ſequentibus annis ſacrum conſilium declaravit, latifundia a Philippo Daletto in loco dicto colle Pomaro, & colle Cerino poſſeſſa eſſe intra Ripæ corbariæ fines, contra ac ipſe Philippus, atque Manupellenſes adnitebantur, cavitque, ut Philippus pro iis ne dum perſolveret, deinceps ſeptimas, verum & eas, quas in anteceſſum non ſolviſſet, ex quibus conſtat falſo, mendaciterque eos oppidi ſui fines pretendiſſe Manupellenſes. Porro Ripam corbariam nunquam fuiſſe comitatui Manupellæ unitam conſtat, tum negative, tum poſitive, negative quidem, nam in numeratione anni 1513. omnium ejus comitatus bonorum juſſu regiæ cameræ facta, haud memoratur Ripa corbaria. Præſentata hæc numeratio fuit an. 1566. pro cauſa inter cœnobium S. Liberatoris, atque Roccam Montis plani agitata a p.
Florio 143. ad 152. ubi in fine Johannes de Florio miniſter regiæ cameræ teſtatur, viſam a ſe juſſu Præſidentis commiſſarii eam numerationem, quæ in archivo regiæ cameræ aſſervatur, neque adnotata inveniſſe oppida Pomari, S. Angeli, S. Petri, Polegræ, & Ripæ corbariæ, quæ cœnobio S. Liberatoris ſubeſſe conſtat. Hæc omnia videre eſt penes acta Johannis Baptiſtæ Cryſpo. Affirmative vero, præterquam luculentiſſime id ex donatione Roberti Comitis conſtat, quæ a nemine unquam in dubium eſt revocata probatur etiam quod hodieque octo in ea foci numerantur, ut ex atteſtatione regii perceptoris, atque ita vectigalia perſolvunt incolæ Ripæ corbariæ, (ut ex regiæ cameræ Rationum libris patet) qui diverſis temporibus, atque ex pluribus regni partibus illuc permiſſione, aſſenſuque Abbatum Caſſinenſium confluxere. Hi quidem ſemper judicio Caſſinatium ſubiecti fuere, illiſque partem ſatorum fructuum pro ſtatutis conditionibus reddidere; Caſſinatibus vero jura fidæ, atque diſfidæ omni tempore integra fuerunt, atque ab omnibus eiſdem ſoluta; Quemadmodum & facultas lignandi in Ripæ corbariæ territorio, ut ex innumeris in archivo noſtro aſſervatis documentis conſtat. Quidquid in caſſum hactenus reclamaverint Manupellenſes, contra quos cœnobium S. Liberatoris firmam ſemper, ratamque habuit poſſeſſionem Ripæ corbariæ, ut hoc decreto liquet. *Die 21. menſis Februarii 1713. Neapoli. Per D. Militem V. I. D. D. Carolum Carmignano. R. conſiliarium, & cauſa commiſſarium &c. viſis actis, ſupplicatione porrecta pro parte magnifici procuratoris venerabilis monaſterii S. Liberatoris ad Magellam, ordinis S. Benedicti, grancia Sac. realis monaſterii Montis Caſini, cum R.a decretatione noſtra commiſſionis, viſaque contra ſupplicata intimata in loco Feudi magnifico Erario illuſtris Comitis Stabilis Columnæ, ac magnificis Camerario, & cancellario in terra Manupelli, ac contumaciis incuſatis, viſiſque omnibus actis, ac ſententia S. R. C. lata ad favorem ſupradicti venerabilis monaſterii S. Liberatoris ſub die primo Julii 1588. fol. 937. ac ultimis decretis interpoſitis per qu. regium conſiliarium D. Franciſcum Gaſcon ſub die 18. Martii 1695. fol. 384. a t., & qu. R. conſiliarium Amatum Danio ſub diebus 9. Auguſti 1599. fol. 404. a t., & 17. Novembris ejuſdem anni fol. 406. a t. Proceſſus tertii voluminis proviſum eſt, quod cum dictum venerabile monaſterium S. Liberatoris manuteneatur in poſſeſſione territoriorum Ripa corbaria, cum jure fidæ, & diffidæ, ac colligendi fructus intra fines deſcriptos per qq. regios conſiliarios D. Pompeum Salernitanum, & D. Rodericum de Nicuoſa, juſta Foſſatum de Roſenti, Pontem S. Bartholomai, viam Salariam, alioſque fines, nec monaſterium ipſum turbetur in poſſeſſione prædictorum territoriorum, & univerſitates viciniores nihil innovent, ac ſi fuerint innovata, ad priſtinum reducantur, & obſervantia decreti committatur, prout præſenti decreto committitur, R.o Auditori Franciſco de Rugeri Cimmorelli, qui ſic obſervet, & obſervari faciat, & expediantur proviſiones. Carmignano; de Litto; Florentinus Scriba.* Expeditæ fuere proviſiones pro hujuſce decreti obſervatione. Hæc omnia in unum collecta retulimus, quo agitata diu maximo partium ſtudio controverſia facile cognoſceretur.

Ex originali in Archivo.

An. 1589. die 2. Julii Andreas Abbas Gubernatorem S. Germani conſtituit V. J. D. Federicum Poggio fregoſo ab Urbe, ex cit. regeſto p. 7. a t. Die 12. Novembris judicem ſecundarum cauſarum V. I. D. Scipionem San Marcum, qua de re li-

Magiſtratus creati potiſſimũ Judex ſecundarũ Cauſarũ.

literæ in cit. regeſto p. 8. ita ſe habet. *Andreas a Sueſſa Abbas ſac. monaſterii Caſinenſis magnifico viro D. Scipioni San Marco V. J. D. ſalutem, & diligentiam in commiſſis &c. Hucuſque prædeceſſores noſtri Abbates Caſinenſes in cauſis appellationum ſtatus S. Germani conſtituerunt diverſos judices appellantibus recurrentibus ad prædictos Abbates pro tempore exiſtentes, & in eorum abſentia ad Priores Caſinenſes. Nos autem nolentes hanc difficultatem habendi recurſum in cauſis appellationum ad Abbates Caſſinenſes pro tempore exiſtentes, eorumque Priores, conſiderantes etiam, id commodius, & utilius eſſe populis dicti ſtatus deliberavimus in ſtatu prædicto ordinarium deputare judicem appellationum, ad quem, omiſſo Abbate Caſinenſe pro tempore exiſtente, ejuſque Priore, poſſent vaxalli dicti ſtatus habere recurſum, & juſtitiæ complementum in omnibus cauſis appellationum vaxallorum ſtatus prædicti. Igitur ob nimiam tuarum virtutum, litterarum, morumque fragrantiam, confiſi de integritate, & virtute tuis, ex certa noſtra ſcientia, & matura deliberatione, te magnificum prædictum D. Scipionem præſentium tenore facimus, &c. noſtrum, & dicti monaſterii noſtri judicem, & auditorem appellationum, & ſecundarum cauſarum, ac ordinarium judicem, & aſſeſſorem juriſdictionis noſtræ ſpiritualis diœceſis Caſinenſis, & totius ſtatus prædicti noſtri monaſterii, pro uno anno incipiendo a die 15. menſis Novembris inſtantis anni, & ut ſequitur finiendo, amotis omnibus officialibus in prædictis juriſdictionibus tibi commiſſis hactenus, conſtitutis, & deputatis, ſine eorum nota infamiæ, cum ſalario per nos tibi conſtituto ducatorum centum uſualis monetæ hujus regni, &c. ac cum omnibus aliis ſuis gagiis, lucris, & emolumentis exigi ſolitis &c. Dantes tibi in prædictis Juriſdictionibus ſolitum Bancum juſdicendi, juſtitiamque miniſtrandi civiliter, ſpiritualiter, & criminaliter omnibus ſubditis noſtris, & dicto monaſterio, cum poteſtate, & facultate cognoſcendi, & decidendi omnes, & ſingulas cauſas pendentes, & de novo emergendas in prædictis juriſdictionibus tibi commiſſis. Concedentes tibi in exercitio juriſdictionum &c. prænominatarum, & tibi commiſſarum vices, & voces noſtras, & plenum poſſe noſtrum. Volumus tamen, quod, antequam officia tibi commiſſa ingrediaris, per te jusjurandum præſtari, de fideliter dictas juriſdictiones exercendo &c. & ut hæc, quæ tibi commiſſa ſunt facilius exercere valeas, committimus, & mandamus omnibus, & ſingulis officialibus noſtris majoribus, & minoribus, ſindicis, electis, univerſitatibus, & hominibus totius ſtatus monaſterii noſtri, nobis, & dicto noſtro monaſterio ſubditis quavis authoritate fungentibus, quatenus te prædictum magnificum D. Scipionem in officialem noſtrum in prædictis juriſdictionibus tibi commiſſis admittant, tibique pareant, & obediant, omnique opere, conſilio, & favore neceſſariis, & oportunis aſſiſtant, cauti de contrario, ſi pœnam unciarum auri centum cupiunt evitare, commodis cameræ Caſinenſis applicandam. Tu igitur in juriſdictionibus tibi commiſſis adeo prudenter te geras, ut ab omnibus commendari valeas. In quorum fidem has preſentes tibi expediri juſſimus per infraſcriptum noſtrum, & cameræ Caſſinenſis notarium, noſtra propria manus ſubſcriptione, & proprii noſtri Caſinenſis ſigilli impreſſione munitas. Datum in ſacro monaſterio noſtro. Die 12. Novembris 1589. D. Andreas a Sueſſa qui ſupra manu propria. Notarius Johannes Benedictus de Rubertis de S. Germano de mandato &c.* Anno 1590. die 1. Julii. Hieronymus Abbas Gubernatorem S. Germani conſtituit V. J. D. Cæſarem Scannaglia a Teano, & die 27 Julii capitaneum Serræ Petrum Antonium Cencia Sangermanenſem, ex cit. reg. p. 8. a terg. An. 1591. Capitaneum Citrarii V. I. D. Johannem Andream Merenda a Paternis, ex cit. reg. p. 9. Die 13. Julii Gubernatorem S. Germani V. I. D. Cæſarem D'Amaſi a Caſa Oliverii, ex cit. reg. p. 9. a t. Die 14. Julii capitaneum ſancti Petri de Avellana Candidum Ferabuſco a caſtello Sangri, ex cit. reg. p. 10. Die 29. Decembris capitaneum Serræ notarium Octavium Mattiteli a Rapina, ex cit. reg. p. 10. a t. An. 1592. die 5. Februarii capitaneum Citrarii V. I. D. Joannem Petrum Rubeum a S. Angelo in vado, ex cit. reg. ibidem. Die 12. Auguſti capitaneum Citrarii V. I. D. Cæſarem Muſitanum a caſtro villarum. Die 1. Septembris Gubernatorem S. Germani V. I. D. Dovitium de Bellis Arpinatem, ex cit. reg. p. 11. Die 3. Novembris capitaneum S. Petri de Avellana V. I. D. Alphonſum de Riccardis Sangermanenſem, ex cit. reg. p. 11. a t.

Ovidius Candela, ob admiſſum in nonagenarium presbyterum homicidium, a capitaneo Citrarii damnatus, omiſſo judice ſecundarum cauſarum ab Abbate Caſſinenſi conſtituto, ad magnam curiam Vicariæ provocavit. Ubi id reſciſſet Caſſinatium procurator, a magna curia petiit, ut ſecundarum cauſarum judici appellatio remitteretur, pro more alias ab eadem curia ſervato, quem pluribus monumentis demonſtravit. Sed incaſſum omnia tentata, atque adeo hoc decretum magna curia Vicariæ edidit. *Eodem die 29. Octobris 1590. Neapoli &c. Viſis actis &c. per magnam C. V. fuit proviſum, quod in cauſa appellationis Ovidii remaneat in eadem M. curia, & in ea procedatur ad ulteriora, & Perſius remittatur ad judicem primarum cauſarum Cetrarii, qui procedat in civitate, prævia licentia illuſtriſs., & excell. D. Proregis, prout præſenti decreto remanere, & remicti mandatur. Hoc ſuum &c. Conſtantius Salamanca*. Provocarunt ab hoc decreto ad ſac. conſilium Caſſinates a quo ſic ſtatutum eſt. *Die 22. Novemb. 1590. Neapoli. Audita relatione magnifici V. I. D. D. Fulvii Conſtantii regii conſiliarii, & judicis M. C. V. per ſac. reg. Conſ. proviſum eſt, quod cauſa committatur in ſac. conſilio hoc ſuum &c. Annibal Ceſarius Secretarius*. Cauſa conſiliario Vincentio Maſtrillo commiſſa eſt, coram quo cœnobium Caſſinenſe oſtendit, ab antiquiſſimo jam tempore omnimodam in oppido Citrarii juriſdictionem a ſe obitam, in eoque quotannis conſtituiſſe capitaneum pro primis cauſis, atque judicem pro ſecundis, ad quem a capitanei ſententia ita quilibet appellaret, ut judici illi, & poteſtas eſſet jubendi tranſmiſſionem actorum, & capitanei ſententiam confirmandi, revocandi, reformandive. Quod tredecim teſtium aſſertione firmatum, quibus interroga-

*Judicia primarum appellationum vindicata*

*Ex originali in Archivo.*

toria

toria ex parte regii fiſci ſunt oblata. Nunquam certe in controverſiam juriſdictio hæc fuerat revocata a regia Audientia Calabriæ citra. Hiſce comprobatis, decretum pro cœnobii Caſſinenſis juribus a ſac. conſilio hujuſcemodi prodiit.

Ex originali in Archivo.

*In cauſa appellationis ſac. monaſterii Montis Caſini utilis domini terræ Citrarii, cum regio fiſco ſuper remiſſione Ovidii Candelæ dictæ terræ Citrarii. Die 15. menſis Februarii 1592. Neapoli, facto verbo de prædictis in ſacr. regio conſilio per magnificum V. I. D. Vincentium Maſtrillum regium conſiliarium, & cauſæ commiſſarium, decreto ipſius ſacri conſ. proviſum eſt, quod præſens cauſa, ſtantibus de novo deductis, remittatur ad judicem ſecundarum cauſarum terræ Citrarii citra præjudicium petitorii, & poſſeſſorii ordinarii coram judice competente proponendi, hoc ſuum &c. Maſtrillus. A. Ceſarius Secretarius.*

Magiſtratus creati.

An. 1593. Hieronymus Abbas die 3. Julii capitaneum Serræ creavit Horatium Martinellum ab Abbatia ſancti Vincentii, ex cit. regeſto p. 12. Die 8. Novembris an. 1594. Gubernatorem S. Germani V. I. D. Johannem Antonium Zitelli a Rocca Guilelma ex cit. reg. p. 15. a t. Die 26. Novembris capitaneum Citrarii V. I. D. Johannem Aloyſium Cetronium, ex cit. reg. p. 16.

Cauſæ ſecundæ civiles vindicatæ.

Cum civilis Caſſinenſis curia Marcum Antonium Caira Pedemontanum damnaſſet, ut prædium in territorio Pediſmontis, ſitum, ubi dicitur, *Piro Marraccio*, cum perceptis fructibus, Blaſio Rubeo a Terella reſtitueret, Marcus Antonius, neglecto judice ſecundarum cauſarum a Caſſinatibus conſtituto, ad magnam curiam vicariæ provocavit, a qua eſt juſſum, ut Gubernator S. Germani acta tranſmitteret, neque ulterius ea in re procederet. Grave id Caſſinatibus fuit, quare hoc decretum eſt editum.

Ex originali in Archivo.

*Die 19. Decembris 1594. Neapoli per magnificum* Marcellum *Marcianum, & viſa dicta petitione, ut ſupra preinſerta, fuit per ipſam M. C. proviſum tenoris ſequentis vid. Die 23. Decembris 1594. Per ſubſcriptum D. judicem domi providentem fuit proviſum, & decretum, quod præſens cauſa remittatur, prout preſenti decreto remitti mandatur, ad magnificos officiales ſecundarum cauſarum civitatis S. Germani, qui procedant in cauſa ipſa appellationis, non obſtantibus proviſionibus inhibitorialibus ab eadem magna curia expeditis, hoc ſuum &c. Longus &c.* Expeditæ fuere die 10. Januarii an. 1595. proviſiones, atque præſentatæ V. I. D. Tiberio de Philippis a Conſentia ſecundarum cauſarum judici ab Abbate Caſſinenſi conſtituto; Atque præterea duo hæc decreta in ejuſdem judicis gratiam ab eadem magna curia prodiere,

Ex originali in Archivo.

*In cauſa ſacri monaſterii Montis Caſini cum univerſitate terræ Cerbariæ, & litis conſortibus. Die 15. menſis Novembris 1594. Viſis actis omnibus &c. per ſubſcriptum judicem domi providentem fuit proviſum, & decretum, quod ſervata forma alterius decreti, præſens cauſa una cum actis remittatur, prout præſenti decreto remitti mandatur, ad magnificos officiales ſecundarum cauſarum civitatis S. Germani, qui procedant in cauſa prædicta, non obſtantibus proviſionibus ab eadem M. C. expeditis, hoc ſuum &c. Longus. In cauſa ſacri monaſterii Montis Caſini, & magnifici Joannis Aloyſii de Robbertis Artis Medicinæ doctoris civitatis S. Germani cum nobili Thoma Mozzone, & mag. Univerſitate prædictæ civitatis. Die 15. menſis Decembris 1594. Viſis actis &c. per ſubſcriptum D. judicem domi providentem, fuit proviſum, & decretum, quod præſens cauſa introducta per remedium appellationis per ſubſcriptum nobilem Thomam, & univerſitatem s. Germani remittatur, prout præſenti decreto remitti mandatur, ad magnificos officiales ſecundarum cauſarum prædictæ civitatis s. Germani, qui in cauſa prædicta procedant, & juſtitiam faciant, hoc ſuum &c. Felix de Januario &c. Vitaglianus &c.*

Magiſtratus creati, potiſſimũ Judex ſecundarũ Cauſarũ in oppido S. Petri de Avellana.

An. 1595. die 9. Novembris Baſilius Abbas Gubernatorem s. Germani conſtituit V. I. D. Curtium Paulucium ab Inſula ex cit. regeſto p. 21. a t. & judicem ſecundarum cauſarum civilium, criminalium, atque mixtarum in oppido S. Petri de Avellana V. I. D. Franciſcum Francone ab Agnone ex cit. regeſto ibidem. Die 7. Novembris capitaneum Citrarii conſtituit V. I. D. Joſeph Vignaruolo, ex cit. reg. p. 22. a t. An. 1596. die 5. Martii Gubernatorem s. Germani confirmavit Horatium Martinelli, ex cit. regeſto p. 25. Die 16. Martii capitaneum S. Petri de Avellana elegit Conſtantinum della Marra Sangermanenſem, ex citato reg. p. 25. a t. Die 19. Martii capitaneum Citrarii V. I. D. Felicem Ronca a Solofra, ex cit. reg. p. 26. Die 18. Junii Gubernatorem s. Germani V. I. D. Ceſarem de Amaſi a Caſa-Oliverii, ex cit. reg. p. 26. a t. Die 17. Auguſti capitaneum s. Petri de Avellana notarium Carolum Manfroce a civitate nova, ex citato reg. p. 28. An. 1597. die 28. Januarii Victorinus Abbas capitaneum ejuſdem oppidi conſtituit notarium Maſſiballum Agleca a Scamno, ex cit. reg. p. 28. a t. Die 24. Februarii capitaneum Serræ Scipionem Beneventum a Neapoli, ex cit. reg. ibid. Die 18. Martii capitaneum Citrarii Horatium del Tufo patritium Averſanum, ex cit. regeſto p. 29. Die 15. Martii judicem ſecundarum cauſarum in urbe S. Germani V. I. D. Julium Fiumarellum a S. Angelo in Theodice, ex cit. reg. p. 30. Dieque 20. ejuſdem menſis ſocium ei addidit V. I. D. Hectorem Tucilli a S. Victore, ex cit. reg. p. 30. a t. Die 5. Septembris capitaneum s. Petri de Avellana notarium Johannem Camillum Rebole, die 31. Auguſti Gubernatorem s. Germani V. I. D. Johannem Baptiſtam Buontempo Romanum, ex cit. regeſto p. 31. a t. Die 27. Novembris capitaneum Citrarii V. I. D. Marcellum Valentia a Fuſcaldo, ex cit. reg. p. 32. Anno 1598. die 2. Februarii capitaneum Serræ Lutium Cicchelli a Peſculo Conſtantii, ex cit. regeſto p. 33. a t. Die 18. Februarii Capitaneum s. Petri de Avellana notarium Angelum Mancinum Atinatem, ex cit. regeſto p. 34. die 17. Junii Zacharias Abbas capitaneum Citrarii conſtituit V. I. D. Joſeph del Greco, ex cit. reg. p. 35. a t. Die 3. Auguſti capitaneum S. Petri de

Digitized by Google

de Avellana Johannem Baptiſtam Martinellum ex oppido S. Vincentii, ex cit. reg. p. 36. Die 15. Septembris capitaneum Serræ notarium Franciſcum Capotoſto a Bucclanico, ex cit. regeſto ibidem.

Mors Philippi II.

Hoc anno die 13. Septembris Philippus II, Hiſpaniarum rex e vivis exceſſit, ut hiſce verbis deſcribit Spondanus h. an. n. 10. *Mortuus eſt autem decimotertio Septembris, ætatis anno ſeptuageſimo primo, menſe quarto, regni Caſtellæ a patris renunciatione quadrageſimo ſecundo menſe nono, idque in monaſterio s. Laurentii Eſcurialis, quod regio ſumptu ſeptem a Madrito leucis ſubſtruendum curaverat, & ampliſſimis vectigalibus locupletaverat, ſummoque religionis cultu proſequebatur, & in eo ſepeliri volebat, ideoque illuc æger Madrito transferri præceperat, ſuccollantibus famulis exiguum id iter ſeptem dierum ſpatio, ob corporis ejus imbecillitatem, conficientibus; laborabat autem graviſſimis doloribus Chiragræ, & podagræ, quibus additus Hemitriteus, ac ſubinde abſceſſus in geniculo doxtero, & pectore quos apertos, pravo humore ſe per totum corpus diffundente, pediculorum, ſeu aliorum ejuſmodi vermiculorum tanta eluvio ſecuta eſt, ut vix a duobus hominibus per vices detergi poſſet, demum poſt tertianam febre hectica ſemper eum conficiente, & accedentibus ad eam plagoſis in manibus, & pedibus ulceribus, dyſenteria, tenaſmo, ac hydropiſi, tot tamen dolores intenſiſſimos ſumma conſtantia pertulit; lethoque adventante a Garſia Loaiſa, qui Philippi principis præceptor exiſtens ex renunciatione Alberti Cardinalis Auſtrii factus fuerat Archiepiſcopus Toletanus (vir doctrina, & pietate conſpicuus, atque ex diligenti ſacræ hiſtoriæ indagatione, & conciliorum Hiſpaniæ collectione magnam laudem conſecutus) Sacramentis eccleſiæ rite procuratus, multis aliis veræ pietatis argumentis editis, ac ſanctis monitis filio traditis, denique die, quam diximus, quæ erat Dominica, ad Dominum migravit, inter ſummos illius ætatis Principes adnumerandus, in politicis rebus adminiſtrandis eximius excelſo ſpiritu, & ſagaci; conſtanti animo in hanc, vel illam partem inclinante fortuna, quam admodum variam expertum eſſe conſtat ex iis, quæ de ipſo ſuis locis dicta fuere, immotus, ut nec clades, nec victoria eum prorſus tangere viderentur.* Num. XI. *Ejus vero imperium tam longe, lateque diffuſum extitit, ut vere dicere poſſet: ſol mihi ſemper lucet &c.* Et infra *nemo unquam abſque motu plura movit, dum domi ſedens negocium cœteris per cunctas fere orbis regiones faceſſivit. In eoque ſumme laudandus, quod ab initio ad finem uſque diligentiſſime, omnique juſta ſeveritate curaverit ne Hereſis, quæ alia regna peſſum dedit, pedem in Hiſpania figeret. Heredem omnium regnorum, atque bonorum reliquit Philippum filium ejus nominis regem III. ſolum marem ſuperſtitem ex pluribus, quos ex variis uxoribus ſuſceperat, natum annos viginti, exceptis tamen provinciis Belgicis, quas in dotem Claræ Eugeniæ Iſabellæ Chariſſimæ ſuæ filiæ Alberto Cardinali Auſtrio maritandæ deſtinaverat, ut poſt dicetur; &c.* Et infra numerum XII. ſubdit, *Vero poſt ſuo codicillo, Philippus monita gravia, & utilia ad filium, de modo regiminis, ac de ratione agendi cum aliis regibus, & principibus, tam eccleſiaſticis, quam ſecularibus, & populis; denique poſtridie quam deceſſit funere modico in Sanlaurentiano templo juſta Altare tumulatus eſt, cui regiæ exequiæ poſt facta a filio Madriti; Et oratio funebris habita a Terrone Aquilari, qui eum a magnitudine imperii, ſucceſſibus, prudentia, aliiſque virtutibus, ac vita ſanctitate præcipue commendavit. Sicuti & Ferrariæ in officio funebri coram Pontifice pro ejus anima facto, decimo tertio Octobris, Alexander Burgius, Burgi s. Sepulchri epiſcopus illius laudes ornate commemoravit.* Suffectus huic eſt Philippus III. filius natus an. 1578. die 17. Aprilis, atque rex Neapolis inauguratus die 11. Octobris 1598.

Magiſtratus electi.

Quo anno die 28. Novembris Zacharias Abbas capitaneum S. Petri de Avellana conſtituit notarium Adecium Granna ab Arce ex citato reg. p. 37., & Gubernatorem S. Germani U. J. D. Andream Matthæum Cacciatorem, ex cit. reg. p. 37. a t.

Oppidum Felle univerſitati Bonifati locatum.

Oppidani Bonifati plura latifundia in oppido Felle Caſſinatibus ſubdito poſſidebant, cum onere ſolvendi decimas, quas cum fraudarent, in jus ante ſac. conſilium vocati ſunt, actiſq; quibuſdam, locatum a ſacro cœnobio Caſſinenſi incolis Bonifati illud oppidum eſt, quibuſdam additis conditionibus, ut hoc inſtrumento conſtat rogato a notario Franciſco Rhodi Citrarienſi die 11. Decembris 1598. *Quæ quidem partes ipſæ, quibus ſupra nominibus, ſponte, prædicto die aſſerunt ſac. monaſterium Caſinenſe habere litem cum dicta univerſitate, & hominibus ipſius ſuper quadam prætenſa deceptione fructuum territorii, ſeu feudi Fellæ in ſacro reg. conſilio apud illuſtrem Jo. Thomam de Salamanca regium conſiliarium, de decimis fructuum, & ſeminum, & aliorum bonorum decimantium in dicto Feudo Fellæ ſpectantium ad dictum ſac. monaſterium Caſſinenſe prout in platea dicti ſac. monaſterii debendorum prædicto ſac. monaſterio per poſſeſſores bonorum exiſtentium in dicto territorio & feudo Fellæ prout ex dicta platea patet, in an. 1273. per qu. R. D. Bernardum de caſtro & feudo prædicto, ac aliis, ut in actis prædictis, & quia litis eventus incertus eſt, volentes ambæ partes ipſæ quo ſupra nomino litium diſpendium fugere, & controverſias dirimere, ac pacifice, & quiete vivere tam affines, & confines in prædictis territoriis ad infraſcriptam conventionem per viam tranſactionis, & omni meliori modo &c. unanimiter devenerunt &c. quod dictus R. Pater D. Matthias quo ſupra nomine reſervando ſibi, & dicto ejus ſacro monaſterio directum dominium dicti feudi de Fella tamquam directo domino ipſius, una cum omnimoda juriſdictione ſpirituali, & temporali, & ſucceſſionem de Vaxallis qui forte in dicto feudo habitare contingerit cum cognitione omnium delictorum, ac cauſarum civilium & criminalium, & mixtarum juris Portulaniæ, dogana, & Sicle, cæterorumque, quæ in dicto feudo in futurum ſuccedere poſſunt, ſi, & quemadmodum ſac. mona-*

Ex originali in Archivo.

ſte-

Digitized by Google

*ſterium habet in terra Citrarii, & ejus territorio &c. & alia bona juriſdictionis, & exactiones decimarum fructuum dicti feudi, quemadmodum ſunt decima, quintadecima, vigeſima, cenſus, & fructus, & omnium quorumcumque aliorum jurium ad decimam ſpectantium, & quarta animalium, & decimas piſcium, doganas, falangagia, fidas, & disfidas, tranſitus, & omnia alia, & quæcumque emolumenta ad dictum ſac. monaſterium ſpectantia, & pertinentia, una cum juribus reſerbata, ut ſupra, jure directi dominii, & cognoſcendi cauſas civiles, criminales, & mixtas, ſpirituales, & temporales, & alia jura ut ſupra in perpetuum conceſſit, & locavit, & titulo locationis, & conceſſionis jure proprio, & in perpetuum dedit, tradidit, & aſſignavit ſupradicto Ferdinando procuratorio nomine ut ſupra, preſente &c, Sub annuo canone redditu, ſive cenſu enfiteotico ducatorum centum anno quolibet per dictam univerſitatem ſolvendorum dicto ſacro monaſterio, & ejus Patribus, & ſucceſſoribus in eo, in civitate Neapolis &c. & quod ex preſentis ceſſionis, & conceſſionis, ac locationis cauſa dictum feudum, &c. una cum juribus reſervatis dicto ſacro monaſterio, dicto jure dominii directo, & reliquis, ut ſupra &c. cedens &c. ponens &c. conſtituens &c, & dictus R. P. procurator pro ſe, & nomine quo ſupra, promittit, manuteneri, & conſervari dictam univerſitatem in poſſeſſione, ſeu quaſi exigendi dicta jura ut ſupra ceſſa, &c. Inſuper dictus Ferdinandus quo ſupra nomine coram nobis exburſat, & ſolvit ſupradicto R. P. D. Matthia præſenti &c., pro fructibus male perceptis per homines terra Bonifati, pro exgravatione conſcientiarum ipſorum mortuorum, & viventium ducatos currentes centum de carlenis &c, quos ducatos centum de carlenis predictus D. Matthias quo ſupra nomine perſonaliter, & manualiter recepit, & habuit a predicto Ferdinando pro cauſa predicta in bona &c. per viam tranſactionis, & omni modo meliori &c. Pacto etiam habito, quod dictum ſacrum monaſterium ſuper prætenſa ceſſione, & in perpetuum locatione impetrare habeat Apoſtolicum beneplacitum, & aſſenſum infra annos duos a preſenti die, ſumptibus tamen univerſitatis terra predicta Bonifati &c. tali quidem pacto, quod caſu quo dicta apoſtolica ſedes dictum aſſenſum, & beneplacitum dare recuſaverit, quod preſens inſtrumentum ſit invalidum, & nullum, ac ſi non eſſet factum, & cauſa reducatur, ac poſſit agitari in ſacro R. concilio coram de Salamanca, vel alio in ejus loco ſuccedente &c.* Quare cum in hac tranſactione conſtanter aſſeratur ſolvendas fuiſſe in oppido Fellæ decimas ſacro cœnobio Caſſinenſi, juxta Bernardi Abbatis plateam, lis certe non pro decimis inſtituta fuerat, nam paſſim lites de rebus dubiis inſtituuntur, potiſſimum vero tranſactiones, quamobrem hic dicitur: *Prætenſa deceptione*. Defraudatis igitur decimis agebatur, non de decimis ipſis, quæ abs dubio ipſis fatentibus adverſariis cœnobio Caſſinenſi ſolvendæ erant.

An. 1599. die 9. Novembris. Concordia inter cœnobium Caſſinenſe, atque oppidanos Citrarii eſt inita poſtquam lis ea de re aliquo tempore, in tribunali regiæ Audientiæ Conſentinæ fuerat agitata, ut inſtrumento conſtat rogato Neapoli a Mutio Salſano notario Neapolitano, in quo hæc præ cæteris continentur: Licere Caſſinatibus, eorumque miniſtris ſexdecim quotannis validos homines ex oppido Citrarii eligere, qui piſtrinorum cœnobii Caſſinenſis aquæductus, aliaque ſarcirent, ſexque homines, cum ſex bovum jugis qui id ſervitium præſtare deberent quoties opus eſſet, a quibuſdam vero aliis exemptos: licere etiam viginti homines eligere ad fodiendam cœnobii Caſſinenſis vineam, aliaque omnia ad id neceſſaria præſtanda, & quinque alios cum quinque bovum jugis, qui iiſdem immunitatibus gauderent. Curiam quæſtionum judicialium habendam eſſe in palatio Abbatiæ Caſſinenſis (in quo archivum publicarum tabularum, & carceres inveniuntur,) in cauſis temporalibus eccleſiaſticus intereſſe non poſſit, verum dumtaxat curiæ coadjutor, & monaſterii ærarius, qui laicam perſonam ſuſtinent. Comitia ab univerſitate ineunda præſente ſemper magiſtratu a Caſſinatibus conſtituto, eorumque ærario, & etiam monacho locumtenente Abbatis Caſſinenſis, ſi vellet ipſe, aut niſi lites eſſent examinandæ inter cœnobium Caſſinenſe, & univerſitatem initæ: In eodem inſtrumento decernitur vectigal ab iis ſolvendum, qui naves, remigia, &c. conficerent, quædamque alia ad Portulaniam pertinentia.

**Concordia inter Caſſinates & Citranenſes.**

PRI-

# PRIMÆ DISSERTATIONIS PARS DECIMA.

# SÆCULUM DUODECIMUM A CONSTRUCTIONE COENOBII CASSINENSIS,

## CHRISTI DECIMUM SEPTIMUM AB ANNO MDC. AD MDCC.

POST longam peregrinationem ad noſtra tempora reducimur, quibus ſupremi numinis beneficentia priſtinus Caſſini ſplendor, juraque quadantenus ſunt reſtituta, recuperata criminali juriſdictione, quam ab aliquot jam ſæculis Caroli primi Andegavenſis voluntate, amiſeramus. Qua quidem ex re ſumma cœnobii noſtri rebus utilitas obvenit, hac ſaltem de cauſa, quod capitanei juriſdictionis criminalis, vexationibus levatum ſit, ac priſtini in ſubditos, vetuſtiſſimique juris umbram recuperarit, ſubditoſque viribus auctum facilius in officio contineat. Si qui enim alii litigioſi certe quam maxime Caſſinatibus ſunt Vaſſalli. Sangermanenſes igitur qui pluribus contra ſe a ſacro conſilio latis ſententiis, haud fracti, quas annis 1565. & 1566. retulimus, ſervitia perſonalia præſtare renuebant. Hinc auditis a cauſæ commiſſario partibus, hoc decretum eſt editum. *Die 29. menſis Novembris 1599. Neapoli, viſis actis pel militem V. I. D. D. Franciſcum Bernaldo Aquiros regium conſiliarium, & cauſæ commiſſarium &c. Auditis partibus, cum advocatis, & procuratoribus fuit proviſum, & decretum, quod procedatur ad ea, quæ incumbunt pro expeditione cauſæ petitorii, & interim obſerventur decreta interpoſita per ſac. reg. conſilium, tam ſub die 20. menſis Februarii 1566. fol. 96., quam ſub die octava Junii ejuſdem anni fol. 200. a t. Hoc ſuum, &c. Bernaldo Aquiros. De Felice Actuarius.* Provocarunt ab hoc decreto Sangermanenſes, atque ſacri conſilii juſſu facta ab Aquiros cauſæ commiſſario relatione decretum hujuſcemodi prodiit. *Die 20. menſis Decembris 1599. Neapoli, auditis advocatis partium ſuper omnibus ex utraque parte prætenſis in præſentia magnifici, & circumſpecti ſacri conſilii Præſidis Vincentii de Franchis, & facta relatione in ſacro R. conſilio per magnificum V. J. D. D. Franciſcum Bernaldo Aquiros regium conſiliarium, & cauſæ commiſſarium &c. Decreto ipſius ſacri conſilii proviſum eſt, eſſe expediendas debitas proviſiones pro obſervantia decreti per eundem magnificum cauſæ commiſſarium interpoſiti ſub die 29. Novembris 1599. Hoc ſuum &c. Bernaldo Aquiros. Annibal Ceſarius Secretarius. De Felice Actuarius.* Expeditæ fuere proviſiones die 23. ejuſdem menſis, aliæque die 28. Januarii, & die 13. Martii an. 1600. pro decretis anno 1565. & 1566. editis obſervandis. Id unum contendere Sangermanenſes, ne illi ſervitia præſtare juberentur, qui præſtare ſoliti non eſſent, cum potiſſimum plures alii in ea urbe ſuppeterent, qui iſta exhibere poſſent. Hinc cauſæ commiſſarius hoc decretum edidit. *Die quarta decima menſis Julii 1600. Neapoli. Auditis partibus, cum advocatis, & procuratoribus per militem V. J. D. Julium de Palermo regium conſiliarium, & cauſæ commiſſarium &c. Viſis omnibus actis, ac viſa ſupplicatione porrecta a monaſterio Caſinenſi, & petitione contenta in ſecundo cap. folio 1. a t., & decreto lato per ſac. conſilium ſub die 20. Februarii 1566. fuit decretum, quod opera manuales præſtanda ab hominibus S. Germani per tres dietas, juxta decreta ſac. conſilii exigantur a monaſterio, ab hominibus ſolitis, & ad id habilibus, & proinde pro executione decreti accedat commiſſarius, qui compellat in hoc inſtanti tempore meſſium homines, ut ſupra ad præſtandum prædictas dietas, necnon ad obſervari faciendum alia decreta interpoſita; hoc ſuum &c. Julius de Palermo. De Felice*, Ambabus, ut dicitur, ulnis, hoc decretum ſibi propitium rati, amplexarunt Sangermanenſes; enixe rogarunt, ut proviſiones expedirentur, laudaruntque quam maxime in pluribus ſuorum procuratorum ſupplicibus libellis, & inſtantiis, atque adeo ipſi urbis ſindici hominum qui hæc ſervitia præſtare poſſent catalogum Gubernatori S. Germani præſentarunt. Provocavit ab hac ſententia cœnobium Caſſinenſe, atque obluctantibus nequicquam Sangermanenſibus, obtinuit, ut junctis duabus conſiliariorum aulis, lis decideretur. *Die 9. Auguſti 1600. Neapoli per magnificum, & circumſpectum Præſidentem Vincentium de Franchis Viceprotonotarium fuit proviſum, quod præſens cauſa decidatur junctis magnificis Conſiliariis duarum aularum, hoc ſuum &c. Vincentius de Franchis Præſidens, & Vice Protonotarius.* Merito quidem ad ſac. conſilium provocarunt Caſſinates, quibus jam olim lis fuerat adjudicata, decreto die 20. Februarii an. 1566. edito; de quo cum inſtantibus urbis ſancti Germani artificibus relatio in ſacro conſilio

Caſſinatibus jura a Sangermanenſibus exagitata.

Ex originali in Archivo.

Ex originali in Archivo.

Ex originali in Archivo.

Ex originali in Archivo.

filio facta fuiſſet aliud decretum eſt latum die 8. Junii. *Quod decretum per idem ſacrum conſilium latum die 20. Februarii 1566. quoad tres dietas in eodem decreto contentas, ſervetur juxta formam regiſtri in proceſſu producti &c.* Qua de re expeditæ fuere proviſiones, in quibus duo hæc decreta referuntur, atque iſta Bernardi Abbatis verba, ex ejus regeſto. *Item univerſi habitatores ſupradictorum locorum tenentur præſtare annuatim operas infraſcriptas curiæ Caſinenſi, niſi forte aliqui a præſtatione talium ſpeciali privilegio reperiantur liberi, & immunes, videlicet ille, qui habet boves, tenetur præſtare annuatim eidem curiæ Caſinenſi duas operas cum ipſis bobus, unam videlicet ad recallandum, & aliam ad ſeminandum, & tres operas manuales, unam videlicet ad triturandum, & duas ad metendum, ille vero, qui non habet boves, tenetur præſtare annuatim eidem curiæ tres operas manuales, duas videlicet ad metendum, & unam ad triturandum.* Cum igitur ad ſacri conſilii, atque regeſti mentem univerſi urbis S. Germani incolæ hiſce ſervitiis ſint obnoxii, non eſt cur aliquem exemtum eſſe quis contendat, ſi quippe aliquis ſit, qui, vel dignitate ſua, vel alia de cauſa præſtare per ſemet ea non poſſit, poterit certe per alium cum hæc opera cœnobio noſtro debeantur, ex pacto cum ſubditis inito, quibus prædia Caſſinates, domoſque tribuerunt ædificatis urbe S. Germani, aliiſque Abbatiæ Caſſinenſis oppidis. Imo Abbates Caſſinates illos a ſervitiis eximebant, quos libuiſſet, qui certe ex allatis hactenus monumentis haud ruſtici erant, ſed utriuſque juris doctores, notarii, nobileſque viri; atque Caſſinenſis opera hujuſcemodi aut vendidiſſe, aut locaſſe oſtendimus, ex quo liquet plæroſque loco operum manualium nummos ſolviſſe, ut modo etiam incolæ Pediſmontis, & Villæ Cerbarii, Valliſrotundæ &c. præſtant, ſive doctores ſint, ſive nobiles, ſive notarii, ſive artifices. Jure itaque Caſſinates intentata etiam mulcta pecuniaria, ad ea ſervitia præſtanda incolas quoslibet S. Germani ſive nobiles, ſive doctores, ſive artifices adigebant. Hi vero cum ad cauſæ commiſſarium provocaſſent, hujuſcemodi decretum obtinuere. *Die 3. menſis Septembris 1601. Neapoli. Viſis actis, ac auditis partibus cum advocatis per militem V. J. D. Julium de Palermo regium conſiliarium, & cauſæ commiſſarium &c. proviſum eſt, quod reſpectu exactionis pænæ ab illis, qui ſoliti ſunt præſtare ſervitia, & exercere prædicta ſervitia, & non præſtantes, nec obtemperantes, ſacrum monaſterium montis Caſini procedat tam pro dictis petitis, & non præſtitis, & etiam pro pœna contraventionis ad rationem ducati unius, taliter moderando exactionem prædictam. Quo vero ad illos qui prætendunt ſe nobiles, & non ſolitos, & non abiles, proviſum eſt, quod ſtante relatione facienda in ſacro conſilio a decreto interpoſito ſub die 14. menſis Julii 1600. fol. 363. ſac. monaſterium prædictum ſuperſedeat in procedendo ad ulteriora, reſpectu exactionis pœnæ, præſtita tamen fidejuſſoria cautione de ſolvendo*

*Differt.*

Ex originali in Archivo.

Ex originali in Archivo.

*omne totum, & quidquid fuerit judicatum tam reſpectu dietarum non præſtitarum, quam pœnæ ex cauſa non obtemperantiæ, quam relatione facta in ſac. conſilio providebitur ſuper declaratione prædicta, hoc ſuum &c. & quod intimetur. Julius de Palermo. De Felice.* De nullitate hujuſce decreti proteſtationem edidit procurator cœnobii Caſſinenſis, neque relatio hac de re a cauſæ commiſſario amplius eſt facta in ſacro conſilio, quare ſiluit cauſa, hactenuſque ſilet.

Servitia perſonalia Caſſinatibus a Sangermanenſibus præſtita.

Ex originali in Archivo.

Aliud inſuper hoc decretum pro cœnobio Caſſinenſi a cauſæ Commiſſario emanavit. *Die 4. menſis Novembris 1600. Neapoli. Viſis actis, ac viſo proceſſu, viſiſque decretis ſacri conſilii, auditis partibus cum advocatis, per militem V. J. D. Julium de Palermo regium conſiliarium, & cauſæ commiſſarium &c. fuit domi proviſum, quod de replicatis per univerſitatem civitatis S. Germani adverſus comparitionem præſentatam a ſacro monaſterio montis Caſini ſub die 30. menſis Octobris 1600. & contentis in retroſcripta comparitione præſentata ſub die primo inſtantis menſis, capiatur informatio infra quatuor dies, & nihilominus homines, & habitatores dictæ civitatis S. Germani habentes boves præſtent dicto ſacro monaſterio montis Caſini operas cum bobus juxta formam regiſtri fol. 18. & decretorum ſacri conſilii latorum ſub die 20. Februarii 1566. & ſub die octava Junii 1566. lite pendente, hoc ſuum, & quod intimetur. Julius de Palermo. De Felice.* Appellantibus nequiquam ab hoc decreto Sangermanenſibus proviſiones expeditæ fuerunt, quarum vigore Caſſinates duobus diebus bovum ſervitia a quibuſlibet poſſeſſoribus repetiere, ut ex proceſſu hujuſce cauſæ conſtat, atque ex declarationibus a civibus S. Germani factis penes acta curiæ Caſſinenſis die 15. 20. 21. 22. 23. 25. 27. Novembris, die 1. Decembris 1600. die 8. Januarii 1601. die 29. & 30. Aprilis an. 1602. atque ab atteſtatione publice a quibuſdam Sangermanenſibus facta, qui bovina hæc ſervitia tribuerant ſtipulata die 4. Januarii an. 1600. a notario Alphonſo Ratta ex S. Andrea, atque aliis factis die 19. Martii an. 1601. 26. Aprilis 1602. & 17. Junii a notario Valerio Capraro ex Villa, aliiſque ſcripturis in archivo noſtro aſſervatis. Tres quoque ſervitii dies ab iiſdem civibus habuit cœnobium Caſſinenſe, ut ex eodem proceſſu liquet, & ab atteſtationibus publicis ab iiſdem factis die 4. Januarii an. 1600. penes acta Benedicti Pantaleonis, & die 11. 14. & 16. Julii, & die 16. Auguſti anno 1601. penes acta Ludovici Majucaro a Pedemontis, aliiſque plurimis in archivo noſtro. Tabellarii quoque munere functi hi cives, ſuiſque beſtiis frumentum, aliaſque fruges a cœnobii prædiis ad civitatem S. Germani advexere, ut ex eodem proceſſu, atque atteſtationibus publicis penes acta notarii Benedicti Pantaleonis Sangermanenſis, die 27. Aprilis, & 18. Maii an. 1600. aliiſque monumentis. Plura alia hac de re decreta a ſacro conſilio prodiere pro Caſſinatibus, quæ conſulto omittimus, brevitati conſulturi.



Digitized by Google

Cauſarum ſecundarum Judicia Caſſinatibus vindicata.

Ab anno 1598. Venantius Pollaſtrella Sangermanenſis a gubernatoris S. Germani ſententia, qua juſſerat, ut prædium Horatio Cencia Tutori filii, & hæredis Jacobi Antonii Naſſi reſtitueret, omiſſo ſecundarum cauſarum judice ad magnam curiam Vicariæ appellavit, ab eaque decretum obtinuit, ut curia Sangermanenſis acta tranſmitteret. Provocavit cœnobium Caſſinenſe, oſtenditque magnam curiam Vicariæ an. 1594. ad ſecundarum cauſarum judicem Caſſinenſem cauſas remiſiſſe, proviſioneſque attulit ejuſdem curiæ, quibus jubet, ut non obſtantibus inhibitoriis ab eadem curia emanatis literis contra curiam magiſtri Nundinarum procederet magiſter nundinarum ipſius monaſterii, ſecundarumque cauſarum judex; pluraque alia ab eadem curia emanata decreta, quibus Caſſinenſibus ſecundarum cauſarum judicibus judicia ipſa remittebantur, inhibitoriis etiam non obſtantibus. Multa præſentata Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum privilegia, quibus cavetur, ne judex ullus regius ſubditis Caſſinatium jus dicat. Juſſum an. 1577. a regio collaterali conſilio, ut ſubditi Caſſinatium ad ſecundarum cauſarum judices provocarent; quod factum ſemper fuiſſe an. 1594. teſtati ſunt Sindici urbis S. Germani, atque gubernatores S. Germani, judices ſecundarum cauſarum, aliæque privatæ perſonæ locata ſecundarum cauſarum cancellaria an. 1578. & ſequentibus. Patentes literas ab Abbatibus Caſſinenſibus expeditas ſecundarum cauſarum judicibus, ab iiſdemque judices ſecundarum cauſarum pluribus in cauſis conceſſos. Centenariam hac de re præſcriptionem probatam a cœnobio Caſſinenſi an. 1579. in tribunali regiæ cameræ pro cauſa vertente inter ipſum, Aſculanum principem, & regium fiſcum ob eaſdem ſecundas cauſas civiles, & mixtas. Quibus ineluctabilibus rationum momentis permoti judices, cauſam, una cum actis Caſſinatibus adjudicarunt hoc decreto, *In cauſa Venantii Pollaſtrella cum Horatio Cencia nomine ut in actis, & venerabile monaſterio montis Caſini ſubintrante pro remiſſione ad judicem ſecundarum cauſarum ipſius monaſterii. Die 12. menſis Aprilis* 1600. *Neapoli, Facto verbo in plena Banca per M. C. V. fuit proviſum, quod preſens cauſa remittatur, prout remittitur ad judicem ſecundarum cauſarum ipſius monaſterii una cum omnibus actis in cauſa predicta factis, qui in cauſa predicta procedat, & partibus auditis, juſtitiam faciat, hoc ſuum &c. Salvus judex. Anteaguas judex. Terracianus. pro menſe. Caſus Actuarius.* In atteſtatione vero a Sangermanenſibus facta, quam mox laudavimus hæc leguntur. *Came quando ſi è appellato dalle ſentenze, & decreti dati dalla corte civile Caſinenſe, li appellanti hanno avuto ricorſo dalli reverendiſſimi Padri Abbati, e Priori, dalli quali hanno ottenuto in luoco di ſeconde cauſe commiſſioni dirette alli reverendi Padri Vicarii Caſineſi, & ſpeſſo alli RR. PP. Cellerarii, e per quelli ſpedite inibitorie in forma dirette alli magnifici loro governatori Caſineſi giudici delle prime cauſe per la traſmiſſione delli proceſſi appellati, li quali mandati alli predetti reverendi giudici delegati in dette ſeconde cauſe, ſi è proceſſo ad ulteriora in dette cauſe &c.* Quæ eadem alii mox recenſiti teſtantur. Veriſſimum eſt, quod ſindici aſſerunt, ſecundarum cauſarum judices fuiſſe Vicarios, & Cellerarios Caſſinenſes, tum ex originalibus actis, tum quod inter alia a Pomponio de Totis, & Jo: Baptiſta Rubeo Sangermanenſibus in ſacra congregatione Epiſcoporum, & Regularium, contra Abbatem, & monachos Caſſinates expoſita, quæ Gregorius XIII. Cardinali Morono examinanda commiſit, hæc leguntur in tertio cap. *In predicta terra S. Germani, que eſt caput caterarum terrarum dicte Abbatie montis Caſini ſubditarum, preter dictum monachum Vicarium in ſpiritualibus, retinent etiam quemdam Gubernatorem ſecularem in civilibus, & cum contingit a ſententiis tam dicti Gubernatoris in civilibus, quam predicti Monachi in ſpiritualibus Vicarii generalis ad Abbatem appellari, cauſas appellationum hujuſmodi committunt, uni ex Monachis ſimplicibus dicti monaſterii, ex quo, etiam plura reſultant inconvenientia. Primum quod eſt contra jus, ut ſimplici Monacho committantur cauſe: C. adjicimus, in fine, & cap. ſeq. & ibi Glo: &c. Secundum, quod dictus Monachus cogitur prout ſemper evenit, aſſumere aſſeſſorem, ſeu conſultorem, cui venit perſolvendum ſalarium a partibus cum maximo eorum damno, preſertim cum omnes ſint pauperes, & mendichi.* Mendaciter id aſſertum, cum cœnobium Caſſinenſe aſſeſſori, ſeu conſultori de ſuo ſtipendio ſolverit. In quarto capite hæc inquiunt, *Et quia in dicta terra S. Germani ultra predictum Monachum Vicarium in ſpiritualibus, retinent etiam quomdam alium judicem doctorem, quem Gubernatorem civilium cauſarum nuncupant. A duobus annis in circa ſtatuerunt, ut idem Monachus Vicarius in ſpiritualibus ſit judex ſecundarum inſtantiarum, & appellationum in cauſis temporalibus a dicto Gubernatore interpoſitarum, cum minime poſſit Monachus ſe de hujuſmodi temporalibus intromittere.* Rationibus utrinque auditis ita Cardinalis Moronus decrevit. *Tertio fuit proviſum, quod abſtineat a ſpiritualibus in ſecunda inſtantia, in temporalibus pro gravitate judicii, cum conſilio Juriſperiti bene poterit R. Abbas committere ejus Vicario. Quarto prout in precedenti.* Aliam quoque cauſam judici Caſſinenſi ſecundarum inſtantiarum magna curiæ Vicariæ remiſit hoc decreto. *In cauſa Aloyſii de Tarſia cum D. Leonardo Martucio, & omnibus ut in actis, & venerabile monaſterio montis Caſini ſubintrante ſuper remiſſione cauſa ad judicem ſecundarum cauſarum, ut in actis, die* 24. *Auguſti* 1600. *Neap. Viſis actis omnibus per M. C. V. Facto verbo in plena Banca cauſarum civilium, proviſum eſt, pariterque decretum, quod preſens cauſa remittatur, prout preſenti decreto remitti mandatur ad judicem ſecundarum cauſarum, rationibus, & cauſis, ut in actis, & in Banca diſcuſſis. Hoc ſuum &c. Anteaguas, Salvus, Terracianus, Joannes Andreas Canalis.*

Ex originali in Archivo.

Ex originali in Archivo.

Ex originali in Archivo.

Ambro-

Ambroſius Abbas die 2. Martii an. 1600. capitaneum Serræ creavit Jo: Angelum Campanile de Monte Leone ex cit. regeſto p. 41. Die 23. Junii judicem ſecundarum cauſarum univerſæ ditionis Caſinenſis U. J. D. Antonium Belmonte ex citato regeſto pag. 43. Die 26. Junii capitaneum S. Petri de Avellana U. J. D. Hieronymum Tuccilli Sangermanenſem ex cit. regeſto p. 43. a t. Die 10. Novembris gubernatorem S. Germani U. J. D. Marcellum de Valentia ex cit. reg. p. 44. Die 30. Januarii 1601. capitaneum S. Petri de Avellana notarium Antonium Pennacchio de S. Petro in fine ex cit. regeſto p. 47. a t. Die 29. Decembris capitaneum Citrarii U. J. D. Carolum Galottum ex cit. regeſto p. 48. Die 7. Martii capitaneum Serræ Johannem Baptiſtam Martinellum ab oppido S. Vincentii ex cit. reg. p. 49. a t. Die 26. Novembris judicem ſecundarum cauſarum in univerſa ditione Caſſinenſi U. J. D. Johannem Angelum de Alphonſo a S. Victore ex cit. reg. p. 51. a t.

Lis quoad Cancellariam civilem.

Inter alia capita a Sangermanenſibus contra Caſſinates expoſita ſecundum hoc eſt: *Item creano per maeſtro d'atti della loro corte civile gl'uomini della ſteſſa città di S. Germano, e ſue caſtelle ſoggetti alla loro giuriſdittione iſteſſa, ſe ſupplica provederſi, che li maeſtri d'atti cittadini di detta città, e caſtella ſi rimuovano da detto officio &c.* Qua de re hoc decretum edidit Fabius de Anna cauſæ commiſſarius die 22. Junii an. 1600. *Quod homines civitatis S. Germani non exerceant officium actuariatus in dicta civitate S. Germani, quo vero ad alios vaxallos dicti monaſterii liceat exercere officium prædictum in dicta civitate S. Germani, hoc ſuum &c. Fabius de Anna. De Felice Actuarius.* Huic decreto calculos addidit ſacrum conſilium, ſubſequenti altero emanato. *Die 24. menſis Septembris 1601. Neap. Facto verbo de prædictis in ſacro regio conſilio per magnificum U. J. D. Fabium de Anna regium conſiliarium, & cauſæ commiſſarium, decreto ipſius ſac. regii conſilii proviſum eſt, quod capiatur informatio ſuper hinc inde prætenſis reſpectu ſecundi gravaminis concernentis actuarium, & interim ſervetur decretum latum per magnificum cauſæ commiſſarium ſub die 22. menſis Junii 1600. &c. Hoc ſuum &c. Fabius de Anna. Annibal Ceſarius Secretarius. De Felice Actuarius.* Expeditæ atque intimatæ fuere proviſiones.

Magiſtratus creati.

Ambroſius Abbas die 12. Octobris an. 1602. capitaneum Serræ conſtituit U. J. D. Franciſcum Toppettam Sangermanenſem ex cit. reg. p. 54. a t. Die 22. Octobris ſecundarum cauſarum judicem in univerſa ditione Caſſinenſi U. J. D. Angelum Gatti a S. Petro in fine ex cit. regeſto p. 55. Die 4. Septembris gubernatorem S. Germani Fabium Vitelli a Rocca Guillelma ex cit. reg. p. 55. a t. Die 11. Decembris judicem ſecundarum cauſarum Citrarii U. J. D. Bartholomæum Sanblaſium Conſentinum ex cit. reg. p. 56. a t.

Abbas conſtituit Procuratorem ad generalia comitia.

Idem Abbas Ambroſius procuratorem in generalibus regni comitiis, ad quæ ipſe utpote Baro invitatus fuerat die 20. Octobris an. 1601. a Franciſco de caſtro Locumtenenti regni Neapolitani, conſtituit conſiliarium Scipionem de Curtis ex cit. reg. p. 52. Deſiderius Abbas die 6. Martii an. 1603. capitaneum Serræ conſtituit U. J. D. Hieronymum Tuccillum a S. Victore ex cit. reg. p. 58. Eodemque die capitaneum Citrarii U. J. D. Annibalem de Hectore a Fara ex cit. reg. p. 58. Die 13. Martii capitaneum S. Petri de Avellana Decium Cencia Sangermanenſem ex cit. regeſto p. 59. Die 1. Februarii 1605. gubernatorem S. Germani Datium Martinum a Senis, ex cit. reg. p. 61.

Lis compoſita.

Die 10. Junii an. 1603. Lis, quæ jamdiu pro finibus ſuis tutandis exarſerat inter univerſitates S. Apollinaris, & S. Ambroſii Caſſinatibus ſubditas compoſita eſt penes acta notarii Benedicti Pantaleone Sangermanenſis.

Magiſtratus creati.

An. 1604. die 30. Decembris Deſiderius Abbas capitaneum Citrarii conſtituit U. J. D. Julium Cæſarem Nepata a caſtro Villarum, ex cit. reg. p. 65. Die 23. Martii ejuſdem anni capitaneum S. Petri de Avellana Andream Vicalvi Sangermanenſem ex cit. reg. p. 67. a t. Die 19. Junii capitaneum Serræ Johannem Paulum Ricci a Tocco ex cit. reg. p. 69. Die 29. Auguſti capitaneum Citrarii U. J. D. Johannem Baptiſtam Jannetta a Sueſſa ex cit. reg. p. 70. Die 11. Octobris capitaneum S. Petri de Avellana notarium Johannem de Thomaſiis ab oppido montis S. Johannis ex cit. regeſto p. 71. An. 1605. die 22. Januarii Gregorius Abbas judicem ſecundarum cauſarum in univerſa ditione Caſſinenſi conſtituit U. J. D. Hectorem Tucillo a S. Victore ex cit. reg. p. 74. a t. Die 23. Martii judicem earundem cauſarum in oppido Citrarii U. J. D. Andream Dattilum Conſentinum ex cit. reg. p. 75. Die 15. Auguſti capitaneum S. Petri de Avellana notarium Johannem Camillum Victorelli a S. Victore ex cit. reg. p. 77. a t. Eodemque die capitaneum Serræ notarium Julium Capibianco ex caſtello Sangri ex cit. regeſto p. 78. & capitaneum Citrarii U. J. D. Lionardum Patavinum a Caſſano ex cit. regeſto ibid. Gubernatorem S. Germani U. J. D. Johannem Faſanum a Neapoli ex cit. reg. p. 78. a t.

Juriſdictio criminalis multis data.

Poſſidebat regis beneficentia ad vitam ſuam juriſdictionem criminalem ditionis Caſſinenſis Antonius Aloyſius de Leyva Aſculanus princeps, eratque Præfectus Roccæ Janulæ, & roccæ Pianulæ, quæ munia plures e ſuis etiam anteceſſoribus objerant, quam juriſdictionem, cum an. 1594. Matthæo de Capua Conchæ principi incaſſum vendidiſſet, iterum illi hoc anno 1605. vendidit cum mero, & mixto imperio, & gladii poteſtate, nec non proventibus, atque emolumentis ab eadem juriſdictione criminali redundantibus &c. Eam an. 1606. Conchæ princeps dedit Mutio de Angelis, a quo an. 1607. conſiliario Scipioni de Curtis ceſſit.

Lis quoad fines Sangermanenſes, & Sanctelianos.

Ab anno 1559. ſumma animorum contentione lis in S. Conſilio agitabatur inter incolas S. Germani, & S. Eliæ pro ſuis finibus, nullique quod ſciam, fines plurium regiorum conſiliariorum præſentia honeſtati, cum octo vicibus plures conſiliarii illos inviſerint, nempe primum Johannes Baptiſta Manzus. Deinde ac, tertium Michael a Villanova. Quartum Johannes Vincentius Macedonius. Quintum Jacobus Agnellus de Bottis, memoratus Villanova, & Thomas Altomare,



Digitized by Google

qui morbo correptus Neapolim initio itineris repetiit. VI. Joannes Felix Scalaleone, Gaſpar Pinarius, & Franciſcus Daroga, qui an. 1576. ſententiam publicarunt. VII. iidemque Scalaleone, & Pinarius an. 1577. menſe Aprilis fixere terminos. VIII. hoc an. 1605. Scipio de Curtis, & Aloyſius Sciavares locum adiere; at priuſquam terminos figerent, conventionem inter ſeſe iniere Sangermanenſes, & Sanctcliani de locis quibus termini figendi erant. Illos tamen a regiis conſiliariis ad lineam rectam fixos non eſſe conqueſti ſunt oppidani S. Eliæ, quare communi conſenſu Tabularius ad eos commenſurandos fuit evocatus. Utraque vero hæc univerſitas fines ſuos a Bernardo Abbate an. 1278. in regeſto deſcriptos preſentavit, atque Sangermanenſes articulo V. VI. & VII. aſſeruere regeſtum illud, aliaque monumenta in archivo Caſſinenſi ſumma diligentia, & fide per monachos ad id deputatos ſemper cuſtodita; & regeſto Bernardi tam in judicio, quam extra fidem omnem adhibitam, liteſque de finibus oppidorum ortas ejus teſtificatione examinatas, diremptaſque, articulo 172. & 173. fatentur, fines S. Germani ab Occidente, ſeu illa ex parte qua Romam pergitur ad portam uſque Paldam, ſeu Paulam pervenire, indeque tangendo mœnia arcis S. Germani ad montem Majum pergere, eamque portam Paulam duobus tantum ſclopeti ictibus urbe diſtare. Quos fines regio conſiliario de Villanova ipſimet Sangermanenſes demonſtrarunt, multiſque adductis teſtibus probarunt. Faſſi ſunt etiam articulo 186. regeſta, libros, inſtrumenta, aliaſque ſcripturas publicas ſacri cœnobii Caſinenſis, eccleſiæ S. Germani &c. fide digniſſimas eſſe, probataſque a ſacro conſilio, aliiſque tribunalibus: quod etiam ſcripturis, ac teſtibus comprobarunt.

Magiſtratus creati.

Anno 1606. die 26. Auguſti Gregorius Abbas capitaneum S. Petri de Avellana conſtituit notarium Julium Capobianco a caſtello Sangri ex cit. reg. p. 82. a t. Die 28. Auguſti capitaneum Serræ Johannem Philippum Peregrinium Arpinatem ex cit. reg. p. 83. Die 25. Septembris gubernatorem S. Germani U. J. D. Lutium de Magiſtris a Sonnino ex cit. reg. p. 84. An. 1607. die 29. Januarii capitaneum Citrarii U. J. D. Hieronymum Tucillum a S. Victore ex cit. reg. p. 85. Die 13. Junii gubernatorem S. Germani U. J. D. Simeonem Nazarium a Marandola ex cit. reg. p. 85. a t. Die 28. Junii capitaneum S. Petri de Avellana notarium Franciſcum Vacca a S. Elia ex cit. regeſto p. 86. Eodemque die capitaneum Serræ U. J. D. Aloyſium de Ninis a Fara ex cit. regeſto p. 86. a t. Die 29. Septembris judicem ſecundarum cauſarum in univerſa ditione Caſinenſi Simeonem Nazarium ex cit. reg. p. 87. Die 10. Octobris gubernatorem S. Germani U. J. D. Johannem Dominicum Peluſo a Venafro ex cit. reg. p. 87. a t. Die 30. Octobris capitaneum Serræ Lutium Cecchiello a Peſculo Conſtantii ex cit. regeſto ibidem. Anno 1608. die 12. Januarii ejuſdem oppidi capitaneum Johannem Vincentium Hadrianum a Villa magna ex cit. regeſto p. 88. Eodemque die Citrarii capitaneum U. J. D. Pompejum de Vita Celentanum ex cit. regeſto p. 88. a t. capitaneum S. Petri de Avellana Simeonem Nazarium a Marandola ex cit. reg. p. 89. a t. & Citrarii U. J. D. Michaelem Saavedra de Torres a Trano ex cit. regeſto ibidem. Advertendum, hic ſæpe ſæpius ad ſex dumtaxat menſes capitaneos oppidorum S. Petri, Serræ, & Citrarii, imo & urbis S. Germani gubernatores fuiſſe conſtitutos. Die 7. Julii an. 1608. gubernatorem S. Germani conſtituit U. J. D. Fabricium Politianum a Paſſi ex cit. reg. p. 90. a t. Anno 1609. die 23. Aprilis Paulus Abbas capitaneum Serræ conſtituit Utriuſque juris doctorem Nicandrum Pantaleone a S. Germano ex cit. reg. p. 92. a t.

Capitaneæ juriſdictionis criminalis conatus compreſſi.

Capitaneus juriſdictionis criminalis cum hoc anno ſeſe in cauſis mixtis ſubditorum Caſſinatium immiſcere vellet, hoc decreto compreſſa ejus ambitio eſt, *Die 20. Julii 1609. Neap. Viſa retroſcripta comparitione fuit proviſum, quod pro exequutione proviſionum expeditarum ſub die 17. Octobris 1565. ac decreti lati die 21. Aprilis 1606. & pro exequutione decretorum ſacri conſilii expediantur proviſiones ad inſtantiam ſacri monaſterii montis Caſini contra exercentes juriſdictionem criminalem in civitate S. Germani, & caſtrorum, quod non ſe intromittant circa cognitionem cauſarum civilium, & mixtarum ſervata forma in omnibus dictarum proviſionum, & nihilominus tranſmittant copiam bannorum emanatorum noviter infra dies ſex ad finem providendi de juſtitia hoc ſuum &c. Johannes Ruiz de Valdevieſſo &c. Modo pro executione prainſerti decreti ſub die 20. Julii 1609. fuit inſtatum debitas proviſiones expediri; Eapropter vobis ut ſupra in ſolidum committimus, quatenus ad inſtantiam dicti ſacri monaſterii montis Caſini Baronis in cauſis civilibus, & mixtis S. Germani, & caſtrorum unus veſtrum requiſitus mandet ſub pœna unciarum auri centum fiſco regio, &c. in caſu contrarii &c. preſentibus exercentibus juriſdictionem criminalem in dictis civitate S. Germani, & caſtris, quatenus minime in cauſis prædictis ſe intromittant circa cognitionem cauſarum civilium, & mixtarum, & proviſiones expeditas virtute decreti prainſerti lati die 21. Aprilis 1606. pro executione proviſionum expeditarum pro executione decretorum ſacri conſilii ad unguem obſervent, & obſervari faciant juxta ipſorum ſeriem, & tenorem, ſervata forma prainſertorum decretorum, qua ad unguem eorum debitum ſortiantur effectum, alias contrafacientes procedemus ad executionem pœna, & ad alia, ut juris, nec non infra dies ſex poſt mandatum hujuſmodi tranſmittere debeant copiam bannorum noviter emanatorum ad inſtantiam prædictorum officialium, ſeu exercentium ad præſens juriſdictionem criminalem in prædictis civitate, & ejus caſtris, ut viſa, & partibus auditis valeamus de juſtitia providere ſervata forma prainſerti decreti, quod ad unguem ſervetis, & ſervari faciatis juxta ipſius ſeriem, & tenorem alias, &c. Neapoli 20. Julii 1609. Joannes Ruiz de Valdevieſſo*

Ex originali in Archivo.

*pro*

Digitized by Google

*pro Galterio abſente. Joannes Andreas Borellus.*

Magiſtratus creati.

Honoratus Abbas hoc anno 1609. Gubernatorem S. Germani conſtituit U. J. D. Joannem Leonardum Cinquanta a caſtro Forti ex cit. reg. pag. 94. a t. Anno 1610. die 27. Septembris judicem ſecundarum cauſarum in univerſa ditione Caſſinenſi U. J. D. Hectorem Tuccillum ex cit. reg. p. 95. a t. Die 2. Octobris Gubernatorem S. Germani U. J. D. Fabritium Politianum a Poſi ex cit. reg. p. 95. a t. Die 4. Octobris capitaneum S. Petri de Avellana U. J. D. Simeonem Nazarium ex cit. regeſto p. 96. Die 9. Martii an. 1611. ejuſdem oppidi capitaneum notarium Bertharium de Armanno Sangermanenſem ex cit. regeſto p. 96. a t. Et capitaneum Serræ Jo: Baptiſtam Rotundo a S. Victore ex cit. reg. p. 97. a t. Die 10. Decembris gubernatorem S. Germani U. J. D. Joannem Baptiſtam Donato ab Averſa ex cit. regeſto p. 99. An. 1612. die 22. Decembris gubernatorem S. Germani conſtituit U. J. D. Matthæum Beltrano ex cit. regeſto p. 101. Anno 1613. die 23. Januarii capitaneum Citrarii U. J. D. Michaelem Maſio ex cit. reg. p. 102. a t. Die 29. Januarii gubernatorem S. Germani U. J. D. Johannem Baptiſtam Carroccia a Pontecurvo ex cit. reg. ibidem. Die 21. Martii capitaneum Serræ Nicandrum Brunum a Venafro ex cit. reg. p. 103. Die 17. Sept. judicem ſecundarum cauſarum in oppido Citrarii U. J. D. Andream Dattilum Conſentinum ex cit. reg. p. 105. Die 3. Decembris capitaneum Serræ Matthæum Belmonte a Bellomonte ex cit. regeſto p. 106. Die 6. Decembris advocatum pauperum totius ditionis Caſſinenſis U. J. D. Hectorem Tucillo ex cit. reg. ibidem. An. 1614. die 15. Martii capitaneum S. Petri de Avellana Bernardinum de Mauro ab Averſa ex cit. reg. p. 107. Die 14. Junii Iſidorus Abbas judicem ſecundarum cauſarum in ditione Caſſinenſi conſtituit U. J. D. Jo: Dominicum Peloſo a Venafro ex cit. regeſto p. 106. a t. Die 12. Julii capitaneum Citrarii U. J. D. Fabium ſeniorem Galaſſo ex citato regeſto ibidem. An. 1615. die 1. Januarii capitaneum Serræ U. J. D. Simeonem Nazarium ex cit. regeſto p. 108. a t. Die 23. Martii capitaneum S. Petri de Avellana Aloyſium de Tomaſiis a Bellomonte ex cit. regeſto p. 109. a t. Die 17. Septembris judicem ſecundarum cauſarum in oppido S. Petri de Avellana U. J. D. Johannem Maffeo a caſtello Sangri ex cit. regeſto p. 110. Die 10. Octobris gubernatorem S. Germani U. J. D. Antonium Foſco a caſtroforti ex cit. reg. p. 110. a t. Eodemque die capitaneum Serræ Benignum de Benigno a Maſſatio ab Heſio ex cit. reg. p. 111.

Conventio inter cœnobiũ Caſſinenſe, & oppidanos S. Petri de Avellana.

Ex originali in Archivo.

Plura gravaminum capita contra Caſſinates, quibus in ſpiritualibus, civilibus, mixtis, & criminalibus cauſis ſubſunt, in ſacro conſilio exhibuerant oppidani S. Petri de Avellana, quibus tamen cœnobium Caſſinenſe amantiſſime indulgentiſſimeque proſpiciens, poſt longa quædam diſſidia, & lites, hanc cum iis conventionem injit: *In primis promettono li homini di S. Pietro, e detta univerſità come Vaſſalli del ſag. monaſterio, vivere quietamente, ſotto la protettione del Padre S. Benedetto, conforme hanno ſempre viſſuto per il paſſato, & eſſere obedienti alli padroni, ſenza innovare coſa alcuna, e perciò renuntiano tutte le liti, che vertono nel ſagro conſeglio a tutti li capi d' aggravii, doppo cominciate le liti, e promettono pagare la ſettima di quanto ſementano per tutto il territorio, e diſtretto di detta terra, conforme ſempre hanno renduto, non ci eſſendo memoria d'uomo in contrario. Promettono anco, mentre il monaſterio li darrà terreni atti a coltura di coltivarli, & non andare fuori a coltivare altro territorio, e laſciare quello del monaſterio. Dichiarando, che poſſino coltivare il Quarto di S. Nicola, e monte Miglio per eſſere dentro lo diſtretto di detta univerſità. Secondo promettono detta univerſità, & uomini di eſſa non andare a macinare ad'alcun molino fuori il diſtretto del territorio di S. Pietro, ma andare a macinare ò al molino della corte, che ſta nel fiume Sangro, ò à uno delli cinque molini della Rifolta, che ſono in eſſo territorio, eſſendo però macinanti, altrimente ſia in libertà loro, dove vorranno andare a macinare fuori il diſtretto. Item promettono di andare a valcare al valcature del ſag. monaſterio, purchè ſia valcante, e ſi faccia il ſervitio, altrimente pigliaranno licenza dal Padre Rettore, che ſarà pro tempore di poter valcare in altro valcaturo. Terzo ſupplica eſſa univerſità che il ſag. monaſterio li voglia rilaſciare la giornata di bracciali a fuoco, e di animali groſſi gratis, quale per il paſſato ſi dava ad eſſo ſagro monaſterio, e lo riputaranno a gratia ſingulariſſima. Quarto ſupplica detta univerſità, che il ſagro monaſterio li voglia dare, ſeu dia una larga licenza a tutti li cittadini di eſſa di poter peſcare nel demanio baronale di detta terra, ſenza pigliare altra licenza dal Padre Rettore, però chi vuol vender le trotte prima debbia ricercare il detto Padre Rettore, come Barone, ſe le vuole, e poi il Camerlingo, & Officiali di detta Terra. Quinto ſupplica, che li voglia rilaſciare anco in elemoſina la traglia di paglia, che ſi pagava ab antiquo al ſagro monaſterio da tutti quelli, che avevano bovi, offerendoſi detta univerſità, & uomini, che tengono bovi dare una traglia di paglia al Padre Rettore, e detto Padre ſia obbligato pagare un carlino la traglia. Seſto ſupplica, che il ſagro monaſterio li faccia gratia di concedere a beneficio di detta univerſità, e ſuoi cittadini l'affitto della giuriſdittione delli danni dati per docati 14. l'anno, come l'ha tenuto in affitto per il paſſato a beneplacito di detto monaſterio, offerendo darne cautela d' affitto di rinovare ogni quattro anni, conforme ſi fanno gl'altri affitti delle altre coſe del ſagro monaſterio. Settimo ſupplica, che detto ſagro monaſterio li conceda in beneficio di detta univerſità, e ſuoi cittadini, l'erbaggio del territorio detto,* lo Quarto di Santo Nicola, *che lo poſſano godere, come per il paſſato, renuntiando a queſto capo di lite il monaſterio. Ottavo ſupplica, che il monaſterio li conceda la metà della caſa edificata, per fare la taverna, offerendo detta univerſità pagare al monaſtero la metà della ſpeſa fatta, che pro rata li toccarà, e così anco di contribuire per la metà a tutta la ſpeſa, che ſi farà in aumento, o reparatione di detta caſa, con dividere anco tutto ilgua-*

*il guadagno, & affitto, che ſi farà di detta caſa, e taverna per metà. Nono dichiara anco l'una, e l'altra parte, che da oggi avanti ſiano caſſe, e nulle tutte le liti, e differenze, che vertono tra eſſa univerſità, e ſagro monaſterio Barone, e non vogliono, che ſe ne parli più. Decimo ſupplica, che il monaſterio li procuri una beneditione papale per ſcarico delle loro coſcienze, e per li diſordini, e pregiudicii fatti al monaſterio in tempo di queſte liti.* Quæ pacta rata habuere Caſſinates die 24. Aprilis 1615. & oppidani die 22. penes acta notarii Marci Antonii Scalſo a Rocca Guilelma.

Magiſtratus creati.

Anno 1616. Iſidorus Abbas die 6. Februarii capitaneum Citrarii elegit U. J. D. Sempronium Ruccilli ex cit. regeſto p. 112. Die 24. Martii procuratorem, ut ſuo nomine comitiis generalibus regni, ad quæ vocatus, ut primus regni Neapolitani Baro a Prorege Petro Girone Oxunenſi Duce die 29. Februarii fuerat, intereſſet, conſtituit D. Fulvium de Conſtantio Marchionem Corleti, & Regentem cancellariæ ex cit. reg. p. 113. Die 20. Julii capitaneum Citrarii U. J. D. Bartholomeum Simeone a Neapoli ex cit. reg. p. 115. Die 15. Auguſti capitaneum Serræ notarium Marcum Antonium Scalſo a Rocca Guilelma ex cit. regeſto p. 115. a t. Die 22. Septembris capitaneum S. Petri de Avellana notarium Flaminium Flacci ab Arce ex cit. reg. p. 116. a t. Anno 1617. die 13. Januarii ejuſdem oppidi capitaneum Ceſarem Leone ab Arce ex cit. reg. p. 117. a t. Die 12. Junii capitaneum ibidem Gregorium Riccio a Neapoli ex cit. reg. pag. 119. Die ultimo Julii Paulus Abbas capitaneum Citrarii conſtituit U. J. D. Franciſcum de Michaele a Longobardo ex cit. regeſto p. 120. Eodemque die Gubernatorem S. Germani U. J. D. Jacobum Palmieri a Fractis ex cit. reg. pag. 120. a t. Die 5. Septembris judicem ſecundarum cauſarum in oppido Citrarii U. J. D. Scipionem Salituro a Conſentia ex cit. reg. p. 121. Die 4. Octobris gubernatorem S. Germani U. J. D. Chriſtophorum de Maſiis a Caſa Oliverii ex cit. reg. p. 121.

Procurator factus ab Abbate in Comitiis generalibus Regni.

Juriſdictio criminalis a Caſſinatibus empta, ſed incaſſum.

Scipio de Curtis Commendatarius criminalis juriſdictionis in ditione Caſinenſi, & Præfectus roccæ Janulæ, & roccæ Pianulæ cum ſtipendio ducatorum ducentum, eam juriſdictionem renunciaverat Sfortiæ Sforza Fiani Duci, cum anno 1616. Cardinalis Sfortia Ducis parens ſupplici libello Proregi, regiæque cameræ exhibito contendit, velle ſe pro ducatis viginti mille nongentis nonaginta juriſdictionem illam criminalem primarum, ſecundarumque cauſarum emere. Remorabatur Cardinalis vota, epiſtola Philippi II. Proregi ſcripta, qua jubebat, ne Principi Conchæ ea juriſdictio venderetur. Verum Cardinalis ſupplici alio libello oſtendit aliam eſſe ſuam, ac principis Conchæ cauſam. Hic enim caſtellanus Abbatiæ Caſſinenſis in perpetuum eſſe contendebat, ſibique attribuendas cauſas ſecundas civiles, quæ jura ſunt Caſſinatium, pretiumque poſt principis Aſculani mortem ſolvere haud numerata pecunia, ſed tertia parte fiſcalium, quæ ſibi debita a regia cura repeteret. Ubi præclarum illud præfatum D. Cardinalem, jura ſecundarum cauſarum civilium nunquam expoſtulaſſe, bene doctus, illa Caſſinatibus pleno jure deberi. Quibus Cardinalis rationum momentis accedit obſtitiſſe quam validiſſime apud Philippum regem cœnobium Caſſinenſe, ne juriſdictio ditionis ſuæ criminalis venundaretur, ut pluribus in archivo noſtro ſervatis monumentis conſtat. Auditis itaque regiæ cameræ, atque collateralis conſilii votis, Cardinalis precibus annuit Prorex, accenſaque die 17. Decembris 1616. candela, jura illa Cardinali obvenere, pro ducatis 20940. Sangermanenſes paulo poſt die 28. Decembris jura illa ſibi adjudicari pro eadem pecuniæ quantitate rogaverunt, atque fruſtra obluctante Cardinali epiſtolam regis exhibente, qua ne juriſdictiones criminales univerſitatibus vendantur, vetat, ex peculiari Proregis favore obtinuerunt. Perſolvere itaque interim regiæ curiæ Sangermanenſes quindecim millia ducatorum cum pro vulgi mobilitate diſſidia inter eos ſunt orta, favente potiſſimum Cardinali partibus Pompeji notarii Marcj, cum pluribus aſſeclis. Quare frigeſcentibus Sangermanenſibus, juſſit Prorex, ut ea iterum juriſdictio venum exhiberetur. Conſideraverant interim Caſſinates haud leve indeſinenter negocium ſibi juribuſque ſuis, ab iis faceſſi, qui criminalibus quæſtionibus præeſſent, providoque conſilio partem ſextam ſupra pretium a Cardinali pactum promiſere regiæ curiæ nempe ducata vigintiquatuor millia quatuorcentum quadraginta. Recepta ea conditio eſt a Prorege, ut hoc regiæ cameræ decreto conſtat: *In cauſa venditionis juriſdictionis primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium civitatis S. Germani, caſtrorum, & villarum civitatis prædictæ provinciæ terræ Laboris, prout in actis. Viſis actis, viſoque ordine ſuæ excellentiæ lato die 10. Septembris 1617. & oblatione, & depoſitis factis pro parte ſacri monaſterii montis Caſini per magnificum U. J. D. Johannem Hieronymum Natalem regiæ cameræ Summariæ Præſidentem, & præſentis cauſæ commiſſarium, ac facta per eumdem de omnibus relatione in dicta regia camera coram aliis magnificis Præſidentibus ipſius, & magn. advocato regii patrimonii, fuit per cameram ipſam conſenſum, proviſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & providetur, quod pro executione ſupradicti ordinis S. E. vendatur juriſdictio dictarum primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium civitatis prædictæ S. Germani, villarum, & caſtrorum Abbatiæ prædictæ U. J. D. Perſio Vitali perſona nominata per dictum ſacr. monaſterium Montis Caſini, pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus ex corpore deſcendentibus in pheudum, cum quo ſtipulentur cautelæ pro ſumma ducatorum vigintiquatuor millium quadrigentorum quadraginta, & proinde ducati novem millia quadringentum quadraginta depoſitati pro cauſa prædicta in Bancis Spiritus Sancti, S. Jacobi, & Victoriæ, S. Eligii in computum dictorum ducatorum 24440. per Cellerarium ſacri monaſterii liberentur regiæ curiæ, & facto depoſito reſtantis ſummæ ducatorum quindecim millium pro integro pretio venditionis prædictæ pro illis reſtituendis civitati prædictæ S. Germani, juxta ordinem ſuæ excellentiæ, conſi-*

Ex originali in Archivo.

*conſignetur poſſeſſio , prout præſenti decreto conſignari mandatur , hoc ſuum &c. Joannes Hieronymus Natalis , Scipio Cacciuttulus pro magiſtro actorum Con Priſcus . Gratianus pro Secretario . Franciſcus Carbonus Actuarius .* Deindeque aliud hoc decretum prodiit . *Die 17. menſis Octobris 1617.*

Ex originali in Archivo. *In cauſa venditionis juriſdictionis primarum , & ſecundarum cauſarum criminalium civitatis Sancti Germani caſtrorum , & villarum civitatis prædictæ , provinciæ Terræ laboris , prout in actis . Viſis actis per magnificum U.J.D. Joannem Hieronymum Natalem regiæ cameræ ſummariæ Præſidentem , & præſentis cauſæ commiſſarium , ac facta per eundem de omnibus relatione in regia camera coram aliis magnificis Præſidentibus ipſius , audito magno advocato regii patrimonii , fuit per cameram ipſam conſenſum , proviſum , & decretum prout præſenti decreto decernitur , & providetur , quod , ſtante depoſito facto aliorum ducatorum quindecim millium , vid. in Banco S. Jacobi , & Victoria ducatorum duodecim mille , & in Banco S. Spiritus ducatorum trium millium de majori ſumma in eo depoſitorum , ad complementum ducatorum vigintiquatuormillium quadrigentorumquadraginta , per procuratorem ſacri monaſterii Montis Caſini , pro integro pretio juriſdictionis primarum , & ſecundarum cauſarum criminalium civitatis S. Germani , caſtrorum , & villarum Abbatiæ prædictæ pro executione decreti dictæ regiæ cameræ interpoſiti ſub die 26. menſis Septembris inſtantis anni 1617. conſignetur poſſeſſio juriſdictionum prædictarum perſonæ nominatæ per dictum ſacrum monaſterium , ſive ejus legitimo procuratori , & expediantur debitæ proviſiones pro conſignatione poſſeſſionis prædictæ & nihilominus moneatur univerſitas prædictæ terræ S. Germani pro liberatione dictorum ducatorum quindecim mille , hoc ſuum &c. Johannes Hieronymus Natalis , Anellus . Theodorus pro Mag. Actorum . Conſenſu . Bolinus Secretarius . Carbonus Actuarius .* Die itaque 28. Octobris an. 1617. , juſſu regiæ cameræ , a Franciſco Carbone actuario poſſeſſio primarum cauſarum criminalium , & officii Capitanei poſt mortem tamen Aſculani principis obeundi tradita eſt U. J. D. Johanni Ricio procuratori U. J. D. Perſii Vitalis , cui etiam poſſeſſio ſecundarum cauſarum criminalium , & munus aſſeſſoris , ſeu judicis eſt traditum . Stipulatum inde hac de venditione inſtrumentum eſt die 16. Martii 1618. penes acta Julii Cæſaris Guadagni primi notarii regiæ curiæ , cui , ut regis Philippi III. Procurator interfuit Petrus Girone Dux Oxunenſis , & Prorex Neapolitanus , atque Regentes regiæ cancellariæ Fulvius de Conſtantio Marchio Corleti , Bernardinus Montalvo , Didacus lopez , Ambroſius Gatiago , & Cæſar Alderius , Preſidentes regiæ cameræ , Andreas de Salazar Regni a ſecretis , Scipio Brandolinus , Johannes Enriquez , Petrus Jordanus Urſinus , Johannes Hieronymus de Natale , Simeon Vaaz , Fabius Capycius Galeota , Claudius Blandiſius , & Camillus della Marra regii fiſci patronus . Declaraverat ſtatim die 17. Novembris an. 1617. ab ipſa criminalis hujuſce juriſdictionis emtione memoratus Perſius Vitalis , penes acta Martii de Griſi a Neapoli, illam ad monaſterium Caſſinenſe pertinere , eaque de re regius aſſenſus obtentus eſt die 5. Decembris 1617.

Haud hæc æquo animo tulit Cardinalis Sfortia miſſoque in Hiſpaniam familiari apud regem , conqueſtus eſt , immerenti ſibi eam injuriam illatam cujus familia plurimum ſtudii , officiique erga Hiſpaniæ reges impenderit , neque æquum eſſe , ut ea juriſdictione potirentur Caſſinates , tum quod vetitum vendi fuerit a Philippo II. an. 1594. principi conchæ . Cumque id ſit factum , invitis potiſſimum , atque contradicentibus Vaſſallis S. Germani , qui inter regio-demaniales urbes permanere , e re ſua eſſe exiſtimabant . Poſtremo S. Germani oppidum magni momenti eſſe , ut pote in regni finibus poſitum . Quibus permotus rex factam a Prorege venditionem ratam non habuit . Immerito vero hæc regi inſinuata , cum aliæ fuerint cauſæ ab ipſomet cardinali deſcriptæ , ut alibi oſtendimus , quibus venditio principi Conchæ facta irritata eſt . Præterea urbs S. Germani munitionibus omnibus eſt deſtituta , & quindecim ſaltem lapidibus a finibus regni diſſita , quos certe pertingunt plures aliæ Baronibus ſubditæ dynaſtiæ , puta Sora , Arpinum , Rocca Guillelma , Fundi , aliæque , id quod Antonius Zapatta cardinalis , & Petrus de caſtro Comes de Lemos olim Neapolitani Proreges teſtati ſunt . Eaque venditio haud a rei militaris ignaro , ſed ab Oxunæ Duce in eadem exercitatiſſimo , regiſque ſtudioſiſſimo peracta erat . Verum nondum tempus advenerat , quo ea juriſdictione potiremur , quæ non niſi injuria & ſpecioſis cavillationibus , ablata fuerat . Atque certo certius credimus , haud quidem Philippum tertium ſibi retinere eam juriſdictionem voluiſse , quam conſtat pluries eſſe venditam , quamque nonniſi optime cuſtodire poſsent Caſſinates regibus ſemper fideliſſimi obſequentiſſimique , ſed ne moleſtiam crearet animo Cardinalis Sforziæ de ſe , deque regno ſuo optime meritum , ut hac epiſtola colligitur .

*El Rey ; Ill. Duque P. noſtro Viſorey , lugarte y Capitan Generale ; Por parte de los monzes de monte Caſino de là Orden de S. Benito , ſe me ha eccho de nuevo inſtancia por la confirmacion de la venta de Juriſdicion criminal de la ciutad de S. Germano para deſpues de la muerte del Prencipe de Aſcoli por haver ya pagado el precio , en que ſeles havia rematado , y por que otras vezes , que ſe ha movido eſta platica ha ordenado , que no ſe paſſe adelante en ella por la convenencias , que dello ſe ſiguen a mi ſer. è cherido encargares , y mandares de nuevo , como lo hazo proveays , y deis la orden , que convengha , paraque agora ni en ningun tiempo , ſe trate de vender la diccha juriſdiccion , mi à lo dicchos Frayles de monte Caſino , ni al Cardinal Sforza , con quien adelante ſe havia tratado deſto , ni à otra perſona , ſi no que ſe conſerve à mi real demanio , por ſer à quel pueſto de tanta emportancia para occaſiones , que ſe pueden offrezer , y aſi lo eſequtareys en todo caſo , pues no haviendoſe de vender à nadie , no tenia el Cardenal Sforza Juſta cauſa de queſta , de que nò sè le venda à el , y ordinareys , que ſe lo dicchos Frayles han pagado el dinero ſe les buelva contoda brevitad , con los intereſes à la razon de ſiete por ciento , pues es juſto darles ſatisfacion , y caſo , que las neceſſitades de mi patrimo. apprettaſſen tanto , que no ſe hagha , ſin que primero ſean oydos los dichos frayles , y darme a mi aviſo dello y* Ex originali in Archivo.

*eſperar*

*eſperar orden mia, de lo que ſe haviera da hazer, y paraque eſto ſe eſequte con puntualitad en todo tiempo ordenareys, que ſe regiſtre eſta orden donde ſe tengha noticia d'ella, y aviſareys me de como ſe huviere executado lo uno, y lo otro, que a ſi convien à mi ſervicio. De Matrid à* 10. *de Junio* 1610. *Jo el Rey. Conſenal. de Conde de Vend. Vid. Comes Theſ. generalis. Vid. Marchio Floreſta Rſ. Vid. Cainus R. Vid. Carolus de Tappia Rſ. Vid. Montoja de Cardona R. Vid. D. Philippus de Haro Rſ. Caſtrillo Secret.* Neque rex Philippus IV. ratam eam venditionem habuit, imo juriſdictionem hanc criminalem Antonio Fernandez Aſculano principi die 24. Auguſti 1623. dono dedit, ut forſan antea promiſerat, quod ex ſupplici libello a procuratore cœnobii noſtri regi porrecto colligitur; in quo præ cæteris legitur potius a rege juſtitiam S. Benedicto cœli magnati adminiſtrandam, quam gratiam Aſculano principi Hiſpaniarum magnati. Præcepere tamen Philippus III., & IV., ut ne dum ſoluta a cœnobio noſtro pecunia reſtitueretur, verum etiam intereſſe ſeptem ducatorum pro centenario; quæ juſſa non niſi tarde ſunt executa, exauſto erario regio, nam ab an. 1626. menſe Aprilis ad totum Januarium an. 1627. triginta ducatorum millia deindeque alias quaſdam ſummas accepimus. Utrum reliqua nobis regia curia perſolverit mihi incompertum.

Oppidum Citrarii locatum.

Anno 1616. ſacrum Caſſinenſe cœnobium locavit Citrarii oppidum ad quatuor annos Curtio cavalcante Conſentino, ut ex inſtrumento die 8. Martii a Martio de Griſi rogato conſtat, in quo hæc ad rem noſtram leguntur. *Affictaverunt, & in affictum, & arrendamentum dederunt, & conceſſerunt, &c. dicto Curtio abſenti, dictiſque D. Luca, & Patritio dicto nomine, & mihi &c. præſentibus &c. Terram Citrarii, quam dictum ſacrum monaſterium poſſidet in allodium in provincia Calabria citra cum ejus hominibus, vaxallis, vaxallorumque redditibus, &c. communitatibus, juribus paſculandi, gabellis, dohanis, datiis, collectis, ſcandagiis, & juribus exitura, & Portulania, mercaturis ponderum, & menſurarum, feriis, pontibus, pedagiis, paſſagiis, paſſibus, plateaticis, nemoribus, glandaticis, herbagiis, paſcuis, pratis, arboribus, querquetis, caſtaneis, ſilvis, venationibus, terris, fidis, desfidis, franchitiis, immunitatibus, honoribus, privilegiis, prærogativis, gratiis, aquis, aquarumque decurſibus, rivis, fluminibus, paludibus, pantaneis, fontibus, molendinis, balcheriis, lacubus, piſcationibus, bonis vacantibus, mortitiis, defenſis, foreſtis, montibus, planis, vallibus, campitiis, & cum banco juſtitiæ, & cognitione primarum, & ſecundarum cauſarum civilium criminalium, & mixtarum, mixtoque Imperio, & gladii poteſtate, quatuor litteris arbitrariis, & poteſtate componendi delicta pœnaſque commutandi de corporali in pecuniarias, illaſque remittendi in toto, vel in parte, ſatisfacto prius parti leſæ, proventibus, & emolumentis dictæ juriſdictionis &c., & cum poteſtate nominandi capitaneos judices ſecundarum cauſarum, & alios officiales ut infra &c. ex quo fuit conventum, quod omnia intelligantur affictata, & tranſlata dicto Curtio, & incluſa in præſenti affictu, niſi juriſdictionem ſpiritualem, quæ remanere debeat libera dicto ſacro*

Ex originali in Archivo.

*monaſterio, & ejus Rmo Abbati, & cum ſubſcriptis corporibus ſub verba ſignanter expreſſis, vid. la duana, & decima de peſci, e tertiarie de legnami, l'entrate delli molini, una con la juriſdittione dell' acquaroli, bovari, per concio delli molini, conto d'animali, & fida dello feudo de Santo Michele, una con tutte le montagne, il feudo di Fella, per lo quale feudo li Bonafatteſi pagano al Sagro monaſterio ducati cento, e dieci, la Maſtro-d'attia, le pene del doppio, la platea, la zecca, le vigne della corte ſotto, e ſopra la via, con tutte l'olive vignarole, e bovari, la marina, ſeu intrata della terzanale, l'affitto della difeſa di Papanido fatta in perſona di Melchionne Piſano, le caſe della corte, la elettione del maſtro giurato, la Portolania con tutta la juriſdittione, che tiene con eſſa, li proventi civili, e criminali lo Scannagio d'animali, lo caſale de Santo Angelo, & lo molino, che è in ditto caſale, la nomina del Maſtro di caccia &c.* Quod inſtrumentum die 1. Aprilis ratum habuit idem Curtius penes acta Johannis Dominici Viſcigli de Domnicis.

Citrarienſium erga Caſſinates ſtudium.

Ut vero locationem hanc, utpote ſibi infenſiſſimam, Citrarienſes irritarent, in Romanis, Neapolitaniſque tribunalibus litem Caſſinatibus intentarunt, cauſſati in Romanis, Donatum a Sigilgaita, ea lege, Citrarii oppidum, ne locaretur unquam, vel alienaretur; In Neapolitanis vero, ſeſe in hac locatione eſſe præferendos. Gratum Caſſinatibus hoc Citrarienſium ſtudium fuit, quorum votis annuere hiſce conditionibus, quas inter ſeſe pepigere Severinus a Caſtroforti procurator a cœnobio Caſſinenſi hoc nomine delegatus, & Cæſar de Matthia procurator Citrarii, ut ex inſtrumento rogato a Martio Griſi die 22. Julii 1617. *E perchè detti del Cetraro deſiderano* (verba ſunt inſtrumenti) *non eſſere affittuarii, ma governati dal monaſtero, & ſui miniſtri, & officiali hanno, (precedentino publiche, e generali concluſioni) avuto ricorſo al Reverendiſſimo Padre Abbate di ditto ſagro monaſterio, & Reverendi Padri di quello, & ſupplicatoli reſtaſſero contenti per beneficio & utile di ditta Univerſità accettare la relaſſatione, che ditto Ceſare aſſeriſce, ditto Curtio a requeſta di ditta univerſità del Cetraro, & huomini di eſſa avere fatta, del ditto affitto per li remanenti tre anni dal primo di Settembre proſſimo venturo avante computandi, & per lo avenire non affittarla, offerendo ditto Ceſare in ditti nomi cautelare il ditto ſagro monaſterio, & a beneficio di eſſo fare le promeſſe l'infraſcritte del modo ſotto ſcritto, quale ſagro Monaſterio, & per eſſo il Reverendiſſimo Padre Abbate, & Reverendi di quello non oſtante l'utile evidente, che per lo paſſato ditto ſagro Monaſterio have havuto, & per l'avenire per conto degl' affitti potrà avere per moſtrarſi patrone benegno verſo li ſuoi ſudditi, e vaſſalli di detta terra del Cetraro, e per compiacere a quelli, ſtante la relaſſatione per ditto Curtio (como detto Ceſare in ditti nomi dice avere fatta) del ditto affitto, & da mò per all' ora, che la relaſſatione predetta con effetto ſarà ſeguita, habito reſpectu alle infraſcritte promeſſe per ditta univerſità, & ſoi particolari faciende, ſono li Reverendi Padri di eſſo ſagro monaſterio rimaſti contenti di venire como ditto Reverendo Padre D. Severino, & ditto Ceſare in*

Ex originali in Archivo.

Digitized by Google

*re in ditti nomi devengono alla infraſcritta conventione con le conditioni riſerbe, e clauſole ſottoſcritte, V. In virtù della quale prima ditto Reverendo Padre D. Severino in ditto nome rimette, & rilaſſa a ditta univerſità tutte le ſpeſe per ditto monaſterio fatte nelle liti avute &c. Di più il monaſterio affittò la zecca, e Portolania di detta terra per quattro anni alla ragione di annui ducati cento agl' uomini della ſudetta univerſità, con condizione, che le patenti delle ſudette giuriſdittioni ſi doveſſero ſpedire anno per anno dal Padre Abbate à queſte perſone, che ſaranno nominate dall' univerſità. Item che la ditta univerſità debba pagare li ducati ducento per il viaggio del Reverendiſſimo Padre Abbate, e le ſpeſe conforme il ſolito quando andarà alla ſudetta terra, che non poſſino ricorrere alla regia Audienza per ſaltum, omiſſo medio, ma dal capitano occorrendo appellarſi all' Auditore delle 2. cauſe deputato dal ſagro monaſterio, dal quale ſentendoſi aggravati poſſano ricorrere in Audienza, in Vicaria, ò dove meglio li parerà, e chi contraverrà paghi ſubito la pena ſtatuta.* Aliæ quædam conditiones leguntur in inſtrumento, quod ratum habuere Citrarienſes die 6. Auguſti ejuſdem anni, penes acta Horatii Jordanelli Citrarienſis.

A. 1618. Paulus Abbas capitaneum Citrarii conſtituit U. J. D. Martium comitem ex cit. reg. p. 123. Die 27. Martii capitaneum Serræ Rochum Claudianum a Sancto Patre ex cit. reg. p. 124. Die 8. Auguſti Gubernatorem Sancti Germani U. J. D. Angelum Brunottum Spoletinum, ex cit. regeſto p. 125. a tergo. Die 2. Martii 1619. capitaneum Citrarii U. J. D. Johannem Thomam Natti a Rocca ſicca ex cit. regeſto p. 127. a tergo. Die 4. Aprilis capitaneum S. Petri de Avellana Julium Cæſarem Jordanum a Neapoli ex cit. regeſto ibidem. Die 9. Septembris judicem cauſarum ſecundarum in eodem oppido U. J. D. Donatum Antonium Vulpem a caſtello Sangri ex cit. reg. p. 129. Die 17. Septembris capitaneum Serræ notarium Marcum Antonium Scalſo a Rocca Guilelma ex cit. reg. p. 129. a tergo. Die 10. Februarii 1620. Gubernatorem S. Germani U. J. D. Joannem Dominicum Valmajuri a Fundis ex cit. reg. p. 130. a tergo. Die 7. Aprilis capitaneum Citrarii U. J. D. Auguſtinum Brinii a Rocca Guillelma ex cit. reg. p. 131. a tergo. An. 1621. die 6. Martii Gubernatorem S. Germani U. J. D. Cæſarem Florinum a Rocca Raſi ex cit. reg. p. 132. a t. Die 7. Julii Bernardinus Abbas capitaneum Serræ conſtituit notarium Hieronymum Mancinum a Peſculo Conſtantii ex cit. reg. p. 133. Die 27. Julii procuratorem elegit D. Johannem Baptiſtam Valezvele Valaſquez Regentem regiæ cancellariæ, qui ſuo nomine regni comitiis intereſſet a Cardinali Zapatta Pro rege indictis, ex cit. reg. p. 134. Die 18. Octobris judicem ſecundarum cauſarum in oppido S. Petri de Avellana U. J. D. & Baronem Donatum Antonium Vulpem a caſtello Sangri ex cit. reg. p. 135 Eodemque die Capitaneum Serræ U. J. D. Hieronymum Pelaſo a Venafro ex cit. reg. ibidem. Die 17. Decembris Gubernatorem S. Germani U. J. D. Andream Gelſomino Spoletinum ex cit. regeſto p. 135. a tergo. Die 18. Decembris capitaneum Citrarii U. J. D. Auguſtinum Montaquila Cajetanum ex cit. regeſto p. ibid.

Magiſtratus creati.

Abbas elegit Procuratorē pro regni Comitiis.

Obiit hoc an. Philippus tertius, ut hiſce verbis deſcribit Spondanus nu. 3. *Ultima die Martii exceſſit quoque ex hac vita Philippus III. rex Hiſpaniarum inſigni pietate, ac morum ſuavitate princeps anno ætatis quadrageſimo tertio, regni vigeſimo tertio, cui ſucceſſit filius natu maximus Philippus ejus nominis IV. annos natus ſexdecim magno animo, & ingenio adoleſcens, ac ſupra ætatem prudentia, qui confeſtim ingentes rebus curialibus mutationes intulit in intimum conſilium adhibens Comitem Olivarium, qui præcipuam apud ipſum adeptus eſt authoritatem, qualem ſub defuncto rege habuerat Dux Lermæus, quem jam dignitas Cardinalitia, obtenta ante ejus mortem, a periculo ſupplicii ſeverioris exemit, non tamen a relegatione in domum ſuam.*

Philippi III. obitus.

Poſt longa tandem diſſidia inter cœnobium S. Liberatoris, & oppidum Serræ quoad jus lignandi, paſcendi &c. in montibus, ac planis locorum Cerchiaræ, Garifoli, Cimini, aliorumque conventio eſt inita penes acta Marci Antonii Scalſo a Rocca Guillelma die 7. Octobris 1621., quam ratam habuere incolæ Serræ die 30. Octobris ejus anni penes acta Angeli Barbaroſſa a Manupelle, atque Monachi die 3. Martii an. 1623. & procuratores Serræ penes acta Aſcanii Baſile a Caſali in contrada.

Diſſidia ſedata.

A. 1622. Bernardinus Abbas judicem ſecundarum cauſarum in oppido S. Petri die 24. Septembris conſtituit U. J. D. Io. Thomam Manſo a Peſculo Conſtantii ex cit. reg. p. 135. a t. A. 1623. die 8. Februarii Gubernatorem S. Germani U. J. D. Tiberium Baglione a Curato ex cit. regeſto p. 140. a t. eodemque die capitaneum S. Petri de Avellana notarium Julium de Michaele a Scapulis ex cit. reg. p. 141. die 20. Martii capitaneum Serræ U. J. D. Andream Gelſomino a Spoleto ex cit. regeſto ibidem. Die 2. Junii Gubernatorem S. Germani U. J. D. Angelum Cini ex cit. reg. p. 142. a t. Die 29. Junii capitaneum Citrarii U. J. D. Jo. Dominicum Scaramuzza a Venafro ex cit. reg. p. 143. a t. Die 14. Auguſti capitaneum ejuſdem oppidi U. J. D. Jacobum Palmieri a Fractis ex cit. reg. p. 144. a t. Die 28. Auguſti capitaneum Sancti Petri de Avellana Johannem Dominicum Caſa nova a Neapoli ex cit. reg. p. 144. a t. Die 20. Octobris capitaneum Serræ notarium Cantidorum de Victoriis Arpinatem ex cit. reg. p. 146. Die 4. Decembris judicem ſecundarum cauſarum in oppido Serræ propter obitum U. J. D. Virgilii Liberatoris U. J. D. Petrum Mezzara a Teate ex cit. reg. p. 146. A. 1624. die 21. Martii Gubernatorem S. Germani U. J. D. Johannem Thomam Natti a Teano ex cit. reg. p. 147. Die 18. Junii capitaneum S. Petri de Avellana notarium Marcum Rhodi ex cit. reg. p. 147. Die 26. Junii capitaneum Serræ Joannem Dominicum caſa nova a Neapoli ex cit. reg. p. 147. Die 20. Auguſti capitaneum Citrarii U. J. D. Martinum de Torres a Trano ex cit. reg. p. 149. A. 1625. die 11. Martii Simplicius Abbas capitaneum Serræ conſtituit Antonium Conti ab Arce ex cit. regeſto p. 150. Die 23. Maii Capitaneum Sancti Petri de Avellana Johannem Chriſtophorum a S. Patre ex cit. reg. p. 150. a tergo, & capitaneum Citrarii U. J. D. Lelium Salituro, ex cit. reg. p. 151.

Magiſtratus creati.

Hoc

Digitized by Google

Capitanei juriſdictionis criminalis auſus repreſſi.

Ex originali in Archivo.

Hoc iterum anno capitanei criminalis juriſdictionis jura Caſſinatium ſibi vindicantis ambitio compreſſa eſt hoc decreto. *Die 5. Decembris 1625. Neapoli per Reg. Conſiliarium Andream de Januario cauſa commiſſarium, Viſis actis, fuit proviſum, quod proviſiones expedita per ſacrum conſilium ſub die tertio Aprilis 1566., & proviſiones expedita per idem Sacrum conſilium ſub die 15. Aprilis 1572., & alia proviſiones expedita ſub die 20. Julii 1609. per Reg. conſiliarium Jo. Ruiz de Valdevieſſo Cauſa commiſſarium etiam pro exequtione decreti Sac. conſilii renoventur, & obſerventur per capitaneum, & officiales in criminalibus praedictae civitatis S. Germani juxta ipſarum ſeriem, & tenorem. Hoc ſuum &c., & expediantur proviſiones &c. Andreas Januarius, &c.* Die 16. Decembris expeditæ ſunt proviſiones, atque miniſtris curiæ criminalis Caſſinenſis intimatæ.

Epiſtola Philippi IV.

Ex originali in Archivo.

Eodem anno hanc epiſtolam a Philippo IV. obtinuere Caſſinates, *El Rey: Ill. Duque de Alva primo noſtro Viſorey, lugarteniente y capitan general. Por parte dell' Abbad, y Monges del convento de monte Caſino dè là Orden de S. Benito ſe me ha preſentado un memoriale del tenor ſiguiente. Sig. l' Abbate, e Monaci del Sagro monaſtero di monte Caſino, dove ripoſa il corpo del glorioſo padre, & patriarca S. Benedetto nel regno di Napoli. Dicono a V. M. come l' anno 529. eſſendo ſtato edificato detto monaſterio nel monte predetto da eſſo glorioſo Santo, dove publicò la Santa ſua regola, nel qual viſſe per ſpatio de anni tredici con tanta fama di Santità, & miracoli, che molti prencipi di quelli tempi moſſi da ſpirito di vera pietà chriſtiana con larga mano li fecero ampliſſime donationi al detto monaſterio, vivendo eſſo Santo &c. eſſendo ſtata confirmata da Giſulfo prencipe Beneventano nell' anno ſettecento trentadui, & ſucceſſivamente da molti Imperatori, & Rì, chi ſono ſucceduti nel dominio de Italia. Havendo poſſeduto quei luoghi il monaſterio con ſoberano dominio ſenza recognitione d' altro ſuperiore, anzi la maggior parte delle terra, che oggi ſono in quel territorio, ſono edificate dalli Abbati, che pro tempore hanno governato quella caſa, fra quale Santo Germano ſito alla radice d' eſſo monte fu edificata da Santo Berthario Abbate, & martire nell' anno ottacento cinquantaſette, conforme coſta dall' iſtorie, & così de altre terre. Però le continue guerre, nelle quali è ſtata l' Italia, & la diverſità d' uomini di varie nationi che l' hanno dominata, hanno occaſionato, che detto monaſterio abbia perſe molte terre, & giuriſdittioni, etiam in quelli luoghi, che ora poſſiede, & ultimamente Carlo d' Angiò ſpogliò il monaſterio della giuriſdittione criminale, che poſſedeva nelle terre dell' Abbatia predetta, però non fu impunito queſt' eccesſo, perchè nell' iſteſſo giorno, che fece ſimil agravio a Santo Benedetto fu privato del regno di Sicilia, conforme coſta da una lettera, ſcritta da Urbano quinto alla regina Giovanna, quale ſuccedè nel dominio del regno, acciò faceſſe quella reſtitutione, ſenza aver ſortito effetto, ma in virtù di queſti ſuoi antichiſſimi privilegii ſe ha mantenuto in poſſeſſo delle ſeguenti giuriſdittioni nell' Abbatia predetta, e ſuoi caſtelli vid. Nella giuriſdittione civile con prime, e ſeconde cauſe, con jure angaria, & perangaria, nella giuriſdittione criminale in tempo di ferie con la Portulania, ſida, Zecca, ſcaſa, caccia, peſca, baliva, con le decime, & altri beni, renditi, & recognitioni, & fuera d' eſſa Abbatia poſſede nella provincia di Calabria citra la terra del Citrare, con prime, e ſeconde cauſe civili, & criminali, & altre giuriſdittioni, & beni. In Abruzzo citra la terra di Santo Petro dell' Avellana, con prime, e ſeconde cauſe civili, & criminali, & altre giuriſdittioni. In Abruzzo ultra la terra della Serra Monaſceſca con prime, e ſeconde cauſe civili, & criminali, & altri feudi oggi diſabitati, con l' una, & l' altra giuriſdittione, & altri beni, & entrate feudali etiam de regalibus in tutti li luoghi prenominati, in virtù de quali feudi eſſo monaſterio, & ſuo Abbate è il primo Barone del regno, & interviene in tutti li parlamenti, che ſi fanno, come Barone del regno, tenendo il primo luogo. Nelli quali feudi, giuriſdittioni, e preeminenze ſi bene oggi ſta in poſſeſſo, nondimeno, perchè ogni giorno viene moleſtato dal regio fiſco a moſtrare ora un titolo, & ora un altro, è neceſſitato eſſo monaſterio a fare molte ſpeſe, perchè molte volte li privilegii exhibiti ſono perſi, e li è ſtato neceſſario probare la centenaria, & poi ſono perſi li proceſſi, ò vero occupati, & è ſtato neceſſario fare di nuovo ſpeſa con molto intereſſe di quella ſanta caſa, & inquietitudine di quelli Padri, & perchè tutto queſto è contro la mente di Veſtra Maeſtà, perciò detti Padri ricorreno alli ſuoi piedi, & la ſupplicano voglia ſollevarli da tanta ſpeſa, & che vivano più quieti, & attendano al culto divino, con ordinare a ſuoi miniſtri di quel regno, che non moleſtino il monaſterio in tutti li predetti feudi, coſe feudali, & preeminentie, ma li voglino proteggere, e defendere dalli calumniatori, mentre ne ſtanno in poſſeſſo in virtù di privilegii antiquiſſimi, oltre di ſententie di camera per il mantenimento di poſſeſſione, & per centenario, provate, & queſto non ſolamente lo domanda per juſtitia a Voſtra Maeſtà, ma anco ne li fa inſtantia come protettore di eſſo monaſterio, & di ſuoi privilegii, & ſuoi beni, come appare per privilegio del re Cattolico, che ſi conſtituì protettore di quella caſa confermato dalla felice memoria di Carlo V. per particolar obbligo che ſi tiene al Padre S. Benedetto, per la favorevole vittoria ottenuta contro Franceſi nel conquiſto di quel regno dal gran Capitano, conforme coſta dall' iſtorie, ut Deus &c. Y porque es Juſto, que con las coſas, que tocan alas religiones ſe tenga mucho cuydado, paraque no no recivan vexacion, ni moleſtia. Os encargo, y mando tengays per encomendado a eſte Monaſterio para lo que ſe pudiere offrecer, y en particular cerca delas differencias, y pleytos que refreren ſobre ſu diſtricto, y juriſdicion de manera que no ſe de lugar a que ſea moleſtado injuſtamente, que por la devocion, que yo tengo al glorioſo S. Benito, cuyo cuerpo eſtà e nel dicho Convento holgare mucho delo que por el hiſtreyedes. La preſente reſte al preſentante. Datt. en Madrid. a doſe de Junio de mil ſeyſcientos, y veynteycinco annos Yo el. Rey. Vid. Com. Theſ.*

Digitized by Google

*Theſ. generalis. Vid. Caynus Rſ. Vid. Marchio, Floreſta Rſ. Vid. Urſinus Rſ. Matienco Secretarius. In partium Neapol. V. fol. 126. ſolvat carlenum unum. Moreno pro Taxatore. Locus ✠ ſigilli. Al Virrey de Naples, en recomendacion del Abbad, y Mong es de Monte Caſino de aquel Reyno. El Conſ. Foris. All Ill. Duque de Alva primo neſtro Viſorey Lugartiniente y Capitan general nel nueſtro reyno de Naples.* Epiſtola hæc a Pro rege, ejuſque collaterali conſilio executioni fuit demandata.

Magiſtratus creati. Simplicius Abbas die 28. Martii 1626. Capitaneum Serræ conſtituit Nicandrum Mainardum a Venafro ex citato regeſto p. 153. a tergo Die 1. Julii. Gubernatorem S. Germani U. J. D. Benedictum Salines ex citato regeſto p. 156. Die 30. Auguſti Judicem ſecundarum cauſarum in oppido Sancti Petri de Avellana U. J. D. Jo. Thomam Manſi ex Peſculo Conſtantii ex citato regeſto p. 157. a tergo. Die 11. Novembris capitaneum Serræ Octavium Griffi ex citato regeſto p. 158. Die 19. Decembris capitaneum S. Petri de Avellana Bernardinum Grimaldi ex citato regeſto ibid.

Epiſtola Philippi IV. quibus juriſdictionem Caſſinêſiū tuetur. Ex originali in Archivo. Obtinuerant ab anno 1625. Caſſinates hanc epiſtolam a rege Philippo IV. *El Rey. Illuſtr. Duque de Alva pmo nueſtro Viſorey, lugarteniente y capitan general. Por parte del Abbad, y Monges del convento de monte Caſino, ſe mè hà preſentado un memorial del tenor ſiguiente. Sig. l'Abbate, e Monaci del monaſterio di monte Caſino del reyno di Napoli dicono a V. M. come li anni paſſati eſſendoſi fatta vendibile la giuriſdittione criminale di Santo Germano, & altre terre dell'Abbatia Caſſinenſe, detto monaſterio riſolſe fare quella compra con molto avantaggio di quello ſtava ſtimata dalla regia corte non per altro fine, ſe non prima per liberare quelli vaſſalli da molti aggravii, che ſe le fanno da officiali criminali, quando non ſono poſti immediatamente dalli Vicerè di Napoli, conforme s'è viſto, che in molti anni è ſtata poſſeduta da caſa de Leyva conceſſali da V. M. & ſuoi anteceſſori in guberno, vita durante, & da queſti poi data a goder ad altri, e da quelli affittata ad altri, ſono ſcemati molti fuochi in eſſa Abbadia, e la maggior parte di quella ſono andati ad'abitare fuora di regno per fuggire tanti aggravii con molto preginditio di V. M., e d'eſſo monaſterio, il quale poſſede in ditti fuochi la giuriſdittione civile, con prime, e ſeconde cauſe, & la giuriſdittione criminale in tempo di ferie, & altre giuriſdittioni, & beni in detta Abbadia. Secondo il monaſterio comprava quella giuriſdittione per evitare molte liti, che de continuo ſono con li miniſtri criminali, perchè eſſendo ſtata dichiarata dalla felice memoria del re Cattolico, che la giuriſdittione criminale, che reſta in demanio della regia corte comprenda tre caſi ſolamente, cioè ubi venit imponenda pœna mortis naturalis, aut civilis, aut mutilatio membri, conforme ne tiene ampliſſimo privilegio, dett' officiali criminali di continuo ſe vanno uſurpando più di quello, ſe li concede da V. M., & fanno molti pregiudicii alla dichiaratione predetta, con molto intereſſe di detto monaſterio, & tutto queſto diſordine, è nato perchè li capitanii, & ſubſtituti dal principe d'Aſculi per eſercitio della giuriſdittione criminale in qualſivoglia delitto caminano per via di compoſitione, e tranſattione, non havendo detta facoltà da V. M. eſſo principe ne ſuoi ſubſtituti. Per tanto mentre V. M. non ſi contenta ratificar la vendita predetta, la ſupplicano ſe degni remediar a queſti inconvenienti, e prima, che per l'avenire V. M. tenga in demanio eſſa giuriſdittione. Secondo, che il principe de Aſcoli, che la tiene oggi non la dia à godere, ò in affitto ad altri. Terzo, che non ſi faccia pregiudicio al monaſterio, ma s'oſſervi la dichiaratione de re Cattolico. Quarto, che mentre non ſe li concede da V. M. facoltà di tranſiggere, e componere li delitti, & commutare le pene da corporali in pecuniarie, non lo facciano, ma oſſervino li officiali criminali le pragmatiche, e leggi del regno nell' adminiſtrare della giuſtitia, che il tutto ſarà in beneficio della ſua corona, e del detto monaſterio, del quale Voſtra Maeſtà è protettore per privilegio del re cattolico &c. Y viſto lo que ſe refiere nel dicho memorial ha pareſcido engargaros y mandaros come lo hago, proveays, y deys la orden que convenga paraque el principe de Aſcoli no de agozar la juriſdicion criminal de S. German à otra perſona, mi en arrendamiento ſino que ſe adminiſtre por perſona pueſta por el, paraque ſe eviten los inconvenientes, que de lo contrario ſe pueden ſeguir, y que alos dichos Monges ſe les adminiſtre juſticia circa de los caſos, que hà dè comprender lo dicha juriſdiccion criminal, ſin dar lugar à que regivan agravio, guardando la pragmaticas, y ordenes, que ay ſobreſto, y aſſi miſmo dareys orden, paraque ſe guarden los leyes, y pragmaticas del reyno, cerca de la adminiſtracion dela juſticia, de manera que no ſe de lugar à que contra ellas ſe puedan tranſigir, y componer los delittos, ni comutar las penas de corporales in pecuniarias y una, ylo otro conviene aſsi, e la buena adminiſtracion de la juſticia, la preſente al preſentante. Dat. en Aranxveza a' ſiete de Abril de milſeyſcientos y veynte, y cinco anos. To el Rey &c. locus ✠ ſigilli impreſſi. Vid. Caymus Rſ. Vid. Marchio, Floreſte Rſ. Vid. Corſettus R. Vid. Ferrer. R. Matienco ſecretarius, ſolvat carl. unum, Villoslada pro Taxatore. In partium Neapolis VI. fol.* 100. *De Nap. A. inſtancia de los Monges, de Monte Caſino ſobre alcunos puntos tocantes à juriſdicion de S. German. El Conſ. Foris All' Ill. Duque de Alba pmo nueſtro Viſorey, lugartiniente, y Capitan general en el nueſtro Reyno de Naples.* Licet vero annus a datis epiſtolis elapſus jam eſſet, regium collaterale conſilium conceſſit *Exequatur* die 11. Junii 1627., juſſitque ſacro conſilio, ut pro juſtitia decerneret. Cum itaque criminalis juriſdictionis Capitaneus quædam circa cauſas mixtas innovare tentaret, in jus a Caſſinatibus vocatus eſt, atque hoc decretum prodiit, quo cavetur, ut declarationes Ferdinandi catholici pro Caſſinatium juriſdictione editæ a Philippo IV. confirmatæ, adamuſſim obſervarentur. *Die nono Auguſti 1627. Neapoli per regium conſiliarium D. Gregorium de Angulo cauſa commiſſarium. Viſis actis, fuit proviſum, quod proviſiones obſervatoriales expedita ſub die 16. Decembris 1625. per Reverendiſſimum Conſiliarium Andream de* Ex originali in Archivo.

Janua-

Digitized by Google

*Januario tunc cauſæ commiſſarium virtute decretorum S. C. obſerventur, prout præſenti decreto obſervari mandamus per capitaneum, & curiam in criminalibus civitatis Sancti Germani, & caſtrorum præſentem, & qui in futurum erit, in exercitio prædicto, etiam virtute litterarum regiarum ſuæ catholicæ majeſtatis, ſub pœna in eis contenta, & nihilominus dictæ litteræ Captolicæ majeſtatis reſpectu aliorum capitum in eiſdem litteris contentorum, notificentur ſimiliter prædictæ curiæ, & capitaneo in criminalibus Sancti Germani, & caſtrorum, ut de eis notitiam habeant ad finem providendi ſuper dictis aliis capitibus contentis in eis, hoc ſuum &c. D. Gregorius de Angulo. De Litto actorum magiſter*. Expeditæ ſunt proviſiones die 14. Auguſti.

Onera univerſitatum, & Redditus deſcripti.

Hoc an. 1627. Proregis juſſu regens Carolus Tappia Marchio Bellimontis egregie laudateque operam ſuam in deſcribendis omnium univerſitatum redditibus, oneribuſque impendit, limitavitque pecuniæ quantitatem a qualibet univerſitate pro republica expendendam. Qua quidem in re, ne univerſitatum indigenarumque bona dilapidarentur, conſultum eſt. Inter onera urbis Sancti Germani recenſentur munus Abbati Caſſinenſi quotannis dandum, nonaginta ducata principi Aſculano tunc juriſdictionis criminali domino ſoluta, atque eleemoſina pro concionatoribus quadrageſimæ, & adventus tempore. Inter illa oppidorum Abbatiæ Caſſinenſis recenſetur pecunia quotannis cœnobio Caſſinenſi ſoluta pro Sycla, Portulania, prandio, viſitatione gubernatoris civilis, & criminalis, proque rebus aliis.

Magiſtratus creati.

Simplicius Abbas an. 1627. die 10. Julii capitaneum Sancti Petri de Avellana conſtituit Franciſcum Urſinum ex citato regeſto p. 158. Die 23. Octobris Gubernatorem Sancti Germani U. J. D. Carolum Antonium Nicollelli ex cit. reg. p. 158. A. 1628. die 15. Martii Gubernatorem Citrarii U. J. D. Marcum Antonium Borgia ex cit. reg. p. 160. Die 26. Martii capitaneum Serræ Hieronymum Roſci Sangermanenſem, ex cit. reg. ibidem. Die 29. Auguſti Gubernatorem S. Germani U. J. D. Lelium Salituro a Conſentia ex cit. reg. ibidem. Die 13. Novembris Capitaneum Sancti Petri de Avellana Heraclium Soardum Sangermanenſem ex citato regeſto ibidem.

Literæ ad capitaneũ Juriſdictionis criminalis.

Ex originali in Archivo.

Eodem an. 1628. Prorex Neapolitanus haſce literas Capitaneo juriſdictionis Criminalis in urbe Sancti Germani miſit. *Mag. y amado de ſu Mag. He entendido, que por haver yo ordinado al Governator de la juriſdicion civil de eſſa cindad, que non hizieſſe novedad en materia de las cauſas criminales, y miſtas, que decis os tocan à vos, entretanto, que ſe determinava lo que es tan juſto, haveis echo bando paraque ninguno acuda al dicho Governador Zivil en razon de dichas cauſas, y porque mi intencion no fues de daros eſta autoridad, ſino que no ſe inovaſe ni de una, ni de otra parte, quedando las coſas e nel eſtado, en que ſe hallavan, entretanto que ſevieſſe de juſticia a quien tocava, haveis exedido en dar la dichia orden, y aſsi os encargo, que en eſtas materias prozedays con mucho tiento, ſin entrometeros en mas de lo que os toca, ni hazer novedad alguna, revocando luego el dicho orden, que aſsi conviene, y es mi voluntad. Napoles à 17. de Marzo 1628. El Duque de Alba*.

Magiſtratus creati.

An. 1629. die 31. Martii Paulus Abbas capitaneum Citrarii conſtituit U. J. D. Sanctillum de Simeone ex cit. regeſto p. 162. a tergo. Die 22. Julii capitaneum S. Petri de Avellana notarium Johannem Perſium de Leone ex citato reg. p. 164. Die 16. Auguſti capitaneum Serræ Johannem Laurentium Fazio ex cit. regeſto p. 164. a tergo. Die 13. Septembris Gubernatorem Sancti Germani U. J. D. Auguſtinum Ferentilli a Terni, ex cit. regeſto p. 165. a tergo. Hic deinde Auguſtinus an. 1638. epiſcopus Converſani eſt factus ab Urbano VIII., atque immaculatam Deiparæ conceptionem ita eſt veneratus, ut die, noctuque myſterium illud adorandi artem invenerit; ut refert Ughellius T. VII. col. 715. num. 37. in epiſcopis Converſani. Frater fuit juriſconſulti Johannis Franciſci ob editas adnotationes in deciſionibus Matthæi Buratti celeberrimi, deinde utriuſque ſignaturæ Referendarii. An. 1630. die 28. Martii Gubernatorem Sancti Germani idem Abbas conſtituit U. J. D. Joannem Baptiſtam Cinquegrana a Conca ex citato regeſto p. 166. a tergo. Die 18. Julii capitaneum Citrarii U. J. D. Matthiam Cajetanum ex cit. reg. p. 168. A. 1631. die 22. Januarii Angelus Abbas Gubernatorem Sancti Germani conſtituit U. J. D. Alexandrum de Graſſis a Fundis ex citato regeſto p. 169. Eodemque die capitaneum Citrarii U. J. D. Raphaelem de Philippis Itrenſem ex citato regeſto *ibidem*. Die 27. Januarii capitaneum Sancti Petri de Avellana Alexandrum Mancini a Ciprano ex cit. regeſto p. 172. Eodem anno capitaneum Serræ Franciſcum Foglianum a Trajecto ex citato reg. p. 173.

Auguſtinus Ferentilli epiſcopus.

Jo. Franciſcus ejus frater J. C. celeberrimus.

Capitanei criminalis uſus compreſſ.

Eorum nomina, qui univerſitatis S. Germani ſucceſſive miniſtri eſſe debebant in ſchedulis deſcripta, urnæ includebantur, cujus una clavis penes univerſitatem erat, altera Gubernatori civili conſignabatur. Huic æqualem ſe ratus capitaneus criminalis, clavem & ipſe repetebat, at ejus ambitio definitivo Regentis Valenzuolæ decreto compreſſa eſt. Atque iterum compreſſa eſt anno 1632. ab Regente Enriquez cauſæ commiſſario cujus proviſionibus eodem anno datis paruit capitaneis.

Immunitas conceſſa.

Cum an. 1632. Paulus Camillus Abbas oppidum Citrarii quoad negotia ſpiritualia, & temporalia viſitaſſet, Vicum S. Angeli ad decennium a quibuſdam cœnobio Caſſinenſi ſolvendis vectigalibus immunem declaravit, juſſitque die 17. Decembris, ut pro illo tempore cauſarum omnium tam civilium, quam criminalium, informationem caperet vici Magiſter juratus.

Magiſtratus creati.

Anno 1632. die 10. Auguſti. Paulus Camillus Abbas capitaneus Citrarii conſtituit U. J. D. Marcum Antonium Borgia ex citato regeſto p. 176. Die 14. Auguſti capitaneum Serræ notarium Leandrum de Ariente, ex cit. regeſto p. 176. a tergo. Die 9. Septembris capitaneum S. Petri de Avellana notarium Paulum . . . . .

ex

ex cit. regeſto p. 177. Die 4. Octobris gubernatorem S. Germani U. J. D. Johannem Antonium de Maſis ex cit. reg. p. 177. a t. Anno 1673. die 18. Julii capitaneum Citrarii U. J. D. Auguſtinum Ferentilli, cujus ſupra meminimus ex cit. regeſto p. 177. Eodemque menſe capitaneum Serræ Equitem Fratrem Johannem Baptiſtam Seraphinum ex cit. regeſto p. 178. Die 7. Auguſti capitaneum S. Petri de Avellana Franciſcum Scaramuccia ex cit. regeſto p. 178. Die 3. Decembris gubernatorem S. Germani U. J. D. Guidonem Rubeum a S. Petro in fine ex cit. regeſto p. 180. Anno 1634. die 12. Januarii capitaneum Citrarii U. J. D. Dragonettum Baronem ex cit. reg. p. 180. Die 25. Februarii procuratorem idem Abbas conſtituit Regentem Carolum Tappiam qui ſuo nomine regni comitiis intereſſet, ad quæ Proregis epiſtolis die 10. Januarii fuerat evocatus utpote primus regni Neapolitani Baro ex cit. regeſto p. 180. a t. Die 24. Novembris capitaneum Citrarii U. J. D. Johannem Baptiſtam Furloſia ex cit. regeſto p. 182. a t. Die 28. Februarii an. 1635. Deſiderius Abbas capitaneum S. Petri de Avellana conſtituit Lutium Calentio a Fractis ex cit. regeſto p. 184. Die 25. Decembris gubernatorem S. Germani U. J. D. Joſeph de Philippis Fractenſem ex cit. reg. p. 185. Eodemque anno judicem ſecundarum cauſarum U.J.D. Guidonem del Roſſo a S.Petro in fine ex cit. regeſto p. 186. a t. Evaſit deinde Guido Caſtri Petruſi Baro, illudque oppidum hactenus ejus nepotes poſſident, qui in Neapolitana urbe ſatis decore, ſplendideque vivunt. Eodem anno capitaneum Citrarii idem Abbas elegit U. J. D. Honuphrium Starnella ex caſtello Abbatis ex cit. regeſto p. 188. An. 1637. die 20. Junii capitaneum S. Petri de Avellana Benedictum de Armando Sangermanenſem ex cit. regeſto p. 188. An. 1638. die 10. Julii gubernatorem S. Germani U. J. D. Alexandrum Palladinum ex cit. regeſto p. 185. a t. Die 18. Julii judicem ſecundarum cauſarum in urbe S.Germani U. J. D. Johannem Antonium Capograſſo Sulmonenſem ex cit. reg. p. 186. Anno 1619. die 4. Septembris capitaneum Serræ Franciſcum Petronium a Fractis ex cit. regeſto p. 190. Eodem anno capitaneum S. Petri de Avellana Martinum Ladinum ex cit. regeſto pag. 189. a t. Die 26. Octobris capitaneum Serræ Donatum Antonium de Donatis ex cit. regeſto p. 190. Die 10. Decembris gubernatorem S. Germani U. J. D. Alexandrum Paladinum ex cit. regeſto p. 191. a t. & capitaneum Citrarii U. J. D. Carolum de Auciello a S. Petro in Curulis ex cit. regeſto p. 192. a t. Die 21. Octobris judicem ſecundarum cauſarum U. J. D. Johannem Dominicum Peluſo a Venafro ex cit. regeſto p. 194. Die 1. Novembris gubernatorem S. Germani U. J. D. Joſeph de Philippis Fractenſem ex cit. regeſto p. 194. a t.

*Abbas facit ſuû Procuratorem pro Regni Comitiis.*

Subdiaconus ab Abbate Caſſinenſi degradatus, & curiæ ſeculari traditus.

Hoc anno Urbanus VIII. eidem Abbati facultatem conceſſit degradandi Subdiaconum Thomam de Caſpoli a S. Elia, illumque ob patrata ſcelera Curiæ ſeculari tradendi, ut hoc brevi conſtat, in quo iſta ad rem noſtram ſunt adnotanda. *Tibi, qui omnimodam in tui monaſterii vaxallos juriſdictionem habes, ut convocatis in hoc, & tibi aſſiſtentibus tribus Abbatibus tui, vel alterius Ordinis, quos, & prout commodius habere poteris, ad degradationem realem, & actualem ipſius Thomæ, illiuſque curiæ ſecularis dimiſſionem, & alias, prout juris fuerit, procedere in omnibus, & per omnia poſſis, & valeas perinde ac ſi Pontificali dignitate fungereris, & tibi epiſcopi in numero a ſacris canonibus diffinito præſentes forent, ac in hoc tibi aſſiſterent, plenam, & liberam facultatem, & auctoritatem, auctoritate apoſtolica, tenore præſentium, concedimus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 18. Decembris 1638. pontificatus noſtri anno decimo ſexto.* Locus ✠ ſigilli in cera rubea. *M. A. Maraldus.* A tergo. *Dilecto filio Abbati monaſterii Caſſinenſis Ordinis S. Benedicti.*

Ex originali in Archivo.

Magiſtratus creati.

Anno 1640. die 13. Martii Severinus Abbas capitaneum S. Petri de Avellana conſtituit Vexillarium Petrum Paulum Grimaldi Sangermanenſem ex ſecundo regeſto Commiſſionum pag. 1. a t. Die 26. Julii gubernatorem S. Germani U. J. D. Benedictum Daino a Fractis ex cit. regeſto p. 3. a t. Die 6. Octobris capitaneum Serræ Joſeph Calcagno a Caſtellone Cajetæ ex cit. regeſto p. 6.

Caſſinates a dandis militibus exemti.

Ex originali in Archivo.

Supra retulimus privilegium cœnobio noſtro ab Henrico imperatore anno 1195. die 25. Decembris conceſſum, in quo hæc præ aliis leguntur. *Declaramus itaque, & tam eidem Abbati, quam ſucceſſoribus ejus, & dictæ eccleſiæ Caſinenſi in eleemoſinam, ſtabilitate perpetua condonamus, ut de cætero pro nulla imperiali expeditione, de militum, aut ſervientium obſequio requiri debeant, aut ſervire teneantur, cum magis ad imperii noſtri profectum redundare credamus meritis, & orationibus Religioſorum virorum ibi deſervientium adjuvari, quam ſi nobis, & Imperio ab eis ſicut a ſecularibus temporalia miniſtrentur.* Hujus itaque privilegii virtute excellentiſſimi porro viri Dux de Arcos, & Comes de Onatte, quum Neapolitani regni proreges eſſent, & capitanei generales annis 1646. & 1653. monaſterium Caſinenſe quamvis illius Abbas, Baro, ac dominus eſſet civitatis S. Germani, aliorumque caſtrorum omnium Abbatiæ uti etiam oppidorum Citrarii S. Petri de Avellana, & Serræ Monaceſchæ ad ſolvendos ſingulos Milites, pro ſingulis caſtris, & oppidis, quod reliqui Barones, & feudatarii præſtabant, haud teneri ſanxerunt, quemadmodum videre eſt ex his literis Ducis, de Arcos &c. Ea vero epiſtolas a Duce de Arcos pro re ſcriptas. *Copia de carta eſcripta al Duque de Noja. Magn. Illuſt. Sig. Haſeme preſentado el memorial del tenor ſiguente. Illuſtriſs. & Exc. Sig. Il ſag. Monaſterio di Monte Caſino utile padrone della terra di S. Germano, & ſuoi caſtelle, del Cedraro, S. Pietro dell'Avellana, & Serra Monaceſca, li fa intendere, come da V. E. è ſtato ordinato, che li Baroni faccino un ſoldato per ciaſcheduna terra, che poſſiede, & perchè eccellentiſſimo Signore dagl'anteceſſori di V. E. in caſi ſimili è ſtato detto S. monaſterio trattato franco di detto peſo in virtù di privilegio di Enrico VI. Per tanto ſupplica V. E. come ſignor giuſto, e protettore di detto ſag. monaſterio, vogli ordinare, ſia*

Ex originali in Archivo.



Digitized by Google

*trattato franco di detto peſo , conforme è ſtato trattato per lo paſſato dalli detti ſuoi Anteceſſori , rappreſentandoli anco , come nel meſe di Giugno proximo paſsato , eſſendoſi fatta piazza d' armi , in detta Città di S. Germano detto ſag. luogo diede alloggiamento alli Sign. officiali , e ſoldati , con ſpeſa più de mille ducati , & le dette caſtelle di S. Germano ſono diſabitati , ut Deus &c. Y viſto el preinſerto memorial , y la inſtancia , que en el ſe me haze pro parte del referido monaſterio , y havida conſideracion a que es lugar pio. He reſvelto encargar a V. S., come lo hago, que le obſerve , y haga obſervar con toda pontualidad los privilegios , que tuviere in ſu favor en quanto a las Franchicias , que pide por las tierras , que poſee en eſsa provincia , N. Señor Gu. Napoles a 29. de Novembre 1646. El Duque . Concuerda con ſu regiſtro intitulado litterarum ſecundo fol. 153. ſalva ſiempre megor comprobacion ff. en Nap. a 6. Decemb. 1646. In. Vaſquez de Launedas &c.* Locus ✠ ſigilli impreſſi. Ejuſdem tenoris epiſtola ſcripta eſt D. Hippolyto de Conſtantio, & Magiſtro Campi Alphonſo Philomarino. Atque alia hujuſcemodi Abbati Caſſinenſi. *Al P. D. Andrea Arcion Abbate de Monte Caſino. Antes de recuir la carta de V. P. de los 14. delle , havia dado orden paraque en conformidad de loy privilegios , que tiene eſſe ſagrado monaſterio de Monte Caſino fueſen eſſemptos los lugares , que poſee de los ſoldados , que generalmente ſe pide a todos p. las preſentes occaſiones , en que tubo muis poco que ſolicitar el Padre Procurador como los eſperimentarà ſiempre . Vidit P. entoze lo demas que ſe ofreciere que fuere de conveniencia de tan ſanta religion y eſtimo como devo el cuidare q. V. P. ha pueſto en celebrar en toda ſu dioceſis la feſtividad de la puriſſima conception de N. S. y los funerales del Prencipe nueſtro Señor que ſta in gloria , en cargando mucho a V. P. procure ſe continuen en les ſacrificios las rogativas por los buenos ſuceſſos de la Monarchia , Dios guarde a V. P. muchos annos , como deſſeo Napoles 25. de Decembre 1646. El Duque de Arcos &c.* Annoque 1641. Sacri cœnobii Caſſinenſis oppida immunitatem a dandis militibus habuere quot Prorex expetebat , quod regnum navali claſſe Galli invaſerant , atque dubitabatur ne iterum invaderetur . *Philippus Dei gratia rex &c. D. Antonio del Tufo Marcheſe di S. Giovanni cavaliero dell' Abito di Calatrava del conſeglio Collaterale di S. Maeſtà Commiſſario generale della fortificatione della Città di Napoli , & Governatore delle arme in queſte provincie di terra di lavoro , & Principato ultra &c. Per la preſente dicemo , & ordinamo a tutti , et qualſivogliano Miniſtri , officiali , commiſſarii , caporali , et altri , a chi la preſente ſpetta non darando , ne farando dar moleſtia a tutte le terre del monaſterio di Monte Caſino , per li ſoldati , che S. E. l'ha chieſto per ſervitio di S. Maeſtà in queſte urgenti occaſioni , ſino a ſecondo mio ordine , et così ſi exequa ſenza contradittione alcuna . Datum in S. Maria di Capua a 5. di Maggio 1641. El Marques de San Ivan. Per ordine di ſua Signoria Illuſtriſs. Antonio Paganos. Locus ✠ ſigilli impreſſi. Si fa fede per me Franceſco Antonio Gamba officiale della R. Scrivania di Ratione appreſſo la perſona del Sig. Marcheſe di S. Giovanni Governatore dell' Armi in queſte provincie di Terra di lavoro, et Principato ultra , come l' Abbate del ſag. monaſterio di Monte Caſino have preſentato al detto Sig. Marcheſe lettera di S. E. de 30. Aprile 1641. reg. litterarum 6. fol. 2., acciò ſi oſſervino li loro privilegii delli Re Cattolici , come ſe accoſtuma , et così detto Sig. Marcheſe l'ha poſto in executione , che non ſia obligato a dare li ſoldati , che li ſono dimandati , come Barone delle terre , che poſſiede in queſta Provincia di Terra di lavoro , et per la verità ho firmato la preſente . Data in S. Maria di Capua a 5. di Maggio 1641. Franceſco Antonio Gamba.* Atque Paulus Ghielmus in epiſtola ad Maurum Ceſarini Monachum , & procuratorem cœnobii Caſſinenſis hæc ſcribit. *Sono tre giorni che ho travagliato in rivedere li Rolli della R. Scrivania di Ratione , per vedere ſe il molto R. Abbate di monte Caſino aveſſe dato ſoldati in ſervitio di S. Maeſtà come Barone dello Citraro in Calabria nell' anno 1630. e per tutto lo 1635. e per molta diligenza che ho fatto de niſciuna manera ho ritrovato inditio che l' aveſſe fatto , e V. P. ſtia ſicuro , che ſi detto Abbate l' aveſſe dato , ſarebbe reſcritto in queſti libri etc.* Hanc eandem immunitatem , & exemtionem monaſterio conceſſerunt , alii Proreges , Peraſanus nempe de Ribera annis 1565. & 1567. Johannes Alfonſus Pimentel y de Herrea Comes Beneventi , anno 1606. & demum Ramirus Philippus Dux delas Torres anno 1639. horum autem hac de re mandata ſuam habuiſſe exequutionem ex ſcripturis conſtat , quæ in noſtro exſtant archivo .

Ex originali in Archivo.

Ex originali in Archivo.

Ex originali in Archivo.

Eodem an. cauſa hæc ad judicem ſecundarum cauſarum in oppido Citrarii remiſſa eſt , quo omiſſo , partes nequeunt ad ſacrum conſilium provocare . *In Dei nomine Amen etc. Pateat Univerſis et ſingulis , quod nos Philippus Dei gratia rex etc. Viſis comparitionibus in noſtro ſacro conſilio preſentatis ſub diebus 23. Auguſti , et 27. Septembris 1640. Pro parte ſacri monaſterii montis Caſini utilis domini terra Citrarii petentis remiſſionem ad judicem ſecundarum cauſarum dicta terra , cauſa vertentis in dicto Sacro concilio inter Dianoram de Trono , et Catarinam de Falconibus , quarum tenor eſt vid. Viſis etc. in S. R. C. etc. Per hanc noſtram deffinitivam ſententiam dicimus , pronuntiamus , ſententiamus , decernimus , et declaramus , prædictam cauſam remittendam , et remitti debere prout hac præſenti noſtra deffinitiva ſententia ipſam remitti volumus , et mandamus ad judicem ſecundarum cauſarum eligendum in hac civitate Neapolis prævia licentia S. E. D. Flaminius Conſtantius . Lecta lata &c. die 28. Junii 1641. De Scau. &c.*

Cauſa ad Judicem ſecundarum Cauſarum remiſſa. Ex originali in Archivo.

Severinus Abbas an. 1641. procuratorem , qui ſuo nomine regni comitiis intereſſet , conſtituit Carolum Tappiam Regentem cancellariæ

Magiſtratus creati.

riæ ex citato regeſto p. 6. à t. Die 27. Maii Gubernatorem ſancti Germani V. I. D. Auguſtinum Montaquila ex cit. regeſto p. 8. Die 9. Junii capitaneum S. Petri de Avellana Carolum Suardum Sargermanenſem ex cit. reg. p. 8. à t. Die 6. Auguſti capitaneum Citrarii U. J. D. Franciſcum Starnellam ex caſtro Abbatis ex cit. rég. p. 9. a t. Die 14. Auguſti Gubernatorem S. Germani U. J. D. Gaſpar Caracciolum a Neapoli ex citato reg. p. 10. Die 26. Junii capitaneum Serræ Benedictum de Armanda Sangermanenſem ex cit. reg. p. 11. a tergo An. 1642. die 3. Februarii Gubernatorem S. Germani V. I. D. Benedictum Grimaldi ex cit. regeſto p. 14. Die 2. Julii Capitaneum S. Petri dell'Avellana U. J. D. Livium de Philippis ab Aqua fundata ex cit. regeſto p. 15. Die 18. Octobris capitaneum ejuſdem oppidi Benedictum Pantaleone ex cit. regeſto p. 16. a ter. Die 28. Novembris capitaneum Citrarii U. J. D. Tiberium Majorino ex citato reg. p. 17. Die 27. Octobris capitaneum Serræ Pompejum de Covato ex citato reg. p. 18. a t. An. 1643. die 25. Januarii capitaneum S. Petri de Avellana notarium Johannem Perſium Leone ex citato reg. p. 19. Die 19. Maii Gubernatorem S. Germani U. J. D. Matthæum Pagnani Arpinatem ex cit. regeſto p. 19. a t. Die 23. Junii ejuſdem urbis Gubernatorem U. J. D. Franciſcum Lepore a Pico, ea lege ut magiſtratum anno inſequenti iniret ex cit. reg. ibidem. An. 1644. Die 27. Februarii capitaneum Citrarii U. J. D. Franciſcum Antonium de Paſcharellis Neapolitanum ex cit. reg. ibidem. Die 16. Martii capitaneum Serræ Horatium Toſcichetti ex cit. reg. p. 19. a t. Anno 1645. Die 4. Januarii Gubernatorem S. Germani U. J. D. Benedictum Grimaldi ex cit. regeſto p. 20. Die 16. Februarii capitaneum Serræ Joſeph Calcagno ex cit. reg. p. 22. a t. Die 12. Julii Andreas Abbas capitaneum S. Petri conſtituit Petrum Calcagno a Caſtellone Cajetæ ex cit. regeſto p. 26. Die 1. Octobris capitaneum Serræ Marcum Antonium Martorelli a Ciprano ex cit. reg. p. 28. An. 1646. die 28. Martii capitaneum Citrarii U. J. D. Franciſcum Caccamo Neapolitanum ex cit. reg. p. 31. eodemque die judicem ſecundarum cauſarum in oppido Citrarii U. I. D. Thomam Jordanum ex eodem oppido ex cit. reg. p. 32. Atque itidem capitaneum S. Petri de Avellana Deſiderium Ægiptium a S. Germano ex cit. reg. p. 32. a t. & capitaneum Serræ Nuntiatum Maſciarelli ex cit. reg. p. 33. Die 8. Julii capitaneum Citrarii U.J.D. Joſeph Ciardanum ea lege, ut anno inſequenti die 1. Junii Magiſtratum iniret. Die 17. Septembris capitaneum Serræ Joſeph Carbone ea lege, ut magiſtratum & ipſe die 20. Junii anni ſequentis iniret ex cit. reg. p. 38. a t. die 27. Septembris capitaneum S. Petri de Avellana U. J. D. Johannem Donatum Colutio ex cit. reg. p. 39. Die 5. Octobris Gubernatorem S. Germani U. I. D. Benedictum Tannelli ex cit. reg. p. 39. a terg.

Caſſinatium pericula Dei ope amota.

Cum ære plurimo ad ducentum, & duodecim ducatorum millia rex Hiſpaniæ obæratus eſſet cardinali Columnæ qui Philippo Comeſtabili ejus patri in bono ſucceſſerat ob præſidium arcis Paliani impoſitum, ut illud quadantenus perſolveret pro quadraginta ducatorum millibus Marco Antonio ejus fratri e Prorege Neapolitano eſt vendita juriſdictio primarum cauſarum criminalium in Abbatia Caſſinenſi quæ poſt mortem Antonii Aſculani principis ad regem deventura erat cum caſtellaniis S. Germani, Roccæ Janulæ & Roccæ Pianulæ una cum ſecundis cauſis civilibus, mixtis, & criminalibus, atque poteſtate creandi aſſeſſorem, & judicem ad jus illis in cauſis dicendum, ut fuſius legitur in inſtrumento hac de re ſtipulato die 7. Februarii an. 1646. ab egregio Petro Oliva notario regiæ curiæ. In hoc vero inſtrumento animadvertendum eſt, ſæpius ea verba repeti. *Quatenus tamen cognitio ſecundarum cauſarum civilium ad regiam curiam ſpectet, & non aliter*. Plura vero in hac venditione inconſulte acta, cum duæ regiæ cameræ conſultationes contra eam venditionem Proregi ſint exhibitæ, quæ in memorato inſtrumento reperiuntur, repugnabat patronus fiſci, nulla edicta pro more promulgata, neque accenſa candela, Caſſinates haud admoniti ut Philippus III. juſſerat, aliæque ſolemnitates omiſſæ. Neque hic tantum Proregis ſtudium ſtetit, nam ſecretiori ſchedula U. J. D. Johanni Leonardo Serzano Capuæ judici juſſit, ut earum juriſdictionum poſſeſſionem comiti ſtabuli Marco Antonio Columnæ traderet. Die itaque Februarii decima Serzanus S. Germani urbem adiit, convocatiſque electis, non commiſſiones ſuas, ſed ſchedulam dumtaxat hiſpanice ſcriptam legit, qua unica ſolemnitate mandatis Proregis ſe obſecutum ratus eſt, eumque judicem ſecundarum cauſarum civilium, mixtarum, criminaliumque conſtituere voluiſſet Johannem Antonium de Maſis renuit ille conſtantiſſime plura cauſatus, quæ excuſationi eſſent. Ubi id Abbati Caſſinenſi Andreæ innotuit actu publico ſtipulato a notario Franciſco de Antone Sangermanenſi die 11. Februarii proteſtationem contra acta a judice Serzano edidit, utque erat vir diſertiſſimus novum Proregem Ducem de Arcos, regenteſque collateralis conſilii adiit apud quos conqueſtus eſt vehementiſſime vetuſtiſſimam cœnobii Caſſinenſis poſſeſſionem per vim uſurpari, juraque oſtendit, ac privilegia quibus jam ab inde decem elapſis ſeculis, ea juriſdicto Caſſinatibus aſſerebatur. Movit Abbatis eloquentia Proregis, Regentiumque animos, affulſitque divinum numen enixis precibus a Caſſinatibus die, noctuque publice, privatimque exoratum, quo ſarctum, tectumque ſervaret Beatiſſimi Benedicti patrimonium, doctrina, Sanctitateque partum, ac brevi poſt hoc decretum prodiit. *Die 23. Martii 1646. In Dei nomine Amen. In cauſa in regia camera vertente inter venerabile monaſterium montis Caſini, ex una, & illuſtrem Comeſtabilem Marcum Antonium Columnam & regium fiſcum ex altera, ſuper juriſdictione ſecundarum cauſarum civilium, & mixtarum civitatis ſancti Germani, caſalium, & villarum coadiacentium, & alios prout in actis &c. Die 23. menſis Martii 1646. Neapoli. Viſis memoriali porrecto excellentiſſimo D: Proregi in collaterali conſilio pro parte venerabilis monaſterii Montis Caſini, & decretatione ejuſdem collateralis conſilii, per quod*

[Margin notes beside "Quatenus tamen…" and "Die 23. Martii…": Ex originali in Archivo.]

*fuit remiſſum regiæ cameræ, & interim nihil innovetur. Viſis etiam memoriali pro parte ejuſdem monaſterii dato ſpectabili domino Regenti Zufiæ ac comparitione ultimo loco ſub die 22. præſentis menſis in regia camera preſentata pro parte ejuſdem monaſterii. Viſis etiam Scripturis per ipſum preſentatis, ac inſtrumento venditionis juriſdictionum ſancti Germani facta die ſeptima preſentis menſis Februarii 1646. Illuſt. Marco Antonio Columnæ Magno hujus regni Comeſtabili noviſſime producto, audita etiam inſtantia domini fiſci patroni oretenus facta, per dominum Militem V. J. D. Johannem Camillum Cacacium regiæ cameræ Summariæ Præſidentem, & Cauſæ commiſſarium de quibus omnibus facta per eundem relatione in dicta regia camera coram aliis dominis Præſidentibus fuit per cameram ipſam conſenſum, proviſum, & decretum, quod petitio venerabilis monaſterii montis Caſini intimetur regio fiſco, & illuſtri Comeſtabili Columnæ, & interim, & donec aliter per regiam cameram fuerit proviſum, reſpectu juriſdictionis ſecundarum cauſarum civilium, & mixtarum, nihil innovetur, & ſi quid fuerit innovatum, ad priſtinum reducatur, & partes, ſi quid prætendunt, in regia camera compareant, hoc ſuum &c. Johannes Camillus Cacacius. Johannes Baptiſta Sebaſtianus magiſter actorum. Conſenſu. Antonius Bolinus Secretarius. Franciſcus Antonius Pepe Actuarius.* Pro cujus executione decreti, die 24. menſis Martii ejuſdem anni, debitæ etiam proviſiones emanarunt. Suſpicati tamen Caſſinates, ne Ammiratus caſtellæ, qui præfecturæ ſuæ tempore venditionem Comiti Stabuli fecerat, Hiſpaniam repetens officiis ſuis a rege Philippo IV. confirmationem ejus venditionis extorqueret, Maurum Ceſarini Monachum Matritum ad regem, ſupremumque Italiæ conſilium miſere, qui pro injuncto munere injurias Caſſinenſibus hac venditione illatas deſcripſit. Diſcuſſa in eo tribunali ſunt partium momenta, atque definitiva demum ſententia a rege probata, declaratam irritam, nullamque eam venditionem eſſe, ut ex epiſtola Philippi IV. ad Ducem de Arcos die 15. Octobris an. 1646. ſcriptam conſtat, atque executioni demandata a collaterali Neapolitano conſilio die 31. Januarii an. 1647. ubi rex declarat factam eam venditionem fuiſſe abſque ſolemnitatibus & requiſitis ſolitis, contra leges, juſſaque Philippi III. & ſua, atque ſine facultatibus ad hanc alienationem neceſſariis. Proregi vero inculcat, ſtudeat quam diligentiſſime honeſtioribus aliis modis cardinali Columnæ ſatisfacere.

**Philippi IV. Epiſtolæ pro Caſſinatibus. Ex originali in Archivo.**

Plures inſuper gratias hiſce in literis contentas Maurus Ceſarini a rege Philippo IV. pro Caſſinatibus obtinuit. *El Rey. Illuſtre Duque de Arcos primo nueſtro Virrey, lugartiniente, y capitan general. Pro parte del convento de Monte Caſino, y D. Mauro da Nola en ſu nombre, me ha preſentado memoriale del tenor, que ſe ſigue. Señor D. Mauro de Nola, en nome del Sacrado convento de Mont Caſino de la orden de S. Benedito util Baron delas juriſdiciones civiles, y miſtas de primevas, y ſegundas cauſas de la ciudad, y villas de s. German, dize, como lo Virreys de Napoles attendiendo a las neceſſitades, que ſe han ydo offreziendo a la regia corte han intentado algunas vezes vender las Juriſdicion criminal de la dicha ciudad, y villas, y por no haver parecido a V. M. conveniente no ha querido venir en las dichas ventas, y porque pudria ſuceder, que los Virreyes, con commiſſion de V. M. otravez trataſſen de vender la dicha juriſdicion, de la dicha ciudad, y villas, junta, o ſeparadamente, y quando ſucedi eſſe eſto caſo, fuera de mucho prejudicio del dicho ſacrado convento por el patternal affecto, con que governa a quellos vaſſallos, ſupplica a V. Mag. ſe ſirva de mandar al Virrey preſente, y a los que le ſucedieren en a quel governe, que en qual quieta caſo deventa, no puedan paſſar adelante en ella, ſin oyrantes al dicho convento, preferiendole ſempre a quales guiera otras perſonas, que quiſſieren comprar por el derecho, que notoriamente le compete como util Baron de lo civil para encorporar en ello tambien lo criminal, que en ello recivir mrd., y porque en carta de diez de Junio de mill ſeyſcientos, y veinte, mandò el Rey mi Señor y padre, que haya gloria, que no ſe trataſe de la venta de la juriſdicion de S. German ſin ſerprimeſe oyd los religioſos d' eſte conviento, y dar a qui aviſo dello, y eſperar orden de lo que ſe huvieſſe de hazer, y la execucion d' eſte orden ſe tiene por mui conveniente, os encargo, y mando la executeys y cum plays, y que en conformidad della ſiempre que por orden mia ſe trataſſe de la venta de la dicha juriſdicion, ſea entendido el dicho convento, como es juſto, que lo ſea, otro qualquiera porſi quieſſere concurrir a la compra, por ſer eſto en major beneficio de mi real patrimonio deſſe reyno, dandome quenta dello, y eſperando orden mia de lo que ſe huviere de hazer, que tal es mi voluntad la preſente reſte al preſentante. Datt. en Caragoza a' 22. Settembre de mill ſeyſcientos, y quarenta, y ſeys annos. Yo el Rey. Vid. Coſanus Regens. Vid. Potenzanus R. vid. Salamanca R. vid. Agroz R. vid. D. Franciſcus Merlinus R. Caratte Secretarius. Sol. carlenum unum. Ruiz de Ariculeta Taxator. In partium Neap. 17. fol. 341. Al Virrey de Napoles a inſtancia del monaſterio de monte Caſino, que no ſe tratte della venta de la giuriſdiccione della Città de s. Germano, ſin ſer oydo al monaſterio y dando quenta a V. M., y eſperar orden de lo que ſe huviere da hazer. Locus ✠ ſigilli. Ill., & exc. Signore. Il monaſterio di monte Caſino fa intendere a V. E. come da ſua Cattolica Maeſtà have ottenuto l'incluſa real carta, per la quale commanda, che non ſi poſſa trattare di vendita della giuriſdizzione criminale della città, & ville di S. Germano ſenza eſſere inteſo detto monaſterio ſupplicante, per il ſuo intereſſe, con darſi conto alla Maeſtà S. di quanto in ciò ſi exequirà, per exequutione della quale ſupplica Voſtra E. ſia ſervita concederli il ſuo R. Exequatur, che l'averà a gratia &c. Die 19. menſis Februarii 1647. Neapoli. Viſo retroſcripto memoriali porrecto Suæ Excell. pro parte retroſcripti Venerabilis monaſterii Montis Caſini. Viſis etiam retroſcriptis mentionatis litteris ſuæ Captolicæ Majeſtatis expe-*

pe-

Digitized by Google

*peditis ſub die 22. menſis Septembris 1646. Viſis videndis &c. Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus D. Viceerex locumtenens, & capitaneus generalis &c. providet, atque mandat, quod ſupradicta littera ſua Cap. Majeſtatis exequantur, prout præſenti decreto exequi mandatur juxta illarum ſeriem, & tenorem hoc ſuum &c. Zufia R. Caſanate R. Sanfelicius R. Capricius latro R. &c. Joannes Baptiſta Grimaldus regius a mandatis ſcriba. Locus ✠ ſigilli impreſſi. El Rey. Illuſtre Duque de Arcos primo nueſtro Virrey Lugartiniente, y Capitan generale. Por parte del Convento de Monte Caſino, y de D. Mauro de Nola en ſu nombre, ſe me ha preſentado el memorial del tenor que ſe ſigue. Senor. D. Mauro de Nola en nombre del ſagrato Convento de Monte Caſino de l' Orden de S. Benito dize, que en la venta, que hizo el Almerante de Caſtilla al Condeſtable D. Marc' Antonio Colonna de la juriſdiccion criminal de la ciudad, y villas de S. German de primevas y ſegundas cauſas, intento tambien venderle la juriſdiccion civil de las ſegundas cauſas, que ſon proprias del dicho convento, en virtud de poſſeſſion immemorial, y deſus ampliſſimos privilegios, de manera que aunque el avogado fiſcal de la regia camera de Napoles, en tiempo de la ſtipulacion de dicha venta, huvieſſe procurado, que ſe puſieſſe clauſola de entenderſe vendidas eſta ſegundas cauſas, quatenus la cognicion de las pudieſſe pertenezer alla regia corte, y no de otra maniera, con todo eſſo al Condeſtable, pretendio incorporarſela, y occuparla, por lo qual el dicho convento fue neceſſitado de acudir a la camara, de donde alcanzò decreto, que ſea amparado en la poſſeſſione que attualmente eſta gozando, y poſſejendo, y haviendo mandado V. M. la revocation della venta de dicha ciudad, y los Virrejes con el exemplar del Almirante podran emprender el moleſtar al dicho convento, que con tanta juſtificacion eſta poſſejendo, ſupplica la Veſtra M. ſe ſerva de mandar a los Virreyes preſente, y futuros, que no moleſten, ni procedan en turbar al convento de la poſſeſſion, en queſta, y que in qualquiera pretenſion contraria ſea oydo en Juſticia por los tribunales competentes &c. y por que no es juſto dar lugar a que el convento reciva agravio, contra lo que le toca, y perteneze, ha parecido encargaros, y mandaros, como lo hago, proveays, y deys la orden, que convenga, paraque oy das las partes intereſadas, ſe haga, y adminiſtre juſticia por el tribunal, a quien toca, ſobre lo quiel inſerto memorial contiene de manera que el dicho convento no reciva agravio, que aſſi conviene a ſu recta adminiſtracion, y procede de mi voluntad; La preſente reſto al preſentante. Datum en Caragoza a veynte, y dos de Settembre de mil y ſeyſcientos, y quarenta y ſey. Yo el Rey, vid. Cuſanus R. vid. Potenzanus R. vid. Salamanca R. vid Agraz. R. vid. D. Franciſcus Merlinus R. Carate Secretarius Sol. carolenum unum. Ruyz de Arichuleta Taxator; In partium Neap. 18. fol. 10. Adeſt ſigillum. Al Virrey de Napoles de juſticia a inſtancia del Convento de Monte Caſino &c.* Quæ quidem regales litteræ, ut par erat executioni demandatæ fuerunt die 19. menſis Februarii an. 1647. ab ejuſdem Neapolitani regni Prorege, ejuſque regio collaterali conſilio.

Ex originali in Archivo.

Magiſtratus creati.

Anno 1647. die 4. Januarii Andreas Abbas Gubernatorem S. Germani conſtituit U. J. D. Johannem Philippum Colatium a caſtello Sangri, ea lege, ut magiſtratum poſt abſceſſum alterius Gubernatoris iniret ex cit. reg. p. 40. Die 20. Januarii Gubernatorem ejuſdem urbis U. J. D. Benedictum Grimaldi, ea etiam lege, ut magiſtratum nonniſi an. 1649. iniret ex cit. regeſto p. 40. a t. capitaneum Citrarii U. J. D. Franciſcum Antonium de Matthæis ex cit. reg. p. 40. a t. & capitaneum S. Petri de Avellana ex cit. reg. p. 41.

Subditi Ditionis Caſſinenſis tumultuant.

Populares tumultus hoc anno 1647. die 7. Julii Neapolo oborti in alias quoque regni provincias irrepſerant, atque in ipſam Caſſinenſem Abbatiam cujus incolæ omnia incendere, vaſtare, populari minitabantur, ſolitaque cœnobio Caſſinenſi vectigalia perſolvere detrectabant. Unicos inter omnes invenitur, oppidanos Pediſmontis, & villæ ſupplici hoc libello Andreæ Abbati porrecto obedientes ſe, fideleſque ſubditos exhibuiſſe. *Illuſtriſſimo, e Reverendiſſ. P. Abbate di Monte Caſino Patrone; li qui ſottoſcritti ſindici, Eletti, e particolari Cittadini del caſtello di Piedemonte, e villa ſue caſale fideliſſimi vaſſalli, e ſervi del Sag. monaſterio, e di V. S. illuſtriſſ. Supplicandoli dicono, qualmente li giorni proſſimi paſſati, eſſendo venute alcune capitolationi fatte tra il popolo di Napoli, & il noſtro Sig. Vice-Re del regno per le novità ſocceſſe, alcuni Cittadini inſtigati dal demonio, e da mal eſempio di molte altre terre, publicamente hanno parlato, e detto, che non erano obbligati pagar più li ſoliti renditi al detto ſag. monaſterio, e così hanno negato di pagar detti renditi, così di grano, orgio, galline, mannale, giornata di bovi, come anco la riſpoſta della Canneva, e lino, che ſi matura nell'acque di eſſo ſag. monaſterio, e ſua giuriſdittione, & ogn'altra coſa ſpettante a detto ſagro monaſterio; facendo tumulto di parole, minacciando agl' eſattori, che non andaſſero eſigendo le ſudette coſe, per il che per li miniſtri di eſſo ſag. monaſterio ſi è venuto ad' indegnatione tale, che ſe procede indifferentemente contro tutti li cittadini, come che tutti foſſero inobbedienti, e colpevoli, havendone fatti carcerare molti forſe innocenti, e li remaſti non ſtanno anco ſicuri, con tutta la loro innocenza nelle proprie caſe. Per tanto tutti unitamente con ogni umiltà per la publica quiete, e per la debita oſſervanza, & obedienza a tanto buon Signore, e padrone, ricorrono ſupplichevoli da V. S. Illuſtriſſima, e la priegano per amor di Dio a non volere mirare alli mancamenti, & eccesſi di qualſivoglia che ſia ſtato ardito, e temerario di ſparlare, minacciare, tumultuare, e negare al d. ſagro monaſterio le ſudette ſue giuſtiſſime entrate, offerendoſi eſſi ſupplicanti tanto in loro nome, quanto degl' altri Cittadini aſſenti, e carcerati al pagamento pontuale delle coſe predette, così nel preſente, come*

Ex originali in Archivo.

*per tutto lo avvenire, & anco di ſtare obbedientiſſimi ſempre a detto ſagro monaſterio, e ſuoi degni miniſtri conforme devono, e così promettono da buoni, e fideliſſimi vaſſalli. La ſupplicano di più a reſtar ſervita per ſua clemenza, e bontà a concedere benignamente perdono a qualſivoglia, che ſi trovaſſe come di ſopra aver ſparlato, & in qualſivoglia modo fatto, o detto contro eſſo ſag. monaſterio, e deſpenſarli general indulto con imponere perpetuo ſilentio a queſto fatto, e reſtar anco ſervita far ſcarcerare per ſingular ſua gratia tutti li carcerati per tal cauſa, acciò li vaſſalli buoni godano in pace la gratia de loro padroni, e li colpevoli, e malcreati a lor confuſione habbiano materia da emendarſi, e di eſſerli fedeli, ſupplicandoli la ſua Benedizzione, come Prelato benigniſſimo, & amorevole Sign., e patrone, recevendo el tutto a gratia ſingulare. Da V. Sig. Ill., quale noſtro Signore eſalti a maggior grado di dignità, ut Deus &c. Gio: Antonio Majuccaro ſindico, Tomaſo Sacco ſindico.* Subſcribunt deinde ſindici Deputati, atque oppidani ambarum univerſitatum, ac poſtmodum ſequuntur hæc verba. *Fateor fidemque facio ego notarius Ceſar Caprarius ordinarius Cancellarius terræ Pedimontis, qualiter, congregato publico conſilio, ad ſonum campanæ, ut moris eſt, in platea publica dictæ terræ, ubi talia fieri ſolent, in quo intervenerunt majorem partem civium ſiſtentium tunc temporis pulſata campana in dicta terra, quibus civibus alta, & intelligibili voce, lecto, & repetito ſupradicto memoriali, ut jacet, de verbo ad verbum unanimiter, abſque diſcrepantia, dixerunt, quod ſupplicetur in ommibus, & per omnia in dicto memoriali contenta, idcirco omnes ſupradicti particulares cives in mei preſentia de eorum, & cujuslibet ipſorum ſpontanea voluntate, partim ſe ſubſcripſerunt, & partim crucis ſignum fecerunt propriis manibus modo, & forma ut ſupra &c. roborat. cum ſigillo ordinario dictæ univerſitatis caſtri Pedemontis. In quorum fidem ego praditus notarius Caprarius hic me ſubſcripſi, & ſignum rogatus &c. In terra Pedimontis, hac die 16. menſis Septembris* 1647. *Idem qui ſupra Caprarius notarius. Locus ✠ ſigni notarii. Locus ✠ ſigilli impreſſi.* Supplici libello ita reſcripſit Andreas Abbas. *Volendo noi benignamente provedere, e fare tutte le gratie poſſibili a detti ſupplicanti in riguardo del pentimento, che dimoſtrano, & umile ſupplica fattaci, con promiſſione di volere in futurum vivere con quell' obbedienza, e fedeltà, che ſi conviene a fedeli vaſſalli del noſtro ſag. monaſterio Caſineſe, e pagare, e ſodisfare tutti li renditi di grano, orgio, galline, manuali, giornate di bovi, riſpoſte di cannavi, e lini, & ogn'altra coſa ſpettante a detto ſagro monaſterio ſolita, e conſueta pagarſi, e ſodisfarſi ogn'anno ab immemorabile tempo &c. ci contentiamo anco con il voto de ſuperiori ordinarii di queſto ſagro monaſterio, d'interporre ſolo le parti della noſtra clemenza, perdonando a tutti, e ciaſcheduno di detta univerſità tutti li mancamenti, parole mal dette, minaccie, & offeſe fatte per il paſſato al noſtro ſag. monaſterio, negandoſi li ſudetti pagamenti ſoliti, ordinando perciò al noſtro magnifico Governatore Caſſineſe, che non moleſti per l'avvenire li detti noſtri vaſſalli, per le cauſe ſudette, e ſcarcerare quelli, che ſe ritrovano carcerati. Datum nel ſag. monaſterio di Monte Caſino oggi li 16. Settemb.* 1647. *D. Andrea da Parma Abbate Caſineſe. Luogo ✠ del ſigillo impreſſo.*

Haud ſegnes in cuſtodiendo cœnobio Caſſinenſi, urbeque S. Germani fuere Abbates Caſſinenſes Andreas, ejuſque ſucceſſor Deſiderius, quippe, qui comportatis undique commeatibus armiſque loca munierit, cum quorumdam Sangermanenſium perfidia, quorum hic nomina famæ poſterum conſulturi reticemus, aperta Pediſmontis, ſeu S. Joannis porta fuit Dominico Coleſſi vulgo appellato Papone, qui ſeſe generalem ſereniſſimæ Neapolitanæ reipublicæ jactitabat, atque Sueſſam, Soram, aliaque loca plurium ſuorum manu ceperat. Erat hic infimo loco natus, in vico Caprile non longe a Rocca ſicca, urbemq; S. Germani poſt longam obſidionem vix ingreſſus, ſindicos, regimenque mutavit, ac quædam pacta cum civibus iniit die prima Januarii an. 1648., ut inſtrumento conſtat die 14. Martii ejus anni a notario Antonio Pagliaro Sangermanenſi rogato, in quo ſyndici, & cives quidam Sangermanenſes ante Hieronymum de Philippis Auditorem exercitus regii hæc aſſerunt. *Come lo meſe paſſato di Gennaro di queſto preſente anno eſſendo venuto in queſta fideliſſima città di S. Germano Dominico Coleſſi alias Papone con infinito numero di gente collettitia, che infeſtavano queſti paeſi convicini con inſolenze, & barbarie piene di inumanità in deſervitio di noſtro Sig. Iddio Benedetto, e di S. M. noſtro Signore procurando fare acquiſti all' obbedienza della ſonniata republica di Napoli, & illegitimamente preteſa, & ingiuſta, & erroneamente talmente nominata, benchè eſſa Città, per la fedeltà, che ha ſempre conſervato, e conſerva ſi defendeſſe da principio animoſamente, volendo più toſto ſpargere il ſangue, che minorare la ſua antica, e dovuta fede, nulladimeno fu ſi numeroſo il ſtuolo dell' inimici, che ſcorgendo inutile, e vana la difeſa, e che reſiſtendo più toſto diſperatamente, che efficacemente, averebbero cagionata la totale rovina delli loro campi, poderi, e della città tutta minacciata di ſangue, e fuoco da Papone, e ſuoi ſeguaci, furono forzati, con grandiſſimo loro dolore, cedere alla violenza, & imminente forza, e con queſto ſecondare il voto del medeſimo Papone, e ſuoi ingiuſti miniſtri, li coſtrinſero a ſcrivere capitolazione fra di eſſi, e lui, in nome di detta Sonniata republica di Napoli, continentino molti capi, e conventioni, quali conoſcendoli eſſi ingiuſte, nulle, & invalide, & acciò non compariſſero mai a viſta del mondo, ne meno li ha diſteſi in protocollo, & adeſſo per loro maggior cautela, e per ſuo ordine li conſegnano alla corte di eſſo regio Auditore dell' Eſercito Sig. D. Girolamo de Filippis, &c.* Alia complura in ſui excuſationem, defenſionemque afferunt, ſeque lubentiſſime, promptiſſimeque principem Roccæ Romanæ ex-

Urbs S. Germani proditione civium capta a Perduellibus.

Ex originali in Archivo.

ce-

cepiſſe cum militibus ſuis, illique ſtatim paruiſſe, &c.

Qui tamẽ male acta retractat.

In pactis cum Papone initis a Sangermanenſibus plura continebantur Caſſinatibus infenſiſſima, quæ inter piſtrina, monteſque cœnobii Caſſinenſis illis concedebantur. Verum cum Dominicus Coleſſi ab iis, qui ſibi a conſiliis erant, fuiſſet admonitus, cenſuris in bulla cœnæ contentas, S. Benedicti, aliorumque cœnobii Caſſinenſis tutelarium iram incurſurum, ſi bona Caſſinatium dilapidaret, aliiſque traderet, declaravit die 6. Januarii an. 1648., penes acta Antonii Pagliari, nolle ſe injuriam ullam cœnobio Caſſinenſi, ejuſque bonis illatam iri. Ex eo vero inſtrumento hæc ad rem noſtram pertinent. *Die 6. menſis Januarii prima indictionis 1648. S. Germani &c. Illuſt. D. Dominicus Coleſſi generalis ſereniſſima reipublica civitatis Neapolis, cum juramento, tactis litteris, dixit, aſſeruit &c. declaravit, conceſſiones factas univerſitati S. Germani non includi, nec obeſſe debere ullo modo, ut ſupra dicti ſacri monaſterii juribus, actionibus, prarogativis, poſſeſſionibus, & juriſdictionibus, nec aliter, & alio modo &c.* Inter alios teſtes huic inſtrumento interfuere U. J. doctores Octavianus, & Bartolus Sabellici.

Ex originali in Archivo.

Præclara Caſſinatiũ erga Regem Hiſpaniæ Pietas, & Fides.

Animos interim civium ad regis milites ſuſcipiendos ita diſpoſuerat Abbas Deſiderius, ut clam miſſo Monacho principem Roccæ Romanę Prefectum regiorum militum, qui Venafri commorabatur commonefecerit, quantocius cum ſuis accederet. Haud id ſegniter actum, atque menſe Martio ſumma omnium gratulatione in urbem exceptus Paponiſtas expulit, qui ira in Deſiderium monachoſque perciti, frumenta in oppido S. Apollinaris collecta abſtulerunt, aliaque intulerunt damna; mirum, quantas Deo ex corde gratias pro felici hoc ſucceſſu egerint Caſſinates, qui ſummo impendio principem Roccæ Romanæ, alioſque militares Præfectos in palatio Abbatis hoſpitio exceperunt compluribus diebus, quibus opera, conſilioque Deſiderii, alia ditionis Caſinenſis oppida recuperata. Præclara Caſſinatium geſta, eorumque erga regem fidem, pietatemque teſtata poſteris reliquere, & princeps laudatus, atque Joannes Auſtriacus Summus regiæ claſſis, armorumque Præfectus hiſce litteris. *D. Andrea Franceſco di Capua prencipe di Rocca Romana, L'obbligo mi ſpinge a confeſſare, che tutto il bene, che io ho oprato in campagna con l'armi per ſervitio di S. M. è proceduto particolarmente dalla protettione del glorioſo P. S. Benedetto per mezzo delle preghiere delli ſuoi Rev. Religioſi del venerabile, e famoſo monaſterio di Monte Caſino, come poſſo teſtificare di preſenza, quando io entrai con l'armata nella città di S. Germano, che ſi reſe all'obbedienza, nella quale impreſa prevalſe grandemente l'opera, e diligenza del Reverendiſs. P. Abbate, il quale con la ſua autorità accommodò tutte le coſe, diſponendo gl'animi de ſudditi all'obbedienza del Re noſtro Sign. E queſto fu accompagnato con la ſpeſa di molte genti, armi, e monitioni, che tenevano proviſta la Città, & il ſud. monaſterio, dove io viddi, che ſi ſtava con eſtraordinaria vigilanza. Di maniera che mai il bandito Papone potè entrare, ancorchè l'aveſſe forzato più volte, e niente meno è ſtato il danno di tante perdite d'animali, vettovaglie, entrate perſe, e levate con tanti intereſſi patiti, che il ſud. monaſterio ſi trova molto oppreſſato, che perciò ſi rende aſſai riguardevole per la devotione, & affettione, che ſempre ha moſtrado all'armi di S. M. dalla cui reale benignità può ſperare, e meritare ogni dovuta rincompenſa. Onde per teſtimonianza del vero, & a richieſta delli PP. ho dato la preſente firmata, e ſigillata in Napoli 11. di Maggio 1648. locus ✠ ſigilli. Il Prencipe di Rocca Romana. Per mandato di S. E. D. Vincenzo Riccio Segret.* Foris adeſt ſigillum. *Al P. D. Deſiderio delle Fratte Abad de Monte Caſino g. Dios.*

Ex originali in Archivo.

Intus vero. *El celo tam particolar y affetto grande, con che V. P. ſe ha ſingularitado en el ſerv. de S. Mag. (pues por ſu medio ſe conſeguio la reduction de S. German, y otros lugares circonvicinos avnque fue muy proprio de vos obligaciones, y atenciones de tan gran Prelado) me obliga a dar a V. P. las devidas gracias, per lo bien, que diſpuſo, y en camino ſervicio tan rilevante aſegurando a V. P., que demus de che lo repreſentare aſſi a S. Mag., que decha ſiempre en memoria, deſſeando ſe offrezean occaſiones, en que conoſca los affectos de mi gratitud, y buena voluntad. Dios g. a V. P. muchos annos. Neap. a 10. de Mayo 1648. D. Ivan.* Foris in epigraphe. *Al Pad. D. Deſiderio de la Frata Dios g. Abad de Monte Caſino Roma.* Intus vero in folio. *El Prencipe de Roca Romana me die cuenta de las finezas, y affetto tan particolar, con que V. P. ſe empleo, en quanto ſe ofrezio al ſervitio de S. Mag., que Dios g., y que por ſe medio ſe conſeguio la reduction de s. Germano, y lugares de ſu juriſdicion, de que dia V. P. las devidas gracias con carta mia, y reconociendo per la que ultimamente me eſcrive da Roma quale no le recivio, y que cada dia ſe es mera V. P. mas en el ſervicio de ſu Mag. le doys de nuevo en ſu nombre duplicadas gracias, eſtimando como es ragon la en ora buena que meda del buen ſucceſſo que N. S. ha ſido ſervido darnos en eſta cividad, con cuyo buen exemplo eſpeco en ſu divina Mag., que todo el reyno ſe aſegure, que en todos tiempos eſperimentarà los affectos de mi gratitud, para quanto fuere de ſus mayores conveniencias. Dios g. a V. P. muchos annos Neap. a 27. de Abril 1648. D. Ivan.*

Ex originali in Archivo.

Pecuniis quoque militibuſque ſponte miſſis prævia tamen proteſtatione obnoxios ad id ſe non eſſe vigore privilegiorum, regis cauſam juverant anno 1647. Caſſinates.

Magiſtratus creati.

Creaverat an. 1648. die 7. Januarii Deſiderius Abbas Gubernatorem S. Germani U. J. D. Hieronymum Galaſſo ex cit. reg. p. 45. Die 30. Januarii Gubernatorem ejuſdem urbis U. J. D. Johannem Carolum Papa ex Caſa Oliverii ea conditione, ut magiſtratum die prima Februarii an. 1649. iniret, ex cit. regeſto p. 45. a t. Die 10. Februarii capitaneum S. Petri de Avellana Benedictum Petronium a Fractis ex cit. reg. p. 46. Eodemque die capitaneum Serræ Dominicum Petronium a Fractis ex cit. reg. p. 46. a t. Die 20. Fe-

20. Februarii capitaneum ejuſdem oppidi U. J. D. Johannem Antonium de Maſis Sangermanenſem ea lege ut magiſtratum 1. Martii 1649. iniret ex cit. regeſto p. 149. Die 22. Martii capitaneum Citrarii U. J. D. Joſeph de Philippis a Fractis ex cit. reg. p. 149. a t. Die 27. Octobris capitaneum S. Petri de Avellana Blaſium Gargaglia ex cit. reg. p. 56.

Incolæ Abbatiæ Caſſinenſis ad ſolvendos ſolitos cenſus adacti.

Cervarii, Vitecuſii aliorumque oppidorum Abbatiæ Caſſinenſis incolæ conqueſti apud Proregem ſunt ſe a Caſſinatibus ad ſolvenda vectigalia adigi contra Johannis Auſtriaci mandata. Quare Prorex juſſit, ne moleſti Caſſinates ſubditis eſſent. Verum oſtendere Proregi ejuſque collaterali conſilio Caſſinates haud ſe vectigalia a ſubditis repetere, ſed jura a vetuſtiſſimis temporibus poſſeſſa; hincque auditis partibus Regens Didacus Bernardus Zufia cauſæ commiſſarius die 18. Auguſti Gubernatori S. Germani juſſit oppidanos adigeret ad ſolitos cenſus cœnobio Caſſinenſi perſolvendos, ut pote qui ad regia vectigalia non pertinerent.

Capitaneus Serræ Monachesche electus.

An. 1649. Dominicus Abbas die 1. Novembris capitaneum Serræ conſtituit ex cit. regeſto p. 61.

Juriſdictio criminalis in Ditione Caſſinenſi Franciſco Tuttavillæ conceſſa.

Obiit hoc an. 1649. in arce Cajetana, cujus erat Præfectus Antonius Fernandez poſtremus Aſculi princeps ex gente de Leyva, atque ultimus juriſdictionis criminalis in ditione Caſſinenſi Commendatarius, ſeu Gubernator; quare Philippus IV. egregiis D. Franciſci Tuttavillæ militari virtute, atque erga ſe meritis in bello potiſſimum Catalaunico partis commotus, juriſdictionem illi ad vitam ſuam, duorumque e ſuis ſucceſſoribus primarum, ſecundarumque cauſarum in ditione Caſſinenſi conceſſit cum poteſtate eligendi aſſeſſorem, ſeu judicem, cumque earum cauſarum criminalium cancellaria, conceſſæ præterea cauſæ mixtæ, atque ſecundæ civiles, ut ex privilegio die 6. Aprilis hac de re facto conſtat. Ubi poſtrema hæc conceſſio innotuit, Caſſinates ſupplici libello Proregi demonſtrarunt, cauſas mixtas, ſecundaſque civiles a vetuſtiſſimis temporibus cœnobii noſtri fuiſſe jura, alias a regiis tribunalibus aſſerta, ut ſupra diximus, neque regis mentem eſſe eas juriſdictiones concedere inſciis Caſſinatibus cum contrarium ipſe die 22. Septembris an. 1646. præcepiſſet, cumque potiſſimum in privilegio Franciſco Tuttavillæ conceſſo hæc legantur. *Nec non & juriſdictionem, & cognitionem cauſarum mixtarum, & ſecundarum cauſarum civilium, prout ad dictam regiam noſtram curiam ſpectant &c.*

Cauſæ mixtæ, & ſecundæ Civiles Caſſinatibus vindicatæ.

Hiſce permotus Pro rex juſſit die 7. Julii regia camera juſtitiæ proſpiceret, a qua prolixa ſatis conſultatio die 9. Decembris 1649. eſt edita. Quum vero nimium prolixa ſit conſultatio iſthæc utpote, quæ decretis referta eſt pro monaſterio latis ſuper mixtis, & ſecundis, civilibus cauſſis, ne tædium creatur lectoribus noſtris conſulto omittitur. Haud tamen referre piget poſtrema hæc ejus verba. *Qual fatto, e ragioni ſopradette nella regia camera riferito, e fatta piena diſcuſſione, inteſi così il R. Fiſco, come le parti coſſi del monaſterio di Monte Caſſino, come di detto D. Franceſco Tuttavilla, ſiamo di voto, e parere, che V. E. può reſtar' ſervita dare exequtione alle dette lettere di S. M. concedendo al detto D. Franceſco Tuttavilla quello, che al preſente S. Maeſtà ve tiene, & nell' iſteſſo modo, come lo tiene, in modo, che non facci novità ne pregiudicio alcuno alle raggioni, cho pretende tenere il monaſterio, così nel petitorio, come nel poſſeſſorio, & decreti, & proviſioni da lui ottenute tanto delle dette cauſe miſte, come delle dette ſecunde cauſe civili ſi bene contradette dal regio fiſco, concedendoſi al detto D. Franceſco facoltà di poter' proſeguire la detta lite di dette ſeconde cauſe civili pendente trà il fiſco, & il detto monaſterio nell'iſteſſi termini, nelli quali ſe ritrova, & come lo potria fare il regio fiſco, & coſsì ancora circa le cauſe miſte nelle quali ſin'ora non ſe ritrova cominciata, proponere in queſta regia camera quelle raggioni, che può oggi proponere il regio fiſco, le pretentioni del quale contro il monaſtero, e del monaſtero contra di lui ſarranno riſolute dalla determinazione, che ſi farrà a ſuo tempo della detta lite pendente per le ſeconde cauſe civili, & della lite fotura quando ſi comincerà per le cauſe miſte, & queſt' è quanto occorre riferire a V. E. al ſavio, e prudentiſſimo giudicio del quale ce rimettiamo, fandoli umiliſſima riverenza. Dalla regia camera della Summaria li 9. di Decembre 1649. de V. E. Servitori il luogotenente, & Preſidenti della regia camera D. Diego de Uceda Tomaſo de Franchis, Giov. Camillo Cacace. Conſ. vid. fiſcus: Giov. Battiſta Piſanelli, Giov. Battiſta Confalone, Vincenzo d' Andrea Maſſimino Paſſaro. D. P. Moſcoſo. Jacinto Barracano, Antonius Bolinus Secretarius Regiſtrata in Conſ. curiæ 13. fol. 282. Conſ. a S. Eccell. intorno le giuriſdizioni di S. Germano per il Ven. monaſt. di Montecaſſino, e D. Franceſco Tuttavilla. Locus ✠ ſigilli impreſſi.*

Ex originali in Archivo.

Hac conſultatione eſt factum ut pro cœnobio noſtro hujuſcemodi decretum a regio collaterali conſilio prodierit. *Super regio Exequatur petito pro parte D. Franciſci Tuttavillæ in privilegio eidem conceſſo per ſuam Cattolicam majeſtatem juriſdictionis primarum cauſarum criminalium, cauſarum mixtarum, & ſecundarum cauſarum civilium cum officio magiſtri actorum, ut in dicto privilegio expedito ſub die 6. Aprilis 1649. die 17. menſis Decembris 1649. facta de predictis relatione S. E. in ſac. R. Collaterali conſilio per ſpectabilem Regentem Didacum Bernardum de Zufia R. collateralem conſiliarium, & cauſæ commiſſarium. Ill., & Exc. D. Vicerex locumtenens, & Capitaneus generalis providet, decernit, atque mandat, quod exequatur præfatum privilegium ſuæ Catholicæ Majeſtatis juxta ipſius ſeriem, continentiam, & tenorem in beneficium prædicti D. Franciſci Tuttavillæ in omnibus, quæ ad dictam Cattholicam Majeſtatem ſpectant, exceptis his de quibus pendet lis in regia camera Summariæ in quibus liceat, & licitum ſit predicto D. Franciſco, vigore dicti privilegii exercere, & proſequi jura regii fiſci, donec aliter per regiam cameram fuerit proviſum, hoc ſuum &c. Zufia R. Caſanata R. Caracciolus Reg. Garſia R. Januarius Anaſtaſius regius a mandatis ſcriba.*

Decretus Titulus urbis S. Germani.

An. 1651. die 6. Junii Abbas Caſſinenſis ſupplici libello Proregi expoſuit, capitaneum juriſdictio-

dictionis criminalis a D. Tuttavilla in urbe ſancti Germani conſtitutum, cum Prorex ipſe ad corpus S. Benedicti inviſiſſet, contendiſſe obviam Proregi ire, illumque excipere, atque D. Franciſcum Tuttavillam utilem ſeſe urbis, ditioniſque Caſſinenſis dominum inſcribere. Rogavit propterea, ut hæc haud innovarentur. Sed antiquæ legis diſpoſitioni inſiſtendum, quo juriſdictionis criminalis domino vetitum eſt, ne Proregi obviam ire præſumat, & ſe utilem præfatæ civitatis dominum appellare. Utrumq; enim Caſſinenſis cœnobii Abbati tamquam ejuſdem civitatis Dño a lege reſervatum erat. Præceperat Regenti Zufiæ Prorex, ut cauſam regio collaterali conſilio, ſibique referret. Cum ampliſſimum aliud privilegium miniſtri D. Franciſci Tuttavillæ præſentarunt, quo rex Philippus, quæ prius conceſſerat ad tempus tantummodo jura confirmat in perpetuum, aliaque plura concedit, quæ legere eſt in eodem privilegio a nobis hic edito, quod baſis eſt juriſdictionis criminalis a cœnobio Caſſinenſi poſtmodum emptæ ab ipſomet D. Tuttavilla. *Philippus &c. D. Indicus Veles de Guevara Comes de Ognatte &c. Illuſtribus, ſpectabilibus, magnificis, nobilibuſque viris &c. Sane pro parte illuſtris D. Franciſci Tuttavillæ Ducis Saxonii regii fidelis dilectiſſimi, fuit nobis præſentatum infraſcriptum originale privilegium Sacræ, regiæ, & captolicæ Majeſtatis, omni, qua decet ſolemnitate vallatum tenoris ſequentis vid. Philippus Dei gratia rex, &c. Univerſis, & ſingulis, præſentium ſeriem inſpecturis tam preſentibus quam futuris. Cum armorum, & litterarum monimentis regna firmentur, magnum quippe creditur argumentum, magnanimos viros, quos immanitas animi in ardua aggrediendo certamina, obſequiorumque præſtitorum congeminata exhibitio principibus ſuis gratiſſimos reddit, regiæ magnitudine illuſtrari, ac prout eorum poſtulat inconcuſſa fides, ipſis præſtetur adequata gratia, & quo plus tendit meritum cumulari, eo amplius præcurrat reiterari præmium, proinde cum nobis ſeſe offerat illuſtris fidelis nobis dilectus D. Franciſcus Tuttavilla Dux Saxonis, rerum bellicarum apud nos, ac collateralis conſilii Neapolis Conſiliarius, noſterque generalis tribunus militum, ac armorum noſtrorum exercitus de Extremadura Gubernator generalis, cujus fidelia, grataque merita, & obſequia adhuc plures per annos, plurimiſque in rebus, & expeditionibus bellicis, quæ hic recenſere longum eſſet, fideliter exhibita nobis ſat cognita, atque perſpecta ſunt, vulneraque ſuo corpori laudabiliter infixa apertius declarant, ipſique horum intuitu anno proxime præterito milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimonono conceſſimus in feudum, prout reconceſſimus juriſdictionem, & cognitionem primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium in civitate ſancti Germani noſtri citerioris Siciliæ regni, cum officio magiſtri actorum, & aſſeſſoris, necnon juriſdictionem, & cognitionem cauſarum mixtarum, & ſecundarum civilium in eadem civitate ad vitam ſuam, & ad alias duas ſucceſſorum ſuorum in gradu ſucceſſibili expedito ſuper eo noſtro regio privilegio in forma regiæ cancellariæ ſub die 6. Aprilis prædicti anni, cujus tenor talis eſt. Philippus Dei gratia rex &c. Univerſis, & ſingulis præſentium ſeriem inſpecturis, tam preſentibus, quam futuris. Nulla re principes ſubditorum animos ſibi magis conciliant, devinciuntque, quam liberalitate erga eoſdem, ac munificentia, quæ quo in præſtantiores, benemeritoſque confertur viros, eo procul dubio plus ſplendoris, & gloriæ habere cenſenda eſt, quare cum nobis cognita ſint grata, ac fidelia obſequia, quæ adhuc per plures annos illuſtris fidelis nobis dilectus D. Franciſcus Tuttavilla Dux Saxonis rerum bellicarum apud nos, & in collaterali conſilio Neapolis conſiliarius, noſterque tribunus militum generalis in principatu Cattaloniæ præſtitit in variis bellorum expeditionibus, tam ibi, quam in aliis locis, & partibus oblatis ſibi in feudum concedere decrevimus, juriſdictionem, & cognitionem primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium in civitate ſancti Germani noſtri citerioris Siciliæ regni, cum officio magiſtri actorum, nec non & juriſdictionem, & cognitionem cauſarum mixtarum, & ſecundarum cauſarum civilium in eadem civitate pro vita ſua, & ad alias duas ſucceſſorum ſuorum in gradu ſucceſſibili prout infra, tenore igitur preſentium ex certa ſcientia, regiaque authoritate noſtra deliberate, & conſulto, ac ex gratia ſpeciali, maturaque ſacri noſtri ſupremi conſilii accedente deliberatione præfato Duci D. Franciſco Tuttavillæ pro vita ſua, & ad alias duas poſt eam ſucceſſive ſequendas heredum, & ſucceſſorum ſuorum utriuſque ſexus, ex ſuo corpore legitime deſcendentibus ſecundum leges, pragmaticas, jura, conſtitutiones capitulaque dicti noſtri citerioris Siciliæ regni, & gratias per nos, ac Sereniſſimos prædeceſſores fideliſſimæ civitati noſtræ, & regno prædicto conceſſas in feudum, & ſub debito, & contingenti feudali ſervitio, ſeu adoha taxanda per noſtram regiam cameram Summariæ ejuſdem regni, & quoties in dicto regno generaliter indicetur, prædictam juriſdictionem primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium in dicta civitate ſancti Germani cum ejus caſtris, villis, & caſalibus, ac cum officio magiſtri actorum ad nos, & noſtram regiam curiam ejuſdem regni ſpectantem, & pertinentem, cum facultate nominandi aſſeſſorem nec non & juriſdictionem, & cognitionem cauſarum mixtarum, & ſecundarum cauſarum civilium, prout ad dictam regiam noſtram curiam ſpectant in omnibus, & quibuſcumque hominibus, & vaxallis habitantibus, & habitaturis in eadem civitate, ejuſque caſtris, villis, & caſalibus, & in omnibus cauſis, & delictis commiſſis, & committendis in ea, ac ejus territorio, & diſtrictu, per homines, & vaſſallos illius, ac habitantes, & habitaturos in ea, exceptis tamen criminibus leſæ Majeſtatis, hæreſis, & falſæ monetæ, & aliis prioritatibus, juribus, & juriſdictionibus, nobis, & noſtræ regiæ curiæ ratione ſupremi dominii ſpectantibus, & pertinentibus, & cum omnibus, & ſingulis juribus, juriſdictionibus, & prærogativis, ac proventibus omnibus pervenientibus, & perventuris ex juriſdictionibus prædictis,*

Ex originali in Archivo.

*ctis, ac cum mero, mixtoque imperio, & gladii poteſtate, quatuor litteris arbitrariis, & poteſtate componendi delicta, penaſque commutandi de corporali in pecuniarias, illaſque remittendi in toto, vel in parte ſatisfacto prius parti leſæ & integro ſtatu, ac etiam cum privilegio contra viduas, pupillos, orphanos, eccleſiaſticaſque, & miſerabiles perſonas derogando, prout expreſſe derogamus ex dicta noſtra certa ſcientia, & authoritate regia diſpoſitioni legis unicæ, & toti titulo cod. Quando Imperator, inter pupillos, & viduas, & privilegiis conceſſis miſerabilibus perſonis, damus, donamus, concedimus, & liberaliter elargimur, ita quod juriſdictio, & cognitio prædictarum cauſarum in dicta civitate ſancti Germani, & ejus caſalibus, villis, & caſtris intelligatur per nos conceſſa, atque donata prædicto Duci D. Franciſco Tuttavillæ pro ſua vita, & pro aliis duabus poſt eam ſucceſſive ſequendas, cum omnibus illis juribus, & juriſdictionibus, quæ per nos poſſidentur in dictis civitate caſalibus, villis, & caſtris, ita ut ex nunc in antea dictus D. Franciſcus Tuttavilla, & alii duo ſucceſſores ejus in gradu ſucceſſivo habeant, & exerceant, ac exerceri faciant per quoſcumque eorum officiales in dicta civitate, caſalibus, villis, & caſtris prædictis inter homines, & per homines illorum, habitanteſque, & habitaturos in eis dictas juriſdictiones in omnibus delictis commiſſis, & committendis in eis, & eorum territorio, exceptis tamen ſuper expreſſis, & non aliter, nec alio modo, ita quod in dictis cauſis civitatis prædictæ, & caſalium, villarum, & caſtrorum prædictorum eorum incolæ, & habitatores, & qui in futurum habitabunt in quibuſcumque cauſis, & pro quibuſvis criminibus exceptis tamen ſuper expreſſis, non poſſint, nec valeant aliquo futuro tempore, ullo pacto citari, denunciari, accuſari, ad judicem trahi, impeti, vexari, aut quomodolibet moleſtari, vel conveniri, civiliter, criminaliter, & ex officio curiæ, ſeu ad inſtantiam cujuſvis, etiam fiſci noſtri extra tribunal dictæ civitatis s. Germani præfati Ducis D. Franciſci Tuttavillæ, ejuſque hæredum, & ſucceſſorum ut ſupra, coram quovis judice ordinario, vel delegato, ſeu delegando ſub quacumque ſerie, vel verborum expreſſione, vel cum quavis clauſula derogatoria, etiam in noſtra magna curia Vicariæ, & coram gubernatoribus provinciarum, Juſtitiario, ſeu commiſſario, aut alio quocumque judice, ſed coram præfato Duce D. Franciſco Tuttavillæ, ejuſque heredibus, & ſucceſſoribus duobus, & eorum officialibus in dicta civitate S. Germani reſidentibus, & antedictis, & ſi forſan in dictis cauſis habitantes, & qui deinceps habitabunt in ea, & caſalibus, villis, & caſtris prædictis, eorumque territorio, & diſtrictu Citarj aut, quomodolibet conveniri alibi contingerit, ad ſolum præſentium oſtenſionem, vel earum authentici exempli remitti debeant, ipſis tamen comparentibus, & non aliter dicto Duci D. Franciſco Tuttavillæ, ejuſque duobus heredibus, ut ſupra, & eorum officialibus antedictis, & ſi forſan aliqui delinquentes ex dictis civitate S. Germani caſalibus Villis, & caſtris aufugerint, ſeu ſeſe abſentaverint, teneantur officiales noſtri, & utiles domini terrarum, ubi reperientur, illos ad omnem prædicti Ducis D. Franciſci Tuttavillæ, ſeu ejus duorum heredum, & ſucceſſorum prædictorum, & eorum officialium, & ipſius retenti requiſitionem, abſque aliqua contradictione remictere, & conſignare, declarantes, prout præſentium tenore declaramus, & mandamus, quod gratia annis proxime elapſis per nos eidem Duci D. Franciſco Tuttavillæ conceſſa, unius feudi, uſque ad valorem viginti millium ducatorum caſſa, irrita, inanis, & extincta remaneat, ac etiam quod pratium caſalis S. Marcellini eidem Duci D. Franciſco Tuttavillæ per nos conceſſi intelligatur ei ſolutum, & ſatisfactum perceptione hujus præſentis noſtræ conceſſionis, decernentes irritum, & inane quidquid in contrarium factum fuerit, & quomodolibet attentatum, itaquod ex nunc in antea dicta juriſdictio, & cognitio dictarum cauſarum cum officio prædicto magiſtri actorum in dicta civitate S. Germani, villis, caſtris, & caſalibus prædictis, eorumque pertinentiis, territorio, & diſtrictu, cum juribus, & juriſdictionibus ſupradictis, ac integro eorum ſtatu tranſeat, ſit, & eſſe debeat in utile dominium, & poſſeſſionem dicti Ducis D. Franciſci Tuttavillæ ejuſque duorum hæredum, & ſucceſſorum, ut ſupra ad habendum, poſſidendum, donandum, utendum fruendum, juriſdictioneſque prædictas exercendum, & exerceri faciendum, fructuſque, & proventus omnes illarum petendum, percipiendum, & habendum, vendendum, alienandum, legandum, donandum, permutandum, in ſolutum, & in dotem dandum, & aliter de dicta juriſdictione, & cognitione dictarum cauſarum in dicta civitate, & ejus caſalibus, villis, & caſtris cum integro ſtatu faciendum, & diſponendum tam inter vivos, quam in ultima voluntate noſtro regio aſſenſu reſervato, & quidquid de cetero dicto Duci D. Franciſco Tuttavillæ, ejuſque duobus heredibus, & ſucceſſoribus, ut ſupra placuerit, & melius viſum fuerit, prout de aliis rebus propriis, dummodo diviſio feudi non fiat, nec feudi natura mutetur. Inveſtientes propterea præfatum Ducem D. Franciſcum Tuttavillam, ejuſque duos heredes, & ſucceſſores, ut præfertur de dicta juriſdictione, & cognitione dictarum cauſarum in civitate S. Germani, caſalibus, villis & caſtris predictis, per preſentium expeditionem ut moris eſt. Quam inveſtituram, vim, robur, & efficaciam veræ, realis, & corporalis poſſeſſionis, & effectualis aſſecutionis ipſius gratiæ, volumus, & decernimus obtinere non obſtantibus quibuſcumque legibus, pragmaticis, ſanctionibus, capitulis, conſtitutionibus, & conſuetudinibus dicti regni & hiis præſertim, quæ bonorum patrimonialium noſtræ regiæ curiæ alienationes, & conceſſiones fieri prohibent, & aliis quibuſcumque in contrarium facientibus etiamſi talia eſſent, de quibus expreſſa de verbo ad verbum mentio fieri deberet, quibus omnibus, & ſingulis derogamus, & derogatum eſſe volumus, fidelitate tamen noſtra, feudali quoque ſervitio, ſeu adoha, noſtriſque aliis, & alterius cujuſvis juribus ſemper ſalvis, & reſervatis, volumuſque, ut intra annum a die Data præſentium computandum præſens noſtrum privilegium in quinterni-*

*nio-*

Digitized by Google

nionibus dicta noſtra regia camera Summariæ dicti regni regiſtretur, ut de præmiſſis omnibus, & ſingulis plena notitia habeatur, & ut præmiſſa, quem volumus ſortiantur effectum, illuſtribus vero, ſpectabilibus, nobilibus, magnificis, dilectis conſiliariis, & fidelibus noſtris Proregi, Locumtenenti, & Capitaneo generali noſtro magno Camerario, Prothonotario magiſtro Juſtitiario, eorumque locumtenentibus, ſacro noſtro conſilio caſtri Capuanæ Præſidentibus, & Rationalibus cameræ noſtræ Summariæ, Regenti, & Judicibus magnæ curiæ vicariæ, ſcribæ portionum, Theſaurario noſtro generali, advocatis quoque, & procuratoribus fiſcalibus, cæteriſque demum univerſis, & ſingulis officialibus, & ſubditis noſtris majoribus, & minoribus, quocumque nomine nuncupatis, titulo, officio, authoritate, & poteſtate fungentibus, tam præſentibus, quam futuris in eodem regno conſtitutis, & conſtituendis, dicimus, præcipimus, & jubemus, quatenus omnia, & ſingula deſuper contenta tenentes firmiter, & obſervantes, & ab aliis teneri, & inviolabiliter obſervari facientes, præfatum Ducem D. Franciſcum Tuttavillam, dictoſque duos hæredes ſuos, ut ſupra in poſſeſſionem juriſdictionis, & cognitionis dictarum cauſarum in dicta civitate S. Germani, caſalibus, villis, & caſtris prædictis poni, & immicti curent, poſitoſque & immiſſos, manuteneant, conſervent, & defendant contra cunctos, & quod in dicta juriſdictione dictarum cauſarum inter homines, & vaxallos dictæ civitatis, caſalium, villarum, & caſtrorum prædictorum, ac habitantes, & habitaturos in eiſdem, & eorum territorio, & diſtrictu per quoſcumque, nullatenus deinceps ſe intromittant, ſed remittantur ad dictum Ducem D. Franciſcum Tuttavilla, reſpectiveque ad dictos duos heredes, & ſucceſſores ſuos, & ad eorum officiales, ut prædicitur, omni dubio, difficultate, & alio quocumque impedimento ceſſantibus, contrarium nullatenus tentaturi, aut tentari permiſſuri ratione aliqua, ſive cauſa, quatenus officiales, & ſubditi noſtri prædicti gratiam noſtram caram habent, ac præter iræ, & indignationis noſtræ incurſum pœnam ducatorum mille noſtris inferendorum Ærariis cupiunt evitare. In cujus rei teſtimonium preſentes fieri juſſimus noſtro magno negotiorum præfatæ citerioris Siciliæ regni ſigillo impendenti munitas. Datum in oppido noſtro Madriti die ſexto menſis Aprilis, anno a nativitate Domini milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo nono, regnorum autem noſtrorum anno vigeſimo nono. Yo el Rey. V. Comes de Monte Rey, & pro Prothonotario, & magno Camerario. V. Salamanca Reg. V. D. Caimus Reg. V. Ramos Reg. V. D. Petrus Gregorius Reg. V. C. de Mora Conſiliarius. Dominus Rex mandavit mihi D. Inico Lopes de Carate, ſol. ducatos ducentos, & decem. Ruix; Ariquleta Taxator. In Privileg. Neapol. 24. fol. 281. Locus ✠ ſigilli pendentis. Hace V. Mag. merced al Maeſtro de Campo General D. Franceſco Tuttavilla Duque de Saſſon de la juriſdicion de las primeras, y ſegundas cauſas criminales de la ciudad do S. German en el reyno de Napoles con el Officio de Maiſtre d' Atta, y de las cauſas mixtas, y de las ſegundas civiles, en la forma, que pertenecen a V. Mag. concediendoſe las en feudo por ſu vida, y otras dos deſpues de la ſuya deſus herederos y ſucceſores en grado ſuceſivo. Conſultado. Cumque fidei, & virtutis ipſius illuſtris Dom. Franciſci majores in dies experiamur inſignia talibus namque obſequiis gratiarum ſibi conceſſarum a nobis incrementa pro merito non ceſſat, prout illud inſigne patratum facinus apud caſtrum vulgo de Leon in principatu noſtro Cattaloniæ noviſſime demonſtravit in cujus expugnatione virtus ſua bellica, animique martialis ardor ſic enituit, ut ipſum caſtrum obſeſſum ſtrenue aggreſſus, hoſtili effuſo cruore ditioni noſtræ, & dominio conſervavit illeſum, merito horum intuitu ipſi dictam juriſdictionem, omneſque gratias in præinſerto privilegio contentas in perpetuum, & in feudum pro ſe, ſuiſque heredibus, & ſucceſſoribus utriuſque ſexus ex ſuo corpore legitime deſcendentibus, ſecundum tamen inveſtituras, & conſtitutiones, capitula, & pragmaticas dicti regni noſtri Neapolitani cum titulo etiam, & honore Ducatus modo quo infra concedere decrevimus, tenore igitur præſentium ex certa ſcientia, regiaque authoritate noſtra deliberate, & conſulto, ac ex gratia ſpeciali maturaque ſacri noſtri ſupremi conſilii accedente deliberatione præfato illuſtri D. Franciſco Tuttavilla pro ſe, ſuiſque heredibus, & ſucceſſoribus utriuſque ſexus ex ſuo corpore legitime deſcendentibus ſecundum tamen inveſtituras, jura, conſtitutiones, & capitula regni prædicti Neapolis, & gratias per nos, prædeceſſoreſque noſtros fideliſſimæ civitati, & regno prædicto conceſſas in feudum, & ſub debito, & contingenti feudali ſervitio, ſive adoha taxanda per noſtram regiam cameram Summariæ prædictam juriſdictionem primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium in dicta civitate ſancti Germani ejuſque caſtris villis, & caſalibus, ac officium magiſtri actorum, & facultatem nominandi aſſeſſorem nec non juriſdictionem cauſarum mixtarum, & ſecundarum cauſarum civilium prout adhuc reperiuntur conceſſa in omnibus, & quibuſcumque vaxallis habitantibus, & habitaturis in eadem civitate, ejuſque caſtris, villis, & caſalibus, & in omnibus cauſis, & delictis commiſſis, & committendis, contractis, & contrahendis, perpetratis, & perpetrandis in eadem civitate, ac ejus territorio & diſtrictu per homines, & vaxallos illius habitanteſque, & habitaturos in eis, exceptis tamen criminibus læſæ majeſtatis, hæreſis, & falſæ monetæ, et cum aliis prioritatibus, juribus, et juriſdictionibus nobis, et noſtræ regiæ curiæ ratione ſupremi dominii ſpectantibus, et ſpectaturis, pertinentibus, et impoſterum pertenturis, prærogativis ac proventibus omnibus perventuris, ex juriſdictionibus prædictis, ac cum mero, et mixto imperio, et gladii poteſtate, quatuor litteris arbitrariis, quarum prima incipit: de juris cenſura, ſecunda: Exercere volentes, tertia; Ne tuorum. Quarta proviſa juris ſanctio, et cum poteſtate componendi delicta, pœnaſque commutandi de corporali in pecuniarias, illaſque remittendi in

toto

Digitized by Google

toto, vel in parte, ſatisfacto prius parti leſa, et integro ſtatu, ac etiam cum privilegio contra viduas, pupillos, orphanos, eccleſiaſticas, ac quaſvis miſerabiles perſonas, derogando, prout expreſſe derogamus, ex dicta noſtra ſcientia et authoritate regia diſpoſitioni legis unica et tot. tit. cod. quando Imperator inter pupillos, et viduas, et privilegiis conceſſis miſerabilibus perſonis, damus, donamus, concedimus, et liberaliter elargimur ita quod juriſdictio, et cognitio pradictarum cauſarum in dicta civitate ſancti Germani, et ejus caſtris, villis, et caſalibus intelligatur, et ſit per nos conceſſa, atque donata pradicto Duci Dom. Franciſco Tuttavilla in perpetuum, & in feudum pro ſe, ſuiſque haredibus, & ſucceſſoribus, cum omnibus illis juribus, & juriſdictionibus, ut ſupra eodem met modo, & forma, quibus per nos ipſi ad vitam ſuam, & alias duas ſucceſſive ſequendas virtute prainſerti privilegii conceſſa reperitur, ita ut ex nunc in antea dictus Dux D. Franciſcus Tuttavilla, ſuique heredes, & ſucceſſores utriuſque ſexus ex ſuo corpore legitime deſcendentes, ut ſupra habeant, teneant, & exerceant, ac exerceri faciant per quoſcumque eorum officiales in dicta civitate ſancti Germani ejuſque caſtris villis, & caſalibus inter homines, & per homines illius, habitanteſque, & habitaturos in eis dictas juriſdictiones in omnibus delictis commiſſis, & committendis in ea, & ejus territorio, exceptis tamen ſupra expreſſis, & non aliter, nec alio modo, ita quod in dictis cauſis civitatis ſancti Germani, ejus incola, habitatores, & impoſterum habitaturi in quibuſcumque cauſis, & pro quibuſcumque criminibus, exceptis tamen ſupra expreſſis, nullo futuro tempore poſſint, aut valeant ullo pacto citari, denunciari, accuſari, ad judicium trahi, impeti, vexari aut quomodolibet conveniri, vel moleſtari, civiliter, criminaliter, & ex officio curia ſeu ad inſtantiam cujuſvis etiam, & fiſci noſtri extra curiam dicta civitatis ſancti Germani prafati Ducis D. Franciſci Tuttavilla, ejuſque heredum, & ſucceſſorum pradictorum coram quovis judice ordinario, vel delegato, ſeu delegando, ſub quacumque ſerie, vel verborum expreſſione, vel ſub quavis cauſa derogatoria, etiam in noſtra magna curia Vicaria, & coram Gubernatoribus, Provinciarum juſtitiario, ſeu alio quocumque judice, ſed coram prafato Duce D. Franciſco Tuttavilla, ſuiſque heredibus, & ſucceſſoribus, & eorum officialibus in dicta civitate reſidentibus, & antedictis, & ſi forſan in dictis cauſis habitantes, & habitaturi deinceps in dicta civitate, ejus territorio, & diſtrictu citari, aut quomodolibet conveniri alibi contingerit ad ſolam praſentium oſtenſionem, vel earum authentici exempli remitti debeant; ipſis tamen comparentibus, & non aliter dicto Duci D. Franciſco Tuttavilla, ſuiſque haredibus, & ſucceſſoribus, ut ſupra, & eorum officialibus antedictis, & ſi forſan aliqui delinquentes ex dicta civitate S. Germani aufugerint, ſeu ſe abſentaverint, teneantur officiales noſtri, et utiles Domini terrarum, ubi reperientur, illos ad omnem dicti Ducis D. Franciſci Tuttavilla, ſeu ejus haredum, & ſucceſſorum, & eorum officialium, & ipſius retenti requiſitionem, abſque aliqua contradictione remittere, & conſignare, declarantes, prout praſentium tenore declaramus, quod gratia annis elapſis per nos eidem D. Franciſco Tuttavilla conceſſa unius feudi in ipſo regno uſque ad valorem viginti millium ducatorum caſſa, irrita, & extincta remaneat, & pratium caſalis S. Marcellini intelligatur ſatisfactum eidem, hujuſmodi noſtra conceſſione decernentes irritum, & inane quidquid in contrarium factum fuerit, aut quomodolibet attentatum, & ad majoris gratia cumulum titulum Ducatus, quod ipſi adhuc per nos reperitur conceſſum ſuper terram Saſſonis in dicto regno in dictam civitatem, & terram S. Germani transferre dignatiſumus. Caſſantes igitur, extinguentes, & annullantes titulum Ducatus, quo hactenus terra Saſſonis condecorata extitit, pradictam civitatem, & terram S. Germani in Ducatus titulum, & honorem erigimus, & extollimus, ac ipſum illuſtrem D. Franciſcum Tuttavillam Ducem pradicta civitatis, & terra, ſuoſque heredes, & ſucceſſores prafatos in dicta juriſdictione, ordine ſucceſſivo Duces ejuſdem terra dicimus, & nominamus, ac facimus, conſtituimus, & creamus, cum eiſdem anterioritatibus, pralationibus, & prarogativis, quibus ipſum Ducatus titulum ſuper dicta terra Saſſonis habuit, tenuit, & eſt potitus, ab aliiſque in omnibus, & quibuſcumque actis, & ſcripturis dici, & nominari volumus, et perpetuo reputari, decernentes, & volentes, ut deinceps dictus illuſtris D. Franciſcus Tuttavilla, ejuſque haredes, & ſucceſſores ordine ſucceſſivo omnibus, & ſingulis gratiis, privilegiis, prarogativis, juribus, dignitatibus, favoribus, immunitatibus, & exemptionibns uti, frui, & gaudere poſſit, & poſſint, valeat, et valeant, quibus hujuſmodi dignitate decorati potiti ſunt, ſeu quomodolibet potiuntur, et gaudent, potirique, et gaudere poſſunt, conſuetudine, vel de jure, ac prout ipſe illuſtris D. Franciſcus Tuttavilla eiſdem ſuper dictam terram Saſſonis potitus eſt, et gaviſus, ita ut in parlamentis, et aggregationibus titulatorum, et Baronum dicti regni, aut aliorum per nos, aut ſucceſſores noſtros, et Proregem in dicto regno pro tempore exiſtentem facientis eum, et eos tamquam Duces dicta civitatis Sancti Germani tractari, vocari, et honorari debeant, et a nobis, et ipſis ſuam dignitatem, gradum, et locum prout ſolitum eſt, obſervari, ſtatuentes, et expreſſe declarantes, quod praſentis tituli, conceſſionis, et translationis privilegium ſit, et eſſe debeat eidem illuſtri D. Franciſco Tuttavilla, ejuſque heredibus, et ſucceſſoribus pradictis omni futuro tempore ſtabile, reale, validum, atque firmum, nullumque in judiciis, aut extra ſentiat impugnationis objectum, defectus, incommodum, aut nova cujuslibet alterius detrimentum, ſed in ſuo ſemper robore, & firmitate perſiſtat, ita quod ex nunc in antea dicta juriſdictio, & cognitio dictarum cauſarum criminalium, civilium, & mixtarum cum officiis magiſtri actorum, & aſſeſſoris in civitate S. Germani, ejuſque territorio, et pertinentiis, caſtris, villis, & caſalibus, juribus, & juriſdictionibus ſupradictis ex integro eorum ſtatu, tranſeat, ſit, et eſſe debeat in utile dominium



Digitized by Google

*minium , et poſſeſſionem dicti Ducis D. Franciſci Tuttavilla, ejuſque haredum, & ſucceſſorum ſupradictorum ad habendum, poſſidendum, donandum, utendum, fruendum, juriſdictioneſque prafatas exercendum, & exerceri faciendum, fructuſque, & proventus omnes illarum, petendum percipiendum, vendendum, alienandum, legandum, donandum, permutandum in ſolidum, & in dotem dandum, & aliter de juriſdictione & cognitione dictarum cauſarum in ipſa civitate S. Germani, cum integro ſtatu faciendum, & diſponendum tam inter vivos quam in ultima voluntate noſtro regio aſſenſu reſervato, & quidquid de cetero dicto Duci D. Franciſco Tuttavilla, ejuſque heredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum ut ſupra placuerit, & melius viſum fuerit, prout de aliis eorum rebus propriis, dummodo diviſio feudi non fiat, neque feudi natura in aliquo mutetur. Inveſtientes propterea prafatum Ducem D. Franciſcum Tuttavillam ejuſque haredes, & ſucceſſores, ut prafertur, de dicta juriſdictione, & cognitione dictarum cauſarum in dicta civitate Sancti Germani, ejuſque caſtris, villis, & caſalibus cum dicto titulo Ducatus per praſentium expeditionem, ut moris eſt, quam inveſtituram, vim robur, & efficaciam vera, realis, & corporalis poſſeſſionis, & effectualis aſſecurationis ipſius volumus, & decernimus obtinere, non obſtantibus quibuſcumque legibus, pragmaticis, ſanctionibus, capitulis, conſtitutionibus, & conſuetudinibus dicti regni & his praſertim, qua bonorum patrimonialium noſtra regia curia alienationes, & conceſſiones fieri prohibent, & aliis quibuſcumque in contrarium facientibus, etiam ſi talia eſſent de quibus expreſſa de verbo, ad verbum mentio fieri debeat, quibus omnibus, & ſingulis hoc in caſu derogamus, & derogatum eſſe volumus in ceteris in ſuis robore & firmitate permanſuris, fidelitate tamen noſtra, feudali quoque ſervitio, ſive adoha, noſtriſque aliis, & alterius cujuſvis juribus ſemper ſalvis, & reſervatis, volumus, quod infra annum a die data praſentium computandum praſens noſtrum privilegium in quinternionibus noſtra regia camera Summaria dicti regni regiſtretur, ut de pramiſſis omnibus, & ſingulis plana notitia habeatur, illuſtribus propterea, ſpectabilibus, nobilibus, magnificis dilectis Conſiliariis, & fidelibus noſtris Pro regi, locumtenenti, & Capitaneo generali noſtro, magno Camerario, prothonotario, magiſtro Juſtitiario, eorumque locumtenentibus, ſacro noſtro Conſ. caſtri Capuana, praſidentibus, & rationabilibus camera noſtra Summaria, Regenti, & judicibus M. C. V. ſcriba portionum, Theſaurario noſtro generali, advocatis quoque. & procuratoribus fiſcalibus, & praſertim principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & Baronibus pradicti noſtri citerioris Sicilia regni, ceteriſque demum univerſis, & ſingulis officialibus, & ſubditis noſtris majoribus, & minoribus, quocumque nomine nuncupatis, titulo, officio, authoritate, & poteſtate fungentibus, praſentibus, futuris, tam pradicti noſtri citerioris Sicilia regni, quam cujuſlibet alterius ditionis noſtra dicimus, & ſtricte pracipiendo mandamus, quatenus omnia, & ſingula deſuper contenta tenentes firmiter, & obſervantes, & ab aliis teneri, & inviolabiliter obſervari facientes, prafatum Ducem D. Franciſcum Tuttavillam, ejuſque heredes, & ſucceſſores, ut ſupra in poſſeſſione juriſdictionis, & cognitionis dictarum cauſarum in civitate S. Germani, caſalibus, villis, & caſtris pradictis poni, & immitti curent, poſitoſque, & immiſſos manuteneant, conſervent, & defendant, & quod in dicta juriſdictione, & cognitione dictarum cauſarum inter homines, & vaſſallos dicta civitatis S. Germani, habitanteſque, & habitaturos in ea, & ejus territorio per quoſcumque nullatenus deinceps ſe intromittat, ſed remittantur ad dictum Ducem D. Franciſcum Tuttavillam, ejuſque haredes, & ſucceſſores, & eorum officiales, omni dubio, difficultate, & impedimento ceſſantibus, contrarium nullatenus tentaturi ratione aliqua, ſive cauſa, quatenus officiales, & ſubditi noſtri pradicti gratiam noſtram caram habent, & prater ira, & indignationis noſtra incurſum pœnam ducatorum mille noſtris inferendorum Erariis cupiunt evitare. In cujus rei teſtimonium praſentes fieri juſſimus noſtro magno negotiorum prafati citerioris Sicilia regni ſigillo impendenti munitas. Datum in oppido Madriti die vigeſimo ſexto menſis Auguſti anno a nativitate domini milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo, regnorum autem noſtrorum anno trigeſimo, Yo el Rey. Vid. Comes de Monterey, & pro prothonotario, & magno Camerario. Vid. Salamanca Rſ. Vid. Ramos Rſ. Vid. D. Petrus Gregorius Rſ. Vid. Comes de Mora Conſiliarius. Vid. Sobremonte. Vid. Brandolinus Rſ. Vid. Feleoaga Conſiliarius. Dominus Rex mandavit mihi D. Indico Lopez. De Carate &c. ſolvit ducatos ducentos triginta quatuor, Moreno de los Rios pro Taxatore in privilegiorum Neap. 26. fol. 131. Vid. Md. concede al Maſtro de campo general D. Franceſco Tuttavilla para ſi, y ſus herederos, y ſucceſſores en perpetuo, y en Feudo de la juriſdicion de la primeras, y ſegundas cauſas criminales, de la ciudad de Sant' German, en el reyno de Naples, con el oficio de Mre. d' Atta, y el de Aſſeſſor, y de las cauſas mixtas, y de las ſecundas civiles, quale eſtavan concedidas por ſu vidas, y otras dos con el titulo de Duque que tenie ſobre la tierra de Saſſon quedando extinto ſobre la dicha Tierra. Conſultado. Et quia vigore hujus primi prainſerti Realis privilegii expediti ſub die ſexto Aprilis 1649. fuit per nos, & regium collaterale conſilium interpoſitum decretum tenoris ſequentis. Vid. ſuper regio Exequatur petito pro parte D. Franciſci Tuttavilla in privilegio eidem conceſſo per ſuam captolicam Majeſtatem juriſdictionis primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium, cauſarum mixtarum, & ſecundarum cauſarum civilium cum officio magiſtri actorum, & dicto privilegio expedito ſub die 6. Aprilis 1649. die 17. Menſis Decembris 1649. Facta de pradictis relatione S. E. in regeſto collaterali conſilio per ſpectabilem Regentem Didacum Bernardum de Zuſia regium collateralem conſiliarium, & cauſa commiſſarium illuſtriſſimus, & excellentiſſimus Domnus Vicerex locumtenens, & capitaneus generali providet, decernit, atque*

Decretum regii Collateralis conſilii pro cauſis mixtis, & ſecundis civilibus.

Ex originali in Archivo.

*quæ mandat, quod exequatur præfatum privilegium ſuæ catholicæ Majeſtatis juxta ipſius ſeriem, continentiam, & tenorem in beneficium prædicti D. Franciſci Tuttavillæ, & in omnibus, quæ ad dictam cattholicam Majeſtatem ſpectant, exceptis his de quibus pendet lis in regia camera Summariæ, in quibus liceat, & licitum ſit prædicto D. Franciſco vigore prædicti privilegii exercere, & proſequi jura regii fiſci donec aliter per regiam cameram fuerit proviſum &c. hoc ſuum &c. Zuſia, Rſ. Caſanata Rſ. Caracciolus Q. Garcia Rſ. Januarius. Anaſtaſius Rſ. a mandatis Scriba. Supplicatum propterea nobis humiliter extitit pro parte ſupradicti Illuſtris Ducis D. Franciſci Tuttavillæ quatenus pro præmiſſorum executione dicti præinſerti regii privilegii ſibi exequtoriales litteras expedire facere benignius dignaremur. Nos itaque volentes, ut tenemur, regiis obedire mandatis, dicimus, præcipimus, & mandamus omnibus ſupradictis officialibus, & tribunalibus, & cuilibet ipſorum in ſolidum, quatenus ſervata forma, & tenore dicti præinſerti regii privilegii, & decreti prædicti, illam, & illum præfato D. Franciſco Tuttavillæ obſervent, & exequantur, ac exequi, & obſervari faciant per quos decet, juxta eorum formam continentiam, & tenorem, omni dubio, & difficultate ceſſantibus, & contrarium non faciant pro quanto præfatæ Majeſtatis gratiam caram habent, ac pœnam in præinſerto regio privilegio expoſitam cupiunt evitare, volumus etiam quod infra annum a die Datæ dicti præinſerti regii privilegii regiſtrandi in quinternionibus regiæ cameræ ſummariæ, ut plana notitia habeatur; in quorum fidem has preſentes fieri fecimus magno præfatæ Majeſtatis ſigillo pendenti munitas. Datum in regio palatio Neapolis die duodecimo menſis Auguſti milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo primo. El Conde de Villa Mediana. Vid. Zuſia Rſ. Vid. Caracciolus Rſ. Vid. Capicius latro Rſ. Vid. Garcia Rſ. ſolvat tt. duos. Cavarretta pro Taxatione in privil. 16. fol. 108. Exequutorio de real privilegio per lo quale S. Maeſtà concede all' illuſtre Maſtro di campo generale D. Franceſco Tuttavilla, ſuoi eredi, & ſucceſſori in perpetuum, & in feudum, la giuriſdittione di prime, e ſeconde cauſe criminali con l' officio di maſtro d' atti, & l' aſſeſſore, & delle cauſe miſte, & delle ſeconde civili, che li ſtavano conceſſe per ſua vita & due altre con il titolo di Duca, che teneva ſopra la terra di Sapon reſtando eſtinto ſopra detta terra con l' inſertione anco del decreto interpoſto p. V. E. & Ro. Collaterale conſeglio in forma Re. Cancellariæ, illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Signore Il Maſtro di campo D. Franceſco Tuttavilla ſupplicando dice a V. E. come have ottenuto da S. M. reale privilegio, per lo quale li concede tanto ad eſſo quanto à ſuoi heredi, & ſucceſſori in perpetuum, & in feudo la giuriſdittione di prime, & ſeconde cauſe criminali della città di S. Germano, con l' officio di Mro. d' atta, & d' aſſeſſore, e delle cauſe miſte, & delle ſeconde civili, che le ſtavano conceſſe per ſua vita, & due altre con il titulo di Duca, che teneva ſopra detta terra di Sapon, & avendo V. E. per collaterale eſecutioriato detto real privilegio in tempore, & per diſguito della parte non ha quello regiſtrato, & ſigillato, & ſi recuſa per l' officiale di regiſtro, & ſigillo di cancellaria quello regiſtrare, & ſigillare, però ſupplica V. E. reſti ſervita dar ordine, che detto regio privilegio di Exequatur ſi regiſtri, & ſigilli, non obſtante, che ſia paſſato il tempo, etiam nelli quinternioni della regia camera, e lo riceverà à gratia, ut Deus &c. Regiſtretur, & ſigilletur, elapſo tempore non obſtante, etiam in Quinternionibus regiæ cameræ Summariæ, Zuſia Rſ. Proviſum per S. E. Neapoli die 3. Novembris 1651. Anaſtaſius.*

Abbas Caſſinenſis ſemper ditionis ſuę Dominus.

Cum hoc privilegium, inſciis Caſſinatibus, executioni fuiſſet demandatum, ubi id reſcivere, petierunt a Prorege, ne memoratum privilegium in quaternionibus cameræ regiſtraretur, reclamando, quatenus opus eſſet, ab illo *Exequatur*, cum eo in privilegio Ducatus titulus ſupra S. Germani urbem conſtituatur, gravi cœnobii Caſſinenſis dedecore, & damno. Cauſa Regenti Zuſiæ commiſſa eſt, atque in regio collaterali conſilio examinanda erat conſcio regio fiſco, additiſque pro judicibus cameræ regiæ Summariæ locumtenente, Jacobo Galeota Præſidente cameræ, atque conſiliariis Soto, & Marciano. Porro univerſa hac noſtra diſſertatione oſtendimus, nedum cœnobium Caſſinenſe per plura jam ſecula habuiſſe in urbe S. Germani, ditioneque Caſſinenſi juriſdictionem mixtam, civilem, criminalem, aliaſque plures, verum ſupremum ipſum dominium, atque Caroli Andegavenſis voluntate juriſdictionem tantum criminalem amiſiſſe. Creaſſe prothonotarium, notarios, judices ad contractus, comites ſtabuli. Ut ditionis ſuæ dominum ſemper quidem Abbatem Caſſinenſem cognovere regni Neapolitani reges, proreges, regium Collaterale conſilium, Sacrum conſilium, regia camera Summariæ, magna curia Vicariæ, ad regni comitia, ut Baro eſt vocatus, atque ex paulo ante citata conſultatione regiæ cameræ conſtat, nunc poſſeſſum a cœnobio noſtro fuiſſe juriſdictionem ſecundarum, civilium, & mixtarum cauſarum, ideoque conceſſum fuiſſe *Exequatur* privilegiis a Philippo rege Franciſco Tuttavillæ: *In omnibus, quæ ad dictam catholicam Majeſtatem ſpectant exceptis iis de quibus pendet lis in regia camera Summariæ*. Non poterat itaque rex civitatem, ditionemque Caſſinenſem D. Franciſco Tuttavillæ concedere, cujus ipſe dominus haud erat. Hæc aliaque rationum momenta eruditiſſime, diſertiſſimeque a patronis cœnobii noſtri Scipione de Martino, & Carolo Antonio Moccia doctiſſimis Juris Conſultis allatæ ſunt in ſuis allocutionibus, in quibus hæc præ aliis leguntur: *Quod autem talis conceſſio uti contra jus fieri non poſſit, patet ex eo quia, cum ex ſupradictis monaſterium habeat juriſdictionem civilem primarum, & ſecundarum cauſarum, & mixtarum in civitate Sancti Germani, & caſtris coadjacentibus, idcirco utile dominium eſt abſolute monaſterii, & ſolus Reverendiſſimus Abbas eſt verus dominus, & Baro civitatis prædictæ & caſtrorum, & ſucceſſive alteri titulus ſuper dicta civitate concedi non poteſt, eſt enim axioma indubitatum, quod ille, cui fuit conceſſum feudum ac in*

ipſo

Digitized by Google

*ipſo civilem habet juriſdictionem eſt verus Baro, & utilis dominus, & ille qui forſan in dicto feudo criminalem habet juriſdictionem ei in feudum conceſſam, nullum prætendere poteſt dominii jus in ipſo territorio, ſed tantum dicetur regis delegatus in cauſis ipſis criminalibus perſonarum cum dicta criminalis juriſdictio ſic in feudum conceſſa territorio non cohereat, ut poſt Butricar l. 1. ff. de Offic. Præf. Prætor tradit Affl. in cap. 1. 4. col qualit. Vaſſall. jur. deb. & hinc eſt, quod juriſdictionem criminalem habens cognoſcit de delictis in quovis territorio commiſſis cum ſua juriſdictio territorio non terminetur, & quod civilem habens juriſdictionem dicatur dominus terræ, habens vero criminalem non terræ, ſed ipſius criminalis dominus dici poſſit, & debeat. Tradit Freccia de Subfeud. lib. 2. authorit. 2. a num. 20., ubi ſub num. 21. refert, Regem Alphonſum Aragoneum declaraſſe verum dominum terræ habentem juriſdictionem civilem, & ideo declaravit cum ſuorum ſapientum conſilio illi aſſecurationis juramentum preſtandum eſſe, quam determinationem feciſſe (refert Frecc. ibidem) de anno* 1443. *ad favorem Abbatis S. Joannis Baptiſtæ in Lamis civilem juriſdictionem habentis in terra Sancti Joannis Rotundi ipſo Sereniſſimo rege habente juriſdictionem criminalem, idemque tradunt: Caput. de Regim. Reipubl. in proem. num.* 50. *Borrell. de Regum poteſtate cap. 2. num. 33., & in ſumma deciſ. tit. 41. num. 81. Apicell. Alleg. 23. num. 12. Reg. Sanfelic. deciſ. 322. nu. 11. Rege. de Ponte de Poteſt. Pro reg. tit. 10. de diverſ. proviſ. §. de donat. nu. 14. & 15. Novar. de gravam. Vaſſall. grav. 125. nu. 2. Reg. Tapp. deciſ. 21. nu. 11. mart. vot. 186. & 221. nu. 11. Camill. de curte in diverſ. Feud. cap. licet, nu. 6., & quod Baro in civilibus ſit, & dici debeat territorii dominus, non vero habens criminalem juriſdictionem docent etiam Anna ſingul. 368., & allegat. 52. nu. 68. Balzar de feud. lib. 2. ſi de feud. defun. §. omnes, nu. 16. Reg. Sanfelic. deciſ. 322. num. 11. Capiblanc. de Baronibus pragm. 1. nu. 64. Taſſonus ſuper pragmat. de anteſat. verſ. 3. obſer. 3. nu. 179. Thoro in compen. deciſ. p. 1. verb. Dominus Terræ, Ramonius conſ. 55. nu. 10. Fontanella de Pactis nupt. to. 2. clauſol. 4. Gloſ. 10. nu. 69. p. 2., & clauſ. 5. Gloſ. 4. nu. 35. Cancer lib. 2. var. tit. de Juriſdict. omn. Jud. nu. 317. Sane vero, qui juriſdictionem civilem habet, feudi Baronem eſſe comitem, Marchionem, Ducem, Principem, etiamſi alterius ſit criminalis juriſdictio, atque huic utilis domini, & Baronis titulum, quum juriſdictio civilis eſt penes alium, nec a rege concedi poſſe abſque injuria, decretum jam fuit, & ſancitum a regio Neapolitano conſilio in ſententia quam tulit pro Barii Priore civilis juriſdictionis oppidi Rutiliani utili domino contra Antonium Filomarino, qui in eodem oppido criminalem habebat juriſdictionem, & a conſilio itidem Panormitano, quum inter Abbatem S. Placidi, & civitatem S. Luciæ hac de re lis eſſet. Id in cauſa fuiſſe creditum eſt, ut quoties Neapolitani Proreges vel ad inviſendum Caſſinenſe aſceterium, vel alio conſilio ad urbem S. Germani venerunt, toties obviam iverit illis Caſſinenſis Abbas, numquam vero capit.* *juriſdictionis crim. & ſi votis omnibus id poſtularet.*

Validiſſimis hiſce rationibus fultum cœnobium Caſſinenſe publicis ſcripturis proteſtationem edebat quoties D. Franciſcus Tuttavilla Ducem ſe S. Germani inſcriberet. Imo hac pendente lite Comes de Ognatte Prorex An. 1652. die 21. Februarii per ſchædulam D. Vincentio Tuttavillæ D. Franciſci procuratori juſſit, ne titulum Ducis Sancti Germani uſurparet, quouſque lis decerneretur. Cauſatus Vincentius eſt ab ipſo Prorege privilegium illud executioni demandatum, in quo hic titulus concedebatur, quibus Prorex reſpondit, non ſatis cum ſubſcriberet ad id reflectiſſe, ſecus haud conceſſiſſet *Exequatur*. Quid ea in cauſa evenerit, hac epiſtola conſtat, quæ a Prorege, & collaterali conſilio ad Philippum quartum regem eſt miſſa. *Sacra R. C. Majeſtas ſotto la Data delli 17. Settembre dell' anno paſſato, con ſua real lettera mi commanda V. M., che io doveſſi dar ordine alla regia camera della Summaria, che con ogni brevità doveſſe terminare la lite, che in quel tribunale ſta in piedi fra il monaſterio di monte Caſino con il regio fiſco, & il maeſtro di campo generale D. Franceſco Tuttavilla Duca di S. Germano ſopra di vedere à chi ſpetta la cognitione delle ſeconde cauſe civili, & miſte di quella città, ſuoi caſali, e caſtelli, & che avanti di publicarſi la ſentenza ſi doveſſe alla Maeſtà Voſtra inviare li voti delli giudici di detto tribunale, che haveriano votato in queſta cauſa con le ragioni, e motivi, che l' hanno moſſo a detto lor voto, ſenza entrare nella diſcuſſione del punto, che anco ſi controverte dal monaſterio ſopra del titolo di Duca conceſſo dalla Maeſtà voſtra ſopra detta città al medeſimo D. Franceſco Tuttavilla, del che ſimilmente doveſſi avviſarli il ſtato, che tiene, in eſecutione del quale ho dato gl' ordini neceſſarii alla regia camera della Summaria, affinchè con ogni brevità proceda alla ſpeditione di queſta cauſa, & che prima di publicar la ſentenza mi mandi li voti delli miniſtri, che giudicaranno in eſſa con le ragioni, che l' hanno moſſo a darli per poſſerli poi rimettere alla Maeſtà Voſtra conforme in detta regia lettera mi commanda, & per quel che tocca el titolo di Duca devo riferir a Voſtra Maeſtà, che al tempo che il detto D. Franceſco Tuttavilla preſentò il ſuo regio privilegio non ſi reparò, ne diſcuſſero le ragioni, che teneva ſopra di eſſo il monaſterio di monte Caſino, che però ſe li diede l'* Exequatur *in forma, & eſſendo di poi il detto monaſterio comparſo avanti di me, allegando non doverſi ammettere detto titolo in ſuo pregiudicio, mentre eſſo monaſterio era il Barone di detta città come Padrone del civile, e come tale aveva accodito ſempre con varie dimoſtrationi al ſervitio della Maeſtà voſtra, non potei laſciare di rimetterlo al Collaterale, perchè in eſſo ſi vedeſſe di giuſtitia, ove eſſendoſi compilato il proceſſo, e ſtando gia per ſpedirſi la cauſa ſi è ſopraſeduto in virtù della ſudetta real lettera di Voſtra Maeſtà preſentatami per parte del detto D. Franceſco Tuttavilla due giorni avanti della giornata aſſegnata per la eſpeditione di eſſa, che è quanto poſſo riferire alla Maeſtà Voſtra in eſecutione delli ſuoi reali ordini, affinchè informata del tutto*

Acta a Caſſinatibus pro ſua Juriſdictione tuenda.

Ex originali in Archivo.

*reſti ſervita commandarmi quelche maggiormente ſarà del ſuo real ſervitio, e noſtro Signore la Sagra R. Cattolica perſona di V. M. guardi, & eſalti col dominio di più ſtati, regni, e ſignorie, come da ſuoi fideliſſimi vaſſalli ſi deſſea. Napoli 27. di Giugno 1653. Di V. R. C. Maeſtà creato, & Vaſſallo, che ſue reali mani bagia. El Conde y de Villa Mediana. El Regente Diego Bernardo de Zuſia, El Regente Antonio Caracciolo. El Regente Ettorre Capecelatro Marcheſe del Torello. D. Girolamo Garcia Regente. El Duque de Canzano.* Cum itaque diſcutienda hæc cauſa eſſet in ſupremo Italiæ conſilio, ubi magni habebatur D. Franciſcus Tuttavilla caſtrorum Præfectus, Dominicus Abbas Caſſinenſis, ut jura cœnobii noſtri defenderet, injuriaſque nobis illatas deſcriberet, Madritum miſit Ludovicum Riarum Monachum Caſſinatem qui pro injuncto ſibi munere rem egregie geſſit; Hujuſcemodi tamen decretum prodiit.

Ex apographo in Archivo.

*En Madrid a veynte ocho de Julio de mil y ſeiſcientos, y cinquenta y quatro annos. Haviendoſe viſto en el conſeſo ſupremo de Italia la cauſa en tre el monaſterio de monte Caſin y el Mre. de campo general D. Franceſco Tutavila Sobre la inſtancia que el dicho monaſterio ha hecho de que ſe declare por nulla la mrd. hecha al dicho D. Franceſco Tutavila de averſe apojado el titulo de Duque, que ſe le dio ſobre la ciudad de Sant' German, no uſe del dicho titulo y ſe recoxa el deſpacho original poniendoſe perpetuo ſilentio, y oydoſe al Sor. fiſcal, y alos avogados de ambas partes los Senores regentes D. Gaſpar de Sobremonte, Thomas Brandolino, Ivan Baupta Canton, D. Aſcanio de Anſalon, y lo Senores D. Franceſco Salzado, y D. Baltaſar Velaſquez del conſeſo de hazienda aſociados en eſta cauſa, dixeron, que ſe eſperaſe el exito de pleito, que eſt à pendiente en la regia camera de la ſummaria de Napoles, y ſe ne renueben las ordenes para el deſpacho dello i que las partes lo procuren en termino de ſeis meſes aſsì lo accordaron, y Senalaron.* Ex quo conſtat luculentiſſime, male ducis titulum in urbe S. Germani ob juriſdictionem criminalem, quam ſolam abs dubio poſſidebat, uſurpaſſe D. Franciſcum Tuttavillam. Si enim hæc ſola ſatis fuiſſet, haud decreviſſent ſupremi judices, expectandam litis deciſionem, quæ in regia camera Summariæ pro ſecundis cauſis civilibus, & mixtis agitabatur, quibus exiſtimabant judices, ducatus titulum inhærere poſſe. Reclamavit ab hoc decreto cœnobium Caſſinenſe nihilque hanc cauſam commune cum mixti, & ſecundis civilibus cauſis habere oſtendit, juſſumque a rege Hiſpaniarum eſſe, ne quis titulum aliquem iis in locis haberet, quæ ſibi non ſubeſſent ac in regeſto regiæ cancellariæ non aſſeratur. Hinc alias a ſupremo conſilio deciſum hac de cauſa olim fuiſſe, & altero poſt interpoſitam appellationem decreto confirmatum, non licere Franciſco de Melo Marchionis titulum in Villam Tordelaguna, quæ ſibi non ſuberat habere, neque Franciſco Sierra in villa Alnendralejo, neque Comitem de linares dici Comitem villæ Gijon quamquam Rex hoſce titulos conceſſerat, & quod peculiare eſt, pro memorata villa Gijon, ejuſdem Juriſdictio ad ipſum tantummodo Regem ſpectabat, nil tamen hiſce rationibus profectum, atque memoratum decretum alio omnino ſimili confirmatum fuit. Ne vero quid Neapoli renovaretur, hæc a rege juſſa obtinuere Caſſinates. Foris. *All' Illuſtre Conte di Caſtrillo parente de mi, Conſil. de ſtato nueſtro Virrey, Lugartiniente y Capitan general en el nueſtro de Napoles, El Rey, Illuſtre Conte de Caſtrillo pariente de mi conſeſo de eſtato nueſtro Virrey Lugartiniente y Capitan general. Por parte de l' Abbad, y Mongos del monaſterio de monte Caſino sè me hà preſentado el memorial del tenor, que ſe ſigue. Senor. D. Antonio Salvo en nombre del' Abbad, y Monges del Sagrado real monaſterio de monte Caſino en el Reyno de Napoles, en el pleito, que tratan con el Governador de las armas de Badaſoz D. Franciſco Tuttavila Sobre el intitularſe Duque de S. German. Dize, que por V. Mag. los dios paſados ſe mandò, que para la determinacion de dicho pleyto, ſe aguarda ſe la determinacion de otro que eſta pendiente en la regia camera de la Summaria de Napoles à inſtancia del vueſtro abogado Fiſcal contra dicho monaſterio, ſobres las ſegundas cauſas civiles de dicha ciudad de S. German, que eſtà poſejendo mi parte, el qual pleyto oi ſe ſigue, por la contrario, y porque por parte del dicho Tuttavilla en dicha ciudad de Napoles, ſe van haziendo nuevas inſtancias tocantes al dicho pleyto del titulo en grave peryvicio de mi parte portodo lò qual ſupplico a V. Maeſtad ſe ſirva mandar al Virrey de Napoles, que haſta eſtar cumplidas las ordenes dadas por V. Magd. y acavado dicho pleyto en el Voſtro ſuppremo conſeſo de Italia, no ſe innove coſa alquna à inſtancia del dicho Tuttavilla declarando nullas y attentadas todas la inſtancias hechas por la contraria pues es juſticia, que pido con coſtas y para ello, &c. y haviendo viſto lo que eſto Religioſos repreſentan en el inſerto memorial, es mi voluntad que ay no ſe innove ni proceda mas adelante en la cauſa, que eſta pendiente à qui ſobre intitolarſe, ò no Duque de S. German D. Franciſco Tuttavila, en conformidad de mis ordenes, para lo qual dareys la orden, que convenga como os lo encargo, y mando, y me aviſareys del eſtado, en que ſe halla eſta cauſa, porque quiero tenerlo entendido. La preſente reſte al preſentante. Datt. Ampus a 22. de Abril de mil, ſeyſcientos, y cinquenta, y cinco annos. Yo el Rey. Vid. Sobrum. Rſ. Vid. Anſalone Rſ. Vid. Oca Rſ. Vid. Cſ. de Mora Conſil. Vid. Trelles Rſ. Carate Secretarius. Sol. carlenum unum. Zarate Taxator. In partium Neap. 23. fol. CCXIII. Locus ✠ ſigilli impreſſi. Al Virrey de Napoles. A iſtancia del monaſterio de monte Caſino, que no ſe innove, ni proceda en la cauſa ſobre intitularſe, o no. Duque de S. German D. Franceſco Tuttavila, y aviſe del ſtato, en que ſe halla. El Conſilio.*

Ex originali in Archivo.

Quo vero ſimul acervatimque omnes a rege Philippo IV. factæ D. Franciſco Tuttavillæ conceſſiones reperiantur haſces epiſtolas regia ſubnectimus. *El Rey. Illuſtre Conte de Caſtrillo pariente de mi, Conſ. de Eſtado nueſtro, Virrey lugartiniente, y Capitan general. Per privilegio firmato de mi real mano de veynte y ſeys de Agoſto dell' anno paſſado de mill ſeyſciento y cinquenta, hize mrd. al Duque D. Franceſco Tuttavilla, en conſideracion de ſus muchos y particola-*

Conceſſiones Franciſco Tuttavillæ factæ.

Ex originali in Archivo.

*ticolares ſervicios de concederle en feude, y en perpetuo par à ſi, y ſus herederos, y ſucceſſores la juriſdiccion de la ciudad de S. German, y ſus caſales, en eſſe Reyno con las primeras, y ſegundas cauſas criminales, y con los officios de Aſſeſſor, y maſtri d' Ata, y de las cauſas miſtas, de las ſegundas civiles què le eſtavan concedida por ſu vida, y otras dos y con el titolo de Duque que antes tenia, y haviendome ſupplicado a ora fueſſe ſervido de ampliarle eſta mrd., he tenido por bien por la miſmas conſideraciones, y atendiendo a las ſatisfacion, y valor, con que lo eſta continuando en al govierno de las armas de mi exercito de Valaſoz de Izazoczle mrd., como en virtud aa là preſſente ſe le haga de quies ſus ſobrinos hizos legitimo de Hermano le puedan ſucedir en eſta gracia, y mrd, y que el Duque in vida, ò en muerte, por qualquiere ſpecie do enagenacion o diſpoſicion pueda diſponer d' ella, y nombrar por ſu heredero à qualquiera de los hizos legitimos, que turbiere, y non teniendo los, à qualquiera de los Hermanos, ò ſobrinos, ò à otra, come ſea en grado ſuceſivo, y en eſta conformidad executareis eſta mi reſolucion, dando para ello la orden, que convenga, que tal es mi voluntad. La preſſente reſta al preſentante. Datt. en Madrid a' diez, y ſeys de Marzo de Mill, y ſeyſcientos, y cinquenta, y ſeis annos; Yo el Rey. Vid. Anſalone Rſ. Vid. Oca Rſ. Vid. Cſ. de Mora Conſiliarius, Vid. Trelles Rſ. Carate Secretar. ſolvat ducatos duos, ttos. duos, Moreno de los Rios pro Taxatore. In part. Neap. 24. fol. 162. Al Virrey de Napoles, haviſandola de la mrd que V. Mag. ha echo al Duque do Sant' German de ampliarle la succeſion de la juriſdiccion de la ciudad de S. German. Conſultado die 8. Auguſti 1661. Neapoli Ill. & excellentiſs. D. Vicerex locumtenens, & Capitaneus generalis providet, decernit, atque mandat, quod exequantur retroſcripta littera ſua Majeſtatis, juxta ipſarum ſeriem, continentiam, & tenorem, lapſu temporis non obſtante, hoc ſuum &c. Galeota Rſ. Muſcettola Rſ. Ulloa Rſ. Navarra Rſ. In litt. S. Majeſtatis fol. 49. Januarius Anaſtaſius Rſ. a Mtiſ. Scriba. Preſentata in regia camera Summaria die 18. Aprilis 1662. per illuſtriſs. D. Vincentium Tuttavillam Ducem Calabritti, & regiſtrata in Trum. fol. 104. Sergius. Illre. Conde de Penarande pariente Gentilombre de mi camara de mi conſſeyo de*

Ex originali in Archivo.

*eſtado Preſidente en elo de Indias mi Virrey, lugarteniente y Capitan general. Por cedula firmata de mi real mano en diez, y ſeys de Marzo del año paſſado del mil ſeiſcentos y cinquenta, y ſeys, tube por bien de hazer merced al Duque de Sant' German de que ſus ſobrinos hiſos legitimos de hermano le puedan ſucceder en la mrd., que le tengo hecha de la juriſdicion la ciudad de Sant' German, y ſus caſales, y que el Duque en vida, ò en muerte por qualequiera eſpecie de anazenacion, ò diſpoſicion pueda diſponer d' ella y nombrar por ſu heredero à qualquiera de ſus hermanos, ò ſobrinos, ò à otro como ſea en grado ſucceſivo, y porque à ora ſe me hà rappreſentato, por ſu parte, que non ha podido preſentar en eſſo reyno la dicha dentro del anno, en que tenia obligacion y ſupplicandome fueſſe ſervido de mandar, que ſo execute non obſtante el lapſo dell' anno, lo hà tenido por bien, y encargavos, y mandaros, como lo hago que preſentado ſeos con eſta cadilla cedula, proveays, y deys la orden que convenga, paraque lo execute y cumpla conforme a ſu ſerie, y tenor, no obſtante que le haja paſſado el anno, dentro del qual debia preſentarla conforme à mi ordenes las quales diſpenſo para en eſte caſo deſandola para en los demas en fuerza, y vigor, que tal es mi voluntad. La preſſente reſti al preſſentante. Datum ex Buenretiro a 23. de Mayo de mill ſeyſcientos, y uno. Yo el Rey. locus ✠ ſigilli. Vid. Sobremonte Rſ. Vid. Trelles Rſ. Vid. Bello Rſ. Vid. Cſ. de Mora Conſ. Vid. Anſalone Rſ. Vid. Oca Rſ. Carate ſecret. In part. Neap. 28. fol. 34. ſolt. carolen. unnm. Zarate Taxator. Al Virrey de Napoles, que ſe execute la cedula, en que V. Magd. hizo mrd. Al Duque de Sant' German de ampliare la ſucceſion de là juriſdicion de la ciudad de Sant' German no obſtante el lapſo del anno. El conſ. Die 8. Auguſti 1661. Neap. Illuſtriſs. & excelientiſs. D. Vicerex Locumt., & Capitaneus generalis providet, decernit, atque mandat, quod exequantur retroſcripta littera S. Majeſtatis juxta ipſarum ſeriem, & tenorem, hoc ſuum, &c. Galeota Rſ. Muſcettola Rſ. Navarra Rſ. Januarius de Anaſtaſio Rſ. à Mandatis Scriba. In litterarum S. Mtis. 4. fol. 91. Preſentata in regia camera Summaria die 18. menſis Aprilis 1662. per Illuſtrem D. Vincentium Tuttavillam Ducem Calabritti, & regiſtrata in q. nu. 115. f. 105. Sergius.*

Magiſtratus creati.

Dominicus Abbas die 10. Januarii an. 1650. judicem ſecundarum cauſarum in urbe S. Germani conſtituit U. J. D. Conſtantinum della Mara ex citato regeſto p. 63. a tergo. Die 17. Februarii gubernatorem S. Germani. U. J. D. Johannem Baptiſtam Paſcha Neapolitanum ex cit. regeſto p. 64. a tergo. Die 31. Maii capitaneum Sancti Petri Andream Piconio a Lucca ex citato regeſto p. 66. Die 28. Junii capitaneum Citrarii U. J. D. Franciſcum Antonium de Matthæis ex cit. reg. p. 69. a tergo. Die 3. Julii capitaneum S. Petri de Avellana Jo: Mariam de Vecchiis ea lege, ut magiſtratum iniret die 31. Maii 1651. ex cit. regeſto p. 70. Anno 1651. capitaneum Serræ Franciſcum Piſotto ex cit. reg. p. 73. a tergo. Die 14. Januarii Gubernatorem S. Germani U. J. D. Johannem Baptiſtam de Vecchiis ex cit. regeſto p. 76. Die 12. Januarii capitaneum Citrarii ex cit. regeſto p. 79. Die 3. Septembris capitaneum Serræ U. J. D. Vitum Antonium Longe a Vaſto Gerardo ex cit. reg. p. 83. Die 4. Septembris judicem ſecundarum cauſarum in oppido Citrarii U. J. D. Ridolfum Ferraro ex cit. reg. p. 85. Eodem anno Citrarii capitaneum ex cit. reg. p. 87. A. 1652. die 1. Januarii gubernatorem S. Germani U. J. D. Hieronymum Galaſſo ex cit. reg. p. 89. Die 11. Septembris capitaneum Serræ ex cit. reg. p. 92. Die 15. Julii gubernatorem S. Germani U. J. D. Felicem Tomeo, ea lege ut magiſtratum iniret poſt anteceſſoris abſceſſum ex cit. reg. p. 94. A. 1653. capitaneum Citrarii U. J. D. Conſtantinum della Marra ex cit. reg. p. 95. Die 7. Julii gubernatorem S. Germani U. J. D. Hieronymum Galaſſo ex cit. reg. p. 99. Die 15. Novembris capitaneum S. Petri dell' Avellana notarium Petrum Paulum Berrillo a Rocca Guillelma ex cit. reg. p. 100. & Serræ capitaneum ex cit. reg. p. 101. A. 1654. menſe Martio Carolus Abbas capitaneum Citrarii conſtituit U. J. D. Antonium Papa ex citato regeſto p. 111. Die 20. Junii capitaneum S. Petri



Digitized by Google

de Avellana Franciſcum Antonium Palumbo a Serra Monacheſca ex cit. reg. p. 111. a tergo. Die 15. Septembris Gubernatorem S. Germani U. J. D. Conſtantinum della Mara ex cit. reg. p. 116. Die 16. Novembris Gubernatorem S. Germani U. J. D. Joſeph Compagnone ex cit. reg. p. 119. Quo anno die 27. Auguſti Odoardus Vecchiarellus Auditor generalis R. C. Apoſtolicæ ſententiam illam, contra presbyteros Pediſmontis pro cœnobio Caſſinenſi promulgavit, quod primo hujuſce diſſertationis ſæculo integram edidimus.

Capitanei criminalis auſus cōpreſſi.

Caverat regium collaterale conſilium an. 1653. die 30. Junii, ne capitaneus juriſdictionis criminalis in urbe Sancti Germani in cauſis civilibus ſe immiſceret, & in iis, quæ ad vectigalia, *Exequatur* a rege editis, rationibus reddendis a telonneariis, capſariis, aliiſque urbis S. Germani, ejuſque oppidorum miniſtris pertinerent, cum hæc Gubernatori civilis juriſdictionis conveniant. Hiſce repoſuit Capitaneus mulctam a violatoribus regiarum pragmaticarum exigendam ſibi competere, hinc ſacrum Caſſinenſe cœnobium Proregem adiit quo proviſiones mox relatas obſervari juberet. Cauſa a Prorege commiſſa eſt Regenti Gaſpar de Soto, qui die 29. Julii decrevit, ut memoratæ proviſiones obſervarentur, qua de re aliæ expeditæ ſunt proviſiones die 15. Novembris, atque intimatæ capitaneo, qui ne muſſitare quidem amplius eſt auſus. At paulo poſt ejuſdem capitanei locumtenens Sindicos, alioſque oppidanos S. Eliæ citavit, ut ſibi exhiberent Taxam pro fiſcalibus, aliiſque muneribus ſolvendis ultimo impoſitam. Parere tamen oppidani renuerunt, cauſati, ſe eam exhibere non niſi Gubernatori civili obnoxios. Res itaque a cœnobio Caſſinenſi ad Regentem Soto delata eſt, qui die 5. Septembris 1654. ita decrevit: *Proviſiones prædicta cum effectu obſerventur juxta illarum ſeriem continentiam, & tenorem pro quarum obſervantia Magnificus Gubernator in criminalibus civitatis Sancti Germani non ſe intromittat in cauſis expreſſis, tam in dictis proviſionibus, quam in contenta in retroſcripto memoriali, alias in caſu inobſervantia deſtinabitur. Commiſſarius ejus propriis ſumptibus &c. hoc ſuum &c. De Soto Regenſ. Januarius de Amico Rſ. a Mandatis Scriba.* Expeditæ fuere proviſiones a regione collaterali die 7. Octobris.

Ex originali in Archivo.

Magiſtratus creati.

An. 1655. die 21. Februarii Carolus Abbas capitaneum Serræ creavit Sebaſtianum Seccia ab Averſa ex cit. reg. p. 120. judicem ſecundarum cauſarum in ditione Caſſinenſi U. J. D. Johannem Antonium Capograſſo ex cit. reg. p. 120. a tergo. Die 4. Aprilis capitaneum Serræ ex cit. reg. p. 122. Die 21. Novembris ejuſdem oppidi capitaneum U. J. D. Gherardum Capicium Apranum ex cit. regeſto p. 129. Die 22. Novembris judicem ſecundarum cauſarum in oppido Citrarii ex cit. regeſto p. 130. Eodemque menſe Gubernatorem Sancti Germani U. J. D. Hieronymum Galaſſo ex cit. reg. p. 131. A. 1656. Gubernatorem ejuſdem Urbis U. J. D. Johannem Angelum Rogano Cajetanum ex cit. reg. p. 133. a tergo, & capitaneum Citrarii N. menſe Aprilis ex cit. reg. p. 136. Eodemque menſe capitaneum S. Petri Horatium Mella Atinatem ex cit. reg. p. 137. A. 1657. Die 16. Aprilis Angelus Abbas Gubernatorem S. Germani conſtituit U. J. D. Conſtantinum della Mara ex cit. reg. p. 140. a tergo. Die 7. Maii ejuſdem Urbis Gubernatorem U. J. D. Thomam Celentanum a Neapoli, ea lege ut poſt abſceſſum anteceſſoris iniret magiſtratum ex cit. regeſto p. 142. Die 11. Maii capitaneum Sancti Petri de Avellana Petrum Duratore a caſtro Forti ex citato regeſto p. 142. a tergo. Die 14. Maii capitaneum Serræ Johannem Donatum Vinale a S. Germano ex cit. regeſto p. 143. Die 5. Junii capitaneum Citrarii U. J. D. Thomam Giordano ex citato regeſto p. 144. Die 8. Junii capitaneum S. Petri Vincentium Berillo a S. Petro in fine ex citato regeſto p. 144. a tergo. Die 1. Auguſti capitaneum Citrarii U. J. D. Vincentium Antonium de Bonis ea lege, ut magiſtratum die 17. Septembris 1659. iniret ex citato regeſto p. 146. Anno 1658. die 6. Januarii Gubernatorem Citrarii U. J. D. Marcum Oliva ea lege ut poſt abſceſſum anteceſſoris magiſtratum iniret ex citato regeſto p. 149. a tergo. *Die 6.* Januarii judicem ſecundarum cauſarum in eodem oppido U. J. D. Mauritium Cuſcinella ex citato regeſto p. 150. Die 20. Januarii capitaneum Sancti Petri Notarium Petrum de Orlando, ea lege, ut poſt anteceſſoris abſceſſum magiſtratum iniret ex citato regeſto p. 151. Die 19. Novembris capitaneum Serræ, Petrum Baratta ex citato regeſto p. 155. a tergo. Anno 1659. die 25. Januarii Gubernatorem S. Germani U. J. D. Johannem Baptiſtam Rogano a Cajeta ex cit. regeſto p. 157. a tergo. Die 27. Maii ejuſdem urbis Gubernatorem U. J. D. Benedictum Grimaldi ea lege, ut poſt Roganum magiſtratum iniret ex cit. regeſto p. 158. Die 15. Junii N. capitaneum Citrarii ex cit. regeſto p. 159. Anno 1660. die 10. Martii capitaneum Serræ notarium Johannem fidelem ex citato regeſto p. 162. a tergo. Die 8. Maii judicem ſecundarum cauſarum U. J. D. Johannem Baptiſtam Rogerium ex citato regeſto p. 163. a tergo. Die 8. Novembris capitaneum S. Petri Antonium Caſarum a S. Elia ex citato regeſto p. 166. a tergo. Die 1. Decembris capitaneum Serræ Petrum Baratta ex citato regeſto p. 167. a tergo. A. 1661. capitaneum S. Petri Vincentium Berilli ex citato regeſto p. 170. eodemque menſe Gubernatorem Sancti Germani U. J. D. Johannem Baptiſtam Rogano ex citato regeſto p. 170. Die 22. Januarii judicem ſecundarum cauſarum in eadem urbe U. J. D. Ioſeph de Antone a Sancto Germano ex citato regeſto p. 171. Die 15. Iulii Anaſtaſius Abbas capitaneum S. Petri conſtituit Signiferum Petrum Duratore ex citato regeſto p. 176. An. 1662. die 25. Aprilis Gubernatorem S. Germani U. J. D. Ioſeph de Antone ex cit. regeſto p. 80. Die 20. Maii Gubernatorem ejuſdem urbis, U. J. D. Johannem Baptiſtam Rogano, ea lege, ut magiſtratum poſt Joſephum iniret ex cit. regeſto p. 181. & N. capitaneum Serræ ex cit. regeſto p. 182. Die 15. Junii judicem ſecundarum cauſarum in ditione Caſſinenſi U. J. D. Joſeph Roſci Sangermanenſem ex cit. reg. p. 183., & capitaneos . . . . Citrarii, & S. Petri de Avellana ex cit. reg. p. 186. An. 1663. die 18. Octobris Gubernatorem ſancti Germani U. J. D. Joſeph Roſci ex cit. reg. p. 190. a t. Die 8. Septembris capitaneum Citrarii U. J. D. Franciſcum Cate-

Digitized by Google

Caterino ex cit. regeſto p. 191. An. 1664. die 15. Octobris gubernatorem S. Germani U. J. D. Joſeph de Antone ea lege, ut magiſtratum iniret poſt Roſcium ex cit. regeſto p. 193. a t. An. 1665. die 30. Maii Angelus Abbas capitaneum S. Petri conſtituit, ex p. 2. regeſti tertii commiſſionum, eodemque die capitaneum Serræ Antonium Piccarino ex cit. reg. p. 2. a t. Die 1. Septembris gubernatorem S. Germani U. J. D. Clementem Pirro a caſtro Forti ex cit. regeſto p. 21.

Philippus IV, obit, illique ſufficitur Carolus II.

Hoc an. 1665. Cardinalis de Aragonia Prorex hanc ad Abbatem Caſſinenſem epiſtolam dedit. *Carolus Dei gratia rex, & regina mater tutrix, & gubernatrix: Magn. vir Rev. fidelis dilecte. Avendomo avuto avviſo come la Maeſtà del rè noſtro Signore, ſia in gloria, a 16. del caduto meſe di Settembre è paſſato da queſta a miglior vita, quale caſo e tale, e tanto acerbo, che tutta queſta fedeliſſima citta, e li Baroni del preſente regno quali in eſſa ſi trovano, hanno fatta tutta quella maggior dimoſtratione, che a tal gran perdita, & a lor ſolita fedeltà ſi conveniva. Eſſendo voi uno delli Baroni, & vaſſalli di quella, ci ha parſo darvene notitia, eſſendomo ſicuri, che per voi ſi farà l'iſteſſo con far applicare tutti li divini ſuffragii, che in ſimili occaſioni devono farſi, moſtrandovi, come dovete, oſſequioſo alla fedeltà, e divotione della Maeſtà del rè noſtro ſignore Carlo II. (Dio guardi) ſuo figlio, & legittimo ſucceſſore acclamato per noſtro rè, & ſignore naturale, & conforcarvi con queſta, mentre ancorchè il caſo ſia di eſtremo dolore, ci ha laſciato così grande, & ottimo ſucceſſore con la regina noſtra ſignora per governatrice generale di tutti li ſuoi regni, ſtati, & ſignorie, & ſua tutrice, ſin a tanto, che S. D. M. li conceda età di governarli, il che deve eſſere ſollievo per mitigare il dolore di tanta perdita, & attendere con ogni dovuta vigilanza alla retta amminiſtratione della giuſtitia, che è quello che principalmente ci incarica la regina ſignora Dio guardi, quale tanto ama li vaſſalli di S. Maeſtà, conforme li laſciò incaricato il rè noſtro ſignore, quale ſia in Cielo, & ſi bene l'avete fatto per il paſſato, hor è biſogno attendere con maggior zelo in riconoſcimento di tanta ſegnalata gratia, che ricevemo dalla D. M. eſſendo queſto il miglior mezzo, affinchè ci miri con occhio di pietà nella buona divotione del ſuo ſervitio, & del rè noſtro ſignore Dio guardi. Datum Neapoli die 23. menſis Octobris 1665. El Cardinale di Aragona Suſſ. V. Galeota R. V. Marinis R. V. Carrillo R. V. Ortiz Cortez R. Julius Ceſar Bonius Secretarius.*

Ex originali in Archivo.

Ortus eſt rex Carolus II. die 6. Novembris an. 1661. atque regina ejus mater Maria Anna Auſtria Ferdinandi III. Imperatoris filia, & ſoror Leopoldi I. Gubernatrix fuit ad an. 1675. quo Carolus eſt coronatus.

Subditi ad officiū revocati.

Ab anno jam 1647. die 25. Septembris dum populares ſeditiones graſſarentur univerſitates S. Apollinaris, S. Ambroſii, S. Andreæ, Vallisfrigidæ, Vallisrotundæ, & Pedismontis falſa quædam gravaminum capita expoſuerant contra cœnobium Caſſinenſe, & contra Capitaneum juriſdictionis criminalis, ſibique propitias proviſiones obtinuerant, quas tamen haud partibus intimaverant. Opportunum rati executioni eas demandare an. 1662. Proregem Comitem de Penmaranda adiere, a quo ad regium Collaterale remiſſi, hujus juſſu proviſiones illæ ſunt intimatæ die 12. Octobris. Haud id æquo animo tulere Caſſinates, qui plura in regio Collaterali exhibuere decreta in contradictorio Judicio pro ſe habita a ſacro conſilio, atque ſtatus œconomicos earum univerſitatum a Regente Carolo Tappia anno 1627. factos, in quibus ea onera quæ ſubditi ſolvere renuebant, numerantur. Hoc itaque decretum a regio collaterali conſilio editum. *In cauſa in regio collaterali conſilio vertente inter ſacrum monaſterium montis Caſini Baronem univerſitatum S. Apollinaris, S. Ambroſii, S. Andreæ Vallisfrigidæ, & Vallisrotundæ ex una, & univerſitates prædictas ex altera ſuper deductis in actis. Viſis actis omnibus, factaque relatione S. Eminentiæ in regio collaterali conſilio per illuſtrem Ducem S. Angeli Regentem D. Jacobum Capicium, Galeota regium collateralem conſiliarium, & cauſæ commiſſarium, viſiſque videndis &c. Die 18. menſis Maii 1665. Neapolis. Eminentiſs. D. Vicerex locumtenens, & Capitaneus generalis providet, decernit, atque mandat, quod reductis proviſionibus regii collateralis conſilii expeditis in annis 1647. 1664. & 1665. ad jus, & juſtitiam, ſacrum regium conſilium de juſtitia provideat. Hoc ſuum &c. Galeota R. Carrillo R. Marinis R. Ortiz Cortes R. Nicolaus Villanus R. Scriba a M.*

Ex originali in Archivo.

Haud diu poſt inſtitutæ contra cœnobium Caſſinenſe litis pœnituit oppidanos S. Andreæ, ſupplicique libello veniam ab Angelo Abbate enixe rogarunt, obtinueruntque. Quove cognoſcerent, haud a pietate paterna diſſidere Monachorum dominium, plures itidem eis gratias quoad quantitatem ſolutionis prandii, Syclæ, Portulaniæ, viſitationis, aliorumque onerum conceſſit die 6. Auguſti 1665. ea tamen expreſſa conditione, ut a ſuo ſuorumque ſucceſſorum arbitrio illarum perduratio dependeret, neque ex conceſſione ſua jus aliquod quæſitum, aut præſcriptio impoſterum adduceretur. In conſilio autem hac de re ab oppidanis S. Andreæ die 2. Auguſti facto hæc leguntur. *Si propone da eſſo ſindico come non conviene liticare con il ſacro monaſterio Caſineſe noſtro utile Barone &c. ma con dovuta obbedienza umili, devoti, e proſtrati alli benigniſſimi piedi dell'illuſtriſs. P. Abbate D. Angelo da Napoli ſempre reverendiſſimo (Iddio guardi) e del P. Cellerario primo ſempre pietoſo cercare perdono, & umiliati ſupplicarli ſi degnino farci gratia di diminuirci il pagamento della Portolania, Zecca, e pranzo, e fruire le ſolito benignità, e ſi queſt' umiliarci, e ſupplicare è di giuſto, ed oneſto, e al noſtro dovuto vaſſallaggio convenevole, chi potrà mai negarlo? Vedete acquietarvi a queſte decevoli propoſte &c. Quanto al primo capo ſe riſponde, che ci piace la propoſta, e ci pare giuſta, e decevole, che all'illuſtriſſimo P. Abbate D. Angelo da Napoli utile padrone, e noſtro padre, ed'al M. R. P. Cellerario primo D. Angelo Maria (Iddio guardi) ſe cerchi perdono in name di queſto deſolato publico, ed' umili proſtrati, e devoti li ſupplichiamo ſe vogliano degnare imminuire queſto peſo di Zecca, Portulania, e pranzo, ſtante la noſtra impotenza,*

Ex originali in Archivo.

Digitized by Google

*potenza, e poco numero de cittadini, e volemo portare quella ſoma poſſibile &c. e che lo Sindico, o Rationali con umiliſſima ſupplica lo rappreſentano all'illuſtriſſimo Padre D. Angelo Abbate feliciſſimo, al quale, ed'a tutta la ſanta caſa, e famiglia Caſſineſe gridiamo lieti, vivant in eternum, così ſia, ed'è concluſo, nemine diſcrepante, anzi ſi rimettono in tutto alla ſua indicibile benignità, & uniti proſtrati con l'affetto del cuore bagiando il ſuolo delle voſtre illuſtriſſime orme per queſta interpoſita perſona da noi deſtinata li preſentiamo queſto congionto memoriale &c.* Univerſitatis S. Andreæ exemplum imitati ſunt oppidani S. Ambroſii, quibus Angelus Abbas plures etiam gratias conceſſit die 3. Januarii an. 1666. Cæteræ univerſitates irritos oratus ſuos omiſere.

Magiſtratus creati.

Anno 1666. die 10. Martii Angelus capitaneum S. Petri conſtituit Johannem Thomam Ventriglia ex cit. regeſto p. 11. Die 1. Julii capitaneum Serræ Stephanum Cremoneſe ex cit. regeſto pag. 16. An. 1667. die 1. Junii capitaneum ejuſdem oppidi Vincentium Berrillo a S. Petro in fine ex cit. regeſto p. 17. Die 10. Martii capitaneum S. Petri Salvatorem Pongelli ex cit. regeſto pag. 20. Anno 1668. die 16. Julii capitaneum Serræ N. ex cit. regeſto p. 17. at.

Hyppolithæ Palaganæ erga Caſſinates Beneficia.

D. Hyppolytha Palagana uxor excellentiſſimi principis Cellamaris D. Nicolai del Giudice publico hoc inſtrumento rogato a notario Donato Antonio Ceſario Neapolitano, quod in regio *Exequatur* a Marchione de Aſtorga die 9. Januarii an. 1674. expedito continetur, declaravit, velle ſe, nummis a cœnobio noſtro Caſſinenſi ſubminiſtratis in ejuſdem cœnobii beneficium emere a D. Franciſco Tuttavilla juriſdictiones omnes, quas a rege habuerat. Rei ſeries hoc monumento patet.

Ex originali in Archivo.

*Carolus Dei gratia rex, & regina mater tutrix, & gubernatrix. D. Antonius Petrus Alvarez Oſſorio. Comes d'Avila, & Toledo, Marchio Velata Aſtorga, & Sat. Roman. Comes de Traſtamara, & S. Marta, Dux de Anguiar Comes, & Dominus domos de Villalobes, Dominus Perami, & Ville mangana & ſeptem Villarum in campis Valtara, Caſtriviridi, Vecilla, Ville ornata, Fonſium de Ropel Roales, & Villeſtcoriel, Fortellitii villa, & oppidi Villegale Caſtellique, & juriſdictionis Cepeda Vallis de S. Mario, Urzedo, & domorum de Monzanar Villa, & oppidi de Jurienzo de los Cavalleros Calatrabenſium Ordinis Major Commendator Canonicus S. Legionis, Eccleſia Majoris Vexillifer pro regia Majeſtate Hiſpaniarum diviſa, ejuſque pro Statu conſiliarius, eidemque ab intimis cubiculis, & in præſenti Regno Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus generalis, Univerſis, & ſingulis præſentium ſeriem inſpecturis tam præſentibus, quam futuris, ſubjectorum regiorum compendiis, & effectu benigna charitatis accedimus quo ſit, ut ipſorum petitionibus gratioſis, aſſenſum regium facilem benignius præbeamus, ſane pro parte infraſcriptorum ſupplicantium fuit nobis præſentatum infraſcriptum memoriale regii aſſenſus tenoris ſequentis videlicet. Eccellentiſſimo Signore. D. Ippolita Palagano principeſſa di Cellamare, quale tiene per legitimo ſucceſſore D. Domenico Giudice Duca di Gievinazzo ſuo figlio primogenito, e l'Abbate, Priore, e Monaci del ſacro, & real monaſterio di monte Caſino dell'Ordine di S. Benedetto fanno intendere a V. E. come eſſendoſi trà eſſa principeſſa, & dotto ſacro, & real monaſterio, mediante la perſona di ſuo legitimo procuratore, ſtipulato l'infraſcritto iſtromento del tenor ſeguente videlicet. Die vigeſimo ſexto menſis Martii, ſeptima inditionis, milleſimo, ſexcenteſimo, ſexageſimo nono. Neapoli. Conſtituti in noſtri præſentia D. D. Ippolita Palagana principiſſa Cellamaris agente, & interveniente ad infraſcripta omnia, pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus, & ad majorem cautelam, cum expreſſo conſenſu D. D. Nicolai Judicis principis Cellamaris ejus viri præſentis ex una parte, & Rever. D. Alexandro Pallavicino Ordinis S. Benedicti procurator ad infraſcripta, ſignanter cum ſpeciali mandato realis monaſterii montis Caſini, ejuſdem Ordinis S. Benedicti, mediante inſtrumento procurationis prædictæ rogato in dicto monaſterio, manu notarii Iſidori Suave de terra Bellimontis die 24. Februarii anni proximi præteriti 1668. prout mihi conſtare fecit per copiam dictæ procurationis, cui me refero, & per me conſervatur, præſente ſimiliter, & interveniente ad infraſcripta omnia procuratorio nomine, & pro parte dicti realis monaſterii, & PP. ipſius, & pro eodem monaſterio, & patribus ipſius poſteris, & ſucceſſoribus quibuſcumque in perpetuum in eo, pro quo quidem monaſterio, & patribus ipſius, prædictus procurator, procuratorio nomine quo ſupra promiſit de rato, & quod ad majorem cautelam, quatenus opus ſit, citra tamen præjudicium præſentis contractus, & non aliter ratificent, ut infra ex parte altera &c.* Quod vero nos haud referamus ex integro laudatum recognitionis inſtrumentum, id in cauſſa eſt, quod a verbis præfatæ vero partes, & quælibet ipſarum, quibus ſupra nominibus reſpective, ut ſupra ſponte aſſeruerunt coram nobis &c. uſque ad verba. Et hoc pro pretio ducatorum triginta quatuor mille ſolvendorum per dictum monaſterium cum pactis tamen &c. inſeratur in inſtrumento, quod confectum eſt, dum a D. Franciſco Tuttavilla juriſdictionem criminalem emit ſuperius memorata principiſſa Ippolita. Atque hoc emtionis inſtrumentum in privilegio a felicis recordationis Carolo II. eidem principiſſæ, & monaſterio conceſſo, quod nos inferius adducemus, inſertum eſt. *Et hoc pro pretio ducatorum triginta quatuor mille, qui ſolventur per dictum monaſterium cum nonnullis pactis, promiſſionibus, & clauſulis, ut in cautelis manu mei celebrandis latius continebitur, ſubjunxeruntque partes ipſa, quibus ſupra nominibus, in earum aſſ. predicta, &c. ſupradictam venditionem per dictum D. generalem D. Franciſcum, ut ſupra faciendam ipſi D. Principiſſa ſupradicta juriſdictionis primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium in dicta civitate S. Germani cum ejus caſtris, villis, & caſalibus, ac cum dicto Officio magiſtri actorum, & facultate nominandi aſſeſſorem ſupradictorum aliorum jurium, quæ dictus D. Franciſcus habet, & habere poteſt, in, & ſuper dicta civitate S. Germani, ejuſque caſalibus, talia tamen, qualia competunt, ut ſupra facienda, & procedenda fore ad inſtantiam, &*

contem-

*contemplationem ſupradicti realis monaſterii montis Caſini, ipſumque Patrem D. Alexandrum in prædicta venditione, & aliis in ejus favorem faciendis, ac in emptione, & aquiſitione juriſdictionis prædictæ, aliorumque jurium prædictorum, ut ſupra vendendorum non habituram niſi nudum nomen tantum omnia tamen factarum ad inſtantiam, & contemplationem dicti realis monaſterii, & proinde omne commodum, & incommodum emptionis prædictæ, ſpectandum fore ad dictum monaſterium, de cujus pecunia pratium prædictum ſolvetur, volenteſque igitur dicta D. Principiſſa dictum monaſterium de omnibus prædictis, ut par eſt, cautum reddere hinc eſt, quod ſponte coram nobis non vi, dolo &c. & omni meliori via &c. ex nunc pro tunc, ſecuta prædicta venditione in faciem ipſius D. Principiſſæ, & e contra, conſtituit eumdem reale monaſterium patres, & ſucceſſores quoſcumque, in perpetuum in eo veros, & liquidos creditores in, & ſuper dicta juriſdictione primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium dictæ civitatis S. Germani, prædictiſque aliis juribus, ut ſupra, cum eorum integro ſtatu nedum in ſupradictis ducatis triginta quatuor mille, verum etiam in omnibus aliis pecuniarum quantitatibus, ad quas pratium prædictum aſcenderet ultra prædictos ducatos 34000. tam inſpecto præſenti, quam quovis alio futuro tempore, & propterea dicta D. Principiſſa, voluitque ſicque expreſſe convenit cum dicto P. Procuratore quo ſupra nomine præſente &c. quod dicta juriſdictio primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium dictæ civitatis S. Germani, aliaque jura prædicta ſique competunt ut ſupra, cum integro eorum ſtatu, nec non omnia, & quæcumque jura actiones etiam ſpecialia feudalia, & privilegiata, ac ſpeciales feudales, & privilegiatas per ipſam D. Principiſſam, ex cauſa venditionis prædictæ, & alias quomodocumque, & qualitercumque aquirenda, & aquirenda tamquam ſpectantia ad dictum monaſterium in actu venditionis prædictæ, & aquiſitionum faciendarum tranſlationis dominii, & celebrationis cautelarum in antea, veniant, ac perpetuo remaneant, & ſint ſpecialiter, & ſignanter ſub ſpeciali obbligatione pignore, & hipoteca obbligata, & hipotecata, prout ex nunc pro tunc, & e contra prædicta D. Principiſſa illam, & illa in ſpecie, ut ſupra obligavit, & hipotecavit dictum monaſterio Patribus, & ſucceſſoribus quibuſcumque in perpetuum in eo, & hoc pro majori cautela, & ſecuritate prædicti monaſterii, pro conſecutione nedum pratii prædicti ducatorum 34000. verum etiam omnium aliorum quantitatum ultra dictos aucatos 34000. ad quos dictum pratium prædictæ juriſdictionis primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium, prædictorumque aliorum jurium, cum integro eorum ſtatu, ut ſupra aſcenderent tam inſpecto præſenti tempore, quam quovis alio futuro tempore modo, quo ſupra, ac pro obſervantia omnium promiſſionum per ipſam faciendarum, ut infra, nec non omnium aliorum in præſenti inſtrumento contentorum, & pro ſatisfactione omnium, & quorumcumque damnorum, intereſſe, & expenſarum in caſu inobſervantiæ, adeo quod ex cauſa præſentis ſpecialis obbligationis dictum monaſterium, ejuſq; Patres ac poſteri, & ſucceſſores quicumque in perpetuum in eo, ſupradicta juriſdictione primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium, prædictiſque aliis juribus, & integro eorum ſtatu, ut ſupra aquirendis ſemper, & omni futuro tempore, præferantur, & prælati eſſe intelligantur quibuſcumque perſonis, & creditoribus ipſius D. Principiſſæ &c. etiam anterioribus, & privilegiatis quocumque privilegio etiam in corpore juris clauſo, & claudendo, ac etiam dotibus, juribus dotalibus, alimentis regia curia, & fiſco, & hujuſmodi conditione, pacto, & onere dictæ ſpecialis hipotecæ privata transferatur ipſam D. Principiſſam, ejuſque heredes, & ſucceſſores &c. & per eos aquiratur dominium, & poſſeſſio dictæ juriſdictionis primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium prædictorumque aliorum jurium, illamque, & illa ſic ut prædicitur affecta remaneant omni tempore penes dictam D. Principiſſam, ejuſque hæredes, & ſucceſſores &c. & non aliter, nec alio modo, dummodo per hujuſmodi ſpecialem obbligationem, & hipotecam non derogetur generali obbligationi, & ſic e contra Regio aſſenſu pro feudalibus impetrando, ſemperque ſalvo, & reſervato &c. inſuper dicta D. Principiſſa ſponte coram nobis, non vi, dolo &c. & omni meliori via &c. ſalvo ſemper, & reſervato regio aſſenſu, ut ſupra promiſit, & convenit ſolemni ſtipulatione &c. dicto monaſterio abſenti, dictoque ejus Patri procuratori dicto nomine, & mihi &c. præſentibus &c. ad omnem dicti monaſterii, ejuſque Patrum, ac poſterorum, & ſucceſſorum in perpetuum in eo ſimplicem requiſitionem pro prædictis ducatis 34000. per dictum monaſterium de ejus propria pecunia ſolvendis, ac pro dictis aliis quantitatibus ad quas aſcendet pratium prædictum ad eumdem monaſterium ſpectantibus, ut ſupra, & eorum ſatisfactione vendere, alienare, in ſolidum dare, cedere, renunciare, vel quovis alio titulo transferre dicto reali monaſterio, ejuſque Patribus, ac poſteris, & ſucceſſoribus quibuſcumque in perpetuum in eo, vel cuicumque per eos nominando libere, vel cum pacto de retrovendendo dictam juriſdictionem, aliaque jura prædicta, & integro eorum ſtatu, ac omnia, & quæcumque jura, & actiones etiam ſpecialia feudalia, & privilegiata, ac ſpeciales feudales, & privilegiatas, ex cauſa emptionis prædictæ, una cum dicta juriſdictione primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium, prædictiſque aliis juribus quomodolibet transferenda, & prout ad eam ſpectabunt, & vendita fuerint, attenta forma cautelarum de venditione prædicta celebrandarum, & non aliter, nec alio modo, vel etiam ad omnem ordinem, & voluntatem prædicti monaſterii &c. dictam juriſdictionem primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium dictæ civitatis S. Germani, aliaque jura prædicta vendere, alienare, cedere, & renunciare, vel alio quocumque titulo transferre cuicumque per eos nominando libere, vel cum pacto de retrovendendo, prout voluerint pro eo pratio, per dictum monaſterium, cum futuro emptore, vel alio contrahente conveniendo eidem monaſterio integre ſolvendo, tamquam ad eum ſpectante, vel nullo interveniente pratio, eo modo, & forma, prout dictum monaſterium, ejuſque Patres, ac poſteri, & ſucceſſores quicumque in perpetuum in eo voluerint, & de his omnibus cautelare dictum monaſterium, aut alios contrahentes per publicum, ſeu*

publica

publica inſtrumenta, cum clauſolis ſolitis, & opportunis ad conſilium ſapientis dicti monaſterii &c. regio aſſenſu præcedente, ſeu reſervato, ut ſupra cum promiſſione facienda per ipſam D. Principiſſam ad majorem cautelam, quatenus opus ſit, & non aliter defenſionis, & evictionis dictæ juriſdictionis primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium, prædictorumque aliorum jurium a ſe ipſa D. Principiſſa tantum, & ab habentibus cauſam ab ea, & non aliter, nec alio modo, & cum conditione ex nunc expreſſa, quod ubi forte quandocumque impoſterum dicta juriſdictio primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium, prædictaque alia jura in toto, vel in parte evincerentur ab aliis quibuſcumque non habentibus cauſam ab ipſa D. Principiſſa, tali caſu ipſa D. Principiſſa, ejuſque hæredes, & ſucceſſores &c. non teneantur ad defenſionem, & evictionem prædictarum, nec ad pretii reſtitutionem, nec ad aliquid aliud, verum pro defenſione, & evictione generali ab omnibus hominibus, & perſonis in ampla forma dicta D. Principiſſa teneatur, prout promiſit cedere cuicumque emptori, ſeu contrahenti, ut ſupra, omnia jura, omnes actiones, & hipotecas ipſi D. Principiſſæ competentia, & competentes, ac competitura, & competituras nunc, & in futurum contra dictum D. Ducem, ejuſque patrimonium, & alios quoſcumque forte obbligatos, & quemlibet ipſorum in ſolidum, & ſuper eorum bonis, & juribus quibuſcumque burgenſaticis, & feudalibus etiam titulatis quocumque titulo, præſentibus, & futuris etiam alienatis, & per alios quoſcumque poſſeſſis tam vigore inſtrumenti emptionis prædictæ faciendæ, vel aliarum quarumcumque cautelarum, & privilegiorum in favorem ipſius D. Principiſſæ celebrandarum, & expediendarum, quam alias quovis modo, cum expreſſa tamen conditione, & non aliter, quod dicta ceſſio non afficiat ipſi D. Principiſſæ directe, nec indirecte etiam ex aſſertione facta, ſeu facienda, vel ex defectu jurium, vel cautelarum, ſeu privilegii regii aſſenſus, aut alio quovis modo, vel dictam juriſdictionem primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium, prædictaque alia jura obbligare, et hipotecare in beneficium quarumcumque perſonarum, pro quavis ſumma, et quantitate, et pro quocumque effectu, modo prout dictum monaſterium, ejuſque patres, ac poſteri, et ſucceſſores quicumque in perpetuum in eo voluerint, et declaraverint, et donec quouſque dicta juriſdictio primarum, et ſecundarum cauſarum criminalium dictæ civitatis S. Germani, aliaque jura prædicta cum integro eorum ſtatu fuerint in dominio ipſius D. Principiſſæ, ejuſque hæredum, et ſucceſſorum, et non fuerint ad requiſitionem dicti monaſterii &c. in alium tranſlata dicta D. Principiſſa voluit, et contenta remanſit, et contentatur, quod dictum monaſterium, ejuſque patres, ac poſteri, et ſucceſſores quicumque in perpetuum in eo conſequi, petere, et exigere valeant omnes, et ſingulos redditus, proventus, et jura quæcumque, quomodolibet pervenientes, et perventuros, ac pervenientia, et perventura ex juriſdictione prædicta, aliorumque jurium prædictorum, illoſque, et illa retinere, et in proprio uſu, et beneficio prædicti monaſterii erogare non teneantur, quovis futuro tempore de eis computum aliquod, vel rationem dare ipſi D. principiſſæ, ejuſque hæredibus, et ſucceſſoribus, nec alteri cuicumque perſonæ, et ubi forſan alia quantitas redditum, proventum, et jurium prædictorum in poſſe ipſius D. principiſſæ pervenerint, eo caſu promiſit ipſa D. principiſſa illam brevi manu ſatisfacere, et ſolvere dicto monaſterio, qui redditus, proventus, et jura cedant pro intereſſe pretii prædicti ad dictum monaſterium ut ſupra ſpectantis, et ad uberiorem cautelam, et pro exequutione præmiſſorum ipſa D. principiſſa, omni meliori via, modo, cauſa, et forma, quibus melius, magis, cautius, et de jure poteſt, et valet, ſibique permictitur, convenit, et ſolemniter ordinavit dictum monaſterium, ejuſque patres, ac poſteros, et ſucceſſores quoſcumque in perpetuum in eo ſuos irrevocabiles vicarios, et procuratores, actores, factores, et negotiorum ſuorum infraſcriptorum geſtores, ac actores, et indubitatos nuntios ſpeciales, et ad infraſcripta generales, ſeu quocumque alio nomine, et modo quo potuerint melius, et efficacius, cum omni, qua convenit, ad infraſcripta planitudine prædictis, ita quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec econtra, et cum ampliſſima poteſtate unum, vel plures Vicarios, & procuratores ad omnia, & ſingula infraſcripta, cum ſimili vel magis limitata poteſtate loca eorum ſubſtituendi, & quod ſubſtituti poſſint alios ſubſtituere, & revocandi, & in dictum monaſterium onus hujuſmodi procurationis aſſumendi, ſi, & prout dicto monaſterio placuerit, & melius viſum fuerit, præſenti tamen procurationis inſtrumento, tam in caſu ſubſtitutionis, quam revocationis in ſuo robore permanente, & duraturo ad nomine, & pro parte ipſius conſtitutis, & pro ea capiendum, & apprehendendum veram, realem, corporalem, pacificam, & expeditam poſſeſſionem, & tenutam dictæ juriſdictionis primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium prædictæ civitatis S. Germani aliorumque jurium prædictorum, ſi quæ competunt ut ſupra, & integri eorum ſtatus, nec non manutenendum, regendum, gubernandum, & defendendum prædictam juriſdictionem primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium prædictæ civitatis S. Germani aliaque jura prædicta ſi quæ competunt ut ſupra, adminiſtrandumque, & exercendum, & adminiſtrari, & exerceri faciendum juſtitiam inter homines, & vaxallos dictæ juriſdictionis, et aliis juribus prædictis, quomodolibet ſubditos cum mero mixtoque imperio, & gladii poteſtate, quatuor litteris arbitrariis, delinquentes, & facinoroſos inquirendum, capiendum, fruſtricandum, torquendum, mutilandum, & alias pœnas injungendum prout merita delictorum exigunt, & requirunt, & etiam ſi juris erit ſuſpendendum, liberandum, et abſolvendum, contumaces bandiendum, et forjudicandum, eorumque bona confiſcandum, et publicandum, delicta componendum, et pœnas commutandum de corporali in pecuniarias, illaſque remittendum in toto, vel in parte, ſatiſfacto prius partis leſæ proceſſus, et acta ſuper prædictis fabricari faciendum, illoſque, juſtitia mediante, providendum, mandandum, expediendum, et ex-

et ex-

Digitized by Google

et expediri faciendum, ac omnia, et ſingula alia circa adminiſtrationem, et manutentionem dictæ juriſdictionis, aliorumque jurium prædictorum eidem monaſterio melius viſa fuerint, admovendumque Capitaneos, erarios, vel alios officiales quoſcumque, qui ad præſens, ſicut et pro tempore erunt, juriſdictionis aliorumque jurium prædictorum, et denuo ponendum, deputandum, ſeu confirmandum, et relaxandum litteras, patentes, capitula, et privilegia deſuper expediendum, et confirmandum, nec non banna quæcumque in dicta civitate S. Germani, ejuſque caſalibus emanari, et publicari faciendum ſub quibuſvis pœnis, etiam pena corporis afflictiva ſive pecuniaria, ipſaſque pœnas a contravenientibus exigendum, contumaces exequi faciendum, et exequendum dictamque juriſdictionem, aliaque jura prædicta in toto, vel in parte locandum, diſlogandum, affictandum, arrendendum, et ad annuam penſionem, vel aliter dandum, et cedendum cuicumque, ſeu quibuſcumque hominibus, et perſonis conducere, vel aliter recipere volenti, ſeu volentibus, pro ea penſione, et affictu, et pro tempore, ſeu temporibus, ac ſub illis pactis, et conditionibus, modis, et formis eidem monaſterio melius viſis, et placidis, introytus namque, redditus, proventus, penſiones, affictus, et jura alia quæcumque ex dicta juriſdictione, aliiſque juribus prædictis pervenientes, et perventuros, ac pervenientia, et perventura, proventuſque, et emolumenta quæcumque dictæ juriſdictionis primarum, et ſecundarum cauſarum criminalium, aliorumque jurium prædictorum, petendum, percipiendum, exigendum, recolligendum, et habendum, ſeu recepiſſe, et habuiſſe, confitendum etiam per medium bancorum Montium Capſiarum R. Theſaurariæ, Capſiæ Militaris, et aliorum locorum, et per manus quarumvis perſonarum, et de exigendis, recolligendis, percipiendis, et habendis, ſolventes, et aſſignantes quoſcumque eorum heredes, ſucceſſores, et bona omnia &c. quietandum, liberandum, et abſolvendum per Aquileanam ſtipulationem apocas, et cautelas de recepto faciendum, inſtrumenta vero, obbligationes, apodixas, partitas bancorum, et librorum, et alias cautelas, et ſcripturas quaſcumque, tam publicas, quam privatas, de prædictis quomodolibet apparentes, et quæ apparebunt in futurum, caſſandum, irritandum, et annullandum, et renitentes cogendum, et compellendum juris, vel facti remediis opportunis, in omni curia, loco, et foro, et coram quocumque judice eccleſiaſtico, vel ſæculari, et coram quibus opus fuerit exequendum realiter, et perſonaliter, exequutiones vendi, et ſubhaſtari, petendum, et faciendum, et pretia exinde pervenienda recipiendum, et habendum, ut ſupra, carcerandum, et excarcerandum, emparandum, et exparandum, ſequeſtrandum, et diſſequeſtrandum, obbligationes quaſcumque accuſandum, et ſi opus erit laſſandum, debitores quoſcumque habilitandum, et excarcerari faciendum, & dilationes quaſcumque concedendum, jura, & actiones contra debitores dictorum introytuum, proventuum, & emolumentorum, & alios, cum eiſdem obbligatos, vel obbligandos, in favorem quorumcumque, cedendum, & renunciandum pro quocumque effectu, ponendumque ceſſionarios in locum ipſius D. principiſſæ, & illos procuratores in rem propriam conſtituendum, tam pro prædictis, quam pro quibuſcumque litibus, & cauſis utile dominium dictæ juriſdictionis, & aliorum jurium prædictorum tangentibus, activis, paſſivis, civilibus, criminalibus, & mixtis, motis, & movendis, tam pro, quam contra, in judicio quocumque tam eccleſiaſtico, quam ſæculari, comparendum, jura, & actiones ipſius D. principiſſæ proponendum, & alligandum, ſcripturas, inſtrumenta, teſtes, & quarumcumque probationum genera producendum, & præſentandum, declarandum, & declarationes quaſcumque, & circa uſum teſtium, & aliarum ſcripturarum faciendum, in cauſis procedendum, publicandum, concludendum, & quoſcumque actus neceſſarios faciendum, uſque ad finem litis, ſeu litium, & earum exequutionem incluſive petendum remiſſionem quamcumque vaxallorum, & cauſarum ſpectantium ad forum dictæ D. principiſſæ, tamquam domina dictæ juriſdictionis primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium prædictæ civitatis S. Germani, aliorumque jurium prædictorum, una cum informationibus quærelis, & actus quibuſcumque, illoſque, & illa recipiendum, & habendum, & de recipiendis quietandum, ut ſupra; Item ad procuratorio nomine quo ſupra, tranſigendum, paciſcendum, convenendum, & concordandum, cum quibuſvis hominibus, & perſonis, univerſitatibus, & locis, de quibuſvis differentiis, prætenſionibus, litibus, & cauſis, inter ipſam D. Principiſſam, tamquam utilem dominam dictæ juriſdictionis, aliorumque jurium prædictorum, & quaſvis perſonas, univerſitates, & loca quæcumque vertentibus, ortis, & oriundis, & quæ vertere, & oriri poſſent quoquomodo ſuper dicta juriſdictione, aliiſque juribus prædictis, pro quavis re, ſumma, & quantitate etiam minori, ea, quæ deberetur, ſeu prætenderetur, ipſaſque differentias etiam in arbitros arbitratores, & amicabiles compoſitores quoſcumque compromittendum, tam de jure, quam de facto, ſeu de jure tantum, prout dictum monaſterium voluerit, & quaſcumque tranſactiones, conventiones, concordias, acta, & promiſſiones eidem monaſterio viſas, & placidas, ac viſa, & placida faciendum, & fieri rogandum, & ratione illarum quaſvis pecuniarum quantitates recipiendum, ſeu recipere, & habere conficiendum ut ſupra: Item ad ſibi poni, petendum, & faciendum finale, & legale computum, & rationem ab omnibus, & quibuſcumque erariis, officialibus, & miniſtris, qui pro tempore fuerint, & erunt dictæ juriſdictionis, & aliorum jurium prædictorum de omnibus, & ſingulis pecuniarum quantitatibus, bonis, & rebus ad eorum manus perveniendis, & proventibus, & emolumentis dictæ juriſdictionis, & aliorum jurium prædictorum quomodocumque, & qualitercumque, ipſaque computa laudandum, & approbandum, vel impugnandum, & dubia ſuper eis faciendum, et poſtmodum dubia ipſa reſolvendum, et liquidandum, et reliqua reſtantia pœnes eos conſequendum, recolligendum, et habendum, ſeu recipere, et habere confitendum, et de percipiendis quietandum, ut ſupra, ipſoſque ut ſupra conveniendum, compellandum, ſi et prout dicto monaſterio videbitur, et pla-

Digitized by Google

*et placebit, item ad conſentiendum, & ipſius D. Principiſſa conſenſum pariter, et aſſenſum praſtandum quibuſvis alienationibus factis, ſeu faciendis de bonis, et juribus feudalibus, et aliis, in quibus reperitur conſenſus utili domini dicta juriſdictionis, et aliorum jurium praedictorum, cum reſervationibus, et clauſolis dicto monaſterio viſis, et placitis. Item pro dicta D. Principiſſa, tamquam utili domina dicta juriſdictionis, et aliorum jurium pradictorum in omnibus parlamentis quibuſcumque futuris temporibus faciendis inter Barones hujus regni Neapolis comparendum, audiendumque, propoſitiones faciendas per excellentiſs. D. regni Proregem, qui pro tempore fuerit, tractandumque, & concludendum quidquid eidem monaſterio videbitur pro ſervitio regia, & catholica Majeſtatis, & regni beneficio. Item ad vendendum, & alienandum, aut quovis alio titulo transferendum dictam juriſdictionem primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium dicta civitatis S. Germani, aliaque jura pradicta cum integro eorum ſtatu, pro pratio, ſeu pratiis quibus potuerint meliori, ſeu melioribus, ſe convenire, & concordare, vel nullo interveniente pratio, ad libitum voluntatis dicti monaſterii, & etiam ſi dicto monaſterio videbitur vendendum, & alienandum, prout voluerit, quoſcumque annuos introitus, ſuper redditibus dicta juriſdictionis, & aliorum jurium pradictorum, vel dictam juriſdictionem, aliaque jura pradicta, cum integro eorum ſtatu, ac omnia jura per pradictam D. Principiſſam ex cauſa emptionis, venditionis pradicta aquirenda, ut ſupra obligandum, & hipotecandum ad beneficium quorumcumque, pro quavis ſumma, & quantitate, & pro quocumque effectu, pratium namque ipſa perveniendа ex venditionibus pradictis, & omnem aliam quantitatem pervenientem, & perventuram ex pradictis juriſdictione, aliis juribus pradictis recipiendum, & habendum, ſeu recipere, & habere confitendum, ut ſupra, illaque omnia retinendum, tamquam ad dictum monaſterium ſpectantia donantumque irrevocabiliter inter vivos, futuro emptori, aut alio contrahenti omne illud plus, quod forte valeret ultra pratium, recipiendum, jura, actiones, & hipotecas cedendum, & renunciandum, ponendumque futurum emptorem aut alium contrahentem in locum &c. ipſius D. Principiſſa, & cum procuratione in rem propriam conſtituendum, poſſeſſionemque dicta juriſdictionis, aliorumque jurium pradictorum aſſignandum, ſeu aſſignare, promictendumque etiam defenſionem, & evictionem dicta juriſdictionis, aliorumque jurium pradictorum venditorum ab ipſa D. Principiſſa tantum, & habentibus cauſam ab ea, & non aliter, nec alio modo, cum declaratione, quod ſi ſequeretur evictio pradicta ab aliis quibuſcumque non habentibus cauſam ab ipſa D. Principiſſa, tali caſu dicta D. Principiſſa, & ejus haredes, & ſucceſſores, non teneantur ad defenſionem, & evictionem pradictam, nec ad pratii reſtitutionem, ſeu alterius quantitas, nec ad aliquid aliud, & pro generali defenſione, & evictione cedendum, & renunciandum translative, & non extinctive futuro emptori omnia jura, omneſque actiones, anterioritates, & hipotecas dicta D. Principiſſa competentia, & competituras in futurum, contra quoſcumque, & ſuper eorum bonis, & juribus quibuſcumque, etiam feudalibus, & titulatis quocumque titulo praſentibus, & futuris regio aſſenſu &c. & cum expreſſa declaratione, & non aliter, nec alio modo, quod ceſſio facienda non afficiat ipſum cedentem directe, neque indirecte, etiam ex aſſertione facta, vel ex defectu cautelarum, ſeu regii aſſenſus, vel aliorum jurium, aut alias quovis modo, promictendumque ratificationem faciendam per ipſam D. Principiſſam ad uberiorem cautelam omnium, & ſingulorum per dictum monaſterium contractandorum virtute praſentis mandati, & novam ſtipulationem eorum, per publicas cautelas, & etiam impetrandum, & impetrari promittendum regium aſſenſum; tam ſuper praſenti recognitione, quam ſuper venditione, & omnibus aliis contractibus faciendis per dictum monaſterium, modo quo ſupra, & demum ad omnes, & ſingulas alias poteſtates in dies occurrendas, & dicto monaſterio viſas, & placidas, dans &c. eidem monaſterio &c. amplam omnimodam, & plenariam poteſtatem, nedum ampliandi ſupradictas poteſtates ut ſupra expreſſas, verum etiam ſupplendi, & addendi praſenti procurationis mandato omnes illas poteſtates dicto monaſterio placidas, & beneviſas toties, & quoties voluerint, tam in margine praſentis, quam per alios actus ſeparatos, itaut nulla deficiat poteſtas, quam dictum monaſterium in ſe aſſumere non valeat, ſed omni intelligatur plenaria poteſtate ſuffultus, quas quidem poteſtates, & facultates noviter addendas, et ampliandas, prafata D. Principiſſa, ex nunc pro tunc ratificat, emologat, et acceptat, juxta eorum ſeriem, continentiam, et tenorem, ac ſi de verbo ad verbum in praſenti ac recognitione poſita, et declarata eſsent, ita quod non indigeant alia ratificatione, et verſa vice prafatus Pater Procurator dicto nomine, ex cauſa promiſſionum pradictarum per dictam D. Principiſsam factarum, ut ſupra promiſit, et convenit ſolemni ſtipulatione dicta D. Principiſsa praſenti etc. ſolvere, et praſtare temporibus debitis regia curia, et aliis quibus deberetur feudale ſervitium, ſeu adohas, donativa, et omnes alias, et ſingulas ſolutiones, et contributiones, qua a die emptionis pradicta in antea, et de cetero, ac in perpetuum per dictam D. Principiſsam facienda, et praſtanda erunt pro dicta juriſdictione primarum, et ſecundarum cauſarum criminalium, aliiſque juribus pradictis emendis, nec non relevia, qua fortaſse deberi contingerit futuris temporibus quibuſcumque per obitum dicta D. Principiſsa, ejuſque haredum, et ſucceſsorum etc. donec fuerit penes eos dominium dicta juriſdictionis aliorumque jurium pradictorum, et de ſolutione, contributione, et praſtatione pradictis, ut pradicitur faciendis dictarum adoharum, donativorum, aliarumque ſolutionum, et contributionum quarumcumque ac releviorum pradictarum, ac etiam pro ſervitiis perſonalibus, a dicto die emptionis pradicta in antea dicta regia curia praſtandis ex cauſa dicta juriſdictionis, aliorumque jurium pradictorum per ipſam D. Principiſſam emendorum, nec non ex cauſa quorumcumque actorum per dictum monaſterium, et per alios quoſcumque per eum ſubſtituendos exercendorum, et faciendorum vigore praſentis Vicariatus, et procurationis, et ab omni alio damno, quod ex cauſa emptionis, & negotii predicti per dictam D. Principiſſam, ejuſque haredes, & ſucceſſores forſan pati poſset eamdem D. Principiſtam, ejuſque haredes, & ſucceſsores, & bona omnia &c. ſemper, & omni futuro tempore indemnes, & illeſos, ac indemnia, & illeſa, & penitus ſine damno, etiam ante damnum*

num

Digitized by Google

num paſſum ſerv.e & extrahere tam a dicta regia curia, quam ab aliis quibuſcumque, cum eos, vel ea ex cauſis prædictis, vel aliquam ipſarum forte moleſtantibus, turbantibus, ſeu quomodolibet inquietationibus, omnemque litem, cauſam, moleſtiam, ſeu controverſiam, quæ pro prædictis dicta D. Principiſſa, vel ejus hæredibus, & ſucceſſoribus inferatur, per quoſcumque in judicio, ſive extra in dictum monaſterium aſſumere, & ſubire, cum refectione omnium damnorum, intereſſe, & expenſarum in ampla forma, etiam ante damnum paſſum. Et ad majorem cautelam, & ſecuritatem prædictæ D. Principiſſæ, ejuſque hæredum, & ſucceſſorum, fuit, ex ſpeciaii pacto, conventum, quod pro obſervantia prædicta in dictis, & conſequutione omnium damnorum, intereſſe, & expenſarum, per dictam D. principiſſam, vel ejus hæredes, & ſucceſſores, ex cauſis prædictis, vel aliqua ipſarum forte patiendarum, & faciendarum ſupradicta ſpecialis obbligatio, & hipoteca, modo quo ſupra, ac omnia alia jura, & actiones per dictum monaſterium aquirenda, & aquirendas, tam vigore præſentis contractus, quam alio quovis modo in, & ſuper dicta juriſdictione, & aliis juribus prædictis, & integro eorum ſtatu remaneant, intelligantur, & ſint in ſpecie, & ſub ſpeciali obbligatione, pignore, & hipoteca obligata, & hipotecata, prout, ſic præfatus P. Procurator, dicto nomine, in ſpecie, ut ſupra obbligavit, & hipotecavit dicta D. principiſſa, ejuſque hærodibus, & ſucceſſoribus &c. tali hipoteca, quod dicta D. principiſſa, ejuſque hæredes, & ſucceſſores, pro effectibus prædictis ſemper, & omni futuro tempore ſuper dicta juriſdictione, aliiſque juribus prædictis præferantur, & prælati eſſe intelligantur quibuſcumque perſonis, & creditoribus prædicti monaſterii etiam anterioribus, & privilegiatis quocumque privilegio etiam in corpore juris clauſo, & claudendo, ac etiam dotibus, juribus dotalibus, alimentis, & regio fiſco, & cum dicta ſpeciali obbligatione, & hipoteca, transferatur in dictum monaſterium, & per eum aquiratur dominium, & poſſeſſio dictæ ſpecialis obbligationis, & hipotecæ, ac jurium prædictorum, ita quod dominium ipſorum tranſeat in dictum monaſterium effectum onere dictæ ſpecialis hipotecæ privilegiatæ, nam ſub hac lege, conditione, & pacto prædicta D.principiſſa fecit declarationem, ſpecialem obbligationem, & hipotecam prædictas, & aliter feciſſet proteſtatione præmiſſa &c. quæ quidem ſpecialis obbligatio infraſcriptæ generali non deroget, et ſic e contra regio aſſenſu &c. Denique pręfatus P.procurator, procuratorio nomine quo ſupra promiſit curare &c. quod dictum monaſterium, & Monaci ipſius, ſcilicet major, & ſanior pars monaſterii prædicti, more ſolito, capitulariter congregati ad ſonum campanelli infra menſes duos ab hodie, ad majorem cautelam, quatenus opus ſit, citra tamen præjudicium præſentis contractus, & non aliter, præſentem contractum, omniaque in eo contenta ratificare, ac eque principaliter iterum, & de novo ad majorem cautelam, ut ſupra, facere habeant indemnitatem, & promiſſiones prædictas, cum pactis, & clauſulis ſupradictis, per publicum inſtrumentum ſtipulandum in dicto monaſterio per notarium non vaxallum, copiam cujus ratificationis autenticam infra eumdem terminum conſignare teneatur, prout promiſit, mihi præfato Notario, hic Neapoli, ad finem notandi in margine præſentis, in pace &c. Pro quibus omnibus obſervandis &c. præfata D. principiſſa obbligavit ſponte ſupradictam juriſdictionem primarum, & ſecnndarum cauſarum criminalium, cum dicto officio magiſtri actorum, et facultate nominandi aſſeſſorem, aliaque jura prædicta, exceptà ſemper perſona, et bonis omnibus ipſius D. principiſſæ dicto monaſterio abſenti, dictoque ejus procuratori, dicto nomine, et mihi &c. præſentibus &c. et dictus P.procurator dicto nomine ſponte obbligat ſe dicto nomine, dictumq; monaſterium, ac poſteros, et ſucceſſores quoſcumque in perpetuum in eo, et bona omnia &c. etiam feudalia, et titulata quocumq; titulo, præſentia, et futura &c. regio aſſenſu &c. dicta D.principiſſa præſenti &c. ſub pœna, et ad pęnā dupli &c. medietate &c. cum poteſtate capiendi &c. conſtitutione præcarii &c. et renunciaverunt &c. et juraverunt &c. V. dicta D.principiſſa tactis ſcripturis, & dictus P.procurator in pectore more religioſorum unde &c. præſentibus opportunis, ſupplicano V. E. per il regio aſſenſo, & beneplacito, con ordine di fiat in forma ſotto li 26. di Marzo 1669. & nell'iſteſſo tempo ne fu ſpedito real privilegio nella forma ſolita, e perchè in quello vi fu oppoſta clauſola, che il detto regio aſſenſo, e conſenſo s'aveſſe dovuto regiſtrare fra il biennio nelli quinternioni della regia camera, altrimente s'aveſſe per non preſtito; e perche ſin ora non ſi era ottenuto l'aſſenſo da S. M. che Dio guardi, ſopra la vendita, che ha fatto l'illuſtre D. Franceſco Tuttavilla della giuriſdittione delle prime, e ſeconde cauſe criminali, & altre ragioni, ſe quelle forſi tiene ſopra la città di S. Germano, ſuoi caſtelli, e caſali, perciò non ſi è curato regiſtrarlo nelli quinternioni il detto aſſenſo ſpedito ſopra il contratto ſtipolato fra li ſupplicanti, & eſſendo al preſente venuto l'aſſenſo, che ſua Maeſtà ha fatto gratia di concedere alla detta vendita ſono ricorſi da V. E. acciò ſi degni ordinare al preſente per maggior cautela, e non altrimente, e citrà pregiuditio della validità di detto privilegio già conceduto, & regiſtrando, che di nuovo ſi degni in nome di ſua Maeſtà Cattolica preſtare il regio aſſenſo contenuto nel detto preinſerto iſtromento, & all'emergenti, e dependenti d'eſſo, e ciaſcheduno di quelle tangente coſe feudali, & ſignanter a tutte le ſudette dichiarationi, & alla predetta dichiaratione, e conventione, come di ſopra fatta da eſſa Principeſſa, che detto monaſterio, e Padri di quello, e li poſteri, e ſucceſſori in perpetuum di detto monaſterio ſiano creditori ſopra detta giurisdittione di prime, e ſeconde cauſe criminali di detta città di S. Germano, e ſuoi caſali, ville, e caſtelli, con detto officio di maſtro d'atti, e facoltà di nominar l'aſſeſſore, e con dette altre ragioni, come di ſopra, & al medeſimo credito di ſopra formato, e coſtituito di detta Principeſſa ſopra la detta giurisdittione di prime, e ſeconde cauſe criminali, con dett'officio di maſtro d'atti, e facoltà di nominar l'aſſeſſore, e con dette altre ragioni, come di ſopra in beneficio del detto monaſterio, e Padri di eſſo, e delli poſteri, e ſucceſſori, e qualſivogliano di detto monaſterio non ſolo del detto prezzo di ducati trenta quattro mila, ma anco di tutte l'altre quantità, alle quali il prezzo di detta giurisdittione di prime, e ſeconde cauſe criminali, con detto officio di maſtro d'atti, e facoltà di nominar l'aſſeſſore, e con dette altre ragioni, come di ſopra, aſcenderà oltre i docati trentaquattro mila, tanto in-



Digitized by Google

ſpetto il preſente tempo, quanto qualſivoglia altro in futurum alle dette ſpeciali obbligationi, & hipotece contratte, e fatte da detta Principeſſa a favore del detto monaſterio, & Padri di eſſo, e poſteri, e ſucceſſori, e qualſivogliano in perpetuum in detto monaſterio della detta giurisdittione delle prime, e ſeconde cauſe criminali, con detto officio di maſtro d'atti, e facoltà di nominar l'aſſeſſore, e con dette altre ragioni, come di ſopra aſcenderà oltre i ducati trentaquattromila tanto inſpetto il preſente tempo, quanto qualſivoglia altro in futurum alle dette ſpeciali obbligationi, & hipotece contratte, e fatte da detta Principeſſa a favore del detto monaſterio, e Padri di eſſo, e poſteri, e ſucceſſori, e qualſivogliano in perpetuum in detto monaſterio della detta giurisdittione delle prime, e ſeconde cauſe criminali con dett'officio di maſtro d'atti, e con facoltà di nominar l'aſſeſſore, con dette altre ragioni, come di ſopra per li predetti, & altri qualſivogliano affetti alle dette promeſſe fatte di eſſa Principeſſa di vendere, alienare, dare in ſolidum, cedere in qualſivoglia altro titolo trasferire al detto monaſterio, e padri di eſſo nominando la ſudetta giurisdittione di prime, e ſeconde cauſe criminali, con dett'officio di Maſtro d'atti, e facoltà di nominar l'aſſeſſore, e con dette altre ragioni, come di ſopra per il prezzo che detto monaſterio vorrà, ò anco ſenza prezzo, nel modo, e forma, come di ſopra al detto vicariato, e procura generale, & generaliſſima irrevocabiliter fatta di eſſa Principeſſa in perſona del detto monaſterio, e ſuoi Padri, a tutte le ſopradette poteſtà contenute in detto preinſerto iſtromento, e ciaſcheduno di eſſe, con la poteſtà ancora di ſoſtituire una, o più vicarii, e procuratori, e li ſoſtituti poſſano ſoſtituire altri alle ſudette, & altre poteſtà, ut ſupra, alla ratificatione, ſeu ratificationi, e nuove ſpeciali obbligationi, & hipotece della d.ª giurisdittione delle prime, e ſeconde cauſe criminali, con dett'officio di maſtro d'atti, e facoltà di nominare l'aſſeſſore, e con dette altre ragioni, come di ſopra, nuove promeſſe, vicariati, e procure irrevocabili, & quandocumque una, e più volte ſi faranno per eſſa Principeſſa con le clauſole, con il modo di ſopra, ed a qualſivoglia vicariato, procura, e ſoſtitutione, che ſi faceſſero per detto monaſterio in perſona di qualſivoglia alla detta ſpeciale obbligatione, & hipoteca, mediante la perſona del detto procuratore fatta ad eſſa principeſſa, della ſudetta ſpeciale obbligatione, & hipoteca, nel modo, come di ſopra, di tutte altre ragioni, ed'attioni per detto monaſterio aquiſtate, ed'acquiſtande, tanto in vigore delle dette cautele, quanto in qualſivoglia altro modo ſopra detta giurisdittione di prime, e ſeconde cauſe criminali, con detto officio di maſtro d'atti, e facoltà di nominar l'aſſeſſore, e con d.e altre ragioni, come di ſopra, nec non alle dette obbligationi fatte, & altre di nuovo faciende, quandocumque ſi faceſſero per detta Principeſſa a detto monaſterio, e ciaſcheduno di eſſi reſpective, una ò più volte impetrato il regio aſſenſo, cioè per detto monaſterio, e tutti li ſuoi beni, e ragioni feudali, e titolati di qualſivoglia titolo, che al preſente aveſſero, & in futurum acquiſtaſſero per eſſa principeſſa della detta giurisdittione, ed altre ragioni, ut ſupra, & di ciaſcheduno di eſſi reſpettive, per oſſervanza di tutte le ſudette promeſſe, ed'indennità ad invicem fatte, e nelle dette preinſerte, ed'altre qualſivoglia, che ne ſeguiſſero ſi contiene, e contenerà, por la ſodisfattione di tutti i danni, ſpeſe, ed intereſſe ſi patiſſero, o faceſſero, per eſſa Principeſſa, e detto monaſterio, o alcuno di loro, e per li loro eredi, e ſucceſſori, e poſteri, e ſucceſſori qualſivogliano in detto monaſtero, in caſo d'inoſſervanza, conforme alle dette preinſerte cautele celebrate per mano del detto notaro Donat'Antonio Ceſario di Napoli, & altre forſe celebrande, anco per mano d'altro notaro, ed a tutti li predetti, & altri patti, promeſſe, e clauſole, precario, e coſtituto in quello, oppoſte, & opponende avendo il loro tenore, ex certa ſcientia per eſpreſſo, & quovis ſia neceſſario alla Procura per detto monaſterio fatta fare, le ſudette ſpeciali obbligationi, & hipotece, e promeſſe, & obbligare detti ſuoi beni feudali, nel modo, come di ſopra, e mandi ſe ne ſpediſchi regio privilegio in forma regiæ cancellaria &c. Super quo quidem prainſerto memoriali, fuit per nos proviſum in hunc modum vid. Fiat in forma regia cancellariæ reſpectu ſupradicti ſacri, & realis monaſterii Montis Caſini, reſpectu vero ſupradicta ill. D. Hippolita Palagane Principiſſa Cellemaris, quoad ea bona, in quibus habet ſucceſſores, verum ſuccedente caſu bona vendantur perſonis habilibus, & nominatio fiat de perſona habili. Galeota P. Ortiz Cortes R. Valero R. Cala R. Proviſum per S. E. Neap. die 9. menſis Januarii 1674. Januarius Anaſtaſius R. ſcriba a mandatis &c. Spect ab. R. Garrillo non interfuit, Anaſtaſius, Nos vero ſubditorum regiorum acta compendia, gratis affectibus proſequentes, pro conſideratione quoque ſincera devotionis, & fidei partium pradictarum, quæ merito in his, & longe majoribus exauditionis gratiam rationibus contentis promererentur, tenore præſentium, ex certa noſtra ſcientia, deliberate, & conſulto, ac gratia ſpeciali, omnibus contentis in dicto prainſerto inſtrumento, & emergentibus, & dependentibus ab eo, & cuilibet ipſorum feudalia tangentibus, & ſignanter omnibus ſupradictis declarationibus, & ſupradicta declarationi, & conventioni, ut ſupra facta per ipſam Principiſſam, quod dictum monaſterium, & Patres illius, & poſteri, & ſucceſſores in perpetuum in dicto monaſterio ſint creditores ſuper dicta jurisdictione primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium dicta civitatis S. Germani, ejuſq; caſtrorum, villarum, & caſalium, cum dicto officio magiſtri actorum, & facultate nominandi aſſeſſorem, & cum dictis aliis juribus, ut ſupra, & eidem credito, ut ſupra formato, & conſtituto per ipſam Principiſſam, ſuper dicta jurisdictione primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium, cum dicto officio magiſtri actorum, & facultate nominandi aſſeſſorem, & cum dictis aliis juribus, ut ſupra in beneficium dicti monaſterii, & patruum ipſius, ac poſterum, & ſucceſſorum quorumcumque, in perpetuum, in dicto monaſterio, ne dum in dicto pratio ducator. 34000. verum etiam in omnibus aliis quantitatibus, ad quas pratium dicta jurisdictionis primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium, cum dicto officio magiſtri actorum, & facultate nominandi aſſeſſorem, & cum dictis aliis juribus, ut ſupra aſcendere, & ultradictos duc. 34000. tam inſpecto præſenti, quam quovis alio futuro tempore, dictis ſpecialibus obbligationibus, & hipotecis contractis, & factis, per ipſam Principiſſam, in favorem dicti monaſterii, & PP. ipſius, & poſterum, & ſucceſſorum

quorum-

*quorumcumque in perpetuum in dicto monaſterio dicta juriſdictionis primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium, cum dicto officio magiſtri actorum, & facultatem nominandi aſſeſſorem, & cum dictis aliis juribus, ut ſupra pro pradictis, & aliis effectibus quibuſcumque dictis promiſſionibus factis per ipſam Principiſſam vendendi, alienandi, in ſolutum dandi, & quovis alio titulo transferendi dicto monaſterio, ſeu perſona per dictum monaſterium, & Patres ipſius nominanda ſupradictam juriſdictionem primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium, cum dicto officio magiſtri actorum, & facultate nominandi aſſeſſorem, & cum dictis aliis juribus, ut ſupra, pro pratio, quod dictum monaſterium voluerit, aut etiam abſque pratio, modo, & forma, ut ſupra, dicto vicariatui, & procurationi generali, & generaliſſima irrevocabili facta per ipsam Principiſſam in perſona dicti monaſterii, ejusque Patrum omnibus ſupradictis poteſtatibus contentis in dicto prainſerto inſtrumento, & cuilibet ipſorum, cum poteſtate etiam ſubſtituendi unum, vel plures vicarios, & procuratores, & quod ſubſtituti poſſint ſubſtituere alios ſupradictos, & aliis poteſtatibus, ut ſupra, ratificationi, ſeu ratificationibus, & novis ſpecialibus obbligationibus, & hipotecis dicta juriſdictionis primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium, cum dicto officio magiſtri actorum, & facultate nominandi aſſeſſorem, & cum dictis aliis juribus, ut ſupra, novis promiſſionibus vicariatui, & procurationibus inrevocabilibus quandocumque ſemel, aut pluries faciendis per dictum monaſterium, in perſonam cujuſcumque, dicta ſpeciali obbligationi, & hipoteca, mediante perſona dicti patris procuratoris factę ipſi Principiſſa, ſupradictę ſpecialis obbligationis, & hipoteca, modo quo ſupra, omniumque aliorum jurium, & actionum per dictum monaſterium aquiſitorum, & aquirendorum tam vigore dictarum cautelarum, quam quovis alio modo ſupra dicta juriſdictione primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium, cum dicto officio magiſtri actorum, & facultate nominandi aſſeſſorem, & cum dictis aliis juribus, ut ſupra, nec non dictis obbligationibus factis, & aliis de novo faciendis, quandocumque fierent per ipſam Principiſſam, & dictum monaſterium, & quemlibet ipſorum reſpective, ſemel, aut pluries impetrato praſenti R. aſſenſu, ideſt per dictum monaſterium, omnium ejus bona, & jurium feudalium, & titulatorum quocumque titulo, qua ad praſens haberet, ſeu in futurum aquiret, & per ipſam Principiſſam dicta juriſdictionis, & aliorum jurium, ut ſupra, & cujuslibet ipſorum reſpective, pro obſervantia omnium ſupradictarum promiſſionum, & indemnitatum ad invicem factarum, & omnium in dictis prainſertis, & aliis quibuscumque ſubſequendis, contentorum, & continendorum, & pro ſatisfactione omnium damnorum, expenſarum, & intereſſe, patiendorum, & faciendorum per ipſam Principiſſam, & dictum monaſterium, ſeu quemlibet ipſorum, & per eorum haredes, & ſucceſſores, & poſteros, & ſucceſſores quoſcumque in dicto monaſterio, in caſu inobſervantia, juxta formam dictarum prainſertarum cautelarum celebratarum manu notarii Donati Antonii Ceſario, de Neapoli, & aliarum forte celebrandarum etiam manu aliorum notariorum, ac omnibus pradictis, & aliis pactis, promiſſionibus, & clauſulis pracariis, & conſtitutis in illis oppoſitis, & opponendis, & quatenus opus ſit procurationi per dictum monaſterium facta, ad faciendum ſupradictis ſpecialem obbligationem, & hipothecam, & promiſſiones, & ad obbligandum dicta ejus bona feudalia, modo quo ſupra, quarum tenores praſentibus pro inſertis, & ſpecifice declaratis haberi volumus, quod expreſſa tantum, quatenus tamen rite, recteque proceſſerint, parteſque tanguntur, veris quidem exiſtentibus pranarratis, naturaque feudi in aliquo non mutata, ita tamen quod non inducatur diviſio vaxallorum, ſeu juriſdictionis bonorum feudalium obbligatorum, ſeu obbligandorum, non obſtante, quod ſuper bonis feudalibus proceſſiſſe noſcatur, prafata Majeſtatis nomine, aſſentimur, & conſentimus ex gratia, regiumque ſuper iis praſtamus aſsenſum, & conſenſum, reſpectu ſupradicti ſacri, & realis monaſterii Montis Caſini, reſpectu vero ſupradicta illuſt. D. Hippolyta Palagana principiſsa Cellamaris quoad ea bona, in quibus habet ſucceſsores. Verum ſuccedente caſu bona vendantur perſonis habilibus, & nominatio fiat de perſona habili. Volentes, & decernentes expreſse de eadem ſcientia certa noſtra, quod praſens regius aſsenſus, & conſenſus ſit & eſse debeat partibus pradictis, quarum intererit modo pramiſso, in perpetuum, ſemper ſtabilis, realis, validus, fructuoſus, & firmus, nullumque in judiciis, aut extra ſentiat quovis modo, diminutionis incomodum, dubietatis objectum, aut mora alterius detrimentum pertimeſcat, ſed in ſuo ſemper robore, & firmitate perſiſtat, fidelitate tamen regia, feudali quoque ſervitio, & adoha, regiiſque aliis, & alterius cujuslibet juribus ſemper ſalvis, & reſervatis; volumus etiam quod praſens regius aſſenſus, & conſenſus, infra biennium a die data praſentium, regiſtretur in quinternonibus regia camera Summaria, alias pro non praſtito habeatur, in quorum fidem hoc praſens privilegium fieri fecimus magno prafata Majeſtatis ſigillo pendenti munitum. Datum Neap. in regio palatio, die 9. menſis Januarii 1674. El Marques Marques. V. Galeota R. V. Ortiz Cortes R. V. Cala R. Dominus vicerex, & capitaneus generalis mandavit mihi D. Johanni Baptiſta de Afflicto. V. Carrillus R. V. Valero R. nihil ſolvit. Imperatus pro Taxatore. Solvat ducatos 4. Nepita &c. In privil. XI. f. 123. Ventre &c. Jannarius Anaſtaſius Regius a mandatis ſcriba.*

*Aſſenſo all'introſcritto iſtromento, e tutte le coſe introſcritte, & ſignanter a tutte l'introſcritte dichiarationi, & alla introſcritta dichiaratione, e conventione nel modo introſcritto fatta per l'illuſtre D. Ippolita Pelagano principeſſa di Cellamare, che il ſagro, e real monaſterio, e Padri di Monte Caſino dell'Ordine di S. Benedetto, e li poſteri, e ſucceſſori in quello, in perpetuum, ſiano creditori ſopra l'introſcritta juriſdittione di prime, e ſeconde cauſe criminali della città di S. Germano, e ſuoi caſtelli, ville, e caſali, con l'introſcritto officio di Maſtro d'atti, e facoltà di nominare l'aſſeſſore, e con l'introſcritte altre ragioni, & al medeſimo credito del modo introſcritto formato, e coſtituito ad eſſa ill. Principeſſa ſopra la detta introſcritta juriſdittione, nel modo introſcritto non ſolo nell' introſcritto prezzo di docati trentaquattromila, ma anco in tutte l'altre quantità introſcritte nel modo introſcritto all'introſcritte ſpeciali obbligationi, & hipoteche contratte, e fatte da eſſa Principeſſa a favore del detto ſag. e real monaſterio,*

*Diſſert.* Lll 2 *e Padri*

*e Padri di eſſo, e poſteri, e ſucceſſori in quello della detta giuriſdittione, & altre ragioni introſcritte per l'effetti introſcritti alle promeſſe fatte per eſſa illuſtre Principeſſa, di vendere, alienare, dare in ſolutum, cedere, & in qualſivoglia altro titulo transferire al detto ſagro, e real monaſterio, ò alla perſona da eſſa nominanda la detta introſcritta giuriſdittione, & altre ragioni introſcritte nel modo introſcritto, all'introſcritto vicariato, e procura generale, e generaliſſima irrevocabile fatta per eſſa illuſtre Principeſſa in perſona del detto ſagro, e real monaſterio con le poteſtà introſcritte, & alla ratificatione, ſeu ratificationi, & altre coſe introſcritte all'introſcritta ſpeciale obligatione, & hipoteca per detto ſagro, e real monaſterio mediante l'introſcritta ſua procura fatta ad eſſa illuſtre Principeſſa, nel modo, & per l'effetti introſcritti, & allo introſcritte obbligationi d'eſſa illuſtre Principeſſa, e detto ſagro, e real Monaſterio, & ciaſcheduno di eſſi reſpective, cioè de feudali di eſſo ſagro, e real Monaſterio, e per eſſa illuſtre Principeſſa della detta giuriſdittione, & altre ragioni introſcritte, & alla procura introſcritta, & per l'oſſervanza di tutte le coſe, e promeſſe introſcritte in forma regia cancellaria ut &c.*

*A 26. Febraro 1674. Si è preſa la ragione dell'introſcritto regio aſſenſo, precedente decreto della Rota del R. cedulario di detto dì, a relatione del Signor Preſidente Antonio Fiorillo commiſſario, viſto dal regio fiſco precedente anco relatione fatta dall'infraſcritto magnifico Rationale a 22. di detto meſe, penes actuarium de Flore, per il quale decreto è ſtato proviſto quod citra prajudicium omnium, & quorumcumque jurium regio fiſco quomodolibet competentium, praſens regius aſſenſus contentus in dicta relatione regiſtretur in quinternionibus regia camera Summaria, & poſtea notetur in libris regii cedularii, ſervata forma decreti generalis regia camera, ut in regiſtro 3. fol. 2. a t. Joſeph Stantionus Rationalis. Praſentatum in regia camera Summaria die 2. menſis Martii milleſimo ſexconteſimo ſeptuageſimo quarto, per R. P. D. Bernardum a Neapoli procuratorem, regiſtratum in regio Quint. 129. fol. 78. Sergius &c.*

Ex originali in Archivo. Illud Proteſtationis inſtrumentum a D. Hyppolitha factum ratum habuit Petrus Antonius de Aragonia Prorex hoc diplomate. *Carolus Dei gratia rex, & regina mater tutrix, & gubernatrix. D. Petrus Antonius de Aragona eques clavicularis Ordinis Alcantara camera, & conſilii belli ſue catholica Majeſtatis, ejuſque guardia Alemana Capitaneus orator obedientialis apud Summum Pontificem, & in praſenti regno vicerex, locumtenens, & capitaneus generalis. Univerſis, & ſingulis praſentium ſeriem inſpecturis, tam praſentibus quam futuris ſubjectorum regiorum compendiis. Ex affectu benigna charitatis accedimus, quo fit, ut ipſorum petitionibus gratioſis aſſenſum regium facilem benignius prabeamus, ſane pro parte infraſcriptorum ſupplicantium fuit nobis praſentatum infraſcriptum memoriale regii aſſenſus tenoris ſequentis videlicet. Eccellentiſſimo Signore. D. Ippolita Palagana principeſſa di Cellamare, quale tiene per legitimo ſucceſſore D. Domenico Giudice Duca di Giovenazzo ſuo figlio primogenito, & altri, & l'Abbate, Priore, & Monaci del ſagro real monaſterio di Monte Caſino dell'Ordine di S. Benedetto fanno intendere a V. E. come ſi è tra eſſa Principeſſa, e detto ſagro, e real monaſterio, mediante la perſona del padre D. Aleſſandro Pallavicino dell'iſteſſo Ordine ſuo procuratore ſtipolato l'infraſcritto iſtromento del tenor ſeguente.* Proſequitur integrum memoratum inſtrumentum, deindeque ſubditur. *Supplicano perciò V. E. ſi degni in nome di S. Maeſtà Cattolica aſſentire, e preſtarè il ſuo regio aſſenſo a tutte le coſe contenute in detto preinſerto iſtromento, & all'emergenti, e dependenti da eſſo, & a ciaſcuna di quelli tangenti coſe feudali, e ſignanter a tutte le ſudette dichiarationi, & alla ſudetta dichiaratione, e conventione, come di ſopra fatta per eſſa Principeſſa, che detto monaſterio, & Padri di quello, & li poſteri, e ſucceſſori in perpetuum del detto monaſterio ſiano creditori ſopra detta giuriſdittione di prime, e ſeconde cauſe criminali della detta città di S. Germano, e ſuoi caſtelli, ville, e caſali con dett'officio di maſtro d'atti, e facoltà di nominare l'aſſeſſore, e con dette altre ragioni, come di ſopra, & al medeſimo credito di ſopra formato, e coſtituito da eſſa Principeſſa ſopra la detta giuriſdittione di prime, e ſeconde cauſe criminali con detto officio di maſtro d'atti, e facoltà di nominare l'aſſeſſore, e con dette altre ragioni, come di ſopra in beneficio del detto monaſterio, e Padri di eſſo, e delli poſteri, e ſucceſſori qualſivogliano in perpetuum nel detto monaſterio, non ſolo nel detto prezzo di ducati trentaquattromila, ma anco di tutte l'altre quantità alle quali il prezzo di detta giuriſdittione di prime, e ſeconde cause criminali con detto officio di Maſtro d'atti, e facoltà di nominar l'aſſeſſore, e con dette altre ragioni come di ſopra aſcenderà, oltre i docati trentaquattro mila tanto inſpetto il preſente tempo, quanto qualſivoglia altro in futurum alle dette ſpeciali obbligationi, & hipotece contratte, e fatte da eſſa Principeſſa a favore del detto monaſterio, & Padri di eſſo, e poſteri, e ſucceſſori qualſivogliano in perpetuum in detto monaſterio della detta giuriſdittione delle prime, e ſeconde cauſe criminali con detto officio di maſtro d'atti, e con facoltà di nominar l'aſſeſſore, e con dette altre ragioni come ſopra per li predetti, & altri qualſivogliano effetti alle dette promeſſe fatte per eſſa Principeſſa di vendere, alienare, dare in ſolutum, cedere, & in qualſivoglia altro titulo transferire al detto monaſterio, o alla perſona del detto monaſterio, e padri di eſſo nominando la sudetta giuriſdittione di prime, e ſeconde cauſe criminali con detto officio di maſtro d'atti, e facoltà di nominar l'aſſeſſore, & con dette altre ragioni come di ſopra per il prezzo, che detto monaſterio verrà, o anco ſenza prezzo, nel modo, e forma come di ſopra al detto vicariato, e procura generale, e generaliſſima irrevocabiliter fatta per eſſa Principeſſa in perſona del detto monaſterio, e ſuoi Padri a tutte le ſopradette poteſtà contenute in detto preinſerto iſtromento, e ciaſcheduna di eſſe, con la poteſtà ancora di ſoſtituire uno, o più vicarii, e procuratori, e che li ſoſtituti poſſano ſoſtituire altri alle ſudette, & altre poteſtà ut ſupra alla ratificatione, ſeu ratificationi, e nuove ſpeciali obbligationi,*

& hipotece della detta giuriſdittione delle prime, e ſeconde cauſe criminali con detto efficio di maſtro d'atti, e facoltà di nominare l'aſſeſſore, e con dette altre ragioni, come di ſopra, nove promeſſe, vicariato, e procure irrevocabili, & quandocumque, una ò più volte ſi faceſſero per eſſa Principeſſa con le clauſole nel modo, come di ſopra, & a qual ſi voglia vicariato, procura, e ſoſtitutioni, che ſi faceſſero per detto monaſterio in perſona di qualſivoglia alla detta ſpeciale obbligatione, & ipoteca per detto monaſterio, mediante la perſona del detto procuratore fatta ad'eſſa Principeſſa della ſudetta ſpeciale obbligatione, & ipoteca nel modo come di ſopra di tutte altre ragioni, & attioni per detto monaſterio acquiſtato, & acquiſtande tanto in vigore delle dette cautele, quanto in qualſivoglia altro modo ſopra detta giuriſdittione di prime, e ſeconde cauſe criminali, con detto officio di maſtro d'atti, e facoltà di nominar l'aſſeſſore, e con dette altre ragioni per gl' effetti predetti, come di ſopra, necnon alle dette obligationi fatte, & altre di nuovo faciende quandocumque ſi faceſſero per eſsa Principeſsa, e detto monaſterio, e ciaſchedune di eſſi reſpective una, o più volte impetrato il preſente regio aſsenſo, cioè per detto monaſterio, e tutti li ſuoi beni, e ragioni feudali, e titolati di qualſivoglia titolo, che al preſente aveſsero, o in futurum acquiſtaſsero per eſsa Principeſsa della detta giuriſdittione, & altre ragioni ut ſupra, & di ciaſchedune di eſſi reſpective per oſservanza di tutte le ſudette promeſse, & indemnità ad invicem fatte, e di quanto nelle dette preinſerte, & altre qualſivoglia che ne ſeguiſſero, ſe contiene, e contenerà, e per la ſodisfattione di tutti danni, ſpeſe, & intereſse ſi patiſſero, & faceſsero per oſsa Principeſsa, e detto monaſterio, o alcuno di loro, e per li loro eredi, ſucceſsori, e poſteri, e ſucceſsori qualſivogliano in detto monaſterio in caſo d'ineſservanza, conforme alle dette preinſerte cautele celebrate per mano di Not. Donat'Antonio Ceſario di Napoli, & altre forſi celebrande anco per mano d'altri notari, e da tutti li predetti altri patti, promeſse, e clauſole, precarii, e coſtituti in quelle appoſti, ed apponendi, havendo il lor tenore ex certa ſcientia per oſpreſso. Et quatenus ſia neceſſario alla procura per detto monaſterio fatta in perſona del detto Padre D. Aleſsandro Pallavicino, a fare la ſudetta ſpeciale obbligatione, & ipoteca, e promeſse, & obbligar detti ſuoi beni feudali nel modo come di ſopra, e mande ſe ne ſpediſchi regio privilegio in forma regia cancellaria, ut Deus &c. Super quo quidem præinſerto memoriali fuit per nos proviſum in hunc modum vid. Fiat in forma reſpectu ſupradicti ſacri, & realis monaſterii Montis Caſini, reſpectu vero ſupradicta illuſtris D. Hippolytha Palagana principiſsa Cellamaris, quoad ea bona, in quibus habet ſucceſsores, verum ſuccedente caſu, bona vendantur perſonis habilibus, & nominatio fiat de perſona habili. Galeota R. Carrillo R. Navarra R. Capiblanco R. Ortiz Cortes R. Proviſum per S. Exc. Neapoli Die vigeſimo ſexto menſis Martii milleſimo, ſexcenteſimo, ſexageſimo nono. Joſeph Sebaſtianus R. ſcriba a Mandatis &c. Nos vero ſubditorum regiorum acta compendia gratis affectibus proſequentes, pro conſideratione quoque ſincera devotionis, & fidei partium prædictarum, quæ merito in his, & longe majoribus exauditionis gratiam rationabiliter promerentur: Tenore præſentium ex certa noſtra ſcientia deliberate, & conſulto ac ex gratia ſpeciali omnibus contentis in dicto præinſerto inſtrumento, & emergentibus, & dependentibus ab eo, & cuilibet ipſorum feudalia tangentibus, & ſignanter omnibus ſupradictis declarationibus, & ſupradicta declarationi, & conventioni, ut ſupra facta per ipſam principiſsam, quod dictum monaſterium, & patres illius, & poſteri, & ſucceſsores in perpetuum in dicto monaſterio ſint creditores ſuper dicta juriſdictione primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium dicta civitatis S. Germani, ejuſque caſtrorum, villarum, & caſalium cum dicto officio magiſtri actorum, & facultate nominandi aſseſsorem, & cum dictis aliis juribus ut ſupra, & eidem credito ut ſupra formato, & conſtituto per ipſam principiſsam ſuper dicta juriſdictione primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium cum dicto officio Magiſtri actorum, & facultate nominandi aſseſſorem, et cum dictis aliis juribus ut ſupra in beneficium dicti monaſterii, & patruum ipſius, & poſterum, & ſucceſsorum quorumcumque in perpetuum in dicto monaſterio nedum in dicto pretio ducatorum triginta quatuor mille. Verum etiam in omnibus aliis quantitatibus ad quas pretium dicta juriſdictionis primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium cum dicto officio magiſtri actorum, & facultatem nominandi aſseſsorem, & cum dictis aliis juribus ut ſupra aſcenderet ultra dictos ducatos triginta quatuor mille, tam inſpecto præſenti, quam quovis alio futuro tempore. Dictis ſpecialibus obbligationibus, & hipotecis contractis, & factis per ipſam Principiſſam in favorem dicti monaſterii, & patruum ipſius, & poſterum, & ſucceſsorum quorumcumque in perpetuum in dicto monaſterio dicta juriſdictionis primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium cum dicto officio magiſtri actorum, & facultate nominandi aſseſsorem, & cum dictis aliis juribus ut ſupra pro prædictis, & aliis effectibus quibuſcumque. Dictis promiſſionibus factis per ipſam principiſsam, vendendi, alienandi, in ſolutum dandi, cedendi, & quovis alio titulo transferendi dicto monaſterio, ſeu perſona per dictum monaſterium, & patres ipſius nominanda ſupradictam juriſdictionem primarum, et ſecundarum cauſarum criminalium cum dicto officio magiſtri actorum, & facultate nominandi aſseſsorem, & cum dictis aliis juribus ut ſupra pro prætio quod dictum monaſterium voluerit, aut etiam abſque prætio, modo, et forma ut ſupra. Dicto vicariatui, & procurationi generali, & generaliſſima irrevocabili facta per ipſam principiſsam in perſonam dicti monaſterii, ejuſque patruum omnibus ſupradictis poteſtatibus contentis in dicto præinſerto inſtrumento, et cuilibet ipſorum cum poteſtate etiam ſubſtituendi, unum vel plures vicarios, et procuratores, et quod ſubſtituti poſſint ſubſtituere alios ſupradictis, et aliis poteſtatibus ut ſupra. Ratificationi, ſeu ratificationibus, & novis ſpecialibus obbligationibus, et hipothecis dicta juriſdictionis primarum, et ſecundarum cauſarum criminalium cum dicto officio magiſtri actorum, & facultate nominandi aſseſsorem, et cum dictis aliis juribus ut ſupra. Novis promiſſionibus Vicariatui, et procurationibus irrevocabilibus quandocumque ſemel,

aut pluries faciendis per ipſam Principiſſam cum clauſolis modo quo ſupra, & cuicumque Vicariatui procurationi, & ſubſtitutionibus faciendis per dictum monaſterium in perſonam cujuſcumque. Dicta ſpeciali obligationi, & ypotheca per dictum monaſterium mediante perſona dicti Patris procuratoris facta ipſi Principiſſæ ſupradictæ ſpecialis obbligationis, & hipotheca modo quo ſupra omniumque aliorum jurium, & actionum per dictum monaſterium acquiſitorum, & acquirendorum tam vigore dictarum cautelarum, quam quovis alio modo ſupradicta juriſdictione primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium cum dicto officio magiſtri actorum, & facultate nominandi aſſeſſorem, & cum dictis aliis juribus, ut ſupra pro effectibus prædictis, ut ſupra, nec non dictis obligationibus factis, & aliis denuo faciendis quandocumque fierent per ipſam Principiſſam, & dictum monaſterium, & quemlibet ipſorum reſpective ſemel aut pluries impetrato præſenti regio aſſenſu, ideſt per dictum monaſterium omnium ejus bonorum, & jurium feudalium, & titulatorum quocumque titulo, quæ ad preſens haberet, ſeu in futurum aquireret, & per ipſam Principiſſam dictæ juriſdictionis, & aliorum jurium ut ſupra, & cujuslibet ipſorum reſpective, pro obſervantia omnium ſupradictarum promiſſionum, & indemnitatum ad invicem factarum, & omnium in dictis preinſertis, & aliis quibuſcumque ſubſequentis contentorum, & continendorum, & pro ſatisfactione omnium damnorum, expenſarum, & intereſſe patiendorum, & faciendorum per ipſam Principiſſam, & dictum monaſterium, ſeu quemlibet ipſorum, & per eorum heredes, ſucceſſores, & poſteros, & ſucceſſores quoſcumque in dicto monaſterio in caſu inobſervantiæ juxta formam dictarum præinſertarum cautelarum celebratarum manu notarii Donati Antonii Ceſarii de Neapoli, & aliarum forte celebrandarum etiam manu aliorum notariorum, ac omnibus prædictis, & aliis pactis, promiſſionibus, & clauſolis præcarii, & conſtituti in illis appoſitis, & apponendis, & quatenus opus ſit, procurationi per dictum monaſterium facta in perſonam dicti Patris D. Alexandri Pallavicino, ad faciendum ſupradictas ſpeciales obligationem, & hypothecam, & promiſſiones, & ad obligandum dicta ejus bona feudalia modo quo ſupra. Quarum tenores præſentibus pro inſertis, & ſpecifice declaratis haberi volumus quoad expreſſa tantum, quatenus tamen rite, recteque proceſſerit, parteſque tanguntur. Veris quidem exiſtentibus prænarratis, naturaque feudi in alieno non mutata. Ita tamen quod non inducatur diviſio vaſſallorum, ſou juriſdictionis bonorum feudalium obligatorum, ſeu obligandorum, non obſtante, quod ſuper bonis feudalibus proceſſiſſe noſcatur, præfatis Majeſtatis nomine aſſentimur, & conſentimus ex gratia regiumque ſuper his præſtamus aſſenſum, & convenſum, reſpectu ſupradicti ſacri, & regalis monaſterii Montis Caſini, reſpectu vero ſupradictæ illuſtris D. Hippolythæ Palaganæ Principiſſæ Cellamaris, quoad ea bona, in quibus habet ſucceſſores, verum, ſuccedente caſu, bona vendantur perſonis habilibus, & nominatio fiat de perſona habili. Volentes, & decernentes expreſſe de eadem ſcientia certa noſtra quod præſens regius aſſenſus, & conſenſus ſit, & eſſe debeat partibus prædictis, quarum intererit, modo præmiſſo in perpetuum, ſemper ſtabilis, realis, validus, fructuoſus, & firmus, nullumque in judiciis, aut extra ſentiat quovis modo diminutionis incomodum, dubietatis objectum, aut noxæ alterius detrimentum pertimeſcat, ſed in ſuo ſemper robore, & firmitate perſiſtat, fidelitate tamen regia, feudali quoque ſervitio, & adoha, regiiſque aliis, & alterius cujuslibet juribus ſemper ſalvis, & reſervatis. Volumus etiam, quod præſens regius aſſenſus, & conſenſus infra biennium a die data preſentium regiſtretur in quinternionibus regiæ cameræ Summariæ, alias pro non præſtito habeatur. In quorum fidem hoc preſens privilegium fieri fecimus magno præfatæ Majeſtatis ſigillo pendenti munitum. Datum Neapoli in regio palatio, die ſupradicto vigeſimo ſexto menſis Martii, milleſimo, ſexcenteſimo, ſexageſimo nono: Ad P. Antonio Aragona, Off. V. Galeota R. V. Ortiz Cortez R. V. Carillo R. V. Capiblancus R. Solv. &c. Q. quatuor. Do Jannario. Nihil ſolv. Imperatus pro Taxatore. In Privil. 18. fol. 110. &c. .ſ. Gentilis. Concordat cum memoriali originali. Joſeph Sebaſtianus R. a mandatis ſcriba. A 26. Febraro 1674. Si è preſa la ragione del introſcritto regio aſſenſo, precedente decreto della Rota del R. Cedolario dì detto, a relatione del ſignor Preſidente Antonio Fiorillo commiſſario, viſto dal regio fiſco precedente anco relatione fatta dall' infraſcritto magnifico rationale a 22. Febraro detto, penes actuarium Laurentium de Flore, per il qual decreto è ſtato proviſto. Quod citra præjudicium omnium, & quorumcumque jurium regio fiſco quomodolibet competentium, præſens regius aſſenſus contentus in dicta relatione regiſtretur in quinternionibus regiæ cameræ Summariæ, & poſtea notetur in libris regiis Cedularii, ſervata forma decreti generalis regiæ cameræ, ut in regiſtro tertio fol. 2. a t. Joſeph Stantionus Rationalis. Preſentatum in regia camera Summariæ die 2. menſis Martii per Reverendum Patrem D. Bernardum de Neapoli procuratorem, & admiſſum prævio ordine ſuæ excellentiæ lapſu temporis non obſtante citra præjudicium jurium regii fiſci, & partium, ut in regiſtro quinternionum 129. fol. primo. Sergius.

Emit tandem Hyppolitha Palagana uxor Principis Cellamaris D. Nicolai del Giudice die 27. Martii anno 1669. pro cœnobio Caſſinenſi juriſdictionem criminalem primarum, ſecundarumque cauſarum Abbatiæ Caſſinenſis cum juribus aliis, ſi quæ haberet Franciſcus Tuttavilla, ut hoc inſtrumento conſtat rogato a Donato Antonio Cæſario, quod integrum continetur in regio privilegio a Carolo II. die 21. Auguſti anno 1673. expedito, atque executioni demandato a Marchione de Aſtorga die 9. Januarii anno 1674. Carolus Dei gratia Rex, & Regina Mater Tutrix, & Gubernatrix &c. D. Antonius Petrus Alvarez Oſſorio Comes d' Avila, & Toleto, Marchio Velatæ, Aſtorghæ, & S. Romani, Comes de Traſtamara, & S. Marthæ, Dux de Anguiar, Comes, & dominus Domos de Villalobos, dominus Perami, & Villamanganæ, & ſeptem Villarum in Campis Valtaræ, Caſtrivixidi, Vexillæ, Villæ ornatæ, Fonſinum

Juriſdictio criminalis a Caſſinatibus emta.

Ex originali Archiv.

de Re-

de Repel, Roales, & Villaaſcoriel, Fortelliſii villa, & Oppidi Villegala, Caſtelliqne, & juriſdictionis Cepeda Vallis de S. Mario, Urzeolo, & domorum de morizanar Villa, & oppidi de Jurienzo de los Cavalleros Calatrabenſium Ordinis Major Commend. Canonicus S. Legionis Eccleſia majoris Vexillifer pro regia majeſtate Hiſpaniarum diviſa, ejuſque pro ſtatu conſiliarius eidemque ab intimis cubiculis, & in praſenti regno Vicerex, locumt., & Capitaneus generalis, &c. Univerſis, & ſingulis praſentium ſeriem inſpecturis, tam praſentibus, quam futuris. Nuper pro parte infraſcripta ill. ſupplicantis fuit nobis praſentatum infraſcriptum regium originale privilegium ſacra, regia, & Catthólica Majeſtatis omni qua decet ſollemnitate vallatum, & roboratum tenoris ſequentis, Vid. Carolus Dei gratia rex Caſtella Aragonum, Legionis, utriuſque Sicilia Hieruſalem, Hungaria, Dalmatia, Croacia, Navarra, Granata, Toleti, Valentia Majoricarum Hiſpalis Sardinia Corduba Corſica Murtia Giennis, Algarbii Algezira, Gibraltaris, inſularum Canaria nec non Indiarum Orientalium & occidentalium inſularum a Terra firma maris Oceani Archidux Auſtria, Dux Burgundia, Brabantia, Mediolani, Athenarum, & Neopatria comes Habſpurgh, Flandria, Tyrolis, Barcinona Roſſilionis, & Cerritania, Marchio Oriſtanni, & Goceani. Et regina Donna Maria Anna ab Auſtria ejus mater uti tutrix, & curatrix ejus, & omnium regnorum, & provinciarum ſua dominationis Gubernatrix. Univerſis, & ſingulis, & ſingulis preſentium ſeriem inſpecturis tam preſentibus quam futuris. Nomine illuſtris conſanguinea noſtra; ſincera nobis dilecta D. Hipolyta Palagano Principiſſa Cellemaris in citerioris noſtro Sicilia regno exhibitus nobis fuit ſupplex libellus cum quodam exemplari cujuſdam inſtrumenti in ejus favorem facti cujus tenor ſequitur in hunc modum. Señora. Da. Hypolita Palagano Princeſſa de Cellamar dice, que S. Magd. que Santa gloria haya en veynte, y ſeys de Agoſto de 1650. por ſu real privilegio hico merced à D. Franciſco Tutavila Duque de S. German por Suvida, y otras dos mas, deſpues dè là ſuya ſucceſſivamente para ſus herederos utriuſque ſexus, ex corpore, conforme las leyes, pragmaticas, conſtitutiones, y capitulos del reyno de Napoles in feudum de la juriſdiccion de las primeras, ii ſegundas cauſas criminales dè là ciudad de S. German el reyno de Napoles como mas largamente conſta del dicho real privilegio, al qual ſe refiere, y porque el dicho D. Franciſco Tuttavila ha vendido, cedido, y trapaſſado la dicha merced à là ſupplicante, de là miſma forma, y manera, que haſta concedida al dicho D. Franciſco Tutavila, por precio, y canzia $34^{m}$. ducados moneda do Napoles, que la ſupplicante ha recivido del' Abad, Prior, y PP. del ſacro, y real monaſterio de monte Caſino de la Orden de nueſtro Padre S. Benito, y brevi manu los hà pagado por publicos bancos de la dicha Ciudad de Napoles al dicho D. Franciſco Tutavila, y de todo lo referido, ſe han otorgado publicas ſcripturas del dicho D. Franciſco, de là ſupplicante, y del dicho Abad, y Prior, y PP. del referido real monaſterio de monte Caſino, ante Antonio Caſario publico notario de la ciudad de Napoles, en 7. de Marco, de 1669. à los quales ſe refiere, ſupplica à V. M. ſe ſirva de hacerle merced, de mandar, sè lè deſpache real privilegio, concediendo ſu real aſſenſo, à todas las condiciones referidas en las dichas ſcripturas, por lo que toca à las coſas feudales, y particolarmente à la venta ſuſo dicha, ſin el pacto, de ricomprar hecha, à favor de la ſupplicante ſus herederos, y ſucceſſores de là dicha Juriſdiccion criminal de las primeras, y ſegundas cauſas de là dicha ciudad de S. German, ſus caſales, y villas, y ſe han de inſertar a là letra todos los papeles, que ſe preſentan, los quales ſon de là venta de dicha Juriſdiccion, y demas contitiones, que en ellas ſe refieren, que expreſamente ſe han de confirmar de V. M. ſin acetuacion de coſa ninguna, que en ello recivirà merced &c. Tenor vero ſupradicti inſtrumenti venditionis talis eſt. Signora. Die vigeſimo ſeptimo menſis Martii ſeptima inditionis, milleſimo, ſexcenteſimo ſexageſimo nono, Neapolis. Conſtitutis in noſtra praſentia D. D. Alvaro de la Quadra procuratore Dñi D. Franciſci Tuttavilla Ducis S. Germani ſubſtituto per D. D. Vincentium Tuttavilla Ducem Calabriti procuratorem cum poteſtate ſubſtituendi ſupradicti D. Ducis S. Germani ejus fratris, cum ampliſſimis poteſtatibus, & ad vendendum quacumque bona etiam feudalia, eorumque pratia recipiendam, cum conditionibus conveniendis, & quę videbuntur, & placebunt, & cum omnimoda, ac libera, & generali poteſtate in nihilo limitata, ad peragendum quoſcumque actus, quos ipſe D. D. Franciſcus facere poſſet, & de eis rogandum quaſcumque ſcripturas, & quęcumque inſtrumenta, cum obligatione omnium bonorum, etiam cum clauſola conſtituti, & pręcarii, ut latius conſtat ex Inſtrumento mandati, ſeu procurationis prędictę rogato in civitate de Badagias Hiſpaniarum, manu notarii Didaci Martini Gami ejuſdem civitatis die 20. Maii 1661., cujus copia conſervatur per notarium Franciſcum Mignone de Neapoli, prout mihi conſtare fecit, per copiam dictę procurationis factam per dictum notarium Franciſcum, cui me refero, & per me conſervatur in pręſenti actu, ac etiam ex inſtrumento ſubſtitutionis prędictę rogato manu mei die 2. pręſenti menſis Martii 1669. agente, & interveniente ad infraſcripta omnia procuratorio nomine, & pro parte prędicti D. D. Franciſci Tuttavilla, & pro eodem D. D. Franciſco, ejuſque hęredibus, & ſucceſſoribus &c. pro quo quidem D. D. Franciſco, prędictus D. D. Alvarus, procuratorio nomine quo ſupra promiſit de rato & quod ad majorem cautelam quatenus opus ſit, citra tamen prędjudicium preſentis contractus, & non aliter ratificet ut infra ex una parte, & R. P. D. Alexandro Pallavecino Ordinis S. Benedicti conſentiente prius in nos pro procuratore ab infraſcripta, & nonnullas alias poteſtates ſacri, & realis monaſterii montis Caſini ejuſdem ordinis capitulariter conſtituto, & ſignanter cum poteſtate ſupplendi, & addendi quaſcumquo alias poteſtates, & auctoritates, quas ipſe P. Procurator libere voluerit circa negotium infraſcriptum, mediante inſtrumento procurationis pradictę rogato in dicto monaſterio manu notarii Iſidori Suave terrę Bellimontis die 24. Februar. anni proximi prateriti 1668. prout mihi conſtare fecit per copiam dictę procurationis cui me refero, & per me conſervatur, ſupprius, & addente, prout expreſſe coram nobis, vigore dictę poteſtatis ei attributę, omnique alia meliori via, & modo addit, & exprę ſit ad majorem cautelam quatenus opus ſit in dicto inſtrumento procurationis

nis

Digitized by Google

nis plenam licentiam, liberam, & omnimodam poteſtatem & facultatem, faciendi, gerendi, & complendi omnia, & ſingula infraſcripta, & D. D. Dominico judice Duce Jovenatii, filio, & procuratore ad infraſcripta, ſignanter cum ſpeciali mandato D. D. Ippolitæ Palaganæ Principiſſæ Cellamaris ejus matris, mediante inſtrumento procurationis prædicta, rogato manu mei præcedenti die, agentibus, & intervenientibus ad infraſcripta omnia, hoc eſt dicto Pri. D. Alexandro, procuratorio nomine, & pro parte dicti Sacri monaſterii & PP. ipſius, & pro eodem ſacro monaſterio & Patribus ipſius, ac poſteris, & ſucceſſoribus quibuſcumque in perpetuum in eo, & dicto D. Duce Juvenatii Procuratorio nomine, & pro parte prædictæ D. Principiſſæ ejus matris, & pro eadem D. Principiſſa ejuſque heredibus, & ſucceſſoribus &c. Pro quo quidem monaſterio, & Patribus ipſius, prædictus P. D. Alexander procuratorio nomine quo ſupra, promiſit de rato, & quod ad majorem cautelam, quatenus opus ſit, citra tamen præjudicium præſentis contractus, & non aliter, ratificent, ut infra, ex parte altera. Præfata vero partes, & qualibet ipſarum, quibus ſupra nominibus, reſpective ut ſupra ſponte aſſeruerunt coram nobis, annis præteritis, per ſuam catholicam majeſtatem D. noſtri regis Philippi IV. glorioſæ memoriæ fuiſſe conceſſas dicto D. D. Franciſco pro vita ſua, & ad alias duas poſt eam ſucceſſive ſequendas, heredum, & ſucceſſorum ſuorum utriuſque ſexus, ex ſuo corpore legitime deſcendentibus, ſecundum leges, pragmaticas, jura, conſtitutiones, capitula, & gratias hujus regni in feudum, & ſub debito, & contingenti feudali ſervitio, ſeu adoha taxanda per regiam cameram Summariæ, juriſdictionem primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium in civitate S. Germani, cum ejus caſtris, villis, & caſalibus, ac cum officio magiſtri actorum, ad dictam Catholicam majeſtatem, ejuſq; regiam curiam hujusregni ſpectantem, & pertinentem cum facultate nominandi aſſeſſorem, necnon & juriſdictionem, & cognitionem cauſarum mixtarum, & ſecundarum cauſarum civilium, prout ad dictam regiam curiam ſpectabant, in omnibus, & quibuſcumque hominibus, & vaxallis habitantibus, & habitaturis in eadem civitate, ejuſque caſtris, villis, & caſalibus, & in omnibus cauſis & delictis commiſſis, & committendis in ea ac ejus territorio, & diſtrictu, per homines, & vaxallos illius, ac habitantes, & habitaturos in ea; exceptis in criminibus leſæ majeſtatis, hæreſis, & falſæ monetæ, exceptis etiam aliis Prioritatibus, juribus, & juriſdictionibus, dictæ Cattholicæ Majeſtatis, ejuſque regiæ curiæ ratione ſupremi dominii ſpectantibus, & pertinentibus, & cum omnibus, & ſingulis juribus, juriſdictionibus, & prærogativis, ac proventibus omnibus, perveniendis, & perventuris, ex juriſdictionibus prædictis, ac cum mero mixtoque imperio, & gladii poteſtate, quatuor litteris arbitrariis, ac poteſtate componendi delicta pœnaſque commutandi de corporali in pecuniarias, illaſque remittendi in toto, vel in parte, ſatisfacto prius parti leſæ, & integro ſtatu, ac etiam cum privilegio contra viduas, pupillos, orphanos, eccleſiaſticaſque, ac miſerabiles perſonas, derogando expreſſe diſpoſitioni legis unicæ, & tot. tit. cod., Quando Imperator inter pupillos, & Viduas, & privilegiis conceſſis miſerabilibus perſonis, ut latius conſtat ex regali privilegio expedito in oppido Madriti die 6. Aprilis 1649. regiſtrato in privilegior. &c. Neapolis 24. fol. 281, Et cum pro parte dicti D. D. Franciſci fuiſſet petitum in regio collaterali conſilio, exequi ſupradictum privilegium ſuæ catholicæ majeſtatis, fuiſſe per ſupradictum regium collaterale conſiliū ſub die 17. menſis Decembris 1649. interpoſitum decretum, quod exequatur prædictum privilegium ſuæ Catholicæ majeſtatis, juxta ipſius ſeriem, continentiam, & tenorem, in beneficium prædicti D. D. Franciſci Tuttavillæ in omnibus, quæ ad dictam Catholicam majeſtatem ſpectant, exceptis iis de quibus pendet lis in regia camera Summariæ, in quibus liceat, & licitum ſit, prædicto D. Franciſco, vigore dicti privilegii, exercere, & proſequi jura regii fiſci, donec aliter per regiam cameram fuerit proviſum, deinde per eamdem Catholicam majeſtatem ſupradictam juriſdictionem primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium in dicta civitate S. Germani, ejuſque caſtris, villis, & caſalibus, cum dicto officio magiſtri actorum, & facultate nominandi aſſeſſorem, nec non ſupradictam juriſdictionem cauſarum mixtarum, & ſecundarum cauſarum civilium, prout ſupra reperiebantur conceſſæ, in omnibus, & quibuſcumque vaxallis habitantibus, & habitaturis in eadem civitate, ejuſque caſtris, villis, & caſalibus, & in omnibus cauſis, & delictis commiſſis, & committendis, contractis, & contrahendis, perpetratis, & perpetrandis in eadem civitate, & ejus territorio, & diſtrictu, per homines, & vaxallos illius, habitanteſque, & habitaturos in eis, except is tamen criminibus leſæ majeſtatis, hæreſis, & falſæ monetæ, & cum aliis prioritatibus, juribus, & juriſdictionibus dictæ Cattholicæ majeſtati, ejuſq; regiæ curiæ ratione ſupremi dominii ſpectātibus, & ſpectaturis, pertinentibus, & quæ impoſterum pertinere poſſent, prærogativis, ac provētibus omnibus perventuris ex juriſdictionibus prædictis, ac cum mero, & mixto imperio, & gladii poteſtate, quatuor litteris arbitrariis, quarum prima incipit, de juris cenſura, 2. exercere volentes, 3. ne tuorum, 4. proviſa juris ſanctio, & cum poteſtate componendi delicta, pœnaſque commutandi de corporali in pecuniarias, illaſque remittendi in toto vel in parte, ſatisfacto prius parti leſæ, & integro ſtatu, ac etiam cum privilegio contra viduas, pupillos, orphanos, eccleſiaſticas, & quaſvis miſerabiles perſonas derogando regiæ diſpoſitioni leg. unicæ & tot. tit. cod. quando Imperator inter pupillos, & viduas, & privilegiis conceſſis miſerabilibus perſonis fuiſſe datas donatas, & conceſſas, ac liberaliter elargitas, dicto D. D. Franciſco, pro ſe, ſuiſque heredibus, ſucceſſoribus utriuſque ſexus, ex ſuo corpore legitime deſcendentibus, ſecundum tamen inveſtituras, jura, conſtitutiones, & capitula regni hujus, & gratias per dictam Catholicam majeſtatem, ejuſq; ſereniſſimos prædeceſſores huic fideliſſimæ civitati, & regno conceſſas, in feudum, & ſub debito, & contingenti feudali ſervitio, ſive adoha tunc taxanda per dictam regiam cameram Summariæ itaquod juriſdictio, & cognitio prædictarum cauſarum in dicta civitate S. Germani, & ejus caſtris, villis, & caſalibus intelligatur, & ſit conceſſa, atque donata prædicto D. D. Franciſco in perpetuum, & in feudum pro ſe, ſuiſque heredibus, & ſucceſſoribus cum omnibus illis juribus, & juriſdictionibus ut ſupra, eodemmet modo, & forma, quibus per prædictam Catholicam majeſtatem dicto D. D. Franciſco ad vitam ſuam, & ad alias duas ſucceſſive ſequendas virtute ſupradicti privilegii ut ſupra conceſſa reperiebatur, cum

decla

Digitized by Google

*declarationibus, & clauſolis in infraſcripto privilegio appoſitis, necnon, ad majoris gratiæ cumulum, titulum Ducatus, qui per præfatam ſacram majeſtatem dicto D. Franciſco reperiebatur conceſſum ſuper terram Saſſonis, eadem Sacra majeſtas dignata fuit in dictam civitatem, & terram S. Germani transferre, & proinde extincto, & annullato titulo Ducatus, quo terra Saſſonis condecorata exiſtebat, prædicta civitas, & terra S. Germani in Ducatus titulum, & honorem erecta fuit, dictuſque D. Franciſcus Dux prædictæ civitatis, & terræ S. Germani, prædictique ſui hæredes, & ſucceſſores in juriſdictione prædicta ordine ſucceſſivo Duces ejuſdem Terræ fuerunt, per eamdem Catholicam majeſtatem nominati, conſtituti, & creati cum eiſdem anterioritatibus, prælationibus, & prærogativis prædicti Ducatus titulis ſuper dicta terra Saſſonis, prout latius conſtat ex alio regali privilegio expedito in oppido Madriti ſub die 26. menſis Auguſti 1650. regiſtrato in privilegiorum Neapolis 26. fol. 131., & petito ſimiliter pro parte prædicti D. Ducis D. Franciſci in dicto regio collaterali conſilio exequi ſupradictum aliud privilegium conceſſionis ſupradictarum Juriſdictionum, cum ſupradicto titulo Ducatus ſuper dicta civitate S. Germani, in beneficium dicti D. D. Franciſci, ejuſque heredum, & ſucceſſorum fuiſſe per decretum dicti regii collateralis conſilii interpoſitum ſub die 12. Auguſti 1651. ordinatum, quod exequatur privilegium prædictum, cum inſertione ſupradicti decreti interpoſiti dicta die 17. Decembris 1649. quo fuerat ordinatum, quod exequatur privilegium S. Catholicæ majeſtatis juxta ipſius ſeriem, continentiam, & tenorem in beneficium prædicti D. Franciſci Tuttavilla in omnibus ad dictam Catholicam majeſtatem ſpectantibus, exceptis iis de quibus pendet lis in regia camera Summariæ, in quibus liceat, & licitum ſit prædicto D. Franciſco, vigore prædicti privilegii, exercere, & proſequi jura regii fiſci, donec aliter per regiam cameram fuerit proviſum. Quapropter eadem prædicta die 12. menſis Auguſti 1651. fuiſſe expeditum ſupradictum regium exequatur cum inſertione ſupradicti primi decreti, mediante privilegio expedito per qm. illuſtriſſimum, & excellentiſſimum D. Comitem de Onnate tunc Viceregem in hoc regno, eadem die 12. Auguſti 1651. Et cum non fuerit intra annum regiſtratum, & ſigillatum, & per ſupradictum regium collaterale conſilium ſub die 3. Novembris dicti anni 1651. ordinatum, quod dictum privilegium regiſtretur & ſigilletur lapſu temporis non obſtante, etiam in quinternionibus regiæ cameræ Summariæ, cum effectu fuiſſe regiſtratum in regia cancellaria hujus regni, in privilegiorum 16. fol. 108. & in quinternionibus dictæ regiæ cameræ fol., & cum fuiſſet proceſſum per dictam regiam cameram Summariæ ad taſſam adhoa faciendam in regio cedulario pro juriſdictionibus prædictis & per dictam regiam cameram interpoſitum decretum ſub die 20. Junii 1651. quod taxa prædicta fiat juxta affictum ſalva informatione capienda, & deinde interpoſitum aliud decretum ſub die 20. Julii 1651. Quod abſque alia informatione capienda, adoha, tam officii magiſtri actorum quam omnium aliorum jurium, & juriſdictionum, prædictæ civitatis S. Germani, & caſalium ut ſupra conceſſorum per Catholicam majeſtatem in feudum dicto D. Franciſco Tuttavilla taxetur pro annuorum ducatorum mille quatuor centorum quinquaginta redditus ad rationem ducatorum 26. 4. pro quolibet centenario, tandem interpoſita reclamatione a decretis prædictis, fuiſſe per dictam regiam cameram ſub die 12. Januarii 1652. ordinatum, quod ſuſpenſis ſupradictis decretis latis ſub dictis diebus 20. Junii, & 11. Julii 1651. adoha prædictæ civitatis S. Germani, & caſalium taxetur juxta affictum annuorum ducatorum 850. ad rationem ducatorum 26. 4. pro quolibet centenario, in annuis ducatis 223. 0. 12. ex cauſis in dicta regia camera diſcuſſis abſq; alio augumento ratione donativi, juxta ordinem generalem dictæ regiæ cameræ in executione quorum decretorum fuiſſe cum effectu deſcriptum, & taxatum prædictum D. Franciſcum in cedulario Baronum, & feudatariorum regni hujus, quod teneatur pro juriſdictione primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium & mixtarum, & ſecundarum cauſarum civilium, & cum officio magiſtri Actorum dictæ civitatis S. Germani in dictis annuis ducatis 223. 12. ac fuiſſe etiam regiſtratum in quinternionibus ejuſdem regiæ cameræ prædictum privilegium conceſſionis, ut ſupra expeditum in oppido Madriti die 26. Auguſti 1650. & executoriatum in pręſenti regno ſub die 12. Auguſti 1651. ſervata tamen forma regii privilegii, & ſupradicti decreti interpoſiti ſub die 17. Decembris 1649. per quod fuit proviſum, quod exequatur privilegium primo loco conceſſum, juxta ſui ſeriem, continentiam, & tenorem, in beneficium prędicti D. Franciſci in omnibus quę ad dictam Catholicam majeſtatem ſpectant, exceptis iis, de quibus pendet lis in regia camera Summarię, in quibus liceat & licitum ſit predicto D. Franciſco vigore prędicti privilegii exercere, & proſequi jura regii fiſci, donec alter per regiam cameram fuerit proviſum prout latius conſtat in regeſtro quinternionum prędictorum 106. fol. 61. a t. & in Cedulario anni 1639. & 1666. fol. 290. deinde vero per eamdem prędictam Catholicam majeſtatem conceſſionem prędictarum juriſdictionum cum dicto titulo Ducatus S. Germani ut ſupra, factam in dicto D. D. Franciſco pro ſe ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus ex corpore legitime deſcendentibus, fuiſſe ampliatam etiam pro nepotibus, ex fratre, qui valeant ſuccedere, cum clauſula etiam, quod dictus D. Dux D. Franciſcus tamen in vita, quam in morte poſſit prædictas juriſdictiones alienare, & de eis diſponere, ſuumque hæredem in illis nominare quem voluerit ex ſuis legitimis filiis quos habuerit & non habens filios, quem voluerit ex ſuis fratribus, aut nepotibus, aut alium quemlibet in gradu ſucceſſibili, prout ex realibus litteris datis in oppido Madriti 16. Martii 1656. executoriatis per regnum collaterale conſilium regni hujus, lapſus temporis non obſtante, mediante decreto interpoſito die 8. Auguſti 1661. pœnes Januarium Anaſtaſium regium a mandatis ſcribam, & regiſtratis in regia cancellaria litterarum S. Mtis. 4. fol. 90. præcedentibus aliis regiis litteris diſpenſationis prædicti lapſus temporis, datis in buenretiro die 26. Maii 1661. & executoriatis per dictum regium collaterale conſilium eadem die 8. Auguſti 1661. & regiſtratis in regia cancellaria in eodem regiſtro litterarum S. M. 4. fol. 91. & tandem regiſtratis in quinternionum regiæ cameræ Summarię 115. fol. 105. vigore decreti interpoſiti per regiam cameram die 6. Februarii 1662. penes Martium de Porto actuarium, & ſtantionem rationalem, pręcedentem etiam reſcripto D. Comitis de Pigne-*

*randa*

Digitized by Google

randa die 18. Januarii 1662. cumque poſſidente dicto D. Duce S. Germani in feudum &c. vigore dictorum privilegiorum, & litterarum S. Mtis: prædictam juriſdictionem criminalem in primis, & ſecundis cauſis dictæ civitatis S. Germani, necnon, prætendente etiam dicto D. Duce, vigore eorumdem privilegiorum, & litterarum S. Mtis. ad ipſum ſpectaviſſe, & ſpectare ſimiliter in fœudum &c. ſupradictam juriſdictionem cauſarum mixtarum, & ſecundarum cauſarum civilium, & alia jura ipſi ut ſupra conceſſa, etiam de quibus pendebat, & pendet lis in regia camera Summariæ, & etiam ſervata forma prædicti decreti regii collateralis conſilii pro eadem juriſdictione cauſarum mixtarum, & ſecundarum cauſarum civilium, & aliis de quibus pendet lis in regia camera licuiſſe, & licere proſequi jura regii fiſci, etiam in poſſeſſorio, & proinde ipſum D. Ducem eamdem predictam juriſdictionem cauſarum mixtarum, & ſecundarum cauſarum civilium, & alia legitimo jure poſſediſſe, & poſſidere, & in eadem poſſeſſione, ſeu quaſi fuiſſe, & eſſe manutenendum, & non turbandum. E converſo tamen pro parte ſupradicti ſacri, & regalis monaſterii Montis Caſini poſſidentis ab antiquo prædictam civitatem S. Germani ejuſque caſalia fuerit oppoſitum, & prætenſum, ut adhuc opponitur, & prætenditur in prædicta civitate S. Germani & Caſalibus ad dictum monaſterium pleno jure ſpectantibus, nullum jus dicto D. Duci, nec alteri cuicumque competere niſi tantummodo prædictam juriſdictionem primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium tantum ei, ut ſupra, in feudum conceſſam, de cætero vero juriſdictionem primarum, & ſecundarum cauſarum tum civilium, tum mixtarum ab antiquo, & antiquiſſimo, & immemorabili tempore, pleno jure ſpectaviſſe, & ſpectare dicto regali monaſterio, & per idem monaſterium fuiſſe poſſeſſam, & poſſideri, una cum eadem prædicta civitate, & caſalibus, ejuſque civibus, juriſdictionibus, bonis, & introitibus, excepta tantummodo dicta juriſdictione criminali tantum, & proinde nec in poſſeſſione dictæ juriſdictionis cauſarum mixtarum, & ſecundarum civilium per dictum D. Ducem, ut ſupra prætenſarum, potuiſſe, nec poſſe moleſtari, nec turbari, etiam ex deductis in regia camera Summariæ, & in proceſſibus litium prædictarum in banca . . . . quibus, & aliis pro eorum narratione relationem haberi volverunt. Quinimo fuerit etiam prætenſum pro parte dicti ſacri, & realis monaſterii nullatenus licuiſſe nec licere dicto D. D. Franciſco, uti, & intitulari prædicto titulo Ducatus S. Germani, tamquam in præjudicium tituli Baroniæ ſuper dicta civitate competentis, ut prætenditur dicto ſacro, & reali monaſterio ejuſque Rmo Abbati, quod proinde reſcripto excmi qm. Comitis de Ognatte tunc hujus regni Proregis de die 21. Februarii 1652. fuiſſet ordinatum dicto D. D. Vincentio Tuttavilla tanquam procuratori dicti D. D. Franciſci, quod nihil innovaret circa uſum prædicti tituli Ducatus S. Germani, donec viſa conſultatione facienda per regiam cam. aliter fuerit reſolutum, & habito recurſu per dictum D. D. Franciſcum ad S. Majeſtatem fuerit ab ea ordinatum, quod regia camera litem in ea pendentem inter dictum ven. monaſterium, & regium fiſcum, dictumque D. Franciſcum, circa juriſdictionem cauſarum civilium, & mixtarum, quam citius expediret, & ante publicationem ſententiæ vota tranſmitteret ad eamdem Cattholicam Majeſtatem nil cognoſcenda circa conceſſionem tituli Ducatus, ſed tantum ſtatim certiorando S. Majeſtatem de ſtatu cauſæ circa titulum prædictum ut ex regiis litteris expeditis in oppido Madriti ſub die 17. Septembris ejuſdem prædicti anni 1652. confirmatis mediantibus aliis regiis litteris de die 17. Novembris 1653. Et ad inſtantiam dicti ven. monaſterii fuerit etiam ordinatum nihil innovari, nec procedi ad ulteriora in cauſa uſus, vel non uſus prædicti tituli Ducatus S. Germani, per dictum D. D. Franciſcum, ſervata forma aliorum regalium ordinum, necnon certiorari S. Majeſtatem de ſtatu cauſæ prædictæ, ut aliis regiis litteris expeditis in . . . . . Aranſues die 22. Aprilis 1655. Deinde vero petente dicto D. Duce D. Franciſco revocari ordines, ut ſupra datos, mediantibus dictis regis litteris, de die 17. Septembris 1652. & 17. Novembris 1653. inſertis, ordinatum, quod regia camera Summariæ cum effectu, & quamcitius litem predictam expediret audito regio fiſco, juxta alios ordines datos, prout ex aliis regiis litteris datis die 8. Maii 1655. 14. Novembris 1656. & 26. Septembris 1663. Ex quibus fuerit etiam noviſſime prætenſum, pro parte dicti ven. monaſterii, nullatenus poſſe dictum D. D. Franciſcum, & pro eo, dictum D. D. Vincentium, uti prædicto titulo Ducatus S. Germani, ac quod uſus & denominatio tituli prædicti ſit innovatio contra formam prædicti reſcripti qm. D. Comitis de Ognate, cum antea nec fuerit uſus prædicto titulo Ducatus S. Germani, nec potuerit uti, ſtante, quod per regium collaterale conſilium fuerat ordinatum, exequi privilegium conceſſionis in omnibus ſpectantibus ad ſuam Cattholicam Majeſtatem, exceptis iis, de quibus pendebat lis in regia camera. E converſo vero fuerit prætenſum per dictum D. D. Franciſcum, ipſum non poſſe moleſtari, nec turbari in poſſeſſione, ſeu quaſi prædicti tituli Ducatus S. Germani, ipſi legitime conceſſi a ſua Cattholica Majeſtate, & cujus poſſeſſione, ſeu quaſi fuit adeptus etiam in ipſo actu conceſſionis prædictæ, & expeditionis, ejus privilegiis, & proinde ipſi licuiſſe, & licere, etiam continuando predictam quaſi poſſeſſionem adeptam, uti prædicto titulo Ducatus S. Germani, & denominari Ducem S. Germani, prout fuit etiam admiſſus, & denominatus per eamdem Cattholicam Majeſtatem in prædictis regiis litteris, ut ſupra expeditis, nil refragante prædicto reſcriptu dicti qm. D. Comitis de Ognate, quo fuit ordinatum, nil innovari, donec viſa conſultatione per regiam cameram, aliter fueris reſolutum, tum quia uſus, & denominatio tituli prædicti, in perſonam dicti D. D. Franciſci, non erat innovatio, ſed continuatio, tum etiam quia lis, quæ pendebat, & conſultatio facienda per regiam cameram, non erat reſpectu prædicti tituli Ducatus, ſed reſpectu juriſdictionis ſecundarum cauſarum civilium, & mixtarum, & ſi quid prætendebatur, pro parte dicti monaſterii, adverſus conceſſionem tituli Ducatus S. Germani, debebat adiri S. Catholica Majeſtas, in ejus ſupremo Italiæ conſilio, cui ſolum ſpectabat, & ſpectat cognitio hujuſmodi cauſarum, & interim nihil innovari, ut fuit ordinatum prædictis regiis litteris expeditis, tam ad inſtantiam dicti D. D. Franciſci, ſub dictis diebus 17. Septembris 1652. & 17. Novembris 1653. inſertis in prædictis aliis literis, ut ſupra, expeditis ad inſtantiam ejuſdem D. Franciſci die 8. Maii 1655. 14. Novembris 1656. & 26. Septembris 1663.

Digitized by Google

1663. *quam etiam ad inſtantiam dicti ven. monaſterii, de die 22. Aprilis 1655. Hinc eſt, quod etiam ad evitandum prædictas, & alias quaſcumque lites, & diſcordias hucuſque ortas, & quæ in futurum oriri poſſent inter prædictum ſacrum, & regale monaſterium, ex una, prædictumque D. D. Franciſcum Tuttavilla, ex altera, proinde, mediante etiam tractatu communium amicorum, & advocatorum concentus extitit prædictus D. Franciſcus, & pro eo, dictus ejus D. Procurator quo ſupra nomine ad inſtantiam, & contemplationem prædicti ſacri, regalis monaſterii Montis Caſini, & ad ſe ipſum D. D. Franciſcum eximendum & liberandum a litibus prædictis, & pro nonnullis aliis commoditatibus vendere, & alienare dictæ D. Principiſſæ prædictam juriſdictionem primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium dictæ civitatis S. Germani, cum omnibus, & ſingulis aliis juribus, quæ habet, aut habere poteſt, in, & ſuper prædicta civitate S. Germani, ejuſque caſalibus talia, qualia, ac ſi, & prout jura prædicta competunt, & non aliter, nec alio modo, adeo quod ultra prædictam juriſdictionem primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium cum dicto officio magiſtri actorum, & facultatem nominandi aſſeſſorem tantum, cætera alia Jura per dictum D. Ducem prætenſa, & præſertim dicta juriſdictio cauſarum mixtarum, & ſecundarum cauſarum civilium eatenus intelligantur, & ſint vendita, & in prædicta venditione comprehenſa, & in dictam emptricem transferantur, quatenus tamen dicto D. Duci S. Germani ſpectent, & pertinent, & pro eo tantum, quod dicto D. Duci ſpectant, & pertinent, cum onere tamen litium prædictarum, itaut ſi non ſpectarent, & pertinerent, prout nullatenus ſpectare, & pertinere per dictum monaſterium fuit prætenſum, tali caſu nullatenus intelligantur vendita, ſeu comprehenſa in præſenti venditione; nec ſuper eis per præſentem contractum, aut alium actum, intelligatur illatum præjudicium aliquod dicto regali monaſterio, nec in poſſeſſorio, nec in petitorio, præſertim in eo, quod competat dicto regali monaſterio, ſed potius intelligantur extinctæ ad favorem ejuſdem monaſterii omnes prætenſiones, quæ nunc non ſubſiſterent dicti D. Ducis, & hoc pro pretio ducatorum triginta quatuor mille ſolvendorum per dictum monaſterium, cum pactis tamen, & clauſolis modo prout inferius. Quibus omnibus ſic aſſertis &c. Volentes partes ipſæ, quibus ſupra nominibus hujuſmodi tractatum venditionis exequi, & de prædictis & infraſcriptis ſe ipſas, quibus ſupra nominibus adinvicem cautelare ut par eſt. Proinde prædictus D. D. Alvarus, quo ſupra nomine, ſponte, coram nobis, non vi, dolo &c. & omni meliori via &c. ex nunc cum regio aſſenſu impetrato, ſeu impetrando ſemperque ſalvo, & reſervato libere, & abſque ullo pacto, & ſpe reemendi, ſeu rehabendi, vendidit, & alienavit, ac per fuſtem, jure proprio, & in perpetuum, dedit dictæ D. Principiſſæ abſenti dictoque ejus procuratori dicto nomine, & mihi &c. præſentibus, & bona fide ementibus, recipientibus, ſtipulantibus, & acceptantibus pro dicta D. Principiſſa ſuiſque heredibus, & ſucceſſoribus &c. ſupradictam juriſdictionem primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium in dicta civitate S. Germani, cum ejus caſtris, villis, & caſalibus ac cum dicto officio Magiſtri actorum, & facultatem nominandi aſſeſſorem, cum omnibus, & ſingulis eorum, & cujuslibet ipſorum juribus, proventibus, emolumentis, lucris, gagiis, actionibus, & pertinentiis quibuſcumque, & integro ſtatu, ac cum omnibus ſupradictis, & aliis quibuſcumque privilegiis, auctoritatibus, prærogativis, præeminentiis, & poteſtatibus ad dictam juriſdictionẽ, omniaque alia prædicta, & ſucceſſive ad dictum D. Ducem S. Germani tanquam utilem dominum illorum, tam de jure, quam de conſuetudine, ſeu alias, quovis modo ſpectantibus, & pertinentibus, etiam de facto, & eo modo, & forma, ſi, & prout dictus D. Dux S. Germani dictam juriſdictionem primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium, omniaq; alia prædicta melius, & plenius habuit, tenuit, & poſſedit, & de præſenti habet, tenet, & poſſidet, habereq; tenere, & poſſidere potuiſſet, vel poſſet, virtute ſupradictorum ejus privilegiorum, & cautelarum, ac alias quovis modo, jure, præſcriptione, conſuetudine, & cauſa quacumq; etiamſi jura ipſa eſſent regalia, & principi reſervata, & alia de quibus opporteret hic facere expreſſam, & ſpecialem mentionem, & in generali, ſeu quovis alio ſermone non veniſſent, & includerentur, quorum quidem privilegiorum, & cautelarum tenor habeatur, ac ſi præſentibus eſſet inſertus, & annotatus, nec non ultra prædicta, prædictus D. D. Alvarus, quo ſupra nomine vendidit etiam & ceſſit, modo quo ſupra dictæ D. Principiſſæ abſenti dictoque ejus procuratori dicto nomine, & mihi præſentibus &c. omnia, & ſingula alia Jura, quæ dictus D. Dux S. Germani habet, aut habere poteſt, in, & ſuper prædicta civitate S. Germani, ejuſque caſalibus talia, qualia, ac ſi, & prout jura prædicta competunt, & non aliter, nec alio modo, adeoquod ultra prædictam juriſdictionem primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium cum dicto officio Magiſtri actorum, & facultate nominandi aſſeſſorem tantum cætera alia jura per dictum D. Ducem S. Germani prætenſa, & præſertim dicta juriſdictio cauſarum miſtarum, & ſecundarum cauſarum civilium eatenus intelligantur, & ſint vendita, & in dicta venditione comprehenſa, & in dictam emptricem transferantur, quatenus tamen dicto D. D. Franciſco ſpectant, & pertinent, cum onere tamen litium prædictarum, ita ut ſi non ſpectarent, & pertinerent, prout nullatenus ſpectare, & pertinere per dictum monaſterium fuit prætenſum, tali caſu nullatenus intelligantur vendita, ſeu comprehenſa in præſenti venditione, nec ſuper eis per præſentem contractum, aut alium actum, intelligatur illatum præjuditium aliquod dicto regali monaſterio, nec in poſſeſſorio, nec in petitorio, præſertim in eo, quod competat dicto monaſterio, ſed potius intelligantur extincta ad favorem ejuſdem monaſterii, omnes prætenſiones, quæ nunc non ſubſiſterent, dicti D. Ducis S. Germani D. Franciſci; nil pœnitus prædictus D. D. Alvarus quo ſupra nomine dicto D. D. Franciſco, vel ejus hæredibus, & ſucceſſoribus, nec alteri cuicumque reſervans, de prædicta juriſdictione primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium dictæ civitatis S. Germani, aliiſque juribus prædictis ut ſupra venditis, ex quo omnia voluit individualiter eſſe tranſlata, prout transferet in dictam D. Principiſſam, ejuſque hæredes, & ſucceſſores &c. & in præſenti venditione comprehenſa, francam, liberam, & exemptam dictam juriſdictionem primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium dictæ civitatis S. Germani, cum dicto officio magiſtri actorum, & facultate nominandi, aſſeſſorem, & pro*

*fran-*

franca, & libera ab omni, & quacumque venditione, alienatione, donatione, majoratum fidei commiſſo purificato, ſeu purificando, contractu debito, legato, onere, cenſu, redditu, ſervitute, conceſſione, obbligatione, & hipoteca; & ſignanter cum omnibus venditionibus, & alienationibus ſuper eis forſan factis, cum pacto de retrovendendo, vel ſine, & ab omnibus oneribus etiam ad vitam debitis, quibuſcumque perſonis, eccleſiis, & univerſitatibus quomodocumque, & qualitercumque, cum onere tantum feudalis ſervitii, ſeu adoha annuorum ducatorum 223. 12. vel alia majori, vel minori quantitate debita regiæ curiæ, quæ quidem adoha pro ea quantitate, quæ debetur, & quatenus debeatur, aliaque dictæ regiæ curiæ, aut aliis debita ex natura rei, & majoris, & ſupremi dominii ratione, remaneant, & remanere debeant ad onus dictæ D. Principiſſæ, a præſenti die in antea. Pro præterito autem uſque ad præſentem diem remaneant, & remanere debeant ad onus dicti D. D. Franciſci, qui teneatur, prout dictus D. Alvarus quo ſupra nomine promiſit, ſervare, & extrahere indemnes, & illeſas, ac indemnia, & illeſa, dictam D. Principiſſam, ejuſque hæredes, ſucceſſores, & omnia eorum bona, etiam ante damnum paſſum a dicta adoha pro præterito forte non ſatisfacta, & ſic etiam ab omnibus, & quibuſcumque aliis quantitatibus, quæ forte deberentur pro toto præterito uſque in præſentem diem regiæ curiæ, aut aliis quibuſcumque ex cauſa donativorum, ſeu aliorum quorumcumque onerum, cum refectione omnium damnorum intereſſe, & expenſarum tam judicialiter, quam extrajudicialiter forte patiendorum, & faciendorum, de quibus, damnis &c. Et fuit conventum quod proventus, emolumenta, fructus, & introytus ſupradictæ juriſdictionis primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium dictæ Civitatis S. Germani, & officii prædicti magiſtri actorum, aliorumque Jurium prædictorum currant, & currere debeant, & incipiant ad beneficium dictæ D. Principiſſę a pręſenti die inantea. Et hęc omnia cum prędictis oneribus etiam prędictarum, & aliarum quarumcumque litium, & prętenſionem modo, & forma ut ſupra vendita pro prędicto finito prętio ut ſupra convento ducatorum 34. mile de car. &c. quos quidem ducatos 34. mile de dictis carlenis argenti prędictus D. D. Alvarus quo ſupra nomine ſponte, coram nobis confeſſus fuit &c. ſe ipſum, quo ſupra nomine pręſenti aliter &c. recepiſſe, & habuiſſe a ſupradicta D. Principiſſa, hoc eſt ducatos decem, & ſeptem mille, & quincentum per medium Banci Sanctiſſimę Annunciatę, & alios ducatos ſexdecim mille & quingentum per medium Banci S. Montis Pietatis hujus civitatis de pecunia ad dictam D. Principiſſam perventa a ſupradicto ven. monaſterio ex cauſa recognitionis in ejus beneficium per ipſam D. Principiſſam factę ſupradictarum juriſdictionum, primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium, aliorumque jurium prędictorum vigore cautelarum manu mei precedenti die, & ad dictum monaſterium pro ſumma ducatorum triginta trium mille perventa ex venditionibus per eum mediante perſona R. P. D. Alexandri Pallavicini ejus procuratoris factis, cum pacto de retrovendendo quandocumque, hoc eſt annuorum ducatorum 675. pro capitali ducatorum 13500. Jacobo Antonio, & Nicolao Pironti virtute cautelarum rogatarum manu mei die 18. menſis Junii anni proximi præteriti 1668. aliorum annuorum ducatorum centum pro capitali ducatorum biſmille Leonardo Mayorino virtute cautelarum rogatarum in mei curia, manu N. Joſeph Ragutii, die prima Septembris dicti proximi præteriti anni 1668. aliorum annuorum ducatorum centum pro capitali ducatorum biſmille Joſeph de Ambroſio, virtute cautelarum rogatarum manu ejuſdem Notarii Joſeph Ragutii die 5. proximi præteriti menſis Februari præſentis anni 1669. aliorum annuorum ducatorum centum quinquaginta pro capitali ducatorum trium mille Oratorio SS. mi Eccehomo erecto intus realem eccleſiam, & Conventum Sanctæ Mariæ de Nova virtute cautelarum rogatarum manu Notarii Marcii Melui de Neapoli die 12. dicti menſis Septembris 1668. aliorum annuorum ducatorum 450. pro capituli ducatorum 7500. Philippo Trentenario virtute cautelarum rogatarum manu Notarii Vincentii Jannoccari de Neapoli, die 19. dicti proximi præteriti menſis Februarii 1669. & aliorum annuorum ducatorum 300. pro capitali ducatorum 5000. Reverendo D. Franciſco Capitignano virtute aliarum cautelarum rogatarum manu ejuſdem notarii Vincentii Jannoccari die 22. præſentis menſis Martii 1669. quibus relatio habeatur, qui prædicti prænominati emptores dederunt in emptiones dicto regali monaſterio ſupradictos ducatos 33. mille vinculatos ſub conditione, quod ſolvantur D. D. Franciſco pro prætio ſupradictarum juriſdictionum, ad finem, ut ille una cum omnibus juribus aquirendis occaſione eorum emptionis remaneant eis in ſpecie obligata, & hipotecata, cum privilegio prælationis in ampla forma, cum pacto, & conditione expreſſa, quod nec dictum monaſterium, nec alia quavis perſona poſſit ullo unquam futuro tempore habere regreſſum, nec actionem aliquam contra dictum D. D. Franciſcum, nec ſuper eiſdem ducatis 33. mille nec ſuper bonis, & introitibus, ex eis emendis expreſſe ad majorem cautelam, renunciando, cuilibet Privilegio, beneficio leg. & actioni, quod quolibet modo, & pro quovis jure, ratione, & cauſa competeret, aut competere poſſet, avocandi, & repetendi dictam pecuniam, uti eccleſiaſticam, a dicto D. D. Franciſco, aut ab illis, cum quibus pecunia ipſa implicabitur, ſeu quomodolibet recurſum habendi contra eoſdem, & dictum D. Franciſcum, aut eos cum quibus pecunia ipſa implicabitur, nec illos moleſtare, nec directe, nec indirecte, nec etiam in ſubſidium, excepto tamen caſu evictionis dictæ juriſdictionis criminalis ut ſupra venditæ, & inobſervantia præſentis contractus, & parte dicti D. D. Franciſci, & non aliter, nec alio modo. In quibus bancis remanſerunt prædicti ducati 34. mille vinculati riſico, periculo, & fortuna prædicti D. D. Franciſci, ex quavis cauſa, & caſu, etiam facto principis ſub conditione, quod ab eo non amoveantur, ex quavis cauſa, etiam urgenti, & neceſſaria, niſi pro illis per dictum Dominum D. Franciſcum, ſive ejus legitimam perſonam, implicandis, & convertendis in emptionem, ſeu emptiones, aut etiam reemptionem, ſeu reemptiones, præviis ceſſionibus Jurium luendi, bonorum ſtabilium, ſeu annuorum introituum, burgenſaticorum, vel Feudalium libere, vel cum pacto de retrovendendo, in hoc regno, cum conſenſu

ſenſu

Digitized by Google

ſenſu , & interventu in ſcriptis dictæ dominæ Principiſſæ emptricis , ſive ejus legitimi procuratoris Neap. degentis, conſtituendi in margine præſentis inſtrumenti, & in eorum defectu, vel abſentia ab hac civitate Neapolis data tantum modo noticia de emptionibus prædictis in curia mei prædicti notarii, per quem conſenſum una , vel pluries præſtandum non inducatur obbligatio, nec onus aliquod dictæ dominæ Principiſſæ, ejuſque hæredibus , ſucceſſoribus , & bonis , nec approbatio emptionibus prædictis, & ſi fierent emptiones cum regia curia civitate Neapolis , vel locis piis in emptionibus prædictis ſimiliter implicari debeant alagium , quod eo tempore communiter lucrabitur in emptionibus prædictis. In inſtrumentis quarum emptionum fieri debeat expreſſa mentio eorum pratia perveniſſe ex præſenti venditione, & ubi fierent emptiones cum pactis de retrovendendo in inſtrumentis dictorum pactorum , apponi debeat expreſſa conditio , quod venditor, ſeu venditores tempore reemptionum, ſeu reſciſſionum cautelarum, teneantur, & promittant depoſitare pratium, ſeu pratia in publico Banco Neapolis ſub conditione , quod implicentur in aliam emptionem, ſeu emptiones, cum conſenſu, interventu , & mentione prædictis , ut ſupra , alias quecumque reemptio, quæ fieret, non facto depoſito, modo quo ſupra, ſit ipſo jure, ipſoque facto, nulla , & invalida , & per eam dominium , & poſſeſſio int. prædictorum non transferatur nec translatum eſſe intelligatur in perſonam aliquam in præjudicium, tam dicti monaſterii , quam dictæ D. Principiſſæ, & ſub prædicta ſpecialis hipoteca privilegiata, in eorum beneficium contracta , & ſic ſemper obſervari debeat, donec de dictis ducatis 34.m. fuerit facta emptio libera, & abſque pacto de retrovendendo. Quæ bona , & introitus in burgenſaticum, & in feudum, ex dictis ducatis 34.m. emenda, vel emendi, tam libere, quam cum pacto de retrovendendo , una cum omnibus juribus per dictum D. Ducem S. Germani , ex cauſa emptionum prædictarum aquirendis fuit ex ſpeciali pacto conventum , quod veniant , remaneant, intelligantur, & ſint in ſpecie, & ſub ſpeciali obbligatione , pignore , & hipotecha , obbligata, & hipotecata, ac obbligati, & hipotecati , prout ſic prædictus D. D. Alvarus quo ſupra nomine illa, & illos; ex nunc pro tunc, & è contra in ſpecie, ut ſupra , obbligavit , & hipotecavit, tam dictæ D. Principiſſæ, quam dicto monaſterio pro eorum majori cautela , pro defenſione , & evictione dictæ juriſdictionis primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium dictæ civitatis S. Germani tantum , dictique etiam monaſterii pro conſequutione prædictorum ducatorum 34.m. cum omnibus damnis , expenſis , & intereſſe ſimiliter in caſu tantum evictionis dictarum juriſdictionum criminalium, ac pro obſervantia præſentis contractus, & omnium , & ſingulorum in eo contentorum, & pro conſecutione omnium damnorum, intereſſe, & expenſarum, in caſu inobſervantiæ præſentis contractus tantum, ex parte tamen dicti D. D. Franciſci, & non aliter, tali hipoteca , quod ſuper dictis bonis, & introitibus emendis, ac juribus acquirendis , ex cauſa emptionum prædictarum, dictæ D. Principiſſa, & monaſterium, omni futuro tempore, præferantur , & prælati eſſe intelligantur, quibuſcumque perſonis , & creditoribus dicti D. D. Franciſci, etiam anterioribus privilegiatis quocumque privilegio, etiam in corpore juris clauſo, & claudendo, ac etiam dotibus, juribus dotalibus, alimentis, & regio fiſco, & cum dicta ſpeciali obbligatione, & hipotheca transferatur in dictum D. D. Franciſcum , & per eos aquiratur dominium, & poſſeſſio dictorum int. ſeu bonorum emendorum , itaut dominium ipſorum tranſeat in dictum Dominum D. Franciſcum &c. affectum onera dictæ ſpecialis hipotecæ privilegiatæ, & emptiones prædictæ ex nunc habeant & habere debeant hanc conditionem, & obbligationem annexam, ac onus ſuper dictis introitibus, & bonis emendis, nam ſine dicta ſpeciali hipoteca privilegiata , dicti Principiſſa , & monaſterium non contraxiſſent , & ſic etiam in ſpecie , ut ſupra , cum eodem privilegio prælationis remaneat obbligata alia pecunia, quæ pro effectu prædicto in quovis banco depoſitata reperiretur, ſeu depoſitaretur, citra tamen præjudicium generalis obbligationis, et hipotheca omnium bonorum facienda ut infra, quæ dicta ſpeciali non deroget, & ſic e contra. Ea tamen ſemper conditione, & declaratione ad majorem cautelam, appoſita, & repetita in principio medio, & fine, & in qualibet parte præſentis contractus, ubi opus fuerit , quod excepto caſu evictionis dictæ juriſdictionis criminalis, ut ſupra vendita, & inobſervantia præſentis contractus ex parte dicti D. D. Franciſci nullo alio caſu operetur dicta ſpecialis obbligatio, & hipotheca , ne unquam haberi poſſit regreſſus contra dictum D. D. Franciſcum, ejuſque hæredes , & ſucceſſores , nec ſuper dicta pecunia, nec ſuper emptionibus prædictis, ut ſupra faciendis, cedendo , & renunciando expreſsè hic, ibidem præſens prædictus P. D. Alexander procuratorio nomine , & pro parte prædicti monaſterii, cuilibet privilegio, beneficio legis, & actioni, quod quolibet modo, & pro quovis jure, ratione, & cauſa competeret, aut competere poſſet avocandi, & repetendi dictam pecuniam, uti Eccleſiaſticam a dicto D. D. Franciſco, aut ab illis, cum quibus pecunia ipſa implicabitur, ſeu quomodolibet recurſum habendi contra eumdemmet D. D. Franciſcum, nec contra eos cum quibus pecunia ipſa implicabitur , nec illos , aut aliquem ipſorum moleſtare directe , nec indirecte , nec etiam in ſubſidium , verum etiam in caſu evictionis ſupradictæ juriſdictionis criminalis , & inobſervantia præſentis contractus ex parte prædicti domini D. Franciſci ſint ſalva jura dicto ſacro , & regali monaſterio prædictæ ſpecialis hipotecha , ſuper bona , & introytibus , quæ , & qui reperirentur empta , ſeu empti , vel ſuper pecuniam , quæ reperiretur in banco non implicata in emptionem , ſeu reemptionem , nullatenus tamen , nec in dicto caſu evictionis, aut inobſervantia præſentis contractus , ex parte prædicti domini D. Franciſci , poſſit avocari , ſeu repeti ipſa pecunia iam implicata in emptionem, ſeu reemptionem, ut ſupra. De quo quidem pratio &c. prædictus D. D. Alvarus quo ſupra nomine, & procurator dictæ D. Principiſſa quo



Digitized by Google

ſa quo ſupra nomine, etiam ad inſtantiam, et contemplationem dicti monaſterii ſponte coram nobis, vocaverunt ect. ſe ipſos, quibus ſupra nominibus, ad invicem, dictoſque dominos D. Franciſcum, et Principiſſam bene contentos etc. & ubi dicta juriſdictio primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium dictæ civitatis S. Germani, cum dicto officio magiſtri actorum, & facultate nominandi aſſeſſorem, ac alia jura prædicta ſi quæ competunt ut ſupra, plus, vel minus forte valerent pretio ſupradicto, illud plus &c. prædicti D. D. Alvarus, & Dux Juvenatii quibus ſupra nominibus ſponte coram nobis ſibi ipſis ad invicem ſcilicet unus alteri, & alter alio, quibus ſupra nominibus, præſentibus &c., & dictus D. D. Alvarus, quo ſupra nomine dictæ D. Principis ſe abſenti, dictoque ejus procuratori dicto nomine, & mihi &c. præſentibus, &c. dictuſque D. Dux Juvenatii dicto nomine, dicto D. D. Franciſco abſenti, dictoque ejus procuratori, dicto nomine, & mihi &c. præſentibus &c. donaverunt, &c. & quod dicta donatio &c. renunciantes &c. Ita quod ex nunc in antea, & in perpetuum, dicta juriſdictio primarum & ſecundarum cauſarum criminalium dictæ civitatis ſancti Germani cum dicto officio magiſtri actorum, et facultate nominandi aſſeſſorem, aliaque jura prædicta ſi quæ competunt ut ſupra, cum integro eorum ſtatu, et cum onere litium prædictorum, modo quo ſupra vendita, tranſeant etc. in utili dominio prædictæ D. Principiſſæ etc. ad habendum etc. petendum, percipiendum etc. vendendum etc. feudi natura in aliquo non mutata, cedens etc. omne jus etc. dicto D. D. Franciſco competens etc. contra et adverſus perſonas quaſcumque, ratione dictæ juriſdictionis primarum, et ſecundarum cauſarum criminalium, cum dicto officio magiſtri actorum, et facultate nominandi aſſeſſorem, aliorumque jurium prædictorum, ſi quæ competunt, ut ſupra venditorum, ac in, et ſuper eiſdem ut ſupra venditis, et eorum juribus etc. et tam virtute cautelarum, et privilegiorum prædictorum, quam quocumque alio modo. Et cum poteſtate, et planaria facultate, quatenus tamen ad dictum D. D. Franciſcum ſpectat, et non aliter petendi, exigendi, aquirendi, et reintegrandi quoſcumque redditus, ſive introitus, juriſdictiones, et dirictus, et jura alia quæcumque ſpectantes, et ſpectantia ad dictam juriſdictionem primarum, et ſecundarum cauſarum criminalium dictæ civitatis ſancti Germani ad dictum officium magiſtri actorum, et facultatem nominandi aſſeſſorem. aliaque jura prædicta, ſi quæ competunt ut ſupra, ſeu ad dictum D. D. Franciſcum tamquam utilem dominum illorum, quæ fuiſſent, et eſſent de eiſdem juriſdictionibus indebite alienata, conceſſa, occupata, illicite detempta, diſmembrata, ſeu diſtracta, vel devoluta ex mortitiis, ſeu gentilitiis, vel ex quavis alia cauſa, una cum fructibus decurſis, et debitis eorumdem introituum, jurium et aliorum reintegrandorum; qui cedant beneficio dictæ D. Principiſſæ, ac etiam cum poteſtate revocandi virtute conſtitutionis regni incipientis conſtitutionem divæ memoriæ quaſcumque alienationes factas bonorum introituum, jurium, et juriſdictionum, feudum circa querum reddituum, introituum, juriſdictionum dirictuum, et jurium reintegrationem, acquiſitionem, recuperationem, petitionem, exactionem, et revocationem, et dictus D. D. Alvarus quo ſupra nomine totaliter ceſſit, et tranſtulit dictæ D. Principiſſæ abſenti, dictoque ejus procuratori dicto nomine, et mihi etc. preſentibus etc. per omnes vices, poteſtates, et jura dicti D. D. Franciſci, ſi quæ tamen ſunt, eique competunt, et non aliter, dummodo tamen dictus D. D. Franciſcus nunquam teneatur ad aliquid dictæ dominæ Principiſſæ, nec alteri cuicumque perſonæ directe, vel indirecte, ex cauſa hujuſmodi reintegrationis forte per dictam dominam Principiſſam faciendarum, ſed ſemper dictus dominus D. Franciſcus, ſuique heredes, et ſucceſſores remaneant, et ſint indemnes, et illeſi, prout ſic eos dictus dominus Dux Juvenatii quo ſupra nomine, ſervare, et extrahere promiſit, cum refectione omnium damnorum intereſſe, et expenſarum, firma tamen ſemper remanente infraſcripta evictione per dictum dominum D. Alvarum quo ſupra nomine promittenda ut infra; Ponens ipſe dominus D. Alvarus quo ſupra nomine dictam dominam Principiſſam in locum dicti domini D. Franciſci cum omnibus illis privilegiis, prærogativis, juribus, juriſdictionibus, auctoritatibus, præeminentiis, et uſibus, cum quibus, et prout dictus dominus D. Franciſcus dictam juriſdictionem primarum, et ſecundarum cauſarum criminalium, ac dictum officium Magiſtri actorum, et dictam facultatem nominandi aſſeſſorem, aliaque jura predicta, ſi quæ competunt ut ſupra melius, et plenius habuit, et tenuit, et de preſenti habet, et tenet, et poſſidet ut ſupra, de quibus juribus, et prerogativis omnibus, et quibuſcumque ipſe dominus D. Alvarus, quo ſupra nomine nil penitus dicto domino D. Franciſco, nec alteri cuicumque perſonæ retinuit, ſeu quomodolibet reſervavit, aut reſervatum eſſe voluit, immo omnia jura ipſa etiam ſi eſſent regalia, et principi reſervata, et talia, de quibus oporteret facere expreſſam, et ſpecialem mentionem, et in generali, ſeu quovis alio ſermone non venirent, nec includerentur, voluit individualiter eſſe tranſlata, prout tranſtulit in dictam dominam Principiſſam, etc. et conſtituens eos procuratores in rem propriam, quoniam nullum jus etc. et conſtituit prædictus dominus D. Alvarus quo ſupra nomine dictum dominum D. Franciſcum per ſimplex conſtitutum tenere etc. volens etc. pro lege, jure, uſu etc., et promittit, et convenit prædictus dominus D. Alvarus quo ſupra nomine ſolemni ſtipulatione etc. dictæ dominæ Principiſſæ abſenti, dictoque ejus procuratori dicto nomine et mihi etc. preſentibus etc. venditionem alienationem, donationem, ceſſionem, et renunciationem prædictis etc. ac omnia prædicta etc. ſemper etc. habere etc. ratas ect. ac rata etc. et contra non facere etc. aliqua ratione etc., nec non dictam juriſdictionem primarum, et ſecundarum cauſarum criminalium dictæ civitatis Sancti Germani cum dicto officio magiſtri actorum, et facultate nominandi aſſeſſorem, et poſſeſſionem ipſius in judicio, et extra, ex

nunc,

*nunc, ſemper, et in perpetuum eidem D. Principiſſæ etc. defendere, et anteſtare etc. ac de evictione teneri tam de jure, quam de facto, & tam jure dominii, quam hipoteca, aut ſervitutis, generaliter, & ſpecialiter ab omnibus hominibus &c. omnemque litem &c. vim, ſeu violentiam &c. in dictum D. Franciſcum &c. aſſumere &c. integreque reficere &c. omnia, & ſingula damna &c. etiam ante damnum paſſum, ſententia non ſecuta, & re non abducta, ſic ex ſpeciali pacto, & tam habita conſideratione ad tempus, quo forte ſequeretur dicta evictio, quam ad pñs tempus ad electionem, & voluntatem d. D. Principiſſæ &c. & prout ei, vel ejus melius utile, & expediens videbitur, & placebit, quia ſic &c. Pro cæteris vero juribus, & juriſdictionibus, ut ſupra comprehenſis in dicta venditione quatenus tñ ad dict. D. D. Franciſcum ſpectarent, & pertinerent ut ſupra voluit præd. D. Alvarus quo ſupra nomine dictum D. Franciſcum teneri, & obligatum eſſe de ea tantum evictione, quæ forte ſequeretur, ab eodem D. Franciſco, & ab habentibus cauſam ab eo tantum, & non aliter nec alio modo, adeoquod in omni caſu evictionis aut alterius cujuſcumque moleſtiæ quæ forte veniret a quibuſcumque non habentibus cauſam a dicto D. Franciſco ipſe D. Franciſcus non teneatur prout expreſſe fuit declaratum, nec de evictione, nec ad pretii reſtitutionem, nec ad aliquid aliud, verum pro generali defenſione & evictione prædictus D. Alvarus, quo ſupra nomine, ceſſit dictæ D. Principiſſæ &c. omnia, et quecumque jura ſi qua dictus D. D. Franciſcus habet, & talia, qualia ei competunt, & non aliter, & dummodo ceſſio prædicta non afficiat cedentem, nec e contra eum operetur, directè, nec indirectè nec etiam ex defectu, & nullitate jurium, & cautelarum, aut privilegiorum, regiorum aſſenſuum, nec ex quavis alia cauſa, & aliter dictus D. Alvarus quo ſupra nomine, non ceſſiſſet proteſtatione præmiſſa &c. Reſpectu autem ſupradicti tituli Ducatus S. Germani fuit ex ſpeciali pacto conventum, quod teneatur dictus D. D. Franciſcus illud infra annos tres ab hodie in antea computandos, transferre in aliam terram, ſeu locum per Privilegium in forma ſolita quo termino annorum trium elapſo, & dicta translatione tituli prædicti ad aliam terram, ſive locum non ſecuta remaneat, & ſit titulum præd. Ducatus ipſo jure, ipſoque facto abſque ulla interpellatione, ſeu requiſitione etiamque de jure facienda eſſet extinctum, & reſolutum ſuper dicta civitate S. Germani modo, & forma ac ſi, & prout illud unquam dicto D. D. Franciſco per dictam catthollicam Mtẽm conceſſum fuiſſet, præterea fuit etiam conventum, quod expenſæ occurrendæ pro expeditione privilegii regii aſſenſus obtinendi per ſuam Catholicam Majeſtatem ſuper dicta venditione dictæ juriſdictionis primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium, aliorumque jurium prædictorum, omnibuſque aliis contentis in præſenti contractu, & pro executione ipſius in hoc regno, ejuſque regiſtratione in quinternionibus regiæ cameræ Summariæ, cum omnibus ſollemnitatibus neceſſariis fiant, & fieri debeant integraliter per dictum monaſterium montis Caſini, & in eis non teneatur dictus D. D. Franciſcus ad contributionem aliquam. Denique prædictus D. D. Alvarus, procuratorio nomine quo ſupra promiſit curare &c. quod dictus D. D. Franciſcus infra menſes quatuor ab hodie ad majorem cautelam quatenus opus ſit, citra*

*Differt.*

*tamen præjudicium præſentis contractus, & non aliter ratificare habeat præſentem contractum, omniaque, & ſingula in eo contenta, & de novo ad majorem cautelam facere habeat venditionem prædictam, cum pactis, & cautelis ſupradictis, & infraſcriptis per publicum inſtrumentum ſtipulandum in partibus, copiam cujus ratificationis autenticam infra eumdem terminum conſignare teneatur, prout promiſit mihi præfato notario hic Neapoli ad finem notandi in margine pñtis in pace &c. & ſic econtra prædictus P. D. Alexander procuratorio nomine quo ſupra promiſit curare &c. quod dictum monaſterium, & PP. ipſius, ſcilicet major, & ſenior pars monaſterii præd. more ſolito, capitulariter congregati ad ſonum campanelli, infra menſes quatuor ab hodie ſimiliter ad majorem cautelam, quatenus opus ſit, citra tamen præjudicium præſentis contractus, & non aliter, ratificare habeant eumdem preſentem contractum, omniaque, & ſingula in eo contenta per publicum inſtrumentum ſtipulandum in dicto monaſterio per notarium non vaxallum, copiam cujus ratificationis autenticam infra eumdem terminum conſignare teneatur, prout dicto nomine promiſit, mihi prædicto notario hic Neapoli, ad finem notandi in margine præſentis in pace &c. Pro quibus omnibus obſervandis &c. præfatæ partes, & qualibet ipſarum quibus ſupra nominibus reſpective ut ſupra, ſponte obbligaverunt ſe ipſas & quamlibet ipſarum, quibus ſupra nominibus reſpective, ut ſupra, dictoſque D. Franciſcum, & monaſterium, & quomlibet ipſorum reſpective ut ſupra earumque, & cujuslibet ipſarum quibus ſupra nominibus reſpective, ut ſupra, dictorumque D. Franciſci & monaſterii, & cujuslibet ipſorum reſpective, ut ſupra hæredes ſucceſſores &c. & bona omnia &c. etiam feudalia, & titulata quocumque titulo præſentia, & futura &c. regio aſſenſu &c. una alteri &c. quibus ſupra nominibus reſpective ut ſupra preſentibus &c. & dictus D. D. Alvarus quo ſupra nomine, dictis D. Principiſſa, & monaſterio abſentibus, dictiſque eorum procuratoribus, dictis nominibus, & mihi &c. preſentibus dictuſque D. Procurator dictæ D. Principiſſæ, quo ſupra nomine obligavit ſolummodo dictam juriſdictionem primarum & ſecundarum cauſarum criminalium, cum dicto officio magiſtri Actorum, & facultatem nominandi aſſeſſorem, aliaque jura prædicta exceptis ſemper perſona, & bonis omnibus ipſius D. Principiſſæ dicto D. D. Franciſco abſenti, dictoque ejus D. Procuratori dicto nomine, & mihi &c. præſentibus &c. ſub pœna, & ad pœnam dupli &c. medietate &c. cum poteſtate capiendi &c. conſtitutione precarii &c. & renuntiaverunt &c. & juraverunt, vid. dictus D. D. Alvarus tactis ſcripturis, dictuſque P. D. Alexander in pectore more Religioſorum, & dictus D. Dux Juvenatii ſupra crucem, quam in pectore gerebat, unde &c. Præſentibus &c. oportunis &c. Extracta eſt præſens copia ab actis mei Donati notarii Donati Antonii Ceſarii de Neapoli, meliori collatione &c. & in fidem ſignavi requiſitus. Supplicano per tanto V. M. ſi degni aſſentire, & preſtare il ſuo regalo aſſenſo a tutte le coſe ſudette, et a ciaſchuna d'eſſe per quel, che tocca a le coſe feudali, et ſignanter alla detta vendita per eſſo D. Franciſco liberamente, e ſenza patto di ricomprare ut ſupra fatta ad eſſa Principeſſa, et a ſuoi eredi, et ſucceſſori della detta giuriſdittione di*

 *pri-*

*prime, e ſeconde cauſe criminali nella detta città di S. Germano con ſuoi Caſtelli, ville, e caſali con detto officio di Maſtro d'atti, e poteſtà di nominare l'aſſeſſore, e di tutte le ſuddette altre ragioni, che eſſo Duca aveva, e poſſeva avere ſopra detta città di S. Germano, ſuoi caſtelli, ville, e caſali, e con l'intiero loro ſtato come di ſopra, per detto prezzo di docati 34. m. come di ſopra, e queſto non oſtante, che ſopra detta città di S. Germano vi ſia il detto titulo di Duca in perſona di eſſo D. Franceſco, reſtando ſervita V. Maeſtà, ſtante che la ſuddetta vendita, e conventione, dal giorno, che ſaranno elaſſi detti anni tre computandi dal detto di 27. di Marco 1669. in poi, aver per eſtinto, & eſtinguere dicto titulo di Duca ſupradicta città di S. Germano, quatenus quello forſi non ſi ritrovaſſe traſferito in altra terra, ſeu luogo (come di ſopra) alla predicta ſpeciale obbligatione, et hipoteca contratta, e fatta per eſſo D. Franciſco in beneficio tanto di eſſa Principeſſa, quanto del detto monaſterio, delli beni, & intrate feudali, che ſi compraranno, o ricompraranno, o pure ſi ritrovaranno gia comprati, o ricomprati col prezzo predicto, con le ragioni feudali, che s'acquiſtaranno, o ritrovaranno acquiſtate per cauſa di dette compre, o ricompre, con privilegio di prelatione come di ſopra. Alla detta renuntia per detto monaſterio mediante detto ſuo procuratore fatta al beneficio, & attione di avocare il detto denaro nelli caſi predicti del modo come di ſopra. Alle ratificationi, & aque principaliter nova vendita, e remuncia fatte, e faciende per eſſo D. Franceſco, e detto monaſterio, nec non alle dette obbligationi fatte, & altre di nuovo a maggior cautela di tutti li beni, e rationi feudali, e titulati di qualſivoglia titulo preſenti, e futuri, tanto di eſſo D. Franciſco, quanto del detto monaſterio, e di ciaſcheduno di eſſi reſpettivamente come di ſopra & anco alla detta obbligatione fatta, & altre forſe di nuovo a maggior cautela faciende, per eſſa Principeſſa, della ſuddetta giuriſdittione di prime, e ſeconde cauſe criminali, con detto officio di Maſtro d'atti, e facoltà di nominare l'aſſeſſore, e delle dette altre rationi come di ſopra, & intiero ſtato, per maggior cautela, tanto di eſſa Principeſſa, quanto del detto monaſterio per la defenſione, & evittione della ſudetta giuriſdictione di prime, e ſeconde cauſe criminali della detta città di S. Germano; & anco del detto monaſterio per la conſecutione delli detti docati 34. m. con tutti i danni, ſpeſe, & intereſſi, e per oſſervanza della detta vendita, e di tutte le promeſſe, patti, dichiarationi, e clauſole apposte in beneficio di eſſa Principeſſa, la ſodisfattione di qualſivoglia danni, ſpeſe, & intereſſi ſi patiſsero, e faceſsero per eſſa Principeſſa, e detto monaſterio, e loro eredi, e ſucceſſori in caſo d'inoſſervanza, conforme alle ſudette cautele celebrate, & altre, anco per mano di altri notari, & a tutti li predicti, & altri pacti, promeſſe, renunze, e clauſole, precarii, e conſtituti in quelle appoſti, avendo il tenore di tutte le dette cautele, ex certa ſcientia per expreſſo, & quatenus opus ſit tanto alla ſudetta Procura per eſſo Duca D. Franciſco fatta in perſona del detto Duca Dom. Vincenzo ſuo fratello, e detta ſoſtitutione per dicto Duca D. Vincenzo fatta in perſona del detto D. Alvaro dello Quadra a vendere la ſudetta giuriſdittione, con dette altre rationi ut ſupra, & obbligare detti beni feudali, quanto alla detta procura per detto monaſterio fatta ad obbligare ſimilmente di ſuoi beni feudali, e mande ſe ne ſpediſchi real privilegio in forma regie cancellarie, ut Deus; & cum dicta illuſtris Principiſſa Donna Hypolita Palagano nobis humiliter ſupplicaverit, ut præfatam venditionem juriſdictionum primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium civitatis S. Germani cum præfato officio magiſtri actorum, & poteſtate nominandi aſſeſſorem in ejus favorem per dictum Ducem S. Germani D. Franciſcum Tutavila factam, ut ſupra approbare, confirmare, & ratificare dignaremur. Nos verò præfata petitione benignè ſuſcepta, votis ejus, ac in re eidem Donna Hypolita libenter modo quo infra duximus annuendum. Tenore igitur præſentium ex certa ſcientia, regiaque authoritate noſtra deliberate & conſulto, ac ex gratia ſpeciali, maturaque ſacri noſtri conſilii ſupremi accedente deliberatione præfatam emptionem, ceſſionem, & venditionem dictæ juriſdictionis, & cognitionis primarum, & ſecundarum cauſarum criminalium civitatis ſancti Germani in noſtro Siciliæ citerioris regno factam per dictum illuſt. D. Franciſcum Tutavila Ducem S. Germani, (vigore facultatis, cedendi, alienandi, & eam renunciandi ipſimet conceſſæ in favorem dictæ illuſtris D. Hipolytæ Palaganæ Principiſſæ Cellamaris pro ſe ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus, ex corpore legitime deſcendentibus, natis, & naſcituris utriuſque ſexus in perpetuum, & in fœudum, pro pretio & ſumma prædicta ducatorum triginta, & quatuor mille a dicta D. Hipolyta jam ſolutorum in utilitatem, & beneficium dicti Ducis D. Franciſci Tutavila, prout in præinſerto inſtrumento continetur, omniaque, & ſingula ſuper inde contenta, declarata, & expreſſa, a prima ejus linea, uſque ad ultimam, in omnibus ſuis punctis, clauſulis, & articulis, & cum pactis, conditionibus, & cautelis in præinſerto ſupplici libello, & inſtrumento contentis, per dictum Ducem S. Germani, ut ſupra facta necnon obligationibus per ipſas partes initis pro ſecuritate, & validitate dictæ retroceſſionis, & venditionis ſingulorum, & omnium in præinſerto inſtrumento contentorum, & expreſſorum, & omnibus prædictis, & aliis pactis, præcariis, & conſtitutis appoſitis in cautelis, & inſtrumentis deſuper confectis, cujus tenor hic eſt inſertus, (quoad expreſſa tantum) Dum tamen rite, recteque proceſſerint partes quæ aſſeruntur; veriſque exiſtentibus prænarratis. Noc non ſtante quod ſuper bonis fæudalibus, etiam titulatis, & magni momenti proceſſum, ſeu procedendum ſit dummodo non fiat diviſio feudi vaxallorum juriſdictionis, & cognitionis bonorum prædictorum feudalium, & titulatorum, nec in aliquo natura eorum mutetur, & dummodo ſupradictus Dux D. Franciſcus Tutavilla tempore retroceſſionis, & venditionis legitimum ſucceſſorem haberet in feudis, extincto prius titulo Ducatus, quo adhuc dicta terra S. Germani condecorata extiterit aſſentimur & conſentimus, noſtrumque præſtamus beneplacitum*

pa-

Digitized by Google

*pariter, & aſſenſum, ac decretum interponimus per hoc verbum Fiat in forma: Expeditum ſub die 4. menſis Martii hujus præſentis, & infraſcripti anni, quoad dictam venditionem, validamque, & fructuoſam exiſtere in omni futuro tempore dictæ Principiſſæ Donnæ Hypolitæ tantum, & non alteri, & ullo modo amplius, nec in alia forma, nec amplitudine. Quæ omnia ſint, & eſſe debeant prædictis Principiſſæ Cellamaris Donnæ Hipolytæ Palagano, & dicto Duci D. Franciſco Tutavila, & omnibus iis, quorum intereſt, aut intererit, eorumque hæredibus, & ſucceſſoribus ex corpore legitime deſcendentibus, ſecundum tamen conſtitutiones, jura, capitula, & inveſtituras dicti noſtri citerioris Siciliæ regni, ſtabilia, regalia, valida, atque firma, nullumque in juditiis, aut extra ſentiat impugnationis obiectum, defectus incommodum, aut noxæ cujuslibet alterius detrimentum, ſed in ſuo ſemper robore, & firmitate perſiſtat. Fidelitate tamen noſtra, feudali quoque ſervitio, ſive adoha, noſtriſque aliis, & alterius cujuſvis juribus ſemper ſalvis, & reſervatis. Volumus, quod præſens noſter aſſenſus infra annum, a die datæ præſentium numerandum in quinternionibus noſtræ regiæ cameræ Summariæ noſtri citerioris Siciliæ regni regiſtretur, alias pro non præſtito cenſeatur. In cujus rei teſtimonium præſentes fieri juſſimus noſtro magno negotiorum præfati citerioris Siciliæ regni ſigillo in pendenti munitas. Datiſſ. in oppido noſtro Matriti die vigeſima prima menſis Auguſti, anno a nativitate Domini milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo tertio, regnorum autem noſtrorum anno nono. Yo la Reyna, vid. Comes de Pegnoranda P. vid. Torre R. vid. Denti R. vid. Florinſia R. vid. Carrillo R. Vid. Monge R. S. Majeſtas mandavit mihi D. Hieronymo de Orteza. Sol. duc. duos, tarenos duos. Baſtena pro Taxatore. In Priv. Neap. X. fol. 23. Adeſt ſigillum, & ſummarium in forma. Supplicatum propterea nobis extitit pro parte dictæ illuſtris D. Hipolytæ Palagano Principiſſæ Cellamaris, quatenus de præinſerto regio privilegio regias exequutoriales litteras ſibi expedire facere benigniùs dignaremur. Nos enim volentes, ut tenemur regiis obbedire mandatis, tenore præſentium, præcipimus, & mandamus, omnibus ſupradictis, & cuilibet ipſorum inſolidum, quatenus attentis per eos forma, & tenore dicti præinſerti regii privilegii, illam, & illum dictis illuſtribus Principiſſæ Cellamaris, & Duci D. Franciſco Tuttavilla, & omnibus iis, quorum intereſt, aut intererit, eorumque heredibus, & ſucceſſoribus modo præmiſſo, ad unguem, & inviolabiliter obſervent, & exequantur, ac exequi, & inviolabiliter obſervari faciant per quos deceat, juxta illarum ſeriem, continentiam, & tenorem, & contrarium non faciant, pro quanto gratiam præfatæ majeſtatis charam habent, ac pœnam ducatorum mille cupiunt evitare; In quorum fidem has præſentes fieri juſſimus magno prædictæ majeſtatis ſigillo pendenti munitas. Datum Neapoli in regio palatio die nona menſis Januarii milleſimo, ſexcenteſimo ſeptuageſimo quarto. El Marques Marques. V. Galeota R. V. Ortiz Corte R. vid. Cala R. vid. Carrillus R. vid. Valero R. D. Vicerex Locumt., & capitaneus generalis mandavit mihi D. Johanni Baptiſta de Afflitto ſol. tarenos duos. Imperatus pro Taxatore in Privil. 11. fol. 130. &c. Ventro &c. Diſſert. ſolt. ducatos octo, nepita. Januarius Anaſtaſius R. a mandatis ſcriba. Exequatur di regal privilegio, per il quale ſua Maeſtà concede il ſuo reale aſſenſo alla vendita, che l'illuſtre Duca di S. Germano D. Franceſco Tuttavilla ha fatto in beneficio dell'illuſtre D. Ippolita Palagano Principeſſa di Cellamare della giuriſdittione delle prime, e ſeconde cauſe criminali della città di S. Germano nella forma, e con le conditioni, che la poſſedeva per la ſumma di ducati 34. m. nella forma ſudetta in forma regia cancellaria. A 26. Febraro 1674. ſi è preſa la ragione dell'introſcritto regio aſſenſo precedente decreto della Rota del regio Cedolario di detto dì a relatione del ſignor Preſidente Antonio Fiorillo commiſſario, viſto dal regio fiſco, precedente anco relatione fatta dall'infraſcritto mag. Rationale a 22. di detto meſe penes Actuarium Laurentium de Flore, per il qual decreto è ſtato proviſto, quod citra præjudicium omnium, & quorumcumque jurium regio fiſco quomodolibet competentium præſens regius aſſenſus contentus in dicta relatione regiſtretur in quinternionibus regiæ cameræ Summariæ, & poſtea notetur in libris regii cedularii, ſervata forma Decreti generalis regiæ cameræ, ut in regiſtro 3. fol. 2. a tergo. D. Joſeph Stantionus R. præſentatum in regia camera Summaria die 2. menſis Martii milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo quarto per R. Patrem D. Bernardum de Neapoli procuratorem, & regiſtratum in regiſtro quinternionum 128. fol. 280. Sergius &c.* Earum juriſdictionum Principiſſæ Palaganę nomine poſſeſſionem iniit Thomas Pallavicinus ejus procurator, cui poſſeſſionem illam Sindici urbis ſancti Germani, aliorumque oppidorum Abbatiæ tradidere, ut ex inſtrumento conſtat ſtipulato a Notario Joſeph Raguccio Neapolitano die 2. Aprilis 1669.

Illud vero ſincere, ſerioque fatemur haud quidem multum imo pene nihil cenſu ob eam emptionem creviſſe cœnobium Caſſinenſe, nam juriſdictiones illæ omnes ut ex *taxa* cum regia camera anno 1652. exhibita, & in regio cedulario exarata a D. Franciſco Tuttavilla locabantur pro ducatis 850. ex quibus deductis pro ſolvenda adoha 223. remanent Ducata 627. Cœnobium Caſſinenſe juriſdictionem criminalem emit ducatis triginta quatuor millibus, ex quibus computato redditu quatuor ducatorum pro centenario provenire cœnobio noſtro quot'annis deberent pro fructu ducata 1360. Accedunt *Relevia*, quæ ſæpe ſepius perſolvuntur, ſtipendium pro magiſtro actorum criminalium, atque ſtipendium Gubernatori auctum, proque majori ſatellitum numero, &c. Civitatis S. Germani prætenſa jura, quibus criminales pecuniarias mulctas ſibi vindicare contendit in eadem S. Germani civitate, nec non caſali Cairæ, & falſo ſibi adſcito caſali Pignatarii, pro quibus, aliiſque rebus lites a juriſdictionibus inſeparabiles non raro oriuntur. Maximum dumtaxat utilitatis ex hac emptione obvenit cœnobio noſtro, quod innumeræ lites ſunt diremtæ cum capitaneis juriſdictionis criminalis ortæ, quæ non niſi magno Caſſinatium diſpendio atque incommodo reſolvebantur. At omnium feliciſſimi hac in re fuere San Germanenſes aliique Abbatiæ Caſſinenſis incolæ, qui pluribus dominis erant antea obnoxii, nempe

Utilitates ex emptione juriſdictionis Criminalis ortæ.

Abbati Caſſinenſi, & dominis juriſdictionis criminalis, qui inſtitoribus ſuis res demandabant, hique capitaneis, quare non unus, ſed plures erant domini ſub quibus gemerent. Modo unicus Abbas Regularis omnibus præeſt æquo, moderato, atque ut monachum decet paterno dominio, aſſidueque in ditione Caſſinenſi reſidet, omnibuſque facilis ad eum, & ejus miniſtros acceſſus. Identidem juriſdictio criminalis peculiaribus perſonis locabatur, quæ quidem omnibus viribus, atque barbaris quandoque auſibus domeſticum cenſum augere ſatagebant; quam in rem adnitebantur etiam capitanei, magiſtri actuum, Satellites &c. Hinc ſæpe quæſitis ad ſcelus artibus, miſeri ſubditi torquebantur, ut ex actis in collaterali ſacro conſilio, camera Summariæ, magna curia Vicariæ deductis, atque ex ſupplicibus libellis dominis ejus juriſdictionis porrectis liquet. Nobis quidem facile eſſet, & obvium plura crudeliſſimæ immanitatis exempla in medium proferre, ni caritas chriſtiana, prudentiaque deterreret. Hæc etiam immanitas mutua nobilium quorumque ditionis Caſſinenſis civium æmulatione ad internecionem uſque ita creverat, ut omnes pluribus comparatis apparitoribus ſeſe tutarent, neque ulli ſecure per viam incedere liceret, cum vix atque ad veteres Caſſinates dominos juriſdictio devenit, paternis hortationibus, conſiliis, jure ipſo, eo tandem redacta res eſt, ut nullum pene homicidio periiſſe noſtris hiſce temporibus ſciamus. Veritatem hanc ſincere ſemper faſſi ſunt Sangermanenſes, qua voce, qua ſcripto, ut ex pacis initæ inſtrumentis rogatis a notario Antonio Cafaro a S. Elia conſtat. Atque, ut quibuſdam eorum, quæ hactenus allata ſunt, fides intergerrima accedat inter quamplurima, cum Sangermanenſium, tum reliquorum populorum, qui ſub hujus monaſterii ditione degunt, teſtimonia, hoc unum, ne lector defatigetur, typis mandandum ſelegimus.

*In Dei nomine amen &c. Anno ipſius milleſimo ſeptingenteſimo decimo primo quarta indictionis die vero vigeſima ſeptima menſis Auguſti. In civitate S. Germani, & proprie in ſacriſtia eccleſia dicta civitatis juxta &c. Regnante &c. Nos Lutius Pellicchiari dicta civitatis regius ad contractus judex, & teſtes infraſcripti &c. ac ego notarius Franciſcus Fantaccione terra caſtri cœli Palatioli ad hac &c. preſenti ſcripto publicò declaramus, notum facimus &c. qualiter hodie predicto die in noſtri præſentia perſonaliter conſtituti vulgariter loquendo ob meliorem facti intelligentiam il dottore Sig. D. Emanuele Galaſſo Arciprete, il dottore Signor D. Livio Ranaldi Arcidiacono, Sig. D. Gio: Maria Suardi Primicerio, dottor Sig. D. Benedetto Simeoni Primicerio, nec non il ſacerdote D. Agoſtino Roſſini, dottor D. Livio Roccoſenſi, D. Angelo Grimaldi, D. Domenic' Antonio Martucci, D. Andrea Giorgitto, D. Giuſeppe Armanno, D. Lutio di Naccio, e D. Giandomenico Lia reverendi Canonici, come anco D. Benedetto Riccardi, D. Antonio di Tullio, D. Benedetto Cugino, D. Aleſſandro della Nunziata, D. Franceſco di Juccia, e D. Benedetto Reginoſi Semicanonici dell' inſigne chieſa di detta città di S. Germano, qui prius conſentientes in nos &c. & cum juramento tactis pectoribus more ſacerdotali, ſpontaneamente in noſtra preſenza hanno atteſtato, e teſtificato, conforme per il preſente atto atteſtano, e teſtificano, qualmente per quello, che hanno inteſo da loro padri, avi, & antichi, e viſto co proprii occhj, e toccato con mani, come in tempo, che la giuriſdizzione criminale di detta città ſi riteneva, & eſercitava dal ſignor Prencipe d' Aſcoli, e poi dall' illuſtr. ſignor D. Franceſco Tuttavilla, in detta città di continuo ſuccedevano tra cittadini di eſſa riſſe queſtioni omicidii, e molte famiglie di eſſa, che tiravano molti altri alla loro fazzione e partito, vivevano in aperte, e capitali inimicizie, & odii, & ſignanter quella di Marzella, Galeſſo, Grimaldi, Toppetta, Caſaro, con Riccardi, Carrozza, Cedrone, Torrioni, altri Riccardi, Maſſari, Aceti, Verdone, Patini, Villa, Tarſia, Roccoſenſi, Cicerone, Martucci, Panaccioni, Manfredi, Cavalieri, Belmonte, Naccio, Pittarone, e Truda, li quali famiglie, chi per dieci, e chi per venti anni almeno, viſſero ſempre con l'armi alle mani, andando ciaſchedunó di eſſe publicamente armato per la ſudetta citta, e ſuo abitato con ſcoppetta, & altre armi da fuoco, con molti armizeri appreſſo, anzi in più volte ſi ſono ſcoppettiati frà eſſi dentro la medema città con diſturbo di tutta la cittadinanza, di modo che non ſi poteva pratticare da poveri cittadini ne di giorno ne di notte, per timore, che non s' incontraſſero, e veniſſero alla peggio fra di eſſi, eſſendochè non vi era chi li riprendeſſe, o li faceſſe ſtare a ſegno, oltre i gran diſpendii cauſati da miniſtri regii, che di continuo venivano per prendere informazione de loro eccesſi, e ſolo da quarant' anni a queſta parte, e da tutto il tempo, che la giuriſdizzione criminale è pervenuta in potere del ſacro monaſterio di Montecaſino ſono ceſſati affatto gl' omicidii & inquietitudini, che ſortivano per dette fazzioni civili; che ſi nudrivano in detta città a cauſa del zelo dell' illuſtr. Padri Abbati pro ſempore, e monaci, quali con tutta vigilanza ſubito, che ſcorgono qualche diſordine, e ſconcerto de Cittadini, e baldanza di qualche malvivente, e ſcandaloſo al publico, non mancano di porgere il riparo neceſsario con zelo, e carità di paſtore, & anco del rigore della giuſtizia, come in effetto ſucceſse tra la famiglia Ponaro, & Antoni quali con due omicidii vicendevolmente ſortiti, fieramente ſi erano aggravati, e ſubito li riduſse in pace; per la qual vigilanza e retta giuſtizia per grazia di Dio dal tempo ſuddetto di quarant' anni ſi e goduta, & al preſente ſi gode una pace tranquilla, e tutti li cittadini anco delle ſopramentionate famiglie, che nel paſsato erano in inimicizie, & odii vivono come tanti fratelli, che è quanto per la verità poſsono atteſtare, perche l' hanno inteſe dire, l' hanno viſte, e lo ſanno come ſopra &c. De quibus omnibus ſic peractis præfati teſtificantes requiſiverunt nos, quod de prædictis omnibus publicum conficere deberemus inſtrumentum. Nos autem &c. & ſic tactis pectoribus juraverunt &c. unde &c. Preſentibus Lutio Pellicchiari regio judi-*

di-

*dice pro teſtibus, R. D. Marco Antonio Riccardi, R. D. Rocco de Tarſia, & Cl. Joſeph Roſcietti litteratis omnibus dicta civitatis, & D. Franciſco Aceti Pedemontis, & Thoma Turco dicta terra Palatioli, laus Deo &c. Licet aliena manu, ab actis & prothocollis mei notarii Franciſci Fantaccione terra caſtri cœli Palatioli Aquinatenſis diœceſis extracta eſt hac præſens copia de verbo ad verbum &c. cum quibus facta diligenti collatione bene concordare videtur meliori tamen ſemper ſalva, in quorum fidem me ſubſcripſi & ſignavi rogatus, & requiſitus &c. Locus ✠ ſigni notarii, Ita eſt qui ſupra notarius Franciſcus Fantaccione manu propria.* Antea Abbatiæ Caſſinenſis incolæ munus quotannis die Salvatoris Natalitio Abbati Caſſinenſi, tamquam jurisdictionis civilis, & mixtæ domino, necnon & domino Franciſco Tuttavillæ juriſdictionis criminalis, eorumque miniſtris perſolvebant, modo uni Abbati: Omittimus reliquas, eaſque maximi momenti utilitates, quæ ex relata ad veteres dominos criminali juriſdictione ditionis Caſſinenſis indigenis obvenere; quas per ſe optime noſcunt, ac prædicant, qui aliquid inter eos ſapiunt.

Quibus hoc Beneficium debeant Caſſinates. Maximas hac de re Caſſinates, eorumque ſubditi & reddunt, & habent gratias Proregi Petro Antonio Aragonio, cujus potiſſimum opera tantum boni illis obvenit. Præter enim exhibitam apud regem validiſſimam opem, qua res perfecta eſt, hanc etiam epiſtolam eruditiſſimo Nicolao Antonio Romæ generali Hiſpaniæ regis inſtitori ſcripſit, ut apud Clementem IX. ageret, quo facultas Angelo Abbati concederetur, ut nummos pro hac emtione neceſſarios fœnori acciperet. Ex originali in Archivo. *El Convento de Monte Caſino es Dueño de la juriſdicion civil de la tierra de S. German, con cuyo duque ha muchos annos, que tiene pleytas ſobre el proceder en las cauſas mixtas, por la pretenſion, que tiene el Duque, de que le pertenecen como Baron do lo criminal, y par aquietar eſtas diſcordias, ſe han convenido en quie el Convento compre la Juriſdicion criminal al Duque, para cuyo effecto ha men. tomar a intereſes alguna ſuma de dinero, y para ello neceſſita de licentia de ſu Santitad hala de pedir el P. Abad con ocaſion de paſſar per eſſa corte, y porque ſe le oponen algunos particulares del miſmo lugar poco affectos a eſta Religion he querido acompanarle con eſtos ringlones, encargando a V. M. apoye quanto pudiere eſta pretenſion aſſegurandoſe eſtimare mucho, que eſtos Religioſos conſigan ſu intento, por lo que deſſeo ſu quietudi. Dios guarde a V. M. a Naples, y Abril a 2. de 1667. Serbydor de V. M. A. D. P. Antonio Aragona. Sig. D. Nicolas Antonio.* Gratias certe Proregi habuit maximas Abbas Angelus, qui in epiſtola ad Alexandrum Pallavicinum monachum, & procuratorem Caſſinatem, cujus induſtriæ beneficium hoc Caſſinates debent, de Prorege hæc ſcribit, Ex originali in Archivo. *Benedetto ne ſia per tutti i ſecoli Iddio, e lodato il Sig. Vicere, a cui mi duole non poter erigere una ſtatua di diamante per eternar la memoria di ſì alto beneficio fattoci da S. E. &c. Approvo, che la minuta del contratto paſſi per le mani del Sign. D. Alvaro. Giovarà tuttavolta farla vedere da molti altri occhii. V. P. M. Veneranda è ben inteſa dell'intereſſe, abonda di capacità e di zelo, e vi ha parimente privata pendenza, & impegno d'onore, onde le comple, che la ſcrittura anche per ſua gloria rieſca ben cautelata.* Et in epiſtola alia a laudato Angelo Abbate ad D. Angelum Mariam Monachum miſſam, hæc leguntur. *Che la compra ſia ſtata una gran buona coſa, io credo non poterſene dubitare, e con tutto ciò ſa il Mondo, e molto più il ſa Iddio quante contradittioni io vi abbia patite, e forſe da chi era più in obbligo di deſiderarla, e cooperarvi. Ringratio perciò tanto più di cuore S. D. M., che mi ha dato gratia di tollerar tutto, e di condurre a fine queſta ſanta opera, della quale ho già io avuta la mia mercede, che è ſtato il godimento del mio buon zelo verſo il mio monaſterio, & altro non preſumo in queſta vita, ma ben deſidero, che i miei Padri comprofeſſi ſi ricordino dell' anima mia doppo la mia morte, che ſarà atto di pietà criſtiana, non pretendendolo io per gratitudine &c.* Grati ſemper Caſſinates magni Angeli memoriæ cum aliis tum hoc potiſſimum nomine erunt.

Maximis ſibi hinc obvenientibus utilitatibus ſupplici hoc libello Proregi porrecto plauſit urbs S. Germani, *Carolus &c. Magnifici viri &c.* Urbis S. Germani hac de re plauſus. Ex originali in Archivo. *A noi è ſtato preſentato memoriale vid. Ecc. Sig. La fedeliſſima città di S. Germano ſupplicando riduce a memoria di V. E. come nel proſſimo paſſimo paſſato meſe di Marzo ottenne il beneplacito, & aſſenſo di V. E., e ſuo regio collateral conſeglio di poterſi congregare in publico parlamento, e concludere in eſſo ſe dalli cittadini ſi giudicava eſpediente di fare il donativo di ducati mille all' ill. Principeſſa di Cellamare nuova padrona della giuriſdittione criminale di detta città, come dalla medeſima città era ſtato fatto agl' altri padroni di detta giuriſdittione, e perchè come è ben noto a V. E. la compra ultima di detta giuriſdittione ridonda in evidentiſſimo utile di eſſa città, tanto riſpetto al publico, quanto al particolare, viva voce nemine diſcrepante ſi è concluſo farſi detto donativo, come appare dall' anneſſa concluſione, che ſi preſenta a V. E., ſi ſupplica per tanto l' E. S. a concederli il ſuo beneplacito, & aſſenſo ſopra detta concluſione, acciò poſſa in parte corriſpondere con queſto piccolo riconoſcimento alli grandi avantaggi, che li ſono pervenuti dalla compra di detta giuriſdittione fatta per la detta illuſtre Principeſſa, ut Deus &c. Et inteſo da noi l'eſpoſto ci ha parſo interponere l'infraſcritto Decreto vid. Die 6. menſis Maii 1670. Neapoli lecto ſupradicto memoriali S. E. In regio collaterali conſilio porrecto pro parte univerſitatis S. Germani ſupplicantis, viſa etiam concluſione per dictam univerſitatem facta ſub die 24. menſis Aprilis currentis anni, viſis videndis &c. excell. D. Vicerex locumtenens, & capitaneus generalis providet, decernit, atque mandat, quod liceat, & licitum ſit dicta univerſitati ejuſque ſindico facere ſupradictum donativum ducatorum mille ad beneficium illuſtris Principiſſa Cellamari nova domina juriſdictionis criminalis dicta Univerſitatis,*

ſer-

Digitized by Google

*ſervata forma ſoliti, ac dicti memorialis, & concluſionis ſuper, ac ſuper cautelis deſuper celebratis, & celebrandis hoc ſuum interponit decretum, & authoritatem præſtat in forma &c. Galeota R., Carrillo R. Capiblancus R. Ortiz Cortes R. Valero R. Anaſtaſius. Per eſecutione del quale decreto, ci ha parſo fare la preſente, con la quale vi diciamo, & ordiniamo, che quello, e quanto in eſſo ſi contiene debbiate ad unguem oſſervare, & eſeguire juſta la ſua forma, continenza, e tenore, che tale è noſtra voluntà. Datum Neapoli die* 11. *menſis Maii* 1670. *El Duca de Segorba. V. Galeota R. V. Carrillo R. Vid. Capiblancus R. Vid. Ortiz Cortes R. Vid. Valero R. Anaſtaſius. All'univerſità di S. Germano per oſſervanza del preinſerto decreto interpoſto da V. E., e regio Collaterale conſiglio precedente ſua concluſione in publico Parlamento fatta nemine diſcrepante, acciò poſſa fare il ſudetto donativo di ducati mille alla ſudetta illuſtre Principeſſa di Cellamari per cauſa della compra fatta della giuriſdittione criminale d'eſſa conforme ha ſoluto fare all'altri anteceſſori. In decret. p.* 50. *fol.* 163.

Advocatus pauperum in ditione Caſſinenſi conſtituitur.

Initio regiminis ſui Maurus Abbas Patronum pauperum conſtituit U. J. D. Joſeph de Antone hiſce litteris, quæ in cit. reg. p. 25. a t. extant. D. *Maurus a Nola Abbas ſacri monaſterii montis Caſini utilis dominus civitatis S. Germani, caſtrorum, & caſalium Abbatiæ, &c. regnique Neapolitani primus Baro &c. Nihil antiquius eſſe principi domineque debet, quam ſubditorum juribus proſpicere, ac providere: Ad hoc enim cœteris unus præficitur, ut Juſtitiæ diſtributivè ſimbella unicuique ſuum tribuere poſſit, & quia plerumque inopes a potentibus vexari, & in judiciis præſertim unde jus expectare deberent, inde, vel quia neſciant, vel quia nequeant ſuam tueri cauſam, ſummam accipere injuriam ſolent; initio hujus noſtri regiminis in hanc præcipue curam, ut par eſt, noſtrum animum intendentes, novum quaſi tribunal erigere decrevimus, ſtatutis diebus in noſtra preſentia regendum ubi univerſitatum, pauperum, & aliorum miſerabilium cauſæ decernantur, verum non ita ſunt exigua noſtri officii munera, ut in unam partem incumbere valeamus aliis neglectis. Quapropter certum Auditorem eligere ſtatuimus integritate vitæ, juriſque prudentia commendatum, qui in univerſitatis & pauperibus patrocinia, & gravamina forſitan illis illata, aut inferenda, (nulla cujuſpiam ſed juſtitiæ ſolum habita ratione) vel per ſupplices libellos, vel oretenus nobis patefacere debeat, ut cujuſcumque meritorum, & jurium inſtructi, omnibus conſulere valeamus. Tua igitur equitate, legumque ſcientia, & peritia freti, V. J. D. Joſeph de Antone, tuaque attendentes merita &c. te prædictum eligimus, & creamus Auditorem ad hunc effectum dumtaxat apud nos exiſtentem univerſitatum pauperum, & miſerabilium advocatum ac patronum: tibi enixe injungentes, ut prædictis omnibus tuum patrocinium præſtare, eorum ſupplices litteras excipere conficere, nobis porrigere, atque ipſorum gravamina nobis exponere gratis debeas eo tantum ſtipendio contentus, quod per nos ab Ærariis univerſitatum ſolvendum, ipſorum ſindicis conſentientibus, ſibi tuiſque laboribus taxatum eſt. Omnibus itaque, & ſingulis noſtris ſubditis præcipimus, ut te in talem recipiant, habeant, obſervent, debitoque honore comitentur contumacibus, & rebellibus leſionem animi noſtri, aliaſque arbitrarias penas comminantes. In quorum fidem præſentes litteras patentes juſſimus expediri ad noſtrum beneplacitum valituras noſtra ſubſcriptione, ſolitique noſtri ſigilli impreſſione munitas. Datum in noſtra civitate S. Germani Die* 8. *Januarii* 1670. *D. Maurus a Nola Abbas Caſini. Locus ✠ ſigilli. D. Alphonſus a Nola Cancellarius. Regiſtrata manu propria, &c.*

Idem Abbas die 28. Februarii An. 1670. Gubernatorem S. Germani cum civili, mixta, criminalique juriſdictione, quæ omnibus deinceps Gubernatoribus conceditur elegit U. J. D. Hieronymum Cardamomo ex citato regeſto p. 26. Die 31. Maii capitaneum S. Petri Carolum Silla ex cit. reg. p. 30. Die 10. Junii capitaneum Serræ Johannem Antonium Grimaldi a S. Elia ex cit. regeſto p. 30. a t. Die 11. Julii judicem ſecundarum cauſarum civilium, mixtarum, & criminalium in ditione Caſſinenſi U. J. D. Joſeph Roſci Sangermanenſem ex citato reg. p. 31. Die 6. Decembris Gubernatorem S. Germani U. J. D. Franciſcum Antonium Roſa ex cit. regeſto p. 33. An. 1671. die 7. Maii patronum pauperum U. J. D. Gaſpar Pantaleone ex cit. regeſto p. 34. Die 10. Junii capitaneum Serræ U. I. D. Petrum Paulum de Benedictis ex citato reg. p. 37. & capitaneum S. Petri de Avellana ex cit. reg. p. 37. Die 28. Novembris Patronum pauperum U. J. D. Hieronymum Roſcium ex cit. reg. p. 42. An. 1672. Gubernatorem S. Germani U. J. D. Carolum Papa ex cit. reg. p. 39. Die 15. Januarii capitaneum Citrarii U. J. D. Marcum Antonium Telera ex cit. regeſto p. 43. & N. capitaneum Serræ ex cit. reg. p. 45. & N. capitaneum S. Petri ex cit. reg. p. 46. a t. Die 19. Julii Advocatum pauperum U. I. D. Joſeph Tuccillo Sangermanenſem ex cit. reg. p. 47. a t. Die 23. Novembris capitaneum S. Petri Joſeph Maſcicollo ex cit. reg. p. 48. An. 1673. die 26. Januarii Gubernatorem S. Germani U. J. D. Dominicum Coccia Neapolitanum ex cit. reg. p. 49. Die 20. Octobris Advocatum pauperum U. J. D. Dominicum Soardi Sangermanenſem ex cit. reg. p. 50. a terg. Die 19. ejuſdem Gubernatorem S. Germani U. J. D. Carolum Grimaldi ex cit. reg. p. 52. Die 4. Auguſti an. 1674. capitaneum Citrarii U. I. D. Thomam Giordano ex cit. regeſto p. 52. a ter. Die 16. Auguſti Gubernatorem ejuſdem Urbis U. J. D. D. Agnellum de Oviedo ex cit. reg. p. 55. Die 1. Decembris capitaneum Serræ Johannem Thomam dell' Arciprete ex cit. reg. p. 55. An. 1675. die 15. Julii Severinus Abbas judicem ſecundarum cauſarum civilium criminaliumque in ditione Caſſinenſi conſtituit V. I. D. Joſeph Roſci ex citato reg. p. 57. a tergo, eodemque menſe capitaneos Serræ, & S. Petri ex cit. reg. p. 59. & 59. a t. menſe Novembris capitaneum Citrarii U. J. D. Nicolaum Majullo ex cit. reg. p. 60.

Magiſtratus creati

Qui-

Indigenæ Abbatiæ Caſſinenſis a Judice primarum cauſarum, ad Judicem ſecundarum cauſarum appellare debent.

Quidam e ſubditis Caſſinatium ad magnam curiam vicariæ, aut regium conſilium provocaverant omiſſis judicibus ſecundarum cauſarum, qua de re conqueſti apud Proregem ſunt Caſſinates, a quo, ejuſque collaterali conſilio juſſum die 31. Octobris an. 1674. & die 30. Aprilis an. 1675. ut omnium Caſſinatium ſubditi etiam privilegio eligendi fori prædicti ad ſecundarum cauſarum civilium, mixtarum, criminalium judices appellarent, a quibus ad magnam curiam vicariæ ſacrum conſilium, alioſque ſupremos judices; earumque proviſionum executio gubernatori S. Germani eſt demandata. Quoad noſtrum enim cœnobium derogata eſt lex unica Cod. inter viduas, & pupillos &c.

Eaque de re ſententia pro Caſſinatium Jure.

Anno 1676. Menſe Aprilis Antonius Cafarus notarius ex oppido S. Eliæ, ejus fratres, aliique cognati ſclopeti ictu occidere tentaverant Clericum Dominicum Margiotta, cumque ictum ipſe vitaſſet, atque Deiparæ opem implorans ad eccleſiam S. Blaſii confugiſſet, horrendo, ſacrilegoque auſu, intra eccleſiam, pugionis ictibus eo redegerunt, ut poſtridie mortem oppetierit. Rem tulere indigniſſime Caſſinates, quorum judices capta informatione, ſervato juris ordine ſceleſtos citarunt ad informandum, & ad capitula, ac demum ad forjudicandum. Cum hæc agerentur Margiottæ mater, aliique ejus cognati ſupplici libello falſo Proregi repreſentarunt, deſides eſſe Caſſinatium judices, permittereve ut ſceleſti publice circumirent. Cauſam Prorex M. curiæ vicariæ commiſit, a qua Scriba fiſcalis Fabritius Falcone eſt miſſus. Hic nequicquam reclamante procuratore Caſſinenſium in civitatem S. Germani adiit, atque apographon proceſſus ſibi tradi juſſit, aliaque præſtitit Caſſinatium juriſdictioni haud propitia. Provocavit procurator noſter ad Proregem, a quo eſt juſſum, ut magna curia vicariæ pro jure cognoſceret, quo in tribunali, cœnobii noſtri patronus Carolus Memma oſtendit falſa fuiſſe a matre Margiottæ repræſentata, neque illi privilegium Viduarum eligendi fori competere, cum ad ſecundas nuptias longe ante filii mortem tranſierit, cumque juramentum perhorreſcendi partis potentiam non præſtiterit, quod expreſſe cavit conſtitutio *Statuimus & Ritus* 228. Magnæ curiæ, quibus accedunt expreſſa privilegii Philippi IV. Tuttavillæ, a quo ad nos juriſdictio criminalis tranſiit, conceſſi, hæc verba. *Ac etiam cum privilegio contra viduas, & pupillos, orphanos, eccleſiaſticaſque, ac miſerabiles perſonas, derogando expreſſe diſpoſitioni leg. unica, ex tot. tit. cod. Quando Imp. inter pupill. & vid. & privilegiis conceſſis miſerabilibus perſonis*. Quæ quidem verba ex ſententia Regentis Tappiæ dec. ſa. cap. 43. nu. 3. aliorumque plurium ſcriptorum, privilegium derogant in corpore juris contentum. Hiſce, aliiſque rationum momentis permoti judices hujuſcemodi decreto Caſſinatibus cauſam adjudicarunt. *Die quinta*

Ex originali in Archivo.

*Octobris 1676. Proponatur &c. In cauſa Antonii, & Marci Cafaro, Marci de Juorio, Auguſtino Cafaro, Aloyſii de Juorio, & Alexandri de Juorio inquiſitorum de appenſato ictu ſcoppette in perſonam Clerici Dominici Margiotta, offenſionibus cum ſclopo, ac etiam de lethalibus vulneribus in perſonam dicti Clerici Dominici in capite cum cortella, intus eccleſiam divi Blaſii cum armis igneis, etiam cum qualitate proditionis, ut prætenditur, & deinde morte ſecuta, reſpective, ut ex actis in Banca magnifici Alphani. Die nono menſis Octobris 1676. Neapoli F. V. In magna camera Vicariæ per M. C. V. dictam, fuit proviſum, & decretum, quod remittatur cauſa una cum actis ad curiam Baronalem civitatis S. Germani, quæ procedat, & juſtitiam faciat, hoc ſuum &c. D. Carolus Petra. Gallego. Cirinus. Apicella. I. Andreas Alphanus actorum Magiſter. Fabritius Falconi Scriba.*

Anno 1676. die 20. Januarii Severinus Abbas pauperum Patronum conſtituit U. J. D. Fabium Galaſſo ex cit. regeſto p. 61. a t. Gubernatorem S. Germani U. J. D. Julium Ruſolo ex cit. reg. p. 62. Gubernatorem Citrarii U. J. D. Dominicum Ferraro ex cit. reg. p. 64. Capitaneum Serræ Monacheſchæ Joſeph dell' Uva, & S. Petri de Avellana Laurentium de Martino ex cit. regeſto p. 64. a t. & p. 65. Anno 1677. gubernatorem S. Germani U. J. D. Donatum Antonium Coppola ex cit. regeſto p 65. a t. Pauperum advocatum Hieronymum Roſcio ex cit. reg. p. 67. a t. An. 1678. die 18. Februarii N. capitaneum Serræ ex cit. reg. p. 69. & N. capitaneum S. Petri ex cit. regeſto p. 70. a t. Advocatum Pauperum U. J. D. Johannem Roſſini ex cit. reg. p. 72. Anno 1679. gubernatorem S. Germani U. J. D. Bernardum Caracciolo a Cajeta ex cit. regeſto p. 72. a t. & NN. capitaneos Serræ, & S. Petri de Avellana ex cit. regeſto p. 74. & 74. a t. N. gubernatorem Citrarii ex cit. regeſto p. 77. Anno 1680. gubernatorem S. Germani U. J. D. Nicolaum Majullo, quem anno quoque 1681. confirmavit ex cit. regeſto p. 78. N. N. capitaneos Serræ, & S. Petri de Avellana ex cit. reg. p. 80. & 81. a t. N. gubernatorem Citrarii ex cit. regeſto p. 27. Die 27. Novembris Andreas Abbas judices ſecundarum cauſarum conſtituit U. J. D. Hieronymum Roſcio ex cit. reg. p. 83. An. 1681. die 22. Februarii gubernatorem S. Germani U. J. D. Nicolaum Buccinum a Neapoli ea lege, ut poſt anteceſſoris ſui abſceſſum magiſtratum iniret ex cit. reg. p. 85. Sebaſtianus Abbas an. 1681. N. N. capitaneos S. Petri, & Serræ Monacheſchæ conſtituit ex cit. regeſto p. 86. & 86. a t. An. 1683. capitaneos eorundem oppidorum ex cit. reg. p. 90. a t. Die 20. Junii N. capitaneum Citrarii ex cit. reg. p. 91. a t. An. 1684. die 25. Martii gubernatorem S. Germani U. J. D. Thomam Caldora ex cit. regeſto p. 92. Die 17. Julii NN. capitaneos S. Petri, & Serræ ex cit. regeſto p. 93. a t. Die 6. Auguſti judicem ſecundarum cauſarum U. J. D. Joſeph Antonium Roſcio ex cit. reg. p. 94. An. 1685. die 24. Februarii gubernatorem S. Germani U. J. D. Nicolaum Buccino ex cit. regeſto p. 101. Capitaneum S. Petri ex cit. regeſto p. 101. a t. An. 1686. N. capitaneum Serræ ex cit. regeſto pag. 102. Die 27. Februarii judicem ſecundarum cauſarum U. J. D. Franciſcum Antonium Patino ex cit. reg. p. 104. Gubernatorem S. Germani U.J.D. Nicolaum Buccino ex cit. regeſto p. 104. a t. Die 2. Novembris capitaneum S. Petri notarium Dominicum Cerullo ex cit. reg. p. 106. a t. An. 1687. guber-

Digitized by Google

bernatorem ſancti Germani U. J. D. Dominicum Coppola a Neapoli ex cit. reg. p. 107. a tergo menſe Junio ejus anni. Andreas Abbas N. capitaneum Serræ Monacheſchæ conſtituit ex citato regeſto p. 108. An. 1688. Capitaneum S. Petri ex citato reg. p. 111. a t. Die 18. Aprilis Gubernatorem S. Germani U. J. D. Dominicum Coppola ad alium annum ex cit. reg. p. 112. N. capitaneum Serræ. Die 20. Octobris Gubernatorem S. Germani U. J. D. Nicolaum Lettiero a Neapoli, ea lege ut magiſtratum poſt Coppolam iniret, ex cit. regeſto p. 113. Juſtis quibuſdam de cauſis die 26. Novembris Gubernatorem oppidorum Vallis rotundæ, Aquæfundatæ, Vitecuſii, & Sarraciniſci conſtituit Jacobum de Tullio a S. Elia, quæ antea regimini Gubernatoris S. Germani ſuberant ex cit. reg. p. 113.

Vani Vallerotundenſium conatus.

Optaverant oppidani Vallisrotundæ, petierantque a Prorege, ut comitia habere ſibi liceret haud præſente Gubernatore a Caſſinatibus poſito, quod cum conſuetudini vetuſtiſſimæ, edictis Prætoriis, & regiis pragmaticis repugnaret, deciſa pro Caſſinatibus res eſt a Prorege, ejuſque Collaterali conſilio die 20. Januarii An. 1688. atque illud decretum confirmatum die 16. Martii ejuſdem anni.

Magiſtratus creati.

An. 1689. Andreas Abbas die 18. Junii capitaneum S. Petri, & Serræ conſtituit ex citato reg. p. 114. An. 1690. Gubernatorem Vallisrotundæ, Aquæfundatæ, Vitecuſii, & Sarraciniſci U. J. D. Franſcicum Antonium Volante ab Atina ex citato reg. p. 115. Die 30. Maii Gubernatorem ſancti Petri ex cit. reg. p. 116. a tergo. Die 13. Julii judicem ſecundarum cauſarum U. J. D. Petrum Antonium Summa Sangermanenſem ex cit. regeſto p. 117. Die 19. Julii juſtis de cauſis Gubernatorem Pediſmontis Villæ, & feudi S. Gregorii conſtituit Antonium de Simeone a Neapoli quæ Gubernatoris S. Germani regimini antea ſuberant ex cit. regeſto p. 118. Anno 1691. Die 3. Januarii capitaneum Serræ ex cit. regeſto p. 118. a tergo, Gubernatorem ſancti Germani U. J. D. Dominicum Zampaglia ex cit. reg. p. 119. An. 1692. Die 8. Januarii Gubernatorem Vallisfrigidæ, S. Andreæ & S. Ambroſij U. I. D. Franciſcum de Magiſtris ex cit. regeſto p. 121. quæ oppida regimini etiam Gubernatoris S. Germani antea ſuberant. Die 18. Junii Gubernatorem ſancti Germani U. J. D. Joſeph Franciſcum Pico a Neapoli ex cit. reg. p. 122. Die 8. Octobris N. capitaneum Serræ ex cit. regeſto p. 124. a tergo an. 1693. Die 10. Januarii Gubernatorem memoratorum oppidorum confirmavit Franciſcum de magiſtris, eodemque menſe Gubernatorem ſancti Germani U. J. D. Gaſpar Bottone ex cit. reg. p. 125. a t.

Feudum Fella Caſſinatibus vindicatum.

Ea lege an. 1598. perpetuo Caſſinates feudum Fella locaverant oppidanis Bonifati, ut intra duos annos aſſenſus ad id a ſede apoſtolica haberetur, ſecus inſtrumentum nullum futurum. Neglexerant id oppidani, quare cœnobium Caſſinenſe a Sacro conſilio contendit, ut irritum inſtrumentum declararetur, nobiſque reſtitueretur fœudum. Pro hac itaque inſtantia dato termino, auditiſque partibus, die 14. Februarii an. 1661. referente conſiliario Hortenſio Pepe hæc ſententia prodierat. *In Dei nomine Amen. Philippus Dei gratia rex &c. Viſa ſupplicatione Majeſtati noſtra, noſtroque ſacro regio conſilio preſentata pro parte ſacri monaſterii Montis Caſini contra Univerſitatem terræ Bonifati fol. 60. viſaque etiam alia ſupplicatione ſimiliter Majeſtati noſtra noſtroque S. R. C. oblata pro parte dicta univerſitatis Bonifati fol. 60. Viſaque etiam alia ſupplicatione ſimiliter Majeſtati noſtra, noſtroque ſacro regio conſilio oblata pro parte dicta univerſitatis Bonifati, contra prædictum Sac. monaſterium Montis Caſini fol. 77. &c. Viſis denique videndis, &c. Per hanc noſtram deffinitivam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus contractum conceſſionis in emphiteuſim celebratum inter ſacrum monaſterium Montis Caſini cum univerſitate terra Bonifati Phœudi dicto di Fella in provincia Calabria fuiſſe, & eſſe nullum, & proinde univerſitatem prædictam condemnandam eſſe, & condemnari debere, prout ipſam præſenti noſtra deffinitiva ſententia condemnamus, ad relaxandum Phœudum prædictum in beneficium dicti monaſterii una cum fructibus a die prædicta conceſſionis, nec non eademmet noſtra regia deffinitiva ſententia condemnamus dictum ſacrum monaſterium Montis Caſini ad reſtitutionem cenſuum exactorum per dictum monaſterium a die prædicto, ac etiam ad reſtitutionem ducatorum centum per dictum monaſterium receptorum tempore prædicti contractus liquidandis tempore executionis prædicta ſententia, hanc eandem, &c. Hortenſius Pepi. Lecta, lata, & publicata fuit præſens regia diffinitiva ſententia in aula ſacri regii conſilii curia pro tribunali ſedentibus, ac ibidem aſſiſtentibus magnificis militibus V. J. doctoribus illuſtri Marco Antonio Cioffi Marchione Oliveti, Hortenſio Pepi cauſa relatore, Aſcanio Raitano, Antonio Florillo regiis conſiliariis, & aliis in numero oportuno. Neapoli die 14. Februarii 1661. &c. Andreas de Martino Actorum Magiſter, R. in regiſtro 1660. fol. 771. De Mercati Secretarius.* Pro cujus ſententiæ executione juſſum eodem anno eſt die ſexta Aprilis. Expediantur proviſiones pro conſignatione poſſeſſionis. At id obtinere non potuerunt Caſſinates, niſi an. 1683. quo ſac. conſilium declaravit, non obſtare nullitates, quas adverſus Decreta pars adverſa obiiciebat. Eodem tandem anno in oppidum ſe contulit conſiliarius Petrus Antonius Ciavari commiſſarius, dieque 19. Aprilis poſſeſſionem ejuſdem fœudi Caſſinatibus tradidit, aſſignatis ejus finibus, ut ex proceſſu conſtat p. 176., & ex inſtrumento rogato a Notario Carolo Perrellis ex Urbe Belvedere. Juſſum etiam a cauſæ commiſſario in partibus exiſtente, ut *Poſſeſſores, & detentores territoriorum in feudo Fella recognoſcant in dominum, & patronum ſacrum regale monaſterium Montis Caſſini eique correſpondeant quod jure debetur, ſervata forma*

Ex originali in Archivio.

Ex originali in Archivio.



Digitized by Google

ma plateæ q. R. Bernardi Abbatis, & nihilominus proviſum eſt, quod illuſtris princeps Bonifati, univerſitas, & homines terræ prædictæ non turbent, neque ſe intromittant in feudo prædicto ſub pœna ducatorum duo millia fiſco regio, &c. Quod decretum principi, atque univerſitati Bonifati intimatum eſt, & per edictum aliis, quibus intereſſe competeret. Die 26. Junii judici magnæ curiæ Ignatio de Amico mandatum eſt, cogeret qui huic decreto parere detrectaverint, juberetve, ut qui latifundia eo in oppido poſſiderent, decimas, vigeſimas &c. ex præſcripto plateæ Bernardi Abbatis perſolveret. Alia etiam edita fuere decreta in noſtri monaſterii commodum redundantia: deſcriptio enim omnium agrorum, qui a quocumque in eodem feudo poſſidebantur, commiſſa fuit D. Dionyſio Coſta regio Conſentinæ civitatis Auditori, eaque ad umbelicum ſummo omnium conſenſu, ad quos id negocii ſpectabat, fuit una cum ejuſdem feudi conterminis, ſive confinis perducta. Hæc ſane deſcriptio confirmata eſt per regium conſiliarium D. Franciſcum Gaſcon cauſæ commiſſarium. Hic enim ſuo decreto 17. Decembris 1692, omnibus agrorum poſſeſſoribus in ea deſcriptione, ſeu Platea contentis præcepit, ut ſacro Caſinenſi cœnobio decimam, quintam decimam, vigeſimam, & trigeſimam, reſpectivè, juxta plateam Bernardi Abbatis, ſolverent.

*Feudum Fellæ in emphiteuſim conceſſi.*

Dirutum tandem Fellæ oppidum Caſſinates propria facultate a ſacra Congregatione concilii obtenta atque decreto Joſephi conſulis epiſcopi Biſiniani, & ad id a ſac. congregatione delegati in emphytheuſim conceſſit Jacobo Teleſio principi Bonifati, ejuſque ſucceſſoribus maſculini ſexus ab ejus corpore legitime deſcendentibus ad renovandum ſingulis viginti novem annis cum aliis pactis apponi ſolitis, cumque facultate exigendi a poſſeſſoribus prædiorum intra illud fæudum, decimas, viceſimas, triceſimas, exercendique ibidem juriſdictiones omnes. Eum Caſſinates procuratorem ad ea omnia irrevocabilem conſtituerunt, quouſque contractus hic perſeveraret. Plura ſibi tamen cœnobium Caſſinenſe reſervavit, quæ inter juriſdictio eſt ſpiritualis a vetuſtiſſimo tempore ibidem poſſeſſa. Quare cum Caſſinenſis Abbas, vel ab eo delegatus ad eccleſias in eo feudo ædificatas viſitandas pergit, Bonifati principes quatuor illi librarum candelam ceræ albæ muneri dare debent in ſignum directi dominii, atque honeſte cum familiaribus, ſociiſque excipere, & alimenta præbere: ſolvit quotannis Bonifati princeps pro canone cœnobio Caſſinenſi Ducata 250. neque novus emphytheuta ejus fæudi poſſeſſionem inire poteſt, niſi per ſemet ſpondeat Caſſinatibus, ſe pacta in inſtrumento contenta adamuſſim obſervaturum, ſolvit etiam Bonifati Princeps pro una vice tantum Caſſinatibus quatuor ducatorum millia, quibus univerſitas Bonifati nobis obærata erat, ut fuſius in inſtrumento legere eſt rogato a notario Johanne Baptiſta de Chiara a Belvedere die 5. Auguſti 1693. quod Bonifati Princeps ratum habuit penes acta notarii Caroli Palermo a S. Genito; eaque de re interfuit aſſenſus regius a comite S. Stephani Prorege, ejuſque regio collaterali conſilio datus.

*Magiſtratus creati.*

An. 1693. die 30. Maii Severinus Abbas judicem ſecundarum cauſarum ditionis Caſſinenſis elegit U.J.D. Gaſpar Pantaleone ex cit. reg. p. 126. a t. die 13. Junii capitaneum Serræ ex cit. reg. p. 128. Capitaneos Citrarii, & S. Petri, ex cit. reg. p. 130. & 131. An. 1694. Gubernator. S. Germani U.J.D. Nicolaum Buccino a Neapoli ex cit. reg. p. 131. a t. capitaneum Serræ ex cit. reg. p. 132. An. 1695. Gubernatorem S. Germani U.J.D. Gaſpar Bottone a Neapoli ex cit. reg. p. 133. a t. capitaneum S. Petri de Avellana ex cit. reg. p. 134. capitaneum Serræ ex cit. reg. p. 136. An. 1696. Gubernat. s. Germani U.J.D. Antonium de Felice a Neapoli ex cit. reg. p. 136. a t. judicem ſecundarum cauſarum U.J.D. Franciſcum Antonium Patino p. 137. a t. capitaneum Serræ ex cit. reg. p. 138. An. 1697. Gubernatorem S. Germani U.J.D. Antonium Lantari ex c. reg. p. 140. a t. quem ad alium annum confirmavit Hippolythus Abbas an. 1698. ex cit. reg. p. 142. capitaneos etiam Serræ & S. Petri de Avellana elegit ex citato regeſto p. 141. a t. & 142. a t. an. 1699. Gubernatorem S. Germani U.J.D. Joſeph Parrillo ex cit. reg. p. 148. a t. capitaneum Serræ Monacheſchæ ex cit. reg. p. 150. capitaneum S. Petri de Avellana ex cit. reg. p. 154. An. 1700. die 14. Januarii Gubernatorem s. Germani U.J.D. Dominicum Freda ex cit. reg. p. 154. a t. capitaneos Serræ Monacheſchæ, & S. Petri de Avellana ex cit. reg. p. 156. & 156. a t.

Pro ſæculi laboriſque noſtri coronide ritum deſcribimus, quo recens inauguratum Abbatem Caſſinenſem excipiunt ſubditi. Ubi Abbatem recens electum in finibus Abbatiæ Caſſinenſis adventare compertum fuerit, obviam honeſtiores quique ſubditi equo advecti procedunt alia non minima vulgi pars, facto agmine ſub determinatis ducibus, quibuſdam a S. Germano lapidibus conſiſtit. Canonici etiam collegiatæ inſignis S. Germani, aliique presbyteri ex univerſa diœceſi ſuperpelliceo, biretto, & almutiis reſpective ornati ſupplicantes in eccleſia aliqua non longe diſſita Abbatem præſtolantur. Hic ubi pervenerit habitu Pontificali indutus equum album honeſte phaleratum conſcendit, atque ſub umbella a Sindicis S. Germani elata presbyteris ſupplicantibus, verſus urbem pergit ad cujus portas ubi fuerit perventum; Sindici claves urbis Abbati porrigunt, acceptaſque reddit, poſtquam brevi oratione eos eſt adhortatus ad fidem erga Regem, lacrumque cœnobium Caſſinenſe integerrime, ſancteque ſervandam. Hic ad collegiatam eccleſiam devenitur, ubi iis omnibus, quæ in pontificali Romano præſcribuntur factis, acceptiſque ad manus oſculum canonicis, & presbyteris ſubditos omnes brevi alia oratione ad pietatem chriſtianam, amoremque divinum accendit, ac tandem depoſitis ſacris veſtibus ad hoſpitium Caſſinenſe pergit, interque incedendum nummi pauperibus ſparguntur, atque cum ante carceres devenerit omnes ibi mancipatos liberat plaudentibus agminibus militum reboantibuſque eorum bellicis inſtrumentis. Tribus exinde ſubſequentibus noctibus, ad plures horas campanæ, pluraque ex pulvere pyrio facta artificia reboant, atque cœnobium Caſſinenſe, univerſæque civium domus facibus, luminibuſque ornantur in letitiæ argumentum.



Digitized by Google

# DISSERTATIO SECUNDA.

## DE PRÆSTANTIA, ET FIDE ARCHIVI CASSINENSIS.

*Ratio hujuſce Diſſertationis conſcribendæ.*

NE quis ſuccenſeat, laudata hactenus a me tot privilegia non tanti eſſe, ut omnem ab eruditis fidem mereantur hiſtoriis, & diſſertationibus de juriſdictionibus Caſſinenſium veluti parergon addo hanc de Præſtantia, & fide archivi Caſſinenſis, ut privilegiis, monumentiſque a me editis, quæ omnem per ſeſe merentur fidem, a loco authentico, legali, publico, vetuſtoque extractis authoritas major accedat. Quare oſtendendum mihi eſt, ab ipſo cœnobii Caſſinenſis exordio conſervata in eo fuiſſe diligentiſſime, accuratiſſimeque diplomata, aliaque monumenta, quibus fides ſemper ſit adhibita in tribunalibus eccleſiaſticis, & ſecularibus, atque a viris doctis, & criticæ artis peritiſſimis, eſſeque archivum Caſſinenſe publicum, legale, authenticum, & ſcripturis ab eo extractis fidem ſemper adhibitam. Ut gradatim autem hæc veritas pateat, primum oſtendam, aſſertioni noſtræ adſtipulari ſac. Rotam Romanam in Deciſionibus ſuis factis in contradictorio judicio, atque ſententiis ad hoc latis. II. Bullas Gregorii XV. & Urbani VIII. III. Eruditos homines, harumque rerum peritiſſimos. IV. Plura diplomata Romanorum Pontificum, & Principum, quibus aſſervata in archivo Caſſinenſi publica monumenta, illiſq; integram fidem in judicando adhibitam conſtat. V. Plures Romanos Pontifices, regeſque diplomatibus ſuis, integra Romanorum Pontificum, Principumque privilegia inſeruiſſe, quæ in archivo Caſſinenſi aſſervabantur, quod argumento eſt evidentiſſimo, fidem illis omnem præſtitiſſe. VI. Quoſdam Romanos Pontifices magni momenti diplomata in archivo Caſſinenſi aſſervanda poſuiſſe. VII. Archivum Caſſinenſe ſumma diligentia, ac cura ſemper a Monacho maturæ ætatis harumce rerum perito cuſtoditum.

*Ab ipſa Cœnobii Caſſinenſis origine plura Diplomata in eo aſſervata.*

Aſſervata verò in cœnobio Caſſinenſi ab ipſa ejus origine plura diplomata diſerte fatetur Leo Oſtienſis diligentiſſimus, atque integerrimus, ut in ejus apologia demonſtravimus, rerum Caſſinenſium ſcriptor. Hic enim lib. 1. Chr. Caſſ. cap. 2. agens de cœnobii Caſſinenſis vaſtatione per Langobardos facta hæc ait: *Fugientes itaque ex eodem cœnobio fratres Romam profecti ſunt, codicem ſanctæ Regulæ, quam beatus Benedictus deſcripſerat, & quædam alia ſcripta, nec non & pondus panis, vini quoque menſuram, & quicquid ſupellectilis potuerunt ſurripere deferentes*, &c. & cap. 44. agens de vaſtatione a Saracenis facta. *Monachi vero quicquid ſupellectilis, vel Theſauri, ſeu & munimінum hujus monaſterii ſurripere potuerant aſſumentes, una cum domno Angelario tunc temporis eorum Præpoſito, Teanum habitaturi proficiſcuntur*, &c. Capite 45. ait. *Non autem videri ſuperfluum eſt, ſi hoc in loco memoratorium, quod prædicti Abbatis Berthari ſtudio geſtum reperimus de rebus, & cellis hujus monaſterii apud Marchiam, in Teate dumtaxat, & Penne conſtitutis, quæ beato Patri Benedicto a S. memoriæ regibus HCarolo, Pipino, Lothario, atque Ludoico, ſeu a ceteris quibuſque fidelibus hactenus conceſſa noſcuntur annectimus. Quandoquidem quæ ſpecialiter a ſingulis quibuſque collata ſunt, incenſis pleriſque eorum oblationibus, ignoramus &c.* & cap. 48. *Hujus autem Abbatis ſcilicet Ragemprandi, ſeptimo anno, indictione XIV. monaſterium quo in Teano Fratres degere cœperant occulto Dei judicio ab igne crematum eſt cum omnibus opibus ſuis. Ubi etiam & regula, quam beatus Benedictus manu ſua conſcripſerat, nec non & ſacci, in quibus juſſu Dei cœlitus eidem Patri Benedicto eſcæ delatæ ſunt: inſuper & plurima hujus cœnobii munimina, plurima quoque præcepta donationum a ſingulis Imperatoribus, Ducibus, atque Principibus eidem monaſterio collata incenſa ſunt, inter quæ etiam præcepta, quæ de Caſa Gentiana facta fuerant, pariter ſunt ab igne conſumpta. Namque temporibus Johannis Abbatis, qui tertius ab hoc Ragemprando fuit, cum die quadam ante eundem Venerabilem Abbatem exortum fuiſſet inter Fratres colloquium, a quibus Principibus prædicta Caſa Gentiana huic monaſterio conceſſa fuiſſet, quidam Majo presbyter, atque grammaticus homo ſenex, & veraciſſimus: hoc exinde ſe noſſe certo certius affirmabat. Ajebat namque præfato domno Abbati, ſicuti legi, inquit, in tribus præceptis donationum, quæ hic fuere in ſcrinio domni Angelarii Abbatis. In primis Giſulfus Dux conceſſit domno Petronaci Abbati in monaſterio ſancti Benedicti territorium Gentianæ. Poſtea vero Arichis princeps ſimiliter conceſſit Theodemario Abbati partes majores ibidem in Gentiana. Iterumque Grimoaldus filius ejus per præceptum donationis conceſſit ſancto Benedicto omnia domnicalia ſua, cum ſervis, & ancillis in eodem loco Caſæ Gentianæ, & cellam ſancti Agapiti, & plurima alia, quæ modo non recordor. Similiter etiam in eiſdem præceptis continebatur donatio ipſorum principum de Portu Trajecti, & de Portu Vulturnenſi: ſed, & de Piſcaria Leſinenſi. Hæc inquit omnia ego legi, & in aliis membranis ego renovavi ex juſſione domni Angelarii Abbatis, &c.* Hæc regum, Principumque præcepta juſſu Abbatis ſui a Majone renovata, ſunt illa, quæ Petrus Diaconus in regeſto ſuo deſcripſit. Cap. 51. ait Leo, *Acquiſivit etiam ſcilicet Leo Abbas, & a præfato Principe Atenulfo præceptum confirmationis omnium oblationum, ſeu conceſſionum,*

*nium ac poſſeſſionum hujus monaſterii propter id vel maxime, quod & prius in hoc loco a Saracenis: denuo vero apud Teanum monimina hujus cęnobii igni conſumpta eſſent &c.* cap. 58. *Per id tempus cum monaſt. S. Sophiæ de Benevento Principum violentia, per annos aliquot ab hoc cœnobio ſubtractum fuiſſet, hic idem abbas ſcilicet Balduinus Oſtenſis Romanorum Pontif. regumq; præceptis, qui præd. monaſterium in hoc loco firmaverant, recollegit illud, & ſub dicione monaſterii hujus redegit &c.* Quo quidem ex eventu conſtat, haud omnia, aut Caſſini, aut Teani conflagraſſe privilegia a Pōtificibus, regibus, Principibuſq; cęnobio noſtro conceſſa, cum incendio Teanenſi ad hæc tēpora (ſcilicet recuperationis cœnobii s. Sophiæ, quæ accidit an. 943. nullus Romanus Pontifex, aut Rex cœnobium noſtrum privilegiis ſuis honeſtaverit. Quod idem luculentius conſtat illis Leonis verbis l. II. c. I. *Cœpit igitur prudens abbas* (a) *monaſterii poſſeſſiones, quas antiquitus poſſederat ubiq; terrarum, & maxime contiguas quaſq; & in vicivia poſitas ſollerter exquirere, & ab his, qui bellicis eas tēporibus diripuerant, inventis, atq; oſtenſis conceſſionibus, ac præceptis eorum, qui hic illas dudum tradiderant, conamine toto repetere. Sed cum videret ſe nullis precibus, nullis rationibus irrationabilium latronum poſſe ad ea reſtituenda animos inclinare, Capuano principi Landulfo ſuper iſta conqueritur &c.* & cap. 35. *Peridem tempus contentio Cajetanorum Ducum, & Comitum Trajectenſium orta eſt contra hoc monaſterium, eo quod cœpiſſemus repetere terras quaſdam et ſilvas in confiniis Aquini, huic monaſterio antiquitus pertinentes, quas ipſi ante non multos annos a Papa Johanne octavo, & a Johanne papa X. per privilegium receperant, pro eo ſcilicet, quod ſuper deſtructione Saracenorum Gariliano degentium potentiſſime ſe intromiſerint, ſed cum apud argenteum caſtrum ad placitum res hæc perducta fuiſſet, in quo cum principe Capuano, & ejuſdem civitatis archiepiſcopo, nec non & cum Duce Neapolitano, & Cajetano epiſc. domnus Atenulfus abbas, & plurimi de diverſis partibus nobiles, judiceſq; convenerant, relecta ſunt primitus in omnium præſentia præphata privilegia illorum, demum vero relecta ſunt a parte noſtra præcepta regum HCaroli, Hugonis, atque Lotharis,* (Haud itaq; conflagraverant laudatorum Imperatorum privilegia, in quibus fines Abbatiæ Caſſinenſis deſcribuntur) *qui eaſdem terras huic monaſterio conceſſerant, & firmaverant. Quo facto, decretum a judicibus eſt, tam ex Romanis legibus, quam ex Langobardis nequaquam poſſe Cajetanis terras illas aliquatenus pertinere, ſed nos eas omnino legaliter, ac firmiter optinere debere. Cumq; hæc judicum ſententia, & a Principe, & ab univerſis aſſidentibus collaudata ſimul, & confirmata fuiſſet.* (Hoc monumentum in prima noſtra diſſertatione retulimus) *præfati Duces, ac comites videntes ſe legum authoritati contradicere non poſſe, cartulam protinus manifeſtationis, ſeu renuntiationis de univerſis rebus illis fecerunt, & apud nos remiſerunt, pena centum auri librarum appoſita, ſi unquam vel ipſi, vel ſui heredes hæc aliquatenus dirumpere, ſeu removere quæſiſſent.* Et in Prologo chron. Caſſin. ait idem Leo. *Necnon & diligenter indagatis privilegiis, atq; præceptis, necnon & conceſſionibus diverſorumq; nominum ſcriptis, tam ſcilicet Pontificum Romanorum, quamq; diverſorum Imperatorum, regum, Principum, Ducum, ſeu comitum, cæterorumq; virorum illuſtrium, ac fidelium, quæ dūtaxat nobis ex duobus cœnobiis hujus incendiis reſi-*

[a] ſcilicet Aligernus.

*dua eſſe videntur, quamvis nec ad eadem ipſa omnia potuerim pervenire &c.* In prima vero Diſſertatione oſtendimus, Leonem omnia fere cœnobio noſtro conceſſa privilegia compendio retuliſſe.

Petrus etiam Diaconus ſæculi 12. Scriptor haud indiligens in Additionibus ad Lib. 3. chr. Caſ. c. 42. hæc ſcribit. *Per idem tempus ſupradicto Papa Gregorio Roma Synodum celebrante, Leo hujus loci Bibliothecarius, qui poſt Oſtienſis epiſcopus factus eſt ex juſſione patris Deſiderii proclamationem fecit de cella S. Sophiæ in Benevento, quam nuper Beneventani a dictione hujus cœnobii violenter abſtraxerant, cumque ad placitum res perducta fuiſſet, relecta ſunt in omnium audientia noſtra munimina, qualiter Arichis Princeps ejuſdem eccleſiæ conſtructor, illam per præceptum huic cœnobio Caſ. tradiderat. Demum vero qualiter omnes Romani Pontifices, Imperatores, Reges, Duces, ac Principes prædictam cellam in hoc loco confirmaverant. Quo audito, P. Gregorius ait, quod nequaquam poſſent Beneventani eccleſiam monaſterio Caſ. primitus delegatam ab ejus poteſtate ſubtrahere, ſed Caſſinenſem eccleſiam omnino canonice, ac legaliter eandem cellam in perpetuum optinere debere &c.*

Libro vero IV. chron. Caſ. c. 109 ait de ſe ipſo: *Petrus Diaconus reſpondit in Regula SS. Patris Benedicti ne Monachi jurent omnino interdicitur, ne forte, quod abſit, perjurii crimen incurrant. Hoc quoq; Monachorum ſcilicet Sacramentum non ſolum divina, verum etiam humana prohibent leges. In præceptis enim Magnorum Imperatorum Caroli, Lodoyci, Pipini, Caroli Manni, Lodoyci, Ugonis, Lotharii, Berengarii, Alberti, trium Otthonum, quinq; Henricorum, ac Conradi, ſic invenitur.* Statuimus, ut Monachi ad Sacramentum non compellantur, *& hæc dicens, præcepta ſupradictorum Imperatorum cera, plumbo, aureiſq; ſigillis ſignata, quę Caſſin. monaſterio fecerant Imperatori, cæteriſque omnibus demonſtravit, quo viſo Imperator jam dicta præcepta in imperiali purpura accipiens deoſculatus eſt, moxque in hæc verba prorupit. Magnorum Sanctorum, Invictiſſimorumq; Imperatorum, ac noſtrorum prædeceſſorum iſta eſſe præcepta demonſtrantibus ſigillis cognovimus. Noſtræ igitur attinet Majeſtati cuncta noſtrorum prædeceſſorum inviolabiliter obſervare præcepta,* &c. Haud itaque illorum Imperatorum diplomata conflagraverant, qui ante duo Caſſinenſis cœnobii conflagrationes vixere. Nimius eſſem, ſi omnia afferrem chronici Caſſinenſis loca, quibus aſſerta a nobis veritas comprobatur. Vid. chron. Caſ. lib. 2. cap. 87., lib. III. cap. 14., & 27. lib. IV. capp. 34., & 69. 70., & 89. Petrum etiam Diaconus juſſu Abbatis Seniorecti, atque hortante Roberto Capuæ Principe, regeſtum condidit, in quo omnia Romanorum Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum Beneventi, Salerni, Capuæ, aliorumque locorum, privilegia cœnobio noſtro conceſſa, donationes, renunciationes ſacramenta &c. exſcribenda curavit, atque in prologo huic regeſto præfixo, quem Diſſert. I. edidimus hæc ad rem noſtram ſcribit: *Injunxerat nobis jamdudum Pater tua venerande ſagacitas, ut privilegia noſtro cœnobio &c. facta volumine ſub uno deſcriberem; difficile opus nempe, & noſtris temporibus inuſitatum ob id vel maxime, quia munimina, quæ ex incendio duabus vicibus erepta ſunt vetuſtate jam pene conſumpta &c.* Fuſius de hoc rege-



Digitized by Google

ſto egimus Diſsert. I. in qua plura inde deſumpta præcepta exſcripſimus.

Vetera Præcepta antiquitus in cœnobiis aſſervata.

Aſservata vero antiquitus in eccleſiis, & potiſſimum cœnobiis Monachorum diligentiſſime vetera præcepta, & chartas, res eſt notior quam ut probatione indigeat. Quædam tamen hic afferre abs re erit. Et quidem quoad eccleſiam Græcam hæc habentur in typico, ſeu regula Irenes Auguſtæ, ubi ita ſtatuitur cap. 19. de Scevophilaciſsa, ſeu vaſorum cuſtode: *Volo Vaſorum cuſtodem eſse in monaſterio, cui incumbet ſacra vaſa, ſupellectilia cuſtodire, omniq; cura, & ſtudio ea digna habere, quæ ipſi tradentur per ſcriptum, & fide dignum traditionis actum. Ceram ſimiliter monaſterio allatam ipſa percipere debet ejuſq; perceptionem, & uſum minutatim deſcribere, & rationem Præfectæ reddere &c. Ipſa vero non modo vaſorum cuſtos erit, ſed & chartarum, omniaq; chartacea monaſterii inſtrumenta cum reſcripto accipiet, conſervabit, & omnimoda ſollicitudine digna habebit, neq; a tineis abrodi ſinet, ſi autem cujuſpiam charta opus fuerit juſſu Præfectæ poſtulatam chartam deferet, & tradet, ſcribens, qualis illa ſit, & quis illam adſumſerit. Elapſis poſt hæc quibuſdam diebus, monebit Præfectam, & repetet eductam, ut dictum eſt, chartam, nec ſinet eam deperire.* Hoc typicum, ſive regula extat To. I. Analectorum Græcorum a Monachis Benedictinis Congregationis S. Mauri editorum, hujuſque regulæ interpres eſt domnus Bernardus de Montfaucon, qui in prologo hæc inquit. *Cæterum in eccleſia Græca non ſolum Imperatoribus, eorumq; uxoribus, ſed & privatis quibuſq; qui monaſteria excitabant, licebat typica, ſeu regulas edere, ut videre eſt apud Theodorum Balſamonem ad canonem I. Synodi Conſtantinopolitani, ubi hæc habet:* ἐπ' ἀδείας ἔχουσι οἱ δομήτορες τυπικὰ ἐκδέχεσθαι *quod fuſius ille ibi proſequitur. Illa autem typica vocabantur* κτητορικά. *Vid. etiam Scholion in can. 1. concilii CPni. in Pandectis Canonum Apoſtolorum, & conciliorum ab eccleſia Græca receptorum to. 1. fol. 332. edit. Oxonii A. CIↃIↃCLXXII.* Eandemque veritatem pluribus oſtendit Montfauconius in eruditiſſimo de Paleographia Græca libro, Mabillonius vero in univerſo fere egregio de re Diplomatica opere demonſtrat, archiva in eccleſiis Latinis, & monaſteriis potiſſimum aſservata. Hinc lib. I. c. II. n. 8. ait: *Omnes iſtiuſmodi chartæ in archivis eccleſiæ, ſeu monaſterii concluſæ erant. Archiva univerſalis eccleſiæ memorat S. Radegundis in ſuo teſtamento; archiva monaſterii Jonas Abbas in libello de vita S. Johannis Abbatis Reomanenſis, & Giſlemarus Monachus in actis S. Droctovei Abbatis n. 2. Geſta publica ſcrinia Romanæ Eccl. & Regalia Gregorius Magnus (a) quamquam Geſta publica paſſim dicuntur (b) qualibet publica inſtrumenta, quoniam coram magiſtratibus, quæ publica erant perſonæ conficiebantur. Gregorius vero Turonenſis vocat tomos chartarum, regeſta, ſcrinia in lib. 10. c. 19. Hinc Auguſtinus in epiſtola olim 162. nunc 43. Nos chartis veteribus, non archivis publicis, non geſtis forenſibus, aut eccleſiaſticis agimus &c. Erant ergo Archiva eccl. Rom. in quibus aſſervabantur conſtitutiones Pontificum, maxime contra hæreticos, quas in eccleſiæ archivo reponi juſſit Siricius, teſte Anaſtaſio. Rom. eccl. chartarium vocat Hieronymus lib. 2. adverſus Rufinum. Si a me fictam, inquit, epiſtolam ſuſpicaris, cur eum in Rom. eccl. chartario non requiris? In concilio Carthaginenſi (c) præſcribitur, ut Matricula, & archivus Numidiæ apud primam ſedem ſit, & in Metropoli ideſt Conſtantina. Volumen chartarum (d) dicitur in alia ſynodo Carthaginenſi. Erant & archiva Regalia, ſeu publica regum, ac Principum tum eccleſiarum, ac monaſteriorum. In primis publica inſtrumenta, quæ magis ſolemnia erant reponebantur. In 2. ac 3. illa, quæ ad eccleſias, ſeu monaſteria pertinebant. Privata porro inſtrumenta apud privatos homines ſervabantur: quando vero penes tabelliones inferius diſcutiendum erit. In illa autem archiva non facilis etiam domeſticis tribuebatur ingreſſus. Hin Ariulfus ad Centulenſes ſuos ait, in eorum gratiã ſcripſiſſe ſe hiſtoriã ex archivis Cẽtulenſibus decerptã.*

(a) Greg. M. lib. 11. epiſt. 1.
(b) Notitia Imperii Orient. c. 14.
(c) Conc. Carth. c. 86. apud Dionyſiũ.
(d) Spic. to. 6. p. ...

*Quam puto vos latuiſſe diu, nec veſtra tenere,*
*Condita ſecretis armaria clavibus arcent*

*In quibuſdam tamen eccleſiis archiva patebant ad acta, & inſtrumenta conficienda, ſic binas legi litteras, una Manaſſæ ſecundi Remenſis Archiepiſcopi pro cœnobio S. Remigii, alias Rainoldi pro S. Theoderici datas in archivio Pontificali.*

*IX. Ne vero ex archivis autographa ſepius efferre neceſſe eſſet, inventi ſunt libri duo, qui autographorũ vice fungerẽtur. Primus fuit Codex cartaceus, (chartularium, ſeu chartarium vocant) in quem diplomata, aliaq; chartæ ex ordine integre referebantur; (e) Aliquando in rotulum redactæ, quales ſunt rotuli eccleſiæ Albienſis, quos nobis exhibuit chariſſimus Abbas de cãpis ejuſdem eccleſiæ Canonicus. Alius liber cenſualis polyptychus dictus, quia eccleſiæ ſeu monaſterio prædia annuoſq; cenſus ſummatim exhiberet. Id genus habemus veterrimum librum cenſualem Irminonis Abbatis cœnobii S. Germani a Pratis; Item polyptichum Foſſatenſem in appendice ad nova capitularia, alioſq; quos inter inſignis eſt Remigianus, qui ex bibliotheca illmi Mauricii Telleri archiepiſ. Remenſis in Remigiana relatus eſt. De polyptychis agit codex Theodoſianus, quo nomine rationes publicas deſignat. Polyptychi antiquiores mihi videntur chartaceis libris, ſeu chartulariis, ex quibus nullum inveni conditum ante ſeculum X.*

(e) (cujuſmodi eſt ſervatum in archivo noſtro vetuſtiſſimũ Petri Diaconi regeſtum paulo ante a nobis memoratum)

*Eo enim ſæculo labẽte, Folquinus Sithienſis Monachus chartas cœnobii ſui in unum corpus redegit, variiſq; in modum chronici obſervationibus diſtinxit ad temporum illuſtrationem, quales in ultimo libro nonnullas ex his referemus cum inſignioribus Folquini inſtrumentis. Collectio ejus conſtat capitulis 81. quibus ſubjungũtur capitula 11. de eleemoſinis; Omnibus præmittitur præfatiuncula Folquini, cujus hæc verba notanda ſunt. Hunc tantummodo codicem de membranulis in unius libri cumulavimus corpus, ut ſi forſan quis iſtius loci poſſeſſionum inveſtigandarum fuerit avidus ad hunc recurrat. Ibi numerum, & nomina invenire poterit quantocius ſub præitulatione annorum Dominicæ Nativitatis, vel tunc temporis cujuslibet regis apte conjunctum prout noſtra erat poſſibilitatis. Hanc collectionem Simon Monachus Lamberto Abbate proſecutus eſt. Ea vero Religione Fulquinus vetera tractavit monumenta, ut annos illos Dominicæ Nativitatis, ipſis literis, ubi deerant non inſeruerit ſed præmiſerit, ne ea interpolaſſe videretur.*

*Quod ab aliis ſecus factum nullo malo dolo, ſed tantum animo juvandi lectores, non bene ipſis vertit: dum nonnulli illos falſi commiſſi inſimularunt. Verum meo quidem judicio, cenſura illa ſeverior eſt, nec propter chronologicos Caracteres, temere forſan adhibitos rejici debent incunctanter vetera Inſtrumenta, ſi nulla alia vitii cauſa ſubſit. Neque vero propter leves ejuſmodi mendas exſibilanda ſunt carthaſ*

ria

Digitized by Google

*ria quaque, ex quibus quantum adjumenti hiſtoricis rebus accedat periti norunt. At vitioſa ſunt in eis permulta;ſed haud pauciora optima ſunt nota qualia ſunt (ut plurima prateream non ſatis nota) Caſaurienſe, & Privatenſe, qua ab eruditis noſtratibus teruntur in dies. Itaque huc opus eſt diligenti, ac ſtudioſo lectore, qui collectoris fidem, ac ingenium probe rimetur, & exploret: ut ſicubi cum manifeſte erraſſe deprehenderit minus fidat:ſi non appareat manifeſtus error ne temere diffidat. Id enim exigit equitas,& bona fides. Non quemquam ſcrupuloſius moveant levia numerorum errata, qua ab exemplis maxime ſi per diverſas manus ad nos pervenerint vix abeſſe poſſunt. Sed ſi qua in illis ab hiſtoria,qua ad eorum pertinet tempus, veritate adhorrent; ſi formula uſu tunc recepta deſiderentur; ſi tituli, dignitates, aliaque id genus vocabula per id tempus inuſitata in illis occurrunt; hac legitima cenſura materia eſt. Hiſtoriam temporis dico: nam de factis longe ante conditi Inſtrumenti tempus elapſis error ſi quis irrepſerit, non continuo de illius falſitate pronuntiandum eſt, ut alibi amplius exponemus, cum in prateritis, ac longe remotis labi humanum ſit, ac proclive.* Lege cap. V. lib. 3. ubi egregie agit dę Chartariis, eorumque auctoritate; quæ quidem aliaque doctiſſime pro more a Mabillonio hanc in rem elucubrata in prima diſſertatione verbatim exſcripſimus, potiſſimum quod ibi plura in medium proferat ad tuendam hujuſcemodi regeſtorum fidem contra quorumdam ſcrupulos.

*Antiquiores chartariis ſunt autographorũ ſcriptura exemplata, qualem unam memorat* wicardi *Abbatis epiſtola ad Frotharium Tullenſem epiſcopum, qua inter Frotharianos duodecima eſt. Mittimus dignationi veſtra donationem illarum rerum exemplatam pariter cum ipſa, & D. Imperatoris exemplationis chartam &c. Sed de his exemplis ſermo recurret in ſequenti capite* 7. Et eodem lib. 1. cap. 3. nu. 1. *Ejus rei praclarum nobis exemplum ſuppeditat Gregorius Nazianzenus in ſuo ipſius teſtamento, in quo emtionem Fundi Canotalorum Ampilochio epiſcopo ab ſe factam ait contineri ἐν τοῖς χαρτῴοις ἡμῶν, ideſt in chartis eccleſia ſua: Gregorio ſuffragatur Auguſtinus in ſermone ſecundo de communi vita clericorum, qui apud veteres liber ſecundus de moribus clericorum (a) inſcribitur: ubi ſub finem hac leguntur. Locus etiam ipſe ubi monaſterium conſtitutum eſt a memorato honorabili filio meo Eleuſino, ipſi prasbytero Barnaba donatus eſt: (qui) antequam ordinaretur prasbyter in ipſo loco monaſterium inſtituit. Sed tamen quia nomine ipſius donatus erat, mutavit Inſtrumenta, ut nomine monaſterii poſſideatur. Itaq; Barnabas presbyter locum illum ab Eleuſinio dono acceperat, ſcriptis hac de re inſtrumentis, qua poſtmodum monaſterii nomine mutata ſunt. Idem in epiſtola (b) ad Glorium, & alios: Non chartis veteribus, non archivis publicis, non geſtis forenſibus aut eccleſiaſticis agimus. His adde locum ex ejuſdem ſermone XXXVI. ſupplementi Vigneriani. Eadem eſt Symmachi Papa ſententia, qui in concil. Romano (c) ſub fine ſeculi quinti Epiſcopos potius eccleſiarum defenſores, quam cuſtodes chartarum eſſe debere teſtatur, & concilium Agathenſe anno IↃVI. clericis eccleſia documenta quibus ejus poſſeſſio firmatur, aut ſupprimentibus, aut adverſariis tradentibus, illati damni reſtitutionem, & communionis privationem infligit cap. XXVI. eademq; pœna afficit eos, qui in damnum*

(a) Spicil. to. IV, pag. 12.

(b) Auguſt. Epiſt. 43. novæ edit. n. 25.

(c) cap. 16. quæſt. 1. c. 37.

*Diſſert.*

*eccleſia inſtrumenta ejus impie ſollicitatis traditoribus ſuſceperint. Eadem inſtrumenta etiã in monaſteriis principio uſitata fuiſſe, docet nos Auguſtinus in ſermone ſuperius laudato, ubi inſtrumenta monaſterii nomine confecta memorat. Accedit Gregorius magnus, qui in epiſtola ad Deſiderium epiſcopũ agit de Chartis eccleſia Cadurcina (d) & in alia ad Johannem Abbatem (e) de monaſterio ſcribens, authenticam chartulam, & exemplaria chartarum exegit ad cauſa cujuſdam diſcuſſionem, ubi etiam Stephanum chartularium, ideſt cuſtodem chartarum laudat. Praterea in epiſtola ad Marinianum antiſtitem Ravennatem (f) chartarum monaſterii Claſſitani meminit non ſemel. Ad hac in alia (g) Neapolitani quidam Monachi Adeodato Abbati chartas omnes monaſterii ſui tradidiſſe perhibentur.*

(d) Greg. M. lib. 7. Epiſt. 17. Ind. 2.

(e) id. lib. 2. Epiſt. 3. Ind. 2.

(f) id. lib. 8. epiſt. 18. Ind. 1.

(g) Lib. 8. epiſt. 39.

Sed totius excribendus eſset Mabillonius, ſi quæ ipſe de archivis prędicat in mediũ eſſent proferẽda.

Juſtus Fontanini in Vindiciis antiquorum diplomatum lib. 1. cap. 2. & 4. ſatis erudite diſserit de eccleſiarum, atque monaſteriorum archivis, & Thomaſinus in celebri opere de beneficiis agit de archivorum præfectis, etiam apud Græcos præſertim eccleſiæ Conſtantinopolitanæ tom. 1. lib. 2. cap. 104. n. 2. 3. 4. 5. 7., & cap. 105. n. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

Ut vero ab hoc excurſu ad propoſitum noſtrum redeamus, Sacrę Romanę Rotę deciſiones ſunt afferendæ, quibus archivi noſtri dignitas cõtradictorio judicio luculentiſſime comprobatur, quod primum eſt a nobis in hac diſſertatione promiſsum. En deciſionem Soranam Beneficii R. P. D. Merlino.

Sacræ Rotæ deciſiones archivi Caſſinẽſis Dignitatem prędicant.

Sorana Beneficii. R. P. D. Merlino.

*Lunæ 8. Martii 1627.*

*RESolutiones qua huc uſque in hac cauſa praceſſerunt cum eo praſuppoſito emanarunt, quod ſcriptura in actis exhibita per RR. PP. Caſſinenſes eſſent in forma probanti, unde ſemel, ac iterum propoſito dubio ſuper veritate praſuppoſiti, hodie Domini ſuper eo affirmative reſponderunt. Jura enim pradicta, ex quibus reſultat, hujuſmodi beneficium eſſe manuale, & regulare uſque ab anno 1465. & ſic ſpectare ad monaſterium Caſſinenſe, ſunt extracta ex eodem Caſſinenſi archivio, & inter ſcripturas authenticas ibi conſervabantur, & ab archiviſta deputato ſubſcripta, & conſequenter cum omnibus requiſitis, itaut dictum archivium tanquam publicum, immo & celeberrimum in tota Europa, optime fidem, & vim probationis attribuat dictis ſcripturis, Jux. auth. ad hac C. de fid. Inſtr. cum plene notatis per Felin. in c. ad audientiam de Jo. Andr. ad Specul. §. nunc videndum verſ. 5. ſupplementum de edit. Inſtr. Soc. Sen. con. 253. n. 6. lib. 2. Cravet. conſ. 158. n. 5. Rota dec. 581. n. 3. par. 2. recent.*

*Amplius ſi ſcriptura extracta ex archivio epiſcopali dicantur extracta ex archivio publico, & plene probant c. 2. de fid. Inſt. & ibi Card. & Hoſtien. Franc. Marc. dec. 439. n. 2. 3. & 4. par. a. Alvarot. Inter conſ. Albert. Brun. conſ. 121. n. 3. Modern. Patavin. de privat. Scriptur. lib. 5. cap. 1. nu. 33. Idem erit dicendum de hoc archivio Caſſinenſi, quod aquiparandum eſt epiſcopali, quia illius Monaſterii Abbas habet juriſdictionem epiſcopalem, cum diœceſi ſeparata deſcripta inter epiſcopales in libris Cancellaria, & Camera apoſtolica, quibus fides habetur ad Seraph. deciſ. 1353. n. 4. Synodum congregat, concedit*



Digitized by Google

*dimiſſorias ad ſacros ordines, approbat confeſſores, & prædicatores, atque ad ipſum ejuſque generalem Vicarium diriguntur litteræ apoſtolicæ matrimoniales, & diſpenſationum, & eidem Abbati Caſſinenſi reſpondit Pontifex Alex. III. in cap. I. de conſanguinit. & affinit. & hujuſmodi literæ apoſtolicæ nonniſi habentibus Jura epiſcopalia tranſmitti ſolent, cap. conquerente de offic. Jud. ord. & Seraph. deciſ. 1052. nu. 1. Aliaque plura adducebantur, quæ Jus epiſcopale ipſius Abbatis Caſſinenſis bene inferebant, qui quidem abbas habet Territorium ſeparatum juriſdictioni ſuæ ſubditum, nulluſque alius extat ibi Antiſtes, qui ſaluti animarum illius Populi præſit, ut affirmat Butr. in cap. cum contingat nu. 11. prope med. verſ. fatetur, & ibidem prius Jo. Andr. n. 4. de for. cõpet, Immo hæc eccleſia Caſſinenſis vere videtur cenſenda cathedralis, & epiſcopalis, prout eam appellarunt Jo. And. in d. c. cum contingat n. 4. de for. compet, & ibidem Butr. n. 11. circa med. verſ. fatetur, Rebuff. in prax. fol. 649. in princ. Quarant. in ſumm. Bullar. in verbo concilium Provinciale n. 16. & Provinciale Eccleſiarum cathedralium impreſſum Romæ ſub Leone X. & merito, quoniam ex Strabon. lib. 5. de ſit. orb. erat hæc civitas præclara, & Latinorum noviſſima deducta Colonia a Romanis anno ab Urb. cond. 440. L. Papirio curſore V. & C. Junio iterum conſulibus ex Tit. Liv. lib. 9. decad. 1. & Sigon. de antiq. Jur. Ital. lib. 2. & multoties laudata apud antiquos authores Plinium, M. Varronem, Antonium, Auguſtũ, Silium Italicum, de more autem erat primi ſæculi naſcentis eccleſiæ epiſcopum creari, & tribui hujuſmodi Coloniis, & civitatibus, ut ex dict. 80. cap. 1. & 2. quod, & melius ex temporum ſerie comprobari videtur quandoquidem antequam S. Benedictus illuc acceſſerit dicta eccleſia Caſſinenſis habebat ſuum Epiſcopum, & præcipue habuit Severum, qui interfuit concilio Lateranenſi ſub Felice III. Papa, quod habitum fuit anno 487. & huic concilio Severus tanquam epiſcopus Caſſinenſis ſubſcripſit, ut conſtat ex 2. tom. concil. fol. 420. & de eodem hoc Severo epiſcopo Caſſinenſi atteſtatur Petrus Diaconus in vita ejuſdem S. Severi, & Leo Hoſtienſis in chronica Caſſinen. lib. 3. cap. 40. Poſtquam autem illuc acceſſit D. Benedictus ſcilicet de anno 529. nemq amplius præter Monachos Caſſinenſes, epiſcopus ibi fuit deputatus, & jure, quia D. Benedictus illuc immediate à Deo miſſus fuit eique pro populo Caſſinenſi munus Evangelicum demandatum, quemadmodum affirmat S. Gregorius Magnus Dialog. lib. 2. cap. 8. & 19. & Gordianus in vita S. Placidi Martyris, quæ habetur apud Surium tom. 7. fol. 749. & etiam refert D. Thom. in Opuſc. 19. cap. 4. circa med. & Auguſtinus de Ancona de poteſtate eccleſiaſtica ad Joannem Papam XXII. q. 64. art. 1. & hoc idem aſſeritur in adnotationibus ad can. generaliter 16. quæſt. 1. & ſucceſſivis temporibus Abbates Caſſinenſes poſt D. Benedictum, licet non eſſent epiſcopi, Jura tamen epiſcopalia, & omnimodam juriſdictionem ſemper exercuerunt, diœceſimq; habebant, ut patet ex pluribus, & præſertim ex Bulla ſigno plumbeo munita de anno 1271. ubi Bernardus Abbas ſuam dixit diœceſim, & translationem cujuſdam eccleſiæ demandavit. Et Marinus abbas de anno 1308. In alia Bulla aſſenſum præbuit indulgentiis ab epiſcopis conceſſis in conſecratione cujuſdam altaris, & ad Inſtar epiſcoporum, alias etiam ipſe conceſſit, Immo de an. 1322. Joanne Papa XXII. epiſcopum dictæ eccleſiæ Caſſinenſi reſtituit, eamq; in regularem cathedralem conſtituit, ordinem dumtaxat epiſcopalem addendo prædictis Abbatibus, qui a conventu in capitulum erecto per canonicam poſtulationem eligebantur, & utrumq; munus epiſcopi ſcilicet, & abbatis obibant, quod ſervatum eſt uſq; ad annum 1367. Sub Urbano V. qui juriſdictionem prædictam reſervando iiſdem Abbatibus ſolummodo epiſcopalem ordinem a Joann. 22. conceſſum ademit putans rei familiari, ac utilitati monaſterii ex hoc magis fore conſultum, ut ex Bulla ejuſdem Urbani V. Ex quibus aſſequimur quod hæc eccleſia Caſſinenſis ſemper fuit cathedralis, & epiſcopalis, habuitque, & ad præſens etiam habet diœceſim, ac Territorium proprium, & Abbates omni tempore pariformiter (exceptis his tantum, quæ ab ordine pendent) Jura epiſcopalia, & juriſdictionem pleniſſime exercuerunt, & exercent, ac proinde illius archivium tanquam epiſcopale legalitatem, ac fidem ſcripturis ibi exiſtentibus præbere debet.*

*Ulterius videbatur aliquibus ex Dominis in hac materia præferendum archivium eccleſiæ Caſſinenſis aliis archiviis epiſcopalibus, quia epiſcopi ſæpe ſæpius ſolent eſſe ſuffraganei, & anguſta diœceſis, & nihilominus eorum archivia dicuntur publica, & ex eis extracta jura plene probant, ex ſupra deductis, atqui Abbas Caſſinenſis, non eſt ulli, aut Abbati, aut epiſcopo, aut archiepiſcopo ſuffraganeus, vel ſubditus, ſed omnino a quocunque exemptus ſoli ſedi apoſtolicæ immediate ſubiectus, ut ex privilegio Zachariæ Papæ, a quo Pontifice præterea fuit Abbas dicti monaſterii ea dignitate decoratus, ut ſupra omnes alios Abbates in publicis conciliis, ac cœtibus, reſideret, & ante alios ſententiam diceret, ut probant ejus antiqua privilegia, conſuetudo inde ſecuta, & Carolus Segon. de regn. Ital. lib. 3. ſub anno 748. Baronius itidem ſub eodem anno, ex Leone Hoſtien. chron. lib. 1. cap. 4. & indicat liber provincialis, cui in Rota receptum eſt, ut fides adhibeatur, Mohed. deciſ. 5. de fid. inſtrum. Immo Abbas Caſſinenſis utramque juriſdictionem Spiritualem ſcilicet, & temporalem atque in ſuo Territorio eſt veluti Princeps, cujus propterea archivium ſatis probat Burſatt. conſ. 106. nu. 18. qui alios cumulat.*

*Accedunt conditiones ad id requiſitæ, quæ ſi in ullo Orbis archivio reperiuntur, in hoc certe eminent, eſt enim antiquiſſimæ juriſdictionis, & temporis, habet publicum officialem, & cuſtodem, juxt. Fellin. in cap. ad audientiam de præſcript. qui officialis exactiſſime diſpoſita monumenta conſervat, & dicitur Archiviſta Caſſinenſis, & talis fuit Leo Monachus Cardinalis & epiſcopus Hoſtienſis, ac Petrus Diaconus quos de aliorum conſenſu ſinceræ fidei ſcriptores appellat, & laudat Cardinalis Baronius, & ex eo archivio profitetur deprompſiſſe multa, quæ in ſuos Annales, & alia opera ingeſſit, ita in notis ad martyrolog. ſub die 12. Martii, 6. 7. Maii, 17. Junii, 15. & 18. Julii, 20. Auguſti, 1. Octobris, 7. Novembris, & in annal. tom. 10. ſub anno 850. & 851. & 873. & tom. 11. multis in locis, & Panvinus hiſtor. Romanæ parens appellatus, idem teſtatur in princ. hiſtor. Pontif. & Carolus Sigonius in indice hiſtor. de Regno Italiæ, præter alios antiquiores.*

*Et præmiſſa efficaciora redduntur ex eo, quod etiamſi hoc non eſſet archiviũ Abbatis juriſdictionem talem habentis, ſed ſolummodo ſimplicis monaſterii, adhuc tamen diceretur publicum ſi ad hunc effectum ejus claves aliquis ſpecialiter deputatus aſſervaret,*

& ita

& ita per antiquum tempus conſuevіſſet, ex trad. per Cravett. d. conſ. 158. ſub. num. 5. cum ſeqq. & conſ. 274. nu. 5. & 6. tanto ergo magis in hac ſententia inſiſtendum videtur reſpectu hujus Archivii cum præter id in ipſo concurrant omnia ſupra relata ad publicum Archivium neceſſaria, & ex eo, quod Archivium ſit alicujus monaſterii non excludatur, quin poſſit etiam eſſe publicum, ut deducitur, ex Crav. d. conſ. 274. ſub nu. 6. & Trentacinq: var. reſol. lib. 2. reſol. 8. nu. 5. tit. de fid. inſtrum.

Demum quod totam rem evincit, ſat eſt quod uti publicum, & inſigne ſemper a Summis Pontif. & in magna æſtimatione fuerit habitum; Ita enim Bonifacius IX. anno 11. ſui Pontificatus, in quadam Bulla admodum honorifice de eo verba facit. Ita pariter Leo X. anno 9. ſui Pontificatus, mandat in eo aſſervari, & reponi magni momenti ſcripturas, & nuper ad nutum ſanct. me. Pauli V. Reverendiſs. D. Archiepiſcopus Vulpius, & juſſu catholicæ Majeſtatis Fulvius Marchio Corleti, ad illud tamquam ad Archivium publicum tranſmiſerunt cuſtodiendam determinationem cauſæ cujuſdam vertentis circa confines Terrarum Pontis Curvi, & rocca Guglielmi, & poſtea ſanct. mem. Gregorius XV. Archivii cuſtodem Pontificii Notarii dignitate donavit, ut jure merito S. P. D. N. Urbanus VIII. innixus tantis eruditorum atteſtationibus, Pontificum decretis, loci antiquitate, & præcipue officialium diligenti, ac ſincera cuſtodia, confirmans eadem privilegia amplius decreverit omnimodam habendam eſſe fidem ſcripturis hujuſmodi, in quocunque Tribunali Eccleſiaſtico, aut ſeculari, ut apparet ex illius Brevi.

Nec obſtat, quod jura extracta ex Archivio monaſterii non recipiant vim probationis, ex tali loco, juxta deciſ. Put. 168. lib. 3. & deciſ. 25. tit. de fid. inſtr. & in ſpecie de Archivio monaſterii Caſſinenſis, dixit Rota in Aquinaten. ſeu nullius beneficiorum 2. Aprilis 1607. coram bo. me. Cardinali Marcomontio. Reſpondetur enim illud tunc poſſe procedere quoties archivium privatum eſt ſolius monaſterii, & ibi jura pro ſolo monaſterio cuſtodiuntur, & ita loquuntur Put. & alii; ſecus autem quando archivium monaſterii publicum eſt, nempe publicæ confert utilitati, ac publice cuſtoditur, & in ſpecie declarat Soccin Sen. conſ. 288. nu. 6. lib. 2.

Et ex hoc tollitur etiam quod addebatur ex illa Aquinaten. coram Cardinali Marcomontio, ſupponebatur enim tunc in facto archivium Caſſinenſe eſſe ſolum archivium monaſterii, & ita privatum, neque aliqua ex his rationibus tunc in medium allata fuit, nec quod Abbas dicti monaſterii habeat vicem epiſcopi, & principis, & quod ibi jura, & ſcripturæ non ſolum illius territorii cuſtodiantur, ſed etiam totius Italiæ, ac fere Orbis.

Neque rurſus obſtare viſum eſt, quod archivium publicum ſolum dicatur probare inter perſonas illius territorio ſubiectas Rota apud Caputaq; deciſ. 42. pe. pa. coram Puteo deciſ. 341. nu. 2. lib. 2. & cora R̃mo. D. meo Decano de. 36. nu. X. & deciſ. 128. nu. 2. in ejus impreſſis, & ex ibi allegatis, & Trentacinq. var. reſol. lib. 2. da. reſol. 8. nu. 8. de fid. Inſtr. qui alios cumulat, a qua opinione nec eſt recedendum, cum eam Rota pluries fuerit amplexa quidquid in contrarium ſenſerint. Aretin. in cap. cum cauſam de probat. & ſeſſ. deciſ. Araz. 21. nu. 1. & ſeqq. Modern. Patavin. de privat. ſcriptur. lib. 5. cap. 1. nu. 18. Quoniam vera eſt illa concluſio in archivio conſtituto ad certum territorium, & ad certas ſcripturas, & ita loquuntur Doctores, & propterea non applicatur ad hoc Caſſinenſe, quia habet, & cuſtodit ſcripturas pertinentes ad totum fere Orbem, atque ad principes Chriſtianos neutiquam illi ſubditos, & cum verſemur in antiquiſſimis ſcripturis, illæ probant etiam extra territorium archivii, ut limitando contrariam opinionem docet idem ſeſſ. da. deciſ. 21. nu. 6.

Demum obſervandum eſt, quod hic ipſe proviſus erat ſubditus Caſſinenſi archivio, & hujus jura ſua fecerat capitulum terræ Albeti dum admiſſum fuerat ad cauſam in ſtatu, & terminis, in quibus idem proviſus reperiebatur.

Poſtremo multa hic quoque concurrunt, quæ fidem dictis ſcripturis, & juribus addunt, nempe quia jura extracta ex archivio etiam privato monaſterii, licet regulariter non plene probent, multum tamen operantur, ut per Cravet. d. conſ. 274. n. 6. Oſaſc. d. 69. n. 6. At hoc archivium, ut dicebatur eſt publicum, & inſigne, antiquiſſimum, rite cuſtoditum, publice aſſervatum, & in poſſeſſione etiam ut apud unumquemq; adinveniat fidem, & jura prædicta ſunt ex libris, qui habent faciem antiquam, & dignam, ut authentici exiſtimentur, & hæc jura munita ſunt ſigillo, & ſubſcriptione archiviſtæ ſunt numero plurima, itaut vix credi poſſit præſertim a religioſis conſpicuæ probitatis tot conficta fuiſſe, unde facilius concludendum eſt pro eorum legalitate etiamſi a nullo publico archivio fuiſſent extracta, ſtante pluralitate ſcripturarum. Rota coram Achill. de. 5. de fid. Inſtr. & coram R̃mo. D. meo Decano deciſ. 258. n. 6. & jura prædicta continent veriſimilia, quia proviſio beneficii facta per Abbatem de anno 1588. fuit canonizata per ſententiam Cardinalis Seraphini, ut etiam fuit conſideratum in deciſione ſub die 28. Februarii 1625. coram me in hac cauſa, & per conſequens aliæ ſcripturæ anteriores ſuper hoc eodem beneficio redduntur veriſimiles, & ſic fidem merentur, ad tradita per Dec. Conſ. 510. nu. 2. Cravett. Conſ. 157. n. 9. verſ. ex qua veriſimilitudine Surd. dec. 199. n. 5. Rota dec. 776. n. 3. par. 1. diverſ. & coram ſan. me. Greg. XV. deciſ. 468. n. 13.

Et ita ſemel, & iterum examinato articulo, reſolutum fuit jura ex dicto Caſſinenſi archivio extracta, eſſe in forma probanti &c. Clemens Merlinus Rotæ Aud. Locus ✠ ſigilli impreſſi. Extracta eſt preſens copia a ſuo originali conſervato in publico, legali, ac autent. archivio ſacri Archimonaſterii montis Caſini, & licet aliena manu, collatione tamen facta, concordat. In quorum fidem Ego D. Eraſmus a Cajeta Abbas S. Matthæi ſervorum Dei, Archiviſta, & Protonotarius Apoſtolicus me ſubſcripſi, ſolitumq; ſigillum impreſſi rogatus, & requiſitus. Idem qui ſupra D. Eraſmus manu propria.

Allata Sacræ Rotæ deciſio hac ſententia confirmata eſt. Clemens Merlinus juris utriuſque doctor, SS. D. noſtri Papæ cappellanus, & ipſius ſacri palatii apoſtolici cauſarum Auditor, & judex, commiſſarius in hujuſmodi cauſa a SS. D. noſtro Papa deputatus. Univerſis, & ſingulis Dñis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Theſaurariis, ſuccantoribus, ſacriſtis, Canonicis, Curatis, & non curatis, Vicariis perpetuis, Altariſtis, Plebanis, Vice plebanis, cappellanis, curatis, & non curatis, cæteriſque Præsbyteris, clericis, notariis, tabellionibus publicis quibuſcumque per civita-



Digitized by Google

*tem, & dioceſim Soranam, ac alias ubilibet conſtitutis, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos praſentes noſtra littera pervenerint, ſalutem in Domino, & noſtris hujuſmodi, immo verius apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis quod alias felicis rec. Gregorius Papa decimus quintus infraſcriptam commiſſionem Illuſtriſs., & reverendiſſimo D. Fabritio, Cardinali Veroſpio, dum eſſet Rota Auditor, praſentari fecit, hujuſmodi ſub tenore Vid. Pater Sancte. Licet devoti S.V. Oratores Abbas, & Monachi Sacri monaſterii Montis Caſini, Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſſinenſis, & Felix Biemma clericus Veronen. a nemine moleſtari poſſent, nec debeant ſuper beneficio, Prapoſitura nuncupato, eccleſia S. Martini de Albeto nullius, ſeu Soranen. diœceſis, & de menſa dicti monaſterii, & ejuſdem menſalis beneficii, & bonorum illius pacifica poſſeſſione, nihilominus Alexander Jacobellus pratenſus proviſus apoſtolicus, & capitulum collegiata eccleſia dicti loci de Albeto, nullo jure, nullaque legitima ratione ſuffulcti Oratores moleſtare velle jactarunt, & jactant. Verum quia ipſorum oratorum plurimum intereſt, ſe ab hujuſmodi indebitis Jactoñibus, & moleſtationibus, non tamen judicialiter illatis, jure medio, quanto citius liberari facere, ideo ſupplicant humiliter S. V. dicti Abbas Monachi, & Felix, Oratores, quatenus cauſam, & cauſas pradictas, nec non quam, & quaſi ipſi Oratores habent, & movent, habereque, & movere volunt, & intendunt, alicui ex veſtri ſacri palatii apoſtolici cauſarum Auditoribus, ſeu locumtenenti ſummarie &c. audiendam, cognoſcendam, decidendam, fineque debito terminandam committere, & mandare dignetur, cum incidendis, & cum poteſtate dd. adverſarios, omneſq; alias &c. & univerſitotem, & capitulum, tam conjunctim, quam diviſim, in curia, & extra, & etiam per eaictum publicum conſtito ſummarie &c, de non tuto acceſſu citandi, illiſque, ac quibus, & quoties opus erit, etiam ſub cenſuris &c. inhiben. aliiſque facultatibus deſuper neceſſariis, & opportunis pramiſſis, nec non conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis ſtilo palatii, ceteriſque contrariis quibuſcumque non obſtantibus, ſtatum &c. pro ſufficienter expreſſis haberi &c. De mandato D. N. Papa audiat Magiſtri Fabritius, ſine prajudicio litterarum apoſtolicarum, etiam in forma brevis expeditarum, citet, inhibeat etiam ſub cenſuris procedat etiam per edictum, conſtito &c. ut petitur, & juſtitiam faciat. Placet D. N. Papa ſine prajudicio litterarum Apoſtolicarum, etiam in forma brevis. M. Cardinalis Barberinus. Cujus quidem commiſſionis vigore, cum dictus illuſtriſſimus, & reverendiſſimus D. Fabritius Cardinalis Veroſpius, dum eſſet Rota Auditor, in cauſa pradicta ad nonnullos actus proceſſiſſet, & deinde a Romana curia diſceſſiſſet, fuimus in ejus locum ſurrogati, vigore commiſſionis tenoris ſequentis Vid. Beatiſſime Pater. Nuper ab urbe diſceſſit R. P. D. Veroſpius, veſtri ſacri palatii apoſtolici cauſarum Auditor non terminata cauſa, & lite coram eo pendente inter devotos S.V. Oratores Abbatem, & Monachos Sacri monaſterii montis Caſini Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſſinenſis, & Felicem Biemmam clericum Veronenſem, ex una, & Alexandrum Jacobellum, & capitulum collegiata eccleſia terra Albeti adverſarios partibus ex altera, de, & ſuper beneficio, ſeu eccleſia ſub invocatione S. Martini de Albeto nullius diœceſis, de menſa dicti ſacri monaſteri exiſtente rebuſque aliis &c. Verum quia ipſorum oratorum plurimum intereſt, litem pradictam quanto citius, jure medio, terminari facere, ideo ſupplicant humiliter S. V. Abbas, & Monachi oratores predicti, quatenus aliquem alium ex dicti ſacri palatii Auditoribus ſeu Locumtenentem, in locum pradicti Veroſpii, in ſtatu, & terminis, in quibus coram eo reperiebatur, & cum eiſdem facultatibus ſubrogare dignetur, cum incidendis, & cum poteſtate dd. adverſarios, omneſque alios &c. tam conjunctim, quam diviſim citandi, illiſque, ac quibus, & quoties &c. opus erit inhibendi, aliiſque facultatibus neceſſariis, & opportunis pramiſſis. Nec non conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ſtilo palatii, cateriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque, ſtatum &c. pro ſufficienter expreſſis haberi. De mandato D.N. Papa Mãgr. Clamens ſurrogatus procedat, ut petitur, & juſtitiam faciat. Quarum quidem commiſſionum vigore propoſita cauſa in Rota, & illa ad favorem predictorum RR. DD. Abbatis, Prioris, & Monachorum Sac. monaſterii montis Caſini congregationis Caſſinenſis, ac Felicis Biemma principalium reſoluta, tandem D. Dominicum Perettum ex adverſo procuratorem RR. DD. Capituli, & canonicorum collegiata eccleſia S, Simeonis terra Albeti Sorana diœceſis, ex adverſo principalium, ad videndum, & audiendum infraſcriptam diffinitivam ſententiam in ſcriptis ferri, & promulgari per unum ex SS. D. N. Papa curſoribus citari mandavimus, & fecimus, ad diem, & horam infraſcriptas, quibus quidem die, & hora advenientibus, infraſcriptam ſententiam tulimus, & promulgavimus diffinitivam tenoris ſequentis vid. Chriſti nomine invocato, pro tribunali ſedentes, & ſolum Deum pra oculis habentes, per hanc noſtram diffinitivam ſententiam, quam de coauditorum noſtrorum conſilio pariter, & aſſenſu ferimus in his ſcriptis in cauſa, & cauſis, qua primo, & in prima, ſeu alia veriori, coram illmo D. Cardinali Veroſpio, tunc Rota Auditore, deinde coram nobis in ejus locum ſuffectis de, & ſuper perpetuo ſimplici beneficio eccleſiaſtico, Propoſitura nuncupato, eccleſia S. Martini de Albeto, nullius, ſeu Sorana diœceſis, membro, & de menſa venerabilis monaſterii Caſſinenſis, nec non ſuper dicta prapoſitura unione, auctoritate apoſtolica ad favorem menſa capitularis eccleſia S. Simeonis terra Albeti dicta diœceſis, per fel. rec. Clementem VIII. ſub Dat. Cal. Julii 1596. Pontificatus anno quinto, ſeu &c. in forma mandati de uniendo facta, & expedita, rebuſq; aliis &c. Inter Rñum D. Abbatum, ac RR. Priorem, & Monachos Venerabilis monaſterii Montis Caſini Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſſinenſis, ac R. D. Felicem Biemmam, clericum Veronenſem dicta Propoſitura Rectorem per pradictos RR. Abbatem, & Monachos deputatum ex una, ac RR. Canonicos, & capitulum dicta eccleſia S. Simeonis partibus ex altera verſa fuerunt, & vertuntur inſtantia dicimus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, beneficium, ſeu Prapoſituram pradictam fuiſſe, & eſſe de menſa, & membrum dicti Venerab. monaſterii Montis Caſini, & illius, ac Rectoris ejuſdem Prapoſitura pro tempore liberam, & omnimodam diſpoſitionem, deputationem, & remotionem ad nutum pradictorum RR. DD. Abbatis Prioris, & monachorum, dictumque beneficium, ſeu Prapoſituram*

Digitized by Google

*ad eoſdem RR. DD. Abbatem, Priorem, & Monachos pro tempore pleno jure ſpectaſſe, & pertinuiſſe, ſpectareque, & pertinere, & reſpective fuiſſe, & eſſe manuale, ſeu manualem, ad eorumdem RR. DD. Abbatis, Prioris, & Monachorum liberam diſpoſitionem, proviſionemque, & collationem per ipſos factam ad favorem prædicti D. Felicis fuiſſe validam, canonicam, & legitimam, ſuumque debuiſſe, & debere ſortiri effectum, unionem vero prædictam, ſeu mandatum de uniendo, & litteras deſuper expeditas ad favorem dictæ menſæ capitularis eccleſiæ S. Simeonis terræ Albeti fuiſſe, & eſſe ſubreptitias, & nullas, ſubreptitiaque, & nulla, nulliuſque roboris, & momenti, & proinde nullum debuiſſe, nec debere ſortiri juris effectum, & pro nullis, irritis, & invalidis declarandas, nullumque jus competiiſſe, vel competere prædictis Canonicis, & capitulo, eorumque menſæ capitulari, ſuper dicta Propoſitura, & ejus annexis, ac poſſeſſione, & eoſdem Canonicos, & capitulum ad dimittendum, & relaxandum poſseſſionem dictæ Præpoſituræ, & illi annexorum, una cum fructibus, & emolumentis quibuſcumque perceptis ab eis, & impoſterum percipiendis, uſque ad realem, & actualem dimiſſionem prædictam eidem D. Felici, ſeu ejus legitimo procuratori condemnandos fore, & eſse, prout declaramus, & reſpective condemnamus, ac eoſdem a dicta poſseſſione, & intruſione amovendos fore, & eſse, ac tollimus, & amovemus, dictumque D. Felicem in poſseſſionem dictæ Præpoſituræ, & annexorum ponendum, inducendum, & immittendum fore, ac ponimus, inducimus, & immittimus, ac poni, induci, & immitti mandamus, moleſtationes quoque, vexationes, perturbationes, & impedimenta quæcumque per eoſdem Canonicos, & capitulum prædictis RR. Abbati, Priori, & Monachis, ac Felici Biemma præſtitas, & illatas, præſtitaque, & illata fuiſse, & eſse, temerarias, illicitas, & iniquas, temerariaque, illicita, & iniqua, ac de facto præſumptas, & præſumpta, illaſque, & illa inferre minime licuiſse, nec licere de jure, & propterea eisdem Canonicis, & capitulo ſuper præmiſſis perpetuum ſilentium imponendum fore, & eſse, ac eosdem ad reſtituendos prædicto D. Felici fructus de dicto beaeficio, ſeu Præpoſituræ percepto a die motæ litis citra, nec non in expenſis legitime factis condemnandos fore, & eſse, ac imponimus, & reſpective condemnamus, Mandatumque, & mandata de immittendo, & expellendo, & alia deſuper neceſſaria, & oportuna decernimus, & relaxamus. Quorum fructuum liquidationem, & expenſarum taxationem nobis, vel cui de jure impoſterum reſervamus; & inſuper pari noſtra ſententia dicimus, pronunciamus, decernimus, & declaramus, jura extracta ex archivio dicti venerabilis monaſterii Caſinenſis, & in hac cauſa producta fuiſse, & eſse in forma probanti, dictumque archivium fuiſse, & eſse publicum, & legale, & ſcripturis in eo exiſtentibus, ac formiter per ejus archiviſtam extractis fuiſse, & eſse in judicio, & extra, & in quocumque tribunali, tam eccleſiaſtico, quam laicali adhibendam integram fidem, prout adhiberi mandamus. Et ita dicimus, non ſolum præmiſſo, ſed & omni alio meliori modo.*

Declaratur archivium Caſinenſe eſſe publicum, & legale &c.

*Ita pronuntiavi ego Clemens Merlinus Rotæ Auditor, & judex. Quæ quidem noſtra diffinitiva ſententia per nos, ut præmittitur, lata, & promulgata fuit ſub anno a ſalutifera nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo nono, indictione duodecima, die vero Veneris, vigeſima tertia menſis Martii, tempore Pontificatus SS. in Chriſto Patris, & D. N. D. Urbani, divina providentia Papæ octavi, anno ejus ſexto, præſentibus ibidem diſcretis viris DD. Johanne Baptiſta Matrino, & Carolo Vincentio de Totis, ſacri palatii apoſtolici cauſarum notariis, & coram nobis ſcribis publicis, teſtibus ad præmiſsa omnia, & ſingula, dum ſic, ut præmittitur, agerentur, & fierent, vocatis, habitis, atque rogatis. Et quia D. Antonius Laurentius de Blaſiis ſacri palatii apoſtolici cauſarum notarius publicus de præmiſſis rogatus fuit, ideo ego Joannes Sourius ejuſdem ſacri palatii apoſtolici cauſarum connotarius publicus præſens inſtrumentum ſententiæ pro eo ſubſcripſi, & publicavi rogatus, & requiſitus in fidem præmiſsorum. Locus ✠ ſigni. Locus ✠ ſigilli pendentis. Extracta eſt præſens copia a ſuo originali conſervato in publico, legali, ac autentico Archivio ſacri Archimonaſterii Montis Caſini, & licet aliena manu, collatione tamen facta, concordat. In quorum fidem ego D. Eraſmus a Cajeta Abbas S. Matthæi Servorum Dei Archiviſta, & Protonotarius Apoſtolicus me ſubſcripſi, ſolitumque ſigillum impreſſi rogatus, et requiſitus. Idem qui ſupra D. Eraſmus manu propria.* L. S.

Pluribus aliis in Deciſionibus Sacræ Rotæ archivi Caſſinenſis fidem, dignitatemque commendavit, & quidem ait in deciſione coram R. P. D. Veroſpio.

*Coram Reverendiſſimo P. D. Veroſpio. Sorana Beneficii Lunæ 5. Julii 1632. Et hac omnia præcedebant cum præſuppoſito legalitatis archivii monaſterii Caſinenſis, ex quo extracta fuerant jura, ſuper quibus fundavit Rota manualitatem hujus beneficii, cum veritas dicti præſuppoſiti, & ejuſdem archivii fidès etiam comprobata fuiſſet pleniſſime, & luculentiſſime in alia deciſione facta coram eodem R. P. D. meo Merlino 8. Martii 1627. cui pro fide, & legalitate dicti archivii nihil viſum fuit quod addi poſſet. Et ita &c.* Ex originali in Archivo.

*Coram Reverendiſſimo D. Albergato Decano Montis Caſinen. Praeminentiarum. Veneris 30. Aprilis 1677.*

*§. Comprobatur quoque quaſi cathedralitas &c. demum quaſi cathedralitas, & majoritas eccleſiæ Caſinenſis colligitur ex diuturna immemorabili obedientia præſtita eccleſiæ Caſinenſi, & ex ipſamet confeſſione capituli, & canonicorum S. Germani, qui in ſynodis ſe ſubſcribunt de collegiata eccleſia, non autem de cathedrali. Imo per inſtrumentum publicum anno 1275. capitulariter congregati in ipſa eccleſia S. Mariæ recognoverunt eccleſiam Caſinenſem pro eorum matre, & domina. Rot. d. deciſ. 5. nu. 15. par. 13. rec. de cujus inſtrumenti legalitate dubitari non valet, cum extractum ſit ab archivio Caſinẽſi, cujus auctoritas, & legalitas quanta ſit oſtendit Rota coram Merlin. deciſ. 264. n. 19. & refert adden. ad Buratt. d. deciſ. 667. n. 23.* Ex originali in Archivo.

*Coram R. P. D. Bourlemont. Capuana ſeu montis Caſſinen. Parochialium. Veneris 10. Martii 1679.*

*§ Immo*

Digitized by Google

Ex originali in Archivo. *§. Immo de anno* 1120. *&c. Quod poſſeſſio præphatarum eccleſiarum remaneret apud monaſterium Caſinenſe, prout per antea fuerat, ut patet ex regeſtro Petri Diaconi aſſervato in archivio Caſinenſi, ſummario impreſſo num.* 15. *fol.* 36. *quod archivium probationem facit in omni tribunali laycali, ſeu eccleſiaſtico ex ſpeciali indulto ſac. me. Urbani VIII. edito* 31. *Martii* 1626. *Summ. additionali num.* 3. *& obſervant Add. ad Buratt. deciſ.* 667. *num.* 23. *& ſeqq. & Merlin. deciſ.* 264. *num.* 17. *& ſeqq. Totumque hoc factum refert etiam chron. Caſinenſis ſummario impreſſo num.* 8. *littera* A, *&* C *fol.* 19. *quam etiam probare ſicuti prefatum regeſtrum Petri Diaconi in ſpecie dixit Merlin. dicta deciſ.* 264. *num.* 12. *&* 13. *& Reverendiſs. Albergatus in alia montis Caſinen. Praeminentiarum* 30. *Aprilis* 1677. *§. comprobatur in fin. verſus da cujus inſtrumenti, & generaliter de libris chronicorum, Gen. de ſcript. privat. lib.* 5. *queſt.* 6. *titul. de lib. chronic. fol.* 267.

*Coram Reverendiſſimo Albergato Decano Caſinen. Praeminentiarum. Veneris* 14. *Aprilis* 1679.

Ex originali in Archivo. *§. Demum apud eandem eccleſiam conſervatur celebre archivium, de quo pluries meminit Rota, & ſignanter coram Merlin. deciſ.* 264. *num.* 28. *ubi quod uti publicum, & inſigne fuit a Summis Pontificibus in magna exiſtimatione habitum, & pro ſigno cathedralitatis recenſet Dunoz. jun. deciſ.* 995. *num.* 10. *& ab ea recipit eccleſia Germanenſis ſanctum Oleum, quod eſſe ſignum cathedralitatis tradit Barboſ. Apoſt. deciſ.* 535. *num.* 9. *Monachi in functionibus ſemper præcedentiam habuerunt a Canonicis S. Germani, unde reſultat praeminentia, & ſuperioritas, ut late ponderat Lezzan. ubi ſup. cap.* 3. *num.* 252. *& ſeqq. Rot. deciſ.* 353. *par.* 5. *& deciſ.* 177. *num.* 7. *par.* 6. *recent. & in d. Burgen. Praeminentiarum §. in ea autem parte coram R. P. D. meo Rondinino, &c.*

*Coram R. P. D. Lancetta Nullius, ſeu Montis Caſſinen. Manutentionis, ſeu Proceſſionum. Mercurii* 27. *Junii* 1714.

Ex originali in Archivo. *§. Relicta ſiquidem quæſtione generalium proceſſionum SS. Corporis Domini, S. Marci, & Rogationum, aliarumque, vel a Summo Pontifice, vel ab Ordinario quandocumque indicendarum, in quibus non recuſant Abbas, & Clerus S. Pauli intervenire ut ſupra diximus ad particulares deveniendo, & præmiſſo quod hic non agitur de ſolito juris, ſed facti, cenſuerunt Domini, eas eſſe proceſſiones, & ſeſſiones unitim fieri ſolitas, quæ deſcripta ſunt in documentis exhibitis in ſummario Archipresbyteri, & Cleri S. Mariæ num.* 2. 3. *&* 4. *de quorum legalitate dubitandum non eſt, cum extracta fuerint ex celebri archivio Abbatiali montis Caſſinen. cujus fidem optime commendat Adden. ad Buratt. deciſ.* 667. *Rot. coram Merlin. deciſ.* 264. *num.* 19. *& deciſ.* 56. *num.* 35. *parte* 19. *recent. &c.*

*Coram R. P. D. Lancetta. Sueſſana Bonorum. Veneris* 18. *Junii* 1717.

Ex originali in Archivo. *§. ultimo. Non omiſerunt denique Domini advertere, quod fruſtra impugnabantur documenta, & jura exhibita pro parte eiuſdem monaſterii tamquam extracta ex ejus archivio. Jam enim Rota pluries profeſſa eſt eidem archivio, utpote publico, & ſumma legalitate retento, pleniſſimam fidem præſtandam eſſe, ut videre eſt præſertim deciſ.* 264. *num.* 19. *coram Merlino dec.* 56. *n.* 35. *part.* 19. *recent. & in Nullius, ſeu montis Caſinen. manutentionis, ſeu proceſſionum* 27. *Junii* 1714. *§. Relicta coram me &c.*

*Coram R. P. D. Rovault de Gamaches, Sueſſana Bonorum. Luna* 4. *Aprilis* 1718.

*§. ultimo. Denique non officit, quod declaratio iſta innoteſcat ſolum ex libris præphati Abbatis, quia illi tamquam in publico ejuſdem monaſterii archivio retenti pleniſſimam fidem merentur, perinde ac ſi eſſent in forma probanti, & illorum partita, quamvis a ſolo Archiviſta extracta plene quoque probant, ut mandant Pontificia diplomata a ſa. me. Gregor. XV. & Urbano VIII. edita pro dicto archivio, &. ſcripturis in eo exiſtentibus, quæ impreſſa reperiuntur in Bullar. Caſinen. tom.* 2. *Conſtit.* 485. 487. *&* 489., *& firmavit Rot. in Nullius, ſeu Montis Caſinen. Manutentionis, ſeu proceſſionum* 27. *Junii* 1714. *§. Relicta coram R. P. D. meo Lancetta &c.* Ex originali in Archivo.

II. Mirum autem in modum archivi Caſſinenſis dignitatem augent privilegia a Romanis Pontificibus Gregorio XV. & Urbano VIII. conceſſa. Privilegium Gregorii diplomati huic ſuo inſeruit Urbanus octavus. *Urbanus Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex univerſalis eccleſiæ regimini in cathedra principis apoſtolorum a Domino conſtitutus, ad ſingulorum quoque monaſteriorum, præſertim inſignium ſtatum reſpiciens, eorum non ſolum indemnitati, & conſervationi conſulere, verum etiam illorum perſonas amplioribus in dies favoribus, honoribuſque decorare conſuevit, prout conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Alias ſiquidem a nobis emanarunt litteræ tenoris ſubſequentis, videlicet. Urbanus Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam. Piis Chriſti fidelium quorumlibet, præſertim vero ſub ſuavi religionis jugo Altiſſimo famulantium votis, per quæ eorum monaſteriorum, ac rerum indemnitati, & conſervationi oportune conſulitur libenter annuimus, favoribuſque, & gratiis proſequimur, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Alias ſiquidem a fel. rec. Gregorio Papa XV. prædeceſſore noſtro emanarunt litteræ tenoris ſubſequentis, videlicet, Gregorius Papa XV. ad perpetuam rei memoriam.* Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Abbas monaſterii Montis Caſinenſis, Ordinis S. Benedicti, quod ſæpe pro conſervatione juriſdictionum dicti monaſterii ſcripturas authenticas ex archivio dicti monaſterii extrahere, illaſque ad urbem, & alia loca mittere oportet. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, pro præmiſſorum faciliori executione dictus Abbas ſibi per nos ut infra indulgeri ſummopere deſideret, Nos dictum Abbatem ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, eidem Abbati, ut unum ex dicti monaſterii monachis approbatum, & ad id idoneum repertum, qui ſcripturas prædictas recognoſcere, & authenticare poſſit, in archivii huiuſ- Privilegia Romanorum Pontificum pro Archivo Caſſinenſi.

Digitized by Google

*hujuſmodi Archiviſtam, et notarium apoſtolicum facere, et deputare, et caſu, quo talem Monachum, e dicto monaſterio, ad obediendum conſtitutionibus dicti Ordinis, diſcedere contingat, idem Abbas alium Monachum ſimiliter approbatum, & idoneum repertum, illius loco ſubrogare, et deputare, libere, et licite valeat, apoſtolica authoritate, tenore præſentium facultatem tribuimus, et impartimur, non obſtantibus conſtitutionibus, et ordinationibus apoſtolicis, nec non quatenus opus ſit, monaſterii, et Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alias roboratis ſtatutis, et conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub anulo Piſcatoris, die 17. Septembris 1622. pontificatus noſtri anno ſecundo. Nunc autem Nos celebris monaſterii hujuſmodi, illiuſque inſignis archivii, ac rerum, & jurium indemnitati, & conſervationi quantum cum Domino poſſumus per amplius conſulere, ac modernum illius Abbatem ſpecialis gratiæ favore proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, eidem moderno, & pro tempore exiſtenti ipſius monaſterii Abbati, quod de cætero perpetuis futuris temporibus unum dicti monaſterii Monachum etiam in ſacris Ordinibus conſtitutum, ab eodem Abbate idoneum repertum, & approbatum in archivii hujuſmodi Archiviſtam, & notarium apoſtolicum, qui tam ſcripturas ſupra expreſſas, quam alia quæcumque inſtrumenta, documenta, privilegia, litteras apoſtolicas, conceſſiones, confirmationes, donationes, tam Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, quam aliorum quorumcumque principum regiſtra, collationes, proviſiones, viſitationes, acta, proceſſus, tam cauſarum eccleſiaſticarum, quam prophanarum, civiles, & mixtos, protocolla notariorum, ac demum omnes, & quaſcumque alias cujuſvis generis, & ſpeciei, ac quocumque nomine nuncupatas ſcripturas in dicto archivio, nunc, & pro tempore exiſtentes, toties quoties occaſio tulerit, exceptis tamen materiis criminalibus, extrahat, exemplet, oſtendat, recognoſcat, publicet, tranſumptet, ſolitoque monaſterii, & archivii prædictorum ſigillo ſignet, & muniat, creare, conſtituere, & deputare, illoque vita functo, ſeu forſan e dicto monaſterio ad obediendum conſtitutionibus dicti Ordinis diſcedente, alium ſimiliter Monachum, ut ſupra qualificatum, & approbatum, qui præmiſſa omnia exequi, & adimplere ſimiliter poſſit in ejus locum, cum eiſdem omnibus, & ſingulis facultatibus ſubrogare, & deputare libere, & licite poſſit, & valeat, ita quod inſtrumentis, documentis, & aliis ſuperius expreſſis ſcripturis per eundem Monachum, ſicut præfertur deputandum e dicto archivio pro tempore extractis exemplatis, extenſis, recognitis, tranſumptatis, publicatis, ſignatis, & authenticatis, eadem prorſus fides ubique tam in judicio, quam extra in quocumque tribunali eccleſiaſtico, & ſæculari adhiberi in omnibus, & per omnia debeat, prout adhiberi volumus, & mandamus, perinde, ac ſi illæ in forma probanti per litteras compulſoriales, ſervatis de jure, ſtylo, & conſuetudine ſervandis legitime extractæ, ac alias cujuſvis notarii publici, almæ urbis noſtræ manu confectæ, exemplatæ, & authenticatæ fuiſſent, apoſtolica authoritate, tenore præſentium licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur. Decernentes ſic, & non aliter in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque judices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum palatii apoſtolici, Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere legatos, vicelegatos, & nuntios judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in dictis litteris conceſſa ſunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romę apud S. Petrum ſub anulo Piſcatoris die 31. Martii 1626. Pontificatus noſtri anno tertio. Cnm autem ſicut dilectus filius modernus ipſius monaſterii Abbas nobis nuper exponi fecit, celebre monaſterium hujuſmodi ſoli apoſtolicæ Sedi immediate ſubjectum ſit, illiuſque publicum, legale, & authenticum archivium prædictum inſigne, & rite cuſtoditum a Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris maximi ſemper factum fuerit, quippe, quod magni momenti etiam quoad perſonas ipſi monaſterio nequaquam ſubjectas pertinentes ſcripturas, quibus plena fides apud omnes merito ſemper adhibita fuit, & adhibetur, in ſe claudat, & cuſtodiat.*

Archivium Caſinenſe publicum, legale, ac autenticum.

*Nos ſupplicationibus prædicti Abbatis nobis humiliter porrectis inclinati, attendentes prædictum archivium publicum, legale, & authenticum, eo majori cum diligentia poſſe cuſtodiri, & gubernari, quanto digniori illius Archiviſta pro tempore, ut ſupra deputatus titulo fulgebit, Abbatemque, & Archiviſtam prædictos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pęnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, eidem moderno, & pro tempore exiſtenti dicti monaſterii Abbati, ut ejuſdem monaſterii Monachum, & in ſacris Ordinibus conſtitutum, quem idem Abbas ad id idoneum repertum, & approbatum, in dicti archivii publici, authentici, & legalis Archiviſtam in vim dictarum litterarum, ac juxta illarum continentiam, & tenorem pro tempore deputaverit, & deputatione prædicta durante dumtaxat, noſtrum, & apoſtolicæ Sedis notarium authoritate noſtra apoſtolica creare, conſtituere, & deputare, eumque aliorum noſtrorum, & ejuſdem Sedis notariorum numero, & conſortio favorabiliter aggregare; ipſi autem Monacho, ut deputatione prædicta durante, ut præfertur, etiam ſi habitum, & rocchettum deferre non poſſit, nihilominus omnibus, & ſingulis favoribus, honoribus, indultis, privilegiis, præeminentiis, exemptionibus, et prærogativis, quibus*

Archiviſta Caſinas eſt notarius Pontificis, ac Sedis Apoſtolicæ.

*bus alii noſtri*, *& Sedis prædictæ notarii tam de jure, quam de conſuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum pari modo (abſque tamen aliorum noſtrorum, & dictæ Sedis notariorum de numero participantium præjudicio, & citra exemptiones a concilio Tridentino ſublatas, ac facultates legitimandi, ad gradus promovendi, ac notarios creandi, aliaque ſimilia privilegia iiſdem notariis de numero participantium conceſſa, ſeu ab eis prætenſa, quibus nullibi uti valeat, & ſi ſecus ab eo factum fuerit, irritum, & inane exiſtat) uti, frui, & gaudere, ac quæcumque inſtrumenta, documenta, privilegia, ac alias quaſcumque ſcripturas in publico, & authentico archivio hujuſmodi cuſtoditas extrahere, & tranſumptare, ita quod ſuis tranſumptis, & extractis plena fides ubique tam in judicio, quam extra adhibeatur, aliaque facere, & exequi, quæ in præinſertis litteris continentur libere, & licite reſpective poſſint, & valeant authoritate prædicta tenore præſentium facultatem concedimus, & impertimur. Non obſtantibus Lateranenſis concilii de certo eorumdem notariorum numero, cui per hoc alias non intendimus derogare, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, nec non omnibus, & ſingulis, quæ in præinſertis litteris hujuſmodi conceſſa ſunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 30. Julii 1628. Pontificatus noſtri anno quinto. M. A. Maraldus. Extracta eſt præſens copia a ſuo originali conſervato in publico, legali, ac autentico Archivio ſacri Archimonaſterii Montis Caſini, & licet aliena manu, collatione tamen facta, concordat. In quorum fidem ego D. Eraſmus a Cajeta Abbas S. Matthæi Servorum Dei Archiviſta, & Protonotarius Apoſtolicus me ſubſcripſi, ſolitumque ſigillum impreſſi rogatus, et requiſitus. Idem qui ſupra D. Eraſmus manu propria.* L. S.

Eruditi communi ſuffragio plurimũ Archivo Caſſinenſi deferunt.

III. Romanorum Pontificum, atque Rotæ Romanæ deciſionibus communis eruditorum omnium eorum potiſſimum, qui hiſce de rebus optime pronunciare poterant calculus accedit, nam Johannes Franciſcus Ferentillus in annotationibus ad Deciſionem Rotalem 667. coram R. P. D. Matthæo Buratto num. 23. To. II. fol. 363. hæc ait. *Præterea ſupradicta concluſio procedit in archivio conſtituto ad certum territorium, & ad certas ſcripturas, & ideo fallit in archivio, in quo aſſervantur ſcripturæ pertinentes ad alia loca, ut de archivio Caſſinenſi, quod jura ex eo extracta plenam fidem faciant etiam extra territorium, me informante, tamquam ſacri monaſterii advocato ordinario, fuit reſolutum in allegata Sorana Beneficii 8. Martii 1627. coram R. P. D. Merlino. Etenim hoc archivium Caſſinenſe eſt celeberrimum, & habet, ac cuſtodit ſcripturas pertinentes ad totum fere orbem, nec non ad Principes Chriſtianos nequaquam illi ſubditos; eſtque antiquiſſima juriſdictionis ac temporis, habet publicum officialem, & cuſtodem, qui exactiſſime diſpoſita monimenta conſervat, & dicitur Archiviſta Caſinenſis &c.* Alia, quæ ſequuntur eadem fere ac in allata deciſione adnotata, omittenda ducimus.

Et Joannes Mabillonius harumce rerum, ſi quis alius peritiſſimus, hæc ſcribit p. 125. Libri, cujus titulus eſt: *Iter Italicum Litterarium. Poſt bibliothecam nobis archivum luſtrare conceſſum eſt, omnium totius Italiæ præſtantiſſimum. Præter authentica inſtrumenta innumera, quæ habentur a tempore Berthárii Abbatis, adſunt etiam varii codices in quibus integra diplomata, & privilegia referuntur, unus eſt Petri Diaconi cum prepbatione ad Seniorectum Abbatem, cujus hortatu id operis aggreſſus eſt Petrus accedente etiam Roberti Capuanorum principis interpellatione, totum librum in ſex dividit ſectiones pro totidem argumentis, ideſt privilegiis, præceptis, oblationibus, libellis, renunciis, & ſacramentis &c.*

Editum eſt Lutetiæ Pariſiorum an. [illegible]

Bernardus de Montfaucon fol. 323. & 33. libri cujus titulus eſt, *Diarium Italicum, ſive Monumentorum veterum, Bibliothecarum, Muſæorum &c. notitiæ ſingulares &c.* editum Pariſiis apud Johannem Aniſſon 1702. *Eſt ibidem archivium nobile diplomatibus pene innumeris extractum curante D. Eraſmo Gattola harumce rerum peritiſſimo. Is dono obtulit nobis apographa quædam privilegiorum Caſinenſis Abbatis. Quæ quidem hujuſmodi ſunt, ut vix ſimilia Monachis conceſſa ferantur, & quia res ſingularis eſt, & hactenus intacta ſive parum obſervata, non ingratum lectori fore ſperamus, ſi quædam hujuſmodi in medium adferantur.*

Fol. 33. *Alia pene innumera inſtrumenta extant in eodem archivo Caſinenſi, quod inter nobiliſſima Europæ jure adcenſetur: Sed quæ jam adtulimus ad ſpecimen ſatis ſunto.*

Joannes Bollandus, Godefridus Henſchenius, & Daniel Papebrochius in tom. III. Martii Actorum Sanctorum die 21. Martii fol. 299. littera B dicunt hæc verba, *Caſinum devenimus 16. Martii anno 1661. & ſicut de Sancto Odilone Abbate Cluniacenſi ſcribit Leo Oſtienſis lib. 2. Chronici cap. 54. ita & nos dicere potuimus, ſicut audivimus ita & vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei noſtri, & in Monte ſancto ejus; Non eſt noſtrum hic fabricam monaſterii, & templi deſcribere: Non etiam eximiam caritatem, qua excepti fuimus, aut ſacrum virtutum ſplendorem, quem in religioſiſſimis Monachis apparere conſpeximus lectori indicare &c.* & infra littera C. *Deducti ad archivium vidimus in eo monumenta omnia ipſaque originalia inſtrumenta per ſuas quaque capſas concinne, commodeque digeſta, atque inter cætera bullas Summorum Pontificum, quæ a Laureto inde eruta extant typis vulgatæ editionis quibus dicta corpora Sanctorum Benedicti, & Scholaſticæ ibidem adſervari probantur &c.*

Eminentiſſimus Cardinalis de Luca lib. 15. de Judiciis diſc. 28. pag. 167. edit. Romæ anno 1673. *Et quoniam pro noſtris præſertim Italiæ moribus quando agitur de factis antiquis, jura, ſeu documenta extrahi ſolent ab archiviis per eorumdem archiviorum cuſtodes, vel officiales, qui ut ſupra loco notariorum habentur; Hinc proinde quæſtiones frequenter cadunt ſuper fide archivio præſtanda; atque in primis ejus qualitas inſpicienda eſt, an ſcilicet ſit archivium publicum, & juriſdictionale, ut ſunt Archivia principum, aliorumque publicorum magiſtra-*

Digitized by Google

*giſtratuum ſecularium, ac etiam illa epiſcoporum, & civitatum, ſive ſunt quædam archivia monaſteriorum, quæ ratione antiquitatis, & probatæ fidei, & diligentis cuſtodiæ publica reputantur, ut (ex gr.) eſt celebre archivium Caſinenſe, cum ſimilibus &c.*

Eruditiſſimus Benedictus Bacchinius in Diſſertatione de eccleſiaſticæ Hierarchiæ originibus, in epiſtola Dedicatoria ad domnum Eraſmum Gattulam fol. 6. ait; *Te Duce ad intimum celeberrimumque tota Europa Caſinenſe archivum, & ad abſolutiſſima manuſcriptorum codicum bibliotheca forulos admiſſus, plurium ſeculorum Monumenta, Sanctorum Patrum opera, Principum, Procerum, Summorumque Pontificum diplomata a temporis, ac tinearum dente ſervata ſcrutari licuit. Verſabamus diu, noctuque, manu, mente, ſermonibus, cartas iſtas auro longe gemmiſque pretioſiores, & inter ingentes earum acervos poſiti otio illi indulgebamus, quo a rerum omnium curis longe remoti, ea ſolida felicitate fruebamur, qua ſola in hac mortalium conditione vera felicitatis nomen meretur &c.*

Magna Caſſinatium in aſſervandis monumentis veteribus diligentia.

IV. Aſſervata vero quam diligentiſſime vetera monumenta in archivo Caſſinenſi, mox laudandæ Pontificum Romanorum bullæ, & Principum diplomata, atque Judicum ſententiæ docent. Agmen ducat Urbanus VIII. qui chartas quaſdam ab archivo noſtro ſibi remitti juſſit hoc brevi. *Urbanus Papa Octavus, ad perpetuam rei memoriam. Alias per nos accepto, quod in publico, & legali, ac inſigni monaſterii Montis Caſinenſis Ordinis S. Benedicti archivio quadam littera ſub plumbo fel. rec. Urbani Papa VI. prædeceſſoris noſtri, quond. Petro Tartaro tunc dicti monaſterii Abbati, ſub datum Roma apud S. Petrum 17. Kal. Maii pontificatus ſui anno II. & inſuper quoddam inſtrumentum publicum ſuper conceſſione quorumdam bonorum quondam Antonii, Nicolai, & Bartholomei de Ricco, aliorumque ipſius monaſterii vaxallorum, per eumdem Petrum fiſco incorporatorum per quondam Angelum de Cola, notarium publicum, ſub die 24. Januarii, anno 1393. confectum, illorum ſcilicet originalia, & inſuper quadam alia conceſſiones de bonis prædictis per eumdem Petrum ſimiliter facta, ac in regiſtro dicti Petri deſcripta, & inſerta oſſervabantur. Nos litteras, & inſtrumentum, ac conceſſiones hujuſmodi, utpote noſtrum, & Sedis apoſtolica intereſſe concernentes, apud nos, & ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices, in archivio arcis noſtra S. Angeli de Urbe tutius, ac ſecurius cuſtodiri volentes, dilecto filio Simplicio Caffarello moderno ipſius monaſterii Abbati dedimus in mandatis, quatenus originalia litterarum, & inſtrumenti hujuſmodi, conceſſionum vero prædictarum copias, ſeu tranſumpta, e regiſtro prædicto extracta in publica, & authentica forma, manu publici, & legalis archivii hujuſmodi Archiviſta noſtri, & apoſtolica Sedis notarii ſubſcripta, ſolitoque illius ſigillo munita e prædicto publico, & authentico dicti monaſterii archivio extraheret, & tranſumptaret, nobiſque, ſeu archivii arcis S. Angeli hujuſmodi Archiviſta traderet, & conſignaret, prout plenius continetur in Chirographo manu noſtra ſignato litterarum, & Inſtrumenti, ac conceſſionum hujuſmodi tenorem, & datum de verbo ad verbum in ſe continenti, ut ſequitur, videlicet. Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Petro Abbati monaſterii Caſinenſis ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis, Ordinis S. Benedicti, quod nullius diœceſis exiſtit, ſalutem, & apoſtolicam Benedictionem &c.* (Hæc monumenta ad verbum in prima Diſſertatione retulimus.) *Simplicio Caffarello Abbate del monaſterio di Monte Caſino, ſoggetto immediate alla Sede apoſtolica dell' Ordine di S. Benedetto. Havendo noi avuto notitia, che nel publico, & inſigne archivio del detto monaſterio ſi trovano le ſopraſcritte ſcritture in publica, & autentica forma, quali concernono l' intereſſe noſtro, e della Sedia apoſtolica, & havuto, e viſte le copie di quelle deſiderando, che per detto intereſſe, & anco del detto monaſterio Caſinenſe ſiano cuſtodite con maggior ſicurezza appreſſo di noi, e de noſtri ſucceſſori nel noſtro archivio di caſtel S. Angelo, vi ordiniamo perciò, & commandiamo in virtù di S. obbedienza, che debbiate pigliare dal detto archivio gl' originali delle due prime ſcritture, cioè della bolla di Urbano VI. diretta a Pietro Tartaro Abbate di Monte Caſino. Datum apud S. Petrum ſeptimo decimo Kalendas Maii, Pontificatus ſui anno II., e dell' inſtromento publico di conceſſione a favore dell' Abbate Giovanni Griffo da S. Germano d' alcuni beni confiſcati dal medeſimo Abbate Pietro ad Antonio, D. Nicolai, e Bartolomeo de Ricco da S. Germano, & altri vaſſalli del detto monaſterio, rogato da notar Angelo di Cola, di M. Pietro, Chierico Viterbienſe, ſotto li 24. Gennaro 1393. e detti originali portarli, e conſegnarli a noi, overo all' archiviſta del noſtro archivio di caſtel Sant' Angelo, ordinando da hora per quando haverete conſegnati detti originali al Reverendiſſimo Cardinale Aldobrandino Camerlengo, che debba far eſtraere da notaro publico della noſtra camera dalli detti originali un tranſunto publico di detta bolla, & inſtrumento, & quello conſegnare a voi, ad' effetto di riporlo nel detto voſtro archivio in luogo di detti originali, volendo, e dichiarando, che detto tranſunto publico faccia piena, & indubitata fede in judicio, & extra, e ſe li debba preſtare da tutti la medeſima fede, che ſe preſtaria agl' originali iſteſſi, e che dal detto tranſonto ſi poſſano eſtrahere altri tranſonti, & eſtratti publici, come ſi potriano dall' originali ſteſſi, dall' Archiviſta del detto monaſterio Caſinenſe; & quanto alle altre due conceſſioni pur de beni delli ſopradetti ribelli fatte dal medeſimo Abbate Pietro una a Raimondo de Tartaro Romano ſotto li 7. d' Aprile 1394. e l' altra a favore del ſopradetto Angelo Cola da Viterbo, ſotto l' ultimo d' Aprile 1394. havendo noi inteſo, che ſono inſerti, e legati nel regiſtro del ſopradetto Piero Abbate, & che da quello difficilmente ſi poſſono ſeparare, vi ordiniamo, e commandiamo, che dobbiate farne cavar dall' Archiviſta del detto monaſterio Caſinenſe un tranſunto publico, & autentico, con il ſigillo dell' archivio, & altre ſolennità ſolite, e quello portare, e conſegnare a noi, overo al detto Archiviſta del noſtro archivio di caſtello, & tan-*

Digitized by Google

& tanto eſeguirete quanto prima, che tale è mente, e volontà noſtra eſpreſſa, non oſtante qualſivoglia conſtitutione apoſtolica, o di detto monaſterio, uſi, ſtili, conſuetudini, o qualſivoglia altra coſa, che faceſſe in contrario, a quali tutti, e ſingoli havendo il loro tenore per inſerto, & eſpreſſo de verbo ad verbum per queſta volta ſola ampliſſimamente deroghiamo. Datum nel noſtro Palazzo li 8. Aprile 1626. Urbanus Papa octavus. Cum autem ſicut dictus Simplicius nobis nuper exponi fecit ipſe pro potiori ſua dictique monaſterii cautela, ac quo mandatum noſtrum prædictum cunctis perpetuo clarius, ac evidentius pateat, Chirographum hujuſmodi, ac illius vigore ſecuta, apoſtolicæ noſtrę confirmationis robore ſummopere communiri deſideret. Nos promptam ipſius Simplicii in præmiſſis exequendis obedientiam commendantes proindeque illius votis hujuſmodi quantum cum Domino poſſumus annuere, eumque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes. Motu proprio, & ex certa ſcientia, maturaque deliberatione noſtris, præinſertum Chirographum hujuſmodi cum omnibus, & ſingulis in eo contentis, & expreſſis, ac illius vigore inde ſequuta quæcumque, apoſtolica authoritate, tenore præſentium, perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris quam facti, ac ſolemnitatum de jure, uſu, conſuetudine, aut ſtatuto, vel alias quomodolibet requiſitarum, & omiſſarum quarumcumque, defectus, ſi qui in præmiſſis, aut eorum aliquo intervenerint, aut interveniſſe, dici, vel prætendi poſſent ſupplemus, & ſanamus. Decernentes eumdem Simplicium ullo unquam tempore a quoquam quavis authoritate fungente præmiſſorum occaſione quomodolibet moleſtari, perturbari, aut inquietari nullatenus poſſe, nec debere, minuſque pœnas ullas contra ſcripturas, & alia e publico, & authentico archivio prædicto extrahentes quomodolibet inflictas, & comminatas pęnas incurriſſe, aut id dici, vel prætendi poſſe, ipſumque Chirographum, nec non præſentes litteras ſemper, & perpetuo valida, & firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, eidemque Simplicio, ac omnibus quos concernunt, & concernent quomodolibet in futurum in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, ſicque, & non aliter in præmiſſis per quoſcumque judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum palatii apoſtolici Auditores, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoque, quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contingerit attentari, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac quibuſvis dicti monaſterii etiam juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris apoſtolicis eidem monaſterio, illiuſque Superioribus, & Monachis, & quibuſvis aliis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, aliiſque omnibus, & ſingulis, quæ in præinſerto Chirographo hujuſmodi volumus non obſtare. Quibus omnibus, etiam ſi de illis ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſolas generales idem importantes mentio, ſeu quavis alia expreſſio habenda eſſet illorum omnium, & ſingulorum tenorem præſentibus pro plene; & ſufficienter expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicujus notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibita, vel oſtenſa. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 10. Decembris 1628. Pontificatus noſtri anno ſexto. M. A. Maraldus. Extracta eſt præſens copia a ſuo originali conſervato in publico, legali, ac autentico Archivio ſacri Archimonaſterii Montis Caſini, & licet aliena manu, collatione tamen facta, concordat. In quorum fidem ego D. Eraſmus a Cajeta Abbas S. Matthæi Servorum Dei Archivista, & Protonotarius Apoſtolicus me ſubſcripſi, ſolitumque ſigillum impreſſi rogatus, et requiſitus. Idem qui ſupra D. Eraſmus manu propria.

L. S.

V. Judices quoque pro cœnobio Caſinenſi haſce ſententias protulere, viſis monumentis ex archivo Caſinenſi depromtis. Hæc omnium vetuſtiſſima ſententia eſt. In nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti viceſimo tertio anno Comitatus domni Daoferi, & domni Landoni, ſeu & duodecimo anno Comitatus domni Ederadi, & domni Marini menſe Julii duodecima indictione. Trajectu, horta eſt itaque intentio* inter me ſupranom. Dauferius fili quondam D. Gregorii bo: me: Comitis intus caſtro Argum pertinencia Gaetana civitatis, & te videlicet Lioto Monachus miſſo D. Atenolfi reverentiſſimi abbati cęnobii S. Benedicti ſitus in Monte caſtro Caſino, eo denique pro parte ſupraſcripti monaſterii erga tecum abendo Landolfus Abcã ipſius monaſterii de terras, & ſilvas quæ eſſe videntur in finibus Aquinenſis. Unde fuimus pro parte reconjuncti in eodem caſtro ante D. Pandolfum glorioſum Principem Capuanenſis, & inivi adeſſent D. Sergius Conſul, & Dux civitatis Neapoli, & D. Paldolfus Domini gratia archiepiſcopus S. ipſius Capuaaæ eccleſiæ, ita & ivydem adeſſent ipſe D. Atenolfus abbas, ſeu & ividem adeſſent D. Bernardus Hepiſcopus ipſius Gaetanæ Sedis, ſimulque, & ividem adeſſent Landolfus, qui dicitur de domna Gemma, & Leo, qui dicitur de domna Marocza, & Marinu de domna Leo, & Johannes Papa, & Gregorius Salpa, & Petru de Marinu, de Capu de Muru habitatores civitatis ipſius Gajetæ. Ita & ividem adeſſent Johannes filius Leoni de Fundi Dux cum plures illuſtrium birorum de civitate ipſius Capuæ, & de civitate Neapoli ipſa, quam & hividem adeſſent plures reliquos Gajetanos

Ex originali in Archivio.

* id eſt contentio.



Digitized by Google

*tantos ; Unde ego qui ſupra Daoferi Comes querebam introire infra ipſas terras , & ſilbas , & habere ſorcionem pro eo quod dicebat , ut noſtras raciones contineret ipſos , unde nos qui ſupra Liutu Monachus pro pars ſupraſcripti monaſterii , erga vobiſcum habendum ſupraſcriptu Abocatorem dicebatis mihi , ut oſtenderemus , quomodo mihi pertineret illud &c.* Sequitur bulla quædam Johannis Papæ X. pro eodem Daoferio adducta , qua relata ſubditur . *Et vos pro parte ſupraſcripti monaſterii dediſti in manu ipſius domni Archiepiſcopi cum licere ipſius domni Abbatis duabus praceptora pertinentes ipſius monaſterii , & manifeſtavimus pro parte , ut plus ſcripſione , vel pracepta inde inter nos ad cauſando non haberemus quibus ille per ordinem ipſa preceptora quas vos pro parte ſupraſcripti monaſterii relegi feci uno ex ipſe erat inter catera continentem , quomodo Carolus rex Francorum , & Langobardorum , ac Patritius Romanorum , ppt. noverit ſolertia &c.* Referuntur privilegia a Carolo M. , Hugone & Lothario cœnobio noſtro conceſſa , in quibus fines Abbatiæ Caſſinenſis deſcribuntur, tum ſubditur : *Relecta vero praceptora ipſa coram is omnibus dixerat Petrus judex ipſius Capua, ut minime ego habere poterat de integras terras, & ſilvas , vel inde qua continunt ipſa praceptora per indicate finis pro eo quod continet in lege Langobardorum in capitulo , qua conſtituerat Liuprando rex , ut cuicumque deceſſoribus illorum datum erat ſtabili ordine devere permanere ſicut illt., quod illi dederat , & in antea dederat , qualiter ibidem contineret , & in lege nobelle Juſtiniani in Capitulo quodam conſtitut. erat , ſi quis mala fide rex alienas poſſideret , vendiderit eas , vel donaverit , vel alio modo alienaverit , is autem , qui ſe Domino earum putabat ſciebat oblestatione , unde nuptiaverat ei quod rex ceperat intra decennium res firmt apt. emptorem , vel qui donationem acceperat vel alio modo alienationis nactus erat quod. . . . . Domino mala fide poſſeſſor alienaverit non aliter oõ judice Domino impediat , niſi triginta annorum ſpatium tranſactum ſit , quamvis is qui emerat vel alio modo alienationis nactus erat bona fidei poſſoſſor fuerat , eo quod ipſe q. D. Carolus rex dederat illut per jamdictum praceptum in ipſum cœnobium , & ipſis D. Ugo , & D. Lotharius regibus confirmaverat inter alias terras , & ſylvas ipſas in ipſum cœnobium per ille fines , ut ividem continebat poſtmodum nec Papa urbis Roma , nec qualivet rex dare illud nullatenus poteret , & dicebat , ut mala fide do ipſas terras & ſilvas , qua continunt ipſa praceptora , qua pertinunt ad partem ſupraſcripti cœnovii poſſideret , & per legem de integra terras , & ſilvas ipſas , qua continunt ipſa praceptora aberet , ego non potere inde ſet ante fã ad majorem intentione perveniſſemus per colloquia bonorum hominum utrumque partium amatores benimus exinde , ut ego qui ſupra Dauferius me manifeſtaret , & concludere vobis pro parte ſuperſcripti monaſterii de integras jam dictas terras , & ſilvas per ſupraſcripte fines , qui continunt ſupraſcripta pracepta , & ideo ſicut domino Deo placuit , qui eſt amator omnium bonorum operum . . . . pacis . . . . . . Daoferius cogente , neque contradicente , aut vim patiente , ſet bona , expontaneaque mea boluntate per hanc cartula manifeſtum facio ego qui ſupra Daoferius coram omnibus ſupraſcriptis reſidentibus , ſeu interveniemtibus , qui ibidem erat tibi qui ſupra Liotto monacho pro parte ſupraſcripti monaſterii erga tecum habendo ſupraſcriptum Abbocatum , quia ſupraſcriptas terras , & ſilvas per jam dictas finis , & indicationibus qua continunt ipſa duabus praceptora legibus ſunt pertinentes ſupraſcripti monaſterii por ipſa praceptora , & per aliis racionibus eorum , & michi qui ſupra Daoferius do ipſis vel inde nullatum eſt pertinentes , nequo per ſcriptum , nequo abſque ſcripto , nec per poſſeſſionem , nec per alia qualivet raciones , vel umanum injenium . Inſuper repromitto , & obligo me ego qui ſupra Daoferius me , & meos beredes ipſius domino Atenolfo venerabilis Abbatis , & a ſucceſſores ſuos , & ad partem ſupradicti monaſterii taliter ut amodo , & ſemper tacitis , & quietis de ipſo , vel exinde faciamus manere ſemper ego , & heredes meos contra eis omnia magna , vel parvaque perſona hominum , qui pro parte , & datum noſtrum , aut ſupradicti genitoris mei cum ipſum domnum Atenolfum venerabilem Abbatem , aut cum ſucceſſores ſuos vel cum parte ſupradicti ſui monaſterii deintegras jam dictas terras , & ſylvas per jam dictas fines , vel exinde cauſare vel contendere queſierit , quibuſcumque modo , eo quod ita vobis complacuit . Verum quod abſit , & divinam advertat potencia , ſive ego , aut haredes meos , aut ſummiſſa perſona omnium aliquod contrarie agere boluerimus aut queſierimus , aut per qualecumque ingenium , vel humana aſtutia remobero queſierimus hac cartula pro racione , & ordine illud , qualiter pralegitur compoſituri ſubiacemus ego , et heredes meos ipſius domni Atenolfi reverentiſſimi Abbatis , & ad ſucceſſores ſuos , & ad partem ſupradicti monaſterii pena nomini auri obrizi libras centum , & poſt ſoluta pœna hac manifeſtatio ſecuritatis firma , & ſtabilis permaneat in perpetuum , & taliter ego qui ſupra Daoferius una cum conſenſu uxori mea ea omnia ſuper & ſcripta feci , ſcript. per veſtras demandatio a Petro notario in ſupradicte civit. in menſe , & indictione ſupraſcripta duodecima . ✠ Signum manus de domini Daoferi , qui nobis ſcribere praſcripſit . ✠ Signum manus de Leo de Luccia . ✠ Signum manus de Sicu de Milo . ✠ Signum manus de Leo lupo . ✠ Ego Petrus notarius in ſupradicta civitati complebo , & abſolbo , in menſe , & Indictione ſupradicta duodecima .* Integrum hoc documentum edidimus in Diſſertatione prima, eamque controverſiam refert Leo Oſtienſis , lib. 2. chron. Caſſ. cap. 35.

Nihil vero magis veritatem a nobis aſſertam evincit præ hac Urbani II. Bulla an. 1098. pro cœnobio S. Mariæ in Cingla emanata potiſſimum illis verbis : *Enim vero , & Pontificalibus decretis, & regalibus inſtrumentis , & terra Principum ſcriptis , & loci fundatoris cirographo cella ipſa ad ve-* Urbani II. Diploma.

*ſtrum oſtendebatur monaſterium pertinere &c. Iterum cœnobii veſtri munimina vidimus, & iterum Pontificum Romanorum privilegia, & Imperatorum ſcripta perſpeximus. Iterum fundatoris loci Cirographum, & Beneventani Principis, qui tunc temporis fuerat conceſſionem audivimus. Quibus omnibus inſtructi certius ſumus Cinglenſem cellam ab ipſo fundationis exordio ad Caſſinenſe cœnobium pertinuiſſe*, &c. En ipſum Urbani II. diploma. *Urbanus episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis ſancti Caſſinenſis cœnobii monachis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Ex officii noſtri debito, & auctoritate compellimur eccleſiarum ſaluti, & paci prout Dominus ſcire, & poſſe dederit providere, veſtri præcipue monaſterii quod ſanctæ noſtræ ſedi apoſtolicæ ſemper familiarius ac devotius adhæſit, & in omni perſecutionis oportunitate promptius ac benignius affuit. Ideoque opportunum duximus ſecundum petitionem venerabilis fratris noſtri Oderiſii Abbatis veſtri noſtris impoſterum literis annotare qualiter Cinglenſis cellæ cauſa, unde veſtrum cœnobium diutius inquietatum eſt, nuper in noſtra ſit audientia noſtro judicio deffinita, quod enim dilectio veſtra plenius novit ſæpe de eodem negotio in Romana eccleſia inter ſynodales actus ante Prædeceſſores noſtros quæſtio acta eſt a ſanctæ memoriæ Deſiderio apoſtolicæ ſedis presbytero Cardinali, & monaſterii Caſſinenſis Abbate, qui poſt modum divina dignationis gratia ad ſummi Pontificatus apicem pervenit, ſed exiguo tempore ſupervixit, noſtro etiam tempore in Synodalibus geſtis a confratre noſtro, quem ſuperius nominavimus Oderiſio ſanctæ noſtræ eccleſiæ presbytero Cardinali de cauſa ipſa coram noſtra eſt præſentia ſæpius proclamatum. Accidit autem ut Robertus Comes ad beati Benedicti devotionem promptius converſus, locum ipſum ad veſtri monaſterii jus pertinere cognoſceret, qui mox eundem locum in manum præfati fratris noſtri Oderiſii reddidit eo ſiquidem tempore Abbatiſſa, quæ in Cellam ipſam violenter ingreſſa fuerat pro ejuſdem Comitis timore diſceſſerat cœpit inter hæc illa noſtra auctoritatis aures dum in urbe eſſemus crebris clamoribus appellare; Unde nos ex latere noſtro viros ſtrenuos uſque Capuam deſtinavimus, qui diligenter cauſam utrinque cognoſcerent, & pacifice diffinirent, quod tunc quidem quibuſdam occaſionibus ad effectum pervenire non potuit, poſt aliquantum pro cauſis eccleſiaſticis urbem egreſſi, cum eandem cauſam diligentius in utriuſque partis præſentia tractaſſemus, cognovimus profecto venerabilem Fratrem noſtrum Oderiſium Abbatem veſtrum non malitioſa intentione ſed juſtitiæ reſpectu locum illum tamquam ſui juris, de quo ſæpius proclamaverat recepiſſe, enim vero*, & Pontificalibus decretis, & Regalibus inſtrumentis, & terræ Principum ſcriptis, & loci fundatoris Cirographo cella ipſa ad veſtrum oſtendebatur monaſterium pertinere, *quia tamen ſine judicio præcedente receperat, æquum nobis viſum eſt, ut Abbatiſſa, quæ ſe quærebatur expoliatam reinveſtiretur, poſt reverſionem vero inter utramque partem legitimum judicium ageretur, iiſdem diebus, largiente Domino, plenarium in Barenſi urbe concilium celebrare diſponebamus, poſt menſes igitur tres Abbatiſſam illam & literis miſſis, & noſtri oris invitatione vocavimus, venire quidem renuit, ſed nuntium deſtinavit, cum autem minus plenam, nec ſatis rationabiles cauſas de illius abſentia coram concilio reddidiſſet. Nos ne quod illa gravamen pati quæreretur ejuſdem cauſæ actionem uſque ad noſtrum reditum duximus differendam. Porro Beneventum venientes iterum noſtras ad eam literas deſtinavimus, diem, & locum, quo cauſa ventilanda fuerit, deſignantes, cum autem nec eo veniſſet, ad locum alium eam tertio evocavimus, venit illa ſed cauſam aggredi recuſavit, aſſerens ſe nequaquam omnia Cinglenſis cellæ munimenta, & literas recepiſſe, ad quod fratrum veſtrorum quidam Sacramentis aſſerere parati fuerunt, ſe nec plures, nec aliam in loco eodem cartam, quam reddiderant inveniſſe, illa ſecreto nonnullis fratrum qui nobiſcum erant munimenta ſua prodidit, nobis autem oſtendere decretavit, cumque judiciario ordine cauſam, nec vellet agere, nec valeret noſtram, ut ad Abbatis, & Fratrum veſtrorum concordiam ſatageret, commonuimus nec monita ſuſcepit, & judicium penitus ſubterfugit*. Iterum cœnobii veſtri munimina vidimus. Iterum Pontificum Romanorum privilegia, & Imperatorum ſcripta perſpeximus. Iterum fundatoris loci cirographum, & Beneventani Principis, qui tunc temporis fuerat conceſſionem audivimus. *Quibus omnibus inſtructi certius ſumus Cinglenſem cellam ab ipſo fundationis exordio ad Caſſinenſe cœnobium pertinuiſſe, & per Caſſinenſis Abbatis voluntatem ſanctimonialium ibi Congregationem fuiſſe diſpoſitam, ſic poſt multas tandem dilationes, negotii veritate perſpecta communicato cum fratribus noſtris epiſcopis, ſeu Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, judicibuſque conſilio venerabili Fratri Oderiſio Abbati veſtro Cinglenſe monaſterium ex integro reſtituimus, ita tamen ut de loco ipſo ſanctimoniales minime appellantur, ſed ſemper illic puellarum Dei Congregatio converſetur tanto ut ſperamus religioſius, quanto ſanctiori patrono, monaſterioque commiſſæ ſunt, ſalva in omnibus Sedis apoſtolicæ reverentia, quam ſcilicet reſtitutionem literis præſentibus ratam, & inviolatam perpetuo manere decernimus. Si quis autem poſt hac hujuſce actionis tenore agnito conſtitutioni noſtræ temere obviare temptaverit, apoſtolicæ indignationis ultione plectatur. Qui vero conſervator extiterit, divinæ benedictionis gratia perfruatur. Scriptum per manum Petri Scriniarii Sacri palacii indictione ſeptima menſis Decembris die ſeptima. Datum Romæ apud beatum Petrum per manum Joannis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis VI. idus Decembris indictione VII. Anno Dominicæ incarnationis* 1098. *Pontificatus autem domini* Urbani *ſecundi Papæ XI. Locus ✠ ſigilli pendentis.*

Hujuſce privilegii meminit Petrus Diaconus lib. 4. cap. 18. in fin. hiſce verbis. *Per idem tempus monaſterium S. Mariæ de Cinglis, de quo etiam tempore Abbatis Deſiderii, & hujus Abbatis diu proclamatum fuerat contra Abbatiſſam S. Mariæ in Capua, quæ ibidem violenter ingreſſa fuerat, viſis utriuſque partis juribus, prædictus Pontifex nobis reſtituit, & per privilegium ſub dominio hujus cœnobii, & ordinatione manere conſtituit &c.* Ejuſdemque Urbani II. privilegii Mabillonius meminit To. V. Annal. Benedictin. pag. 401. num. 98. idque integrum affert in Append. Tom. ejuſdem p. 665. Docum. 48. Ne vero moroſus aliquis cenſor cauſſari poſſit, indictionem VII. in Urbani diplomate non rite an. 1098. quadrare, hæc ex Mabillonio lib. 2. de re Diplomatica cap. 24. pag. 178. audienda ſunt. *Ante annos incarnationis latinis Romano imperio ſubiectis in uſu erant Æra Diocletiani Conſulatus, & indictio, quæ eſt revolutio quindecim annorum a Conſtantini Magni temporibus incipiens. Triplicem vulgo diſtinguunt, Conſtantinopolitanam, ſeu Græcam Imperatorum Orientis, quæ a Kalend. Septembris: Conſtantinianam a Conſtantini Magni principatu, vel Conſulatu ſic dictam, ſeu Cæſaream Germaniæ Imperatorum, quæ ab octavo Kalendas Octobris, & Pontificiam, Romanorum ſcilicet Pontificum, quæ a Kalendis Januarii principium ducit &c.* & pag. 179. ait: *Quali vero indictione uſi ſunt quique Latini orbis populi jam inquirendum eſt. Græcam ſeu Conſtantinopolitanam adſcribunt epiſtolæ Gregorii Magni Joannis octavi, & Gregorii VII. Unde Gregorius VII. in Bullario Datum Laurenti 3. Non. Septembris indictione incipiente* 15. *At ſubſequentium Pontificum diplomata paſſim eam præferunt, quæ a Kalend. Januarii incipit aut a natali Domini pro novi anni exordio, ob idque Pontificia dicta eſt, nonnullis Xpiana. Conſtantinianam ſecuti ſunt Angli, teſte Beda in lib. de Ratione temporum, cap.* 48. *Immo etiam Galli non raro, maxime a ſeculo* XI. *ut patet ex Hariulfi Chronico Centulenſi, Pontificiam tamen ſubinde Galli frequentarunt, maxime ævo Carolino, in Summa indictionum genera varie pro ſcriptorum, aut Notariorum arbitrio, tam in Gallia, quam Romæ, & alibi variarunt &c. Apud Germanos vero jamdudum obtinuit indictio ab 8. Kalend. Octobris, obtinetque etiam nunc ob id Cæſarea dicta, aliis Conſtantiniana. De indictione lege Chiffletium in probationibus ad Hiſtoriam Trenorchienſem, & Cangii Gloſſarium.* V. Pagi ad ann. 312. num. 15. Joſeph Perezius in Diſſert. eccleſ. Hiſpaniæ pag. 267. Petavius de Doctrina temporum Tom. II. lib. XI. cap. 41. & alibi. Urbanum vero II. in ſuis diplomatibus indictione Romana, & CP. promiſcue uſum conſtat, nam Baronius an. 1088. laudat diploma Urbani II. ad Bernardum Archi-epiſcopum Toletanum: *Datum Anagniæ per manus Johannis Diaconi S. R. E., & Præſignatoris Domini* Urbani II. *Papæ idibus Octobris anno Dominicæ incarnationis milleſimo octogeſimo octavo indictione* XI. *anno Pontificatus D. Urbani I.* Idem diploma edidit Cardinalis de Aguirre Tom. II. Concil. Hiſpan. p. 444. an. 1092. Baronius refert ejuſdem Urbani II. privilegium cœnobio Cavenſi conceſſum quod eſt. *Datum Salerni per manus Johannis S. R. E. Diaconi Cardinalis octavodecimo Kal. Octobris* 15. *indictione, anno Dominicæ incarnationis milleſimo nonageſimo ſecundo Pontificatus D.* Urbani *papæ* II. *anno* V. Extat etiam hoc diploma To. I. Bull. Caſſ. pag. 9. Conſt. IX. In Bullario monaſterii Cluniacenſis Lugduni edito an. 1680. a Petro Simone pag. 22. legitur diploma Urbani II. ad S. Hugonem Abbatem Cluniacenſem. *Datum Romæ per manus Johannis Diaconi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Proſignatoris domni Urbani* II. *Papæ Kalend. Novembris indict.* 11. *anno Dominicæ incarnationis* 1088. *Pontificatus vero ejuſdem domini* Urbani *Pp. primo*. Et p. 25. ejuſdem Bullarii: *Deſignatio ſac. Bandi ſeu limitum diſtrictus in quo Monaſterium Cluniacenſe exercet Juriſdictionem quaſi epiſcopalem facta per* Urbanum *Pp.* II. *in ipſo Cluniacenſi cœnobio*: & incipit: *Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo nonageſimo quinto indictione tertia* 8. Kalend. *Novembris &c.* Ex quibus luculentiſſime patet indictionem Romanam ab Urbano uſurpatam in hiſce diplomatibus conſignandis, cum CPna. ſit ſepe etiam uſus, ut patet ex ejus bulla ad Archiepiſcopum Barenſem apud Baronium an. 1089. quæ data eſt, *apud Barum per manus Johannis Diaconi anno Dominicæ incarnationis* 1089. *anno vero Pontificatus D.* Urbani *papæ ſecundi indictione tertiadecima* 9. *Octobris*, & Pagius an. 1092. num. 4. refert decretum Urbani II. de controverſia Credonenſi inter Monachos S. Albini, & Vindocinenſes factum. *Anno Dominicæ incarnationis milleſimo, nonageſimo ſecundo, pontificatus noſtri anno V. indictione prima. Cum eſſem in provincia Calabriæ apud monaſterium S. Mariæ quæ dicitur de Matina &c. Data Tarenti, octavo Kalend. Decembris*. Et an. 1095. num. 20. refert Urbani privilegium. *Datum apud oppidum S. Flori per manum Johannis S. R. E. Diaconi Cardinalis indictione* 3. *anno Dominicæ incarnationis* 1096. *Pontificatus autem D.* Urbani II. *papæ* VIII. 7. *idus Decembris*, tum ſubdit: *Eſt hic annus incarnationis Piſanus, qui nobis eſt tantum* 1095. *Ex quo & liquet Urbanum* II. *æra Piſana aliquando uſum eſſe, quam infra videbimus, quandoque etiam uſurpatam fuiſſe a Gelaſio* II., *&* Calixto II. *ſed ſuſpicor, mendum in indictionem irrepſiſſe, legendumque indictio.* IV. *Alii enim Pontifices, qui ea æra uſi ſunt indictionem a Septembri inchoarunt. Porro Urbanum æram Piſanam quandoque uſurpaſſe liquet etiam ex ejus epiſtola* XI., *&* XII. *tom.* X. *Concil. recitatis, ubi perperam in margine anni incarnationis Piſani corriguntur, qui tamen puri ſunt*. An. 1094. num. 20. dixerat Pagius. *Tom. I. Spicilegii Dacheriani pag.* 123. *extat Urbani* II. *privilegium pro Attrebatenſi eccleſia Lamberto a ſe conſecrato, ejuſque ſucceſſoribus*

*Diſſert.* Ooo 2 con-

Digitized by Google

*conceſſum, quo Epiſcopatum Atrebatenſem reſtituit, decernitque ut Atrebatenſis eccleſia deinceps ſemper Cardinalem epiſcopum ſortiatur. In eo legitur. Datum Romæ per manus Johannis S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Diaconi X. Kalend. Aprilis indictione II. anno dominicæ incarnationis milleſimo nonageſimo tertio, Pontificatus autem domini* Urbani *II. Papæ VII. diciturque in Claromontenſi concilio recitatum fuiſſe. Quæ ex ſubſcriptione eruo* Urbanum *II. Anno incarnationis a die XXV. menſis Martii deducto aliquando uſum eſſe, cum hoc privilegium currenti anno quo anno ejus Pontificatus VII., & indictio 2. die 23. Martii in curſu erant omiſſum ſit. Urbanum vero II. Annum incarnationis Piſanum, qui novem menſibus annum incarnationis communem antevertit adhibuiſſe demonſtrat ejus epiſtola ordine XII. ad Canonicos ſancti Martini Turonenſis ſcripta, & tom. X. Conciliorum pag. 436. recitata. Dataque Pictavis per manum Johannis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis IV. Kal. Aprilis indictione 4. anno dominicæ incarnationis MXCVII. Pontificatus autem domini* Urbani *II. Papæ IX. Eſt enim hic annus æra noſtra vulgaris MXCVI., ut tam ex indictione, quam ex anno Pontificatus evidens eſt. Quæ etiam ex ſubſcriptione deducitur Urbanum II. annum incarnationis Piſanum ante Paſcha inchoaſſe, licet Gelaſius II. ut infra videbimus, eum a Paſchate exorſus ſit. Vix credi poteſt, quot errores Chronologici vitari poſſint harum, ſimiliumve obſervationum antea non factarum ope. Atque an.* 1096. *num.* 8. *ait. Ex* Urbe *Nemauſenſi ad monaſterium S. Ægidii paucis leucis ab illa diſſitum* Urbani *II. antea venerat, ubi confirmavit quæcumque privilegia Revipollenſi monaſterio in Comitatu Auſonenſi ſito antea a Pontificibus Romanis, ac principibus conceſſa fuerant. Baluzius in appendice Marcæ Hiſpanicæ* Urbani *reſcriptum recitat. Datum in Monaſterio ſancti Ægidii &c. XVII. Kalend. Auguſti indictione IV. incarnationis Dominicæ anno* 1097. (*Piſano, ut tam indictio IV. quam annus IX.* Urbani *demonſtrant) Pontificatus autem domini* Urbani II. *Papæ* IX. *Poſtridie idem Pontifex apoſtolico privilegio munivit monaſterium Balneolenſe in Comitatu Buſuldinenſi poſitum. Ejus reſcriptum ibidem recitatur: Datum in monaſterio ſancti Ægidii apud Vallem Flavianam* 16. *Kalend. Auguſti indictione IV. Incarnationis Dominicæ anno* 1097. (*Piſano) Pontificatus autem domni* Urbani II. *Papæ nono; S. Ægidii monaſterium Benedictinum, quod urbi nomen dedit ad presbyteros ſeculares poſtea translatum*. Quam Pagii doctrinam hiſce verbis confirmat Mabillonius Annalium tomo V. lib. 69. an. 1096. num. 49. Urbanus II. *Hugoni Cluniacenſi Abbati poſtulante* Urſione *Priore confirmat omnes ſancti Martini poſſeſſiones diplomate dato Nemauſi prid. id. Julii indiction.* IV. *quæ an.* MXCVI. *reſpondet, tametſi diploma præfert annum ſequentem, quod etiam in aliis* Urbani II. *bullis obſervatur. Certe anno MCXVI. menſe Julio* Urbanus *Nemauſi verſabatur, non anno ſequente*. Et an. 1092. num. 32. Tom. V. Annalium compendio refert privilegium Carthuſianis conceſſum ab Urbano II. *Datum per manum Johannis S. Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis pridie idus Octobris, indictione prima, anno Dominicæ incarnationis* MXCII. Quare lib. 2. de re Diplomat. cap. 23. hæc ſcribit: *In Italia etiam annos a nativitate inchoari mos vetus eſt teſte Covarruvia (b), præterquam apud Piſanos, (c) qui initium anni incarnationis deſumunt novem menſibus ante nativitatem, qua ratione annus a nativitate quinquageſimus eſt, & ejuſdem numeri ab incarnatione uſque ad diem 25. Martii, & ab eo die, qui eſt quinquageſimus a nativitate, erit quinquageſimus primus ab Incarnatione, adeoque calculus Piſanus novem menſibus alium antevertit, ſecus Florentini tribus menſibus poſt nativitatem incipiunt annos incarnationis eodem modo; quo de Gallis poſtea dicendum, quod etiam de Mediolanenſibus ſæpius animadvertit Puricellus (d) in libro de Baſilica Ambroſiana*. Videndus idem Mabillonius ibidem cap. 25., ubi demonſtrat indictione etiam Piſana uſos Calliſtum II., & Paſchalem II.

(b) Tol. Reſol. var. lib. 1. cap. 12. a. 1

(c) id. a. 3

(d) Puricell. p. 750. 751. &c.

Aliud quoque hoc Urbani II. diploma quoad reſtitutionem cœnobii ſanctæ Sophiæ, quanti ſint habita Caſſinenſium monumenta evincit, potiſſimum illis verbis: *Cum ſcriptis, & monimentis*.

Aliud ejuſdem Urbani II. Diploma.

*Urbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, cariſſ. filio* A. Beneventanorum Domino ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Cum nuper a te diſceſſimus, noſti ſub quanta te affectione dimiſimus, in eadem vero affectione in eamdem benignitatem, & nos tibi manere, & te nobis volumus permanere, quoniam quidem nos honorem tuum ſervare, & in melius augere curabimus, ſi es tu in beati Petri Apoſtoli, & noſtra curaveris fidelitate, & amore perſiſtere. De monaſterio S. Sophiæ, quoties, & ex quanto jam tempore Caſinenſes monachi reclamaverint, te ipſum ignorare non credimus. Nuper in Barenſi concilio* cum ſcriptis, & monimentis *eccleſiæ ſuæ juſtitiam ſuam aſtruere parati fuiſſent. Abbas S. Sophiæ occaſione tui cauſa actionem fugit. Cum Beneventum etiam veniſſemus in ipſa beatæ Sophiæ domo fratres ipſi quantum queſti fuerint audiſti. Quid nos tibi de eadem cauſa dixerimus meminiſti, tunc nobis pro voluntatis tuæ placito reſpondiſti. Nos autem diutius pati nolumus, ut Caſinenſe monaſterium, de his, quæ ad ipſum pertinere videntur, injuriam diutius patiatur, locus enim ipſe per Dei graciam beati Benedicti meritis, non tantum nobis, qui prope ſumus, ſed univerſæ etiam Italiæ oportunus, & neceſſarius eſt, multumq; nos deceret, ut ſi poſſibile eſſet, locum ipſum de noſtris etiam dicaremus, ne dum ſua, favente juſtitia non recipiat. Tibi igitur tamquam cariſſimo, & fideli noſtro mandamus, ut venerabili Fratri noſtro Caſinenſi Abbati, & ejus fratribus de S. Sophia monaſterio vice noſtra juſticiam facias. Quod ſi ante te quaſi ſecularem poteſtatem cauſam agere excuſaverint, tu eos ad præſen-*

* Anſoni

Ex Regeſto Petri Diaconi num. 19.

tiam

Digitized by Google

*etiam noſtram venire compelle, quo autem termino ante nos pro cauſa hac convenire debeant nobis ante ſignifica, ut & nos Caſinenſi Abbati ſignificemus. Porro quicquid nos exinde ſtatuerimus, tuum erit, his etiam renitentibus adimplere, alioquin auctoritatis noſtræ injuriam diucius pati nequibimus, quin adverſus contumaces, quod officii noſtri eſt, impleamus, & Caſinenſi Abbati, quæ ſua ſunt reſtituamus, quem in quantum videmur, plenam habere juſticiam credimus. Data Ciperani tertio nonas Novembris.*

Imo Urbanus ipſe II. Caſſinatium ſcripturis motus cœnobium Glannafolienſe illis reſtituit bulla ſua in compendio hiſtorico ſæculi XI. a nobis relata in qua hæc leguntur. *Poſt nonnulla igitur annorum curricula peccatis exigentibus idem monaſterium a Gaidulfo quodam deſtructum, ſed poſtmodum religioſorum eſt virorum ſtudio reparatum. Eo itaque tempore venerandæ memoriæ Adrianus Papa, ſimul cum Karolo rege Francorum, & patritio Romanorum præfatum monaſterium Glannafolienſe venerabili Theodemario Caſinenſi abbati, ſuper hac re querimoniam facienti, cognita ratione reſtituit, atque authoritate apoſtolica confirmavit.* Quam in rem inquit Ruinartius in Apologia pro Miſſione S. Mauri in appendice Annalium Ben. to. 1. p. 638. *Nec reponere licet, mirum non eſſe, ſi Papa Urbanus, aliique hujus ſynodi Patres Glannafolienſe monaſterium exiſtimaverint Caſſinenſi olim fuiſſe ſubjectum, cum vulgata jam dudum vita S. Mauri perſuaſum tunc temporis apud omnes eſſet, beatum hunc virum a S. Benedicto in Gallias miſſum fuiſſe, hæc inquam obtendere non licet, cum Pontifex, aut concilii Patres ſe hanc ſubjectionem ex ipſa vita, aut ex vulgata tunc temporis traditione confirmaſſe non dicant, ſed ex veteribus inſtrumentis, quibus conſtabat eam longe ante vitæ publicationem, nempe tempore Hadriani Papæ, Caroli Magni, & Theodemari Caſſinenſis abbatis, confirmatam jam fuiſſe cœnobio Caſſinenſi: Unde Urbanus Glannafolienſes Caſſinenſium juriſdictioni reſtituendo, ait, ſe hac in re Hadriani, & Nicolai Pontificum Romanorum veſtigia fuiſſe ſecutum. Chartas vero antiquas mature in hac ſynodo examinatas fuiſſe patet ex ejuſdem Urbani certo teſtimonio. Is enim commemorat Hadriani diploma quod Foſſatenſes ſynodo expoſuerant in communi audientia certis indiciis falſum deprehenſum fuiſſe. Et revera hoc ipſum inſtrumentum cujus copiam habuimus, viris eruditis, qui illud inſpexere haud dubie ſuppoſititium viſum eſt, unde licet paullo poſt hanc ſynodum Ivo Carnotenus ad Paſchalem ſcripſerit in favorem Foſſatenſium, nihil tamen proficere potuit, quod hæc cauſa non favore, aut aliqua ratione humana, ſed veritate ipſa, & æquitate dictante, definita fuiſſet; hoc vero judicium in ſynodo prolatum, ſubſequentes Pontifices variis temporibus data occaſione confirmarunt.* Quantam etiam fidem judices ſcripturis ab archivo Caſſinenſi deſumtis præſtiterint, docet evidentiſſime hoc Roberti Comitis Aliſani diploma, quo an. 1094. monaſterium S. Mariæ in Cingla Caſſinatibus reſtitnit, cum præ-

*Diſſert.*

cipue, ait Robertus, ex antiquis præceptis, & chartis prædicti monaſterii Caſſinenſis cognovi.

✠ *In nomine omnipotentis Dei, & domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab incarnatione ipſius milleſimo nonageſimo quarto menſe December ſecunda indictione. Dum quadam die ego Rodbertus comes filius bonæ memoriæ Rainulfi comitis colloquerer cum fidelibus meis ſcilicet Guillelmo Fraſnella, & Ugone de Caſtellopoto & Citro vicecomite, & Rugerio de Buſcione, & de Cardo Singlerio cœperunt me illi, utpote prudentes, & ſtrenui viri inter cætera commonere de ſalute animæ meæ, & cura, & honore, ac defenſione eccleſiarum, & monaſteriorum, & eorum præcipue, quæ eſſent in honore meo. Ne forte aut aliquam injuſticiam, ſeu violenciam ab ordinatis meis paterentur, aut a ſuimet ipſius prælatis male, & ſæculariter tractarentur. Interea commemorati ſunt me de monaſterio S. Mariæ, quod ſitum eſt in loco, qui dicitur Cingla, quod ex multo tempore per malos ordinatos devaſtaretur, & diſſiparetur, & Dei ſervicium nimis neglegenter ibi fieret, quod profecto ad dannietatem animæ meæ pertineret. Super hac etiam audiſſe ſe referebant, quod idem monaſterium antiquitus ſancto Benedicto montis Caſini pertineret, quod ſi verum eſſet, nullo alio modo melius illud ordinare hoc tempore poſſet, quam ſi ipſum locum ſub jure ejuſdem monaſterii Caſſinenſis remittere. Quo audito, & diligentius perquiſito, & ita omnia eſſe ſicut illi dixerant invento ſtatui, & promiſi de hoc hominibus ſecundum illorum conſilium agere. Igitur quoniam Ego qui ſupra Rodbertus comes* ex antiquis præceptis, & cartis prædicti monaſterii Caſſinenſis *cognovi, qualiter Sarracenus quidam Sculdais Beneventanus, cui locus idem jure hereditario pertinebat eccleſiam ibi beati Caſſiani a fundamentis conſtruxerat, & in eadem eccleſia, quoniam filium non habebat omnem omnino ſubſtantiam, & poſſeſſionem ſuam per conſenſum Giſulfi ſummi Ducis gentis Langobardorum conceſſerat, & qualiter poſtmodum per conſenſum & auctoritatem ejuſdem ipſius Ducis eamdem eccleſiam cum omnibus ſibi pertinentibus in prædicto monaſterio beati Benedicti optulerat. Seu & qualiter domnus Petronax, qui tunc abbas in Monte Caſino erat eccleſiam ibi in honore S. Dei genitricis Mariæ, cum auctoritate & adjutorio prædicti Ducis conſtruens monaſterium puellarum Dei effecerat; propterea ego qui ſupra Rodbertus Comes perpendens, atque conſiderans juſtum, & optimum eſſe prephato monaſterio B. Benedicti juſticiam facere. Idcirco pro ſalute animæ meæ, & bonæ memoriæ patris mei comitis Rainulfi, & omnium parentum meorum; nec non & prædictorum fidelium meorum, qui michi hoc dederunt conſilium. Quam & pro ſalute, ac ſtatu tocius noſtræ gentis per hanc cartulam coram adhibitis teſtibus reddo pariter, et offero tibi beatiſſime Pater Benedicte, & in tuo S. monaſterio Caſſinenſi, ubi ad præſens reverentiſſimus vir Oderiſius abbas præeſſe videtur, totum ex integro prædictum S. Mariæ monaſterium cum omnibus omnino pertinenciis ipſius,*

Ex originali in Archivo.

 *quæ*

*quæ tempore patris mei tenuit, & meo tenuit, & tenet de omnibus, quæ intra honorem meum ſunt. Ita ut amodo, & in perpetuum ſub jure prædicti tui monaſterii ſecurum, & quietum permaneat. De quibus ſupradictis omnibus prædicto videlicet monaſterio S. Mariæ pertinentibus, nec michi, nec meis hæredibus, nec alicui hominum aliquid reſervavi, ſed omnia ex integro in prephato tuo monaſterio remiſi, & optuli, & confirmavi ad tenendum, & dominandum, & juſte ac regulariter ordinandum, tam prædicto venerabili Abbate, quam & a cæteris in eodem tuo S. Cenobio regulariter promovendis, ut convenienter, & optime res ipſa tractata ad Indulgentiam, & ſalutem animarum noſtrarum proficere valeant, & promitto, atque oblico me Ego qui ſupra Rodbertus Comes, & meos heredes tibi, qui ſupra Oderiſi venerabilis Abbas tuiſque ſucceſſoribus, hæc omnia defendere, & anteſtare pro noſtro poſſe contra omnes homines, omneſque partes, qui contra hoc noſtræ conceſſionis ſcriptum quolibet modo venire temptaverint. Quod ſi hæc omnia non firmiter adimpleverimus ſecundum noſtrum poſſe, vel ſi hujus noſtræ conceſſionis ſcriptum aliquo tempore infringere, vel removere, ſive minuere quolibet malo ingenio quæſierimus, obligamus nos, noſtroſque hæredes tibi beate Pater Benedicte tuiſque Abbatibus compoſituros auri puriſſimi libras mille & poſt ſolutam penam hæc noſtræ conceſſionis cartula firma, & ſtabilis maneat in perpetuum. Iterum me, meoſque heredes obligo, & opto anathematis vinculo niſi ut ſupra promiſi remoto omni colludio adimplevero perpetuo ſubjacere. Et taliter ego qui ſupra Rodbertus Comes ſicut mihi aptum, & congruum fuit feci, & tibi Joannes judex, & ſcriba ſcribere juſſu. Actu Aliſiæ*

*Ego qui ſupra Comes manu propria me ſubſcripſi.*

✠ *Ego qui ſupra Guillelmus Fraſnella.*
✠ *Ego qui ſupra Ugo de Caſtello poto.*
✠ *Ego qui ſupra Citrus Vicecomes.*
✠ *Ego qui ſupra Roggerius de Buſcione*
✠ *Ego qui ſupra Accardus Singlerius*

*Locus* ✠ *ſigilli.*

De hoc Roberti diplomate agit Petrus Diaconus lib. IV. Chron. Caſſin. cap. 16. hiſce verbis. *Obbertus etiam filius Rainulfi Comitis reſtituit huic ſancto loco eccleſiam S. Mariæ de Cinglis cum pertinentiis ſuis &c.* Eruditus Nicolaus Georgius in notitia hiſtorica S. Xiſti Papæ I. & martyris p. 39. contendit illum, qui Caſſinatibus monaſterium Cinglenſe reſtituit haud appellatum Robertum, ſed Osbertum Roberti fratrem hiſce verbis. *Altrove Pierdiacono fa menzione di Osberto altro figliolo del Conte Rainulfo (lib. 4. cap. 16.) Narrando ſiccome egli nel 1096: reſtituì al medemo moniſtero la chieſa di Santa Maria de Cinglis con le ſue pertinenze. Il Pellegrino però vuole, che non ſia diverſo da Ruberto: del che raggioneremo appreſſo, & pag. 43. idipſum aſſerit.* At plane hallucinatur, dum ex uno Robberto duos conficit, nempe Robertum, & Osbertum, de quo poſtremo nullibi quod ſciam, mentio, nam in edito Petri Diaconi cap. 16. legitur quidem Obbertus, non Osbertus, imo ut diligentiſſime a me obſervatum eſt in cod. mſ. Petri viſitur delineata litera R initialis nominis Roberti, quæ minio pingenda erat quemadmodum initiales aliorumque cujuſque perſonæ nominum literæ exaratæ viſuntur; Ad quod cum Nuceus non attendiſſet edidit Obbertum pro Robberto. At eſto Osbertus hic in vivis aliquando extiterit, non poterat cœnobium Cinglenſe in territorio Aliſano ſitum Caſſinatibus reſtituere, cum ſolus tunc temporis Robertus comes Aliſæ eſſet, ut ipſemet fatetur Georgius.

Archivi noſtri fidem confirmat Paſchalis II. anno 1113. hoc diplomate pro controverſia eccleſiæ S. Mariæ de Caſali plano edito, quod integrum referre operę pretium ducimus tum ob illa verba *ſicut in locationis deſcriptione oſtendebatur, &c.* tum ob judicum ſubſcriptionem, aliaque lectu digniſſima.

Ex originali in Archiv.

PASCHALIS *Epiſcopus ſervus ſervorum Dei fidelibus omnibus per Campaniam, & Apuliam, vel Capitinatam, ſive Samnium ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Rerum geſtarum ſeries ad hoc litterarum fidei committuntur, ne illarum veritas poſterorum memoriæ ſubtrahatur. Diuturnæ igitur litis, quæ inter Caſſinenſem, et monaſterii terræ majoris Abbates acta eſt ſuper eccleſia S. Mariæ de Caſali plano, ejuſque poſſeſſionibus deciſionem litteris mandari præcipimus, ne aliqua inter eos turbationis occaſio in poſterum relinquatur. Caſinenſis enim Abbatis reverendæ memoriæ Oderiſii querelam accipientes adverſus monaſterii Terræmajoris Abbatem, quod eccleſiam ſupradictam de Caſali plano invaſerit miſſis iterum, atque iterum litteris, appoſita etiam interdictione, vel loci, vel Ordinis monaſterii Terræmajoris, Abbatem coegimus, licet ad nos venire diſſimularet, ut ſupradictum Oderiſium Abbatem de præfata Caſalisplani eccleſia inveſtiret. Poſt Abbatis Oderiſii obitum certum agendi tempus utrique parti injunximus, præcipientes eos omnino paratos ad peragendam cauſam deliberato termino convenire. Statuto itaque tempore Girardus Caſinenſis Abbas, & Benedictus terræ majoris ante noſtram præſentiam convenerunt. Data eſt per biduum juriſperitis licentia diſputandi. Noviſſime actores monaſterii terræ majoris probationem poſſeſſionis quadragenariæ intenderunt; cæterum eorum teſtes non ex viſu, & auditu, ſed ex fama teſtimonium profitentes nec legibus, nec canonibus ſuſcipi potuerunt. Caſinenſes vero quadragenariæ, vel tricenariæ poſſeſſionis interruptionem modis talibus aſtruebant. Teſtes duos notæ Religionis monachos, unum epiſcopum, alterum diaconum protulerunt, qui ſe præſentibus, preſente etiam bonæ memoriæ Benedicto monaſterii Terræ majoris Abbate ſupradictam S. Mariæ de Caſali plano, eccleſiam per Deſiderium memoriæ felicis Abbatem locatam Rodulfo presbytero aſſerebant* ſicut in locationis deſcriptione oſtendebatur, *ſub cenſu ſex bizantiorum, anno Dominicæ incarnationis milleſimo ſeptuageſimo primo. Tres etiam ab eis laici teſtes prolati ſunt, qui ſe vidiſſe profiterentur per annos quadraginta priuſquam eccleſiam illam Terræ ma-*

Digitized by Google

*majoris monaſterium invaſiſſet, Caſinenſis monaſterii monachos ibidem fuiſſe Prepoſitos: Vidiſſe etiam Radulfum presbyterum, qui locationem ſuperius memoratam ab Abbate fel. mem. Deſiderio acceperat præphatam ſex bizantiorum penſionem Caſinenſi monaſterio perſolventem. Legum igitur auctoritate perſpecta, hujuſmodi judicium a fratribus noſtris editum, & a nobis eſt per Dei gratiam confirmatum. Poſtquam actores monaſterii Terræ majoris defecerunt a probatione, quam intenderant quadragenariæ poſſeſſionis ſuper eccleſia S. Mariæ de Caſali plano, nos eis ſuper hoc negotio perpetuum ſilentium indicimus, & dominium ejuſdem eccleſiæ de Caſali plano, cum poſſeſſionibus ſuis apud Caſinenſe monaſterium quiete in perpetuum remanere ſancimus. Hac nimirum diſcuſſione hoc tenore judicii ſupradictam beatæ Mariæ de Caſali plano eccleſiam cum poſſeſſionibus ſuis venerabili filio noſtro Girardo Abbati Caſſinenſi in jus, & [illegible]ſionem perpetuam Caſinenſis monaſterii reſtituimus. Quam videlicet inconcuſſam & ſtabilem permanere apoſtolicæ Sedis auctoritate decernimus. Scriptum per manum Criſogoni Notarii ſacri palatii.*

*Ego Paſchal. catholicæ eccleſiæ epiſcopus in præſentia noſtra hoc factum juditium confirmavi & ſubſcripſi.*

✠ *Ego Sennes Dei gratia Capuanus Archiepiſcopus judex datus interfui, & ſubſcripſi.*

*Ego ConRichardus Albaneñ. epiſcopus ſubſc.*

*Ego Landulfus Beneventanus Archiepiſcopus judex datus interfui, & ſubſcripſi.*

*Ego Cono Preneſtinus epiſcopus judex datus interfui, & ſubſc.*

*Ego Gregorius Terracinenſis epiſcopus judex datus interfui, & ſubſc.*

*Ego Gualo Pariſienſis epiſcopus judex datus interfui, & ſubſcr.*

*Ego Aſcherus Centumcellenſis epiſcopus judex datus interfui, & ſubſcripſi.*

*Ego Raymundus Auſciorum archiep. interfui, & ſubſcripſi.*

*Ego Aimericus Claromontenſis epiſcopus interfui, & ſubſc.*

✠ *Ego Wilielmus Dei gratia Trojanus epiſcopus interfui, & ſubſc.*

*Ego Anaſtaſius Cardinalis presbiter tituli B. Clementis ſubſc.*

*Ego Romoaldus Diaconus Cardinalis judex datus interfui, & ſubſc.*

*Ego Boſo Cardinalis diaconus judex datus interfui, & ſubſcr.*

✠ *Ego Gervaſius Teleſini monaſterii abbas interfui, & ſubſc.*

*Ego Pontius Antiochenæ eccleſiæ Canonicus interfui, & ſubſc.*

*Ego Rolandus Antiocenæ eccleſiæ legatus interfui, & ſubſc.*

*Actum Beneventi in palatio principali III. & II. Idus Februarii præter hos ſuprascriptos alii etiam plures interfuerunt, tam epiſcopi, quam abbates, Riſo videlicet Barenſis, Leo Hoſtienſis, Fulco Venuſinus.*

*Datum Beneventi per manum Johannis ſanctæ Romanæ eccleſiæ Diaconi Cardinalis, ac Bibliothecarii. Idibus Februarii, indictione ſexta incarnationis dominicæ anno MCXIII. Pontificatus autem D. Paſchalis II. Papæ anno XIV.*

Locus ✠ ſigilli.

Hujuſce deciſionis a Paſchali aliiſque factę meminit Petrus lib. 4. chronici Caſſinenſis cap. 48., ubi deſcripta inter Caſſinates Abbatemque monaſterii Terræmajoris lite ſubdit: *legum igitur Pontifex auctoritate perſpecta monaſterio Terræ majoris ſuper hoc negotio perpetuum ſilentium indixit, & demum eccleſiam de Caſali plano cum poſſeſſionibus ſuis apud noſtrum monaſterium per privilegium quietam in perpetuum manere conſtituit &c.* V. Baronius, & Pagius ad annum 1113., qui freti authoritate Falconis Beneventani aliorumque ſcriptorum demonſtrant menſe Februarii anno 1113. celebratam a Paſchali II. Beneventi ſynodum.

Abbatia Terræmajoris Ordinis S. Benedicti in diœceſi Beneventana eſt ſita, ejuſque Abbas recenſetur in chron. Caſſinen. lib. 3. cap. 27. in illo Richardi a S. Germano ad annum 1227. & apud Ughell. in Ital. Sacra Tom. 8. pag. 179.

Idem confirmat Calliſtus II. ſententia ſua anno 1120. prolata, in quo hæc ſunt maxime adnotanda: *Dominus Papa accepto conſilio tum pro multimodis rationibus, inſtrumentorum ſcilicet, & temporum, tum pro privilegiis Romanorum Pontificum Caſſinenſi cœnobio conceſſis &c.* Calliſti II En vero Calliſti diploma ex regeſto Petri Diaconi num. 48. deſumptum. *Dum quodam tempore dominus, ac venerabilis Calixtus PP. ſecundus maneret apud Beneventum in curia ſua palacii ſcilicet Beneventani, ſimulque cum eo adeſſent domnus Petrus Portuenſis epiſcopus, & cardinalis S. R. E., Benedictus videlicet cardinalis S. Petri ad vincula, D. Anaſtaſius, D. Robertus Pariſienſis. D. Johannes Cremenſis, D. Petrus Piſanus. D. Ugo Cardinalis SS. Apoſtolorum. D. Gregorius s. Laurentii in Lucina, & Romualdus Diaconus. Gregorius Roſemannus, Diaconus, & Beneventanus Rector, alii quoque quamplures Eccleſiaſtici, & ſæcularis ordinis viri, ibique una adeſſet D. Girardus Caſſinenſis abbas, cum quibuſdam ex fratribus ſuis, & Otto Capuanus archiepiſcopus. His inquam omnibus præſentibus conqueſtus eſt præphatus archiepiſcopus ſuper D. Gerardo Caſinenſi abbate dicens, quod Capuana eccleſia expoliata eſſet tribus eccleſiis quæ eſſent juris S. Stephani, quas Caſinenſis eccleſia poſſideret. Nomina earum ſunt hæc, eccleſia S. Benedicti piczulo. S. Angeli ad Odaldiſchy, S. Rufi. Quarum ſibi poſſeſſionem reſtitui per Romanam curiam poſtulabat. Ad hæc prædictus D. Caſinenſis abbas ex conſilio per advocatos ſuos reſpondit Caſinenſem eccleſiam ejuſque miniſtros Capuanam eccleſiam non expoliaſſe aſſerens ſe de prænominatis rebus pro quibus impetebatur multiplici ratione munitum, tam inſtrumentorum, quam legitima, & inconcuſſa temporis detentione prius tamen advocati ejuſdem oſtendentes appellacionem a parte archiepiſcopi factam, neque Canonicam fuiſſe, neque legitimam. Idque pluribus, & evidentibus rationibus aſſerebant. Cumque inter utriuſque partis advocatos diu ſuper hoc decertatum eſſet, ex conſilio curiæ D. Papa*

Ex Regeſto Petri Diaconi; 48.

præ-

*præcepit, ut rationes, quas Caſinenſis Abbas habere ſe profitebatur, oſtenderet. Tridui igitur dilatione conceſſa, iterum utraque parte curiam adeunte de eiſdem quæſtionibus cauſa denuo inter advocatos diucius ventilata eſt. Verum ubi a parte Archiepiſcopi nulla ratione, neque canonica, neque legitima poſſet oſtendi, quod Caſinenſe monaſterium prædictarum eccleſiarum poſſeſſionem ei reſtituere deberet, cum conſtaret Capuanam eccleſiam a Caſinenſi non fuiſſe expoliatam, atque in hoc prolixius immoratum eſſet, juſſit tandem D. Papa ſibi rationes Caſinenſis monaſterii exhiberi. Quibus exhibitis, & diligenter a Cardinalibus, & Clericis curiæ relectis, & ſtudioſe perſpectis, D. Papa accepto conſilio tum* pro multimodis rationibus inſtrumentorum *ſcilicet, & temporum, tum* pro privilegiis Romanorum Pontificum *Caſinenſi cœnobio conceſſis, præcepit prædictarum eccleſiarum poſſeſſiones aperte Caſinenſe monaſterium prout tunc fuerat remanere. Actum eſt hoc anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo viceſimo in menſe Octubrio, indictione decima tertia.*

Meminit hujus ſententiæ Petrus Diaconus coævus author Lib. 4. chron. Caſſin. cap. 69 eamque refert, probatque Sac. Rota Romana coram Bourlemont Capuana, ſeu Montis Caſſinen. Parochialium 10. Martii 1679. §. Immo de anno 1120. *qui archiepiſcopus Capuanus ſe ſpoliatum prætendebat ab abbate de prephatis eccleſiis adivit Calixtum II. Beneventi commorantem &c.* Et in alia coram Matthæo 17. Junii 1686. §. prædicta omnia mirifice comprobat &c. Et in alia coram Urſino 6. Aprilis 1693. §. *Eccleſias SS. Angeli ad Theodiſcas, Martyni ad Judaicam, & Ruſi intus Capuana mœnia ſitos &c.*

Et Rainulfi Comitis. Oſtendit etiam quod hactenus probavimus privilegium Rainulfi Comitis quo anno 1122. Caſſinatibus cœnobium S. Mariæ in Cingla reſtituit, illis potiſſimum verbis: *Perſpectis quoque antiquis, atque authenticis Caſinenſis monaſterii chartulis &c.* Quam in rem hæc ait Baronius anno 1122. *Vidimus ejuſdem Pontificis* quatuor epiſtolas datas pro Monachis Caſſinatibus in cauſa Ginglenſis abbatiæ eidem monaſterio reſtituendæ &c.* ejuſque reſtitutionis meminit Petrus Diaconus lib. IV. chronici Caſſin. cap. 70. En ipſum Rainulfi privilegium.

*Callixti Secundi

Ex originali in Archivo.

*In nomine Domini. Anno incarnationis ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo centeſimo viceſimo ſecundo, menſe Settembrio prima indictione. Ego Rainulfus Dei gratia Comes filius bo: me: Roberti comitis dum poſt mortem ejuſdem genitoris mei michi dubium foret, cui potius monaſterium S. Mariæ, quod ſitum eſt in loco, qui dicitur Cingla pertineret, an Caſinenſi monaſterio, quod tunc illud poſſidebat, an monaſterio S. Mariæ de civitate Capua, quod ipſum requirebat, tandem quorumdam hominum perſuaſionibus inductus, idem monaſterium Cinglenſe Caſinenſi cœnobio abſtuli, & Alferadæ abbatiſſæ prephati Capuani monaſterii conceſſi. Quod quidem factum, quia Romanæ curiæ, & D. meo Calixto Summo Pontifici Secundo valde diſplicuit frequenter ab eo, ut illud corrigerem admonitus, demum conſilio illius, atque præcepto,* perſpectis quoque antiquis, atque authenticis Caſinenſis monaſterii cartulis, *videlicet qualiter Sarracenus quidam Sculdahis Beneventanus, cui locus idem jure hæreditario pertinebat, eccleſiam ibi beati Caſſiani a fundamentis conſtruxerat, & in eadem eccleſia quoniam filium non habebat omnem omnino ſubſtanciam, & poſſeſſionem ſuam per conſenſum Giſulfi ſummi Ducis gentis Langobardorum conceſſerat, & qualiter poſtmodum per conſenſum, & auctoritatem ejuſdem ipſius Ducis eamdem eccleſiam, cum omnibus ſibi pertinentibus in prædicto monaſterio beati Benedicti optulerat, ſeu & qualiter D. Petronax, qui tunc abbas in Monte Caſino erat, eccleſiam ibi in honore S. Dei genitricis Mariæ, cum auctoritate, & adjutorio prædicti Ducis conſtruens, monaſterium puellarum Dei effecerat. Propterea ego qui ſupra Rainulfus comes perpendens, atque conſiderans juſtum, & optimum eſſe prephato monaſterio beati Benedicti juſtitiam facere; Idcirco pro ſalute animæ meæ, & bo: me. patris mei comitis Robberti, & omnium parentum meorum, pro ſalute quoque, ac ſtatu totius noſtræ gentis, per hanc cartulam coram D. Joanne S. R. E. Cardinali de titulo S. Euſebii, & Ermanno ejuſdem eccleſiæ venerabili Subdiacono, præſentibus quoque Baronibus meis, ſcilicet Ugone filio Arnaldi, & Landulfo Burrello, & Joanne Calacianorum, atque aliarum terrarum mearum Judice, & Cioffo Citrulo terræ meæ procuratori reſtituo, tibi beatiſſime Pater Benedicte, & in tuo S. monaſterio Caſinenſi, ubi ad preſens reverentiſſimus vir Gerardus Abbas præeſſe videtur totum ex integro prædictum S. Mariæ monaſterium, cum omnibus omnino pertinentiis ſuis, quæ tempore patris mei, tenuit & meo tenuit, & tenet de omnibus quæ intra honorem meum ſunt. Ita ut amodo, & in perpetuum ſub jure prædicti tui monaſterii ſecurum, & quietum permaneat, & hæc omnia, ex integro in prephato tuo monaſterio reſtitui, ad tenendum, & dominandum, & juſte, ac regulariter ordinandum tam a prædicto venerabili abbate, quam & cæteris ejus ſucceſſoribus in eodem S. tuo cœnobio regulariter promovendis, ut recte, & convenienter res ipſe tractare ad indulgentiam, & ſalutem animarum noſtrarum proficere valeant, & promitto, atque obligo me, & meos heredes ego prephatus Rainulfus Comes tibi jam dicto Gerardo abbati, tuiſque ſucceſſoribus, hæc omnia defendere, & anteſtare pro noſtro poſſe contra omnes homines, omneſque partes, quæ contra hoc noſtræ conceſſionis ſcriptum quolibet modo venire tentaverint. Quod ſi hec omnia firmiter non adimpleverimus ſecundum noſtrum poſſe, vel ſi hanc noſtram reſtitutionem aliquo tempore infringere, vel removere, ſive minuere quolibet malo ingenio quæſierimus, obbligamus nos, noſtroſque hæredes prephato monaſterio beati Benedicti, ejuſque pro tempore Abbatibus compoſituros auri puriſſimi libras mille, & poſt ſolutam pœnam hæc noſtra reſtitutio firma, & ſtabilis maneat in perpetuum. Iterum me, meoſque heredes obligo, & obto anathematis vinculo, niſi ut ſupra promiſi, remoto omni colludio, adimplevero, perpetuo ſubjacere. Et taliter ego qui ſupra Rainulfus Comes ſicut mihi aptum, & congruum fuit, feci, & tibi Johanni notario ſcribere juſſi. Actum Cingle.*

† *Signum Crucis Ugonis de Caſtello Potonis,*

*Locus ✠ Sigilli.*

✠ *Ego*

Digitized by Google

✠ *Ego qui ſupra Landulfus Burrellus.*

✠ *Ego qui ſupra Joannes judex.*

✠ *Ego Landulfus de Aquino.*

Retulimus vero in hiſtoria, & prima diſſertatione multas Pontificum bullas, Lucii ſcilicet III. Gregorii IX., Clementis IV., Bonifacii VIII., Urbani V., Gregorii XI., Bonifacii IX., Martini V., Eugenii IV., Sixti IV., & aliorum multa pariter Principum, Regum, imperatorumque diplomata, Aloaræ in primis, Landenolfi, Paldolfi, & Landolfi, Landulfi Capuæ principis, Guilielmi I. Siciliæ regis, Henrici II. Imperatoris, Ferdinandi I. Regis, Ferdinandi cognomento Catholici, & demum Caroli V. In his autem omnibus, & bullis, & diplomatibus, multa deceſſorum ſuorum privilegia ex Archivo noſtro extracta inſeruntur de verbo ad verbum. Conſtat itaque Pontifices hos vere maximos, Principes hos Reges, & Imperatores ſcripturas, quæ in noſtro extant archivo genuinas exiſtimaviſſe, & authenticas, fidemque illis adhibuiſſe, ſecus enim bullis, & privilegiis ſuis illas minime inſeruiſſent. Omittimus vero ſententias a ſupremis Neapolitani regni tribunalibus latas, regio ſcilicet collaterali conſilio, conſilio S. Claræ, & regia camera vigore earundem archivi noſtri ſcripturarum quod illarum partem retulimus, partem alibi referemus.

Romani Pontifices Bullas ſuas in Archivo Caſinenſi aſſervandas tranſmiſerunt, puta Clemens IV.

VI. Non minor archivo Caſſinenſi dignitas accedit ex quorumdam Romanorum Pontificum facto, qui bullas ſuas de rebus graviſſimis in archivo noſtro cuſtodiendas repoſuere. Clemens IV. diploma ſuum repoſuit, quod cum a nemine ſit editum, integrum referre opere pretium ducimus,

Ex originali in Archivo.

*Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Univerſis Chriſti fidelibus preſentes litteras inſpecturis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Tenorem quarumdam litterarum felicis recordationis Innocentii Papæ IV. predeceſſoris noſtri in ejus regeſto repertum preſentibus de verbo ad verbum fecimus annotari, qui talis eſt; Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad obſervantiam, & memoriam perpetuam. A diebus Frederici alumni nequitiæ, quaſi Antichriſti prenuntii Siciliæ regnum vim patitur, & miniſtri ejus predatione illud diripiunt violenta, nam ut vitæ ſuæ curſum breviloquio tranſcurramus, & longam perverſorum actuum ejus telam compendioſa verborum ſerie decurtemus, poſtquam multas, & periculoſas apoſtolicæ ſedis præſidio evaſit inſidias, capitque libere in regno ipſo pleni ſibi habenas illa tribuente, dominii principari, ſic in ſuperbia altitudinem eſt elatus, & in ſevitiæ acerbitatem obriguit, quod de humilitatis ſubſtantia cujus in adverſis ſe ſimulabat amicum, & de benignitatis manſuetudine, quam blando prius mentiebatur affectu, nihil omnino retinens, & de virtute divinæ non tremuit, humanamque parvi pendit potentiam, & honorem eccleſiæ, ac libertatem hominum dicti regni tirannide furibunda depreſſit; Plurimum olim mitis in nubilo ſed nimium ſeverus poſtmodum in ſereno verborum tunc dulcedine mellens ſed poſtea fellens amaritudine operum, ante quidem promiſſionis blandimento multimode liniens, ſed poſtremo ut ſcorpio perſecutionis aculeo dire ledens; de multiplicis etenim neceſſitatis anguſto, in quo Draco iſte latuerat, & affluentis opulentiæ amplitudinem famelicus & ſitibundus exiliens rabido cepit ore regnum laniare prefatum, tamen illius, rerum ſuarum ſcilicet ubertatem conſumens in cibum, & ſanguinem in potum exhauriens hominum, videlicet ejus vitam. Sicque namque in bona, & perſonas ipſius anxia exarſit inguvie, quod hec inſatiabili rapacitate diſcerpens illud, proh dolor! ferus plus fera qualibet, fere penitus abſorbuit in utriſque, nec ſexum, nec etatem, nec ordinem pretermittens: o quam peſtilenti colono hic ager commiſſus extitit tam fertilis, & amenus qui nunquam eum coluit, ſed ſemper de ipſo collegit, non adauxit cultura congrua fructus ejus, ſed verius illos indebitis collectis exhauſit, nuſquam ad ipſum cultoris curam adhibuit, ſed curioſitatem aſſidua collectoris, o quam perverſo Rectori tantum ac tale creditum fuit regnum qui ſuis tantummodo nephariis votis intentus impie ad illius proſiluit excidium, ut ſuum ferinum animum inhumanitatis immanitate placaret cunctos utique predans, gubernator diſſipans, defenſor offendens, dux devians, princeps precipitans, & rex rodens. Heu itaque quia gratioſum, & pretioſum regnum, cui ſpecialiter Dominus in omnibus benedixerat, de alto gloriæ, in imum miſeriæ corruit, ſub inimicæ adverſitatis dominio variis tribulationibus contriſtatum, quod olim ex amica proſperitatis arriſu, affluentibus commodis letabatur. Heu quia ſpecioſum regnum tanta mutatum alteratione cernitur, quod omnino a ſe ipſo priore diſcrepare videtur, & vix illud, qui hoc in ſua prima inſpexerunt effigie recognoſcunt, defecerunt enim ipſius optima, immo in contraria diverterunt. Heu quidem planitudo deformis, ingenuitas degener, libertas ancilla, fecunditas ſterilis, populoſitas deſerta, & fortitudo infirma; ſubripuit fletus riſum ejus & gaudium ſuum deſiit in lamentum. O quotiens doloroſe ſuſpirat, & lachrymatur amare apoſtolica ſedes, quod regnum juris, & proprietatis ſuæ carum quippe ſibi dura Pharaonica oppreſſionis mole proſternitur, nec ſinitur pia conſolationis apoſtolica dextera relevari. Porro nec eccleſias, nec perſonas eccleſiaſticas, earumque jura, & bona in regno ipſo draconis hujuſmodi furor preteriit, ſed in hec eo ferocius excanduit, quo quidquid Eccleſiaſtico diſcernitur nomine odio abhorruit graviori. Tanta enim impietate corpus ibi obtrectavit eccleſia, quod ipſum huc, & illuc more ferali diſtrahens, & diſcindens, quaſi ad nichilum hoc redegit, nam illud omni primum ornamento denudans, & deinde incaleſcente ſevitia, factus Herode hic nequam Herodior rabioſis demembrans morſibus, totam demum carnem voravit ipſius, corroſit etiam oſſa, & inſuper medullam exuſit, ſua denique poteſtatis honore illud de facto deſtituit, non ſolum non pretermittens ibidem libere auctoritatem eccleſiaſticam exerceri, ſed & ſuperbe, ac irreverenter eam deſpiciens, & conculcans, & tamquam ille cujus ambitioni totius orbis non ſufficeret ambitus, hujuſmodi auctoritatem in multis impudenter uſurpans reputando quaſi modicum ſe habere ſi ſolis preeſſet temporalibus, & ſibi ſpiritualia non ſubeſſent in proviſionibus Cathedralium, & aliarum eccleſiarum vacantium be-*

Digitized by Google

*beneficiorum, ipſarum collationibus clericorum cauſis, & aliis ad forum eccleſiaſticum pertinentibus ipſa inibi abuti præſumpſit. Ad Prælatos quoque, ac alios clericali præſignitos militia, manu crudelitatis indifferenter extenta quamplurimos ex ipſis ignominioſa captione teneri, & in atroces detrudi carceres, ac tandem morti turpiſſimæ tradi fecit. Et ut de immenſis, ac innumeris injuriis, & diſpendiis eccleſiarum, & cleri regni præmiſſi triſtem, & infinitam materiam brevi oraculo finiamus ſic ibi juriſdictionis eccleſiaſticæ plenitudo prorſus evacuata, & libertatis integritas, ex toto comminuta conſpicitur, quod non ſolum illic ſpecies non apparet eccleſiæ neque decor, ſed etiam de ipſius plene ſubſtantia nil ſubſiſtit. Unde reſpiciens Dominus tam gravem, tamque diutinam ſui afflictionem populi, & motus multa miſericordia ſuper eum inſultantis ſuperbiæ extollentiam dejicere, ac tyranni furentis ferire voluit feritatem. Quare in ipſum, qui cum in honore eſſet noluit intelligere, ut bene ageret, ſed iniquitatem continue meditans, pejora ſemper operatus extitit dignum, & juſtum exigentibus nichilominus quammultis aliis graviſſimis ſuis culpis, quas ad præſens ſilentio reliquimus eſt judicium jaculatum, ſed certe nondum licet forſan tremuerit a ſolita malignitate quievit, quin potius tamquam in profundum malorum demerſus deſperans ulterius, & contemnens in extremum præcipitium committendo inceſſanter deteriora prioribus totus abit. Verum quia principalius ad nos ſpectat de præfati reparatione regni ſollicite cogitare, cum quanto ſpecialius ad apoſtolicam ſedem pertinet, ac ſibi exiſtit vicinius, tanto ipſius profectui, & ſaluti affectuoſius intendere teneamur, penſato attente, quod niſi eccleſia cum ſit mater plena ſua libertate, & auctoritate in regno ipſo gaudeat ad optatam illud letitiam reſurgere vix valebit, & ſi perfecte ipſa reſtauraretur ibidem, illius reformatio facilius, & celerius ſubſequetur, providimus fore clero, & eccleſiis ejuſdem regni, ut ad bonum, & liberum ſtatum adjutore Domino, reducantur, cito, & efficaciter ſuccurrendum, præſertim quia noſtra intereſſe dinoſcitur de regno ipſo cum ſit ſpeciale Sedis ejuſdem, & rege nunc careat, memorato F. ſententialiter illo privato libere ordinare; Hinc eſt, quod nos de fratrum noſtrorum conſilio, deliberatione præhabita diligenti, conſtitutiones omnes, ſeu ſtatuta, ordinationes, diſpoſitiones, juſſiones, & univerſa talia in derogationem, vel præjudicium libertatis, immunitatis, auctoritatis, & juriſdictionis eccleſiaſticæ, aut quorumcumque jurium eccleſiaſticorum a prædicto Frederico, ante, vel poſt depoſitionem ipſius edita, nec non & quaslibet conſuetudines contra hæc in eodem regno ab ipſo, vel ſuis prædeceſſoribus Siciliæ regibus introductas irritas omnino, & vacuas decernentes ſingulis ipſius regni eccleſiis tam ſæcularibus, quam regularibus, cathedralibus, & aliis, nec non & domibus religioſis civitates, caſtra, villas, terras, prædia, poſſeſſiones, homines, vaſſallos, affidatos, & cætera bona, & jura quibus eas idem Fredericus vel per inquiſitiones, aut conceſſiones, ſeu venditiones, vel concambia, ſive quocumque alio modo deſtituit plenarie reſtituimus integre ab ipſis cum omnibus pertinentiis, & juribus ſuis de cætero poſſidenda, concedentes eiſdem, & Prælatis ipſorum reparandi, & reædificandi de novo civitates, terras, villas, & caſtra ſua, de mandato ejuſdem Frederici in parte, vel in toto diruta, ſeu diſtructa, & faciendi inhabitata rehabitari liberam poteſtatem. Poſt hæc irrefragabili conſtitutione ſancimus, ut in cathedralibus, conventualibus, & collegiatis eccleſiis dicti regni quando vacaverint electiones libere, & canonice celebrentur, nec eligendi licentia ſi rex in eodem regno fuerit ab ipſo aliquatenus poſtuletur, contraria ſuper hoc conſuetudine, cum præfato in enorme libertatis eccleſiaſticæ diſpendium redundaret non obſtante, nec etiam poſt ipſas electiones regius requiratur aſſenſus; proviſiones, & conceſſiones, ſeu collationes omnes, de Prælaturis, dignitatibus, perſonatibus, eccleſiis, præbendis, & aliis beneficiis eccleſiaſticis regni præfati per jam dictum Fredericum, vel ejus mandato, ſeu per ſuos officiales, vacantibus, vel non vacantibus, ejuſdem regni eccleſiis temere præſumptas, & ſi quas impoſterum, ut per regiam, aut quamcumque poteſtatem aliam ſecularem de ipſis præſumi contigerit, inanes immo nullas penitus nuntiantes. Statuimus inſuper, ut regi, ſeu aliis dominis ſecularibus ejuſdem regni eccleſiarum ipſarum Prælati, qui regalia non tenent ab illis, nullum deinceps fidelitatis exhibeant juramentum. Antiqua quoque Sanctorum Patrum ſtatuta ſequentes perpepetuo firmamus edicto, ut nullus clericus, ſive quævis perſona eccleſiaſtica regni præfati reſpondere in criminalibus, vel civilibus quæſtionibus etiam ſi contra eam de leſæ majeſtatis agatur crimine in ſeculari judicio teneatur diſtrictius prohibentes, ne in illo ſi ad ipſum etiam tracta fuerit reſpondere præſumat. Decernimus etiam, ut nullus majori excommunicatione ligatus, ſive ſit Clericus, ſive laicus admittatur in foro eccleſiaſtico, vel ſæculari, in eodem regno priuſquam abſolutus fuerit ad agendum. Hiis quoque irrevocabili decreto adjicimus, ut Archiepiſcopis, & Epiſcopis ejuſdem regni in ſuis civitatibus, & diœceſibus, & prælatis aliis in locis, in quibus juriſdictionem ſpiritualem obtinent judicandi, & puniendi ſecundum quod Canones cenſent adulteria, & alia crimina, tam eccleſiaſticarum, quam ſecularium perſonarum, & cenſuram propter hoc in ipſas eccleſiaſticam exercendi temporali juriſdictione dominis temporalibus nichilominus reſervata, nec non cognoſcendi de cauſis dotium, & univerſis aliis, quæ ad forum eccleſiaſticum pertinent, & eas ſententialiter decidendi plena, & libera ſit facultas. Nulli ergo omnino hominum liceat hæc noſtra perpetua ſtatuta infringere, vel eis auſu quolibet contraire. Si quis autem attemptare præſumpſerit, gravi pœna ſe noverit percellendum. Datum Lugduni ſexto Idus Decembris Pontificatus noſtri anno VI. Datum Viterbii Idus Octobris Pontificatus noſtri anno III. G. de Aſſiſio. Ph. de Sancto Attlāto.* Locus ✠ Sigilli plumbei.

Juſſerat

Juſſerat Philippus IV. Hiſpaniarum rex Antonio Alvarez de Toledo Duci Albæ, ab anno 1622. ad 1628. Prorege Neapolitano, ut omnia monumenta colligenda curaret, quæ ad juriſdictionem Pontificiam, regiamque in regno Neapolitano pertinerent, ut teſtatur hujuſce collectionis author anonymus in epiſtola nuncupatoria ad Ferdinandum Afan de Ribera, & Henriquez Ducem Albæ, atque anno 1630. Proregem hiſce verbis. *Sed mox idem inculcans Philippus IV. rex noſter Albæ Ducis, is mihi opus illud ut perficerem, patroni munere fungebar, injunxit; quod favente Deo, nulli parcens labori, opera, ac induſtria adjutus, Bartholomæi Chioccarelli legum doctoris variæ eruditionis viri, ac diligentis veterum monumentorum indagatoris explevi, & in decem, & octo volumina redegi opus ſane a multis quæſitum, a nemine hucuſque elaboratum &c.* Hujuſce collectionis Epigraphe eſt: *Archivium ſcripturarum regiæ juriſdictionis hos libros continet, his titulis adjectis*; atque in primo volumine inſcripto de inveſtituris regni Neapolitani mox allatam Clementis IV. bullam ad verbum refert, deindeque aliam ejuſdem Clementis pro cœnobio Caſſinenſi, ejuſque vaſſallis ad Carolum I. Andegavenſem datam Viterbii die 28. Februarii Pontificatus ſui anno tertio. Quæ cum abs dubio ab archivo noſtro deſumta ſit, nemo dubitaverit, a nobis editam inde quoque deſumtam.

Nimius eſſem, ſi laudare Pontifices, Scriptoreſque, qui jure, meritoque maledicta hæc ab Innocentio IV. in Federicum jacta fatentur, cum hæc apud Raynaldum legi poſſint ab anno 1223. ad 1250. quo Fridericus obiit, apud Spondanum, Abrahamum Bzovium, Richardum a S. Germano, alioſque: ſufficiat ea retuliſſe quæ Riccardus anno 1230. refert de concordia inter Gregorium nonum, atque Federicum inita, interque alias conditiones hæc ibi leguntur. *Igitur eodem die* (ſcilicet 23. Julii) *prædicti Cardinales vice Domini Papæ dederunt Domino Imperatori ſub debito præſtiti juramenti firmiter in mandatis, ut reſtituat quicquid occupatum eſt per ipſum, vel alios miniſtros ſuos in Marchia, vel Ducatu, ſeu in alio patrimonio eccleſiæ, & quicquid occupatum eſt per ipſum, vel miniſtros, aut bajulos ſuos de Caſtris, ſeu de poſſeſſionibus monaſteriorum, & ſpecialiter monaſterium Sancti Quirici de Introduco, Eccleſiarum, Templariorum, Hoſpitaliorum, Baronum, & aliorum nobilium de regno, vel uniuſcujuſque noſtrum, & cæterorum, qui in hoc negotio contra ſe Romanæ eccleſiæ adhæſerunt, & quod reſtituet Tarentinum Archiepiſcopum, omnes Epiſcopos, & Prælatos, qui ſunt excluſi ad ſedes, & loca ſua, & ad omnia bona ſua extantia. Item ſub eodem juramento mandarunt, ut de cætero nullus Clericus in civili, vel criminali cauſa conveniatur ſub judice ſeculari, niſi ſuper feudis civiliter conveniatur, & quod nullus talleas, vel collectas imponat eccleſiis, monaſteriis, clericis, & viris eccleſiaſticis, ſeu rebus eorum, & quod electiones, poſtulationes, & confirmationes eccleſiarum, & monaſteriorum libere fiant in regno ſecundum ſtatuta Concilii generalis &c.* Hæc atque prælaudata Richardi verba haud fideliter refert memoratus Collector Archivi Regii &c. Quoad onera vero Eccleſiis a Federico impoſita vid. Richardus, & Bulla Honorii IV. anno 1285. emanata, in qua Capitula continentur pro bono Regni Neapolitani regimine ſtatuta.

Carolus II. dum princeps Salerni eſſet, atque patris Vicarius generalis quædam in eccleſiarum, regnique Neapolitani commodum capitula edidit anno 1283. die 30. Martii, ex quibus quæ ad eccleſias pertinebant diplomate confirmavit Honorius IV. die 17. Octobris anno 1285. quod incipit: *Honorius epiſcopus &c. Dilectus filius nobilis vir claræ memoriæ Caroli regis Siciliæ primogenitus tunc princeps Salernitanus, & ejuſdem regis in regno Siciliæ Vicarius generalis &c.* Et deſinit: *Datum Tibure per manum magiſtri Petri de Mediolano S. R. E. Vicecancellarii XV. Kal. Octobris anno Dominicæ incarnationis 1285. Pontificatus vero D. Honorii Papæ IV. anno primo.* Honorius IV.

Hujuſce bullæ autographum ab Honorio, pluribuſque Cardinalibus ſubſcriptum in archivo noſtro aſſervatur, pluraque hujuſcemodi exemplaria eodem modo ſubſcripta in celebrioribus regni Neapolitani archivis poſita ſuſpicamur, cum ex hiſce unum in celebri Cavenſi Archivo aſſervari teſtis ſit Moles apud Tappiam To. VI. de jure regni Neapolitani &c. p. 40. Eadem capitula ſuis intexuit Ferdinandus I. 25. Maii 1469. extantque inter regni Capitula ſub titulo de . . . . . . . . . . & in pragmatica II. de Clericis, ſeu Diaconis ſilvaticis. Eadem capitula refert adamuſſim Compilator archivi regii &c. in volumine de inveſtituris regni Neapolitani, cumque in eorum fine hæc legantur: *Johannes de Fractis pro monaſterio Caſſinenſi*; crediderim eam Honorii IV. bullam ab archivo noſtro deſumtam. Eadem capitula, ſeu bullam Honorii IV. ad verbum refert Raynaldus anno 1283. a nu. 43. ad 45. incluſive, atque nu. 42. ait: *Acceptis etiam a parente abeunte in Galliam Siculi regni habenis, Salernitanus princeps, ad mulcendos populos, edixit, ut e ſingulis provinciis ſpectatiſſimi viri ad Martynum IV. legarentur, ut de juſtis conſuetudinibus, quæ Guillelmi II. temporibus viguerant, quarum jam obſoleverat memoria equi, bonique conſuleret, pluresque optimas leges condidit, quæ extant in volumine juris Siculi inſcripto, conſtitutiones regni utriuſque Siciliæ, atque ab his verbis ducunt exordium. Carolus illuſtris Hieruſalem, & Siciliæ regis primogenitus &c. Prælatis eccleſiarum, Comitibus, Baronibus, & univerſis Officialibus, ac alii hominibus regni a Foro* * *citra D. Regis fidelibus devotis ſuis ſalutem, & dilectionem ſinceram. Deſideriis actenus non minus immenſis, quam arduis noſter ſpiritus laboravit aſſidue, ut peculiare D. Patris noſtri, prædilectumque noſtrum hereditarium regnum Siciliæ, quod tam olim occupatorum injuſtiſſimis inſtitutis horrendam quodammodo abuſione contraxerat ſervitutem, quum in præſentiarum ab eiſdem regni Præſidibus, aliorumque officiorum geſtoribus conſuetudinariam converſam ad prædam extremam fere inopiam exinanitionis incurrit ab inſtitutionum labe ſervilium noſtris parta laboribus* * Pharo

nova

*nova lege reſurgeret &c., conſignata vero ea Sanctio his verbis. Data in Campis, in Planitie S. Martini, anno Domini* 1283. *die penultima Martii XI. indictionis.*

Honorius IV.

*Decerpſit ex illa conſtitutione poſtea Honorius IV. præcipuas leges, quæ ad tuendum jus eccleſiaſticum ſpectabant, eaſque e Sacri collegii Cardinal. conſilio, apoſtolica auctor. confirmavit, edita ſubjecta ſanctione.*

Et num. 46. habet: *Recreati porro hac libertatis luce Eccleſiaſtici, tum aliarum legum promulgatarum a Salernitano principe beneficio in meliorum rerum ſpem adducti Neapolitani, aliique inſignes populi Oratores ad Pontificem miſere, deprecaturos, ut quæ forent eæ libertatis leges pronuntiaret: profeſſus quippe erat Carolus, promulgata Regia Sanctione Pontificia ſententia omnino ſtaturum. His auditis Martynus dimiſſiſque ne in re obſcura, nec explorata incertam ferret ſententiam, quæſiturum diligenter reſpondit, populoſque citerioris Siciliæ ad meliorum ſpem erexit. Tum Gerardo epiſcopo Sabinenſi A. S. L. provinciam dedit, ut de libertate, qua Siculi dum Guillelmus II. ſceptrum Siculum tractabat potiebantur, inquireret, eoque referente, ante Fridericum II. nulla vectigalia eligi a Siculis conſueviſſe, niſi ad propulſandum hoſtem inſtruendus exercitus, aut regiæ iniunctionis pompa celebranda, aut regis filius baltheo militari donandus, aut filia in matrimonio collocanda foret, accuratius rem perveſtigare juſſit &c.* Ejuſdem Honorii IV. alia bulla originalis extat in archivio Caſinenſi indeque a laudato archivi Regii compilatore in volumine de inveſtituris regni Neapolitani extractam docent illa verba in diplomatis fine poſita. *Pro monaſterio Caſſinenſi.* Bulla vero in levamen incolarum regni Neapolitani edita eſt, quæ tamen, & ſi vulgata, ut infra dicemus, quum non facile poſſit haberi, hic excribitur, utpote, quæ memoria digna pleraque continere videatur.

HONORIUS *epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Juſtitia & pax complexæ ſunt, ita ſocietate indiſſolubili ſociatæ, ſic ſe comitatu individuo comitantes, ut una ſine altera plene non poſſit haberi, & qui lædit alterutram, pariter offendat utramque. Hinc complexus earum graviter impeditur injuriis. Per eas etenim læſa juſtitia pax turbatur, ipſaque turbata facile in guerrarum diſcrimina labitur, quibus invaleſcentibus juſtitia inefficax redditur, dum debitum ſortiri nequit effectum, ſicque ipſa ſublata nimirum pax tollitur, opus ejus, & fructus ejus ſubducitur ſeminandus in pace, ac proinde complexis deficientibus neceſſario deficit & complexus. In horum vero defectu licentia laxata diſſidiis, multiplicantur bella, pericula ſubeunt Animarum, & corporum crimina frequentantur, nec rerum vaſtitas præteritur. Hæc in Præſidentium injurioſis proceſſibus, & inductarum in ſubditos oppreſſionum exceſſibus pavent apertius, evidentius oſtenduntur, in quorum multiplicatione ſauciantur corda læſorum, & quanto minus datur opportunitas licite propulſandi quæ illicite inferuntur, tanto rancor altius radicatur interius, & pericoloſius prorumpit exterius opportunitate conceſſa, fiunt enim plerunque hoſtes ex ſubditis, tranſeunt auxilia ſecuritatis in metum, munitiones in formidine convertuntur, nutantur Regnantium ſolia, redundant regna periculis, inteſtinis quatiuntur inſidiis, extrinſecis inſultibus impetuntur audacius, & regnantes in eis, qui operantes juſtitiam exaltationis gloriam merentur, humiliati propter injuſtitias, frequentium opprobrium dejectionis incurrunt. In præmiſſis etſi ſcripturæ nos inſtruant, efficacius tamen notis docemur exemplis. Quantis enim tempore quondam Frederici, olim Romanorum Imp. propter illatas Regnicolis afflictiones illicitas, & oppreſſ. indebitas in regno Siciliæ, non abſque immenſitate gravaminum inductas ab ipſo, regnum ipſum tempeſtatibus fluctuarit, quot, & quantis rebellionibus concuſſum extiterit, quot invaſionibus attentatum, quantum per ipſum, & poſteros ſuos depauperatum opibus, quot incolarum exiliis, & ſtragibus diminutum, nullum fere angulum Orbis latet. Quam præcipiti Fredericus idem, & genus ipſius ruina corruerint, probat notarius caſus ejus, & manifeſtum eorumdem exterminium poſterorum. Verum adeo Frederici ejuſdem in dictis continuata, & aucta poſteris, ac in alios exemplari derivatione transfuſa proceſſit iniquitas, quod per eum inventa gravamina uſque ad hæc tempora duraviſſe, necnon & augmentata dicuntur aliqua eorundem, & adiecta nihilominus alia non minora, propter quod nonnullorum ſupponit opinio, quod claræ memoriæ Carolum regem Siciliæ, quem proſecutionis dictorum gravaminum eorundem Frederici, & poſterorum pernitioſa exempla fecerunt ſaltem permiſſione participem, dum opinaretur forſitan licita, quæ ab illis audiverat tam longis temporibus uſurpata, reddiderunt etiam prædictorum conſequentium ad illa diſcriminum non prorſus expertem, prout Siculorum rebellio multis onuſta periculis, aliorumque ipſam foventium perſecutio manifeſtant, non ſolum in ejuſdem regis, ac hæredum ſuorum grave adeo excitata diſcrimen, quod ipſis hæredibus, niſi per nos celeri occurratur prætactorum ſubductione gravaminum, inſtans perditionis totius dicti regni periculum comminantur, ſed & in grande noſtrum, & eccleſiæ Romanæ diſpendium prorogata; Cum ſit per eas in Sicilia Inſula, & in nonnullis aliis ejuſdem regni partibus, ipſarum incolis, nec nobis, nec eccleſiæ ipſi parentibus, ſed adhærentibus potius inimicis, noſtra, & ipſius eccleſiæ civilis interverſa poſſeſſio, & in cæterarum aliquibus turbata frequentius, & turbetur, ex quo datur patenter intelligi, quantum in his noſtrum, & eccleſiæ præfatæ intereſſe verſetur, quantumque ad noſtrum ſpectet officium, & hæredum ipſorum præcipua neceſſitas exigat; non tantum præmiſſis obortis in eodem regno, quod eſt ipſius eccleſiæ ſpeciale, tanquam ad jus, & proprietatem ejus pertinens, dictiſque regi, & hæredibus in feudum ab ipſa conceſſum, obviare periculis, ſed etiam ne ſimilia oriantur in poſterum diligentem curam, & curioſam diligentiam adhibere, prætacta gravamina eorundem periculorum, ut veritati concurrat expreſſio, manifeſtas occaſiones, & cauſas congruæ proviſionis beneficio abrogando. Cum proprietatis domino prædium, in quo eſt jus alii conſtitutum, pro eo quod ſua intereſt tueri fines ipſius, cuſtodire liceat, eo etiam, cui jus debetur, invito; cuſtodiæ autem nomen id habeat, quod qui tenetur ad eam, non ſolum id debeat, ut ſi caſu viderit*

in

Digitized by Google

in re cuſtodienda fieri quid adverſum, prohibeat facientem, verum etiam ut curet dare operam, ne id fiat. Multiplex itaque nos ratio interpellat, & exigit illud in hujuſmodi gravaminibus, ſuper quibus fama publica, & varia inquiſitiones per venerabilem fratrem noſtrum Gerardum Sabinenſem epiſcopum, apoſtolica Sedis Legatum facta, de ſpeciali mandato ſedis ipſius, & indagines alias habita nos informant, noſtrę proviſionis Edicto remedium adhiberi, per quod injuſtis ſubmotis oneribus, circa ea in regno prafato ſolide ſtabilita juſtitia regium thronum firmet, pacis tranquilla producat; ſit inibi publica tranquillitatis ſilentium, cultus ejus, & ipſa vinculum ſocietatis humana, ſic ſuperiorem populo ſibi ſubjecto domeſticet, eique ipſius populi corda conſolidet, quod ſuperior inſidiarum ſollicitudine abſolutus ſecuritatis jucunditate latetur, populus preſſuris indebitis liberatus in pacis pulchritudine ſedeat, in requie opulenta quieſcat, & in unanimitate ipſorum, ac mutuo ſinceritatis affectu, ejuſdem regni ſtatu roborato pacifico, non ſit profligatis hoſtibus qui foris exterreat, aut qui pacatis incolarum ejuſdem animis intus turbet. Inſtantia quoque pramiſſa interpellationis non modicum adjicit, quod memorati regis, dum viveret, & dilecti filii nobilis viri Caroli ſui primogeniti ex eo manifeſte percepimus ad id vota concurrere, quod idem rex ſuper directione, ordinatione, reformatione, ſeu quacumque alia diſpoſitione collectarum, exactionum, matrimoniorum, aut aliorum quorumlibet, qua gravamina dicerentur, ſive dici poſſent, tam circa eccleſias, monaſteria, & alias eccleſiaſticas perſonas, quam circa communitates, & univerſitates civitatum, caſtrorum, & aliorum locorum, & etiam circa ſingulares perſonas totius regni pradicti, aut cujuslibet partis ejus, felicis recordationis Martini Papa IV. pradeceſſoris noſtri directioni, reformationi, diſpoſitioni, & ordinationi ſe plene, ac libere, alte, & baſſe ſubmiſit, dans, & concedens eidem ſuper hiis plenam, ac liberam poteſtatem, ac promittens quicquid per eundem pradeceſſorem ipſo rege, dictove primogenito, tunc ejus Vicario in regno eodem, & aliis ſuis officialibus requiſitis, vel irrequiſitis etiam actum foret, ſe, ac haredes ſuos ad hoc ſpecialiter obligando, inviolabiliter obſervare, ſuis ſuper hoc patentibus litteris pradeceſſori conceſſit eidem. Pramiſſa quoque in mortis articulo per alias ſuas ſimiliter patentes literas plenius repetens, & confirmans eidem pradeceſſori, per eas humiliter ſupplicavit, ut omnia onera fidelium regni ſui, & qua gravamina dici poſſent, removere, tollere, ac caſſare, dictumque regnum proſpere reformare, omniaque ſtatuere, quę ad bonum ſtatum haredum ſuorum, & fidelium eorundem expedire videret, ſua proviſione curaret, non obſtante, ſi regem ipſum tunc infirmitate graviter laborantem naturalis debiti ſolutione contingeret praveniri, ſicut pramiſſa ipſius regis litera, qua per nos, & aliquos ex fratribus noſtris diligenter inſpecta, in archivo ejuſdem ſervantur eccleſia, manifeſtius atteſtantur. Et tam idem rex, quam dictus primogenitus ſuper tollendis aliquibus eorundem gravaminum, conſtitutiones varias edidiſſe dicuntur, licet & illa plenioris executione obſervationis indigeant, non plene, ut intelleximus, hactenus obſervata. Volentes igitur & illis robur apoſtolica confirmationis adjicere, ut inferius exprimetur, & pratactum noſtrum exequi accomoda proviſionis adjectione propoſitum, infraſcripta omnia, prout ſubjecta eorum ſeries indicat, de fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu, ac poteſtatis plenitudine providendo, a gravamine illo deliberavimus inchoandum, quod majorem ſcandali materiam, & generalius miniſtrabat. Ideoque, ut omnino ceſſet in regno eadem oneroſa exactio collectarum, praſenti edictali proviſione, ac conſtitutione valitura perpetuo, prohibemus per reges, qui pro tempore fuerint, ſeu pro eis dominantes in regno pradicto, vel miniſtros ipſorum collectas fieri, niſi tantum in quatuor caſibus infraſcriptis. Primus eſt pro defenſione terra, ſi contingat invadi regnum invaſione notabili, ſive gravi, non procurata, non ſimulata, non momentanea, non tranſitura facile, ſed manente, aut ſi contingat in eodem regno notabilis rebellio, ſive gravis ſimiliter, non ſimulata, non procurata, non momentanea, ſive facile tranſitura, ſed manens. Secundus eſt pro regis perſona redimenda de ſuis redditibus, & collecta, ſi eam ab inimicis captivari contingat. Tertius eſt pro militia ſua, ſeu fratris ſui conſanguinei, & uterini, vel ſaltem conſanguinei, ſive alicujus ex liberis ſuis, cum ſe, hujuſmodi fratrem ſuum, vel aliquem ex ejuſdem liberis militari cingulo decorabit. Quartus eſt pro maritanda ſorore ſimili conjunctione ſibi conjuncta, vel aliqua ex filiabus, aut neptibus ſuis, ſeu qualibet alia de genere ſuo, ab eo per rectam lineam deſcendente, quam, & quando eam ipſe dotabit. In pradictis enim caſibus, prout qualitas tunc imminentis caſus exegerit, licebit regi collectam imponere, ac exigere a ſubjectis, dum tamen pro defenſione, invaſione, ſeu rebellione, pradictis, aut ipſius domini redemptione, quinquaginta millium, pro militia duodecim millium, pro maritaggio vero quindecim millium unciarum auri ſummam. Collecta univerſalis totius regni ejuſdem, tam ultra Farum, quam citra, quantitas non excedat, nec concurrentibus etiam aliquibus ex pradictis caſibus. Collecta in uno, & eodem anno niſi una tantummodo imponatur. Sicut autem collectę quantitatem pradictas ſummas in ſuis caſibus limitatas excedere, ut pramittitur, prohibemus, ſic nec permittimus indiſtincte ad ipſas extendi, ſed tunc tantum, cum caſus inſtantis qualitas id expoſcet. Et ut in pradictis etiam caſibus poſſit rex, qui pro tempore fuerit, eo vitare commodius gravamina ſubditorum, quo uberiores fuerint redditus, & obventiones ipſius, eum a demaniorum donatione volumus abſtinere, id ſibi conſultius ſuademus. Simili quoq; prohibitioni ſubjicimus mutationem moneta frequentem, apertius providentes, quod cuilibet regi Sicilia liceat ſemel tantum in vita ſua novam cudi facere monetam, legalem tamen, & tenuta ſecundum conſilium peritorum in talibus competentis, ſicut in regnis illis obſervatur, in quibus eſt uſus legalium monetarum, quodq; uſualis moneta ſit valoris exigui, & talis, quod in eodem valore ſit apta manere toto tempore vita regis, cujus mandato cudetur, nec pro ea, vel aliqua magna moneta, quam idem rex ſemel tãtum in vita ſua fecerit, expẽdenda fiat collecta,

*vel diſtributio, ſed Capſoribus, & aliis Mercatoribus volentibus eam ſponte recipere, tribuatur, & hæc ita perpetuis præcipimus temporibus obſervari. In homicidiis clandeſtinis providendo præcipimus nihil ultra pœna inferius annotata, ab univerſitatibus exigendam, videlicet, ut pro Chriſtiano, quem clandeſtine occiſum inveniri contingat, ultra centum Auguſtales, pro Judæo vero, vel Sarraceno ultra quinquaginta nihil penitus exigatur, augmento, quod circa eandem pœnam idem rex dicitur induxiſſe, omnino ſublato, præſertim cum memorati rex, & primogenitus dicantur idem per ſuas conſtitutiones noviter ſtatuiſſe, quas quoad hoc decernimus inviolabiliter obſervandas, & hæc intelligi tantum in homicidiis vere clandeſtinis, in quibus ignoratur maleficus, nec aliquis accuſator apparet; Adjicientes, quod nonniſi tantum in locis magnis, & populoſis exigi poſſit quantitas ſupradicta, in aliis vero infra quantitatem eandem, pro qualitate locorum exactio temperetur. Eidem proviſioni adjiciendo præcipimus, univerſitates ad emendationem furtorum, quæ per ſingulares perſonas contingit fieri, nullatenus compellendas, nec ad mutuandum regi, ſeu curiæ ſuæ, aut officialibus, vel miniſtris ipſorum, aut recipiendam aliquatenus regiæ Maſſariæ cuſtodiam, ſive onus, ſeu poſſeſſionum regalium procurationem, aut gabellæ, vel navium, ſeu quorumcumque vaſſellorum fabricandorum curam quemquam cogendum invitum, uſurpationibus, quæ contrarium inducebant, penitus abrogatis, maxime cum dicti rex, & primogenitus ad relevanda, non tamen plene, gravamina in præmiſſis inducta, conſtitutiones varias promulgaſſe dicantur. Concedimus autem, ut, ſi caſus emergat, in quo ſit neceſſarium naves, vel alia vaſſella pro utilitate publica fabricari, liceat tunc regnanti committere curam fabricationis hujuſmodi expenſis regiis faciendæ, perſonis idoneis, videlicet hujus rei peritiam habentibus, & quas officium tale decet, & ipſis ſatisfaciat pro ſuſceptione curæ prædictæ de competenti mercede, & idem ſervari præcipimus in faciendo biſcotto. Ad captivorum cuſtodiam univerſitates, vel ſingulares earum perſonæ nullatenus compellantur, præſertim cum hoc ipſum dicatur ejuſdem regis conſtitutione proviſum, quam præcipimus inviolabiliter obſervari. Gravamen, quod in pecunia deſtinanda regi, vel regali cameræ, ſeu ad alia loca quæcumque, alicujus univerſitatis expenſis, per aliquas perſonas ejuſdem univerſitatis periculo eligendas, inferri dicti regni univerſitatibus dicebatur, proviſione ſimili prohibemus ipſis univerſitatibus, vel ſingularibus perſonis earum de cætero irrogari, maxime cum dicatur, idem, quod univerſitates, dicti primogeniti prohibitoria conſtitutione proviſum, quam in hoc decernimus inviolabiliter obſervandam. Illud, quod in eodem regno dicitur uſurpatum, videlicet, quod incolæ ipſius regni ad reparanda caſtra, & ad conſtruenda in eis expenſis propriis nova ædificia cogebantur, emendatione congrua corrigentes, providendo præcipimus, ut nihil ultra expenſas neceſſarias, ad reparationem illorum antiquorum caſtrorum, quæ conſueverunt hactenus Incolarum ſumptibus reparari, & ædificiorum, quæ in ejuſmodi caſtris fuerant, ab antiquo, ab eiſdem Incolis peti poſſit: Et conſtitutio, quam circa hoc idem primogenitus edidiſſe dicitur, in hujuſmodi antiquis caſtris, & ædificiis ſolummodo intelligendo, ſervetur. Antiqua vero caſtra intelligi decernimus in hoc caſu, quorum conſtructio annorum quinquaginta jam tempus exceſſit. Circa perſonas accuſatas, quæ in eodem regno injuſte capi dicebantur, ſi etiam idoneos fidejuſſores offerrent, licet dictus rex aliquid ſtatuiſſe dicatur ad gravamen hujuſmodi temperandum, nos tamen ut nulla ſuper hoc querela ſuperſit, providendo præcipimus jura civilia obſervanda, & eadem obſervari jubemus. Circa deſtitutionem poſſeſſorum Comitum, Baronum, & quorumlibet aliorum, qui per regalem curiam, & officiales ipſius, & alios alienigenas feuda tenentes in regno, ſuis poſſeſſionibus, ſi quando curia, officiales, vel alienigenæ prædicti ſe jus habere prætendebant in illis, ſpoliari, ſive deſtitui dicebantur, & de poſſeſſoribus effici petitores, nullo juris ordine obſervato; nec non & cum aliquis dicitur inveniſſe theſaurum, & etiam cum quis apud eandem curiam pro alio fidejuſſit, ita quod nec aliquis ſua deſtituatur poſſeſſionis commodo, vel ſpolietur, aut deſtituatur eadem, nec quoad illum qui defertur, aut convincitur de inventione theſauri, nec quoad fidejuſſores curiæ datos, aliter quam eadem jura ſtatuunt, procedatur. Regibus futuris pro tempore in regno prædicto, & memoratis incolis, qui de inordinata paſſuum ejuſdem regni cuſtodia querebantur ſe immoderate gravari, ſimiliter providentes, eidem cuſtodiæ moderamen competens adhibemus, videlicet, quod tempore impacato, ſeu imminente turbatione, aut veriſimili turbationis ſuſpitione contra ipſum regem, aut dictum regnum, ſeu in regno eodem, rex poſſit facere paſſus eoſdem ad vitanda pericula cuſtodiri, tempore vero pacifico incolis regni, habitantibus in eodem, ac aliis non ſuſpectis liber ſit ex eo exitus, & ingreſſus in illud, ita tamen quod equi ad arma nullo tempore ſine regis licentia extrahantur exinde ad vendendum. Victualia vero qualibet de ſuis poſſeſſionibus, vel maſſariis, ſeu oves, boves, & alia animalia humano competentia eſui, de propriis gregibus, armentis, vel redditibus habita, extra regnum, dum tamen non ad inimicos eorundem, regis, aut regni, unuſquiſque libere mittat etiam ad vendendum, niſi ſterilitas, aut prætacta turbationis inſtantia, ſeu veriſimilis ſuſpitio ſuadeat circa miſſionem hujuſmodi per regem ejus temporis aliud ordinandum. Si vero prædicta victualia, vel animalia ex negotiationis commercio habeantur etiam fertilitatis tempore, abſque regnantis licentia extra regnum mittere, vel ex ipſo extrahere non liceat ſic habenti. In omnibus præmiſſis miſſionis, ſeu extractionis caſibus, jure, quodcunque regi competit, per omnia ſemper ſalvo: Infra regnum vero etiam per mare liceat cuilibet eccleſiaſticæ, ſecularive perſonæ frumentum, & alia blada, necnon & legumina de propriis terris, maſſariis atque redditibus habita, ſine jure exituræ, fundici,*

ſeu

*ſeu duana, in loco, in quo victualia recipientur, aut deponentur, praſtando, de uno loco deferre, vel facere deferri ad alium, a rege, ſeu ipſius officialibus licentia non petita. Emptitia vero jure exitura, ac fundici non ſoluto, ſed alio, ſi quod debetur regi, dummodo emptitiorum delatio de portu licito ad ſimilem portum, & cum barcis parvis, centum ſolummodo ſalmarum, vel infra, capacium tantum fiat, & deferentes, ſeu deferri facientes pramiſſa emptitia, dent particulari Portulano Loci, in quo fiet oneratio eorumdem, fidejuſſoriam cautionem, quod literas teſtimoniales de ipſorum victualium, & leguminum exoneratione a ſimili Portulano loci, in quo exoneratio ipſa fiet, habeant infra certum terminum, pro locorum diſtantia praſigendum; et hac omnia perpetuo pracipimus obſervari. Abuſum contra Naufragos, ut fertur, inductum, in eo, quod bona, qua naufragium evadebant, capiebantur per curiam, nec ipſis naufragis reddebantur, ejuſdem proviſionis oraculo penitus abolemus, pracipientes bona hujuſmodi illis reſtitui, ad quos ſpectant. Querelam gravem hominum regni ejuſdem ſuper eo nobis exhibitam, quod curiales ſtipendiarii regii, & alii regalem ſequentes curiam in civitatibus, & locis, ad qua cum dicta curia, vel ſine, ipſos declinare contingit, domos civitatis, ſeu locorum eorundem pro ſuo arbitrio dominis intrabant invitis, & interdum ejectis, eiſque in altilibus, animalibus, & aliis bonis eorum, & quandoque horum occaſione in perſonas eorum graves injurias inferebant, ſopire competentis proviſionis remedio cupientes, prohibemus ne aliquis curialis, ſtipendiarius, vel alius ſequens curiam memoratam, domum, vel hoſpitium aliquod capere, ſive intrare propria auctoritate praſumat, ſed per duos, aut tres, aut plures, prout civitatis, aut loci magnitudo popoſcerit, per eandem curiam, & totidem Electos a Locorum incolis, auctoritate tamen regia deputandos, hoſpitia memoratis curialibus ſtipendiariis, & aliis aſſignentur. Iidem autem curiales ſtipendiarii, & alii nulla bona ſuorum hoſpitum capiant, nec in illis, aut in perſonis eorum ipſis aliquam injuriam inferant, nec ipſorum aliquis pro eo quod ſibi hoſpitium fuerit aliquando taliter aſſignatum, ſi eum alias ad eundem locum cum curia, vel ſine curia venire contingat, ſibi jus hoſpitandi vendicet in eodem, aut ipſum intrare audeat, niſi fuerit ſibi ſimili modo iterum aſſignatum. Hujuſmodi autem hoſpitia taliter aſſignata prafati rex, & illi de domo, & familia ſua gratis ſemper obtineant, reliqui vero, ſive ſtipendiarii, ſive quicumque alii per unum menſem ſolum, ſi tanto tempore in eodem loco contingat curiam reſidere, ſi vero ultra recederit, vel ipſos ſtipendiarios, aut alios ad aliqua loca ſine curia venire contigerit, ſatisfaciant dominis hoſpitiorum, ſeu ipſorum actoribus de ſalario competenti, per deputatos, ut pramittitur, moderando. Similiter prohibemus ne in locis, in quibus vina, & victualia poſſunt venalia reperiri, quiſquam ea per regalem curiam, aut curiales, ſeu quoſlibet miniſtros ipſorum, vel quoſcunque alios invitus vendere compellatur, nec aliqua bona nolentibus vendere auferantur, nec eorum vegetes conſignentur, & ſi de facto fuerint conſignata, ſigna eis impoſita liceat dominis auctoritate propria removere, praſertim cum prafatus rex hoc ipſum de remotione hujuſmodi ſtatuiſſe dicatur; Si vero in loco, ad quem curiam, curiales, ac alios pradictos declinare contigerit, talia venalia non habentur, abundantes in illis per aliquem, vel aliquos ad hoc a regali curia, & totidem a locorum incolis electos, auctoritate tamen regia deputandos, omnia hujuſmodi qua habent, ultra neceſſaria ſuis, & familiarum ſuarum uſibus, non ſolum curia, ſed curialibus, & aliis eam ſequentibus cogantur vendere pretio competenti, per Deputatos, ut pramittitur, moderando. In matrimoniis, in quibus volentibus ea contrahere, varia impedimenta contrahendi adimenta libertatem per regem, & ſuos ingeri dicebantur, apoſtolica proviſionis beneficium deliberavimus adhibendum, ideoque proviſione irrefragabili prohibemus Regnicolis regni habitatoribus matrimonium inter ſe contrahere volentibus per regem, aut officiales ſuos, aut alios quoslibet inhibitionis, ſeu cujuslibet alterius obicem impedimenti praſtari, declaramus, & declarando pracipimus libera eſſe matrimonia inter eos, ita quod bona mobilia, vel immobilia, feudalia, vel non feudalia libere ſibi mutuo dare poſſint in dotem, nec iidem Regnicola regni, ut pramittitur, habitatores ejuſdem, ſuper matrimonio inter ſe contrahendo, aut in dotem dando bona quelibet, licentiam petere teneantur, nec pro eo, quod matrimonium cum bonis quibuslibet, aut dote quantacunque contractum fuerit, a rege licentia non petita, contrahentibus, aut alterutri eorundem, vel parentibus, conſanguineis, ſive amicis ipſorum, in perſonis, aut in rebus impedimentum, diſpendium, vel gravamen aliquod irrogetur, nulla in pramiſſis conſtitutione, vel conſuetudine contraria de catero valitura. Providendo pracipimus, ut ſi quando in regno pradicto contra certam perſonam fuerit inquiſitio facienda, niſi ea praſente, vel ſe per contumatiam abſentante, non fiat. Si vero praſens fuerit, exhibeantur ſibi capitula, ſuper quibus fuerit inquirendum, ut ſit ei defenſionis copia, & facultas. Simili proviſione pracipimus, ut pro generalibus inquiſitionibus nihil, vel ſub compoſitionis colore, vel alias ab univerſitatibus exigatur, ſed ſi procedendum fuerit, juſte procedatur ex eis, praſertim cum dictus rex Carolus id ſtatuiſſe dicatur. Hujuſmodi pracepta adjicimus, ut quoties inter fiſcum, & privatam cauſam moveri contingat, non ſolum in examinando jura partium, ſed & ad diffinitivam ſententiam juſte ferendam, ſive pro privato, ſive pro fiſco, nec non & ad ipſius executionem nulla in hoc difficultate ingerenda, per fiſcum efficaciter procedatur, ita quod nec in pradicto examine, nec in prolatione, vel executione ſententia, injuſtam moram, vel aliam injuriam patiatur per fiſci potentiam juſtitia privatorum. Providendo diſtrictius inhibemus foreſtas per regem, aut magnates ſua curia, vel officiales, ſeu quoſcumque miniſtros in terris fieri privatorum, vel aliquarum foreſtarum occaſione*

*per regiam curiam, magiſtros, vel cuſtodes foreſtarum ipſarum aliquem in cultura terrarum ſuarum, ſeu etiam perceptione fructuum impediri, ſive ipſis propter damnum aliquod, vel injuriam irrogari. Factas vero de novo foreſtas hujuſmodi omnino præcipimus amoveri. Omnes eccleſiæ, ſeu eccleſiaſticæ, ſeculareſve perſonæ regni Siciliæ libere ſuis ſalinis utantur, & præſentis proviſionis oraculo prohibemus, ne illis per regem, officiales, aut quoſcumque miniſtros ipſius uſus, aut exercitium interdicatur eorum, neve quiſquam prohibeatur ſal de ſalinis ſuis ipſis proveniens emere ab eiſdem Abuſiones caſtellanorum, per quas homines dicti regni ad portandum eis paleas, & ligna, & res alias etiam ſine pretio cogebantur inviti, & iidem caſtellani de rebus, quæ circa, ſeu per caſtra eadem portabantur, pedagia exigebant, præſentis proviſionis beneficio prohibemus. Ejuſdem proviſionis edicto præcipimus, ut pro literis regiis, & ſigillo nihil ultra ipſius regni antiquam conſuetudinem exigatur, videlicet, ut pro literis juſtitiæ nihil omnino, pro literis vero gratiæ, in qua non eſt feudi, vel terræ conceſſio, nihil ultra quatuor tarenos auri ab impetrante ſolvatur, niſi in præmiſſis diſtinctione habita inter clauſas literas, & apertas. Pro literis autem ſuper conceſſione feudi, vel terræ confectis, nec non & pro privilegiis aliis, pro conceſſionis, ſeu privilegii qualitate, ac benevolentia concedentis curiæ ſatisfiat, dum tamen ſummam decem unciarum pro quolibet feudo integro conceſſo ſatiſfactio non excedat. Sed nec prætextu Sigilli regii, juſtitiæ, ſive gratiæ litteris in aliquo caſuum prædictorum impreſſi, vel appenſi forſitan, impetrans, ultra quam præmittitur, ſolvere compellatur. Animalia deputata molendinis, quæ Centimuli vulgariter nuncupantur, per regalem curiam, vel officiales, aut miniſtros ipsius eam ſequentes, ſtipendiarios, vel quoſcumque alios, nullo modo ad aliquod eorum miniſterium dominis capiantur invitis, nec alia etiam, ſed pro competenti pretio, de quo conventum fuerit inter partes, a volentibus conducantur: Et hoc ita de cætero præcipimus obſervari, maxime cum idem rex ſtatuiſſe dicatur, quod juſtitiarii, & ſub officiales eorum, ac ſtipendiarii non capiant animalia deputata ad Centimulos, ſed cum eſt neceſſe, inveniantur animalia alia habilia ad vecturam, & lotrium conveniens, & ſi contra fecerint, reſtitutis animalibus cum toto damno eorum dominis, pœnæ nomine, & pro qualibet vice, & pro quolibet animali ſolvant curiæ unciam unam auri, præmiſſam quoque conſtitutionem dicti regis ſimiliter obſervari præcipimus. De creatione officialium præſertim extraneorum, qui propter ignorantiam ſtatus regni, & favorem, qui eis a regali curia præſtabatur, ſubjectos impune gravabant, conſulte ſuggerimus, quod rex creare ſtudeat officiales idoneos, qui ſubjectos injuſte non gravent. Super eo, quod Regnicolæ querebantur, quod eis videlicet gravatis, pro relevationis obtinendo remedio ad regem aditus non patebat, ſuademus per regem taliter provideri, quod querelæ ſubditorum ad eum valeant libere pervenire. Prohibemus ne quiſquam pro animali ſilveſtri extra defenſam, vel limites defenſæ invento, ſine aliqua invenientis impulſione, arte, vel fraude aliquatenus puniatur, etiamſi illud capiat, vel occidat. Nullus Comes, Baro, vel alius in regno prædicto de cætero compellatur ad Terridas, vel alia quæcumque Vaſcella, propriis ſumptibus facienda; per hæc autem juri regio in lignaminibus, & Marinariis, vel alio ſervitio Vaſcellorum, quæ a quibuſdam univerſitatibus, & locis aliis, ſive perſonis ſingularibus dicti regni deberi dicuntur, nolumus in aliquo derogari. Si contingat Baronem aliquem mori, filio, vel filia ſuperſtitibus, ætatis, quæ debeat cura balii gubernari, providendo præcipimus, quod rex alicui de conſanguineis ejus balium concedat ipſius, & quoad hoc, inter conſanguineos proximior, ſi fuerit idoneus, præferatur. Si aliquem feudum a rege tenentem in capite, vel etiam ſubfeudatarium nullo hærede legitimo per lineam deſcendente, ſed fratre, aut ejus liberis ſuperſtitibus mori contingat, ſi decedentis feudum ab aliquo ex parentibus ſibi, & fratri communibus pervenerat ad defunctum, idem frater, aut ex liberis ſuis uſque ad trinepotem, ille, qui tempore mortis ſupererit defuncto proximior, in feudo ſuccedat, habendo illud cum onere ſervitii conſueti. Ad ſucceſſionem feudi omnibus perſonis, feudatario, aut ſubfeudatario defuncto, ſimili gradu conjunctis, eodem ordine admittendis. In ſucceſſione vero præmiſſa inter feudatarios, aut ſubfeudatarios viventes in regno, jure Francorum, ſexus, & primogenituræ prærogativa ſervetur, ut inter duos eodem gradu feudatario defuncto conjunctos, fæminam maſculus, juniorem major natu præcedat, ſive ſint maſculi, ſive fœminæ concurrentes, niſi forſitan duabus concurrentibus eſſet primogenita maritata, & junior remanſerit in capillo, tunc enim junior, quæ in capillo remanſerat, primogenitæ maritatæ in ſucceſſione hujuſmodi præferetur; ſed ſi nulla remanente in capillo duæ, vel plures fuerint maritatæ, majori natu jus primogenituræ ſervetur, ut alias in dicta ſucceſſione præcedat. Si vero feudum, de quo agitur, non ab aliquo parentum proceſſerat, ſed inceperat a defuncto, tunc ſolus defuncti frater in eo ſuccedat, niſi lex conceſſionis in præmiſſis aliud induxiſſet, & hæc ita de cætero præcipimus obſervari, qualibet contraria conſuetudine, vel conſtitutione ceſſante. Nullus ſubfeudatarius de feudo, quod ab aliquo feudatario regis tenet, compellatur ipſi regi ſervire, ſed ſi aliquod aliud feudum ab ipſo rege tenet in capite, pro eo ſibi ſerviat, ut tenetur. Si contingat ſubfeudatarium crimen committere, propter quod publicandæ fuerint bona ejus, aut ipſum ſine legitimis hæredibus fati munus implere, ſi feudum ejus fuerit quaternatum, nihilominus immediatus Dominus illud cum onere ſervitii conſueti perſonæ concedat idoneæ, regi poſtmodum præſentandæ, ut ejus ſuper hoc habeatur aſſenſus. Si vero quaternatum non fuerit, ſic ad eundem immediatum Dominum revertatur, ut ipſum hujuſmodi perſonæ pro ſua voluntate concedat,*

nec

Digitized by Google

*nec eam regi præſentare, aut ejus ſuper hoc requirere teneatur aſſenſum, his ita deinceps ex noſtro præcepto ſervandis, conſtitutione, vel conſuetudine contraria non obſtante. Vaſſalli Baronum per curiam, vel officiales ipſius ad aliqua privata officia non cogantur, & ſi ea voluntarii ſubeant ratione debiti, ex hujuſmodi officii receptione, vel geſtione, contracti, vel delicti forſan in eo commiſſi, Baronibus eorum Dominis, in bonis vaſſallorum ipſorum, vel aliis præjuditium nullum fiat. In terris Eccleſiarum Comitum, & Baronum regni prædicti, magiſtros juratos poni de cætero prohibemus, & poſitos exinde præcipimus amoveri. Ad novas communantias vaſſalli Baronum, vel aliorum ire non compellantur inviti, ſed nec voluntarii admittantur, ſi ſint aſcriptitiæ, ſimiliſve fortunæ, vel ratione perſonæ, non rerum tantum, perſonalibus ſervitiis obligati, ſi vero ratione rerum tantummodo hujuſmodi ſervitiis teneantur, & ad eaſdem communantias tranſire voluerint, res ipſis Dominis ſuis ſine contradictione dimittant. Barones, vel alii extra regnum, nec ſervire perſonaliter, nec adduamenta præſtare cogantur. In caſibus quoque, in quibus intra regnum ſervire, vel adduamenta præſtare tenentur, ſervitia exhibeant, & adduamenta præſtent antiquitus conſueta, videlicet, ut vel tribus menſibus perſonaliter ſerviant cum numero militum debitorum, vel pro ſingulis militibus, ad quos tenentur, pro quolibet trium menſium prædictorum tres uncias, & dimidiam auri ſolvant; & hæc ita de cætero inconcuſſe de noſtro præcepto ſerventur. Cæterum, ut contra pericula, quæ, ſicut prætactum eſt, propter gravamina illata, ſubditis excitata creduntur, ne, quod abſit, recidant in tanto periculoſius recidivum, quanto recidenti ſolet eſſe deterius quam cadenti, eo major ſit regnantibus in regno prædicto ſecuritas, quo minus erit libera eadem gravamina irrogandi facultas, proviſioni præmiſſæ ſubjungimus ad perpetuum ſui roboris fulcimentum, quod ſi ventum fuerit in aliquo contra eam, licitum ſit univerſitatibus, & gravato cuilibet, libere ad apoſtolicam Sedem habere pro ſua querela exponenda, & obtinenda illati gravaminis emendatione recurſum; Adjicientes inter illa, in quibus contra proviſionem eandem fieri contingat, congrua diſtinctione delectum, videlicet, ut ſi ea fuerint, quæ per ipſam, prohibitorie, vel præceptorie ſunt proviſa, & principaliter factum regnantis reſpiciunt, nec ſolent abſque ipſorum auctoritate præſumi, ut eſt, collectarum impoſitio, monetæ mutatio, matrimoniorum prohibitio, vel impedimentum aliud eorundem, niſi rex ejus temporis illam infra decem dies revocaverit per ſe ipſum, eo ipſo capella ſua eccleſiaſtico ſit ſuppoſita interdicto, duraturo ſolum, quouſque gravamen fuerit revocatum. In reliquis vero prohibitoriis, & præceptoriis, & ſpecialiter, ſi univerſitas ſingulariſve perſona gravata, volens propterea recurrere ad ſedem eandem, per officiales regios, ſeu quoſcumque miniſtros, vel quoſlibet alios fuerit impedita, vel ipſe, aut alius pro eis exinde damnum paſſi, niſi ſatisfactione læſis præſtita, impedimentum infra menſem, poſtquam ipſe rex ſciverit, revocetur, ex tunc ſit capella eadem ſimiliter interdicta; in quolibet autem caſuum præmiſſorum, ſi regnans interdictum hujuſmodi per duos menſes ſuſtinuerit animo contumaci, ab inde loca omnia, ad quæ ipſum, uxorem, vel filios ſuos declinare continget, donec ibi præſentes fuerint, ſimili ſubjaceant interdicto; & ſi deinde per ſex menſes interdicta hujuſmodi ſuſtinuerit animo indurato, exinde ſit excommunicationis ſententia innodatus; Quam ſi per alios ſex menſes contumacia obſtinata ſuſtineat, ex tunc ſubditi ad mandatum Sedis ejuſdem, ipſis propterea faciendum, in nullo ſibi obediant, quandiu in hujuſmodi obſtinatione perſiſtet. Ad majorem quoque proviſionis hujuſmodi firmitatem, eidem ſpecialiter illud adjicimus, quod quilibet rex Siciliæ, quando juramentum fidelitatis, & homagii præſtabit Summo Pontifici, ſolemniter, eidem, & eccleſiæ Romanæ pro ſe, ac ſuis heredibus, in regno ſibi ſucceſſuris eodem, promittere teneantur, quod proviſionem præſentem in omnibus, & per omnia, quantum in eis erit, obſervabunt inviolabiliter, & facient ab aliis obſervari, nec contra eam, vel aliquam partem ipſius per ſe, vel per alium quoquomodo aliquid attentabunt; & ſuper hoc tam ipſe, quam quilibet eorundem ſucceſſorum dent ipſis Pontifici, & eccleſiæ ſuas patentes litteras, ſui pendentis ſigilli munimine roboratas. Licet autem præmiſſæ proviſionis verba gravamina certa reſpiciant, de quibus ad nos querela pervenit, reges tamen, qui continuanda temporum, & ſucceſſionum perpetuitate regnabunt in regno prædicto, non propterea æſtiment gravandi alias ſubditos arbitrium ſibi fore conceſſum, ſed ſciant potius, ſe debere ipſos in bono ſtatu tenere, ab omnibus illicitis exactionibus, & indebitis eorum oneribus per ſe, ac alios abſtinendo. Sane, ſi quod in eadem proviſione, vel aliquo ejus articulo dubium non tam ſollicitam, quam rationabilem dubitationem continens oriri contingat, interpretationem dubii hujuſmodi nobis, quamquam etiam de jure competat, reſervamus expreſſe. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ proviſionis, conſtitutionis, inhibitionis, præcepti, declarationis, abolitionis, & abrogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli, apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.*

✠ *Ego Honorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.*

✠ *Ego Fr. Bentevenga Albanenſis Epiſcop. ſubſcr.*

✠ *Ego Fr. Latinus Oſtien. & Velletren. Epiſc. ſubſc.*

✠ *Ego Fr. Hieronymus Peneſtrinus Epiſcop. ſubſc.*

✠ *Ego Bernardus Portuenſis, & S. Ruſinæ Epiſcopus ſubſcripſi.*

✠ *Ego Ancherus tituli S. Praxedis Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.*

✠ *Ego Gervaſius tit. S. Martini Presb. Card. ſubſc.*

✠ *Ego Comes tit. SS. Marcelli, & Petri Preſbyter Cardinalis ſubſcripſi.*

✠ *Ego Gaufridus tit. S. Suſannæ Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.*

✠ *Ego Gottifridus tit. S. Georgii ad Velum aureum Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.*

✠ *Ego Jordanus S. Euſtachii Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.*

✠ *Ego Jacobus S. Mariæ in Via-lata Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.*

✠ *Ego Benedictus S. Nicolai in carcere Tulliano Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.*

*Datum Tibure &c.*

Plura ejuſdem Bullæ autographa facta eſſe conſtat, cum unum extet in inſigni Cavenſi archivo, aliudque Romæ a regno Neapolitano delatum teſte Raynaldo nu. 52. qui anno 1285. a nu. 29. ad 51. incluſive integram eam refert, & nu. 28. hæc ſcripſerat. *Conſultum etiam eſt Regnicolis graviſſimo jugo jam ante attritis ab eccleſiæ hoſtibus infenſiſſimis Friderico II. olim Imperatore, & Conrado, ac Manfredo filiis, cum Carolus primus utriuſque Siciliæ rex impoſita onera nondum ſuſtuliſſet, nec reſtituiſſet libertates, quæ Guillelmi II. Siciliæ regis temporibus viguerant, ut Clementem IV. inter, & ipſum conventum erat, cum Siculum regnum apoſtolica liberalitate, jureque fiduciario traditum eſt. Ipſos itaque Siculos citeriores Honorius IV. Summus Pontifex ſubjectis legibus, a durioribus oneribus levatos, in priſtinam libertatem aſſeruit;* Et num. 52. ait; *Quæ apoſtolica conſtitutio non ſolum in regeſto Vaticano extat, ſed in antiquo etiam formularum regeſto ſcrinii regii Neapolitani (quod a ſcriptoribus Neapolitanis citatur frequentiſſime, & in tabulario Vaticano non minori Dei providentia extat, & ego præ manibus habui, ac perſolvi quod regeſtum authenticum, ac probatiſſimum, eſſe ex ſimilitudine membranarum, & characterum, quæ in præcedentibus, & ſubſequentibus memorati archivii regii voluminibus probari poteſt) eadem capitula extant*

(b) pag. 192. &c. (b) *hoc præfixo titulo:* Capitula edita per D. Papam *pro bono ſtatu regni. Præterea in antiquis regni Neapolitani Capitulis, & gratiis typis impreſſa eſſe, & in Neapolitana Urbe circumferri accepi. Immo ipſemmet perlegi pervetuſtum diploma in prægrandi charta pergamena exaratum, quod tum temporis ad Siculos citeriores tranſmiſſum fuit, ac poſtea divina providentia decurſu temporum Romam delatum nunc apud Sedem apoſtolicam aſſervatur, in quo Cardinalium ſubſcriptiones, & ſigna variis efformata crucibus viſuntur, una cum Pontificio ſigno, & in ejus orbe hoc Honorii Papæ IV. Symbolum legitur,* Pars mea Deus in ſecula. Memoratus Raynaldus a nu. 53. ad 60. oſtendit hæc capitula, ſeu leges ab Honorio IV. in regno Neapolitano promulgatas ibidem executioni demandatas fuiſſe, atque dumtaxat moderatas, ſeu ſuſpenſas a Nicolao Quarto, quo ad pœnas, quibus obnoxii eſſe debuiſſent Neapolitani reges ſi eas violaſſent.

V. Tappia To. VI. de jure regni Neapolitani &c. p. 39. 94. 111. 130. 150. 161. 206. &c. Joannes Dominicus Taſſone de antephato nu. 4. obſerv. 1. Regens de Ponte de poteſtate proregis tit. 6. de aſſenſu regio ſuper Dotibus nu. 7. & 10. in fine.

Boniſacius IX. Bonifacius IX. die 2. Maii an. 1399. graviſſimum atque longiſſimum proceſſum publicavit contra Honoratum Cajetanum Fundanum comitem, cujus plura autographa confecit, ex quibus unum in archivo Caſſinenſi aſſervandum miſit, ubi modo

Ex originali in Archivo. quoque extat. Proceſſus ſic incipit. *Bonifacius epiſcopus ſervus ſervorum Dei: ad perpetuam rei memoriam. Rex regum, & exercituum Dominus clementiſſimus Dei filius Jeſus Chriſtus, qui ſempiternus regnans in Cœlis, perpetua Mundum ratione gubernat, quamquam ſit fortis, & patiens, quamquam ſit miſericordiarum pater, & opifex, eſt tamen judex juſtus, ac dominus ultionum &c.* deſinit: *Volumus inſuper, quod omnes Chriſti fideles, qui crucis aſſumpto charactere ad præfati Honorati exterminium ſe accinxerint, & eum, ejuſque ſequaces pro poſſe perſequentur, illa gaudeant indulgentia, illoque privilegio ſint muniti, quæ accedentibus ad Terræ ſanctæ ſubſidium conceduntur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ reputationis, declarationis, privationis, requiſitionis, exhortationis, aggravationis, confirmationis, confiſcationis, mandati, voluntatis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum, & actum Romæ apud S. Petrum, ſexto non. Maii, Pontificatus noſtri anno X. F. de Monte Politiano; dup. de curia. P. de Caſtro. Regiſtr. in camera apoſtolica.*

Integrum hunc Proceſſum non exſcribimus, quod illum Raynaldus an. 1399. a nu. 14. ad 18. incluſive referat; illa referre contenti, quæ doctiſſimus ſcriptor hic ait initio nu. 14. *Hoc anno Bonifacius graviſſimum edictum adverſus Honoratum Gajetanum Fundorum Comitem ſchiſmatis magnum authorem tulit, in quo poſt recenſita atrocia, ab eo in Urbanum commiſſa ſcelera, acceptamque Cardinalium perduellium clientelam, exponit ut jam ante cum Petri e Luna adminiſtris immanem conjurationem de Bonifacio conjicendo in vincula conflarit, eaque diſcuſſa finxerit ad Pontificis gratiam ſe redire velle, ac ſpoponderit ſchiſma ſe damnaturum, uſum vero ea amicitiæ ſpecie ad novas coitiones nefarias faciendas: ac ſuperiori anno cum Petrucio Sabba, & Petro Centio, ac Natolo de evertendo pontificio in urbe imperio, ac vexilliferorum dominatu reſtituendo conſilia molitum, iiſque diſſolutis, vires, & impetus ad infeſtandam, invadendamve eccleſiaſticam ditionem effodiſſe, tum ad Tyberina fauces exercuiſſe pyraticam, obque flagitia intentato ei judicio ipſum omni honore, & bonis exuendum pronunciavit Pontifex, & Chriſtifideles in eum manus injicere juſſit &c.* & n. 18. *Everſum autem hoc bello a Bonifacio Honoratum tradit Cobellinus; Comitem* (inquit) *Fundorum qui principium ſchiſmatis ſtabilivit penitus exterminavit. At de eo item inferius, ob res enim adverſas ipſum dolore contabuiſſe viſuri ſumus.*

Eugenius quoque Quartus diplomate ſuo conceſſas ab Urbano IV. & Martino V. indulgentias, in ſollemnitate corporis Chriſti ampliavit, atque plura ejus autographa fieri juſſit, e quibus unum in archivo Caſinenſi aſſervandum miſit an. 1434. ut poſt ipſam bullam eſt annotatum. Ea vero ſic incipit: *Eugenius &c. Excellentiſſimum corporis, & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti ſacramentum, quod appropinquante paſſionis ejus hora, Dominus ipſe ſigno præcipui, quo nos dilexit, amoris ſalubriter inſtituit &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo tertio VII. Kal. Junii Pontificatus noſtri anno tertio &c. dierum indulgentiarum X. millia & VII. exceptis indulgentiarum de proceſſionibus, & excommu-*

Digitized by Google

*communicatorum, & interdictorum, gratis pũ. Indulgentiarum anni undecim, menſes ſex, dies quinque de Curia. Ja. de Viterbio.* Extat hoc diploma Tom. I. Bullarii Romani editi Lugduni anno 1682. pag. 342. conſtit. 6. Eugenii.

Aliique Pontifices.

Compilator archivi juriſdictionis regiæ &c. volum. de Inveſtituris regni Neapolitani plura affert monumenta ab autographis archivi Caſſinenſis depromta, nempe diploma Clementis IV. anno III. Pontificatus ſui ad Carolum I. miſſum, in quo vaſſallos Caſſinenſes commendat, ne gravamen aliquod illis inferretur &c. Illud in diſſert. I. retulimus, diploma Gregorii XI. quo conceſſas a Johanna I. Vaſſallis Caſſinenſibus immunitates confirmat, quod ibidem edidimus. Diploma Urbani VI. ad Petrum Abbatem Caſſinenſem in quo refert quot adverſum ſe mala fuerint moliti ſchiſmatici illique ſeſe, eccleſiæque Romanæ defenſionem commendat, poteſtatemque tribuit carceri mancipandi ſchiſmaticorum fautores. Integrum illud non exſcribimus, quod Marcus Antonius Scipio in Elogiis Abbatum Caſſinenſium p. 182. ediderit. *Datum eſt Roma apud S. Mariam in Tranſtyberim ſexto nonas Maji Pontificatus noſtri anno ſecundo.* Et aliud ejuſdem Urbani: *Datum Roma apud S. Petrum decimo ſeptimo Kal. Maji Pontificatus noſtri anno ſecundo,* quo ſui Vicarium in temporalibus Petrum Abbatem conſtituit in Abbatia Caſſinenſi, illique juriſdictionem criminalem concedit. Edidimus in diſſertat. I. Inſtrumentum die 24. Januarii 1393. ſtipulatum a notario Angelo Cola de Magiſtro Petro Viterbienſi quo Petrus Abbas ſubditorum quorumdam Caſſinenſium perduellium bona publicavit, quod etiam edidimus in Diſſertatione I. Bulla Bonifacii IX. an. X. Pontificatus ſui, qua Caſſinates a ſolvendis Ladislao regi decimis a ſe juſſis eximit; edidimus ibidem, ac demum breve Urbani V. quo reginam Johannam I. rogat ut juriſdictionem criminalem Caſſinatibus reſtituat, quod ibidem etiam edidimus.

Archivum Caſſinenſe ſumma diligentia cuſtoditum.

VII. Caſſinenſis denique archivi fidem commendat ſumma diligentia, qua ſemper illud cuſtoditum a Monacho fuit prudenti, & idoneo ab Abbate Caſſinenſi ad id deputato, a quo tantum archivi clavis cuſtoditur, quæ ne ſocio quidem, aut amanuenſi unquam commendatur, neque ulli, eo abſente, in archivo aditus eſt. Cum novæ in eo ſcripturæ, chartæque ſunt reponendæ, Cartophilax attente examinat an authenticæ illæ ſint, ideſt ſi fuerint inſtrumenta, a quonam Notario ſint ſtipulata, an ejus extet ſignum, ſubſcriptio, &c. ſi protocolla, an ejus libri initio notarius ipſe teſtatum faciat ſuum vere eſſe, an extet ejus ſignum, an fuerit a viſitatore regio viſum &c. ſi faſciculi, an vere a notario, cui tribuuntur fuerint ſcripti, ſi acta in curiis ſpirituali, & temporali Caſſinenſibus facta, ideſt a Gubernatore, judice ſecundarum cauſarum, a Præfectis Portulaniæ, Syclæ, nundinarum, bajulationis, fidæ generalis &c. an integra ſint, an manu cancellarii eorum tribunalium ſcripta, an a judicibus ſubſcripta &c. Si libri rationum cœnobii Caſſinenſis, quos libros magiſtros vocant, an ſint a calculatore Caſſinenſi ſcripti, an ſingulis menſibus, anniſque ſubſcripti ab Abbate, Priore, Cellerario, & decanis Caſſinenſibus. Si libri capſæ, an capſarius illos ſcripſerit. Si libri ephemeridum an ſcripti a calculatore Caſſinenſi; ſi regeſta ſint, in quibus patentes literæ exſcribuntur pro Gubernatore, aliiſque cœnobii noſtri miniſtris, tum Monachis, quam laicis, an manu cancellarii diœceſeos ſint ſcriptæ, vel ſubſcriptæ, ſaltem an ejus effectum ſint nactæ, nam quænam executioni non ſint demandatæ adnotatur in margine. Si libri viſitationum paſtoralium, an ſcripti ſint a cancellario curiæ ſpiritualis, qui ſemper notarius eſt, vel ſaltem adſit ejus ſignum, an ſubſcribat Abbas, vel viſitator ab eo deputatus. Obſervatur præterea quam diligentiſſime an in ſcripturis mox recenſitis charta ulla deſit, an vitium aliquid irrepſerit &c. Si ſint privilegia Romanorum Pontificum, Imperatorum, Regum &c. An vitium ullum irrepſerit, an extent ſolita ſigilla, ſubſcriptiones &c. Mihi quidem accidit, ut cum breve quoddam Clementis XI., quo concordia inter Nicolaum Caracciolum Archiepiſcopum Capuanum modo Cardinalem meritiſſimum, atque cœnobium Caſſinenſe inita, qua tres Caſſinatibus ſubditæ parochiales in urbe Capua eccleſiæ pro oppidis S. Secundini, & Sorbelli Archiepiſcopo Capuano cedebantur a Caſſinatibus, probabatur, in archivo reponere debuiſſem, vidiſſemque plura in eo verba obliterata, atque emendata, ne dubium impoſterum alicujus falſitatis obveniret, exſcribendum iterum a curia Romana curavi. Si ſint diſpenſationes matrimoniales, beneficiorum collationes, aut ſcripturæ aliæ a Cancellaria, Dataria, Secretaria brevium expeditæ, eadem ut ſupra inſpicit; ſi decreta, aut epiſtolæ ſacræ congregationis, inſpicitur an propria Cardinalis Præfecti manu ſubſcriptæ ſint, & a ſecretario congregationis: an adſit ſigillum, & an executioni fuerint ab eis demandatæ, ad quos directæ erant, quæ eadem diligentia adhibetur quoad ſententias a tribunalibus Romanis, & Neapolitanis prolatas, aut proceſſus exemplatos. Si vero hæc per ſemet cartophilax haud cognoſcere poſſit, homines adhibet harum rerum peritiſſimos. Si eccleſia aliqua, univerſitas, aut perſona ſcripturas ſuas originales in archivo Caſſinenſi reponere velit, haud id citra Abbatis Caſſinenſis licentiam in ſcriptis factam præſtare poteſt, qui eam non niſi recognitis ſcripturis a peritis hominibus, an vero ſint autenticæ tribuit; neque ſub excommunicationis latæ ſententiæ pena, poteſt aliquis ab archivo Caſſinenſi autographum aliquod extrahere citra Abbatis Caſſinenſis pro tempore licentiam in ſcriptis habitam.

Caſſinatium diligentia a Sangermanenſibus prædicata.

Miram Caſſinatium in cuſtodiendo archivo ſuo diligentiam prædicant ipſi Sangermanenſes, contra quos aſſidue monumenta inde eruuntur. Hi enim an. 1559. in primo beneficio habito a ſacro conſilio in cauſa finium contra univerſitatem S. Eliæ, in banca hodiè Morvilli, inter alios articulos pluribus teſtimoniis hoſce probarunt.

Ex originali in Archivo.

5. *Item ponitur, come li predetti regiſtri del detto ſagro monaſterio di monte Caſino ſono antichi, & antichiſſimi, atteſo ſono circa ducento ottantatre anni, che forno fatti, deſcritti, & ordinati per F. Geronimo in quel tempo Priore del detto ſagro monaſterio al tempo di Bernardo Abbate del detto ſagro*

*mona-*

*monaſterio ſub anno Dominicæ incarnationis 1278. die 27. menſis Auguſti, ſeptimæ inditionis, regnante Carolo, Dei gratia, Hieruſalem, Siciliæ rege &c. per li quali regiſtri forno diviſi determinati, & ſeparati, ſicome dal detto tempo in qua ſono ſtati diviſi, determinati, e ſeparati, & al preſente ancora ſono diviſi, determinati, & ſeparati li territorii delle terre, & caſtelle dell' Abbatia Caſſinenſe, ſicome claramente per detti regiſtri appare, quali ſi producono ſi, & in quantum &c. ſalva reali productione &c. non tamen Rdo. teſtibus &c. quod fuit, & eſt verum &c.*

6. *Item ponitur como li detti regiſtri del detto ſagro monaſterio di Monte Caſino dal detto tempo, che forno fatti, deſcripti, & ordinati per detto F. Geronimo allora Priore del detto ſagro monaſterio, continuamente ſono ſtati tenuti, conſervati, e repoſti in lo archivio del detto ſagro monaſterio in monte Caſſino, una con le altre ſcripture, & libri del detto ſagro monaſtero, con ogni diligentia, cuſtodia, e cautela, per li R. P. Abbate, Priore, Officiali, & altri Padri e Monaci ſpetialmente deputati, & oletti ad conſervare, manutenere, & cuſtodire, & guardare li detti regiſtri, & ſcripture del detto ſagro monaſterio in monte Caſino, ſiccome al preſente ancora ſi tenono, conſervano, & cuſtodiſcono detti regiſtri, & ſcripture in detto loco di monte Caſino per li RR. Padri Abbate Priore, & altri Monaci ſopra ciò deputati con ogni debita diligenza, cuſtodia, e cautela, realmente, & fedelmente, quod fuit, & eſt verum &c.*

7. *Item ponitur, come ogni volta che è accaſcata, & ſtata alcuna lite, & differentia de confini de territorii tra le terre, e caſtelle di detta Abbatia ſe è continuamente recurſo, & al preſente ancora ſe ricorre a detti regiſtri, alli quali ſe è data, e da plena, & indubitata fede, tanto in giuditio, quanto extra giudicio, e quelli ſe ſono tenuti, e tenono per veri, e veriſſimi, quali regiſtri ſe producano ſi, & in quantum &c. non tm̃. Rnd. teſtibus &c. quod fuit, & eſt verum &c.*

Cœnobium ipſum Caſſinenſe pluribus in litibus habitis in ſacro conſilio, de quibus proceſſus eſt factus penes acta magiſtri actuum Andreæ de Caro, qui hodie in Banca Figliolæ aſſervatur, inter alios, hoſce articulos probavit.

Ex originali in Archivo.

38. *Item ſi pone, come in lo detto monaſterio di monte Caſino antichiſſimamente, fino al preſente, & al preſente ancora, ci è ſtato un' archivio publico, dove ſi conſervano de molti regiſtri croniche, & altre ſcritture de grand' importantia, & dove per la antiquità di quelle, corrono da tutte le parti del regno à cercare, & aver copia di dette ſcritture, e particolarmente queſt' anno, proprio ſua ſantità mandò à pigliare notamento de alcuni privilegii, & altre ſcritture come coſe, che fuſſero in ſervizio, e beneficio della ſede apoſtolica, il che è publico notorio, e manifeſto tra la maggior parte delli uomini di Terra di Lavoro, & nè è publica voce, & fama, quod fuit, &c.*

39. *Item ſi pone, come à detti regiſtri, chroniche, privilegii, & altre ſcritture, overo copie eſtratte da detto archivio, ſempre li è ſtato dato piena, & indubitata fede da tutti indifferentemente, tanto in judicio, come extra, tanto in li tribunali di Roma, come in Napoli, & altri tribunali ordinarii, anzi in vigore di dette ſcritture, e regiſtri è ſtato ſententiato pro, & contra in favore, & diſfavore de parti, & mai ſi è contradetto à quello, che ſi conteneva in dette ſcritture, & regiſtri, & l'univerſità di S. Germano proprie, & più volte ſi è ſervita di dette ſcritture per altre lite, & differentie, che have avuto, & al preſente ave con altre univerſità, ſeu particolari, quod fuit, &c.*

Inter alios vero teſtes pro hiſce articulis an. 1566. die prima Maji examinatos, fuit Marcus Fiumarellus Archipresbyter S. Angeli, qui hæc juratus aſſerit.

*Super 38. dixit, che da detto tempo ut ſupra depoſto in qua eſſo teſtimonio, come prattico ut ſupra, have viſto, & vede, che in lo monaſterio predetto de monte Caſino nz'è ſtato, & ſta uno archivio, dove ſe ſono conſervate, & conſervano molti regiſtri, chroniche, privilegii, inſtrumenti, & altre ſcritture antique, & de grande importantia, con gran cura, diligentia, & fedeltà, dove molte perſone, & terre nze hanno avuto, & hanno ricorſo ad pigliarne alcune copie, il che è coſa publica per tutto; in cauſa ſcientiæ quia vidit, & audivit ut ſupra, de loco, & tempore dixit ut ſupra, & aliter neſcire.*

*Super 39. dixit, che ipſo teſtimonio have viſto, & inteſo da detto tempo in qua, che alle ſcripture predette, & copie caziate da eſſe, ſi è data, & da plena, & indubitata fede in judicio, & extra, tanto in li tribunali di Napoli, quanto in altre parte, & in virtù de quelle lo caſtello de S. Angelo litigando con S. Germano ſopra il territorio ne ebbe ſententia in favore, referente lo excellente Sig. Reverteræ in ſum., & aliter neſcire. In cauſa ſcientiæ, loco, & tempore ut ſupra.*

Atque notarius Cæſar Martucius Sangermanenſis hæc juratus teſtatur.

*Super 38. dixit, che è vero, che da che ſi può ricordare epſo teſtimonio, ſimilmente have viſto, & vede, ch' in detto monaſterio nè è ſtato, & ſta uno archivio, dove ſi ſono conſervate, & conſervano gran quantità di ſcritture, come ſono regiſtri, croniche, privilegii, inſtromenti, & altre ſcripture antique, & ſe ſono conſervate, & conſervano con gran cura diligentia, & fedeltà, & have viſto, che molti particolari, & terre del regno nce zè hanno avuto recorſo, & ne hanno fatto cavare molte copie, & epſo teſtimonio proprio ne ha cacziate infinite, come perſona publica, & queſto anno proprio have viſto epſo teſtimonio, che venne in monte Caſſino un homo da parte de ſua Santità ad pigliare molte copie de ſcritture, & privilegii antiqui, che ſtanno in detto archivio, che crede foſſero ſtate in ſervizio della ſede apoſtolica, a le quale ſcritture, & copie de eſſe have viſto, & inteſo epſo teſtimonio, che ſi è data, & da plena, & indubitata fede, tanto in Judicio, come eſtra, tanto in li tribunali di Napoli, e del regno, come in Roma, & in virtù di quelle ſi è ſententiato pro, & contra le parti litiganti, & maſſime ſopra le lite de confine, atteſo nzè ſta un regiſtro de tutti li confini dell' Abbadia predetta, & altre terre, & aliter neſcire. In cauſa ſcientiæ, quia vidit, interfuit, & audivit ut ſupra, de loco, & tempore, dixit ut ſupra.*

Eadem aſſerunt notarius Benedictus de Sanctis, Hieronymus Venturinus annorum octuaginta ſeptem nobilis Sangermanenſis. Johannes Nicolaus de

de Raymundo Archipresbyter S.Petri in fine, Bernardinus Bianco &c.

Et a Delegato Auditoris Cameræ Apoſtolicæ,

Eadem demonſtravit cœnobium Caſſinenſe anno 1533. ante Hieronymum della Marra Archidiaconum Sueſſanum delegatum auditoris R. Cameræ apoſtolicæ, pluribus allatis teſtibus, quos inter, novem erant Sangermanenſes presbyteri, aut notarii, ab eoque Archidiacono Abbas commendatarius S. Benedicti de Capua, quo cum lis erat pro canone Caſſinatibus ſolvendo, damnatus eſt ob monumenta, & ſcripturas ab archivo Caſſinenſi erutas. Eadem evicit cœnobium noſtrum in ſacro conſilio anno 1555. in cauſa finium inter oppida S. Petri in Fine, & Miniani, plurium teſtium presbyterorum, qui in dignitate erant conſtituti, depoſitione, potiſſimum Antonii Cece, Aloyſii de Toto Primiceri S. Germani, Aloyſii de Ruberto &c. Atque in regia camera in cauſſa Portulaniæ an. 1559., ubi præcipue art. 17. declaravit, aſſeruitque plurium teſtium depoſitione, inter alia monumenta in archivo Caſſinenſi aſſervata, quibus fides ſemper utpote authenticis, & legalibus ſit adhibita, numerari regeſta primum, & ſecundum Bernardi Abbatis, primum, & ſecundum Thomæ Abbatis, & Abbatum Angeli, Andreæ, Henrici, Ludovici, Johannis Aragoniis, Johannis de Medicis, aliorumque; quorum, aliorumque monumentorum authoritate, quæ ab archivo noſtro extracta ſemper fuere, cauſæ nobis adjudicatæ, etiam contra regium fiſcum, ut fuſius in Diſſertatione prima. Pluries id ipſum in ſacro conſilio, regia camera, aliiſque in tribunalibus probatum eſt, quod enumerare omittimus, ne tædium lectoribus ingeramus.

BREVIS

Digitized by Google

# BREVIS DESCRIPTIO
# CIVITATUM CASSINI,
## SANCTI GERMANI ATQUE CASTELLORUM,
### Pagorumque Ditionis Sacri Monaſterii Montis Caſſini.

I. PRima omnium poſt Sacrum Caſſinenſe cœnobium, dignitate, ac veteri amplitudine ſua in ditione noſtra præeminet urbs Caſſini ad montis cognominis latus, quam variis pro temporum diverſitate nominibus inſignitam, author eſt Petrus Diaconus in vita SS. Dionyſii, & Demetrii, ubi S. Martyrem catenis vinctum cum duobus ſociis ductum refert ad Conſulem, *qui Sacrificio Jani præerat in Eraclea arce Campaniæ, quæ ab aliis Caſca, a Romanis vero Caſinus appellabatur*. Et infra: *Nocte autem Chriſtiani venientes tulerunt corpora eorum & cum digna reverentia in caſtro Caſino civitatis Eracleæ ſepelierunt*. Hæc Petrus Diaconus; alterque Petrus Diaconus Senior in vita S. Athanaſii epiſcopi Neapolitani hæc ſcribit. *Sepultus eſt beatiſſimus Chriſti confeſſor Athanaſius epiſcopus apud caſtrum Caſinum civitatis Eracleæ*. Undenam vero Heracleæ nomen, cujus nulla apud veteres mentio, repetiverint laudati ſcriptores, incompertum, quo loco, quamvis ſatis exploratum non ſit, undenam hauſerit Petrus urbem, quam Romani Caſinum dixerant, Eracleam fuiſſe nominatam, illud tamen certo certius eſt vetus propriumque nomen a Romanis inditum oppido, quod ab aliis olim Caſca appellatum fuerat. Quinam vero illi ex Varrone diſcere eſt in libris de Latina lingua, in quibus *Caſco* vocis antiquiſſimæ non tam ſignificationem, quam originem ex vetuſtiſſimis authoribus derivatam oſtendit. *In carmine*, inquit Varro lib. 6. de ling. latin. editionis Venetæ Aldi Manutii, & Andreæ Soceri an. 1513. *Priami apud Accium, quod eſt veteres Caſmenas Caſcas res volo profari, & primum, caſcum ſignificat vetus ejus origo Sabina, quæ uſque radices in oſcam linguam legit. Caſcum vetus eſſe ſignificat. Enni. quod ait, quamprimum Caſci populi genuere Latini, eo magis Manilius quod ait, Caſcum duxiſſe Caſcam non mirabile eſt, quoniam canoras faciebat nuptias. Item oſtendit Papinii epigrammatum, quod in adoleſcentem fecerat Caſcam. Ridiculum eſt cum caſcum tua Caſca dicit. Amica Philoptonis, ejuſque ſenex puerum, dicit puſum, puellam, puſam. Sic fiet mutuam mulinam, ut ſis vere puſus tu tua amica Senex. Item oſtendit, quod oppidum vocatur Caſſinum. Hoc enim a Sabinis orti Samnites tenuerunt, ut noſtri. Unde & Caſſinum forum vetus appellant. Item ſignificant in Attelanis aliquo Pupum Senem, quod oſci caſnar appellant*. Nimirum, quod vetuſtiſſimum erat Caſini oppidum, & a Samnitibus ad Romanos derivatum illud per Sabinos, & Volſcos ad Oſcos, uſque indigenas Italiæ populos originem ſuam referebat, quorum lingua primo ei nomen impoſitum eſt.

II. Situm eſt Caſinum in latere excelſi montis inter Orientem æſtivum, & meridiem, quo loco ſitus diſtenditur in quaſi planitudinem, & declive per tria fere milliaria. De eo ita Gregorius Dialog. lib. 2. c. 8. *Caſtrum namque, quod Caſinum dicitur in excelſi montis latere ſitum eſt, qui videlicet mons diſtenſo Sinu hoc idem caſtrum recipit*. Verum Caſini ſitum nullo melius, quam Strabone de ſitu Orbis lib. 5. authore cognoſcimus, qui de illo ſic ſcribit: Caſinetus.
ἐπ' αὐτῆς δὲ Λατίνης, εἰσὶν ἐπίσημοι κατοικίαι, καὶ πόλεις, Φερέντινον, Φορϋσινον, παρ' ἣν ὁ Κόσας ῥεῖ ποταμὸς· Φαβρατερία, παρ' ἣν ὁ Τρῆρος ῥεῖ. Ἀκύινον μεγάλη πόλις ἐστί, παρ' ἣν ὁ Μέλπις ῥεῖ ποταμὸς μέγας· Ἰντεράμνιον, ὃν ἐν συμβολῇ δυοῖν ποταμῶν κείμενον, Λίριός τε καὶ ἑτέρου. Κασῖνον, καὶ αὕτη πόλις ἀξιόλογος ὑστάτη τῶν Λατίνων. *In ipſa via Latina ſunt nobilia oppida, atque urbes Ferentinum, Fruſinon, quod Coſa amni alluitur, Fabreteria, quam Trerus fluvius præterfluit, Aquinum urbs magna, juxta quam Melphis fluvius magnus labitur. Interamnium ſita urbs ad confluentes duorum fluminum Lyris, & alterius. Caſinum ipſa quoque memorabilis, & Latinarum ultima*. Scio vulgata exemplaria longe aliter, ac noſtra fert lectio, locum Strabonis afferre, & quo loco nos Caſinum legimus, illic eos Caſſini vocem apponere, Caſini nomine flumen alterum cenſentes, juxta quod Interamnam poſitam eſſe ex Strabonis loco affirmant. At Strabonis locus corruptus in vulgatis exemplaribus, ita reſtituendus videtur, ut jam ſupra monuimus, idque pluribus ſuadetur argumentis. Primo enim quamvis fluvius non deſit Caſini nomine nuncupatus: at tam falſum eſt illum Interamnam alluere, quam quidem veriſſimum a memorata urbe, & loco, quo olim poſita illa erat aliquot milliariis abeſſe. Ubi enim Interamna olim, illic ex una parte Lyris, ex altera vero oram alluit parvulus quidam amnis vulgo *Leſogne*, qui proinde Straboni forte ignotus proprio nomine indicari non potuit, & ſub alterius nomine indigitatus eſt. Quæ quidem ratio, & conjectura magis exinde roboratur, quod ſecus turpi errore detentum fuiſſe Strabonem affirmandum foret, cum Interamnam Caſſini flumine concluſam affirmat eodem flumine longe ab Interamna diſſito, ut jam diximus.

Secundo *Caſinum* in memorato Strabonis loco legendum eſſe, non vero Caſini, ratio illa quoque demonſtrat, quia alioqui Strabo Caſini flumine memorato, ne verbum de Caſini urbe protuliſſet, quam in Latii deſcriptione omittere integrum illi non erat. Fuiſſe enim Caſinum in Latio novo antiquam, & magni nominis urbem conſtat loculentiſſimis

tiſſimis veterum, & recentiorum teſtimoniis, Plinii lib. 3. cap. 5. & lib. 7. cap. 4. Columellæ apud Baudrand; Geograph. tom. 1. verbo Caſinum, Livii lib. 9. Dec. 1. cap. 19. Varronis de ling. latin. lib. 6. & RR. lib. 3. cap. 4. Melæ, Tullii ipſo Planco, & Philipp. 2. Silii Italici lib. 4., & lib. 12. de Bell. Punic. Sexti Julii Frontini lib. 3. de coloniis, Velleji Paterculi lib. 1. Hiſtor. Roman. Honuphrii Panvinii Imperii Roman. col. 30. Sigonii de antiq. Jur. Ital. lib. 2. c. 5., Leandri Alberti de deſcript. Ital. pag. 224. a tergo edit. Venet. an. 1551. Philippi Ferrarii lexic. Geograph. verb. Caſinum; Antonii Caraccioli in Vit. S. Antonini in Adnot. not. 3. p. 51. edit. Neapolitan. an. 1626., Camilli Peregrinii in Apparat. ad antiquit. Campan. felic. diſcur. 1. nu. 7. in fin. p. 43. edit. Neapolitan. CIↃ IↃ CLI. Michaelis Antonii Baudrandi Geograph. To. I. verb. *Caſinum*, Jo. Mabillon. Annal Benedictin. To. I. lib. 3. A. Chriſt. IↃXXVIII. nu. 5. p. 55. aliorumque. Omiſiſſet vero Strabo in ſua Latii deſcriptione Caſinum, ſi memorato loco non *Caſinum*, ut par eſt, ſed *Caſini* legeremus, eamque vocem ad flumen referremus. Noſtræ certe lectioni adſtipulantur duo bibliothecæ Mediceæ codices, quorum uterque non *Caſini* in ſecundo caſu, ſed Caſinum in recto habet, nam in primo ſig. nu. 40. Plutei 28. ſic legas: Ἰντεράμνιον, ὃ ἐν συμβολῇ δυοῖν ποταμῶν κείμενον, Λείριός τε καὶ ἑτέρον Κάσινον καὶ αὐτα πόλις ἀξιόλογος ὑστάτα τῶν Λατίνων. *In altero ſignato nu. 5. ejuſdem Plutei:* Ἰντεράμνιον, ὃν ἐν συμβολῇ δυοῖν ποταμῶν πείμενον, Λείριός τε καὶ ἑτέρου Κάσινον, καὶ αὐτος πόλις ὑστάτη τῶν Λατίνων. Quas variantes lectiones acceptas referimus viro e congregatione noſtra doctiſſimo ac amiciſſimo Virgilio Valſecchio in accademia Piſana S. Scripturæ interpreti. At fortaſſe non deerit qui præfatis conjecturis, & argumentis manus dare detrectabit, regerens non omiſiſſe Caſinum Strabonem, qui paulo ante locum illum, de quo ſermo eſt, dixerat: *Media eſt latina*, (via) *quæ in Appiam incidit ad Caſinum urbem diſtantem a Capua decem, & novem ſtadiis*. Namque & hic quoque Strabonis textus corruptus, emendanduſque eſt. *Caſilinum* enim, non autem *Caſinum* legendum eſſe, nemo ibit inficias, qui Strabonis verba accurate expenderit, & diſtantiam, qua memorata urbs a Capua abeſſe dicitur. Namque *Caſilinum*, non autem Caſinum a Capua decem, & novem ſtadiis abeſſe conſtat, duobus ſcilicet milliaribus cum dimidio, cum e contra Caſinum non duobus, aut tribus, ſed triginta quinque milliariis a Capua abſit. Quantum ad modo aſſerta attinet, videndus etiam eruditiſſimus Camillus Peregrinius, qui omnia fuſe perſequitur. Reſtitutus ergo, & mendis repurgatus Strabo Caſinum Latinarum urbium ultimam, nec poſtremi nominis edocebit. Quod colligere eſt etiam ex iis Strabonis verbis, quæ ſupra adductis immediate ſubjungit, nimirum. Τὸ γὰρ Τέανον τὸ καλούμενον Σιδικῖνον ἐφεξῆς κείμενον, ἐκ τοῦ ἐπιθέτου δηλοῦται, διότι τῶν Σαδικηνῶν ἐστίν, οὗτοι δὲ Όσκοι, Καμπανῶν ἔθνος ἐκλελοιπός. ὥστε λέγοιτ' ἂν τῆς Καμπανίας, καὶ αὕτη μεγίστη οὖσα τῶν ἐπὶ τῇ Κλατίνῃ πόλεων, ideſt: *Teanum enim Sidicinum dictum, quod ſequitur ipſo cognomento oſtendit, ſe ad Sidicinos pertinere, qui ſunt Oſci gens Campanorum ſuperſtes, ita ut poſſit Campania dici, ipſa quoque Urbium in via Latina ſitarum maxima.* Quod ſi Strabo Teanum viginti milliaribus a Caſino diſſitum Campaniæ accenſet, idque non abſque ſcrupulo, ut ipſius verba non obſcure inſinuant: *Ita ut poſſit Campania dici*; profecto neceſſe eſt, Caſinum inter novi Latii urbes enumerare.

Scio non defuiſſe eos, qui Caſinum novi Latii confinio excluderent, falſo ſubniſi fundamento, novum Latium Lyri flumine veluti ſuo proprio limite, terminatum; at Caſinum citra Lyrim poſitum. Verum hos a veritate aliena pronunciaſſe argumento illud in primis eſt, quod novum Latium longe ultra Lyris confinia protendit Strabo lib. V. de ſit. Orb. p. 231. & ſeqq. Editionis Lutetiæ Pariſiorum 1620. dum inquit: *Nunc quidem ora maritima ab Oſtia ad Sinueſſam uſque Latium appellatur prius uſque ad Circæum tantum crevit; Mediterranea quoque pauca occupavit. Poſt extenta fuit regio uſque ad Campaniam Samnites, & Pelignos alioſque Apennini adcolas, &c.* Et paulo infra: *Nunc omnia ſunt Latinorum uſque ad Sinueſſam*; Et infra: *Sinueſſa in ſinu Veſcino ſita eſt, & a ſinu nomen gerit, in proximo Terma ad quaſdam morbos pellendos efficaciſſima. Hæ ergo ſunt Latii urbes maritima &c.* Et infra: *Etiam nobiliſſima viarum ſunt Appia, Latina, & Valeria, ex his Appia Latii partes maritimas pertranſit uſque ad Sinueſſam, &c.* Straboni concinit Plinius ſecundus lib. 3. c. 5. *Colonia Minturna Lyri amne diviſa &c. Oppidum Sinueſſa extremum in adiecto Latio quam quidam ſinopem dixere vocitatam.* Rem clarius docebit Livius lib. 2. Decad. 3. cap. 10. editionis Patavii 1718. ubi in alia regione a Campania Caſinum poſitum fuiſſe expreſſe aſſerit, dum inquit: *Inter multitudinem ſociorum Italici generis, qui ad Traſymenum capti, dimiſſique ab Annibale fuerant, tres Campani equites erant multis jam tum illecti donis, promiſſiſque Annibalis ad conciliandos popularium animos. Hi nunciantes, ſi in Campaniam exercitum admoviſſet Capua potiunda copiam fore, cum res major, quam authores eſſet, dubium Annibalem, alterniſque fidentem, ac diffidentem, tamen ut Campanos ex Samnio peteret moverunt. Monitos ut etiam atque etiam promiſſa rebus confirmarent, juſſoſque cum popularibus, & aliquibus principum redire ad ſe dimiſit. Ipſe imperat Duci, ut ſe in agrum* Caſinatem *ducat, edoctus a peritis regionum, ſi eum ſaltum occupaſſet, exitum Romano ad opem ferendam ſociis interclуſurum: Sed Punicum abhorrens ab Latino nomen* Caſilinum *pro* Caſino *ducem accipere fecit, averſuſque ab itinere per Aliſanum, Calatinumque, & Calenum agrum in campum Stellatem deſcendit, ubi cum montibus, fluminibuſque clauſam regionem circumſpexiſſet, vocatum ducem percunctatur: ubi terrarum eſſet, cum is Caſilini eo die manſurum eum dixiſſet, tum demum cognitus eſt error,* & Caſinum longe inde alia regione eſſe, *virgiſque cæſo duce & ad reliquorum terrorem in crucem ſublato &c.* Si ergo Caſilinum, & Caſinum diſtinctis regionibus inerant, Caſilino in provincia Campaniæ exiſtente, Caſinum in novo Latio proinde ſitum erat. Recenſitis ſcriptoribus accedit vetuſtus author, qui poſt Conſtantini tempora floruit, Servius Honoratus eos omnes, qui Latium Lyri flumine concluſerunt

Perperam Latio a quibuſdam excluſus.

mani-

manifeſte refellens, dum inquit: *Latium duplex eſt, unum a Tyberi uſque ad Fundos, aliud inde uſque Vulturnum*. Quod ergo ad Vulturnum uſque Latium protendebatur, illud Lyris confinio concludi minime poterat. Poſtremo Latium Lyris interceptum limitibus diſſuadent antiqua urbes Aquinum, & Interamna, quæ unanimi veterum conſenſione Latio accenſitæ erant, & citra Lyrim poſitæ, & eorundem rudera noſtris quoque temporibus argumento ſunt.

Campaniæ deinde adſcriptum Caſinum.

Hæc habuimus, quibus abſurdam eorum opinationem refelleremus, qui Latium Lyri flumine terminarent, nunc de Caſini ſitu illud etiam non omittendum, ſequiori ævo Campaniæ regioni ex Latio fuiſſe adnumeratum. Docet id re, & nomine magnus Gregorius Pontifex Dialog. Lib. 2. cap. 28. his verbis: *Eodem quoque tempore, quo alimentorum inopia Campaniam graviter affligebat, vir Dei diverſis indigentibus monaſterii ſui cuncta tribuerat, ut penes nihil in cellario niſi parum quid olei in vitreo vaſe remaneret*; Et paulo ante lib. 2. c. 21. *Alio igitur tempore in eadem Campania regione fames incubuerat, magnaque omnes alimentorum indigentia coanguſtabat, jamque in Benedicti monaſterio triticum deerat*. Subſcribit Gregorio author actorum SS. Dionyſii, & Demetrii, qui vulgo Petrus Diaconus junior eſſe cenſetur circa medietatem duodecimi ſeculi florens. *Vinctum* (inquit) *catenis cum duobus ſociis ſuis duxerunt ad Conſulem, qui ſacrificio Jani præerat in Eraclea arce Campania, quæ ab aliis Caſca, a Romanis vero Caſinus appellatur*.

Quo tempore Latium dici cœptum Cāpania.

At fortaſſe non deerit qui curioſius exquirat, quo præſertim tempore Latium ſuo dimiſſo, Campaniæ ſit nomen adeptum. Res quidem haud difficilis erit veterum authoritates expendere non detrectanti. Viſum fuit Sirmundo Latii nomen in Campaniæ alterum conceſſiſse, tum primum cum Conſtantini tempore Italia denuo in varias provincias diſtributa eſt. Opinionem ſuam ita exprimit Sirmundus in Propemtico lib. 1. cap. 9. de prima ab Auguſto inſtituta regione diſſerens: *Tunc quidem* (ait) *nec Latii, nec Campaniæ nomen tulit, poſtea vero cum Italia in provincias diſtributa eſt, tota in Campaniæ nomen conceſſit, & a Campaniæ Rectore adminiſtrata eſt*. Hæc Sirmundus, cui lubenter ſubſcriberemus, niſi aliorum nos authoritas hærentes, atque in ferenda ſententia ancipites faceret. Illud extra dubitationis aleām poſitum eſſe exiſtimaverimus, Italiam Auguſti temporibus in undecim regiones diſtributam, earum primam, ut Plinius ſecundus teſtis eſt lib. 3. Hiſtor. cap. 5. Campaniam, Picentinos, Samnii partem, Latiumque vetus, ac novum complexam fuiſſe; quare Auguſtus inditum Latio nomen non immutavit, ejuſque tempeſtate jamdiu Latii nomen uſurpatum vigebat adhuc, nec dum in illud Campaniæ conceſſerat. Præſtat Plinii verba proferre: *In prima regione præterea* (inquit) *fuere in Latio clara oppida &c.* Sed & Latii nomen poſt Conſtantini tempora perſeveraſſe adhuc, nedum modo laudati Plinii, qui non parum a Conſtantini temporibus aberat, ſuadet authoritas, verum Strabonis, Serviique Honorati ſupra adductis manifeſtiſſimis authoritatibus comprobatur. Quibus addendus venit Jacobus Gothofredus in commentario ad legem XII. de pœnis codicis Theodoſiani tit. 40. lib. 9. ubi hæc habet: *Ex his omnibus liquido conſtat, qua ratione Latium Campaniæ acceſſerit, & ut ea acceſſione Latii nomen non obſoleverit &c.* & infra: *Ex his liquet Latii nomen, & poſt Conſtantini ſeculum manſiſſe, ut in deſignanda Epiſcopi Romani, ita & in Præfecti urbis, diœceſi. Quoad ultimum hæc lex noſtra teſtatur, &c.* Lex de qua hic mentio a Gratiano Imperatore condita eſt anno tercenteſimo ſeptuageſimo octavo; Conſularem Campaniæ reſpicit, quod ipſemet teſtatur Gothofredus. Statuit ille hunc, Conſularem ſcilicet, nec in Latio majorem habere animadverſionem, nec in Latium relegare poſſe, quamvis Latii adminiſtrationem obtineat, quia certa conditione id habet. Rem omnem in medio relinquere neceſſe eſt, quam definire haud difficile fuiſſet, ſi itinerarium illud, quod vulgo ſub Antonini nomine circumfertur, abſque ulla dubitatione Antonino adſcribere poſſemus. Verum de illius authore diverſimode ſentiunt hiſtoriæ, & criticæ ſcientiæ periti, ut quiſque videre poterit apud eruditiſſimum Gherardum Joannem Voſſium de Hiſt. Latin. lib. 3. Gaſpar Barthius in opere ſuo quod adverſariorum commentariorum ſcripſit lib. 45. cap. 13. expreſſe illum Antonino abjudicat, ubi de ejuſdem Itinerarii authore ita pronunciat: *At poſt Conſtantini tempora ſcripſiſſe docet, ubi de Thracia agitur*.

Peregrinius refellitur.

Parum igitur ſtabili fundamento nititur cœteroqui accuratus Camillus Peregrinius Campan. felic. ſerm. I. dum ejuſdem Itinerarii innixus authoritate ejuſque verbis demonſtrare contendit Campaniam Antonini temporibus ex Hadriani Imperatoris inſtitutione comprehendiſse nedum Latium novum, ac vetus, ſet & Picentinos, Hirpinoſque, atque uſque ad equum Tuticum (*hodie Ariano*) in Apulia perveniſse.

Et Eginhardus.

Parum cum ſupra adductis convenire videtur Eginhardus Caroli M. notarius in Annalibus Reg. Francorum To. 2. ubi inquit: *Carolomannus Romam profectus, dimiſſa ſeculari gloria, habitum mutavit, & in monte Soracte monaſterium in honorem S. Silveſtri ædificavit, ubi quondam tempore perſecutionis, quæ ſub Conſtantino facta eſt, S. Silveſter latuiſſe fertur, ibique aliquandiu commoratus meliori conſilio hoc loco dimiſſo ad monaſterium S. Benedicti in Samnio provincia juxta Caſinum arcem conſtitutum venit*. Quod etiam iiſdem ferme verbis repetit in Vita Caroli Magni. Sed quamvis non nihil ſubinfeſtus aliiſque contrarius videatur Eginhardus, facile in concordiam adducitur, ſi dicatur, Caſinum in Samnio poſuiſſe, illum reſpiciendo ad Beneventanum Ducatum intra cujus fines Caſinum temporibus Eginhardi continebatur.

Modo in Provincia Terræ laboris eſt Caſinum erat quod Montis dicea.

Quod priſcis temporibus Latio novo accenſitum fuerat Caſinum noſtris hiſce temporibus in provincia Terræ laboris numeratur. His de Caſino oppido ejuſque ſitu productis fortaſse non inutile erit illorum oſcitantiam radarguere, qui memoratum Caſini oppidum non ad radices, & latera montis dejiciunt, ſed ad ipſius cacumen attollunt, ibique ſtatuunt fuiſse illud, ubi cœnobium S. Benedictus ædificavit. Profecto mirari ſubit abſurdam horum hominum opinationem, qui ſi vel leviter ad ipſa Gregorii verba intendiſſent

Dialog. lib. 2. c. 8.

ani-

Digitized by Google

animum, deprehendiſſent caſtrum, quod Caſinum dicitur, in excelſi montis latere ſitum fuiſſe; Oraculum vero S. Martini, & S. Johannis a divo Benedicto extructum, ubi in montis verticibus infidelium multitudo ſacrilegis Apollinis ſacrificiis inſudabat. Ergo Caſinum tandem a divi Benedicti monaſterio diſſitum erat, quantum montis ſummitates in altum ad tria milliaria adſurgentes ab ipſius latere, & radicibus diſtabant. Quod ſi adhuc in ancipiti verſetur aliquis, nec plene ſuaſum illud habeat, audiat is iterum ſanctum Doctorem ejuſdem lib. cap. 35. manifeſte noſtram ſententiam edocentem: *Statimque in Caſinum caſtrum religioſo viro Theoprobo mandavit, ut ad Capuanam urbem ſub eadem nocte tranſmitteret*. Vides Caſſini caſtrum a divi Benedicti monaſterio longo diſſitum intervallo. Quis vero unquam Gregorii dictis fidem adhibere renuat, qui divi Benedicti geſta omnia ipſius diſcipulis ennarrantibus optime noverat? quique a divi Benedicti ætate non multum diſtans ex oculari inſpectione, & Caſſinenſis cœnobii ſitum, & Caſini oppidi locum ignorare non poterat? Gregorio injurius eſſem, ſi quæ de Caſino loquitur ipſe, aliorum vellem teſtimonio confirmare; verum adſtipulatores commemorare fortaſſe ſupervacaneum non erit. Subſcribunt vero Gregorio Leo Oſtien. in chron. Caſſinen. lib. 1. cap. 32. & lib. 2. cap. 25., Richardus a S. Germano in Hiſt. ſua ad an. 1192., & 1208., Anonymus Caſſinenſis ad an. 1208., Diplomata quoque ſumm. Pontificum Nicolai II., & Alexandri II. Parcimus aliorum authoritates & rationes congerere, ne videamur in re tam dilucida operam ludere. Dantem Parad. cant. 22. placet addere eruditionis magis alendæ, quam rei confirmandæ ſtudio.

*Quel Monte, a cui Caſin' è in sù là coſta*
*Fù frequentato già in ſu la cima*
*Dalla gente ingannata, e mal diſpoſta.*

III. Ad Samnites olim perveniſſe Caſinum teſtis eſt etiam locuples M. Terentius Varro lib. 6. ubi ait: *Quod oppidum vocatur Caſinum, hoc a Sabinis orti Samnites tenuerunt.*

Et Romanis.

A Samnitibus ad Romanos devenit Caſinum, quod etiam qua tempeſtate factum ſit, prorſus ignoratur, illud eſt vero ſimile, contigiſſe poſtquam a Romanis primum in Samnites mota rupto in ſpeciem defendendi Campanos inito olim inter ſe fœdere ſocietatis, & amicitiæ, quod referente Livio factum anno U. C. 412., Marco Valerio Corvo tertium, & Cornelio Coſſo conſulibus.

Caſinum Romanorum colonia.

IV. Poſtquam Caſinum in Romanorum poteſtatem devenit tum agri amplitudine, ac feracitate, tum urbis ipſius magnitudine, Romanorum colonia effecta eſt L. Papirio Curſore, & C. Jun. iterum Coſſ. anno U. C. 441., quo tempore Sen. conſulto ſtatutum eſt, Caſinum Romanorum colonia mitteretur, quod reipſa ſequenti anno ab U. C. 442. ſuccedentibus conſulibus M. Valerio, & Publio Decio Triumviris executioni demandatum eſt cum Romanorum quatuor millia Caſinum miſſa fuerunt. Meminit de hac colonia Livius lib. 9. *Differt.* Dec. 1. cap. 19. *Et Interamnam, & Caſinum ut deducerentur colonia ſen. conſulto factum eſt: ſed Triumviros creavere, ac miſere colonorum quatuor millia inſequentes conſules, Marcus Valerius, Publius Decius*. Agit quoque de hac colonia Honuphrius Pavinius de imperio Romano pag. 60. *Eodem anno*, ait, *quo Interamna deducta colonia fuit Caſſinum*. Hanc militum fuiſſe coloniam docet Frontinus de colon. p. 5. edition. Pariſien. 1588. *Caſinum oppidum*, inquit, *milites Legionarii deduxerunt, iter populo non debetur, & quiſque prout agrum occupavit tenet & poſtea limites formari juſſit promerito*. Militares coloniæ a Romanis deductæ fuerunt, ut veteranis militibus, & militari labore confectis ſolatio eſſent, & adjumento. De colonia apud Caſinum fidem faciunt vetuſti lapides, quos infra una cum aliis referemus.

V. Labente ævo Caſinum oppidum a Romanis municipii honore donatum eſt: docet id in primis lapis apud Cluverium: lib. 3. cap. 8.

QUINC. IN MUNICIPIO SUO CASINI.

Teſtatur id quoque Tullius pro Gn. Planc. Orat. 31. p. 2. orat. hiis verbis: *Jam municipio conjunctione etiam vicinitatis . . . . . . . . . . nemo Arpinas, nemo Soranus, nemo Caſinas, nemo Aquinas: totus ille tractus celeberrimus Venafranus, Aliphanus tota denique illa aſpera, & montuoſa, & fidelis, & ſimplex, & fautrix ſuorum regio ſe hujus honore ornari, ſe augeri dignitate arbitrabatur; iiſdemque nunc amuncipiis abſunt equites reipublica collegationis teſtimonio, nec minore nunc ſunt ſollicitudine, quam tunc erant ſtudio*. Ex eodem Tullii teſtimonio Caſinum inter municipia recenſet Panvinius col. 30. in imperio Romano. Tempus, quo Caſini oppidum municipii fuerit honore dignatum, ſtabilire res obſcura eſt admodum. Non aſpernanda eorum videtur eſſe conjectura, qui id in annum 663. ab U. C. conjiciunt, nimirum cum confecto ſociali bello Romæ conſules imperabant Luc. Cornel. Cinna, & Cajus Octavius teſte Floro Hiſtor. lib. 79. & 80. dum inquit: *Lucius Cornelius Cinna cum pernicioſas leges per vim atque arma ferret, pulſus urbe a Cn. Octavio collega bellum urbi intulit. Italicis populis a Senatu civitas data eſt. Cinna, & Marius fugati ab Octavio conſule deceſſerunt*. His Flori verbis conſona ſunt alia Velleji Paterculi lib. 2. *Converſus Druſi animus ad dandam civitatem Italia jampridem tumeſcens bellum excitavit Italicum, petebant enim eam civitatem, cujus imperium armis tuebantur*; Et infra: *Finito ex maxima parte Italico bello, quo quidem Romani victis, afflictiſque, ipſi exarmati quam integris univerſis civitatem dare maluerunt. Conſulatum inierunt Lucius Pompejus, & Lucius Cornelius Sulla, qui conſulatum anno ab U. C. 662. geſſerunt*. Ad hanc vero maxime tempeſtatem referendum eſſe, quod municipium a Romanis Caſini oppidum factum ſit, ſuadent exempla. Certe Neapolim circa ea tempora municipium a Romanis factum, M. Tullius teſtis eſt locuples lib. 13. Epiſtolar. epiſt. 24. *Lucius*, inquit, *Mallius eſt Soſis, is fuit Catinenſis, ſed eſt una cum reli-*



Digitized by Google

*quis Neapolitanis civis Romanus factus, Decurioque Neapoli. Erat enim adſcriptus in id municipium ante civitatem Soſiis, & Latinis datam.* In tanta rerum tam longe a noſtris temporibus diſſitarum obſcuritate conjecturis manus dare haud eſt irrationabile firmioribus, & clarioribus veterum deſtituti teſtimoniis.

Situ urbis allecti Romani plures coeunt.

Jam vero municipii honore decorata Caſini civitas Romanæ urbis optimates allexit, eoſque ad vitam Caſini traducendam pertraxit. Eſt hic præ reliquis commemorandus celeberrimus ille Marcus Terentius Varro tum propriis, tum aliorum teſtimoniis immortalitati commendatus, Libet Ciceronis de eo verba Accademic. quæſtion. lib. 1. fere in princip. in medium producere, quibus Varronem noſtrum inſigni, & meritiſſimo elogio cumulat.

*Tum ego, ſunt inquam, iſta Varro; nam nos in noſtra urbe peregrinantes, erranteſque tamquam hoſpites tui libri quaſi domum deduxerunt, ut poſſemus aliquando qui & ubi eſſemus agnoſcere. Tu atatem patria, tu deſcriptiones temporum, tu ſacrorum jura, tu ſacerdotum munera, tu domeſticam, tu bellicam diſciplinam, tu ſedem regionum, & locorum, tu omnium divinarum, humanarumque rerum nomina, genera, officia, cauſas aperuiſti plurimumque poetis noſtris, omninoque latinis & literis luminis attuliſti, & verbis; atque ipſe varium, & elegans omni fere numero poema feciſti, philoſophiamque multis locis inchoaſti ad impellendum ſatis, ad docendum parum. Cauſam autem probabilem tu quidem affers &c.* Hic ergo Marcus Terentius Varro Caſini villam Romana magnificentia conſtructam habuit, cujus admirandum plane opus muſis adeo, omnibuſque ſcientiis, teſte Tullio Philippic. 2. haud elegantius quiſquam deſcribere poterit præ authore ſuo Marco Terentio Varrone, qui lib. III. de re Ruſtica cap. V. p. 197. ſic loquitur: *Tu dic illud alterum genus Ornithonis, qui animi cauſa conſtitutus a te ſub Caſino fertur, in quo diceris longe viciſſe non modo archetypon inventoris noſtri ὀρνιθοτροφίου M. Lenii Strabonis, qui Brundiſii hoſpes noſter primus in periſtylo habuit exhedra concluſas aves, quas paſceret objecto rete, ſed etiam in Tuſculano magno ædificio Luculli. Cui ego: Cum habeam ſub oppido Caſino flumen, quod per Villam fluat liquidum, & altum, marginibus lapideis, latum pedes LVII. & e villa in villam pontibus tranſeatur, longum P.* DCCCCL. *directum ab Inſula ad Muſæum, qua eſt fortaſſe ab imo fluvii a Vinio fluvio, ubi confluit altera amnis ad ſummum flumen ubi eſt Muſæum. Circum hujus ripas ambulatio ſub dio pedes lata denos. Ab hac ambulatione in agrum verſus, Ornithonis locus ex duabus partibus dextra, & ſiniſtra maceriis altis concluſus. Inter quas locus, qui eſt Ornithonis patet in latitudinem Pedes XLVIII. deformatus ad tabula literaria ſpeciem cum capitulo forma qua eſt quadrata, patet in longitudinem P. LXXII. qua ad capitulum rotundus eſt P. XXVII. Ad hac ita ut in margine quaſi infimo tabula deſcripta ſit ambulatio ab ornithone plumula, in qua media ſunt cavea, qua iter in aream eſt. In limine in lateribus dextra, & ſiniſtra porticus ſunt primoribus columnis lapideis, intermediis arbuſculis humilibus ordinata, cum a ſumma maceria ad opiſtylium tecta porticus ſit rete cannabino & ab epiſtylio ad ſtylobatem, ha ſunt avibus omne genus opplata, quibus cibus miniſtratur per retem, & aqua rivulo tenui affluit. Secundum ſtylobatis interiorem partem dextra, & ſiniſtra ad ſummam aream quadratam e medio diverſa dua non lata ſed oblonga ſunt piſcina ad porticus verſus. Inter eas piſcinas tantummodo acceſſus ſemita in tholum, qui eſt ultra rotundus columnatus, ut eſt in ade Catuli, ſi pro parietibus feceris columnas. Extra eas columnas eſt ſilva manu ſata grandibus arboribus tecta, ut infima perluceat, tota ſepta maceriis altis. Intra tholi columnas exteriores lapideas, & totidem interiores ex abiete tenues, locus eſt P. V. latus. Inter columnas exteriores pro parte reticuli e nervis ſunt, ut perſpici in ſilva poſſit, & qua ibi ſunt, neque avis eas tranſire. Intra interiores columnas pro pariete rete aviarium eſt objectum. Inter has & exteriores gradatim ſubſtructum, ut θεατρίδιον avium: mutuli crebri omnibus columnis impoſiti, ſedilia avium. Intra retem aves ſunt omnes genus maxime cantrices, ut luſciniola ac merula quibus aqua miniſtratur per canaliculum, cibus objicitur ſub retem. Subter columnarum ſtylobatem eſt lapis a falere pedem & dodrantem alta: ipſum falere ad duos pedes altum a ſtagno latum ad quinque, ut in culcitas, & columellas conviva pedibus circumire poſſint. Infimo intra falere eſt ſtagnum cum margine pedali, & inſula in medio parva. Circum falere, & navalia ſunt excavata anatium ſtabula. In inſula eſt columella, in qua intus axis, qui pro menſa ſuſtinet rotam radiatam, ita ut ad extremum ubi orbile ſolet eſſe acutum, tabula cavata ſit, ut tympanum in latitudinem duo pedes, & ſemipedem in altitudinem palmum. Hac ab uno puero qui miniſtrat ita vertitur, ut omnia una ponantur, & ad bibendum, & ad edendum, & admoveantur ad omnes convivas. Ex ſuggeſto faleris, ubi ſolent eſſe περιπετασματα, prodeunt anates in ſtagnum, ac nant, e quo rivus pervenit in duas, quas dixi piſcinas, ac piſciculi ultro, ac citro commeant, cum & aqua calida, & frigida ex orbi ligneo, menſaque quam dixi in primis radiis eſſe epitoniis verſis ad unumquemque factum, ſic ut fluat in convivam. Intrinſecus ſub tholo ſtella lucifer interdiu, noctu heſperus, ita circumeunt ad infimum hemiſperium, ac moventur, ut indicent, quot ſint hora. In eodem hemiſperio medio circum cardinem eſt orbis ventorum octo, ut Athenis in horologio, quo fecit Cipreſtes. Ibique eminens radius a cardine ad orbem ita movetur, ut eum tangat ventum qui flet, ut intus ſcire poſſis &c.* Fuit hæc Varronis ſtudiorum Muſæum, in quo ſeveriores muſas lectioni, & ſcriptioni præſertim deditus Varro excoluit, unde merito conqueritur Cicero Philippic. 2., & M. Antonii Conſulis libidine profanatam illam dolet, inquiens: *Ab hac religionum perturbatione advolas in M. Varronis ſanctiſſimi, ac integerrimi viri fundum Caſſinatem*, Et infra *At quam multos dies in ea villa turpiſſime es* per-

*perbacchatus? Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur. O tecta ipſa miſera quam diſpari domino! quamvis quomodo iſte dominus? Sed tamen quam a diſpari tenebantur? Studiorum enim ſuorum Marcus Varro voluit eſſe illud, non libidinum diverſorium; quæ in illa villa ante dicebantur? quæ cogitabantur? quæ Litteris mandabantur? Jura Populi Rom. monumenta majorum, omnis ſapientiæ ratio, omniſque doctrina.* Verum de hac ſermo erit iterum cum de Caſini reliquiis paulo infrà agemus. Interim de regione ipſa, in qua Caſini civitas poſita erat, nonnulla attingamus.

Caſini Regio & ager.

VI. Juvat ad uberiorem urbis Caſini notitiam de natura agri, ac ſoli amœnitate, in quo oppidum ipſum poſitum erat, aliquid adducere. Eſt ager Caſini ferax, & amœnus, quod a temporibus ſuis cecinit Silius Italicus, dum lib. 12. de Bello Punic. verſ. 527. inquit: *Nimphiſque habitata Caſinis Rura*. Caſinenſis agri fertilitatem teſtatam quoque habet Tullius orat. contra Rul. de leg. Agrar. hiſce verbis: *Denique eos fundos, quos in agro Caſinati optimos, fructuoſiſſimos continuavit &c.* Aeris naturam indicat memoratus ſupra Silius dum ait: lib. 4. verſ. 227. *Et nebuloſi rura Caſini*. Oleum ex Caſinati agro proveniens, Varroni lib. II. rerum human. maxime commendatur apud Macrobium in Saturnalibus lib. 3. c. 16. En Varronis verba: *Ad victum*, inquit, *optima fert ager Campanus frumentum, Falernus vinum, Caſinas oleum, Tuſculanus ficum, mel Tarentinus, piſcem Tyberis*. Ager hic aquarum decurſionibus abundat. C. Plinius Veronenſis Natural. Hiſt. lib. 2. c. 3. inter aquarum fontium, fluminumque miracula celebrat Caſini ſcatebram frigidam æſtivo tempore uberiorem. *In Caſinate*, inquit, *fluvius appellatur Scatebra frigidus abundantior æſtate*. Supereſt adhuc noſtra ætate ſcatebra iſta, de qua Plinius. Erumpit illa ad radices montis in S. Germani fontibus, eo præſertim loco, quem indigenæ S. Thomæ appellant, & *li Monticelli*, ſeu villam M. Varronis, quibus æſtuante ſole prægelida, atque perennis e ſcatebra erumpit aqua, ut fuſius in fluminum deſcriptione dicendum. Habet ager hic ſulphureas itidem aquas, quæ per aliquod ſpatium decurrentes, tandem in amnem influunt, quem Caſini nomine appellant indigenæ. Nulla ex parte in Caſinati agro aquæ non erumpunt. Ab Oriente fluvius, cui nomen Rapidus oram alluit, ex occidentali parte paulo ante memoratus Caſini fluvius emanat, qui ortum ſuum ibi maxime ſortitur, ubi regionis Incolæ *Caput Caſini* dicunt. Ad Orientem vergens hic alias ſecum adjungit aquas, quibus plurimum intumeſcens deniq; in Rapidum ſe exonerat. Non procul a Montis radicibus inter ortum, & meridiem Latomias videre eſt, e quibus lapis effoditur, quem alabaſtritem vocant colore malum cydonium imitantem, unde vulgo: *cotognino* dici ſolet. Nil mirum ergo, ſi Caſini ager ferax, & frumento in primis, omnigeniſque oleribus abundans, frugibus quoque, ac fructibus, belli furores, atque hoſtium incurſiones non ſemel paſſus eſt? legere eſt apud Livium Annibalem, Caſinenſem agrum fuiſſe depopulatum. *Annibal*, inquit Livius Decad. 3. lib. 6. cap. 6. *quo die Vulturnum eſt tranſgreſſus haud procul a flumine caſtra poſuit; poſtero die præter Cales in agrum Sidicinum*

*Diſſert.*

*pervenit ibi diem unum populando moratus, per Sueſſuldnum Aliſanumque, & Caſinatem agrum via latina ducit, ſub Caſinum biduo ſtativa habita, & paſſim populationes facta. Inde præter Interamnam Aquinumque in Fregellanum agrum ad Lyrim fluvium ventum.* Quoniam vero de via Latina præfato Livii loco mentio eſt, ad rem noſtram faciet de ea aliquid hoc loco dicere.

Via Latina.

Latina via ab urbe Roma per Aquinum excurrens, Caſinum, Teanum, Cales, Appiæ viæ ad Caſilinum jungebatur. Manent nunc quoque integri ejus tractus iique nec breves, potiſſimum in Cœparani Sylva, in agro Aquinate, S. Gregorii, Pediſmontis, Plumbariolæ, & S. Petri ad monaſterium, ſeu Caſſini, uſque ad Capuccinorum conventum, atque ſex fere miliaribus ab Aquino ſumptis ſemper intacta. Hinc inter fines alios Caſtelli S. Gregorii nunc diruti in privilegio Hugonis, & Lotharii an. 492. hæc leguntur: *Incipiente ab ipſa imagine marmorea, quæ dicitur homo mortuus ſita juxta viam ſilicatam, quæ appellatur Campanina*: & infra: *Et deſcendit directe uſque ad viam ſilicatam, quæ dicitur campanina, juxta prædium epiſcopii Aquinatis &c. & intrat in viam ſilicatam dictam campaninam, & deinde vadit directe per ipſam viam, uſque ad prædictam imaginem marmoream.* In Finibus Pediſmontis ejuſdem viæ mentio eſt cum dicitur: *A prima parte incipiente eſt via ſilicata in loco, qui dicitur caput Caſini &c.* & poſt multa: *Uſque ad viam ſilicatam prope imaginem marmoream, ſitam juxta dictam viam ſilicatam, quæ imago dicitur: homo mortuus. A quarta parte eſt ipſa via ſilicata, quæ dicitur via campanina tranſiens infra confines dictorum caſtrorum (ſ. Pedemontis, & S. Petri ad Monaſterium ſeu Caſini) & civitatis Aquini, & currit per ipſam viam ſilicatam uſque ad campum, qui dicitur campus Cavacicius, qui eſt in territorio caſtri Plumarolæ prope dictam viam ſilicatam, quæ confinat cum territorio civitatis Aquini: deinde pergit per dictam viam ſilicatam confinando cum dicto caſtro Plumarola, uſque ad priores fines prope fontem capitis Caſini.* Atque in illis Plumbariolæ a Bernardo Abbate an. 1278. deſcriptus habetur. *A prima parte incipiente ubi ſita eſt eccleſia S. Thomæ juxta aquas Caſini, & deinde pergit per viam ſilicatam, quæ dicitur campanina &c.* Amiſerat nimirum via Latina inditum a vetuſtate nomen, atque in illud campaninæ commutaverat, quod a campania Romana in Capuanam ducat. Modo via Romana dicitur, quemadmodum & Appia. In agro Terruculi ad radices montis, cui caſtellum imminet, prope flumen, tribus circiter a S. Germano lapidibus, Latina iterum via viſitur, quæ a prædio cœnobii noſtri dicto *la Foreſta* incipit, ac milliario percurrit. Ejus mentio eſt in finibus Terruculi a Bernardo Abbate deſcriptis cum habetur: *A ſecunda parte incipiente ubi dicitur Ponte marmoreo, & aſcendit ad viam ſilicatam, & vadit ad S. Mariam de Spiritu Sancto, & directe vadit per ipſam viam &c.* Et in illis S. Angeli: *A prima parte incipiente ubi dicitur, Ponte marmoreo juxta flumen Lyris, deinde vadit per viam antiquam ſilicatam, & aſcendit uſque ad eccleſiam S. Mariæ de Spiritu Sancto. A ſecunda parte incipiente a ſupradicta eccleſia S. Mariæ, &*

*vadit per viam Silicatam uſque ad Pontem Fagium &c.* Eadem iterum incipit in agro S. Victoris illi Terruculi contermino in radicibus montis, *di Porchia*, uſque ad veterem tabernam, atque hinc ad eccleſiam S. Cataldi in agro S. Petri in fine, percurritque ad Montem Leucium in agro Minianenſi, deindeque aliis in locis in agris Marzani, Cajanelli veteris, & Theani ſupra, infraque Urbem, atque viam, quæ ad Capuam ducit, pluraque etiam ejus rudera ſuperſunt in agro Calvenſi. Antequam vero huic de Caſinati agro narrationi finem addam, illud prætereundum non eſt quod narrat Plinius lib. 7. cap. 4. *Ex Annalibus Romanorum mutuatum, Publio Licinio Craſſo & C. Caſſio Longino Coſſ. Caſini puerum factum ex virgine ſub parentibus juſſuque aruſpicum deportatum in inſulam deſertam.*

Caſini ædificia vetuſtate exſciſa quæque adhuc ſuæ magnitudinis veſtigia demonſtrant. Floruit Caſinum, donec Romana reſpublica Imperii faſcibus potita eſt, & ſequiori ævo barbarorum Ghotorum nempe Italiam devaſtantium ſævitia, & armis ſub Theoderico gentis illius principe concidit equata pene ſolo. Inter deplorandas ruinas vixdum gramine, ac ruderibus obtectæ celebriorum ædificiorum ſuperſunt reliquiæ vetuſtæ magnitudinis teſtes fidiſſimæ, quibus illud Maronis Emiſtichium exprimi quodammodo videtur. *Fuit Ilium.* Placet harum ſeriem producere.

Templum. I. Videre ibi eſt adhuc integrum templum, (cuinam Deorum Gentilium illud ſuperſtitio dicarit, incertum) ex ingentis magnitudinis lapidibus ſcalpro elaboratis, invicemque aptatis compactum, atque artificioſa proportione abſque cœmento, ſeu calce conjunctis. Crucem figura refert, habetque in medio concameratum fornicem quatuor feneſtris præditum, ex quadratis & ipſum lapidibus, e quibus in templo quidam duodecim fere palmos ſunt longi. Prope templi januam parvum ſacrarium, in quo veteres tres figuræ Monachorum Caſſinenſium barbatæ ſupra, infraque labia cum acuminatis caputiis. Etruſci ordinis eſt templum illud; nam magnis, quadratiſque lapidibus uſos in ædificiis ſuis Ethruſcos, oſtendit mihi dum viveret familiaritate conjunctiſſimus Præſul Jo: Ciampinus P. I. Vet. monimentorum cap. 8. p. 66., & ſeqq. ubi vetuſtiorem ipſis Ethruſcis hunc fuiſſe uſum ex authoritate colligit Gregorii Turonen. qui lib. 1. c. 10. ait: *Super ripam vero ejus non Babylonia, de qua ſupra meminit, ſed Babylonia civitas collocatur: in qua Joſeph Horrea miro opere de lapidibus quadris, & cœmento ædificavit: itant ad fundum capaciora, ad ſummum vero conſtricta ſint, ut per parvulum foramen ibidem triticum jaceretur, quæ horrea uſque hodie cernuntur.* Pavimentum ſimilibus ſaxis apte invicem conjunctis ſtratum eſt. Longitudo Neapolitanis palmis ſexaginta duobus, latitudo quadragintatribus menſuratur. Altitudo, & latitudini, & longitudini peræque reſpondet. Illud pluribus jam elapſis ſæculis ad huc integrum perſeverans Caſſinatium religio in S. Nicolai Myrenſis epiſcopi honorem dicatum Deo voluit Theobaldo Abbate, ut videre eſt apud Leonem Oſtienſem chron. Caſſin. cap. 25. lib. 2. Anno vero ſupra milleſimum ducenteſimo octavo, Roffrido Caſſinen. Abbate, ab Innocentio III. conſecratum eſt, Richardo a S. Germano, & Anonymo Caſſinen. referentibus ad memoratum annum. Modo religioſo ſtudio Andreæ Deodati Caſſinenſis primum Abbatis dehinc Roſſanenſis Archiepiſcopi humani generis Redemptori dedicatum, cujus imaginem in maculoſo marmore pictam, atque aram ex eodem genere excitandam curavit vigilantiſſimus olim Caſſini Abbas D. Gregorius Galiſius. Supra templum, ubi Heremitæ cubicula, magni quidam quadrati lapides fabrefacti viſuntur, qui, aliique omnes duriſſimi ſunt, atque hinc apud nos petra viva dicti.

II. Videre eſt in primis exciſæ turris exteriora latera, latitudine palm. XXVIII. internum ſpatium quatuordecim ex una, tredecim ex altera parte palmis menſuratur. Ad oppidi januam turris hæc poſita erat. Ejus meminit Inquiſitio facta per Andream Caſſinenſis cœnobii Abbatem, cujus autographum in noſtro archivio aſſervatur. Turris.

III. Ampitheatrum in planitie ſitum vulgo Coloſſæum reticulato opere extructum, figuræ ovalis duorum theatrorum ad inſtar, ut vox ipſa ſonat. Tot illud temporis eluctatum injuriis, adhuc fere integrum perſeverat; ſummitates profecto illius deformatæ, & eliſæ; videre attamen in eo adhuc eſt ſedilium (quæ gradatim in giro diſpoſita erant) obſcura quædam veſtigia. Catabulum etiam ſeſe prodit, ſavea nimirum illa, ſeu locus, in quo feræ, quæ pro edendis populo ludis producebantur, aſſervatæ erant, & concavitates, ſeu aquæductus, in quibus continebantur aquæ ad Naumachias. De ludis gladiatoriis, deque Naumachiis, aliiſque veterum ſpectaculis. vid. Caſſiodorus epiſt. XX. XXX. XXXII. & XXXIII. lib. I. & LI. libri IV. Editionis P. noſtri Johannis Garet Rothomagi an. 1679. Jacobus Gothofredus in Commentar. ad lib. XV. Cod. Theodoſiani. Tit. de ſpectaculis, Tit VI. de Majuma, Tit. VII. de Scænicis, Tit. VIII. de Leonibus, Tit. IX. De expenſis ludorum, Tit. X. de Equis Curulibus, Tit. XI. de Venatione Ferarum, Tit. XII. de Gladiatoribus, & liber IX. Tit. XL. leg. 8. & 11. Eruditiſſimus noſter Nicolaus le Nourry To. II. Apparatus ad Biblioth. maxim. Antiquorum Patrum Edition. Pariſienſis an. 1715. potiſſimum in Diſſertationibus ad Opera Marci Minutii Felicis qui Octavius inſcribitur, Lactantii, ac Tertulliani. Svetonius in Vit. Octaviani Auguſti, Neronis, & Domitiani, Paterculus de Regionibus urbis Romæ, Urbs Roma Panvinii p. 148. & 200. Caſaubonus Animadverſion. in Athæneum lib. VI. cap. 11. Dion. lib. 36. & 49. Valerius Max. lib. 2. cap. 4. Vellejus Paterculus lib. 2. Tit. Liv. lib. 48. Tacit. Annal. lib. 4. & 14. Plinius lib. 7. c. 30. & lib. 33. c. 2. lib. 36. capp. 2. 15. & alibi. Cicero Philippic. 2. Thomas Dempſterus de Antiquit. Roman. lib. V. c. 5., Lipſius de Amphitheatris cap. 2. & 3., aliique. Amphitheatrum altum eſt palmos LXX. ejus peripheria conſtat palmis MXII. portas habet quinque, altas palmos XXXII. latas XVI. ex vivo quadrato lapide ad inſtar pulvinaris ſtructo. In januam principem quibuſdam gradibus aſcenditur. Extrinſecus in parietum circumferentia magni lapides quidam prominent pertuſi, in quibus ligna ad carbaſa prohibendo ſoli apta ſuſtinenda ſupra amphitheatrum figere forte ſolebant veteres. Aliud ipſi nomen fuit ſæculis poſterioribus. Inſtrumentum enim, quod confectum fuit, quum anno 1239. a Petro Spatario Cajetano, Caſſin. monaſterio venditum eſt, hæc habet verba; Amphitheatrum.

*Totum*

*Totum ædificium, quod eſt ad S. Petrum in monaſterio, quod dicitur Verlaſi cum tota terra, quæ eſt infra ipſum, ædificium*. Andreas vero Ungarus, quum victoriam deſcriberet, quam Carolus Andegavenſis rex Neapolis de Manfredi militibus in planitia S. Petri ad Monaſterium anno 1266. reportaverat, ita loquitur apud Ducheſne tom. v. cap. 32. fol. 837. *qui ex ardore belli* (loquitur de Caroli militibus) *contra etiam mandatum regium die Martis diem cinerum ſine medio precedente contra Saracenos Manfredi, qui locum quemdam, qui S. Petrus, & Vuorlatium juxta eundem locum vocabatur, preoccupatum tenebant, cœperunt militariter experiri &c.* In inquiſitione tamen, quæ Andreæ Abbatis imperio facta fuit anno 1371. bonorum juriſdictionum, & reddituum, quorum in caſtro S. Petri ad Monaſterium Caſinenſi cœnobio jus eſſet hæc habentur. *Item ferragmale unum cum aranciis, & cum ædificio Verlaſciorum juxta mœnia terræ, juxta viam publicam a duabus partibus, quod Ferragmale dicitur Ortus Donnicus*. In ſecundo regeſto pariter Petri Abbatis anno circiter 1376. confecto hoc eodem appellatur nomine, habetur nempe fol. 126. a t. *Ortus donnicus cum Berlacis* fol. 184. a tergo *Verluſcios*, fol. 189. *Verlachiis &c.* Imo in inventario bonorum, quæ Eccleſia S. Petri ad Monaſterium poſſidebat anno 1432. appellatur *Verlaces*, & in inſtrumento quodam per Johannem Martucci anno 1513. rogato hæc inſunt verba; *Quoddam Theatrum vulgariter dictum li verlaſci mœnibus circumdatum &c. juxta bona Sacri Monaſterii a pluribus lateribus &c.* Legatur Q. Maxii Symmachi Mazzocchii in mutilum Campani amphitheatri titulum commentarius fol. 34. & ſequentibus, ubi ſapienter explicat, & erudite, quid ſibi velint hæc nomina, his fere ſimilia, quibus Capuanum amphiteatrum ſequioribus ſæculis fuit appellatum. Iiſdem nominibus Minturnarum, & Puteolorum Amphitheatrum indicatum legimus. Hoc eodem fere nomine Capuanum Amphitheatrum Erchempertus appellat in ſua Langobardorum hiſtoria Edition. Neapolitan. 1643. apud Camill. Peregrinium nu. 40. & 41. Johannes octavus in epiſt. 170. *Omnibus*, inquit, *epiſcopis, Cajetam, Neapolim, Capuam, Berolaſim, & Amalphim, Beneventum, & Salernum incolentibus*. Michael Monachus in Sanctuario Capuan. p. 228. *Berolaſis*, inquit, *locus eſt in Capua veteri ad S. Stephanum vulgari nuncupatione dictus etiam hodie li Vorlaſci. Anonymo Caſinenſi Borelais (Erchemperto Berelaſis) latine loquentibus Amphitheatrum, neque mirum ſi epiſcopus in Capua veteri conſtitutus Suricorum, vel Berelaſis appellabatur, cum illis in vicis Capuæ veteris eſſent inſigniores eccleſiæ*. Vide plura de hac voce apud Du-cheſne in Gloſſar. mediæ, & infimæ Latinitatis, & Antonium Caracciolum in Nomenclat. proprior. nomin. in fronte libri, in quo continentur quatuor Hiſtorici ab eo editi.

Theatrum. IV. Theatri veſtigia ad formam emicycli plures oſtendentis ordines, in quibus ſpectatores morabantur ad proſpectum ſcenæ, quæ ab uno theatri cornu ad alterum extendebatur. Erant in theatro diſtinctæ partes, ſcena nimirum, orcheſtra, proſcenium, pulpitum, podium, cavea, buleuticum, ephibium, ſubſellia & quatuordecim gradus. Theatri paries craſſitiem habet ex lateribus, exterioreſque ſuperficies reticulati operis. Quædam ibi concamerationes, quas ad recitantium commodum factas crediderimus. Longum modo illud eſt palmos tercentum quinquaginta.

V. Aquæductus, quorum modo una pars conſpicitur prope theatrum, altera aquam ad Capuccinorum conventum adducit, ſuntque altitudinis palmorum ſeptem, latitudinis duorum, e ſuperiori parte ingentibus lateritiis tegulis concluſæ. Recens inventus eſt Aquæductus alter ſuperior, priori ſimilis. Aquæductus.

VI. Sub hoſpitio Capuccinorum tres affabre elaboratæ aulæ extant optimo, & lævigato tectorio, pluraque alia vetera ædificia. Aulæ veteres.

VII. Hydrotecæ, ſive cellulæ aquariæ concinne fabrefactæ, atque optimo, & lævigato tectorio. Hydrothecæ.

VIII. Variarum ædium rudera exiguis lapidibus figuræ rhombi reticulato opere conſtructarum. Ædes.

Caſini urbem, quam ex ædificiorum ruinis uſque modo collegimus, teſtatam habent vetuſtæ quædam inſcriptiones, & marmora, quæ diverſis temporibus ſeu a nobis ipſis, ſeu ab aliis collecta in unum hic conjicere opportunum viſum eſt. Caſini magnitudinem ſuadet in primis, quod in illa Decuriones ſacris faciundis obtinuerint, ex quibus C. Ummidius C. filius, Durmius Quadratus. Habuit etiam Pontifices, quorum unus C. Caprius, C. filius. Habuit Sacerdotes, ex quibus L. Luccejus, L. filius, Hiberus, & P. Rabonius: unde nemo inficias ibit, reliquos pariter ſuperſtitionis Gentiliacæ miniſtros Caſini fuiſſe. Penes Duumviros quinquennales urbis regimen erat, ex quibus memorant lapides, quos referemus L. Luccejum Hiberum, M. Pepium matrium, & omnibus celebriorem C. Ummidium Quadratum, qui & Conſulis nomine inſignitus eſt, quem titulum an utpote Caſinati Duumviro, quo ſub Claudio, & Nerone Duumviros ſuos pluribus urbibus decorare conceſſum eſſe probat Reineſius, tribuerint veteres, an quod Conſul ſuffectus fuerit, ut oſtendit mox laudandus Noriſius, aliis decidendum relinquimus. Decuriones quoque habuit, ut probant ſequentium inſcriptionum Eagrammata L.D.D.D. Erat id proprium coloniarum, & muncipiorum habere Decuriones, ideſt Senatores, pro quibus eligendis magna cautio, curaque adhibita, ut videre eſt apud Tullium epiſtolar. lib. 6. in epiſt. ad Leptam, ubi illam admonet, lege cautum, ut qui præconium faeerent, ii Decuriones eſſe non poſſent; non vetari autem eſſe qui feciſſent. Non defuerunt Ædiles, quorum unum memorant lapides, C. Nevolejum Rufum: Patroni quoque Coloniæ inter quos L. Luccejus Hiberus, & P. Turcius Severus, Curatores Reipublicæ, quorum unus idem modo memoratus Luccejus. Fuerunt & Caſini Collegia Fabrorum, Æneatorumque, & Tribus Terentina, Stellatina, & Palatina. At en marmora, e quibus non modo præfata omnia, ſed plura etiam antiquitatis Romanæ ſtudioſis eruere faſerit. Ex Caſini ruinis ſuperſtites quædam Inſcriptiones, & marmora.



Digitized by Google

I.

Baſis lapidea, quæ nunc exſtat in Tabulario Caſinati.

IMP. CAESARI
L. SEPTIMIO . SE
VERO. PIO. PER
TINACI . AUG.
ARAB. ADIAB. PAR.
MAX. PONT. MAX.
TRIB. POT. VIII. IMP.
XI. COS. BIS. P. P.
COLLEGIUM
AENEATOR.

II.

Ibidem

FURIA . N. . . :
MATER. INFEICI. :

III.

Ibidem.

P. LUCRETI . . .
SEVIR. VIC . . .
I. CO . . . ;

IV.

Ibidem.

D. M. S
MAMMIAE. S. . .
CUNDILI . . . . .
CONIUG . . . . .
PON. . . . . . . .

V.

Ibidem.

C. VMMIDIO G. F. TER. DVRMIO
QVADRATO. COS. XV. VIR. S. F.
LEG. TI. CAESARIS. AVG. PROV. LUSIT.
LEG. DIVI. CLAVDI. IN ILLYRICO. EIVSD. ET
NERONIS. CAESARIS. AVG. IN SYRIA. PROCOS.
PROVINC. CYPRI. Q. AVG. ET. TI. CAESARIS
AVG. AED. CVR. PR. AER. X. VIR. S T LIT. IVD. CVRAT.
TABVLAR. PVBLICAR. PRAEF. FRVM. DANDI. EX. S. C.

VI.

Ibidem.

. . EDIVI CLAVDI
. VS ACCENSI DIVI
. . GVSTALES

VII.

Ibidem.

P. CAPRILIO
CASINETI. LIB
ET ALUMNO
CASINETO
VIT. AN. VII. M. II.
DIES. XVIIII.

VIII.

Ibidem.

. . . . : . . RIO . PONTIFICI
D CORRIC. . . . . . VM STATVM ITALIAE
DE LEGATV. . . . . . RINCIPVM IN PROVINCIA
INFERIOR. . . . . S. LEG. AVG. PR. PR. PROVINCIAE
RIS. GERM. . . . . NICAE EXPEDITIONIS LEGATO
IVRIDICO PER. . . . EMILIAM ET LIGVRIAM . CVRATOR
RICÆREGION. . . . IS HIPPONIENSIS PRAETORI
ROTVRMAR. . . VM EQVESTRIVM
MANTI. . . SIMO

IX.

Ibidem.

IMP. CAESARI DIVI. F
AVGVSTO
. . COS. XI. IMP. VII. . . .
. . TRIBVNIC. POTESTA. . . .
. . P. RVBRIVS M. F. MAELARBA. . . .

X.

Ibidem.

Q. HELEIVS Q. F. RVFV
SIBI ET
LOLLIAE C. F. POLLAE
VXORI

XI.

Ibidem.

C. CAPRIVS C. F. TER. C. N.
IIII. VIR I. D. ITER . . . . . Q
PONTIFEX. TR. MIL.
CERRINIA L. F. VXOR.

XII.

D. M. S
L. STAIO IVSTI
NO CONIVGI
INCOMPARA
BILI AEMILIA
TERTIA B. M. F.

XIII.

Ibidem.

D. M.
P. MARCIO FESIO
FECIT SABIDIA
VALENTINA
CONIVGI OPTIMO

XIV.

In Oppido D. Germani ad majorem Eccleſiam exſtant ſubſequentes Inſcriptiones.

HERCVLI
SANCTO SAC.
P. POMPONIVS NOE-
TVS. VOTVM SOL.
AMICOS ACC. BENE
L. EGGIO MARVLLO. ET
CN. PAPIRIO AELIANO COS
L. D. D. D. K. IVL.

XV.

Baſis lapidea ibidem.

L. LVCCIO L. F. PAL.
VMMIDIO . SE
CUNDO . DECVR
L. LVCCI. L. F. TER
HIBERI. II VIRI
ITER. Q. Q. PATRON
COL . ALVMNO
COLLEGIVM . FA
BRVM. QVIB. EX. S. C.
COIRE . LICET
L. D. D. D.

XVI.

Nuper effoſſa:

SEX. LATINI SEX. F.
SEX. N. SEX. PRO. N.
TER. SABO

XVII.

XVII.

Hæc erat Inſcriptio , quæ ſuperioribus annis viſebatur in atrio dictæ Eccleſiæ , nunc , vel Civium negligentia, vel temporum injuria conſumpta.

NERONI . . . . . .
CLAVDIO . . . . . .
CAESARI. . . . . .
GER. PONT. . . . .
TR. POT. XIII. . . .
VIII. COS. IIII. . . . .
L. STENIVS SIL. . . .
EX TESTAMENTO

XVIII.

Ibidem in Oppido incluſa parieti domus privatæ.

D. M.
FLAVIA
PHILVMENE
MATER
VIXIT. ANNIS
L X.

XIX.

Ibidem. Urna lapidea nuper effoſſa.

M. HERENNI Q. F.
CALLI

X X.

Ad domum privatam in pariete.

L. VOLVSI . Ɔ. L.
SALVI
LVVCIAE. Q. L.
MATRI
HEREDIBVSQVE
MEIS

XXI.

Manutius Orthograph. voce: Lucceius n. 2. exſcripſit Caſini

L. LVCCEIO. L. F. TER
HIRERO
II. VIR. ITER. Q.Q. PATRONO
SACERDOTI. SACROR. SAVADIOR.
CVR. R. P. INTERAMNAT. LIRIN.
EORVND. ET . PATRONO
IVDICI . CCCC . SELECTO
CASINATES. PVBL. OB. MERITA EIVS

XXII.

Exſtat ibidem in taberna quadam.

POMPEIAE
CN. F. PHOEBE
SACERDOT.
DIVARUM
D. D.

XXIII.

Ad Eccleſiam D. Mariæ quinq; Turrium.

CN. AGRIVS CN. F. POLLIO
L. LAVFEIVS L. F. APOTHECA
IIII. VIREI IOVR. DEIC.

XXIV.

Teſte Manutio Orthograph. voce : Domitius n. 15. viſebatur olim hæc Inſcriptio ſub monte Caſinate.

M. Papius . M. F. L. Matrius L. F.
duo. viri. I. D.
Signum Concordiae. ex. S. C. reſtituendum
Coerauerunt. eidemq. dedicarunt
&. baſim. gradum. aram. ſua pecunia
faciunda. coer. ieidemq. probauer.
Ad. IIII. Eid. Oct. Cn. Domit. C. Aſinio. Cos.

XXV.

CVRATORI REIPVBL.
COL. CASSINATIVM

XXVI.

L. RABANO
EQUO PUB. P.
SACERDO
CASINATES.
L. D.

XXVII.

C. NAEVOLEIO M. F. TER.
RVFO II. A. E. D. Q.
NAEVOLEIAE C. F.
PROCVLAE LABEONIS.

XXVIII.

Ad radices montis Caſinatis, ubi dicitur le Cerque dè Preti.

Q. VENAFRANI
PROBI . ET
TAMPIAE
VENVNTAE
CONTVBERN.
IN. FR. P. XII.
IN. AG. P. XII.

XXIX.

Ad radices ejuſdem, ubi dicitur la ſgrotta delli Marſella.

L. SIENIVS L. N.
PHELGOSI .·.·.·.·.·.
IN. FRONTE . P. XII.
IN. AGRO. P. XV.

XXX.

Ibidem, non longe a laudata.

PAGGIAE P. F.
DAMAIE
THEONAS
DE . SVO

XXXI.

Lapis effractus trans pontem Caſini, incluſus parieti domus ruſticæ DD. de Marſella.

M. LONCV.·.·.·.
PHILER· . .
VEIAE. P. F.·.·.
P. V. IN. AG. P.·.·.·.

XXXII.

XXXII.

Baſis dimidiata in prædio Maximini Nacci ad pontem Caſini.

X. VIR . . . . . .
CVRATOR . . . .
. . . . . .
. . . . . .

XXXIII.

In Archivio Caſinati

M. SENLIO CRISPINO
C. V. . . . . OMNIBVS. . . .
. . . . . . . . ORDO ET V.
NIVERSVS POPVLVS OB
MERITA ET LABORES EIVS
HONOREM BISELLIATVS
ET ORNAMENTA DECVRIO
NATVS GRATVITA OBTVLERVNT
QVOD OPERA THERMARVM ES-
TIVALIVM VETVSTATE CORRVP-
TA S. P. RESTITVIT EXORNAVIT.
CVS PORTICOS ETIAM CIRCVM
CINGERE ESCOLIMBVMACOLO
CONSTITVIT STATVAM AMICI
DICANDAM MEMORIAM EIVS
PONENDAM CENSVERVNT
L. D. D. D.

APRVCIAE M. F.
GALLIAE
PVBLICE

XXXIV.

In S. Germano affixa parieti domus privatæ ſitæ loco ubi dicitur S. Reſtituta.

L. PRVSINIO. L. F. PATRI
VIBVLLIAE. C. F. MATRI
L. PRVSINIO L. F. FRATRI
PRVSINIAE. L. F. SORORI
M. PRVSINIVS L. F. ET. C. PRVSINIVS
L. F. FECERVNT

XXXV.

In S. Germano eodem loco in pariete domus privatæ

L. PONTVLEIVS
C. F. TER.
POMPONIA
VXSOR

XXXVI.

In pariete exteriori Eccleſiæ S. Scholaſticæ prope fontes fluminis Caſini.

L. THORANIVS
ALEXANDER SIBI
ET LIBERTIS LIBERTAB.
SVIS

XXXVII.

In Caſtro S. Apollinaris in domo Sac. Monaſterii Caſinatis.

D. M.
CORNELIAE
PANTHERIDI
SEX. CORNELIA
PANTHERIS. NEP.
ET Q. SEXTIVS
PARIS. MATRI
INCOMPARABILI

XXXVIII.

Ibidem.

C. VALERIO
FORTVNATO
Q. VIXIT. ANN. XX
MEN. V. DI. XXV.
C. VALERIVS FOR
TVNATVS PA
TER ET TILLIANA
NARRIA MATER
FILIO OPTIMO ET. B. M.

XXXIX.

Ibidem.

SOLI INVIC
TO COMITI
AVGENIO

XL.

In Archivo Caſinenſi.

D. M. S
C. CASINIO FOR
TVNATO MIL. COH.
V. VIC. QVI VIX.
AN. XXV. MEN.

Quintam a nobis allatam inſcriptionem edidit eruditiſſimus, meique dum viveret amantiſſimus Cardinalis Henricus Noriſius de Epochis Syro-Macedonum Diſſ. 3. cap. 4. p. 156. eamque hiſce verbis explicat. *Ex hac inſigni monumento prænomen, ac familia Quadrati Syriæ Præſidis hactenus perperam in editis voluminibus deſcripta intelliguntur, ſiquidem C. Ummidius Durmius Quadratus vocabatur e tribu Terentina. Durmia gens Romana in nummis occurrit*, Ummidia *vero in pluribus apud Gruterum inſcriptionibus, aliiſque ineditis memoratur, verum in vetuſtis codicibus non ſemel recte Ummidius Quadratus Syriæ Præſes legitur. Extat in Bibliotheca mſſ. Medicea ad D. Laurentii in pluteo LXVIII. codex Taciti num.* 28. *literis Longobardicis exaratus, ubi in Lib.* 14. *legitur*. Corbulo in Syriam acceſſit morte Ummidii legati vacuam, *quæ pariter habentur in altero ibidem Codice num.* XXVI. *uti etiam in pluribus Mſſ. Vaticanis videre licet in codice Taciti nu.* 585. *inter* Urbinates, *& in duobus Vaticanis num.* 1958. *&* 3405. *Spartianus cap.* 15. *de Vita Hadriani ſcribit Numidium Quadratum, & Catilium Severum, & Turbonem graviter inſecutus eſt. Salmaſius in notis monet in Palatino codice, & veteri editione legi Ummidium Quadratum, quod & in regio volumine pariter legi teſtatur ſuis etiam in notis Caſaubonus. Erat hic alter Quadratus Prioris filius, aut certe affinis &c.* Et infra ſubdit: *In editis, ac Mſs. codicibus Joſephi quos vidi, legitur Numidius Quadratus Præſes Syriæ, qui textus ex tot aliis laudatis emendandus venit, ac præſertim ex Caſinate inſcriptione, ex qua plures* Ummidii *Quadrati magiſtratus, ac dignitates innoteſcunt. Nam ſub exitum imperii Auguſti, ac Tiberio novo Principe anno urbis* 767. *Quæſturam Romæ geſſit Conſulatu ſuffecto præfunctus, Cyprum poſtea provinciam Proconſule adminiſtravit, ac*

Le-

*Legatus a Tiberio Luſitaniæ impoſitus fuit. Idem a Claudio principe Legatus Proprætor in Illyricum miſſus deinde Syriam ejuſdem Cæſaris Legatus rexit. C. Coſcio ſucceſſor datus circa annum Vrbis* 803. *ut ex Taciti annalibus oſtendi diſſert.* 2. *de Cenotaphiis Piſanis pag.* 332. *Idem Tacitus lib.* 13. *A. V.* 808. *ac primo Imperii Neronis eodem Principe, ac L. Antiſtio Vetere Coſs. ſcribit: Syria P. Antejo deſtinata, & variis mox artibus deluſus, ad poſtremum in urbe detentus eſt; Ita diutius C. Vmmidio Quadrato Imperium in Syria prorogatum eſt, quod tandem A. V.* 813. *in Provincia cum vita reliquit, hac ſcribente eodem Tacito lib.* 14. *Corbulo in Syriam acceſſit morte Vmmidii Legati vacuam. Obiit ſeptuagenario major, ſiquidem A. V.* 767. *Quæſturam geſſerat, quæ lege annali id temporis candidatis ante annum vigeſimum quintum ætatis non dabatur. Idem autem Quadratus fuerat in urbe Ædilis Curulis Prætor, Ærarii decemvir, Litibus judicandis, Curator publicarum tabularum, Præfectus frumenti dandi, ac unus etiam ex collegio XV. Virum Sacris faciundis, & horum omnium notitiam uni Inſcriptioni laudatæ debemus &c.* Mutilum etiam retulerat Mabillonius in Itin. Ital. pag. 126. atque integram in Adden. & Corrigen. To. 2. Muſæi Italici p. 595. Alteram vigeſimam-primam, Manutius orthograph. voce, Lucceius n. 2. Gruterus refert To. I. p. 431. fig. 7. & Ganvin. p. 247. de urbe Roma. Sed poſt verbum *Judici* deſunt quatuor literæ C & vigeſimam ſeptimam. Idemque Panvinius p. 60. de Imper. Rom. ex quintadecima duos priores verſus, unumque verbum ex quinto, & aliud ex ſexto refert, quemadmodum, & vigeſimam quintam Inſcriptionem. Vigeſimam ſextam habet Gruterus To. I. p. 462. fig. 4., aſſeritque excriptam a ſe ex dimidiata baſi in Viridario palatii Monachorum Montis Caſini. An aliæ ſint editæ nobis ignotum.

Celeberrimus ob edita eruditiſſima opera nobiſque amiciſſimus Præſul Franciſcus Blanchinus To. II. p. 46., & 47. in Not. ad Vit. Pontific. Anaſt. Bibliothec. inſigne hoc monumentum refert ad Caſini urbem, aut Interamnam ſpectans; nam in domo noſtra apud Plumbariolam inter haſce urbes ſitam inventum a me eſt.

67 *C. Fontejo Capito* NE C. IVLIO RVFO COS
.... IVS PRISCVS
.... RVFVS IIII. VIR. I. D.
68 *Ti. Catio Silio Italico* VALERIO TRACHALO COS
.... TIVS TIRO QVINQ.
.... PAVLVS
69 *Imp. Ser.* GALBA. II. T. VINIO COS
.... ALVIVS VERVS IIII. VIR. I. D.
.... SRVLLVS IIII. VIR. P. L. P.
.... AIVS NIGER IIII. VIR. P. L. P.
70 *Imp. Ser. Veſpaſian*O II. TITO FILIO COS
.... IVS MACRO IIII. P. L. P.
.... FIVS LONGVS
.... S. MARCELLVS IIII. VIR. P. L. P.
.... MARITIMVS

71 *Imp. Veſpaſia*NO III. M. COCCEIO NERVA COS
C. AVILIVS OCTA.
M. CLODIVS ....
72 IMP. VESPASIANO IIII.
K. APR. C AVARIVS
AVEDIVS IVS..
73 DOMITIANO II. CAES
K. APR. TITVS ET DOM.
CN. MVMM. PIVS ...
M. BARRONIVS ....
74 IMP. VESPASIANO V.
K. APR. C TITEDIVS.
P. CORNELIVS ...
75 IMP. VESPASIANO VI.
C. VIBIVS TIRO....
C. SAFINIVS. C..

*Summam annorum* 9. *menſium* 2, *ac dierum* 10. *eſſe computandam ex proxime ſuperiori Conſulatu Capitonis, & Rufi, in quem deſinit Linus deceſſor Clementis ad conſulatum Veſpaſiani ſeptimum, quo ſignatur in laudato catalogo Liberiani Seculi finis Clementis, cum ſupra oſtenderim; confirmo nunc, ac demonſtro evidentius ex antiquo lapide Faſtorum municipalium in agro Caſinenſi reperto: ubi rationes novennalis hujuſce ſpatii utriſque magiſtratibus conſignantur, ſcilicet indicio Conſulum Romanorum, & recenſione magiſtratuum* IIII. *Virum, & quinquennalium ejus oppidi, vel coloniæ ad quam lapis pertinuit per annos ſingulos eidem ſummæ temporis reſpondente. Inde autem perſpicuum fiet, quot genuinis documentis adjuvaretur in hac præſertim Italiæ parte urbi proxima Conſularis Chronologia per ætatem Liberii, dum venuſtiſſimus ille catalogus Romanorum Pontificum ederetur antequam exteræ nationes ad perdendam, & vaſtandam Italiam advocatæ, hæc monumenta diſſicerent, ac diſſiparent.*

*Marmoream hanc tabulam fragmentum inſigne amplioris lapidis effoſſam in agro Caſinati dono olim dederat reverendiſſimus Pater Abbas D. Eraſmus Gattola, tunc Prior celeberrimi illius monaſterii, & Bibliothecarius pro eximia ſua eruditione, & rei antiquariæ ſtudio ſæpe celebratus a VV. CC. Mabillonio, & Montfauconio ſuis in Diariis Italicis, dono inquam dederat illuſtriſſ., ac Rev. Præſuli Johanni Ciampino dum ad monaſterii Caſſinen. ſacrarium utrumque noſtrum deduceret hoſpitem, & liberaliter admodum haberet ſedente Innocentio XII. Pretioſi hujus fragmenti memoria ita mihi non exciderat, ut hoc præ cæteris diligenter quæſitum inter antiquitates poſt obitum ejuſdem Præſulis diſtractas redemerim, ac reſervaverim, addendum reliquis lectioribus marmoribus ad chronologiam illuſtrandam ſtudioſe collectis ab eminentiſſimo, ac reverendiſſimo Alexandro Cardinali Albano. Ex Conſulum ſerie ſimiliter ordinata in Epigraphe apud Gruterum fol.* 299., *& ex alia ſerie conſulum magiſtratum Romæ ineuntium una cum annuis ludorum curatoribus apud Antium reperta ſimul cum fragmento Calendarii Juliani curia ſolerti, & liberalitate munifica ejuſdem principis eminentiſſimi, ante annos ſex ſuo tempore edenda, intelligimus partem eſſe faſtorum municipalium per annos ſingulos ordinariis conſulibus diſtinctos complectentium nomina* Quatuor

virum

Digitized by Google

virum Juridicundo, & Quinquennalium *ſub principibus Nerone, Galba, Othone, Vitellio, ac Veſpaſiano in eodem oppido ſeu Colonia, magiſtratu functorum. Primum par conſulum ex ſuperſtitibus in laudato fragmento indicat nomina Capitonis, & Rufi, ſeu annum Aera Chriſti communis* 67. *Neroniani autem imperii tertiumdecimum completum die III. Idus Octobris & ex die proxima quartumdecimum ineuntem, cum die XXII. Septembris Linus martyrium complevisſet, uti ex iiſdem conſulibus, termino Pontificatus Lini aſſignatis in catalogo Liberiano, perſpicuum fit. En ipſum lapidem: in quo claritatis gratia conſulatibus appoſui per cifras Arabicas numerum annorum Aera Chriſti communis quibus reſpondent.* Et infra: *Quod Panvinius aſſecutus eſt operoſa inſpectione plurium lapidum, & nummorum, unicus adſpectus lapidis Caſſinatis pleniſſime demonſtrat uſq; ad conſulatum ſextū Veſpaſiani (Aera Chriſti* 75.) *in quo completur ejuſdem imperii annus ſextus pridie Kal. Julii & inchoatur ipſis Kalendis Julii ſeptimus Tribunica poteſtatis & Imperii: &c.* pauloq; poſt p. 48. ſubdit. *Demonſtrat igitur lapis iſte Caſſinenſis, eum Pontificem, qui ſedere cœperit poſt diem XXIII. Septembris S. Lini martyrio celebratam Capitone, & Rufo conſulibus anno Chriſti* 67. *& compleverit Pōtificatus annos novem, menſes duos, dies decem antequam abdicaret; Petri ſedem tenuiſſe uſque ad diem* 4. *Decembris Veſpaſiano VII. & Tito V. Conſulibus ordinariis, & huic ſuffecto ex Kal. Julii Domitiano V. Anno Chriſti* 76. *Oſtendit pariter ſucceſſorem poſt ejus abdicationem, ſui Pontificatus exordia in proximis feſtis Paſchalibus ſignare debuiſſe anno Chriſti* 77. *Conſulatu Veſpaſiani octavo, quem antiquiſſimus catalogus Liberianus Cleto ineunti aſſignat. Pari quoque certitudine confirmat illius novennii tempora numerari ſub principibus Galba, & Veſpaſiano, & ſucceſſoris Cleti regimen recte enunciari ſub Veſpaſiano, ac Tito in libro Pontificali, extendique ad Domitiani imperantis triennium, nempe ad diem* 26. *Aprilis ejus martirio conſignatam, Domitiano IX. & Rufo conſulibus, Aera Chriſti* 83. *quemadmodum collegimus ſupra p.* 35. *Quare non dubito lectionem germanam codicis Pontificalis ex catalogo Liberii, aliiſque documentis allatis ita reſtitui debere in Clemente: Fuit temporibus Galba, & Veſpaſiani a conſulatu Trachali, & Italici, uſque ad Veſpaſianum VII. & Titum qua in exemplaribus Anaſtaſianis corrupte legitur: Fuit temporibus Galba, & Veſpaſiani a conſulatu Trajani, & Italici uſque ad Veſpaſianum IX., & Titum & in Cleto pariter reddendam eſſe: Fuit autem temporibus Veſpaſiani, & Titi, & Domitiani, a conſulatu Veſpaſiani VIII., & Titi, uſque ad Domitianum nonum, & Rufum conſules, licet corrupte legatur: Fuit autem temporibus Veſpaſiani, & Titi a conſulatu Veſpaſiani VII., & Domitiani V. uſque ad Domitianum IX., & Rufum conſules. Ipſo enim ex contextu patet fuiſſe temporibus non tantum Veſpaſiani, & Titi, ſed etiam Domitiani eum Pontificem, qui ad conſulatum Domitiani nonum, & Rufi pervenerit. Agit de eodem lapide in Appendice pag.* 221. *& alibi.*

Caſſini meminit Anaſtaſius Bibliothecarius in Vit. S. Silveſtri dum inter latifundia a Conſtantino Imperatore Baſilicæ Conſtantinianæ dono data refert: *Maſſam Trapeam territorio Caſſinenſi praſtant ſolidos mille ſexcentos, & quinquaginta*. Videatur etiam de Caſino Samuel Pitiſcus in Lexico Antiquitatum Romanar. To. I. litt. C. p. 371. & Paulus G. F. P. N. Merula Italiæ ſpecialis membro primo par. 2. p. 651. To. 3. edit. Amſtelodamen. apud Jo: Blaeu 1636. qui p. 768. male Interamnam collocat, ut cum de hac agemus. Deſcriptiſque aliquot locis ad Caſſinum hiſce verbis redit: *In Caſſinenſi caſtro, (inquit Paulus Diaconus lib.* 1. *Rer. Langobardic. cap.* 26., *quod* Narum *appellatur, dicitque quinquaginta millibus diſtare ab Sublaco, Pro* Narum *legit Abramus Ortellius* Arum *ex Floriacenſi quod* Avarum *apud Marianum Scotum, & Baurum apud Blondum lib. VI. Decad. cap.* 1. Κάσινον *Strabo praclaram Latinorum urbem vocat, & XIX. ſtadiis ab Capua diſtare ſcribit*. Narum vox eſt corrupta, ejuſque loco legendum, *quod Arx appellatur*, ut oſtendit Nuceus in not. ad lib. I. chron. Caſſ. cap. 5. nu. 519. Anterioribus vero numeris oſtenderat, *Mello* quoque dictam Caſini Urbem a Leone, cum de Giſulphi adventu agens ſcribit? *Cum per eos dies in hanc arcem Caſini, qua tunc Mello vocabatur, aſcendiſſet &c.* contenditque Mello Synonimum arci eſſe eo loco ſitæ, ubi templum, & ara Apollinis in vertice montis, in quo cœnobium S. Pater extruxerat, ut clare liquet ex titul. 2. lib. 2. Dialogorum S. Gregorii M. in pervetuſto biblioth. noſtræ mſ. cod. ſign. nu. 85. qui hujuſmodi eſt: *Vita & Miracula Venerabilis Benedicti conditoris, vel Abbatis monaſterii, quod appellatur arcis Provincia Campania*; eadem quoque nomine appellat Marcus Poeta S. Benedicti diſcipulus, cum hæc canit:

> *Hunc plebs ſtulta locum quondam vocitaverat arcem*
> *Marmoreiſque ſacrum fecerat eſſe Deis,*
> *Quod tunc ſi vero ſignaſſet nomine quiſquam,*
> *Tartareum potuit jure vocare chaos.*

Veterem quoque Caſini dignitatem, ne id etiam omittamus, commendant divitiæ, quibus ejus cives affluebant. Eos inter celebris eſt L. Rubrius Caſinas, qui hæredem ex aſſe inſtituit coſ. M. Antonium Ciceroni memoratum Philippica 2. Orat. 44. editionis Venetæ Pauli Manutii Aldi filii anno 1554. hiſce verbis: *Quam in hoc genere fateor feliciorem eſſe te, me nemo niſi amicus fecit haredem; ut cum illo comodo ſi quod erat animi quidam dolor jungeretur, te is, quem nunquam vidiſti L. Rubrius Caſſinas fecit haredem, & quidem vide quam te amarit is, qui albus, aterve fueris ignorans, Fratris filium prateriit; Q. Furii honeſtiſſimi equitis R. Suique amiciſſimi quem palam haredem ſemper factitarant, ne nomen quidem praſcripſit, quem nunquam viderat, ac nunquam ſalutaverat fecit haredem &c.* Et infra: *Quid ego iſtius decreta, quid rapinas, quid hareditatum poſſeſſiones datas, quid ereptas proferam? Cogebat egeſtas, quo ſe verteret non habebat, nondum ei tanta a L. Rubrio, non a L. Turſecio hareditas venerat, nondum in Cn. Pompei locum, multorumque aliorum, qui aberant repentinus hares ſucceſſerat.* Et infra; *Ab hac religionum perturbatione advolas in M. Varronis ſanctiſſimi, atque integerrimi viri fundum Caſſinatem: Quo jure? quo ore? eodem in*

quies

Digitized by Google

*quies quo in heredum L. Rubrii quo in heredum L. Turſecii prædia , quo in reliquas innumerabiles poſſeſſiones , &c.* De L. Marcio Philippo anno U. C. 601. cum L. Manilio Coſ. vel de ejus fratris filio Q. F. L. Marcio Philippo . . . . . . . Anno U. C. 659. Cos. cum Sexto Julio Ceſare, qui hæredem inſtituit M. Porcium Catonem Uticenſem, hæc refert M. Ter. Varro lib. III. de re ruſtica cap. 3. *Philippus cum ad Immidium hoſpitem Caſini divertiſſet, & ei ſuo flumine lupum piſcem formoſum appoſuiſſet, atque ille guſtaſſet, & expuiſſet, dixit, Peream, ni piſcem putavi eſſe? Sic noſtra ætas, inquam, luxuria propagavit leporaria, ac piſcinas protulit ad mare, & in eas pelagios greges piſcium revocavit. Non propter hos appellati Sergius Orata, & L. Murena? Quis enim propter nobilitatem ignorat piſcinas Philippi, Hortenſii Lucullorum?* Ejuſdem rei meminit Columella lib. 8. de re ruſtica cap. 16. inquiens. *Et jam cum avorum memoria circumfertur M. Philippi (velut* Urba*niſſimum, quod erat luxurioſiſſimum) factum, atque dictum. Nam is forte Caſſini cum apud hoſpitem cœnaret appoſitumque e vicino flumine lupum deguſtaſſet, atque expuiſſet improbum factum dicto proſecutus: Peream inquit niſi piſcem putavi. Hoc igitur perjurium multorum ſubtiliorem fecit gulam, doctaque, & erudita palata faſtidire docuit fluvialem lupum, niſi quem Tyberis adverſo torrente defatigaſſet.* De Philippo agit Cicero in orationibus pro Quintio, Aulo Cluentio, Cn. Plantio, Phil. 2. & in lib. de Oratore, Plinius lib. 9. cap. 54. & Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 15. ubi habet: *Piſcinas autem quam refertas habuerint pretioſiſſimis piſcibus Romani illi nobiliſſimi principes L. Philippus, & Hortenſius quos Cicero Piſcinarios appellat, etiam illud indicium eſt, quod M. Varro in libro de agricultura refert M. Catonem, qui poſt* Utica *periit, cum heres teſtamento L. Philippi eſſet relictus piſces de piſcina ejus XL. millibus vendidiſſe.* De piſce lupo hæc ait Plinius cit. loc. *Sicut lupi piſces in Tyberi amne inter duos pontes &c.* & Caſſiodorus lib. XI. cap. 4. editionis Gareſianæ: *Piſceus lupus arenis ſe mollibus, ut plumbati lini inſidias evadat, immergit: cujus ut ſuperducta retia ejus tergum fruſtra diraſerint, alacer in undas exilit, & vitati periculi gaudia liberatus agnoſcit: &c.* Quod vero Immidius Philippum Domi ſuæ exceperit, divitem admodum fuiſſe, magnique a Romanis habitum cenſendum eſt.

Caſinum ſequiori ævo celebre, Hactenus Caſini magnitudinem antiquitatis teſtimoniis indicavimus, ut quiſque fateri non recuſabit qui antiquitatis Romanæ ſtudia, vel a limine ſalutaverit, modo ſi quæ ſuperſunt ſequioris ævi argumenta, quibus Caſini dignitas, & amplitudo demonſtratur perſequemur, Caſinum magni nominis urbem quiſque fateatur oportet, qui labente ævo, orbe, & Evangelii lumine illuſtrato, propriis illam epiſcopis donatam agnoſcat. Non mediocre hoc munus erat primis eccleſiæ ſæculis peculiari epiſcopo decorari; celebrioribus namque urbibus id fuiſſe tantummodo reſervatum docet in primis Leonis epiſtola 87. ad Africanos epiſcopos; ſed & veteres canones bene multi, quos pro aſſerto eruditiſſimus Ludovicus Thomaſinus To. I. p. 1. lib. 1. cap. 54. adducit in opere ſuo de eccleſiaſtica diſciplina, quibus illa etiam adjungere ſuperfluum non erit, quæ pro re noſtra in medium affert Nicolaus Antonius in ſua Hiſpanica Bibliotheca p. 409. Sed jam res ipſa nos advocat. Caſinum qua tempeſtate primo epiſcopos obtinuerit ignotum. Ex eorum ſerie nec primum ſane, nec poſtremum ſtatuere fas eſt. De uno, aut altero memoria ſupereſt, horum prior occurrit Caprarius, qui ſeculo V. anno nimirum a Chriſti ortu 465. Kal. Decembris Romano concilio ſub Hilaro Pontifice celebrato interfuit unaque cum reliquis ſubſcripſit, ac poſt eum ſubſcripſere Januarius Præneſtinus, Conſtantinus Aquinas, Adeodatus Cumanus &c. Scio inter epiſcopos, qui memorato concilio adfuere, non Caprarium Caſſinatem, ſed Caſſitanum recenſere eruditiſſimum Labbe in opere de concil. fol. 1060 To. IV. At pace tanti viri potius cum V. Cl. Carolo a S. Paulo in ſua Geographia Sac. lib. 2. p. 55. legere malumus Caſinatem non ſtudio Caſinenſibus epiſcopum adſciſcendi, ſed veritatis. Præter enim quam quod cum Carolo ſentit etiam Holſtenius in ſua cenſura, etiam Caſſitanum epiſcopum non invenimus una cum reliquis Campaniæ epiſcopis ſubſcribentem concilio Romano ſub Felice PP. III., quod non mediocre argumentum eſt; quippe concilium iſtiuſmodi a temporibus Caprarii paucis tantummodo annis diſſitum eſt, nimirum quot enumerantur ab anno 465. ad annum 487. in quo Romanum ſub Felice convocatum fuit, cui certe ſubſcribit Caſſinenſis epiſcopus Severus, qui Caprario ſucceſſit, ut modo laudati concilii Romani acta teſtantur. Eſto vero Caſſitanum vere legerit Cl. Labbe in veteribus manuſcriptis codicibus, tamen Caſſitanum, eundem ac Caſſinatem eſſe non una evincimus conjectura. Nullibi quippe Caſſitanæ urbis mentio: neque hæc Caſſanum eſſe potuit, nam ab anno 465. ad 1059. nulla Caſſanenſium epiſcoporum mentio teſte Lucentio Tom. I. Ital. Sac. editæ Romæ anno 1704. col. 456., qui col. 454. in deſcriptione epiſcopatus Caſſanenſis dixerat: *Epiſcopalem dignitatem antiquitus obtinuiſſe opinio eſt, nullis tamen teſtimoniis rem comprobantibus. Occurrit nobis e Romano concilio habito ab Hilaro Papa anno 465. Caprarius Caſſitanus epiſcopus: fueritne Caſſanenſis hujus civitatis interpretari non audemus, cum per plura deinde ſecula nullam aliam, quæ antiqua epiſcopalia jura Caſſanenſium indicare poſſit prodant memoriam. Alia extant in Orbe conſimilis nominis urbes Caſanum Tartarorum urbs Epiſcopalis ditionis Moſcoviticæ, Caſſerenſis epiſcopus in Philippinis inſulis, Caſſinenſis quoque epiſcopus facili vetuſtiorum codicum depravatione Caſſanenſem ſimulare poteſt, quæ arbitrio prudentum examinanda linquuntur.* Si certe Caprarius Caſſanenſis fuiſſet epiſcopus mirum per ſex ferme ſecula nullam de ejus urbis epiſcopis mentionem factam. Hinc Tom. X. Italiæ Sac. N. E. col. 41. inter epiſcopos antiquati Caſinenſis epiſco-

ſcopatus numeratur Caprarius hiſce verbis: *Caprarius Caſitanus epiſcopus ſubſcripſit concilio Romano ab Hilaro ſummo Pontifice celebrato anno 465.*, quod ad aliam civitatem nomen hoc referri non poſſet. Nullam quippe apud Geographos invenies urbem in Campania, a qua denominari poſſit Caſſinatus epiſcopus, quam a memorato Caſſini oppido, ut conferre potiſſimum quilibet poteſt cum numeratis a Plinio lib. 3. cap. 5. Præter hos neminem alium adinvenire eſt, quouſque ad Johannis XXII. tempora perveniatur, ad XIV. nempe eccleſiæ ſeculum, quo ſedes epiſcopalis eo loci fixa eſt; quæ tamen diuturno non ſtetit tempore. Gothorum deinde armis evaſtatam illam, Theoderici Gothorum, & Italiæ regis temporibus credere juvat.

Quo tempore vaſtata Caſſini urbs.

Quod non levibus argumentis, & conjecturis innixum eſſe ſupremus Romanæ Rotæ Senatus (ſi quod aliud non ſuppeteret argumenti genus) oſtendit in Deciſionibus coram Albergato Decano Montis Caſinen. Præeminentiarum Veneris 30. Aprilis 1677. iis verbis; *Eccleſiam autem Caſinenſem fuiſſe cathedralem &c.* & 14. Aprilis 1679. coram eodem Albergato. Sed de tertia eodem juſdicente Albergato 27. Januarii 1681., quibus ſubnectere & alias in promptu eſſet, niſi earum ſilentio brevitati conſultum voluiſſemus. Caſini urbem proinde a Gothorum ſevitia magna fuiſſe perpeſſam nemo non dixerit; verum a majeſtate potius dejectam illam, quam omnino interciſam eſſe dixerimus. Ampliſſimam enim urbem in caſtri ſolitudinem degeneratam, & adhuc S. Benedicti temporibus ſuperſtitem teſtatur in primis Gregorius M. lib. 2. Dialog. cap. 8. *Caſtrum* inquiens, *quod Caſinum dicitur, in excelſi montis latere ſitum eſt, qui videlicet mons diſtenſo ſinu hoc idem caſtrum recipit, ſed ad tria milliaria in altum ſe ſubrigit &c.* & alibi, eodem lib. c. 35. *Statimque in Caſinum Caſtrum &c.* Quæ Gregorius, hæc eadem Paulus Diaconus de ſua ætate narrat ad an. 718. quo, ut idem Paulus Lib. 6. de geſtis Langobard. cap. 40. ait: *Petronax civis Brixianæ urbis divino amore compunctus Romam venit, hortatuque Gregorii tunc apoſtolicæ ſedis papæ Caſinum caſtrum petiit, atque ad ſacrum Corpus B. Benedicti perveniens, &c.* Sed & Anonymus Caſinenſis Giſulphi, & Scaunipergæ adventum ad Caſinum referens anno 748. *cujus*, inquit, *uxor Scauniperga nomine in urbe Caſſinatium &c.* Urbem pro caſtro dixit parum de vocis proprietate ſollicitus, niſi ad præterita magis, quam ad propria tempora reſpexerit. Concinit Leo Oſtien. in chron. Caſſinen. lib. 1. cap. V. Huc uſque Caſinum ſin minus amplitudine, & majeſtate ſaltem nomine perduravit: at ex hoc tempore cum urbis decore nomen etiam excidit, Scauniperga enim dedicato in honorem principis Apoſtolorum Idolorum templo, Caſini nomine aboleto caſtrum appellatum voluit, ut nos pluribus documentis mox indicabimus. Hoc vero divi Petri nomine Caſinum ad ſæculum XIV. incolas habuit nam an. 1388. rex Ladislaus immunitates quaſdam illi conceſſit; qui alibi conceſſerant, etſi qui pauci erant reſidui Caſini incolæ illud penitus deſeruere. Jam vero ne ficta pro certis venditare videamur, documenta dabimus, quæ Caſinum mutato nomine ſub S. Petri ad XIV. uſque ſeculum perduraſſe fidem faciunt. Profecto ad rem noſtram ſatis eſſet producere Ladislai regis Neapolitani præceptum, quo a vectigalibus, ſeu fiſci oneribus exemptos voluit cives ſancti Petri reſiduos an. 1388. regni ipſius primo ſi reſiliiſſent ut Diſſ. I. dicemus; quod eſt iſtiuſmodi: *Dudum itaque claræ mem. D. Karolus regnorum rex inclitus noſter genitor dum ageret in humanis attendens fidelitatem, & merita hominum caſtri S. Petri in monaſterium de Abbatia monaſterii Caſinenſis, quod caſtrum ad præſens exhabitatum fore dignoſcitur, omnes, & ſingulas pecunias generalis ſubventionis, ſeu collectæ per eos annis ſingulis regiæ paternæ Curiæ debitæ, & debendæ uſque ad annos duodecim remiſit, & gratioſius relaxavit, prout hæc, & alia in paternis regiis litteris proinde confectis plenius dicitur contineri. Nos igitur continuatam fidelitatem ipſorum hominum, & impenſa per eos nobis obſequia intuentes, vel maxime moti devotis ſupplicationibus R. in Chriſto Patris Fratris Petri miſeratione divina Abbatis ipſius monaſterii Caſinenſis regni noſtri Siciliæ cancellarii collateralis conſiliarii, & fidelis noſtri dilecti culmini noſtro reverenter effuſis, præfatam remiſſionis, relaxationis, exemptionis, & immunitatis gratiam per dictum q. D. genitorem noſtrum eiſdem hominibus, ut prædicitur, factam, & conceſſam, ac eaſdem paternas litteras, & contenta in eis, quarum tenorem hic volumus præſentibus noſtris litteris pro ſufficienter expreſſo, & de verbo ad verbum, annotato, tenore præſentium de certa noſtra ſcientia cum conſenſu, & auctoritate ſereniſſimæ D. Margharitæ eadem gratia dictorum regnorum reginæ reverendæ, genitricis, baliæ, et tutricis noſtræ de ſpeciali gratia confirmamus, & poteſtatis noſtræ præſidio communimus. Nec minus intendentes ipſius Abbatis contemplatione eiſdem hominibus gratiam facere ampliorem, & ut ipſi homines ad natalem patriam redire valeant, & ad priſtinum incolatum, ipſorum tenore, cum conſenſu, & authoritate præmiſſis eiſdem hominibus dicti caſtri, omnes, & ſingulas pecunias generalis ſubventionis, ſeu collectæ noſtræ curiæ per eos annis ſingulis debitæ, & debendæ ipſis annis duodecim præfinitis in ipſis paternis litteris indultis, uſque ad viginti alios annos ex tunc in antea numerandos duximus remittendas, itaquod ad illarum ſolutionem reſiduo dictorum annorum duodecim, et dictis poſtea annis viginti ſuccedentibus perdurantibus, homines ipſi nullatenus teneantur &c.* Verum ab altiori exordio rem ipſam repetere juvabit; Caſinum commutato nomine S. Petrum appellandum Oſtienſis refert in chron. lib. 1. c. 32., quo loco ſolemnem memorat Caſinenſium celebritatem, quæ ſingulis annis recurrebat, cum nimirum: *Univerſi Fratres tam de monaſterio, quod deorſum erat, quam & de hoc quod ſurſum veſtibus ſacris induti &c. & iſtis deſcendentibus, illi conjungebant ſe pariter ad civitatem S. Petri prope ipſam eccleſiam &c.* Similia habet Caſinenſis bibliothecæ pervetuſtus codex ſub num. 353. *Et Feria III. poſt Paſcha, &c. quando Monachis magna feſtivitas eſt.*

Digitized by Google

eſt. Celebritas iſta a tempeſtate uſque Theodemari Abbatis Caſinenſibus ſolemnis erat. Caſini Præſulem agebat Theodemarus anno 778. ut ipſius teſtatur epiſtola ad Carolum Galliarum regem data anno 787. in qua eadem regeruntur, *& tertia*, inquit, *Feria poſt Paſcha quando nobis magna feſtivitas eſt* &c. Ex cujus epiſtolæ verbis ſatis conſtat Caſinum mox a dedicatione templi in divi Petri honorem S. Petri nomen aſſumpſiſſe. Placet ſupralaudato Leonis teſtimonio aliud hic quoque ſubnectere ex lib. 2. cap. 25. ejuſdem chronici derivatum, nam habet idem Leo. *Quem videlicet æmulatus Theobaldus Præpoſitus ipſius, & ipſe nihilominus beato Nicolao baſilicam aptavit apud caſtrum S. Petri, quod eſt poſitum ad radicem hujus montis in Crypta antiqua ingentibus ſaxis gentilium opere perpulchro in dæmonum honore juxta ejuſdem eccleſiam B. Petri ſita eſt*. Leoni authoritatis ſuæ calculos addit Nicolaus Secundus, qui etſi commutationis illius tempora ſileat, at Caſini nomen in aliud S. Petri conceſſiſſe teſtatur luculenter in privilegio ſuo Deſiderio Abbati conceſſo anno 1059. *Caſtellum*, inquit, *S. Petri ad pedem ipſius montis, quod ab antiquis dictum èſt caſtrum Caſinum*. Nicolao Pontifici adſtipulantur Alexandri II. Urbani II. Paſchalis II. Calixti II. Clementis III. Innocentii III. Honorii III. aliorumque Pontificum diplomata, & veteres Caſinenſis hiſtoriæ Scriptores, Anonymus Caſinenſis an. 1208. Riccardus a S. Germano an. 1192. & 1208. & 1212. Andreas itidem Ungharus inter Scriptores hiſtoriæ Gallicæ allegatus a Ducheſne To. V. Scriptor. Galliæ p. 837. narrans triumphum a Carolo Neapolitano rege de Saracenis reportatum, qui S. Petri Terram, & Berolaſis, ſeu Coloſſæum cuſtodiebant. De præfato S. Petri caſtello agit quoque Bernardus in ampliſſimo, quod ejuſdem incolis exemptionis conceſſit privilegio anno 1266. ut ejuſdem Bernardi ejuſque ſucceſſorum regeſta fidem faciunt. Denique rem in propatulo eſſe ſuadent documenta omnia emptionis, venditionis, teſtamenti, &c. quæ in archivo noſtro reconduntur. Hoc autem divi Petri caſtellum pene deſolatum fuit anno 1380. ut apparet ex documento Ladiſlai Neapolitani regis, quo ejuſdem incolis omnimodam a fiſci oneribus exemptionem conceſſit anno 1388. quod jam ſupra pene integrum attulimus. Non deerant etiam poſt hæc tempora reſidui nonnulli ex S. Petri incolis, ut ex regeſtis primo, & ſecundo Abbatum Petri de Tartaris, Henrici Thomacelli, aliorumque, atque inſtrumento venditionis an. 1417. factæ ab eccleſia Matre S. Germani prædii cujuſdam Nicolao Pelliczono ex S. Petro ad monaſterium, ubi hæc ad rem noſtram leguntur: *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, amen. Anno a nativitate ejuſdem* 1417. *regnante Sereniſſima D. noſtra Johanna Secunda, &c. die vigeſimatertia menſis Maii, &c. Nos Nicolaus de Paſchali de S. Germano, per omnes, & ſingulas terras, & loca Abbatiæ Caſſinenſis ad cauſas, & contractus judex, Paulus de Nota de Caſtrocœli publicus ubilibet per totum regnum Siciliæ regia authoritate notarius, & ſubſcripti litterati teſtes ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati, D. Nicolaus Martini, D. Nicolaus Fadanno, D. Franciſcus Cola Vitti, Franciſcus Cece de S. Germano, Nicolaus Maſſus, & Antonellus notarii, Geroldi de Pontecurvo habitatores S. Germani &c. In noſtri præſentia conſtituti venerabiles viri D. Antonius Magiſtri Pauli Vicarius perpetuus S. Germani, D. Nicolaus Bacchi Archidiaconus, D. Tancredus Gittius, & D. Antonius Imbratta Primicerii dictæ eccleſiæ, ac clerici, & capitulum dictæ eccleſiæ S. Germani pro majori parte, & ſaniori in unum propterea uniti, & congregati in choro dictæ eccleſiæ ad ſonum Campanæ, ut moris eſt &c. nemine ipſorum diſcrepante, unanimiter, & concorditer &c. ſub verbo veritatis aſſeruerunt coram nobis rationabiliter &c. & pro parte dictæ eccleſiæ habere quandam terram aratoriam communem, & indiviſam cum nobili Domicella domina Maria uxore Johannis Cece de S. Germano, ſitam, & poſitam in territorio S. Petri in monaſterio ubi dicitur lo Ragine juxta rem Antonii de Caſtro novo habitatoris S. Germani, juxta formam Caſini,* juxta ſilvaticum communem hominum S. Petri in Monaſterio, *juxta rem Antonelli de Tora &c. pro evidenti reparatione dictæ eccleſiæ, & potiſſime pro Sacriſtia conſtruenda in dicta eccleſia, quam nunc apparent conſtrui, & edificari confirmaverunt &c. vendiderunt, tradiderunt, & per cartam inveſtituræ aſſignaverunt Nicolao dicto Pelliczoni de S. Petro in monaſterio, & Meulo Minano de S. Germano &c. & dictas quinque partes ex duodecim partibus dictæ terræ communis, & pro indiviſa, ut ſupra &c. francas, & liberas, ac exemptas ab omni redditu, cenſu, & onere ſervitutis, & ſine aliqua juris, & facti reſervatione præter quod uſum forte eſſet a parte monaſterii Caſinenſis &c. pro pretio, ac nomine finiti pretii &c. unciæ unius, & tarenorum viginti de carlenis argenti &c. factum eſt præſens publicum inſtrumentum per manus mei notarii ſupradicti meo ſolito ſigno, ſubſcriptionibus dicti judicis, & teſtium roboratum &c.* Ut etiam ex inventario bonorum eccleſiæ Matris S. Petri ad monaſterium ann. 1432. facto penes acta notarii Angeli Tumolilli a S. Elia inſtante D. Antonio Imbratta ejus eccleſiæ Archipresbytero; En ejuſdem aliquot verba: *Item ortus alius ſuper Verlaces, juxta ipſos Verlaces, juxta res dotales Moſcardini, rem dicti Adonulfi de Cayra, rem Maſſi, & alios confines. Item ortus unus ſitus ubi dicitur alla porta juxta viam publicam, ſeu atrium ipſius portæ, juxta hortum monaſterii Caſinenſis, juxta hortos Johannis de Meulo a duabus partibus, & alios confines. Item certa pars terræ, quæ dicitur lu Ferraynale extra dictum Caſtrum juxta aliam partem Joannis de Meulo contiguam juxta viam publicam, & alios confines. Item ortus unus cum caſalinis contiguis ſitus intus dictum caſtrum ante portam, juxta ortum Andreæ de Mauro, juxta ortum, & domum Vitti Aczarelli, juxta Caſalenum heredum Johannis Zarli, juxta plateam publicam,* & *alios confines. Item curtis una intus dictum caſtrum juxta Caſa-*

*Caſalena dotalia Jacobi de Mauro*, *domum heredum Johannis Zarli*, *domum dotalem filiorum Chriſtophori Zillantis*, *curtim Nicolai Pilliczarii*, *& alios confines*. *Item plagia una olivarum ſita*, *ubi dicitur alla Grotta collacqua juxta viam publicam a capite*, *juxta ortum dotalem Meuli Zarli*, *hortum Matthii Adonulphi*, *ortum Maſelli Adonulphi*, *ortum heredum Johannis Adonulphi juxta poſſeſſionem ipſius eccleſiæ S. Antonii*, *& alios fines*, *&c. Item Plagia alia cum certis pedibus olivarum a parte exteriori ubi dicitur S. Juliano*; *juxta muros dompnicos dicti S. Petri*, *juxta rem heredum Antonii Zarli*, *rem Jacobi de Mauro*, *rem dotalem Andreæ de Amatucio*, *& alios confines*. Et infra: *Item idem Johannes dixit tenere certa Caſalena intus caſtrum S. Petri*, *juxta caſalena Victi Aczarelli viam publicam*, *& viam vicinalem a duabus partibus*, *& alios confines*, *de quibus tenetur annuatim eidem eccleſiæ in feſto S. Petri de menſe Junii grana tres*. Et infra: *Cola Zarlo confeſſus fuit teneri dictæ eccleſiæ S. Petri pro alia medietate dictæ vineæ dotalis ſuæ*, *quam tenet & poſſidet in loco prædicto juxta viam publicam juxta mœnia dicti S. Petri*, *vineam Antonii de Staſio*, *& alios confines in grana ſeptem cum dimidio &c.* Et infra: *Nicolaus Rentius de S. Petro monaſterii debet decimam ſuper terram*, *quæ eſt ubi dicitur lu monumento juxta Caſtrum*, *juxta viam publicam &c. Hæredes quondam Letitiæ de S. Petro monaſterii*, *debent decimam ſuper terram &c. Johannes de Scholaſtica de S. Petro monaſterii debet decimam ſuper terram &c. Heredes Franciſci Broccoli de S. Petro in monaſterio debent decimam ſuper Plaja &c. Licterius S. Petri monaſterii debet decimam &c.* Anno quoque 1536. incolæ quidam ſupererant, ut in regeſtis fidæ generalis Abbatiæ Caſſinenſis apparet; Verum hi non amplius ea tempeſtate S. Petrum incolebant. Quæ hactenus monumenta protulimus, ſuperflua quidem lectori videbuntur, niſi ad noſtrum conſilium reſpexerit, quo non tam monumenta, in quibus S. Petri caſtellum memoratum legitur, indicare voluimus, quam his etiam oſtendere quam ſupino errore detenti fuerint omnes, qui Caſino everſo ex ipſius reliquiis S. Germani urbem creviſſe pronunciarunt. Ecquis enim eſt, qui non videat Caſino ad ann. 1380. & amplius ſub Sancti Petri nomine quoquo modo perdurante, neque ædificiorum materiem, nec cives unquam urbi S. Germani, quam jam uſque ab ann. 866. Bertharius Abbas excitaverat, ſubminiſtrare potuiſſe. Hoc errore lapſi ſunt Miræus lib. V. Notit. Epiſcopat. Orbis, ubi inquit: *Mons Caſinus*, *mons*, *& urbs epiſcopalis &c. urbs nunc jacet*, *ſucceſſit Fanum S. Germani ad radices Montis ædificatum*. Ughellius dum ait To. I. Ital. Sac. Nov. Edition. & ſecundo veteris: *Bertharius XIX. Abbas ann. 866. veterum Caſinenſium reliquiis ad montis pedem deductis oppidum ædificavit*, *quod S. Germanum placuit appellare*. Omittimus alios brevitatis ſtudio, neve videamur aliorum ſcripta carpendi potius, quam veritatis indicandæ occaſionem ſectari. At ſine piaculo Sangermanenſes præterire non poſſum, qui ſeu prædictorum, ſeu aliorum parum ſtabili, atque comperto ſubniſi teſtimonio jura cathedralis eccleſiæ, ut Caſſinenſi baſilicæ adempta, propriæ vindicarent, inſtituto in Romana curia litigio, perditæ cauſæ pro libito confictis rationibus utcumque ſerviebant, dum ad S. Germani civitatem una cum civibus, atque Caſini reliquiis, jura etiam Cathedralitatis perveniſſe falſo aſſerebant; at de his alibi fuſius.

Novum eſſet, illudque non leve Caſini amplitudinis, ejuſque munitionis judicium proferre, quod Mabillonius in ſuis Annalibus To. I. p. 133. de Caſino refert, ad illum nimirum Gothorum reliquias confugiſſe, muniviſſeque, eoque capto, finem bello datum; *Francis*, inquit, *a Narſete in Campania victis*, *Gotthi in oppidum Caſinum ſe receperunt*, *idque Bagnacare Brittone duce communierunt*, *Narſes ex templo locum oppugnare inſtitit*, *a quo Ragnacares colloquii copiam obtinuit*. *Sed ab eo abſque fructu dimiſſus ſagittam clam in Narſetem*, *occidendi hominis gratia jecit*, *quæ res iniqui admodum*, *ac ſcelerati exempli ita Romanorum animos inflammavit*, *ut ſagittis ipſum confoderint*; *Hoc duce extincto Gotthi viribus ſuis diffiſi incunctanter Caſinum ſeque dediderunt*. Atque hic Francici, ac Gothici in Italia belli finis fuit anno quingenteſimo quinquageſimo quinto. Verum hæc a veritate aliena eſſe mox oſtendemus Agathiæ verbis in medium productis, quæ ad rem noſtram attinent. Interim Sigonius quoque emendandus venit, qui eadem, tamquam ab Agathia derivata occinit de Occidental. imperio p. 153. & 554. At pace tantorum virorum, præſertim vero Cl. V. Mabillonii mihi dum in vivis agebat, officiorum conjunctione devinctiſſimi, Agathias nihil de Caſino habet. Scribit enim poſt commiſſam pugnam, Romanos inter Heruloſque, & Francos ad Capuam, Caſilinumque flumen, Romanos Romam rediiſſe, Gothos ad ſeptem Bellatorum millia accepta clade cum ſecum reputarent, Romanos non conquieturos, ſed non multo poſt etiam in illos irruituros in Campſas propugnaculum ſeſe recepiſſe, quod munitiſſimum erat oppidum, ac difficilem omnino aditum hoſtibus relinqueret, utpote in arduo monte ſitum, & ex omni parte abruptis petrarum aggeribus inacceſſum: *In Campſas propugnaculum ſeſe receperunt*. *Firmiſſimum enim erat*, *munitiſſimumque caſtellum*, *quippe quod in arduo Monte ſitum erat*, *& in ipſo jugo abrupta ex omni parte petræ extarent*, *ac protenderentur*, *ita ut difficilem hoſti aditum præberent*. *Eo itaque loci collecti Gothi in tuto futuros ſeſe putabant*, *& Romanis quidem ſe dedere nequaquam ſtatuerant*, *ſed omnibus potius viribus reſiſtere*, *ſi quis in ipſos iret*. Vides ut nihil de Caſino ab Agathia pronunciatum, atque ea omnia, quæ ab ipſo aſſeruntur nihil Caſino conveniant, quod non in arduo monte, neque in ipſo jugo, neque abruptis undequaque petris circumſeptum eſt, ſed in montis latere ad planitiem vergentem, declivique tumulo?

Mabillonius refellitur.

& Sigonius.

Supereſt

Digitized by Google

Supereſt uſque adhuc limen antiquæ Januæ ipſius S. Petri caſtelli, prope memoratam turrim ad meridiem. Reliquia quoque muri caſtri a loco, qui ſubtus ædiculam S. Severi dicti *ad voltam* extenditur ad limen portæ Caſini meridiem verſus, ubi & præfata turris exiſtit. Hujus parietis veſtigia ſæpe occurrunt iter facienti verſus ſolis ortum, & loci præſertim, ubi nunc prædia extant, e quibus ad Capuccinorum conventum non longe diſſitum patet aditus. De his quoque ſub nomine muri Domnici mentionem habet Andreæ Abbatis inquiſitio. Atque inter muri prædicti cortinam ad regionem pomeridianam fabrica quædam ſuperſtes.

## II. Civitas S. Germani.

Sub Montis Caſſini rupe magis Boreali ad orientem æſtivum S. Bertharius Abbas anno circiter 866. urbem excitavit, quæ monaſterium S. Salvatoris circumdaret, defenderetve, Eulogemenopolim appellatam, teſte Ignoto Caſſinenſi coævo, oculatoque apud Camillum Peregrinium in hiſt. Princ. Langobard. p. 108. nu. 19. & p. 110. nu. 27. atque Leone Oſtien. lib. I. chron. Caſs. c. 33. An poſt direptum a Saracenis ann. 883. vel 884. Cœnobium S. Salvatoris, in cujus eccleſia martyrio affecerant S. Bertharium, alioſque, urbs quoque penitus everſa ſit, incompertum. Illud tamen affirmaverimus freti authoritate Vitæ S. Nili Abbatis Cryptæ ferratæ, græce ab ejus diſcipulo edita, atque in latinum verſa a Matthæo Cariophilo Archiepiſcopo Iconienſi, ubi cum de Nili acceſſu ad Manſonem Caſſinenſem Abbatem Aligerni ſucceſſorem agitur, hæc habentur: *Cum beatus vir profectus eſſet ad ipſum, aliquando forte illum invenit in inferiori monaſterio ubi Ss. Germano ſitum eſt templum aquarum circumfluentium copia, & amenitate pulcherrimum, &c.* Neque tamen urbis meminit, quæ circa cœnobium erat poſita. Atque adeo Leo Oſtien. lib. 2. cap. 1. de inſtauratione cœnobii Caſſinenſis ab Aligerno facta ait: *Non tantum autem monaſterium, ſed & cuncta in circuitu ipſius planities, ita tunc erat Saracenorum infeſtatione deſtituta, ut rarus, imo fere nullus inveniretur, qui ſervis Dei ibi degentibus aliquod obſequium exhibere deberet*; & inferius: *Cum igitur quadam die in conſtruenda Rocca, quæ Janula nuncupatur, & eccleſia beati Germani deſuper imminet operam daret &c.* Ex quibus inferas ædificatam ab Aligerno Rocham Janulam, ideſt urbis S. Germani partem in monte ſitam, ut in hiſtoria ſæc. IX. oſtendimus, & Diſſ. I. ubi integrum dedimus Paldulphi, & Landulfi Capuanorum Principum privilegium Aligerno conceſſum, in quo hæc præ aliis habentur: *Concedimus in eodem ſancto monaſterio predicta caſtellas, & turres, quas in rebus, & pertinentiis jam fati monaſterii uſque modo conſtructa fuerunt, vel quod adhuc in antea conſtructa fuerint, ideſt ipſum caſtellum de Janula, & caſtellum de S. Angelo ad Tudici, & ipſam turrem de S. Georgium, ut amodo, & ſemper firmiter, & ſecuriter in ſuam poteſtatem, & dominacionem omnia ſupradicta habeant, &c.* Caſtellum autem ea ætate non niſi parvum vicum muris circumdatum ſignificat, ut fuſius explicabimus loco citato. Incredibile vero omiſſam in hoc privilegio ædificatæ a S. Berthario urbis memoriam, ſi tunc extitiſſet; atque Leo cum ſcribit Rocham Janulæ eccleſiæ B. Germani imminere, civitati potius dixiſſet. Rem conficere videtur idem Leo, qui lib. II. cap. 32. de Athenulpho ab an. 1011. ad 1022. Abbate noſtro, ſcribit: *Civitatem deorſum circa eccleſiam domini Salvatoris, quam ſupra diximus a S. Martyre Chriſti Abbate Berthario inchoatam ex magna parte conſtruxit.* Quo tempore, quave occaſione novum urbs Eulogemenopolis S. Germani nomen aſciverit incertum. V. Nuceus in Notis ad librum I. Leonis Oſtienſis cap. 33. ubi tamen advertas digitum tantum S. Germani Capuani epiſcopi a Ludovico II. Imperatore eccleſiæ S. Salvatoris, quæ deinceps S. Germani eſt appellata, datum.

*Eccleſia S. Germani.*

Urbs eſt hoc tempore veteri, inſignique collegiata ſub titulo S. Germani Capuani epiſcopi decora, cujus eccleſia concamerato opere ad recentioris Architectonicæ artis regulas paucis ab hinc annis conſtructa eſt, ut ſuo loco dicemus: majoremque aram, illaſque SS. Sacramenti, S. Crucis, & Deiparæ interſectis, plureſque flores exhibentibus marmoribus ornatas habet. SS. Sacramenti Sacellum dives admodum eſt, plureſque quotannis eleemoſynas erogat, quas inter aliquas nupturis virginibus dotes. Quatuor in ea eccleſia dignitates, quarum prima Archipresbyter, altera Archidiaconus, duoque Primicerii, & quatuordecim Canonici, qui omnes almutiis utuntur, octoque ſemicanonici, ſeu beneficiati, a quibus diætim ſacra officia ſatis decore, devoteque celebrantur. Curam, quam vocant habitualem populi, penes univerſum capitulum erat, quam tamen actu quatuor parochi a Capitulo ex gremio ſuo electi, atque examinati, probatique ab Ordinario obibant. At modo iis de rationibus, quas adduximus in hiſtoria, exercetur a quatuor Canonicis, qui prævio concurſu in parochos perpetuos evadunt. Quadrageſimæ tempore quotidie in ea collegiata conciones ſacras publice habet electus ad id eccleſiaſticus ab Abbate Caſſinenſi, illique civitas eleemoſynam tribuit. Seminarium totius diœceſis Caſſinenſis in ea Urbe poſitum clericorum numero, rectaque ſpiritualium, temporaliumque rerum adminiſtratione ſpectatum, treſque Conventus extra mœnia, nempe Prædicatorum, Conventualium, & Capuccinorum, intraque urbem Sanctimonialium Ordinis noſtri monaſterium, ſub invocatione S. Scholaſticæ, atque aliud Virginum Capuccinarum conclave ſub regula Sancti Franciſci tituli S. Mariæ Gratiarum. Plures laicorum ſodalitates, & congregationes, unaque clericorum, & noſocomium infirmis excipiendis, & peregrinis. Frequens populus, plureſque familiæ a multis jam ſæculis nobilium more viventes, quas inter aliquæ parum a cetera aliarum urbium nobilitate differunt. Hiſce adnumeranda Cedronia gens Marchionatu Rocæ Evandri, initiſque cognationibus cum Borbonia ex Monte, Carra-



Digitized by Google

Carrafa, aliiſque familiis celebris. Cujus modo caput Marchio D. Dominicus Cedronius elapſis annis Præſes fuit provinciæ Tranenſis, ejuſque frater Dominicus ex Prædicatorum Ordine Provincialis Neapolitanæ provinciæ inauguratus Bituntinus epiſcopus ſancte obiit ſummo in omnibus deſiderio de ſe relicto. Alexander etiam eorum avunculus Referendarius utriuſque Signaturæ fuit plurimi ob pietatem doctrinamque factus; Magnam modo de ſe expectationem omnium animis excitat egregius adoleſcens Eques Hieroſolymitanus Fr. Antonius memorati Marchionis filius. Haud ſecunda eſt gens Summa, e qua ortus Johannes Andreas, quem Johannes Aragonius dum Cardinalis eſſet, atque Ferdinandi I. Neapolitani regis parentis ſui locumtenens generalis, & Abbas Caſſinenſis fiduciarius hiſce titulis ſcribit in ea epiſtola, qua jubet poſſeſſionem ſuo nomine ineat deſtructi Plumbariolæ oppidi; *Nobili, & egregio viro Johanni Andreæ de Summo de S. Germano Commiſſario noſtro fideli dilecto ſalutem in Domino ſempiternam*, Cardinali præiverat Henricus Thomacellus Caſſinenſis Abbas, qui anno 1399. eodem nobilitatis titulo decoravit Franciſcum Summum bulla, quæ incipit. *Nobili viro Cicco Summo de civitate S. Germani fideli, & familiari noſtro dilecto &c.* ubi quaſdam illi Immunitates concedit. Idem Cardinalis Aragonius Antonio Marzella cancellario diœceſis, ditioniſque noſtræ eorumque redditus dono dedit, quod ratum habuit Joannes Mediceus, ut Diſſert. I. diximus. Extinctas hic alias, vigenteſque omittimus Sangermanenſium familias, de quibus mentio toto hoc opere recurrit. Noſtra certe ætate Galaſſiorum gens Auditores regiæ Audientiæ, miniſtroſque Sereniſſimi Parmæ Ducis protulit, atque doctor Joſeph de Antone Auditor fuit regiæ Salernitanæ Audientiæ, pluraque obiit a rege, Comiteque Stabuli Columna demandata ſibi munera. Id quod aliis etiam hujus urbis civibus evenit. Franciſcus Ponarus Prothomedicus regni fuit, modoque plures U. J. Doctores vivunt, quos inter Emanuel Galaſſus inſignis collegiatæ eccleſiæ S. Germani Archipresbyter, curiæ ſpiritualis Caſſinenſis Auditor, atque judex, & examinator Synodalis, Livius Roccoſenſis ejuſdem eccleſiæ Archidiaconus, Benedictus Simeonius, & Franciſcus de Antone Primicerii, qui tres examinatoris etiam ſynodalis munere funguntur, Carmelus de Tarſia canonicus, Coſmas Atella canonicus præbendæ Theologalis, Gaſpar Pantaleoni, Joſeph Grimaldus, Bonifacius Ciminus, Marcellinus Galaſſus, Thomas Ponarus, Nicolaus Patinus, Nicolaus, & Germanus de Tarſia, Joſeph Maſciola, Antonius Maria Riccardus, Marcus Antonius Riccardi Sac. Theol. doctor, canonicus, & examinator Synodalis, plureſque alii Romæ, ac Neapoli brevi U. J. lauream adepturi. Plures quoque Medici, nempe Bertharius Armannus, Jo: Petrus de Tarſia, Alexander de Portu, Antonius Caſarus, Thomas Marraconus, decem, & amplius notarii, & quinque aromatariæ officinæ. Plures e Sangermanenſibus Regulares, eoſque inter quidam dignitatibus inter ſuos decorati.

*Populi industria.* Induſtrius ejus populus inter artes alias optimos acus efficit, qui antequam Belgici in regnum inveherentur plurimi ab omnibus habiti, præter alias urbibus omnibus communes. Plures ibi amplæ domus quibus præeminet hoſpitium Caſinenſe, in quo ſtatis anni temporibus ad ſubditorum utilitatem degit Abbas noſter cum miniſtris aliquibus, atque urbis, totiuſque ditionis noſtræ Gubernator,

Mercimoniam ibi valde anterioribus etiam ſæculis viguiſſe oſtendit, quæ modo etiam extat Mercatorum Amalphitanorum nomine appellata area. Singulis anni Sabbatis Forum, ſeu Mercatus habetur, ſtatiſque temporibus nundinæ, potiſſimum Kal. Octobris. Urbis ager frugum omnis generis feraciſſimus, nedum flumine Rapido alluitur, ſed magna etiam aquarum copia pluribus in locis exundante. Plures hinc prodire viri eruditione, ac dignitatibus eccleſiaſticis, laiciſque, obitiſque magiſtratibus illuſtres, ut ſuo loco diximus. *Viri celebres.* Quare maximi momenti privilegiis ob incolarum fidelitatem, ſtrenuitatemque ditata urbs eſt a Regibus, atque Abbatibus noſtris, quorum aliqua modo etiam vigent, eaque inter, ſolvendi regiæ curiæ nonniſi medietatem foci, quo tamen, aliiſque oneribus privilegiorum vi immunes, omnino eſſe deberent. *Privilegia regum, et Abbatum.* Multa quoque illuſtria hic geſta, ut pax inter Gregorium Nonum, & Federicum II. Imperatorem, primaque clades a Carolo Andegavenſi Manfredo illata, Alphonſi Aragonum regis adventus, quo urbem a Riccio de Montenigro obſeſſam liberaret, præter aliorum Pontificum, Imperatorum, Regumque moram in ea factam. Ejus ſuburbium extra portam S. Matthæi incoluere Græci non modico certe numero, cum proprium Archipresbyterum habuerint, ut diximus.

*Pagus Cairæ.* Multi olim pagi in Sangermanenſi territorio extabant, quæ iiſdem cum urbe privilegiis fruerentur, nempe Farignola, Foreſta, Matronola, Tora, S. Laurentius, Peula, modo unicus Cairæ ſupereſt ad radices montis cognominis, qui etiam S. Baſilii dicitur ab parochiali eccleſia, quam, hominesque gubernat unus e canonicis collegiatæ eccleſiæ S. Germani, qui beneficium ſub titulo S. Baſilii poſſidet, ſuique loco, ne choro deſit deputat œconomum ab Ordinario Caſſinenſi approbatum; Indolis indigenæ optimæ, prædiaque omnis generis fruge ditiſſima.

*Lacus.* Hoc anno 1724. non longe a Caira nocte inter diem 18. & 19. Februarii ingenti ſtrepitu, quem incolæ terræmotum eſſe ſuſpicati domos reliquerant, octo tumulorum terra, quorum unuſquiſque nongentas Neapolitanas octo palmorum ulnas amplectitur, in imum ad perpendiculum ſubſidere viſa eſt eo in loco, quo arbores quædam erant. Profunditas ad nonaginta Neapolitanos palmos protenſa ſtatim pluribus aquarum ſcaturiginibus in laterum circumferentia poſitis, impleri cœpta, creſcente in dies ita aqua, ut poſt menſem nonniſi quinque circiter palmis a communi prædiorum ſuperficie diſtaret. Univerſa lacus circumferentia ducentum ſeptuaginta quinque Neapolitanis

ulnis

Digitized by Google

ulnis conſtat; diameter ab ortu ad occaſum centum vigintiquatuor circiter, & tranſverſarius centum trigintanovem circiter.

### III. Caſtellum S. Eliæ.

Oppida S. Eliæ. Oppidum S. Eliæ in amœno tumulo ſitum primum ab Ignoto Caſſinenſi circa medium ſæculum nonum memoratur, atque an. 1057. a Victore II. in diplomate, quod in Differt. I. dabimus, & a Leone Oſtienſi lib. 1. c. 35. & lib. 2. c. 13. Quatuor ibi parochiæ, in quibus præter parochos Canonici, ſeu beneficiati conſtituti, qui tamen omnes in eccleſia principe S. Blaſii quotidie divina officia ita perſolvunt, ut ſi deſit aliquis, diſtributiones quotidianas amittat. Quadrageſimæ tempore quotidie in ea eccleſia ſacras conciones habet electus ab Abbate Caſſinenſi, cui Commune eleemoſynam perſolvit. Noſocomium etiam plureſque laicorum ſodalitates, atque eccleſiæ in hoc oppido poſitæ quas inter in ejus agro nobilis illa S. Mariæ de Olivella ſatis locuples. Frequens ibi populus, pluresque vetuſtæ civileſque familiæ, quæ redditibus ſuis vivant, eoſque inter Medicinæ doctores, aromatarii, notarii, pictores, omniſque generis artifices, atque chartaria, pannariaque officinæ. Quidam inde epiſcopi orti, ut ſuo loco diximus. Fertiliſſimum ejus agrum, copioſis aquis, flumineque alluitur ſalaribus, ſeu tructis ſtellulis aureis conſperſis nobile.

### IV. Caſtellum Cerbarii.

Cerbarii. Cerbarii in tumulo etiam poſiti meminit Victor II. cit. loco, & Leo Oſt. lib. II. cap. 69. & 72. ad ann. 1040. Duæ ibi parochiæ, Archipreſbyteralis S. Mariæ in cœlum Aſſumptæ, & Abbatialis S. Pauli apoſtoli; ambæ receptitiæ, amplectuntur nempe cives omnes, qui ſacris initiantur: ita tamen, ut presbyteris dividat pro æquali parte, & portione ſtabilia bona, quæ poſſidet, & emolumenta, quæ ipſi proveniunt, quocunque tandem proveniant nomine; diaconis vero, & ſudiaconis emolumentorum partem dumtaxat. Exercetur animarum cura per eccleſiarum Archipresbyterum, & Abbatem, quibus propterea quædam præ aliis dantur. In iis ſingulis quotidie plures eccleſiaſtici divina officia rite perſolvunt, ut diſtributiones quotidianas amittant ſi abſint. In eccleſia principe quotidie tempore quadrageſimæ conciones habet deputatus ab Abbate Caſſinenſi, cui Commune eleemoſynam ſolvit. Extat in ejus agro inter alias eccleſia S. Mariæ de Piternis miraculis celebris. Quædam ibi laicorum ſodalitates, noſocomium, ſcholaque publica, doctores, medici, notarii, pharmacopolæ, pluresque artifices, civileſque familiæ. Frequens populus conſuetudinum ſuarum tenax, probiſque moribus. Oleribus potiſſimum ejus ager abundat ſcaturientibus aquis fertile, quæ Rapido uniuntur.

### V. S. Victoris Caſtellum.

S. Victoris in clementis aeris tumulo meminit Victor II. cit. loco, & Leo Oſtien. lib. II. cap. 71. ad ann. 1045. Tres modo ibi parochiæ, antiquitus quatuor. Princeps eccleſia S. Mariæ de Roſa receptitia eſt presbyterorum omnium ejus oppidi, qui divina officia quotidie illic perſolvunt, ſique deſint, diſtributiones quotidianas amittunt. Concionator ab Abbate Caſſinenſi electus, cui Commune eleemoſynam ſolvit, quotidie ſacras conciones habet quadrageſimæ tempore. Quædam in eo oppido laicorum ſodalitates. Noſocomium, ſchola publica. Mons pietatis pro dotandis virginibus, atque alius, qui gratis frumentum pauperibus dat mutuo. Numeroſus olim populus, civileſque familiæ, atque artifices. At in ſolitudinem pene redactum orizæ ſatione, qua Caſſinatium ope abolita reviviſcere incipit. Amplum ſatis fuiſſe plura jam diruta, eaque commoda ædificia oſtendunt. Quædam adhuc civiles familiæ ſuperſunt U. J. D. Medicus, Notarius. Aliqui inde orti Epiſcopi, ut diximus. Fertilis ejus ager oleo potiſſimum abundat, & ſcaturientibus aquis optimis, quæ Peciæ fluvio junguntur. Optima ibi cretacea vaſa condendo præcipue oleo apta fiunt. S. Victoris.

### VI. Caſtellum S. Petri in fine.

S. Petri in fine amœno in tumulo poſiti meminit Victor II. cit. loc. & Leo Oſt. lib. 2. cap. 75. ad ann. circiter 1146. aut 1147. Duæ ibi eccleſiæ receptitiæ presbyterorum, &c. in quarum principe S. Angeli Clerus univerſus divina officia perſolvit, quibuſdam exceptis anni diebus, quibus id in Abbatiali eccleſia S. Nicolai præſtant. Cura animarum exercetur ab Archipreſbytero, & ab Abbate. Quotidie in quadrageſima conciones habet electus ab Abbate Caſſinenſe, cui eleemoſynas perſolvit Populus. Quædam ibi laicorum ſodalitates, noſocomium, pluresque eccleſiæ, ac nominatim S. Mariæ de Aqua. Oppidum populo abundat, civilibuſque familiis Gizzarelli in primis, cujus gentiles erant Nicolaus Antonius Gizzarelli regii Conſilii S. Claræ Conſiliarius, operibus, quæ typis dedit, admodum celebris, & D. Salamon U. J. D. presbyter, qui non diu pridem Vicarius generalis fuit Venafranus; ac Rubeorum Baronum caſtelli Petroſi in Comitatu Moliſii, quod haud modicum caſtellum emit U. J. D. Guido de Rubeis; eaque gens ſplendide Neapoli modo degit. Doctores etiam & Medici, Aromatarii, Notarii &c. atque univerſi oppidani induſtrii admodum ſunt; Scaturientibus aquis ejus ager, oleo potiſſimum, aliiſque frugibus fertilis abundat, quæ ad Peciæ flumen delabuntur. S. Petri in fine.

### VII. S. Angeli in Theodice Caſtellum.

S. Angeli in Theodice caſtellum deſinente ſæculo X. excitavit Aligernus Abbas, ut habetur in memorato Paldulphi, & Landulfi privilegio, ac re- S. Angeli.

Diſſert. Rrr 3

ac refert Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 2. qui ſæpe ejus meminit, quod validiſſimum eo tempore, munitiſſimumque haberetur. Frequentem olim ibi fuiſſe populum oſtendunt quinque Parochiæ, atque Græci, qui illuc cum Archipresbytero ſuo degebant. Unica modo parochia S. Jo: Baptiſtæ ſupereſt, cum canonicis aliquibus, quorum oneris eſt ſtatis diebus officia eccleſiaſtica perſolvere. Concionator quadrageſimæ tempore ab Abbate noſtro ſtatuitur Indigene publicum elemoſynam ſolvit. Plures ibi eccleſiæ quas inter aliquæ, quibus ſimplicia beneficia non modici redditus adnexa. Noſocomium, atque laicorum ſodalitas. Fertilem ejus agrum alluit Rapidus piſcibus abundans, Caſſinus, aliæque ſcaturigines a Plumbariola derivatæ. Unus inde ortus epiſcopus. Id apud hujus caſtelli incolas uſuvenit, ut cum prima quis febri corripitur, ſtatim pœnitentiæ, & euchariſtiæ Sacramenta recipit.

### VIII. Caſtellum Pignatarii.

Pignatarii. Pignatarii in amœno tumulo poſiti meminit Leo Oſtien. lib. 2. cap. 20. ad an. 997. ac Victor II. cit. loco. Ejus parochia S. Salvatoris ab Archipresbytero regitur, atque concionatori ab Abbate Caſſinenſi tempore quadrageſimæ electo Populus eleemoſynam ſolvit. Quædam ibi eccleſiæ, quas inter illa S. Mariæ Septem dolorum populi frequentia celebrior. Fertilis ejus ager aquis inde ſurgentibus, atque a Plumbariola derivatis alluitur, & Carnello fluvio. Medicus ibi oppidanus modo eſt.

### IX. Caſtellum S. Apollinaris.

S. Apollinaris. S. Apollinaris oppidum in amœno tumulo ſitum plures habet Incolas, quos inter medicum, & aromatarium quidam ex iis lanii munere in Neapolitana urbe funguntur. Princeps eccleſia S. Mariæ Angelorum ab Archipresbytero regitur, in eaque quadrageſimæ tempore conciones habet electus ab Abbate Caſſinenſi, cui Commune eleemoſynam perſolvit. Plures ibi eccleſiæ, quas inter non longe extra oppidum illa S. Apollinaris epiſcopi, & martyris, quæ eadem eſſe creditur a Giſulpho Abbate noſtro circa annum 798. conſtructa teſte Leone Oſtienſi lib. I. cap. 18. Laicorum ſodalitas ſub nomine S. Mariæ diſciplinantium, cui noſocomii etiam cura commiſſa. Fertilem ejus agrum alluunt Carnellus, & Garilianus tructis, capitonibus, aliiſque piſcibus abundans, pluribuſque aliis ſurgentibus aquis. Scapha ſupra Carnellum pro tranſeuntium comodo poſita; plura etiam ibi eaque elegantia cretacea vaſa fiunt. Ejus oppidi primum quod ſciamus meminit Victor II. cit. loc. nam antea cella, ſeu cœnobiolum monaſterio noſtro ſubditum erat, teſte Ignoto Caſſinenſi nu. 9. cum de Saracenis agit Romanæ urbis expilatoribus hiſce verbis: *Quique dum perveniſſent ad cellam præſulis beatiſſimi Apollinaris cognomento Albianum e vicino Sanctum beatiſſimi confeſſoris Chriſti conſpexerunt montem, quo illico pergere ſatagebant, ſed tardior quippe eos tranſire hora vetabat &c.*

### X. Caſtellum S. Ambroſii.

S. Ambroſii in colle poſiti primum meminit Victor II. Ejus eccleſia S. Blaſii epiſcopi, & mart. ab Archipresbytero regitur, quem duo Canonici in perſolvendis aliquot diebus eccleſiaſticis officiis adjuvant, in eaque quadrageſimæ tempore conciones habet electus ab Abbate Caſſinenſi cui eleemoſyna a publico nomine perſolvitur. Quædam ibidem eccleſiæ, laicorum ſodalitas, noſocomium, & medicus oppidanus. Fertilem ejus agrum alluit Garilianus qui ſcapha tranatur, in quem naſcentes illabuntur aquæ, & fluvius Peciæ. S. Ambroſi.

### XI. Caſtellum S. Andreæ.

Caſtellum S. Andreæ in colle ſitum cœnobiolum noſtrum antea erat, teſte Ignoto Caſſinenſi ad annum 846. hiſce verbis de Saracenis: *Tandemque ad Sanctum devenerunt Andream, cujuſque cellam igne cremaverunt &c.* Victor III. Northmannorum direptiones referens lib. 2. Dialogorum p. 105. habet. *Eodem itaque anno* (1045.) *præfata cohors Normannica amplius quam ſolebat per audaciam inſoleſcens ad noſtram calamitatem, arcem quæ S. Andreæ nuncupatur, ut ſecurius nobis ſublata retinere poſſet occupavit, quæ utique res illorum animum ad dominationem, noſtrum ad deſperationem adduxit.* Verum Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 71. rem ſic narrat: *Porro demum Normannis arcem, quæ nunc S. Andreæ dicitur in ſuum refugium ædificare aggreſſis, mandat Abbas ab incepto deſiſtere, ſed nullam inde obedientiam, nullam illi reverentiam voluerunt habere &c.* Ut res ſit; An ibi arx ante Northmannos fuerit, vel ab ipſis ædificata, illud conſtat confirmatum hoc oppidum a Victore II. Eccleſia S. Patris Benedicti Abbatis receptitia eſt presbyterorum &c. ſub Archipresbytero, qui curam animarum gerit, in eaque quotidie divina officia, ac miſſa conventualis celebratur, ibique quadrageſimæ tempore electus ab Abbate Caſſinenſi conciones habet, cui populus eleemoſynam perſolvit quamobrem redditus quidam teſtamento pii hominis legati. Vaſa ibi cretacea conſtruuntur. Magna Incolæ devotione colunt eccleſiam S. Mariæ Gratiarum, in qua nupturis virginibus dotis titulo eleemoſynæ dantur. Fertilem ejus agrum Garilianus alluit tructis, aliiſque piſcibus e mari aſcendentibus abundans. Plures etiam ſcaturiunt aquæ, & ſub monte potiſſimum duæ parum admodum inter ſeſe diſſitæ, quarum una dulcis, altera acida piſtrinum movet, quod Salomonis appellant, atque farinam auget, quam etiam ſi aquæ tantillum admiſceatur paulo poſt fermentat. Quidam hinc orti U. J. DD. & notarii, noſtriſque temporibus presbyter Hieronymus Cappellus reip. literariæ ob pietatem, doctrinamque notus, cum plures annos Neapoli ſacram Theologiam ſcholaſticam, ſacramque ſcripturam interpretatus ſit, atque in publicis regiis ſtudiis inſtitutiones canonicas, ibidemque deinde juris lector primæ cathedræ eſt electus, & non minimi nominis in curia Neapolitana advocati Carolus Cappellus, & Hyacinthus ejus filius, Jo: Baptiſta, & Linus Galaſſi fratres. Quædam ibi hactenus familiæ civiliter cultæ, ac divites. S. Andreæ.

XII.

Digitized by Google

XII. Caſtellum Vallis frigidæ.

Vallisfrigidæ. Vallisfrigidæ in erecto monte ſitæ meminit Hugo nobilis Cajetanus in donatione Caſſinatibus an. 1040. facta medietatis Suji, quam ſuo loco dabimus; Victor II. loc. cit., & Petrus Diac. lib. 4. c. 41. anno circiter 1110. & cap. 94. an. 1127. Satis hoc oppidum cultum ante peſtem, aliaque infortunia, quæ an. 1656. & 1657. obvenere. Creſcit tamen in dies, quædamque ibi civiles familiæ, & U. J. DD. Parochia S. Thomæ Apoſtoli ab Archipresbytero regitur, ibique antiquitus quatuor canonici, ſeu beneficiati divina officia quotidie perſolvebant. Quadrageſimæ tempore conciones in eam habet electus ab Abbate Caſinenſi, perſoluta a Populo eleemoſyna. Aliæ ibi eccleſiæ, quas inter illa Annunciationis Deiparæ, atque extra oppidum illa S. Thomæ Apoſtoli, quam S. Bruno Signienſis epiſcopus, & Abbas Caſſinenſis an. circiter 1110., conſecravit, teſte Petro Diacono lib. 4. cap. 41. Inde ortus piiſſimus presbyter D. Cæſar de Magiſtris Neapoli magna ſanctitatis opinione mortuus, cujus vita brevi typis prodibit. Magna oppidanorum pars Neapoli lanionum manus obeunt. Fertilem ejus agrum alluunt plures ibi ſurgentes aquæ.

XIII. Caſtellum S. Georgii.

S. Georgii. S. Georgii oppidum, cujus mœnia pene ambit lacus, e quo magna copia aquæ ſaliunt ad piſtrinum convolvendum præter alias in ejus agro, quæ deinde Carnello omnes commiſcentur, cœnobiolum noſtrum erat an. 846. incenſum teſte Ignoto Caſſinenſi loc. cit. hiſce verbis. *Et ut non abeſſet illorum aſſuetum facinus cellas beatiſſimorum martyrum Stephani, ſeu Georgii igne cremaverunt &c.* Idemque habet Victor III. in Dialogis p. 11. & Leo Oſtien. lib. 1. c. 27. Deſinente ſæculo X. Aligernus Abbas turrim ibi conſtruxit, prout conſtat ex memorato Paldulphi & Landulfi privilegio, & Leone Oſtien. lib. II. cap. 2., qui cap. 59. circa an. 1034. teſtatur, habitatum jam oppidum, quod inter alia nobis ſubdita numerat etiam Victor II. Parochia S. Georgii martyris ab Archipresbytero regitur, concioneſque in eam habet electus ab Abbate Caſſinenſi, cui populus eleemoſynam perſolvit. Aliæ ibidem eccleſiæ nominatim S. Roci, quæ nupturis virginibus eleemoſynas tribuit. Laicorum ſodalitas, & noſocomium. Fertilem agrum alluit Carnellus tructis, aliiſque piſcibus abundans, quod ſcapha tranatur. Deſcripta hactenus oppida eccleſiaſtico, ac ſæculari jure cœnobio noſtro ſubdita ſunt.

XIV. Caſtellum novum.

Caſtelli novi. Caſtellum novum in amœno monte conſtruxit ſeculo XI. Deſiderius Abbas, teſte Leone Oſtien. Lib. 3. cap. 12. illudque in pagos dividitur, quos Granella, Colli, Spatuli, Gallucci, Pipinelli &c. appellant indigenæ. Princeps eccleſia S. Mariæ de Minerva, ab Archipresbytero regitur, cujus ſub cura eſt oppidum, aliique quidam pagi. In ea conciones habet una hebdomada, viciſſim que alia in eccleſia Annunciationis concionator ab Abbate noſtro electus, cui eleemoſynam commune perſolvit. Elapſo ſeculo, atque adeo longe antea receptitia erat eccleſia S. Mariæ, divinaque ibi officia quotidie perſolvebantur. Annunciationis eccleſia in pago dicto Lacus ſita parochum, & ipſa habet, quem penes eſt cura & ejus pagi, & illorum Spatuli, Ceſæ, & Gallucii. Aliæ ibidem eccleſiæ, quædamque laicorum ſodalitates. Poſt an. 1656. & 1657. ob peſtem imminuti admodum incolæ ſunt, quos inter tamen modo etiam extant U. J. DD. Medici Pharmacopolæ, & notarii, noſtris temporibus floruit celebris U. J. D. Philippus de Vendictis. Magna oppidanorum pars bajulorum munus obeunt apud Neapolitanos potiſſimum in telonio vulgo *Dogana*, illorumque fidei mercimonia univerſa committuntur. Plures in fertili ejus agro ſcaturiunt aquæ. Spirituali jure nobis hoc oppidum ſubditur; nam temporale Trajectano Duci ceſſit.

XV. Caſtellum Pediſmontis.

Caſtellum Pediſmontis diœceſis Aquinatenſis in amœno colle poſitum Deſiderius Abbas ab Aquini Comitibus permutatione quadam accepit teſte Leone Oſtien. lib. 3. c. 18. Parochia S. Mariæ ab Archipresbytero regitur, cui quatuor canonici, ſeu beneficiati ſubſunt. Conciones ibi habet electus ab Aquini epiſcopo, cui commune eleemoſynas perſolvit. Aliæ ibi eccleſiæ, quædam laicorum ſodalitates, Noſocomium, civileſque familiæ, e quibus ſemper ut modo etiam, U. J. DD. Medici aromatarii, ac notarii prodiere. Ejus ager frugifer, amœnuſque eſt. Pediſmontis.

XVI. Villa S. Luciæ.

Villa S. Luciæ, ſeu Pediſmontis diœceſis Aquinatenſis in amœno ſaluberrimique aeris colle poſita, pluresque in pagos diviſa memoratur a Clemente III. an. 1189. Parochia S. Luciæ receptitia eſt, cui Abbas præeſt, in eaque conciones tempore quadrageſimæ habentur ab electo ab Epiſcopo Aquinate cui indigine eleemoſynam perſolvit. Noſocomium ibi inſtitutum, atque laicorum ſodalitates, SS. Roſarii, & Corporis Chriſti. Altera ibidem parochia S. Martini cujus Abbas in cognomini pago, alioque collium animarum curam exercet. Satis frequens populus, civileſque quædam familiæ, notarii, & Pharmacopulæ. In fertili ejus agro ſaluberrimæ ſcaturiunt aquæ. Villa S. Luciæ.

XVII. Plumbariola.

Dirutum ſæculo XV. Plumbariolæ oppidum incoluiſſe ferunt S. Scholaſticam Ss. Patriarchæ noſtri ſororem conſtructo ibi Sanctimonialium cœnobio, quod de Taſia S. Rathchiſi Langobardorum regis uxore, ejuſque filia Ratrude Petronace Abbate certo conſtat, ut refert Leo Oſtien. lib. 1. c. 8. Oppidi meminit Victor II. cit. loc. An. 1057. Extat ibi S. Jacobi Apoſtoli eccleſia, in qua œconomus ab Abbate noſtro deſignatus Sacramenta colonis adminiſtrat. Fertilem ejus agrum alluit fluvius *delle Sogne*, ſcaturienteſque aliæ aquæ. Plumbariolæ.

XVIII.

XVIII. Terruculum.

Terruculi. Terruculi, in monte poſiti meminit Urbanus II. an. 1097. in diplomate, quod Diſſert.I.dabimus. Ejus agrum alluit fluvius Rapidus. Ineunte ſæculo XVII.deſeri ab incolis ceptum ad Cervarium demigrantibus, qua de cauſa Cervarienſes ſuo nomine, atque ejus loci onera regia, & baronalia ferunt. Extat ibi eccleſia S.Mariæ, quæ modo etiam proprio Archipresbytero ſubeſt.

XIV. Vandra.

Vandra. Vandram in colliculo poſitam cœnobio noſtro confirmavit Landulphus Capuanus princeps deſinente ſæc. X. teſte Leone Oſtienſi lib.II.c.15.& Victor II. An. 1057. Incolis deſtitui cœptum hoc caſtellum circa medium ſæculum XVI.Fertilem ejus agrum alluunt flumina Rapidus, *della Peccia*, & Garilianus, aliæque ſcaturientes aquæ.

XX. Junctura.

Juncturæ. Juncturæ in plano ſitæ meminit anno 1057. Victor II. Fertilem ejus agrum alluunt flumina Rapidus, & Carnellus, qui ſuas ibi aquas commiſcent aſſumpto Gariliani nomine, ut fuſius infra.

XXI. Caſtellum S. Stephani.

S. Stephani. Oppidi S. Stephani in planitie ſiti meminit an. 1057. Victor II. Antequam coaleſceret, cœnobiolum ibi erat a Saracenis an. 846. incenſum, teſte Ignoto Caſſinenſi nu.9., & Leone Oſtien. l. 1.c.27. Fertilem ejus agrum alluit Carnellus, & Aqua dicta *della Coſa*, aliæque ſcaturientes. Deſerta omnia hæc oppida ſacro cœnobio Caſſinenſi ſubſunt ſpirituali, & temporali jure.

XXII. Vallisrotunda.

Vallisrotundæ. Vallisrotunda in Valle altiſſimis montibus obſita ſitæ meminit Ignotus Caſſinenſis n. 33. ſec. IX. & Leo Oſtien. lib. I. c. 35. & Victor II. cit. loc. Eccleſia Deiparę Aſſumptę receptitia presbyterorum &c. ab Archipresbytero regitur qui curam etiam animarum gerit, ibidemque quotidie divina officia perſolvuntur, quique præſentes e clero non fuerint diſtributiones quotidianas amittunt. Abbas Caſſinenſis concionatorem eligit quadrageſimæ tempore, cui commune eleemoſynam ſolvit. Plures ibi eccleſiæ, quædam laicorum ſodalitates, noſocomium, frequenſque populus, ex quo ſemper U. J. DD., Medici, & notarii prodiere. Fertilem ejus agrum alluit Rapidus, ſcaturienteſque ibi aquæ.

XXIII. Caſtellum Saraciniſci.

Saraciniſci. Saraciniſcum in valle altis montibus obſita ſitum Caſſinatibus conceſſit an. 1055. Pandulphus Capuanus princeps, & ante eum Oderiſius, & Raynaldus Marſorum Comites teſte Leone Oſt.lib. 2.c.90. quo in loco adnotat nominis etymon. Infrequens ibi populus, & a parochiali eccleſia S.Blaſii epiſcopi, & Mart., quam Oeconomus ab Abbate noſtro deſignatus regit, modo S.Blaſii etiam caſtellum appellatur. Fertilem ejus agrum alluunt fluvius Mellarinus, aliæque ſurgentes aquæ, potiſſimum in Valle Monacheſca. Duo hæc oppida ſpirituali, ac temporali jure nobis ſubſunt.

XXIV. Aquafundata.

Aquafundatæ. Aquafundata Venafranæ diœceſis in colle altiſſimis circumcirca montibus ſepto poſita, ædificari cepta eſt an. circ. 1017. a Comitibus Venafranis. Invectos tamen ab iis incolas, quod Abbatiæ Caſſinenſis fines ſe inſcio ingreſſi fuiſſent Athenulphus Abbas vi ejecit, diruitque conſtructas ab iis domos, teſte Leone Oſtien.lib.2.c.37. poſt cujus tamen obitum conſtructum iterum ab iiſdem Comitibus caſtellum credimus. Nam an. 1099. Hugo Morinus Venafri comes illud cœnobio noſtro dono dedit, teſte Petro Diacono lib.4.cap.6. Eccleſia S. Johannis Baptiſtæ receptitia presbyterorum &c. ab Archipresbytero regitur atque Sacramenta adminiſtrat. In eaque conciones habet electus ab epiſcopo Venafrano, cui indigene eleemoſynam ſolvit. Probus ibi populus, ac ſatis locupletes familiæ. Decoræ, ac comodæ domus, Medicus oppidanus. In fertili ejus agro lacus, pluresque aquæ ſcaturiunt.

XXV. Vitecuſii.

Vitecuſii. Paulo inde diſtat caſtellum Vitecuſii diœceſis Venafranæ in amœno colle ſitum quod eodem an. 1017. a comitibus Venafranis conſtrui ceptum, dirutumque ab Abbate Athenulpho eſt, & abacti incolæ teſte Leone Oſtien. loc. cit. At conſtructum iterum liquet, quod an. 1064. Pandulphus, ſeu Paldus Venafranus comes ejus medietatem cœnobio noſtro conceſſit, teſte eodem Leone Oſt.l.3.c.19. illudque deinde univerſum nobis ceſſit ex Petro Diacono l.4.c.56.& 75. Eccleſia s.Marię recipit omnes presbyteros &c.& ab Archipresbytero cum cura animarum regitur, in eaq; conciones habet electus ab epiſcopo Venafrano, accepta a nomine publico eleemoſyna. Frequens ibi populus, civileſq; familiæ, & aliæ quædam eccleſiæ. Ejus ager haud eſt infertilis.

XXVI. Caſale.

Caſalis. Caſalis diruti modo Caſtelli meminit Petrus diaconus circa annum 1120.l.4.c.75.Fertilis ejus ager ſaluberrimis ibi ſurgentibus aquis alluitur. Duo ibi adhuc beneficia, quæ jure patronatus ad ſacrum cœnobium Caſſinenſe ut pote dominum pertinent, nam in ſpiritualibus epiſcopo Venafrano ſubeſt caſtellum hoc.

XXVII. Cardetum.

Cardeti. Non longe ab Aqua fundata, & Vitecuſio abeſt deſertum Cardeti oppidum in colle ſitum, quod an. 1086. cum cœnobio noſtro permutavit Johannes Venafranus comes teſte Petro Diacono lib. 3. c. 59. illudque meniis, turribuſque munivit Sæculo XII. Gerardus Abbas ex eodem Petro lib. 4. c.57.

Digitized by Google

cap. 57. Fertilem ejus agrum in temporalibus, pariterve ſpiritualibus monaſterio ſubjectum, alluit fluvius Clarius, aliæque ſurgentes aquæ.

Oritur Clarius in radicibus Caballi montis loco dicto *la Fontana di Magna latte*, cujus aquæ pluribus aliis, potiſſimum ſcaturiginum, commiſcentur.

Deſcripta hactenus oppida ſive culta, ſive incolis deſtituta intra fines ditionis noſtræ a magnanimo Giſulpho II. Beneventano Duce præſcripta continentur, de quibus ſingillatim ſuſius Diſſ. I. agendum. Præter alia plurima naturæ dona, univerſus Abbatiæ Caſſinenſis ager venationibus quadrupedum, volatilium, paſcuiſque pro cujuſque generis animantibus abundat, pluribuſque in locis optimi generis manna.

Deſcriptio fluminum.

Univerſum pene Caſſinatem agrum alluunt flumina Rapidus, Carnellus, & Garilianus, quorum ſingillatim origo, & curſus deſcribendus, quod potiſſimum plures, iique graviſſimi ſcriptores hac in re aliena quædam a veritate venditaverint.

Rapidi.

Oritur itaque Rapidus in Montibus ſupra caſtellum S. Eliæ ad Orientem æſtivum, ubi dicitur: *Capo d'acqua*. Paulo ſupra hanc ſcaturiginem locus eſt, quem accolæ Rapidum, ſeu *Vado di Rapido* appellant, in eumque magna anni parte delabitur aqua a Cardeti Sclavonaria deſcendens, quæ deinde ſcaturigini Caputaquenſi unitur, illamque augent perennes aliæ ſcaturigines *del Rio* ſeu *delle Fontanelle*, *dello Acquevive*, aliæque plurimæ, potiſſimum *della Fontana*, *e Campo del molino* ab altis montibus *di Vaccareccia*, Vallislucis, & *della Petroſa* aliæque in agro S. Eliæ ortæ. Poſtquam illum, atque Vallisrotundæ excurrerit tres in partes in agro Sangermanenſi dividitur Rapidus ne urbem inundet, quæ paulo poſt iterum copulantur, rivuſque præcipuus urbis mœnia pene lambit. In vetuſtiſſima eccleſia S. Mariæ quinque turrium apud S. Germanum uberior etiam naſcitur aqua a Leone Oſtien. deſcripta lib. I. cap. XI. hiſce verbis: *Hic* (*Theodemar Abbas noſter ab an. 775. ad 786.*) *juxta prædictam eccleſiam S. Benedicti, quam prædeceſſor ſuus fecerat conſtruxit pulchro opere templum in honorem S. Dei genetricis, & virginis Mariæ, ſuper ipſum vid. fontem, unde Lyris fluvius procedit.* Labitur tamen Oſtienſis, cum Lyris originem hinc repetit, cujus fons duarum hinc dierum itinere abeſt. Alias plures ſcaturigines videre eſt in eccleſia collegiata S. Germani, & domibus quorumdam Sangermanenſium; extraque urbis mœnia prope eccleſiam S. Sebaſtiani, atque illam S. Thomæ; atque hæ quidem abundantiores æſtate, frigidioreſque quoſdam ibi enaſcentes aquatiles muſculos habent. Non longe poſt in Viridario potiſſimum cœnobii noſtri prope portam Paulam, ſeu *Paldi* non modica copia aqua oritur. Quæ omnes ſcaturigines in radicibus Caſſini montis poſitæ ſunt. Abundantiores quoque, frigidioreſque æſtate ſunt, & muſculis divites aquæ ad radices collium delli Monticelli uberrime ſcaturientes, ubi olim Villa M. Varronis ſita. Hinc incertum, quaſnam ad aquas referenda ſint illa Plinii verba lib. 2. c. 103. *In Caſſinate fluvius appellatur ſcatebra frigidus abbundantior æſtate. In eo, ut in Arcadia Stymphali, enaſcuntur aquatiles muſculi.* Plures aliæ in agro Sangermanenſi ſcaturigines, præcipue in ſolitario pago Toræ apud S. Michaelem montis, quæ Rapido uniuntur; quemadmodum, & fluvius Caſſinus, ac qualibet aquæ in agro Caſſinate, ſeu S. Petri ad monaſterium ortæ, atque in agro Plumbariolæ, quas inter potiſſimæ ſunt minerales aquæ ad abluendos renes aptiſſimæ in Caſſinate, vulgo, *delli Piſciarelli*. Alluit deinde Rapidus Terruculi, & S. Angeli agros, ſibique eorum aquas, atque Cerbarii, & in agro Vandræ ſurgentes copulat, pauloque poſt apud Juncturam Carnello ita commiſcetur, ut utrumque proprio amiſſo nomine, illud Gariliani aſſumat, ut mox dicendum. Meminit fluminis Rapidi coævus Author Vitæ S. Villebaldi Eiſtetenſis epiſcopi, & Monachi Caſſinatis Sæc. VIII. quam edidit Mabillonius Sæc. 3. Par. II. p. 365., & Bollandiani die 7. Julii, deque eo agit Ignotus Caſſinenſis nu. 33. pluraque monumenta in Diſſ. I. danda, & Jo. Janſſonius To. VII. Atlantis in topographia Campaniæ Felicis, regnique Neapolitani.

Caſſini.

Varro de re ruſtica cap. V. Editionis Lugdunen. 1549. hunc Rapidum appellat Vinium hiſce verbis: *Huic ego cum habeam ſub oppido Caſino flumen, quod per Villam fluat liquidum, & altum, marginibus lapideis latum pedes LVII. & e Villa in Villam Pontibus tranſeatur longum p. DCCCL. directum ab inſula ad Muſeum; qua eſt a Vinio fluvio, ubi confluit altera amnis ad ſummum flumen, ubi eſt muſæum &c.* Petrus Victorius ad hæc verba p. 16. nu. 186. notat; *Qua eſt a Vinio fluvio, fluvii nomen in antiquis perturbatum, non tamen receptam lectionem temere variavi, veterem tantum indicare volo: illa autem hæc eſt: Qua eſt animo fluvio, de vero fluvii nomine nihil compertum habeo &c.* & Baudrand To. I. Geographiæ verbo *Vinius* ait: *Vinius fluvius Samnii Vatroni ad Caſinum decurrens, atque in Lyrim influens, nunc il Fiume di San Germano teſte Sanfelicio.* Fallitur itaque Leo, cum hoc flumen lib. I. c. 29. & lib. 2. c. 74. Lyrim nuncupat, quem in errorem alii eidem ſubſcribentes ſunt lapſi. Optimus Rapidus piſces, tructas, anguillas, &c. alit. An a memorato Rapidi loco, vel a rapido curſu nomen acceperit, haud ſatis conſtat. Limpidis certe maxime aquis velociſſimeque currentibus præditus eſt.

Claro fluvio Rapidi nomen tribuit Giſulphus Dux Beneventanus apud Leonem Oſtien. Lib. 1. c. 5. cum Abbatiæ Caſſinen. fines deſcribit: *Et inde pergit ad lacum, qui vocatur Vitecuſus, & inde vadit ad Aquam fundatam, & aſcendit in Montem qui dicitur de Sile, & vadit exinde in caput Aqua de Rapido, & inde aſcendit in montem, qui dicitur Caballus &c.* Quæ totidem verba repetunt in diplomatibus ſuis Diſſ. I. edendis. Imperatores, Reges, Principes, quos inter S. Henricus Imperator an. 1023. ſic loquitur: *Ab hinc ad lacum Vitecuſum inde recte ad Aquamfundatam, exinde vadit per montem, qui eſt ſupra caſale uſque ad Vadum fluvii, qui dicitur Rapidum. Hinc per eundem Rapidum pergit in Serram Montis, qui dicitur Cabballo &c.* Quæ certe deſcriptio nonniſi fluvio tribui poteſt, quem modo Clarum dicimus ad radices montis Cavalli, quibuſdam milliaribus a prima ſcaturigine veri Rapidi diſſiti, orto. Imo Clarus in Rapidum nullo modo influit; ut propterea had ſatis viderit Nuceus, cum utroſque

hoſce

Digitized by Google

hoſce fluvios confudit in Notis ad Lib. 1. cap. 5. nu. 524.

Lyris. At fatale propemodum Lyri fuit variis nominibus appellari, ejuſque originem diverſis in locis, invicemque pugnantibus ab eruditis collocari. Ne nos in idem vitium impingeremus, Lyris originem inveſtigandam curavimus, miſſis ad hoc quibuſdam peritis, ac diligentibus viris, qui exacte omnia rimarentur, a quibus aliiſque locorum conterraneis ſcriptoribus, ea didicimus, quæ mox in medium ſunt proferenda gradatim pro variis, quibus donatur nominibus in pluribus, per quæ tranſit locis. Antiquitus ab origine quoad in mare delabatur, idem ſemper Lyris nomen ſervavit, quod poſterioribus ſæculis variis in locis obliteratum eſt. Oritur itaque Lyris in agro Capadoſiæ ditionis Taliacotii provinciæ Aprutii ultra, non longe ab ipſo caſtello, quod viginti quatuor, aut vigintiquinque lapidibus Sora diſtat, ut ſtatuit etiam eruditus Mutius Phœbonius in Hiſt. Marſorum lib. III. p. 124. hiſce verbis. *Remotior quidem primus ejus fons eſt non ad Capiſtrellum, ut Blondus, & Albertus volunt, ſed VI. M. P. ſupra ad occaſum a Sora XXIV. non dives in ſuo principia aquis, ſed perlucidis, criſtalliniſque, ſuavique ſapore, & novorum ſemper rivulorum exhibitione repletur, quos in cujuſcumque locorum narratione notabimus. Tructas, quæ bonitate praeminent, ſed non exigua magnitudinis alit, & carpionibus, qui (ſi non alibi Brixienſes reperire aſſeverent) longe melioribus illis, quos Benacus lacus nutrit, gloriatur, aureis ſquammis, prout & tructa ipſa, refertis; & muſtellas, quæ cum ſcaro bonitate contendunt in arenoſo littore prope Rocca vivorum pagum abſcondit, quas a lambendis petris lampredas vocamus rarus piſcis, & ſi paucus, exiliſque, ſingulari bonitata non ſpernendus. Exurgunt in ripa, (ut in Iſtro fluvio) alphanti, ſeu odorati vinci roſarum olfata reddentes, ſub purpurino colore, & contriti guſtu mordent, nobilis, utiliſque ad medicamenta frutex, & forſitan ſine ſimili in partibus Italiæ.*

*Cuſtoditur altiſſimis Apennini jugis in anguſta Valle de Nerſa dicta in occidentali parte, quæ ad meridiem vertens dilatatur, & prope ſcaturiginis fontem in parvo colle Cappadocia oppidum, ſeu caput otii cum illud æſtivo calore in viridi ripa, & gelidiſſimis aquis conventus effluentium hominum otiari ſolerent a principio ad arginem ipſius evitandi caloris umbraculum, & ad corporum, animorumque relaxatorum recreationem domuncula ſtructa erat, quæ cum non toto anni tempore placeret, quippe hyberni ſolis radiis non penetrabilis in aptiori parum longe loco alias domus ædificarunt, quæ paſtorum ad gratum pecoribus locum confluentium incolatum aucta, poſtmodum in oppidum creverunt, quod fere biſcentum familias ſub una S. Blaſii epiſcopi parochiali eccleſia numerat, & qui illi praeſt præpoſitura dignitate decoratur cui in animarum cura unus coadiutor opitulatur. Hunc Petrus Marſus ex ſuo ſomnio a Lydio Marſia in omiſſi Cappadocia regni memoriam ædificatum profitetur.* Proſequitur deinde Phœbonius Caſtella deſcribere vallium Nerſæ, & Roviti, aliaque, e quibus aquæ in Lyrim influentes naſcuntur loca; quæ ſunt præcipue caſtellum Fluminis, Peſculum Canale, Canoſtrium, Meta, Civitella, Morino; Rendinara, Rocha, Balzaranum. Lyrim etiam deſcribit Strabo lib. V. cum ait: *Minturnas perfluit Lyris, qui olim Clanius vocabatur. Is ab Apennino Monte per veſtinos delapſus præter Fregellas (qui nunc Vicus eſt olim nobilis urbs) in lucum ſacrum exit infra Minturnas ſitum, quem ſanctiſſime oppidani colunt.* Et infra: *Sora apud quam Lyris erumpens Fregellas, Minturnaſque petit.* Plinius lib. 3. c. 5. *Colonia Minturnæ Lyri amne diviſa Glanico appellato.* Oſtendit vero eruditiſſimus Camillus Peregrinius Excurſ. II. de Campan. Fel. Clanis, aut Glanis nomen datum quoque a veteribus Latinis flumini ejuſdem Campaniæ, quem Linternum appellavere prope Cumas in mare influentem; hallucinatoſque propterea Appianum Alexandrinum, Garciamque Barionovum, qui ſecundum Clanium, ſeu Liternum, modo Lagnum cum Lyri miſcuere: lapſumque Dauſqueum, qui duos hoſce Clanios cum illo confundit, qui Ætruriam alluit a pluribus memorato, a Silio præſertim Italico Lib. VIII. ac longe deterius Vibium ſequeſtrum, qui in catal. de Fluminibus ait: *Veſtinus* (legendum *Viſcinus*) *Campaniæ aquis ſuis Sarnum impellit*; quod de Lyri lib. 2. hiſce carminibus cecinerat Lucanus:

*---- delabitur inde*
*Volturnuſque celer, nocturnæque editor auræ*
*Sarnus, & umbroſæ liris per regna Maricæ*
*Veſcinis impulſus aquis ----*

Lyris meminit Horatius Ode XXXI. lit. I.,

*Non rura quæ Lyris quieta*
*Mordet aqua, taciturnus amnis.*

Silius Italicus lib. 4. verſ. 250.

*Et liris nutritus aquis, qui fonte quieto*
*Diſſimulat curſum, ac nullo mutabilis imbri*
*Perſtringit tacitas gemmanti gurgite ripas.*

& Martialis:

*Cœruleus nos Liris amat, quem ſilva Maricæ*
*Protegit hinc Scilla maxima turba ſumus.*

Ut Statium omittamus lib. 4. Silvarum carm. 3. Suas Lyri milliario a Sora permiſcet aquas celebris Fibrenus, quod elegantiſſime hiſce verbis deſcribit Cicero lib. 2. de legibus: *Sed ventum in inſulam eſt. Hac vero nihil eſt amœnius, ut enim hoc quaſi roſtro finditur Fibrenus, & diviſus æqualiter in duas partes latera hæc alluit, rapideq; dilapſus cito in unum confluit, & tantum complectitur, quod ſatis ſit modicæ palæſtræ loci, quo effecto tamquam id habuerit operis, ac muneris, ut hanc nobis efficeret ſedem ad diſputandum, ſtatim præcipitat in lirem, & quaſi in familiam patritiam venerit, amittit nomen obſcurius, Liremque multo gelidiorem facit, nec enim ullum hoc frigidius flumen attigi cum ad multa acceſſerim, ut vix pede tentare id poſſim, quod in Phædro Platonis facit Socrates.* Extat hactenus in hac inſula eccleſia S. Dominici Abbatis, ubi ejus corpus humatum, eſt ſubdita celebri monaſterio Caſæ Marii, quod modo incolunt obſervantiſſimi ex ordine Ciſtercienſi Trapenſes Monachi, quibus vigilantiſſime præeſt Abbas. D. Placidus Pezzancri Placentinus Græcæ potiſſimum linguæ, aliarumque ſcientiarum callentiſſimus, poſt trigeſimum pene ætatis annum omnium conſenſu inauguratus, atque anno vix elapſo, poſtquam a congregatione Caſſinen. ad Ciſtercienſem Ordinem Romani Pontificis facultate tranſierat.

Fibrenus.

Et epis. Imeris.

A Ci-

Digitized by Google

A Ciceronis tempore Fibrenus Lyri commixtus amiſſa propria, nomenclaturam illius aſſumpſerat, quam tamen ſequioribus ſeculis ambo prorſus amiſerunt, ſumto Carnelli nomine. Jo. Paulus Matthias Caſtruccius ab Albeto in deſcriptione ejus Ducatus p. 84. de Vico *della Poſta* agens hæc de Fibreno ſcribit: *Nel quale ſuo borgo, lungo da Tramontana ad' Oſtro, il borgo quindi poi volta da Oſtro a Ponente, al cui fine vi ſono alpeſtre altiſſime rupi, orridi, e paventoſi balzi molto ſtrabocchevoli, che atterriſce li riſguardanti, alle quali radici ſi principia con gran copia di acqua il limpidiſſimo Fibreno, &c.* & pag. 85. *Nelle radici del ſudetto precipitoſo monte, e rupi ad' oſtro, Maeſtro, e Ponente da più, e diverſe ſcaturagini di Fontane, ha origine il Fiume Fibreno, hoggi detto della Poſta, celebre per la bellezza dell' acque, e per le trotte, e carpioni, che quivi ſi ritrovano. e nel lago di Garda ſoli, & illuſtre per la mentione, che di quello fanno molti gravi autori, e fra gl' altri Silvio nell' 8. libro.*

Atqui Fibreno miſcentem flumina Lirim,

*Ne parla Cicerone nel lib. 2. delle Leggi, il Razzano, Biondo, Plinio, l' Alberti, & altri, ma havendo da deſcrivere in parte le maraviglie di queſto belliſſimo fiume cominciarò da Maeſtro, Ponente, e ſeguirò alla volta di Levante Greco verſo la Poſta.*

*Luigi dalla Poſta un miglio a Maſtro, lontano dalle radici dell' Apennino un ſtadio, vi ſi trovano diverſe, e molte ſcaturagini d' acqua, l' uno poco lontano dall' altro, fra quali vi tramezza una fontana copioſa d' acqua detta Carpello, della quale ſi vede beniſſimo il principio. Tutte queſte ſcaturagini congregateſi inſieme fra poco ſpazio portano un fiume copioſiſſimo d' acque del medemo nome del fonte; porta ſolo le lamprede, & anco le trotte, l' acqua è ſi fredda ſul principio, che per mezzo ſtadio non vi ſi trovano trotte, e ſcorrendo alla volta di Vulturno da copioſiſſime acque alle due mole d' Alvito, che poi ſcorrendo nella piana per più d' un ſtadio sbocca nel Fibreno.* Flumen hoc augent limpidæ plures aquæ, quas memoratus author deſcribit, dum p. 88. ait: *Queſta è la prima fontana è molto celebrata da ſcrittori, & in particolare dal Razzano, dicendo non aver mai veduto la più bella, e chiara acqua di quella, oltre la grand' abbondanza dell' acque, che quella del continuo getta, avvenga che ſia profonda nondimeno ogni minima coſa chente ella ſia diſtintamente ſi vede; oltre la moltitudine de peſci traſcorrono in qua, & in là con gran piacere de riguardanti, e buttandovi a caſo moneta di rame, ſi vede fra breve ſpazio nelle limpide acque pian piano ſcendendo pigliare il colore dell' oro, forſi queſt' acqua nel ſuo profondo ſeno racchiude la celebrata maraviglia del lapis philoſophorum, che a molti ancorche ſaggi Alchimiſti ha dato occaſione della perdita della robba, e forſi della ragione. E queſta fontana a modo d' una profondiſſima grotte, ò caverna, che nella profondità maggiore del monte ampliandoſi non ſe ne vede il fine, o 'l principio: vuole il Biondo, che eſca dal lago Fucino, o ſia d' Albi o di Celano come etiandia pare, che dica Plinio; da queſte parti non ſi vede ſorgere da niſſun bollore Acqua verruna, ma ſolo ſi vede un chaos d' abbondantiſſime acque, che circuiſce più d' un miglio, in forma d' un lago, che poi allungandoſi col moto sì lento, e tardo, che a pena ſi vede, di modo che più preſto ſul principio pare un lago, che fiume.*

*Quindi alla volta di Levante ſotto il medeſimo Monte ſi veggono molti ſorgivi d' acque in diverſi luoghi ſino ad' un miglio, che tutti in diverſi ruſcelletti sboccano nel fiume, & al fine di quello vi è una bella fontana copioſiſſima d' acque freſche, e chiare; il cui bollore porta di quando in quando, con la bianca arena alcune ſtelluccie d' oro, e d' argento, che ſcorrendo alla volta di Ponente ſotto le radici del detto monte unito con li ſudetti ruſcelli sbocca nel lago.*

*Queſti fiumi, e fonti uniti aſſieme ſono il principio del limpidiſſimo Fibreno, il quale per ſpazio di due miglia pare, che ſi divida in due corni ineguali di larghezza di due ſtadii, formando un grazioſiſmo Y Greco; fra tutto queſto ſpazio cominciando dal principio, ſino alla fine vi tramezzano alcune iſolette di cannuccie, & alega grato ricetto, & albergo di varii ucelli, che quivi ſi ricovrano, e fanno i lor nidi; quindi poi comincia con moto lento a ſcorrere per la Piana alla volta di Lebeccio ſino à Ponte Topino, ſotto il quale ſcaricandoſi il Rio di Schiavi, termina con un angolo il Stato d' Alvito con quello di Sora; tornando poi in dietro per la ripa del Fiume da un miglio in circa ſi trova un caſino che era albergo de peſcatori, con una bella piazza avanti, circondata d' altiſſimi, e fronzuti pioppi, che la difendono l' eſtate dall' ardore del ſole.*

*In queſto caſino, & vaghiſſimo luoco, l' eccellenza del Signor D. Franceſco Gallio Duca d' Alvito ha fatto una bella villa alla Romana con giardini, fontane, & altri delicatiſſimi giuochi d' acque, il quale è più eccellente, e vago di quelli, quanto più la natura, e l' arte accoppiate inſieme abbelliſcono i luoghi diſpoſti, e dall' una, e dall' altra, che da induſtre mano ſola contraſtando, ò gareggiando con la natura quaſi a forza ſi piantano, & adornano.*

*Per la ripa del fiume ad' oſtro vi ſono alcune pratarie grandi, che hanno il ſuolo mobile, poiche ad' ogni leggiero paſſaggio, ò moto de piedi a guiſa d' una ben longa tavola, e ſottile ſi ſcuote, e ſi muove per qualche ſpazio la terra con molto terrore di profondarſi; la cagione di queſto inſolito moto, o ſcoſſa non credo ſia altro che eſſendo il ſuggetto ſolo pieno d' acque ſtagnanti pian piano ſi ſia coverto dell' erbe, che attorcigliate, & avvitichiate inſieme e radiche, e frondi abbino ſopra l' acque fatto un ſottiliſſimo, e per queſto mobile ſuolo; però non vi è memoria, che mai habbj pericolato paſſaggiero alcuno in tali luochi; nel fine di queſti alla ripa del Fiume ſi vezgono alcuni ruſcelletti, che portano delle tinche molto picciole, non ritrovandoſi in altra parte del Fiume.*

*Queſto fiume è celebre per la chiarezza, freſchezza, beltà dell' acque, e per aver di quello fatto mentione molti gravi ſcrittori, ma più celebre, & illuſtre per la copia grande, che porta di groſſiſſime, e ſaporitiſſime trotte, e molto più per il Carpione, peſce prezioſiſſimo, e raro, che quivi ſolo, & al lago di Garda per particolare privilegio della natura ſi ritrova.*

*Il Carpione ſi chiama da Latini:* Carpio piſcis Benaci lacus, & Fibreni accolis familiaris, quem aureis arenulis victitare tradunt: *& è ben degno di maraviglia, che così bello, buono, ſaporitiſſimo*

peſce

*peſce ſia poco celebrato dagl' antichi ſcrittori, forſi per eſſer molto raro, che per altro non è poſſibile, che ſia involto quaſi in ſilentio; poichè è il più ſano, ſaporito, e bel peſce che ſi vegga, e di figura ſimile alla trotta tutto riſplendente di ſquama d'oro, e d'argento interſiato, fra le quali vi tramezzano alcune roſe, o ſtelle d'argento, oro, e di porpora, che non ſolo ſi può vedere, ma ne anco immaginare il più vago, e'l più ricco, è poi ſaniſſimo, poiche la ſua carne ne è dura, o molle, ne molto graſſa, & è ſaporitiſſima, di maniera che tiene fra tutti i peſci una qualità, ò temperie temperatiſſima, e per queſto molto ſana, e da proibirſi ad' ammalato veruno: ſi peſca l'eſtate nella primavera, & Autunno, nei tempi, che l'acqua è più pura, e fredda, l'inverno rari ſi peſcano per l'impurità, e tepidezza dell'acqua.*

*Vi ſono quivi in ogni tempo varie ſorti d'ucelli, & animali aquatili, folighe, anatre, cigni, e di tante ſorti, che non è di queſto luogo il deſcrivere le loro diverſità, ma nell'inverno nei maggiori freddi vi ſi trova, e caccia gran numero.*

*La ſua acqua, come ſi è detto, è chiariſſima, & limpidiſſima, che difficilmente ſe ne può trovare ſimile; l'eſtate, è freddiſſima, e l'inverno è temperata per teſtimonio di molti ſcrittori, e per la chiara eſperienza; ma quel, ch' è degno di maraviglia, che qualſivoglia tempeſtoſa, & orrida procella, & inondatione d'acqua, mai ingroſſa, ò inonda, che danneggi i campi, ne che perda la ſua chiarezza, e ſplendore, o copra o maculi il colore de i freſchi ſmeraldi delle ſponde: ſolo la primavera e l'eſtate s'alza alquanto, ma non però trapaſſa il preſente termine, bevendoſi non ha ſapore, ò odore alcuno preſto ſi riſcalda, e ſi raffredda, e leggiermente paſſa, ſta eſpoſta ad' Oſtro, qualità tutte, che vuole Hippocrate nel Lib. de Aere &c. ritrovarſi in un' aqua perfetta.*

*Queſto fiume corre con tanta facilità, che ſi naviga con barchetta di fondo piano molte miglia.*

*Doppo Ponte Tapino ſcorre queſto fiume per il territorio di Schiavi, Brocco, Arpino, Sora, e l'Iſola, dove alla volta d'oſtro dividendoſi in due corni con Liri in uno di quelli à Levante, fa un altiſſima caſcata da un alto monte con gran numero, in mezzo de quali corni ſta poſta l'Iſola, Terra dello ſtato di Sora &c.* Duo invicem copulata flumina, montis S. Sebaſtiani olivis concinne conſiti radices lambunt, pauloque poſt duas in partes diviſi palatium Sorani Ducis complectuntur, cadentiaque ingenti fragore in abrupta quædam, & profunda loca franguntur, complexoque caſtello Inſulæ uniuntur iterum.

Fibrenus etiam ſequiori ævo antequam Lyrim influeret Carnelli nomen aſſumſerat teſte Baronio in not. ad martyrologium Rom. die 27. Maji cum de S. Reſtituta agit hiſce verbis: *Extat adhuc memoria in inſula Fibreni fluminis, ubi martyrio coronata eſt, illeque putatur locus, quem Tullius lib. 2. de Legibus deſcribit.* Affert paulo ante memorata Ciceronis verba ac deinde proſequitur: *Vere factus eſt palæſtra locus, ubi poſtea Chriſti virgo nobilo certamen pro Chriſto ſubiit vitrixque eſt coronata martyrio una cum ſociis. Putatur ex carnificina Sanctorum martyrum illic exerceri ſolita, ipſum Fibrenum flumen hodie vulgo dici Carnellum quaſi carnarium. In actis Sancti Placidi martyris, quæ ſcripſit Gordianus, idem flumen Carnellus reperitur appellatum, ut ſcias non eſſe recentem nomenclaturam.*

In Actis S. Reſtitutæ mart. a Gregorio Terracinæ epiſcopo, ac Monacho Caſſinate ſcriptis a ſæculo XI. vel in principio XII. martyrii locus fuiſſe dicitur ad Ripam Carnelli, in quod demerſa martyrum capita collecta a fidelibus ſunt, ac ſingulorum corpori unita. Edidit hæc acta Papebrochius die 7. Maji, atque Corradus Janningus de SS. Corporum inventione agens ait num. 5. *Poſt hæc invitavit nos illuſtriſſimus Præſul ad locum martyrii S. Reſtitutæ inclitum fere bis mille paſſus extra muros. Eſt ibi in Fibreno olim, nunc Carnello, fluvio exigua inſula, eademque ( niſi me mea, aliorumque opinio fallat ) cum illa, quam Cicero non admodum procul inde, ut volunt, in lucem editus deſcribit lib. 2. de Legibus &c. Hoc loci in ripa fluminis ſupereſt etiamnum ædicula in memoriam S. Reſtitutæ olim extructa, ab ejuſque nomine appellata.* Eadem aſſerit Bernardus Clavellus in deſcriptione Arpini pag. 222., & ſeqq. Facilius tamen crediderimus Carnelli nomen ex loco ipſo qui ſic forte nuncuparetur ortum, quod deinceps etiam Lyri permixtus retinuerit, quoad illud Gariliani celebritate ſua omnium vice obtinuit. A Soræ itaque inſula excurrit Carnellus in agro Arpinate, Caſtellucii, Fontanæ, Campi lati nunc S. Eleutherii, quo in loco abundans illi rivus ſulphereus adnectitur rapide a radicibus vicini montis delapſus ad orientem, cujus permixtione, quæ prius erat cyanea viridis evadit totius fluminis aqua. De hoc locutum Dantem credimus cantu 3. 2. canticæ ubi hæc de Manfredi Regis oſſibus canit. Carnelli.

*Se il Paſtor di Coſenza ch' à la Caccia*
*Di me fu meſſo per Clemente, allora*
*Haveſſe in Dio ben letta queſta faccia*
*L'oſſa del corpo mio ſariano ancora*
*Incò dal Ponte preſſo a Benevento*
*Sotto la Guardia della grave mora*
*Hor le bagna la pioggia, e muove il vento*
*Di fuor dal Regno quaſi lungo il verde*
*Ove lo tranſmutò a lume ſpento.*

Appellatum certe olim hoc flumen viride teſtis eſt Petrus Diaconus in vit. Sancti Theodemari Monachi hiſce verbis: *Hic igitur* ( Sancti Theodemari ) *dum relictis, ſpretiſque ſæculi pompis, Caſinum peteret, venit ad fluvium viride, qui ſecus Ceperanum influit, quem dum tranſmeaſſet famulum ejus unda rapiens, introrſum trahere cœpit, quod ubi advertit, ſe confeſtim ibidem in orationem dedit, moxque ut ab oratione ſurrexit, famulum ejus unda foras projecit.* A. certe 1614. die 17. Aprilis elegan-

Digitized by Google

eleganti marmore urna inventa pone muros veteris pontis, cum juſſu Pauli V. ſupra Lyrim ſeu Carnellum, qui mœnia Cœperani lambit, reficeretur, marmoreoque operculo plumbo urnæ adnexo hæc inſcriptio ſculpta.

*Hic jaceo Caroli Manfredus marte ſubactus,*
*Ceſaris Heredi non fuit urbe locus.*
*Sum Patris ex odiis auſus confligere Petro.*
*Mars dedit hic mortem, mors mihi cuncta tulit.*

Refert hæc omnia Paſchalis Honoratus Ceperani Archipresbyter in lib. de hoc ponte, & author hiſtoriæ ejuſdem oppidi p. 85. qui addit diu propalam expoſitam eam inſcriptionem, cujus fortuito abruptæ fragmentum unum, in quo tria verba erant, in viridario ſuo repoſuerit. Eam certe integram refert Leander Albertus in Deſcript. Campan. Fel. & Collenucius lib.4. Hiſtoriæ Regni Neapolitani edit. Venetæ an. 1613. p. 127. ubi ait. *Ma il Veſcovo di Coſenza di mandato del Papa lo fe cavare, e ſepellire fuora del regno alla ripa del fiume detto il Verde, acciochè in Benevento terra di Chieſa ancor morto non ſteſſe.* Nemini vero ignotum flumen, quod agrum Romanum a regno dividit, Lyrim eſſe; atque Manfredi cadaver, ut coævi omnes ſcriptores aſſerunt, ipſeque Carolus rex, Epiſt. 2. ad Clementem IV. Kal. Martii 1266. Beneventi humatum. En Caroli verba. *Corpus ipſum cum quadam honorificentia ſepultura, non tamen eccleſiaſtica, tradi feci.* Hinc corrigendus Boccaccius, qui in

Boccaccius refellitur. opere de fluminibus ait. *Viridis fluvius a Picenatibus dividens Aprutinos, & in Truentum cadens, memorabilis, eo quod ejus in ripam, qua ad Picenates verſa eſt juſſu Clementis Pontificis ſummi oſſa Manfredi regis Sicilia, qua ſecus Calorem Beneventi fluvium ſepulta erant, abſque ullo funebri officio dejecta fuerunt a Coſentino Praſule, eo quod fidelium communione privatus occubuerit.* Eundem in errorem lapſi ſunt Chriſtophorus Landinus in expoſitione Dantis memorato loco, Spondanus ad A. 1266. Summonte To. II. Hiſtor. Neapolitan. lib. 2. aliique, & de Ponte agit Cl. Philippus Bonanni To. II. Numiſmatum Romm. Pontificum p. 537. & ſeqq.

Amaſeni, Non longe a Ceperano ad ſeptentrionalem plagam in agro montis S. Johannis Lyri permiſcetur Amaſenus apud Virgilium lib. VII. & XI. Æneidos fuga Metabi Volſcorum regis celebris. Nam hunc fuiſſe a Virgilio celebratum fluvium pluribus rationum momentis oſtendit hiſtoriȩ Ceperani author p. 36. & 37. Paulo poſt Tholeni

Tholeni, fluvii, Theleni a veteribus dicti, aquis, quæ a Campania Romana per Salvaterræ agrum deſcendit, augetur Lyris, ubi dicitur: *Sotto l'Iſoletta.* Illius hiſce verbis meminit Strabo lib. V. *Fabrateria, quem Trerus fluvius præterfluit.* Ac deinde ſub S. Joanne in Carico, & arce in Lyrim

Melphis, influit Melphis, qui ſub prærupta apud S. Mariam da Canneto Apennini montis rupe in agro Septem fratrum naſcitur. Hinc Franciſcus Viſdomini Cardinalis Comenſis Ptolomæi Gallii a ſecretis in una ex epiſtolis ſuis poſt præſcriptam fluvii ſcaturiginem apud Bonaventuram Taulerium in memor. Hiſtoricis civitatis Atinæ lib. I. p. 38. inquit: *Veramente la natura non doveva fare men nobil letto ad un' acqua così pretioſa, come è quella, la quale è poi così eceſſivamente fredda, che volendone io pigliare di quell' arene d' oro, mi ſi erano quaſi aggranchiate le mani, di modo, che, ſe come vuole Ippocrate una delle prime condizioni dell' acqua buona è la freddezza, ella è ben la regina dell' altre acque, maſſime avendo anche in eccellenza tutte l' altre qualità, che ſi richieggono, poichè in eſſa non ſi ſente ne ſapore, ne odore ne vi ſi vede colore alcuno &c.* Subditque Taulerius: *Et il dottor Fiſico Gio: Battiſta Mella virtuoſiſſimo noſtro cittadino ne' ſuoi Teorematì, e Problemati ſtampati, e diſputati in Roma l' anno* 1586. *con verità nella concluſione* 155. *di queſt' acque diſſe: Ideo præſtantiſſima, & perfectiſſima aqua illa eſt fluminis Melfis, qui in Apennini monte naſcitur, & per agros defluit Atina antiquiſſima patria mea, quam olim Virgilius Maro potentem appellavit* 7. *Æneid. E nella concluſione* 156. *tacendo la ſquiſitezza, e perfezzioni dell' acque, e dell' eccellenti ſue trotte, & altri peſci: Neque mirum ſi iſta Melfis aqua ita ſit ut poſuimus, quia ipſa ex aureo minerato loco ſcatet, quod liquide demonſtrant quadam parva auri ſcintilla, quas, dum ſcatet, ſecum continuo trahit, cujus perfectiones, prærogativas, & quoad piſces, & quoad alia recenſere nolo, cum partialis videar.* Melphi in Atinate copulatur Mellarinus, cujus mentio eſt in deſcriptione finium Abbatiæ Caſinenſis apud Mellarini. Leonem Oſtienſem lib. I. c. 5. & in privilegiis noſtris, isque oritur prope Sarraciniſcum in horrida confragroſaque Apennini parte. Melphi quoque unitur aqua Rochettæ, Rivique Cancelli, Mollis, Niger, & Gallinarius; ut fuſius deſcribit Taulerius in memor. hiſtor. Atini, lib. 1. pag. 37., atque Caſtrucius in Atinæ deſcrip. p. 74. admiranda hæc de Melphi refert: *Tra Atino, e Caſale nelle radici dell' Apennino, che ha la faccia a Tramontana vi è una bocca sì vaſta, e profonda, che riceve in ſe tutt' il fiume, e ſcorrendo con gran rumore per li cuniculi ſotterranei del detto Monte sbocca (come dicono) alla volta di Roccaſecca: di ciò ne fa mentione Plinio lib. 2. c. 103., dal che ſi avvera tanto più queſta eſſer la vera, & antica Atina. Lo ſanno i peſcatori ogn' ora, che cacciando le trotte, barbi, & anguille, che quivi ſi peſcano per pigliarne maggior copia travolgono il fiume a detta bocca, e laſciano a ſecco tutto il letto del fiume più di dieci miglia.* Et quidem Plinius memorato loco ait. *Et in Atinate Campo fluvius merſus poſt* XX. M. *paſſ. exit.* Verum hac tempeſtate vorago Saxis, arenaque inundationibus advecta ita repleta eſt, ut fluvium omni ex parte palam præterfluere adegerit.

Carnello etiam in agro deſerti caſtelli S. Stephani unitur fluvius *della Coſa* in agro Pici loco della Coſa, ubi dicitur Cannavine Aquinate, ortus, quem augent plures eodem loco ortæ ſcaturigines, pluresque aliæ agri Pontiſcurvi, quem prȩterfluit, quarum memoranda eſt illa balneorum, cum valde ſit copioſa, & ſæpe ſulphurea; atque illæ rochæ Guillelmæ potiſſimum *delle Vocche*: ab illo differt cujus Strabo lib. V. meminit, cum ait: *Fruſinum quod Coſa amni alluitur.*

*Differt.* Sss Car-

Carnellus agrum Pontiſcurvi, cujus mœnia lambit, alluit, in eumque influunt cum agrum deſerti oppidi Terami præterfluit, fluvii *delle Sogne*, & *delli Marozzi*.

delle Sogne, e delli Marozzi,

Deinde per agrum S. Georgii, S. Apollinaris, & Vandræ pluribus coactis inde ſurgentibus aquis in ſolitario Juncturæ caſtello flumini Rapido permixtus aſſumto Gariliani nomine proprium ambo amittunt. In Garilianum influit Pecia aquis agri S. Petri in fine, & S. Victoris tumens, quæ non longe a Gallucio originem ducit, atque Caſpolum, Minianum, & Rocham Vandræ præterfluit. Cl. Camillus Peregrinius in Campan. Felic. p. 120. Diſcurſ. 2. hæc ad rem noſtram ait. *Ma il nome del Garigliano nacque, s'io non erro, da quello della Maſſa, o diremo del villaggio chiamato dagl' antichi per nome Garigliano, il quale da Anaſtaſio bibliotecario fu deſcritto nel Territorio di Seſſa, mentre racconta nella vita di S. Silveſtro, che l'Imperatore Coſtantino magno diede con molti altri doni alla Chieſa Lateranenſe Maſſam Garilianam in territorio Sueſſano præſtantem ſolidos quadringentos; Ne è difficil coſa perſuaderſi, che una tal maſſa fu su la ripa di quel fiume, benchè la ſua denominazione dovette naſcere molto doppo l'età di Coſtantino come da quel, che ſoggiungerò convien dirſi &c.* Verum illud nobis probatur Gariliani nomen a cognominibus villis ortum, quas veteres recenſent, præcipue Giſulphus II. Dux Beneventanus in deſcriptione finium Abbatiæ Caſſinenſis, quam alii plures Principes confirmarunt. En Donationis verba apud Leonem lib. 1. cap. 5. *Et ſicut deſcendit per ipſum montem uſque ad villas de Gariliano inde ad Peſclum, qui nominatur cripta Imperatoris, indeque pergit uſque ad dictum flumen Garilianum.* Villæ itaque de Gariliano in ditione noſtra ſunt pluribus lapidibus a Maſſa Gariliana diſſitæ. Certe vix Carnellus Rapido permiſcetur cum ambo Garilianus appellantur, quod incolæ omnes S. Apollinaris, S. Ambroſii, S. Andreæ, Roccæ Vandræ, Cucurutii, Mirtulæ, quorum agros Garilianus præterfluit, omneſque alii contermini populi ſciunt, licet longe ante Maſſam Garilianum degant. Id veteribus etiam compertiſſimum erat. Nam Bernardus Abbas, quo lites inter varia oppida de finibus ſuis ortas ablegaret, regeſtum an. 1278. condidit, in quo cujuſque vici Abbatiæ Caſſinenſis fines exacte recenſentur. Ait vero Vandræ fines incipere prope fluvium Rapidum, deſcendere ubi Rapidus, ac Carnellus copulantur, ſubditque. *Et deſcendit per flumen, quod dicitur Garigliani &c.* paulo itaque poſt unionem Rapidi, & Carnelli Gariliani nomenclatura incipit. Cucurutii fines ſic incipiunt in eo regeſto: *ubi dicitur Caſa Fortina ſupra S. Terentianum, cui eſt a primo latere fluvius Garilianus, & per crepedinem ipſius fluvii pergit uſque ad Rivum Petroſum &c. A quinto latere eſt foſſatus antiquus, qui deſcendit ad viam antiquam, & mergit, & intrat in ſupradictum fluvium Garilianum, qui eſt primus terminus. Primus Mirtulæ finis eſt: Mons* (*Fons*) *qui dicitur la Poſa a quo Rivus vivus recipit ortum, qui per directum deſcenſum mergit in flumen Garilianum.* Et infra: *deinde mergit ad Foſſatum de Cardetis, & fluit in flumen Garilianum, & vadit per crepedinem ſupradicti fluminis, uſque ad locum, in quem aqua Rivi vivi demergunt &c.* Quodque magis eſt, longe ante Bernardum principes Landulpus, & Athenulphus hoc diploma incolis Roccæ Evandri conceſſere, in quo Garilianus pro fine caſtelli ponitur. *Nos Landolphus, & Atenolphus divina ordinante providentia Langobardorum gentis principes concedimus vobis Adelperto, & Leones Godeprandi, & Petri Magiſtro, & Roccius Adelgardi, & Petri, & Formoſu, & Fuſco qui fuiſtis de Sora, & modo veniſtis ad habitandum in terra dominationis noſtra, ſeu & illi, qui ubi vobiſcum ad habitandum venire voluerint, ideſt omnia Fundatum quod pertinuit Sacro noſtro palacio, loco, qui nominatur Bandra, & quomodo ab una parte decurrit flubiu Gariliano, & ab inde qualiter badit per aqua de Bandra, & inde tranſientem, & badit circa terra monaſterii S. Benedicti uſque in bia, qua benit a Pontefracto &c. quam, & qualiter badit per ipſum riſcellum, & mittit in ipſum albeum flubio Garilianum &c.* Thomas Abbas an. 1287. fines caſtelli S. Ambroſii hiſce verbis deſcribit: *A prima parte habet flumen Gariliani, & Inſulam domini Imperatoris, & jam dictum flumen &c.* An. 1311. Marinus Abbas inſtrumento ſtipulato a notario Joanne de Gualterio a S. Apollinari concedit Fr. Benedicto de S. Ambroſio: *Inſulam S. Andreæ poſitam juxta flumen Garelianum juxta Rivum de Mortina*; quod omnes veteres, recenteſque memoratorum authorum ſcripturæ habent. Mirum itaque hallucinatum adeo eruditiſſimum Peregrinium, cum potiſſimum in fine p. 119. advertat Garilianum pluries a Leone Oſtienſi recenſeri: magiſque admirandum, Angelum quoque Nuceum in eundem errorem lapſum in notis ad. l. 1. c. 5. n. 522. cum ait. *Poſtquam igitur Lyris, ſeu Carnellus maſſam illam Garilianam allabitur, nomen ſubit Gariliani, non vero ante illam &c.* Nam quidem ultimus a Giſulpho recenſitus Abbatiæ Caſſinenſis finis, neq; agro Sueſſano conterminus eſt, neq; Maſſæ e diametro ſui poſitæ, quæ prædium eſt cœnobii noſtri, antequam per ſex continua milliaria Gariliani nomen flumen retinet. Cum vero flumen ditionis noſtræ ſit finis, illud certe eſſe non poteſt in medio Sujano agro, quo illa non pertingit. Longe tamen gravius lapſus eſt Ludovicus Jacobilli in vita s. Dominici Abbatis vulgo Sorani cum p. 76. ſcribit. *E ſituata queſta Citta* (*Sora*) *appreſſo il fiume Garigliano chiamato dagl' antichi ſcrittori Lyris, & al fiume Fibreno detto poi Carnello, il quale entra nel Garigliano appreſſo la villa o monaſterio di S. Domenico di ſopra nominato un miglio in circa diſtante a Sora, nella cui villa nacquero Cicerone, e Quinto ſuo Fratello, come abbiamo accennato di ſopra al cap. 6.* Et Johannes Paulus Matthias Caſtrucius in cit. deſcript. pag. 93. ait, *Li quali Fibreno, e Liri &c. a Sora uniti aſſieme ſcorrono ſino a Pontecorvo, dove perde il nome, e ſi chiama Garigliano dal Monte Garro, le cui radici bagna, fino che sbocca nel ſeno Gaetano.* Et infra; *E bagnando le mura della città di Sora ſi uniſce con il fiu-*

Pecia;

& Gariliani.

*fiu-*

Digitized by Google

-*fiume della Poſta nella villa ſudetta di S. Domenico, che ſino a Pontecorvo ſi chiama fiume di Sora, e poi, come ſi è detto, Garigliano*. Jo: Stadius in Commentariis ad Lib. I. Flori cap. 16., Coronellus in Athlante Veneto To. I. p. 98. col. 2. Mutius Phœbonius in Hiſt. Marſorum p. 123. aliique recentiores putarunt, Gariliani nomen ortum a Gauro monte, quem viciniſſimum ejus aquis credidere, cum novem milliaribus diſtet ex Itinerario Antonini, decemque ex Strabone lib. V. ut videas Gariliani aquas Gauri, ſeu Maſſici radices lambere haud poſſe. Clavellus cit. loc. p. 20. & in marg. p. 21. M. Antonius Scipio in elog. Abbat. Caſſin. cap. I., ubi montis regionem ſitumque deſcribit, aliique credidere ab unione fluvii Rapidi, quem Garim abſque authore nuncupant, cum Lyri compoſitum Gariliani nomen ortum. Ubi antiquitus ad Minturnas veterem celeberrimamque urbem deveniſſet, ab ea nomen quoque aſſumebat hoc flumen, teſte Ulpiano Lib. 19. digeſt. Tit. II. leg. XIV. Minturno cum ſcripſit. *Si navicularius onus Minturnas vehendum conduxerit, & cum flumen Minturnenſe navis eo ſubire non poſſet, in aliam navem merces traſtulerit, eaque navis in oſtio fluminis perierit, tenetur primus Navicularius*. Quod forte Ulpianus propria uſus libertate Minturnarum nomen flumini indidit, ad Sichardi Principis Beneventani tempora perſtitit. Nam hic in Capitulari an. 836. cum Johanne electo eccleſiæ Neapolitanæ, & Andrea Magiſtro militum, ſeu Neapolis Duce inito apud Peregrinium in hiſtoria Princip. Langobard. p. 75. & ſeqq. habet nu. 13. *Item ſtetit de fluminibus, qui in fine Capuanæ ſunt, hoc eſt Patria, Volturnus, atque Minturnus, ut in ipſa trajecta ſit licentia tranſeundi tam negotiantibus, quam etiam Reſponſalibus, vel militibus, ſeu aliis perſonis de Ducatu veſtro Neapolitano ſalva conſuetudine noſtra*, ( de vectigalibus aliquot loquitur) *illæſi debeant tranſire, &c.* Vulturno quoque eadem ſors fuit, nam Caſilinum dictum, quod eam urbem allueret, eaque complanata ſolo, nomen longe poſt retinuit. Minturnas quidem duas in partes non longe a mari flumen dividebat, teſte Strabone lib. V., Livio Lib. X., & Plinio lib. III. cap. 5., quas Ptolomæus inter urbes magis mediterraneas Latinorum recenſet. Magnifica adhuc ejus rudera ſuperſunt non longe a maris littore, ut jure Cluverius lib. 3. cap. X. ſcripſerit: *Cujus hodieque in gentes viſuntur in ſiniſtra maxime ripa reliquiæ, quatuor fere millia paſſuum a mari, & oſtio amnis*, ( Labitur tamen hic Cluverius, nam hujus urbis reliquiæ duobus vix milliaribus a fluminis oſtio diſtant.) *remotæ, in quibus præcipua ſunt aquæductus, amphitheatrum tum murorum, turriumque magna rudera, prealti quidam fornices, aliaque ſplendidorum ædificiorum fundamenta ſolidiſſima*. Deſtructæ jam a tempore S. Gregorii M. fuerant, ut ipſemet teſtatur lib. I. Indict. 9. epiſt. 8. quam integram damus, quod Minturnenſem epiſcopatum Gregorii juſſu Formienſi unitum inde conſtet, quæ poſterior civitas eo loci erat ubi modo Mola Cajetæ, atque utrumque epiſcopatum Cajetam demum cum corpore S. Eraſmi tranſlatum. *Gregorius Bacauda epiſcopo Formienſi. Et temporis neceſſitas nos perurget, & imminutio perſonarum exigit, ut deſtitutis eccleſiis ſalubri, ac provida debeamus diſpoſitione ſuccurrere. Et ideo quoniam eccleſiam Minturnenſem funditus tam cleri quam plebis deſtitutam deſolatione cognovimus, tuamque pro ea petitionem, quatenus Formianæ eccleſiæ, in qua corpus B. Eraſmi martyris requieſcit, cui fraternitas tua præſidet, adjungi debeat, piam eſſe, ac juſtiſſimam providentes; neceſſarium duximus, conſulentes tam deſolationi loci illius, quam eccleſiæ tuæ paupertati, reditus ſupradictæ eccleſiæ Minturnenſis, vel quidquid ei antiquo modernoque jure, vel privilegio potuit, poteſtve qualibet ratione competere, ad tuæ eccleſiæ jus, poteſtatemque hac præcepti noſtri authoritate tranſmigrare: ut a preſenti tempore ſicut de propria eccleſia debeas cogitare, eique tua competentia diſponere, quatenus deinceps quod perire nunc uſque potuit pauperum eccleſiæ tuæ utilitatibus clerique proficiat*. Oſtendit Camill. Peregrinius loc. cit. p. 124 ex Minturnarum deſtructione non longe abſens Trajecti caſtellum coaluiſſe loco eminenti, aptiorique ad defenſionem turbolentis illis infeſtiſſimiſq; temporibus.

Cymbæ per Garilianum, & Rapidum actæ.

A mari fere ad Sujum navigari poteſt Garilianus grandioribus cymbis aliiſque remis actis ab eoquè loco, ad S. Germanum pene, ſcaphis, quas ſandalia vulgo appellant. Quamquam difficile admodum per loca quædam aditus patet per interjectos ſcopulos, e quibus magno impetu aqua cadit, tamen ſæpe ſæpius res etiam graviſſimæ ad nos devehuntur. Refert notarius Benedictus Pantaleone anno primum 1580. die 19. Maii cymbas ad S. Germanum advectas opera Petri Velaſquez, & Chriſtophori Grimaldi, prioremque ante S. Thomam intra viridarium Cincinnati Roſæ ſtetiſſe.

Aquæ minerales,

Prope Sujum ſub ipſum Vicum, & non longe a Gariliano duæ tepidæ ſulphureæ ſcaturigines oriuntur, parum inter ſeſe diſſitæ, agendiſque piſtrinis aptæ, quæ in eundem amnem influunt. Ad radices montis cui Sujum inhæret aliæ ſcaturiunt ſulphureæ aquæ, atque in montis ultimo in planitie quadam quatuor exoriuntur, quarum prima, tertia, & quarta communes ſunt, 2. ſulphurea, paſſimque in Suji agro ejuſdem generis videre eſt. Hinc prope Garilianum rudera conſpiciuntur, ubi magna olim eccleſia S. Antonii, ex quo loci nomenclatura modo orta, ſupra quam cubicula erant, ac pone, ut credimus, noſocomium, aut caſæ in quibus infirmi exciperentur, qui balneorum uſu indigerent. Nam ibi potiſſimum plures aquæ ſulphureæ, quarum una calidiſſima, aliæ tepidæ; iiſque hactenus plures haud ſine magna utilitate utuntur. In altera Gariliani ripa agri Sueſſani ſulphureæ etiam aquæ oriuntur non longe ab ipſo flumine, atque uno in loco calidiſſimæ. Quemadmodum & in agro Mirtulæ, in quo præteritis ſeculis balnea erant ut Diſſ. I. dicemus. De hiſce aquis locutum Plinium lib. 2. cap. 103. ſuſpicamur cum ait: *Sed & fontium plurimorum natura mira eſt fervore, idque etiam in jugis alpium, ipſoque in mari inter Italiam, & Aenariam, ut in Bajano ſinu, & in Lyri fluvio, multiſque aliis*.



Digitized by Google

Modo alia diœceſis, ditioniſque noſtræ caſtella deſcribenda extra fines donationis Giſulphianæ.

XXVIII. Rocha Evandri.

Roccę Evandri. Rocham Evandri in amœno monte ſitam S. Henricus Imperator cœnobio noſtro dono dedit an. 1122., ut Diſſ. I. dicemus. Ibi eccleſia S. Mariæ, & S. Antonini martyris recipit presbyteros, ac cura animarum ab Archipresbytero exercetur, ibidem divina quotidie officia perſolvuntur a presbyteris, ex quibus ſi quis deſit, diſtributiones amittit; in eaque Abbas noſter concionatorem quadrageſimę tempore deputat, cui commune eleemoſynam ſolvit. Quædam ibi laicorum ſodalitates, noſocomium, quod eleemoſynas etiam dotis titulo nupturis virginibus erogat, aliæque eccleſiæ, frequenſque populus, ac civiles familiæ, U. J. doctores, Medici, notarii pharmacopulæ; Inter hos eminent presbyteri Timotheus de Stephano U. J. D. Archipresbyter Pignatarii, Angelus de Stephano canonicus cathedralis Sueſſanæ eccleſiæ, & Medicus, atque Joſeph de Stephano Medicus. Fertilem ejus agrum alluunt flumina della Peccia, & Garilianus, aliæque aquæ. Dominus ejus oppidi, & Cameni Marchionis titulo eſt D. Dominicus Cedronius, ibique ſatis comodum palatium habet in modum arcis, atque eccleſiam S. Barbaræ; conſtructum id caſtellum circa medium ſeculum X. eruitur a privilegio Landulphi, & Athenulphi principum, quod in deſcriptione Gariliani dedimus.

XXIX. Cucurutium.

Cucurutii. Cucurutium utroque jure nobis ſubditum in monte amœno ſitum eſt, pulcherrimoque etiam maris aſpectu fruitur. A ſæculo jam X. incolas habuiſſe ſcimus ex Lib. III. chron. Caſſinen. cap. 18., 47. &c., & ex donatione, quam Diſſ. I. dabimus. Parochia S. Salvatoris ab Archipresbytero regitur, ubi olim Canonici, ut publicis ſcripturis conſtat, ibidemque aliæ quædam eccleſiæ. Ejus incolæ non niſi octo, & ſexqui carolenos pro foco regiæ curiæ ſolvunt, cum alia nomina ad quadraginta duos. Haud infertilem ejus agrum alluit Garilianus, & aliæ ſcaturientes aquæ. Celebre ibi erat monaſterium S. Salvatoris, de quo in Hiſtoria.

XXX. Caſtellum S. Petri in Curulis.

S. Petri in Curulis. Caſtellum S. Petri in Curulis in colle ſitum eccleſiam habet S. Petri apoſtoli receptitiam presbyterorum, & cum animarum cura regitur ab Abbate, in qua ſtatis diebus divina officia perſolvuntur, ibidemque electus ab Abbate Caſſinenſi conciones habet, cui commune eleemoſynas ſolvit. Quædam aliæ ibidem eccleſiæ, pluraque beneficia de jure patronatus. Nobis tantum in ſpiritualibus ſubditur, ibidemque civiles quædam familiæ, U. J. doctores, medici, aromatarii, & notarii.. Hinc ortus D. Simeon Oliverius Fundanus epiſcopus. Fertilis ejus ager, quem cum Rocca Guillelma communem habet, Carnello, & della Coſa fluminibus, aliiſque aquis alluitur, optimiſque paſcuis abundat. A ſæculo XI. habitatum jam vicum oſtendit privilegium Urbani II. anno 1097. datum, de quo in prima Diſſertatione.

XXXI. Mirtula.

Deſertum Mirtulæ oppidum nobis utroque jure ſubditum in colle ſitum erat, cultumque an. 1065. quo illud cœnobio noſtro conceſſere Capuani principes Richardus, & Jordanus, teſte Leone Oſtienſi lib. 3. cap. 18. quorum diploma dabimus in Diſſ. I. ex quo etiam conſtat pagum Caſæfortini eidem caſtello propinquum admodum fuiſſe. Extat ibi hactenus eccleſia S. Mariæ, cui œconomus curatus ab Abbate Caſſinenſi deſignatus præeſt. Fertilem ejus agrum Garilianus, aliæque quædam aquæ irrigant ad quod tranandum flumen ſcapha a Caſſinatibus poſita. Ibidem ob ſurgentes ſulphureas aquas præteritis ſæculis balnea erant conſtituta, de quibus in deſcriptione Gariliani, & Diſſ. I. Mirtulæ.

XXXII. Oppidum Terami.

Inter Aquinum, Caſſinumque ſitum eſt dirutum caſtellum Terami, celebris olim Interamna, modo quoque Lyri, ſeu Carnello, & amne delle Sogne ablutum, qui poſtremus in Pheudo S. Gregorii oritur loco dicto *Capo d'Aqua*, & acqua della ciſterna, deinde aliis in agro Aquinate, & Plumbariolæ ortis augetur. Hanc veterem fuiſſe Interamnam Strabo exprimit lib. V. hiſce verbis. *Fabrateria, quam Terus fluvius præterfluit. Aquinum urbs magna, juxta quam Melphis fluvius magnus labitur. Interamnium ſita urbs ad confluentes duorum fluminum Lyris, & alterius. Caſinum ipſa quoque memorabilis, & latinarum ultima*. Quod evidenter etiam oſtendit Plinius lib. 3. cap. 5. dum ait. *Interamnates Succaſini, qui &* Lirinates *vocantur*, hoc eſt, ut bene explicat Cellarius in Geographia antiqua To. I. Par. II. p. 822. *ſub Caſſino ad Lyrim ſiti*. Verum non video cur Cellarius ipſe poſtquam ſub Caſino poſuit Interamnam, ſubdit. *Infra Fregellas, ubi Lyris flumen Melphim, ut Strabo vocat, nunc Melfa recipit Interamna*: deinde Aquinum recenſet. Si quippe poſt Interamnam Aquinum fuiſſet, haud dixiſſet Plinius *ſub Caſino*, ſed *ſub Aquino*, neque rite illam deſcripſiſſet Strabo inter Aquinum, & Caſinum. Livius certe lib. 26. c. 9. poſt Caſſinum, & ante Aquinum collocat hiſce verbis. *Sub Caſinum biduo ſtativa habita, & paſſim populationes facta inde præter Interamnam, Aquinumque in Fregellanum agrum ad Lyrim fluvium ventum*: Rem evincit hoc ipſum ſuperſtes Terami nomen, quod anno etiam 1066. retinebat, ut Diſſ. I. dicemus occaſione permutationis, cum Capuæ Principibus factæ a cœnobio noſtro; in qua, inter fines alios recenſentur amnes Carnellus, ſeu Lyris, & *delle Sogne*. Veteres quoq; plures ibi erutæ inſcriptiones, aliaq; plura rudera idem evincunt, ut probe obſervat Holſtenius apud Baudrand. Labitur iterum *Cellarius* Terami.

*rius cum ait: Hos ſolum cognomine videtur Silius notaſſe, quem ita lego a verſu* 400. *lib.* VIII.

. . . . . *Fibreno miſcentem Flumina Lyrim,*
*Accolit Arpinas, accita pube Venafro*
*Ac Lirinatum dextris ſocia hiſpidus arma*
*Commovet, atque viris ingens exhaurit Aquinum.*

*Lego* Lirinatum, *ideſt Interamnatium, quos* Lirinates *cognominabant. Hi enim inter Aquinum, & Arpinum ſunt, non* Larinates, *qui vulgo leguntur quales in Frentanis novimus, &c.* Haud equidem Lyrinates noſtri inter Aquinum, & Arpinum ſunt, quod quatuordecim circiter milliaribus Aquino abeſt, ſed inter Caſſinum, & Aquinum. Arnoldus Drackenborch in notis ad Cajum Silium Italicum lib. 17. Punic. legit *Larinatum;* ſubditque: *Et hoc oppidum non in Latio, ſed in Frentanis haud procul a mari ſuperum ſitum erat:* immemor illorum, quæ verſu CCCC. notaverat hiſce verbis: *Non enim Silius in Campania, ſed Latii deſcriptione verſatur.* Haud itaque poterat Silius ab Interamna prope Caſſinum, & Aquinum ad Larinum in Frentanis pluribus a Latio diebus diſſitum pergere. Larini certe meminit Silius lib. 15. nu. 565. cum ait: *Quoquo jacet ſuperi Larinas accola ponti.*

Interamna Romanorum colonia erat, ut oſtendit inſcriptio a nobis cum de Caſſino allata, atque alia hæc apud Honuphrium Panvinium in deſcriptione imperii Romani p. 60.

P. TURCIO P. F. STEL. SEVERO
II. VIRO. CVRAT. REIP. INTERAMNAT.
LIRIN. EORVNDEM. PATRONO COL.
CASSINATES

Idemque confirmat Paterculus lib. I. cum ait: *Et poſt triennium Tarracinam deducta colonia, interpoſitoque quadriennio, Luceria, ac deinde interjecto triennio Sueſſa aurunca, & Saticula, Interamnaque poſt biennium.* Et Livius lib. IX. *Interamnam, & Caſſinum, ut deducerentur Coloniæ S. C. factum eſt; ſed Triumviros creavere, ac miſere colonorum quattuor millia inſequentes Conſules M. Valerius, P. Decius. A. U. C.* 542. Et lib. X. Lucio Poſthumio Megello M. Attilio Regulo Coſſ. *Samnites Interamnam coloniam Romanam, qua via Latina eſt occupare conati.* Cluverius To. 1. l. 3. c. 8. ait: *Ex adverſo autem Pontiſcurvi in lævam Lyris influit amnis ab Caſino, & S. Elia oppido delatus, inter quem Lyrim antiqua Urbis veſtigia nonnulla hodieque viſuntur, quas veteris Interamnæ Lyrinatis eſſe reliquias prædicta Livii, Strabonisque deſcriptio aperte docet.* Verum fallitur Vir eruditiſſimus dum Caſſinum amnem, illumque Rapidi agrum Interamnatem alluere cenſet. V. Ferrarii Lexicon cum not. Baudrand. verb. *Interamna* ubi habetur: *Oppidum fuit Volſcorum in Latio*; & To. 1. Geographiæ idem Baudrand ſcribit: *Oppidum fuit Volſcorum.* Quod certe eo loci ſitum non erat, ut perperam quidam cenſent, quo modo Vicus Iſolettæ uno dumtaxat milliario Ceparano diſſitus. In fertili ejus agro, qui in ſpiritualibus, & temporalibus Caſinati monaſterio ſubjicitur, plures eæque ſaluberrimæ naſcuntur aquæ.

### XXXIII. Vicus S. Gregorii.

Deſertus S. Gregorii Vicus utroque jure nobis ſubditus in planitie ſitus a ſeculo IX. incolebatur, teſte Leone Oſtien. lib. I. c. XIX. utque ex donatione conſtat Danielis nobilis Tarentini monaſterio S. Gregorii ibidem poſito facta, quam Diſſ. I. dedimus. Extat ibi hactenus eccleſia S. Gregorii M. in qua Cappellanum deputat Abbas noſter. Fertilem ejus agrum alluunt aquæ dictæ *Capo d'aqua, & della Ciſterna*, aliæque. S. Gregorii.

### XXXIV. Caſtellum Barreæ.

Caſtellum Barreæ in monte ſitum Aprutii ultra, quamquam per errorem forte in Aprutio citra ponitur in novo cenſu ſolutionum fiſcalium regni Neapolitani an. 1669. facto, nobis ſpirituali jure ſubditur, temporali Principi Scamni. Initio certe ſæculi XI. incolis deſtitutum erat, ut oſtendimus cum de monaſterio S. Michaelis Archangeli, quod Ludovicus II. Imperator conſtruxit, dotavitque ampliſſimis latifundiis in valle, quæ Regis appellabatur, unde & caſtelli a quibuſdam nomen inditum, ut refert Victor III. Lib. II. Dialogor. p. 66. hiſce verbis: *Azzo etiam quidam religioſa ſatis vita Monachus fuit, qui eccleſiam B. Michaelis Archangeli in valle, quæ dicitur Regis, a Ludovico Chriſtianiſſimo Imperatore mirifico opere conſtructam, poſtmodum vero a Saracenis deſtructam, omni cum ſtudio reſtauravit, ibique Fratres ad omnipotentis Dei ſervitium, prout potuit congregavit &c.* In Barreæ agro Vallis regia ſita. Caſtelli eccleſia S. Thomæ Apoſtoli perpulchra, ac dives receptitia eſt presbyterorum &c. ſub Archipresbytero, quem penes eſt animarum cura, eamque in rem alii quidam ſuppetias ferunt. Quotidie divina ibi officia perſolvuntur, a quibus ſi quis deſit, diſtributionibus quotidianis arcetur, ibidemque conciones habet quadrageſimæ tempore electus ab Abbate Caſſinenſi, cui Commune eleemoſynam ſolvit. Quædam etiam capellæ ſatis divites, & beneficia de jurepatronatus. Satis frequens ibi populus ſub ditione Principis Scamni ex nobiliſſima gente de Afflicto, aliæque ibidem eccleſiæ, & ſodalitates quædam laicorum, noſocomium, & Conventus Patrum Reformatorum provinciæ S. Bernardini. Incolæ omnes, quos inter U. J. Doctores, Medici, Pharmacopulæ, Notarii, Civileſque familiæ decimas fructuum omnium frugumque, quæ in caſtelli agro colliguntur, parochiæ ſuæ perſolvunt, quæ quatuor in partes dividuntur, earumque tres ſingulis presbyteris cedunt, 4. Sacro cœnobio Caſſinenſi. Illud quoque receptum hic eſt, ut nomen publicum eleemoſynas presbyteris tribuat, quo a die 8. Maii ad 29. Septembris quotidie Sacroſanctam Chriſti Domini Paſſionem recitent. An. 1345. Andreas Larini epiſcopus, & Magiſter *ſecreta Reginalis Capellæ* ex hoc caſtello ortus quaſdam eccleſiæ S. Mariæ indulgentias conceſſit, ut in hiſtoria diximus. Ejus agrum optimis, frugiferiſque paſcuis abundantem potiſſimum in celebri, altoque Monte Clarani, amnis Sangrus alluit truttis optimis dives. Barreæ.



Digitized by Google

XXXV. Biſcurri.

Biſcurri. Barreæ adiacet deſertus vicus de Biſcurris, nobis ſpirituali jure ſubditus, in quo ab anno 1594. duæ extabant Eccleſiæ, altera S. Johannis in loco dicto Valle Santo Janni, altera S. Georgii martyris, ut plures jurati teſtes aſſerunt eo anno examinati.

XXXVI. Villetta.

Villetta. Villetta Barreæ in colle ſita nobis ſpirituali jure ſubditur, temporali Principi Scamni, habetque eccleſiam Deiparæ in cœlum aſſumptæ ſub Archipresbytero, in quo conciones habet quadrageſimæ tempore electus ab Abbate Caſſinenſi, cui commune eleemoſynam ſolvit. Aliæ ibidem eccleſiæ, frequenſque populus, in quo Medici, & notarii, illeque parochiæ ſuæ decimas ſpirituales ſolvit, e quibus pars una cedit parocho, altera eccleſiæ cathedrali Caſſinenſi. Quædam etiam ibi laicorum ſodalitates. Ejus agrum Sangrus alluit.

XXXVII. Civitellæ.

Civitella. Paulo inde diſtans Civitella in colle poſita ineunte ſæculo XI. incolebatur teſte Leone Oſtienſi lib. 2. Chron. Caſſin. cap. 34. nobis ſpirituali jure ſubdita eſt temporali Baroni della Poſta Fogienſi. Eccleſia extat S. Nicolai ſub Archipresbytero, in qua conciones habet quadrageſimæ tempore electus ab Abbate Caſſinenſi, cui populus elemoſynam ſolvit. Aliæ ibidem eccleſiæ, quædam laicorum ſodalitates, atque incolæ decimas ſpirituales ſolvunt, quarum una pars eccleſiæ curatæ cedit, altera cathedrali Caſſinenſi. Ejus agrum Sangrus alluit.

XXXVIII. Rocca inter montes.

Rocca inter montes. Deſerti caſtelli Roccæ inter montes nobis ſpirituali jure ſubditi meminit Leo Oſtienſis lib. 2. chr. Caſſ. cap. 34. de Azone Caſinenſi Monacho Monaſterii S. Angeli in Valleregia inſtauratore agens hiſce verbis: *Præfatus vero Dominicus ejuſdem magiſtri ſui ſollertiam imitatus, non multo poſt Roccam, quæ inter montes dicitur, non longe ab ipſo monaſterio conſtruxit, atque colonos, qui prius in loco, qui Civitella vocabatur habitaverant, in ea conſtituit, &c.*

XXXIX. Caſtellum S. Petri de Avellana.

S. Petri de Avellana. Caſtellum S. Petri de Avellana in Comitatu Moliſii in Valle montibus circumdata poſitum eccleſiam habet SS. Petri, & Pauli, in qua curam animarum obit Oeconomus ad nutum ab Abbate noſtro ſtatutus, in eaque conciones habet, quem idem miſerit, cui eleemoſynam Indigine ſolvunt. Corpore ditatur S. Amici confeſſoris, atque aliis quibuſdam eccleſiis, Noſocomio, & duabus laicorum ſodalitatibus. Frequens populus nobis utroque jure ſubditus, decimas ſpirituales eccleſiæ Caſſinenſi ſolvit. S. Petri eccleſia olim cœnobium erat noſtro ſubditum ineunte ſæculo XI. conſtructum a S. Dominico vulgo *Sorano*, qua occaſione ob coactos ibi incolas caſtellum factum. Ejus agrum paſcuis abundantem alluit Sangrus, aliæque plures ſurgentes aquæ. Prope hoc caſtellum tres olim alii Vici, modo deſerti erant, ideſt civitas Monacheſca, Robellione, & Caſa magiſtrorum

XL. Civitas Monacheſca.
XLI. Robellione.
XLII. Caſa Magiſtrorum vulgo Caſali Maſtri.
XLIII. Vicus S. Martini.

Paulum a S. Petro abeſt deſertus vicus S. Martyni in Montibus, cujus agrum alluit fluvius Sangrus. S. Martini.

XLIV. Cantalupus.

Non longe hinc abeſt deſertus alter Vicus Cantalupus, cujus nonniſi nomen ſupereſt, cujus agrum Sangrus alluit. Nobis memorata omnia deſerta oppida utroque jure ſunt ſubdita. Cantalupi.

XLV. Peſculum Conſtantii.

Nobile Peſculi Conſtantii oppidum in leni clivo inter altiſſimos montes ſitum in provincia Aprutii ultra, quamquam forte per errorem in novo cenſu an. 1699. condito in provincia citra ponitur, a ſeculo XI. incolebatur; Decoræ ibi amplæque domus, & viæ, abundantes aquæ, frequens, diveſque populus, in quo nobiles, civileſque plures familiæ, ac reliqua pars artifices. Oppidanus eſt D. Joſeph Grillus a longo tempore Baro Petranſieræ, quidamque alii Barones, nempe Carcerum, Roccæpizzi, Aſinellæ; Quædamque aliæ familiæ eodem olim titulo decoræ, ut Manſia, quæ domina fuit Pizzoni, & Amata civitatis Luparellæ. Plures ibi U. J. doctores, Medici, notarii, Aromatarii pluresque inde orti doctrina ac dignitate conſpicui, quos inter elapſis annis David Cocco-Palmerius epiſcopus Melitenſis primus Prior magnæ Crucis, Commendatarius S. Petri de Caſellis &c. Eccleſia mater in colle ſita ſub titulo *S. Mariæ in cœlum Aſſumptæ* triginta presbyteros habet, curamque ibi ad nutum Abbatis noſtri exercent ab eodem electus Rector, quidamque alii coadiutores. Quotidie ibi divina officia magno ſplendore perſolvuntur, & quadrageſimæ tempore conciones habet deſignatus ab Abbate noſtro, cui eleemoſynam populus ſolvit. Locupletes quaſdam capellas habet, potiſſimum SS. Sacramenti, quæ domina eſt phæudi Aſinellæ. Aliæ in eo oppido eccleſiæ valde decoræ, & laicorum ſodalitates, quas inter eminet illa ſuffragii ſatis dives, atque Conventus Reformatorum S. Franciſci. Mons, qui nummos, frumentum &c. commodato pauperibus dat, & noſocomium. Populus loco decimarum ſpiritualium quamdam frumenti partem presbyteris S. Mariæ ſolvit, quæ eccleſia ex legato dotes quaſdam nupturis virginibus impertit. Nobis ſpirituali jure ſubditur oppidum, temporali Baroni Balzarani ex gente Teſta Romana. Montem a tergo habet, poſt quem celebris planities quinquemillium, agrumq; optimis potiſſimum paſcuis fertilem in quo ſurgentes quædam ſalubres aquæ. Peſculum Conſtantii.

XLVI.

Digitized by Google

XLVI. Vicus Carcerum.

Carcerum Non longe hinc diſtat deſertus Carcerum vicus in monte poſitus, quem a ſeculo XI. cultum ſcimus. Ejus agrum Sangrus alluit nobiſque ſpirituali jure ſubditur, temporali quibuſdam e Peſculo Conſtantii.

XLVII. Serramonacheſca.

Serræ Serram Monacheſcam in colle poſitam in Aprutio citra primum Caſſinatibus an. 1137. confirmavit Lotharius III. Eccleſiam habet S. Mariæ in Cœlum Aſſumptæ ſub Archipresbytero, in qua tempore quadrageſimæ quotidie conciones habet electus ab Abbate Caſſinenſi, cui commune eleemoſynas ſolvit. Aliæ ibidem eccleſiæ, laicorum ſodalitates, noſocomium, frequenſque populus. Fertilem omnium fruguum genere, atque ſerico, ejus agrum alluit Alentus anguillis abundans nobis utroque jure ſubditur.

XLVIII. Villa Oliveti.

Villæ Oliveti. Villa Oliveti nobis utroque jure ſubdita in colle eademque provincia ſita a ſæculo XI. incolebatur, ut fuſius alibi. Eccleſiam habet S. Mariæ Roſarii, in qua curam animarum obit Oeconomus ad nutum ab Abbate noſtro electus, aliaſque quaſdam eccleſias. Fertilem ejus agrum alluunt amnes Peſcara, & Nora, aliæque aquæ.

XLIX. Ripacorbaria.

Ripæcorbariæ. Ripa Corbaria in eadem provincia in colle ſita, nobiſque utroque jure ſubdita a ſæculo XI. incolebatur, quo cœnobio S. Liberatoris dono data eſt. Curam ibi animarum exercet Archipresbyter Serræ. Ejus agrum alluunt aquæ Roſente, aliæque.

L. Pomarium.

Pomarii. Deſertum Pomarii caſtellum in eadem provincia in colle ſitum a ſeculo VIII. obtinebant Caſſinates, teſte Leone Oſtien. lib. I. cap. 45. Ejus agrum alluunt amnes Ficarius, & Alentus.

LI. Vicus S. Angeli.

S. Angeli. Deſertum etiam Vicum S. Angeli a ſeculo VIII. obtinebant Caſſinates, teſte Leone Oſtien. loc. cit. Ejus agrum alluit qui ibidem oritur fluvius Biſara.

LII. Vicus S. Petri.

S. Petri. Et Vicum S. Petri modo deſertum a ſæculo VIII. ut loc. cit. narrat Leo, obtinebant Caſſinates. Longo ibi tempore manſit Parthenon Ordinis S. Claræ.

LIII. Polegra.

Polegræ. Deſertus Polegræ vicus in colle ſitus eſt, ſub quo Alentus, qui ejus agrum alluit, naſcitur. Memorata hactenus caſtella nobis utroque jure ſunt ſubdita in Aprutio citra.

LIV. Phara Filiorum Petri.

Phara filiorum Petri in planitie ſita inter vicos Aprutii citra recenſetur. A ſæculo VIII. culta erat, ut ex Leone lib. 2. cap. 45. colligitur, ejuſque eccleſia S. Salvatoris ſub Archipresbytero qui pro ſpiritualibus decimis quamdam frumenti partem recipit, è qua pars 4. eccleſiæ Cathedrali Caſſinenſi cedit. Aliæ ibidem eccleſiæ, Noſocomium, frequenſque populus, in quo civiles quædam familiæ. Fertilem ejus agrum alluit Cerrona, quod paulo poſt ibidem in forum influit, atque officinarum cartariarum machinas agit, nobis ſpirituali jure ſubditur, temporali Comiti ſtabuli Columnæ. Pharæ.

LV. Vicus Sorbelli.

Sorbelli vicus duobus circiter lapidibus a Sueſſa diſtans in colle ſitus eſt, eccleſiamque habet S. Luciæ V. & Martyris ſub Archipresbytero, in qua quadrageſimæ tempore conciones habet electus ab Abbate Caſſinenſi, cui indigene eleemoſynam ſolvunt. Incolæ pro ſpiritualibus decimis quamdam frumenti partem ſolvunt, cujus pars cathedrali eccleſiæ Caſſinenſi cedit. Fertilis ejus ager eſt, potiſſimum ob conſitas ubique olearum arbores. Sorbelli.

LVI. Vicus S. Secundini.

Vicus S. Secundini in fertiliſſimo agro Capuano ſitus eccleſiam habet cognominem ſub Archipresbytero, in qua conciones habet electus ab Abbate Caſſinenſi cui eleemoſynam commune ſolvit. Utrique vici nobis ſpirituali jure ſubduntur, temporali Regi. S. Secundini.

LVII. Oppidum Citrarii.

Citrarii oppidum in provincia Calabriæ citra in colle undequaque terræ, mariſque proſpectu amœno ſitum a Sicelgaita Ducis Roberti Guiſcardi uxore nobis dono eſt datum. Tres habet parochias, in quarum prima S. Benedicti cœnobium olim ordinis noſtri Caſſinatibus ſubditum erat. Modo illi Archipresbyter præeſt, in eaque plura erecta Beneficia de jure patronatus; & conciones ibi habet quotidie tempore quadrageſimæ electus ab Abbate Caſſinenſi, cui commune eleemoſynam ſolvit. Huic parochiæ duabuſque aliis S. Petri & S. Nicolai pro decimis ſpiritualibus populus nummos quoſdam ſolvit, atque ii, qui agrum colunt, frumenti partem. Plures aliæ ibi eccleſiæ, noſocomium, laicorum ſodalitates, duoque conventus Minorum Obſervantium S. Franciſci, & Capuccinorum. Plures etiam veteres, civiles, diviteſque familiæ, doctores utr. juris, Medici, notarii, Aromatarii, frequenſque populus. Amplum fertilemque ejus agrum potiſſimum oleo, vino, ficubus, uviſque paſſis, ac ſerico, alluunt Harus, & amnis dictus S. Mariæ dellas coſa, ſeu S. Thomæ, qui ibidem naſcitur; Aqua putrida, aliæq; ſcaturientes limpidiſſimæ optimæque aquæ. Ligna quoque conſtruendis navibus apta ibi naſcuntur. Hinc ante Turcarum incurſionem triremes regiæ ibi conſtructæ, ut modo plures cymbæ. Satis comodus etiam ibi portus, ac magnus Citrarii.

in

in mari circumpoſito piſcium numerus, quos ſalire ſolent. De Citrario noſtro utroque jure nobis ſubdito, hæc ſcribit Hieronymus Marafioti ex Ordine Minorum Obſervantium in chronico, & antiquitatibus Calabriæ p. 273. a t. *Non molto lontano da queſto caſtello, incontra l'antica città Lampetia, della quale ne parla Plinio, e Pomponio Mela, e Stefano, e Polibio, &c. oggi ſecondo l'uſo volgare è chiamata lo Cetraro, ſta in luogo pendente, con la facciata ſua verſo Occidente ſovra un ſaſſo molto imminente al mare, & in tanto li diſcorre un fiume, che è detto fiume del Cetraro.* Scio Cellarium To. I. par. 2. p. 913. de Clampetia, ſeu Lampetia hæc ſcribere: *Hodie illum locum Amantia tenet, ſive Mantia.* Verum Conterraneo potius credendum, qui pag. 251. ſcripſerat, Amantheam olim Nepetiam dictam. Hinc Philippus Ferrarius in Lexico Geographico, cum additionibus Michaelis Baudrand pag. 405. ait: *Lampetia lo Cetraro teſte Barrio oppidum Brutiorum maritimum in ora Calabriæ citerioris inter Blandam ad Boream, & Paulum ad Auſtrum decem mill. paſſ., a Conſentia viginti ſex mill. paſſ. Videtur idem cum Clampetia & Dampetia, Plinio, & Livio. Hic Lampetes Stephano promontorium, unde ſinus Terineus inchoatur, a Lampetia ſupra quadraginta mill. paſſ. diſtans.* Quæ eadem repetit Baudrand To. I. Geographiæ verb. Clampetia, & Lampetia.

Paucis a Citrario milliaribus in ejuſdem agro Pagus extat S. Angeli, cujus eccleſiam, atque animarum curam regit Oeconomus ab Abbate noſtro electus. Pagus S. Angeli.

## LVIII. Fella.

Dirutus Fellæ vicus Citrario conterminus in planitie Caſſinatibus permutatione an. 1184. obvenit. Quædam ibi eccleſiæ, ac beneficia, & domus potiſſimum principis Bonifati, ejuſque avunculorum. Ejus agrum amœnum, fertilemque omni fructuum fruguumque genere, præcipue ficubus, uvis paſſis, & ſerico, atque olim etiam ſaccaro, alluunt aquæ maris, & amnium S. Mariæ de la Scoſa, ſeu S. Thomæ, & Pariſii ſeu de Pane duro. Nobis utroque jure ſubditur. Verum modo ſpiritualis juriſdictio penes nos eſt; nam temporalem in emphyteuſim conceſſimus principi Bonifati ex nobili gente Teleſia Conſentina cum onere cenſus annui, aliiſque quibuſdam conditionibus. Fella.

PRÆ-

Digitized by Google

# CHRONICON
## RICHARDI DE SANCTO GERMANO.

PRÆ-

# PRÆFATIO.

*Quoniam ſæpe tum in noſtra hiſtoria, tum in diſſertatione de civili, & criminali Caſinenſis monaſterii juriſdictione uſi ſumus auctoritate Chronici Riccardi de S. Germano, abs re non eſſe cenſemus, curare, ut hoc etiam typis mandetur, ad quod adigimur præcipue ex eo, quia ſæcularis quidam presbyter, noſtri Archivi amanuenſis, ex dicti Riccardi Originali Mſ. nonnulla exemplaria extraxit, in quibus per turpem aſſentationem, & fraudem quarumdam familiarum mutavit nomina, ut etiam ad calcem dicti originalis propria manu exaratis characteribus admonet Illuſtriſs. Nuceus. Eruditiſſimus quidem Ughellius in Appendice 3. Tomi Italiæ ſac. fol. 953. editionis Romanæ anni 1647. edidit præfatum Riccardi chronicon, hoc titulo appoſito:* Riccardi de S. Germano chronicon rerum per Orbem geſtarum ab exceſſu Guillelmi Siciliæ regis, anno ſcilicet Domini MCLXXXIX., ad annum uſque MCCXLIII. Quibus Auctor ſe vixiſſe teſtatur, ex pervetuſto exemplari ad fidem membranacei codicis bibliothecæ Caſinenſis, apud me in domeſticis monumentis ſervato, nunc primum editum publicæ donatur utilitati.

*Denuo Venetiis anno 1722. tom. decimo fol. 173., & ſequentibus, chronicon hoc in lucem prodiit. Verum quot hæ editiones erroribus ſcateant, & quam in multis deficiant, præſertim ab anno 1239. ad finem uſque, facile erit Lectori perſpicere, eas cum noſtra comparanti, a quo nos ipſi abſtinemus, ne tædio eumdem afficiamus. Latet tamen nos, num errores hujuſmodi Amanuenſium incuria, an vero typographorum oſcitantia irrepſerint.*

*Tertiam hujus chronici editionem habemus in tomo ſeptimo ſcriptorum rerum Italicarum fol. 968., & ſequentibus. Quia vero docti, ac diligentes editores coacti ſunt uti illa* Ughellii, *hinc factum, ut etiam hac tertia editio varios contineat errores, quorum nonnullos adnotabimus infra, ut noſtra quartæ editionis pateat neceſſitas. Admonitos autem volumus Lectores, omnem nos diligentiam pro hac re adhibuiſſe, ſiquidem bis hanc noſtram editionem cum Mſ., quod in noſtro archivo aſſervatur, contulimus.*

Ut *autem innoteſcat, quanti habitus ſit Ricchardus hic noſter, ſufficiat hic referre, quæ de eodem eruditiſſimus Odoricus Raynaldus anno 1198. num. 70. habet.* Nunc breviter, quid de eo Ricchardus de S. Germano in ſuo chronico afferat, perſtringamus; pauca tamen de eo auctore, cujus manuſcriptum pervetuſtum in bibliotheca Caſinenſi extat, atque ex eo delibatum ſumma fide exemplar habuimus, ſæpius a nobis adducendo ad illius laudem, quam ſilentio obruere, ac deterere nefas eſſet, præmittemus, illum, ſive veritas ſpectetur hiſtoriæ, ſive diligentia, qua præcipua, quæ in orbe univerſo, maximeque in utriuſque Siciliæ regno, e quo oriundus erat, gerentur, collegit, primus etiam annalium ſcriptoribus conferendum. In ſuo ille hiſtoriæ proœmio teſtatur, notarii ſe officio functum in oppido, cui a S. Germano nomen inditum: ea ſuis annalibus commendaſſe, quæ vel habuiſſet oculis, vel a viris fide digniſſimis accepiſſet, eaque ad ſcribendum ratione permotum, quo ſecutura poſteritas veterum factis erudita aliam utilitatem delibaret. Suam porro ille hiſtoriam a tempore, quo Guillelmus Secundus Siciliæ rex fatis ceſſit, ſuique ingens deſiderium reliquit, & Clementis PP. anno 2. eſt auſpicatus. *Et anno 1199. n. 4.* Sed rei geſtæ ſeriem ex probatiſſimo Authore ejus temporis, ex eodem loco oriundo, præſtat decerpere.

*Quare neſcimus, qua ratione de eodem Riccardo dixerit* Ughellius, *cum ob nimium ſtudium erga Federicum II. Imperatorem, principem ſuum, aliquando a veritate deflexiſſe, cum hujus rei nullum afferat* Ughellius *argumentum. Ignoramus pariter, qua ratione aſſerat Caveus in hiſtoria Lit. ſcriptorum eccleſiaſticorum, Riccardum a ſecretis fuiſſe Federici Imperatoris, aut alterius regis.*

*Publica luce etiam unam Riccardi epiſtolam exaratam metro ad Caſinenſes datam, dignam cenſemus, ex qua licet obiter adnotare, iis temporibus adhuc viguiſſe in hiſce partibus Communionem ſub utraque ſpecie.*

*Sed, ut promiſſis faciamus ſatis, nonnullos errores tertiæ editionis Chronicæ Riccardi a S. Germano, bic ſubiicimus.*

| | | *Editus.* | *MSS.* |
|---|---|---|---|
| Fol. | *968.* | Guilielmus Rex Siciliæ<br>Ad Abbatem Venuſit | Guilielmus Rex Siciliæ II.<br>Ad Abbatiam Venuſii |
| Fol. | *972.* | Poſuit Capellanos. | Poſuit Caſtellanos |
| Fol. | *975.* | Per eum veniam mererentur &c.<br>Caſtrum Malveſi. | Opera poſſet offenſos, & per ipſum veniam mererentur &c. Caſtrum Malveti |
| Fol. | *979.* | Caſtrum Pontis Cervi per Capitaniatum. | Caſtrum Pontis Curvi &c. per Capitinatam. |
| Fol. | *980.* | Diopultus comes &c. Roccam Teani &c., & Portis, & aggeribus communivit | MCC. Diopultus comes, &c. Roccam Jani &c., & turribus, & aggeribus communivit. |

Et

Digitized by Google

| | *Editus* | *MSS.* |
|---|---|---|
| Fol. 980. | Et exinde Teanum veniens una cum. | Et exinde Teanum veniens, quæ ſibi ſavebat, una cum |
| Fol. 991. | Hoc anno Honorius PP. | MCCXIX. Hoc anno Honorius Pp. |
| Fol. 992. | Honorius PP. menſe Junio | MCCXX. Honorius Pp. Menſe Junii. |
| Fol. 993. | Factus eſt Aquilæ | Factus eſt Apuliæ. |
| Fol. 995. | Ad caſtrum ſe contulit Caſpium, quod Raynerius &c. civitam, & tunc totam Marſiam equitat &c. Hoc anno menſe Auguſto Fundana civitas pro majori parte caſu accidente igne cremata eſt, quæ funditus propterea everſa eſt. | Ad Caſtrum ſe contulit, quod Raynaldus &c. & tunc totam Marſiam equitat &c. Hoc anno menſe Auguſti, Fundana civitas pro majori parte caſu accidente igne cremata eſt. |
| Fol. 995. | Johannes Rex | MCCXXIII. Johannes Rex. |
| Fol. 996. | Per Henricum de Morra magnum. | Per Henricum de Morra Magiſtrum. |
| Fol. 999. | Pavenſem q. Epiſc. | Pactenſem q. Epiſcopum. |
| | Ubi ſexto intrante Martii eſſe Imperator. | Ubi octavo intrante Martii præeſſe Imperator |
| Fol. 1001. | Per Petrum de Abulo &c. Et prædicta precatio &c. Item quod precatio &c. precationem ipſam &c. per Abbatem | Per Petrum de Ebulo &c. Et predicta procuratio &c. item, quod procuratio &c. Procurationem &c. per Abbatiam. |
| Fol. 1028. | In utraque Sicilia. | In utraque Sycla. |
| Fol. 1028. | MCCXXII. | MCCXXXII. |
| | Quarum initium eſt de mercatoribus &c. | Quarum initium eſt. Poſt mundi Machinam providentia divina firmatam de quibus has inter alias elegi huic operi inſerendas Federicus Auguſtus de fide mercatorum |
| Fol. 1033. | MCCXXXIII. | MCCXXXIX. |
| Fol. 1034. | Erit in Kal. Madii, & Kal. Novembris. | Erit in Kal. Madii, & finient in Kal. Novembris. |
| | Pluviæ | Pruinæ |
| Fol. 1035. | De S. Raymundo | De S. Fraymundo |
| Fol. 1036. | Thomas de Agno | Thomas de Aquino |
| Litt. B. | Raymundus Pellegrini | Raynaldus Bellegrini |
| Fol. 1037. | Henrici de Morro magiſtr. Juſtitiæ | Henrici de Morra Magiſtri Juſtitiarii. |
| | Decremat ignis &c. Et Henricus de Moro. | Cremat ignis &c., & Henricus de Morra. |
| Litt. D. | 1237. Otava menſis Januarii Electio. | MCCXXXVII. Menſe Januarii octavo ſtante eodem menſe electio |
| | De Carvaro. | De Corvario. |
| Litt. E. | De Fr. Rodulpho | De Fr. Pandulpho. |
| Fol. 1038. | Cazolo. | Cazzolo. |
| | Mirum præjudicium Judicem | Virum providum Judicem |
| Litt. C. | Nec non, & de anno | Nec non, & de Atino. |
| | Et magiſter Raymundus | Et magiſter Raynaldus. |
| | Populi communitates | Populum concitantes |
| Litt. E. | Patris Pandulphi &c. Fr. Ricchardus de Babulo | Fr. Pandulphi &c. Fr. Berardus de Babuco. |
| | De Carvaco &c. & Magiſter Raymundus | De Corvario &c. & Magiſter Raynaldus. |
| Fol. 1039. | Et ſic vocatus | Et tunc vocatus |
| | Thomam de Agno &c. Ad nutum ſuum | Thomam de Aquino &c. Ad mandatum ſuum; |
| | Menſe Junio Acerrarum Comes cum magiſtro Juſtitiario | Menſe Junii dictus Acerrarum Comes, & Henricus de Morra magiſter Juſtitiarius |
| Fol. 1040. | Cum ſe Cremona comparens infiliciter in obſidione Brixiæ. | Cum quo ſe Cremona comparens inde feliciter in obſidionem Brexiæ. |
| | Conſecratus eſt, qui menſe Auguſto infirmitate correptus obiit. | Conſecratus eſt, & deſunt alia verba. |
| | Menſe eodem Auguſto Henricus de Morro Magiſter Juſtitiarius de Lombardia redit in Regnum, | Menſe Auguſti Henricus de Morra Magiſter Juſtitiarius redit in Regnum de Lombardia. Hoc etiam menſe dictus Abbas S. Salvatoris infirmitate correptus obiit. |



Digitized by Google

| | *Editus.* | *MSS.* |
|---|---|---|
| Fol. eod. litt. C., | & apud Adrium &c. Ubi novi confutati ſunt. | Et apud Adriam &c. Ubi novi conſtituti ſunt |
| Litt. D. | Et licentia data eſt in propria. | Et licentia data eſt omnibus in propria. |
| E. | Et Thoma de Agno. | Thoma de Aquino. |
| | Guido lorenus Epiſcopus. | Guido Soranus Epiſcopus. |
| Fol. 1041. litt. A. | Rogerius Boccabella | Rogerius Porcaſtrella |
| B. | Fr. Rayñ de Curci | Fr. Raynaldus de Carci. |
| | Fr. Riccardus de Babuco | Fr. Berardus de Babuco |
| D. | Eodem Menſe Thomas de Agno | Menſe Madii Thomas de Aquino. |
| | Tertio Junii circa horam nonā diei Veneris | Menſe Junii tertio intrante eodem Menſe, qui fuit veneris dies circa horam nonam |
| Fol. 1042. | Civitas Tarviſii per Alterium de Romano, & Erolinum de Cammino | Civitas Terviſii per Albericum de Romño, & Ezolinum de Cañino |
| | Fr. Raymundus | Fr. Riccardus |
| | Fr. Johannes Carolus | Fr. Joannes Cazolus |
| Fol. 1033. litt. A. | Atque principales eorum, qui intus ſteterunt, ignis cremavit, & fere quingentos, qui evaſerunt ignis incendium. | Et quamplures eorum, qui intus ſteterant, cremavit ignis, & ferè quingenti, qui evaſerunt ignis incendium. |
| B. | Rex Navariæ | Rex Navarræ. |
| | Cardinalis Decimo Septemb. obiit | Cardinalis xv. Kal. Septembris obiit. |
| C. | Ex Civitate per octo. | Extra Civitatem. |
| Fol. 1044. | Bidde Domine | Bidde dicuntur. |
| C. | Apellum, & Coction venerunt | Aſpellum, & Coccojañ. |
| | Imperatrix cum Richardo Panormitano | Imperatrix cum Berardo Panormitano |
| E. | Regis Caſtiliæ. | Regis Caſtellæ. |
| Fol. 1045. litt. A. | Moram pertrahens e veſtigio per Agnum tranſitum faciens, & ſecum ducens Pandulphum Dominum Agni apud Inſulam Pontis Salarati, &c. per Soram, & Marchiam. | Moram protrahens e veſtigio per Aquinum tranſitum faciens, & ſecum ducens Pandulphum Dominum Aquini, apud Inſulam Pontis Solarati &c. Per Soram, & Marſiam. |
| B. | Marcoranum. Similiter taxati. | Martoranum. Siculum taxati |
| C. | Magiſter Raymundus | Magiſter Raynaldus |
| D. | Ipſe vero | Ipſe Imperator |
| E. | Juxta curſu | Juxtà numerum |
| Fol. 1046. | Apud Agnum | Apud Aquinum |
| Fol. 1047. | Et apud Cryptam ferratam. | Imperator ipſe apud Cryptam ferratam. |
| D. | Pontis Salarati | Pontis Solerati |
| | Lauguſtam | Laguſtam vi |
| | Theſauri omnes eccleſiarum Regni Capitanio juſſu Andreæ de Cicalà a porta Roſeti, uſque ad fines Regni capiuntur, ii apud S. Germanum in eccleſia S. Mariæ. Deputati ſunt quatuor. | Theſauri omnes eccleſiarum Regni a Porta Roſeti, uſque ad fines Regni juſſu Andreæ de Cicala Capitañ. apud S. Germanum in eccleſia S. Mariæ. Deputati ſunt duodecim. |
| B. | Deputatur. | Deportatur |
| Fol. 1048. | Per S. Germanum | Per S. Germanum, Aliphiam |
| C. | His diebus jubetur. | Eodem menſe jubetur. |
| | Civitatis Barri | Civitatis Bari |
| Fol. 1049. A. | Miniſterio pii | Miſericordia pii |
| | Ab intimis elicente | Ab intimis educente |
| | Dixi Patres Januenſes publicis. Subſtitutus. Eſt tam. Animum: noſtro durante Imperio Vices ſuas. Prolecti. Et in Pompei ſui cineres generi fortunam. Primi pietatis effectum: deleatur: licet irreverenter &c. offenſi. | Diri Patres invictum publicis. Subjectus. Eſt tamen. Animus. Naturæ dominante Imperio. Vires ſuas: flecti: Et in Pompei generi ſui cineres fortunam. Paternæ pietatis affectum. Doleant: licet offenſi. |

Declà-

Digitized by Google

| | Editus: | MSS. |
|---|---|---|
| | Declaratione.Miſſæ,raccommendent. Ordinatis | Cantatione. Miſericordiæ, reccommandent, oſtendatis. |
| | Capitaniate, Thiboldi | Capitanate. Yboldi. |
| | Et aliis Comedibilibus devaſtant. | Et aliis crudeliter devaſtant |
| | Eodem menſe. | Ipſo menſe. |
| Fol. 1050. Litt. A. | Hoſtiliter impugnant caſtrum quoddam, quod Yſeus frater. Reginus, & Taurinus de lombardia, Epiſcopi Per Abbatem. | Hoſtiliter impugnant, qui caſtrum quoddam, quod Yſeum dicitur. Reginus, & Taurinus Epiſcopi de lombardia. Per Abbatiam. |
| B | Bernardus, Per Agnum. In Marchiam. Et menſe Julii congregato menſe Auguſto, numerus de qualibet | Bernardus, Per Aquinum. In Marſiam menſe Julii Imperator congregato. Ipſo menſe Auguſti, numerus ſervientum de qualibet. |
| | Qui menſe Maii. Et mox per Agnum Per Campaniam | Menſe Madii Imperator ipſe. Et per Aquinum. Per Campaniam facto ponte. |
| E | Eo menſe | Ipſo menſe Madii |
| | In Lucina Cardinalis | In Lucina presbyter Cardinalis. |
| Fol. 1051. | Innocentium Audito Imperator. | Innocentium IV. Audito Dominus Imperator. |
| | Bernardum Panormitanum. Eodem menſe. | Berardum Panormitanum. Eodem menſe Julii |
| B | Pertractante magiſtro Raymundo | Procurante magiſtro Raynerio. |
| | Minis | Viris |
| Fol. 1052. | Dimiſſo Comite prædicto. Menſe Septembris &c. Comes. Verſus Agnum | Dimiſſo ex pacto comite prædicto. Ipſo menſe Septembris Comes. Verſus Aquinum. |

# INCIPIUNT CHRONICA

## DE HIIS OMNIBUS

### Quæ in Regno Siciliæ geſta ſunt, vel ubique per orbem, a tempore mortis Regis Guillelmi ſecundi, uſque ad tempora Frederici ſecundi Romani Imperatoris ſemper auguſti, Jheruſalem, & Siciliæ Regis, tractata per Notarium Riccardum de Sancto Germano.

SOlet ætas antiquior, ac provida priorum auctoritas digna memoriæ quæque per orbem geſta deſcribere relinquenda poſteris, ad doctrinam, ac eorum inſtar adhuc prudens ſequentium natio idem agit, ne vel omiſſa depereant, aut neglecta in notitiam effugiant futurorum. Horum ſiquidem emulator ego Ryccardus de Sancto Germano notans notarius cui, que ſervit Hiiſtoriographis muſarum prima obſequitur, de qua metrice ſcriptum reperi. Explicat ingenio res geſtas ordine, Clio, niſus ſum pro viribus ingenioli mei quæ ubique terrarum, ac præſertim in regno Siciliæ geſta ſunt diebus meis viſa, cognita, ſeu fideli relatione percepta veritate ſervata, litteris tradere, ac in hoc præſens compilare volumen, ut ex hiis diſcat futura poſteritas varios eſſe temporum curſus, memineritque prudenter bellum in pace timere ac pacem iterum ſperare poſt bellum.

Quoniam igitur regni filius ego ſum, qui legerit non me cauſetur, deteſtando, ſi regni geſta ſcribo, diffuſius autem de contingentibus quid de cuncti dicam, ac ſi non proſint ſingula queque juvant, ac Dei potius eſt, quam hominis omnium habere memoriam. Sumens provide a tempore, quo Guilielmus ſecundus rex Siciliæ inclitus, recolendæ memoriæ obiit Pontificatus vero Clementis Papæ anno ſecundo per chronicam hæc incluſi, quibuſdam premiſſis, in laudem regis ipſius, & quæ regni tangunt negotia, ac relatu digna ſunt obmiſſis in ejus nomine, qui os Zachariæ olim aperuit, os meum aperiat ad loquendum, ac linguæ meæ vinculum ſolvat confidenter, ſingula quoque locum teneant ſortita decenter.

Explicit Prologus.

Tempore, quo Rex ille Chriſtianiſſimus, cui nullus in orbe ſecundus, regni hujus moderabatur habenas, qui inter omnes principes princeps ſublimis, & habundans in omnibus opibus, erat ſtirpe clarus,! fortuna elegans, virtute potens, ſenſu pollens, divitiis opulentus. Erat flos regum, corona principum, Quiritum ſpeculum, nobilium decus, amicorum fiducia, hoſtium terror, populi vita, & virtus, miſerorum inopum, peregrinantium ſalus, laborantium fortitudo, legis, & juſtitiæ cultus tempore ſuo vigebat. In regno ſua erat quilibet ſorte contentus, Ubique pax, ubique ſecuritas, nec latronum metuebat viator inſidias, nec maris nauta offendicula pyratarum. Sed licet tot, & tantis cum dictaverit, & dotaverit bonis, per quem reges regnant, & principes dominantur, feceritque illum præ cunctis terræ regibus glorioſum, in hoc tamen inglorium illum reddidit, quod eum prolis negatione mulctavit; concluſit enim uterum conſortis illius, ut non pareret, vel conciperet filium, & ne relinqueret ſui ſuperſtitem ſuper terram. Quapropter conſiderans Rex ipſe felicitatis ſuæ tempora a Domino accepiſſe, & quod eum abſque liberis ſors fecerat infelicem, cogitavit ut ſapiens ſapienter placare Dominum, ut fœcundam redderet quam ſterilem fecerat, cogitavit de thæſauris ſuis edificare ſibi domum in monte Regali ad honorem glorioſe Virginis matris ejus, quam ditavit, compſit, & auxit. Ditavit poſſeſſionibus, compſit auri ornatu, auxit, & muſivo opere lapidumque pretioſorum colore diverſo, & talem ad finem uſque produxit, qualem nullus regum aut principum in toto terrarum orbe conſtruxit temporibus noſtris. Erant ipſi regi duo familiares precipui opere, apud ipſum et ſermone potentes, Gualterius Panormitanus Archiepiſcopus, & Matheus Cancellarius regni ſui quorum prudentia, & conſilio tota ipſius curia ducebatur. Hiis duobus, quaſi duabus columpnis firmiſſimis, omnes regni Magnates obſequendo adheſerant, cum per eos quicquid a curia regia peterent facilius impetrarent. Hinc factum eſt, ipſo cancellario ſuadente, ut Rex ipſe in prædicta eccleſia beatæ Virginis in dyoceſi Panormitana conſtructa, fieri a Romana eccleſia Archiepiſcopum impetraret. Quod idem Archiepiſcopus ad inſtinctum ipſius Cancellarii factum intelligens nam odio ſe habebant ad invicem, quamquam ſe in publico diligere viderentur, & per invidiam detrahentes libenter unus alteri in occulto, hanc ſuam inju-

injuriam, & capitis diminutionem patienter portavit ad tempus, qui tandem proceſſu temporis cum non poſſet quod factum fuerat per eccleſiam revocare, hoc fidei ſubdolæ procuravit. Erat ipſi regi Amita quedam in palatio Panormitano, quam idem rex de conſilio jamdicti Archiepiſcopi Henrico Alamannorum regi filio Friderici Romanorum Imperatoris in conjugem tradidit, quo etiam procurante, factum eſt, ut ad regis ipſius mandatum, omnes regni Comites Sacramentum præſtiſterint, quod ſi regem ipſum abſque liberis mori contingeret, amodo de facto regni tamquam fideles ipſi ſuæ amitæ tenerentur, & dicto regi Alamanniæ viro ejus.

## Anno MCLXXXIX.

Accedit autem proceſſu temporis, ut rex ipſe, Sic in Codice, cujus memoriale in ſæculum, ſicut Domino placuit, ſine liberis menſe Decembris decederet, cujus deceſſum cunctis regni filii merito deplorandum defleri hac rithima lamentatione percenſui.

Plange planctu nimio Sicilia
Calabriæ Regio, Apulia, Terraque Laboris
Vox mæroris intonet, & perſonet noſtris horis.
Suſpendatur organo omnis oris
Rex noſter amabilis, virtute laudabilis, ævo memorabilis.
Guillelmus deceſſit, hunc oppreſſit mors crudelis.
Oh infelix Regnum ſine Rege
Jam non es ſub lege.
Præſules, & comites, vos Barones, plangite planctu lacrymabili, planctum quæſo ducite de quærela flebili.
Vos Matronæ nobiles, Virgines laudabiles,
Olim delectabiles, ut voce cantabiles modulata,
Eſtote nunc flebiles, re turbata.
Jacet Regnum deſolatum, diſſolutum, & turbatum
Sicque venientibus cunctis patet hoſtibus.
Eſt ob hoc dolendum, & plangendum omnibus.
Omnes Regni filii, tempus exterminii vobis datum
Flete,
Hoc verbum, gaudete, vobis eſt ſublatum.
Tempus pacis gratum eſt abſortum.
Jam ad ortum, & occaſum ſonuit.
Rex Guillelmus abiit, non obiit
Rex ille magnificus, pacificus, cujus vita placuit Deo, & hominibus. Ejus ſemper ſpiritus Deo vivat cœlitus. Amen.

Poſt hujus Regis obitum quanta inter regni Comites ſit orta diſſentio, & turbatio ſubſecuta, ſequens hujus libelli lectio declarabit, nam nulli eorum fuit equa voluntas, omnes inter ſe cœperunt de majoritate contendere, & ad regni ſolium aſpirare, & obliti juris jurandi, quod fecerant, eorum quilibet contra facere anhelabat.

Factum eſt autem, ut cum ſuis complicibus, ne pars Archiepiſcopi prevaleret, cancellarius optinuerit in hac parte, & tunc vocatus Panormum Tancredus Comes Licii, Romana in hoc curia dante aſſenſum, eſt per ipſum Cancellarium coronatus in Regem.

## MCXC.

Tancredus iſte Ducis Roggerii filius fuerat naturalis, cujus pater Roggerius primus in regno Siciliæ regis ſortitus eſt nomen, & hac de re quia hunc habebat titulum, quod de ſtirpe regia deſcendiſſet, inter alios regni comites, eſt electus in regem, qui poſtquam aſſumptus eſt, laboravit pro viribus, qualiter regni fines in pace diſponeret, & ſibi rebelles, & adverſarios ſubjugaret, Et primum quidem quinque Sarracenorum regulos, qui ob metum chriſtianorum ad montana confugerant de montanis ipſis Panormum redire coegit invitos, atque ut cæteros regni Comites ac Barones ad ſuam fidelitatem converteret, & mandatum. Regales effudit opes, & diu ſervatas eſt auſus frangere gazas. Hic Ryccardo Acerrarum Comiti cujus ſoror ſua conjuxerat, de qua geminam ſuſceperat prolem, auri talenta plurima expendenda tranſmittit, quibus omnes de Principatu, & Terra laboris eidem regi contrarios flexit ad mandatum ipſius. Tunc & Roffridus Caſſinenſis Abbas ipſi regi juravit.

Erat ea tempeſtate in Apuliæ finibus Roggerius quidam Andriæ comes, qui ſe non reputabat dicto Rege inferiorem, cum tempore memorati regis Guillelmi totius regni magiſter Juſtitiarius fuerit, & in Apulia plænum tunc dominium exerceret. Hic telo percuſſus invidiæ de Tancredi Comitis promotione in Regem, ſibique ſubeſſe dedignans contra ipſum ſeditione facta, turbare ad eum converſos pro viribus cępit, miſitque concito ad Henricum Alamanniæ Regem, quod veniret, vel mitteret regnum Siciliæ ſibi jure uxoris pertinens, quod Tancredus Comes Licii uſurpaverat, recepturus, qui abſque moræ periculo, quemdam Henricum Teſtam Imperii Mareſcalcum, cum multitudine gravi mittit in Regnum, & veniens in Apuliam nullo obſtante, ad ipſum Andriæ Comitem primum Caſale quoddam, quod Cornetum dicitur, ad Abbatiam Venuſii pertinens, pro eo quod Abbas loci ipſius in partem ceſſerat dicti Regis, hoſtiliter intrans cum prædicto Comite, & ſuis, dedit in direptionem, & predam, & quæ potuit dicti Regis parti faventibus mala irrogans, tandem cum minorificato exercitu in Alamanniam reverſus eſt.

Dictus vero Andriæ Comes in Apulia remanens firmata rocca Sanctæ Agathæ, quam tunc ipſe tenebat, de ſuis confiſus viribus, ſe in Aſculo recipit contra regem, quem dictus Acerrarum Comes intus circumpoſita obſidione coarctans, cum flectere illum precibus, & promiſſis non poſſet, vocatum eum ad colloquium quadam die proditorie cepit, & miſerabili morte damnavit.

Eo anno Federicus Romanorum Imperator cum ingenti cruceſignatorum exercitu Jheroſolimam petens, finiſtrante fortuna, in quodam flumine moritur; Henricus filius ejus Italiam ingreditur.

Rex Franciæ, & rex Angliæ cruceſignati Jheroſolimam petunt, qui venientes Meſſanam, orta inter eos diſcordia partem civitatis igne cremarunt. Quod dictus Rex Tancredus magnis honorans exeniis, ne civitatem Meſſanæ deſtruerent, cumulatis precibus impetravit, qui tandem Jheroſolimam proficiſcentes, ac pro

Chriſti fide certantes civitatem Acconitanam, quam infideles tenebant, Chriſti faciente virtute in manu potenti recuperarunt.

## MCXCI.

Clemens Papa Romæ obiit menſe Martii, ac Jacinthus Diaconus Cardinalis in Celeſtinum Papam conſecratur tertium.

Rex dictus Tancredus de Sicilia in Apuliam veniens ſolempni curia apud Termulas habita in Aprutium vadit, comitem Raynaldum obſidet, eumque ad ſuam redire fidelitatem coegit, & exinde Brunduſium ſe conferens, de altero filiorum ſuorum Roggerio ſcilicet, cum Yſachio Conſtantinopolitano Imperatore de Urania filia ſua contraxit, & nuptiis aput Brunduſium magnifice celebratis, ibique dicto filio ſuo coronato in regem, Rex dictus cum triumpho, & gloria in Siciliam remeavit, & tunc Roccam Bantræ, & Roccam Guillelmi Roffrido Caſſin. Abbati aſſignari mandavit, quarum alteram ſcilicet Roccam Willelmi ipſe Abbas dedit cuidam nobili Roberto de Apolita cum quo de ſorore ſua contraxit, quam Herveo filio ipſius nobilis in conjugem tradidit, & reliquam, ſcilicet Roccam Bantre ad opus retinuit monaſterii Caſſinenſis, ponens in ea cuſtodem quemdā militem Petrum de Aymon conſobrinum ſuum.

Henricus rex cum Conſtantia conſorte ſua, ad quam regnum Siciliæ jure ſucceſſorio pertinebat, Romam venit, quem dictus Celeſtinus Papa apud ſanctum Petrum in Imperatorem, & conſortem ſuam in Imperatricem coronavit, dato ab ipſo Imperatore Tuſculano Romanis, quam funditus deſtruxerunt.

Tunc Imperator ipſe regnum intrat menſe Martio Papa prohibente, & contradicente, & per campaniam venit in Roccam Arcis, quam Mattheus Burrellus pro ipſo Rege tenebat, a bellatoribus ſuis aggredi faciens, vi cepit eamdem, quod tanti cauſa timoris fuit, ut qui ſe in Caſino receperant cum rebus ſuis, homines S. Germani per Nuntios ſuos, quos ad eumdem Imperatorem mittunt, fidelitatem jurent. Tunc enim dictus Roffridus Caſſinenſis Abbas in monaſterio Caſſinenſi graviter infirmabatur, quem urgentibus ipſis hominibus S. Germani, oportuit ipſi Imperatori jurare. Sorella quoque, Atinum, caſtrum cœli, metus cauſa ipſi Imperatori ſe reddunt, in quibus ipſe ſuos poſuit caſtellanos. Tunc Comes Fundi, & Comes Moliſii fidelitatem preſtant eidem, & procedens in Terram laboris, Teano, Capua, & Averſa ſibi dantibus manum, Guillelmum Caſertæ comitem recipit, & Averſam, & exinde ſuper Neapolim vadens, eam poſita obſidione, coarctat, coadſiſtentibus eis dictis comitibus, & Baronibus Principatus, nec non & Abbate Caſſinenſi prædicto, cum viribus ſuis, in qua cum ſe contra eum recepiſſet dictus Acerrarum Comes pro ſæpedicto Rege, ſatis ſtrenue defendit eamdem. Tunc Salerni civitas ipſi Imperatori ſe reddidit, ubi Imperatricem conſortem ſuam moraturam tranſmittit, & ipſe civitatem ipſam Neapolim crebro aggreditur, & impugnat; Cumque nec viris, nec viribus pugnando proficeret, ſuperveniente egritudine, digreſſus eſt ab inde vel invitus, qui relicta Imperatrice conſorte ſua Salerni, & Muſcancervello in caſtello Capuæ conſtituto, ad S. Germanum veniens cum debilitato exercitu ſuo, dictum Caſinenſem Abbatem toto tunc conventu ſibi fidelitatem preſtante, ſecum in Alamanniam ducit, Gregorio fratre ejus ad majorem ſecuritatem obſide relicto apud Ducem Spoleti, & quibuſdam de melioribus Terræ S. Germani captis obſidibus, quos Diopuldo cuidam Teutonico in Rocca Arcis relicto, & Conrado de Marley in Sorella conſtituto cuſtodiendos commiſit, & tunc per terram Petri Celani comitis ſub illius fido Ducatu de regno exiens in Alamanniam remeavit menſe Septembris.

Tunc is, quem præfatus ſum, Acerrarum comes de Neapoli exiens, cum Neapolitanis, & aliis undique collectis militibus venit capuam, caſtellum obſidet, in quo Muſcancervellus ſe pro Imperatore receperat, qui cum non haberet victui neceſſaria, cum comite ipſo componens, tradito ſibi, ac reſignato caſtello ipſo, abiit ſecurus quo voluit. Tunc etiam Averſam recipit, *Teanum*, & S. Germanum ad regis dicti fidelitatem; & Caſinum conſcendens, Vallum monaſterii, nullo obſtante, intravit. Qui cum blande ſatis alloqueretur Adenulfum Caſertanum Decanum Caſinenſem, ut illum ad dicti regis fidelitatem converteret, & hoc ab eo precibus optinere, & promiſſis non poſſet, de loco deſcendit, & abiit. Tunc comitem Moliſii recipit, & ponens in S. Germano, & in S. Angelo Theodice, Maſnedam quantum poteſt pro dicti Regis ſororii ſui ſervitio elaborat. Tunc Riccardus Fundanus comes pro eo quod ab Imperatore ipſo Sueſſam emerat, & Teanum, metus cauſa, comitatu relicto, in campaniam ſeceſſit, & comitatus Fundanus cuidam fratri Aligerni Cotonis de Neapoli ab ipſo rege conceditur. *Adenulfus* Caſertanus Decanus Caſinenſis pro eo quod in partem non ceſſit ipſius regis, a Celeſtino Papa excommunicatus eſt, & monaſterium ſuppoſitum interdicto. Salernitani ad captandam Tancredi regis gratiam detentam Imperatricem ipſi regi in Siciliam mittunt, quam Rex ipſe debito cum honore recipiens magnis oneratam muneribus in *Alamanniam* ad Imperatorem remittit. Eo anno quidam ſtultus Paganus Dominus Caſalverii Teutonicum quemdam ab Imperatore in Atino relictum dolo interficit, & a jamdicto rege apud Atinum quidam Rogerius de Foreſta dirigitur.

## MCXCII.

Dictus Adenulfus Caſinenſis Decanus facta compoſitione cum Diopuldo Roccæ Arcis caſtellano, qui ſe pro Imperatore gerebat, congregato militari, & pedeſtri exercitu in campaniam, quos prece, vel pretioque conduxerat, de Caſino deſcendens, vi cepit caſtrum S. Petri Monaſterii, & bonis propriis ſpoliavit. De civitate etiam S. Germani uſque ad eccleſiam omnium ſanctorum occupavit, non tamen abſque ſtrage plurima campanorum, & pace tandem hinc inde clamata tota Terra *ipſi* Decano ſe reddidit, & tunc de S. Germano nonnulli, qui dicti regis partem fovebant in partem alteram ſeceſſerunt, quorum bona omnia a Teutonicis ſunt direpta.

Tunc idem Decanus cum prephato *Dyopuldo* terram equitans cum inſigniis monaſterii relictum ca-

ca-

Digitized by Google

caſtrum Plumbareolæ occupavit, vi cepit caſtrum Pignatarii, caſtrum S. Angeli, Pontem curvum, Caſtellum novum, Fracte, & quedam alia caſtra pro jam dicto Rege ſe tenentia.

Illis diebus Riccardus Caleni comes, qui erat pro parte regis Tancredi, venit ſuper S. Germanum cum Roggerio de Foreſta Caſtellano Atini ad devaſtandum, captus eſt eo anno Gottefredus Caſertanus ab illis de S. Angelo, & in captionem ductus poſtmodum a Marl. Sorello jam dicto Caſtellano Atini in cuſtodiam traditus.

Dictus Diopuldus apud Aquinum, cum quodam Regis Logotheta congreditur, quem campeſtri bello fugatum devicit, multis ex ſuis captis, multiſque in lacu ſummerſis, & ex tunc vires creſcunt ipſi Diopuldo, qui cum Conrado Caſtellano Sorellæ ſocietate contracta equitant in Terram Sueſſæ, oves, & boves, nec non & miſeros homines capiunt, & eos ad ſe redimendum poſt multa tormenta compellunt. Tunc tẽporis vocatus ipſe Dyopuldus a Guillelmo Caſertæ comite, qui pro Imperatore erat, cum gente ſua vado fluvium Capuæ tranſiens ivit in Terram laboris, & equitans ſuper Capuã, exeuntem contra ſe Riccardum Caleni comitem cepit, & ad Roccam Arcis duxit captivum.

## MCXCIII.

Roffridus dictus Caſſinenſis Abbas de Alamannia rediens relicto ibidem obſide Gregorio germano ſuo cum nonnullis, quos ſecum duxerat electis militibus, Cominum intrat, Atinum foris devaſtat, incolatum occupans S. Mariæ de Atino, & dirui faciens muros cancelli, & portam ejus, vi cepit Gallinarium, & bonis propriis ſpoliavit. Rediens vero ad terram monaſterii caſtrum S. Angeli Theodicis ſibi contrarium, quia partem regis Tancredi fovebat, cum Conrado caſtellano Sorellæ, & cum gente ſua, licet non profecerit, vehementer impugnat, faciens quam potuit in exterioribus vaſtitatem. Eo anno Rex Angliæ ab Jheroſolimis rediens, a Duce Auſtriæ retentus, & captus eſt & Imperatori traditus, qui tandem non ſine multæ pecuniæ interventu dimiſſus eſt. Bertoldus comes, ex parte Imperatoris in regnum legatus mittitur, qui veniens cum electis militibus, & bellatoribus de Florentia, hiis ei faventibus, qui partem Imperatoribus fovebant, & convenientibus ad eumdem, Venafrum in feſto B. Martini cepit, & ſuis dedit in direptionem, & prędam. Tunc comes Roggerius de Moliſio metus cauſa quia ſe in parte regis dederat, in Roccam Magenul. ſe recipit.

Bertoldus vero coadſiſtentibus ei Muſcancervell. Dyopul., & Conrado predictis; nec non & Abbate Caſſinenſi, Fundano, & Caſertano comitibus cum viribus ſuis caſtrum Sexti ubi Landus de monte longo Comeſtabulus erat, cum quibuſdam Campanis militibus, pro parte regis Tancredi vi cepit, ipſoque caſtro bonis propriis ſpoliato, ipſum Landum cum ſociis ſuis captivum duxit, quorum libertati poſt multa ſupplicia pietatis cauſa non profuit, niſi redimi profuiſſet, roccam etiam Ravenulæ aggredi a bellatoribus faciens, per inſultum cepit. Vairanum acriter impugnans ubi quidam erat Rogerius de Theate pro rege ſtatutus in nullo profecit. Demum ſuccreſcentibus ei viribus, & ad eum undique concurrentibus quia regis partem oderant, Regnum Imperiali nititur ſubjacere ſervituti. Rex vero Tancredus de Sicilia in Apuliam veniens, exercitum congregat copioſum, volens Bertoldi vires oppoſitis viribus impedire. Cui dictus Bertoldus, cum ſuis, & aliis de regno, imperialem partem foventibus, utpote vir magnanimus, viriliter ſe opponit, & rege ipſo, ſe cum ſuo exercitu apud montem Fuſcolum conferente, ipſe contra eum vadens, apud Batticanum poſuit caſtra ſua, cupiens cum ipſo rege habere congreſſum, idipſum pars regis, ad quem vires undique confluebant optabat: ſed conſpiciens Rex ipſe, & in conſilio habens quod honor ſibi non erat cum Bertoldo congredi, & Bertoldus cernens debiliorem partem ſuam, prælium ſapienter declinavit uterque, & diſcedente inde Bertoldo, qui Laquedonium hoſpitatus eſt, Rex ipſe movit a monte Fuſculo caſtra ſua. Tunc Bertoldus per Capitinatam rediens in comitatu Moliſii caſtrum Montis Rodonis quod ſe pro rege tenebat, circumpoſita obſidione coartat, ibique die quadam dum illud aggredi faceret a pugnatoribus ſuis, lapide manganelli contritus occubuit, eique Muſcancervellus in Ducem ſucceſſit exercitus, qui tandem caſtrum ipſum, obſidione firmata, per ſitim capiens, non per vim, quos cepit incolas variis cruciatibus, ſine ſpe veniæ interemit.

Rex vero Tancredus tunc caſtrum Sabiniani vi cepit, & quemdam Sarolum capiens ipſius caſtri dominum, qui de Rege ipſo multum fuerat oblocutus ſuſpendi juſſit. Vi cępit etiam roccam S. Agathæ, quamquidam Robbertus de Calagio dicti comitis Andrię filius contra eum tenebat. Aput Lariciam cepit quendam Robbertum filium Ryzardi, & tanquam ſibi rebellem punivit. Exinde veniens in Terram laboris comitem Caſertæ recipit, & Averſam. S. Agathenſis quoque civitas, ac Teleſia, quæ tota poſtmodum combuſta eſt, venerunt ad mandatum ipſius. Tunc accerſito ad ſe Robberto de Apolita, abſtulit ei roccam Guillelmi, & quemdam in ea Andream de Teano poſuit caſtellanum; ſicque, relictis in pace Apuliæ finibus, & Terra laboris, Rex ipſe in Siciliam remeavit, ubi ordine naturæ præpoſtero, Roggerius filius ejus, qui coronatus in regem fuerat, viam eſt univerſæ carnis ingreſſus, & frater ejus Guillelmus in regem ſucceſſit eidem. Ipſe quoque Rex doloris punctus aculeo brevi poſt tractu temporis infirmitate correptus obiit.

## MCXCIIII.

Dictus vero Henricus Imperator parato navali, & terreſtri exercitu, regnum intrat, illum Roffridus Caſſinenſis Abbas magnifice recipit, nec non Fundanus comes, ac alii omnes Teuthonici, & Latini ſuum præſtolantes adventum, cum quibus Terram renitentem Laboris ingrediens Neapolim recipit. Salernum ſibi vi cepit, & ſuis dedit in direptionem, & prædam. Tunc dictus Adenulfus Caſinenſis Decanus procurationem Abbatiæ Venuſii ab Imperatore recepit.

Imperator vero Apuliæ fines nullo obſtante ingrediens, omnes Apulię recipit civitates ad mandatum, & fidelitatem ſuam convertens dicto Caſi-

nenſi Abbate præeunte, cujus fidei puritas ſatis ipſi erat Imperatori experta, cui totam procuram & auctoritatem, & poteſtatem contulerat, ut venire ad ſuam fidelitatem volentes . . . . . opera poſſet offenſos, & per ipſum veniam mererentur. Tunc ipſi Abbati caſtrum Malveti ad opus contulit monaſterii Caſſinenſis, & Farum præteriens navigio, Meſſanam recipit, totamque Siciliam, & Panormum properans recipit civitatem ipſam, & cunctum palatii diripuit apparatum. Tunc uxor regis Soror dicti comitis Acerrarum, cum filio ſuo parvulo Guilielmo prephato, propter metum Imperatoris ad locum tutiorem ſe contulit Panormum deſerens, cum qua, facta compoſitione, cum per vim locum, in quo erat optinere non poſſet, Imperator ipſe, ſecuritate preſtita, recipit eam, & filium ad manus ſuas, quos Muſcancervello cuſtodiæ tradidit, & ex eis fecit ſuæ beneplacitum voluntatis. Tunc dictus Caſſinenſis Abbas conceſſionem ab ipſo Imperatore de Atino recipit, & de rocca Guillelmi, & filium Roggerii de Foreſta in Atino Caſtellanum ab ipſo Imperatore recipiens, & mandatum per litteras ad Andream de Teano Caſtellanum roccæ Guillelmi, ut ſibi roccam ipſam aſſignare deberet dictus Abbas in ſua reverſus eſt.

Imperator ipſe in die Natalis Domini regens Panormi curiam generalem præphatam reginam, & filium ejus, nec non & alios quamplures Preſules & comites regni, quibus ipſe proditionis notam imponebat judicio Petri Celani Comitis capi fecit, & ex ipſis quoſdam orbavit, quoſdam incendio, quoſdam ſuſpendio, & quoſdam in Alamanniam exilio deſtinavit. Tunc Imperatrix A . . . . . Marchia filium parit nomine Fridericum, menſe Decembri, in feſto S. Stephani.

## MCXCV.

Roffridus Caſſinenſis Abbas tractatu quorumdam de Atino nocturno tempore introductus Atinum recepit, dictum Roggerium de Foreſta caſtellanum intus arctat, & obſidet, qui cum non haberet victui neceſſaria, recepta de ſe, & rebus ſuis ſecuritate ab Abbate predicto, & compoſitione facta cum eo de caſtro S. Petri in fine quod recepit ab ipſo, & fidelitatem juravit eidem. Caſtrum Atini in manus reſignavit ejuſdem, roccam Guillelmi etiam * ab * Andrea, * & * Thoma recipiens, fidelitate quoque ab eo recepta ei caſtrum Cucurutii conceſſit; illam tamen poſtea de Imperiali mandato, cuidam Tancredo de Vero commiſit, fidelitatis ab eo juramento recepto. Hoc anno dictus Caſſinenſis Abbas caſtrum Terelli vi capiens igne cremavit.

**** ab Andrea de Theano.

## MCXCVI.

Imperator in Alamanniam redit, qui Muſcancervello Moliſii comitatum concedit, & tunc Roggerius Moliſii comitem, qui ſe ob metum Imperatoris in rocca Magenul. receperat, idem Muſcancervellus arctat, & obſidet, cum quo facta compoſitione, & data ſibi ſecuritate, & ſuis, roccam ipſam recipit, eumque extra regnum abire permiſit, ubi proceſſu temporis mortuus eſt.

Dictus Caſſinenſis Abbas caſtrum Fractarum recuperat, & caſtellum novum, caſtrum etiam S. Angeli Theodici, quorum habitatores mala innumera per ſe fecerant in Terra S. Benedicti, & per ſervientes, quos ad ſolidos retinuerant, caſtrum combuſſerant Pignatarii per proditionem optinuit, & recepit ad fidelitatem ſuam, & monaſterii Caſſinenſis, quibus tamen dignas pro meritis pœnas rependit, & ſub pretextu quorumdam verſuum quos ibidem invenit, quos hic annectere otioſum non cenſui, muros ipſius caſtri Sterni ad ſolum fecit, & aggeres illius repleri. Verſus enim tales ſunt.

Peſſimus Alboynus, Landulfus ſervus Aquinus
Petrus, Roggerius, Philippus, valde ſeverus.
Simon, & Andreas, Adenulfus ut alter Egeas,
Sunt hii Rectores, per quos ſervantur honores.
Hii dictant bella, cedes, immenſa flagella.
Dantes edictum, veneremur ne Benedictum?

Eo tempore dictus Riccardus Acerrarum Comes regnum exire occulte volens, & a facie fugere Imperatoris, relictis Campania, & Burgentia munitionibus quas tenebat proditus a quodam Albo Monacho cui ſe crediderat, captus a jam dicto Diopuldo, & cuſtodiæ traditus carcerali, Ceſari aſſignandus, qui de Alamannia Guarmacienſem epiſcopum miſit legatum in regnum, qui Neapolim veniens cum jam dictis Caſſinenſi Abbate, Latinis etiam aliis, & Teutonicis, Imperiale implens mandatum, Neapolis muros, & Capuæ funditus fecit everti.

## MCXCVII.

Imperator ipſe de Alamannia rediens aſſignatum ſibi a Diopuldo roccæ Arcis caſtellano dictum Acerrarum Comitem, cum aput Capuam curiam regeret generalem, trahi primum ab equo per plateas Capuæ, & demum, verſo deorſum capite, ſuſpendi vivum jubet. Quem viventem poſt biduum quidam Imperatoris Hiſtrio Teutonicus, cognomine Follis, ut ipſi Imperatori placeret, ligato ad guttur ejus non parvo lapidis pondere, ipſum turpiter exalare coegit. Tunc Imperator ipſe generalem toti Regno collectam imponit. Tunc ipſe Diopuldus per Imperatorem Comes factus eſt Acerrarum. Tunc & Oddo frater ipſius ad expugnandam roccam ſiccam in qua ſe Rainaldus, & Landulfus de Aquino fratres contra imperatorem receperaret ab ipſo imperatore dirigitur, & ipſe ſe confert in Siciliam Imperator, ubi ad ſe duci Imperatricem jubet, qua in Panormi palatio conſtituta, quidam Guillelmus Monachus, qui Caſtellanus erat caſtri Johannis, rebellavit Imperatori, ad quam obſidendam, cum ipſe perſonaliter accederet Imperator, ſuperveniente egritudine, abinde infirmus diſcedens, ſicut Domino placuit, diem clauſit extremum, & tunc fama diſcurrente, per regnum dictus Oddo frater Diopuldi comitis, rupta obſidione roccæ ſiccæ, diſcedit, & ſe contulit ad roccam Arcis.

Imperatrix Panormi remanens in veſte lugubri de nece Imperatoris viri ſui, regniq; paci conſulens & quieti, Marcualdum Imperii ſeneſcalcum, cum Teutonicis omnibus de regno excluſit, ipſumq; ne amodo regnum ingredi abſq; ſuo juſſu præſumeret, neve remaneret in regno, juramento coegit. Qui cũ ipſius Imperatricis literis, & Ducatu ad comitatum Moli-

Moli-

Moliſii veniens, qui tunc Marchia vocabatur, & ſibi favebat, cum illum ſibi Muſcancervello mortuo conceſſit Imperator ſub ſecuro Cardinalium conductu, & ſecuritate dicti Petri Celani Comitis, cui propterea Vairanum tradidit relictis in ipſo Moliſii Comitatu caſtellanis ſuis, & bajulis ad Anconæ Marchiam ſuo pro parte dominio ſubditam ſe contulit, ubi cum ſuis ſequacibus innumera mala commiſit.

Celeſtinus Papa obiit, & Lotharius Cardinalis in Papam Innocentium ſubſtitutus eſt illi. Imperatrix filium ſuum in Marchia apud Heſim civitatem relictum, ſub Ducatu dicti Celani comitis, & Berardi Laureti comitis, & Cuperſani ad ſe duci jubet in regnum, & de Apulia in Siciliam transmeare. Tunc quidam in Calabria Teuthonicus nomine Fridericus cum nollet Imperatrici favere, ſe in Malveti caſtro recipiens, quod furto ſuſtulerat cuidam Mauro de Mira ibidem caſtellano ſtatuto pro monaſterio Caſinenſi, juſſu Imperatricis ipſius, a comite Amphuſo de Rotis, cæteriſque Calabriæ nobilibus, in ipſo caſtro obſeſſus eſt, & arctatus, qui dum aliter evadere ſe non poſſe conſpiceret, dolo cogitavit capere obſidentes obſeſſus, & vocatos eos die quadam ſemotim ab aliis, cum eis fidem dediſſet, quod redire vellet ad Imperatricis mandatum, captos capitaneos cepit, eoſque de perſonis punivit, ut voluit.

## MCXCVIII.

Imperatrix ipſa proceſſu temporis obiit, quæ Fridericum unicum filium, & regni Ballium Innocentio Papæ ex teſtamento reliquit. Dictus vero Marcualdus cognito de morte Imperatricis, congregato malignorum exercitu, quos prece, vel pretio conduxerat regnum non ſine illorum, qui erant de regno, auxilio, & Ducatu intravit, & veniens in Comitatum Moliſii, in quo fidei ſuæ reliquiæ ſervabantur, ad dictum Caſinenſem Abbatem pro pace legatos miſit, per quos etiam ipſum, ut ſibi regni juraret, Ballium, quod ſibi Imperator reliquerat, ut dicebat, requiſivit. Quia vero a prædicto Abbate hoc optinere non potuit, nam primo regni ipſius Ballium dicto Innocentio Papæ juraverat, qui contra ipſum Marcualdum ad jam dictum Abbatem duos miſerat Cardinales, cum exfortio militum Campanorum, & auxilium terræ ſuæ, eumdemque Marcualdum excommunicationis vinculo innodaverat, & ſequaces illius ipſe ſui furoris impatiens, cœpit more Teutonico in terram monaſterii deſævire.

## MCXCVIIII.

Menſe Januario hic per Venafrum veniens maledictus cum maledictis terram Sancti ingreſſus eſt Benedicti, & primo caſtrum S. Petri in fine deſertum ab incolis cauſa metus, nullo obſtante, occupans, igne cremavit, caſtrum S. Victoris vi capiens, bonis propriis ſpoliavit, & movens exinde caſtra ſua, Cervarium, & Toroclum, duo ſcilicet caſtra ab habitatoribus derelicta combuſſit, & ſeptimo intrante Januarii ante S. Germanum in campis caſtrametatus eſt, & cum ad capiendam terram ipſam daret frequentes inſultus, capere vi eam non potuit hominibus civitatis, ac militibus Campaniæ, qui in ea convenerant ea die reſiſtentibus illi. Tunc Diopuldus jam dictus, qui ad ipſum venerat Marcualdum, Montem quemdam, qui Majo dicitur cum ſuis occupans, ſua ibi tentoria fixit, quod tanti cauſa timoris fuit omnibus de terra ipſa, cum ſupereminens eſſet mons civitati, & poſſet de ſupernis montibus ab hoſtibus facile occupari, quod idem Abbas nocte conſcendens occaſione muniendi vallum Monaſterii, nonnulli de civitate cum ſuppellectili ſua ſe ad vallum contulerint memoratum. Cardinalibus ipſis mane ſequenti ſe recipientibus in ipſo monaſterio cauſa metus, ſicque die ipſo VIII. ſ. Januarii relictam ab incolis civitatem Marcualdus intravit, bonis propriis ſpoliavit, & quos in ea invenit pœnis addixit variis, & tormentis quibus pietatis cauſa non profuit, niſi redimi profuiſſet, nec contentus eo, quod terram occupaverat monaſterii ad obſidendum illud, & capiendum, cum in eo cum multis Campaniæ militibus, & gente civitatis non modica ſe concluſerint Cardinales, aſcendere voluit. Qui cum per dies aliquot, poſita in viridario obſidione, ipſum monaſterium teneret obſeſſum, & Vallum ipſum per frequentes inſultus hoſtiliter impugnaret, capere per vim illud non potuit, Campanis, & aliis, qui erant in Vallo conſtitutis militibus reſiſtentibus illi. Cumque firmata obſidione ad capiendum monaſterium vehementer inſtaret, quod cum per vim non poſſet, credebat fame, ſitive facile occupare, in die feſto B. Mauri, mutata ſubito ſerenitate aeris, temporis inclementia facta eſt, & tanta inundatio pluviarum admixta grandinibus, & imbribus multis, quod hoſtium tentoria ſtravit ad ſolum, propter quod qui erant obſeſſi, & jam areſcere cœperant, aquis deficientibus in ciſternis, Deo, & S. Mauro debitas gratias retulerunt, & ab obſidione ipſa coacti ſunt recedere obſidentes; Tunc in deſcenſu montis caſtrum Plumbareolæ idem Marcualdus igne combuſſit, & rediens in S. Germano ira commotus intus, & extra civitatem domorum, & tuguriorum vaſtitatem fieri mandans, caſtrum Sancti Heliæ affidatum combuſſit. Portas S. Germani, & mœnia ejuſdem in pleriſque locis everti fecit ad ſolum. Illis diebus cum viri nequam qui erant cum ipſo Marcualdo facerent in ceteris eccleſiis, ſicut in aliis terræ domibus ſtationem, & ſua in eis ludicra exercerent, ipſi Deo, & Sanctis ejus non verebantur injurias irrogare, nam cum de ceteris altaribus certas extraſſiſſent reliquias, unus ex prædictis violare aram beatæ Virginis attentavit, qui ſtatim aridam ad ſe manum retraxit.

Alter cum Crucifixo, qui eſt in eccleſia S. Germani, primo per lapidis ictum, demum per urinæ injectionem in ipſum injurias graves inferret, roſa prius dentibus lingua areſactus infelix vitam ſtatim cum morte finivit, quod tantum ipſi Marcualdo terrorem incuſſit, quod facta compoſitione cum Abbate prædicto terram exiens monaſterii nono ſtante Februarii habuit malo omine in anteriora progreſſum.

Eo tempore Richardus de Aquila Fundanus Comes, ut ſalvam faceret terram ſuam Sifrido fratri comitis Diopuldi filiam ſuam dedit in conjugem.

Tunc

Tunc ipſe Marcualdus caſtrum Pontiſcurvi, Teramum, S. Angelum, & caſtellum novum ipſi comiti Diopuldo, & ſuis ſervanda commiſit. Diopuldus vero, qui ipſum Marcualdum antecedebat, & prædicabat, ut omnes de regno ſe ad Marcualdum converterent, & regni Balium jurarent eidem, a Guilielmo Caſertæ comite captus eſt, & quandiu vixit eum tenuit vinculatum. Sed eo mortuo, Guilielmus filius ejus accepta filia ejus in uxorem, liberum dimiſit illum. Marcualdus vero ad Apuliæ partes ſe conferens, Avellinum obſedit, & cum incolis civitatis componens, diſceſſit ab obſidione, & procedens inde vallatam, quoddam Caſale Apuliæ vi cepit, & ſuis dedit in direptionem, & prædam. Tunc Petrus Celani comes de Marſia venit in terram Laboris. Marcualdus vero de Apulia per Capitanatam rediens in comitatu Moliſii, Iſerniæ civitatem, cum exercitum tenere non poſſet, bonis propriis ſpoliavit, & procedens verſus terram Laboris, & Teanum impugnans capere vi non potuit illam. Exinde Salernum ſe contulit, quæ tunc comiti Diopuldo favebat, & inde parato navigio, in Siciliam transfretat, & Panormum properans, facta compoſitione cum comite Gentili de Palear. quem Gualterius regni Siciliæ Cancellarius cuſtodem regis, & palatii reliquerat, palatium Panormi recepit ad manus ſuas, & ſic totam poſtea Siciliam ſuis niſus eſt viribus ſubjugare.

Roffridus Caſſinenſis Abbas caſtrum S. Angeli recuperat, contra ipſum Marcualdum, & regis tunc pupilli auxilium; dictus Innocentius Papa, quemdam dirigit Jacobum Andriæ poſtea comitem conſobrinum ſuum cum militari exercitu, cum quo unum miſit de Cardinalibus, quem ipſi conſobrino ſuo, & exercitui præfecit qui ipſum Marcualdum campeſtri bello devicit, & fugavit, & . . . . . . R. . . . . . . . . . . . . . . . . . . cardinalem in Siciliam. . . . .

## M C C.

Diopuldus Comeſcum aliquibus, cum quibus ipſe remanſerat Marcualdus, cum quibus per regnum mala innumera committebat, præſtito apud Venafrum corporaliter Sacramento de non offendendo amplius terram Sancti Benedicti, propter quod homines S. Germani ſibi non cavebant ab eo, ipſe Diopuldus cum perditorum gente, nocturno tempore hoſtiliter terram S. Germani intravit nono die Martii, eamque dans in direptionem, & prædam, miſeros quos invenit in ea homines multis adjecit periculis, & tormentis, poſtque ſe redimere ſunt coacti. Abbas vero, qui erat in civitate ipſa fuga media cum Gregorio fratre ſuo, in Atinum ſe recepit, & exinde ſe in Marſiam contulit, gentis auxilium a Celani comite petiturus, qui cum illud dare denegaret eidem, ad Rainaldum Senebaldum fiducialiter ivit, qui totum argentum ſuum ſibi liberaliter tradidit, cum quo aliquot retinuit ſervientes, & baliſtarios, cum quibus rediens per montana, intravit nocturno tempore Monaſterium, quo cognito Diopuldus, cum ipſum Abbatem cum magnis crederet viribus rediiſſe, metus cauſa depopulatam linquens terram S. Germani exivit, & ſecum captivos quoſdam de terra ipſa ad roccam Arcis deduxit.

Eo anno dictus Abbas roccam Jani ſuper S. Germanum firmavit, & providens indemnitati Terræ ejuſdem, eam per circuitum muris firmavit, & turribus, & aggeribus communivit.

Diopuldus vero jam dictus menſe Junii apud Venafrum cum comite Celani congreditur, eumque campeſtri bello fugavit, cepitque tunc Berardum filium ſuum, quem apud roccam Arcis captivum duxit.

## M C C I.

Gualterius Brennenſis comes in odium Theutonicorum in regnum mittitur ab Innocentio Papa, qui apud Capuam congrediens cum ipſo Diopuldo vicit, & fugavit eumdem decimo menſis Junii, & exinde Teanum veniens quæ ſibi favebat una cum Raynaldo tunc Capuano Archiepiſcopo filio dicti Celani comitis. Preſentianum ſe contulit cum eodem, ubi occurrens ei præfatus Caſinenſis Abbas pariter proceſſerunt, & petierunt Venafrum, quam civitatem idem Diopuldus tenebat, ille prædictus Celani comes timens cum ipſo Brennenſi comite confœderatus eſt, & tandem civitas ipſa, procurantibus ipſo Caſinenſi Abbate, & Malger. Sorello in vigilia B. Johannis Baptiſtæ igne cremata eſt. Arce ſuperiori ſe pro Diopuldo tenente. Exinde Aquinum ſe conferunt, ubi quidam erat in caſtello Caſtellanus nomine Jencus, qui ſe pro Diopuldo tenebat, qui captus in ipſo caſtello eſt, & Aquini civitas reddita ad mandatum dicti comitis Gualterii, qui eam Dominis Aquini per quemdam Finagranum domini Raynaldi de Aquino filium naturalem reſtituendam providit.

Eo anno dictus Abbas caſtellum novum, & Fractas recuperat.

## M C C I I.

Dictus comes Gualterius cum jam dicto Caſinenſi Abbate in Apuliam vadit, qui Abbas, una cum Petro Galloze Portuenſi epiſcopo legationis officio fungebatur. Cumque ad dictum comitem expugnandum memoratus Gualterius de Palear. Cancellarius cum comite Manerio fratre ſuo Diopuldo, & Oddone de Laviano comitibus, congregatis undique viribus ſub prætextu, quod ipſum comitem regis hoſtem dicebat, & regni, cum ipſo campeſtre bellum injerit apud Cannas. Dictus Cancellarius cum Diopuldo præfato per ipſum comitem ſexto ſtante Octobris devicti ſunt, & fugati, multis ex eis captis, & nonnullis gladio interemptis; ſunt etiam in prima qui ſteterant acie capti, Siſridus frater Diopuldi, dictus Oddo de Laviano, & Petrus de Celano, qui comes dicebatur Civitatenſis, qui autem, fuga media, evaſerunt, Cancellarius, & comes Manerius frater ejus receperunt ſe in Salpitana civitate, quæ favebat eiſdem. Diopuldus vero in rocca S. Agathæ receptavit. Dictus Caſinenſis Abbas in Apu-

Digitized by Google

in Apulia vadit habita de Diopuldo victoria, velegatus in Siciliam vadit, ubi dictus Marcualdus ſuperveniente dyſſenteria miſerabiliter expiravit: fames valida per totum regnum exorta eſt. Diopuldus ſæpefatus iratus a Finagrana, qui cum . . . . . . . diſcordi a comite Gualterio receſſit, cum gente ſua properat ſuper Sanctum Germanum, ubi idem Finagrana, & quidam ipſius Diopuldi caſtellanus capti ſunt, & gladio perempti.

## M C C I I I.

Diopuldus ipſe a caſtellano S. Agathæ vi eſt captus . . . . . poſtea liberatus.

Eo anno Franci . . . . . . cum Venetis componentes . . . . . I . . . . . . .

Civitatem Jadere ipſis rebellem Venetis vi ceperunt, & bonis propriis ſpoliarunt nobiliſſimam Conſtantinopolitanam urbem aggredientes viriliter, & potenter ſicut Domino placuit obtinuerunt, & poteſtati Romanæ eccleſiæ, cui antea non intenderat ſubjecerunt illam.

## M C C I V.

Comes Gualterius cum comite Jacobo Tricaricenſi, & comite Roggerio de Theate confœderatus, ipſe tunc temporis Terracinam occupat de Salerno, vero ab ipſo Diopuldo, & gente ſua, & civibus Salerni, qui tenebant eandem arcte ſatis obſeſſus eſt, & ſagittæ ictu altero oculorum privatus, & tandem ipſorum comitum auxilio liberatus eſt, ipſo Diopuldo, & ſuis de Salerno ſatis ignominioſe fugatis.

## M C C V.

Dictus comes Gualterius cum ipſum Diopuldum dure ſatis, & dire perſequeretur, ipſum tenens in Sarno obſeſſum, dum ſibi male ab hoſte caveret, ipſo Diopuldo in eum cum ſuis diluculo irruente, captus ab eo eſt, & cuſtodiæ traditus carcerali, ubi modicum poſt diem clauſit extremum. Tunc enim memoratus Celani comes, qui civitatem intraverat Aliphiæ, & caſtrum civitatis viriliter expugnabat, quod ſe ad opus Diopuldi tenebat, audito de captione comitis Gualterii, combuſta civitate Aliphiæ diſceſſit. Dictus vero Diopuldus Salernum cum victoria rediens, quia Turrim majorem ipſe tenebat, multos de Salerno cepit, & ut proditores punivit, ut voluit.

## M C C V I.

Innocentius Papa Romam vocat Diopuldum ad ſe, ipſumque, & ſuos a vinculo excommunicationis abſolvit, & tunc cum ipſius licentia Salernum reverſus eſt.

## M C C V I I.

Hic parato Salerni navigio, in Siciliam transfretat, Panormum vadit, & tam palatium, quam regem recipit Fridericum ad manus ſuas, ſed arctatus, & obſeſſus in ipſo palatio a Gualterio de Palear. cancellario, captus ab eo eſt, & tandem nocturno tempore fugæ præſidio liberatus, veniensque per mare Salernum, exinde in Terram Laboris ſe confert, ubi cum Neapolitanis ingens pugnam devicit, & fugavit eoſdem, ſtrage magna facta ex eis, & Giffrido de Monte Fuſcolo, quem ſibi capitaneum præfecerant capto, & vinculis mancipato.

## M C C V I I I.

Menſe Januarii in vigilia Epiphaniæ Roffridus Caſinenſis Abbas ſuperius memoratus, congregatis militibus, & ſervientibus terræ ſuæ, & Baronum circumpoſitorum, qui ſibi ex gratia libenter obſequebantur, una cum dominis Aquini, & Malger. Sorello civitatem Soræ præcantibus hoc quibuſdam ipſius Abbatis conſanguineis, qui de Sora erant, nocturno tempore intrat, eamque ad opus recipit, & fidelitatem Innocentii Papæ, qui in ſuccurſum Abbatis ipſius mittit Stephanum de Foſſa nova camerarium ſuum, cum exfortio militum Campanorum, qui Conradum tunc Soræ comitem ſe in Sorella recipientem arctat, & obſidet, & male ſibi caventem intus Sorellam cepit, qui pro ſua redemptione roccam Arcis in manus dicti camerarii reſignavit. Tunc etiam Broccum, & Peſclum ſolidum amiſit.

Eo anno Innocentius Papa in Vigilia S. Johannis Baptiſtæ menſe Junii, venit ab Urbe ad Sanctum Germanum, ubi ab ipſo Abbate Roffrido magnifice receptus eſt, & tam ipſe, quam fratres ſui domini Cardinales in neceſſariis omnibus honorifice procurati.

Tunc venientes ad ipſum Petrus de Celano, & Riccardus Fundanus comites, cum eis de ſuccurſu regis Friderici ſtatuit, & de defenſione regni in hunc modum, videlicet ut ipſi comites ſint magiſtri capitanei, quibus ſuper iis omnes intendant a Salerno uſque Ceperanum, ſicut a mari uſque ad mare protenditur tractus terræ, ſalvo ſtatuto Regio, quo Celanus comes, & magiſter juſtitiarius Apuliæ, ac Terræ Laboris, & ſalvo mandato regio, quod factum eſt comiti Fundano de civitate Neapolitana, ut ſit ſpecialis Rector ipſius, intelligentes hoc quantum ad propria negotia civitatis; ſed quantum ad ſuccurſum regis, & ad defenſionem, & ad pacem regni omnes communiter intendent hiis duobus. Quicumque ordinationem iſtam receperint ad invicem ſibi pacem obſervent, & ſi quiſquam ab aliquo fuerit offenſus, non ſtatim reoffendat eumdem, ſed apud prædictos comites querelam deponat, qui eam ſecundum rationem, ac regni conſuetudinem faciant emendari. Qui autem ordinationem iſtam recipere noluerint, vel recuſaverint, tamquam hoſtes publici habeantur, & a ceteris impugnentur. Ducenti milites dirigantur in ſuccurſum regis uſque ad Kal. Septembris moraturi per annum, ſub illorum expenſis, a quibus fuerint deſtinati. Diſtribuantur autem ſecundum æſtimatorum arbitrium, quos ad hoc ſpecialiter deputabimus penſatis debitis ſervitiis, & facultatibus comitum, & baronum, ac etiam civitatum. Quia vero propter æſtatis fervorem deſcendere in Apuliam perſonaliter non potuimus, ſtatutum iſtud mandabimus exequendum

per

Digitized by Google

per legatum noſtrum, qui eſt in Apulia per Comitem Jacobum conſobrinum, & mareſcalcum noſtrum, & per alium, quem a noſtro latere dirigemus. In omnibus autem reſervamus nobis plenam poteſtatem addendi, minuendi, mutandi, & declarandi, prout viderimus expedire.

Tunc eidem Papæ Philippus Rex Alemanniæ patruus dicti regis a ſuis nunciatur occiſus.

Tunc etiam rogatu Petri cognomine Contis Decani Caſinenſis, ipſe Papa apud S. Petrum Monaſterii, in cappella S. Nicolai, aram quamdam in honorem beatæ Mariæ Magdalenæ conſecravit.

Dictus Papa relicta ſub depoſito parte theſauri ſui non modica in monaſterio dictis comitibus in ſua, cum ipſius licentia redeuntibus, ipſe de S. Germano diſceſſit, & per Atinum iter faciens, quod dictus Abbas Roffridus tenebat, Soram ſe contulit, indeque in Campaniam reverſus eſt.

Eo anno comes Fundanus ſupramemoratus auctoritate fretus, & vi comitis Diopuldi Capuam recipit a Capuanis vocatus in odium dicti Celani comitis, cujus filius Rainaldus ipſius civitatis Archiepiſcopus erat.

## MCCIX.

Fridericus rex Siciliæ uxorem duxit Conſtantiam ſororem regis Aragonum. Dictus Celani comes caſtellum Capuæ recipit a Leone de Andria caſtellano, hoc filio ipſius dicto Archiepiſcopo procurante, & dictus Fundanus comes, qui caſtellum ipſum tenebat obſeſſum, metus cauſa Capuam exiit.

Otho dux Saxoniæ ab Innocentio Papa vocatus apud S. Petrum in Romanum Imperatorem coronatur, non ſine ſtrage magna ſuorum, qui præſtito juramento de conſervando regalibus S. Petri, & de non offendendo regem Siciliæ Fridericum in Marchiam ſecedens, & in partes Tuſciæ ibi per annum continuum moram fecit.

Hoc anno menſe Madii, penultimo menſis ejuſdem, dictus Roffridus Caſinenſis Abbas apud S. Germanum obiit, cui Petrus dictus Conte, qui antea officio functus fuerat Decanatus, electus a Fratribus in nativitate S. Johannis Baptiſtæ, & a Papa Innocentio approbatus in regimine monaſterii ſucceſſit eidem. Huic rocca Bantræ, quæ uſque tunc monaſterio ſuberat Caſinenſi, rebellavit. Cui quemdam præfecerat monachum nepotem ſuum nomine Seniorectum, qui ſibi ab hominibus roccæ ipſius non precavens, cum de rocca ipſa feciſſet ad Villam deſcenſum, hoc ipſis de Villa proditorie procurantibus, cum redire in roccam vellet, non eſt amodo eam intrare permiſſus.

## MCCX.

Otho dictus Imperator, fractus a Diopuldo, & Petro Celanenſi comite, qui cum ipſo Diopuldo contraxerat, quorum alter Capuam, alter vero ſibi Salernum tradidit ſpreto juramento, quod Romanæ eccleſiæ fecerat, regnum intrat per Reatinas partes, ſub illorum Ducatu, qui fidelitatem ei præſtiterant per Marſiam, & exinde per Cominum venit, ad quem dictus Caſinenſis Abbas, cui cura erat de terra, & populo, cum ad ingreſſum ipſius Othonis eſſent omnes exterriti, ita quod in S. Germano pauci admodum remanſerint, qui ad loca tutiora ſua ſupellectilia non tuliſſent, ſuos pro pace legatos miſit, & ipſe etiam exivit in occurſum ejus, contra fratrum omnium voluntatem. A quo ſatis benigne receptus, terram monaſterii ſervavit indemnem.

Tunc idem Otho ſe Capuam confert, ubi receptis a Diopuldo certis munitionibus, quas habebat in regno, Ducem Spoleti efficit illum.

Hic cum gente ipſius Othonis ivit ad debellandum civitatem Aquini, in qua ſe Landulfus, Thomas, Pandulphus, & Robertus domini Aquini, qui Regis fidem ſervabant, ſe receperant, cum gente ſua, & cum non prevaleret in eam viribus reſiſtentibus predictorum, confuſus, & non ſine damno receſſit.

Civitas Neapolis in odium Averſæ ipſi Othoni ſe reddidit, qui ad inſtinctum *Neapolitanorum* Averſam obſidet, quæ, facta cum eo compoſitione, remanſit indemnis.

Dictus Otho Apuliæ fines ingreditur, certis ſibi colla flectentibus tum voluntarie, tum cauſa metus.

Innocentius Papa illum excommunicat, & eccleſiam Capuanam ſub interdicto ponit, pro eo quod celebrare auſi ſunt ipſo preſente. Excommunicat etiam omnes fautores illius, in Octavis B. Martyni.

## MCCXI.

Petrus Caſinenſis Abbas menſe Januarii, quinto Kal. Februar. in Monaſterio obiit.

Innocentius Papa in die *Sancto Jovis* excommunicationem latam in Othonem, & ejus ſequaces confirmat.

Hoc anno Adenulphus cognomine Caſertanus in Abbatem Caſinenſem eligitur.

Dictus Otho cum totam fere Apuliam *ſubjugaſſet*, audito quod quidam Alamanniæ *Principes* ſibi rebellaverant mandato apoſtolico regnum feſtinus egreditur menſe Novembris, & menſe Martio in Alemanniam remeavit.

Eodem menſe Martio Fridericus rex Siciliæ ab Innocentio Papa vocatus, navigio vectus a Gajetanis, relictis Panormi uxore, & filio, Gajetam venit. Ad quem dictus Riccardus de Aquila Fundanus comes, & prefati Domini de Aquino vadunt. Tunc rex ipſe ad petitionem hominum roccæ Bantræ, qui acceſſerunt ad eum caſtellanum mittit Johannem Ruſſum civem Gagetanum militem ſuum, & a Gajeta deſcendens per mare ad urbem vadit, ubi a Papa Innocentio, & a cæteris Cardinalibus, Senatu, populoque Romano, ingenti cum honore receptus eſt, ad quem miſſus ex parte Conventus Stephanus cognomento de Marſia tunc camerarius Caſinenſis, mandato Papæ Innocentii litteras, & mandatum impetravit a rege ad caſtellanum rocchæ prædictæ, ut eam reſtitueret monaſterio Caſinenſi, & poſt dies paucos ab urbe diſcedens cum licentia Papæ, ac Cardinalium ſe navigio recipit, & Januam feliciter applicans, inde per Cremonam, & Veronam invitis



Digitized by Google

tis Mediolanenſibus, qui ejus impedire tranſitum crediderunt, tranſalpinavit cum paucis. Hunc dicti Othonis emuli benigne recipientes greſſus, & iter ejus contra eum in viam rectam, & non in invium direxerunt. Qualiter igitur rex ipſe in imperii aquiſitione profecerit, qualiterve obtinuerit contra eumdem Othonem, locis relinquo propriis aptius referendum.

## M C C X I I.

Menſe Junii Innocentius Papa Urbem exiens venit Signiam, ubi per eſtatem moram faciens menſe Septembri remeavit ad urbem.

Petrus Celani Comes languore correptus obiit.

Hoc anno Chriſtiani principes, videlicet, rex Caſtellæ, rex Navarræ, & rex Aragonum, cum Miramanolino Saracenorum principe prælium ineuntes, Dei favente virtute victoriam contra eum obtinuerunt. Quod ad omnium orientalium gaudium, & exultationem, idem rex Caſtellæ de tanta chriſtianis principibus cœlitus conceſſa victoria dicto Innocentio Papæ litteras mittit. Mittit etiam de acceptis Saracenorum ſpoliis eidem honorabilia xenia, tentorium videlicet totum ſericum, & vexillum auro contextum. Quod in principis Apoſtolorum baſilica in laudem nominis Chriſti appenſum eſt.

Menſe Madii Adenulfus Caſinenſis electus roccham Bantræ, occaſione mandati regii, cum parere noluit Caſtellanus, arctat, & obſidet, ſed cum roccam ipſam obtinere non poſſet, data quadam nepte ſua in conjugem filio ipſius Caſtellani cum certa pecuniæ quantitate, recuperavit roccam ipſam monaſterio Caſinenſi.

Innocentius Papa per generales quas ad Orbis prelatos dirigit litteras, ſanctam ſynodum ad Urbem vocat menſe Junio Signiam, ubi propter urgentem neceſſitatem dictum Adenulphum Caſertanum Caſinenſem Electum, in Caſinenſem Abbatem promovit. Fredericus rex auxilio Principum totam Alemanniæ planitiem obtinuit, ſolis ipſi Othoni munitionibus remanentibus.

Hoc anno fames in Apulia exorta eſt.

## M C C X I I I.

Innocentius Papa Urbem exiens menſe Junii ivit Viterbium, ubi per generales quas ubique terrarum dirigit litteras, omnes Chriſtifideles ad terræ Sanctæ ſubſidium exhortatur, per quas etiam excommunicationis vinculo innodat Corſarios, & piratas, qui capiunt, & ſpoliant tranſeuntes, ſicque ſubſidium impediunt terræ ejuſdem, & qui ſcienter communicant cum ipſis in aliquo venditionis, vel emptionis contractu, innovat præterea excommunicationem latam adverſus eos, qui Sarracenis arma, ferrum, lignamina deferunt galearum, quique cum piratis Sarracenorum navibus curam gubernationis exercent, precipiens hujuſmodi ſententiam per omnes urbes maritimas publicari diebus Dominicis, & feſtivis.

Hoc anno dictus Otho cum rege Franciæ bellum committens ab ipſo rege devictus eſt, & fugatus.

## M C C X I V.

Innocentius Papa has mittit litteras ad Soldanum.

Innocentius &c. nobili viro Sephadino Soldano Damaſci, & Babiloniæ timorem divini nominis, & amorem. Daniele propheta teſtante, didicimus quod eſt Deus in cœlo, qui revelat myſteria, mutat tempora, & transfert Regna, ut univerſi cognoſcant, quod Dominus excelſus dominatur in regno hominum, & cui voluerit dabit illud. Hoc autem evidenter oſtendit, quando Jeruſalem, & fines ejus tradi permiſit in manus fratris tui, non tam propter ejus virtutem, quam propter offenſam populi chriſtiani, Deum ipſum ad iracundiam provocantis, qui ſecundum prophetas cum iraſcitur, non obliviſcitur miſereri, unde illum imitari volentes, qui de ſe ipſo ait: Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde, magnitudinem tuam humiliter obſecramus, quatenus ne propter violentam detentionem præfatæ terræ, plus adhuc effundatur humani ſanguinis, quam hactenus eſt effuſus, reſtituas eam nobis, uſus conſilio ſaniori, de qua forte detentione plus tibi difficultatis, quam utilitatis accreſcit, & dimiſſis utrinque captivis quieſcamus a mutuis impugnationum offenſis, ita quod apud te non ſit deterior conditio gentis noſtræ, quam apud nos eſt conditio gentis tuæ. Latores præſentium ad tuam præſentiam deſtinatos, rogamus benigne recipias, dignum eis reſponſum tribuens cum effectu. Datum Laterani 6. Kal. Maii, Pontificatus noſtri anno 16.

Item ſcire volens ipſe Papa terras, mores, & vires Agarenorum, contra quos, de ipſius mandato Chriſtianorum exercitus parabatur, ſcripſit Patriarchæ Jeroſolimitano, magiſtris domorum Hoſpitalis, & Templi, ut ſuper his eum per ſuas redderent litteras certiorem, qui per quaſdam naves Venetum inde huc traſmeantes, tam detentores, quam terras, & mores eorum expoſuerunt ei certiſſime in hunc modum.

Saladinus, & Sephadinus duo fratres fuerunt: mortuo Saladino, qui habuit undecim filios, regnavit Sephadinus, qui occidit omnes nepotes ſuos, præter unum qui vocatur Melchiſedech, qui tenet Terram iſtam cum omnibus civitatibus, caſtris, & villis, & aliis munitionibus, quæ ſunt plus de ducentis. Sephadinus vero habuit filios 15. de quibus hereditaverunt ſeptem ſcilicet Melkekemme, qui primus eſt, & major natu omnibus. Hic tenet Alexandriam, Babyloniam, Cairum, & totam terram Ægipti in Meridie, ac Septentrione, qui poſt mortem Patris ſui Sephadani, de generali conſtitutione patris, & fratrum, debet eſſe Dominus omnium, & totius terræ. Secundus filius eſt nomine Coradinus, qui habet Damaſcum, ſanctam Hieruſalem, & totam terram, quæ fuit Chriſtianorum, præter modicam, quam adhuc tenent Chriſtiani, qui ſunt inter civitates, munitiones, & caſtra plus de trecentis. Tertius filius eſt nomine Melkafais, ideſt grandis, qui tenet terram iſtam, quæ dicitur de Jammella, cum tota alia provincia, quæ ſunt inter munitiones, villas, & caſtra plus de quadringentis. Quartus filius eſt no-

Digitized by Google

eſt nomine Melkemodam, ideſt magnus Dominus, qui tenet regnum Doaſiæ, cum omni potentatu ſuo, quæ ſunt plus de quadringentis, inter civitates, munitiones, & caſtra. Quintus filius eſt nomine Melkiſalaphat, qui regnat, & tenet terram de Sarco, ubi fuit occiſus Abel a Caim fratre ſuo, in quo regno ſunt octingentæ inter civitates munitiones, & caſtra plana. Sextus filius eſt Machomettus, qui tenet regnum de Baldach, ubi eſt Papa Saracenorum Caliphius, qui colitur, timetur, & adoratur tamquam Romanus Pontifex in lege eorum, qui non poteſt videri niſi bis in menſe, quando cum ſuis vadit ad Machometh Deum Saracenorum, & inclinato capite, & oratione facta, ſuo more Saracenico, antequam templum exeant, ſplendide comedunt, & bibunt, & ſic coronatus revertitur in domum ſuam cum gente ſua. Iſte Deus Machometh viſitatur quotidie, & adoratur, ſicut viſitatur, & adoratur Dominus crucifixus a populo chriſtiano. In iſta civitate Baldach eſt Papa Caliphius; civitas iſta caput eſt totius legis Agarenorum. Septimus filius eſt nomine Salaphat. Hic non habet ſpecialem terram, ſed ſemper eſt cum patre ſuo Sephedino; Iſte portat vexillum coram patre ſuo, quando equitat, cui unuſquiſque fratrum ſingulis annis, pro certo cenſu dignitatis ſuæ tranſmittit mille Saracenatos, & duos dextrarios bene paratos. Sephedinus quando equitat terram, ac viſitat filios ſuos præfatos, incedit velato capite de uno examito rubeo, cui omnes filii inclinant quater ad terram, & exeunt ei obviam per ſex milliaria, ac oſculato pede, cum ipſe ſit ſuper equum, recipit eos ad oſculum, & ad manum, qui cum unoquoque moratur per triduum, ſemel in anno, & ſic a primo uſque ad ſeptimum filios viſitat memoratos, & quilibet omni anno pro certo tributo mittit in fiſco patris 20. millia Saracenatos, & ſic a primo, uſque ad ſeptimum dat unicuique filiorum unum de anulis ſuis, in quo imago ſua ſculpitur.

Volunt iſti libenter reddere in manus Domini Papæ terram ſanctam, quam tenent ad opus chriſtianorum, & ut certi ſint, & ſecuri de alia terra a populo chriſtiano, ſingulis annis volunt eſſe ſub certo tributo Patriarchæ Jeroſolimitano, & dabunt inde cautelam Romanæ eccleſiæ de non impedienda amplius terra Sancta, quam Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſuis pedibus ambulavit.

Predictus vero Sephedinus de more predeceſſorum ſuorum faciem ſuam non oſtendit omnibus, niſi decies in anno, quando nuncios recipit Piſanorum, Januenſium, Venetum, Civitatum, Regum, vel Principum chriſtianorum, aſtantibus centum armatis. Primo die recipit ipſos in prima Sala de Cairo, ubi ſemper eſt ſtatus ejus. Tunc recipit litteras a nunciis, ſed non audit eos; in ſecunda die audit eos in ſecunda Sala, aſtantibus ducentis Turchis ſuis bene armatis. In tertio quidem die per Turcimannum ſuum, videlicet per interpretem dat eiſdem reſponſum ſecundum quod eſt modus in cauſa. Qui poſt tertium diem non habent amplius ad illum acceſſum.

Habet Sephedinus uxores 15. in lege ſua; quæ ſunt in uno Palatio, inſimul dormiunt, comedunt, & bibunt. Si aliqua earum habet ex eo filium, Sephedinus vadit ad eam quando vult, & dormit cum ea videntibus aliis, illam vero, quæ non habet ex eo filium, ad ſe quando vult per Eunuchos ſuos vocari facit in veſperis, & detinet eam per noctem, & diem, & ſic facit de ſingulis. Quando aliqua iſtarum moritur, inducit aliam inter alias.

In ſecretiori camera, ubi ludit, & dormit nullus habet acceſſum, niſi unus tantum ſenex; in cujus cameræ oſtio ſemper exiſtunt armati quinquaginta.

Quinquagenarius eſt Sephedinus, potens multum in armis, ac gente, eloquens valde in lingua ſua, qui præcellit hodie omnes, qui vivunt Paganos, excepto Maximuco in auro, jam enim munivit totam terram ſuam, & filiorum, & exercitus congregat infinitos, ſed in omnibus *ipſe* cum filiis in prædictum modum cum Romana eccleſia vult componere pacem.

Octo alii filii Sephedini de patris conſtitutione ſic vivunt. Duo ex ipſis cuſtodiunt ſepulchrum Domini, ad quos quidquid datur pervenit, & dividunt inter ſe. Quatuor alii habent redditus de Calice fluvio, qui irrigat totam terram Ægipti; & iſtis quatuor melius valent iſti redditus de viginti millibus Saracenatis. Duo alii fratres minores ſunt quotidie in conſpectu *Dei* ſui Machomet, pro caſtitate quam habent, & totum, quod datur ad pedes ejus, eſt de ipſis minoribus fratribus. Hæc Sanctiſſime Pater ita eſſe in veritate ſciatis.

Hoc anno Roggerius de *Aquila Fundanus* Comes cepit caſtrum *Mortulæ*, & illud bonis omnibus ſpoliavit.

## MCCXV.

Innocentius Papa Urbem exiens *venit* Ferentinum in Campania, ad quem Roggerius de Aquila Fundanus Comes accedens regi Friderico fidelitatis præſtitit juramentum.

Idem Papa menſe Auguſto inquiſitionem de perſona Abbatis Caſinenſis Adenulfi præfati fieri mandat, per Nicolaum capellanum ſuum, qui in Tuſculanum eſt aſſumptus, & per magiſtrum Rainerium tunc notarium, qui in Cardinalem poſtea eſt promotus. Qui de ſtatu monaſterii, & de perſona dicti Abbatis per Monachos, ſub juramento, veritatem certius inquirentes, & quæ didicerunt, redigentes in ſcriptis ipſi Summo Pontifici retulerunt. Illis autem abeuntibus, idem Abbas pravo uſus conſilio monaſterium munire curavit militibus, & ſervientibus ſuis conſanguineis, & propinquis. Similiter, & roccam Janulæ, Atinum, roccam Bantræ, & caſtrum Fractarum, qui tandem a Papa vocatus, apud Anagniam, vadit ad ipſum. Qui præſtito ſacramento, quod Monaſterium decaſtellaret, & roccas prædictas, eaſque in manus eorum traderet, quibus ipſe mandabat, correptus ab eo *dimiſſus* eſt, & rediens ad monaſterium illud

tantum

tantum decaſtellavit reliquis ſibi caſtellis retentis, & propterea vocatus a Papa iterum inconſulte vadit ad ipſum, a quo redargutus de fide mentita cum in eum publice vellet ferre depoſitionis ſententiam, perſuadentibus ſibi nonnullis, renunciavit, & ceſſit invitus. Quem ipſe Papa apud Larianum mandat cuſtodiri, donec roccas predictas reſignari faciat ad mandatum ſuum. Hoc itaque cum innoteſceret in terra Monaſterii Miraddo nepos dicti abbatis conſulens vitæ ſuæ, cum eſſet in ſancto Germano, & multas nonnullis intuliſſet offenſas, nocte fugiens, relictis uxore, & filiis in rocca Bantræ, in qua quidam erat Monachus conſobrinus ſuus, ſe recepit, cum quo poſtmodum facti eccleſiæ rebelles terram ipſius hoſtiliter infeſtabant. Interea juſſu apoſtolico de ſubſtitutione abbatis tractatur in monaſterio, ſed quia non poterant conventus in unius electione inveniri concordes; hoc ipſi Papæ per octo de fratribus, quos ad ipſum mittunt, denunciant. Inter quos cum unus eſſet eorum notus Pontifici Stephanus cognomento de Marſia, cujus ſuperius feci memoriam, illum, poſtquam per eos ſibi conſtitit de electione diviſa de gratia, prout placuit in abbatem conceſſit eiſdem. Hic ad monaſterium rediens a fratribus, & populo cum honore receptus eſt.

Eo anno rex Fridericus in rependium collati ſibi cœlitus beneficii, & triumphi de Otthone dicto Imperatore apud Aquiſgranum ſponte ſe crucis charactere inſignivit.

Dictus Papa Romæ apud Lateranum in eeclefia Salvatoris, quæ Conſtantiniana dicitur, ſanctam ſynodum celebravit, in qua cum fuerint Patres circiter quadringenti, de reformatione eccleſiæ in ſuo ſermone propoſuit, & liberatione potiſſimum Terræ ſanctæ, interfuerunt autem regum, & principum totius orbis nuncii, legatus quoque regis Friderici, Panormitanus archiepiſcopus Berardus nomine, & Mediolanenſis quidam pro parte Othonis ad mandatum eccleſiæ redire volentis; Quibus Marchio Montis Ferrati qui erat pro parte regis ipſius adverſarium ſe opponens, quod pro Othone ipſo non deberent audiri, ſex in medium capitula protulit. Primum quia juramentum quod Romanæ eccleſiæ fecerat non ſervavit, ut debuit, ſecundum quia propter quæ fuit excommunicatus adhuc detinet, nec reddidit, ut juravit. Tertium quia epiſcopum quemdam excommunicatum tamquam ipſius fautorem nititur confovere. Quartum quia Legatum epiſcopum alium capere, & in majoris iniquitatis cumulum incarcerare præſumpſit. Quintum quia in contemptum Romanæ eccleſiæ regem Fridericum regem appellavit præsbyterorum. Sextum quia quoddam monialium monaſterium deſtruxit, & erexit in arcem. Adjecit etiam, quod cum ipſi Mediolanenſes ſimili eſſent excommunicatione notati, tamquam ipſius Othonis complices, & fautores, & quia eorum civitas Paterenos fovebat nulla prorſus debebant ratione audiri; Quod cum moleſte ſatis ferrent Mediolanenſes ipſi, & vellent Marchioni ipſi in contrarium reſpondere, quia pars utraque in contumelias prorumpebat, de ſolio ſuo Dominus Papa exurgens, manu innuit, & egredientibus cæteris ipſe eccleſia eſt egreſſus. Sedit autem uſque tertio ipſe Dominus Papa a feſto beati Martini, uſque ad feſtum S. Andreæ, & tunc electionem factam per principes de rege Friderico in Imperatorem Romanum approbans confirmavit, & in ſancta Synodo lxx. capitula promulgavit: damnavit librum Joachimi Florenſis abbatis, quem contra magiſtrum Petrum Lombardum ediderat de unitate, & eſſentia Trinitatis.

## M C C X V I.

Stephanus Caſinenſis abbas facta compoſitione cum Miraddo recipit roccam Bantræ. Adenulfus quondam abbas a Papa dimittitur, cui ab ipſo pro vita conceditur eccleſia S. Benedicti in Capua, & de gratia eccleſia S. Angeli in formis additur illi.

Hoc anno dictus Stephanus Caſinenſis abbas Romæ apud Lateranum in ſacerdotem per manus Oſtienſis epiſcopi promovetur.

Diopuldus de Ducatu Spoleti in regnum occulte rediens, ſuper aſinum ſedens proditus, & cognitus apud Tyberim captus eſt, & Senatori urbis in cuſtodiam traditus, & tandem interventu pecuniæ liberatus.

Henricus Regis Friderici filius vocatus a patre, Gajetam a Panormo navigio veniens, in Alemanniam vadit. Menſe Junii Innocentius Papa Urbem exiens Peruſium vadit, ubi menſe Julii XVII. Kal. Auguſti languore correptus feliciter expiravit, cujus obitum quidam metrice ſic deflevit.

Nox accede, quia ceſſit Sol, lugeat orbis,
In medio lucis lumen obiſſe ſuum.
Lumen obit mundi, quia deceſſit Pater Innocentius iſte Pater Urbis, & Orbis erat
Nomen utrumque tenens verſum notat hoc quod habebat
Quid mundo poſſet, reddere quidve Deo.
Si ſpeciem, ſi mentis opes ſi munera linguæ
Attendes, cedet lingua cadetque ſtylus.

Hic honore debito apud Peruſium tumulatus eſt, & Centius ſanctorum Joannis, & Pauli præsbyter cardinalis, in Papam Honorium ſubſtitutus eſt illi. Qui de tanti patris obitu, & ſua promotione ubique terrarum litteras dirigit generales. Hic menſe Septembris de Peruſio ad urbem redit, ubi cum multo honore a Romanis omnibus receptus eſt.

Hoc anno fertilitas magna fuit.

Filius regis Franciæ cum exercitu ſuo intravit Angliam, & ex ea non modicam partem obtinuit, propter quod per totam Angliam excommunicatus eſt, Papa mandante.

Rex Anglorum obiit, & filius ejus coronatur in regem.

## M C C X V I I.

Petrus Altiſiodorenſis comes in Conſtantinopolitanum Imperatorem electus eſt, Romam veniens cum conſorte ſua ab Honorio Papa, apud S. Laurentium extra muros Urbis in Imperatorem, & Imperatricem coronantur. Qui regnum intrantes,

tes, & ſe Brunduſium conferentes, cum honeſto militari exercitu, ibi dominum Joannem de Columna cardinalem in Conſtantinopolim legatum venturum expectant, cum quo infauſto ſatis omine navigio transfretantes, ad portum Durachii pervenerunt. Qui pravo ducti conſilio, Imperatrice eos per mare præeunte, ad civitatem Bizanteam obſidere, & expugnare previderunt Durachium, & cum viris non proficerent, aut viribus ſuis, ab obſidione civitatis ipſius digreſſi ſunt, Qui errantes per devia, & condenſa ſylvarum, a Græcis intercepti ſunt, de quibus nonnulli in ore gladii perierunt, nonnulli vero capti ſunt, & carcerali ſqualore una cum ipſo Imperatore conſumpti. Ipſe etiam cardinalis captus eſt, & detentus.

Hoc anno Navalis Friſonum exercitus Gajetam veniens Hieroſolimam vadit, in ſubſidium terræ ſanctæ. Januenſium quoque, Venetum, Piſanorum, & aliorum de diverſis mundi partibus Signatorum apud Accon multitudo convenit. Qui cum rege Patriarcha Hieroſolymitano, Magiſtris domuum Hoſpitalis, & Templi conſilium ineuntes, cum Hieruſalem propter aquarum defectum commode adire non poſſent, verſus Damiatam Saracenorum civitatem nobilem, & munitam ſuarum navium carbaſa direxerunt, quo proſpere applicantes, eo faciente, qui mari, & ventis imperat, cum fluvius ingens, & turris in eo præcelſa conſtructa tranſitum ad civitatem penitus prohiberent, coacti ſunt ſua figere tentoria circa litus; Quod illi de Damiata videntes ſuos mox nuncios dirigunt ad Soldanum, per quos ſe a Chriſtianis obſeſſos ſignificant, & petunt, ut ſuum ad eos veniat in ſuccurſum, qui ſtatim collectis undique viribus Damiatam ſe contulit, ſine mora, quam viris munivit, & viribus, nec non & turrim prædictam, & ne Chriſtiani poſſent in partem alteram navigio tranſmeare ſecus amnis ripam acies baliſtariorum, & arcariorum innumeras ordinavit. Tunc Chriſtiani de regis, & aliorum conſilio, & conſenſu, qui præerant exercitui ut liberior eis pateret ad civitatem acceſſus, expugnare Turrem primitus prævideruut, & pretio a Friſonibus, una conducta Cochone, quam propter ignem, quem illi qui erant in turri ſepius jaciebant coriis Morticinis, & aliis neceſſariis undique munierunt viros audaces, & bellicoſos, qui per ſcalam ligneam ſatis artificioſe compoſitam deberent conſcendere turrem ipſam, ordinarunt, & poſuerunt in ea, quam cum per fluvium ducerent aliquo non obſtante hinc Saracenis, hinc Chriſtianis alta voce clamantibus, ſeque viciſſim ferientibus jaculis, & ſagittis, volentes qui erant in Cochone ſcalam in turris ponere ſummitate, & per illam conſcendere, prout fuerat ordinatum, dum niterentur in aſcendendo viri cordati alter alterum prevenire, mox in partes ſcala confracta, loricati milites, proh dolor! ceciderunt, quorum haud dubium eſt in cœlum animæ avolarunt, & noſtri tunc imperfecto negotio triſtes ſunt; letantibus e contrario Saracenis ad caſtra reverſi, nec tamen deſtiterunt a ceptis, quinimmo ad capiendam turrem ipſam vehementius animantur, ad quam cum per aquas accederent, navibus, & ſcalarum ingeniis geminatis, & per terram darent ut poterant frequentes inſultus, divina dextera faciente, menſe Auguſti in feſto beati Bartholomei Apoſtoli, turrem ipſam obtinuerunt, & qui in ea inventi ſunt gladiis occubuere noſtrorum, quibuſdam nobilioribus reſervatis ad vitam, quos Rex Hieroſolymitanus vinctos Accon dirigit, in victoriæ ſignum.

## MCCXVIII.

Hoc anno menſe Martii dominus Joannes de Columpna dudum apud Durachium captus, ad præces Papæ liberatur a vinculis, & Legatus Conſtantinopolim vadit.

Ottho dictus Imperator apud Brunſuvich naturali morte defungitur.

Pelagius Albanenſis epiſcopus a Brunduſio cum Jacobo Comite Andriæ Romani exercitus *principe* in Syriam transfretat, & *tunc nonnulli* crucesſignati de terra S. Benedicti, & aliarum partium a Gajeta navigio Hieroſolymam petunt, & proſpere pervenientes Accon, audito de captione turris vadunt ſine moræ periculo Damiatam.

Diopuldus præfatus de mandato regis Friderici in Romanum Imperatorem electi a *comite* Jacobo de ſancto Severino genero ſuo capitur.

Conſtantia uxor dicti regis in Romanum Imperatorem electi vocata a viro ſuo in *Alamannia*, vadit ad ipſum.

## MCCXIX.

Hoc anno Honorius Papa *menſe Junii* Urbem exiens, ivit Rheate, *ibique* moram faciens uſque ad menſem Octobris, inde ivit Viterbium, & tandem Romam reverſus eſt, ſed cum propter Romanorum moleſtias eſſe Romæ non poſſet, coactus eſt Viterbium remeare.

Chriſti exercitus fluvium tranſmeat *Damiate*, & poſita civitati obſidione, cum Soldanus fugiens metus cauſa relictis tentoriis in partem alteram ſeceſſerit, poſt ſtrages plurimas, poſt ſumptus multiplices, poſt labores, & damna innumera menſe Novembris in vigilia beati confeſſoris Leonardi, obtinuit *tandem*, faciente Domino, Damiatam, *hoc* ipſo Albanenſi epiſcopo procurante. Civitas autem ipſa auro, lapidibus *pretioſis*, pannis ſericis, rebuſque opimis, plena inventa eſt, de quibus ditatus Chriſti exercitus eſt, & Ægiptii ſpoliati. De Saracenis vero tanta facta eſt ſtrages, quod Chriſtianis ipſis diſplicuit. Tunc Soldanus ipſe furore accenſus muros terræ *ſanctæ* Hieruſalem ſterni ad ſolum fecit, & a Saracenis incolis deſeri, paucis in ea *Chriſticolis* remanentibus. Interim Chriſtiani civitatem Damiatæ tenent, & poſſident, & ab omni ſpurcitia Paganorum mundantes eamdem, conſtruunt in ea eccleſias, ad laudem, & gloriam nominis Jeſu Chriſti. Soldanus vero animo, viribuſque reſumptis Chriſtianos *non*

*ceſſat*

Digitized by Google

teſſat uſque ad aggeres quotidie impugnare, noſtris tamen ſe viriliter tuentibus, & tenentibus contra illos.

## M C C X X.

Honorius Papa menſe Junii a Viterbio ad Urbem veterem vadit, & circa finem Septembris Viterbium rediens, exinde Romam reverſus eſt.

Fridericus rex vocatus a Papa, venit cum conſorte ſua Conſtantia ad Coronam, relicto in Alemannia Henrico filio ſuo, & ambo in principis Apoſtolorum baſilica menſe Novembris in feſto Beate Ceciliæ magnifice ſatis, cum omni Romanorum gratia, & honore, ſunt Imperii diademate inſigniti, quorum coronationi dictus Stephanus Caſinenſis abbas, nec non comes Roggerius de Aquila, comes Jacobus de ſancto Severino, comes Richardus de Celano, & nonnulli de Regno Barones interfuerunt, occurrentes ipſi Imperatori, ut ipſius ſibi gratiam compararent, eidemque dederunt liberaliter dextrarios, quos habebant, quos redeuntibus in Alemanniam Theutonicis ipſe largitus eſt Imperator.

Tunc etiam Thomas Moliſii comes ad ipſum Imperatorem pro illius gratia obtinenda miſit filium ſuum, ſed cum obtinere eam non poſſet contra ipſum Imperatorem ſe in roccam recipit Magenul. Comitiſſa uxore ſua in rocca Bojani conſtituta, & relicta cum ſuis.

Tunc ipſe Imperator per manus Oſtienſis epiſcopi qui poſtmodum in Papam Gregorium eſt promotus reſumpſit crucem. Votum publice innovavit, multoſque qui intererant nobiles idem facere animavit. Tunc etiam dictus abbas Stephanus ad petitionem Imperatoris ſibi roccam Bantræ mandat reſtitui, & Atinum quæ uſque tunc ex conceſſione Imperatoris Henrici patris ipſius tenuerat Eccleſia Caſinenſis.

Imperator ipſe Romæ in ſua coronatione quaſdam edidit ſanctiones pro libertate eccleſiarum, & clericorum, confuſione Patrenorum, teſtamentis peregrinorum, & ſecuritate agricultorum, & tunc Romanos fines deſerens, & per Campaniam iter habens venit in Regnum, & apud S. Germanum magnifice a prædicto abbate receptus, menſam Campſorum, & jus ſanguinis quæ uſque tunc habuerat ex conceſſione Imperatoris Henrici eccleſia Caſinenſis recipit ab eodem; Sueſſam, Theanum, & roccam Draconis in demanium revocat, quas dictus comes Rogerius de Aquila tunc tenebat, & ſe recto tramite Capuam conferens, & regens ibi curiam generalem pro bono ſtatu regni, ſuas aſciſias promulgavit, quæ ſub viginti capitulis continentur.

## M C C X X I.

Tunc Imperatrix Sueſſam vadit.

Sora, quam comes Richardus frater olim Innocentii Papæ tenebat, ipſi Imperatori ſe reddidit.

Rogerius de Aquila Comes, mandato Imperatoris roccam arcis arctat, & obſidet, quam Stephanus cardinalis S. Adriani, qui eam tenebat ipſi Imperatori reſignari mandavit.

Tunc Diopuldus quem comes Jacobus de S. Severino Imperatori tradidit, olim de mandato ipſius captus, ad preces Theutonicorum dimiſſus eſt liber, datis tamen a Siſrido fratre ſuo, & reſignatis Imperatori Aliſia, & Cajatia, quas tenebat.

Tunc etiam Thomas de Aquino factus Acerrarum comes, magiſter Juſtitiarius factus eſt Apuliæ, & Terræ Laboris.

Bojanum Imperatori ſe reddidit, ubi cum Barones comitatus qui Imperatori manum dederant contra Thomam Celani, & Moliſii comitem conveniſſent, Comes ipſe ſuper eos irruens in fugam vertit eoſdem. Bojanum combuſſit, & de illius victualibus roccam Bojani munivit, uxorem ſuam Comitiſſam ſecum ducens ad roccam Magenul.

Dictus Acerrarum comes cum Imperiali exercitu roccam Bojani adiens, illam arctat, & obſidet, qui eam per compoſitionem obtinens pro ipſo Imperatore dictæ roccæ Magenul. in qua dictus comes Thomas ſe receperat, obſidionem parat.

Illis diebus rocca Janulæ ſuper S. Germanum de novo firmata diruitur, juxta editam Capuæ conſtitutionem, de novis edificiis diruendis.

Celanum Imperatori ſe reddidit, quibuſdam in turri Celani, & in Obinulo ſe ad fidelitatem comitis Moliſii recipientibus, propter quod Celanenſes Imperatoris gentem in ſuum ſuccurſum vocant, cum qua turrim ipſam aggredientes viriliter eam capere nequiverunt.

Imperator cæteris de regno ſibi colla flectentibus per Apuliam, & Calabriam iter habens, feliciter in Siciliam transfretat, & Meſſanæ regens curiam generalem, quaſdam ibi ſtatuit aſciſias obſervandas contra luſores taxillorum, & alearum nomen Domini blaſphemantes, contra Judeos, ut in differentia veſtium, & geſtorum a chriſtianis diſcernantur, contra meretrices, ut cum honeſtis mulieribus ad balnea non accedant, & ut earum habitatio non ſit infra mœnia civitatum, contra joculatores obloquentes, ut qui in perſonis, aut rebus illos offenderit, pacem non teneatur imperialem infringere.

Hoc anno viceſima a perſonis eccleſiaſticis, a laicis vero decima pro ſubſidio Terræ ſanctæ per totum Regnum colligitur, & per Gualterium de Palear. Regis cancellarium, & per Henricum de Malta comitem Marini Stolii Ammiratum, ipſam Damiatam tranſmittit, licet tunc temporis amiſſa fuerat culpis exigentibus, Damiata. Propter quod ipſe cancellarius iram Imperatoris metuens, ſe Venetias contulit, & dictus comes redit in regnum, qui ab Imperatore captus eſt, & terram, quam tenebat, amiſit; Rex vero, Patriarcha Jeroſolimitanus, Albanenſis epiſcopus, & ceteri, qui in bello fuerant chriſtiani, ſub ſecuro Soldani conductu ad Acconitanam redeunt civitatem. Hanc igitur tantam, & tam gravem chriſtianorum injuriam, & Damiate amiſſionem, duxi ego notarius

rius Richardus hujus operis auctor rhytmice deplorandum.

Diro ſatis percuſſus vulnere
  Diro cogor ſingultu luere
  Vah, lamentum, & carmen dicere
  Noſtræ gentis de caſu miſeræ
Quæ ſignata crucis ſignaculo
  Crucis hoſti cedit Allophilo
  Non fit pugna enſe, vel baculo
  Sed premente ſamis periculo
Quantus dolor, quanta calamitas
  Oh quis pudor, qualis anxietas!
  Quod ſuccubuit chriſtianitas
  Impiorum gaudet impietas
Jeſu bone ſi fas eſt dicere?
  Cur ſic placuit nos dejicere
  Mori malo quam ultra vivere,
  Vinci videns debentes vincere.
Quis in tanto dolore poſitus
  Sui diem non optet obitus?
  Chriſti victus jacet exercitus
  Unde pudor dolor, & gemitus
Quis non meret hoc infortunium
  Luctus ora concluſit omnium
  Roma caput, & mater urbium
  Omne tibi defecit gaudium
Per te venit hæc tribulatio
  Mundi plorat quam omnis natio
  Chriſtianæ cedis occaſio
  Tu fuiſti, ſis relevatio.
In te forma facta Concilii
  Cauſam dedit hujus exilii
  Agar nobis inſultant filii,
  Tui ſpernunt vires auxilii
Damiata, quæ tot laboribus
  Tot effuſis empta cruoribus
  Chriſtianis olim Principibus
  Paruiſti. Nunc pares hoſtibus
De te famæ ſonus exierat
  Damiata non eſt quæ fuerat,
  In te Chriſti fides floruerat
  Quam Ancillæ nunc ſtirps dedecorat
Iſmaelitæ te detitulant
  Aras evertunt, Templa violant
  Quod tibi tot penas accumulant
  Peccata noſtra ſunt quæ pullulant
Ubi nunc decus eſt Eccleſiæ
  Chriſtianæ, flos & militiæ,
  Legatus, Rex, & Dux Bavariæ
  Victi cedunt viris perfidiæ
Oh quam pravo ducti conſilio
  Exierunt Duces in prælio
  Damiata tu das exilio
  Quos foviſti fere biennio
Maledicta fatorum ſeries
  Qua fit tanti mali congeries
  Cunctos tangit iſta miſeries
  Cunctis datur flendi materies
Mundus totus, & Mundi Principes
  Sunt doloris hujus participes
  Tuam ergo cauſam ut vindices
  Te nos Chriſte precamur ſupplices.

Igitur, quod dicere nequeo non dolendo, per compoſitionem reddita Damiata Soldano, liberati ſunt utrimque captivi, & chriſtiani Principes, qui contra Soldanum inconſulte proceſſerant liberati, menſe Septembris, in feſto Nativitatis B. Virginis.

Tareni novi cuduntur Amalphiæ.

MCCXXII.

Honorius Papa menſe Februarii urbem exiens venit Anagniam, ad quem Imperator vocatus vadit, & apud Verolas cum ipſo Papa conveniens per dies quinque ſolemne inſimul colloquium habuere, ſtatuentes apud Veronam cum aliis Orbis principibus pro ſuccurſu Terræ ſanctæ curiam regere generalem: & tunc data fide, quod in certo termino tamquam Imperator in Terræ ſanctæ ſubſidium transfretaret, in regnum rediens, roccam adiit Magenul. quam juſſit arctius obſideri a Thoma Acerrarum Comite, & iis qui cum eo erant, & ipſe feſtinus in Siciliam reverſus eſt propter Mirabettum Saracenorum Ducem, qui eam pro viribus infeſtabat.

Honorius Papa Romam revertitur, quam poſtmodum exiens venit Alatrum.

Romani ſuper Viterbium vadunt.

Imperatrix in Sicilia obiit.

Comes Thomas de Celano licet ſatis arctatus, nocturno tempore, roccam exiens Magenul. ſub fido ducatu iter faciens per montana ad Caſtrum ſe contulit, quod Rayn. de Averſa ſororius ejus tenebat, a quo acceptis equis, & ſociis paucis, clanculo intrat Obinulum, & deinde cum ſuis ſupra Celanum veniens, ſpe ductus eorum de Celano, qui aſſiſtebant eidem, & noverant illius adventum, imperiales qui erant intus Celanum, & turrim pro viribus impugnabant diluculo aggreſſus eſt, eoſque in fugam vertit, multos cepit, & carceribus deputavit, & tunc totam Marſiam equitat, prædatur Civitam, Paternum comburit, & quæ poterat in Celano victui neceſſaria congregat; Quo cognito dictus Acerrarum comes paucis in obſidione roccæ Magenul. relictis, una cum Stephano Caſinenſi abbate, & Raynaldo Capuano archiepiſcopo, contra ipſum comitem ſuper Celanum vadit, dictus tamen archiepiſcopus ſubita infirmitate correptus in via mortuus eſt. Dictus comes Moliſii ab Acerrarum comite arctatus eſt, & Celanum extra obſeſſum.

Imperator in Sicilia de Mirabetto triumphat, & de ipſo, & ſuis fecit quod eorum meruerat exigentia commiſſorum.

Servientes de Neapoli, & Gajeta loricati, & cum ſcutis ſuper Celanum vadunt.

Dictus Acerrarum comes in obſidionē roccæ Magenul. revertitur. Tunc Comitiſſa cum ſe diutius tenere non poſſet, accepta a præfato Acerrarum comite pro ſe, & ſuis ſecuritate perſonarum, & rerum roccam Magenul. ipſi comiti ad opus Imperatoris reſtituit, quæ funditus poſtea eſt everſa.

Hoc anno menſe Auguſti Fundana civitas pro majori parte caſu accidente igne cremata eſt.

Menſe Septembris Stella cometes apparuit.

Imperator ſua ſtatuta per regnum dirigit, qualiter in ſingulis civitatibus, caſtellis, & villis ſingula mercimonia vendi debeant ad denarios novos Brunduſii, caſſatis tarenis novis Amalphiæ juxta arbi-

arbitrium ſex bonorum hominum uniuscujuſque terræ ad hoc juratorum, & ſuper hoc generales litteras mittit.

MCCXXIII.

Johannes rex Jeroſolimorum qui poſtmodum de filia ſua cum Imperatore contraxit, veniens de partibus Tranſmarinis cum magiſtro domus Hoſpitalis Jeroſolimitani Romam vadunt ad Honorium Papam, qui tunc graviter patiebatur in crure.

Imperator de Sicilia in Apuliam venit, inde in Terram Laboris, & exinde ad S. Germanum, ubi fieri cum Cardinalibus ſperabatur, cum ipſe Papa propter ſuam infirmitatem colloquio intereſſe non poſſet. Tunc tractus a Cardinalibus eſt in Campaniam Imperator, ubi etiam hortatu regis Hieroſolymitani, & magiſtri domus Hoſpitalis, ſe contulit ipſe Papa, & apud Ferentinum habens cum Imperatore colloquium promiſit publice uſque ad biennium in Terræ ſanctæ ſubſidium transfretare, & filiam dicti regis ducere in uxorem juravit. Qui accepta a Papa licentia, in regnum rediens, & iter per Soram habens, Celanum vadit, ubi ad ſe Comitiſſam Moliſii, quæ adhuc in rocca Magenul. remanſerat, venire faciens, nec non & filium ejus, alloqui per eam fecit ipſum Comitem, ut Imperatori ſe redderet, ſed cum hoc obtinere non poſſet, muniri optime jubet, & cuſtodiri collem S. Flaviani, & ipſe ſe in Apuliam confert exinde in Siciliam rediturus, relictis tunc in manus Henrici de Morra magiſtri Juſtitiarii Comitiſſa predicta, & filio ejus. Poſt diſceſſum vero Imperatoris ipſo agente adhuc circa fines Apuliæ inter Ceſarem, & Comitem Moliſii compoſitum eſt, mediante Romana eccleſia in hunc modum; Quod ipſe comes ſecurus cum rebus, & perſonis, qui ipſum ſequi voluerint, regnum exibit, Celano, Obinolo, & aliis quæ tenebat pro Ceſare reſignatis, & Comitiſſæ uxori ejus Comitatus eſt Moliſii reſervatus ex pacto. Tunc hiis ita geſtis, dictus Comes cum ſuis ad urbem ſe contulit, comitiſſa Comitatum Moliſii recipit, Celanenſibus præcipitur, ut exeuntes de domiciliis cum ſuppellectilibus ſuis facere in clauſuris habitacula deberent; Quibus exeuntibus Celanum totum eſt dirutum, & combuſtum, ſola eccleſia ſancti Johannis ſuperſtite remanente, ſicque mutato nomine, quæ Celanum antea vocabatur eſt Ceſarea poſtmodum appellata, unde metrice quidam dixit.

Vires, & nomen Celanum perdit, & omen,
Fertur Ceſarea, Ceſaque facta rea.

Serra ſuper Celanum firmatur, & ex tunc Celanenſes a finibus propriis diſceſſerunt; nec eis habitare conceſſum eſt in eiſdem, quare ad loca alia eos opportuit demigrare.

Hoc anno rex Franciæ obiit, & filius ejus coronatur in regem.

Menſe Martio in feſto ſancti Benedicti cœlum totum viſum eſt igneum, & pluit eo die terra, & cinis.

In Gajeta, Neapoli, Averſa, & Fogia juſſu Ceſaris caſtella firmantur. Serniæ mœnia diruuntur, cujus civitatis fere medietas igne comburitur, caſtellum Carpenonis, & alia quamplura de novo caſtra firmata in Comitatu Moliſii, & per loca alia ſecundum ſtatuta Imperialia dudum Capuæ edita evertuntur. Pro implendis ſtatutis ipſis quidam Rogerius de Peſcholanzano executor ab Imperatore dirigitur.

Imperator in Sicilia Saracenos arctat, & obſidet, quorum partem non modicam ſibi ſubjectam ad partes mittit Apuliæ moraturam apud Lucerium reliquis ſe in montanis tenentibus contra eum.

Propter quod Rogerium de Aquila, Thomam de Caſerta, Jacobum de S. Severino, & filium comitis Tricaricenſis regni comites vocat ad ſervitium ſuum in Sicilia. Qui in Comitatu, & manu brevi euntes ad ipſum capi eos, & teneri præcepit, & eorum terras per Henricum de Morra magiſtrum Juſtitiarium recipi ad opus ſuum.

Inquiſitiones fiunt in regno juſſu Imperatoris ſub præſtito juramento, ut dicat quilibet quid pro decimis, & cui quod pro facto Bojani roccæ Magenul. quæ hoc anno everſa eſt, & pro Ceſarea dediſſet.

Hoc anno Danorum, & Norvegiæ reges pater, & filius a quodam principe Alemanniæ capti ſunt, & Henrico regi filio Imperatoris traditi.

Imperator comitatum Moliſii in demanium revocat, pro eo quod comes Moliſii vocatus ab Henrico de Morra, magiſtro Juſtitiario, venire coram eo noluit ad juſtitiam faciendam. Item pro ſtipendiis militum, & ſervientium, quos ad debellandos rebelles Saracenos Siciliæ ſtatuerat certam pecuniæ ſummam per totum regnum mandat colligi Imperator, & tunc per quemdam judicem Urbanum de Theano collectæ fuerunt de terra S. Benedictiunciæ auri ccc.

MCCXXIIII.

Dicti Fundanus, Caſertanus, Avellini, & Tricarici comites in Sicilia ab Imperatore detenti ad interventum Honorii Papæ dimiſſi ſunt liberi, & regnum exeunt, ſuis tamen filiis, & nepotibus pro ſe obſidibus datis.

Hoc anno Pandulphus Verracel. Norvicenſis epiſcopus duo nova palatia, quæ ſunt in curia S. Germani, ſuis ſumptibus ad opus mandat conſtrui monaſterii Caſinenſis.

Henricus de Morra juſſu Imperiali, Celanenſes revocat ubique diſperſos, ut ad propria redeant, & redeuntes capit, & in Siciliam mittit, quos apud Maltam dirigit Imperator.

Menſe Madii. Inquiſitiones fiunt Imperatore mandante, de collectis, & talleis, de rupturis domorum, de arma portantibus, de luſoribus taxillorum.

Menſe Junii ſummitates murorum S. Germani noviter reparatæ, ſolo ſternuntur.

Menſe Julii pro ordinando ſtudio Neapolitano Imperator ubique per regnum mittit litteras generales.

Hoc anno Imperator Minianum in demanium recipit.

Muri S. Germani obtentu magiſtri Petri, & magiſtri Roffridi de S. Germano Imperialis curiæ judicum, integri remanent, Imperatore mandante.

Imperator ipſe pro libertatibus eccleſiarum, & clericorum, Juſtitiario Terræ Laboris ſuas litteras mittit, in quibus mandat, ut eccleſias omnes, clericos, obbedientias, poſſeſſiones, & homines eorum, contra libertates, quas habuerant temporibus regum in collectis, & tallejs, datiis, & aliis publicis ſervitiis ammiſceri cum aliis non permittant, & nihil cum laicis participent in eiſdem, niſi probetur, quod tempore regis Guillelmi ſecundi cum eis in hujuſmodi ſervitiis contuliſſent.

Menſe Septembris pro facto Saracenorum Siciliæ tantundem colligi mandat de terra Caſinenſis eccleſiæ Imperator, quantum collectum fuit in proxime præterito.

Menſe Januarii Marchio Montis Ferrati cum electis nonnullis militibus quos in Lombardia, & Tuſcia retinuerat, venit Brunduſium, profecturus in Romaniam in ſuccurſum civitatis Theſſalonicenſis, quam Comiano tenebat obſeſſam, & relicta gente ſua Brunduſii, ipſe ad Imperatorem in Siciliam vadit, conſilium ab eo, & auxilium petiturus. Interea tamen ipſe Commiano obtinet civitatem ipſam, diu eam obſidendo, & dictus Marchio nihilominus a Brunduſio in Romaniam transfretat.

## MCCXXV.

Johannes Jeroſolymitanus rex de partibus rediens ultramontanis, cum uxore ſua pregnante filia regis Hiſpaniæ, quam duxit ibidem, apud Capuam morari elegit, ubi Imperatore mandante honorifice receptus eſt, ibique menſe Aprilis filiam peperit uxor ejus, cum qua poſtmodum in Apuliam deſcendit, & apud Melphiam Imperatorem de Sicilia venturum expectat.

Tunc Imperator ipſe Barones omnes, & milites infeudatos ad Saracenorum confuſionem in Siciliam vocat, & tunc ipſe in Apuliam venit.

Honorius Papa urbe exiens propter ſeditiones, & bella, quæ in ea fiunt, ſub Parentio Senatore, apud Tybur ſe contulit, ad quem pro dilatione paſſagii obtinenda Imperator mittit Regem prædictum, & Patriarcham; qui tandem apud Reate accepere reſponſum.

Interea Imperator omnes regni Prelatos ad ſe in Apuliam vocat, & eos quamquam invitos tamdiu ſecum detinuit, donec per ipſos regem, & Patriarcham ſibi pro certo innotuit, quod a Papa benignum receperant reſponſum ſuper his ad quæ fuerant miſſi, quibus ad Ceſarem redeuntibus, ad S. Germanum 22. Julii cum eis ſe contulit Imperator, ibique ad eum miſſi a Papa duo veniunt Cardinales, Pelagius ſcilicet Albanenſis epiſcopus, ac Gualo tituli S. Martini præſbyter cardinalis, & tunc in ipſa eccleſia S. Germani dictus Imperator capitula hæc ſervare juravit, videlicet; quod hinc ad duos annos in Auguſto complendos perſonaliter transfretabit in ſubſidium Terræ ſanctæ, ibique tenebit mille milites per biennium ad ſervitium ſuum, & ducet ſecum centum Chelandros, & tenebit ibi quinquaginta galeas bene armatas. Interim dabit paſſagium duobus millibus militum, & familiis eorumdem in tribus paſſagiis, & pro milite tribus equis. Hæc & alia capitula in ejus præſentia lecta præſentibus quibuſdam Alemanniæ Principibus, nonnullis etiam Prelatis, & regni Nobilibus promiſit Imperator ſe publice ſervaturum excommunicatione adjecta in ſe, & terram ſuam, ſi hæc non fuerint obſervata, & hoc ipſum Rainer. dictus Dux Spoleti juravit in anima ſua. Actum predicto menſe Julio in feſto S. Jacobi, & tunc per Cardinales ipſos jam dictus Imperator a juramento, quod apud Verolas fecerat denunciatus, eſt abſolutus. Et eo celeriter in Apuliam recedente, Cardinales ipſi Reate ſe ad Summum Pontificem contulerunt.

Tunc Imperator ipſe Principibus Alemanniæ Ducibus, Comitibus, & Poteſtatibus Lombardiæ per ſuas mandat litteras, ut in futuro Paſcha Reſurrectionis Domini apud Cremonam ad eum convenire deberent.

Menſe Auguſti mutuum ab Imperatore per totum regnum exigitur, & tunc loco mutui collectæ ſunt de Terra Monaſterii Caſinenſis unciæ m.ccc. per Petrum dominum Ebuli, & Nicolaum de Cicala tunc juſtitiarum Terræ Laboris.

Menſe Septembris, Marchio Montis Ferrati in Romania naturali morte defungitur.

Eodem menſe, quinque vacantibus in regno eccleſiis, quinque dominus Papa Honorius præfecit motu propriæ voluntatis, *inſcio*, & *irrequiſito* Imperatore, videlicet quemdam Caſinenſem monachum Joannem cognomento de ſancto Liberatore, eccleſiæ S. Vincentii de Vulturno; Conſanæ Priorem quemdam S. Mariæ novæ de urbe, Salernitanæ, Famaguſtanum quondam epiſcopum; Averſanæ Cantorem Amalphitanum, & Capuanæ Pactenſem quondam epiſcopum, quos tamquam in ſuum præjudicium promotos recipi Imperator in ipſis eccleſiis non permiſit. Euntem etiam in Siciliam tunc ad eum cum litteris apoſtolicis quemdam Caſinenſem monachum Nicolaum de Colle Petri in Abbatem S. Laurentii de Averſa promotum non admiſit.

Menſe Novembris Imperator ipſe apud Brunduſium Iſabellam filiam dicti regis Hieroſolimitani magnifice deſponſavit.

Inquiſitiones de facto mutui fiunt per terram Monaſterii.

Pax reformata eſt in Urbe, Senatoriæ dignitati cedente Parentio, & Angelo de Benencaſa ſubſtituto eidem.

Denarii novi qui Imperiales vocantur, cuduntur Brunduſii, & veteres caſſati ſunt.

Imperator apud Trojam natalem Dom. celebrat.

Colonienſis archiepiſcopus in Alemannia, cum quodam conſanguineo ſuo interfectus eſt.

Imperator pro facto Prælatorum, quos Papa creaverat ad eum nuncios mittit.

Hoc anno Rex Alemanniæ Heynricus filius Imperatoris filiam Ducis Auſtriæ duxit uxorem.

Honorius Papa pro facto Crucis Predicatores mit-

Digitized by Google

mittit, & in Alamanniam dirigit Portuenſem epiſcopum cum litteris ſuis, quas ipſis Prædicatoribus ſimili modo concedit.

Hoc anno Rex Franciæ monitus per Dominum Romanum apoſtolicæ ſedis Legatum contra Albigenſes cum copioſo Francorum exercitu in Provinciam vadit.

Reges Hiſpani Terram Miramomellini occupant.

Honorius Papa indulgentiam Saraceniſci, quæ ex longiturnitate temporis ſatis inoleverat, tamquam falſam caſſavit, & irritam per ſuas litteras denunciavit pariter, & inanem, pro eo quod clerici loci ejuſdem dabant accedentibus ad ipſam eccleſiam remiſſionem omnium peccatorum, facientes eis intelligi, quod ita de peccatis omnibus emundati recederent, ſicut pertica quædam, quam oſtendebant eis cortice emundatam.

## MCCXXVI.

Menſe Januario Honorius Papa Oliverium natione...... ad eccleſiam S. Vincentii aſſumptum electum ad Imperatorem in Apuliam mittit.

Imperator ipſe Baronibus, & militibus infeudatis cæteris mandat, ut omnes ſe præparent ad eundum ſecum in Lombardiam, & ut omnes apud Piſcaram, ubi octavo intrante Martii praeſſe Imperator ipſe diſponit, debeant convenire.

Eo tempore Joannes dictus Rex Hieroſolymitanus diſcors ab Imperatore diſcedit.

Imperator de Apulia venit in Terram laboris, & relicta apud Salernum, in caſtello Terracinæ Imperatrice conſorte ſua, ipſe in Apuliam redit celer, ubi Henricum de Morra magiſtrum Juſtitiarium Capitaneum ſtatuit Regni ſui, & ipſe Piſcaram ſe contulit, ac exinde in ducatum Spoleti perveniens, hominibus ducatus ipſius per ſuas præcipit litteras, ut ſecum in Lombardiam debeant proficiſci, quod cum facere ipſi renuerent, præter Papæ mandatum cui tenebantur, Imperator ad eos litteras iterat graviores, quas ille de Ducatu ad Papam remittunt. Quas ipſe Papa moleſte ferens quod homines eccleſiæ ſub certa pena vocabat Ceſar ad expeditionem, ſuas ad eum litteras dirigit, quas ipſe Imperator graves reputans, reſcribit ei, quaſi de pari, & quia in reſcripto ſuam voluntatem ſatis Imperator voluit declarare, duxit ipſe Papa ſibi aſperius reſcribendum, propter quod Imperator, ut ipſius placaret animum, reſcribit humiliter in omni ſubjectione.

Tunc mittit a Ravenna, ubi Paſcha Domini celebrat, Henrico Alemanniæ regi filio ſuo, ut ſibi in Lombardiam occurrat. Deinde a Ravenna diſcedens, extra Faventiam, quæ ſibi adverſa erat, iter habens, apud Caſtrum S. Johannis in territorio Bononienſi poſuit caſtra ſua, ipſum parte ſui exercitus per civitatem Bononiæ præeunte. Exinde vero ſe Imolam contulit, ubi tamdiu moram fecit, donec, ſicut prius fuerat, eam fecit aggeribus communiri, & procedens inde verſus Parmam, dirigit iter ſuum.

Tunc Henricus rex Alemanniæ cum copioſo exercitu ſuo venit uſque Veronam, ſed Lombardis impedientibus, ultra procedere non eſt permiſſus.

Imperator Cremonam vadit, ibique diebus paucis faciens moram, cum ſe civitas Veronenſis cum Mediolano, & aliis ſubſcriptis civitatibus, ipſi Imperatori contrariis confœderaſſet, ad Burgum ſancti Domnini ſe contulit, ibique ſibi coadſiſtentibus quibuſdam Prelatis, & Principibus Alemanniæ, ac Proceribus regni ſui, contra civitates ipſas ſibi contrarias, videlicet, Mediolanum, Veronam, Placentiam, Vercellum, Laudam, Alexandriam, Terviſium, Paduam, Vicentiam, Torinum, Novariam, Mantuam, Brexiam, Bononiam, & Faventiam, diffidationis promulgavit edictum, quod ceteris ſibi faventibus civitatibus præcipit obſervari.

Tunc prædictus Alemanniæ rex, combuſta civitate Tridenti, in Alemanniam redit cum ſuis, & Imperator pater ejus per Tuſciæ partes in regnum reverſus eſt, & in Apuliam veniens, convocatis ad ſe Juſtitiariis omnibus regni ſui, ab eis de acceptis omnibus exigit rationem.

Tunc Prelati omnes, quos Papa creaverat, ſcilicet Brunduſinus, Conſanus, Salernitanus Archiepiſcopi, Averſanus epiſcopus, & Abbas ſancti Laurentii de Averſa in ſuis eccleſiis recipiuntur.

Rex Franciæ Avinionem obſeſſam cepit, & exinde cum Legato apoſtolicæ ſedis ad expugnandam Toloſam vadit, ubi venenatus, ut dicitur, obiit.

Imperator certum numerum militum dirigit ultra mare.

Nicolaus de Cicala, & Petrus Domini Ebuli cedunt officio Juſtitiariatus, & Roggerius de Galluccio, & Marius Rapiſtr. de Neapoli ſubſtituuntur eiſdem.

Menſe Novembris Reginus, & Tyrenſis Archiepiſcopi, cum Magiſtro domus Alemannorum a Ceſare mittuntur ad Papam pro compoſitione inter ipſum, & Lombardos facienda, inter quos, mediante Papa facta eſt in hunc modum, quod Imperator generaliter remittit omnibus prædictis civitatibus, legatis præſentibus ibidem, & ipſi pro parte Civitatum juraverunt pacem inter ſe invicem obſervare, & denuo communiter cum domino Imperatore milites quatuor centum ad ſubſidium Terræ ſanctæ in traſfretatione ſua.

Imperator menſe Decembris cum Imperatrice conſorte ſua in Siciliam transfretat, & tunc Stephano Abbati Caſſinenſi has indulgentiæ litteras mittit.

Fredericus &c. Stephano venerabili Caſſinenſi Abbati, fideli ſuo &c.

Fidelitati tuæ præſentibus volumus eſſe notum, quod ad ſupplicationem tuam, quam per judicem Petrum de ſancto Germano fidelem noſtrum noſtro culmini porrexiſti, petitiones tuas clementer admiſimus, ſuper eo videlicet, quod antiqua jura, & rationes, quibus tempore regis Guillelmi, recolendæ memoriæ, tuum monaſterium eſt proviſum, tibi, & ipſi monaſterio conſervare de noſtra gratia dignaremur: verum quia de ipſis juribus, & rationibus non coſtabat per Petrum de Ebulo, & Nicolaum de Cicala juſtitiarios Terræ laboris, inquiſitionem fieri fecimus diligentem. Qua clementer inſpecta, & per judices

curiæ

Digitized by Google

curiæ noſtræ diligenti proviſione diſcuſſa capitula quæ inferius continentur, ſic legitime ſuat probata, videlicet. Quod tempore regis Guillelmi ſecundi, dum ipſe rex, cauſa orationis veniſſet ad monaſterium Caſſinenſe, & .............., procuratio pro ipſo domino Rege Petrus de Inſula tunc Caſſinenſis Abbas, fecit colligi collectam per totam Abbatiam per ordinatos bajulos ſuos, & ipſe procuravit eum. Item quod cum aliquis condemnabatur, in mercede curiæ regis juſtitiarii faciebant de perſona velle ſuum, Terra remanebat eccleſiæ, & omnia bona ſua recipiebat monaſterium Caſſinenſe, & ſi perſona, quæ erat condemnata volebat ſe redimere, licebat ei vendere de rebus ſuis, Item quod cum Imperator Henricus mandaſſet redemptionem colligi per totum regnum, Abbas fecit colligi partem contingentem ipſam Abbatiam; Item quod procuratio, quæ præſtabatur regi Guillelmo per Abbatem fiebat, & miniſtri Abbatis colligebant per terram monaſterii procurationem ipſam, & Bajuli regis nunquam viſi ſunt ibi ad hoc. Item quod ſi quando aliqua ſervitia injungebantur a domino Rege Abbati, vel etiam hominibus Abbatiæ, quod expediebantur per Abbatem, monachos, & miniſtros ejus. Item quod ſi quæ injungebantur Abbatiæ, expediebantur per Abbatem, & per homines ſuos. Item quod quando rex miſit ſtolium in Romaniam, Abbas Caſſinenſis dedit milites domino Regi, & ipſe collegit per Abbatiam ſolidos, tibi, & monaſterio tuo duximus confirmanda. Quare mandamus fidelitati tuæ quatenus dictis juribus, & rationibus per te, & officiatos tuos, uti debeas, ſicut per inquiſitionem ipſam legitime ſunt probata. Datum Fogiæ &c.

Indulſit tunc etiam Imperator ipſi Caſſinenſi Abbati, ut homines terræ ſuæ ipſe mitteret ad opus caſtelli Gajetæ ſicut per Pandulfum, & Robertum Dominos Aquini hactenus mittebantur.

Honorius Papa Joanni regi quondam Jeroſolimitano pro vitæ ſuæ ſuſtentatione terram committit eccleſiæ a Viterbo uſque ad montem Flaſconem.

Henricus de Morra magiſter Juſtitiarius auctoritate Imperiali contra Forbannitos, & luſores taxillorum, & euntes nocturnis horis poſt tertium campanæ ſonitum ſua ſtatuta edidit in ſancto Germano ac contra Tabernarios etiam, ut ad ſecundum campanæ ſonitum claudant tabernas ſuas, ita quod ad tertium campanæ ſonitum nulla earum aperta valeat inveniri, & ſuper his inquirendis certum ſtatuit numerum juratorum, qui penas ſtatutas a tranſgreſſoribus recipiant pro diverſa criminum qualitate, quod ſi aliquis juratorum in dolo ſeu fraude, vel negligentia fuerit deprehenſus pœnam recipiat, quam recipere deberent prædicti ſalvo in omnibus mandato, & ordinatione Imperiali.

Idem magiſter juſtitiarius per apertas litteras ſuas conceſſit dicto Abbati Stephano, ut ſibi liceret juxta recordum bonorum hominum ſancti Germani generales nundinas per annum, quo tempore vellet, ordinare, in ipſa terra ſancti Germani.

Comes Ray filius Ray de Bareto ſe contra Imperatorem in introduco recipit, quem Bertholdus Frater Ray dicti Ducis Spoleti congregato Imperiali exercitu, obſidet, & expugnat.

Hoc anno Lacus Marſiæ, qui Fucinus dicitur, uſque adeo obriguit, & congelavit, quod homines in eo deſuper ambulantes, boves trahebant cum trabibus, & aliis lignaminibus neceſſariis ad coquinam.

## MCCXXVII.

Menſe Januarii Careſtia frumenti tanta in urbe Roma facta, ut rubbius tritici pro *viginti ſolidis* denariorum ſenatus habere vix poſſet.

Honorius Papa ſuos ad Imperatorem in Sicilia nuncios mittit, ut ſibi, & Romanæ curiæ in victualibus ſubveniret, qui per Henricum de Morra Magiſtrum juſtitiarium hoc fieri mandat.

Menſe Martii dictus Honorius *Papa obiit* 15. Kalen. Aprilis, & Hugolinus Oſtienſis epiſcopus in Papam Gregorium ſubſtitutus eſt illi, qui per univerſum orbem de ſua promotione, & obitu prædeceſſoris ſui mittit litteras generales.

Menſe Junii dictus Papa Urbem exiens venit Anagniam, & ſuos tunc ad Imperatorem nuncios dirigit, ut ſibi fodrum faciat ab hominibus regni deferri, qui Henrico de Morra Magiſtro Juſtitiario hoc faciendum delegat.

Imperator ipſe juſtitiarios omnes regni ſui ad ſe in Siciliam vocat, reddituros ſibi de acceptis omnibus rationem.

Interea per totum regnum pro felici tranſitu ſuo generalem collectam imponit, & tunc collectæ ſunt de terra monaſterii *unciæ* 450. Imperator ipſe de *Sicilia in* Apuliam venit, qui ad Papam Reginum archiepiſcopum, & Magiſtrum domus Teutonicorum legatos mittit.

Thomas de Aquino Acerrarum Comes in Syriam transfretat.

Menſe Julii Celanenſes omnes, qui captivi in Sicilia tenebantur liberi dimittuntur, *Imperatore* mandante.

Eodem menſe Lancravius cum crueeſignatorum exercitu de Alemannia in Apuliam venit tranſiturus in ſubſidium Terræ ſanctæ.

Tunc in Anagnia ducentæ ferme domus Papa ibidem præſente, combuſtæ ſunt. Fodrum portatur ibidem juſſu Imperiali ad quod recipiendum, & aſſignandum, quidam de ſancto Germano Guillelmus Falloco nomine per Imperatorem conſtitutus eſt ibi.

Stephanus Caſſinenſis Abbas 11. ſtante Julii in feſto ſanctæ Praxedis in Caſino obiit. Cujus obitus tam Papæ, quam Imperatori per quoſdam de Fratribus nunciatur, a quibus de electione facienda recipiunt in mandatis.

Imperator cum Imperatrice conſorte ſua, menſe Auguſto Hydrontum vadit, ubi relicta imperatrice conſorte ſua vadit Brunduſium, ubi totus convenerat cruceſignatorum exercitus, & ubi omnia Vaſcella ad transfretandum fecerat congregari.

Interea de tota Marſia obſides capiuntur. In caſtello Gajetæ. Caſtellanus, & ſervientes ponuntur.

Eodem

Digitized by Google

Eodem menſe quidam in urbe Vicarium Papæ ſe faciens, Papa inſcio, & abſente, dum favore fretus Romanorum quorumdam qui hoc fieri tolerabant, gratia quæſtus, ſtans apud Porticum S. Petri, & poteſtate utens Apoſtolica, crucesignatis omnibus abſolutionis Beneficium impendebat, & per Romanos fautores tanti criminis crucem ab eis, quam aſſumpſerant deponebat. Qui a ſenatore Urbis captus, poſt denunciationem ſibi a Papa factam, tunc apud Anagniam exiſtente captus eſt, & debita perſonæ pena mulctatus.

Interea pars crucesignatorum non modica in Apulia ſupervenieute infirmitate cecidit per mortis occaſum. Imperator tamen cum Lancravio, & reliquis crucesignatis ſe parat ad tranſitum, ita quod in die nativitatis beatæ Virginis a Brunduſio transfretans venit Hydrontum, & ſpem faciens iis, quos præmiſerat, de tranſitu ſuo morari apud Hydrontum, ex cauſa neceſſaria voluit, ubi caſu accidente, dictus Lancravius obiit, & ipſe tunc etiam Imperator, ſicut diſpoſuerat, ſupervenieute egritudine, non tranſivit. Quamobrem Papa motus contra eum apud Anagniam penultimo menſis Septembris in feſto Dedicationis Archangeli ſine cauſæ cognitione denunciavit ipſum Imperatorem in latam dudum apud ſanctum Germanum excommunicationis ſententiam incidiſſe. Imperator de Apulia tunc venit ad Balnea Puteolana. Gregorius Papa de Anagnia per Velletrum iter habens, redit ad Urbem. Ad quem, ad ſuam excuſationem ſuos dirigit Nuncios Imperator, Reginum ſcilicet, & Barenſem archiepiſcopos, Ray dictum ducem Spoleti, & Comitem Henricum de Malta, quibus non plus credens, quam Nunciis ſuis de valitudine Imperatoris, vocatis ad Urbem Prælatis Ciſmontes, & de regno quos potuit in octavis beati Martini publice excommunicat ipſum, & per totum occidentem litteras ſuper hoc dirigit generales.

Electio licet diverſa Abbatis in monaſterio Caſſinenſi celebrata eſt, inter quos Landulfus Senebal. unus de electis repreſentata Papæ electione de gratia conceſſus eſt Abbas ſuum in eum Imperatore dante aſſenſum, & aliorum per Papam electione caſſata.

Tunc Imperator ipſe menſe Novembris venit Sueſſam, & inde Gajetam ſe confert, & eiſdem greſſibus Capuam redit, ubi ad ſuam excuſationem ad Orbis principes, & in Alemanniam litteras mittit, quibus ſignificat eis, quod ad tranſitum paratus cum eſſet, ſupervenieute ægritudine, tranſire non potuit, quod cum domino Papæ ipſe per ſuos Nuncios intimaret, cum nollet ſuper hoc ejus Nuncius fidem dare, contra ſe proceſſerat pro motu propriæ voluntatis. Interim omnes regni ſui Comites Capuam convocat, ibique rexit curiam generalem, ſtatuens, ut ſinguli feudatarii darent de unoquoque feudo octo uncias auri, & de ſingulis octo feudis militem unum in proximo futuro menſe maii, in quo ad Terræ ſanctæ ſubſidium transfretare diſponit. Solemnem vero curiam apud Ravennam ſtatuit menſe Martii celebrandam. Tunc prudentem virum magiſtrum Roffridum de Benevento mittit ad urbem cum excuſatoriis ſuis, quas idem magiſter publice legi fecit in Capitolio de voluntate ſenatus, Populique Romani.

Menſe Decembris Landulfus Senebal. in Abbatem Caſſinenſem electus ad Papam vadit, & in quatuor temporibus natalis Domini ab eo ſacerdotii munus accepit; Et cum eo quidam Gregorius de Carboncello Caſſinenſis monachus in Abbatem Terræ majoris promotus eſt, cum quibus duo ex parte Papæ nuncii veniunt ad Ceſarem Cardinales, magiſter ſcilicet Thomas, tituli ſanctæ Sabinæ Præsbyter, & magiſter Oddo ſancti Nicolai in carcere Tulliano Diaconus Cardinales, & tunc cum eis celebrato natali apud ſanctum Germanum ad Imperatorem vadit Abbas Caſſinenſis prædictus, ipſos præeunte dicto Abbate Terræ majoris, qui a Ceſare prohibitus ad ſuam tunc eccleſiam non acceſſit.

## MCCXXVIII.

Menſe Januario Denarii novi Brunduſini per Urſonem caſtaldum in ſancto Germano dati ſunt quorum ſumma fuit 160. unc. quos magiſter Fridericus, & Fridericus Landus de Malacuclar. Procuratores ab Abbate relicti diſtribui particulariter per terram monaſterii præceperunt.

Eodem menſe. Clericorum Focariæ filii, & filiæ juſſu Imperatoris capiuntur ubique per regnum.

Dicto Abbati Caſſinenſi ab Imperatore in mandatis datur, ut centum ſervientes bene paratos inveniat, cum expenſis, & armis per annum, neceſſariis ad ſervitium Terræ ſanctæ.

Dictus magiſter Fr., & Fr. Berardus de Celano vocati ad Papam vadunt, quorum alter ſcilicet Fr. Berardus per procurationem recipit S. Gregorii in Urbe, alter vero Farfenſis eccleſiæ renuit Abbatiam.

Archiepiſcopus Panormitanus nuncius a Soldano ad Ceſarem rediens, Elephantem unum, mulos, & prætioſa quædam alia munera, ipſi Imperatori detulit ex parte Soldani.

Menſe Februario Oderiſius de Averſa Caſſinenſis monachus a Gregorio Papa in Abbatem ſancti Vincentii promotus eſt.

Menſe Martii pro centum prædicti ſervientibus collectæ ſunt de Terra monaſterii unc. 1200.

Eodem menſe Landulfus Caſſinenſis Abbas vocatus eſt a Ceſare, ut ad ipſum vadat apud Tarentum. Et quibuſdam de regno Prælatis injungitur, ut ſe ad transfretandum debeant preparare.

Imperator apud Barolum Paſcha Domini magnifice celebrat in omni gaudio, & exultatione, quia ſicut ex litteris tunc didicerat, Thomæ de Aquino Acerrarum Comitis ad ſuum ſervitium in Syria exiſtentis, illis diebus Coradinus Soldanus Damaſci mortuus fuerat. Quamobrem in ſubſidium Terræ ſanctæ dirigit Riccardum de principatu Mareſcalcum ſuum cum quingentis militibus, qui a Brunduſio felici omine transfretavit.

Gregorius Papa, celebrato Paſcha apud Lateranum, poſt tertium diem ad Petrum ſe con-

contulit; ubi Romani accedentes ad ipſum, cum illum crederent Urbem velle occulte exire, tum propter factum Imperatoris, tum pro facto Viterbii, injuriis multis, & contumeliis affecerunt ipſum, & ſeditio magna contra eum facta eſt a Popularibus.

Menſe Aprilis Romanorum exercitus ſuper Viterbium vadit.

Imperator pro ſubſidio Terræ ſanctæ ab eccleſiis, & perſonis eccleſiaſticis, ubique per regnum certam exigit pecuniæ quantitatem, & tunc de mille ducentis unciis propter hoc impoſitis Terræ monaſterii, remiſit Imperator de gratia uncias auri centum.

Gregorius Papa Urbem exiens ſub fido ducatu, vadit Reate menſe aprilis.

Eodem menſe Gregorius Papa per ſuas mandat litteras univerſis eccleſiarum Prelatis, & Clericis per regnum Siciliæ conſtitutis ſub interminatione ultionis canonicæ, ne quis eorum Imperatori, aut Bajulis ſuis dare aliquid pro redemptione, data vel collecta preſumat.

Imperatrix apud Andriam filium parit nomine Chunradum, qui non multo poſt ſicut Domino placuit, ibidem in fata conceſſit.

Imperator regni Prelatis, & magnatibus coram ſe apud Barolum congregatis, parato ſibi Tribunali ſub divo propter gentis multitudinem, quæ copioſa erat, proponi fecit, & legi ſubſcripta capitula, in modum teſtamenti, ut videlicet omnes de regno, tam prælati, quam domini, & eorum ſubditi omnes in ea pace, & tranquillitate viverent, & manerent qua eſſe, & vivere ſoliti erant tempore regis Guillelmi ſecundi, relicto tunc regni Ballio Rainaldo duci Spoleti, & ſi deficere Imperatorem contingeret, ſibi in imperio, & regno ſuccederet Henricus filius ejus major, quod ſi illum abſque liberis mori contingeret, Chunradus filius ejus minor ſuccederet illi. Quod ſi ambo decederent filiis non extantibus, filii ipſius ſuperſtites, quos de legitima uxore ſuſceperit in eodem regno ſuo ſuccedant. Et præcipit ut omnes homines regni ſui, quæ ſtatuit, debeant juramento ſervare; quæ tamen ſic obſervari mandavit, ſi in præſenti paſſagio humanitus de ipſo aliquid contingeret, niſi aliud teſtamentum ab eo editum compareret. Hæc coram ſe jurari fecit Imperator a Duce prædicto, & Henrico de Morro magiſtro juſtitiario, & aliis nonnullis de Regno, qui interfuerunt. Diſpoſuit etiam, quod nullus de regno pro data, vel collecta aliquid daret, niſi pro utilitatibus regni, & neceſſitatibus expediret.

Menſe Maii. Caſale quoddam in Apulia, quod Gaudianum dicitur Melfienſis diœceſis ob culpæ meritum, Imperatore mandante, deſtruitur.

Domini de Pupplito rebelles facti ſunt Imperatori.

Romani facta in extrinſecis deſtructione Viterbii, & obtento per vim caſtro quodam quod Raſpampanum dicitur ipſis Viterbienſibus ſubdidito leti ad Urbem redeunt; quibus recedentibus, Viterbienſes in campis Caſtraponentes, quæ poſſunt mala irrogant circumadjacentibus caſtellis fautoribus Romanorum.

Menſe Junii imperialis exercitus ſuper Dominos de Pupplito vadit, quibus Pupplitum auferunt, & nonnulla alia caſtra.

Gregorius Papa a Reate diſcedens, vadit Spoletum, & exinde Peruſium.

Imperator apud Brunduſium ſe conferens, mare intrat, ac apud S. Andream de inſula juſſit omnia navigia parata ad tranſitum convenire, ac exinde Hidrontum navigans feliciter ultra mare ad crucis obſequium transfretavit, ubi quid egerit & qualiter in Terræ ſanctæ recuperatione profecerit, ſequens lectio declarabit.

Gregorius Papa menſe Julii de Peruſio vadit Aſſiſium, ubi Fratrem Franciſcum minorum fratrum Ordinis inventorem propter duo quæ fecerat miracula in aperto, in cœco videlicet uno, & claudo, quibus viſum, & greſſum reddiderat canonizavit, & Peruſium rediens, ibi anniverſarium magnifice celebrat Innocentii Papæ predeceſſoris ſui.

Eodem menſe Julii mons *Iſclæ ſubverſus* eſt, & operuit in caſalibus ſub eo degentes fere ſeptingentos homines inter viros, & mulieres.

Menſe Auguſti Marius Rapiſtr. ceſſit officio juſtitiariatus, & Stephanus de Anglone, & Pandulfus de Aquino ſubſtituti ſunt illi de mandato Ducis Spoleti, qui de Apulia Introducum vadit, & omnes de Regno ſollicitat infeudatos, ut ad eum vadant cum exfortio ſuo ad Dominorum Puppliti rebellium confuſionem, qui ſe contra Imperatorem in Capitinnano receperant. Interea Imperialis exercitus capit turrem de Renaria, & terram quamdam de novo contra Imperatorem firmatam, quam totam deſtruxerunt. Raynaldus Dux Spoleti cum imperiali gente *Dominos* Puppliti in Capitinnano obſidet, qui cum ſe tenere non poſſent, accepta ab eo ſecuritate de perſonis, & rebus ſuis, ſe apud Reate contulerunt. Tunc Dux ipſe Marchiam intrat, ac Bertoldus frater ejus circa Nurſiæ provinciam remanet. Qui caſtrum quoddam quod Pruſa dicitur ſibi rebelle deſtruxit, ejuſque incolas pœnis *addixit variis*, & tormentis, & Saracenorum traditos poteſtati, quos ſecum de Apulia duxerat in ipſis cruciatibus exalare coegit.

Gregorius Papa in ducem ipſum, pro eo quod Marchiam intraverat, ac admonitus ſepius ut ipſam exiens in pace dimitteret & hoc facere noluit, excommunicationis ſententiam promulgavit, ejuſdem excommunicationis innodans vinculo omnes ſequaces illius. Cumque nec ſic revocare poſſet eundem, vim vi repellere licitum putans ad Marchiæ defenſionem, quæ eccleſiæ ſuberat, martiali gladio niſus eſt contra ipſum, qui jam pro parte Marchiam ad opus Imperii cœperat occupare, & tunc Johannem quondam Jeroſolimitanum regem, & Johannem de Columna Cardinalem, cum copioſo militari, & pedeſtri exercitu dirigit contra eum; At cum nec ſic dux ipſe deſiſteret ab inceptis, arbitratus eſt ipſe Papa contra regni filios acies dirigere bellatorum, ut regni ſtatu, & pacis quiete turbata, quod dux ipſe voluntarius noluit, ſic facere cogeretur invitus, ac marchiam dimitteret, quam uſque Maceratam Ceſaris Imperio ſubjugarat. Nam collectis undique Campaniæ, ac maritimæ viribus, congregavit exer-

Digitized by Google

exercitum, cur quemdam Pandulfum de Anagnia capellanum ſuum, qui legationis officio fungebatur, & excluſos de regno Comites Thomam de Celano, & Roggerium de Aquila præfecit Capitaneos, & doctores.

## MCCXXIX.

Hi menſe Januarii 18. menſis ejuſdem per Ceperanum venientes in regnum claveſignati, Inſulam Pontis Solarati, quæ regni erat oſtium, quam quidam Adenulfus Balſanus pro Imperatore tenebat primitus expugnates cum ſe tenere non poſſet, per vim cœperunt.

Bartholomeus quoque de Supino qui caſtrum tenebat ſancti Johannis de Incarica, & Riccardus filius domini Roberti de Aquila, qui dominus erat Paſtinæ, metus cauſa ſponte, ad mandatum venerunt eccleſiæ. Et præteriens exercitus flumen Telerii verſus Fundos dirigit caſtra ſua, & cum civitatem ipſam, quam quidam Johannes de Poli civis urbis Romæ pro Imperatore tenebat, acriter impugnaret, vi eam obtinere non potuit, ſicque confuſus, nec ſine gravi damno Ceperanum reverſus eſt. Venerat tunc temporis ad S. Germanum Nicolaus de Cicala, pro parte Imperatoris, & Henricus de Morro Magiſter Juſtitiarius ſuperius nominatus cum regni filiis, Raone de Balbano Comite, Landulfo de Aquino, & Stephano de Anglone juſtitiario; Adenulfo de Aquino filio nobilis viri Thomæ de Aquino Acerrarum Comitis, Roggerio de Galluccio aliiſque undique congregatis Imperatori fidelibus ad reſiſtendum hoſtibus prompta voluntate paratis, domini etiam de Aquino Pandulfus, & Robertus Aquinum pro fide Ceſaris laudabiliter munierunt. Tunc Landulfus Caſſinenſis Abbas Caſinum, & roccam Jani neceſſariis omnibus ſufficienter munivit, & roccam ipſam dudum juſſu Ceſaris dirutam a parte ſancti Germani in mænibus reparavit. Tunc & homines ſancti Germani mandato juſtitiarii ſummitatem murorum ſancti Germani Ceſaris dudum imperio dirutam repararunt; ſeque inermes armis neceſſariis ad reſiſtendum hoſtibus decenter armarunt.

Papalis exercitus qui clavium ſigna gerebat, roccam Arcis, in qua quidam Rao de Azia erat pro Ceſare Caſtellanus impugnare providit, ſed cum in nullo proficerent, non abſque leſione gravi, villa ipſius Roccæ combuſta, Ceperanum reverſus eſt, & tunc quidam de exercitu diſcurrentes per terram ſancti Benedicti villas Rivi, Viteldati, & eccleſias ſancti Petri, & ſancti Pauli de Foreſta, Dei metu poſtpoſito bonis omnibus ſpoliarunt.

Menſe martii III. intrante eodem menſe, qui dies erat Sabbati Papalis exercitus prætermiſſa civitate Aquini, cum prædictis excluſis Comitibus terram intrat ſancti Benedicti, qui caſtrum Pedemontis per vim capientes, licet qui erant in eo pro viribus reſtitiſſent, quadraginta ſervientes ad ipſius caſtri cuſtodiam deputarunt. Hi ſequenti Dominica verſus S. Germanum ſuas acies dirigentes venerunt, uſque ubi dicitur monumentum. Et exinde deſcendentes, cum nullus de Imperiali exercitu hoc magiſt. juſtitiario prohibente, egrederetur ad illos per Plumbareolam, quæ metus cauſa fuerat ab incolis derelicta iter habentes, & per caſtrum Pignatarii, quod deſertum ſimiliter fuerat verſus S. Angelum Theodici dirigunt greſſus ſuos, ſed cum nihil proficerent quia bene munitum erat caſtrum, & illuc Roggerius de Gallucio cum 40. ſervientibus miſſis a magiſtro juſtitiario pervenerat ab inde receſſerunt, & verſus caſtrum Teramum profecti ſunt, quod vi capientes, quamquam ipſius habitatores optime ſe pro fide Ceſaris defendiſſent, bona diripientes eorum, illud incendio tradiderunt, ſicque onerati ſpoliis, in Campaniam ſunt reverſi. Quibus recedentibus, magiſter juſtitiarius cum Imperiali exercitu exiens de ſancto Germano, una cum dominis Aquini, ſuper caſtrum Pedemontis vadit, illud dare deſtructioni diſponens, niſi Abbatis, & conventus præcibus deſtitiſſet ſicque in ſua reverſi ſunt. Tunc ad ipſum juſtitiarium vires fidelium Ceſaris undique confluentes, cum eis reſiſtere hoſtibus ſe parabat. Menſe igitur martii XVII. menſis ejuſdem, qui dies erat Veneris, rediens Papalis exercitus ad caſtrum Pedemontis, ſequenti die Sabbati ſe in duas dividens acies, per montes, & plana milites, & pedites iter habentes, eorum quidam verſus monaſterium & quidam verſus ſanctum Germanum dirigunt greſſus ſuos, quibus cum idem magiſter juſtitiarius cujus ducebant animum, diverſorum conſilia in diverſum vellet obſtare, ne per montium aditus liber pateret hoſtibus ſanctum Germanum acceſſus, ipſis per vires oppoſitas obſiſtere providit in monte mittens ad obſervandos montium tranſitus quoſdam de nocte milites, & baliſtas qui aſcendentes, hoſtes pro viribus repellentes, bellum inire cum eis pro fide Ceſaris minime timuerunt, cumque in loco ubi eſt eccleſia ſancti Matthei ſervorum Dei conflictus fieret, rumor ad ipſum juſtitiarium, quod ſui cum hoſtibus dimicarent ad ſanctum Germanum pervenit, qui mox licet inconſulte montem ſubiens, nec metuens mortis occaſum, hoſtium in medio ſe obiecit cum ſuis, quem ſecutus Adenulfus filius Acerrarum Comitis memoratus, & nonnulli milites, & pedites, qui mori pro fide Ceſaris non timebant, hoſtium ictus repellere ſuis ictibus conabantur, ſed cum locus non eſſet idoneus ad pugnandum, & viam illam, qua itur ad ſanctam Mariam de Albaneto fugatis Imperialibus de ſupernis, Papalis jam acies occupaſſet, cum ex adverſo aſcendentibus ipſe juſtitiarius obſtare non poſſet, retrocedere non ſine ſuorum clade coactus eſt, & tunc cum ipſo Adenulfo Acerrarum Comitis filio in brachio vulnerato, & ex ſuis admodum paucis in vallo Caſſinenſis monaſterii ſe recepit, ubi per ipſum juſtitiarium Jacobus Sinibaldus cuſtos fuerat inſtitutus reliquos verſus Sanctum Germanum ad fugam cogentibus, qui habuerant de Marte triumphum. Quos cives Sancti Germani qui Ceſaris fidem ſervabant, unanimiter receptantes, cum ſuis omnibus ſalvos fecerunt, & ea die, quamquam diros, & duros paterentur inſultus ab hoſtibus, ita quod enſes, ignem, & jacula non time-

Digitized by Google

timerent, turribus, & mœnibus inſiſtentes, hoſtium viribus non ceſſere. Sic ergo die ipſa novercante fortuna de Imperialibus obtenta victoria, Pandulfus Apoſtolicæ ſedis Legatus ab ea parte, quæ dicitur Porta vetus, cum nonnullis de majoribus exercitus veniens, ſub comminatione depoſitionis, & deſtructionis perpetuæ, Monaſterii Abbatem præfatum ut ſibi ad mandatum Papæ monaſterium redderet & ipſum juſtitiarium traderet in manus ſuas, inducere procuravit, quod cum facere omnino renueret, dicens, quod abſque gravi, & grandi periculo fieri hoc non poſſet, longo ſuper hoc tractatu habito, quem ego neſcio, Deus ſcit, a legato, & ſuis pro magiſtro juſtitiario, & hiis, qui ſecum erant præſtito juramento, quod ſalvi eſſent ipſi legato patuit monaſterium, qui ſtatutis in comilitibus, & ſervientibus ultra centum cum Abbate, & magiſtro juſtitiario, mox ad S. Germanum deſcendit. Quos cum homines S. Germani quamquam ſepius requiſiti non recepiſſent nec ſcirent in vero ipſum juſtitiarium liberatum, & ſuos ea nocte in Burgo exteriori eos oportuit pernoctare. Ea vero nocte Comes Rao de Balbano, cum nonnullis de exercitu Imperiali, qui ſe in ſancto Germano receperant, & plus de morte, quam de vita ſperabant, metuebant enim, ne a civibus hoſtibus traderentur, ab hiis, qui noctis vigilias cuſtodiebant de ſancto Germano per poſterulas civitatis dimiſſi ſunt liberi, & abierunt in ſua, & nihil de ſuo arneſio amiſerunt. Igitur mane ſequenti Papalis exercitus terram intrat ſancti Germani, rocca Jani ſe prius reddente legato, cui homines ſancti Germani jurant ad opus Papæ, licet inviti; Quo audito, & cognito tremuit omnis terra, quæ ſe non poterat ab hoſte tueri. Tunc magiſter juſtitiarius liber dimiſſus eſt, & ſe Capuam contulit. Adenulfus etiam de Aquino Acerrarum Comitis filius, nec non & Jacobus Senebaldi prædictus redierunt in ſua,

Poſt dies vero decem ſe movens de ſancto Germano exercitus, facta compoſitione cum iis, qui erant in palatio Miniani, Minianum recipiunt, quod hæredibus qm. Malgerii Sorelli reſtituunt, procedentes inde, Præſentianum obtinent, Venafrum, & Sernia per nuncios ſe ſibi reddunt. Pretam quoque per vim obtinent, & Vairanum, ac totam terram filiorum Pandulfi uſque Calvum, quod ſimiliter recipiunt ad opus eccleſiæ. Teani nec non civitas, & Calenum veniunt ad mandatum Papæ. Tunc per Francoliſium iter habens exercitus, Sueſſam ſe contulit, ſibi pro fide Ceſaris reſiſtentem, quam longa ſatis obſidione arctatam cum jam cives inciperent ſitis ſqualore deficere, non curantes arborum, & vitium inciſiones, illuc enim venerat Apoſtolicæ ſedis Legatus Pelagius Albanenſis epiſcop. civitatem ipſam recipiunt ad opus Papæ, nec non & caſtellum quod munire ſervientibus curaverunt,& procedentes inde verſum roccam draconis dirigunt greſſus ſuos. Quam circumpoſita obſidione arctantes villa prius inferiori obtenta, & una de turribus per vim capta, & diros inſultus, facta cum Caſtellano compoſitione, roccam ipſam obtinuerunt. Tunc Cajetani cum Caſtellano Caſtelli componentes Caſtellum recipiunt ad manus ſuas, & tunc per Albanenſem epiſcopum Gajetanorum civitas, quia parere noluit eccleſiæ, ſupponitur interdicto. Tunc etiam ipſo legato mandante dicto Caſſinenſi Abbati caſtrum reſtituitur Pedemontis.

Predicti Aquini Domini Pandulfus, & Robertus, civitate Aquini relicta, ſe Capuam conferunt ibidem una cum magiſtro juſtitiario, & Nicolao de Cicala, qui erant in ea ad Ceſaris ſervitium moraturi.

Aquinum ipſis recedentibus Dominis venit ad mandatum eccleſiæ, Pontecurvum, etiam & tota terra monaſterii, roccam Bantræ, in qua erat quidam Caſtellanus Apulus, quidam ipſius legati clericus, Oddo de Machilone *nomine* recipit ad opus Papæ, data eidem Caſtellano quadam pecuniæ quantitate. Tunc quidam Guillelmus de Sora, qui pro Imperatore Trajectum tenebat, & Sugium, ea legato reddidit ad opus eccleſiæ.

Gajetæ civitas multis inducta ſuaſionibus, & promiſſis in partem cedit *eccleſiæ*, & *caſtellum*, quod Ceſar in ea fieri fecerat multis laboribus,& expenſis diruitur, & omnis ejus ſtructura in mare projicitur. Quidam tamen Gajetanorum in fide Ceſaris radicati de civitata relictis propriis abierunt. Tunc Rogerio de Aquila Comiti Sugium reſtituitur. Trajectum.

Illis diebus prædictus Guillelmus de Sora a quodam Taſſuro cive Capuæ Caſtellano roccæ Guillelmi capitur, & cuſtodiæ traditur carcerali.

Beneventani, qui R. E. ſuberant audito, quod Papali exercitui ſic proſpere cederet, in Apuliam diſcurrentes predam bovum, & animalium aliorum magnam ceperunt, quibus cum prædictus Comes Raone de Balbano in reditu ſe opponeret ab eis devictus eſt, & fugatus, propterea magiſter juſtitiarius, collectis undique viribus, & hiis qui Imperatoris fidem ſervabant ab ea parte, quæ dicitur Porta ſumma. devaſtat in exterioribus Beneventum.

Fratres minores ubique per regnum *juſſu* Raynaldi Ducis Spoleti expelluntur de regno, cum diceretur quod ipſi ad Prelatos civitatum Apoſtolicas tulerint litteras, ut homines inducerent, quod ſe deberent reddere Domino Papæ. Tunc & monachi Caſſinenſes de ſuis obedientiis captis omnibus, quæ habebant, expelluntur, ipſo Duce mandante. & metus cauſa, *multi* ex ipſis mutare habitum ſunt vocati. Papalis exercitus conſilio initio, verſus Capuam vadit, & a parte Anglenæ per triduum moram fecit, erat enim civitas Capuæ viris munita, & viribus, quæ fidem Imperatori integre conſervabat: poſt triduum vero inde ſe movens Papalis exercitus, verſus Aylanum dirigit caſtra ſua, quod caſtellum prædictus Acerrarum Comes tenebat, ſed qui erant intus, cum ſe poſſe defendere deſperarent, nepotes ipſius Comitis Abbate Caſſinenſe partes ſuas interponente apud Legatum caſtrum ipſum recipit ad manus ſuas, indeque procedens exercitus vadit Aliſiam, quam licet pre viribus renitentem poſt diros inſultus factos in eam per vim obtinet, & ad opus illam recipit eccleſiæ, ſimiliter & caſtrum Pedemontis, quod erat Comitis memorati, turris tamen caſtri

Digitized by Google

caſtri ipſius eſt ad fidem ipſius comitis conſervata. Tunc & civitas Teleſiæ Legato ſe reddit cauſa metus.

Papalis exercitus per Terram Johannis San Fraymundi quam ſibi pro parte ſubegit, tranſiens occurrentibus illis de Benevento, ſe contulit Beneventum, & tunc ipſi Beneventani cum Papali exercitu, & cum viribus ſuis, vicinos adverſarios vehementer impugnant. Padulem, & Apicem cum ſe tenere non poſſent recipiunt. Cippalonem comburunt munitione ſuperſtite remanente. Caſalia montis Fuſculi igne cremant, ubi adveniente rumore, quod Ceſar de Syria in Apuliam venerat, Papalis exercitus cauſa metus cœpit diſſolvi. Dominus Johannes de Columna Cardinalis, & Joannes Rex quondam Hieroſolymitanus ac Lombardorum copioſus exercitus Raynaldum Ducem Spoleti, velut hoſtem eccleſiæ perſequentes, illum exire Marchiam, & in regnum redire compellunt, & receptantem ſe in Sulmona tenent obſeſſum. Tunc caſtrum Pectorani recipiunt.

Romani ſuper Viterbium vadunt, & civitatem, ac caſtrum quoddam ad eam pertinens devaſtantes, quod monaſterium dicitur, ad urbem reverſi ſunt.

Tunc Pelagius legatus prædictus nuncios ad Johannem de columna Cardinalem, & Joannem regem quondam Hieroſolimitanum ſub celeritate tranſmittit, ut ad ſe venire feſtinent; Qui ad vocationem legati ab obſidione recedentes civitatis Sulmonæ, per Vallem Sangri in Comitatum Moliſii veniunt, Alfidenam vi capiunt, & caſtellum ejus, in quo ſe quidam Vinciguerra de Averſa receperat, cum gente ſua, & ipſum & ſuos duxerunt captivos. Schintronem recipiunt, Villam caſtelli de Sangro comburunt.

Comes Campaniæ cum militari, & pedeſtri exercitu ſuper Soram vadit, illam ad opus Papæ recipit, munitione ſuperiori ſe pro Ceſare tenente, recipit etiam Arpinum, & Fontanam, Vallem quoque Soranam, & totam Marſiam. Rex vero quondam Hieroſolymitanus cum Johanne de columna Cardinale, flumen Vulturni tranſiens Campanorum exercitui, qui ob metum Imperatoris, de quo fama erat, quod in Apuliam adveniſſet, apud Teleſiam repedaverat, ſe conjungit, & inde progrediens totus exercitus ſupra Cajatiam vadunt; At Imperator de Syria in Apuliam veniens, apud Brunduſium ad expugnandos Lombardorum & Campanorum hoſtiles cuneos gentem congregat, litteras de felici adventu ſuo in Siciliam, & Calabriam mittit, fideles ſuos de Capua hortatur, & animat ad fidelitatem ſuam, mittens ad illorum auxilium dictum Thomam de Aquino Acerrarum Comitem, & celerem ſuccurſum ſuum promittens eiſdem.

Tunc ad eum vadit Dux præfatus cum ſuis, liber exiens de Sulmona magiſter Juſtitiarius & alii qui ſibi fidem ſervaverant incorruptam.

Illis diebus milites nonnulli ſtrenui Theutonici de Syria venientes ad Portum Brunduſii applicuerunt, quorum fretus auxilio Imperator qualiter cum eis, & regni fidelibus in recuperatione terræ profecerit, præmiſſo tamen quod in Terra ſancta egerit ipſe, quod ſilentio prætereundum non eſt, ſequens lectio declarabit.

Igitur cum adhuc eſſet in Syria Imperator, hæc in Regnum de ipſo fama pervenit. Quod 15. Novembris proximi præteriti, Joppen veniens cum chriſtianorum exercitu, ad reedificationem caſtri ipſius intendit, ut facilior fieret in Hieruſalem proceſſus, & dum citius per terram neceſſaria cum ſommeriis ſufficienter mittere nequiviſſet, quilibet pro facultate ſua barcas in portu Acconitano oneraverat, ſed mutato aere, & turbato mari, tanta ſubito tempeſtas inhorruit, ut Vaſcella cum victualibus nullatenus ad exercitum ferri poſſent, at cum Chriſti exercitus in multa anxietate tunc eſſet, fere omne conſilium exercitus jam deſperabiliter murmurantes, nihil aliud ſupereſſe videbant quam in Accon redeundum, qui dum in tali eſſent diſcrimine poſiti, miſericors, & miſerator Dominus, qui facit poſt tempeſtatem tranquillum, & prope eſt omnibus invocantibus ipſum, ſerenato mox aere, mare tumidum pacavit, tantaque Navium, & barcarum multitudo venit Joppen, ut omnis defectus prius habitus in plenitudinem omnium neceſsariorum, & abundantiam mutaretur, ab illo tempore ulterius tantam fecit Deus aeris temperiem, ut indifferenter & magna, & minima vaxella irent, & redirent per mare, ita quod omnis copia neceſsariorum in Terra ſemper eſt habita. Tunc de communi omnium conſilio cœpta ſunt edificia caſtri Joppen in foſsatis, & muris erigendis quod erit memoriale in evum omni chriſtianitati, quia per Dei gratiam ex nimia devotione, ac affectu, quem Imperator, & omnis populus circa idem opus habebat, & laborabat inceſsanter tota die, ante Dominicam caput Quadrageſimæ uſque adeo fuit promotum, quod a principio ſuæ inchoationis nunquam extitit adeo forte, ac bene factum. Interea vero dum hæc ſolicite agerentur, nuncii Soldani, ac Imperatoris indifferenter ibant hinc inde, tractantes de bono pacis, & concordiæ, Soldanus vero Idem, & Frater ejus qui vocabatur Sarech cum innumerabili exercitu juxta Gazeram jacebant ad unam dietam, & Soldanus Damaſci cum ſuo magno exercitu erat apud Neapolim, per unam ſimiliter dietam diſtans ab exercitu chriſtiano, & dum de reſtitutione tractaretur Terræ ſanctæ, Dominus Jeſus Chriſtus qui eſt ſapientia Patris, ſua ſolita providentia ſic ordinavit, quod Soldanus reſtituit ſanctam Hieruſalem ipſi Imperatori, & chriſtianis, cum omnibus tenimentis ſuis, excepto quod templum Domini deberet eſse in cuſtodia Saracenorum quia diu conſueverant orare ibidem, & ut liberum introitum, & exitum habeant illuc accedentes orationis cauſa & chriſtiani ſimiliter orationis cauſa ſit expoſitum. Villam etiam, quæ dicitur ad ſanctum Georgium, & Caſalia quæ ſunt ex utraque parte viæ, uſque Hieruſalem reddi-

reddidit. Bethleem quoque, & caſalia, quæ ſunt inter ipſam, ac Hieruſalem reſtituit. Nazareth etiam cum ſuis tenimentis, & cum caſalibus, quæ ſunt inter Accon, & Nazareth reddidit in manus chriſtianorum. Redditum eſt etiam caſtrum Zorontis cum ſuis tenimentis, pertinentiis & villis. Nec non civitatem Guidonis cum tota planitie, quæ ſibi attinet, reddidit, ſed omnes terras quas chriſtiani tempore pacis habebant, & in pace tenebant: licebit autem ex pacto Imperatori, ac chriſtianis reedificare civitatem ſanctam Hieruſalem in muris, & turribus caſtrum Joppen, & caſtrum Ceſareæ, montem Fortem, & caſtrum novum, quod firmari hoc anno inceptum eſt in montanis. Veriſimile enim videtur, quod ſi tunc Imperator cum gratia, ac pace Romanæ eccleſiæ tranſiſſet, longe melius, & efficacius proſperatum fuiſſet negotium terræ ſanctæ. Sed quantam in ipſa ſua peregrinatione perſecutionem pertulerit ab eccleſia, cum non ſolum quod pro velle ipſum dominus Papa excommunicaverit, verum etiam quod ipſum excommunicatum ſcirent, & tamquam excommunicatum vitarent eundem, Patriarchæ Hieroſolymitano mandavit, magiſtris Domorum Hoſpitalis, & templi, propter quod non abſque ſui culminis gravi injuria, ſuum in exercitu chriſtiano juſſit præconium ſubticeri, & ne Terræ ſanctæ diſſolveretur negotium, ad quod ipſe Imperator pro viribus intendebat, ipſi exercitui ſuper Theutonicos, & Longobardos, magiſtrum domus Theutonicorum, & ſuper homines regnorum Hieruſalem, & Cypri, Ryccardum Filangerium Mareſcalcum ſuum, ac quemdam Odonem de monte Beliardo præfecit Capitaneos, & ductores, & ob hanc cauſam Soldanus ipſe cum ſciret ipſum Imperatorem tali odio ab eccleſia perſecutum, vix cum eo componere inductus eſt. Compoſuit tamen ſic, quod uſque ad finem treguarum, pacem ſibi ad invicem obſervarent. Captivi omnes hinc inde ſuæ libertati reſtituerentur, & ſic receptis ab ipſo Soldano Terra ſancta, & locis prædictis de conſilio omnium peregrinorum, ipſe in Hieruſalem profectus eſt, ubi eo die, quo civitatem ſanctam ingreſſus eſt Imperator, Archiepiſcopus Ceſareæ, nuncius Patriarchæ adveniens, civitatem ipſam, & ſpecialiter ſepulchrum Domini ſuppoſuit interdicto, de mandato Patriarchæ ipſius, primitias recuperationis ipſius non benedictione, ſed anathemate proſecutus. Præterea qualiter contra ipſum Imperatorem apud Accon poſtmodum redeuntem prædicti Patriarcha, magiſtri domuum Hoſpitalis, & Templi ſe geſſerint, ut pote qui contra ipſum inteſtina bella moverunt in civitate prædicta, his qui interfuerunt luce clarius extitit manifeſtum.

Ceterum quia ad regni ſubſidium quod, ut ſuperius diximus, Romana ſic cœperat eccleſia occupare, neceſſario de Siria rediit Imperator, ſtatim nuncios ſuos miſit ad Papam, quoſdam Fratres de domo Theutonicorum, per quos ipſius habere gratiam ſupplicat, & eſſe velle ad ſuum, & eccleſiæ mandatum exponit.

Papalis exercitus firma obſidione ſupra Cajatiam machinis, & viribus ſuis illam vehementer impugnat, & licet occupaverint civitatem, arcem tamen vi capere nequierunt, his, qui erant in ea ſe pro Ceſare tuentibus contra eos.

Menſe Junii Gregorius Papa predictus Fratrem Franciſcum innocentis vitæ virum, qui inſtitutor Ordinis fuit Fratrum minorum apud Peruſium de fratrum ſuorum conſilio duxit ſanctorum catalogo adſcribendum, mandans ubique terrarum diem, quo ſolo carnem, & cœlo ſpiritum reddidit, IV. ſcilicet Nonas Octobris annis ſingulis ſolemniter excolendum.

Item Imperator ipſe moram in Apulia faciens, & congregans ad hoſtium regni repulſam exercitum copioſum, ſuos pro pace ad Papam legatos miſit, Reginum videlicet, & Barenſem archiepiſcopos, nec non, & magiſtrum domus Theutonicorum. Qui Cajatiam venientes, quæ a Papali exercitu tenebatur obſeſſa cum literis Albanenſis epiſcopi, & Cardinalis S. Praxedis, ad Romanam curiam ſunt profecti, Qui cum in nullo profecerint redierunt. Tunc in Gajeta per Papam Poteſtas conſtituitur Johannes de Judice ejus Anagninus ad petitionem Gajetanorum. Tunc etiam Adenulfus de Aquino filius Acerrarum Comitis Atinum recipit Imperatore mandante, & Philippus de Aquino recipit caſtrum Cœlii.

Imperator cum Cruce ſignatorum exercitu, contra Clavigeros hoſtes properat in Terram Laboris. Tunc dominus Johannes de columna Cardinalis ſub ſpecie afferendæ pecuniæ pro ſtipendiis exercitus ad Papam vadit.

Pelagius Albanenſis epiſcopus, & Rex qm. Hieroſolimitanus cognito quod venturus erat Capuam Imperator, rupta obſidione, & combuſta machina, quæ vulgo dicitur Trebuccectum quod multis ſumptibus fecerant, Theanum ſe conferunt, ubi non abſq; timore ſuas acies ponunt a Cajatia diſcedentes.

Tunc Roffridus Archipræsbiter S. Germani per Albanenſem epiſcopum, Papa mandante, in Theanenſem epiſcopum eſt aſſumptus.

In Apulia illis diebus quidam Paulus de Logotheta Imperialis Juſtitiarius membratim trucidatus eſt ab iis, qui odio Imperatorem habebant.

Imperator cum fortunato crucesignatorum exercitu venit Capuam menſe Septembris, & ab iſta parte Capuæ Saracenorum cuneos ordinavit, ſeque Neapolim contulit æris, & gentis a civibus auxilium petiturus.

Tum civitas Sanctagatenſis ſponte venit ad mandatum eccleſiæ, & ſe reddidit Domino Papæ.

Comes

Comes Rogerius de Aquila filium ſuum recipit, quem in Sicilia obſidem tenuerat Imperator.

Pelagius Albanenſis epiſcopus pro defectu ſolidorum, quos habere non poterat, capi jubet theſaurum eccleſiæ Caſſinenſis, ac eccleſiæ ſancti Germani per Calinenſem epiſcopum, cum quo clerici ſancti Germani in certa quantitate pecuniæ convenerunt, ne theſaurum eccleſiæ aſportaret.

Imperator a Neapoli Capuam rediens, movet exinde caſtra ſua, & veniens Calvum, ubi nonnulli de Papali exercitu convenerant ad defenſam, illam fecit undique impugnari, & tunc captos quoſdam de Campania ſuſpendi jubet; Et tandem Calvum recipit ad mandatum, & fidelitatem ſuam. Indeque non obſtantibus hoſtibus per Riardum habens tranſitum ad ſanctam Mariam de Ferraria venit indemnis, ubi per triduum moram faciens Vairanum recipit, Aliſiam, & Venaſrum, & totam terram filiorum Pandulphi.

Dictus vero Pelagius Albanenſis epiſcopus, & Rex quondam Hieroſolymitanus per Meſinum iter habentes cum toto exercitu Minianum venerunt, & inde celeri fuga petierunt S. Germanum.

Illis diebus homines S. Germani timentes, ne Papalis exercitus aut Imperiali cederet, aut victus ſuccumberet, ſuppellectilem ſuam, & queque prætioſa ad loca tranſtulerant tutiora. Tunc per biduum in ſancto Germano moram protrahens Papalis exercitus, frumento vino, & aliis neceſſariis munire roccam Jani, & Caſſinenſe monaſterium cogitabant, ſed acceleratus per nuncios ſancti Germani, ad terram ipſam properat Imperator; moxque Papalis exercitus diſſolutus de ſancto Germano exiens greſſu præpete in Campaniam eſt reverſus.

Et tunc metus cauſa qui in Caſino ſtatuti fuerant, & in rocca Janulæ ſervientes dimiſſis ipſis munitionibus receſſerunt, ſed in Caſino ſe recipiens Albanenſis epiſcopus redire ad monaſterium milites, & ſervientes coegit.

Tunc cum ipſo legato Aquini, & Aliſiæ epiſcopi aſcenderunt Caſinum, & in ſancto Germano per ipſum legatum prohibitum eſt celebrare Divina. Cæteri vero Prælati, qui ceſſerant in partem eccleſiæ, Romam ſe contulerunt.

Imperator ipſe apud ſanctum Thomam de Strata, ſua caſtra ponens tertio non. Octobris, Villam Pedemontis, quæ dicitur ſanctæ Luciæ ſuis dedit in direptionem, & prædam. Caſtrum Pedemontis dominis Aquini conceſſit.

Tunc eccleſia ſancti Matthæi Servorum Dei a Saracenis qui erant in exercitu Imperiali bonis eſt propriis ſpoliata, præ timore pacis, aut nullis remanentibus in eadem.

Tunc etiam Vallum Caſſinenſis monaſterii eſt mandato Ceſaris hinc fortiter impugnatum, ſed pugnatores nec in aliquo profecerunt. Illuc venientes ex parte civitatis Sueſſæ Judex Thadeus, & alii, civitatem ipſam Ceſari reddiderunt, ad quam recipiendam, conceſſo eis privilegio, quod pro univerſitate petierant continuo dirigit Imperator.

Tunc Preſentianum, rocca Bantræ, Sernia, & Aliſia ad mandatum Ceſaris redierunt. Similiter, & tota terra monaſterii, Arpinum quoque, & Fontana; cumque ad recipiendam Soram dictum Acerrarum Comitem mitteret Imperator, ipſum Sorani recipere contempſerunt.

Tunc quidam Comes Majo de Romania cum nonnullis Grecis militibus de Romania ex parte Comminiano ad Imperatorem cum magnis muneribus nuncius venit.

Tunc in rocca Janulæ quidam de Calabria Caſtellanus conſtituitur. In ſancto Germano per Imperatorem Bajuli ordinatur. Guillelmus de Bantra, & Mattheus Dionyſ. in tota terra ſancti Benedicti. Raynaldus Belegrini, & Bartholomeus de Bantra Camerarii ordinantur. In rocca Bantræ Thomas de magiſtro Caſtellanus ponitur.

Imperator ſuos in Lombardiam, & Tuſciam & Romandiolam litteras dirigit in hac forma.

*Fridericus &c. Poteſtatibus, Conſulibus, & Conſilio civitatum Lombardiæ, fidelibus ſuis &c. Ut de noſtrorum felicitate ſucceſſuum certa vos nova letificent, veſtris duximus deſideriis præſentibus intimandum, quod nos de ultramarinis partibus proſpere per Dei gratiam redeuntes de inimicis noſtris, qui Regnum noſtrum invaſerunt feliciter triumphavimus, dum audientes nos contra eos in manu valida, & potenti venturos, non expectatis, aut expertis viribus noſtris, in Campaniæ finibus fuga ſibi Preſidium elegerunt; ſicque Domino cooperante, & nos comitante juſtitia, que de cælo proſpexit, quod ipſi de regno noſtro, nobis abſentibus, per anni dimidium occupaverant, nos brevi dierum ſpatio recuperavimus & revocavimus ad demanium, & dominium noſtrum. Volentes igitur imperii, & regni noſtri quietem, & pacem cum conſilio veſtro diſponere, ac in Theutoniam e veſtigio properare, fidelitatem veſtram monemus, & hortamur, & firmiter ac diſtricte præcipiendo mandantes, quatenus hiis receptis litteris in equis, & armis decenter armati veſtrum ad nos feſtinetis acceſſum, quoniam nos univerſis, & ſingulis, pro ſui qualitate ſervitii curabimus reſpondere. Datum apud ſanctum Germanum 3. non. Octob. 3. Indict.*

Civitas Teani Imperatori ſe reddidit, data optione epiſcopo remanendi in regno, & epiſcopatu ſuo, vel exeundi, ſi vellet.

Demanium curiæ Caſſinenſis per dictos Camerarios totum applicatur fiſco Imperiali.

Ad roccam Janulæ vinum, & victualia deferuntur.

Quidam Leo Crinutus Gajetam vadens ex parte Imperatoris ut ſe redderet Imperatori ab ipſis Gajetanis interfectus eſt.

Imperator mutato Caſtellano in rocca Janulæ eam Pandulpho, & Roberto Do-

minis Aquini, necnon caſtellum Pontis curvi, & caſtellum novum committit. Item ducentos milites mittit in Marſiam, quæ tota rediit ad fidelitatem ſuam, excepta turre de Foce.

Bertoldus frater Ducis Spoleti ſe in Marſiam contulit, Imperatore mandante.

Imperator a ſancto Thoma movens caſtra ſua 14. menſis Octobris, pluvia ingruente, reverſus eſt ad ſanctum Germanum, ibique per dies ſeptem moram faciens, inde digreſſus eſt. Iter faciens verſus Aquinum, ſuas orbis principibus dirigens excuſatorias ſuper facto Terræ ſanctæ, ſuper quo ipſum falſo detulerat Patriarcha Hieroſolimitanus ad dominum Papam, quod cum Soldano treuguas firmaverit in ignominiam nominis chriſtiani, ſuper quo teſtimonium invocat venerabilium Wintonienſis, & Ciceſtren.. epiſcoporum, magiſtrorum domus ſancti Johannis, & Theutonicorum Mareſcalchi domus Hoſpitalis, & Fratris Aymarii fratrum quoque Predicatorum, qui treuguis initis interfuerant.

Illis diebus antemurale cecidit portarum monaſterii Caſſinenſis.

Tunc nobiles quidam Romani ad Imperatorem apud Aquinum veniunt, ex parte Senatus Populique Romani, cum quo moram per trd uum facientes ad urbem reverſi ſunt.

Tunc etiam juſſu Imperatoris pro munienda terra ſancti Germani, quod homines Terræ ipſis ab Imperatore petierunt, domus nonnullæ hinc inde ex parte Corariæ, & Vallis, funditus diruuntur.

Imperator de Aquino Soram ſe contulit, quam ſuis licet imparem viribus venientem, vi cepit, 4. ſtante Octobris in feſto Apoſtolorum Simonis, & Judæ, & facta eſt cibus ignis Campanis militibus, qui ad civitatis ipſius defenſam congregati fuerant in campaniam fugientibus per Montana, nonnullis civium igne ferroque peremptis. In margine codice ſunt hi duo Verſus.

Vi caperis, vi capta peris, merito peritura,
Sora ruis, tua damna luis, ſero reditura.

Arx tamen Sorellæ ſe ad opus tenet Domini Papæ.

Tunc a Taffuro Caſtellano roccæ Guillelmi traditus in manus Imperatoris Guillelmus de Sora cum quibuſdam aliis, ſuſpenſus eſt extra Soram.

Imperator Menſe Novembris per Inſulam filiorum Petri redit Aquinum, ubi diem feſtum celebrat beati Martini.

Magiſter domus Alemannorum a Papa rediens letos ad Imperatorem rumores defert de compoſitione inter Papam, & ipſum, idemque D. Thomæ de Capua tit. ſanctæ Sabinæ præsbytero Cardinali obviam in Campania vadit, cum quo ad Imperatorem venit Aquinum cum forma concordiæ, quarto ſtante menſis Novembris, & eodem die cum ipſo Cardinale ſe contulit apud S. Germanum.

De Romania quidam Græci cum dextrariis in Sellis, & frenis aureis, & cum pannis ſericis auro textis, & cum innumeris aureis nummis, quæ ipſi Imperatori repreſentant pridie ante exitum menſis Novembris ad ipſum Imperatorem venerunt.

Tunc etiam litteræ factæ ſunt per Imperatorem de remiſſione offenſæ, ſi quam Abbas fecerat, vel Monachi Caſſinenſes, poſt inter ipſum, & Papam ortam diſcordiam. Et litteræ aliæ ad homines Abbatiæ, ut ſicut prius Abbati, & Monachis Caſſinenſibus reſpondeant, & intendant. Terram totam, & loca monaſterii ubicumque per regnum poſita Deo, & D. Benedicto reſtituit.

Dictus Albanenſis epiſcopus conſilio, & ſuaſione dictorum Cardinalium, & magiſtri domus Hoſpitalis Theutonicorum, permittente Imperatore, cum Aquinate, & Aliſano epiſcopis, ac cum campanis militibus, qui ſe cum Albanenſi epiſcopo in Caſino receperant, ſalvi exeunt, & tunc reddidit ipſis epiſcopis ſuam gratiam Imperator, & monaſterium, ac tota terra ſua curæ committitur magiſtri domus Alemannorum prædicti, qui quendam de domo ſua Fratrem Leonardum procuratorem conſtituit nomine ſuo uſque ad reditum ſuum ab urbe, ad quam ipſe magiſter domus Theutonicorum iterum vadit juſſu Imperatoris, una cum Albanenſi epiſcopo pro quibuſdam capitulis, pro &c. Quibus inter ipſum, & dominum Papam diſcordia erat.

Tunc in Venafro, Sernia, & Teano pecuniariæ exactiones, fiunt Imperatore mandante. In ſancto Germano, & per totam Abbatiam Annona pro equis Imperatoris exigitur a camerariis ordinatis ab eo, ſuperius nominatis, ab univerſis clericis terræ ſancti Benedicti.

Magiſter Thomas Cardinalis de ſancto Germano ſe movens, vadit Sueſſam. Imperator contendit Capuam, ubi cum ingenti gaudio natale Domini celebrat, & tunc multos de Sora, qui captivi tenebantur, ibidem ſuæ reddidit libertati.

## MCCXXX.

Menſe Januarii. Imperator per quemdam Fratrem Seimbactum de domo Theutonicorum mandat dicto Fratri Leonardo Procuratori Caſſinenſi relicto a magiſtro domus Theutonicorum, ut de S. Germano, & alia terra monaſterii 40. eligeret homines ad cuſtodiam monaſterii Caſſinenſis; Qui juſſu Imperatoris eos elegit, Sacramento ab eis præſtito ſub hac forma.

*Ego talis juro ad hæc ſancta Dei evangelia, quod ab hodie in antea fideliter cuſtodiam, & ſalvum faciam monaſterium Caſſinenſe, perſonas monachorum, & aliorum, qui pro parte magiſtri domus Alemannorum in ea fuerint conſtituti, & res eorum, & monaſterii. Non ero in facto, conſilio, vel conſenſu qualiter in alterius deveniat manus, nec ego illud reddam, quamdiu cuſtodia deputatum eſt magiſtri, domus Theutonicorum, & ego ibi manſero.*

Imperator de Capua ſe movens verſus Apuliam apud Melfiam vadit, ubi ad eum vadunt

Regi-

Reginus Archiepiſcopus, & dictus Theutonicorum magiſter a Romana curia redeuntes, qui & iterum miſſi a Ceſare, ad Papam vadunt menſe Januarii.

Menſe Februarii primo die menſis ejuſdem Romæ Tiberis fluvius per alluvionem uſque adeo inundavit, quod occupavit de domibus urbis uſq; ad S. Petrum, & uſque ad S. Paulum, quod tanti cauſa timoris Romanis omnibus extitit, ut mox de communi conſilio metu mortis dominum Papam ad urbem de Peruſio revocarent; Qui rediens a Senatu Populoque Romano, ingenti cum gaudio eſt receptus.

Reginus Archiepiſcopus, & magiſter domus Theutonicorum ab Urbe ad Ceſarem revertuntur quem apud Precinam inveniunt.

Eodem menſe quidam magiſter Guillelmus de Capua Imperatoris notarius, venit ad ſanctum Germanum cum litteris Imperialibus, ut ſi quis eſſet, vel eſse vellet in apparatu militari, ad ſervitium Imperatoris, ipſe Imperator immunem eum ab omni ſervitio faceret, & de armis, & equis ſuis eſſet ad reditum ſuum.

Menſe Martii dictus Cardinalis ſanctæ Sabinæ de Sueſſa diſcedens Gajetam ſe contulit, ubi tunc Epiſcopus venerat Tuſculanus, qui vocaverat ipſum.

Iterum autem predicti Reginus Archiepiſcopus, & magiſter domus Theutonicorum ad Papam redeunt, & alter eorum ſcilicet magiſter domus Theutonicorum Gajetam vadit, cum quo dictus Cardinalis redit ad urbem. Tuſculanus autem tunc venit Pontemcurvum cum dicto Fratre Leonardo. Quique a Pontecurvo Ceperanum vadit, per quos tranſitum habens Reginus Archiepiſcopus, ad Urbem profectus eſt, ubi pro compoſitione inter Papam, & Ceſarem facienda Dux Auſtriæ, Dux Carinthiæ, & Dux Moraviæ venerant ſimul cum Patriarcha Aquilegienſi, & Salſeburgenſi Archiepiſcopo.

Tunc Frater Leonardus in rocca Draconis Caſtellanum ponit Anneum de Rivo Matricio.

Dictus Tuſculanus revocatur ad Urbem qui cum tribus aliis Cardinalibus, & cum principibus Alemanniæ ſupradictis, pacis bonum inter Papam, & Ceſarem electi ſpecialiter tractaverunt.

Quedam Apuliæ civitates, ſcilicet civitates Alarinum, ſanctus Severus, Caſale novum, & Fogia veniunt ad mandatum Imperatoris, Quæ ſibi antea rebelles extiterant, & redeunt ad mercedem ſuam.

Menſe Aprilis Duces predicti cum Regino Archiepiſcopo, ac magiſtro domus Theutonicorum redeuntes a Papa cum tractatu, & forma concordiæ in Apuliam ad Ceſarem vadunt. ubi cum eo apud Fogiam Paſcha Domini celebrant.

Decimo die menſis ejuſdem Philippus de Citro Comeſtabilis Capuæ magiſter eſt operis S. Germani per Ceſarem inſtitutus, & litteras Imperiales ad homines Terræ ipſius, & ad alios omnes de terra monaſterii detulit, & mandatum quatenus ſuper facto monitionis terræ S. Germani ſibi intendere, & reſpondere deberent in faciendis muris, ubi opus eſſet turribus, & foſſatis, exceptis hominibus ſancti Angeli Theodici, quod caſtrum muniri præcipit Imperator.

Gregorius Papa in die ſancto Jovis Raynaldum dictum Ducem Spoleti excommunicat, & Bertholdum fratrem ejus.

Stephanus de Anglone Terræ Laboris juſtitiarius Imperatore mandante, utramque Inſulam filiorum Petri, & Solaratam, Caſtelluccium, & Paſtinam recipit, & cuſtodiri facit ad opus Imperatoris, Broccum, & Peſclum Soldulum deſtrui, & comburi fecit, illorum cogens incolas ad loca alia demigrare, muros evertens Paſtinæ, nec non Turres ipſius, & predictam Inſulam ſimiliter, tamque ipſam inſulam, quam caſtrum Paſtinæ igne combuſſit.

Dux Auſtriæ Limpuldus nomine cum Patriarcha Aquilegenſi, & aliis ſupradictis ab Imperatore de Apulia rediens, & ad Papam vadens cum eis ad Landulphum Caſſinenſem Abbatem, & Conventum ejuſdem ex parte Imperatoris litteras detulit in hac forma.

*Fridericus &c. Venerabili Abbati Caſſinenſi, & Conventui ejuſdem &c. Ecce quod ad ſupplicationem dilecti principis noſtri Ducis Auſtriæ, & Stiriæ, ac venerabilis magiſtri Domus Alemannorum devoti noſtri recepimus vos de abundantia pietatis noſtræ in gratiam mageſtatis noſtræ omnem offenſam, quam contra noſtram excellentiam, pro præſenti diſcordia inter nos, & D. Papam habita a principio diſſenſionis uſque in hodiernum diem decimum octavum Aprilis tertiæ indictione viſi eſtis commiſiſſe, penitus relinquentes. Ceterum ea quæ vobis prædictus Dux, & magiſter Theutonicorum retulerint ex parte culminis noſtri indubitanter credatis. Datum Fogiæ &c.*

Eodem menſe Aprilis in Græcorum Imperio factum eſt prælium inter Græcos, in quo Commiano captus eſt, & utroque lumine orbatus.

Menſe Madii Alemanniæ principes a Papa ad Ceſarem redeunt relicto Regino Archiepiſcopo, cum quo Sabinenſis epiſcopus, & Thomas ſanctæ Sabinæ Cardinalis pro abſolutione Imperatoris in regnum veniunt, & præmittentes ad ipſum Imperatorem magiſtrum domus Alemannorum, qui veniſſe Cardinales annunciat, ipſumque Imperatorem, ut veniat verſus Capuam accelerare debeat. Cardinales ipſi cum regni Prælatis, qui a facie Imperatoris fugerant, & in regnum ſub ſpe compoſitionis inter eccleſiam & ipſum redierant cum eiſdem elegerunt apud S. Germanum facere ſtationem.

Tunc Imperatoris juſſu foſſata, & muri Fogiæ, Caſalis novi, & ſancti Severi replentur, & ſternuntur ad ſolum. Quod cum ipſis Cardinalibus innoteſceret, qui prævenire Imperatorem voluerant verſus Capuam properantes a Teano ad S. Germanum reverſi, Prælatos omnes, excepto Abbate Caſſinenſe, redire Ceperanum juſſerunt, & ipſi ſe mox cum predicto Caſſinenſe Abbate qui eos eſt e veſtigio ſuo ſecutus Capuam contulerunt, ubi penultimo Madii ad eos veniens Imperator, cum formam non acceptaret con-

cordiæ, quia Santagatenſem, & Gajetam retinere volebat eccleſia, recedentes a Capua, Sueſſam ſe conferunt Cardinales, ubi cum Gajetanis loquentes, quos ſub ſecuro ducatu Abbatis Caſemarii magiſtri Petri de Vinea, & Philippi de Citro Comeſtabilis Capuæ ad ſe venire fecerant, cum ipſos ad Imperatoris vota flectere nequiviſſent, ad ſanctum Germanum reverſi ſunt, ubi cum diu eſſet de concordiæ forma tractatum, nec poſſet auctore faciente diſcordiæ, conſummari, opportuit iterum magiſtrum domus Theutonicorum ad dominum Papam, ſimul cum Regino de Lombardia Epiſcopo laborare, qui ſerio ad Imperatorem venerat pro pace inter ipſum, & eccleſiam reformanda. Qui cum ſine effectu rediret, conſequenter ad Papam redeunt, & tunc cum eis quidam frater Gualo mittitur de Ordine Prædicatorum, forma concordiæ acceptata, & ipſe Papa urbem exiens venit apud Cryptam Ferratam. Imperator vero de Capua jam venerat ad ſanctum Germanum ubi dicitur Fr. Gualo in hora ſerotina allocutus eſt ipſum, & ad verbum illius ſatisfacere eccleſiæ annuit Imperator, propter quod in ſignum letitiæ in ſancto Germano ſunt per omnes eccleſias ſigna pulſata, & idem Fr. Gualo ad Papam, quem apud Anagniam reperit ſub feſtinantia remeavit. Igitur die martis nono ſtante Julii in feſto ſancti Appollinaris predicti Sabinenſis epiſcopus, & ſanctæ Sabinæ Cardinalis in majori eccleſia ſancti Germani, preſentibus Patriarcha Aquilegienſi Salſeburgenſi Archiepiſcopo, Ratiſponen., & Regino epiſcopis Carinthiæ, ac Moraviæ Ducibus, Principibus Alemanniæ. Tunc enim Dux Auſtriæ graviter infirmabatur aſtantibus quoque ibidem regni Prælatis, Panormitano, Regino, ac Barenſi Archiepiſcopis, nec non Caſſinen. Caſemarii, & ſancti Vincentii Abbatibus, & Prelatis aliis, qui cauſa metus de Regno ſeceſſerant. Raynaldo dicto Duce Spoleti, & Thoma de Aquino Acerrarum comite Henrico de Morra magiſtro Juſtitiario, aliis regni juſtitiariis, & Baronibus, ac plebeis, de ſatiſfaciendo ſanctæ Romanæ eccleſiæ pro hiis quibus excommunicatus fuerat recipiunt ab Imperatore publice juramentum. Tunc in anima ſua jurante pro eo Thoma de Aquino Acerrarum Comite, & prelatis, ac principipibus Alemanniæ jurantibus cum eo ſubſcripta capitula. Tunc Salſeburgenſis Archiepiſcopus, ad Imperatoris excuſationem longo tenuit ſermone diem, cui dictus ſanctæ Sabinæ Cardinalis luculenta non minus oratione reſpondit.

Privilegium Principum Alemanniæ.

*In nomine Domini Amen. Nos Bertoldus Aquilegien. Patriarcha & . . . . . . . . . Archiepiſcopus Salſeburgenſis . . . . . . . . . Epiſcopus Ratiſponen. Limpuldus Auſtria, ac Stiria . . . . . Carinthia, & Ottho Moravia Duces Dei gratia Principes Imperii per preſens ſcriptum notum fieri volumus univerſis, quod inter ſacroſanctam Romanam eccleſiam matrem noſtram, & Dominam, & Sereniſſimum Dominum noſtrum Fridericum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, Hieruſalem, & Sicilia regem convenit, quod de communi eorum voluntate tractabitur de via invenienda qualiter ad ipſum Dominum Imperatorem cum honore eccleſia, Gajetana, & Sancta Agatha civitates, & omnes cum bonis ſuis de regno Sicilia, quos in fide ſua recepit eccleſia, & in eccleſia devotione perducant revertantur. Ad quem tractatum datus eſt annus, niſi antea via valeat inveniri, ad quam inveniendam dicta mater eccleſia curam, & ſollicitudinem adhibere promiſit, nec ultra terminum niſi de conſenſu partium prorogabitur, ſed ſi, quod abſit, infra ipſum terminum via inveniri non poſſit, ex tunc per arbitros communiter eligendos procedetur in via, ut dictum eſt, eligenda, quorum ſint duo ex parte eccleſia, & duo ex parte Imperatoris. Qui ſi concordare non poterunt, quintum eligent, & dicto majoris partis ſtabitur. Praſtitit autem Dominus Imperator juramentum per Thomam de Aquino Acerrarum Comitem, de mandato ſuo in anima ſua jurantem, quod interim pradictas Terras & homines non offendet, nec permittet offendi a ſuis, & viam, qua invenietur, per communem tractatum ſancta Romana eccleſia, & ejuſdem Domini Imperatoris, vel per arbitros ipſe Dominus Imperator obſervabit.*

*Notum quoque facimus, quod Dominus Imperator remittit omnem offenſam Teuthonicis, Lombardis, Tuſcis, & hominibus Sicilia generaliter, & Gallicis, qui contra eum Romana eccleſia adhaſerunt, ac dictum Acerrarum Comitem fecit jurare, quod nullo unquam tempore predictos offendet, nec permittet offendi, pro eo quod contra eum orta diſcordia, Romana eccleſia aſſiſterunt, ſed pacem eis ac eccleſia obſervabit. Remittit etiam ipſe Dominus Imperator ſententias, conſtitutiones, & banna, ſi qua per eum, vel per alios, lata, vel edita ſunt occaſione hujuſmodi, contra eos. Promittit etiam quod terras eccleſia in Ducatu, & Marchia, ſeu alio Patrimonio eccleſia non invadet, nec devaſtabit per ſe, vel per alios, ſicut, in ſcriptis ab ipſo domino Imperatore factis ſuper predictis omnibus, bullis aureis impreſſis, ac typariis S. Majeſtatis munitis, plenario continetur, nos autem nihilominus tactis ſacroſanctis Evangeliis, juravimus procurare bonam fide, quod predictus dominus Imperator predicta ſervabit, & contra ea non veniet. Quod ſi fieret niſi infra tres menſes in regnum, infra quatuor in Italiam, infra quinque extra Italiam duxerit emendandum, potenter, ac patenter ad requiſitionem eccleſia aſſiſtemus ei contra eumdem Dominum Imperatorem, donec ſatisfecerit, Quod ſi per dominum Imperatorem ſteterit, quod arbitros non elegerit, vel arbitros impediverit ne procedant, nos eccleſia tenebimur, ut eſt ſcriptum. Si autem eccleſia arbitros dare noluerit, vel datos impediverit, ne procedant, nos ex tunc quantum ad hunc Articulum non tenebimur juramento. Ad cujus rei memoriam pre-*

Digitized by Google

*preſens ſcriptum fieri fecimus ſigillis noſtris communitum. Actum apud S. Germanum anno 1230. menſe Julii 23. die menſis ejuſdem Indictione 3.*

Igitur eodem die predicti Cardinales vice domini Papæ dederunt domino Imperatori ſub debito præſtiti juramenti firmiter in mandatis, ut reſtituat quidquid occupatum eſt per ipſum, vel alios miniſtros ſuos in Marchia, vel Ducatu, ſeu in alio Patrimonio eccleſiæ, & quidquid occupatum eſt per ipſum vel miniſtros vel bajulos ſuos de caſtris ſeu de poſſeſſionibus monaſteriorum, & ſpecialiter monaſterii S. Quirici de Introduco eccleſiarum, Templariorum, Hoſpitaliorum, Baronum, & aliorum nobilium de Regno, vel undecumque, nec non & ceterorum qui in hoc negotio contra ſe Romanæ eccleſiæ adheſerunt, & quod reſtituet Tarentinum archiepiſcopum, omnes epiſcopos, & prelatos, qui ſunt excluſi ad ſedes, & loca ſua, & ad omnia bona ſua extantia. Item ſub eodem juramento mandarunt, ut de cetero nullus clericus in civili, vel criminali cauſa conveniatur ſub judice ſeculari, niſi ſuper feudis civiliter conveniatur, & quod nullus talleas, vel collectas imponat eccleſiis, monaſteriis, clericis, & viris eccleſiaſticis, ſeu rebus eorum, & quod electiones, poſtulationes, & confirmationes eccleſiarum; ac monaſteriorum libere fiant in regno ſecundum ſtatuta Concilii generalis.

Die Mercurii octavo ſtante Julii, in vigilia B. Jacobi rediens a domino Papa ad S. Germanum Fr. Gualo de auctoritate Apoſtolica reſtitui juſſit a Cardinalibus in S. Germano, ac tota terra monaſterii divina officia, quæ per Albanenſem epiſcopum fuerant interdicta, ubique etiam per regnum mandatum eſt celebrari divina, illis excluſis, qui in Marchia fuerant cum Raynaldo Duce Spoleti.

Trajectum ac Sugium cum Comitatu Fundano comiti Rogerio de Aquila reſtituitur, Imperatore mandante.

Landulpho Caſinenſi abbati monaſterium libere reſtituitur, & rocca Janulæ, quam ſicut in pactum venerat, cuſtodiendam commiſit Fratri Leonardo ſæpe fato de domo Theutonicorum, qui eam ſervandam commiſit Raynaldo Belegrimi de S. Helia, de quo tamquam de fideli Ceſaris confidebat, recepto ab eo juramento, ut fideliter illam cuſtodiat donec Imperator ipſe ſit ab excommunicationis vinculo abſolutus.

Tunc Theanenſis, Aliſanus, Venafranus epiſcopi, & prælati alii de regno excluſi ad ſedes proprias libere revertuntur.

Imperator ultimo die menſis Julii de S. Germano exiens in hora veſpertina, Aquinum ſe contulit.

Ea die peſtis quedam, quæ Bruchus dicitur totam Terram monaſterii occupavit, quæ milia omnia, & quidquid viride rodendo vaſtavit.

Limpuldus Dux Auſtriæ, & Stiriæ, die Dominico, in feſto ſanctorum Nazarii, & Celſi apud ſanctum Germanum naturali morte defecit, cujus oſſa delata ſunt more Theutonico in Theutoniam, & caro apud Caſinum cum honorificentia tumulata.

Menſe Auguſti die prima Imperator ad roccam Arcis ſe contulit. Qui tunc caſtrum Pontiſcurvi, & Pedemontis, & Caſtellum novum reſtitui mandat abbati Caſinenſi a Dominis Aquini, qui ea ſervabant ad opus ſuum.

Eodem menſe litteræ in S. Germano venerunt, quas quidam magiſter Joannes de civitate Toleti omnibus per Orbem Chriſticolis vulgandas tranſmiſit, quarum tenor talis eſt. Epiſtola miſſa a Magiſtro Johanne Toletano.

*Anno a nativitate Domini 1229. uſque ad annos 7. menſe Septembris, Sole exiſtente in Libra, & cauda Draconis, ibidem erit admirabilis res rerum mirabilium, & mutationis temporum ſignificata. In menſe illo fiet terremotus mirabilis, ac deſtruet multa loca, per Saturnum, & Martem, manentes in ſignis aeris, ac erit infirmitas, & mortalitas valida. Oſtendet etiam eadem conjunctio ventum validum denigrantem aera, & obſcurum reddentem, & venenis infectum, & repletum, & in vento voces terribiles corda hominum obſtruentes, & a regionibus arenoſis ſablonem ſublevans, ac ſupra civitates ſitas proximas plagam deducens, & cooperiens eas, ita etiam, quod eas ſuffocabit, & primo deſtruet civitates Orientales, & nominatim Thetam, Baldach, Capolim, Babyloniam, & omnes civitates arenoſis locis ſitas, vel proximas, ita quod nulla earum evadet, quin arenis tota operiatur. Erit iterum eodem anno, prius quam planetæ conveniant iu Libra, Eclipſis Solis, quæ totum corpus illius obſcurabit, & hac operatione precedente, Luna tota patietur eclipſim. Erit eclipſis Solis ignei coloris, & deformis, oſtendens maximum futurum bellum cum effuſione ſanguinis, prope fluvium in terra Orientis, & ſimiliter in terra Occidentis, & erit dubietas & ignorantia inter Saracenos, ita quod penitus Sinagogas, Maumerias, & ſecreta eorum relinquent. Veruntamen notum ſit omnibus qui eclipſim Solis videbitis, cum omnibus veſtris a Terra exeatis, & ut hæc firmiora, & certiora teneatis, antequam eclipſis Solis, & Luna fiat, erit terremotus, mortalitas, fames valida, prælia, & careſtia fere per totum Orbem, & tunc quidam maximus Imperator morietur. Et menſe Septembri poſt eclipſim Solis, & Luna mare ultra ſolitum creſcet, ac omnes fere venti flabunt, ita quod nulla navis in mari evadet arbores evellent, edificia ſubvertent venti, & terremotus, unde ſi vultis evadere in planis circumdatis montibus facite cooperturas trabium, & terram ſuperponite, quæ ſint longe a plagiis, & montanis locis, ac ubi non ſint arbores prope, quibus os caverne poſſit operiri, & in eis introite cum familia veſtra, & rebus neceſſariis per triginta dies, & plus abundanter vobis, & familia veſtra, & hac ad redemptionem animarum veſtrarum ignorantibus denunciate. In hiis enim nobiſcum concordes ſunt omnes Aſtrologi, & Geomantici Toleti Hiſpaniæ, Æthiopiæ, & aliarum Provinciarum diverſarum gentium Chriſtianorum, Saracenorum, & Hebræorum, & omnes Philoſophi hoc affirmant. Et hoc unum in veritate ſcimus, quod*

rex

Digitized by Google

*rex Mathemelinus turrem facit cum fabrica eminentiorem omnibus fabricis, & groſſiorem, & ampliorem ad inſtar maximi Montis, ita quod omnes ſui habent expenſas in ipſa fabrica; Et idem audimus de rege Siclo, quæ periculoſa videntur &c.*

Sabinenſis epiſcopus, & Cardinalis S. Sabinæ die Lunæ, quinto intrante Auguſti recedentes de S. Germano, Ceperanum ſe conferunt, ad quos vadit ipſe Imperator, & exterius caſtrametatus eſt, præcepitque militibus ſuis oſtentationem facere in equis, & armis.

Ipſo menſe Auguſti in feſto beati Bartholomei Apoſtoli fulgur de cœlo veniens, campanile Caſinenſe percuſſit, & totam ejus ſummitatem projecit in terram, ſalvis tamen campanis, quæ erant in eo. Interea laborantibus hinc inde nunciis ex parte Papæ, & Imperatoris Magiſtro domus Theutonicorum, & Principibus Alemanniæ ſupradictis, pax eſt inter ipſum Papam, & Ceſarem reformata, & quædam arces regni traditæ ſunt ſervandæ magiſtro domus Theutonicorum, uſque ad certum tempus, pro majori eccleſiæ firmitate, & tunc Imperator ipſe in caſtris ante Ceperanum, in capella S. Juſtæ, die Mercurii, in feſto beati Auguſtini, per Sabinenſem eſt epiſcopum ab excommunicationis vinculo abſolutus. Similiter & omnes ſui, ac ultimo menſis Auguſti vadit Anagniam, locuturus cum Papa. Interea ſuas per totum regnum generaliter litteras pro libertatibus monaſteriorum, eccleſiarum, perſonarum eccleſiaſticarum, & rerum illarum dirigit in hac forma.

*Fridericus &c. Comitibus, Baronibus, Juſtitiariis, Camerariis, & bajulis in regno Siciliæ conſtitutis &c. fidelitati veſtræ per præſentium ſcripta mandantes, præcipimus firmiter, ut nullus veſtrum Monaſteriis, Eccleſiis, perſonis eccleſiaſticis, aut rebus eorum talleas, vel collectas præſumat imponere, ſalvis illis ſervitiis, ad quæ certæ eccleſiæ, vel perſonæ tenentur nobis ſpecialiter obbligatæ. Datum in Caſtris ante Ceperanum 24. menſis Auguſti Ind. 3.*

Mittit etiam ſuos nuncios, & litteras ad omnes civitates, & caſtra de Marchia quæ ſibi fidelitatem fecerant, ſub comminatione diffidationis, ut ad fidem redeant Romanæ eccleſiæ, & mandatum ejuſdem.

Menſe Septembris 1. die menſis ejuſdem, qui fuit dies Dominicus. Ceſar invitatus a Papa, cum eſſet in caſtris in pede Anagniæ magnifice comitatus a Cardinalibus, & nobilioribus civitatis intravit Anagniam, & eo die cum Papa ſedit in menſa, & ſolus cum ſolo, magiſtro tamen Theutonicorum præſente in Papali camera, conſilio longo ſe tenuere diu, ac die Lunæ ſequenti, cum gratia Papæ, & Cardinalium ad caſtra reverſus eſt. Tunc Joanni de Poli conceſſit Comitatum de Albe propter civitatem Fundanam, quam abſtulit ei, & reddidit eam Roggerio de Aquila, cum toto Fundano Comitatu. Tunc etiam Abbas S. Vincentii, & Prælati qui Imperatori adherentes excommunicati fuerant, ad preces Imperatoris a Papa abſoluti ſunt. Imperator a Papa diſcedens die Mercurii, applicuit die Jovis apud S. Germanum, indeque diſcedens poſt prandium ſub celeritate ſe Capuam contulit, exinde verſus Melphiam profecturus.

Rex Theſſalonicenſis obiit Melphiæ, Prælati, & Principes Alemanniæ in ſua recedunt.

Belvacen. epiſcopus, qui de Gallia venerat in auxilium eccleſiæ per Papam Dux Spoleti efficitur.

Raynaldus Dux Spoleti vadit Introducum, ubi aliquamdiu moram faciens in Apuliam ad Imperatorem redit.

Menſe Novembris Gregorius Papa revocatus a Senatore redit ad Urbem. Eodem menſe magiſter Guillelmus de S. Germano domini Papæ Cappellanus canonice electus in archipresbyterum S. Germani aſſumptus eſt.

In Apulia Imperatoris juſſu capiuntur Matteus Marchafab. Magiſter Camerarius, judex Philippus de Magdalone, judex Guillelmus de Salerno, notarius Adam, & notarius Joannes.

Tunc pro correctione, & honeſtate vitæ clericorum generales idem Papa per totum regnum ad Metropolitas, & eorum ſuffraganeos, litteras dirigit in hac forma.

*Gregorius &c. Venerabilibus in Chriſto Fratribus archiepiſcopis, & epiſcopis per Regnum Siciliæ conſtitutis &c. Si cavendum eſt vobis, ne ſanguis ſubditorum de veſtris manibus requiratur clericorum culpas, quæ periculoſa ſunt propter officii dignitatem non debetis relinquere incorrectas. Horum enim quanto eſt gradus altior, tanto gravius caſus exiſtit, & exceſſus ipſorum vehementer in exemplum extenditur dum in excuſationem illorum dicitur, ſufficit diſcipulo ſi ſit ſicut magiſter ejus, ſicque per eos facientes delinquere populum, nomen Domini blaſphematur, cum non ſoleant facere qui ſequuntur, niſi quod eos, qui præcedunt, viderint facientes. Licet autem corrigendi ſunt omnes claricorum exceſſus, & mores eorum, & actus in melius reformandi, ſpecialius eſt tamen in eis incontinentiæ vitium exprobrandum, cum non deceat per immundos ſancta tractari, & fœdatos libidine menſæ Domini miniſtrare. Unde Abimelech ſacerdos David legitur reſpondiſſe, ſe ad manus panes laicos non habere, ſed ſolummodo panem ſanctum, quem mundis pueris, maxime a mulieribus, obtulit manducandum. Ut igitur judicium de domo Domini prodeat, præſentium vobis auctoritate mandamus, & in virtute obedientiæ diſtricte præcipimus, quatenus uſque ad tres menſes clericorum veſtrorum tam incontinentiæ vitium, quam exceſſus alios corrigentes præſertim ſuper cohabitatione mulierum, eos diligenter, & ſolicite corrigere ſtudeatis; taliter circa vos ipſos invigilare curantes, quod commendatione magis, quam correctione dignum in vobis valeat inveniri, alioquin ſi qui veſtrum, quod non credimus, præcepti noſtri fuerint contemptores, ex tunc infra menſem reſponſuri, nobis de contemptu perſonaliter ad ſedem Apoſtolicam accedere non poſtponant, attentius præcaventes, ne in commiſſo vobis negotio, quæ ſunt veſtra, non quæ Jeſu Chriſti quæratis, ſi proprium vultis periculum evita-*

Digitized by Google

*evitare. Ceterum vos Archiepiſcopi contra Prelatos veſtræ Provinciæ, & alios, qui ſunt infecti vitio Simoniæ, cum tales Dominus facto flagello de reſticulis de templo ejeciſſe legatur, ac eos, qui Ultramontanos ſine commendatitiis litteris Epiſcoporum ſuorum auſi ſunt ad ordines promovere, ac eos, qui dicuntur incontinentiæ vitio laborare, inquiratis ſolicite veritatem, & quod inveneritis, nobis infra prædictum tempus reſcribere procuretis, ut per veſtram relationem inſtructi procedamus, prout viderimus expedire. Datum Anagniæ* v. *Kal. Novembris, Pontificatus noſtri anno* IV.

Menſe Decembris Imperator apud Precinam Natale Domini celebrat.

## MCCXXXI.

Menſe Januarii ſuas Imperator litteras mittit ad Stephanum de Anglone Terræ Laboris Juſtitiarium, ut diligenter inquirat de promiſſis Imperiali Curiæ factis, & ſi qua poſt transfretationem ſuam facta ſunt conceſſionum privilegia, per Raynaldum Ducem Spoleti, ſive ſuo, ſive ipſius Ducis ſigillo ſignata, aliquibus perſonis ea Imperiali curiæ uſque ad feſtum Purificationis B. Virginis præcipiat præſentari, alioquin ex tunc in antea nullam habeant firmitatem. Precipiat etiam omnibus Ravellenſibus, ut uxores, & familias ſuas uſque ad feſtum Pentecoſtes remittant Ravellum ſub pœna perſonarum, & rerum. Inhibeat etiam omnibus illis, quibus licentia data fuit edificandi occaſione ortæ diſcordiæ inter Imperium, & Eccleſiam ſub pœna prædicta, ne in terris, aut caſtris ſuis edificare præſumant. Item mandat generaliter univerſis, qui de fœudis ſervire tenentur, tam Prælatis, quam cæteris aliis, ut ana decem fœuda conferant, de quibus Comes, vel Baro, qui decem fœudis præerit, & pluribus melior, nec non ditior, qui inter participes, & poſſeſſores invenietur. Eligi debeat, & taxari, & præparari ſe debeat in duobus equis, ſomerio uno, & armis, ac cæteris proportionaliter, & habeat pro Corredo unius anni unc. L. præfixo termino proximi paſſagii menſ. Martii in portu Brunduſii præſentandus, ut ab inde ſecundum ſuam diſpoſitionem debeat transfretare. Item ad inquirendum ſi qui fuerint a talleis, & collectis exempti, ſive potentia, prece, prætio, amore, vel timore cujuſque. Mittit judicem Rogerium de Aſculo, & J. Comeſtabilem Corneti, ut univerſis, & ſingulis prædictorum collectam imponant.

Menſe Februarii Imperator verſus Tarentum properat, ubi diſponit curiam regere generalem.

Eodem menſe nonnulli Paterenorum in Urbe inventi ſunt, quorum alii ſunt igne cremati, cum inconvertibiles eſſent, alii donec peniteant ſunt ad Caſinenſem eccleſiam, & apud Cavas directi.

Imperator pro capiendis Paterenis apud Neapolim mittit Reginum archiepiſcopum, & Richardum de Principatu Mareſcalcum ſuum de quibus aliqui ſunt inventi, & vinculis mancipati.

Collecta ubique per regnum juſſu Imperiali a judicibus, & tabellionibus demanii exigitur.

Rex quondam Hieroſolimitanus de Francia rediens, & de partibus ultramontanis venit Peruſium, ubi venturum expectat Dominum Papam, cum quo loqui deſiderat, quia non vult ſe conferre ad Urbem.

Menſe Aprilis magiſter domus Alemannorum de Alemannia ad Imperatorem redit.

Eodem menſe Romanorum exercitus ſuper Viterbium vadit.

In civitate Conſtantinopolitana terremotus magni fuere, per quos eccleſiarum, & domorum vaſtitas magna fuit.

In Apuliæ finibus, & aliis regni partibus, ad deſtruendam peſtem brucorum innumeram, generale a Ceſare edictum exiit, ut ſinguli de ſingulis terris, in quibus invaluerat peſtis illa, ſummo mane ante Solis ortum deberent capere quatuor tuminos de brucis ipſis, & aſſignare quatuor juratis de terra qualibet, ad comburendum, ſub pœna unius unciæ auri unicuique ſi ad hoc negligens fuerit, vel remiſſus, ac hoc ſingulis terris præcipi mandavit, ſub pena centum unciarum auri ad opus fiſci Imperialis.

Menſe Maii dictus Raynaldus Dux Spoleti cum non poſſet Imperatori ſufficientem ponere rationem, aut fidejuſſoriam cautionem præſtare, apud Fogiam, juſſu Imperatoris captus eſt, & cuſtodiæ traditus, ac bonorum omnium amiſſione mulctatus, quare Bertoldus frater ipſius Ducis contra Imperatorem in Introduco ſe recipit.

Eodem menſe Romanorum exercitus ſuper Viterbium vadit, ab hiis de Monte Flaſcone juratoria cautione recepta, ne ſubſidium aliquod illis de Viterbio conferre deberent.

Reginus archiepiſcopus ab Imperatore nuncius ad Papam vadit, & veniens ad S. Germanum inquiſitionem facit fieri de infamibus, & ſuſpectis.

Menſe Junii primo die menſis ejuſdem circa meridiem, qui erat dies Dominicus, terremotus magnus factus eſt ſubito in S. Germano, & per vicina loca, qui die ipſo nonnulla eccleſiarum campanilia, ipſas etiam eccleſias, firmas turres, & domos plurimas, in civitatibus, & caſtellis evertit, qui, quod dictu, & auditu mirabile eſt, terræ fundamentis concuſſis limpidos aquarum fontes de S. Germano in fœcis feculentæ colorem mutavit, & talis color aquarum per duas ferme horas duravit, ſaxa dirupit, propter quod homines timentes vivos a terra ſorberi, in multa contritione, & luctu pœnitentiam agentes, ſuas Domino præ timore mortis animas commendabant. Terremotus iſte intonuit die illo, & hora predicta a Capua uſque Romam, & terra mota eſt. Et tunc de Coliſeo concuſſus lapis ingens everſus eſt, & quia duravit ultra menſem terræmotus hujuſmodi interdum plus, interdum minus, attoniti ho-

Digitized by Google

ti homines, dimiſſis laribus, & locis propriis, ne domorum illos ruina contereret ad agros exibant. Tunc juſſu Landulfi Caſinenſis Abbatis fit ad Caſinenſe monaſterium de ſingulis terris ſuis proceſſio generalis diſcalciatis pedibus, in fletu, & planctu.

Ea die, qua terræmotus ipſe fuit, Gregorius Papa Urbem exiens vadit Reate ad quem Barenſis archiepiſcopus, & magiſter domus Alemannorum ex parte Imperatoris vadunt, & Mutinenſis epiſcopus a Papa ad Imperatorem nuncius deſtinatur.

Rex quondam Hieroſolymitanus apud Reate ad Papam vadit, de cujus aſſenſu, ut cum filio Imperatoris Conſtantinopolitani de filia ſua contrahat, & ipſe ſit curator Imperii, donec in minori conſtitutus etate perveniat ad legitimam. Mare apud Venetias intrans vadit collecto exercitu in Conſtantinopolim.

Tunc Imperator domorum omnium Hoſpitalis, & Templi poſſeſſiones, quæ in regno ſunt, & earum fructus jubet capi ad opus ſuum.

Richardus de Principatu Mareſcalcus domini Imperatoris, ipſo Imperatore mandante, ut in Syriam transfretet, quos vult de regno ſibi aſcivit in ſocios.

Conſtitutiones novæ, quæ Auguſtales dicuntur, apud Melfiam, Auguſto mandante conduntur.

Menſe Julii Inquiſitiones fiunt in S. Germano, & per totam terram S. Benedicti per Robertum de Buſſo juſſu magiſtri Juſtitiarii de Compangiis, falſariis, aleatoribus, tabernariis, homicidis, vitam ſumptuoſam ducentibus, prohibita arma portantibus, & de violentiis mulierum.

Exercitus Imperialis Introducum in quo Bertholdus ſe contra Imperatorem receperat obſidet, & devaſtat.

Gregorius Papa requiſitiones ſolidorum a militibus, & ſervientibus Campaniæ fieri mandat, qui eos in fraudem retinuerunt tempore ortæ diſcordiæ inter Eccleſiam, & Imperium.

Beluacenſis epiſcopus, cui Ducatus Spoleti ab eccleſia eſt commiſſus, congregato exercitu ſuper Spoletum vadit, illam in exterioribus devaſtat, nec per hoc Spoletanos ad ſuam habere potuit voluntatem, & ſic inde diſcedens ſupra Mirandam vadit, ubi monetæ, & bullæ Papalis eſſe falſarii dicebantur.

Exercitus Imperialis ab Introduco diſcedit.

Reatini juſſu Papæ ſuper Mirandam vadunt.

Menſe Auguſti de mandato Imperiali per totum regnum ſeta cruda emi prohibetur, ſimiliter ſal, ferrum, & æs emi nonniſi a Doana Imperiali mandatur.

Serra ſuper Celanum firmata juſſu imperiali diruitur.

Eodem menſe magiſter domus Alemannorum in Lombardiam vadit.

Conſtitutiones imperiales Melphiæ publicantur.

Menſe Septembris apud S. Germanum, ſicut per totum regnum pondera, & menſuræ mutantur, ponuntur rotuli, & tumini. Tinctarias omnes de regno ad opus fiſci Imperialis recipi præcipit Imperator, & ſuper hoc ſuas mittit litteras generales, quas cum duo Judæi pro Judæca S. Germani recipienda detulerint, ipſam Reginus archiepiſcopus capi prohibuit, mandans ipſis Judæis, ut ipſam in pace dimittant monaſterio Caſinenſi.

Menſe Octobris Marinus Carazzulus miles Neapolitanus cum filio Annei de Rivo Matricio venientes ad S. Germanum cum litteris Imperialibus, & mandato pro reparatione Caſtrorum Imperialium, requirebant Caſinenſem Abbatem ex parte Ceſaris, ut homines terræ monaſterii mittere deberet ad muniendum Atinum, Caſtrum Cœlii, Roccam Bantræ, & Roccam Guillelmi.

Menſe Novembris Romani comperto, quod Imperator in eorum odium Viterbium receperat, & ad ipſius civitatis auxilium miſerat, quemdam Raynaldum de Aquaviva, *Capitaneum*, & de gente ſua cum eo, pro tuenda republica, magnam pecuniæ quantitatem eccleſiis Urbis in odium Papæ imponunt.

Menſe Decembris Imperator apud Ravennam natale Domini magnifice celebrat, & eo die licentiam dedit omnibus de Regno, qui ſecum iverant in propria revertendi. Nummi aurei, qui Auguſtales vocantur de mandato Imperatoris in utraque Sycla Brunduſii, & Meſſanæ cuduntur.

## MCCXXXII.

Menſe Januarii Præneſtinus epiſcopus, & dominus Oddo cardinalis ex parte *Papæ* Legati ad Imperatorem vadunt, & eo menſe Thomas de Aquino, qui cum Imperatore iverat, ipſo Imperatore mandante, redit in regnum, regni Capitaneus inſtitutus, qui ad S. Germanum veniens, Taffurum quemdam Civem Capuæ in rocca Janulæ, quam uſque tunc Richardus de Guerra per Fr. Leonardum de domo Theutonicorum ſervaverat poſuit Caſtellanum.

Henricus de Morra magiſter Juſtitiarius ad S. Germanum veniens inquiſitiones dudum ibidem factas juſſu imperiali per Robertum de Buſſo Baronem de Comitatu Moliſii *aperiri juſ*ſit, & publicari, unicuique infamatorum, exhibens libellum ſuæ infamiæ, & nomina infamantium illos, quod cauſa fuit magnæ diſcordiæ inter ipſos, & odii magni fomitem miniſtravit. Tunc de mandato ipſius Acerrarum Comitis ſex electi ſunt in S. Germano, qui juraverunt dare Philippo de Citro Comeſtabili Capuæ fidele conſilium, & auxilium, qualiter munitio Terræ S. Germani celeriter compleatur, qui habito conſilio providerunt munitionem ipſam per homines Sancti Germani, & alterius terræ monaſterii in partes debere diſtribui, ſicque factum eſt, & pars operis quibuslibet aſſignata.

Tunc etiam mandato dicti Comitis, & magiſtri Juſtitiarii, Bajuli Imperiales, qui Cavar-

recti

Digitized by Google

recti vocantur per D. Hectorem de Monte Fuſcolo tunc Terræ Laboris Juſtitiarium de S. Germano, & tota terra monaſterii amoveantur.

Menſe Februarii in Sancto Germano Conſtitutiones imperiales, quæ Auguſtales vocantur, publicatæ ſunt, quarum initium eſt. Poſt Mundi machinam providentia divina firmatam, de quibus has inter alias elegi huic operi inſerendas.

### *FEDERICUS Auguſtus.*
### *De fide Mercatorum.*

*Magiſtros mechanicarum artium quorum operis, & operibus homines carere non poſſunt, legaliter, & fideliter ſua opera exercere debere jubemus. Aurifices ſc. qui in auro, & argento laborant. Sellarios, Scutarios, Frenarios, atque Lormerios, Caldararios, fabros, qui aris, & ferri quacumque opera faciunt. Baliſtas etiam facientes, ac arcus, & generaliter omnes artifices cum fide, & ſtudio, prout unuſquiſque artificium melius noverit, volumus operari. Specialiter autem Scutariis, & Sellariis injungimus, ut emptores certiorare fideliter debeant, utrum argento, vel ſtanno ſuperpoſita ſint pictura, & quod ſellas, & ſcuta munire debeant neceſſariis guarnimentis. Boccerios autem, & piſcium venditores, qui vita hominum neceſſaria ſumminiſtrant, & ex quorum fraudibus poſſet non tantummodo rebus, ſed & perſonis etiam maximum dampnum inferri in eorum mercibus, & mercationibus, volumus eſſe fideles, videlicet ut ſcrofas pro porcis, vel carnes morticinas, vel ab uno die in alium reſervatas ſi hac emptoribus non pradixerint, ſeu qualitercumque corruptas, vel infectas in dampnum, & deceptionem emptorum, vendere non praſumant. Venditores etiam piſcium in corruptis piſcibus non vendendis, aut ab uno die in alium reſervatis, ſine pradictione ſimiliter fidem pracipimus obſervari, & ut pradicti omnes, & ſinguli ſuperius nominati rerum vitium vendendarum ex fide predicant, & ut cibos pridie praparatos, & in die altera calefactos ſimiliter ſine pradictione non vendant. Venditores etiam candelarum eas fideliter faciant, nec in eis, in emptorum diſpendium aliquid cera admiſceant, nec in eis niſi bombicinum papirum apponant, vel ſi aliter fecerint exinde emptores cohercere curabunt.*

*Tabernariis autem, & venditoribus vini quibuslibet prohibemus ne vendere praſumant vinum limphatum pro puro. Nullus in Regno noſtro laboret aurum, quod per libram de puro teneat minus quam octo uncias. Similiter & argentum, quod minus undecim unciarum puri argenti per libram tenere noſcatur. Quod optin., ſive venale opus hujuſmodi aurifices per ſe faciant, ſive ab alio recepta materia opus ſingant, ut anulos, fibulas, parapſides, ul. cuppas aureas, ſive argenteas, in quibus aliquid ultra pradictam quantitatem, & formam a pradictis Dominis ammiſceri petatur, & ut omnis artificibus ipſis committendarum fraudum via, & materia precludatur, per loca qualibet duos eligi volumus fide dignos, per terra bajulos ordinandos, quibus imminentibus pradicta omnia in ſtatu conſervari debeant, & debite executioni contradi, ac per eos artificum fraudes noſtra curia nuntientur, quorum officialium nomina per litteras ſub ſigillo, & ſubſcriptionibus eligentium eos, & eorum, qui in hiis conſilium dederint, eligendis ad nos, vel locorum Dominos volumus deſtinari, ut ex approbatione noſtra, & aliorum quorum intererit retineantur ydonei, & non ydonei refutentur, in eorum locum qui minus ydonei fuerint in ſubſcripta forma ydoneis ſubrogandis. Quos officiales, ut officium ſibi creditum fideliter, & diligenter exerceant tactis ſacroſanctis Evangeliis, ſacramenti religione volumus obbligari. Electorum etiam nomina pradictorum in quaternionibus noſtra Curia volumus contineri, ut de eis dubitatio impoſterum oriri non poſſit. Statuimus etiam conſtitutione praſenti, ut bajuli noſtri, qui pro tempore fuerint, operariorum operas, & vindemiatorum, meſſorum, & ſimilium, ſub certa mercede conſtituant, cujus conſtitutionis metam tranſgredi operariis non licebit, quam ſi tranſgreſſi fuerint, & acceptam mercedem ammittant, & quadruplum Curia noſtra ſolvent. Et ut fraudes artificum ſingulorum pena non careant, ſi contra prohibitionem, & ordinationem noſtram in eorum artificiis inventi fuerint doloſo verſari, prima vice deprehenſus in dolo falſa opera faciens, vel cibaria prohibita, ſeu corrupta, vel vinum limphatum pro puro vendendo, libram auri puriſſimi Fiſco noſtro componat, quam ſi propter inopiam dare non poterit, fuſtigetur. Iterato deprenſus in ſimili, manum perdat, tertio deprehenſus talia perpetrare, in furcis mortis periculum ſubeat, quod juſto judicio meruit illicita committendo, & non corrigendo commiſſa. Eadem pena prefectis officialibus imminente, ſi prece, vel pretio, aut amore, ſeu timore corrupti delinquentium Mercatorum, vel Artificum magna Curia noſtra, vel Regionum Juſtitiariis commiſſa neglexerint nuntiare.*

### Idem Auguſtus.

*Mercatores quoslibet, regni noſtri, ſub eiſdem ponderibus, & menſuris magnis, vel minimis, & ſub eiſdem cannis, qua ipſis Curia noſtra dederit vendere volumus merces ſuas, ita tamen, ut ex menſuris majoribus in jure, quod ex eis Curia noſtra, vel cuilibet loci Domino debebatur, nullum collatoribus dampnum, vel prajudicium afferatur, & proportione prioris minoris menſura diligenter attenta, non plus ſolvatur, niſi quantum primitus ſolvebatur. Illud etiam praſenti conſtitutioni noſtra conjungimus, ut vendentes pannos impoſterum, ipſos ultra non abſtrahant, niſi quantum, & quatenus canna protenditur, ſed ſine abſtractionis aliqua violentia, ſicut melius cum emptore convenire poterunt, nulla alia fraude, vel machinatione adhibita, pannos ipſos vendere procurabunt.*

Idem

Digitized by Google

### Idem Auguſtus.

*Ad legitima pondera, & menſuras merces quaslibet vendere volumus venditores. Quicumque autem falſitatem, & fraudem aliam in menſuris, atque ponderibus, vel cannis, inventus fuerit commiſiſſe, aut qui pannos abſtraxerit, unam libram auri puriſſimi Fiſco noſtro componat, quam ſi dare non poterit condemnatus, cum pondere, ſeu menſura ad collum ejus appenſis in ſui pęnam aliorumque exemplum per Terram, in qua fraudem commiſit publice fuſtigetur, & manu ei ſi ſecundo deprehenſus fuerit amputanda, & ſi tertio iteraverit perpetrata, ipſum ſuſpendi jubemus.*

### Idem Auguſtus.

*Pœnam contra mercatores corruptas merces vendentes, & vetitas, ſeu ad falſas menſuras, & cannas, & pondera diſtrahentes noſtris conſtitutionibus præſtitutas in peregrinis deceptis ab eis, volumus duplicari: defenſionem etenim, & ſcientiam noſtram ſuccedere volumus loco imbecillitatis, & ignorantiæ prædictorum.*

### De Medicis, & Medicinis.

*Utilitati ſpeciali proſpicimus, cum communi ſaluti fidelium providemus; attendentes igitur grave diſpendium, & irreparabile dampnum, quod poſſet contingere ex imperitia Medicorum, jubemus impoſterum nullum Medici titulum prætendentem audere practicari aliter, vel mederi, niſi Salerni primo in Conventu publico magiſtrorum judicio comprobatus, de fide, & ſufficienti ſcientia cum teſtimonialibus eorum litteris, tam magiſtrorum, quam ordinatorum noſtrorum, ad præſentiam noſtram, vel alterius, qui nobis a regno abſentibus, in regno remanſerit vice noſtra, ordinatus accedens, a nobis, vel ab eo medendi licentiam conſequatur, pena bonorum ſuorum, & annalis carceris imminente hiis, qui contra hoc noſtræ ſerenitatis edictum auſi fuerint impoſterum practicari.*

*In terra qualibet regni noſtræ dicionis ſubjecta duos circumſpectos, & fide dignos volumus ordinari, & corporali ab eis præſtito ſacramento teneri, quorum nomina ad Curiam noſtram mittentur, ſub quorum teſtificatione electuaria, ſciroppi, & medicinæ legaliter fiant, & ſic facta vendantur, Salerni maxime per magiſtros in phiſica, hac volumus approbari. Preſenti etiam lege ſtatuimus, ut nullus in medicina, vel chirurgia niſi aput Salernum regat in Regno, nec magiſtri nomen aſſumat, niſi diligenter examinatus in præſentia fidelium, & magiſtrorum artis ejuſdem. Conficientes etiam medicinas, ſacramento corporaliter præſtito, volumus obbligari, ut ipſas juxta artis, & hominum qualitates in præſentia juratorum conficiant; qui ſi contravenerint, bonorum ſuorum mobilium ſententia condempnentur. Ordinati vero, quorum fidei ſunt prædicta commiſſa, ſi fraudem in credito ipſis officio commiſiſſe probentur, ultimo ſupplicio feriendos cęnſemus.*

### De Aleatoribus.

*Mores diſſolute viventium impoſite pene formidine, ad frugem melioris vitę reducere cupientes, ſtatuimus, eos, qui ad Datios ex quadam conſuetudine ludunt, & in ludo ipſo continue converſantur, ut nulli alii vacent officio de quo vivant tabernarios, etiam qui tabernas, velut natales lares, & proprios eligerunt, eos etiam qui aleas, & datios tenent, ut ea prædictis ludentibus commodent, volumus inter infames haberi, ita ut nec ad teſtimonium, nec ad officium aliquod publicum admittantur. Judices etiam, & advocatos, & notarios publicos, qui hujuſmodi vilem, & ſordidam vitam ducunt infamia predicta notatos a ſuſceptis etiam jam officiis in perpetuum volumus amoveri. Poſtremo etiam milites, quos ſaltem Equeſtris dignitatis decus deberet a talibus cohercere, ſi fama ſua prodigi, & pudoris ignari ad vilitatem hujus modi deduxerint vitam ſuam, in perpetuum a teſtimonio ſummovemus ab eis, & judicia, quæ viris militaribus ſunt conceſſa, in perpetuum abdicantes.*

### De Dampnis.

*Animalia, in vineis, & poſſeſſionibus cujuſlibet damnum facientia intercepta locorum bajulis, ſeu dominis, ut per eos illati dampni reſtauratio ſubſequatur ſufficiat aſſignari, conſtitutione Regia, quæ ipſa regionum Juſtitiariis aſſignari mandabat in hac parte remota cum diſpendium eſſet forte non modicum provinciam circuire, nec Juſtitiarii de talibus, etiam prout prædeceſſorum noſtrorum, & noſtris Conſtitutionibus eſt expreſſum intromittere ſe debent.*

### Idem Auguſtus.

*Conſtitutione præſenti impoſterum valitura ſancimus, ut amodo ad militarem honorem nullus accedat qui non ſit de genere militari ſine noſtræ celſitudinis licentia ſpeciali. Militibus, qui hactenus per prohibitionem divæ memoriæ regis Roggerii avi noſtri dignitatem fuerunt militarem adepti, ex ſerenitatis noſtræ gratia ſuam retinentibus dignitatem, dummodo vivant militariter, ut eſt dictum; Præſenti etiam edicto illud adjungimus, ut judex, vel notarius publicus aliquis, qui vilis conditionis ſit villanus, aut angararius forſitan itemq: filii Clericorum ſpurii, vel modo quolibet naturales impoſterum creari non poſſunt, nec aliquatenus promoveri.*

### Idem.

*Inſtrumentorum robur, & ſolempnitatem augentes, ut de ipſorum fide nulla dubitatio impoſterum poſſit oriri, ſtatuimus ſi quantitas quæ in contractu deducitur infra libram auri ſubſiſtat de mobilibus, & immobilibus rebus, aut*

quibusli-

Digitized by Google

*quibuslibet cauſis in inſtrumento, duo teſtes boni, & probatæ opinionis ſubſcribant preter judicem, & notarium, ſi vero libram auri excedat tres teſtes probatæ fidei preter judicem, & notarium, ut eſt dictum in eodem inſtrumento ſubſcribant; qui debent, ut dictum eſt eſſe omni exceptione majores, & ſcientes litteras in locis, in quibus litterati poterunt inveniri. Alioquin alii etiam aſſumantur. Contra prædictam autem formam inſtrumenta confecta impoſterum nullam habeant firmitatem Illa tenaciter obſervando, ut in aliquo locorum noſtri demanii clerici cujuſcumque ordinis, judices, & notarii nullatenus aſſumantur.*

Menſe Martii Imperator a Ravenna in Aquilegiam per mare vadit, ubi filium ſuum Henricum Alemanniæ regem venturum expectat Munitio terræ S. Germani, ut citius fiat per Philippum de Citro cum conſilio Juratorum terræ ejuſdem per homines Terræ Monaſterii diſtribuitur.

Inquiſitiones ab Archiepiſcopis fiunt de ſuffraganeis epiſcopis, Papa mandante, & ab Epiſcopis de clæricis ſuis, ſi caſte vivunt, & continenter, ut ceſſent prorſus a cohabitatione mulierum.

Domus quedam in Coraria, & Valle redimuntur, ut non diruantur, prout ſtatuerat Imperator, & datæ ſunt Philippo de Citro unciæ auri 200. de quibus partem miſit pro ſolidis obſidentium Introducum, & partem reliquam Curiæ Imperiali perſolvit.

Soldanus Damaſci prætioſa mittit exenia Imperatori per quoſdam nuncios ſuos in Apuliam venientes.

Menſe Aprilis Thomas Acerrarum Comes apud ſanctum Vitum de Melfa Baronum, & militum exercitum congregat, quos Introducum mittit contra Bertholdum fratrem Raynaldi dicti Ducis Spoleti, qui ſe in eo contra Imperatorem receperat.

Romani ſuper Viterbium vadunt.

Gregorius Papa de Reate apud interamnes vadit, & inde vadit Spoletum, qui generales ad regni Prelatos litteras dirigit, ne quis eorum Officialibus Imperatoris, occaſione defendendi Patrimonium eccleſiæ ipſos gravare volentibus, reſpondeant, & intendant.

Landus Reginus Archiepiſcopus in Meſſanenſem eligitur.

Joannes de Baruch civitatem Acconitanam recipit in odium Imperatoris.

Menſe Madii Romani de Viterbio ad Urbem redeunt.

Imperator de Aquilegia per mare redit in Apuliam, ſeque apud Melfiam contulit, ad quem mox magiſter Juſtitiarius, & dictus Acerrarum Comes accedunt. Ad Papam nuncius ex parte Imperatoris magiſter Petrus de S. Germano dirigitur.

Eodem menſe Johannes de Baruch cum Mareſcalco Imperatoris congrediens in partibus Syriæ ipſum devicit in campo, & multos cepit ex ſuis.

Apud Spoletum Gregorius Papa quemdam Fratrem Antonium de Ordine Fratrum minorum canonizavit, & Sanctorum catalogo mandavit adſcribi.

Menſe Junii quidam Thomas de Pando Civis Scalen. novam monetam auri, quæ Auguſtalis dicitur ad Sanctum Germanum detulit diſtribuendam per totam Abbatiam, & per Sanctum Germanum, ut ipſa moneta utantur homines in emptionibus, & venditionibus ſuis, juxta valorem ei ab Imperiali providentia conſtitutum, ut quilibet nummus aureus recipiatur, & expendatur pro quarta unciæ ſub pena perſonarum, & rerum in Imperialibus litteris, quas idem Thomas detulit annotata. Figura Auguſtalis erat habens ab uno latere caput hominis cum media facie, & ab alio Aquilam.

Viterbienſes caſtrum quoddam, quod Vetorclanum dicitur, quod Romani tenebant proditorie occupant, & evertunt quibuſdam, qui evaſerant de caſtro ipſo conferentibus ſe ad Urbem, aliis Viterbium ſecedentibus.

Menſe Julii Gregorius Papa redit Reate. Romani in odium Papæ veniunt uſque ad Montem Fortinum intrare Campaniam diſponentes, ad quos tres ex parte Papæ venientes Cardinales, facta cum eis compoſitione, per interventum pecuniæ, Romam reverſi ſunt.

Roggerius de Aquila Fundanus Comes obiit, qui habitum ſuſcipiens monachalem apud Foſſam novam ſepeliri elegit. Terram ipſius, videlicet Fundos, Trajectum, & Sugium recipi ad opus ſuum precipit Imperator, per Hectorem de Monte Fuſcolo Juſtitiarium, & per Philippum de Citro. Giffredus filius Comitis ipſius ad Papam ſe contulit, Turre Itri ſe tenente pro ipſo, quæ tandem ſtudio Philippi de Citro ad opus Imperatoris recepta eſt. Imperator pro ſuccurſu civitatis Acconitanæ, quam Joannes de Baruch occupatam tenebat parte civitatis ſe pro Imperatore tenente, exercitum congregat militum, & Baronum.

Menſe Auguſti Gregorius Papa in Campaniam redit, & apud Anagniam feſtum celebrat Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis.

Imperator congregatum Brunduſii exercitum revocat, & ipſo mandante, quilibet ſunt in ſua reverſi.

In Sicilia apud Meſſanam contra Imperatorem ſeditio orta eſt occaſione Riccardi de Monte

Monte nigro per Imperatorem Juſtitiarii in Sicilia conſtituti, quem cives dicebant contra eorum facere libertatem.

Decretales corriguntur a Gregorio Papa, reſecando ſuperflua, & utilia retinendo.

Bartholomeus de S. Germano domini Papæ Cappellanus, Papa mandante, Gajetam vadit pro compoſitione inter Imperatorem, & Gajetanos facienda, ut redeant ad fidelitatem ipſius, quod cum facere non poſſet, apud S. Eraſmum receſſit, & ibi uſque ad mandatum Papæ elegit facere ſtationem.

Menſe Septembris Imperator a Melfia venit Fogiam, & generales per totum regnum litteras dirigit, ut de qualibet civitate, vel caſtro, duo de melioribus accedant ad ipſum pro utilitate regni, & commodo generali, ad quem pro terra S. Germani ivit Roffridus de Monte miles.

Fodrum de regno juſſu Imperatoris apud Anagniam mittitur ad Dominum Papam.

Menſe Octobris in ſancto Germano hujuſmodi ſunt Imperiales Aſciſiæ publicatæ.

Cives in terris eorum pro mercibus ſuis quas intromittent, vel extrahent nihil ſolvent, niſi quod olim ſolvebant de pomis, caſtaneis, nucibus, avellanis, & aliis fructibus in jure curiæ ſervabitur forma antiqua. Jus coriorum pro conzatura dimittitur in forma antiqua. Factum canapis omnino remittitur, vendentibus vinum ſive ad minutum, ſive ad groſſum nihil requiritur, ſed in eis ſervabitur forma antiqua. Statera erit in fundicis, & nihil recipietur pro ea, nec amplius pro cantaro quam gr. 5. Pro herbatico animalium, venditione equorum, & aliorum animalium, ſimiliter ſervabitur forma antiqua. A Piſcatoribus nihil requiritur, niſi ſecundum formam antiquam. Pro jure menſurarum victualis tam in ſauma, quam in tuminis ſervabitur forma antiqua; de jure caſatici remiſſa ſunt grana 3. pro uncia, ita quod mercatoribus, qui erunt pro eis providebitur a cuſtodibus fundici inlectis, luminaribus, palea, & lignis. *De jure buccceriorum*. Pro bove, vel vacca, remittuntur grana tria, pro porco gr. tria, pro ariete gr. 2. pro agno gr. 2. De tuminis, & ſardellis ſervabitur forma antiqua, de jure lini idem, de jure cannarum idem; De lana Syriæ ſervabitur forma antiqua, de bambace ſimiliter, de arcu coctonis idem.

Eodem menſe Ægidius Verracclus Domini Papæ ſubdiaconus, & cappellanus pro facto Gajetæ a Papa ad Imperatorem in Apuliam nuncius vadit.

Menſe Novembris de communitatibus Lombardiæ pro compoſitione cum Imperatore facienda Legati apud Anagniam veniunt ad dominum Papam.

Menſe Decembris pro facto Lombardorum Henricus de Morra magiſter Juſtitiarius ab Imperatore ad Papam nuncius mittitur, cum quo vadunt magiſter Petrus de Vinea, magiſter Petrus de S. Germano, & magiſter Benedictus de Sernia, ut cum magiſtro Juſtitiario coram Papa pro parte Imperatoris, jus ipſius oſtenderent.

## MCCXXXIII.

Menſe Januarii Henricus de Morra magiſter Juſtitiarius a Papa ad Imperatorem in Apuliam redit, quem ſubſecuti ſunt Landus Meſſanen. archiepiſcopus, cum Regino epiſcopo nuncii a Papa directi ad Imperatorem, Imperator omnibus generaliter Prælatis, comitibus, baronibus, militibus tam fœudatis, quam non feudatis mandat, ut ad ſe cum toto ſervitio, quod facere tenentur, apud Politorum in futuris Kalendis Februarii accedere ſint parati. Tunc juſſu Imperatoris Lucerium civitas *Saracenorum* firmatur. Trojæ mœnia diruuntur.

Imperator menſe Februarii ſe de Apulia in Calabriam confert.

Magiſter Joannes de S. Germano, Guillelmo ejuſdem eccleſiæ archipræsbytero ſponte cedente, in archipræsbyterum S. Germani aſſumitur.

Caſtella in Trano, Baro, Neapoli, & Brunduſio juſſu Imperatoris firmantur.

Menſe Martii Senator cum *nonnullis* de majoribus urbis ad Papam apud Anagniam vadunt, quorum inductus præcibus, cum quibuſdam ex Cardinalibus ad urbem redit, ubi cum honore maximo Romanorum receptus eſt, & *pars* reliqua *Cardinalium* apud Anagniam remanſit.

Magiſter Thomas Cardinalis de mandato Papæ cum . . . . apud Viterbium vadit pro compoſitione inter Romanos, & Viterbienſes facienda.

Menſe Aprilis die Lunæ 25. menſis ejuſdem circa meridiem in feſto ſcilicet B. Marci evangeliſtæ aeris ſerenitate mutata, quæ multa erat, tanta ſubito tempeſtas inhorruit, & inundatio facta eſt pluviarum de ſupernis veniens montibus, admixta grandinibus ad S. Germanum, quod domos nonnullas in Valle replevit alluvio, & *domorum* utenſilia oleum, & victualia multa ſecum fluendo deduxit, ſaxa etiam de montibus tam grandia movit, quod ea trahere multa paria bovum non valerent.

Raynaldus dictus Dux Spoleti mandato Imperatoris ducitur apud Introducum ſub cuſtodia ab Henrico de Morra magiſtro Juſtitiario, ut idem Dux Caſtrum ipſum reddi faciat Imperatori a Bertoldo fratre ſuo qui illud tenebat, quod facere idem Bertoldus ad interventum Meſſanenſis Archiepiſcopi repromiſit.

Pax inter Romanos, & Viterbienſes reformata eſt.

Imperator Meſſanam intrat, & de quodam Marty-

Digitized by Google

Martyno Mallone, qui caput fuerat motæ ſeditionis in Populo, & ejus complicibus ſumpſit debitam ultionem de quibus quoſdam ſuſpendio, & quoſdam incendio condemnavit.

Menſe Madii pro ſervitio militum 60. & ſervientibus ducentis in quibus ab Abbate Caſinenſi ſibi ſerviri debere Imperator dicebat, collectæ ſunt de terra monaſterii unc. 400.

Florentinates ſuper Senas vadunt, poſt prohibitionem Papæ, propter quod eorum civitas ſub interdicto poſita ita eſt, & ipſi excommunicationis ſunt vinculo innodati.

Menſe Junii de quodam ſancto Virgilio miracula multa in ſcriptis redacta de Alemannia miſſa ſunt ad D. Papam.

Eodem menſe quidam Fr. J. vili contectus tegmine, tamquam de Ordine Fratrum Minorum, ad S. Germanum veniens cum cornu quodam convocabat populum, & alta voce cantabat tertio Alleluja, & omnes reſpondebant Alleluja, & ipſe conſequenter dicebat, Benedictu, laudatu, & glorificatu lu Patre, Benedictu, laudatu, & glorificatu lu Fillu, Benedictu, laudatu, & glorificatu lu Spiritu Sanctu, Alleluja.Glorioſa Donna; Hoc idem alta voce reſpondentibus pueri, qui erant præſentes.

Imperator caſtrum quoddam in Sicilia, quod Centurbium dicitur ſibi rebelle vi cepit, & deſtruxit, & incolas ad loca compulit alia demigrare.

Menſe Julii Bertoldus Introducum magiſtro Juſtitiario reſignavit, & ipſe cum Duce fratre ſuo aſſecuratus abiit extra regnum, quo voluit.

Civitas Gajetæ ad mandatum redit Imperatoris, & juramentum fidelitatis ſibi præſtat, & Conrado filio ejus, ad quam Hector de Monte Fuſcolo Juſtitiarius Terræ Laboris accedens juſſu Imperatoris, doanam inſtituit in ea, & Conſulatu privavit eamdem.

Imperator de Sicilia ſuas ad eumdem Juſtitiarium, & alios Juſtitiarios regni litteras dirigit ſuper moleſtiis, & injuriis Prælatorum, ut ipſi ſtatuto die, & loco Prælatos ad ſe convocent Regionum, audiant eorum clamores, & quæ juſte poterunt expedire expediant, reliqua vero per ſuos nuncios ſibi ſignificent fideliter, & diſtincte, ut de ipſorum correctionibus provide ipſe diſponat.

Item alias ad Caſertanum epiſcopum litteras mittit pro inquiſitione facienda hereticæ pravitatis, ut tam Paterenos, quam eorum fautores quos invenerit hujus criminis reos, ſub ſuo, & Juſtitiarii Terræ Laboris teſtimonio ſibi debeat intimare.

Gregorius Papa Urbem exiens venit Anagniam.

Menſe Auguſti ad mandatum Hectoris de Monte Fuſcolo Juſtitiarii Terræ Laboris apud Theanum Prælati iſti conveniunt in die ab eodem Juſtitiario conſtituto, ſcilicet Caſertanus, Calvenſis, Calinen. Venafranus, Aliſanus, & Nolanus, ſed nullus eorum ſe moleſtiam, vel injuriam paſſum fuiſſe ab aliquo Officialium conqueſtus eſt.

Eodem menſe mandatum de diruendo Burgo Capuæ ad magiſtrum Juſtitiarium a Ceſare emanavit.

Hector de Monte Fuſcolo per Imperatorem a juſtitiariatu amovetur, & Stephanus de Anglone ſubſtituitur illi.

Judex Petrus de Teleſia inquiſitionem facit in Abbatia de hominibus demanii Imperialis, quorum parentes, & avi de terris demanii originem duxerant, & eorum nomina redegit in ſcriptis, ut de illis, quod ſibi beneplacitum fuerit, faciat Imperator.

Menſe Septembris Thomas de Aquino Acerrarum Comes, mandato Imperatoris, in Lombardiam vadit, ad civitatem Cremonæ, que favet Imperatori.

Menſe Octobris Cardinales, qui ſe Reate contulerant, revocati a Papa ad Urbem redeunt.

Menſe Novembris Gregorius Papa de Anagnia redit ad Urbem.

Imperator diem natalis ſui per totum regnum ſuum mandat in feſto beati Protomartyr. Stephani magnifice celebrandum, qui menſe Decembris fuit ab hominibus S. Germani ad ipſius Imperatoris honorem magnifice celebratus, ita quod pauperes ultra quingentos manducaverunt, & ſaturati ſunt nimis pane, vino, & carnibus in platea publica.

Imperator apud Syracuſam ſtatuit in curia generali, ut nulli amodo liceat de filiis, & filiabus regni matrimonia cum exteris, & adventitiis, qui, vel quæ non ſint de regno, abſque ipſius ſpeciali requiſitione, mandato, ſeu conſenſu curiæ ſuæ contrahere, videlicet, ut nec aliquæ de regno nubere alienigenis audeant, nec aliqui alienigenarum filias ducere in uxores pena appoſita omnium rerum ſuarum.

## MCCXXXIIII.

Menſe Januarii apud Meſſanam ipſe Imperator regens curiam generalem ſtatuit in ſeptem Regni partibus per annum generales nundinas celebrandas, mandans, ut in ſingulis provinciis, in quibus erunt nundinæ conſtitutæ quamdiu nundinæ ipſæ duraverint, nullus mercator, vel miniſterialis alibi cum mercibus, & rebus venalibus, quam in loco nundinarum inveniri præſumat. Primæ nundinæ erunt apud Sulmonam, & durabunt a feſto Sancti Georgii uſque ad feſtum Inventionis Archangeli. Secundæ erunt Capuæ, & durabunt a 22. Madii uſque ad octavum Junii. Tertiæ erunt Lucerii, & durabunt a feſto beati Joannis Baptiſtæ uſque ad octo dies. Quartæ erunt apud Barum, & durabunt a feſto Magdalenæ uſque ad feſtum S. Laurentii. Quintæ erunt Tarenti, & durabunt a feſto S. Bartholomei uſque ad feſtum Nativitatis B. Virginis. Sextæ erunt Coſentiæ, & du-



Digitized by Google

& durabunt a feſto B. Matthæi uſque ad feſtum B. Dionyſii. Septimæ erunt Regii, & durabunt a feſto S. Lucæ uſque ad feſtum omnium Sanctorum in Kalend. Novembris. Statuit etiam ipſe Imperator apud Meſſanam bis in anno in certis regni provinciis, generales curias celebrandas, in quibus licebit quibuslibet contra magiſtrum Juſtitiarium Juſtitiarios, & quamcumque aliam perſonam, ſuam quærimoniam inſtituere, ut omnes ſuam juſtitiam aſſequantur, & ibi erit pro parte Imperatoris nuncius ſpecialis, qui omnium quærelas in ſcriptis rediget, & eas Imperiali curiæ præſentabit ſub ſuo, & quatuor bonorum virorum eccleſiaſticorum, ſigillis ſignatas. Clamores tamen contra eos factos, qui officiales non ſunt, decident Juſtitiarii Regionum: iis curiis bis in anno, ut dictum eſt celebrandis intererunt quatuor de qualibet magna civitate, de melioribus Terræ, bonæ fidei, & bonæ opinionis, & qui non ſint de parte: de aliis vero non magnis, & de Caſtellis duo intererunt curiis ipſis. Prælati vero locorum, niſi certam habeant excuſationem, quod intereſſe non poſſint, ſimiliter intererunt eiſdem curiis, & durabit curia per octo dies, in quibus niſi expediri negotia ipſa poterunt, prorogabitur in dies quindecim. Qui autem intererunt loco Prælatorum, qui intereſſe non poterunt denunciabunt ſi qui ſunt in eorum provincia Patereni, vel hæretica pravitate infecti, ut ſeveritate debita puniantur. Loca autem in quibus ſunt ſtatutæ curiæ, ſunt hæc.

In Sicilia apud Platiam, in Calabria, Terra Jordani, & Vallis gratæ, apud Cuſentiam. In Apulia Capitaniata, & Baſilicata apud Gravinam. In Principatu, Terra laboris, & Comitatu Moliſii uſque Soram, apud Salernum. In Juſtitiariatu Aprutii apud Sulmonam. Tempus autem quando congregandæ ſunt curiæ, erit in Kalendis Madii, & finient in Kalendis Novembris, in quibus magiſter Juſtitiarius, Juſtitiarii, magiſtri Camerarii, camerarii, bajuli, & alii officiales curiæ Prælati, Comites, Barones, cives, & aliorum locorum habitatores quilibet in ſua provincia, tempore, & locis præfixis in præſentia Legati Imperialis convenire tenentur ſuper univerſis, & ſingulis, quæ conſtitutio continet, proceſſuri.

Menſe Februarii de Sicilia in Calabriam transfretat Imperator, & exinde in Apuliam venit.

Hoc menſe, & menſe Januario præterito, tanta fuit abundantia pruinæ, & nivis, quod pro tempeſtate famis multa millia ovium in Apulia morerentur. Sylveſtres etiam beſtiæ, & ipſæ volucres præ fame deficerent, & quo ſe verterent ignorarent, cum ubique terrarum nix eſſet, & ipſa etiam flumina fuerint congelata, & etiam quod olivæ, & aliæ arbores fructiferæ areſactæ eſſent ex gelu nimio, homines deſperabiliter murmurarent.

Imperator de Apulia venit in Terram Laboris, & tunc ab iſta parte Capuæ fieri ſuper Montem caſtellum jubet, quod ipſe manu propria conſignavit.

In Neapoli etiam munitionem factam præcipit ampliari, Operi caſtelli de Capua, ut citius fiat præponit Nicolaum de Cicala, cui omnes jubet intendere a Miniano uſque Capuam.

In Gajeta pro Imperatore per Hectorem de Monte Fuſcolo fere 30. turres cuſtodiuntur.

Menſe Madii Imperator per S. Germanum habens tranſitum apud Reate ad Papam vadit, ducens ſecum Conradum filium ſuum, & ſe ad ſervitium eccleſiæ exponens contra Romanos.

Inquiſitio fit, Imperatore mandante, de opere S. Germani per totam Abbatiam per judicem Adenulphum de Sueſſa, & Judicem Thomam de Caſerta.

Tunc Imperator apud Reate *faciens* moram revocavit ad opus ſuum quidquid turbationis tempore, de Regni pertinentiis occupaverant Reatini, & ipſe cum gente ſua, una cum magiſtro Raynerio Cardinale, Viterbium ſe confert, prædicto Conrado filio ſuo, & qui cum eo uſque Reate iverant, redeuntibus in Regnum, Imperatore mandante.

Et tunc apud Raſpampanum, quod Romani cuſtodiebant, obſidionem ponit de Cardinalis conſilio Imperator, ubi per duos menſes faciens moram cum in capiendo Caſtro ipſo non proficeret, menſe Septembris in regnum reverſus eſt Imperator.

Illis diebus dum Imperator *eſſet* Reate quidam Gualterus de Averſa, credens Imperatori placere, infeſtare cœpit eos, qui in odium Imperatoris eccleſiæ adhæſerant, propter quod ad Papæ verbum quia Caſtrum S. Mariæ de Oliveto, quod Roggerius de Galluccio tenebat, qui in partem eccleſiæ ceſſerat ipſe Gualterius ceperat, *ipſo Imperatore* mandante, per magiſtrum Juſtitiarium captus eſt, & cuſtodiæ traditus, quem tamen ad preces Oderiſii Abbatis S. Vincentii liberavit, Imperator in regnum rediens, caſalia quædam Apuliæ depopulari jubet.

Caſale Caſtellionis ad Caſinenſem *monaſterium* pertinens recipi mandat, & inhabitari ad opus ſuum.

Studium, quod in Neapoli per Imperatorem ſtatutum fuerat, quod extitit turbatione inter Eccleſiam, & Imperium ſecuta, penitus diſſolutum, per Imperatorem in Neapoli reformatur.

Romani ſtatim poſt diſceſſum Imperatoris a Raſpampano, cum ſuis viribus Raſpampanum muniunt victui neceſſariis, & procedentes inde ſuper Viterbium vadunt minus provide equitantes uſque ad portas civitatis propter quod ipſos in reditu pœnituit equitaſſe, nam intercepti a Theutonicis militibus, & hominibus civitatis ipſius multi ex ipſis in ore gladii cœciderunt, & multi in captionem

ſunt

Digitized by Google

ſunt ducti ipſis nihilominus ſtrenue ſe defendentibus contra illos, & nonnullos de nobilioribus Theutonicis trucidantibus cum eos nollent reſervare ad vitam.

Hoc anno quod Henricus rex contra Imperatorem patrem ſuum ſeditionem in Alemannia fecerit, fama fuit.

## MCCXXXV.

Menſe Januarii Imperator generalem collectam toti regno imponit, & tunc collectæ fuerunt de terra monaſterii unciæ 400. pro adoamento, per Stephanum de Anglone Juſtitiarium Terræ Laboris, & pro mutuo unc. 200.

Menſe Februarii Inquiſitiones fiunt per totum regnum de hominibus demanii quos in locis ſtatutis transfert.

Imperator cum familiis ſuis, propter quod de S. Germano, & de tota Terra Monaſterii nonnulli qui inventi ſunt de demanio extitiſſe apud Cumas ire cum ſuis familiis compelluntur.

Menſe Martii captivi de Apulia, qui tenebantur apud Canuſium per interventum pecuniæ liberantur, & ex eis quidam digna ſunt pœna mulctati.

Menſe Aprilis Imperator apud Precinam Paſcha Domini celebrat, & conſequenter poſt Paſcham iter arripuit, in Alemanniam profecturus, ducens ſecum Conradum filium ſuum, quem magiſter domus Theutonicorum ipſo mandante præceſſit ad Papam, & Thomas de Aquino Acerrarum Comes magiſter Juſtitiarius, & Juſtitiarii alii de regno, necnon & Capuanus, Hydrontinus, & Panormitanus archiepiſcopi cum nonnullis de regno uſque Fanum ſecuti ſunt, & de Imperatoris licentia ſunt in Regnum reverſi.

Turres in Gajeta, exceptis quatuor diruuntur mandato Imperatoris. Rocca Janulæ ſupra S. Germanum firmatur. Stephanus de Anglone cedit officio juſtitiariatus, & Guillelmus de S. Fraimundo ſuccedit eidem. Imperator cum Conrado filio ſuo, & de regno admodum paucis menſe Madii apud Ariminum mare intrat, & in Aquilegiam vadit, exinde in Alemanniam profecturus.

Pax inter Papam, & Romanos reformata eſt, Captivi Romani qui apud Viterbium tenebantur per Papam liberati ſunt, & qui tenebantur a Romanis, liberi dimittuntur.

Robertus de Buſſo a Juſtitiariatu Aprutii amovetur, & Hector Comeſtabilis Montis Fuſculi ſubſtitutus eſt illi.

Menſe Junii Panormitanus, & Capuanus archiepiſcopi, Thomas de Aquino Acerrarum comes, & Henricus de Morra magiſter Juſtitiarius, qui pro Imperatore in regno remanſerant, ſe Capuam conferentes, ſtatuerunt ibidem qualiter rocca Jani ſuper S. Germanum muniri turribus, & muris deberet, ad quod faciendum quatuor elegerunt de terra S. Benedicti, qui homines deputatos ad opus Roccæ ipſius aſſignare ſuis vicibus domino Philippo de Citro deberent, Comeſt. Capuæ magiſtro operis roccæ prædictæ, & tunc in die ipſos requirere quemlibet prædictorum, quorum nomina hæc ſunt, Tacconus miles de Pontecurvo, Raynaldus Belegrimi de S. Helia, Rogerius de Landenulpho, & Ray. de Paterno de S. Germano, & ut rocca ipſa citius muniretur per ipſos Dominos in terra Fund. certa ſingulis menſibus pecuniæ quantitas eſt ſtatuta, & demum ſe apud Melphiam in Apuliam contulerunt.

Eodem menſe Junii de fœlicibus Imperatoris auſpiciis litteræ venerunt in regnum, quomodo apud ſibi datum a Principibus Imperii magno fuerat cum honore receptus, ipſo menſe nullo obſtante Alemanniam intrans, Henricum, regem filium ſuum redeuntem, ad mandatum ſuum recepit, quem Duci Bavariæ cuſtodiendum commiſit. Philippus de Citro amotus eſt a magiſtratu operis roccæ Janulæ, & Jacobus de Molino ſubſtitutus eſt illi.

Menſe Julii Imperator filiam regis Angliæ duxit uxorem, quam, apud Guarmacum magnifice deſponſavit.

## MCCXXXVI.

Menſe Januarii Imperator ipſe filium ſuum Henricum ſub fida cuſtodia per Marchionem Lanceæ mittit in Regnum, & in Apulia, in rocca, quæ dicitur S. Felix ſervandus traditur.

Hoc anno juſſu Imperatoris Brunduſii novi Imperiales cuduntur, & veteres caſſati ſunt. Generalis collecta in regno ponitur, & tunc pro adoamento Imperiali collectæ ſunt de terra monaſterii Caſinenſ. unc. CI.

Menſe Junii in vigilia Apoſtolorum Petri, & Pauli, capta eſt Corduba nobiliſſima Saracenorum civitas, qua præter Romani Conſtantinopolim, & Hiſpalim, nulla major in orbe dicitur, a Ferrando chriſtianiſſimo rege Toleti, & Caſtellæ.

Menſe Julii, in feſto Sanctorum Nazarii, & Celſi &c. Landulphus Senebaldus Caſinen. Abbas feliciter apud Caſinum obiit, cujus obitus per Fr. Julianum monachum Caſinenſem dominis Curiæ Imperialis, qui ſunt in Apulia nuntiatur, a quibus eligendi licentiam conventus accepit.

Eodem menſe Imperiale mandatum ad urbem, & generaliter per Tuſciam, & Lombardiam, & per totam Marchiam mittitur, ut tam de urbe, quam de ſingulis ipſarum provinciarum communitatibus in Lombardiam legati vadant poſtquam illuc Imperatorem ſciverint veniſſe.

Menſe Auguſti Fr. Julianus, Fr. Robertus de Foreſta, & Fr. Joannes Gazolus de voluntate Henrici de Morra magiſtri Juſt. per Vicedecanum, & Conventum Rectores terræ Monaſterii ſunt electi.

Imperator cum honeſto militum Comitatu relictis Imperatrice uxore ſua, & Conrado filio ſuo, in Alemannia tranſalpinavit, &

venit Veronam; quæ ſuo ſavebat Imperio, & inde proſpere uſque Cremonam proceſſit in Lombardiam, licet Mediolanenſes cum ſuis viribus ſe ſibi opponerent, retranſirent. Domini Curiæ, qui in regno remanſerant pro parte Imperatoris cognito de adventu Imperatoris in Lombardiam prohibuerunt Vicedecanum, & Conventum Caſinen. ne in electione Abbatis facienda procederent; Legati Urbis, & totius Lombardiæ & Tuſciæ ad Imperatorem vadunt, ad eum quoque duo vadunt. Menſe Octobris ex parte Caſinen. conventus, Fr. videlicet, Simon de Preſentiano, & Fr. Amicus qui tamen cum aliarum nunciis civitatum uſque Cremonam procedentes, & ultra ipſum videre non potuerunt.

Menſe Novembris cum capta civitate Vincentiæ propere in Alemanniam rediviſſet, quam civitatem ignis pro parte cremavit; unde verſus:

Pro meritis dignis Vincentia te cremat ignis
Subderis Imperio Ceſaris ingenio.

Thomas Acerrarum comes, & Henricus de Morra magiſter Juſtitiarius vocati ad Imperatorem vadunt ad ipſum menſe Decembri, ſed ipſum in Lombardia non invenerunt, cum in Alemanniam ut dictum eſt remeaſſet ad domandam Ducis Auſtriæ nequitiam, qui rebellaverat contra ipſum. Propterea iidem comes, & magiſter Juſtitiarius in Alemanniam properarunt.

Hoc anno Petrus Frajapane in urbe Roma pro parte Imperatoris guerram movet contra Papam, & Senatorem, & ſeditio facta eſt multa in populo.

## MCCXXXVII.

Menſe Januarii octavo, ſtante eodem menſe, electio Abbatis Caſinenſis canonice celebrata eſt de fratre Pandulpho de ſancto Stephano, & quaſi per inſpirationem ab omnibus approbata; Menſe Februarii litteræ Imperiales lectæ ſunt in S. Germano de captione Vincentiæ, & de nova Imperatoris prole feminea, de nova conſorte ſuſcepta. Inquiſitio fit de opere S. Germani per Judicem Adenulphum de Sueſſa; Menſe Martio Fr. Simon de Preſentiano, & Fr. Stephanus de Corvario ad Imperatorem in Alemanniam vadunt cum litteris conventus factis ad eum, quibus denuntiant electionem canonice celebratam de Fr. Pandulpho de S. Stephano in Abbatem Caſinenſem.

Eodem menſe Imperatore mandante generalis collecta per totum regnum exigitur.

Menſe Aprilis magiſter domus Theutonicorum, & magiſter Petrus de Vinea miſſi ab Imperatore ad Papam veniunt pro facto Lombardiæ. Eodem menſe pax in Urbe reformata eſt.

Menſe Madii Acerrarum comes, & magiſter Juſtitiarius ab Imperatore de Alamannia redeunt in regnum. Fr. Simon de Preſentiano, & Fr. Stephanus ſimiliter de Alemannia redeunt cum litteris Imperatoris ſuper facto electionis factæ de Fr. Pandulpho ad archiepiſcopos Panormitanum, & Capuanum, nec non, & Ravellenſem epiſcopum miſſis, per quos certiorari deſiderat de ſufficientia ipſius electi;

Eodem menſe Johannes de Poli Senator urbis factus eſt, & iterum in ejus odium ſeditio in urbe orta eſt.

Magiſter domus Theutonicorum a Papa ad Imperatorem revertitur.

Epiſcopus Oſtien. & Thomas Capuanus tituli S. Sabinæ præsbyter cardinalis legati ad Imperatorem vadunt ex parte Papæ.

Menſe Junii dictus Fr. Simon per dominum Guillelmum de ſancto Fraimundo Terræ Laboris Juſtitiarium, remanente ſecum in Rectoria Fr. Johanne Cazolo, & duobus aliis caſſatis Rectoribus, ſcilicet Fr. Juliano, & Fr. Roberto de Foreſta, Rector Caſinen. inſtitutus eſt, qui Fr. Simon apud Avellinum vadens ad Dominos curiæ ſupradictos, qui ibidem convenerant obtinuit ab eis, ut pro inquiſitione facienda de perſona Caſinenſis electi mittere quem vellent deberent, qui ad hoc faciendum virum providum judicem Thadæum de Sueſſa magnæ imperialis curiæ judicem elegerunt.

Menſe Julii veniens idem judex ad S. Germanum de mandato prædictorum dominorum, tam de fide, quam ſufficientia jam dicti Caſinen. electi per ſingulos de caſtris ſingulis, ad ſe ſub numero vocatos homines, nec non & de Atino ubi ſe tempore diſcordiæ inter eccleſiam, & Imperatorem receperat, inquiſitionem facere ſtuduit diligentem, quam in ſcriptis redactam ad eoſdem dominos, per magiſtrum Terriſium de Atino remiſit, ad quos etiam Fr. Joannes de ſancto Germano, & magiſter Raynaldus judex, & advocatus Caſinen. vadunt ex parte Conventus, & approbata per ipſos Dominos inquiſitione ipſa, electionem factam de prædicto Fr. Pandulpho juxta mandatum Ceſaris, acceptarunt.

Eodem menſe Jacobus de Molin. captus a magiſtro Juſtitiario propter arma prohibita, & ſeditionem factam, cuſtodiendus traditur in caſtello Neapoli, & nonnulli alii ſeditioſi capiuntur, & ad caſtra alia in captione mittuntur.

Hoc anno Johannes rex quondam Hieroſolimitanus apud Conſtantinopolim naturæ conceſſit, menſe Julii: Romani plæbei populum concitantes contra Johannem de Poli Senatorem urbis, ipſum Senatoriæ dignitati cedere compulerunt, & Joannem de Cencio ſubſtituerunt eidem, propter quod ſeditio, & cedes multa facta eſt populi, cum idem Johannes de Poli ſe in turri ſua receperit contra Romanos, & Senatorem ſibi ſubſtitutum, & bellum contra eos moverit inteſtinum, tandemque pax reformata eſt inter eos in Senatu, de conſenſu jam dicti Joannis de Poli, Joanne de Cencio remanente.

Menſe Auguſti pro confirmatione electionis jam dicti Fr. Pandulphi obtinenda a Papa, vadunt Fr. Berardus de Babuco, Fr. Joannes de S. Germano, Fr. Gregorius de S. Stepha-

Digitized by Google

Stephano, Fr. Stephanus de Corvar., & magiſter Raynaldus de Caira judex, & advocatus Caſinen. apud Viterbium, qui quoniam obtinere illam non potuerunt a Papa jam dicto, quia in electione non fuerat rite proceſſum, obtinuerunt ad multam inſtantiam ne monaſterium in deterius vergeret, & electus ipſe adminiſtraret, uſque ad beneplacitum Papæ.

Eodem menſe Auguſti de mandato Imperatoris de Lucerio apud Ravennam vadunt decem millia Saracenorum in ſubſidium ejus, cum civitatem ipſam in odium Imperatoris cujus partem fovebat. Faventini, qui erant ex parte Mediolanenſium graviter infeſtarent, ad cujus etiam defenſam acceſſerat Simon Comes Theatinus de mandato Imperiali cum quingentis militibus.

Menſe Septembris Henricus de Morra magiſter Juſtitiarius venit ad S. Germanum, & occaſione Inquiſitionis olim factæ ibidem de ſubtractis hominibus tempore Philippi de Citro, ab opere munitionis terræ ipſius generaliter, pro hiis, qui eos ſubtraxerant per totam Abbatiam, compoſuit cum eis ad majorem penam vitandam in ccc. unc. auri cum prædicto vero Philippo de Citro in centum, & tunc vocatus a Ceſare, ad ipſum in Lombardiam vadit.

Menſe Octobris Imperator cepit Marcariam in Lombardia, & cum nollet habita Mantua alloqui Cardinales, ipſi Romam reverſi ſunt, ubi etiam biduo ante Gregorius Papa de Viterbio redierat, & cum honore multo receptus fuerat a Romanis.

Menſe Novembris Ambaſciatores Romani ad Imperatorem in Lombardiam vadunt. Imperator cum fortunato exercitu ſuo cepit Montem clarum in epiſcopatu Brixiæ, quod bonis omnibus ſpoliatum comburi jubet, propter quod Brixienſes in ſuum auxilium Mediolanenſes vocant, qui in manu valida militum, & peditum congregato exercitu verſus Brexiam in ejus auxilium profecti ſunt contra Imperatorem ſe temere opponentes, quos Imperator ipſe, 4. ſtante eodem menſe Novembris, cum apud Curtem novam ſua tentoria defixiſſent, ab ipſius facie fugientes, audacter non minus, quam potenter invadens, devicit in campo, & ex ipſis ſtragem non modicam fecit, & nonnullos cepit, & captivos Cremonam duxit, ita quod inter vivos, & mortuos ad decem fere millium numerum computantur. Tunc etiam Mediolani Poteſtas filius Ducis Venetum captus eſt, ſimiliter, & Carrochium cepit, & Cremonam duxit.

Menſe Decembris. Lauda ipſi Impeeatori ſe reddidit, & ibi Natale Domini cum omni tripudio celebravit.

## MCCXXXVIII.

Menſe Januarii Henricus de Morra magiſter Juſtitiarius de Lombardia redit in regnum, & tunc generalis collecta per totum regnum imponitur, & colligitur. Imperator in Alemanniam remeat, & ibi pro facto Lombardiæ exercitum congregat, magiſtrum domus Alemannorum ultra montes dirigit, pro ſoldariis retinendis.

Menſe Aprilis ipſe Imperator in Lombardiam redit, & apud Veronam filium Conradum ſuum cum Principibus Imperii, & copioſo exercitu præſtolatur. Carrochium captum Romam dirigit Imperator in ſignum victoriæ.

Menſe Madii Imperator ipſe vocat ad ſe Thomam de Aquino Acerrarum Comitem, & Henricum de Morra magiſtrum Juſtitiarium, & omnes Barones, & milites infeudatos, quorum nonnullos juxta ipſius mandatum euntes ad ejus obſequium Civitatibus, quæ venerant ad mandatum ſuum Poteſtates præfecit, & aliis cuſtodiam captivorum commiſit. Menſe Junii dictus Acerrarum Comes, & Henricus de Morra magiſter Juſtitiarius ad Imperatorem in Lombardiam vadunt cum militibus regni decenter paratis in equis, & armis, & cum pecunia de regno collecta.

Gregorius Papa Urbem exiens, venit Anagniam.

Hoc menſe in Caſino celebratur electio, & quia in eligendo Monachi convenire non poterant vota ſua dederunt omnes in Archiepiſcopum Meſſanen. ut ipſe unum, quem vellet de gremio aſſumeret Monaſterii.

Menſe Julii Conradus rex filius Imperatoris apud Veronam venit ad Patrem, cum principibus, & exercitu copioſo, cum quo ſe Cremonam conferens inde feliciter in obſidione Brexiæ properavit: apud Veronam etiam magiſtrum domus Theutonicorum infirmum redeuntem de partibus ultramontis recepit Imperator.

Hoc menſe Fr. Joannes Capuanus Caſinenſis Monachus in Abbatem S. Salvatoris de Teleſia per Papam Gregorium apud Anagniam conſecratus eſt.

Menſe Auguſti Henricus de Morra magiſter Juſtitiarius, de Lombardia redit in regnum. Hoc etiam menſe dictus abbas S. Salvatoris infirmitate correptus obiit. Panormitanus archiepiſcopus, epiſcopus Reginus, judex Thadeus de Sueſſa, & magiſter Rogerius Porcaſtrella de Lombardia ab Imperatore ad Papam apud Anagniam nuntii veniunt, pro pace inter eccleſiam, & imperium reformanda, cum quibus pro parte eccleſiæ Meſſanen. archiepiſcopus ad Imperatorem dirigitur Reſponſalis a Papa.

Magiſter domus Alemannorum Salernum ſe confert pro ſanitate recuperanda.

Menſe Septembris Imperatrix de Lombardia venit in regnum, & apud Adriam eligit juſſu Imperatoris facere ſtationem.

Menſe Octobris Gregorius Papa de Anagnia rediit ad urbem, ubi novi conſtituti ſunt Senatores, ſcilicet Joannes de Poli, & . . . . . . .

Imperator, vaſtata in exterioribus Brexia, ab ejus obſidione recedit. Conradus filius ejus in Alemanniam redit, & licentia data eſt omnibus in propria revertendi, ipſe tamen in Lombardia remanſit.

Henri-

Digitized by Google

Henricus naturalis filius Imperatoris in Sardinia duxit uxorem.

Menſe Novembris Landus Meſſanen. Archiepiſcopus in quem conventus Caſſinen. eligendi quem vellet in Abbatem de gremio monaſterii ſua vota dederunt, fratrem Stephanum de Corvaria, cum illum idoneum inveniſſent, in Abbatem Caſſinenſem elegit, quem idem Conventus pariter acceptavit, & propter hoc ad repræſentandam ipſius electionem domino Imperatori, duos ex fratribus ſcilicet Fr. Robertum de Foreſta, & Fr. Joannem de Pontecurvo ad ejus præſentiam direxerunt, ut ſuum in eum dare dignaretur aſſenſum.

Idem Meſſanenſis Archiepiſcopus, cum Berardo Panormitano Archiepiſcopo, & Thoma de Aquino Acerrarum Comite, & cum magiſtro Roggerio Porcaſtrella, ab Imperatore remiſſus ad Papam, Romam veñ. pro pace, & forma concordiæ hinc inde tractata.

Guido Soranus epiſcopus Legatus a Papa in Provinciam mittitur.

Menſe Decembris Imperator Imperatricem uxorem ſuam de regno in Lombardiam reduci jubet ad ſe per Berardum Panormitan. Archiepiſcopum. Meſſanen. Archiepiſcopus, & dictus Comes Acerrarum, & magiſter Roggerius Porcaſtrella de Urbe a Papa digreſſi ſunt, quorum duo ſcilicet Comes, & magiſter Roggerius in regnum redeunt; Meſſanenſis vero Archiepiſcopus ſe Anagniam confert. Imperator apud Parmam Natale Domini celebrat, ibique repreſentatæ ſibi electioni a prædictis Fratribus factæ de Fr. Stephano ab Archiepiſcopo Meſſanenſi, in Abbatem Caſſinenſem, ſuum dedit aſſenſum: dictus magiſter Roggerius, cum reſponſo Papæ ad Imperatorem redit.

## MCCXXXIX.

Menſe Januarii generalis collecta per regnum ponitur. Fr. Raynaldus de Carci, & Fr. Berardus de Babuco electionem Fr. Stephani in Abbatem Caſſinenſem repreſentat D. Papæ Gregorio in Urbe.

Imperiales novi cuduntur Brundusii.

Menſe Februarii Gregorius Papa electionem Fr. Stephani confirmat, eumque per manus Oſtien. Epiſcopi facit in ſacerdotem promoveri in feſto ſancti Barbati, & die altera benedictionis ſibi munus impendi, qui in Caſſinen. monaſterio in feſto beati Matthiæ honorifice receptus eſt, & cum gloria cathedratus.

Menſe Martii idem Abbas ad Imperatorem in Lombardiam vadit, a quo benigne ſatis receptus eſt, & ibidem fidelitatis ſibi præſtitit Sacramentum & eo menſe idem Abbas priuſquam iret, Vicedecanum inſtituit Fr. Richardum de ſeptem fratribus.

Eodem menſe, in die ſancto Jovis, Gregorius Papa Imperatorem publice excommunicat, cui excommunicationi tamquam injuſtæ, Imperator non paret, ſed ſuas excuſatorias mittit ad Orbis Principes, quomodo Papa perperam contra ſe proceſſit.

Menſe Aprilis monaſterium Caſſinenſe Imperatore mandante, ſervientibus, & aliis ad cuſtodiam neceſſariis communitur, quibuſdam monachis ex eo excluſis.

Similiter & Pontemcurvum per Taſſurum Caſtellanum roccæ Janulæ.

Menſe madii in Marſia apud Tallacozum quidam ſanctus Oddo revelatur, qui miraculis multis claruit.

Thomas de Aquino Acerrarum Comes vocatus ad Imperatorem in Lombardiam vadit. Omnes de regno, qui ſunt in Romana curia revocantur.

Denarii novi dati ſunt per terram S. Benedicti pro quibus datum eſt aurum ad ſummam 170. unciarum.

Teanen. Calinen., Venafranus, Aquinen. Epiſcopi de regno exeunt, Imperatore mandante.

Menſe Junii tertio, intrante eodem menſe, qui fuit Veneris dies circa horam nonam ſol eclypſim eſt paſſus.

Eodem menſe a monaſterio Caſſinenſi ſicut a ceteris aliis de regno cathedralibus eccleſiis, nec non & a ſubditis eidem monaſterio cellis adjutorium pro Imperatore exigitur. Similiter & a clericis Abbatiæ pro beneficiis ſuis. Obedientiales monachi vocati a Taſſuro Caſtellano roccæ Inſulæ, ſicut & ipſi clærici, dare convenerunt medietatem omnium proventuum obedientiarum ſuarum, & exinde reſpondere Roggerio de Landenulpho, & Jacobo Cazolo ad hoc conſtitutis per juſtitiarium Terræ Laboris pro victu ſervientium, qui deputati ſunt ad cuſtodiam monaſterii, & Pontiſcurvi.

Eo tempore ſubſcripta capitula *edita* ſunt in regno, quæ pro parte Imperiali obſervari jubentur. In primis ut Fratres Predicatores & minores qui ſunt oriundi de terris infidelium Lombardiæ expellantur de regno, & ab aliis habeatur cautela, quod non offendant Imperatorem. Idem fiat de aliis perſonis religioſis. Item ut Barones, & milites, qui foverunt aliquando partem Papæ contra Ceſarem, & præcipue qui ſunt in confinio regni, inducantur potentes, quod vadant ad ſervitium curiæ in Lombardiam, cum equis, & armis, impotentes ſimiliter a curia Imperiali ſtipendia recepturi. Item a cathedralibus eccleſiis per ſe exigatur, & imponatur pro Imperiali curia adjutorium, ſecundum modum, & potentiam divitiarum ſuarum. Nichilominus, a Canonicis earum diœceſum, ſibi ſubiectis presbyteris, & clericis ſecundum facultates eorum, illud idem exigatur ab Abbatibus, monachis nigris, & albis, item quod hii, qui ſunt in Romana curia præter excluſos & ſuſpectos, revertantur in regnum: ſin autem, bona eorum infiſcentur, nec permittantur poſt citationem reverti. Excipiuntur qui ſunt cum Cardinali Thoma, & cum Johanne de Capua notario Papæ; item illorum clericorum, qui de regno non ſunt, bona, & beneficia, quæ habent in regno, infiſcanda ſunt. Item quod nulli permittatur ad Roma-

nam

Digitized by Google

nam eccleſiam accedere ſine ſpeciali mandato magiſtri Juſtitiarii, & qui acceſſerint, non permittantur redire ſine mandato curiæ; Item quod ſtatuantur exploratores, ne quis maſculus, vel fœmina intrando regnum, portet Papales litteras contra Ceſarem. Item, ut qui inventus fuerit contra Ceſarem illas portantem, ultimo ſupplicio puniatur ſuſpenſus, & ſi portaverit litteras de credentia cogatur confiteri modum, & tenorem credentiæ & ſi confeſſio lædit Principem, eodem judicio puniatur, ſive clæricus, ſive laicus fuerit.

Ipſo menſe Junii Sanctagaten., & Calven. epiſcopi Romam vadunt miſſi ab Imperatore ad Cardinales, ſed a Papa repulſi in regnum ſine effectu redeunt.

Civitas Tarviſii per Albericum de Romano, & Ezolinum de Camino rebellat Imperatori.

Eodem menſe Junii iterum alii, qui remanſerant monachi de monaſterio excluduntur quibus ſimul cum primis excluſis morari apud Vallemluci proviſum eſt, paucis admodum in monaſterio remanentibus.

Menſe Julii Ravenna rebellat Imperatori, quam Veneti recipiunt, & tuentur.

Eo menſe homines terræ monaſterii mandante Imperatore, abſenti Caſſinen. Abbati, & ſecum in ſuo ſervitio commoranti per Sacramentum vitam aſſecurant, & membra.

Gregorius Papa de urbe venit Anagniam.

Imperator de gratia conceſſit dicto Caſſinenſi Abbati, ut tam monaſterium Caſſinenſe, quam omnes monachi, & cellæ ejus a generali quod ab aliis exigitur eccleſiis regni adjutorio, eſſent immunes.

Eodem Julii menſe tertia fit excluſio monachorum de monaſterio Caſſinenſi, quorum quidam apud Vallem luci, quidam apud ſanctum Petrum monaſterii, & quidam moram facere in parentum domibus elegerunt, & in ipſo monaſterio non niſi octo tantum monachi ad celebrandum in eo divina officia remanſerunt, quorum nomina ſunt hæc. Fr. Ryccardus de ſeptemfratribus Vicedecanus. Fr. Seniorectus, Fr. Robertus de Ota. Fr. Joannes Cazolus. Fr. Guillelmus de Pignataro, Fr. Joannes de Marotta; & Fr. Matthæus de Miniano.

Romæ apud Lateranum obiit R. . . . Epiſcopus Venafranus.

Eodem menſe Julii Imperator cum ſuo fortunato exercitu cepit in epiſcopatu Bononien. Caſtrum, quoddam foſſatis, & aquis munitum, quod Plumacium vocabatur, quod totum igne crematum eſt, & quamplures eorum qui intus ſteterant cremavit ignis, & fere quingenti, qui evaſerunt ignis incendium, Imperator duxit captivos.

Romæ cæcidit turris Cartellariorum.

Menſe Auguſti rex Navarræ cum copioſo cruceſignatorum exercitu, de Marſilia in Terram ſanctam navigio transfretat.

Item Imperator ipſe menſe Auguſti in vigilia Aſſumptionis beatæ Virginis in epiſcopatu Bononien. cepit caſtrum, quod dicebatur Crepacor., quod igne crematum eſt, & nonnulli eorum, qui intus ſteterant evaſerunt, & pro majori parte ſunt ducti captivi.

Apud Anagniam Thomas Capuanus ſanctæ Sabinæ præsbyter Cardinalis 15. Kal. Septembris obiit, unde verſus.

In feſto Magni feſt m Thomas perit Agni.

Donatur Magno caro marcida, ſpiritus Agno.

Eodem menſe Auguſti Henricus de Morra magiſter Juſtitiarius vocatus ab Imperatore ad ipſum in Lombardiam per mare vadit. Imperator revocatus a civitatibus, & magiſtratibus Lombardiæ, partem ſuam foventibus divertit ab epiſcopatu, & depopulatione Bononiæ & ad depopulandum in exterioribus Mediolanum accedit, cui Mediolanenſes extra civitatem per octo fere milliaria obvios ſe opponunt. Imperator tamen, cum invadere ipſos non poſſet, aut facere in eos inſultum, moram protrahens in epiſcopatu Mediolanen. per duos fere menſes, Septembris ſcilt. & Oct. & depopulatione facta non modica in extrinſecis, diſceſſit ab inde & ad devaſtationem Pontis Placentiæ cum exercitu ſuo accedit.

Eodem menſe Septembris Juſtitiarii omnes, & Caſtellani de regno mutantur, & amoto Taffuro de Capua de rocca Janulæ, qui etiam curam agebat montis Caſini, & Pontis curvi. Subſtituitur illi quidam Guillelmus de Spinoſa in rocca Janulæ Caſtellanus, & in Caſino quidam Jordanus de Calabria ordinatur; eodem menſe amoto a Juſtitiariatu Terræ laboris Guilelmo de ſancto Fraimundo, Riccardus de monte Nigro ſubſtitutus eſt illi. Barones & milites infeudati de regno per Juſtitiarios ſingulos ut ſe in equis, & armis præparent ſummonentur.

Bononienſes poſt diſceſſum Imperatoris, ab epiſcopatu Bononiæ euntes temere ſuper Mutinam, quæ Imperatori favebat, a Comite Simone Theat., & Parmenſibus devicti ſunt in campo, & nonnulli eorum capti ſunt, nonnulli gladiis interempti, & nonnulli amne ſubmerſi.

Henricus rex Gallturæ naturalis filius Imperatoris, in Marchiam Anconitanam venit, contra quem mittitur a Gregorio Papa Joannes de Columna Cardinalis: Menſe Octob. . . . . . Præneſtinus epiſcopus Legatus a Papa ad Principes mittitur (legendum potius Orientis Occidentis), qui in ſpecie peregrini cum uno tantum ſocio per terram uſque Januam vadit, & inde navigio tranſfretavit.

Menſe eodem quidam Andreas de Cicala a Porta Roſeti uſque ad fines regni per imperatorem Capitaneus conſtituitur. Ingenia, quæ Biddæ dicuntur, & Manganelli fiunt, Imperatore mandante, ad defenſam roccæ Janulæ, & Caſini, propter quod & homines

Digitized by Google

nes terræ monaſterii ad incidenda lignamina ipſis machinis opportuna, & boves ad ea deferenda non modice ſunt gravati.

Roffridus Theanen. epiſcopus apud Cornetum obiit.

Menſe Novembris Gregorius Papa de Anagnia redit ad Urbem, ubi a Romanis omnibus honorifice receptus eſt, qui in Octavis beati Martini ſententiam latam in Imperatorem confirmat, & excommunicat Henricum naturalem filium ejus & omnes ſequaces eorum, pro eo quod Marchiam, quam Juris eſſe dicebat eccleſiæ, hoſtiliter eſt ingreſſus.

Menſe Decembris Imperator apud Piſas natale Domini celebrat. Quidam Fr. Helias qui in eccleſia ſancti Franciſci apud Aſſiſium magiſter Ordinis Fratrum minorum extiterat, pro eo, quod apud Gregorium Papam delatus a Fratribus quod male adminiſtraſset, eum ipſe Papa ab adminiſtratione removit. In odium Papæ Imperatori adhæſit: vigiles de nocte per Richardum de Montenigro Juſtitiarium in principatu Capuæ ſtatuti ſunt.

## MCCXL.

Menſe Januarii per prædictum Capitaneum generalis collecta exigitur, Imperatore mandante, & tunc Viſitatores caſtrorum per regnum conſtituuntur, per quos de fidelibus deputati ſunt aliqui, qui caſtra Imperialia viſitent ſemel in hebdomada, & tam de factis Caſtellanorum, quam de numero ſervientium diligenter inquirant, ſimiliter, & de defectu eorum.

Menſe Februarii per eumdem Capitaneum per totum regnum fit inquiſitio generalis contra impoſitores, & collectores collectæ imperialis anni præteriti, ut de ſua malitia pro meritis puniantur. Imperator venit Fulignum, ubi magnifice a civibus receptus eſt. Aſpellum & Coccojan. venerunt ad ſuum mandatum, recipit tunc etiam Viterbium.

Eodem menſe Februarii Ortam, civitatem Caſtellanam, Cornetum, Sutrum, montem Flaſconem, & Tuſcanellam. Imperatrix cum Berardo Panormitano Archiepiſcopo in regnum venit.

Stella Cometes apparuit.

Menſe martii Imperator relicto Capitaneo apud Viterbium, Comite Simone Teatino cum exercitu ſuo, & in Marchia naturali filio ſuo Henrico rege Galluræ cum hiis, qui de regno ſecum in Lombardia fuerant, redit in regnum. Tunc Stephano Caſſinenſi Abbate ad Terram monaſterii redeunte.

Menſe Aprilis Imperator apud Fogiam colloquium celebrat generale. Specialis collecta a clericii regni pro beneficiis eccleſiaſticis exigitur. Eodem menſe filius Regis Caſtellæ ad Imperatorem apud Fogiam venit.

In ſancto Germano magiſter Johannes Archipresbyter terræ ejuſdem, & magiſter Petrus frater ejus juſſu Imperatoris per Philippum de Surrento militem capuanum, & per quemdam judicem majorem capti ſunt, & eorum ſunt mobilia infiſcata; immobilia vero omnia annotata. Civitas Ferrariæ a civitatibus Lombardiæ Imperatori contrariis, nec non, & a Venetis impugnatur, & obſidetur per terram, & aquam, in qua pro Imperatore erat quidem Azolinus. Imperator a ſuis officialibus certam exigit pecuniæ quantitatem.

Menſe madii Imperator congregato exercitu de Apulia venit Capuam, & ipſo mandante Beneventum in exterioribus devaſtatur.

Menſe Junii Imperator cum exercitu ſuo quem de regno collegerat venit ad ſanctum Germanum, ubi per ſex dies moram protrahens e veſtigio per Aquinum tranſitum faciens, & ſecum ducens Pandulphum Dominum Aquini apud inſulam Pontis Solerati poſuit caſtra ſua, Campaniam intrare diſponens, quam non intravit uſus conſilio ſaniori, ſed per Soram, & Marſiam direxit in Anconæ Marchiam greſſus ſuos.

Eo menſe Thomas dictus Molliſi Comes apud Spoletum, quæ ſe pro Papa tenebat cum ducentis militibus a Papa dirigitur. Henricus rex Imperatoris filius tentus in Rocca ſancti Felicis in Apulia in Calabriam cuſtodiendus apud Neocaſtrum juſſu patris dirigitur, & exinde apud Martoranum miſsus eſt.

Menſe Julii per totum regnum juſſu Imperatoris ab hiis omnibus, quibus per Officiales ſuos aliqua fuere commiſſa officia, certa exigitur pecuniæ quantitas, & tunc quidam de ſancto Germano per quemdam Octavianum Siculum taxati fuerunt in 200. unc. auri.

Stephanus Caſſinen. Abbas movens de ſancto Germano ad Imperatorem, qui erat in obſidione Aſculi in Marchiam vadit.

Eodem menſe juſſu Capitanei in ſancto Germano certus militum numerus congregatur. Tunc amoto de rocca Janulæ Guillelmo de Spinoſa Caſtellano, quidam Johannes de Trentenar. per Imperatorem eſt ſtatutus in ea. Imperator caſtra ſua movens ab Aſculo, proceſſit verſus civitatem Firmanam, a quo Stephanus Caſſinenſis Abbas cum ipſius licentia diſcedens infirmus ad eccleſiam ſuam ſancti Liberatoris ſe contulit, ubi donec convaluit moram fecit. Eo menſe captus eſt juſſu Imperatoris magiſter Raynaldus de Caira.

Menſe Auguſti civitas Beneventana obſidetur juſſu Imperatoris. Ipſe Imperator civitatem Faventiæ arctat, & obſidet.

Menſe Septembris Galeæ Venetiæ diſcurrentes per regnum in odium imperatoris, Termulas, Veſtam & quaſdam alias Apuliæ terras capientes deſtruxerunt, & bonis omnibus ſpoliarunt. Apud Brunduſium euntes prædictæ Galeæ, navem quamdam redeuntem ab Jeroſolymis

Digitized by Google

ſolymis, cum non poſſent vi capere, igne cremarunt, milites qui ſteterant in ſancto Germano ad Imperatorem vadunt apud Faventiam, ex eis quibuſdam in propria recedentibus.

Menſe Octobris Galeæ ipſæ multis onuſtæ ſpoliis in ſua redeunt.

Menſe Novembris Fratres Prædicatores, & minores omnes de Regno exeunt, Imperatore mandante, duobus tantum relictis, qui ſint de regno nativi in ſingulis quibuſque illorum domibus ad cuſtodiam earumdem.

Menſe Decembris . . . . .

## MCCXLI.

Menſe Januarii per totum regnum generalis collecta exigitur. Joannes de Columpna Cardinalis diſcors factus cum Gregorio Papa in partem cedit Imperatoris, & Laguſtam in Urbe, & extra urbem alia caſtra ſua firmari jubet.

Menſe Februarii Imperatore mandante, per totam regni maritimam juxta numerum Galeæ armantur.

Menſe martii milites, & pedites ad defenſam & cuſtodiam maritimæ, ubique per regnum ire jubentur.

Eodem menſe Galeæ prædictæ verſus Piſas vadunt.

Menſe Aprilis civitas Beneventana, quæ Romanæ eccleſiæ ſuberat arctata, & neceſſitate compulſa Imperatori ſe reddit, cujus mœnia Imperatoris juſſu funditus evertuntur, & turres civitatis ejuſdem uſque ad Solarium. Arma hominum civitatis ipſius ad opus recipiuntur Imperatoris. Eodem menſe Faventia per annum obſeſſa, & arctata ab Imperatore venit ad mandatum ipſius ſalvis perſonis, & rebus hominum civitatis ejuſdem, in qua poſtea Imperator ipſe fieri munitionem mandat.

Menſe madii in feſto Inventionis ſanctæ Crucis Galeæ Imperiales, cum Galeis Januenſium conflictum habentes, nonnullos Prælatos occidentales, qui erant in eis, habita victoria de Januenſibus cœperunt, & duxerunt apud Piſas captivos cum duobus legatis, Prænestino ſcilicet epiſcopo, & Oddone ſancti Nicolai in carcere Tulliano Diac. Card. de quorum mandato veniebant ad Papam. Inter quos fuerunt Ciſtercienſis, & Clarevallenſis Abbates, nec non Rotomagen. Archiepiſcopus, & alii, quos ignoro. De Galeis quoque Januenſium captæ ſunt ultra 20. & nonnulli Januenſium in eis, & quamplures ſunt ſponte ob metus cauſam in mari ſubmerſi, qui omnes poſtea, Imperatore mandante, tam Prelati, quam alii, cum legatis ipſis in Regnum apud Neapolim per mare in captionem ducti ſunt, & in cuſtodiam per regni caſtella tranſmiſſi. Milites, & pedites nonnulli apud Aquinum, & apud S. Germanum conveniunt ad regni cuſtodiam.

Menſe Junii Prælati de regno vocati ab Andrea de Cicala Capitaneo, & magiſtro Juſtitiario apud Melfiam, ad eum vadunt, a quibus theſauri eccleſiarum ſuarum, tam in auro, argento, quam veſtibus ſericis, & lapidibus prætioſis in commodato pro principe exiguntur.

Imperator diſcedens a Faventia venit Fanum, quam, circumpoſita obſidione, cum eam flectere ad ſua vota non poſſet, in exterioribus vaſtat, & diſcedens inde vadit Spoletum, quod recipit ad mandatum ſuum. Aſſiſii civitatem ſibi renitentem, ſimiliter vaſtat exterius.

Eodem menſe fama de Tartaris ad Imperatorem pervenit, quod jam de victo rege Ungariæ, eſſent in foribus Alemanniæ, & hoc ipſe rex Ungariæ ſignificavit eidem Imperatori per Guacien. Epiſcopum Legatum ſuum, & per litteras ſuas, per quas ſe ipſum, & regnum Ungariæ ſuæ promittit ſubjicere ditioni, dummodo per ipſum Imperatorem ab ipſis Tartaris protectionis ſuæ munimine defendatur, & ob hanc cauſam Imperator ipſe metuens chriſtianitatis excidium, ut componat cum Papa Gregorio, verſus urbem dirigit cum feſtinantia greſſus ſuos, & tunc propter hoc generales mittit litteras ad univerſos Principes Occidentis, quarum tenor talis eſt, *Illuſtri regi Francorum tam quam fratri ſuo. Fridericus &c. Perfectæ ſolicitudinis zelus, quo ſicut pater Imperii ſtatum ejuſdem diligere cogimur, & tueri propenſius nos inducit, non tam manifeſta pericula, quam ſuſpecta vereri &c.* per quas litteras Principes ipſos animat, & hortatur ad fidei chriſtianæ defenſionem, & eccleſiæ Sanctæ ſuccurſum.

Eodem menſe Imperator ipſe veniens apud Interamnes, civitatem ipſam recipit ad mandatum ſuum.

Menſe Julii Imperator venit Narniam, quam ſibi renitentem invenit, propter quod facta in exterioribus vaſtitate inde diſceſſit, & verſus Reate concito vadit, quam ſibi ſimiliter reſiſtentem invenit, & tunc vocatus Imperator ipſe a Joanne de Columna Cardinale feſtinat ad urbem.

Eodem menſe Andreas de Cicala Capitaneus juſſu Imperatoris captivos legatos, & alios tranſferri de Neapoli Salernum facit, per Richardum de monte nigro Juſtitiarium Terræ laboris, & ipſe Capitaneus vocatus ad Imperatorem vadit, a quo rediens per totum regnum, certum exigit numerum militum, & ſervientium, & omnes theſauros eccleſiarum ſuæ juriſdictionis, apud ſanctum Germanum congregari jubet.

Joannes de Columpna Cardinalis diſcors a Papa diſcedit, ſeque confert in Prænestum, Monticellum, & Pontem Lucanum contra Romanos recipit in odium Papæ, ad quem Imperator milites & ſervientes de regno mittit.

Matthæus Ruſſus per Gregorium Papam Senator efficitur, qui apud Laguſtam, quam Johannes de Columna firmaverat, & tenebat per ſuos, obſidionem ponit.

Menſe Auguſti Imperator recipit civitatem Tibur-

Digitized by Google

Tiburtinam, & exinde verſus Urbem vadit, & tunc caſtrum quoddam, quod dicitur mons Albanus, quod erat ſancti Pauli de Urbe vi cepit, & igne conſumpſit: caſtra etiam quædam Farſen. monaſterii occupat, & devaſtat. Burgum novum deſertum Incolis igne crematur, Imperator ipſe apud cryptam ferratam ponit caſtra ſua, & in exterioribus urbem devaſtat, & tunc de Gregorio Papa quod obierit Romæ 21. Auguſti pro certo accepit, de cujus licentia Cardinales omnes qui extra urbem fuerant, pro electione Papæ facienda ad urbem redeunt.

Eodem menſe Auguſti juſſu Imperatoris vaſtatores de regno apud Inſulam Pontis Solerati, & apud ſanctum Joannem de Incarico ut intrent Campaniam congregantur. Cardinales, qui in urbe ad Papæ electionem convenerant per Senatorem, & Romanos apud Septiſolium includuntur, ut ad creandum Papam inviti procedant.

Mattheus Ruſſus urbis Senator Laguſtam vi Romanorum obtinuit, theſauri omnes eccleſiarum regni, a porta Roſeti uſque ad fines regni juſſu Andreæ de Cicala Capitanei apud ſanctum Germanum in eccleſia ſanctæ Mariæ terræ ejuſdem congregantur, & reponuntur, quorum cuſtodiæ deputati ſunt duodecim de ditioribus, & melioribus hominibus ipſius terræ, & tunc tabula aurea, quæ ante Altare beati Benedicti ad ornatum diu ſteterat, & alia tabula argentea altaris beatæ Mariæ, & Icona cum ſmaltis, quæ ſuper altare fuerat beati Benedicti, & omnis alius thæſaurus ipſius monaſterii in auro argento, pannis ſericis, & lapidibus prætioſis, nec non & aliarum eccleſiarum terræ ipſius monaſterii ad ſanctum Germanum in prædicta eccleſia ſanctæ Mariæ portatur & deponitur, cujus Thæſauri capti ab eccleſiis regni pars prætio redimitur, & pars reliqua apud S. Mariam de Crypta ferrata ad Principem deportatur.

Præneſtinus epiſcopus, & Oddo Cardinalis cum magiſtro Joanne Toletano ſub Ducatu Thiboldi de Dragone apud Tiburim ducuntur.

Menſe Septembris Vaſtatores apud Inſulam congregati mandato Ceſaris in propria revertuntur.

Imperator ipſe relictis apud Tibur ſub cuſtodia ſuorum quos ad tuitionem, & defenſam civitatis ipſius reliquerat, epiſcopo, & Cardinali prædictis per Campaniam redit in regnum, & veniens apud Inſulam Soleratam civitatem novam in fronte Ceperani conſtrui jubet, ad cujus civitatis fundationem ſtatuit dominum Richardum de monte nigro Terræ laboris juſtitiarium, & mandat, ut homines arcis, ſancti Johannis de Incarico, inſulæ Pontis Solarati, & Paſtinæ illuc ire ad habitandum cogantur: ſtatuit inſuper, ut ad opus civitatis ejuſdem venire deberet certa quantitas hominum de Abbatia Caſſinen. Abbatia ſancti Vincentii, Comitatu Fundano, Comino, & Comitatu Moliſii per hebdomadam, & tunc recto tramite per ſanctum Germanum Aliphiam, & Beneventum Apuliam vadit, mandans ut thæſauri eccleſiarum ad ipſum apud Fogiam deferantur.

Menſe Octobris Giffridus Mediolanen. in Cœleſtinum Papam eligitur.

Eo menſe thæſauri eccleſiarum apud Fogiam per eos de ſancto Germano, qui eorum fuerant cuſtodiæ deputati mandante Ceſare, deferuntur, excepta tabula altaris ſancti Benedicti, & ut redimi debeant a Prelatis ſingulis, & eccleſiis, quarum erant pro certa pecuniæ quantitate ab Imperatore mandatur; Eodem menſe jubetur a Ceſare, ut nullus de regno, equos ad arma vendere, vel trahere extra Regnum præſumat.

Inquiſitio apud ſanctum Germanum fit de medicis, qui mederi auſi ſunt, & in tota Abbatia niſi de licentia Imperialis curiæ, & per eam fuerint approbati.

Civitas Accon rebellat Imperatori.

Menſe Novembris Celeſtinus Papa Romæ apud ſanctum Petrum obiit, & de Cardinalibus quidam eo inſepulto de urbe fugerunt, & contulerunt ſe Anagniam.

Menſe Decembris Imperatrix apud Fogiam obiit, & apud Andriam ſepelitur.

## MCCXLII.

Menſe Januarii generalis collecta per totum regnum exigitur, de qua tertia pars remittitur, ſicut fuit anno præterito. Inquiſitiones fiunt ubique per regnum contra infideles inventos tempore turbationis contra forbannitos, & foriudicatos, contra aleatores, & prohibita arma portantes, & ſuper multis aliis articulis . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Menſe Februarii Richardus de Montenigro a Juſtitiariatu Terræ laboris amovetur, & Giſulphus de Mannia ſubſtituitur illi. Turres civitatis Bari, quæ erant in civitate Imperator dirui jubet. Biſcottum fieri facit per loca maritima, & etiam per loca alia pro fodro 150. galearum, & 20. navium, quas armari mandat ſuper Piſanos, & Venetos. Ad Romanam curiam magiſtrum domus Theutonicorum creatum noviter Archiepiſcopum Barenſem, & magiſtrum Roggerium Porcaſtrell. pro pace legatos mittit.

Patriarcha Aquilegenſis pro facto Tartarorum ad eum venit.

Eodem menſe Henricus primogenitus Imperatoris tentus apud martoranum naturali morte defungitur, pro cujus exequiis celebrandis Imperator ipſe ad omnes regni Prælatos ſuas dirigit litteras in hac forma. *Fridericus &c. Abbati Caſſinenſi &c. Miſericordia pii patris Severi judicis exuperante judicium Henrici primogeniti noſtri fatum lugere compellimur, lacrymarum, ab intimis educente natura diluvium, quas offenſa dolor, & juſtitia rigor intrinſecus obfirmabant. Mirabuntur forſitan diri Patres invictum publicis hoſtibus Ceſarem dolore domeſtico potuiſſe convinci, ſubiectus eſt tamen cujuslibet Principis animus quan-*

Digitized by Google

*quantumvis rigidus naturę dominantis imperio, qua dum vires ſuas exercet in quemlibet, leges & Ceſares non agnoſcit. Fatemur quod qui vivi regis ſuperbia flecti nequivimus ſumus ejuſdem filii noſtri caſu convicti, ſumus tamen eorum nec primi, nec ultimi qui detrimenta pertulerunt tranſgredientium filiorum, & nihilominus illorum funera deplorarunt, luxit namque David triduo primogenitum Abſalonem, & in Pompeji generis ſui cineres fortunam, & animam ſoceri perſequentis; magnificus ille Julius primus Ceſar paterna pietatis affectum, & lacrymas non negavit, nec dolor acerrimus ex tranſgreſſione conceptus, eſt efficax parentibus medicina doloris, quod in obitu filiorum, natura pungente non doleant, contra naturam, a filiis licet irreverenter offenſi. Nolentes igitur nos, & non valentes circa prædicti filii noſtri funus omittere qua ſunt patris, fidelitati tua præcipiendo mandamus, quatenus per totam Abbatiam cunctis clericis, & cæteris fidelibus noſtris injungas, ut ejus exequias omni cum devotione ſolemniter celebrantes animam ejus cum decantatione miſſarum, & aliis eccleſiaſticis ſacramentis, divina miſericordię reccommandent, manifeſtis inditiis oſtendatis, quod ſicut in gaudiorum noſtrorum tripudiis exultant hilariter, ſic & doloribus noſtris condolere fideliter videantur. Datum &c.*

Menſe Martii Juſtitiarii remoti a ſuis officiis apud Fogiam ab Imperatore vocantur, & tunc Richardus de Monte Fuſcolo, qui fuerat Juſtitiarius Capitanatæ, cogitur reddere rationem & tam contra ipſum, quam contra alios fit inquiſitio, Imperatore mandante.

Eo menſe Thomas de Montenigro ab Imperatore apud Tibur capitaneus dirigitur.

Menſe Aprilis Prænestinus epiſcopus, & Oddo Cardinalis de regno apud Tibur ſub Ducatu Yboldi de Dragun. mittuntur.

Brexien. epiſcopus, & Bergamen. electus vocati ab Imperatore de Lombardia in regnum veniunt, qui apud S. Germanum moram facere elegerunt, expectantes ibidem Imperatoris adventum.

Menſe Madii Andreas de Cicala regni capitaneus juſſu Ceſaris congregato exercitu tam militum, quam ſervientium de regno, ſuper Reate vadit, quam exterius totam devaſtat.

Dux Spoleti pro parte Imperatoris ſuper Narniam vadit, & quam poteſt facit in exterioribus vaſtitatem. Denarii novi dantur in S. Germano.

Romani ſuper Tybur vadunt, & illam in olivis, vitibus, & aliis crudeliter devaſtant.

Ipſo menſe Madii exercitus Imperialis de Marchia vadit ſuper Aſculum, & ipſam civitatem obſidet exterius, & devaſtat.

Mediolanenſes, & Brexienſes cum eorum complicibus, eos, qui ſunt eis adverſarii, & qui partem fovent Imperatoris hoſtiliter impugnant, qui caſtrum quoddam, quod Iſeum dicitur de epiſcopatu Brexienſi vi obtinent, & recipiunt ad mandatum ſuum.

Reginus, & Taurinus epiſcopi de Lombardia ad Imperatorem vadunt in Apuliam.

Homines Demanii ubicumque inventi per Abbatiam Caſinenſem revocantur, & compelluntur de mandato Principis ire ad habitandum ad Civitatem novam.

Menſe Junii Aſculum ſe reddit, & venit ad mandatum Imperatoris. Thomas Acerrarum Comes capitaneus in Syriam transfretat. Berardus Comes Manuplelli juſſu Principis in Sardiniam vadit. Patriarcha Aquilegien. qui pro facto Tartarorum ad Imperatorem venerat licentiatus ab eo in ſua recedit. Imperator ipſe de Apulia tunc venit Capuam, & inde per S. Germanum, & per Aquinum tranſiens vadit ad Civitatem novam, ubi per dies aliquot moram faciens, verſus Soram vadit, & inde procedit in Marſiam, ubi apud Avezanum per totum ipſum menſem Junii moratus eſt.

Menſe Julii Imperator congregato exercitu copioſo ſuper urbem vadit, & hoſtilem faciens in exterioribus vaſtitatem.

Menſe Auguſti in regnum reverſus eſt.

Eo menſe Oddo Cardinalis liberatur, & epiſcopus Prænestinus cum magiſtro Johanne Toletano reducti a Tibure in Rocca Jani, quæ eſt ſuper S. Germanum, ſervandi traduntur Philippo de Sancto Magno tunc Caſtellano duobus poſtmodum Baronibus ad eorum cuſtodiam deputatis. Ipſo menſe Auguſti Imperator ante receſſum ab obſidione urbis ſtatuam hominis æream, & vaccam æream ſimiliter, quæ diu ſteterant apud S. Mariam de Crypta ferrata, & aquam per ſua foramina artificioſe fundebant, in regnum apud Lucerium, Apuliæ civitatem, ubi Saraceni degebant, portari jubet.

Menſe Septembris Comes Toloſanus apud Melfiam in Apulia ad Imperatorem venit, qui per totam hyemem fuit in regno. Hoc anno Henricus de Morra magiſter quondam Juſtitiarius, in Apulia naturali morte deſecit.

## MCCXLIII.

Menſe Januarii generalis collecta per totum regnum exigitur.

Menſe Februarii milites omnes, qui ſervire tenentur, jubentur ex parte Ceſaris, in equis, & armis bene parari, ut eſſe debeant in Kal. Aprilis primo futuris ad ſervitium ſuum.

Menſe Martii . . . . . . . . . . . . . &c.

Menſe Aprilis Imperator de Apulia congregato exercitu, venit in Terram laboris, ad quem Summoniti milites in equis, & armis, omnes conveniunt, nec non & certus numerus ſervientium de qualibet terra de regno.

Menſe Madii Imperator ipſe de Capuâ mo-

vens, & per S. Germanum tranſitum habens, & per Aquinum, apud Flagellam ſe contulit, ubi faciens aliquandiu moram inde per Campaniam, facto Ponte ſuper flumen Ceperani, tranſitum habens, ſuper urbem vadit, ubi turres nonnullas funditus fecit everti, faciens in aliis etiam quam potuit vaſtitatem, & tunc ad preces Cardinalium ab urbe diſcedens eſt reverſus in regnum. Ipſo menſe Madii Prænestinus epiſcopus Imperatore mandante liberatus eſt, & apud Anagniam ad Cardinales cum honore remiſſus.

Menſe Junii Sinibaldus tituli S. Laurentii in Lucina presbyter Cardinalis apud Anagniam in Papam Innocentium IV. creatus eſt, de voluntate, & conſenſu omnium Cardinalium, quo audito dominus Imperator, qui tunc erat Melfiæ, ubique per Regnum laudes juſſit Domino debitas decantari. Menſe Julii Imperator ad Papam mittit apud Anagniam Berardum Panormitanum Archiepiſcopum, magiſtrum Petrum de Vinea, & magiſtrum Thadeum de Sueſſa pro bono pacis, a quo benigne ſatis recepti ſunt, & benignum ad Principem retulerunt reſponſum.

Eodem menſe Julii diſcurſus ſyderum de nocte viſus eſt in feſto S. Jacobi, ita ut unum contra alterum quaſi hoſtes inſurgerent, & inter ſe hoſtiliter dimicarent. Tunc civitas Viterbii procurante magiſtro Raynerio Cardinali venit menſe Auguſti ad mandatum eccleſiæ, Comite Simone Theatino pro Imperatore ſe tenente in ea, quo audito Imperator mox, ſine moræ periculo ſe perſonaliter contulit Menſe Septembris ad ſuccurſum prædicti Comitis, & ad recuperationem civitatis ipſius, & congregato exercitu copioſo obſedit eam, & ſtatutis machinis, tam viris, quam viribus dire ſatis impugnavit eamdem, qui cum in nullo proficeret, recepto, & libero dimiſſo, ex pacto Comite prædicto, & ſuis, qui cum eo erant, ab obſidione receſſit, & inde Groſſetum ſe contulit, ubi quaſdam edidit ſanctiones contra judices, advocatos, & notarios, quas per totum regnum publicari præcepit, & tenaciter obſervari, quarum initium tale eſt. Nihil veterum auctoritati detrahitur. Ipſo menſe Septembris, Comes Toloſanus de Apulia venit ad S. Germanum, ibique moram protrahens inde verſus Aquinum, & poſtea apud Sanctum Vitum de Melſa ſe contulit, ibique ſuam per dies aliquot venationem exercuit.

Menſe Octobris circa feſtum omnium Sanctorum Innocentius Papa urbem intrat cum honore Senatus, Populique Romani magno receptus ad quem dictus Comes vadit, tractans inter ipſum, & Imperatorem bonum pacis.

*Recentiori manu in fine codicis adeſt hæc adnotatio, videlicet:*

Anno Domini 1414. die ſexta menſis Auguſti ſeptimæ Indictionis, rex Ladislaus receſſit ab hac vita hora prima diei, & corpus ejus tulerunt de ſero in S. Joanne a Carbonaria in uno tabuto de tabulis, & ibi poſuerunt eum nulla facta obſequia; & ſubceſſit in regno D. Johanna II. regina de voluntate regniculorum, & homines de regno, & terras de Demanio, & Comites, & Barones acceſſerunt Neapolim, & omnes juraverunt homagium voluntarie.

*Et in fine ultimi folii D. Angelus de Nuce Abbas Caſinenſis, ac poſtea Roſſanenſis Archiepiſcopus, manu propria ſcripſit hæc verba, videlicet:*

Monendi ſunt lectores . . . . . . . . . . . . Calabrum Archipræsbyterum Caſtri novi diœceſis Caſinenſis hunc codicem non ſemel eſcribendo, non pauca per turpem aſſentationem, & fraudem temere vitiaſſe, quæ ex hoc autographo corrigenda. Nec mendis vacat editio Ughelli in Italia Sacra.

Per degni motivi abbiamo perdonato al nome, e cognome del ſudetto Arciprete di Caſtel nuouo.

*In Codice Bibliothecæ Caſinenſis ſignato numero 342. adeſt in ejus fine ſequens Epiſtola præphati notarii Riccardi, videlicet:*

Dominis SS. & Patribus reverendis ſacro Conventui Caſinenſi ſingulorum, & omnium fidelis, & ſubditus notarius Riccardus de S. Germano eorum ſanctis orationibus adjuvari.

Qui viſitavit nos dudum oriens ex alto, viſitans nuper viſitavit me, & viſitatio ſua cuſtodivit ſpiritum meum. Caſtigans caſtigavit me, & morti non tradidit, qui peccatoris mortem non diligit, ſed ſalutem. Ecce arcum contra me, arcum ſuum tetendit, & paravit illum, & in ipſo paravit vaſa mortis, Sagitta acuta vulneravit me. Set vulneri meo poſt vinum auſteritatis, Miſericordiæ oleum Samaritanus infudit, qui ægritudinis meæ diſpendia in ſalutis animæ compendia commutavit. Ecce quam bonus eſt Dominus, quam pius eſt, & miſericors; qui pietatis non immemor, cum iratus fuerit non obliviſcitur miſereri, ipſe enim mei miſertus eſt, miſertus eſt, & pepercit, nec accendit in me omnem iram ſuam, eripuit animam meam de morte, percuſſit & ſanavit me, vulnus intulit, adhibuit & medelam, ut vivens adhuc emendem in melius, quod geſſi perperam, vel commiſi; Pro me quæſo igitur Patres mei, & Domini ei gratias agite, qui me de morte reduxit ad vitam quoniam terribilis ipſe eſt, qui aufert ſpiritum Principum, Terribilis eſt apud Reges Terræ, meque veſtra ſemper comitetur oratio, ut quod poſſibilitas mea non optinet, veſtra mihi interceſſione donetur, Ecce mitto vobis Rithmos quos feci de egritudine mea concinna ſatis oratione deſcriptos.

Quantum ſit vilis hominis dignitas,
Et quam caduca ſit ejus ſanitas,
Docet qui dicit, hoc dedit vitas,
Nam omnis homo vivens eſt vanitas.
Vana eſt ſalus, & ſtatus hominis,
Vanus eſt decor, & pulchritudinis,
Filius enim eſt Adæ ſeminis,
Qui nunquam ſiſtit eiſdem terminis.

In

Digitized by Google

In die Jovis ultimo Julii,
Quo celſa Poli viſe ambit Cinthii
Poſt ſumptum modicum quod Edulii
Hoc mihi accidit infortunii.
Sanus ut eram, & ſine vitio
Calami vacans in exercitio,
Mox alteratur ſana conditio,
Et fit infirma, quod ita ſentio.
Rigor per membra ſe cepit fundere,
Qui me compellit invitum tremere,
Cujus ut poſſem vim vi repellere
Corpus decrevi pellibus tegere.
Sub tegumento jacebam abditus,
Meque fovebat ſenilis alitus
Sic tremebundus, & totus hiſpidus;
Duro plus eram lapide frigidus.
Sequitur calor, & rigor præterit
Omnia, ſenis oſſa qui conterit
Non tamen ipſe me prius deſerit,
Donec adverſus ſe ſudor ingerit.
Hoc eo die ſequenti abſtinui,
Et luce tertia mihi minui
Regulam tamen in cibis tenui,
Sed non peccavi dieta tenui.
Nil mihi confert illa minutio,
Sed fit humorum major ſolutio,
Et tunc non fui ultra in otio
Quo ſic eſt facta ſanguinis motio.
Nam in me jugis calor exuberat,
Fit febris duplex quæ ſimplex fuerat
Miſerum ſenem, ut magis conterat
Quidquid præcedit vix frigus tolerat.
Ad dividendam morbi diſcurſiam
In omni mane Summo oxizaccaris
Amigdalatam pinello ſqualidam
Edo vel farra, & bibo qualidam
Me viſitare veniunt medici
Amici mei layci clerici,
Qui me confortant, & dicunt ſinguli,
Ut non deberem ſic mente deici.
Vrinam cernunt, pulſum conſiderant,
Et ſigna vident, quæ nunquam viderant,
Valere tamen qui me deſiderant,
Inter ſe ipſos de me deliberant.
Juvemus, ajunt, amicum debilem
Amicum verum, & favorabilem,
Et adhuc nobis, & multis utilem,
Ne forte vergat ad caſum flebilem.
Fiat nunc ergo quidam purgatio,
Ut Phiſicalis exigit ratio.
Fiet humorum extenuatio,
Et liber erit in brevi ſpatio.
Hoc iſti dicunt, alii veniunt,
Sed qualem credunt me non inveniunt,
De me diffidunt, & male ſentiunt
Sicque dolentes in ſua redeunt.
Septimus dies advenit creticus
Judicativum quem dicit medicus,
Spiritus meus valde fit modicus,
Et ego fio totus Encleticus.
Sed & leviat Mars egritudinis,
Spes redit, & valitudinis,
Secretum exigo pœnitudinis
Confeſſionis, & pulchritudinis.
Ad me ſacerdos accedit illico,
Cui vix confeſſus ſum, & me judico.
Virtus tamen de mortis lubrico
Communioni Chriſti communico.
Sic recreatus ex carne Domini,
Particeps factus & ejus ſanguini,
Eger ut eram Divino nomini,
Gratias egi Deo, & homini.
Inde teſtatus ſum, non ut volui;
De bonis meis, ſed ſicut potui,
Mox conſternatus lecto recubui,
Et nec in totum cuncta diſpoſui.
Hoc intuentes omnes, qui aderant,
Quod mihi ita vires defecerant
De me diffidunt, & ſatis eſitant,
Tuncque debere me mori autumant.
Tunc qui ſum viſus fore deterior,
In illa die factus ſum melior,
Fit quoque morbus validus levior
Me viſitanti de quo regratior
Die paratur nono elleborum
Dulce, quod non eſt ut mel, aut zuccarum
Quod Magiſtrorum propter miniſterium
Mihi confertur in refrigerium.
In tanti mihi cauſa periculi,
Satis id contulit adminiculi,
Nam tunc egreſſi vi ſumpti poculi,
Mox leviantur & frons, & oculi.
Eſt quæ tunc erat naturæ filia
Carior mihi, quam campi lilia,
Quam ad carorum ſana conſilia,
Legitimavi ad optabilia.
Et deſponſavi Matrem realiter
Et coram multis præſentialiter
Anulum dedi, oſculum pariter,
Voluit Deus ſic, & non aliter.
Oh Dei mei omnipotentia!
Erga me fuit quanta clementia
Qui morbi mutas hæc accidentia,
Inſanæ mentis convaleſcentia.
Hæc tua mihi fuit indignatio,
Non ægritudo, ſed viſitatio
Utinam per te ſit emendatio,
Quam decet chriſtianus, & collaudatio.
Qui relevavit lapſum qui cecidit
Me caſtigavit nec morti tradidit
Illi Riccardus quem vitæ reddidit
Regratiatur qui metra condidit
Illi ſit honor virtus, & gloria
Summa poteſtas, ſumma victoria
Cui mors, & vita favent & omnia
Vivit, & regnat Deus in ſæcula.

Gregorius. Sequentium rerum certitudo eſt præteritarum exhibitio, cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. Nil in rerum corporalium natura, cœlo, & terra durabilius, & nil in rerum natnra tam velociter, quam ſermo tranſit. Verba ejus quouſque imperfecta ſunt, verba non ſunt, cum vero perfecta fuerint omnino jam non ſunt, quia nec perfici niſi tranſeundo poſſunt, ait ergo cœlum, & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſient, ac ſi aperte dicat, omne quod apud vos durabile eſt, ſine mutatione durabile ad æternitatem non eſt, & omne quod apud me tranſire cernitur, fixum, & ſine tranſitu tenetur, quia ſine mutabilitate, manentes ſententias exprimit meus ſermo qui tranſit, ſic in ju-

in juventute viget corpus, ſorte, & incolume manet pectus, toroſa cervix, plæna ſunt brachia; In annis autem ſenilibus ſtatura curvatur, cervix exiccata deponitur, frequentibus ſuſpiriis pectus urgetur, virtus deficit, loquentis verba anhelitus intercidit, nam & ſi languor deſit plerumque Senibus ipſa ſua ſalus egritudo eſt. Ita mundus in annis prioribus velut in juventute viguit ad propagandam humani generis prolem robuſtus fuit, ſalute corporis viridis, opulentia rerum pinguis, at nunc ipſe ſua ſenectute deprimitur, ſicque ad vicinam mortem moleſtiis creſcentibus urgetur.



Digitized by Google

# ANONYMORUM MONACHORUM CASINENSIUM CHRONICON.



Digitized by Google

# ANONYMORUM
## MONACHORUM CASINENSIUM
### BREVE CHRONICON

**Ab anno Chriſti 1000. uſque ad 1212. e tribus Codicibus manuſcriptis, qui in Caſinenſi archivo aſſervantur, maxima diligentia excerptum, ſuppletum, auctum, & ab erroribus, quibus ſcatebant primæ editiones, emendatum.**

## PRÆFATIO.

Codex ſignatus num. 199. incipit ab anno 1000. & producitur uſque ad finem anni 1195.

Codex ſignatus num. 47. incipit ab anno 1000. & protrahitur uſque ad finem anni 1152. In hoc codice ab anno 1034. ad finem uſque irrepſit anticipatio unius anni ex errore *Amanuenſis*, corrigenda ex codice ſupracitato. Tam in iſto codice, quam in codice ſupraſcripto 199. quolibet anno ponitur Indictio concurrens, Epacta, Terminus Septuageſimæ, Initium Septuageſimæ, Terminus Paſchalis, Initium Paſchæ.

Codex ſignatus num. 851. continet chronicon Leonis Oſtienſis, & Petri Diaconi, & præterea fol. 254. & ſequentibus chronicon Anonymi Caſinenſis, quod incipit ab anno 1128. pergitque ad finem anni 1212. In iſto etiam codice ex errore Amanuenſis irrepſit anticipatio unius anni ab anno 1128. uſque ad annum 1188. poſt quem hæc verba leguntur: *Uſque modo anni Dominicæ Incarnationis, & Indictionis, & cetera, quæ debuerunt nigra ſcriptura præponi* (anni enim ſignati ſunt minio) *fuerunt poſtpoſita, deinde vero recto tramite præponuntur anni Domini &c.* Definit dictus codex anno 1212. in hæc verba. *Prædictus Imperator in Alemanniam rediit, eo quod*, ex quo ſenſu non completo arguitur defectus reliquorum foliorum. Quia codex ſignatus num. 47. nonnulla habet, quæ non ſunt in codice 199. Ea notata habes cum lineis.

Erudititiſſimus Antonius Caracciolus ex Patrum Theatinorum Ordine publicæ utilitati donavit anno 1626. Neapoli typis Scorigianis Hiſtoriam Heremperti, Lupi Protoſpata, Falconis Beneventani, & Anonymi Caſinenſis. In hac Anonymi editione plures errores reperiuntur, tum nimirum unum pro alio verbum poſitum, tum plurima deſunt. In margine folii 128. aſſerit laudatus Auctor, in codice ſignato nu. 199. plura haberi, quæ deſiderantur in codice ſignato nu. 47. quod tamen contra eſt.

Non advertit, Amanuenſem dicti codicis 47. ex errore ab anno 1034. uſque ad annum 1152. unum annum conſtanter anticipare; quem errorem reperies etiam in codice 851. ab anno 1128. ad annum uſque 1188. ut ſupra dictum eſt.

Fol. 156. laudatus auctor hæc habet: *Hoc chronicon videtur continuatum fuiſſe ab alio ſcriptore in alio codice nu. 199. in quo etiam ſcriptum eſt antiquis litteris Langobard. chronicon Caſinenſe, Leonis Marſicani. Continuatur autem hoc modo &c.* dicere debebat *in alio codice num.* 881. qui Leonis Oſtienſis, & Petri Diaconi chronicon continet. Præterea Anonymi chronicon, quod illud Leonis Oſtienſis, & Petri Diaconi ſubſequitur, incipit anno 1128. ut diximus, non vero anno 1196. ut aſſerit Caracciolus. Qui item habet fol. 1623. *in eodem ſupraſcripto codice 199. &c. ſunt pagellæ aliquot ad finem libri, in quibus appendiculas haſce ſcriptas reperi, quas ſubjicio.*

Verum hæ appendiculæ non ſunt in codice 199. at in codice 47. & non ad finem libri, ſed poſt breve chronicon, quod deſinit anno 1152. excipienda tamen eſt notitia anni 1388. quæ eſt in primo folio codicis 851. Errores hoſce Amanuenſium negligentiæ tribuendos cenſemus.

Celebris Camillus Peregrinius in Principum Langobardorum hiſtoria poſt primam partem ſecundi libri fol. 98. & ſequentibus inſtituit *Caſtigationes in chronicon Anonymi Monachi Caſſinenſis*; & hæc habet: *Namque ejus pars, quæ ad annum pertingit* 1152. *in codice habetur ſignato num.* 47. *librariique ſane errore ab anno* 1034. *ad finem uſque fœdiſſimam, ac fere perpetuam unius anni anticipationem fovet, ſubſequentem vero partem ab anno* 1154. *ad annum* 1195. *Codex exhibet ſignatus num.* 199. *qui ſimul anteriora illa continet ab anno milleſimo, non tamen eadem prava annorum conſignatione perturbata, quippe qui recentius, nec inepte, fuerit, ut plurimum, caſtigatus, ſicut frequentes in eo raſuræ, lociſque, quibus oportuit, nova ſuperinducta ſcriptura demonſtrant. Poſtrema tandem pars ſcripto codici adſuta eſt chronicorum Leonis Oſtienſis, & Petri Diaconi, quæ non ab anno* 1195. *ad quem ſubſiſtit modo dictus codex* 1199. *ſed ab anno exorditur* 1153. *ita ut auctarium, ſive continuatio haud putanda illa ſit chronici deſcripti in codice* 199. *ſed chronici in codice* 47. *qualis plane eſſe videtur, eumdem cum ſervet prochroniſmum ad annum uſque* 1188. *quo vitio, ut dixi, prior pars illa in præfato codice* 47. *ſimul laborat &c.*

At ignoramus, quo pacto aſſerat laudatus Auctor, chronicon, quod eſt poſt illud Leonis Oſtienſis, & Petri Diaconi incipere anno 1153. cum incipiat anno 1128. ut ſæpe ſupra adnotavimus; & ex

hoc

Digitized by Google

hoc arguimur anonymum hunc Auctorem proſequi voluiſſe chronicon Petri Diaconi, quod deſinit anno 1138., quo accidit mors Anacleti pſeudo Pontificis menſe Januario.

Inferius habet laudatus Camillus Peregrinius: *Sed utinam priſcus librarius, qui ex deperdito nunc autographo novum ante alios omnes excripſit exemplum, ſive illud hoc fuerit, quod in Codice habetur 199. ſive aliud (nam exemplum in codice 47. exaratum ex alterutro effluxiſſe videtur, quod ulterius producendum quoque fuerat, ſicuti adſuta ibi, conſutiſque lineis interſtincta, ſcribendoque accommodata membrana, quæ nunc vacua indicant: nec ſane codex 199., & ipſe olim mendoſus prototypum dicendus) utinam, inquam, notulas, ut reor, ad antiquiſſimi exemplaris oram poſtea deſcriptas recens librarius in exaratum a ſe antigraphum inducens, eas ad reſpondentes Chriſti annos attentiori cura retuliſſet! quam inconvenientium non cenſor ille, qui annos in codice 199. paucis exceptis, rite direxit, nec alius poſtmodum advertit, unde multa in annis diſparata abſurdiſſime ſimul congeſta præſenti in Chronico nunc habentur, quæ minime credam a primævo ejus auctore, viro non prorſus inerudito, adeo inepte fuiſſe conſarcinata.*

De hac re, quam Peregrinius habet, nullum ferimus judicium; exiſtimamus tamen chronicon, contentum in Codice 47., conſcriptum fuiſſe ante chronicon, quod extat in Codice 199., & folia prioris Chronici cum quibuſdam aliis foliis adſuta fuiſſe initio dicti codicis 47., qui quidem codex juſſu Deſiderii Abbatis conſcriptus continet Martyrologium, pluraque alia.

Chronicon, in codice 199. contentum, exiſtimamus conſcriptum circa annum 1270. Bernardi I. Abbatis tempore; nam ejus auctor, quibuſdam foliis ante Chronicon, Abbatum Caſſinenſium ſeriem afferendo, eorum nomina, annos regiminis, menſes, dies, atque verbum *ſedit* minio ſignat, idque præſtat uſque ad dictum Bernardum primum. Poſt quem aliena manu quidam alii recenſentur Abbates, verum eorum nomina, anni regiminis, menſes, dies, & verbum *ſedit* atramento ſignata ſunt. Nonnulla alia Codex hic continet, Chronicon autem in eo contentum non niſi circa numerum, ſeu abacum latinum correctum fuit, & non unus, ſed plures monachi ejus Auctores videntur; certum enim eſt unum ex iis vixiſſe anno 1058. nam referens res in dicto anno geſtas habet: *Hoc anno defuncto Stephano Papa, & hujus monaſteriii Abbate &c.* Anno 1066. *Hoc anno domnus Deſiderius Abbas cœpit ædificare eccleſiam S. Benedicti in hoc monaſterio Caſſinenſi.* Anno 1087. *Deſiderius Abbas Papa ordinatur VII. Idus Maii, qui poſtea in hoc monaſterio, ordinato Abbate Oderiſio, poſt tertiam diem moritur &c.* Anno 1126. *Oderiſio a Papa excommunicato, homines S. Germani monaſterium iſtud fraudolenter invadunt &c.* Anno 1137. *Raynaldus hujus loci electus deponitur &c.* Anno 1140. *Idem Rex ad hoc monaſterium venit 3. Kal. Aprilis, cui per cartulam Rocca de Bantra traditur pro Pontecurvo, quem dicebat injuſte a nobis detineri. Caſtrum quod Peſmontis dicitur, cum Cardito, & Camino nobis tollitur.* Anno 1142. *Hoc iterum anno Rex ad hoc monaſterium venit &c. Theſaurum hujus loci omnem cum tabula ante altare tollitur &c.* Anno 1143. *Rex iterum ad hunc locum venit &c.* Anno 1144. *Rex iterum ad hunc locum veniens &c.* Anno 1149. *Ludovicus rex a partibus Hieroſolymitanis reverſus &c. ad hoc monaſterium venit, ſuſceptuſque honorifice &c.* Anno 1153. *Abbas monaſterii S. Mauri ad hoc monaſterium.* Anno 1173. *Dominus rex venit Capuam &c.* Anno 1181. *Dominus noſter rex fecit treuguam &c.* Inveroſimile omnino eſt ſcriptorem anni 1058. quo vivebat, eumdem eum eſſe, qui ſcripſerit res anni 1181. Item clariſſimum eſt, Auctorem Chronici ab anno 1128. uſque ad annum 1212. quod habet codex 851. diverſum omnino eſſe ab Auctoribus chronici Codicis 199., nam hic modo longe ab iis diverſo enarrat res geſtas annis 1183., 1184., 1185., 1186., 1190., 1191., 1192., 1193., 1194. &c.

Præterea, qui hiſtoriam ab anno 1196. uſque ad annum 1209. conſcripſit, conſtanter, dum de Innocentio III., & Abbat Roffrido ei loqui contingit, titulo Domini eos nominat, quod ab aliis ſcriptoribus rerum antecedentibus annis geſtarum præſtitum non eſt, & ſi de eiſdem Pontifice, & Abbate loquantur. Ab anno autem 1209., & ſi Innocentio idem titulus tribuatur, non amplius tamen tribuitur nec Abbati Roffrido, nec Petro ejus ſucceſſori; ſatis clare ergo apparet ſcriptorem, qui res ab anno 1196. uſque ad annum 1209. digeſſit, alium eſſe ab iis, qui ante annum 1196., & ab eo, qui poſt annum 1209. ſcripſerunt.

Præfatus Peregrinius fol. 101. notat eas omnes res, quæ reperiuntur in codice 47.. quæ tamen non ſunt in codice 199. In ſubſequentibus foliis, & annis corrigit editionem Caraccioli ad fidem manuſcriptorum, & multa, quæ ſunt in iſtis, refert, quæ deſunt in præfata Caraccioli editione. Verum tamen eſt, multoties, & ipſum errare, dum editum corrigit; tradit nimirum in manuſcriptis ſemper res ita ſe habere, quemadmodum ipſe aſſerit, quod tamen falſum eſt. Præterea minime adnotavit diſcrimen, quod intercedit inter ea quæ narrat. Auctor chronici codicis 851. annis a nobis ſupra adnotatis, & ea, quæ recenſentur ab auctore chronici Codicis 199., ubi præſertim extat error circa mortem Sancti Dominici, quæ alligatur anno 1001., cum tamen acciderit anno 1031., uti bene obſervat prædictus Peregrinius, duce Leone Oſtienſi, Petro Diacono, & ipſius Sancti vita.

In caſtigationibus, ad prædictos Anonymos anno 1155. probat Peregrinius, noſtros codices bene habere *Comes Andreas* loco *Andria*, uti habet editio Caraccioli.

Eruditiſſimus Muratorius tomo quinto rerum Italicarum ſcriptor., fol. 139., & ſequentibus habet chronicon Anonymi Caſſinenſis, poſitum, ut aſſerit, a Conſtantino Cajetano Abbate in ſuis manuſcriptis ſub nomine Alberici monachi Caſſinenſis, & Præpoſiti S. Mariæ Albanetæ, & deſumptum a noſtro codice ſignato foris num. 62., intus vero 1020. At quoniam anno 1090., & ſequentibus referuntur quamplura, quorum nulla fit mentio ab Anonymis ſupracitatis, ideo exiſtimat dictus Muratorius, Chronicon hoc ſub nomine Alberici, deſumptum ex codice 62., aliud eſſet ab eo, quod continetur in citatis codicibus.

Verum quidem eſt, tempore quo Coſtantinus Cajetanus, hic Caſini moratus eſt, anno nempe

1601.,

1601., & ſequentibus, codicem, qui nunc ſignatus eſt foris num. 47., intus 1020., ſignatum olim fuiſſe foris num. 62., intus vero 1020. uti conſtat ex Indice manuſcriptorum noſtræ Bibliothecæ anni 1605., attamen prædictus codex, qui tempore dicti Conſtantini ſignatus erat foris num. 62., nihil aliud continebat, præter id, quod extat in eodem codice, qui poſtea ſignatus fuit num. 47., uti apparet ex laudato Indice. Nec codex qui tunc ſignatus erat num. 47., ullam rem continet ex his, quæ habentur in codice tunc ſignato num. 62., nam ille tantum continebat Homilias Quadrageſimæ, & temporis Paſchalis. Quare pro certo exiſtimamus, Cajetanum ex aliis manuſcriptis deſumſiſſe res eas, quas refert ab anno 1090. uſque ad annum 1154., quæque non ſunt in Anonymis Caſſinenſibus, quæ omnia forte a Cajetano rite compoſita fuiſſent, ſi de iis edendis cogitaſſet.

Aliud eſt quod idem in clariori lumine ponit, quæ enim in dicto Chronico adnotantur anno 1090. de Rainerio (nempe Rainaldo) & de Comite Adenulpho, deſumpta ſunt ex capite nono libri quarti chronici Caſſinenſis. Quæ enarrantur anno 1091. de Jonatha, qui apprehendit Adenulphum Comitem Atini (Aquini) deducta ſunt ex cap. 14. dicti libri, a quo etiam, cap. 66. deſumptum eſt, Albericum natum eſſe anno 1100. Quod refertur anno 1140., nempe Adenulphum dimiſiſſe Atinam Rogerio regi, & hunc Atinenſibus privilegium conceſſiſſe, ſumpſit Auctor ex monumentis Marci Antonii Palumbi civis Atinenſis, dum agit de Benedicto ejuſdem civitatis Præpoſito. Ne in hiſce nugis fruſtra tempus teramus, fontes, unde reliqua derivata fuerint, indicare ſuperſedemus.

Anno 1129. dum de Innocentio II. ſermo eſt, hæc habentur: *Obiit Honorius Papa, & ea die ſunt electi Gregorius S. Angeli in Papam Innocentium, qui venit in monaſterium S. Benedicti, poſtea ſeceſſit Canoſam, & ibi fecit Synodum, & Petrus Cardinalis S. Mariæ Tranſtyberim in Anacletum, & Innocentius ultra montes perrexit; Anacletus in Apuliam, qui Ducem Rogerium Regem conſtituit.* At verba hæc adjuncta videntur, & tum verum ſenſum interrumpunt, tum hiſtoriam; Innocentius enim Pontifex fuit electus anno 1130., nec eo anno huc Caſinum venit, nec Canoſam petiit; Videndus Pagius ad dictum annum. Verba, quæ habentur anno 1191., nempe: *ſed poſtmodum ſtudio, & ſollicitudine Magiſtri Johannis de Salerno Cardinalis Monachi Caſſinenſis, ab eodem ſunt abſoluti*, nullibi reperiuntur.

Fol. 143. dicitur: *in altero autem codice Caſſinenſi hæc ita deſcribuntur &c.* At nullus eſt, aut in bibliotheca, aut archivo codex, qui exhibeat res modo, quo in citato fol. deſcribuntur, ſed evidenter apparet, res relatas annis 1191., 1192., 1193., 1194., 1195., 1196., & 1208. ab Anonymo Caſſinenſi poſitas in eodem tomo quinto fol. 71. 72. 73. 74. in compendium redactas a Conſtantino Cajetano, haberi in Chronico, de quo hic loquimur, ut conferenti apertiſſimum erit. Iterum autem fatemur, certum omnino eſſe, nullam ex dictis rebus in noſtris codicibus reperiri eo modo, quo referuntur fol. 143., & ſequentibus. Tomo ſeptimo rerum Italicarum ſcriptor: col. 935., & ſequentibus referuntur quidam Sancti deſumti quolibet menſe ex antiquo Martyrologio Caſſinenſi. Verum Amanuenſis non adeo diligens fuit, ut aliquo ſigno diſtingueret Sanctos recentius ad marginem, aut ad calcem foliorum prædicti martyrologii adjectos, quos cum inepte textui inſeruerit, inde fit, ut martyrologium hoc eam antiquitatem non redoleat, quam vere præfert, cum ſeculo XI. ſcriptum fuerit juſſu Deſiderii Abbatis, ut refert Petrus Diaconus cap. 63. lib. 3. Chronici Caſſinenſis; ne autem a ſua, qua gaudet, martyrologium hoc antiquitate decidat, adnotare placet quoſdam Sanctos, literis latinis, & manu recentiori ſuperadditos, ut diximus prædicto martyrologio, quod litteris Longobardicis exaratum eſt.

*Nonis Martii. Apud Foſſanovam natale S. Thomæ Confeſſoris &c. Tertio non. Maii S. Godehardi &c.*
*XIV. Kal. Jun. apud Ferentinum Campaniæ natale S. Petri Confeſſoris.*
*XV. Kal. Auguſti Depoſitio S. Bruni epiſcopi, & Confeſſoris.*
*XII. Kal. Septembris S. Bernardi Abbatis.*
*III. Kal. Octobris in Pontecurvo S. Grimualdi Confeſſoris.*
*VI. Nonas Octobris. Hic in Caſino dedicatio eccleſiæ SS.mæ Euchariſtiæ.*
*IV. Id. Octobris Octava S. Placidi, & ſociorum ejus.*
*XI. Kal. Novembris Hic in Caſino Natale S. Berthàrii Abbatis Caſſinenſis.*
*IV. Kal. Novembris. Octava S. Berthàrii Abbatis, & martyris.*

Illud etiam advertendum, nonnullos etiam errores irrepsiſſe in hujus martyrologii editione ſic.
*Non. Aug. in Brittannis S. Oſnaldi*, lege *Oſualdi*.
*XIII. Kal. Novembris Puteolis S. Lotimi*, lege, *S. Zoſimii*.
*XIV. Kal. Januarii Aurelianis. S. Amati*, lege, *Aviti*.

Notandum, verba, quæ referuntur col. 938. hujus ſeptimi tomi, nempe *Dominus Ludovicus de Fliſco &c.* ſignata eſſe in dicto codice literis Latinis recentioribus.

Columna 939., & ſequentibus deſcripta ſunt quolibet menſe nomina quorumdam Monachorum, & Benefactorum defunctorum, nec non monaſteriorum, & perſonarum ad Caſſinenſem Societatem pertinentium, quæ deſumta ſunt ex Necrologio Caſſinenſi contento in dicto codice num. 47. circa finem ejuſdem, quod literis Langobardicis ſcriptum eſt. Eidem autem adjuncta ſunt nomina multarum perſonarum quolibet die literis Latinis, & manu admodum poſteriori, & Amanuenſis nedum nullum diſcrimen ponit inter ea, quæ literis Langobardicis, & ea quæ Latinis notata ſunt; verum ulterius plurimum erravit in nominibus, cognominibus, annis &c. multa inſuper verba deſunt, ut clare patebit conſulenti noſtram editionem, quam ex originali deſumptam ea omnia, qua potuimus, diligentia publicæ luci donamus. Qua in re adnotandum eorum nomina, quæ manu poſteriori adjuncta ſunt, & litteris Latinis, parva Cruce ſignata nos voluiſſe.

Col. 947. *Nunc ea, quæ ſequuntur, excepta ſunt ex MS. Martyrologio monaſterii, ut puto, Venuſini*

Digitized by Google

*ni Ordinis Sancti Benedicti , quod adhuc legitur in fratrum illorum Capitulo , ſignato in bibliotheca Caſſinenſi num.* 450., *& primo ex Necrologio , ſeu Kalendario mortuorum monaſterii illius , quod eſt ante martyrologium poſitum .* Codex hic jamdudum ſignatus eſt foris num. 334. intus 962., num autem ad quondam Venuſinum , an aliud monaſterium ſpectet , nobis non conſtat . Amanuenſis autem pluries erravit, ut *Helberia* Regina , pro *Helbiria* , monaſterii *Caſſinenſis* , pro *Cavenſis* . Quarto *idus* Novembris Petrus de Vinealibus, pro quarto *nonas*.

Dictum Necrologium integrum excripſimus ex citato codice 334., & operæ pretium exiſtimavimus typis mandare . Ex eodem pariter codice martyrologium , quod publicæ luci donamus , excripſimus , nam colum. 948. & ſequentibus referuntur pauciſſimi Sancti deſumpti ex dicto martyrologio, Amanuenſis autem ſæpe erravit, ut

*VIII. Idus Januarii & Antonii*, lege, *Antonini*

*III. Idus S. Martiana*, lege, *V. idus Januarii &c. S. Marciana.*

*XVII. Kal. Februarii in hac eccleſia fit octava S. Agnetis*, lege, *V. Kal. Februarii Octava S. Agnes.*

*XI. Kal. Auguſti S. Wandrigili*, lege, *S. wandrigiſili*

*IX. Kal. Decembris S. Severiani*, lege, *S. Severini.*

Col. 950. *Comes Riva*, lege, *Comes Riccardus*, *Sardo*, lege, *Sarlo*, *Goffridus de Salznel* , lege, *Goffridus de Sakuel*; *Ad honorem*, Adde, *ſuum*.

*Forma recipiendi in communionem &c.* verba hæc deſumta ſunt ex ultimo folio dicti codicis.

Anno Domini 1189., lege 1188., *Hic Inventarium ſuppellectilium ſacriſtia montis Caſini* cum reliquis, quæ ſequuntur infra uſque ad principium Columnæ 960. ad ea verba , *legi non poſſunt*, exſcriptum eſt ex citato Codice 47., at quidam errores irrepſerunt , ſic columna 954. lineas 19. deſunt hæc verba : *viceſimo primo* , & inferius *Camera* , pro *Camerarii* ; *Eccleſia SSma*, pro *Eccleſia S. Maria*; *fruatur Dominus Aobertus*, pro *fruatur eis Dominus Robertus*. *Corica*, pro *Conca*. *Notarii auctoritate*, pro *notarii Apoſtolica auctoritate*.

Præterea verba illa: *In nomine Domini amen die primo menſis Octobris*, *Indictione prima* (legendum *Indictione XI.*) *apud ſacrum &c.* quæ infra ſequuntur, unita eſſe debent conſtitutionibus, & ſtatutis ſynodalibus; prædicta enim verba ſunt initium Inſtrumenti tunc ſcripti, cum prædictæ conſtitutiones fuerunt.

Col. 955., *Indictiono* 11. lege *XI.*, *PP. II.*, lege *Papa XI.*

Columna 957. *Prior*, lege *Prior Prapoſitus*.

Columna 958. *calcariis*, pro, *calzariis*; *jurgiis* dele, *Superioris*, pro, *Subprioris* ; *calcarios* , pro, *calzajos*; *ejuſdem*, adde *Sedis*. Columna 959. *Benedicti Papa* adde *XII. ſubjecti*, adde , *etiamſi auctoritate*; *Benedicti*, adde *XII. ordinatione ſedis præfata*, lege, *Ordinatione ſedis Apoſtolica*.

Col. 960. *juſtus juvamine*, lege, *fultus juvamine*.

Col. 961. citatur codex bibliothecæ noſtræ ſignatus nu. 343. cum tamen ſignatus ſit numero 3. Plures item errores irrepſerunt, dum referuntur quædam in dicto codice contenta, & quidem in primis deeſt notitia anni 814., quam tamen nos dedimus; deinde habetur.

*Anno* 824. . . . . . *Radelchis* , lege , *anno* 827. *Radechis* : Hic illud etiam advertendum , hunc Radechim non fuiſſe Abbatem Caſſinenſem ; neque enim ullus hujus nominis in Abbatum Caſſinenſium ſerie reperitur, & dicto anno 827. Abbas Caſini erat S. Apollinaris. *Eidelperto Presbytero* , lege *Adelperto Prapoſito*.

*Indictione quarta defunctus eſt Joannes*, lege, *Indictione ſeptima hoc anno defunctus Johannes*.

Col. 962. *nec ad colorem*, lege, *nec ad calorem -- Coſtituerunt*, adde, *qui præfuit -- Poſtquam*, lege, *poſtquam mons Avi terramotu per* 12. *dies*, lege, *hunc montem a vi terramotus per* 15. *die*

Codex ſignatus foris num. 179., intus vero 972. exhibet martyrologium Bedæ ; ſic autem eſt hujus Codicis initium: *In nomine ſancta , & Individua Trinitatis incipit martyrologium expoſitum a venerabili Veda Presbytero &c.* Huic martyrologio , quod , ut totus codex litteris Langobardicis exaratum eſt, inſerti reperiuntur, recentiori manu promiſcue monachi, & ſeculares defuncti illo die, quo notantur; inter cæteros autem prima die Februarii habetur. *Obiit Pandulfus Epiſcopus . X. Kal. Martii obiit Pandulfus Aquinenſis Comes. VII. Kal. Martii Ugo Epiſcopus, Id. Martii , anno Domini* 1272. *Comites Thomas della Cerra , & pater ejus Adenulfus de Aquino. VIII. Kal. Aprilis anno Domini* 1271. *obiit Maria Regina. IV. Kal. Aprilis obierunt Fratres noſtra congregationis Stephanus Papa, qui & Abbas Fridericus &c. II. Kal. Aprilis obiit Rodoaldus Archiepiſcopus. Kal. Aprilis. Obierunt fratres Maraldus epiſcopus , & monochus &c. III. Non. Maii obiit D. Hubertus Cardinalis , epiſcopus , & monachus . XVII. Kal. Junii obiit Landenulfus epiſcopus, & monachus III. Kal. Junii obiit Fr. Adenolfus monachus S. Matthai; III. non. Julii Depoſitio Alberici Pontificis, & monachi, & Theobaldi Abbatis. XVIII. Kal. Julii obiit Landolfus Comes. IV. Kal. Julii Fr. Joannes Bufalus cum tota conſanguinitate ſua vivis , atque defunctis &c. II. Kal. Julii Depoſitio Benedicti epiſcopi, & monachi. V. non. Julii obiit Fr. Aymo Diaconus , & monachus Caſſinenſis. II. Id. Julii obiit bona mem. D. Joannes de Tolletta Cardinalis Albus. V. Kal. Auguſti obierunt Joannes epiſcopus, & monachus &c. IV. Kal. Auguſti obiit Abbas Landulfus. XVIII. Kal. Septembris. Obiit Benedictus epiſcopus, & monachus. IV. Kal. Septembris Depoſitio Landolfi monachi, & Abbatis , III. Non. Septembris Fr. Jo. Sacerdos , & monachus Decanus S. Matthai. II. Idus Septembris obiit Joannes epiſcopus , & monachus . XVIII. Kal. Octobris obiit Theodinus ſacerdos , & Abbas Caſſinenſis XVI. Kal. Octobris*

*obiit*

Digitized by Google

*obiit veneranda memoria D. Deſiderius Abbas, qui, & Victor Papa. X. Kal. Octobris obiit Landus epiſcopus Aquinatis, IV. Kal. Octobris obiit Joannes de Sarra, cum tota conſanguinitate ſua vivis, atque defunctis, VI. non. Octobris Dedicatio S. Mariæ in Alvaneta. VII. Id. Octobris Dedicatio S. Angeli in Balle luce. Obierunt Alfanus archiepiſcopus, & monachus &c. D. Bernardus Caſſinenſis Decanus, XIII. Kal. Novembris Depoſitio Abbatis Rizzardi de S. Joanne in Venere. IX. Kal. Novembris Dedicatio S. Gregorii prope Aquinum. Kal. Decembris obiit D. Oderiſius Cardinalis, & Abbas. III. non. Decembris obiit Teyprandus Abbas, Benedictus Sacerdos, & Abbas, II. non. Decembris anno Domini 1271. Fr. Rogerius monachus S. Matthæi. VI. Id. Decembris Conceptio S. Mariæ Virginis* (ſcriptum tamen manu recentioris), *XVI. Kal. Januarii Fr. Thomas ſacerdos, & Monachus de Albaneta.* Poſt martyrologium ſequitur; *qualiter pronunciandus ſit Hebdomadarius omni ſabato ad capitulum, Vicarius ordo poſtulat, ut in futura hebdomada canat: Nonnus talis miſſam, Epiſtolam frater talis legat, Frater talis Evangelium, Reſponſorium, & Verſum frater talis cantet: lectionem memoriter Frater talis legat, lucernam frater talis procuret, Coquinæ ſervitium nonnus talis cum fratre tali faciat lectionem ad menſam Frater talis legat, ad collationem, vel ad capitulum Frater talis legat, ſervicium eccleſiæ nonnus talis cum Fratre tali miniſterio ſuccedant.*

Offertio infantium, *Dum legaliter ſancitum antiquitus teneatur, & cautum cum oblationibus Domino parentes ſuos tradere filios in templo Domini feliciter ſervituros, proculdubio hoc de noſtris filiis faciendum nobis ſalubriter præbetur exemplum. Æquum etenim judicio Creatori noſtro de nobis reddere fructum. Idcirco ego in Dei nomine hunc filium noſtrum talem in monaſterio S. Benedicti, cujus quorum corpus hic continetur, coram Abbate Domno tali præſenti, & cuncta Congregacione trado coram teſtibus cum oblici., atque peticione pallam Altaris manum pueri involutam regulariter permanſurum, & cum ceteri gratanti animo militaturum, ita ut ab hac die non liceat illi collum ſub jugo regulæ excutere, ſed magis ejus inſtituta ſervare, & ut, & hæc mea tradicio inconvulſa permaneat, promitto ſub jurejurando coram Deo nunquam per me, nunquam per ſuſpectam perſonam, nec quolibet modo facultatem exeundi de monaſterio tribuam, & ut petitio firma permaneat manu mea propria ſubter firmavit.* Codex hic erat monaſterii S. Nicolai Ciconiæ huic Caſſinenſi ſubjecti, ab eodem diſtantis circa mille, & quingentos paſſus, in fine enim folii 12. hæc recentiori manu leguntur: *In Altare ſancti Nicolai ſunt reliquia ſancti Andreæ apoſtoli, ſancti Georgii martyris, ſancta Luciæ Virginis, ſancti Apollinaris martyris, ſancti Blaſii epiſcopi, & martyris, ſancti Athanaſii epiſcopi Alexandrini, Oleum ſancta Catharinæ.* Fol. 35. a tergo hæc alia verba habentur. *Ego Frater Deodatus ſancti Nicolai Rector, & cuſtos una cum conſenſu, & voluntate fratrum noſtrorum concedimus tibi Fr. Machabeus victum, & veſtimentum ſicut uni ex melioribus fratribus &c. Ego Frater Hector cuſtos eccleſiæ ſancti Nicolai una cum conſenſu, & voluntate Fratrum noſtrorum concedimus tibi Fr. Johanne victum, & veſtimentum ſicut uni ex melioribus fratribus &c.* Similiter verba habentur fol. 36. *Ego Benedictus de Sica veniens ante præſentiam domini Joannis Marſicani venerabilis Præpoſiti, & omnium fratrum, condonavi quatuor ſolidos, & dimidium, quos mihi eadem debebat eccleſia pro terra ſcilicet, quam mihi domnus Abdon loco pignoris poſuerat. Unde idem Præpoſitus, & omnes fratres conceſſerunt mihi &c.*



Digitized by Google

# ANONYMORUM
## MONACHORUM CASINENSIUM
### BREVE CHRONICON

**Ab anno Chriſti 1000. uſque ad 1212. e tribus Codicibus manuſcriptis, qui in Caſinenſi archivo aſſervantur, maxima diligentia excerptum, ſuppletum, auctum, & ab erroribus, quibus ſcatebant primæ editiones, emendatum.**

ANno 1000. *Otho Imperator puer Beneventum venit.* † *Quidam Nortmanni Hieroſolymis venientes, Salernum a Sarracenis liberarunt.*

1001. Obiit Otho tertius Imperator *Sutri*, & Henricus filius patrui ſui fit Rex.

Beatus Dominicus migravit ad Chriſtum.

1002. Hoc anno venerunt Sarraceni ſuper Capuam.

1005. Terremotus ingens per XV. & eo amplius dies hunc montem exagitavit, ita ut in nonnullis locis Eccleſiam ſcinderet.

1007. Obiit Landulphus Princeps Capuanus,

1010. *Obiit Joannes Abbas Beneventi.*

1011. Sol defecit, & fames valida fuit.

1014. Heinricus Rex venit Romam, & coronatus eſt a Papa Benedicto; Et Pandulphus Princeps . . . . . . .

1016. Luna verſa eſt in ſanguinem.

1017. Normanni Melo Duce cœperunt expugnare Apuliam.

1021. Dattus captus eſt a Græcis in Turre de Gariliano,

1022. Henricus Imperator venit Italiam, & *ſuper Trojam*. Theobaldum ordinavit Abbatem, Pandulphum fecit Principem, qui fuit Comes Teanenſis. Pandulphum Principem vinctum ſecum aſportavit. *Obiit Atenulphus Abbas.*

1025. Obiit Dominus Heinricus Imperator, & Pandulphus Princeps ſolutus vinculis anno uno obſedit Capuam cum Grecis, & tandem vi recepit eam,

1027. Idem Pandulphus *Princeps* ingreſſus eſt Neapolim, & obtinuit eam anno uno, & menſibus quinque.

1030. Luna quintadecima obſcurata eſt.

1033. Solis pars maxima obſcurata eſt in ipſa feſtivitate ſancti Petri

1035. Obiit Theobaldus Abbas.

1036. Baſilius fit Abbas.

1037. Sexto Kal. Februarii. Mons Veſuvius eructavit incendium, ita ut uſque ad mare diſcurreret.

1038. Conradus Imperator ingreſſus eſt Capuam Vigilia Pentecoſtes, & in Pentecoſte coronatus eſt. Adenulphus epiſcopus reconciliatur. Pandulphus Princeps exiliatur. Guaimarius fit Princeps, & Richerius Abbas.

1039. Obiit Conradus Imperator, Heinricus filius ejus imperat.

1042. Luna XIII. obſcurata eſt per quinque horas V. Idus Januar. cum nulla nubes appareret in cœlo.

1045. Richerius Abbas ejecit Normannos de Terra Sancti Benedicti.

1047. Heinricus Imperator venit Capuam, & reddidit eam Pandulpho Principi juniori.

1050. Hoc anno Leo Papa ordinatus eſt.

1052. Guaimarius Princeps interficitur, & Bonifacius Marchio.

1053. Leo Papa cum Normannis in Apulia dimicavit.

1054. Leo Papa obiit,

1055. Victor Papa fit. Richerius Abbas defungitur. & Petrus Abbas ordinatur.

1057. Fredericus fit Abbas, qui & poſtmodum Stephanus Papa extitit.

1058. Hoc anno defuncto Stephano Papa, & hujus monaſterii Abbate, Domnus Deſiderius omnium fratrum unanimitate Abbas eſt ordinatus,

1059. Nicolaus Papa ordinatur.

1061. Obiit Nicolaus Papa.

1062. Alexander Papa ordinatus eſt. Richardus intravit Capuam, & factus eſt Princeps XII. Kal. Junii,

1063. Luna quintadecima Eclypſim paſſa eſt quinto Idus Novembris.

1066. Hoc anno Domnus Deſiderius Abbas cœpit edificare Eccleſiam S. Benedicti in hoc monte Caſſinenſi.

1067. Stella Cometes apparuit. Gotfridus Dux cum exercitu venit *campaniam* uſque Aquinum. Richardus Princeps Terram Marſorum intravit.

1071. Eccleſia nova S. Benedicti dedicata eſt ab Alexandro Papa die Kalendarum Octobrium cum quinque altaribus ſuis.

1073. Alexander Papa defungitur, & Ildeprandus Archidiaconus in Papam Gregorium ordinatur menſe Aprilis.

1075. Nocte natalis Domini captus eſt prædictus Papa ſuper ſanctum Altare a quibuſdam Romanis, ſed vi, & conſtantia omnium Romanorum, eodem die receptus eſt.

1076. Hoc anno venit Robertus Dux ſuper Salernum pridie nonas Maii, & obſedit eam terra marique, & cœpit eam die Idus Decembris.

1077. Hoc anno Richardus Princeps cœpit obſidere Neapolim principio menſis Maii.

1078. Richardus Princeps obiit Capuæ quinta Feria cœnæ Domini, & Neapolis obſidione ſoluta eſt, & Jordanus fit Princeps.

1081. Henricus Rex valida manu venit Ro-

Romam, ſed, obſiſtentibus Romanis, cum Papa Gregorio ſine effectu regreſſus eſt. Robertus Dux Romaniam debellaturus ingreditur.

1083. Heinricus Rex iterum Romam veniens Porticum ſancti Petri vi captam ex parte deſtruxit, & Archiepiſcopum Ravennenſem invaſorem eccleſiæ Romanæ conſtituit.

1084. Idem Rex Romam a quibuſdam Romanis intromiſſus poſt duos menſes a Roberto Duce fugatus eſt. Idem Dux Papa Gregorio de Urbe eruto Salernum perduxit.

1085. Fames, & mortalitas maxima fuit. Gregorius Papa apud Salernum moritur. Obiit Robertus Dux.

1086. XIII. Kalendas Martii noctis initio ſtella clariſſima in circulum primæ lunæ ingreſſa eſt. Deſiderius Abbas Romæ in Papam Victorem eligitur die Pentecoſtes.

1087. Deſiderius Abbas Papa ordinatur VII. Idus Maii qui poſtea in hoc monaſterio, ordinato Abbate Oderiſio, poſt tertium diem moritur. Piſani apud Africam certantes Sarracenos vicerunt.

1088. Otho Oſtienſis Epiſcopus in Papam Urbanum eligitur IV. Idus Martii.

1090. Eccleſia nova ſancti Martini dedicata eſt a Joanne Tuſculanenſi Epiſcopo die Octavarum ejuſdem *beati Martini*. Obiit Jordanus Princeps.

1091. Caſtrum Frattæ a Normannis furatum & a noſtris duodecimo die magna Dei virtute, receptum eſt. Capuani rebellaverunt.

1094. *Eccleſia ſancti Andreæ Apoſtoli dedicata eſt a Rainaldo Epiſcopo Cajetano III. Kal. Februarii.*

1095. Stellæ de Cœlo innumerabiles quaſi pluere viſæ ſunt menſe Aprili prope diem, verſus Occidentalem plagam Cœli ubique Terrarum.

1096. Innumera Francorum, & Ultramontanorum multitudo mare tranſivit.

1097. Stella Cometes apparuit. Hoc anno Urbs Antiochena a Chriſtianis capta eſt, III. Nonas Junii, quinta Feria.

1098. Civitas Hieruſalem capta eſt a Chriſtianis Idibus Julii. Dux Rogerius cum Comite Rogerio Capuam per quadraginta dies obſidentes receperunt, & Richardo Jordani filio reſtituerunt. Eo anno via ignea per totam noctem in Cœlo apparuit quinto Kalendas Octobris.

1099. Luna duodecima in ortu ſuo defectum paſſa paulatim redintegrata eſt nonis Junii: Obiit Urbanus Papa. Paſchalis fit Papa.

1100. Guibertus Hereſiarca invaſor Romanæ Eccleſiæ moritur.

1105. Domnus Odoriſius Abbas acquiſivit oppidum Pontiſcurvi, & Caſtellum Vitecoſi. Obiit Oderiſius Abbas. Ottho fit Abbas.

1106. Stella Cometes apparuit. Henricus Rex defungitur. Heinricus filius ejus imperat. Obiit Richardus ſecundus Princeps, Robertus fit Princeps.

1107. Luna quartadecima obſcurata eſt. Obiit Ottho Abbas. Bruno Signinus Epiſcopus Abbatiam ſuſcipit.

1108. *Caſtrum Terame a Comitibus Aquinenſibus invaſum, ſed a noſtris quintodecimo die receptum eſt.*

1110. Stella Cometis apparuit.

1111. Heinricus prædictus Rex cum magno exercitu Romam veniens, Paſchalem Papam cum multis aliis capit; ad ultimum finem facta coronatus abſcedit. Bruno Epiſcopus Abbatiam dimittit: Girardus fit Abbas; Obiit Rogerius Dux, & Boamundus frater ejus.

1115. Girardus Abbas Oppidum Sujum adquiſivit. Piſani Majoricam, & Minoricam Inſulas debellantes ceperunt.

1117. Terræmotus magni fuerunt; ita quod multa ædificia per diverſa loca corruerunt; homines mortui ſunt; Aquæ turbidatæ ſunt: lampades eccleſiarum moveri viſæ ſunt: Luna quartadecima obſcurata eſt.

1118. Obiit Paſchalis Papa, Joannes Cancellarius eligitur in Papam Gelaſium; tunc & Rex Romam occurrens, Burdinum invaſorem ſummittit.

1119. Obiit Gelaſius Papa apud Cluniacum, & Guido Viennenſis Archiepiſcopus a Cardinalibus in eodem loco in Papam Calixtum eligitur.

1120. Idem Papa Romam veniens honorifice excipitur. Obiit Robertus Princeps, & Richardus filius ejus ungitur, quo paulo poſt mortuo, Jordanus Patruus ejus fit Princeps. Terremotus magni per plures dies in Terra S. Benedicti, & circumquaque fuerunt, ita ut multa edificia ruerent.

1121. Calixtus Papa Burdinum apud Sutrum captum, apud Cavas cuſtodiæ mancipavit.

1122. Idem Papa eumdem Burdinum de Cava extructum in Janula cuſtodiendum tradidit.

1123. Obiit Girardus Abbas, & Oderiſius fit Abbas. Stellæ innumerabiles quaſi pluere viſæ ſunt pridie nonas Aprilis, hora matutina.

1124. Caſtrum Pica ab Oderiſio Abbate adquiritur, & a Calixto Papa, & Jordano Principe ſancto Benedicto confirmatur. Obiit Calixtus Papa, & Lambertus Oſtienſis Epiſcopus Papam eligitur Honorium.

1125. Richardus de Caleno Terram S. Benedicti hoſtiliter ingreſſus Caſtella ejus incendit. Prædictus Papa Burdinum de Janula tractum in Fumonem relegavit. Heinricus Rex obiit: Lotharius fit Rex.

1126. Oderiſio a Papa excommunicato, homines S. Germani monaſterium iſtud fraudulenter invadunt, ipſoque depulſo, Nicolaus ingreditur. Rocca de Janula deſtruitur. *Caſtellum Suju a filio Richardi de Aquila occupatur.*

1127. Caſtellum novum ab Adenulpho de Spinio capitur, Caſtrum Pica redditur. Caſtrum novum recuperatur. Oderiſius Abbatiam foris jurat. Caſtrum Terellæ edificatur. Nicolaus expellitur. Senorettus fit Abbas. Dux Guilielmus, & Jordanus Princeps obierunt. Robertus fit Princeps.

1128. Papa in Apuliam contra Comitem Rogerium, qui Ducatum occupaverat cum expeditione

Digitized by Google

tione properat. Ad ultimum facta concordia, Ducatum ei confirmavit.

1129. Rogerius Dux cœpit Trojam, & fere totam Apuliam, & Capuanus princeps ille hominium fecit.

1130. Obiit Honorius Papa, & eo die ſunt electi Gregorius S. Angeli in Papam Innocentium, et Petrus cardinalis S. Mariæ Transtyberim in Anacletum: & Innocentius ultra montes perrexit. Anacletus in Apuliam *ivit*, qui Ducem Rogerium regem constituit.

1131. Rex Rogerius expugnat, & capit Amalphiam.

1132. Rogerius rex expugnavit Barim, & cum Principe, & Comite pugnans apud Nuceriam ſuperatur maxima ſtrage utrorumque. Rex Lotharius Italiam ingreſſus eſt.

1133. Lotharius rex venit Romam, & accipiens coronam ab Innocentio reverſus eſt. Sol fere totus obſcuratus eſt a ſexta hora uſque ad nonam IV. nonas Auguſti. Rogerius rex ingreſſus eſt Apuliam, & comites Converſanenſes, & Andrenſem exhæredavit.

1134. Robertus princeps abiit Piſas, & rex Rogerius venit ſuper Principatum, & Comitem Raynonem Principatum cœpit, Comiti dimiſit terram, & reddidit ei Comitiſſam.

1135. Princeps a Piſis ſtipatus navali exercitu venit Neapolim. Averſani reddiderunt ſe ei, contra quem Rogerius rex veniens fugavit, & Averſam in cinerem redegit. Raynoni, & Ugoni comitatum abſtulit, Raynon comes Neapolim fugit.

1136. Rex Rogerius Anſuſo filio Capuanum Principatum tradidit. Imperator Lotharius Liguriam ingreditur. Terremotus magni in hoc loco fiunt.

1137. Obiit Senorettus abbas. Rainaldus Tuſcus fit abbas. Imperator Barim uſque pervenit cui *pene* ſe tota Apulia tradidit. Innocentius Papa cum Duce Bajoariæ per *totam* Tuſciam iter agens omnibus ei ſe præter Romam uſque Beneventum tradentibus apud Barim Imperatori jungitur. Papa, & Imperator, tradito Ducatu comiti Raynulpho revertuntur. Raynaldus hujus loci electus deponitur. Guibaldus ordinatur, qui poſt quadraginta quatuor dies recedit. Raynaldus Colemit: fit abbas. Obiit Lotharius Imperator.

1138. Conradus fit Imperator. Obiit Petrus filius Petri Leonis, qui & Anacletus, ſed fere poſt duos menſes fratres ejus cum ſuis elegerunt pro eo quendam Gregorium Hereſiarcam, qui poſt tres menſes a Papa Innocentio deponitur. Rex Rogerius venit ſuper Rainulphum Ducem Apuliæ, & exhæredavit Alexandrum de Claromonte. Aliphas redegit in cinerem, ſicque in Siciliam reverſus eſt.

1139. Innocentius Papa facta ſynodo, Anacleti partem damnavit. Obiit Raynulphus Dux. Mons Veſuvius per quadraginta ferme dies eructavit incendium. Rogerius rex venit Apuliam, & cepit eam præter Barim, et Trojam, deinde venit Minianum, contra quem Papa cum exercitu veniens juxta Gallucium in fugam verſus comprehenditur, et quarto die pace facta confirmat illi totam terram a fluvio Carnello, & infra, filiiſque Principatum, atque Ducatum. Caſtellum S. Angeli igne crematur, & Mortula, cum S. Salvatore, & S. Victore, & ſancto Petro in Fine.

1140. Idem Rex ad hoc monaſterium venit 3. kalend. aprilis, cui per chartulam Rocca de Bantra traditur pro Pontecurvo, quem dicebat injuſte a nobis detineri. Caſtrum quod Peſmontis dicitur cum Cardito, & Camino nobis tollitur.

1141. Terremotus factus eſt valde magnus.

1142. Hoc iterum anno rex ad hoc monaſterium venit IV. non. Novembris; cum Fratres ſigno tacto ad veſperam orationi inſtarent, ſubito fulgur unum fratrem ſenem ante crucem ſiniſtri chori ſtantem perculit, & occidit, & locum hunc multis in locis diſſipavit.

1143. Luna quartadecima tota obſcurata eſt a prima hora noctis uſque quartam, quarto non. Februarii. Eccleſia s. Mariæ, & s. Adelberti dedicatur. Obiit Innocentius Papa. Cæleſtinus fit Papa. Rex iterum ad hunc locum venit. Terra Marſorum ſe ei tradidit. Thæſaurum hujus loci omnem, cum Tabula ante altare tollitur, præter crucem majorem cum cyburio, & tribus tabulis altaris.

1144. Celeſtinus Papa moritur, & Girardus cardinalis s. Crucis in Papam Lucium eligitur. Rex iterum ad hunc locum veniens Ceperanum abiit ubi cum Papa loquitur, & diſcordantes Papa recedit; Rex partem Campaniæ cum Terracina cœpit. Berrulas obſedit: deinde quodam pacto facto, quæ cœperat reddidit, Siciliam abiit. Obiit Anſuſus Princeps, & frater ejus Guilielmus fit Princeps. Mare dulce factum eſt a Gageta uſque Neapolim. Jordanus filius Petri Leonis cum Senatoribus, & partem totius populi minoris contra Papam rebellat.

1145. Obiit Lucius Papa, & Eugenius ordinatur, qui tertio die ſuæ electionis nocte cum omnibus cardinalibus, & epiſcopis Roma egreſſus fugit, & apud Farnenſem abbatiam Pontifex conſecratur, & apud Bitervum Paſca celebrans ibique per octo menſes remoratur, demum vero cum Romanis paciſcens, Romam reverſus eſt. Stella cometes apparuit.

1146. Eugenius Papa per Transtyberim exiens Bitervum devenit, & pacem cum Romanis reformans, muros Tiburtinæ civitatis deſtrui paſſus eſt, & civitatem Lucenſem adiit. Rex Rogerius cepit Tripolim.

1147. Idem Papa Burgundiam ingreſſus a Ludovico rege Francorum apud Divionem honorifice ſuſceptus eſt, cum quo Paſcha apud Pariſius celebravit, eique tutele regnum Francorum dimiſſo, idem rex cum magno exercitu Hieroſolymam perrexit: quo etiam anno Conradus rex ſecundus Alamanniæ cum ingenti exercitu per Ungariam, Hieroſolymam profecturus, Conſtantinopolim devenit, ibique Ludovico regi ſociatus, & ab Imperatore Emanuele cognato ſuo honorofice ſuſcepti per Iconium deſertum ingreſſi, quamplures de exercitu fame perierunt *alii a Turcis occiſi ſunt*. Sol obſcuratus eſt quarto kalendas Novembris; Eugenius Papa Antiſiodorum veniens monaſterium ſancti Mauri ſub obedientia cœnobii Caſinenſis manere confirmavit, abbate prius ab obedientia epiſcopi Andegavenſis ſoluto, indeque

Treverim veniens ab archiepiſcopis, & principibus Alamanniæ honorifice ſuſceptus eſt. Rex Rogerius cœpit Africam.

1148. Idem Papa Rhemis concilium celebrans cum Hereſiarcham Hiſpaniæ, qui ſe Chriſtum eſſe dicebat perpetua cuſtodia damnavit, ſicque per Liguriam regreſſus eſt Bitervum. Conradus rex Alamanniæ, cum Ludovico rege Hieroſolymam ingreſſus, & per aliquot dies ibi remoratus, congregato exercitu Damaſcum obſedit, ſed fraude incolarum deceptus per Conſtantinopolim, & Venetiam Alamanniam rediit. Ludovicus vero Rex Antiochiam reverſus eſt. Obiit Rogerius Dux. Wilielmus frater ejus fit Dux.

1149. Eugenius Papa Tuſculanum ingreſſus fultus auxilio Rogerii regis, Romanos ſibi rebelles expugnat. Ludovicus rex a partibus Hieroſolymitanis reverſus, & a rege Rogerio apud Potentiam cum honore ſuſceptus, IV. nonas Octobris ad hoc monaſterium venit, ſuſceptuſque honorifice poſt diem tertium recedens, & apud Tuſculanum cum Apoſtolico colloquens, Franciam rediit. Eugenius Papa pacem cum Romanis reformans Romam reverſus eſt.

1150. Eugenius Papa Urbe egreſſus Campaniæ moratus eſt. Aqua turbida pluit pridie Idus Martii. Luna obſcurata eſt Idibus Martii. Sanguis pluit in feſtivitate S. Johannis Baptiſtæ.

1151. *Obiit Sybilla Regina*. Rex Rogerius conſtituit Wilielmum filium ſuum Ducem Apuliæ Regem.

1152. Obiit Conradus rex. Fredericus fit rex. Naaſſamonites gens Mauritaniæ Regem ſuum ejuſdem Provinciæ laqueo ſuſpenderunt; deinde iter agentes nobiliſſimam Urbem Buceam, & multas alias civitates, tum vi, tum dolo cœperunt, Rege eius fugato. Eugenius Papa cum Romanis paciſcens Romam reverſus eſt. V. Idus Decembris. Terremotus *multi*, *&* magni fuere. Naaſſamonites Regem Buceæ in Conſtantina urbe captum laqueo ſuſpenderunt.

1153. *Sol paſſus eſt Eclypſim*. Obiit Eugenius Papa, *& Conradus epiſcopus Sabinenſis conſecratur in Papam Anaſtaſium. Rex Hieroſolymitanus cepit civitatem Aſcalonam. Rex Roggerius cœpit civitatem, quæ quondam Ipponem Regium dicebatur; Abbas Monaſterii S. Mauri ad hoc Monaſterium* ∴ ∴ ∴ ∴ ∴ ∴ ∴

1154. Obiit rex Rogerius menſe Februarii, die ultimo. Obiit Anaſtaſius Papa, & Adrianus Papa eligitur.

1155. Exercitus regis Siciliæ cum Aſclentino Cancellario Campaniam ingreditur, & combuſſit Ceperanum, & Babucum, & loca vicinia: deinde rediens, mœnia Aquini, & Pontiſcurvi, & aliorum oppidorum dirui fecit, & omnes Monachos de eccleſia Caſinenſi foras expelli, exceptis duodecim. Imperator Theutonicus Romam venit, & clam coronatus receſſit. Robertus Comes Lorotelli regnum cœpit invadere. Comes Richardus de Aquila cœpit Sueſſam, & Theanum. Audita morte regis Wilielmi, comes Andreas cœpit comitatum Alifiæ. Robertus de Surrento cœpit omnem Principatum Capuæ, uſque Neapolim, & Salernum. Adrianus Papa adiit Beneventum. Robertus comes Lorotelli cœpit totam marinam, & caſtrum Bari diruit.

1156. Wilelmus rex Siciliæ venit Brunduſium, & cœpit illud menſe Maii die XXVIII. & deſtruxit Barum, deinde venit Beneventum ad Papam Adrianum, cum quo paciſcens ſecure permiſit exire regnum comitem Lorotelli, & comitem Andream, & alios ſocios eorum præce ipſius Papæ. Quo audito Robertus de Surrento fugit, ſed captus apud Garilianum in carcere eſt ad Siciliam deportatus, ubi cœcatus eſt, & non poſt multum temporis obiit. Adrianus Papa coronavit Beneventi ſupradictum regem Wilielmum, & confirmavit ei regnum, & regalia B. Petri de regno. Abbas Raynaldus recuperavit gratiam D. regis Wilelmi apud Salernum.

1157. Menſe Novembris comes Andreas cepit Terram Fundanam, & Aquinum, & Terram S. Benedicti, deinde cœpit Cominum.

1158. Comes Andreas ſexto die, menſe Januario, cœpit S. Germanum, & Raynaldus Caſſinenſis abbas, & Alphanus Capuanus archiepiſcopus, & quamplures alii Caſſinum conſcenderunt. Terra autem S. Benedicti reddidit ſe præphato comiti Andreæ, qui ſequenti die aſcendit Caſſinum, & acriter pugnavit, ſed nihil profecit; poſtmodum exivit de regno Imperator Conſtantinopolitanus, fecit pacem cum rege Siciliæ, uſque ad triginta annos. Theutonicus Imperator in Lombardiam veniens, Mediolanum, & Cremam obſedit, quam tandem igne combuſſit.

1159. Obiit Adrianus Papa apud Anagne. Rolandus Cancellarius in Papam Alexandrum eligitur, & Octavianus de Monticello a paucis eligitur in Papam Victorem, qui perrexit ad Imperatorem Theutonicum in Lombardiam, & Papa Alexander manſit in Campania.

1160. Comes Robertus de Loritello, & comes Andreas intraverunt in regnum: Maſemuti ceperunt Africam. Mattheus Bovellus interfecit Majonem Ammiratum apud Panormum.

1161. Incarcerati de Sicilia per vim liberati ſunt. Buteria rebellata eſt, ſed rex eam capiens deſtruxit. Menſe Auguſti Luna duodecima obſcurata eſt.

1162. Alexander Papa per mare ivit in Franciam, & a rege Franciæ, & Anglorum honorifice receptus eſt. Fredericus Imperator deſtruxit Mediolanum, & ſubjugavit Lombardiam. Rex Siciliæ veniens in Apuliam deſtruxit Tabernam, deinde rediit in Siciliam, prius tamen præcepit cuſtodiri diligenter Monaſterium Caſſinenſe.

1163. Menſe Julii feria IV. Sol obſcuratus eſt. Rocca Wilielmi recepta eſt a balivis Regis.

1164. Menſe Aprilis quartadecima die intrante, Victor Schiſmaticus obiit apud Lucam, & Guido Cremenſis in Papam Paſchaſium ordinatur.

1165. Alexander Papa per mare de Francia rediens Urbem intravit, qui a maxima parte Senatus, & etiam a populo Romano honorifice receptus eſt.

1166. Rex Wilielmus obiit decima quinta die menſe Mad. & Wilielmus filius ejus coronatus eſt menſe Julii. Raynaldus abbas obiit menſe Octobris. Theodinus electus eſt in abbatem.

1167.

Digitized by Google

1167. Dum Imperator Fredericus, oppugnaret Anconam, Raynaldus ejus Cancellarius expugnavit Romanos, ex quibus mille quingenti occiſi ſunt, vulnerati vero, & capti mille ſeptingenti, quod audiens Imperator, capta Ancona venit Romam, & combuſſit porticus S. Petri. Alexander Papa exiens urbe, Beneventum venit. Menſe Septembris obiit Theodinus Abbas, & fuit maxima mortalitas.

1168. Ægidius Abbas Venuſinus ordinatus eſt in Abbatem Caſſinenſem. Comes Gilbertus, & Berteraimus filius ejus expulſi de Regno, Hieroſolymam perrexerunt. Abbas vero Ægidius depoſitus eſt a Papa Alexandro, & reliquit Procurationem Petro Caſſinenſi Decano.

1169. Robertus comes de Loritello cum rege Wilielmo concordatus eſt. Multa mœnia diruta ſunt a Terremotu in diverſis partibus.

1170. Alexander Papa rediens a Benevento recepit Tuſculanum ad proprietatem Romanæ eccleſiæ.

1171. Dominicus Abbas de Sabucina electus eſt in Caſſinenſem Abbatem.

1172. Dominicus Abbas in Epiphania confirmatus eſt in Abbatem a Papa Alexandro apud Tuſculanum. Luna decimaquarta obſcurata eſt, & terræmotus fuerunt. Rex Wilielmus cum Principe Henrico fratre ſuo venit in Apuliam, ſed Princeps infirmatus rediit in Siciliam, & ibi mortuus eſt. Dominus Rex venit Capuam, & inde pergens Salernum reverſus eſt in Siciliam.

1174. Menſe Aprilis Dominicus Abbas obiit, & Petrus Decanus electus eſt in Abbatem. Menſe Auguſti ſtolium regis ivit Alexandriam. Fredericus Imperator venit in Lombardiam.

1176. Chriſtianus Cancellarius Imperatoris veniens ſuper cellis obſedit eam. Comes Rogerius Andriæ, & comes Tancredus cum aliis Comitibus contra eum perrexerunt illuc.

1177. Alexander Papa ivit Venetias & ibi fecit pacem cum Imperatore menſe Julii in feſto B. Jacobi Apoſtoli.

1178. Joannes Abbas Strumenſis, qui vocabatur Papa Calixtus in Decollatione B. Joannis, Tuſculanum ad pedes Domini Alexandri Pape III. venit, quem poſtea Rectorem Beneventi conſtituit.

1179. Alexander Papa celebravit concilium in eccleſia Lateranenſi, menſe Martii, ubi fuerunt Epiſcopi numero tercentum unus, exceptis cardinalibus, qui fuerunt viginti duo, & exceptis Abbatibus, qui præ nimia multitudine numerari non potuerunt, ubi ſancta ſynodus promulgavit capitula viginti ſeptem.

1180. Hoc anno homines S. Germani perrexerunt ad dominum Regem apud Meſſanam, ut concederet illis privilegium contra monaſterium, ſed nihil profecerunt. Lando intruſus qui eſt Papa Innocentius dictus, apud Palumbaram cum ſociis captus, ad Cavas eſt in exilium deportatus.

1181. Alexander Papa obiit apud civitatem Caſtelli, & Hubaldus Oſtienſis Epiſcopus ordinatur in Papam Lucium apud Velletrum. Dominus noſter rex fecit treuguam apud Panormum cum rege Macamutorum uſque ad decem annos menſe Auguſto.

1182. Tribus diebus infra octavam Epiphaniæ tam maxima venti procella deſævit per totam Italiam, quod homines plures, & beſtias interfecit, arbores exaruit, & herbas ad radices deſtruxit. A quinque annis, & infra fames fuit tam valida per univerſam Italiam, quod diverſis in partibus pſauma tritici pro auri uncia non poterat inveniri, & omnium frugum terræ ſterilitas maxima, & plures homines præ nimia fame herbas comedentes agreſtes deperierunt.

1183. Rex Wilielmus Siciliæ ſecundus venit ad Montem Caſinum 7. Kal. Februarii, & alio die verſus Capuam remeavit. Lucius Papa III. apud Velletrum promovit Wilielmum Abbatem S. Mariæ Regalis de Panormo in Archiepiſcopum Montis Regalis. Chriſtianus Moguntinus Archiepiſcopus obiit apud Tuſculanum. Homines Malfenſes deſtruxerat Rapollam.

*Hic idem annus in Cod. 851. ſic habetur. Vid. Glorioſiſſimus Rex Guilielmus Sicilie ſecundus, VII. Kal. Febru. venit ad Montem Caſinum ubi eo die pernoctans, & ſequenti die ibidem permanens, poſt Solis occaſum deſcendit, alio die a S. Germano recedens per Mirtulam, adque per Sueſſam verſus Capuam remeavit.*

1184. Nono Kal. Junii terręmotus adeo magnus, & terribilis fuit per totam Calabriam, Valle de grati, & vallem de Sinu. Eccleſiæ omnes, & omnia ædificia murorum corruerunt, & Rufum Cuſentinum Archiepiſcopum, & multos alios ſub murorum præcipitio ſuffocati ſunt. Caſſinenſis eccleſia commutationem fecit cum Roberto Caputaſino de Selectano cum caſtro Fella. Lucius Papa dimiſſo comite Bertoldo ad defenſionem Campaniæ per vallem Orbeti Veronam acceſſit ad colloquium çum Imperatore.

*Supradictus annus in cod. pariter 851. ſic habetur. V. Hoc anno vehemens, & terribilis per totam Calabriam extitit Terramotus, ita etiam, quod multa Eccleſia, cum multo populo corruerunt, & ipſe Cuſentinus in Caſtello S. Lucidi, ſub murorum praecipitio ſuffocatus fuit.*

1185. Pax firma inter Imperatorem Fredericum, & regem Guilielmum facta eſt. Rex Wilielmus Siciliæ copioſum exercitum in Romaniam tranſmiſit, qui civitatem Durachiæ, & civitatem Saloniquium cęperunt. Præfatus Rex Conſtantiam amitam ſuam tranſmiſit in coniugem ad illuſtrem regem Henricum filium Frederici Imperatoris. Novum genus hominum, qui vendicoſi dicebantur, in quadam parte regni ſurrexit, quos prædictus rex ſuſpendi fecit, & diverſis pœnis affligi; de ſupradicto ſtolio regis fraude, & vi Gręcorum poſtmodum fortuna eſt adverſata. Lucius Papa apud Veronam obiit 7. Kal. Decemb. & Archiepiſcopus Mediolanenſis in Papam Urbanum eſt ſubſtitutus. Baldovinus Rex Hieroſolymitanus obiit, & Baldovinus filius ſororis ſuæ eſt factus rex. Andronicus Conſtantinopolitanus obiit, & Iſacius factus eſt Imperator.

*In cod.* 851. 1184. *Pax perpetua inter Romanorum Imperium, & regnum Siciliæ firmata eſt. Rex Guilielmus Salernum veniens, Conſtantiam nobiliſſimam amitam ſuam ad illuſtrem Romanorum Regem in conjugem tranſmiſit. Exercitus regis Guilielmi Durachiam, & Salonicam cepit. Lucius Pp.* III. *obiit Verona* VII. *Kal. Decembris, & Mediolanenſis Archiepiſcopus in Papam Urbanum eſt conſtitutus.*

1186. Domnus Petrus Sacerdos, & Abbas Caſſinenſis *obiit octavo idus Julii.*

*In cod.* 851. 1085. *Petrus de Inſula Abbas Caſinenſis in ſancta confeſſione obiit octavo idus Julii.*

1187. Saladinus menſe Madio Chriſtianos devicit; iterum in Junio in alio conflictu victoriam obtinuit. In Septembri 4. Idus Hieruſalem cepit. Exiens Papa Urbanus de Verona, & Ferrariam veniens, obiit. Magiſter Albertus Beneventanus Presbyter Cardinalis S. Laurentii in Lucina, & S. R. E. Cancellarius in Papam Gregorium octavum eſt ſubſtitutus, & veniens in civitatem Piſanam, obiit XV. Kalend. Januarii. Paulus natione Romanus, & epiſcopus Preneſtinus in Papam Clementem eſt ſubſtitutus.

1188. Papa Clemens a Romanis magnifice eſt receptus. Roffredus de Inſula VII. Idus Julii in Caſſinenſem Abbatem honorifice eſt receptus.

1189. Wilielmus rex Siciliæ ſine liberis, & Teſtamento moritur, Panormi oritur inter Chriſtianos, & Sarracenos diſſenſio. Sarraceni multa ſuorum ſtrage facta, exeunt, & inhabitant montana, Roffredus Caſſinenſis Abbas futurorum providus cum vicinis Comitibus, & Baronibus confœderatur.

1190. Tancredus comes Licii, qui apud Trojam cum quibuſdam aliis juraverat fidelitatem Conſtantiæ uxori Henrici regis Theutonicorum, & filiæ quondam regis Rogerii, Panormum vocatus a magnatibus Curiæ, de aſſenſu, & favore curiæ Romanæ coronatur in regem, menſe Januarii. Rogerius, Andreas, & Richardus Caleni Comites melius ſuæ fidei memores cum quibuſdam aliis Tancredo reſiſtunt; ſed differente ſupraſcripto rege Henrico, in Italiam venire, Tancredus Apuliam fere totam, & Terram laboris ſibi ſubiicit, cui etiam munitiones blanditiis Riccardi Acerrarum comitis Cognati ſui inductæ ſe reddunt. Idem comes Romanorum, & de Campania, collecto magno exercitu pro expugnandis Capuanis, & Averſanis Terram S. Benedicti aggreditur rex Henricus Henricum Teſtam cum exercitu mittit in regnum, qui per Amiterninas, & Theatinas oras intrans, plurima loca incendio prædaque conſumpſit, qui junctus cum prædicto comite Rogerio in Apuliam vadunt, locaque plurima depopulantur; Cornitum capiunt, & incolas compellunt exulare, contra quos exercitus Tancredi muniunt civitatem Ariani, & loca vicina metuentes bello campeſtri pugnare. Theutonici vero aliquandiu eos obſidentes tum æſtatis fervore, tum penuria depreſſi obſidionem ſolvunt, & de regno exeunt. Comes Acerrarum invaleſcit; ſupradictum comitem Rogerium dolo ad concionem vocatum fide rupta capit. Redit cum exercitu contra Capuam, & Averſam. Capua ſe reddit improvido conſilio ſicut ſemper uſa cum jam rex Henricus, cui favebat appropinquaret. Fredericus Imperator Romanorum ſupradicti regis Henrici Pater, qui cum ingenti exercitu Hieroſolimam iverat pugnaturus contra Saladinum, qui Terram illam occupaverat, in flumine moritur. Henricus ejus filius Italiam ingreditur.

1191. Obiit Papa Clemens menſe Martii. Jaquintus Diaconus cardinalis in Papam Celeſtinum conſecratur, a quo ſupradictus rex Henricus apud ſanctum Petrum in Principem Romanorum coronatur menſe Aprili. Tuſculanum Romanis conceditur deſtruendum. Henricus Imperator, una cum ſupradicta Conſtantia Imperatrice per Campaniam deſcendens in regnum, Roccam Arcis violento capit inſultu; Quod factum ſuos in audaciam, & noſtros inducit in diffidentiam, ut jam nec loca munitiſſima de reſiſtendo cogitent: unde Sorella, Atinum, caſtrum Cœli, non tam bello, quam ſtupore devictæ ſe reddunt. Abbate Roffredo apud montem Caſſinum ad mortem pœne infirmato, habito tractatu inter legatos Imperatoris, & conventum Caſſinenſem, qui multum Imperatori favebat, vocati ſunt homines S. Germani, & ibi de mandato Decani, & conventus juraverunt Imperatori. Imperatrix primum recta via poſt Imperatorem per Soram, & Atinum, Caſſinum veniunt. Conventus eis jurat, Abbas minime, ſed obſides dat. Poſt aliquot dies veniunt in Terram laboris, nullo reſiſtente, præter civitatem Neapolitanam, in qua receptaverat ſecum ſuo exercitu ſupradictus comes Richardus. Imperatrix Salerni recipitur, & moratur, Imperator Neapolim obſidet a menſe Madio, uſq; ad menſem Auguſti, & tunc infirmatus obſidionem deſerit. Per Campaniam redit Caſſinum, pro Imperatrice mittit, ſed eam, Salernitani fide rupta detinentes ad regem tranſmittunt. Imperator infirmus majori parte ſuorum aeris intemperie mortua, captis obſidibus de S. Germano, & ſecum ducto ſupradicto Abbate, redit in Theutoniam, menſe Septembris, comes Richardus cum exercitu, & Neapolitanis egrediens Capuam capit civium proditione, ubi multi de Theutonicis gladio pereunt. Corradus Muſca-in-cervello in caſtro Capuano aliquandiu reſiſtit, tandem compoſito cum comite cum ſuis exit illeſus, Capuæ nobilibus, qui cum eo erant, carceri deputatis. Stultus Paganus caſtellanum Atini Theutonicum egredientem gladio dejicit, & Atinum pro parte regis occupat. Comes Richardus recuperata Terra laboris, in Venafro comitem Rogerium Moliſi obſidet, quo ſe redempte ad S. Germanum venit, eumque quorumdam civium regi faventium ſcelerata factione obtinet. Adenulfus Caſſinenſis Decanus relictus ab Abbate procurator in Caſſino ſe recipit, & cum monachis obſeſſus a comite viriliter reſiſtit. Comes in damanium regis, capta Terra S. Benedicti, redit in Terram laboris menſe Novembri. Legati curiæ Romanæ Caſſinenſe monaſterium, Decanum, & monachos interdicunt; nec hoc tamen ſeparat eos ab Imperii Karitate.

1192.

Digitized by Google

1192. Decanus cum Diopuldo Caſtellano Rocchæ Arcis menſe Januario, collecto exercitu de campania, & Romanorum deſcendentes per montem invadunt S. Germanum. Balivi regis, Monachi, & laici, regis fautores in fugam ſe vertunt, cæteri non tam dominio reſiſtere valentes, quam contra violentiam prædonum ſe tuentes, magna intrantium ſtrage facta, eos repellunt, donec viſo Decano in manibus ejus ſe reddunt. Juramento impunitatis a magnatibus exercitus recepto, qui tamen obſides capiunt, & auferunt victualia. Idem caſtellanus Soram capit; deinde ſimul cum Decano capiunt Plumbariolam, & Pinnatarium, ubi multa ſtrage facta inhabitant, & conſumunt omnia. Rex Tancredus veniens in Apuliam vadit uſque Piſcariam, & totam inde regni Terram ſibi ſubiicit, præter comitem Celani, cum quibuſdam Baronibus, deinde per Terram laboris redit in Siciliam, relicto capitanio Richardo comite Caleni qui jam ſe reddiderat. Rogerius de Foreſta caſtellanus Atini caſtrum S. Eliæ capit. S. Germanum collecto exercitu ab una parte obſidet, & uſque ad muros violento inſultu expugnat: labores conſumit, & exportat; Caream, & alias Villas igni commendat; ſed & prædictus comes Caleni cum magno exercitu in obſidione civitatis apud ſanctum Angelum diu moratur. Qui ex condicto pariter venientes, violentos faciunt inſultus, ſed Decanus ſicut in monachato monachicum ſic in bello militarem gerens animum abſente Diopuldo, per ſe urbem tuetur, ſuos animat, portas reſerat, & vigili cura diſcurrens ad omnes inſultus ſe obiicit, ita ut ſi poſſibile ſit uno momento portis omnibus adſiſtere cernatur menſe Junii; Comes autem contra conſtantiam, & animoſitatem Decani ſe videns non proficere, ab inſultu ceſſat, & de viribus diffidens ſpem in corruptela reponit, & quem bello non potuit expugnare, blanditiis, & muneribus attemptat. Sed & caſtellanus Atini captum a militibus Regis, fratrem decani variis tormentis adfligit, cujus liberatio Decano obfertur, aurum promittitur, cujuslibet in regno dignitatis optio datur, ſed fidelis animus nec avaritiæ cedit, nec ambitioni, quinimò tormenta diſſimulans, jurat ſe toleraturum magis ante oculos ſuſpenſionem Fratris, quam fidem Imperii, & Abbatis ſui relicturum Inde caſtellanus ſævit, montana S. Benedicti capit & depredatur. Imperator Bertoldum comitem cum exercitu mittit in Italiam, & cum eo remittit ſupradictum Abbatem, ſed Bertoldus in Tuſcia demorans milites Abbati concedit, cum quibus rediens Ceperani adloquitur ſupradictam Imperatricem jam a rege remiſſam, ducentibus eam cardinalibus ad hoc miſſis a Papa, qui putabat Romæ cum ea de concordia tractare. Sed eadem Auguſta urbis declinat ingreſſum, & per Tiburim in partes Spoleti recipitur. Applicat Abbas cum militibus, qui die quadam cum Decano euntes Atinum Cancellos diruunt, magnam partem Atini depredantur, & comburunt, cepiſſentq; caſtrum, ſi conſilio Decani ſtetiſſent. Sed Theutonicus furor eodem quo venit impetu receſſit. Iterum eadem via Cominum intrant. Gallinarium capiunt, & inhabitant, poſt dies aliquot milites, qui conduxerant Abbatem recedunt paucis remanentibus. Abbatia ex parte favet Abbati, caſtrum S. Angeli ſolita perfidia induratum hoſtiliter reſiſtit, latrunculos conducit, qui per ſylvas, & loca opportuna inſidentes prædam eis referant. Caſtellanus Atini iterum invaleſcit, montana caſtra S. Benedicti capit, & tam ipſa, quam caſtrum S. Eliæ gladio præda igne diſſipat, & affligit. Inter has anguſtias adeo fames invaluit, ut ſepe apud S. Germanum venderetur coſcina frumenti pluſquam una uncia auri, & pſauma vini ſimiliter, & caſiſa olei tari quinque. Diopuldus auxilio Abbatis collecto exercitu Aquinum ubi milites Regis erant obſidet, & militibus exeuntibus optinet, inde ſic invaleſcit quod omnia vicinia uſque Sueſſam depredatur, & affligit. Prædictus Bertoldus Amiternum, & Valvas menſe Novembri recipiens ſubito deſcendit in Comitatum Moliſii, & Venafrum primo inſultu capiens, uſque ad conſumptionem inhabitat. Obtinet caſtra vicina in quorum quibuſdam milites regis capit. Rex Angliæ Hieroſolyma rediens in Teutonia captus Imperatori datur. Poſt modicum liberatum, & ſecum retentum, Imperator recepta ab eo fidelitate, coronat, & Regnum ejus auget.

1193. Bertoldus, relictus in comitatu Moliſii Corrado Muſcaincervello, & Diopuldo redit, & ducit in uxorem ſororem comitis Berardi relictam comitis Roberti de Caſerta. Diopuldus in predam diſcurrens verſus Campaniam egredientem contra ſe, comitem Caleni capit, & transductum in Rocca Arcis, captivum ſervat, & de preda tali glorioſus uſquequaque per Terram laboris licenter jam diſcurrit, & depredatur; Supraſcriptus Abbas exercitu collecto recuperat caſtellum novum, & alia vicina caſtra pacto facto de reddendo ſe ſtatuto tempore, niſi erit eis a Rege ſuccurſum. Caſtrum S. Angeli foris devaſtat. Bertoldus rediit in comitatum Moliſii. Rex Tancredus in Apuliam veniens recepit filiam Imperatoris Conſtantinopolitani in uxorem Rogerio filio ſuo dudum in regem coronato. Exinde collecto exercitu venit ad montem Fuſculum, contra quem Bertoldus caſtra movens tentoria figit apud Paludam, ubi die belli condicto, pugnare volentem regem quidam de ſuis retrahunt inter moras autem exercitus Imperialis penuria coactus redit in comitatum Moliſii. Rex vero tranſiens, vi capit Roccham S. Agathes, & Caſtrum Sabiniani, ubi plures de Theutonicis captos extremo ſupplicio damnat. Bertoldus caſtrum montis Rodonis obſidet, quia fidem ruperat, ſed die quadam ſuas machinas exterius inſtruens de machina interiori emiſſo lapide percuſſus moritur. Conradus ſupradictus parte quadam exercitus dilapſa. Dux eligitur ab aliis. Obſidionem non deſerit donec caſtrum vi capit, proditores in circuitu ſuſpendit; conſumptiſque rebus caſtrum ipſum incendio primum, deinde ruina uſq; ad ſolum evertit. Rex Tancredus proſperis ſucceſſibus animatus venit in terram laboris, obſidet Caſertam, donec comes Wilielmus ſe reddit; deinde obſidet Averſam, & ipſi ſe reddunt obſidibus datis. Corradus tranſit in vallem Forconi, exercitum recreat, captis terris, quæ reddiderant ſe regi. Rex venit Theanum ſperans ad ſe revocare ſupradictum Abbatem, ſed vir con-

conſilii futurorum providus, & Juſtitiæ conſcius, nec muneribus regis nec terroribus ſedis apoſtolicæ potuit inflecti. Rex ægritudine correptus rediit in Siciliam, quo recedente, Corradus Cominum intrat, & devaſtat, & deducto comite Caleni, recipit Diopuldus roccam Montis-Draconis. Conradus vero in Apuliam tranſiens loca immunita cepit, munita depredatur, & devaſtat.

1194. Supraſcriptus Rogerius filius Tancredi obiit poſtquam & ipſe coronato Wilelmo filio ſuo deceſſit. Imperator exercitu collecto, menſe Junio Italiam ingreditur, Piſis, & Januæ parat exercitum Navalem, & eo miſſo ipſe in regnum deſcendit, omnibus ſe reddentibus preter Atinum, & Roccam Wilelmi Capuani, & Averſani nec ſe reddunt, nec obſidentur. Neapolitani ex pacto jam Piſis habito ſe reddunt. Imperator tranſiens Salernum vi cœpit, & in ultionem ſuæ injuriæ habitatores partim gladio, partim carceri, nonnullos exilio damnat, rebus publicatis, & in præbendam exercitus addictis. Deinde tranſit in Apuliam, & nullo reſiſtente per Calabriam venit Meſſanam. Wilelmus novus regulus dimiſſo Palatio matri recipit ſe in caſtrum munitum, quod dicitur Calatabillotta. Quo viſo populus Panormitanus Imperatorem vocat, at ille præmiſſis nuntiis, & fœdere facto cum regina de dando ſibi comitatu Licii, & filio Principatu Tarenti, properat, & magnifice Panormum ingrediens in palatio recipitur, nec multo poſt idem regulus fortunam cum corona deponens, ad pedes ejus venit.

1195. Imperator ſolempni curia in palacio habita, oſtenſis litteris, quas conſpiracione quorumdam magnatum regni factæ dicebantur adverſus eum, eumdem Wilelmum quondam regem, modo Principem factum, & plures comites, & Regni Magnates in vincula conjectos. Conſtancia Imperatrix filium parit in Marchia Anconitana, quem in auſpicium cumulandæ probitatis inculcatis avorum nominibus Fredericum Rogerium, ſeu Rogerium Frædericum vocat. Roffridus Caſinenſis Abbas non ſegnis Panormium vadit, ibique donum Atini, & Malveti ab Imperatore ſuſcipit, rediens obſidet Atinum. Rogerius ſupraſcriptus videns, ſe non poſſe reſiſtere, reddit ſibi Atinum, recipiens caſtrum S. Petri in fine. Imperator in Apuliam rediit, & conjunctus cum Imperatrice, curiam ſolemnem ibi habuit, qua finita ipſe in Theutoniam rediit, Imperatrix in Siciliam vadit.

*Codex ſignatus nu. 851. continet chronicon Leonis Oſtienſis, & Petri Diaconi, & poſtea a fol. 254. & ſeqq. continet chronicon Anonymi Caſinenſis, quod incipit ab anno 1128., & ſequitur uſque ad annum 1212. incluſive. In iſto etiam codice ex errore Amanuenſis habetur anticipatio unius anni. Omittimus quæ ab an. 1128. uſque ad annum 1190. narrat, cum eadem prorſus ſint, ac in præfatis codicibus.*

1190. Tancredus Comes Licii Panormum vocatus ungitur ibi in regem a Magnatibus Curiæ de aſſenſu & favore eccleſiæ Romanæ. Menſe Januarii Henricus rex Alamanniæ dirigit in regnum Henricum Teſtam meneſcalcum ſuum, qui junctum comiti Rogerio Andræ, licet multos ſpoliaverint confuſi tamen poſtmodum de regno diſcedunt. Frædericus Imperator Romanorum pater dicti regis Henrici cum Hieroſolimam peteret in fluvio moritur, dictus Henricus rex Italiam ingreditur.

1191. Clemens Papa moritur Romæ menſe madii, & Jaquintus diaconus cardinalis in Papam Cœleſtinum conſecratur, a quo ſupradictus Henricus apud S. Petrum in Imperatorem Romanorum, & Conſtantia uxor ejus in Imperatricem inunguntur. Qui deſcendes ad regnum eodem Papa contradicente Roccam Arcis vi cepiſſe viſus eſt, unde & multæ aliæ munitiones ſtupificatæ ſe dicto Imperatori reddiderunt, venit autem ad montem Caſinum, ubi juraverunt ei homines S. Germani de mandato Decani, & conventus, quia dictus Abbas egrotans non poterat in talibus occupari, inde deſcendit & in Terram laboris nullo ſibi oſtante. Sed infirmatus ipſe, & ejus exercitus apud Neapolim, quam obſidebant cum multo timore & ſuorum mortibus, de regno exeuntes in Alamanniam redierunt ducens ſecum dictum Abbatem menſe Septembri, & multos obſides quos fraudolenter de S. Germano receperat apud Diopuldum caſtri Roccæ Arcis, & caſtellum Sorellæ relinquens. Conſtantia vero Imperatrix detinetur Salerni, & ad Regem Tancredum mittitur in Siciliam. Comes autem Richardus de Acerra egrediens de Neapoli cum exercitu dicti regis ingreditur Capuam perimens ibi nonnullos Teutonicos, & inde veniens S. Germanum obſedit eccleſiam Caſſinenſem, ſed reſiſtente ſibi Adenulfo Decano & conventu, nihil inde habuit, unde & a Celeſtino Papa excommunicati ſunt, quia dicti Regis partem & juſtitiam diligebant, ſed poſtmodum ſtudio, & ſollicitudine magiſtri Joannis de Salerno cardinalis monachi Caſſinenſis ab eodem ſunt abſoluti.

1192. Dictus Decanus Caſinenſis advocans in auxilium monaſterii præphatum Diopuldum, & multos alios de monaſterio egreditur, & recuperant caſtrum ſancti Petri, & de S. Germano, uſque ad eccleſiam omnium Sanctorum, non ſine malo habitantium clamantibus ab utraque parte pax, pax, cum nec ſervata fuerit a præphato Diopuldo. Civitatem S. Germani, & totam Terram S. Benedicti præter S. Angelum ad opus monaſterii recuperavit. Dictus Abbas Caſinenſis rediit de Alamannia menſe Junii cum multis Teutonicis, cum quibus & Gallinarium cepit, & Atinum ex parte bonis propriis expoliatum. Inopia frumenti tanta efficitur, ut coſcina per 40. tarenos venderetur aput S. Germanum. Bertoldus Legatus Imperii ſubito in regno comparens menſe Novembri, Venafrum cæpit & tradidit militibus ſuis in predam, diſſipans, & conſumans, queque poterat more gentis ſuæ habere. Rex Angliæ ab Hieroſolima rediens capitur in Alamannia, & traditus præphato non niſi data multa pecunia liberatus eſt.

1193. Bertoldus Caſtellum montis Rodonis obſidens, ibique lapide manganelli in cerebro percuſſus occubuit. Rex Tancredus in Apuliam

liam veniens vi cœpit Roccam S. Agathes, & Caſtrum Sabiniani, deinde in Terram laboris accedens, comitem Caſertanum, & Adverſanos ad ſuam recepit fidelitatem.

1194. Rex Tancredus obiit Panormum, & Guilelmus filius ejus in regem coronatur. Dictus Imperator de Alamannia rediens regnum ingreditur, & Salernum properans, totaliter illud, & habitatores ejus bonis omnibus ſpoliavit. Quidam enim eorum ſed pauci fuerant, quod cauſa capta fuerat, & detenta, ſicut dictum eſt uxor ejus. Indeque in Siciliam vadens, facientibus ſibi fidelitatem univerſis diripuit cunctum apparatu palatii, & oſtenſis ſibi fictitiis litteris & mendoſis contra Sibiliam reginam, & dictum Guilielmum regem filium ejus, atque alios, qui ſe reddiderant ei, & quibus ipſe & Princeps ejus omnes juraverant ſervare fidem ſubito cœpit omnes, quos in Alamanniam duxit & eorum plurimos exortavit. Imperatrix jam dicta filium Fredericum nomine parit in Marchia Anconæ Roffridus dictus Caſſinenſis Abbas Atinum optinet, & Privilegium inde ab Imperatore recepit. *In anno 1195. nihil notatur in hoc codice.*

1196. Dictus Imperator de Alemannia rediens ivit Panormum, ubi ſicut Deo placuit diem clauſit extremum. Tunc exiens de regno damnatæ memoriæ Marcualdus Conſiliarius ejus, & aliquantulum commorans in Marchia Anconitana, mortua Panormi jam dicta Imperatrice, rediens ille ad regnum cum multo exercitu perditorum, & veniens capit S.Germanum, & totam terram S. Benedicti diſſipavit ſimul, & ex magna parte combuſſit, tradens ſpolia habitantium in ea exercitui ſuo. Nonnulla quoque Altaria iniquorum manibus. Reliquiarum abſtractione violata ſunt. Obſedit autem, & monaſterium Caſinenſe, ubi ſe concluſerant duo Cardinales, qui venerant ex parte Domni Papæ Innocentii cum multis militibus de Campania in auxilium terræ, Sed domnus Abbas prędictus ferre non valens multitudinem virorum, & mulierum, qui ſe ibidem receperant, data illi pecunia numerata fecit eum de terra exire, commendato ab illo dicto Diopuldo, caſtello novo, caſtello Fractarum, & Pontecurvo.

1197. Vadit ille Marcualdus Panormum, & illic recipiens quaſi in cuſtodiam dictum filium Imperatoris, cum tribulaſſet multos ibi, & ipſe miſerabiliter expiravit.

1198. Dictus Diopuldus, cui hæſerat omnis ille exercitus perditorum, cum apud Venafrum juraſſet ſatis ſolempniter treuguam, & pacem Domino Abbati, & hominibus S. Germani per fraudem de nocte veniens cepit S. Germanum, & multos de habitatoribus captivos tenens, omnia diripuit, quæ inventa ſunt inferens quæcumque mala potuit, ſicut erat moris ejus, omnibus caſtellis Monaſterii, & habitatoribus eorum. Exivit autem de civitate, ſed vix ibi poterat aliquis ſine timore, & tremore habitare.

1201. Gualterius comes Brennenſis mittitur in regnum a domino Papa Innocentio, & fretus auxilio Abbatis noſtri dictum Diopuldum apud Capuam cum multo exercitu contra eum venientem fugavit. Diripuit omnia, & cunctum ejus exercitum diſſipavit, capiens nonnullos eorum, & alios in fugam convertens quarto Idus Junii. Civitas Venafrana tota combuſta eſt in Vigilia S. Joannis Baptiſtæ. Cum auxilio dicti comitis Gualterii Dominus Abbas caſtellum Pontecurvum, caſtellum novum, & Fractas recuperavit, datis Roberto de Aquila, qui tenebat illa per dictum Diopuldum eccleſia Sancti Magni in vita ejus, & molendino de Refoſorio apud S. Germanum, & tenimentis dicti Petri de Manſo.

1202. Fames valida per regnum exorta eſt, unde nonnulli hac inopia coarctati mortui ſunt.

1203. Dictus Diopuldus a caſtello Summæ tentus eſt, qui tandem evaſit ſuis promiſſionibus deceptoriis. Comes Richardus de Aquila cœpit Sueſſam.

1204. Dictus comes Gualterius cœpit Terracinam de Salerno, & licet aliquantis diebus ibi a Diopuldo fuerit adeo coarctatus, ut carnes equorum cum ſuis compulſus eſt comedere, auxilio tamen comitum, & Baronum, cum quibus juraverat compangiam liberatus eſt, & ipſum Diopuldum, cum ſuis omnibus de tota civitate Salerni ignominioſe fugavit, obſeditque turrem majorem per multos dies, & eos qui ſe ibi concluſerant ad omnem inopiam coarctavit.

1205. Menſe I. dictus comes Gualterius apud Sarnum cum ſuis decubans, minus caute fortuna novercante, fugatis ſuis omnibus, & de eis plurimis interfectis, captus eſt per Diopuldum, & gentem ejus, & conjectus eſt in vincula, dicitur ibi diem clauſiſſe extremum. Triumphans de hoſte Diopuldus, & ſe ipſum humilians, dominus Papa miſſis Nuntiis ſuis fecit, ipſum Diopuldum & ſuos ab excommunicatione abſolvi, credens eum eccleſiæ profuturum; qui poſtmodum Romam perrexit, & a domino Papa Innocentio, & a Romanis bene receptus eſt, poſtea reverſus eſt Salernum.

1206. Hoc anno menſe Novembri comes Diopuldus cum pluribus magnatibus regni ivit Panormum, & traditum eſt ei Panormum cum rege: poſt modicum vero temporis Cancellarius Gualterius junctis Theutonicis habuit regem Fredericum.

1207. Hoc anno menſe madii comes Diopuldus pugnavit cum Neapolim, & ex eis magnam ſtragem fecit,

1208. Menſe Januario, in vigilia Epiphania dominus Roffridus Caſſinenſis Abbas civitatem Soræ, quam homo perditiſſimus, & perfidiſſimus Conradus de Marley Theutonicus, cum Roccha de Sorella...., fuerat ab Henrico Imperatore VI. relictus caſtellanus, Peſclo ſolido, Rocca Arcis, & Brocco tenebat, conducta prædonum, & ſibi ſimilium manu, Campaniam, & adjacentia loca, & maxime terram S. Benedicti depredabatur; in cræpuſculo diluculi cum gente ingreſſus eſt. Eo die per civitatis transfugas, qui ſe receperant in Planellum, quam multę civitatis domus igne deflagravere. Illi autem de loco illo natura munitiſſimo a gente Abbatis expulſi eodem die in Sorellæ Rocçham ſe receperunt. Alio igitur die caſtellum Brocci expugnatum eſt, & arx Sorelle de Planello arctius eſt obſeſſa. Menſe Februarii arx dicta noctu expugnatur a noſtris, uno tantum de noſtris ab hoſtibus audaciter reſiſtentibus,

Digitized by Google

ſtentibus, cæſo. Captus Corradus Sorellæ cum univerſis, qui fuerant illic inventi, tenetur in vinculis, Roccham Arcis, & Peſcum ſolidum reddere pro ſua & ſuorum qui tenebantur liberatione promittens. Prima igitur quinta feria Quadrageſimæ Hugo pro liberatione dicti Corradi, & ſuorum, Stephano camerario domini Papæ Innocentii, & Richardo ejuſdem germano Roccham Arcis aſſignat, recepta per eos a domino Papa multa quantitate pecuniæ, & firma, pſcār., & rerum ſecuritate. Menſe Junii dominus Papa Urbem exiens ad S. Germanum contendit, convocatiſque illuc comitibus, & magnatibus regni, de domini regis Frederici ſuccurſu, & regni pace tractavit, conſtitutis ad hoc capit., & mag. Juſtitiariis Apuliæ, & Terræ laboris, comite Petrus Celano, & comite Richardo Fundano, deinde montem Caſſinum dominus Papa conſcendit, ibique diebus multis propter clementiam aeris immoratus, a prædeceſſoribus ſuis indulta monaſterio privilegia renovavit, & quædam de novo concedens, alienata de pertinentibus ad Hoſpitale, Veſtiarium, vel Infirmarium, ſive Cellarius revocari poſſe clementer indulſit, Deſcendens igitur a monte rogatu domini Petri Decani Caſinenſis, in Altare S. Nicolai de S. Petri in monaſterio ſacras reliquias ipſe recondit in feſto B. Jacobi, VIII. Kalend. Auguſti, ſed quia propter ferventis Æſtatis inclementiam tædebat eum conſtipante ſe turba, celebrare divina, mandato ſuo celebravit dominus Albanenſis, & dominus Sabinenſis, facto ſermone, devote venientibus in Anniverſario quadraginta dies de criminalibus inſtituit relaxari. Occiſum a ſuis Philippum Alamanniæ regem interim nunciatur. Deinde Soram dominus Papa contendit, & per Atinum cum Cardinalibus tranſiens, a domino Abbate eccleſiæ S. Mariæ honorifice procuratur. Menſe Octobris Richardus Fundanus comes Capuam intravit, & caſtellum obſidet. Teutonicis factus ex tunc manifeſtus amicus. Comes Petrus Celanenſis . . . . . Teutonicorum caſtellum accipit dante ſibi illud Leone de Andrea Regio caſtellano, & ipſum caſtellum conſervat ad regis fidelitatem.

1209. Menſe Septembri Otho IV. Dux Saxoniæ Imperii diademate inſignitur in eccleſia S. Petri apud Urbem Romam a domino Innocentio Papa III. & tunc orta eſt ſeditio inter Romanos, & Theutonicos Romanorum quibuſdam Theutonicorum pluribus interemptis. Diopuldus comes Dux efficitur Spoletanus. Terremotus magni per loca. In Valvis, & Tete provintiæ Samnii munitiones diruuntur, plura edificia, & caſtella. Fræ dericus rex Siciliæ duxit in uxorem ſororem regis Ragonenſis. Diobuldus qui dictum Imperatorem Othonem introduxit in Regnum, cum Petro comite Celani, & dedit ei Salernum propter quod factus eſt ab eo Dux Spoleti. Hoc anno menſe madio Roffridus Abbas hujus loci mortuus eſt, & Petrus, cui prænomen erat comes, promotus eſt in Abbatem in Nativitate S. Joannis Baptiſtæ.

1210. Dictus Imperator contra juramentum quod fecerat domino Papæ Innocentio, regnum intravit, & Capuam; propter quod dominus Papa ipſum in Oct. S. Martini excommunicavit.

1211. Menſe Januario obiit Petrus Caſſinenſis Abbas. Dominus Papa ſententiam, quam tulerat in Othonem Imperatorem confirmat excommunicans canonicos Capuanos, quoniam auſi ſunt celebrare Imperatore præſente, cui Neapolitana civitas ſe donavit eique in Apuliam deſcendenti civitates, & Villæ omnes ſponte jurarunt.

1212. Prædictus Imperator in Alemanniam rediit eo quod ∴ ∴ ∴ ∴ ∴ ∴ ∴ ∴ ∴

*In eodem ſupradicto Codice 47., non vero 199. & ad finem libri, ut male in editis, ſed poſt annum 1152. ſunt infraſcripta Vid.*

Anno Domini 1349. tertia Indict. die nono Septembris fuit magnus terræmotus in toto regno Siciliæ qualis non fuit ab initio mundi, niſi in morte Chriſti, & ſpecialiter in epiſcopatu Caſinenſi, in tantum, quod totum monaſterium funditus corruit, & remanſit in eo nulla domus erecta, cum fuerit pulchrius monaſterium Chriſtianitatis, & omnia caſtra monaſterii fuerunt diruta, præter caſtrum S. Victoris, & Fractarum, & fuit hora miſſæ, quod multi homines, & mulieres, & ſacerdotes, & Religioſi, ſuper Altaria, & corales in Eccleſiis mortui ſunt, preter eos, qui in propriis domibus, caſtris, & civitatibus obierunt. Civitas ergo S. Germani media corruit præcipue illa pars, quæ erat in plano, ſeu paludibus, & innumera multitudo hominum, & mulierum, & parvulorum, & Religioſorum mortua eſt.

1362. Indict. XV. menſe Martii ſtella Cometes apparuit in Oriente, & viſa fuit per multos dies. Eodem anno, ſequenti menſe Madii obiit Ludovicus inclytus rex Siciliæ, & ſequenti menſe Junii obiit Ludovicus de Duratio in caſtro Ovi Neapoli, & immediate poſt mortem dicti domini Ludovici de Duratio, maxima mortalitas hominum ſequuta eſt in civitate Neapoli, & ſubſequenter per totum Orbem ita ut in multis locis caſtra, & villæ vacuæ, & deſolatæ remanerent. Eodem anno menſe Auguſto a principio fere ipſius menſis innumerabilis multitudo bruchorum ab Oriente venientes totam terram occupaverunt, comedentes omnes herbas virides, & corrodentes etiam folia arborum, & tanta fuit multitudo ipſorum, quod porci, & gallinæ ac etiam canes, & murilegas eos comedebant, & duraverunt in partibus iſtis per totum menſem prædictum, licet in partibus Apuliæ fuerint per totam æſtatem præteritam, & dictos bruchos duraverunt per tres ſequentes annos non tamen generaliter ſed per loca.

Anno Domini 1500. ſeptimo Januarii hora diei tertia, & ultra dum miſſa celebraretur facta conſecratione fulmen erumpens a tecto portæ majoris imminente, & juxta altare majus pavimentum diſſipans ſacerdotem myſterio incumbentem adeo contraxit, ut fere exanimis remanſerit, & juvenem quemdam advenam non procul inde remotum in tantum afflatu perculſit, ut immobilem factum, & humi proſtratum perfacta fronte miſerabiliter affecerit, partem inſuper campanilis, jam tamen alias ſæpe percuſſi, & collabentis dejecerit cum campana majori reliquis reſidentibus a ſummo ad imum prolapſa. Mox tamen recepto ſpiritu, & ſacerdos, & juvenis pavorem potius quam ictum experti, de miro, & magno periculo in ſaxix appoſitis evidenter facto ſervati a morte, & leſione gratias egerunt.

*In*

Digitized by Google

*Inprimo, & ſequentibus foliis codicis 47. adſunt infraſcripta. Vid.*

Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Roffrido tituli Sanctorum Marcellini & Petri presbytero cardinali ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Dilecti filii Joannes, & Thomas monachi Caſſinenſes in noſtra propoſuerunt præſentia conſtituti, quod cum olim inter cætera opera pietatis, quibus monaſterium Caſſinenſe pollebat, hoſpitale fuerit ibi ad erogandas elemoſynas deputatum, nunc ad tantam tenuitatem eſt idem hoſpitale redactum, quod poſſeſſionibus, & tenimentis ejus alienatis illicite, ac diſtractis, vix in eo veſtigium reperitur ſolitæ pietatis. Cum autem apoſtolica dudum fuerit autoritate ſtatutum, ut notarius, qui de contractibus monaſterii publica conficeret inſtrumenta juramento deberet aſtringi, ne de poſſeſſionibus ejus ullum fieret inſtrumentum præter conſenſum capituli, aut ſanioris partem ejuſdem, tu relicto notario qui monaſterio fuerat adſtrictus, hujuſmodi alium Sacramento ſumpſiſti, per quem in detrimentum monaſterii ſupradicti nonnulla ſunt inſtrumenta confecta. Munitiones, & caſtra inſuper, quæ ſemper conſueverant per monachos cuſtodiri laicorum cuſtodiæ commiſiſti, de quo grave, quod abſit, poſſet monaſterio incommodum evenire.
nota. Fideles etiam monaſterii nonnunquam datis, & talliis, aggravaſti, cum nec tibi, nec eidem monaſterio expediret. Quia igitur hæc, ſi vera ſunt, conniventibus nec volumus, nec debemus oculis præterire. Diſcretioni tuæ monemus attentius, & hortamur, per apoſtolica ſcripta præcipimus mandantes quatinus hoſpitale prædictum juxta monaſterii facultatem ad ſolitas helemoſinas reformare procurans quæ de poſſeſſionibus, & tenimentis ipſius illicite ſunt diſtracta, legitime ad ipſum ſtudeas revocare. Notarium vero quem ab executione commiſſi ſibi officii removiſſe diceris in præjudicium monaſterii, vel reſumas ad ipſum, vel illum quem poſtmodum aſſumpſiſti prælibatum juramentum monaſterio facias exhibere Inſtrumenta illa, quæ per eum in detrimentum ipſius confecta dicuntur ſicut juſtum eſt, infringi facere non poſponens, & memorata caſtra ſicut
nota. ter jam tibi dicimus injunxiſſe remotis Laicis, ab eiſdem reducens ad cuſtodiam monacorum, homines Abbatiæ Datarum, vel talliarum indebita non præſumas exactione gravare præſ....... ea, quæ in utilitate non fuerint monaſterii convertenda, monachos vero in quorum aliquos interdum diceris ultra quam deceat, & fervere, nec capi facias enormiter, nec expelli, ſed ſi quos in aliquo coſtiterint exceſiſſe in eorum correptione regulari diſciplinæ modeſtiam non excedas, ut erga ſubditorum languores videaris medici vices agere, non in ejus penis ipſis languoribus deſevire. Sciturus pro certo, quod niſi admonitionem noſtram præmiſſam curaveris adimplere nequaquam ea diſſimulare poterimus quin ad ipſa te pro vicis noſtræ debitum compellamus.

In nomine Domini ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, anno Incarnationis ejuſdem 1227. nos Stephanus Dei gratia Caſſinenſis Abbas, & totus ipſius monaſterii conventus communi deliberatione ſtatuimus pro nobis, & ſucceſſoribus noſtris omni tempore per ſingulos menſes pro vobis D. Egidi pro Patre, matre, fratribus veſtris Petro Nor........ Epiſcopo, Oddone Cand? Nepote & univerſo genere veſtro in Officio Defunctorum diem celebrare ſolemnem cum ad hoc veſtra, & Prædeceſſorum veſtrorum merita nos invitent.

Die Jovis 28. Januarii fuit receptus in Monachum, & in Fratrem hujus monaſterii Caſinenſis frater Joannes de Cannoto monachus Bonevallis Domini regis Siciliæ capellanus, aſſignato ei ſtallo in choro, & loco in capitulo.

Nos recepimus Venerabilem epiſcopum Sectoroeñ. D. Carolum in noſtra Societate promiſimus ei poſt ejus mortem in noſtra regula una cum fratribus noſtræ congregationis illum facere adſcribi.

Anno Domini 1270. die Jovis prid. no. Septembris Indictione 14. Nos Abbas, & conventus recepimus Magiſtrum Nicolaum de Terracina in noſtra ſocietate atque fraternitate, promittendo eidem Decretorum doctori in Romana curia conſtituto, ut audita morte ſuorum fratruum affinium pro ejus . . . . . . . . . Sicut pro aliquo fratre noſtro; actum eſt hoc in capitulo Caſinenſi.

Anno Domini 1301. Menſe Auguſti die....... ejuſdem menſis, 14. Indictione. Nos frater Thomas Abbas, & conventus monaſterii Caſinenſis recepimus excellentiſſimum D. noſtrum......... Carolum II. Magnificum regem Jeruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ in noſtra Societate, & promiſimus ei poſt ejus mortem in noſtra regula, una cum fratribus noſtræ congregationis illum facere ſcribi, & in noſtris orationibus ipſum admitti, & officium commemorationem. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Ad memoriam, & retinendam reverentiam majeſtatis divinæ, anno Domini 1456. menſe Maii apparuit Stella quedam cum cauda, quandoque de ſero circa occaſum ſolis, aliquando de mane & tandem incepit apparere ſero, & mane circa occidentem, & vergebat verſus meridiem, quæ quidem duravit quaſi menſibus duobus modo prædicto, tandem 1457. anno menſe Decembris die 5. die ſuſpraſcripto Dominico primo ejuſdem menſis, cum conventus Caſinenſis inſtaret divinis laudibus matutinas perſolvere juxta morem, ecce circa tertiam horam anno dicto in nocte, cum Prior petiſſet benedictionem pro duodecima lectione dicti Matutini, ſubito terremotus terribilis, & fortis factus eſt, quod omnes quot quot in Eccleſia Caſinenſi matutinum celebrabamus finem vitæ expectabamus, nam muri dictæ eccleſiæ ubi Deo laudes perſolvebamus, propter terræmotum, calcem mirabiliter, ac terribiliter ceperunt ſuper nos proiicere, lampades ſub crucifixo jactabantur hinc, & inde, campanæ abſque vi humana mirabiliter pulſabant, ſed licet ſciſſuræ plures in edificiis monaſterii remanſerint, tamen favente Deo, meritis Sanctiſſimi Patris Benedicti omnes perſonæ, ac edificia ſalva remanſerunt, imo meritis domini patris noſtri Benedicti omnia caſtra prope monaſterium adiacentia cum ſuis habitatoribus ſalva remanſerunt. Verum Gajetæ, Neapoli, Sueſſæ, Hiſernia, B....... Albeto & in Aprutio caſtra, eccleſiæ, villæ mirabiliter

ruerunt,

fuerunt, ſic ut in quibuſdam locis, vel caſtris ſola domus remanſit, alibi quatuor domus, ubi vero decem, nec non & alibi aquis rapientibus, caſtra ſubmerſa extiterunt, intantum quod ſecundum communem opinionem ultra centum millia hominum per ipſum terremotum in diverſis locis fuerunt interempti. In caſtro tum S.Petri de Avellana, ubi corpus glorioſi confeſſoris Chriſti Amici requieſcit, cecidit terris quaſi tum medietate eccleſiæ dicti confeſſoris, ubi etiam mortui fuerunt homines fere viginti ſimiliter in caſtro Peſclarum de Iſernia ruit eccleſia, & Archipresbyter loci ejuſdem, cum multis occiſi, ac muris tumulati extiterunt.

Hernidus de Hort miniſterialis Ducis Auſtriæ detinuit multo tempore in animæ ſuæ periculum quoddam nobile prædium ubi eſt eccleſia, quæ dicitur Tronchir, quam tenet Volcannus Ducis Auſtriæ Capellanus, & valuit in redditibus ſeptem Marcas cum decimis minutis ſpectabat ad monaſterium Caſinenſe. Prædictus vero Hernidus laborans in extremis recognovit ſe male detinuiſſe, & fecit heredem ſuum jurare, & milites ſuos, quod de poſſeſſionibus illis largis, & amplis, & de militibus, & Vaſſallis ad idem prædium ſpectantibus cederent monaſterio Caſinenſi, & iſtam ordinationem poſuit in manu domini ſui Ducis Auſtriæ, & ſuper animam ipſius, ſed quia res magna eſt laborant diſſimulare. Super hoc ſcribatur dicto Duci principaliter, & hæredi, ſcilicet filio dicti Ernidi. Scribatur Patavienſi Epiſcopo, in cujus Diœceſi eſt Prædium, & Patriarchæ qui quondam fuit ibidem epiſcopus, & res eſt ſibi nota, & Archiepiſcopo Salzburgenſi ut Ducem, & puerum hæredem ad hoc ammoneant exequendum, & inducant, vel ſi opus fuerit, cogant &c.

*Ex fol. 1. Codicis 851.*

Decanus debet facere reparare Refectorium, Pulſatorium, Dormitorium, Domum, in qua abluimus pedes, & totum clauſtrum, edificium etiam illud, quod eſt ſuper ciſternam capitulum cum ſubiacente ſibi ex parte infirmarii, parte ædificium, quod eſt ſuper Scolis.

Sacriſta autem debet facere reparare omnes eccleſias cum ſubiacentibus ſuis, præter plumbum, quod non debet invenire pro majori eccleſia, quia de Sardinia conſuevit venire.

Veſtararius debet facere reparare cimiteria, balneum, veſtarium, domos, in quibus ſunt ſutores, & Pelliparii.

Camerarius debet facere reparare palatium, quod dicitur Granarium, quod eſt juxta cimiterium extra Paradiſum, & omnes alias cameras cum ſubiacentibus ſuis, & cappellam S. Mariæ, & cameram capitis muri.

Infirmararius namque debet facere reparare palatium Infirmorum, cum ſubiacentibus ſuis, & cappellam ſancti Andreæ.

Cellararius major debet facere reparare priſtinum, & omnes cellas, quæ ſunt a majori porta, uſque ad priſtinum, & domum Cellararii, & Coquinam.

Hoſpitalarius debet facere reparare hoſpitale cum cappella, & cum ſubiacentibus ſuis.

Anno Dominicæ Incarnationis 1383. indictione XI. Januarii menſis, die octava ipſius diei, ſerotina hora una, & ſemis, vel media, viſæ fuerunt a parte Occidentis ſtellæ ire per cœlum ſonitu horrifico verſus Neapolim, & Cajetam, quæ quidem ſtellæ exiſtebant præfulgidæ, ſiquidem tanti ſplendoris fuerunt, ut quando earum diſcurſus fiebat, eſſe videbatur quaſi medius dies, quantitate erant indiſcretæ, nam aliquæ ipſarum tantæ quantitatis cernebantur, ac ſi eſſent magnæ *trabes igneæ*, innumeræ fuerunt . . . . . . . . . . . . . . . . .

*Et in calce folii 119. adſunt hæc verba*: Anno Domini 1278. menſe Auguſti Archiepiſcopus Neapolitanus Aiglerius nomine monachus, & frater Domini Bernardi Abbatis iſtius loci ad hunc locum deveniens ſecum detulit parum de reliquiis S. Theodori Sedunenſis epiſcopi, quæ valent ad omnia fulgura, & alias turbationes aeris, ita ut cum expedierit cum eiſdem reliquiis ſignato aere fulgura & tempeſtates ceſſent. Hæ reliquiæ reſervantur ex tunc in monaſterio, & dicti Sancti feſtivitas ex tunc celebratur in craſtinum Aſſumptionis B. Virginis: paucis vero diebus ante adventum dicti Archiepiſcopi quemdam laycum Gallicum Abbatis famulum in hora refectionis ante ciſternam eccleſiæ fulmen extinxerat.

*In Codice Bibliothecæ Caſinenſis ſignato num. 3. continentur tres libri de fide ſancta, & Individuæ Trinitatis ad Imperatorem Carolum magnum cum invocatione ad ſanctam Trinitatem, & Symbolo fidei, Alcuini, ſeu Flacci Albini Abbatis, multa ſpectantia ad Aſtronomiam, et Decimus nonus*, XX. XXI. XXII. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. XXVII. & XXVIII. *Cyclus Decennovennalis. Incipiunt præphati Cycli ab anno Domini 874. & expliciunt in anno 1063. In principio folii, vel in calce, vel in margine ſupradictorum Cyclorum adſunt infraſcripta adnotationes ſecunda, ſed ſatis antiqua manu.*

Anno 914. Hoc anno diſperſi ſunt Saracini de tota Italia, cujus habitatio fuit in Gareliano.

931. In hoc anno renovatus eſt Altare beati Benedicti ab Eodelperto Prepoſito, & dedicatus ab epiſcopis de Parma nomine Sigefredus. Hoc anno defunctus Joannes Abbas 2. Kal. Aprilis feria 2. & in ipſo anno apparuerunt ſigna in cœlo de ſtellis, quod videbatur hominibus aliæ cadere, aliæ fulgere ſicut faculæ 14. diæ, intrante menſe Octuber, luna 2.

938. Indictione XII. 13. die, ſtante menſe Julio, Fer. 6. luna 29. obſcuratus eſt ſol ab hora tertia, uſque pene hora 5. Aſpiciebamus nos ſolem, non avebat ullam fortitudinem, nec ad ſplẽdorem, nec ad calorem, videbamus vero cœlum, & mutatum erat color illius, tamquam libidus, & alii dixerunt, ut viderent ſolem tamquam dimium.

969. Hoc anno ſol obſcuratus eſt, & magnus Otto Calabriæ ingreſſus eſt, & accepit conjugem filio ſuo Octoni Neptem Joanni Conſtantinopolitani Imperatori qui cognominatus Cimiski.

986. Hoc anno defunctus eſt D. Aligernus Ven. Abbas, ideſt indictione 14. & Manſo in loco ejus conſtitutus eſt Abbate, nobis invitis, ab Aloara Principiſſa cum filio ſuo, adhuc puer princeps.

992. Hoc anno Landenolfus princeps Capuanus a ſuis crudeliter interfectus eſt, & Laydolphus Germanus princeps conſtituerunt.

996. Hoc

Digitized by Google

996. Hoc anno Manſo Abbas a Capuanitis lumine privatus eſt, & Johannes Abbas de...... hic coſtituerunt, qui præfuit annum unum, poſt quem conſtitutus eſt D. Joannes Beneventanus Abbas.

1001. Hoc Anno Otto III. Imperator obiit in oppido Sutro, cujus corpus Strauſmonte portatum eſt, & in Aquiſgrani palatio humatum eſt, atque in loco ejus Henricus rex eſt conſtitutus a ſuis, qui erat filius Patrui ſui.

1005. Hoc anno hunc montem a vi terræmotus per quindecim dies, & amplius ita exagitatus eſt, ut hanc eccleſiam in quibuſdam locis ſcinderet, & omnes hunc montem ſubrui extimaremus.

1007. Hoc anno defunctus eſt Landolphus princeps Capuanæ civitatis, qui habuit in Principatu annos novem.

1010. Hoc anno D. Abbas Joannes defunctus eſt, cui quorumdam malignorum inſtinctu, Beneventanus quidam Diaconus canonicus Joannes nomine ſuus nepos indigne ſucceſſit, ſed tunc temporis a Beneventanorum, & Capuanorum piiſſimo Principe D. Paldulfo, cum utriuſque civitatis Archiepiſcopis D. Paldulfo, & D. Alfano, cunctoque quoque Clero, & univerſo Populo Catholico ſeu tota congregatione Sanctiſſimi Benedicti turpiter eſt expulſus, eo quod ſine electione jam dictæ congregationis contra regulam ordinatus, atque Neophitus ab omnibus ſupradictis gradibus eſt judicatus. Hinc univerſorum votis, ac deſiderio, & totius congregationis canonica electione, ac prece cunctorum præphati principis filius D. Athenolfus voluntate Abbas eſt ordinatus.

1042. Hoc anno, 5. Idus Januarii, obſcurata eſt luna per horas quinque, cum eſſet terdecima, & facta eſt tota ſanguinea, & cum jam inciperat quaſi aurora rediit lumen illius ex illa parte, unde cepit obſcurare, quaſi eſſet vigeſima octava, & ſic obiit, & non videbatur nubes in Cœlum.

# EX CODICE
## BIBLIOTHECÆ CASINENSIS
### SIGNATO NUMERO CCCXXXIV.

KAL. Januarii Obier. Stephanus, & Chriſtianus, Ugo Abbas, & Ugo. Ugo. Scioffus.

III. Non. Jan. O. Caſtorius monachus. Simon monachus, Joannes monachus.

III. Non. Jan. O. Georgius, Rogerius. Anſgerius. Unfridus miles.

II. Non. Jan. O. Biſantius; & Willielmus. Aimericus.

Nonas. O. Osbernus Gualdus. Willielmus. Rao. Andreas.

VII. Id. Jan. O. Andreas. Urſo. Nicolaus monachus, levita Willielmus. Andreas. Hilbertus, Oſmundus. Rogerius Herveus.

VII. Id. O. Riccardus. Majo. Rogerius Abbas, Erveus. Tancredus. Johannes. Rodulfus. Rainaldus.

VI. Id. O. Rodulfus, Riccardus, Erveus, Joannes, Robbertus.

V. Id. O. Roggerius, Balduinus, Johannes, Robertus Girardus.

IV. Id.

III. Id. O. Atcardus: Tibaldus. Villielmus. Robbertus. Falco. Goffridus Abbas, & Epiſcopus.

II. Id. O. Willielmus, Petrus, Rao, Johannes.

Idus. Obiit Ugo Abbas Noſtræ congregationis. Februarii.

XIX. Kal. Robbertus, Johannes, Petrus. Rainaldus.

XVIII. Kal. O. Osbernus. Robbertus. Adam. Simon & Muriel Comitiſſa Amica noſtra.

XVII. Kal. O. Ricardus, Johannes, Rogerius, & Joannes nepos Domni Petri Abbatis.

XVI. Kal. O. Martinus. Rogerius, Angelus.

XV. Kal. O. Ugo, Riccardus & Willtricus Berengarius.

XIV. Kal. O. Nicolaus, Petrus, Godinus monachus & levita armarius Erveus. Stephanus. Petrus.

XIII. Kal. O. Robbertus, Lupinus.

XII. Kal. O. Landricus, Joannes, Mango, Enlardus. Sammarius.

XI. Kal. O. Joannes, Willielmus, Gilebertus.

X. Kal. O. Villielmus, Roggerius, Tanſelegardus. Tibaldus, Andreas, Willielmus.

IX. Kal. O. Drogo, Landus, Willelmus.

VIII. Kal. O. Rodulfus, Anſchetino, & Nicolaus, Imricus, Erveus

VII. Kal. Obiit Ernaldus.

VI. Kal. O. Thomas, Johannes, Oſmundus.

V. Kal. Obiit Petrus.

IV. Kal. O. Roſſemannus, Martinus.

III. Kal.

II. Kal. Tangredus, Johannes, Loccelmus, Petrus.

Kal. Februarii. Rogerius.

IV. Non.

III. Non. Rainulfus comes, Bernardus.

II. Non. Robbertus.

Nonas. O. Johannes, Grimicius, Alferius.

VIII. Id. Gualdus Archiepiſcopus. Oddo. Johannes Epiſcopus.

VII. Id. O. Urſus, Goffridus. Rogerius miles, Radulfus.

VI. Id. Obiit Helbiria Regina uxor magni Regis Siciliæ, & Apuliæ; Officium plenum XII. Juſtitiæ.

V. Id. O. Rodulfus, Riccardus.

IV. Id. O. Benedictus, Robbertus Abbas, Oliverius,

Digitized by Google

verius, Rainulfus, Johannes, Johannes,
III. Id. O. Hubertus. Leo. Ugo.
II. Id. O. Delianus, Robbertus, Gualterius,
Idus. Albaldus, Robbertus, Robbertus, Robbertus.
XVI. Kal. Martii. Drogo, Dando, Ermannus,
XV. Kal. O. Martinus, Rogerius, Mele, Johannes.
XIV. Kal. O. Rainaldus, Willielmus, Maurus,
XIII. Kal. Depoſitio domni . . . . . Monaſterii Cavenſis, Officium plenum,
XII. Kal. O. Bernardus, Girardus, Alfanus, Henricus, Petrus, Girardus,
XI. Kal. Leo.
IX. Kal. O. Rogerius, Adam, Petrus, Petrus, Willielmus.
VIII. Kal. Rogerius Dux.
VII. Kal. O. Yvanus, Erbertus, Alſerius,
VI. Kal. O. Geroldus. Villielmus, Robbertus, Enrricus.
V. Kal.
IV. Kal. O. Willielmus. Bernardus, Gernagonus, Valerius, Johannes.
III. Kal. Obiit Rogerius Rex Siciliæ.
II. Kal. Guido.
Kal. Martii. O. Falco, Nicolaus, Petrus, Gualterius, Petrus, Robertus, Bartholomeus, Petrus.
VI. Non. Guarengerius, Pantaleon, Thomas. Leo.
V. Non. O. Johannes. Robbertus, Petrus.
IV. Non. Obiit Petrus Abbas Cavenſis.
III. Non. Obiit. Johannes.
II. Non. O. Serllo, Gualterius, Robbertus, Ugo.
Nonas Alfredus, Azo, Johannes.
VIII. Id. Riccardus, Andreas,
VII. Id. Gualterius, Gozelinus, Leo, Robbertus, Obiit Berengerius prior Monachus, & Sacerdos.
VI. Id. Euſtenus, Gualterius, Laurentius, Martinus,
V. Id. Petrus, Serlo, Benedictus.
IV. Id. Falco, Ramulfus.
III. Id. Obiit Petracca monachus, & Sacerdos.
II. Id. Urſus, Rao Monachus, & Sacerdos.
Idus. Adelelmus.
XVII. Kal. Aprilis Petrus, Berengerius, Johannes, Petrus, Johannes.
XVI. Kal. Aſzo.
XV.
XIV. Kal. O. Johannes Osbernus. Monachus & Sacerdos.
XIII. Kal. O. Johannes, Berengerius, Riccardus.
XII. Kal. O. Nicolaus, Rainaldus. Durantus.
XI. Kal. O. Hugo. Ugo, Fulcaranus, Rodulfus.
X. Kal. Robbertus puer
VIIII. Kal. Obiit Andreas.
VIII. Kal. O. Anſuinus. Adam.
XII. Kal. Obiit Robbertus
VI. Kal. Gislebertus. Ernaldus miles.
V. Kal. Obiit Joannes. Depoſicio Domni Egidii noſtræ Congregationis Abbatis. Maſgerius.
IV. Kal. O. Bernardus. Gualterius, Petrus, Rogerius.
III. Kal. O. Oſmundus, Oſmundus.

II. Kal. Obiit Orricus, Villielmus, Leo, Johannes, Petrus, Petrus, Johannes Sacerdos, Alfaranus monachus, & Sacerdos.
Kal. Aprilis. O. Gervaſius, Odo.
IV. Non. Obiit. Robbertus.
III. Non. O. Andreas, Johannes.
II. Non. O. Leo, Rotbbertus.
Nonas,
VIII. Id. O. Drogo, Trablienſis, Nigellus; Leo, Durantus levita, Majus. c̄.
VII. Id. O. Villielmus. Ermannus.
VI. Id. O. Marinus, Willielmus, Guarinus.
V. Id. Guido.
IV. Id. O. Johannes, Arnulfus, *Oddo*, *Balduinus*.
III. Id. Gislebertus. Rodulfus.
II. Id. Goffridus: c̄.
Idus. Rodulfus, Robbertus, Atinolfus, Rodulfus, Rainaldus, Ubertus.
XVIII. Kal. Aprilis, O. Tebaldus, *Rodulfus*.
XVII. Kal. O. Guitto. *Bernardus Monachus*, & Sacerdos, Girardus.
XVI. Kal. O. Robbertus, Willielmus.
XV. Kal.
XIV. Kal. O. Johannes, Willielmus, Arnulfus, Stefanus, Petrus. *Droardus*, Jozelinus, Alexander.
XIII. Kal. O. Ugo, Urſus, *Drogo*.
XII. Kal. O. Balduinus. Villielmus, Girarmus. Manguiſius.
XI. Kal. O. Rogerius, Radulfus,
IX. Kal. O. Drogo. Petrus c̄. Haimo. Herbertus.
VIII. Kal. Johannes, Rogerius.
VII. Kal. O. *Benedictus*, *Rogerius*, *Petrus*, Rogerius.
VI. Kal. O. Balduinus Urſus.
V. Kal. Girardus.
IV. Kal. Villelmus. Roboanus.
III. Kal. Obierunt Gualdo. Roboanus. Radulfus. Johannes.
II. Kal. O. Villelmus, Ruſſo, Dunvallo.
Kal. Majas. Landolfus miles frater Domini Petri Abbatis. Tancredus: m̄: c̄.
VI. Non. O. Ilgerius, Lecaldus, Guillelmus, Pancratius, Johannes.
V. Non. O. Johannes
IV. Non. Obiit Leo.
III. Non. O. Poncius. Robertus. *Dioniſius*.
II. Non. Obiit Alſerius. Herveus. Baſilius.
Nonas. O. Aſcitillus. *willelmus*.
VIII. Id. O. Guarinus, Johannes, Goffridus, Bernardus.
VII. Id.
VI. Id. O. Ivo, Haimericus, Pontencianus c̄.. Nicolaus.
V. Id. Riccardus monachus c̄. Ugo.
IV. Id. O. Rodulfus, Robertus, Marcus, Gentilis O. Robertus Monachus. ſ......
III. Id. O. Ugo, Rainaldus.
II. Id. O. Leo, Petrus Monachus ſ. . . Alſerius, Majus, Lambertus.
Idus O. Theodoricus Warmus. Rogerius. *Æduinus*. Aczo.
XVII. Kal. Junii O. Avitus, Amelinus, *Riccardus*, Arnulfus.

XVI. Kal.

Digitized by Google

XVI. Kal. Ob. Dominicus, Johannes, Jordanus.
XV. Kal. Ob. Johannes, Buccardus ſacerdos. Johannes, Jannoca monachus c̄.....
XIV. kal. Robertus, Elgotus.
XIII. Kal. Ob. Paganus, Alſerius, Benedictus, monachus cl..... Rualdus, Hubertus, Berengerius, Guilielmus m̄. c̄. — Petrus.
XII. Kal. Ob. Gradolonus, Willelmus. Conſtantinus, Matheus Laurentius monachus ς.....
XI. Non. Ob. Johannes. c̄ Hubertus, Paſcalis.
X. Kal. Ob. Willelmus, Ernulfus, Goffridus.
IX. Kal. Ob. Johannes, Fulco, Johannes. Obiit Petrus monachus Pater Domni Petri Abbatis. Nicolaus epiſcopus, Effridus.
VIII. Kal. Ob. Robertus, Rodulfus, Nicolaus.
VII. Kal. Ob. Rainaldus.
VI. Kal. Ob. Eleazarus. Martinus.
V. Kal. Ob. Biſancius epiſcop. Hugo.
IV. Kal. Goffridus.
III. Kal. Ob. Aigulfus, Milo, Baſilius.
II. Kal. Ob. Harmelinus, Walterius, Gudebaldus.
kal. Junii.
IV. Non. Ob. Bertrannus, Stabilis, Fulcherius.
III. Non. Ob. Rogerius, Rainaldus, Johannes, Hedualdus, & Donatus.
II. Non. O. Rodulfus, Donatus.
Nonas O. Willelmus. Ugo. Germanus.
VIII. Id.
VII. Id. O. Fruodius, Rainaldus, Robertus, Maurus.
VI. Id.
V. Id. O. Ingenulfus, Gozelinus.
IV. Id. O. Johannes. Berardus puer.
III. Id. O. Sando. Petrus, Johannes.
II. Id. Depoſitio Domni Ingelberti noſtræ congregacionis Abbatis.
Idus. O. Azo, Odo, Fulbertus.
XVIII. Kal. Jul. O. Arluino.
XVII. kal. O. Odo, Leo, Villelmus, Johannes.
XVI. O. Rogerius, Durantus, Balduinus, Johannes.
XV. Kal.
XIV. Kal. O. Ubertus Angelus.
XIII. Kal. Aimo, Ubertus.
XII. Kal. O. Petrus.
XI. Kal.
X. Kal. Obiit Rogerius Comes, Siciliæ. Officium plenum.
IX. Kal. O. Teſcelmus. Leo.
VIII. Kal. O. Ugo, Geraldus, Johannes.
VII. Kal.
VI. Kal. O. Willelmus.
V. Kal. Hunfridus.
IV. Kal. O. Amatus. Johannes, Urſus, Baſilius.
III. Kal. O. Johannes.
II. Kal. O. Bernardus.
Kal. Julii O. Walterius, Robbertus, Arnulfus.
VI. Non. Teſcelinus, Zebaldus.
V. Non. O. Ugo, Anſcitillus.
IV. Non. O. Benedictus, Durantus, Abſalon.
III. Non. O. Alexius.
II. Non. O. Ingenulfus. Gualterius.
Nonas. Bernardus,

*Diſſert.*

VIII. Id. O. Michael, Robbertus, Mainerius.
VII. Id. O. Lampo, Sanſon, Stephanus.
VI. Id. O. Robbertus. Ferro, Dioniſius, Guimundus.
V. Id. Depoſitio Domini Petri noſtræ Congregationis Abbatis.
IV. Id. Obiit Leo Abbas Cavenſis. Obiit Johannes Regius Seneſcalcus.
III. Id. Obiit Johannes Frater Domini Petri Abbatis.
II. Id. O. Ugo, Rainaldus, Joannes, Gubertus, Ugo, Petrus. Depoſitio Domni Petri noſtræ congregationis Abbatis ſecundi.
Idus.
XVII. Kal. Auguſti O. Drogo. Johannes.
XVI. Kal. Robertus Dux Apuliæ.
XV. Kal. Bernardus.
XIV. Kal.
XIII. Kal. O. Radulfus, Turoldus.
XII. Kal. O. Guido, Leo, Ambroſius.
XI. Kal. O. Tranſmundus, Rodulfus.
X. Kal. O. Turoldus, Robbertus, Obiit Paganus Abbas. Willelmus.
VIII. Kal. O. Johannes, Gozelinus, Ingimbordus Matheus, Maurus ſacerdos. David.
VIII. kal. O. Radulfus.
VII. kal. O. Nicolaus. Obiit Kuraza mater Madii magni Ammirati Ammiratorum. Conſinus.
VI. kal. O. Harduinus. O. Rogerius miles Frater Domni Conſtantini Venerabilis Abbatis.
V. kal. O. Johannes m. & c̄. — Rogerius, Rainaldus, Willelmus Dux Apuliæ.
IV. kal. Anſcitinus Leo.
III. Kal. O. Miro.
II. Kal. O. Johannes monachus, & ſacerdos.
Kal. Auguſti. Theodericus Abbas, Aſzo, Haimo.
IV. Non. O. Ivo, Gualterius, Aſchittinus, Johannes. Petrus.
III. Non. O. Fulgerius. Vitalis, Gualterius, Radulfus.
II. Non. O. Gervaſius, Willelmus, Leo, Willelmus, Radulfus, Gabdalus, Emma.
Non. O. Martinus, Bernardus, Roſſemannus, Heliſabet monacha, Jordanus.
VIII. Id. O. Robbertus, Petrus, Ambroſius, Anſuinus Cappellanus, monachus, & levita, O. Nikolaus Pater Domni Conſtantini Abbatis, Hubertus, Guilimannus, Nicolaus.
VII. Id. O. Muſandus, Paulus, Adam, Beneventanus, Leo. Obiit Majore Abbatiſſa ſancti Thomæ. Daniel, Leccelina, Robberti, Burrelli.
VI. Id. O. Urſus c̄. Urſus.
V. Id. O. Daniel, Girardus, Johannes, Willemus.
IV. Id. O. Martinus. Gualterius. Robbertus, Petrus.
III. Id. Drogo Comes.
II. Id. O. Askitinus. Ugo, Tigerius.
Idus O. Wala. Robbertus, Ugo, Guido, Nicolaus Anſcelinus, Johannes, Biſancius.
XIX. K. Septembris. O. Rainaldus, Aldebertus. Haduis.
XVIII. K. O. Simon, Morinus, Robbertus, Johannes.
XVII. kal. Willelmus.
XVI. Kal. O. Radulfus. Guido. Rogerius. Angelus monachus, & ſacerdos.



Digitized by Google

XV. Kal. O. Fulcherius, Dagobertus, Goffridus, Rogerius,
XIV. Kal. O. Urſus, Depoſitio Domni Nicolai noſtræ Congregationis Abbatis.
XIII. Kal. O. Gualterius, Guido monachus, & ſacerdos, Rodulfus.
XII. Kal. O. Mainardus, Haimo, Gualterius, Vaſſallus,
XI. Kal. O. Yvo, Comerius, Willelmus Comes, Anſćtallus,
X. Kal. O. Maurus, Stefanus, Johannes,
IX. Kal. O. Wargerius, Willelmus puer.
VIII. Kal. O. Girardus, Alberico, Maurinus, Martinus, Johannes,
VII. Kal. O. Jordanus puer. Balduinus puer, Gualterius, Ocgerius, Johannes.
VI. Kal. O. Gualterius Epiſcopus, Robbertus, Anſſelmus,
V. Kal. O. Riccardus,
IV. Kal. O. Albertus, Robbertus. Baldrinus, Robbertus, Oddo.
III. Kal. O. Vivianus, Robbertus, Johannes, Nidlus, Radulfus, Johannes, Romfi, Martinus.
II. Kal. O. Osbernus. Robbertus, Marinus, Tancredus, Fulcherius, Willelmus Bernardus,
Kal. Septembris. O. Albertus, Robbertus, Herbertus, Aſcelinus..
IV. Non. O. Natalis,
III. Non. O. Willelmus, Gilio, Petrus,
II. Non. O. Fulcardus, Godefridus, Rainaldus, Unfridus,
Non. O. Gilbertus, Rainaldus, Mainardus, Peregrinus, Symeon.
VIII. Id.
VII. Id. O. Guido, Rainaldus,
VI. Id. O. Rogerius, Ancellmus, Bonus, Obiit Leo Pater Amirati Amiratorum, Herveus,
V. Id. O. Rogerius, Herbertus, Alveredus. Ugo Willelmus, Wazo, Rogerius Hubertus, Marinus, Bartholomeus, Herbertus, Robertus de Venuſia monachus, & ſacerdos.
IV. Id. O. Robbertus. Landricus. Durantus, Deodatus,
III.Id.O.Rainaldus, Vitalis, Robertus, Rainaldus,
II. Id. O. Ugo, Aſcitillus, Armelinus.
Idus O. Griſo, Unfredus, Alricus,
XVIII. Kal. Octobris obierunt Ugo, Gualterius, Guido Gunduinus, Gualterius.
XVII. Kal. O. Girardus, Pandolfus,
XVI. Kal. O. Rainaldus, Robbertus. Ugo,
XV. Kal. O. Godefridus, Malgerius, Andreas, Johannes. Paganus.
XIV. Kal. O. Rodulfus, Fromundus, Fulco, Roſcelinus, Villelmus. Aſcitillus, Robbertus.
XIII. Kal. O. Robbertus, Uſembardus, Stephanus, Buccardus,
XII. Kal. O. Berengerius, Berengerius, Ilgerius, Willelmus, Rogerius, Dominicus.
XI. Kal. O. Bonicius, Goffridus, Oſmundus, Magnus, Johannes; Bonualdus c̄
X. Kal. Goffridus monachus & c̄
IX. Kal. O. Robbertus, Willelmus, Guido, Alferius, Angerius, Rainaldus, Balduinus. Leo cl. Ernaldus.
VIII. Kal. O. Rainaldus, Jordanus, Rainaldus, Robbertus.
VII. Kal. O. Teſelinus, Oggerius, Unfredus.
VI.Kal.O.Riccardus, Muſandus monachus, & cl.
V. Kal. O. Ernaldus, Landricius.
IV. Kal. O. Radulfus, Gentilis, Matheus, Arnulfus.
III. Kal. O. Riccardus, Saracenus, monachus & c̄. Unfredus, Johannes.
II. Kal. O. Osbertus, Algrinus, Nigellus, Sergius,
Kal. Octobris. O. Scillitus.
VI. Non. O. Albertus, Marcus,
V. Non. Truſtenus,
IV. Non. O. Goffridus, Johannes.
III. Non. O. Gualterius, Saſſo, Adelelmus, Goffridus,
II. Non. O. Serllo,
Non. O. Turoldus, Richerius, Riccardus, Girardus, Gualterius, Ugo,
VIII. Id.
VII. Id. O. Azo. Hubbertus, Johannes,
VI. Id. O. Arnulfus, Fulgerius, *Bonus*.
V. Id. O. Herbertus. Ugo. Fulco. Lambertus.
IV.Id. O. Ugo. Rainulfus. Robbertus. Maraldus.
III. Id. O. Benedictus, Ilgerius, Leo, Guimarca amica noſtra,
II. Id. O. Johannes. Rainaldus, Obiit Maria Mater Simonis Seneſcalchi, Nicho. puer,
Idus O. Petrus. Mathalda,
XVII. Kal. Novembris O. Osbernus. Unfridus.
XVI. Kal. O. Robbertus. Petrus Lanzo, Urſus monachus.
XV. Kal. O. Rozelinus, Rabellus.
XIV. Kal. O. Goffridus, Johannes, Marinus, Riccardus, Radulfus, Atinolfus.
XIII. Kal. O. Gizenolfus, Baldricus.
XII. Kal. O. Lambertus, *Johannes*, Gualterius, Legorius, Maurus, Robbertus,
XI. Kal. O. Willelmus. Riccardus. Sacerdos.
X. Kal. O. Maurus clericus, Letaldus.
IX. Kal. O. Ugo. Bernardus, Riccardus, Michael, Jaquintus c̄ – Johannes, Johannes.
VIII. Kal. O. Vivianus, Landolfus Sacerdos. Balduinus Amicus noſter,
VII. kal. O. Radulfus, Martinus.
VI. kal. O. Villelmus,
V. kal.
IV. kal. O. Leo. Johannes,
III. kal. O. Rainulfus. Riſus. Griſo. Herveus,
II. kal. O. Rodulfus,
Kal. Novembris. O. Leo,
IV. Non. O. Willelmus Epiſcopus, & Abbas. Bernardus. Mainardus, Herbertus, Gualterius, Radolfus de Vinealibus.
III. Non. Petrus.
II. Non. O. Vitalis.
Non. O. Willelmus, Durantus.
VIII. Id. O. Rogerius.
VII. Id. O. Haimelinus, Wimundus. Rogerius.
VI. Id. O. Rainulfus, Teſcelinus, Robbertus, Petrus.
V. Id. O. Herbertus, Johannes.
IV. Id. O. Guibertus, Tuccarius, Willelmus, Willelmus.
III. Id. O. Willelmus, Willelmus, Radulfus, Warinius, Goffridus.
II. Id. O. Rogerius, Rainaldus, Rotdulfus.

Idus

Digitized by Google

Idus O. Gualterius, Ildegarius, Rotdulfus, Willelmus.
XVIII. Kal. Decembris O. Johannes.
XVII. kal. O. Joslenus, Paganus, Rainaldus, Riccardus, Roggerius, Rainaldus.
XVI. kal.
XV. Kal. O. Ugo Abbas. Petrus, Leo, Willelmus.
XIV. kal. O. Elias, Riccardus monachus, et levita mitt. Riccardus. Urſo.
XIII. kal. O. Stephanus, Albericus, Antulmus.
XII. kal. O. Lambertus, Johannes, Columbanus. Deodatus monachus, et clericus, mitt....
XI. kal. O. Willelmus.
X. Kal. O. Aribertus, Adualdus, Robbertus.
IX. Kal. O. Turſtenus, Rodulfus. Falco.
VIII. Kal. O. Agoardus, Pandolfus, Rodulfus.
VII. Kal. O. Marcus.
VI. Kal. O. Arnulfus, Vivianus, Willelmus, Petrus, Bernardus.
V. Kal. O. Haimericus, Rodulfus, Lambertus, Goffridus. Gozelinus, Giſlebertus.
.. ... O. Mauricius, Gozelinus, Rogerius, Osbernus, Euſtaſius, Mamardus.
III. kal. O. Rodulfus, Robbertus, Urſus, Ugo.
.. ... O. Robertus, Willelmus, Bartholomeus, Sibilla monachus.
Kal. Decembris. Durantus. Rogerius.
.. ... O. Nicolaus. Aimo.
III. Non. O. Arſenius.
.. ... O. Oggerius, Benedictus, Daniel, Rodulfus, Bos, Petrus.
Nonas. O. Philippus. Ermelandus. Petrus.
.. ... O. Unfredus. Jordanus, Odo, Biſancius.
VII. Id. O. Mansfridus, Ranulfus, Ugo. Ugo.
.. ... O. Auguſtinus. Sichinus cō
V. Id. O. Manfridus, Campo.
.. ... O. Atanaſius, Falco, Enricus, Malgerius, Maroldus.
III. Id. O. Rodulfus, Petrus, Jordanus monachus.
.. ... O. Rainulfus. Lambertus, Petrus.
Idus. O. Albertus, Goffridus, Petrus, Giraldus I. Converſus.
......... Petrus monachus Etruſcus. Veſt.
O. Warinus.
XVIII. Kal. O. Frebrericus. Johannes.
... ....
O. Reſtoldus, Aitardus, Johannes, Rao.
O. Anfridus, Petrus, Geroldus. Alberada.
.. ....
... ... O. Giſlebertus, Robertus, Rodolfus.
... ... Truſtainus.
... ... O. Majore, Tholomeus, Petrus, Stephanus puer.
... ... O. Bertrandus, Goffridus, Angelus, Odo, Joannes.
... ... O. Guido, Willelmus, Johannes, Riccardus.
Depoſitio Domni Berengerii noſtræ congregationis Abbatis.
... ... O. Fulgerius. Anfridus, Jaquintus, Radulfus, Fulco. Leo. Petrus. Ugo, Robertus, Donatus. Epiſcopus. Ven.
... ... Robertus.
... ... O. Rogerius, Auguſtinus.
... ... O. Chriſtoforus, Ingulfus, Bernardus, Ugo, Reſtoldus, Rodulfus.
... ... O. Robertus, Niceta. Daniel Abbas, Robbertus.
... ... O. Arnulfus, Landinolfus, Johannes. Ambroſius.

---

# EX EODEM
## CODICE 334.
### KAL. JANUARII.

Circumciſio Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & Natalis ſanctæ Martinæ virginis, & martiris.

Quarto nonas Januarii. Natalis ſancti Baſilii epiſcopi, & confeſſoris, & ſancti Odilonis Abbatis.

Tertio nonas Januarii, natalis ſanctorum martirum Ciriaci Primi, & Theogenis, & ſanctæ Jenoveve virginis.

Pridie nonas Januarii, natalis ſancti Aquilini martiris. Et ſanctæ Dafroſæ virginis.

Nonas Januarii. Vigilia Epiphania Domini, & natalis ſanctorum martirum Felicis, Honorati, & ſancti Simeonis monachi.

Octavo Idus Januarii. Epiphania Domini noſtri Jeſu Chriſti, & natalis ſanctorum martirum Juliani. Et Antonini præsbiteri.

Septimo Idus Januarii Translacio ſancti Athanaſii confeſſoris atque Abbatis. Et natalis ſancti Luciani præsbiteri, & martiris.

Sexto Idus Januarii, natalis ſancti Severini confeſſoris, & ſanctorum martirum Timothei, & Urbani.

Quinto Idus Januarii, natalis ſanctorum martirum Vitalis, Fortunati, & Revocati, & ſanctæ Marcianæ virginis.

Quarto Id. Januarii, natalis ſancti Pauli primi Heremitæ, & ſancti Nicanoris Diaconi.

Tercio Id. Januarii, natalis ſancti Theodori confeſſoris adque Abbatis, & ſancti Leucii epiſcopi, & confeſſoris.

Pridie Idus Januarii, natalis ſancti Ylarii epiſcopi, & confeſſoris, & ſancti Satiri martiris.

Idus Januarii. Octava Epiphaniæ Domini, & natalis ſancti Putiti martiris.

Nonodecimo Kalendas Februarii, natalis ſanctorum confeſſorum Felicis, Inpincis, & Felicis Nolani.



Digitized by Google

Octavo decimo kalendas Februarii, natalis ſancti Mauri confeſſoris atque Abbatis, & ſancti Macharii Abbatis.

Septimodecimo kal. Februarii, natalis ſancti Marcelli Papæ, & ſancti Melancii epiſcopi, & confeſſoris.

Sextodecimo Kal. Februarii, natalis ſancti Antonii confeſſoris, atque Abbatis, & ſanctorum Marini ſpeuſippi, Elaſyppi, & Melaſyppi.

Quintodecimo kalendas Februarii, natalis ſanctæ Priſſæ Virginis, & martiris, & ſanctorum martirum Moſei, & Ammonii.

Quartodecimo Kal. Februarii, natalis ſancti Launomari præsbiteri, & ſancti Ponciani martiris.

Tertiodecimo Kal. Februarii, natalis ſanctorum martirum sebaſtiani, & Fabiniani, & ſanctorum marii, & ſociorum ejus.

Duodecimo Kal. Februarii, natalis ſanctæ Agnes virginis, & martiris, & ſanctorum martirum Fructuoſi epiſcopi, & Eulogii martiris,

Hundecimo kal. Februarii, natalis ſancti Vincentii Levitæ, & martiris, & ſancti Anaſtaſii monachi, & martiris.

Decimo kal. Februarii, natalis ſanctorum martirum severiani, & Aquilæ uxoris ejus, & ſancti Agili abbatis.

Nono kal. Februarii, natalis ſanctorum martirum Timothei epiſcopi, & martiris,

Octavo kal. Febr. converſio ſancti Pauli apoſtoli, & natalis ſanctorum martirum saviniani, & severiani,

Septimo Kal. Febr. natalis ſancti Policarpi epiſcopi, & ſanctorum martirum Theogenis cum aliis viginti ſex.

Sexto kal. Februarii, natalis ſanctæ Paulæ monachæ, & ſancti Juliani epiſcopi Cinomanenſis.

Quinto kal. Febr. Octava ſanctæ Agnes, & natalis ſanctorum martirum Leutici, Tirſi, & Canelici,

Quarto Kal. Febr. natalis ſanctorum martirum Papiæ, & Mauri, & ſanctæ sabinæ virginis.

Tertio Kal. Februarii, natalis ſanctorum martirum Vincencii, Oroncii, & Victoris.

Pridie kal. Febr. natalis ſanctorum martirum Saturnini, Tirſi, Proni, & ſancti Patrocli.

Kalendas Febr. natalis ſancti Ignacii epiſcopi, & martiris, & ſanctæ Brigidæ virginis.

Quarto Non. Febr. Purificatio ſanctæ mariæ Virginis, & ſancti Simeonis.

Tertio Non. Febr. natalis ſancti Blaſii epiſcopi, & martiris, & ſanctorum martirum Fortunati, & Feliciani.

Pridie Non. Febr. natalis ſancti Triphonis martiris, & ſanctorum martirum Aquilini, Gemini, & Donati.

Non. Febr. natalis ſanctæ Agathæ virginis, & martiris, & ſanctorum martirum Laurencii, Ignacii, & Firmi.

Octavo Idus februarii, natalis ſancti Maximi epiſcopi, & confeſſoris, & ſanctæ Dorotheæ virginis.

Septimo Idus febr. natalis ſanctorum martirum Feliciani, Gai, Theotici, Alexandri, & ſancti Reguli epiſcopi.

Sexto Id. febr. natalis ss. martirum Dioniſii Emiliani, & sebaſtiani, & s. Avencii confeſſoris.

Quinto Id. febr. natalis ſancti Sabini Canuſini, & ſanctorum martirum Ammonis, & Alexandri.

Quarto Id. febr. natalis ſanctæ Scolaſticæ virginis, & ſanctorum marini, Totici, Hyrenei, & Jacinti.

Tercio Id. februr. natalis ſanctorum martirum Deſiderii epiſcopi, Baſilii, Rufini martiris, & ſancti Severini Abbatis.

Pridie Id. febr. natalis ſanctæ Eulaliæ virginis, & ſanctorum martirum Damiani, & modeſti.

Idus febr. natalis ſanctorum martirum Tulliani & Ciriaci, & ſancti Antonini confeſſoris.

Sexto decimo Kal. marcii, natalis ſancti Valentini epiſcopi, & martiris, & ſanctorum martirum Vitalis Feliculæ,

Quinto decimo Kal. martii, natales ſanctorum martirum Fauſtini & Jovitæ, & s. Agapes virginis.

Quartodecimo kal. martii, natalis ſancti Julianes virginis, & martiris, & ſanctorum martirum Dioniſii & Cyrconis,

Tercio decimo kal. martii, natalis ſancti Damaſci confeſſoris, & ſanctorum martirum Maximi, Cludii, & Claſicii.

Duodecimo kal. martii, natalis ſancti Simeonis epiſcopi, & martiris, & ſanctorum martirum Publii, & Juliani,

Hundecimo Kal. martii, natalis ſancti Barbati epiſcopi, & confeſſoris, & ſanctorum martirum Tulliani & modeſti,

Decimo kal. martii natalis ſanctorum martirum Fortunati, Feliciani, Firini, Candidi, & ſancti Avencii martiris,

Nono kal. martii, natalis ſanctorum martirum Beruli & Jocundi, et ſancti Sergii martiris.

Octavo kal. martii. Cathedra ſancti Petri Apoſtoli, et ſancti Galli præsbiteri, et confeſſoris.

Septimo kal. martii, natalis ſanctorum martirum Policarpi præsbiteri, Severi, et Leucii.

Sexto kal. martii, ſancti matthiæ Apoſtoli, et ſanctorum martirum Felicis, Januari, et Luciani martiris,

Quinto kal. martii, natalis ſanctorum martirum Juſti, Juliani, Vitalis, et ſancti Hermetis.

Quarto kal. martii, natalis ſanctorum martirum Victorini, Victoris, Nicophori, Claudiani.

Tercio kal. martii, natalis ſanctorum martirum Saturnini, Albini, Quiriaci, et Apollinaris.

Pridie kal. martii, natalis ſanctorum martirum Pauli, Ciriaci, Felicianæ, et Felicis.

Kalendas marcii, natalis ſanctorum ducentorum ſexaginta martirum, et ſancti Albini epiſcopi, et confeſſoris,

Sexto Non. martii, natalis ſanctorum martirum Hermens Adriani, macharii, et Rufini, et ſancti Juliani martiris.

Quinto Non. martii, natalis ſanctorum martirum Marini militis, Emitterii, et Celidoni.

Quarto Non. martii, natalis s. Luci PP. et mart. et ss. martirum Ariſtionis, et Lucinii epiſcopi.

Tercio Non. marcii, natalis ſanctæ Focæ martiris, et ſanctorum martirum Ruſtici, et Petri.

Pridie Non. martii, natalis ss. martirum Victoris, et Victorini, et ſancti Juliani epiſcopi.

Non. martii, natalis ſanctarum Virginum Perpetuæ, et Felicitatæ, et ſancti Cipriani martiris.

Octavo Idus martii, natalis ſanctorum martir.

Phile-

Digitized by Google

Philemonis, & Apollonii Diaconi, & Euſebii.

Septimo Idus martii . . . . . . . . . . . . .

Quadraginta. Et ſancti Ugonis Archiepiſcopi, & confeſſoris.

Sexto Id. martii, natalis ſanctorum Marini, Candidi, & Valeriani. Et ſancti Alexandri.

Quinto Id. Martii, natalis ſancti Gorgoni martiris, & ſancti Firmini martiris.

Quarto Idus Martii, natalis ſancti Gregorii PP. & ſanctorum martirum Saturnini, & Victoris.

Tercio Id. Marcii, natalis ſanctorum martirum Macedonii præsbyteri, Patriciæ, & Modeſtæ.

Pridie Idus Martii, Natalis ſanctorum martirum quadraginta, & ſeptem, & ſancti Eufroſii martiris.

Idus martii, natalis s. Longini martiris, & S. Matronis martiris.

Septimodecimo Kal. Aprelis, natalis ſanctæ Eugeniæ Virginis, & S. Ciriaci epiſcopi.

Sextodecimo Kal. Apr. natalis S. Hilarii, epiſcopi, & ſanctæ Geretrudis Virginis.

Quintodecimo kal. Aprilis, natalis ſanctorum martir. Pauli, Cyrilli, Eugenii, cum aliis quatuor.

Quartodecimo kal. Aprilis, natalis ſanctorum martirum Luciani epiſcopi, Maximiani præsbiteri, & Juliani Diaconi.

Terciodecimo Kal. Aprilis, natalis SS. martirum Ciriaci, Primi, Theogenis, & S. Vitalis.

Duodecimo kal. Aprilis, natalis S. Benedicti Abbatis & S. Lupicinii confeſſoris.

Undecimo kal. Aprilis, natalis ſanctorum martirum Secundi, & Paulini, & S. Afrodiſii.

Decimo kal. Aprilis, natalis ſanctorum martirum Victoriani, Frumencii, & Theodori martiris.

Non. kal. Aprilis, natalis SS. martirum Romuli, Seleucii, Agapiti, & ſancti Cirini martiris.

Octavo kal. Apr. Annunciatio ſanctæ Mariæ, & natalis ſancti Hermelandi Abbatis.

Septimo kal. Aprilis, natalis SS. martirum Theodori epiſcopi, Yrenei diaconi, & Serapyonis.

Sexto kal. Aprilis, natalis ſancti Marciani epiſcopi, & martiris, & ſancti Johannis Heremitæ.

Quinto kal. Aprilis, natalis ſanctorum martirum Priſci Caſtoris, & Dorothei martiris.

Quarto kal. Aprilis, natalis ſanctorum confeſſorum Hermogaſti, Satiri, Reguli, & Nicenii.

Tertio kal. Aprilis, natalis ſanctorum Marini, Quirini, Tribuni, Domnini, & Agaſii.

Pridie kal. Aprilis, natalis ſanctorum martirum Diodoli, Aneſii, Felici, Caſtoris, & Dorothei.

Kal. Aprilis, natalis ſanctorum martirum Victoris, Stephani, & Alexandri.

Quarto Non. Aprilis, natalis ſanctorum martirum Priſci, Malchi, Hirenei, & Agapiti.

Tercio Nonas Aprilis, natalis SS. Virginum Theodoſiæ Agapis, Chinoniæ, & S. Pangracii mart.

Pridie Non. Aprilis, Depoſicio S. Ambroſii epiſcopi, & confeſſoris, & S. Andronici martiris.

Non. Aprilis, natalis ſanctorum martirum Marcianæ, Nicanoris, Apollonii, & Herenei.

Octavo Id. Aprilis, natalis ſanctorum martirum Siſti, Timothei, Diogenis, & S. Armogaſti.

Septimo Idus Aprilis, natalis ſanctorum martirum Donati, Cirilli, Eugenii, Euſebii, & Marini martiris.

Sexto Idus Aprilis, natalis ſancti Macharii Abbatis, & ſanctorum martirum, Carpi epiſcopi, Papirii, & Marcialis.

Quinto Id. Aprilis, natalis SS. martirum Baſilii, Rufini, Iſidori, Eugemani, Celſi, & Anaſtaſii.

Quarto Id. Aprilis, natalis ſanctorum martirum Ylarii, Donati, Cipriani, Licinii, & ſancti Publii.

Tercio Id. Aprilis, natalis ſanctorum martirum Canciani, Gajani, Joviniani, Marcelli, & Vitalis.

Pridie Id. Aprilis, natalis SS. martirum Severiani, Marci, Felici, Criſpini, & Saluſtii.

Idus Aprilis, natalis ſanctorum martirum Celerini, Laurencii, Ignacii, Magni, & Miliani.

Octavo decimo Kal. Maii, natalis ſanctorum martirum Tiburcii, & Valeriani, & Maximi.

Septimo decimo Kal. Maii, natalis ſanctorum martirum Maronis, Euticetis, & Victorini.

Sexto decimo Kal. maii, natalis ſanctorum martirum Caſſiani, Urbani, Marcialis, & Succeſſi.

Quinto decimo Kal. maii, natalis ſanctorum martirum Petri Diaconi, Hermogenis, & Yſidori.

Quartodecimo Kal. maii, natalis SS. martirum Catulini, Januarii, Florencii, & ſancti Eleutherii.

Tertiodecimo Kal. maii, natalis ſanctorum martirum, Hermogenis, Gai, Expediti, Ariſtonici, & Rufi.

Duodecimo Kal. maii, natalis ſanctorum martirum Sulpicii, Serviliani, Marcelli, & Simeonis.

Undecimo Kal. maii, natalis SS. martirum, Aratoris. Felicis. Fortunii. Silvii, & Vitalis.

Decimo Kal. maii, natalis ſanctorum martirum Severini, Tiburcii, Maximi, & ſancti Johannis Heremitæ.

Non. Kal. maii, natalis ſancti Georgii martiris, & ſanctorum martirum Felicis, & Fortunati.

Octavo Kal. maii, natalis SS. martirum Naboris, Felicis, Achillei, & S. Marcellini Pontificis.

Septimo Kal. maii, natalis S. Marci Evangeliſtæ, & SS. martirum Evodii, & Hermogenis.

Sexto kal. maii, natalis ſanctorum martirum Philemonis, Apollonii, Cipriani, & S. Adriani.

Quinto kal. maii, natalis SS. martirum Macedonii, Patriciæ, Modeſtæ, & ſancti Vitalis martiris.

Quarto kal. maii, natalis ſanctorum martirum Cirillæ Aquilæ, Petri, Domicianæ, Rufi, & ſancti Juſtini martiris,

Tercio kal. maii, natalis ſanctorum martirum Theodori Præsbiteri, Agapi, Secundini, & ſanctæ Theodoræ Virginis.

Pridie kal. maii, natalis ſanctorum martirum Mariniani, Lectoris, & Jacobi Diaconi.

Kal. maii, natalis ſanctorum apoſtolorum Philippi, & Jacobi, & S. Quiriaci epiſcopi, & martiris.

Seſto Non. maii, natalis ſanctorum mart. Mauri, & ſociorum ejus, & ſancti Athanaſii epiſc. & conf.

Quinto Non. maii Inventio s. Crucis, & natalis Ss. martirum Alexandri, & Eventii, & Theodoli.

Quarto Non. maii, natalis ſanctorum martirum Floriani, Secundiani, & Marcelliani.

Tercio non. maii, natalis ſanctorum martirum Hyrenei. Peregrini, Fabiani, Juvenalis, & ſancti Adoeni epiſcopi, & confeſſoris.

Pridie Non. maii. Translatio ſancti Mathei Apoſtoli, & ſancti Johannis ante Portam latinam.

Non. maii, natalis ſanctæ Domitillæ Virginis, & mar-

& martiris,& ſanctorum martirum Flavi,& Auſt.
Octavo Idus Maii inventio S. Michaelis Archangeli, & natalis ſancti Victoris martirum.
Septimo Idus Maii translactio ſancti Nicolai in Barum, & natalis ſancti Flavii martiris.
Sexto Idus Maii, natalis ſanctorum martirum Gordiani, & Hepimachi, & ſancti Cirili epiſcop.
Quinto Idus Maii, natalis ſancti Majolis confeſſoris, atque abbatis, & ſancti Marmetis epiſc.
Quarto Idus Maii, natalis ſanctorum martirum Nerei, & Achillei, & Pancratii Fratrum.
Tercio Idus Maii, natalis ſanctorum martirum Theodori Præsbiteri, & Victoriani martiris.
Pridie Idus Maii, natalis ſancti Bonifacii mart. & ſanctorum epiſcoporum Audoeni, & Heligii.
Idus Maii, natalis ſanctorum confeſſorum Torquati, Tiſeſontis, ſecundi, & ſancti Eufraſii.
Septimo Decimo Kal. Jun. natalis ſanctorum martirum Petri Andreæ, Pauli, & Dioniſii.
Sexto Decimo Kal. Junii, natalis ſanctorum martirum Aquilini, Victorini, & ſanctæ Maximæ Virginis.
Quinto decimo Kal. Junii natalis SS.martirum Eraclii, Pauli, Aquilini, cum aliis duobus.
Quartodecimo Kal. Junii, natalis ſanctæ Potencianæ Virginis, & ſancti Torpetis martiris.
Tertiodecimo Kal. Junii, natalis ſanctorum martirum Euſtaſii, Theopiſti, & Theopiſten, & ſanctæ Baſillæ Virginis.
Duodecimo Kal. Junii, natalis SS. martirum Timothei, Polii, & Cuticii Diaconorum.
Undecimo Kal. Junii, natalis ſanctorum martirum Caſti, & Emilii & ſancte Juliæ Virginis.
Decimo Kal. Junii, natalis ſanctorum martirum Victi, Quintini, Fauſtini, & Timothei.
Nono Kal. Junii, natalis ſanctorum martirum Donaciani, & Rogaciani Fratrum.
Octavo Kal. Junii, natales ſancti Urbani Papæ, & martiris, & ſancti Canionis epiſcopi, & martiris.
Septimo Kal. Junii, natales ſanctorum martirum Felicis, Silvani, & ſancti Dioniſii epiſcopi, & confeſſoris.
Sexto Kal. Junii, natalis ſancti Eutropii epiſcopi, & confeſſoris, & ſancti Julii martiris, & aliorum plurimorum ſanctorum.
Quinto Kal. Junii, natalis ſanctorum martirum Feliciſſimi, Eraclii, Emilii, & Luciani.
Quarto Kal. Junii, natalis ſanctorum martirum Potamii, Hemeſii, Secundini, & Maximi.
Tertio Kal. Junii, natalis ſancti Felicis Papæ, & ſanctorum ſeptem Germanorum.
Pridie Kal. Junii, natalis ſanctorum martirum Cancii. Canciani, & Cancianillæ fratrum.
Kal. Junii, natalis ſancti Heraſmi, & ſancti Nicomedis martiris.
Quarto Nonas Junii, natalis ſanctorum martirum Marcellini præsbiteri, & Petri Exorciſtæ.
Tercio Non. Junii, natalis ſanctorum martirum Pergentini, & Laurentini Fratrum.
Pridie Non. Junii, natalis ſanctorum martirum Marciani, Nicandri, & Apollonii.
Nonas Junii, natalis ſancti Bonifacii martiris, & ſanctorum Confeſſorum Juvini, & Heraclii.
Octavo Idus Junii, natalis ſanctorum martirum Vincentii epiſcopi, & Benigni Diaconi.
Septimo Idus Junii, natalis ſanctorum martirum Petri præsbiteri, Jeremiæ, & aliorum trium.
Sexto Idus Junii, natalis ſanctorum epiſcoporum Medardi, & Gildardi, & ſanctorum martirum Saluſtiani, & Habundii.
Quinto Idus Junii, natalis SS. martirum Primi, & Feliciani, & S. Columbani confeſſoris.
Quarto Idus Junii, natalis S. Luciani martiris, & SS. martirum Caſſiani, Victorini, Martini.
Tertio Idus Junii, natalis ſancti Barnabæ Apoſtoli, & ſanctorum martirum Naboris, Felicis, cum ſociis eorum.
Pridie Idus Junii, natalis ſanctorum martirum Baſilidis, Cirini, Naboris, & Nazarii, Triponis, & Magdali.
Idus Junii, natalis ſanctorum martirum Luciani, Fortunati, Creſcentiani, & Teclæ.
Octavo decimo Kal. Julii, natalis ſancti Marciani epiſcopi, & confeſſoris.
Septimo decimo Kal. Julii, natalis ſanctorum martirum Viti, Modeſti, & Creſcentiæ.
Sexto decimo Kal. Julii, natalis ſanctorum martirum Nicandri, & Marciani, & ſancti Ignacii epiſcopi.
Quinto decimo Kal. Julii. Translacio ſancti Bartholomei Apoſtoli, & natalis ſancti Romani epiſcopi.
Quartodecimo kal. Julii, natalis SS. Marci & Marcelliani, & ſanctæ Potencianæ Virginis.
Tertiodecimo kal.Julii,natalis ſanctorum martirum Gervaſi, & Protaſii, & ſancti Caloceri martiris.
Duodecimo kal. Jul. natalis ſanctorum martirum Pauli, & Ciriaci, & S. Secundini martiris.
Undecimo kal. Julii, natalis SS. martirum Euſebii, Rufini, & Marciæ, & S. *Caſti* martiris.
Decimo kal. Julii, *natalis* ſancti Paulini Nolani epiſcopi, & ſanctorum martirum Victorii, & Donati.
Nono kal. Julii, Vigilia S. Johannis Baptiſtæ, natalis ſanctorum martirum Donaciani, & Rogancii fratrum.
Octavo kal. Julii, natalis S. Joannis Baptiſtæ, S. Febroniæ Virginis, & martiris.
Septimo kal. Julii, natalis ſanctorum martirum, Gaudentii, Felicis, Agapiti, & S. Amandi confeſſoris.
Sexto kal. Julii, natalis ſanctorum martirum Joannis, & Pauli, & ſancti Marencii *confeſſoris*.
Quinto kal. Julii, natalis ſanctorum martirum Deodati, Criſpi, & Criſpiniani, & S. Perſeverandæ Virginis.
Quarto kal. Julii, vigilia Apoſtolorum Petri, & Pauli, & natalis S. Leonis epiſcopi, & confeſſoris.
Tercio kal. Jul. natalis ſanctorum Petri, & Pauli, & ſancti Marcelli martiris.
Pridie kal. Jul. natalis. Commemoratio ſancti Pauli Apoſtoli, & natalis ſancti Martialis epiſcopi.
Kal. Julii. Octava ſancti Joannis Baptiſtæ, & natalis ſancti Domiciani Abbatis.
Sexto non. Jul. natalis ſanctorum *martirum* Proceſſi, & Marciniani, & S. Vitalis martirum.
Quinto nonas Jul. natalis ſancti Gregorii epiſcopi, & martiris, & ſancti Eulogii confeſſoris.
Quarto non. Jul. natalis ſanctorum martirum Innocentiæ, Sebaſtiæ, cum aliis triginta.

Tertio

Tertio nonas Jul. Natalis S. Agathonis martiris, & ſanctorum Martirum Fulgentii, & Severi martiris.

Pridie non. Jul. Natalis Octava apoſtolorum Petri, & Pauli, & natalis S. Tranquillini martiris.

Non. Julii. Octava S. Pauli apoſtoli, & natalis ſanctorum martirum Eraclii, & Parthemii.

Octavo Id. Jul. Natalis ſancti Procopii martiris, & ſancti Ciliani martiris.

Septimo Id. Julii, natalis ſancti Cirilli epiſcopi, & confeſſoris, & ſancti Nicenii martiris.

Sexto Idus Julii, natalis S. Felicitatis & filiorum ejus, & Ss. Virginum Rufinæ, & Secundæ.

Quinto Idus Julii, natalis ſanctorum martirum Jaſonis, & Mauri, & S. Arſeni abbatis.

Quarto Id. Jul. natalis ſanctorum martirum Naboris, & Felicis, & S. Arnolfi epiſcopi, & confeſſoris.

Tertio Id. Julii, natalis ſanctæ Margaritæ virginis, & martiris, & ſancti Sabini martiris.

Pridie Idus Julii, natalis ſanctorum martirum Catulini Diaconi, Dioniſii, & Hylarii.

Idus Julii, natalis ſanctorum martirum Quirici, & Julittæ, & ſancti Florencii.

Septimo decimo Kal. Auguſti, natalis ſanctorum martirum ſeptem Dormientium, & ſancti Hernulfi.

Sexto decimo Kal. Auguſti, natalis ſanctorum martirum Sperati, & ſociorum ejus, & S. Alexii confeſſoris.

Quarto decimo Kal. Auguſti, natalis ſanctæ Marinæ Virginis, & ſanctorum martirum Saturnini præsbiteri, Daviti, Felicis, & ſociorum ejus.

Terciodecimo Kal. Auguſti, natalis ſanctorum martirum Arſenii, Theodoſii, & ſancti Severini epiſcopi.

Duodecimo Kal. Auguſti, natalis ſancti Caſſiani martiris, & ſanctæ Praxedis virginis.

Undecimo Kal. Auguſti, natalis ſanctæ Mariæ Magdalenæ, & S. Wandrigiſili abbatis.

Decimo Kal. Auguſti, natalis ſancti Apollinaris epiſcopi, & martiris, & ſanctorum martirum Potamii, & Nemeſii.

Nono Kal. Auguſti, vigilia S. Jacobi apoſtoli, & natalis S. Criſtinæ virginis.

Octavo Kal. Auguſti, natalis S. Jacobi apoſtoli, & ſanctorum martirum Chriſtophori, & Cucufati.

Septimo Kal. Auguſti, natalis ſanctorum martirum Joviniani, Juliani, Secundini, Servuli, & aliorum viginti.

Sexto Kal. Auguſti, natalis ſanctorum martirum Simeonis monachi, & Felicis.

Quinto Kal. Auguſti, natalis ſanctorum martirum Nazarii, & Celſi, & s. Pantaleonis martiris.

Quarto Kal. Auguſti, natalis ſanctorum martirum Felicis, Simplicii, Fauſtini, & Beatricis, & ſancti Hermolai præsbiteri.

Tertio Kal. Auguſti, natalis ſanctorum martirum Abdon, & Sennes, & ſanctarum virginum Maximæ, & Domitillæ.

Pridie Kal. Auguſti, natalis ſancti Germani epiſcopi, & confeſſoris, & ſanctorum Secundi, & Dioniſii.

Kalendas Auguſt. Vincula ſancti Petri, & ſanctorum martirum Machabeorum.

Quarto nonas Auguſti, natalis ſancti Stephani papæ, & martiris, & ſanctæ Theodoræ cum tribus filiis ſuis.

Tertio non. Aug. Inventio ſancti Stephani prothomartiris, & ſociorum ejus Nicodemi, Gamaliel, & Abibon.

Pridie non. Auguſti, natalis ſancti Creſcentiani martiris, & ſancti Peregrini præsbiteri.

Non. Auguſti, vigilia Transfigurationis Domini noſtri Jeſu Chriſti, & natalis ſanctorum martirum Xiſti, & ſociorum ejus.

Octavo Id. Aug. Transfiguratio Domini noſtri Jeſu Chriſti, & natalis ſanctorum martirum Caſſiani, & Erenei.

Septimo Idus Auguſti, natalis ſancti Donati epiſcopi & martiris, & ſanctorum martirum Marciani, & Maximiani.

Sexto Idus Auguſti, natalis ſanctorum martirum Cyriaci, Largi, & Smaragdi.

Quinto Id. Auguſti, vigilia S. Laurentii martiris, & natalis ſancti Ciriaci martiris.

Quarto Id. Auguſti, natalis ſancti Laurencii, & ſancti Caſſiani epiſcopi, & confeſſoris.

Tercio Id. Auguſti, natalis ſanctorum martirum Tiburcii, & Suſannæ virginis, & ſancti Laurini epiſcopi, & confeſſoris.

Pridie Idus Auguſti, natalis ſancti Eupli levitæ, & martiris, & ſanctorum martirum Baſilidis, & Felicis.

Idus Auguſti, natalis Ss. martirum Ypoliti, & ſociorum ejus, & ſanctæ Radegundis virginis.

Nono decimo Kal. Septembris, vigilia ſanctæ Mariæ Virginis, & natalis ſancti Euſebii præsbiteri, & confeſſoris.

Octavo decimo Kal. Septemb. Aſſumptio ſanctæ Mariæ Virginis, & ſancti Tarſicii martiris.

Septimo decimo Kal. Septemb. S. Arnulfi epiſcopi, & confeſſoris, & ſancti Simpliciani martiris.

Sexto decimo Kal. Septembris. Dedicatio eccleſiæ S. Trinitatis Venuſia, & octava s. Laurentii.

Quinto decimo Kal. Septembris, natalis ſancti Agapiti martiris, & ſanctorum martirum Liberati, Bonifacii, & Maximi.

Quarto decimo Kal. Septembris, natalis ſancti Magni epiſcopi, & confeſſoris, & ſanctorum martirum Dioſcori, & Diogenis.

Tertiodecimo Kal. Septembris, natalis ſancti Phylberti abbatis, & ſanctorum martirum Timothei, & Apollinaris.

Duodecimo Kal. Septembris, natalis ſanctorum martirum Bonifii, Maximiani, & s. Anaſtaſii.

Undecimo Kal. Septembris. Octava ſanctæ Mariæ Virginis, & natalis ſanctorum martirum Timothei, & Simphoriani.

Decimo Kal. Septembris, natalis ſanctorum martirum Donati, Reſtituti, Valeriani, & Claudii.

Nono Kal. Septembris. Vigilia S. Bartholomei apoſtoli, & natalis S. Geneſii martiris.

Octavo Kal. Septembris, natalis S. Bartholomei apoſtoli, & s. Audoeni epiſcopi, & confeſſoris.

Septimo Kal. Septembris, natalis ſancti Hermetis martiris, & ſanctorum martirum Alexandri, & Eleutherii epiſcopi.

Sexto Kal. Septembris, natalis ſancti Auguſtini epiſcopi, & confeſſoris, & ſanctorum martirum Rufi, & Agri epiſcopi.

Quinto

Digitized by Google

Quinto Kal. Septembris, natalis ſanctorum martirum Fortunati, & ſociorum ejus, & ſanctæ Candidæ virginis.

Quarto Kal. Septembris. Decollatio s. Joannis Baptiſtæ, & natalis s. Sabinæ virginis.

Tertio Kal. Septembris, natalis Ss. martirum Felicis, & Adaucti, & s. Agili confeſſoris.

Pridie Kal. Septemb. natalis s. Paulini epiſcopi, & confeſſoris, & s. Gaudenciæ virginis.

Kal. Septembris, natalis ſanctorum martirum duodecim Fratrum, & s. Egidii abbatis,

Quarto nonas Septembris, natalis ſancti Abbibi levitæ, & martiris, & ſancti Juſtini epiſcopi, & confeſſoris.

Tertio non. Septembris, natalis ſanctorum martirum Antonini, Ariſtei, & Creſcencianæ.

Pridie non. Septembris, natalis Ss. martirum trium puerorum Rufini, Silvani, & Attalici.

Nonis Septembris, natalis ſanctorum martirum Quinti, Arconcii, Donati, Mincvi, & Antonini martirum.

Octavo Id. Septembris, natalis ſanctorum epiſcoporum Donaciani, Preſidii, Manſueti, & Germani.

Septimo Idus Septembris, natalis s. Adriani martiris, & ſanctarum virginum Reginæ, & Reginæ.

Sexto Idus Septembris. Nativitas s. Mariæ Virginis, & ſanctorum martirum Timothei, & Fauſti.

Quinto Id. Septemb. natalis ſancti Gorgonii martiris, & ſanctorum confeſſorum Hemeſiani, & Lucii,

Quarto Id. Septembris, natalis ſanctorum martirum, Jacinti, Alexandri, Tiburtii, & s. Querini epiſcopi.

Tertio Id. Septembris, natalis ſanctorum martirum Proti, & Jacinti, & ſanctorum confeſſorum Victoris, & Poliniani.

Pridie Id. Septembris, natalis ſanctorum martirum confeſſorum Syri, Invencii, Obtati, & ſancti Patricii,

Id. Septembris, natalis ſancti Maurilionis epiſcopi, & confeſſoris, & s. Eugeniæ virginis, & martiris.

Octavo decimo Kal. Octobris. Exaltatio ſanctæ Crucis, et natalis ſanctorum martirum Cornelii, & Cipriani.

Septimo decimo Kal. Octobris, natalis ſanctorum martirum Senatoris, Viatoris, Caſſiodori, et Donatæ matris eorum.

Sexto decimo Kal. Octobris, natalis ſancti Nicomedis martiris, et ſanctorum confeſſorum Leonis, et Luciane.

Quintodecimo Kal. Octobris, natalis ſanctarum martirum Luciæ, et Geminianæ, et ſanctæ Euphemiæ virginis.

Quartodecimo Kal. Octobris, natalis ſanctorum martirum Valeriani, Macrini, Gordiani, et Emiliani.

Tercio decimo Kal. Octobris, natalis ſanctorum martirum Januarii, Feſti, Proculi, Diaconorum, Deſiderii, Euticii, & Agrii.

Duodecimo Kal. Octobris. Vigilia S. Matthei apoſtoli, et natalis Ss. martirum Dionifii, et Privati.

Undecimo Kal. Octob. natalis S. Matthei apoſtoli, & evangeliſtæ, & s. Alexandri epiſcopi.

Decimo Kal. Octobris, natalis ſanctorum martirum Mauricii, Exuperii, Candidi, Victoris, Innocentii, Vitalis cum ſociis ſuis.

Non. Kal. Octub. natalis ſanctorum martirum Soſii, Florencii, Silvani, & Spaterni confeſſoris.

Octavo Kal. Octub. natalis ſanctorum martirum Felicis, Conſtanciæ, Signi presbiteri, et s. Martiniani confeſſoris.

Septimo Kal. Octub. natalis ſanctorum martirum Firmini epiſcopi, Tirſi diaconi, et ſancti Lamberti epiſcopi.

Sexto Kal. Octubris, natalis ſanctorum Cipriani epiſcopi, Januarii, et ſanctæ *Juſtinæ virginis*, et martiris,

Quinto Kal. Octubris, natalis ſanctorum martirum Coſme, et Damiani, Antimus, Leoncius, & Eupreprius,

Quarto Kal. Octubris, natalis ſanctorum martirum Adulfi, Joannis, Florentini, et s. Salonis epiſcopi, et confeſſoris.

Tercio Kal. Octub. Dedicatio s. *Michaelis* Archangeli, et natalis ſancti Frñi martiris.

Pridie Kal. Octubris, natalis ſancti Hieronymi præsbyteri, et s. Sophiæ, & filiorum ejus.

Kal. Octobris, natalis ſancti Priſci martiris, et translatio ſanctorum confeſſorum Germani, & Remigii.

Sexto nonas Octobris, natalis s. Leodegari epiſcopi, et ſancti Eleutherii martiris.

Quinto nonas Octobris, natalis ſanctorum martirum Stephani, Victor, et ſancti Panfili.

Quarto non. Octobris, natalis ſanctorum martirum Marci, Marciani, Criſpi, & Gai.

Tercio non. Octob. natalis ſanctorum martirum Placidi, Euticii, et aliorum triginta, et *ſancti* Renati epiſcopi.

Pridie non. Octob. natalis *ſancti* Marci PP. & ſanctorum Germanorum Firmati cum ſociis ſuis.

Non. Octob. natalis ſanctorum martirum Sergi, et Bachi, et s. Juliæ virginis.

Octavo Id. Octob. natalis ſanctorum martirum Marcelli, et Apulei, et s. Pelagiæ virginis.

Septimo Id. Octobr. natalis ſanctorum martirum Dioniſii epiſcopi, Ruſtici præsbiteri, et Eletherii Diaconi.

Sexto Idus Octobris, natalis ſanctorum martirum Caſſii, Florencii, Domnini, cum ſociis ſuis.

Quinto Id. Octub. natalis ſanctorum martirum Nicaſii epiſcopi, Quirini præsbiteri, et S. Paulini epiſcopi.

Quarto Id. Octobr. natalis ſanctorum martirum, et confeſſorum quatuormilium nungentorum ſeptuaginta ſex.

Tertio Id. Octob. natalis ſanctorum martirum Fauſti, Januarii, & Marcialis mart.

Pridie Id. natalis ſancti Caliſti papæ, & martiris, & ſanctorum martirum Fortunati, & Antiochi.

Idus, natalis ſanctorum Quadraginta martirum, & s. Euſtaſii præsbiteri.

Septimo decimo Kal. Novembris, natalis ſanctorum martirum Marciani, Satiriaci cum duobus Fratribus eorum.

Sexto decimo Kal. Novembris, natalis ſanctorum martirum Senatoris, Adulfi, Florentini, & Florencii præsbiteri.

Quinto-

Quintodecimo Kal. Novemb. natalis ſancti Lucæ evangeliſtæ, & ſancti Ermelandi abbatis.

Quartodecimo Kal. Novemb. natalis Ss. martirum Ptolomei, Lucii, Beroncii, & Pelagiæ.

Tertiodecimo Kal. Novembr. natalis s. Zoſimi epiſcopi, & confeſſoris, & s. Maximi martiris.

Duodecimo Kal. Novemb. natalis s. Hilarionis confeſſoris, & Ss. martirum Daſi, & Gai.

Undecimo Kal. Novemb. natalis Ss. martirum Philippi epiſcopi, Euſebii, & Hermetis.

Decimo Kalendas Novembr. Translatio ſancti Theodori confeſſoris, atque abbatis, & ſancti Severini epiſcopi.

Nono Kal. Novemb. natalis ſanctorum martirum Felicis epiſcopi, Adaucti, & Januarii præsbiterorum.

Octabo Kalend. Novembr. natalis ſanctorum martirum Griſancti, & Dariæ, & ſancti Candidi martiris.

Septimo Kal. Novembr. natalis ſancti Demetrii martiris, & ſanctorum martirum Rogantini, & Feliciſſimi.

Sexto Kal. Novembris. Vigilia apoſtolorum Simonis, & Jude, & natalis ſanctorum martirum Vincentii, & Sabinæ.

Quinto kal. Novemb. natalis ſanctorum apoſtolorum Simonis, & Judæ, & s. Cirillæ virginis.

Quarto kal. Novembr. natalis ſanctorum martirum Jacincti, Quinti, Feliciani, & Lucii.

Tertio kal. Novembr. natalis ſancti Germani epiſcopi, & confeſſoris, & ſanctorum martirum Amandi, & Ruſtici.

Pridie kal. Novembr. Vigilia omnium Sanctorum, & natalis ſanctorum martirum Nemeſii, & Quintini.

Kal. Novembris, Commemoracio omnium Sanctorum.

Quarto non. Novembr. natalis ſancti Ceſarii levitæ, & martiris, & ſancti Marcelli epiſcopi, & confeſſoris.

Tercio non. Novembr. natalis Ss. martirum Germani, Theofili, Ceſarii, & Vitalis.

Pridie non. Novemb. natalis ſanctorum martirum Amancii epiſcopi, Clari præsbiteri, & Proculi vir.

Nonas Novembr. natalis ſanctæ Trophimenis virginis, & ſanctorum martirum Felicis præsbiteri, & Euſebii mõ.

Octavo Id. Novemb. natalis ſanctorum martirum Juliani, Ceſarii, Herculani, & S. Serapionis epiſcopi.

Septimo Id. Novemb. Translaccio Ss. martirum Senatoris, Viatoris, atque Caſſiodori.

Sexto Id. Novemb. natalis Ss. martirum Quatuor Coronatorum, & S. Leonardi confeſſoris.

Quinto Id. Novemb. natalis ſancti Theodori martiris, & ſanctorum martirum Aniani, & Florentii.

Quarto Id. Novemb. natalis ſancti Mennæ martiris, & ſancti Reſpicii martiris.

Tertio Id. Novembr. natalis ſancti Martini epiſcopi, & confeſſoris, & S. Veriani martiris.

Pridie Id. Novemb. natalis ſanctorum confeſſorum Emiliani, Simplici, & S. Leonis.

Id. Novemb. natal. S. Johanni Chriſoſtomi, & ſanctorum martirum Valentini, & Victoris.

Octavo decimo Kal. Decemb. natal. ſanctorum martirum Clementini, Theodoti, & Philemoni.

Septimo decimo Kal. Decemb. natal. S. Felicis epiſcopi, & S. Eugenii martiris.

Sexto decimo Kal. Decemb. natal. ſanctorum martirum Ruſtici, Amandi, & Servandi.

Quinto decimo Kal. Decemb. natal. S. Gregorii epiſcopi miraculorum operator.

Quarto decimo Kal. Decemb. natal. S. Odonis confeſs. atque abbatis, & ſancti Romani.

Tertio decimo Kal. Decemb. natalis ſanctorum martirum Severini, Exuperii, & Feliciani.

Duodecimo Kal. Decemb. natal. ſanctorum martirum Maximi, Criſpini, Gai, & Ypoliti.

Hundecimo Kal. Decemb. natalis S. Columbani abbatis, & ſanctorum martirum Samonæ, & Turiæ.

Decimo Kal. Decemb. natal. S. Ceciliæ virg. & martiris, & S. Mauri martiris.

Nono Kal. Decemb. natalis S. Clementis epiſcopi, & martiris, & S. Severini monachi.

Octavo Kal. Decemb. natal. S. Mercurii martiris, & s. Chriſogoni.

Septimo Kal. Decemb. natal. S. Caterinæ virginis, & Ss. martirum Creſcentiani, & S. Rufi.

Sexto Kal. Decemb. natal. S. Petri Alexandrini epiſcopi, & martiris, & S. Lini Papæ.

Quinto Kal. Decemb. natal. S. Guari martiris, & S. Maximi epiſcopi, & confeſſoris.

Quarto Kal. Decemb. natal. Ss. martirum Marcialis, Vitalis, & Agricolæ.

Tertio Kal. Decemb. Vigilia S. Andreæ apoſtoli, & natal. s. Saturnini epiſcopi, & martiris.

Pridie Kal. Decemb. natal. s. Andreæ apoſtoli, & ſancti Trojani epiſcopi.

Kal. Decemb. natalis ſanctæ Candidæ virginis, & ſancti Manſueti.

Quarto non. Decemb. natal. ſanctorum martirum Fauſti, & Dafroſæ filiæ ejus.

Tercio non. Decemb. natal. ſanctorum martirum Claudii, Tribuni, & ſancti Caſſiani.

Pridie non. Decembris, natalis S. Barbaræ virginis, & martiris, & ſanctorum martirum Armogaſti, & Jaſonis.

Non. Decembr. natalis ſanctorum martirum Symproni, Olimpii, & s. Sabini martiris.

Octavo Id. Decemb. natalis ſancti Nicolai archiepiſcopi, & s. Emiliani.

Septimo Id. Decemb. natal. s. Ambroſii epiſcopi, & confeſſoris, & s. Agathonis martiris.

Sexto Id. Decemb. natalis ſanctorum martirum Bonifacii, Servi, & Victricis, & s. Sabini epiſcopi.

Quinto Id. Decemb. natalis ſanctarum virginum Dioniſiæ, Davitæ, Leontis, & Emiliani martirum.

Quarto Id. Decembr. natalis ſanctæ Eulaliæ virginis, & ſanctorum martirum Carpophori, & Abundi.

Tertio Id. Decembr. natalis ſanctorum martirum Victorici, Fuſciani, atque Genciani.

Pridie Id. Decemb. natal. Ss. martirum Euſtracii, & ſociorum ejus, & ſancti Cipriani abbatis.

Id. De-

Digitized by Google

Id. Decemb. natal. S. Athanaſii confeſſoris, atque abbatis, et s. Hermogenis martiris.

Nonodecimo kal. Januariii, natalis S. Luciæ virginis, et martiris, et S. Nicaſii epiſcopi, et martiris.

Octavo decimo kal. Januarii, natalis Agnelli confeſſoris, atque abbatis, & S. Pauli epiſcopi, et confeſſoris.

Septimo decimo kal. Januarii, natal. Sanctorum marrirum Druſi, Zoſimi, & Theodoli.

Sexto decimo kal. Januarii, natalis ſanctorum martirum Hieronis, Arſenii, & Yſidoli.

Quinto decimo kal. Jan. natal. ſanctorum martirum Epimachi, & Alexandri.

Quarto decimo Kal. Jan. natal. ſanctarum virginum Dioniſiæ, & Juliæ.

Tertio decimo Kal. Januar. Vigil. ſancti Thome apoſtoli, & natalis ſancti Nemeſii martiris.

Duodecimo Kal. Januar. natal. ſancti Thomæ apoſtoli, & S. Meminii epiſcopi.

Undecimo Kal. Januar. natal. ſanctorum Triginta martirum, & ſanctæ Theodoſiæ virginis.

Decimo Kal. Januar. natalis ſanctorum martirum Johannis, & Feſti, & ſancti Didimi mõ.

Nono Kal. Januar. Vigilia. Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti, & natal. ſancti Rufi.

Octavo Kal. Januar. Nativitas Domini noſtri Jeſu Chriſti, & S. Anaſtaſiæ martiris.

Septimo Kal. Jan. natal. ſancti Stephani Protomartiris, & S. Eugeniæ virginis.

Sexto Kal Jan. natalis S. Johannis apoſtoli, & evangeliſtæ, & S. Zoel.

Quinto kal. Jan. natal. ſanctorum Innocentum, & ſancti Trophimi.

Quarto Kal. Jan. natal. ſancti Ebrulfi confeſſoris, & S. Sabini martir.

Tercio kal. Jan. natal. S. Perpetui epiſcopi, & confeſſoris, & ſanctorum mart. Marcelli, & Venuſtiani.

Pridie kalend. Jan. natal. S. Silveſtri epiſcopi, & confeſſoris, & S. Columbæ virginis.

Feria IV. Cœna Domini quando cœnavit cum Diſcipulis ſuis.

Fer. V. Dominus noſter Jeſus Chriſtus crucifixus eſt.

Fer. VI. Dominus noſter Jeſus Chriſtus quievit in Sepulchro.

Sabbato Reſurreccio Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Aſcenſio Domini noſtri Jeſu Chriſti in cœlum.

Adventus Spiritus Sancti in Diſcipulos Domini.

Robertus Guiſcardus, comes Drogo, comes Roggerius Siciliæ, Boamundus princeps, comes Guilelmus principatu, comes Robertus, comes Ricc. Montis Scabioſi, comes Henricus, comes Goffridus, comes Ricc., comes Nicolaus de Principatu, Guilelmus Maleconvenienti, Unfridus Montis Scabioſi, Robertus Scalone, Ugo de Claromonte, Goffridus filius Aytardi Sarlo Arrigo, Guilelmus filius Ivonis, Ugo filius Guiſmanni, Guilelmus de Novanda, Goffridus de Sal. Zuel de Brachalla, Ugo de Polinian̄, Alberada Dn̄a Colubrarii, Albereda Dn̄a Oriæ-Sichelgaita Duciſſa.

Deus omnipotens pietate ſua, & miſericordia dignetur hoc recipere ad honorem ſuum, & ad pacem eccleſiæ ſuæ, & ut ſit nobis, & cunctis Fratribus noſtris tam vivis, quam *defunctis* ad remiſſionem omnium peccatorum, & omnibus fidelibus familiaribus noſtris vivis ad ſalutem, & mortuis ad indulgentiam, & requiem ſempiternam.

Nos ex parte Dei omnipotentis, & B. Mariæ ſemper Virginis, & B. Benedicti patris noſtri, & omnium Sanctorum, & præcipue eorum, qui in hoc ſancto Monaſterio in ſuis ſanctis reliquiis requieſcunt damus tibi partem, & ſocietatem omnium benefactorum, quæ fiunt in hoc ſancto Monaſterio, & per loca noſtra nocte, & die, in jejuniis, in miſſis, in helemoſinis, in vigiliis, & in aliis bonis, ut per interceſſionem omnium Sanctorum ſuorum, & orationes ſervorum ſuorum concedat *tibi omnipotens* Dominus ita cuſtodire vitam *tuam*, ut in fine poſſis habere vitam eternam una nobiſcum per omnia ſæcula ſæculorum Amen. Ego Fr. N. promitto ſtabilitatem meam, & converſionem morum meorum, & obbedientiam ſecundum regulam ſancti Benedicti in hoc Monaſterio ſanctæ Mariæ . . . . . . . . . . . . . . . quod eſt conſtructum in hoc loco . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Hic liber per plures annos fuit extra Monaſterium Caſinenſe, & recuperatus, & reſtitutus dicto Monaſterio per Loyſium de Raymo de Neapoli anno Domini MCCCCC *ſexto*.

# EX CODICE
## BIBLIOTHECÆ CASINENSIS
### SIGNATO NUMERO XLVII.

KAl. Januarii obierunt Fratres noſtræ Congregationis Stephanus ſacerdos, & monachus; Petrus ſacerdos, & monachus &c. Landulphus princeps, & monachus &c. & Hugo abbas, & Magelfridus miles; Johannes Virgatus miles de ſancto Donato. Domna Maria uxor Rainaldi de Peruſio Anno Domini 1432.

IV. non. Januarii obierunt Stephanus ſacerdos, & monachus &c. Johannes abbas &c. & Commemoratio fratrum noſtrorum ſancti Stephani in Percellis.

III. non. Januarii obierunt Aliciſius ſacerdos,

dos, & monachus &c. Rainaldus abbas S. Joannis in Lamis &c.

II. Nonas Januarii obiit domnus Optatus ſacerd. & abbas hujus loci, & Fratres noſtræ congregationis; Petrus ſacerd. & monachus &c. Johannes ſacerd. & monachus. Anno Domini 1295. Pontificatus Domini Bonifacii Papæ &c. & commemoratio Fratrum noſtrorum Hildeſemenſium &c. Bernardus epiſcopus, & monachus. Amicus cardinalis, & abbas ſancti Vincentii. Rao miles de ſancto Andrea,

Non. Januarii obiit Baro ſacerd. & monachus &c. & Berardus comes, Domnus Johannes de Ventre archipræsbiter S. Angeli in Theodicio anno Domini 1367. Ugo miles.

VIII. Id. Januar. obiit Lando ſacerd. & monachus, Frater Remigius Prior hujus Monaſterii 1487. Timmarius abbas. Zacharias epiſcopus &c, & Domna Berardeſca de Palena.

VII. Id. Januar. obierunt Petrus ſacerd. & monachus &c. Karolus rex Siciliæ anno Domini 1285.

VI. Id. Januar. obierunt Amicus ſacerd. & monach. &c. Fr. Raymundus ſacerd. & monachus dictus Kariſſimus anno Domini 1347. &c, & Landulfus miles.

V. Id. Jan. obierunt Johannes ſacerd. & monachus &c. Lando epiſcop. & monach. &c. & Gregorius Romanorum Conſul &c.

IV. Id. Jan. obierunt Petrus ſacerd. & abbas &c. Landulphus abbas, Petrus Petrogerius Decanus hujus loci.

III. Id. Jan. Petrus ſacerd. & abbas, Petrus ſacerd. & abbas. Bernardus ſacerd. & monachus &c. Odemundus ſacerd. & abbas. Obiit Domnus, credo, quod ſit Angelus ...... de Plumbarola ſacerd. & abbas ſancti Laurentii in Adverſa anno Domini 1295.

II. Id. Januar. obierunt Donatus ſacerd. & monachus &c. Jacobus miles &c.

Id. Januar. obierunt Sadelgrimus ſacerd. & monach. &c. Albertus archiepiſcop. & monach. &c. Benedictus miles, Berardus. Richardus miles, Benedictus miles, & Benedictus milites. Pandulfus de Fractura miles.

XIX. Kal. Februar. obierunt Chriſtianus ſacerdos, & monach. &c. & Caradoitus miles.

XVIII. Kal. Febr. obierunt Nicolaus ſacerd. & monach. &c. Marinus epiſcop. &c. Amicus ſacerd. & abbas. Clemens ſacerd. & abbas &c. Robbertus Pennenſis &c. Paldus comes, & Goffridus comes &c. Bartholomeus ſubdiaconus Domini Papæ &c. Petrus miles de Septem fratribus. Hector miles de Atino &c.

XVII. Kal. Febr. obierunt Angelus ſacerd. & monach. &c. Perrones miles. Ranfridus, & Bertrandus miles.

XVI. Kal. Februar. obiit domnus Gerardus ſacerd. & abbas, * Domnus Malfredus Preſtinenſis epiſcop. Berardus miles.

* Officium

XV. Kal. Febr. obierunt Manſo ſacerd. & monachus &c. Petrus ſacerd. & abbas &c. Obiit domnus Guillelmus Portuenſis epiſcop.

XIV. Kal. Febr. obierunt Gerebertus archiepiſcopus, & monachus. Johannes ſacerdos, & monachus. Honuphrius miles. Domina Adelitia de Plumbarola anno Domini 1315.

XIII. Kal. Febr. obierunt Adelbertus ſacerd. & monach. &c. Gregorius ſacerd. & abbas. Obiit domna Margharita de Cataldo de Sancto Germano anno Domini 1367. &c.

XII. Kal. Febr. obierunt Gerebertus archiepiſcop. & monachus. Obertus ſacerd. et monachus &c. et Guilelmus miles. Otto Imperator, et Fratres noſtræ congregationis. O. domnus Stephanus ſacerd. et abbas hujus loci anno Domini 1248.

XI. Kal. Februar. obierunt Adam ſacerd. et monach. &c.

X. Kal. Februar. obierunt Johannes ſacerd. et monach. &c. Dominus Chriſtophorus miles &c.

IX. Kal. Februar. obierunt Roggerius diaconus, et monach. &c.

VIII. Kal. Febr. obiit domnus Tomichis ſacerd. et abbas hujus loci, et Fratres noſtræ congregationis Johannes ſacerd. et monach. &c. Obiit Rex Ferdinandus 1494. die 25. Januarii, in converſione S. Pauli, in decima octava hora. Ægidius miles. Aymo miles, & commemoratio Fratrum noſtrorum ſancti Martini de ſacro Monte Pannoniæ.

VII. Kal. Februar. obierunt Petrus ſacerd. et monach.

VI. Kal. Februar. obierunt Ugo epiſcop. et monach. &c. Jacobus de Plumbarola miles anno Domini 1312.

V. Kal. Februar. obierunt Ambroſius ſacerd. et monach. &c. Obiit domnus Petrus Comes ſacerd. et abbas hujus loci.

IV. Kal. Februar. obiit domnus Gelaſius II. Papa &c. et Nicolaus miles. Johel miles, & monach. &c. Mattheus miles.

III. Kal. Februar. obiit domnus Pelagius Albanenſis epiſcop. et monach. anno Domini 1230. Johannes ſacerd. et monach. &c.

II. Kal. Febr. obierunt Leo ſacerd. et monach. &c. obiit domnus Maurus ſacerd. et monach. et abbas S. Mariæ in Piczano.

Kal. Februar. obierunt Leo ſacerd. et abbas &c. Obiit domnus Antonius abbas de Neapoli Carraſa hujus loci 1454. Mattheus miles, & commemoratio Fratrum S. Stephani in Monopoli &c.

IV. non. Febr. obierunt Joannes ſacerd. et monach. &c. Dominus Roffridus Domini Petri Magiſtri Roffridi de ſancto Germano miles. Pandulfus epiſcop. et Rimmanus miles, et abbate Angelo de la Trinitate de Atino ſacerdos, & monach. 1467.

III. non. Febr. obierunt Joannes ſacerd. et abbas &c. Jacobus miles, et commemoratio fratrum noſtrorum S. Guilielmi in Caſtellione &c.

II. non. Febr. obiit domnus Senniorectus ſacerd. & abbas hujus loci &c. Rainaldus Barenſis archiepiſcopus, et monachus. Helviria regina &c.

Non. Februarii obierunt Adelbertus ſacerd. et monachus. Goffridus epiſcopus, et monachus &c. Rainaldus epiſcopus Aquinenſis &c. Magiſter Stephanus de Capo de Picza, et Landenulfus miles.

VIII. Id. Febr. obierunt Giraldus archiepiſcopus &c. Anno Domini 1315. obiit domnus

Fran-

Franciſcus magiſtri Roffredi de ſancto Germano bonus homo &c.

VII. Id. Februar. obierunt Johannes ſacerd. & monachus &c. Gregorius Paganus miles.

VI. Id. Febr. obierunt Stephanus ſacerdos, & monachus &c.

V. Id. Februar. obierunt Petrus ſacerdos, & monachus &c. Raynaldus miles. Petrus miles.

IV. Id. Febr. obierunt Petrus ſacerdos, & monachus &c. Antonius ſacerd. & abbas. Et Pandulfus comes. Andreas miles. Theodinus ſacerdos, & abbas S. Matthei Servorum Dei. Atto miles. Odoriſius miles. Riccardus miles &c.

III. Id. Februar. obierunt Atto epiſcopus, et monachus &c. Obiit Margharita de Plumbarola filia domini Petri de Plumbarola.

II. Id. Februar. obierunt Petrus ſacerd. et monach. &c. Johannes epiſcopus. Gimundus Romanorum Conſul.

Id. Februar. obierunt Rainaldus diaconus, et monach. &c. Domna Gemma de Bandra &c. Johannes miles, et monach. Domnus Pandulfus de Pedemonte miles.

XVI. Kal. Martii obiit Domnus Honorius II. Papa &c. Lambertus ſacerd. & abbas &c. Petrus miles &c. Gualterius miles. Gualterius archipresbiter de S. Andrea. Berardus miles.

XV. Kal. Martii obiit Domnus Lucius II. Papa &c. Giſlerius epiſcopus, & monachus &c. Guilielmus ſacerdos, & abbas ſancti Januarii &c. Obiit domnus Johannes præsbyter, et abbas S. Pauli in Urbe &c. Rainaldus miles. Thomaſius Rebile anno Domini 1347. primæ Indictionis.

XIV. Kal. Martii obierunt Grimoaldus ſacerd. & monach.

XIII. Kal. Martii obierunt &c. Benedictus epiſcop. et monachus &c. Johannes miles.

XII. Kal. Martii obierunt Thedoricus ſacerd. et monach. &c.

XI. Kal. Martii obierunt Petrus ſacerd. et monach. Rainaldus diaconus, & abbas S. Johannis in Benere.

X. Kal. Martii obiit domnus Authpertus ſacerd. et abbas hujus loci &c. Nicolaus Caraczolus de Capua miles &c. Pandulfus princeps, et monachus, & Pandulphus comes. Simon miles &c.

IX. Kal. Martii obierunt &c. Herveus epiſcopus. Roggerius dux. Goffridus miles, monachus.

VIII. Kal. Martii obiit venerandæ mem. domnus Petrus Hoſtienſis epiſcopus &c. Berardus comes, & Radulfus miles.

VII. Kal. Martii obierunt &c. Jacobus epiſcopus Sueſſanus &c. Staczatus miles, et monachus.

VI. Kal. Martii obierunt Petrus ſacerdos, et monachus &c.

V. Kal. Martii obiit domnus Ratherius III. epiſcopus Caſinenſis, anno Domini 1343. &c. Ptolomeus Romanorum conſul. Commemoratio Fratrum de Salem.

IV. Kal. Martii obierunt Azzo ſacerd. et abbas &c.

III. Kal. Martii obiit Roggerius rex Siciliæ &c. Lambertus miles &c. Rao miles.

II. Kalendas Martii obierunt Benedictus ſacerd. & monach. &c. Leonardus, & Odoriſius milites.

Kal. Martii obierunt Amatus epiſcop. & monachus. Petrus ſacerd. et abbas. Adelbertus ſac. & abbas &c. et Commemoratio Fratrum noſtrorum in Reineuſon. Riccardus ſacerd. et monach. et abbas anno Domini 1262. Corradus marchio.

VI. non. Martii obierunt Deuſdedit cardinalis, et monachus. Petrus ſacerdos, et abbas, &c. Obiit Fr. Joannes Manenſis ſacerdos, et monachus de S. Helia. Iſte fecit multa in monaſterio iſto &c. Commemoratio omnium Fratrum ſancti Ciriaci de Althorf. Nicolaus miles &c.

V. non. Martii obierunt Jaquintus ſacerdos, & monachus &c. Gemma uxor domini Jonathæ de Plumarola anno Domini 1321. &c. et commemoratio Fratrum noſtrorum *S. Michaelis* Incluſis.

IV. non. martii obierunt Rodulphus ſacerdos, et monachus &c. Thomas miles, Riccardus miles, Jacobus Bartholomutii.

III. non. martii obierunt Benedictus ſacerdos, & monachus &c. Johel ſacerdos, & abbas &c. Julianus miles.

II. non. martii obierunt Joannes ſacerdos, et monachus. &c. magiſter Roffridus. Adenulphus miles.

Non. martii obierunt Aczo ſacerdos, et monachus. Jacobus Petri Domni Gualterii de ſancto Stephano, Laurentius archiepiſcopus, et monachus &c. Theodinus Portuenſis epiſcopus &c. & Boamundus *Anthiochenus princeps*, &c.

VIII. Id. martii obiit domnus Manſo ſacerdos, & abbas hujus loci, & Fratres noſtræ congregationis Joannes epiſcopus, & monachus. Targiſius ſacerdos, & monachus. Et Walterius miles. Obiit Domna Gemma Cetronia de S. Germano prima Abbatiſſa S. Scholaſticæ, octavo menſis martii, ſub anno 1498. cujus anima requieſcat in pace.

VII. Idus martii obierunt Lodoicus ſacerdos, & monachus &c. Paudulphus archiepiſcopus &c. Obiit domnus Johannes præsbyter cardinalis, & abbas S. Pauli in Urbe.

VI. Idus martii obierunt Johannes ſacerdos, & monachus &c. Berardus miles, & Johannes miles.

V. Idus martii obierunt Adelbertus ſacerdos, & monachus &c. Domina Florentia uxor Domini Petri magiſtri Roffridi de ſancto Germano, anno Domini 1313. XII. Indictione &c. Frater Gregorius ſacerdos, & abbas &c. Bonitus abbas, & magiſter Petrus, & Guilielmus comes. Berardus, Petrus Sangri fratres comes. 1210.

IV. Idus martii obierunt Petrus ſacerdos, & monachus. Tancredus miles, & monachus &c. & Robertus comes, & commemoratio Fratrum noſtrorum S. Sophiæ de Benevento. Taddeus miles. Cleopas miles.

III. Idus martii obierunt Ambroſius ſacerd. & mona-

Digitized by Google

monachus Commemoratio fratrum noſtrorum Sanctæ Mariæ de Garſten.

II. Id. Martii obiit Domnus Joannes ſacerdos, et Abbas hujus loci etc. et fratres noſtræ Congregationis Azzo ſacerdos, et monachus etc. Guixelmus comes, Riccardus comes de Aquila.

Id. Martii obierunt Albericus ſacerdos, et Abbas Martinus ſacerdos et Abbas etc. Adenulfus miles de Aquino. Thomaſius de Aquino comes Acerrarum.

XVII. Kal. Aprilis obierunt Petrus ſacerdos, et monachus etc. Fr. Benedictus Abbas S. Matthei anno Domini 1306. Rainaldus Abbas Sancti Vincentii etc. Chriſtophorus Abbas &c. Rainaldus miles, Rao miles, Aymo miles. Et commemoratio fratrum noſtrorum S. Martini in vineis in Alamannia.

XVI. Kal. Aprilis obiit Domnus Baſſacius ſacerdos, et Abbas hujus loci, et fratres noſtræ Congregationis Otto ſacerdos, et monachus, etc. Et commemoratio fratrum noſtrorum Sanctæ Mariæ de Cellis. Andreas miles de Magro.

XV. Kal. Aprilis obiit Domnus Johannes ſacerdos, et Abbas hujus loci, et fratres noſtræ Congregationis Atto ſacerdos, et Abbas. Petrus ſacerdos, et Abbas etc. Domnus Benedictus Severinus miles de Sancto Germano etc. et Commemoracio Lateranencium fratrum.

XIV. Kal. Aprilis obierunt Joannes ſacerdos, Officium. et monachus etc. O. Domnus Honorius III. Papa etc.

XVI. Kal. Aprilis obierunt Domnus Joannes ſacerdos, et Abbas loci etc. Et Commemoratio fratrum noſtrorum in gratia Dei. Rainaldus Senebaldi ſubdiaconus Domini Papæ. Roggerius, et Rainaldus miles.

XII. Kal. Aprilis obierunt Burrellus ſacerdos, et monachus etc. Jacobus ſacerdos, et monachus Abbas S. Matthei. Gentilis, et Robertus miles. Thomas miles. Nicolaus miles etc.

XI. Kal. Aprilis obierunt Teuto ſacerdos, et monachus etc. Theodinus miles Cellis. Thomas miles.

X. Kal. Aprilis obierunt Joannes ſacerdos, & monachus, &c. Roggerius ſacerdos, & Abbas, Oderiſius Valvenſis epiſcopus &c. Gregorius miles. Domnus Petrus de Capua Diaconus, & Cardinalis S. Gregorii.

IX. Kal. Aprilis obierunt Benedictus ſacerdos, & Abbas &c.

VIII. Kal. Aprilis obierunt Benedictus ſacerdos, & monachus, &c. Fr. Federicus de Piceno Decanus, ſacerdos & monachus anno Domini 1313. Rainaldus Judex, obiit Dominus Leonas Diaconus Cardinalis, & Abbas Sancti Clementis.

VII. Kal. Aprilis obierunt Ubaldus Epiſcopus, & monachus, Amicus ſacerdos, & monachus, &c. Aldericus Abbas. Benedictus miles.

VI. Kal. Aprilis obierunt &c. Leo ſacerdos & monachus &c. Theodinus miles, & Domna Riccarda uxor Benedicti de Raynaldo de Peruſio.

V. Kal. Aprilis obierunt Benedictus ſacerdos, & Abbas, &c. Dionyſius ſacerdos & monachus, & Vicedecanus. Obiit ven. mem. Clemens Papa III. Ægydius Abbas Guilielmus miles &c. Bareſonus Sardus de Navithan &c.

IV. Kal. Aprilis obiit Domnus Stephanus Papa qui, & Fredericus Abbas hujus loci, & fratres noſtræ Congregrationis Guibaldus ſacerdos, & Abbas &c. Frædericus ſacerdos, & Abbas de Albeto, anno Domini 1290. Fr. Petrus Cece de S. Germano ſacerdos, & monachus Anno Domini 1347. Indictione prima &c. Johannes miles.

III. Kal. Aprilis, obiit Domnus Atenulfus ſacerdos, & Abbas hujus loci, & fratres noſtræ Congregationis Albertus ſacerdos, & Abbas. &c. Henricus ſacerdos & Abbas.

II. Kal. Aprilis obierunt Aldemarius ſacerdos, & Abbas &c. Obiit Domnus Joannes Presbyter Cardinalis, & monachus &c. Octo miles.

Kal. Aprilis obierunt Benedictus ſacerdos & Abbas, Maraldus Epiſcopus, & monachus &c. Romualdus Salernitanus Archiepiſcopus. Rolandus ſacerdos, & Abbas &c.

IV. Non. Aprilis, obiit Domnus Guido Pompoſianus Abbas, & fratres noſtræ Congregationis Amatus ſacerdos, & monachus &c. Baldoynus Hieroſolymorum Rex. Commemoratio fratrum noſtrorum Sancti Agapiti de Crems Müſter &c.

III. Non. Aprilis obierunt Petrus ſacerdos, & monachus &c. Landulfus Princeps, & monachus &c.

II. Non. Aprilis. Obiit Domnus Bernardus ſacerdos, & Abbas hujus loci anno Domini 1282. &c. Jonatas Epiſcopus &c. Angelus, & Albertus miles &c. Bartholomeus de Miſſina ſacerdos & monachus Propoſitus S. Angeli in formis anno Domini 1377.

Non. Aprilis obierunt Grimoaldus ſacerdos, & monachus &c. Pandulfus miles notarius de Sancto Andrea &c.

VIII. Id. Aprilis obierunt Rocius ſacerdos, & monachus &c. Anno Domini 1329. Frater Benedictus Abbas, monachus hujus loci, &c. Guido ſacerdos, & monachus, & Hoſpitalarius anno Domini 1299. &c. Et Riccardus Princeps &c. 1485. Domnus Simon Archipresbyter S. Heliæ &c.

VII. Idus Aprilis obierunt Antonius ſacerdos, & monachus &c. Obiit Domnus Oderiſius Cardinalis & Abbas S. Johannis in Venere &c.

VI. Id. Aprilis obierunt Maurus ſacerdos, & monachus &c. Johannes Epiſcopus, & Lanfrancus Abbas &c.

V. Id. Aprilis obiit Dominus Benedictus Papa, & fratres noſtræ Congregationis &c. Hythacor miles &c.

IV. Id. Aprilis obierunt Joannes ſacerdos, & Abbas &c. Domnus Theodinus Cajetanus Epiſcopus, & frater noſtræ Congregationis &c. Dodo miles, & Malgerius milites, Odoriſius miles &c.

III. Id. Aprilis obierunt Guillelmus, ſacerdos, & monachus. Leo Epiſcopus &c. Domnus Angelus de Poſta Octavus Epiſcopus, ac Reformator, & Reparator monaſterii Caſinenſis ſub anno Domini 1361. XV. Indictionis &c.

II. Idus Aprilis obierunt Azzo ſacerdos, & monachus &c. Theodinus miles &c.

Id Aprilis obiit ven. mem. Domnus Paulus Diaco-



Digitized by Google

Diaconus, & monachus, Giſo ſacerdos, & Abbas &c. Magiſter Rainaldus de Peruſio. Frater Joannes Decanus Caſinenſis ſacerdos, et monachus &c. Petrus de Torrucculo miles.

XVIII. Kal. Maii obierunt Helias ſacerdos, & monachus &c. Magiſter Philippus &c. Theodinus miles &c.

XVII. Kal. Maii obierunt Johannes Sacerdos, & monachus &c. Magiſter Johannes de Fractis Domini Papæ ſcriptor anno Domini 1300.

XVI. Kal. Maii obierunt Marinus ſacerdos, & *Officium Abbas &c. Sigelgaita Duciſſa &c. Petrus miles. Goffredus miles.

XV. Kal. Maii obierunt Benedictus ſacerdos, & monachus &c. Girardus miles, Landulphus miles, Leonardus miles.

XIV. Kal. Maii obierunt Zenon Abbas &c. Bonus Homo ſacerdos, & monachus Vice Decanus anno Domini 1294.

XIII. Kal. Maii obierunt Johannes ſacerdos & Abbas, Martinus ſacerdos, & monachus &c. Roggerius miles, Ugo, & Riccardus milites &c.

XII. Kal. Maii obierunt Girardus ſacerdos, & Abbas. Laurentius ſacerdos, & monachus &c. Ildicius miles, Commemoratio fratrum noſtrorum Sancti Martini de Ahuſen &c.

XI. Kal. Maii. Obiit Domnus Alexander II. Papa, & fratres noſtræ congregationis Azolinus, ſacerdos, & monachus &c.

X. Kal. Maii obierunt Richardus ſacerdos, & monachus &c. Gregorius Theſaurarius Domini Papæ. Adenulfus miles de Mortula.

IX. Kal. Maii obierunt Ildo ſacerdos, & monachus &c. Bernardus Epiſcopus & monachus Surranus &c.

VIII. Kal. Maii obierunt Liudulfus ſacerdos, & monachus &c. Leonardus miles de Plumbarola, Benedictus miles. Gentilis miles. Johannes miles.

VII. Kal. Maii obierunt Martynus ſacerdos, & monachus &c. Guilielmus miles &c. Adenulfus miles &c. Dominicus ſacerdos, & Abbas hujus loci.

VI. Kal. Maii obierunt Joannes ſacerdos, & monachus &c. Malgerius miles de Fractis. Magiſter Andreas de Spoleto.

V. Kal. Maii obierunt Johannes ſacerdos, & monachus &c. Guimundus miles &c. Johannes Judex.

IV. Kalend. Maii obierunt Petrus Sacerdos, & monachus &c. Domnus Thomas Præsbyter Cardinalis Ordinis minorum anno Domini 1300. &c. Johannes Abbas &c. Jacobus miles.

III. Kal. Maii obierunt Albericus ſacerdos, & monachus &c. Adam Epiſcopus. Ugo Cluniacenſis Abbas, & Commemoratio Cluniacenſium fratrum. Guitto miles.

II. Kal. Maii obierunt Joannes Epiſcopus, & monachus, Andreas ſacerdos, & monachus &c. Riccardus Epiſcopus Triventinus, & monachus anno Domini 1249. &c.

Kal. Maii obierunt Joannes ſacerdos, & monachus &c. & Raynulfus comes. Nicolaus miles, & Thomaſius de Alatro miles &c.

VI. Non. Maii obierunt Angelus ſacerdos, & monachus &c. Domnus Petrus ſacerdos, & Abbas Sancti Modeſti de Benevento monachus hujus loci . . . . Anno Domini 1311. Roggerius Dux. Roggerius miles. Ayfredus miles. Magiſter Andreas de Spoleto Medicus monaſterii &c.

V. Non. Maii obierunt Aldemarius ſacerdos, & monachus. Petrus Epiſcopus. Petrus ſacerdos, & Abbas S. Mariæ de Valle Joſaphat &c.

IV. Non. Maii obierunt Joannes ſacerdos, & monachus &c. Karolus II. Rex Siciliæ anno Domini 1309. &c. Magiſter Laurentius anno Domini 1300.

III. Non. Maii obiit Domnus Humbertus Epiſcopus, & monachus, & fratres noſtræ congregationis Azzo ſacerdos, & monachus &c. Raynerius comes.

II. Non. Maii obiit Domnus Petronax ſacerdos, & Abbas hujus loci, & monachus &c. Commemoratio omnium fratrum *S. Floriani* etc.

Non. Maii obiit Niceta Epiſcopus, et monachus, Nicolaus Epiſcopus. Carolus Epiſcopus, Petrus ſacerdos et monachus, Rainaldus miles, Riccardus Notarius.

VIII. Idus Maii obierunt Johannes ſacerdos, et monachus etc. Petrus miles etc. Andreas miles de Theano, Tadeus miles.

VII. Id. Maii. Obierunt Maurus ſacerdos, et monachus etc. Berardus comes de Oloritu etc. Domnus Angelus de Urſinis nonus Epiſcopus Caſinenſis anno Domini 1366. etc.

VI. Id. Maii, Obierunt Johannes ſacerdos, et monachus etc. et Commemoratio fratrum noſtrorum ſancti Michaelis de Metem etc.

V. Idus Maii obierunt Urſus ſacerdos et Abbas, Robbertus miles etc. Raynaldus miles, et monachus de Bari etc.

IV. Id. Maii obierunt Joannes ſacerdos, et Abbas. Baſilius ſacerdos, et Abbas. Johannes ſacerdos, et Abbas, Gregorius ſacerdos, et Abbas etc. Adenulfus, et Oddo milites etc.

III. Id. Maii obierunt Ratticiſius ſacerdos, et monachus etc. Euſtaſius Epiſcopus etc. Inſtaczo miles etc. Raynaldus miles, Philippus Thomacellus Neapolitanus miles etc.

II. Idus Maii obierunt Johannes ſacerdos, et Abbas etc. Pandulfus miles. Et commemoratio Fratrum noſtrorum Sancti Colommani de Mellito.

Id. Maii obierunt Deodatus ſacerdos, et Abbas. Willelmus Rex Siciliæ etc.

XVII. Kal. Junii obierunt Landenulfus Epiſcopus, et monachus, et fratres noſtræ Congregationis Benedictus ſacerdos, et monachus etc. Frater Joannucius de Apracio Præpoſitus S. Petri de Avellana ſacerdos, et monachus Caſinenſis.

XVI. Kal. Junii obierunt Benedictus ſacerdos, et Abbas, Jacobus ſacerdos, et monachus de Plumbariola Præpoſitus de Valle luci. Petrus miles etc.

XV. Kal. Junii obierunt Leo ſacerdos, et monachus. Triſidius ſacerdos, et monachus etc.

XIV. Kalen. Junii obiit Jaquintus ſubdiaconus, et Abbas, et fratres noſtræ Congregationis,

Frater

Frater Antonius de Pomaro. Albertus ſacerdos; & monachus &c. Anno Domini 1248. Bartholomeus Subdiaconus, & Cappellanus Domini Papæ, & Archidiaconus Sancti Germani.

XIII. Kal. Junii obierunt Ingeramus ſacerdos, & monachus &c. Angelius Abbas, Rolandus Abbas. Anſgecius Abbas &c. Lando Spinellu miles.

XII. Kal. Junii obierunt Juſtus ſacerdos, & monachus. Commemoratio fratrum noſtrorum Sanctæ Mariæ Scotorum de Vienna.

XI. Kal. Junii obiit ven. mem. Domnus Leo Oſtienſis epiſcopus, & fratres noſtræ Congregationis Joannes ſacerdos, & monachus &c. Thomas Judicis Dominici de Pontecurvo. Johannes miles &c.

X. Kal. Junii obierunt Leo ſacerdos, & monachus &c. Frater Joannes de Soleriis Præpoſitus Sanctæ Mariæ de Albaneta.

IX. Kal. Junii obierunt Nantari ſacerdos, & monachus &c. Magiſter Franciſcus de Pedemonte Regius Phiſicus, & Ducalis.

VIII. Kal. Junii obiit Domnus Gregorius VII. Papa, & fratres noſtræ Congregationis Pancracius ſacerdos, & Abbas &c. Ludovicus Rex Siciliæ.

VII. Kal. Jun. obierunt Faido ſacerdos & monachus. Joannes ſacerdos, & monachus &c.

VI. Kal. Jun. obierunt Azzo ſacerdos, & Abbas Aibridus miles, & monachus &c. Adenulfus miles. Magiſter Riccardus de Caira.

V. Kal. Jun. obierunt Gaidolfus epiſcopus & monachus. Jaquintus epiſcopus, & monachus &c. Franco ſacerdos & monachus. Beraldus comes.

IIII. Kal. Junii obierunt Bonizzo ſacerdos, & monachus &c. Abbas Marcutius ſacerdos, & monachus. Maſſarus miles. Heinricus miles. Domnus Andreas de Plumarola miles.

III. Kal. Junii obierunt Johannes ſacerdos, & monachus &c. Joannes Abbas &c. Frater Bartholomeus de Peſco Corvario Sacriſta monaſterii Caſinenſis. Domnus Roffridus Presbyter Cardinalis, & Abbas hujus loci, & Commemoratio fratrum noſtrorum in Medeburc. &c. II. Kal. Junii obierunt Atto ſacerdos, & monachus. &c.

Kal. Junii obierunt Joannes ſacerdos, & monachus &c. Rao de Miniano miles. Gentilis de Celano miles.

IV. Non. Junii obierunt Germanus ſacerdos, & Primicerius Sancti Germani &c. Gezzo ſubdiaconus, & monachus. Giſulphus Princeps.

III. Non. Junii obiit Domnus Theobaldus ſacerdos & Abbas hujus loci, & fratres noſtræ Congregationis Albericus epiſcopus, & monachus. Jaquintus ſacerdos & monachus &c.

II. Non. Junii. Obiit Domnus Petrus de urbe ſacerdos, & Abbas, ac Reformator hujus loci anno Domini 1395. die tertia menſis Junii, Indictione tertia. Et Curradus Imperator, & Guaimarius Princeps, & fratres noſtræ Congregationis Michael ſacerdos, & monachus &c. Gizzo miles.

Non. Junii obiit Domnus Theodemarius Abbas hujus loci, & fratres noſtræ Congregationis Landulfus Epiſcopus, & monachus. Petrus ſacerdos, & Abbas &c. Gregorius Epiſcopus, & monachus &c. Thomas de Quinquemiliis Abbas hujus loci. Officium Solemne.

VIII. Id. Junii obierunt Guido ſacerdos & monachus &c. Stultus. Landulfus milites. Oddo miles, & Landulfus miles Paganus &c.

VII. Id. Junii obierunt Ado ſacerdos, & monachus &c.

VI. Idus Junii obierunt Columbo ſacerdos, & monachus &c. D. Angelus de Urſinis Nonus epiſcopus Caſinenſis anno Domini 1365. &c. Tiptandus miles. Nota hunc Epiſcopum poſitum fuiſſe VII. Idus Maii.

V. Idus Junii obierunt Aymo ſacerdos, & monachus &c. Fr. Rainaldus de Morreo Abbas Sancti Nicolai in Trotino anno 1300. XV. Indictionis Joannes miles.

IV. Id. Junii obierunt Joannes ſacerdos, & monachus. Heſpidus Epiſcopus, & monachus &c.

III. Id. Junii. Obiit Sergius ſacerdos, & Abbas. Obiit Federicus Imperator. Jacobus Camerarius ſacerdos, & monachus de Sancto Germano Anno Domini 1315. Wezil miles de Viſles.

II. Idus Junii obierunt Benedictus ſacerdos, & Abbas, Sergius ſacerdos, & monachus &c. Raynaldus, & Dodo milites. Fr. Hieronymus Theutonicus ſacerdos, & monachus 1476. &c. Id. Junii obierunt Macabeus ſacerdos, & monachus &c. Magiſter Petrus Abbas, qui ſepultus eſt in Paradiſo, juxta votum magnum, quod eſt in medio viæ anno Domini 1230. Gualterius Gentilis comes.

XVIII. Kal. Julii obierunt Daferius ſacerdos, & monachus &c. Lucius ſacerdos, et Abbas S. Matthei etc. Leo Conſul, et monachus, etc. Magiſter Joannes de Campania de Sancto Germano.

XVII. Kal. Julii obierunt Benedictus ſacerdos, & monachus &c. Johannes Bucionus Infirmarius Caſinenſis Anno Domini 1300. &c. Landulfus comes &c.

XVI. Kal. Julii obierunt Jaquintus ſacerdos, & monachus &c. Henricus Capuanus Princeps &c. Johannes miles &c. & Rao miles.

XV. Kal. Julii. Obierunt Trudo Sacerdos, & monachus &c. & Malgerius miles. Boamundus miles &c.

XIV. Kal. Julii obierunt Radelgiſius ſacerdos, & monachus &c. Petrus de Plumbariola miles, & Pelagius de Alatro miles.

XIII. Kal. Julii obierunt Boctius ſacerdos, & Abbas &c. Giffredus miles &c.

XII. Kal. Julii obierunt Grimoaldus ſacerdos, & monachus &c. Magiſter Berengarius Tarentinus, & Oderiſius miles.

XI. Kal. Julii obierunt Joannes ſacerdos, & Abbas &c. Joannes ſacerdos, & Abbas; Benedictus ſacerdos, & monachus &c. Roffridus miles &c. Landulfus miles &c.

X. Kal. Julii obierunt Joannes ſacerdos, & monachus &c. Philippus Notarius &c. Andreas miles.

IX. Kal. Julii obierunt Albericus ſacerdos, & Abbas &c.

VIII. Kal. Julii obierunt Placidus ſacerdos, & monachus &c. Fortunatus Abbas. Petrus judex

et monachus &c. Gentilis miles &c. Notarius Abraimans de ſancto Germano &c.

VII. kal. Julii obierunt Laurentius ſacerd. et monachus. Falco ſacerd. et monachus &c.

VI. kal. Julii obierunt Petrus epiſcopus, et monachus. Joannes ſacerd. et monachus &c. Joannes abbas &c. Commemoratio fratrum noſtrorum Laureacentium. Dominus Jacobus Peneſtrinenſis epiſcop. et monachus.

V. kal. Julii obierunt Joannes ſacerd. et monachus &c. et Franciſcus miles &c.

IV. kal. Julii obierunt Leo ſacerd. et monachus &c. Anno Domini 1302. Archipræsbiter Joannes de Loyſio de S. Angelo &c. Roggerius, et Sigemundus milites. Maria Turritanorum regina. Riccardus miles de bono homine &c. Richardus Conſul, et Dux, et monachus.

III. kal. Jul. obiit Dominus Poto abbas hujus loci; et Dominus Gentilis Neapolitanus archiepiſcopus, et monachus &c. Jordanus miles de Citrario, Otto miles &c.

II. kal. Julii obierunt Benedictus epiſcop. et monachus. Paulus ſacerdos, et monachus &c. Matthens miles,

Kal. Julii obierunt Poncius ſacerd. et monachus &c. Cencio cardinalis, Simon miles, Germanus, & Andreas milites.

VI. non. Jul. obierunt Azzo ſacerd. et monachus. Richardus miles,

V. non. Jul. obier. Urſus ſac. et monachus &c. Nicolaus epiſcop. et monachus &c. Gregorius diaconus, et cardinalis &c. Domina Angela de Poſta uxor viri magnifici Nicolai de Ceraſo, quæ Domina dimiſit eccleſiæ Caſinenſi Tubalcam unam deauratam pulcerrimmam, et pannum unum deaurato pro Altari; ſub anno Domini 1363. ſecunda Indictione obiit Rever. Pater D. Fr. Oddo Patriarcha Alexandrinus, et Adminiſtrator hujus Caſinenſis eccleſiæ,

IV. non. Jul. obierunt Dodo ſacer. & monachus &c. Rainaldus miles. Sciſridus miles. Aſahel milles &c.

III. non. Julii obierunt Gaunipo ſacerd. et monachus &c.

II. non. Jul. obierunt Maraldus ſacerd. et monachus &c. Simon miles, & Gemma uxor ejus, Georgius miles, & Richardus judex,

Non. Jul. obiit Domnus Wilielmus Salernitanus archiepiſcop. &c. Richardus miles.

VIII. Id. Jul. obiit Domnus Eugenius III. Papa, & domnus Petrus Præsbiter, et abbas hujus loci anno Domini 1186. Indict. IV. Fer. tertia. Odoriſius ſacerd. et abbas, Frater Gentilis. Reginus archiepiſcop. Laurencius archiepiſcop. et monachus &c. Obiit Marinus Gattula de Cajeta; ſit Anniverſarium pro Apotheca.

VII. Id. Jul. obierunt Atto ſacerd. et monach. &c. Malgerius miles Sorellus.

VI. Id. Jul. obierunt Albertus ſacerd. et monachus &c. et Borrellus comes,

V. Id. Jul. obier. Petrus ſacerd. et monach. &c. Commemoratio fratrum noſtrorum in Vorzemburg. &c. Domnus Gregorius epiſcop. & monachus &c.

IV. Id. Jul. obierunt Barbatus ſacerd. et monachus &c., Joannes abbas &c. Guilielmus miles, Fr. Guilielmus Præpoſitus S. Marci de Carpinone Fracus anno Domini 1341. &c.

III. Id. Jul. obierunt Adelgiſius epiſcopus &c. Gemma uxor quondam Jacobi Liuti anno Domini 1340. Heinricus Imperator anno Domini 1308. Philippus miles de Atino &c. Anno Domini 1316. obiit Andreas Cece de S. Germano Pater Religioſi viri fratris Petri Cece monachi Caſinenſis.

II. Idus Jul. obiit Joannes ſacerd. et abbas &c. Domnus Johannes Portuenſis epiſcop. et monachus &c. Abbas Jacobus Domini Riczardi de S. Germano, anno Domini 1313.

Id. Jul. obiit ven. mem. Domnus Raynaldus præsbiter cardinalis, et abbas hujus loci, & fratres noſtræ congregationis Cono ſacerd. et monachus &c. Otto Permenſis epiſcop. et monach. &c. Roggerius comes.

XVII. kal. Auguſti obiit Domnus Innocentius PP. III. & fratres noſtræ congregationis Julianus ſacerd. et monach. &c. Rainaldus miles &c. & Tertullus Romanorum Patritius Benefactor noſter,

XVI. kal. Aug. obierunt Joannes &c. * Robbertus Guiſcardus Dux &c. Domnus Anibaldus de Ceccano epiſcop. Tuſculanus S. R. E. cardinalis in Regno Siciliæ legatus apud S. Georgium anno Domini 1350. Indictione tertia,

XV. kal. Auguſti obiit Domnus Bernardus Tripolitanus epiſcop. &c. Hermeriſius abbas hujus loci &c. & Fratres noſtræ congregationis Benedictus ſacerd. et monach. &c. Roggerius ſacerd. et abbas &c. Theodinus pictor. Bartholomeus miles &c. Bertoldus comes,

XIV. kal. Auguſti obiit Domnus Nicolaus Papa, et Fratres noſtræ congregationis Joannes ſacerd. et monach. &c. Domnus Roffridus ſacerd. et abbas ſancti Joannis in Venere anno Domini 1290. &c. Gualterius ſacerdos, et abbas &c,

XIII. kal. Aug. obierunt Guarinus diaconus, et abbas &c. Vitellus diaconus cardinalis, & monachus. F. Helias ſacerd. ac Propoſitus Vallis lucis,

XII. kal. Aug. obierunt Bertulfus ſacerd. et abbas &c. Domnus Stephanus ſacerd. et abbas hujus loci &c. Paulus diaconus, et monachus, Richardus miles, Aymo, et Gualterius milites. Fr. Joannes Rebilis ſacerd. et monachus.

XI. kal. Aug. obier. Petrus ſac. et monach. &c. Loffridus miles, & Guilielmus comes, Victorinus miles &c. Roggerius miles de Caſale,

X. Kal. Auguſti obierunt Girardus ſacerd. et monachus &c. Otto ſubdiacon. et monach. &c.

IX. Kal. Auguſt. obierunt Clemens ſacerdos, et monachus &c. Berengerius abbas &c. Jacobus miles &c,

VIII. Kal. Auguſti obierunt Deodatus ſacerdos, et monachus &c. Nicolaus miles, Joannes Thomacellus Neapolitanus miles,

VII. Kal. Auguſti obierunt Maurus ſacerdos, et monachus &c. Petrus abbas, Domnus Raymundus primus epiſcopus Caſinenſis. Anno Domini 1340. &c. Malvicinus miles &c. Bono miles &c.

VI. kal. Auguſti obierunt Joannes ſacerdos, & mona-

Digitized by Google

monachus Deſiderius ſacerdos, & monachus. &c. Sigenulfus miles.

V. Kal. Auguſti obiit ven. mem. Domnus Paulus Papa II. Anno Domini 1471. Indictione quarta, die vero 27. Julii, & Domnus Landulfus ſacerdos, & Abbas hujus loci, &c. Liopuldus Dux Auſtriæ, & Styriæ, Anno 1308. &c. Guilielmus Dux, & Magiſter Berengerius Sancti Germani. Rainaldus Theatinus comes.

*Officium

IV. Kal. Auguſti obiit Domnus Urbanus II. Papa, & Fratres noſtræ Congregationis Giſo ſacerdos, & monachus &c. Berardus miles.

III. Kal. Auguſti obierunt Amicus ſacerdos, & monachus &c. Tancredus Diaconus, Abbas anno Domini 1200. &c. Rao miles &c.

II. Kal. Auguſti obiit Jonatas ſacerdos, & monachus &c. Rogerius miles, & monachus. Boamundus miles, & Roffridus miles &c.

Kal. Auguſti obierunt Petrus ſacerdos, & monachus. Sabinus ſacerdos, & monachus &c. Joannes miles. Ptolomeus Romanorum Conſul &c.

IV. Non. Auguſti obierunt Andreas epiſcopus, & monachus, Dominus Guido II. epiſcopus Caſinenſis anno Domini 1341. Solfridus ſacerdos, & monachus &c. Robertus miles &c.

III. Non. Auguſti obierunt Ado ſacerdos, & monachus &c. Petrus ſacerdos, & monachus &c. Ugo miles &c.

II. Non. Auguſti obierunt Joannes ſacerdos & monachus &c. Jacobus epiſcopus de Atino. Veſangrenſis Boamundus miles &c. Dominus Gregorius ſacerdos, & monachus Abbas Sancti Vincentii de Ulturno. Lucas miles. Roffridus miles de monte &c.

Non. Auguſti obierunt Petrus ſacerdos, & monachus &c. Philippus Colonienſis Archiepiſcopus &c. Rainaldus miles, & monachus &c. Berardus miles. Petrus ſacerdos, & Abbas &c. Johannes miles, magiſter Theodinus Pictor.

VIII. Id. Auguſti obierunt Andreas ſacerdos, & monachus, Gezzo ſacerdos, & monachus &c. Joannes de Placia ſacerdos & monachus reformator monaſterii Caſinenſis &c. Berardus miles &c. Karolus Hungariæ Rex anno Domini 1295. octavæ Indictionis. Franciſcus de Lombardia ſacerdos, & monachus Prior Caſinenſis anno Domini 1376. 7. Auguſti.

VII. Id. Auguſti obierunt Leo Archiepiſcopus, & monachus. Jacobus epiſcopus, & monachus, anno Domini 1251. &c. Benedictus, & Lucas milites &c. & Commemoratio fratrum noſtrorum in Sconaiva.

VI. Id. Auguſti obierunt Petrus ſacerdos, & Abbas Andreas ſacerdos, & monachus &c. Thomas Primicerius &c. Andreas miles, & monachus. Et Dominus Rainaldus de Sangro. Magiſter Simon.

V. Id. Auguſti obierunt Domnus Damaſus Papa, & fratres noſtræ congregationis Benedictus ſacerdos, & monachus &c. Thomas miles de S. Andrea &c. & Berardus comes.

IV. Id. Aug. obierunt Joannes ſacerdos, & monachus, Damianus ſacerdos & monachus &c. Berardus Archidiaconus &c. Philippus, & Rainaldus milites etc.

III. Id. Auguſti obierunt Johannes ſacerdos, & Abbas &c. Johannes Goffridus miles, & monachus. Alexander, & Rainaldus milites. &c.

II. Id. Auguſti obierunt ſacerdos, & Abbas etc. Joannes Goffridus et monachus, etc. Malo ſacerdos et monachus, Amicus ſacerdos, et monachus etc. Michael, et Jacobus milites. Girardus, Brihelis, Roggerius, Rao, Adenulfus. Arnaldus, Rainaldus, et Adenulfus milites. Et magiſter Berengerius. Lando ſacerdos, et Abbas de Sancto Heraſmo.

Id. Auguſti obierunt Petrus ſacerdos, et monachus etc. Adenulfus miles. Goffridus, et Joannes miles, Buccardus miles de Alamania etc.

XVIIII. Kal. Sept. obierunt Docibilis ſacerdos et monachus etc. Diopuldus miles etc. et Milfado miles. Oderiſius miles etc.

XVIII. Kal. Sept. Obierunt Benedictus epiſcopus et monachus. Joannes ſacerdos, et monachus etc. Notarius Joannes de Peruſio, Notarius Domini Papæ etc. Gualterius miles, de Aſello Adenulfus miles. Johannes miles. etc.

XVII. Kal. Sept. obierunt Martynus ſacerdos, et monachus, etc. Joannes ſacerdos, et Abbas, etc. Joannes Archipresbyter S. Mariæ de Fractis. Landulfus miles etc. Petrus miles.

XVI. Kal. Sept. obiit Domnus Leo Abbas hujus loci, et fratres noſtræ Congregationis Petrus ſacerdos, et monachus, etc. Joannes Abbas etc. Adenulfus miles. Paulus miles. Bertoldus Abbas etc.

XV. Kal. Sept. obierunt Ado ſacerdos, et monachus. Ailnardus ſacerdos et monachus Prior Gardanæ, et vicarius Domini Domini Abbatis etc. Theodinus Archi-Diaconus et monachus etc. et Amatus Abbas et Magiſter Vigilans de Valleregia, anno Domini 1350. et Berardus miles. Obiit Domnus Bernardus Bretenſis epiſcopus.

XIV. Kal. Sept. obierunt Bernardus Epiſcopus et monachus etc. Johannes Abbas etc. Dominus Thomas de Palena, etc.

XIII. Kal Sept. obierunt Angelus ſacerdos, et monachus etc. Johel miles etc. Philippus comes de Janvilla anno Domini 1315. duodecimo Kal. Sept. etc. XII. Kal. Sept. obierunt Oderiſius ſacerdos et monachus. Fr. Martialis de Forti.... Prior Pedenacii, ac Vicarius iſtius monaſterii miſſus a Domino noſtro Papa Urbano V. etc. Anſelmus Diaconus, et Abbas etc. Bruccardus miles Triteri miles Teutonicus fuit etc. Lucas. Domnus Pandulfus milites, etc.

XI. Kal. Sept. obiit Domnus Gratianus Abbas hujus loci, et fratres noſtræ Congregationis Ugo ſacerdos, et monachus etc. Thomaſius miles. Ryccardus miles. Domnus Guido Peneſtrinenſis epiſcopus, et Domnus Thomas Capuanus Præsbyter Cardinalis S. Sabinæ. O. Vendæ mem. Domnus Gregorius nonus Papa.

X. Kal. Sept. obierunt Azzo ſacerdos, et monachus. Ardoinus miles, etc. Orriſius miles. Joannes miles etc. Magiſter Gualterius, Litfredus miles, et monachus.

IX. Kal. Sept. obierunt Petrus ſacerdos, et monachus etc. Bompertus Abbas etc. Gualaphius miles etc.



Digitized by Google

VIII. Kal. Septemb. Obierunt Petrus Sacerdos, & monachus. Rainerius Sacerdos, & monachus &c. Guido de Severaco miles. Gallicus Baro.

VII. Kal. Sept. O. Johannes Sacerdos, & Abbas &c. Adelbertus Abbas &c. Simon miles Miniani. &c. Ludovicus inclitus Rex Francorum in Caſtris ante Carthaginem conceſſit in fata anno Domini 1270. cujus exercitus capitaneus remanſit Carolus inclitus rex Siciliæ frater ejus in ....... S. Bartholomei Apoſtoli. Bibianus miles. Bertoldus comes.

VI. Kal. Sept. Obierunt Alamannus Sacerdos, & Abbas. Adenulfus Sacerdos, & monachus. Mattaleone miles &c.

V. Kal. Septembris Obierunt Urſus Sacerdos, & Abbas. Leonardus Sacerdos, & monachus &c. Joannes Epiſcopus, & monachus. Thomaſius de Colle de Plumarola &c. Garganus miles, & Leonardus miles.

IV. Kal. Sept. Obierunt Stephanus Sacerdos, & monachus &c. Oderiſius miles &c. Thomas miles &c.

III. Kal. Sept. Obiit Domnus Oderiſius Cardinalis Diaconus, & Abbas hujus loci, & fratres noſtræ Congregationis Roggerius &c. Theodinus Epiſcopus, & monachus &c. Obijt Ven. mem. Domnus Alexander Papa tertius. Landulfus Soranus Epiſcopus, & monachus. Magiſter Rainaldus de Valleregia anno Domini 1338.

II. Kal. Septemb. Obierunt Benedictus Sacerdos, & monachus &c. Domnus Richardus miles de Sancto Germano &c. Marmonius, Heinricus milites &c.

Kal. Sept. obiit Domnus Hadrianus IV. Papa. Domnus Guilelmus de Dodo miles &c. Guilielmus ſacerdos, & monachus. Cappellanus Domini Abbatis Atenulphus, Gualterius, Bernardus, & Raynaldus milites &c. Johannes Diaconus, & Abbas de Capua Otto miles &c. Petrus miles. Riccardus Berengerius miles de Sancto Germano, Judex, & Advocatus Caſinenſis.

IV. Non. Septemb. Obierunt Bonizzo ſacerdotes & monachus. &c. Raimundus de Pugillar, Præpoſitus S. Benedicti de Capua Sacerdos & monachus &c.

III. Non. Sept. Obierunt Maurus Sacerdos, & monachus &c. Magiſter Petrus. Judex Alduinus de Plumbarola. Gregorius Epiſcopus, & monachus. Leonardus miles.

II. Non. Sept. Obierunt Dominicus ſacerdos, & monachus &c. Domina Thomaſia de Valleregia, anno Domini 1348. Obiit Domina Marotta uxor magiſtri Petri Abbatis. Guilielmus miles. Landulphus miles. Pandulphus miles &c.

Non. Sept. Obierunt Benedictus ſacerdos, & monachus &c. Petrus ſacerdos, & Abbas Sancti Matthei &c. Tiprandus miles. Lando miles. Guilielmus de Ingreſſo miles. Roggerius comes Tuſciæ. Senatulus miles.

VIII. Id. Sept. Obierunt Conſtantinus ſacerdos, & monachus &c. Damatius ſacerdos, & Abbas &c. Raynaldus miles &c. Gualterius miles, Oderiſius miles. Magiſter Henricus &c.

VII. Id. Septemb. Obierunt Petrus Sacerdos, & Abbas. Leo ſacerdos, & monachus &c. Mauritius miles &c. Landulfus Epiſcopus, & monachus.

VI. Id. Septembr. Obierunt Ado ſacerdos, & monachus, &c. Ricardus miles. Girardus miles inſulanus. Giſolfus miles &c. Adenulfus Abbas S. Pauli in Urbe anno Domini 1322. & Gregorius Romanorum Conſul.

V. Idus Septembr. Obierunt Guala epiſcopus, & monachus. Frater Benedictus de Quinquemiliis ſacerdos, & monachus. Iſte fecit multa in monaſterio iſto. Petrus ſacerdos, & monachus &c. Maldatus, & Adenulphus milites &c.

IV. Id. Septemb. Obierunt Lando ſacerdos, & monachus &c. Otto Boemiorum Dux &c. Petrus miles &c. Thomas Spinellus.

III. Id. Septemb. Obierunt Gerbertus ſacerdos, & monachus &c. Domna Sicelgayta de Aquino uxor Domini Petri de Plumbarola: &c. Roffridus Judex, & Berardus miles. Andreas miles &c. Gilbertus Thæſaurarius Lingonienſis eccleſiæ, Nepos Domini *Johannis* Cardinalis.

II. Id. Septembr. Obierunt Joannes Epiſcopus, & monachus. Joannes ſacerdos, & monachus. Domnus Innocentius Papa VI. in anno Domini 1362. primæ Indictionis &c. Petrus epiſcopus, & monachus &c. Leonardus, & Rainaldus milites.

Id. Septemb. Obierunt Egilricus Epiſcopus, & monachus &c. Johannes ſacerdos, & Abbas, &c. Randiſius, & Julianus milites.

XVIII. Kal. Octob. Obiit Domnus Theodinus Cardinalis, & Abbas hujus loci &c. Goffridus miles, Gottifridus miles de Alatro Filius Domini Raynaldi. Conſtantia Regina &c.

XVII. Kal. Oct. Obierunt Benedictus ſacerdos, & monachus &c. Bartholomeus ſacerdos, & Abbas Sancti Matthei &c. Roffridus miles, & Transmundus comes. Guilielmus miles. Berardus miles. Petrus miles.

XVI. Kalen. Octobr. Obierunt ven. mem. Domnus Victor * Papa, qui & Deſiderius * Abbas, & Renovator hujus loci &c. Et fratres noſtræ Congregationis Jacobus ſacerdos, & Abbas &c. Adenulfus comes &c. *Officium.*

XV. Kal. Oct. Obierunt Liutardus ſacerdos, & monachus &c. Adammus miles. Anno Domini 1345. Andreas de Hungharia Rex Siciliæ ſtrangulatus Averſæ &c. Obiit Domnus Pandulfus * Norwicienſis epiſcopus. *Officium.*

XIV. Kal. Oct. Obierunt Bartholomeus ſacerdos, & monachus &c. Richardus miles. Domnus Thomas ſacerdos, & Abbas hujus loci anno Domini 1288.

XIII. Kal. Octobris obierunt Marinus ſacerdos, & Abbas. Obiit bo: me Domnus Andreas ſacerdos & Abbas, & Reformator hujus loci anno Domini 1373. &c. Guilielmus miles &c. Rainaldus miles.

XII. Kal. Oct. Obierunt, Rainaldus ſacerd. & monach. Jacobus Diaconus & Abbas &c. Simon, & Alexander milites.

XI. Kal. Oct. Obierunt Gregorius Epiſcopus, & monachus, Berardus ſacerdos, & monachus &c. Petrus Epiſcopus Aquinas Anno Domini 1272. Alexander miles & monachus. Juſtinianus miles.

Obiit

Digitized by Google

Obiit Domnus F. B. de ſena Abbas monaſterii Sublacenſis, poſtea effectus eſt Abbas Caſinenſis.

Obiit D. Gregorius Sipontinus archiepiſcopus, & monachus, & D. Petrus presbyter cardinalis Sanctæ Sabinæ.

X. Kal. Octob. obier. Leo Sacerdos, & monachus &c. Andreas archiepiſcopus Barenſis &c. Robbertus miles &c. Jacobus miles &c. Lando miles.

IX. Kal. Oct. obier. Hartemanus epiſcopus &c. Adenulfus Sac. & monachus &c. Petrus miles &c. Henricus miles &c. Johannes miles. Simon Epiſcopus & monachus de Ogenti, & monachus &c. Jacobus Spinellus miles &c.

VIII. Kal. Octob. obiit D. Innocentius II. Papa, & Fratres noſtræ Congregationis Joannes Sacerdos, & monachus &c. Riccardus miles &c. Riccardus Comes &c. Thomas miles de Montenigro. Et Commemoratio Fratrum Hoſpitalis S. Joannis in Hieruſalem.

VII. Kal. Oct. obier. Joannes ſacerdos, & abbas &c. Stephanus ſacerdos, & monachus &c. Walterius miles &c. Thomaſius de Monte miles &c.

VI. Kal. Oct. obier. Joannes ſacerdos, & monachus, Petrus ſacerdos, & monachus &c.

V. Kal. Oct. obier. Madelmus ſacerdos, & abbas. D. Rainaldus miles &c. Landulphus Epiſcopus Aliphanus. &c. Agatus miles. Adenulphus miles.

IV. Kal. Oct. obier. Adam Epiſcopus, & abbas &c. Rao miles &c. Henricus Romanorum Imper.

III. Kal. Oct. obiit Hilarius ſacerdos, & abbas &c. Berardus Comes &c. Boventura, & Petrus milites.

II. Kal. Oct. obier. &c. Karolus Epiſcopus. Pontius abbas Cluniacenſis &c. Adenulfus miles, &c.

Kal. Oct. obiit D. Otto Diaconus, & abbas hujus loci. Et Fratres noſtræ Congregationis Joannes Epiſcopus, & monachus, Cinnamus ſacerdos, & monachus &c. Tranſmundus miles. Et Paulus miles. Et Commemoratio Augientium Fratrum &c.

VI. Non. Oct. obier. Vicaricius ſacerdos, & monachus. Amatus ſacerdos, & monachus &c..... .. Brunduſinus Archiepiſcop. & monachus.

V. Non. Oct. obier. Stephanus ſacerd. & monachus. Rainaldus ſubdiaconus, & monachus &c. & commemoratio omnium conſanguineorum noſtrorum &c.

IV. Non. Oct. obier. Ragimpertus ſacerdos, & abbas. Georgius abbas &c. Petrus ſacerdos, & abbas &c. Joachim ſacerdos, & monachus, & commemoratio fratrum noſtrorum S. Laurentii in Averſa.

III. Non. Octob. obier. Heinricus Imperator, & Fratres noſtræ congregationis Giſo ſacerdos, & monachus &c. Robertus miles. Oderiſius Comes &c. Nicolaus miles.

II. Non. Oct. obier. Rainaldus Epiſcopus, & monachus, Radelgiſius ſacerdos, & monachus &c. Nicolaus miles de Citrario.

Non. Oct. obier. Benedictus ſacerdos, & monachus &c. Aifridus miles &c.

VIII. Id. Octob. obier. Joannes ſacerdos, & monachus &c. Joannes miles &c. Loffridus, Gualguanus, & Jacobus milites.

VII. Id. Octob. obier. Domnus Deuſdedit Abbas hujus loci, & Alphanus archiepiſcopus Salernitanus, & Fratres noſtræ congregationis Indulfus ſacerdos, & monachus, &c. Hector miles, & monachus &c. Atenulphus, & Rainaldus milites Roffridus ſubdiaconus, & Notarius Domini Papæ.

VI. Id. Oct. obier. Clemens epiſcopus, Petrus ſacerdos, & monachus &c. Commemoratio fratrum noſtrorum S. Mariæ de Aſiſio &c. Et Anfuſus Capuanus Princeps. Rainaldus miles, & monachus. Joannes miles, & monachus.

V. Idus Octob. obier. Andreas Sacerdos, & monachus. Lando ſacerdos, & monachus &c. Bramante miles &c.

IV. Id. Oct. obier. Leopſino, Albertus &c. Adenulfus Comes &c.

III. Id. Oct. obier. Stephanus Sac. & monachus &c. Adenulfus miles &c. Jonatas miles. Johannes miles &c.

II. Id. Oct. obier. Andreas ſacerdos, & monachus &c. Benedictus miles de Comeſtabulo anno D. 1309. &c. Domnus Angelus ſacerdos, & abbas S. Laurentii in Averſa anno D. 1282.

Id. Octob. obier. Rainerius ſacerdos & monachus, &c. Petrus ſubdiaconus, & monachus &c.

XVII. Kal. Novembris obier. Adelverus Epiſc., Sabbatinus ſacerdos, & monachus &c. Rogerius miles &c.

XVI. Kal. Novemb. obier. Conſtantius ſacerdos, & monachus. Urſus ſacerdos, & monachus &c. Ubertus miles &c.

XV. Kal. Novemb. obier. Nicolaus Epiſcopus, monachus &c. Aifridus ſacerdos, & monachus &c. Taccone miles. Marmous miles. Et Commemoratio fratrum S. Mariæ Sylvæ majoris. Gentilis miles.

XIV. Kal. Novembris obier. Joannes ſacerdos, & monachus &c. Domnus Bonifacius Papa VIII. anno Domini 1303. Indictione 2. &c. Obiit Ven. mem. Johannes de Aragonia Presbyter Cardinalis, & Commendatarius hujus ſacri monaſterii 1485. Et Commemoratio Fratrum noſtrorum S. Mariæ de Otheniſia.

XIII. Kal. Novemb. obier. S. Martynus Sac. & monachus. Giſo ſac. & monachus &c. Donadeus ſacerdos, & abbas &c. Gualguanus miles &c.

XII. Kal. Novemb. obier. Joannes ſac., & monachus. Theodorus ſac. & Monachus, &c. Richardus Abbas &c. Robertus miles.

XI. Kal. Novemb. obier. Fr. Benedictus Acolytus &c. Wolfranus Abbas &c. Philippus miles &c.

X. Kal. Novemb. obier. Azzo ſac. & monachus &c. Roffridus Teanenſis Epiſcopus &c. Magiſter Stephanus de S. Georgio Scriptor Domini Papæ, & Conſiliarius, & ſecretarius Dominorum Regum Angliæ, & Siciliæ &c. Domnus Angelus Epiſcopus Caſinenſis, & Cancellarius Regis, de Florentia ſub anno Domini 1356. undecima indictione.

IX. Kal. Novemb. obier. Benedictus ſacerdos, & monachus. Stabilis ſacerdos, & monachus &c. Bartholomeus ſacerdos, & monachus Præpoſitus Capuanus, &c.

VIII. Kal. Novemb. obier. Johannes Epiſcopus, & monachus, Gaifridus ſac. & abbas. Joannes ſac. & monachus &c. Raderchis abbas &c. Ector miles. Riccardus miles. Philippus Michael miles.

VII. Kal. Novemb. obier. Amitervinus ſac., & Monachus &c. Finilis miles.

VI. Kal.

Digitized by Google

VI. Kal. Novemb. obier. Baldericus archiepiſcopus. Benedictus ſacerdos, & abbas &c. Frater Bernardus de Valleregia ſacerdos, & monachus, Præpoſitus S. Petri de Avellana ſub anno Domini 1362, primæ Indictionis.

V. kal. Novemb. obier. Bonus ſacerdos, & monachus, Auxidius ſacerdos, & monachus &c. Johannes ſacerdos, & abbas &c. Magiſter Baldinus &c. Ego

IV. kal. Novemb. obier. Stabilis ſacerdos, & monachus. Albertus ſacerdos, & monachus. Ugo comes &c.

III. kal. Novemb. obier. Petrus ſacerdos, & abbas &c. Nicolaus ſacerd. et monachus de Neapoli camerarius Caſinenſis &c. Thomas miles &c.

II. kal. Novemb. obier. Leo ſacerd. et monachus &c. Fr. Marcus ſacerd. et monachus de S. Petro de Avellana ſub anno Domini 1474. &c. Magiſter Girardus ſcriptor Domini Papæ &c.

Kal. Novemb. obier. Valterius ſacerd. et monachus. Giſo ſacerd. & monachus &c. Pirrus abbas ſacerd. hujus loci &c. Pandulſus miles, Julianus miles.

IV. non. Novemb. obier. Ubertus ſac. & monachus &c. Wicardus ſac. et abb. &c. Rogerius miles; & *commemoratio omnium fidelium defunctorum. *Officium

III. non. Novemb. obiit domnus Berardus epiſcopus. M. Et Fratres noſtræ Congregationis Joannes ſacerdos, et monachus &c. Gottefredus miles.

II. non. Novemb. obier. Johannes epiſcopus, & monachus &c. Gentilis epiſcopus Acerrarum. Joannes ſacerd. et monachus. Helpſinus ſacerd. et monachus &c.

Non. Novemb. &c. obierunt Benedictus ſacerd. et monachus &c. Domina Sikelgaita &c. Johannes miles &c. Domnus Joannes præsbiter cardinalis.

VIII. Id. Novemb. obiit domnus Ragemprandus levita, et abbas hujus loci &c. Et Fratres noſtræ congregationis Petrus epiſcopus, et monachus &c. Albertus Turritanus archiepiſcopus, et monachus &c. Domnus Ayglerius Neapolitanus archiepiſcopus, et monachus.

VII. Id. Novemb. obier. Landulſus ſacerd. et abbas &c. Benedictus abbas. Guilielmus abbas &c. Oderiſius, et Johannes milites &c. Comes Riccardus Filangerius.

VI. Id. Novemb. obierunt Sciſmundus ſacerd. et monachus &c. Lando epiſcopus Aquinenſis.

V. Idus Novemb. obierunt Amatus ſacerd. et monachus; Adenulſus ſubdiaconus, & monachus &c. Creſcentius comes. Simon miles. Ranfredus miles.

IV. Id. Novemb. obier. Romualdus epiſcopus, & monachus &c. Deramerius miles &c.

III. Id. Novemb. obier. Johannes ſac. & monachus. Maifridus ſac. et monachus &c. Baſilius miles &c. Leonardus miles de Miniano &c.

II. Id. Novemb. obierunt Robertus ſacerd. et monachus, Campo ſacerd. et monachus &c. Stephanus epiſcopus. Obiit ven. memoriæ Ludovicus de Borzis epiſcopus Aquilanus Gubernator hujus ſacri monaſterii. 1485.

Id. Novemb. obierunt Adenulſus ſacerd. et monachus. Severinus ſacerd. et monachus. Henricus miles. Alamaunus &c.

XVIII. kal. Decemb. obierunt Ingilbertus epiſcopus, Benedictus ſacerd. et abbas &c.

XVII. kal. Decemb. obierunt Stephanus ſacerd. et monachus &c. Arnaldus miles.

XVI. kal. Decemb. obierunt Albericus epiſcopus, et monachus &c. Jacobus miles &c.

XV. kal. Decemb. obier. Stephanus ſacerd. et monachus &c. Godius ſacerd. et monachus &c.

XIV. kal. Decemb. obierunt Lambertus ſacerd. et monachus &c. Berardus diaconus, et monachus, et abbas S. Nicolai de Truntino. Jonathas comes Romanorum. Guilielmus II. rex Siciliæ &c. Et Gregorius comes.

XIII. kal. Decemb. obierunt Joannes ſacerd. et monachus &c. Conſtancia Imperatrix.

XII. kal. Decemb. obierunt Lucas ſacerdos, et monachus. Johannes epiſcopus &c. Jordanus princeps. Bartholomeus miles de Civitella.

XI. kal. Decemb. obierunt Ambroſius epiſcopus, et monachus. Gregorius ſacerd. et abbas &c. Theodinus S. Michaelis *. *Officium

X. kal. Decemb. obier. Johannes ſacerd. et abbas &c. Gerardus abbas &c. Senebaldus miles. Berardus comes. Gentilis miles &c.

IX. kal. Decemb. obiit domnus Aligernus ſacerd. & abbas hujus loci, & fratres noſtræ congregationis. Joannes ſacerd. & monachus &c. Rainaldus miles &c. Andreas miles &c.

VIII. kal. Decembr. obierunt Rainerius ſacerd. & monachus &c. Nicolaus ſacerd. & abbas S. Laurentii de Averſa &c.

VII. kal. Decemb. obierunt Benedictus epiſcopus & monachus, Roffridus ſacerd. et monachus &c. Benedictus abbas.

VI. kal. Decemb. obierunt Joannes ſacerd. et monachus. Bonizzo ſacerd. & monachus &c. Petrus Gravinenſis epiſcopus, et monachus &c. Jacobus ſacerdos, & monachus de Pontecurvo q.m Lector in Theologia in hoc monaſterio. Bernardus miles &c.

V kal. Decemb. obiit domnus Appollinaris ſacerd. et abbas hujus loci, et fratres noſtræ congregationis Lilius ſacerd. et monachus &c. Et commemoratio fratrum noſtrorum S. Pauli urbis Romæ &c.

IV. kal. Decemb. obier. Tranſmundus epiſcopus, et monachus &c. Roggerius comes, et monachus de Carinolu.

III. kal. Decemb. obier. Petrus ſacerd. et monachus &c. Theobaldus abbas. Bonifacius abbas. Taiprandus abbas. Et commemoratio Fratrum S. Mariæ de Cranund. . . . .

II. kal. Decemb. obiit Petrus ſacerd. et monachus &c. Anolinus ſacerdos, et monachus &c. Blaſius, et Warinus milites. Nicolaus de Fractura miles.

Kal. Decemb. obierunt Atto ſacerd. et monachus. Maurus ſacerd. et monachus &c. Carſedonius miles &c.

IV. non. Decembr. obiit ven. mem. domnus Oderiſius cardinalis, et abbas hujus loci, et Fratres noſtræ congregationis Alexander ſacerdos, & monachus. Stephanus ſacerdos, & monachus &c. Maurus abbas &c.

III. Non. Decemb. Obiit ven. mem. D. Anaſtaſius IV. Papa, & Fratres noſtræ Congregationis Bene-

Digitized by Google

Benedictus ſac. & Abbas &c. & D. Lotharius III. Imperator &c.

II. Non. Decemb. obier. Ado ſacerdos, & monachus &c. Commemoratio omnium Fratrum noſtrorum Caſinenſium monachorum &c. Stephanus Presbiter Cardinalis, &c. Aymo miles &c.

Non. Decemb. ob. D. Angelarius ſacerdos, & Abbas hujus loci &c. Et Fratres noſtræ Congregationis Grimoaldus ſac., & monachus &c. Sergius Patricius &c. D. Leonardus Cardinalis, & Epiſcopus Albanenſis.

VIII. Idus Decemb. obierunt Azzo ſac. & monachus &c. Boamundus miles.

VII. Id. Decemb. obiit D. Otto Imperator, & Fratres noſtræ Congregationis Joannes ſac., & monachus. Teudemarus ſacerdos, & monachus, &c.

VI. Id. Decemb. obier. Gezzanus ſac., & monachus &c. Jonatas miles de Plumbariola &c.

V. Id. Decemb. obier. Joannes ſac., & monachus. Guiſelgardus ſac. & monachus &c. Citrus. * * officium

IV. Id. Decembr. obier. Petrus ſacerdos, & Abbas, Antonius ſac. & monachus &c. Guilielmus miles Cepranus.

III. Id. Decemb. Obiit D. Richerius ſacerdos, & Abbas hujus loci, & Fratres noſtræ Congregationis Martinus ſacerd. & monachus &c. Girardus miles.

II. Id. Decemb. obierunt Oldrius ſac. & Abbas, Adon ſacerdos, & Abbas &c. Poncius Abbas &c.

Id. Decemb. obier. Robertus ſacerdos, & Abbas &c. D. Nicolaus archiepiſcopus &c. Gentilis miles &c. Nicolaus miles.

XIX. Kal. Janu. obiit D. Kaliſtus II. Papa, & Fratres noſtræ Congregationis Johannes Epiſcopus &c. & Agnes Imperatrix,

XVIII. Kal. Januar. obier. Graffo ſacerdos & Monachus &c. Fredericus Epiſcopus, & monachus &c. Johannes Abbas &c.

XVII. Kal. Jan. obier. Lanfrancus Epiſcopus &c. Benedictus Abbas &c. Bartholomeus miles, Inſulanus, Theodinus Comes D. Berardus ſacerd. & Decanus Caſinenſis, demum Aquinas Epiſcopus, poſtea Fanenſis in anno Domini 1305.

XVI. Kal. Jan. obier. Rainaldus ſac. & Monachus, Guido ſac. & monachus &c. Girardus archiepiſcopus. Benedictus miles de Plumbarola &c.

XV. Kal. Januar. obier. Poncius ſacerd. & Abbas Rainerius ſac., & monachus &c. Bartholomeus Diaconus Capuanæ Eccleſiæ &c. Gregorius miles &c. Gentilis infans, & monachus de Pal. anno Domini 1515. Indict. XII.

XIV. Kal. Jan. obier. Petrus Epiſcopus &c. D. Marinus ſac., & Abbas hujus loci, Anno Domini 1315. Indictione duodecima &c. Clemens Epiſcopus, & monachus. Obiit bo. mem. D. Urbanus V. & Jordanus II. Princeps &c.

XIII. Kal. Jan. obier. Petrus archiepiſcopus & monachus &c. Petrus & Braimante milites.

XII. Kal. Jan. obier. Johannes ſac. & monachus &c. Henricus Comes & Conſtancia Comitiſſa. Johannes miles.

XI. Kal. Jan. obier. Petrus ſacerdos, & monachus, Atto ſacerdos, & monachus &c.

X. Kal. Jan. obierunt Tranſmundus epiſcopus, & monachus &c. Benedictus ſacerdos, & monachus &c. Guillelmus miles.

IX. Kal. Jan. obiit D. Giſulphus ſacerdos, & Abbas hujus loci, & Fratres noſtræ Congregationis. Simeon ſac., & monachus &c. Marianus Donnicellus &c. Landulphus de Aquino miles &c.

VIII. Kal. Jan. obier. Petrus ſacerdos, & Abbas Cluniacenſis. Guido Abbas &c. et Fratres noſtræ Congregationis, Joannes ſac., et monachus etc.

VII. Kal. Jan. obier. Petrus ſac., et monachus, Sellictus ſacerdos, et monachus etc. Addo Diaconus, et Abbas, et monachus etc. Jacobus de Plumbarola Decanus Caſinenſis anno Domini 1336. Leonius miles etc.

VI. Kal. Jan. obier. Joannes Monachus etc. Raino miles etc. Guilielmus miles de ſancto Andrea.

V. Kal. Jan. obier. Richardus ſac. et monachus. Joannes miles. Et Ugo, Comes Emico Comes.

IV. Kal. Jan. obier. Joannes ſacerdos, et monachus. Ramelgardus ſac., et monachus etc.

III. Kal. Jan. obier. Adelbertus ſac., et monachus. Giſo ſac. et monachus etc. Berardus miles etc.

II. Kal. Jan. obiit D. Odilo ſac., et Abbas Cluniacenſis. Et Fratres noſtræ Congregationis Helias Diaconus, et Abbas etc. Petrus miles etc.

IN-

Digitized by Google

# INDEX CHRONOLOGICUS
## VETERUM MONUMENTORUM,

Quorum pleraque nunc in lucem primum producta in hoc opere exhibentur.


C.an.770 CHarta, qua Leo Beneventanus quædam cœnobio Caſſinenſi donat. pag. 11

783 M. Aprili. Donatio Hildebrandi Spoletani Ducis monaſterio Caſſinenſi facta. 18

787 25. Martii Privilegium Caroli Magni, quo Giſulfianam donationem monaſterio Caſſinenſi confirmat. 13

787 28. Martii. Privilegium Caroli Magni monaſterio Caſſinenſi conceſſum. 14

789 M. Septembri. Grimoaldi Ducis Beneventani diploma pro cœnobio Caſſinenſi. 17

791 M. Septemb. Charta donationis a Colone cœnobio Caſſinenſi factæ. 21

795 M. Auguſti. Privilegium Grimoaldi Principis Beneventani pro cœnobio S. Mariæ in Cingla. 97

797 M. Januario. Binæ donationes Vacconis monaſterio Caſſinenſi factæ. 19.20

797 M. Februar. Donatio Grimoaldi Ducis Beneventani monaſterio Caſſinenſi facta. 18

797 M. Decemb. Donatio Teoprandi cœnobio Caſſinenſi facta. 21

798 Privilegium prædicti Grimoaldi, quo monaſterio Caſſinenſi concedit cœnobium S. Mariæ in Banze. 19

820 5. Maii. Charta donationis a Traſemundo monaſterio Caſſinenſi factæ. 30

822 M. Junio. Donatio a Benedicto Diacono monaſterio Caſſinenſi facta. 31

823 M. Martio. Charta, qua Amipertus Compſanus quædam monaſterio Caſſinenſi donat. 27

825 M. Martio. Donatio a Dachoperto cœnobio Caſſinenſi facta. 31

827 Donatio a Daniele cœnobio Caſſinenſi facta. 28

...... Donatio a Dachenaldo eidem cœnobio facta. 28

830 M. Octobri. Diploma, quo Sico Beneventanus Princeps flumen Laurum cœnobio Caſſinenſi dedit. 32

834 9. Kal. Mart. Diploma Lotharii Imp. bona Caſſinenſis monaſterii confirmantis. 32

834 8. Kal. Mart. Diploma Lotharii, quo quædam cœnobio Caſſinenſi concedit. 34

834 M. Junio. Charta, qua Rodegarius quatuor curtes monaſterio Caſſin. donat. 34

837 M. Junio. Diploma Sicardi Beneventani Principis, quo Gualdum &c. Cœnobio Caſſinenſi donat. 34

841 M. Januario. Donatio a Majone cœnobio Caſſinenſi facta. 36

849 M. Madio. Donatio ab Agenardo monaſterio Caſſinenſi facta. 36

867 9. Kal. Mart. Diploma *Ludovici Imperator.* bona Caſſinenſis monaſterii confirmantis. 38

870 M. Majo. Donatio ab Azone cœnobio Caſſinenſi facta. 41

874 M. Martio. Diploma Ludovici Imperatoris, quo Caſſinenſi monaſterio confirmat cellam S. Mariæ in Maurinis. 41

900 M. Auguſto. Diploma Waimarii Salernitani Principis, quo monaſterio Caſſinenſi curtem donat. 45

902 M. Majo. Privilegium ab Atenulfo Duce Beneventano monaſterio Caſſinenſi conceſſum. 44

902 M. Junio. Privilegium ab Atenulfo Duce Beneventano cœnobio S. Mariæ *in Cingla* conceſſum. 44

918 7. Id. Septemb. Diploma *Landulfi*, & Atenulfi Ducum Beneventanorum, quo monaſterio Caſſinenſi ſervos ſuos confirmat. 47

928 7. Kal. Majas. Privilegium Landulfi, & Atenulfi Ducum Beneventanorum, quo Caſſinenſi monaſterio bona confirmat. 45

928 7. Kal. Majas. Diploma Conceſſionis ab iiſdem Principibus Caſſinenſi monaſterio factæ. 47

942 Id. Maji. Privilegium Hugonis & Lotharii Italiæ regum Caſſinenſi monaſterio conceſſum. 48

942 Id. Maii. Privilegium eorumdem Regum eidem monaſterio conceſſum. 49

942 Id. Maii. Tertium privilegium eorumdem Regum eidem monaſterio conceſſum. 50

943 3. Kal. Febr. Privilegium Landulphi, & Atenulphi Ducum Beneventanorum eidem monaſterio conceſſum. 52

946 3. Kal. Septemb. Privilegium Landolfi, & Pandulfi Principum Beneventanorum monaſterio Caſſinenſi conceſſum. 53

951 3. Kal. Septemb. Privilegium Landolfi, & Pandolfi Principum Beneventanorum monaſterio Caſſin. conceſſum. 56

952 Pridie Nonas Majas. Privilegium eorumdem Principum eidem monaſterio conceſſum. 55

...... Privilegium Paldolfi, & Landolfi Prin-


Digitized by Google

Principum Beneventanorum monaſt. Caſſinenſi conceſſum. 67
953 14. Kal. Novemb. Privilegium a Berengario, & Adelberto Italiæ regibus cœnobio S. Angeli conceſſum. 74
961 6. Idus Julii. Privilegium Pandolfi & Landolfi Principum Caſſin. monaſterio conceſſum. 58
961 6. Id. Julii. Aliud privilegium eorumdem Principum eidem cœnobio datum. 59
963 M. Januario. Charta, qua Aquinates de finibus quibuſdam monaſterii Caſſin. contendentes eos ad idem cœnobium pertinere declarant. 67
964 2. Id. Febr. Privilegium ab Othone I. Imp. monaſterio S. Angeli conceſſum. 75
964 12. Kal. Mart. Privilegium Othonis Magni Caſſinatibus conceſſum. 71
964 17. Kal. Novemb. Quartum privilegium Paldolfi, & Landolfi Principum Caſſinenſi monaſterio conceſſum. 61
966 M. Januario ſententia Adelmundi judicis pro monaſterio Caſſinenſi. 69
966 3. Id. Auguſti. Quintum privilegium eorumdem Principum eidem monaſterio conceſſum. 63
967 7. Id. Junii. Sextum eorumdem Principum diploma in gratiam monaſterii Caſſinenſis. 63
967 Kal. Julii. Privilegium Othonis Magni Caſſinatibus conceſſum. 72
969 Nonis Octobris. Septimum Paldolfi, & Landolfi Principum privilegium eidem monaſterio conceſſum. 65
970 6. Kal. Februarii. Octavum præfatorum Principum privilegium eidem monaſterio conceſſum. 66
. . . . Diploma Paldolfi Principis Beneventani, quo Caſſinatibus bona confirmat, & immunis a vectigalibus declarat. 66
970 8. Kal. Junii. Diploma Othonis I. Imp. quo monaſterio Caſſinenſi donat cœnobium S. Angeli Vallis regiæ. 73
970 15. Kal. Jan. Privilegium Paldolfi, & Landolfi Principum Beneventanorum pro Parthenone S. Mariæ in Cingla. 98
972 M. Septemb. Donatio a Giſulfo Salernitano Principe monaſterio Caſſinenſi facta. 80
975 M. Martio. Placitum Arechiſi judicis, quo lis inter Caſſinenſe cœnobium, & Rudelgrimum Aquinatem illi decernitur. 68
977 12. Martii. Diploma Paldolfi, & Landolfi Principum Beneventanorum, quo Donatio a Borello monaſterio Caſſinenſi facta confirmatur. 81
981 17. Kal. Junii. Privilegium a Landolfo IV. Beneventano Duce Caſſinatibus conceſſum. 82
981 8. Id. Aug. Privilegium ab Othone II. Imp. Caſſinatibus conceſſum. 77
981 3. Id. Octobris. Privilegium ab Othone II. Imp. cœnobio S. Mariæ in Cingla conceſſum. 99
982 M. Novemb. Diploma Landolfi IV. Ducis Beneventani, quo cœnobio Caſſin. Anglenæ aquam concedit. 84
987 5. Kal. Aug. Privilegium Landenulphi Capuæ principis Caſſin. monaſt. conceſſum. 86
988 10. Kal. Julii. Privilegium Aloaræ & Landenulphi Capuæ principum eidem monaſterio conceſſum. 86
991 Privilegium eorumdem principum eidem cœnobio conceſſum. 87
991 14. Junii. Charta donationis a Berteramo monaſterio Caſſinenſi factæ. 85
994 M. Novemb. Diploma, quo Joannes Cajetanus Dux confirmat bona monaſterii S. Theodori urbis Cajetæ. 116
995 4. Id. Decemb. Privilegium Laydulfi Capuæ Principis Caſſinenſi monaſterio conceſſum. 89
996 M. Auguſto. Donatio caſtri Caſpuli a Giſulfo Teanenſi comite monaſterio Caſſinenſi facta. 84
998 8. Kal. Junii. Diploma Othonis Imperatoris quo bona Caſſinenſis monaſterii confirmat. 91
999 M. Martio. Placitum inter monaſterium S. Mariæ in Cingla, & Comites Alliſanos. 94
999 M. Martio. Charta, qua Joannes & Anatolius filii Paſtari a ſervitute Cajetanæ eccleſiæ ſe vindicant. 114
999 M. Aprili. Charta, qua Daiferius comes Trajectenſis fatetur Caſale Spinium eſſe juris Cajetanæ Eccleſiæ. 115
1000 1. Februarii. Charta, qua Raynaldus comes Marſorum de eccleſia S. Mariæ monaſterium conſtituit, & pluribus bonis ditat. 101
1000 M. Julio. Donatio a Rainerio monaſterio Caſſinenſi facta. 102
1009 M. Aprili. Decretum Hemiliæ Duciſſæ Cajetanæ, & Johannis ejus filii, quo eccleſia S. Scholaſticæ Caſſinenſibus adjudicatur. 112
1009 M. Aprili. Charta, qua Bernardus Ep. Cajetanus eccleſiam S. Scholaſticæ Caſſinenſibus confirmat. 113
1011 M. Auguſto. Inſtrumentum, quo Atenulphus Abbas Caſſinenſis terras, & ſilvas quaſdam Baſilio monacho Græco in 29. annos cenſu conſtituto tradit. 122
1012 Diploma Paldolfi Beneventi, & Paldolfi Capuæ Principum, quo omnia cœnobio Caſſinenſi conceſſa privilegia confirmantur, & quædam in urbe Capua conceduntur. 104
1014 M. Julio. Placitum ad favorem Caſſinatium contra Duces Cajetanos, & comites Trajectenſes. 109
1017 7. Idus Maii. Diploma Paldolfi, & Paldolfi patruelium Capuæ principum, quo caſtrum, & oppidum Vici Alvi, ejuſque contermina loca Caſſinatibus elargiuntur. 106
1017 3. Non. Maii. Diploma eorumdem Principum, quo caſtrum, & oppidum S. Urbani cœnobio Caſſin. concedunt. 107
1020 3. Id. Julii. Diploma Henrici Imperatoris, quo cœnobio Caſſinenſi concedit civitates Vicalvi & S. Urbani. 104
1021 M. Novemb. Charta, qua Albo Caſſinatibus donat medietatem Caſtelli Saline, & alia bona. 108
1021 M. Novemb. Charta, qua Adelpertus quædam monaſterio Caſſinenſi donat. 109



Digitized by Google

1022 Diploma Henrici Imperatoris, quo monaſterio Caſſinenſi Roccam Evandri concedit. 119
1022 Epiſtola, qua Henricus Imp. Romano Pontifici Caſſinates commendat. 119
1023 2. Non. Januar. Diploma Henrici Imper. quo Caſſinatium privilegia confirmat. 120
1023 Nonis Januar. Diploma Henrici Imp. quo Principatum Beneventanum Pandulfo, & Joanni concedit, exceptis Abbatia Caſſinenſi, & S. Vincentii. 122
1023 4. Nonas Junias. Privilegium Paldolfi, & Joannis Principum Capuanorum Caſſinenſi monaſterio conceſſum. 129
1032 Pridie idus Aprilis. Privilegium Paldulfi, & Paldulfi Principum Capuanorum, quo Caſſinenſis cœnobii bona, & privilegia confirmantur. 131
1032 M. Octobri. Charta, qua Raimburga abbatiſſa S. Mariæ Firmi Caſſinenſibus donat monaſterium ſuum, & alia bona. 129
1033 M. Septemb. Placitum inter cœnobium S. Mariæ in Cingla, & Comitem Aliſanum pro juriſdictione, & aliis rebus. 123
1034 M. Januario. Placitum, & conventio Aquini Comitum cum Caſſinatibus. 132
1035 M. Aprili. Placitum inter cœnobium S. Mariæ in Cingla, & Aldemarum Comitem Aliſanum. 124
1036 M. Julio. Charta, qua Teuza dono dedit Caſſinenſi monaſterio portionem caſtri Faræ, & alia permulta. 135
1037 M. Auguſto. Inſtrumentum venditionis oppidi Oliveti a Tedemaro, aliiſque Adamo factæ. 139
1038 Non. Junii. Diploma Conradi Imperatoris, quo bona & privilegia Caſſinenſis monaſterii confirmantur. 137
1040 M. Aprili. Donatio ab Hugone Cajetano cive monaſterio Caſſinenſi facta. 128
1045 M. Junio. Donatio a Tederico Caſſinatibus facta. 146
1045 M. Julio. Donatio a Rolando, Attone &c. Monaſterio Caſſinenſi facta. 145
1046 3. Non. Februarii. Privilegium ab Henrico II. Imper. monaſterio Caſſinenſi conceſſum. 148
1048 M. Julio. Charta, qua Berardus Marſorum Comes donat Caſſinatibus monaſterium S. Mariæ in valle Porclaneci, & caſtellum Roſcolu &c. 195
1050 M. Martio. Donatio a Corbo Caſſinenſi cœnobio facta. 146
1052 2. Id. Junii. Privilegium Guaimarii Principis Salernitani, quo ditionem omnem Caſſinenſem confirmat. 140
1055 M. Octobri. Charta, qua Zaccus oppidum Villæ Oliveti cœnobio S. Liberatoris dono dedit. 153
1055 M. Decembri. Diploma Pandulfi & Landulfi, quo monaſterio Caſſinenſi caſtellum Saraceniſcum donant. 150
1056 11. Kal. Octob. Charta, qua Henricus Guiſmundi donat Caſſinatibus medietatem caſtelli Alflexo, & plura latifundia. 199
1056 11. Kal. Octob. Charta, qua Henricus, & Rolandus Giſmundi filii Caſſinenſibus donant eccleſiam S. Georgii in urbe Luca. 200
1056 M. Octobri. Donatio a Transmundo Comite Caſſinatibus facta. 154
1056 M. Octobri. Altera donatio a Tranſmundo monaſterio Caſſinenſi facta. 155
1058 M. Januario. Donatio a Marino Trajectenſi Comite de quarta parte Trajecti, aliiſque monaſterio Caſſinenſi facta. 157
1058 Prid. Id. Novemb. Privilegium a Richardo & Jordano Capuæ principibus Caſſinatibus conceſſum. 161
1059 8. Id. Martii. Bulla Nicolai II. Pontificis bona & privilegia monaſterii Caſſinenſis confirmantis. 159
1059 10. Kal. Septemb. Diploma Richardi Capuani Principis, quo Caſſinatibus donat Abbatiam S. Mariæ in Calena. 161
1060 M. Octob. Charta, qua Marinus Comes Trajectenſis confirmat monaſterio Caſſinenſi partem ſuam de Comitatu Trajectano, & caſtro Spinei ac Fractæ. 193
1061 M. Junio. Privilegium a Deſiderio Caſſinenſi Abbate Trajectenſibus civibus elargitum. 158
1063 10. Kal. Maii. Privilegium Richardi, & Jordanis Capuæ Principum, quo Caſſinenſibus plateam in urbe Capua concedunt. 163
1063 M. Majo. Donatio piſcationis a Pandulfo Sipontino Caſſinenſibus facta. 171
1064 Idib. Februarii. Charta, qua Rolandus nobilis Lucenſis plura Caſſinatibus donat. 195
1064 M. Martio. Duplex donatio Paldonis comitis Caſſinenſibus facta. 167.168
1065 Diploma Richardi & Jordanis Capuæ Principum, quo jus quod habebant in Sarzano, & alia cœnobio S. Angeli ad Formias ſubdunt. 175
1065 14. Kal. Febr. Diploma Richardi, & Jordanis Capuæ Principum, quo Caſſinenſibus Mortulam, ejuſque incolas concedit. 164.
1065 14. Kal. Febr. Commutatio caſtrorum Fractę & Capriatæ inter Principes Capuanos, & Abbatem Caſſinenſem. 165
1065 M. Febr. Donatio Comitis Joannis Caſſinatibus facta. 169
1066 Pridie Non. Martii. Diploma Richardi, & Jordanis Capuæ Principum Turrem Gariliani Caſſinenſibus concedentium. 166
1066 4. Kal. Julii. Diploma Richardi & Jordanis Capuæ Principum, quo Interamniam cœnobio Caſſinenſi tradunt. 166
. . . . Donatio Baraſonis Sardinienſis reguli Caſſinenſibus facta. 172
1067 M. Aprili. Charta, qua Todinus & Oderiſius Balbenſes Comites plura Caſſinatibus donant. 179
1069 7. Febr. Charta, qua Adelbertus cœnobio S. Liberatoris bona concedit. 177
1069 M. Martio. Charta, qua Borellus monaſterium S. Petri de Avellana Caſſinenſibus concedit. 179
1070 M. Septemb. Donatio Joannis Teanenſis Comitis, qua partem caſtri Mortulæ ad ſe pertinentem cœnobio Caſſ. elargitur. 170



Digitized by Google

1070 M. Septemb. Donatio Landulfi Teanenſis Comitis, qua alteram partem caſtri Mortulæ Caſſinenſibus tradit. 170

1070 M. Novemb. Donatio Berardi Marſorum Comitis Caſſinenſibus facta. 171

1072 M. Febr. Diploma Richardi Capuæ Principis, quo cœnobium S. Michaelis monaſterio Caſſinenſi ſubdit. 176

1072 M. Auguſto. Diploma Richardi Capuæ Principis, quo Eccleſiam S. Benedicti, & S. Petri in Scafato cœnobio Caſſinenſi concedit. 177

1072 M. Decemb. Charta, qua Azzo donat Caſſinenſibus Caſtrum Motam. 180

1073 M. Septemb. Charta, qua Adelbertus ſeptem homines, eorumque bona cœnobio S. Liberatoris tribuit. 178

1073 M. Octob. Charta, qua Littefrida dux portionem ſuam civitatis Fundanæ pluriumque caſtrorum cœnobio Caſſinenſi concedit, cum abſque legitimis liberis deceſſiſſet. 180

1076 M. Auguſto. Binæ donationes a Lando Caſſinenſibus factæ. 181

1078 9. Kal. Octob. Privilegium a Jordane Capuano Principe cœnobio Caſſinenſi conceſſum. 187

1078 Pridie Id. Decemb. Privilegium a Jordane Capuano Principe Caſſinatibus conceſſum. 186

1080 M. Junio. Donatio Roberti Ducis, qua monaſterium S. Petri de Tarento, aliaque bona Caſſinatibus concedit. 183

1080 13. Kal. Octob. Diploma Jordanis Capuæ Principis, quo bona, & privilegia omnia Caſſinenſis monaſterii confirmat. 184

1080 M. Novemb. Donatio a Sampſone monaſterio Caſſinenſi facta. 182

1081 16. Kal. Octob. Diploma Jordanis Principis Capuani quo majorem lacum Aquinenſem Caſſinatibus elargitur. 187

1082 M. Februario. Charta, qua comites Aquini lacum Aquinenſem Caſſinenſibus donant. 188

1082 8. Kal. Octob. Diploma Jordanis Principis Capuani, quo Eccleſiam S. Rufi monaſterio Caſſinenſi donat. 188

1084 M. Aprili. Charta, qua Theodinus donat cœnobio Caſſinenſi monaſterium S. Salvatoris, & alia bona. 190

1085 8. Kal. Martii. Diploma Jordanis Principis Capuani, quo Caſſinenſibus dat Eccleſiam S. Agathæ prope muros Averſanæ civitatis. 191

1085 M. Octob. Donatio a Traſmundo Caſſinatibus facta. 191

1085 14. Kal. Decemb. Diploma Jordanis Principis Capuani, quo latifundia quædam Caſſinatibus largitur. 192

1086 Charta, qua Sikelgaita oppidum Citrarii cœnobio Caſſinenſi donat. 192

1086 M. Julio. Permutatio caſtri Cardeti cum quatuor Eccleſiis inter Joannem Comitem Venafranum, & cœnobium Caſſinenſe. 194

1088 M. Julio. Charta, qua Morinus Venafranus comes donat Caſſinenſibus caſtrum Aquæfundatæ. 201

1089 4. kal. Febr. Diploma, quo Jordanes princeps Capuanus cœnobio S. Angeli ad Formam magnam caſtanearum ſylvam concedit. 203

1089 6. kal. Martii. Diploma Jordanis Principis Capuani, quo Bona cœnobii S. Angeli ad Formam confirmantur. 202

1090 M. Auguſto. Privilegium Rogerii Ducis, quo Caſſinatibus confirmat omnia eidem conceſſa a Roberto ejus patre, & alia præterea concedit. 204

1090 M. Auguſto. Alterum privilegium Rogerii Ducis, quo quædam alia bona Caſſinatibus confirmat. 205

1090 M. Auguſto. Privilegium Boamundi Rogerii fratris, qua a patre conceſſa monaſterio Caſſinenſi confirmat. 205

1091 M. Septembri. Donatio Pandulfi de Preſenzano, qua partem ſuam de caſtro Mirtula, & alia bona Caſſinatibus concedit. 206.

1092 M. Martio. Charta, qua Rodulfus de Moliſio Bovianenſis comes donat cœnobio Caſſinenſi Monaſterium S. Crucis in Iſernia, & caſtellum Balneum cum pertinentiis ſuis. 207

1093. M. Madio. Charta, qua filii Arnulfi Caſſinenſibus donant roccam Civitellam, & alia plura. 208

1093. 10. Decembr. Charta, qua Lando Dux Cajetanorum concedit Caſſinenſibus, quæcumque ad ſe pertinebant de civitatibus, caſtellis, villis &c. 207

1094. 9. Kalen. Febr. Donatio a Teudo viro nobili Caſſinenſibus facta. 209

1094. M. Decemb. Diploma Roberti Alifani comitis, quo Monaſterium S. Mariæ in Cingla Caſſinatibus reſtituit. 713

1095. 7. Kal. Oct. Diploma Richardi II. Capuani principis, quo Monaſterio S. Angeli ad Formam confirmat conceſſa a patre & avo ſuo. 209

1096. M. Martio. Charta, qua Adelgrima comitiſſa Caſſinenſibus donat quatuor Caſtella, & alia bona. 212

1096. M. Auguſto. Donatio a Goffreda & Rao facta Monaſterio S. Petri Imperialis. 213

1098. M. Februario. Charta, qua Berardus comes plura offert cœnobio Caſſinenſi. 218

1098. M. Februario. Donatio a Rocca filia Drogonis comitis Caſſinenſis facta. 215

1098 Diploma Rogerii Ducis Roccæ conſobrinæ ſuæ donationem Caſſinenſibus factam confirmantis. 216

1098 7. Julii. Privilegium Richardi II. Capuani Principis, quo bona Monaſterii S. Angeli ad Formam confirmat. 210

1098 6. Id. Decemb. Bulla Urbanii II. pro cœnobio S. Mariæ in Cingla. 709

1099 M. Novembri. Privilegium Richardi II. Capuæ Principis cœnobio S. Angeli ad Formam conceſſum. 214

1100 M. Auguſto. Charta, qua Bonus comes plura bona Monaſterio Caſſinenſi largitur. 220

1100 M. Octobri. Sententia judicis Caſſinenſis, qua homines quidam Cardeti a ſervitiis exempti declarantur. 320

1101 M. Auguſto. Charta, qua Landenulfus comes Caſſinenſibus offert roccam de Camino, cum ſuo caſtro & pertinentiis. 218

1102 M. Madio. Charta, qua Gualterius comes donat Caſſinenſibus quartam portionem Caſtelli Joannis & Pauli, medietatem Ciſelani, & alia. 219

1103 M. Julio. Donatio altera Roccæ Drogonis comitis filiæ Caſſinatibus facta. 217

1103 M. Novembri Donatio Gualterii & Wonis Caſſinenſibus facta. 220

1104 M. Februario. Donatio tertia Roccæ Drogonis filiæ, qua latifundia quædam Caſſinenſibus concedit. 217

1104 M. Octobris. Charta, qua Robertus comes cœnobio S. Liberatoris concedit oppidum Ripæ Corbariæ. 221

..... Juramentum Richardi II. principis Capuani, quo caſtrum Pontiſcurvi ſe cœnobio Caſſinenſi haud unquam ademturum ſpopondit. 222

1105 Id. Januarii. Venditio alterius partis Pontiſcurvi a Roberto Richardi II. filio Caſſinenſibus facta. 222

1105 8. kal. Februarii. Diploma Richardi II. Capuani Principis, qua venditionem medietatis Pontiſcurvi Caſſinatibus a Roberto factam ratam habet. 223

.... Notitia Commemorationis, quanti Pontemcurvum emerit Oderiſius Abbas Caſſinenſis. 224

1105 M. Septembri. Charta, qua Hugo comes Moliſii donat Caſſinenſibus caſtellum Vitecoſum, & alia. 224

.... Juramentum Roberti Principis Capuani, quo Othoni Abbati Caſſinenſi confirmat de more omnes pertinentias Monaſterii Caſſinenſis. 225

..... Juramentum Richardi de Aquila, quo Othoni Abbati Caſſinenſi veluti feudatarius ſe obſtringit. 226

1107 M. Septembri. Privilegium Roberti Capuæ Principis, quo cœnobio S. Angeli in Formas confirmat ejus bona. 226

1108 Charta, qua Otho Gualterii filius promittit oppidum Peſcu Conſtantii cum omnibus pertinentiis ſuis ſe in die obitus ſui Caſſinenſibus redditurum. 228

1108 M. Septembri. Charta, qua Laydulfus comes de Preſenzano Caſſinenſibus confirmat partem ſuam caſtelli Mortulæ, & alia. 228

1113 Idib. Februarii. Diploma Paſchalis II. pro controverſia Eccleſiæ S. Mariæ de Caſali Plano. 714

1114 M. Aprili. Charta, qua Conſtantia Boaumundi principis Antiocheni uxor donat Monaſterio S. Petri Imperialis octoginta ſex familias hominum. 231

1114 M. Octobri. Privilegium Guillelmi Calabriæ, & Apuliæ Ducis, quo Caſſinatibus confirmat, quidquid ejus pater Rogerius, Robertus avus, Sikelgaita, & Rocca eis conceſſerant. 230

1115 M. Auguſto. Diploma Roberti Capuani Principis, quo Monaſterio S. Angeli in formis concedit Petrum presbyterum, & Joannem fratrem ejus cum omnibus eorum poſſeſſionibus. 233

1115 M. Auguſto. Diploma, quo Girardus Caſſinenſis Abbas monachis Caſſinatibus ad eorum uſum & ſumptum eccleſias quaſdam concedit. 233

1117 M. Februario. Diploma Roberti principis Capuani, quo Caſſinenſibus confirmat caſtrum Sujum. 232

1117 M. Novembri. Charta, qua Jordanus Roberti principis frater monaſterio S. Angeli in Formis donat villam S. Petri in Scaphato. 234

1118 M. Januario. Charta, qua Regorius filius Landonis Calvenis comitis Caſſinenſibus donat in Sicilia Caſale S. Andreæ. 236

1120 M. Auguſti. Diploma Guillelmi ducis, quo Caſſinatibus concedit Caſale Caſtilioni. 231

1120 M. Octobri. Sententia Calliſti II. pro Caſſinatibus. 715

1120 M. Novembri. Diploma Jordani II. Capuani Principis, quo omnes anteceſſorum ſuorum donationes confirmat. 235

..... Diploma, quo Furatus de Gitil Sardinienſis plura Caſſinatibus donat. 237

1122 M. Septembr. Privilegium Rainulphi comitis, Caſſinatibus cœnobium S. Mariæ in Cingla reſtituentis. 716

1123 M. Aprili. Diploma, quo Jordanus II. Capuæ princeps concedit monaſterio S. Angeli in formis Simeonem quemdam cum omnibus rebus ſuis. 238

1123 M. Junio. Juramentum, quo Jordanus II. Capuæ princeps Oderiſio II. Abbati Caſſinenſi ſeſe obſtringit. 239

1125 M. Februario. Diploma, quo Jordanus II. Capuæ princeps cœnobio Caſſinenſi caſtrum Picæ confirmat. 240

1128 4. Februarii. Juramentum, quo Abbati Senioretto ſeſe obſtringit Robertus II. Capuæ princeps. 247

1128 M. Martio. Diploma Roberti II. principis Capuani, quo Caſſinenſibus donat 300. tarenos ſuper caſa Gentiana, & confirmat conceſſa a ſuis anteceſſoribus. 242

1128 M. Junio. Charta, qua Ugo Moliſinus comes concedit Caſſinenſibus medietatem caſtri Serræ. 243

1129 Diploma Roberti II. Capuæ principis, quo bona quædam homineſque monaſterio S. Angeli concedit. 244

1130 3. kal. Jan. Diploma Rogerii Ducis, quo Caſſinatibus confirmat a ſuis prædeceſſoribus conceſſa. 243

1131 M. Auguſto. Donatio a Rolando, aliiſque monaſterio S. Petri facta. 245

1132 M. Martio. Diploma Roberti II. Capuæ principis, quo Caſſinenſibus relaxat 500. tarenos de Gualdo, & donat portum unum molendini, & alia. 245

1133 6. kal. Auguſti. Privilegium a Rogerio Siciliæ & Italiæ rege Caſſinatibus conceſſum. 246

1137 10. kal. Octobris. Privilegium a Lothario Imperatore monaſterio Caſſinenſi conceſſum. 250

1137 M. Novembri. Sententia lata pro monaſterio S. Petri Imperialis. 254


1137

Digitized by Google

1147 8. kal. Julii. Diploma, quo Gonnarius Sardiniæ rex omnes donationes a ſuis anteceſſoribus cœnobio Caſſinenſi factas confirmat. 255

1147 2. Id. Decemb. Privilegium a Rogerio rege noſocomio cœnobii Caſſinenſis conceſſum. 255

1149 M. Decembri. Charta, qua Richardus de Aquila feudum quoddam cum Villanis cœnobio Caſſinenſi concedit. 256

1155 M. Martio. Sententia Rogerii regis in favorem Caſſinatium. 258

1158 Diploma Guillelmi I. Siciliæ regis, quo Rogerii patris ſui privilegium Caſſinatibus conceſſum confirmat. 259

1159 M. Februario. Polypticon bonorum S. Petri de Scaphano. 261

1162 M. Septemb. Diploma Raynaldi Abbatis Caſſinenſis, quo non paucas immunitates tribuit civibus Caſtellionis. 261

1165 M. Julio. Charta, qua Robertus Caſertæ comes cœnobio S. Angeli in Formis quoſdam homines dono dedit. 262

1167 M. Februario. Sententia pro Caſſinatibus in curia Sueſſæ lata. 262

1175 1. Januarii. Inſtrumentum Concordiæ ab Oderiſio comite Averſano cum Abbate Caſſinenſi initæ. 264

1175 M. Januario. Charta, qua Ugo de Prata ſpopondit Abbati Caſſinenſi ſe nihil prætexturum ſuper Eccleſiam S. Mariæ de Cingla, & alias, earumque bona. 264

1175 12. Kal. Octobris. Decretum judicum Piſcariæ, ne Raynaldus, & Alexander de Troja aliquid exigerent a monaſterio S. Angeli de Barano. 265

1182 Privilegium Bareſonis Sardiniæ regis Caſſinatibus conceſſum. 266

1183 1. Aprilis. Privilegium ab abbate Caſſinenſi oppidanis Pedimontis conceſſum. 382

1184 29. Aprilis. Charta, qua Bernardus, & Rogerius Domini Montis Millei, ſi quid cauſæ ſibi ipſis eſſet cum Eccleſia S. Petri de Avellana, coram Abbate Caſſinenſi experturos promittunt, & quod in ipſa curia fuerit judicatum obſervaturos. 266

1190 22. Februarii. Privilegium a Roffrido Caſſinenſi Abbate civibus Pontiſcurvi conceſſum. 267

1190 26. Aprilis. Privilegium ab Abbate Caſſinenſi Incolis S. Angeli in Theodice conceſſum. 383

1191 23. Martii. Privilegium Henrici Imperatoris cœnobio Caſſinenſi conceſſum. 276

1191 12. Kal. Junii. Privilegium Henrici Imperatoris, quo omnia Caſſinatibus conceſſa ab Imperatoribus privilegia confirmat, conceditque præterea caſtrum Vairani, & caſtrum Matalone, aliaque plura beneficia eiſdem elargitur. 269

1195 M. Februario. Privilegium Roffridi Abbatis Caſſinenſis Atinatibus conceſſum. 276

1195 8. Kal. Januarii. Diploma Henrici Imperatoris, quo Atinum Caſſinatibus iterum concedit. 278

1195 8. Kal. Januarii. Diploma ejuſdem Henrici, quo declarat juriſdictionem omnem in ſubditos ſuos penes Caſſinates eſſe. 279

1195 8. Kal. Januarii. Tertium diploma ejuſdem Henrici, quo omnimodam in ſubditos ſuos juriſdictionem Caſſinatibus concedit, univerſamque ditionem Caſſinenſem, & perſonas omni hominum ſubjectione exemptas declarat. 281

1207 15. Januarii. Privilegium a Roffrido Abbate Caſſinenſi accolis Fellæ conceſſum. 284

1207 11. Martii. Sententia pro cœnobio SS. Coſmæ, & Damiani apud Taliacotium. 286

1216 Id. Septemb. Privilegium Honorii III. Pp. Caſſinatibus conceſſum. 291

1216 24. Octob. Privilegium Honorii III. PP. ſub apoſtolicæ ſedis protectione accipientis monaſterium S. Liberatoris. 291

1221 M. Januario. Privilegium Federici Imperatoris Xenodochio monaſterii Caſſinenſis conceſſum. 290

1222 15. Kal. Decemb. Breve Honorii III. PP. ad Vaſſallos S. Mariæ de Virgiotis. 292

1224 M. Madio. Diploma Federici Imperatoris, quo confirmat latam pro monaſterio S. Mariæ Luci ſententiam. 292

1229 16. Kal. Auguſti. Breve Gregorii Noni PP. ad cœnobii Caſſinenſis vaſſallos. 296

1233 M. Julio. Sententia pro Eccleſia S. Angeli de Pedelongo. 297

1237 M. Februario. Diploma Friderici Imp. quo confirmat privilegium a Landolfo Caſſinenſi abbate Theodino de S. Germano conceſſum. 299

1248 6. Id. Decemb. Bulla Innocentii IV. in Federicum Siciliæ regem. 717

1254 9. Kal. Januarii. Bulla Alexandri Papæ IV. qua criminalem juriſdictionem cœnobio Caſſinenſi confirmat. 301

1258 17. Novemb. Charta, qua Richardus Caſſinenſis Abbas Thomaſiæ Marchioniſſæ Hecemburgenſi Eccleſiam oppidi S. Petri concedit, quo ibi parthenonem conſtrueret. 301

1263 29. Martii. Bulla Urbani IV. qua cœnobio Caſſinenſi præficit Bernardum I. Lirinenſis cœnobii Abbatem. 302

1267 28. Januarii. Breve Clementis Papæ IV. ad Carolum Regem. 306

1267 M. Octobri. Privilegium a Bernardo Abbate Caſſin. Clero & populo S. Germani, & S. Petri. 304

1267 M. Decembri. Inquiſitio a Bernardo Abbate Caſſinenſi inſtituta in oppidis Pedimontis & Villæ. 308

1270 M. Julio. Inſtrumentum, quo Bernardus Abbas Caſſinenſis quædam bona Guillelmo de Solegniaco concedit. 308

1270 M. Julio. Inſtrumentum, quo Bernardus Abbas Caſſinenſis quædam bona rebellium concedit Joanni de Tranſio Atinati. 308

1270 13. Auguſti. Inſtrumentum, quo idem Bernardus alia bona concedit Girardo de Cordo. 308

1270 23. Auguſti. Inſtrumentum, quo Girardus de Cordo bona ſibi a Bernardo Abbate conceſſa vendit Alberto Signorio. 309

1270 6. Septemb. Charta, qua prædictus Ber-

nardus Abbas concedit Saulem, & filios ſuos Bruno Archidiacono S. Germani. 309
1270 4. Octobris. Inſtrumentum, quo prædictus Bernardus Abbas complura bona rebellium concedit Alberto Segnoricto. 309
1270 6. Octob. Inſtrumentum, quo idem Bernardus Abbas bona quædam rebellium concedit notario Benedicto de S. Germano. 310
1270 29. Novemb. Inquiſitio a Bernardo Abbate Caſſinenſi inſtituta in oppido S. Eliæ, 310.
1270 4. Decemb. Inquiſitio ab eodem Bernardo Abbate in oppido Cervariæ inſtituta. 314
1270 8. Decemb. Inquiſitio ab eodem Bernardo Abbate inſtituta in oppido S. Victoris. 315
1270 10. Decemb: Inquiſitio ab eodem Bernardo Abbate inſtituta in oppida S. Petri in fine. 316
1271 Conceſſio quorumdam bonorum rebellium ab Abbate Caſſinenſi magiſtro Franciſco facta. 325
1271 Conceſſio quorumdam bonorum Petro de Jenetel ab Abbate Caſſinenſi facta. 324
1271 6. Januarii. Inſtrumentum, quo Bernardus Abbas bona quædam retroceſſit Richardo de Montenigro. 321
1271 14. Januarii. Sacramentum fidelitatis ab accolis S. Petri in Curulis Abbati Caſſinenſi præſtitum. 321
1271 21. Januarii. Inſtrumentum, quo Richardus de Montenigro bona quædam Caſſinatibus vendit. 322
1271 Kal. Febr. Inhibitio facta Philippo de Comeſtabilo, ne intrat Startiam quamdam Abbatiæ Caſſinenſis. 324
1271 15. Martii. Inſtrumentum, quo accolis Terruculi bona confirmantur ab Abbate Caſſinenſi. 325
1271 19. Martii. Charta, qua Abbas Caſſinenſis duos oppidi S. Victoris cives creat milites. 325
1271 18. Aprilis. Charta, qua Caſſinenſis Abbas duos ex oppido S. Victoris homines militari cingulo donat. 325
1271 20. Aprilis. Charta, qua ab Abbate Caſſinenſi bona accolis oppidi S. Angeli in Theodici confirmantur. 325
1271 17. Auguſti. Charta, qua Caſſinenſis Abbas quoſdam oppidi S. Ambroſii incolas eximit onere angariæ, & ſervitii ruſticalis. 326
1271 4. Septemb. Decretum Abbatis Caſſinenſis, quo prohibetur contractus falſæ affidationis. 326
1271 4. Septemb. Charta, qua Magiſter Nicolaus in vaſſallum a Caſſinatibus recipitur, 327
1271 20. Decembris. Inquiſitio facta in caſtro S. Petri de Avellana. 327
1271 ultimo Decembris. Decretum Bernardi Abbatis Caſſinenſis pro fraudibus vitandis 322
1272 19. Aprilis. Apocha ab Abbate Caſſinenſi Alberto Signoricto facta. 329
1273 26. Januarii. Statuta quædam contra univerſitatem S. Eliæ. 330
1273 12. Aprilis. Bannum juſſu Bernardi Abbatis Caſſinenſis in variis ditionis ſuæ oppidis promulgatum. 330
1273 19. Julii. Decretum Bernardi Abbatis Caſſinenſis in oppido S. Eliæ promulgatum. 331
1273 16. Julii. Inſtrumentum, quo Magiſter Joannes fatetur ſe ab Abbate Caſſinenſi tenere rectoriam, & poſſeſſionem caſtri S. Petri in Fine. 335
1273 7. Auguſti. Inſtrumentum, quo Caſſinenſis Abbas quaſdam aliquibus Pignatarii incolis concedit immunitates. 336
1273 Inquiſitio facta in oppido Cervarii. 337
1273 ultimo Auguſti. Decretum Abbatis Caſſinenſis, quo ſtatuitur, quid monaſterio Caſſinenſium præſtandum eſſet a civibus Cervarii. 342
1273 M. Septembri. Inſtrumentum, quo a civibus Vallisrotundæ procuratores eliguntur ad acceptandum quodcumque per Abbatem Caſſinenſem circa ſolutionem decimarum, terraticarum &c. decretum fuerit. 346
1273 22. Novemb. Charta, qua Caſſinenſis Abbas bona quædam Petro de Jenetel concedit. 347
1273 7. Decemb. Sententia ab Abbate Caſſinen. in Univerſitatem Tractarum lata. 348
1274 15. Febrarii. Decretum Abbatis Caſſin. in controverſiis quoad immunitates, quas aliqui S. Angeli oppidani habere contendebant. 349
1274 20. Februarii. Charta, qua Caſſinenſis Abbas immunitates quaſdam concedit Comiti ſtabuli Caſſinenſis. 349
1274 20. Septemb. Inſtrumentum, quo Caſſinenſis Abbas bona quædam Stephano Medico concedit. 350
1275 25. Maii. Inſtrumentum, quo Caſſinenſis Abbas renovat conceſſionem Rocchæ S. Viti Rainaldo, Bertolfo, aliiſque. 350
1275 4. Julii. Patentes litteræ, quibus Caſſinenſis Abbas judicem oppidi Fractarum creat, 351
1278 18. Decembris. Inſtrumentum, quo juſſu regis Caroli cenobio S. Liberatoris quædam oppida ſunt reſtituta. 351
1282 circiter. Scriptura legalis pro regio fiſco contra juriſdictionem criminalem Caſſinatium. 353
1282 4. Id. Decemb. Epiſtola Martini Papæ IV. ad Cardinalem Sabinenſem. 374
1285 Bulla Honorii IV. in levamen incolarum regni Neapolitani edita. 729
1286 6. Aprilis. Donatio ab Abbate Caſſinenſi facta Bartholomæo de Caira. 375
1286 22. Julii. Charta, qua Caſſinenſis Abbas immunitatem concedit Lucæ de Miniato 375
1286 6. Septemb. Quæſtio de ſervitiis perſonalibus inter cœnobium Caſſinenſe, atque Benedictum de Tancredo a S. Elia. 376
1286 26. Octobris. Patentes litteræ, quibus ab Abbate Caſſinenſi creatur judex oppidi Vallisfrigidæ. 376
1287 17. Martii. Inſtrumentum, quo Caſſinenſis Abbas bona quædam concedit Sauli Henrici fil. 376

1287 18. Martii. Inſtrumentum, quo Caſſinenſis Abbas quædam concedit Landulfo, & Oddoni Ferraimone. 376

1287 16. Aprilis. Charta, qua Caſſinenſis Abbas quoſdam cives Pignatarii immunes ab angariis &c. declarat. 377

1287 30. Aprilis. Quæſtio agitata contra Joannem de Guillelmo a Pignatario pro ſervitiis perſonalibus. 377

1287 25. Junii. Sententia ab Abbate Caſſinenſi contra cives Sangermanenſes lata. 377

1287 16. Julii. Inſtrumentum, quo Caſſinenſis Abbas locat oppidum Terami. 377

1287 11. Septembris. Sententia ab Abbate Caſſinenſi contra 86. S. Eliæ oppidanos lata. 378

1287 4. Decembris. Privilegium ab Abbate Caſſinenſi Oppidanis S. Ambroſii conceſſum. 379

1287 Privilegium ab Abbate Caſſinenſi oppidanis S. Victoris conceſſum. 380

1288 ultimo Januarii. Sententia pro monaſterio Petræ Abundantis. 385

1288 28. Auguſti. Inquiſitio facta in civitate S. Germani. 380

...... Inquiſitiones factæ in caſtro Pedimontis. 381. in oppido S. Angeli. 382. in oppido Pignatarii. 383. in Caſtello Novo, in caſtro Fractarum, in oppido Vallisfrigidæ, in oppido S. Andreæ. 384. in oppido s. Ambroſii. 385. In vico Peolo, in vico Tora, in s. Germano. 386. in oppido s. Petri, in oppido s. Eliæ. 388. in oppido Cervariæ, in oppido s. Victoris, in oppido s. Petri in Fine. 389. in oppido Mortulæ, in oppido Cucurutii. 390. in oppido Terruculi. 391

1294 13. Februarii. Compoſitio litis inter cœnobium S. Petri de Avellana, & incolas, Vallis ſurdę. 394

1296 Epiſtola Bernardi Adminiſtratoris cœnobii Caſſinenſis, qua monacho cuidam Caſſinenſi eccleſias & vaſſallos cœnobio Caſſin. ſubditos in Sardinia gubernandos commiſit. 394

1296 19. Novemb. Concordia inter univerſitates Pontiſcurvi & Rocchæ Guillelmæ. 394

1306 1. Decembris. Edictum Abbatis Caſſinenſis in oppido Plumbariolæ, alibique promulgatum. 396

1308 8. Junii. Sententia Caroli II. qua jus creandi Notarios, & judices ad contractus Caſſinatibus aſſeritur. 397

1310 5. Februarii. Charta, qua Marinus Abbas Caſſin. concedit Joanni de Neocaſtro piſcariam in flumine Lyri. 398

1313 20. Auguſti. Epiſtolæ Roberti Regis ad Abbatem Caſſinenſem, & ad Abbatiæ ſubditos. 398. 399

1321 Sententia pro monaſterio s. Liberatoris. 399

1322 26. Martii. Inſtrumentum inquiſitionis pro cœnobio s. Joannis de Scorſone. 402

1323 9. Aprilis. Epiſtola Caroli regis ad Regentem Curiæ Vicariæ Regni, & judices in gratiam Caſſinatium. 402

1327 8. Decembris. Compoſitio litis inter Epiſcopos Caſſinatem & Aquinatem circa electionem Archipresbyteri Pediſmontis. 404

1328 28. Maii. Inſtrumentum venditionis terræ cujuſdam a Gualterio Bartholomæi factæ. 405

...... Inſtrumentum alterum venditionis terræ cujuſdam in villa S. Gregorii. 405

1334 23. Januarii. Inſtrumentum, quo oppidani Mortulæ procuratores conſtituunt ad tranſigendum cum incolis Cucurutii, aliiſque. 405

1343 M. Majo. Inſtrumentum, quo Thomaſius profitetur ſe e villa Cairæ in villam Pediſmontis incolatum ſuum velle transferre. 406

1344 5. Sept. Concordia inter cœnobium s. Liberatoris, & univerſitatem Pomarii. 405

1352 26. Octob. Bulla Clementis VI. contra Jacobum a Pignatario bonorum Abbatiæ Caſſinenſis invaſorem. 407

1352 15. Decembris. Teſtamentum Jacobi de Pignatario. 408

1358 26. Martii. Inſtrumentum locationis oppidi Citrarii. 416

1360 30. Januarii. Decretum Abbatis Caſſin., quo exemptiones a ſervitiis, immunitates &c. ſubditis conceſſæ revocantur. 409

1361 5. Februarii. Inſtrumentum, quo Caſſinenſis Epiſcopus quædam oppidanis Cucurutii concedit. 410

1361 18. Septemb. Litteræ Epiſcopi Caſſin. quibus judicem ad contractus creat. 411

1361 21. Septemb. Litteræ, quibus Caſſinen. Epiſcopus Gubernatorem, & advocatum totius Abbatiæ Caſſin. creatur. 411

1364 Litteræ Epiſcopi Caſſinenſis, quibus Joannes judex declaratur Nobilis. 412

1364 Litteræ Epiſcopi Caſſin. quibus forum & nundinæ in oppido s. Victoris inſtituuntur. 412

1364 20. Martii. Inſtrumentum, quo ab incolis Citrarii Procuratores, & Nuncii ad Caſſinenſem Epiſcopum eliguntur. 416

1364 17. Maii. Litteræ Epiſcopi Caſſin. quibus caſtrum s. Angeli in feudum conceditur. 413

1366 18. Decemb. Apophaſis bonorum cœnobii s. Liberatoris. 417

1367 17. Septemb. Bulla Urbani V. PP. contra invaſores bonorum Abbatiæ Caſſin. 420

1368 8. Februarii. Diploma Reginæ Johannæ in gratiam Caſſinatium. 420

1368 15. Feb. Epiſtola Johannæ reginæ qua ſubditos Abbatiæ Caſſinen. majori ex parte vectigalium onere levat. 418

1368 9. Martii. Litteræ Johannæ reginæ quibus lis inter oppida Robellionis & Carcerum committitur dirimenda. 425

1370 21. Janu. Breve Urbani V. quo Petrus de Tartaris Viſitator cęnobii Caſſin. creatur. 426

1370 4. Maii. Epiſtola Urbani V. ad Reginam Johannam. 426

1370 6. Kal. Auguſti. Bulla Urbani V. qua confirmat privilegium ab Henrico VI. Caſſinatibus conceſſum. 373

1371 19. Martii. Litteræ Caſſinenſis Abbatis, quibus Inquiſitiones in oppidis Abbatiæ Caſſinenſis præcipiuntur. 427. Inquiſitio in oppido Sarraciniſci. ibid.

*ibid.* in Caſtro Cardeti. 428. in Aquafundata. *ibid.* in oppido Viticuſi. *ibid.* in civitate S. Germani. *ibid.* in vicis Foreſtæ, Cairæ, & Farignolæ. *ibid.* in oppido S. Eliæ. 429. in oppido vallis rotundæ. *ibid.* in oppido Cervarii. 429. in caſtro S. Victoris. *ibid.* in oppido S. Petri in Fine. 430. in caſtro Bandræ. *ibid.* in caſtro Juncturæ. *ibid.* in caſtro Cucurutii. *ibid.* in caſtris Mirtulæ, Toroculi, Luci, & S. Liberatoris de Majella. *ibid.* In caſtris Novo, S. Georgii, S. Angeli in Theodice, S. Andreæ & villa, S. Ambroſii, S. Apollinaris, in Valleſrigida. 431 in caſtro S. Stephani, Pontiſcurvi, Terami. 432. in caſtro Pignatarii, Pedemontis, in oppido Plumbariolæ, S. Petri in Monaſterio, Citrarii, Peſclarum, S. Marci de Aquaſondula, in Caſalibus S. Petri de Avellana. 433

1371 25. Julii. Apocha ab Andrea Abbate Caſſin. Thomæ Capuano facta. 434

1372 29. Junii. Epiſtola Johannæ reginæ in gratiam Caſſinatium. 434

1374 25. Julii. Charta, qua cives S. Germani ſe cœnobio Caſſinenſi obſtringunt ad ſolvendam pecuniam, quam Abbati Caſſin. recens benedicto ſolvere debebant. 434

1374 23. Decemb. Inſtrumentum, quo Fractenſes procuratorem creant ad fidelitatis ſacramentum Abbati Caſſin. præſtandum. 435

1375 21. Martii. Litteræ Caſſinenſis Abbatis Præpoſitum Peſclarum eligentis. 438

1375 19. Auguſti. Inſtrumentum, quo Oppidani S. Ambroſii pro bonis ſuis monaſterio Caſſinen. de more pecuniam ſolvunt. 435

1376 14. Febr. Inſtrumentum, quo Pontiſcurvenſes rebelles ad officium redeunt. 436

1377 9. Aprilis. Epiſtola Caſſinenſis Abbatis contra quoſdam Citrarienſes rebelles. 438

1377 20. Aprilis. Litteræ Abbatis Caſſinenſis judicem ad contractus in oppido S. Georgii eligentis. 440

1377 5. Auguſti. Litteræ Caſſinenſis Abbatis, quibus Vicarium Oppidorum Citrarii & Fellæ eligit. 439

1377 17. Auguſti. Inſtrumentum, quo perduelles quidam oppidani Plumbariolæ cœnobio Caſſinen. veniam deprecantes ſeſe iterum ſubjiciunt. 440

1377 18. Decembris. Edictum Abbatis Caſſinenſis, quo irritas declarat alienationes a ſubditis factas extra terram. S. Benedicti, & vetat eas in poſterum fieri. 441

1378 ultimo Junii. Litteræ Abbatis Caſſinen. creantis Præpoſitum Foreſtæ. 445

1378 7. Julii. Litteræ Abbatis Caſſin. creantis judicem ad contractus. 445

1378 13. Auguſti. Epiſtola Reginæ Johannæ in gratiam Caſſinatium. 442

1378 12. Novemb. Monitorium Caſſin. Abbatis contra refractarios quoſdam Germanenſes. 445

1378 Litteræ, quibus Caſſinenſis Abbas Aquinati Epiſcopo præſentat Rectorem Eccleſiæ Græcorum Pontiſcurvi. 444

1378 Litteræ, quibus Abbas Caſſin. clero, & populo Pomari privilegium concedit archipresbyterum ſibi eligendi. 444

1379 1. Februarii. Bulla Urbani PP. VI. in gratiam Caſſinatium. 446

1379 1. Febr. Alia ejuſdem Bulla pro eiſdem Caſſinatibus. 446

1379 1. Febr. Tertia ejuſdem Bulla pro eiſdem. 447

1379 17. Kal. Maii. Breve Urbani VI. quo Petrum Caſſin. Abbatem Vicarium ſuum quoad res temporales in omnibus ditionis Caſſin. oppidis creat. 447

1379 28. Junii. Litteræ Abbatis Caſſin. conſtituentis Capitaneum in oppido Pontiſcurvi. 447

1379 19. Julii. Epiſtola Abbatis Caſſin. ad ſubditos comitis Bellicaſtri. 448

1379 10. Julii. Inſtrumentum, quo incolæ Cucurutii ſpondent Abbati Caſſin. ſe in mandatis ſemper futuros. 449

1380 15. Maii. Inſtrumentum, quo Ponticurvenſes procuratores, & nuncios eligunt ad tractandum cum Caſſin. Abbate. 450

1382 1. Aprilis. Diploma Caroli III. regis Neapolitani, quo Caſſinen. Abbatem creat Cancellarium regni. 451

1383 24. Aprilis. Litteræ Caroli III. regis Neapolit. quibus mandat ſolvi Abbati Caſſin. utpote regni Cancellario ſingulis menſibus viginti uncias. 453

1383 25. Aprilis. Edictum Abbatis Caſſinenſis in gratiam Fractenſium rebellium. 454

1383 12. Kal. Julii. Breve Urbani PP. VI. quo lis inter Caſſinates & Ligorium Caraffam de oppido Peſclarum Cajetano Epiſcopo committitur. 455

1383 13. Decemb. Executio ſententiæ contra Richardum caput ferreum latæ. 453

1384 15. Julii. Litteræ Caſſinenſis Abbatis, quibus judicem ad contractus eligit. 456

1385 23. Martii. Diploma Caroli III. Neapol. regis, quo cœnobio Caſſinenſi bona omnia allodialia in urbe Neapoli ejuſque pertinentiis a Benedicto Grimaldo perduelle poſſeſſa concedit. 455

1387 ultimo Martii. Tabulæ pacis juſtæ initæ Abbatem Caſſinenſem alioſque regni Dynaſtas. 457

1387 27. Aprilis. Diploma Ladislai regis, quo Petrus Caſſinen. Abbas confirmatur regni Cancellarius. 459

1387 21. Maii. Litteræ Ladislai regis, quibus Petro Abbati Caſſin. utpote regni Cancellario redditus decernuntur. 460

1387 15. Junii. Privilegium Ladislai regis cœnobii Caſſin. bona confirmantis. 461

1387 1. Auguſti Diploma Ladislai regis Roccam Evandri Caſſinatibus reſtituentis. 462

1387 10. Novemb. Litteræ Caſſinenſis Curiæ, quibus Citrarienſibus promittitur quibuſdam conditionibus, quod eorum oppidum nunquam alienabitur. 459

1388 3. Februarii. Diploma Ladislai regis, quo Oppidanis S. Petri in monaſterio immunitatem 20. annorum concedit. 463

1388 3. Septemb. Inſtrumentum, quo Oppidani S. Victoris procuratores conſtituunt, qui

qui veniam perpetratorum a Caſſinenſi Abbate impetrarent. 464

1388 12. Octob. Diploma Ladislai regis, qui incolas oppidorum ditioni Caſſinenſi ſubditorum ab omnibus vectigalibus eximit. 464

1388 Inſtrumentum, quo Abbas Caſſinen. Antoniellæ donat terram quamdam. 466

1388 1. Decemb. Litteræ Abbatis Caſſin. Archiatrum eligentis, eumque a ſolvendis collectis aliiſque fiſcalibus eximentis. 466

1389 23. Septemb. Litteræ Ladislai Regis, quibus Capitaneis paſſuum jubet, ne amplius ſeſe in paſſibus oppidorum cœnobii Caſſin. immiſceant. 467

1390 10. Febr. Litteræ Abbatis Caſſinenſis, quibus perduellibus oppidanis S. Angeli in Theodice parcit. 467

1390 12. Martii. Litteræ Abbatis Caſſin. generalem Vicarium eligentis. 468

1390 19. Martii. Inſtrumentum, quo arbitri eliguntur pro dirimenda lite inter oppidum S. Victoris & cœnobium Caſſinenſe. 469

1390 21. Martii. Litteræ Abbatis Caſſinenſis, quibus oppidanis S. Victoris tentatæ rebellionis pœna remittitur. 469

1390 21. Martii. Litteræ Abbatis Caſſinenſis, quibus delicta quibuſdam e Pignatario remittuntur. 470

1390 12. Junii. Litteræ Abbatis Caſſinenſis, quibus arx S. Petri de Avellana Præpoſito ejus cœnobii traditur. 470

1391 9. Februarii. Quæſtio judicialis contra Fractenſes inſtituta. 471

1391 19. Februarii. Inſtrumentum, quo Fractenſes eligunt procuratores & nuncios ad Abbatem Caſſinenſem pro relaxatione quorumdam Fractenſium falſo proditionis inſimulatorum. 472

1391 2. Id. Julii. Breve Bonifacii PP. ad univerſos Caſſinatium ſubditos. 473

1392 9. Januarii. Litteræ Caſſinenſis Abbatis quoſdam Fractenſes exulare jubentis. 473

1392 9. Januarii. Litteræ Caſſin. Abbatis Vicarium generalem conſtituentis. 473

1392 15. Martii. Litteræ Ladislai regis Univerſitati S. Germani, ut in Abbatis fidelitate perſtent. 474

1392 ultimo Junii. Litteræ Abbatis Caſſinenſis, quibus bona quædam ob perduellionem publicata alteri concedit. 474

1393 12. Januarii. Litteræ Abbatis Caſſin. judicem ad contractus eligentis. 474

1393 15. Auguſti. Inſtrumentum, quo obſoletam terratici ſolutionem redintegrant oppidani Mortulæ. 475

1393 2. Novemb. Litteræ Abbatis Caſſin. Notarium creantis. 475

1393 7. Octob. Inſtrumentum pacis inter Abbatem Caſſin. & Dominum Rocchæ Guillelmæ. 479

1393 8. Octob. Inſtrumentum pacis inter oppidanos Pontiſcurvi & Caſſinates. 477

1393 7. Novemb. Litteræ Abbatis Caſſinen. Magiſtratum in oppido Pontiſcurvi conſtituentis. 479

1394 7. Aprilis. Litteræ Abbatis Caſſin. rebellium bona aliis concedentis. 480

1395 10. Julii. Litteræ Ladislai regis in gratiam Caſſinatium. 482

1395 27. Julii. Edictum reginæ Margaritæ, quo cœnobio Caſſinen. confirmatur jus exigendi vectigal quertucii. 482

1396 17. Januarii. Teſtamentum Roſtaini Cantelmi Albeti Comitis. 483

1397 15. Febr. Litteræ Abbatis Caſſin. eligentis Caſtellanum caſtri S. Angeli. 483

1397 21. Febr. Duæ apochæ Abbatis Caſſinen. 484

1397 15. Martii. Litteræ Abbatis Caſſin. Collectorem vectigalium in Abbatia Caſſin. conſtituentis. 484

1397 1. Maii. Litteræ Abbatis Caſſin. Magiſtratum oppidi Fractarum eligentis. 485

1397 15. Auguſti. Litteræ Abbatis Caſſin. Caſtellanum & Gubernatorem Cucurutii conſtituentis. 485

1398 20. Januarii. Inſtrumentum, quo Benedictus quidam nothus cœnobio Caſſin. ſe ſubdit. 486

1398 21. Aprilis Litteræ Abbatis Caſſin. quibus bona publicata alteri concedit. 485

1398 7. Septemb. Litteræ Abbatis Caſſin. quibus ſe fidejuſſorem præſtat induciarum inter regni Mareſcallum, & Albeti comites. 487

1399 23. Martii. Privilegium ab Abbate Caſſin. Franciſco Summo aliiſque conceſſum. 487

1399 3. Non. Maii. Bulla Bonifacii PP. qua Abbati Caſſin. concedit decimas eccleſiaſticas, ut bellum urgeat in Honoratum Fundorum comitem. 489

1399 20. Junii. Bulla Bonifacii a cenſuris abſolventis Oppidanos Pontiſcurvi. 490

1399 22. Julii. Litteræ Caſſin. Abbatis Recollectorem generalem conſtituentis. 488

1399 13. Auguſti. Litteræ Abbatis Caſſin. bona quædam publicata aliis concedentis. 490

1400 Kal. Febr. Bulla Bonifacii Papæ IX. qua Alexandri PP. IV. Bulla Caſſinenſibus data in confirmationem eorum juriſdictionis Criminalis confirmatur. 372

1400 Kal. Febr. Bulla ejuſdem Pontificis confirmantis alteram Bullam Urbani V. datam in favorem Caſſinatium. 373

1400 Kal. Febr. Bulla ejuſdem Pontificis, qua Conſervatores, & judices conſtituit ad jura Caſſinatium in Sardinia vindicanda. 495

1400 11. Id. Maii. Bulla Bonifacii IX. pro recuperandis bonis cœnobii Caſſin. a regibus, & dynaſtis occupatis. 496

1400 5. Septemb. Litteræ Caſſin. Abbatis creantis Præpoſitum S. Mariæ de Luco. 497

1401 26. Octob. Ladislai regis Diploma pro oppidis ditionis Caſſin. oneribus levandis. 498

1402 18. Aprilis. Litteræ Ladislai regis, quibus veniam Caſſinatium ſubditis impertitur. 499

1402 21. Aprilis. Litteræ Ladislai regis, quibus Caſſinenſibus concedit, ut ærarium Abbatialem eligant. 500


1402

Digitized by Google

1403 16. Octobris. Inſtrumentum, quo robur additur contractui cuidam matrimonii. 502
1404 18. Aprilis Litteræ Caſſin. Abbatis judicem ad contractus eligentis. 504
1404 16. Decembris. Litteræ Caſſinenſis Abbatis Præpoſitum S. Euſtaſii creantem. 503
1405 1. Auguſti. Litteræ Caſſin. Abbatis Præpoſitum S. Liberatoris conſtituentis. 503
1406 27. Januarii. Bulla Innocentii VII. oppidum Pontiſcurvi Caſſinatibus reſtituentis. 504
1407 30. Januarii. Litteræ Gregorii XII. jubentis, ut oppidum Pontiſcurvi Caſſinatibus reſtituatur. 505
. . . . Decretum Ladislai regis de Pontecurvo Caſſinatibus reſtituendo. 505
1409 Litteræ Abbatis Caſſin. Præfectum arcis Fractarum conſtituentis. 506
1411 15. Octobris. Charta, qua Ladislaus rex roccam Albani Joannutio vendit. 511
1412 9. Novemb. Apophaſis bonorum cœnobii S. Mariæ in oppido Luci. 506
1413 22. Decembr. Diploma Ladiſlai regis omnia privilegia ab ejus parente aliiſque deceſſoribus cœnobio Caſſin. conceſſa confirmantis. 508
1414 7. Januarii. Epiſtola Ladislai regis, qua vetat, ne cœnobii Caſſin. vaſſalli ad Abbatem ullo modo jus petituri recurrerent. 509
1414 28. Maii. Inſtrumentum emptionis Roccæ Albani a Caſſinatibus factæ. 509
1414 6. Auguſti. Epiſtola reginæ Joannæ II. qua Capitaneum juriſdictionis criminalis Abbatiæ Caſſin. de Ladislai morte certiorem facit. 511
1414 13. Auguſti. Epiſtola reginæ Joannæ II. ad Andream Gubernatorem Abbatiæ Caſſin. 511
1414 14. Auguſti. Epiſtola reginæ Joannæ II. ad Capitaneum Abbatiæ Caſſin. 511
1414 29. Decemb. Diploma reginæ Joannæ II. qua ratum eſſe Caſſinatibus jubet privilegium Ladislai circa molas truſatiles pro piſtrinis Caſſin. 512
1415 5. Januarii. Binæ Epiſtolæ Joannæ II. reginæ, ad Andream Gubernatorem Caſſin. Abbatiæ, & Juſtitiarium Terræ Laboris. 512. 513
1415 26. Septemb. Epiſtola Jacobi, & Joannæ II. jubentium, ut Abbati Caſſinenſi omnia oppida & bona cœnobii Caſſin. reſtituantur. 513
1415 19. Octobris. Juramentum fidelitatis a Fractenſibus Abbati Caſſinen. præſtitum. 513
1415 21. Octobris. Litteræ Caſſin. Abbatis, quibus cenſum a ſubditis ſuis pro ſua benedictione de more exigit. 514
1416 9. Febr. Epiſtola Jacobi & Joannæ II. qua jubent oppidanis Roccæ Vandræ, ut ſaceram Abbati Caſſin. ſolvant. 514
1416 9. Febr. Epiſtola Jacobi & Joannæ II. qua oppidanis Villæ jubent, ut vel Caſſin. cœnobii vigilias agerent, aut ſolverent collectas. 514
1416 3. Julii. Juramentum fidelitatis ab Oppidanis Cucurutii Abbati Caſſin. præſtitum. 516
1416 19. Kal. Jan. Diploma Conſtantienſis Concilii in gratiam Caſſinatium. 515
1417 Epiſtola Conſtantienſis Concilii ad univerſos ditionis Caſſinenſis incolas. 517
1417 24. Januarii. Inſtrumentum, quo Caſſinenſe capitulum Procuratores conſtituunt ad bona Monaſterii vendenda pro 4000. ducatis aureis. 518
1418 23. Martii. Proteſtatio Monachorum Caſſin. contra uſurpationem Roccæ Janulæ. 518
1418 7. Aprilis. Inſtrumentum, quo Oppidani Caſtricœli procuratores creant ad Abbatis Caſſinen. innocentiam vindicandam. 519
1418 5. Decembris. Litteræ Joannæ II. pro ſubditis Caſſinatium. 520
1420 15. Januarii. Diploma reginæ Joannæ II. quædam privilegia Caſſinatium confirmantis. 522
1422 2. Kal. Auguſti. Bulla Martini V. ditionem Caſſinenſem Epiſcopo Aquinati gubernandam committentis. 526
1423 19. Martii. Sententia lata in quatuor oppidanos Cerbarii Caſſinatibus perduelles. 526
1423 5. Kal. Auguſti. Bulla Martini V. pro recuperatione oppidorum ditionis Caſſinen. 528
1423 26. Auguſti. Litteræ Adminiſtratoris Abbatiæ Caſſin. quibus oppidanis Terruculi ad officium redeuntibus immunitates quaſdam concedit. 528
1427 27. Aprilis. Proteſtatio Caſſinatium contra Braccium a Montorio invaſorem oppidorum Abbatialium. 524
1429 6. Auguſti. Inſtrumentum, quo arbitri eliguntur ad componenda diſſidia inter cœnobium Caſſinen. & Dominum Roccæ Guillelmæ. 529
1440 ultimo Martii. Epiſtola Caſſinatium ad Alphonſum regem. 533
1440 16. Julii. Litteræ Capituli Caſſin. conſtituentis Præfectum oppidi Caſtricœli. 532
1440 Kal. Auguſti. Bulla Eugenii IV. in gratiam Caſſinatium. 531
1440 18. Auguſti. Litteræ, quibus Prior Caſſinen. in regularitate abſolvit Marcum de Angelo. 532
1440 Litteræ Capituli Caſſinen. quibus ſententiam contra Jacobum de Piſcionibus latam, irritam, caſſamque declarant. 534
1442 10. Aprilis. Litteræ Capituli Caſſin. creantis judicem ad contractus. 535
1442 5. Maii. Litteræ Capituli Caſſinenſis citantis quoſdam perduelles. 536
1443 8. Julii. Litteræ Alphonſi regis jubentis bona omnia Caſſinatibus adempta iiſdem reſtitui. 537
1445 20. Maii. Litteræ Caſſinen. Capituli Vicarium generalem eligentis. 538
1446 Litteræ Abbatis Caſſinenſis bona ſua jam publicata Antonio de Cola reſtituentis. 539
. . . . . Litteræ Abbatis Caſſinen. Gubernatorem


torem

torem totius ditionis Caſſinenſis declarantis. 539
1453 24. Januarii. Sententia Alphonſi regis contra ſubditos Caſſinatium renuentes prandium ſolvere Abbati Caſſin. 451
1453 Inſtrumentum, quo Oppidani S. Apollinaris, & S. Ambroſii quotannis prandium ſolvere Abbati Caſſin. promittunt. 540
1455 21. Octobr. & ſeqq. Acta quædam Curiæ laicalis Caſſin. 543
1456 10. Julii. Inſtrumentum, quo Abbas Caſſin. oppidum Cucurutii, ejuſque arcem Principi Roſſanenſi concedit. 542
1456 7. Auguſti. Litteræ Abbatis Caſſinenſis conſtituentis generalem Abbatiæ Gubernatorem. 545
1461 18. Junii. Privilegium Ferdinandi regis Sangermanenſibus conceſſum. 546
1463 29. Septemb. Epiſtola Pii papæ II. ad Gubernatorem Monaſterii Caſſinenſis. 373
1463 4. Idus Decembris. Pacta inter Pium PP. II. & oppidum Pontiſcurvi inita. 548
1463 15. Decembris. Bina Pii II. PP. Brevia in gratiam Caſſinatium. 549
1463 29. Decembris. Breve Pii PP. II. oppida, & criminalem juriſdictionem Caſſinatibus reſtituentis. 549
1465 4. Kal. Aprilis. Breve Pauli II. PP. pro regendis cœnobii Caſſin. juriſdictionibus Nicolaum Sandonnioum delegantis. 549
1465 3. Junii. Mandatum Ferdinandi regis contra Gubernatorem Citrarii. 550
1468 21. Aprilis. Privilegium Ferdinandi regis Caſſinatibus conceſſum. 554
1468 23. Julii. Inſtrumentum, quo cœnobium Caſſin. poſſeſſionem villæ Oliveti, & Sylvæ Reæ init. 551
1471 18. Octob. Litteræ Gubernatorum Caſſin. Rectorem oppidi Pontiſcurvi creantium. 555
1471 20. Octob. Litteræ Gubernatoris Caſſin. Magiſtrum Maſſarium in oppidis Pediſmontis, Villæ, & Plumbariolæ eligentis. 555
1471 21. Octob. Litteræ ejuſdem Caſtellanum Bantræ creantis. 556
1471 23. Octob. Litteræ ejuſdem Capitaneum in oppido S. Petri de Avellana conſtituentis. 556
1473 23. Aprilis. Litteræ Caſſinen. Abbatis pro reſtitutione Caſalis S. Joannis de Scorſone. 557
1475 6. Novembr. Compoſitio litis inter Univerſitatem & Clerum Citrarii. 557
1476 19. Auguſti. Litteræ Abbatis Caſſin. Capitaneum in oppido Citrarii eligentis. 557
1478 24. Auguſti. Litteræ Abbatis Caſſin. bona quædam Menſæ Monachorum aſſignantis. 559
1478 27. Septembr. Litteræ Abbatis Caſſin. Judicem cauſarum ſecundarum in Oppido Citrarii conſtituentis. 558
1481 10. Auguſti. Litteræ Abbatis Caſſin. Rectorem oppidi Pontiſcurvi eligentis. 562
1481 20. Auguſti. Prigilegium ab Abbate Caſſinen. incolis S. Petri de Avellana conceſſum. 561
.... Apophaſes bonorum & jurium, quæ cœnobium Caſſinen. in oppido S. Germani, aliiſque poſſidebat. 562
1487 9. Auguſti. Litteræ Gubernatoris Caſſin. quibuſdam Cervarii oppidanis privilegium a Joanne Aragonio conceſſum confirmantis. 565
1492 Apophaſis bonorum cœnobii S. Liberatoris. 566
1492 Litteræ Gubernatoris Caſſinen. conſtituentis Gubernatorem oppidorum ditionis Caſſin. 567
1495 18. Martii. Privilegium Caroli VIII. Caſſinatibus conceſſum. 569
1495 17. Julii. Privilegium a Ferdinando rege Sangermanenſibus conceſſum. 570
1497 9. Martii. Privilegium a Federico rege Sangermanenſibus conceſſum. 572
1497 11. Junii. Diploma Federici regis privilegia Sangermanenſium confirmantis. 572
1497 3. Auguſti. Privilegium ab Abbate Caſſinenſi Sangermanenſibus conceſſum. 571
1498 3. Novemb. Litteræ Abbatis Caſſin. Officium Magiſtrorum actuum curiæ ſpiritualis & laicalis quoad civilia Joanni, & Marcello concedentis. 573
1499 17. Auguſti. Litteræ Gubernatoris Caſſin. ſecundarum cauſarum judicem in oppido Citrarii conſtituentis. 574
1500 11. Novembr. Concordata inter Francorum, & Hiſpaniarum reges quoad regnum Neapolitanorum. 576
1501 12. Novembr. Diploma Ludovici regis, quo pacifica poſſeſſio oppidi S. Petri Abbati Caſſin. aſſeritur. 580
1501 26. Novemb. Inſtrumentum, quo Abbas Caſſin. init poſſeſſionem arcis Montis Caſſini. 578
1502 12. Martii. Litteræ Ludovici regis, quibus Caſſin. Abbati confirmat poſſeſſionem arcium Montis Caſſini, Roccæ Janulæ, & S. Angeli. 581
1505 20. Januarii. Litteræ Abbatis Caſſin. Gubernatorem S. Germani conſtituentis. 582
1505 18. Februarii. Juramentum fidelitatis a ſubditis caſtri S. Eliæ Abbati Caſſin. præſtitum. 582
1505 3. Octob. Litteræ Abbatis Caſſin. Gubernatorem S. Germani eligentis. 583
1507 30. Maii. Privilegium a Ferdinando rege Caſſinatibus conceſſum. 584
1507 1. Octob. Inſtrumentum, quo Abbas S. Petri de Avellana univerſitati ejus oppidi locat bona, & juriſdictiones illius Abbatiæ. 585
1511 Bulla Julii PP., qua Caſſinatibus Præpoſituram S. Petri de Avellana reſtituit. 585
1515 18. Julii. Diploma Ferdinandi regis approbantis capitula pro bono oppidi Citrarii regimine ab Abbate Caſſin. edita. 585
1515 20. Auguſti. Diploma Ferdinandi regis, quo præcipit, ut bulla a Leone X. pro Caſſinatibus emanata executioni mandetur. 592
1515 21. Auguſti. Diploma Ferdinandi regis Caſſinenſe cœnobium ſub ſua protectione recipientis. 593
1515 16. Novemb. Diploma Ferdinandi regis pro

Digitized by Google

pro indemnitate juriſdictionis cœnobii Caſſin. 588
1515 16. Novemb. Privilegium Ferdinandi regis Caſſinatibus conceſſum. 591
1515 17. Novemb. Diploma Ferdinandi regis in gratiam Caſſinatium. 595
1517 27. Maii. Epiſtola regii Collateris Conſilii ad Abbatem Caſſin. 598
1517 31. Octob. Diploma reginæ Joannæ & Caroli regis, Caſſinates ſub protectione recipientium. 596
1518 ultimo Auguſti. Litteræ regiæ Cameræ mandantis ne adoha exigatur ab oppido Serræ Monaceſchæ. 598
1518 28. Septemb. Epiſtola Leonis X. ad Proregem Neapolitanum pro Caſſinatibus. 599
1522 17. Martii. Litteræ regiæ Cameræ, mandantis, ne adoha ab oppido Citrarii exigatur. 600
1522 17. Auguſti. Litteræ Abbatis Caſſin. judicem ad contractus eligentis. 600
1525 10. Giugno. Epiſtola Marchioniſſæ Piſcariæ ad Principem Franchæville pro reſtitutione collis. S. Magni. 601
1525 26. Octobr. Epiſtola ejuſdem ad Marchionem Vaſti eadem de re. 601
1525 2. Decembr. Epiſtola ejuſdem ad Principem Franchevillæ. 601
1526 8. Janu. Epiſtola Principis Franchævillæ ad eamdem. 602
1526 9. Januar. Ejuſdem Epiſtola ad Marchionem Vaſti. 602
1526 13. Febr. Epiſtola Marchioniſſæ Piſcariæ ad Principem Franchævillæ. 602
1526 27. Maii. Ejuſdem Epiſtola ad Marchionem Vaſti. 602
1526 22. Maii. Ejuſdem Epiſtola ad Patrem Felicianum. 602
1526 Ejuſdem Epiſtola ad D. Benedictum Priorem Caſſinenſem. 602
1526 18. Julii. Litteræ Regiæ Cameræ pro Caſſinatium immunitate. 604
1526 9. Novem. Diploma Caroli V. in gratiam Caſſinatium. 624
1527 15. Martii. Litteræ Caroli V. pro indemnitate juriſdictionis Caſſinatium in urbe S. Germani. 603
1528 17. Maii. Epiſtola Clementis VII. ad Lotrechium, ut oppidum S. Petri de Avellana Caſſinatibus reſtituatur. 606
1530 8. Decembr. Epiſtola Clementis VII. ad Abbatem Caſſin., qua ei permittit, ut duos e ſuis ſubditis presbyteros ob perpetrata ſcelera degradet, & curiæ ſæculari tradat. 607
1530 28. Decem. Litteræ regni Neapol. Locumtenentis vetantis, ne milites in oppido S. Eliæ hoſpitio excipiantur. 606
1531 Litteræ Abbatis Caſſin. judicem ad contractus creantis. 607
1536 10. Novemb. Epiſtola Magiſtri Juſtitiarii in favorem Caſſinatium. 609
1537 4. Julii. Epiſtola Proregis Neapolitani ad Abbatem Caſſin. 609
1538 7. Febr. Breve Pauli PP. III. pro venditione oppidi Citrarii. 610
1539 19. Aprilis. Decretum regii Conſilii irritantis edictum quoddam Capitanei juriſdictionis criminalis in urbe S. Germani. 609
1540 22. Novemb. Epiſtola Proregis Neapolitani ad Abbatem Caſſin. 610
1542 7. Auguſti. Inſtrumentum venditionis oppidi Citrarii. 611
1545 16. Decemb. Decretum regii Collateralis Conſilii, ut Caſſinates poſſint delinquentes e caſtro S. Petri de Avellana ad carceres urbis S. Germani transferre. 612
1550 10. Febr. Litteræ Abbatis Caſſin. eligentis judicem ad contractus in oppido Vallisrotundæ. 613
1556 13. Decembris. Inſtrumentum concordiæ initæ inter cœnobium Caſſinen. & Martiam Maramaldam. 615
1558 3. Decembris. Sententia pro Caſſinatibus circa fines S. Petri in fine. 615
1559 14. Novembr. Inſtrumentum compoſitionis inter cœnobium Caſſin. & Sangermanenſes. 616
1565 23. Octobr. Decretum Commiſſarii cauſæ inter Caſſinates & Sangermanenſes. 622
1565 24. Octob. Aliud decretum ejuſdem Commiſſarii in eadem cauſa. 622
1565 22. Decemb. Decretum ſacri Conſilii in eadem cauſa. 622
1566 21. Februarii. Decretum ſacri Conſilii in eadem cauſa. 623
1566 16. Martii. Decretum Sacri Conſilii in eadem cauſſa. 623
1566 8. Junii. Decretum Sacri Conſilii in eadem cauſſa. 623
1566 17. Junii. Epiſtola Proregis Neapol. invitantis Abbatem Caſſin. ad regni Comitia. 624
1566 16. Novemb. Decretum regiæ Cameræ in cauſa inter Caſſinates & Marcellum Pignone quoad Cancellarias. 623
1568 ultimo Junii. Inſtrumentum, quo Caſſinates omnes Abbatiæ juriſdictionis, & majorem redditiuum partem ad annos novem locant. 624
1570 19. Decemb. Sententia in cauſa pro finibus inter Caſtellum Novum, & S. Georgium. 625
1571 ultimo Aprilis. Epiſtola Regiæ Curiæ ad Abbatem Caſſin. 625
1571 8. Maii Libellus ſupplex Citrarienſium ad Caſſinates. 625
1587 13. Aprilis. Decretum Sacri Conſilii pro Caſſinatibus. 629
1588 1. Julii. Sententia pro Monaſterio S. Liberatoris. 630
1589 12. Novemb. Litteræ Abbatis Caſſin. eligentis judicem ſecundarum cauſarum. 631
1592 15. Februarii. Sententia pro Caſſinatibus. 633
1594 19. Decemb. Decretum pro judice cauſarum ſecundarum civilium. 633
1598 11. Decemb. Inſtrumentum, quo Caſſinates oppidum Fellæ Univerſitati *Bonifati* locant. 634
1599 29. Novemb. Decretum Commiſſarii pro Caſſinatibus contra Sangermanenſes. 636
1599 20. Decembr. Decretum Sacri Conſilii pro Caſſinatibus contra Sangermanenſes. 636
1609 12. Aprilis. Decretum magnæ Curiæ Vicariæ

cariæ

Digitized by Google

cariæ cauſam Venantii Pollaſtrellæ remittentis ad judicem ſecundarum cauſarum cœnobii Caſſin. 638

1600 14. Julii. Decretum Commiſſarii cauſæ inter Caſſinates, & Sangermanenſes. 636

1600 8. Junii. Decretum Conſiliariorum duarum aularum in eadem cauſa. 637

1600 24. Auguſti. Decretum magnæ Curiæ cauſam Aloyſii de Taſſia remittentis ad judicem ſecundarum cauſarum cœnobii Caſſin. 638

1600 4. Novemb. Decretum Commiſſarii cauſæ pro Caſſinatibus. 637

1601 3. Septemb. Decretum Commiſſarii in eadem cauſſa. 637

1609 20. Julii. Decretum pro Caſſinatibus contra Capitaneum juriſdictionis criminalis. 640

1615. 24. Aprilis. Conventio inter Caſſinates, & oppidanos S. Petri de Avellana. 641

1616 Inſtrumentum, quo Caſſinates locant ad quatuor annos oppidum Citrarii. 644

1617 22. Julii. Conventio inter Caſſinates, & Citrarienſes. 644

1617 10. Septem. Decretum regiæ Cameræ vendentis Caſſinatibus juriſdictionem criminalem urbis S. Germani. 642

1617 17. Octobris. Decretum ejuſdem Cameræ pro eadem venditione. 643

1620 10. Junii. Epiſtola regis Philippi III. prædictam venditionem irritantis. 643

1625 16. April. Epiſtola Philippi IV. regis in gratiam Caſſinatium. 646

1625 5. Decembris. Decretum commiſſarii cauſæ pro Caſſinatibus contra capitaneum juriſdictionis criminalis. 646

1627 8. Martii. Sacræ Rotæ deciſio archivi Caſſinenſis dignitatem comprobantis. 799

1627 9. Auguſti. Decretum cauſæ commiſſarii pro Caſſinatibus contra capitaneum juriſdictionis criminalis. 647

1628 17. Martii. Litteræ Proregis Neapolitani ad capitaneum juriſdictionis criminalis. 648

1628 30. Julii. Privilegium Urbani VIII. Caſſinatibus conceſſum. 704

1628 10. Decem. Breve Urbani VIII, qui chartas quaſdam ab archivo Caſſinenſi ſibi remitti jubet. 707

1638 18. Decemb. Breve Urbani VIII. quo facultatem dat Abbati Caſſin. degradandi ſubdiaconum. 649

1641 30. Aprilis. Epiſtola, Caſſinates a dandis militibus eximens. 650

1641 28. Junii. Decretum Sacri Conſilii cauſam remittentis ad judicem ſecundarum cauſarum. 650

1646 22. Septemb. Litteræ Philippi IV. pro Caſſinatibus. 652

1646 29. Novemb. Epiſtola Proregis Neapolitani Caſſinates a dandis militibus eximentis. 649

1646 25. Decemb. Epiſtola Proregis Neapolitani ad Abbatem Caſſin. eum a dandis militibus eximentis. 650

1647 16. Septem. Supplex libellus oppidanorum Pediſmontis & Villæ ad Abbatem Caſſin. 653

1647 16. Septemb. Reſponſio Abbatis Caſſin. ad dictum ſupplicem libellum. 654

1648 27. Aprile. Epiſtola Joannis Auſtriaci ad Abbatem Caſſin. 655

1648 11. Maggio. Epiſtola Principis Rocchæ Romanæ Caſſinates laudantis. 655

1649 Decretum regiæ Cameræ cauſas mixtas & ſecundas civiles Caſſinatibus vindicans. 659

1650 26. Auguſti. Privilegium Franciſco Tuttavillæ a Philippo IV. conceſſum. 657

1653 72. Junii. Epiſtola Proregis Neapolitani & Collateralis Conſilii ad Philippum IV. 663

1654 27. Auguſti. Monitorium Auditoris Cameræ Apoſtolicæ pro Monaſterio Caſſin. adverſus Eccleſiaſticos Pediſmontis & Villæ. 8

1655 20. Aprilis. Litteræ Hiſpaniarum regis ad Proregem Neapolitanum. 664

1661 14. Febr. Sententia Philippi regis irritantis contractum inter cœnobium Caſſin. & univerſitatem Bonifati. 694

1665 18. Maii. Decretum regii collateralis Conſilii pro Caſſinatibus. 667

1665 23. Octob. Epiſtola Proregis Neapolitani ad Abbatem Caſſin. 667

1669 26. Martii. Inſtrumentum, quo Hyppolita Palagana declarat velle ſe nummis a cœnobio Caſſin. ſubminiſtratis in ejuſdem cœnobii beneficium emere a D. Tuttavilla juriſdictiones omnes, quas a rege habuerat. 668

1669 26. Martii. Diploma Proregis Neapolitani præfatum Hippolitæ Inſtrumentum ratum habentis. 676

1669 27. Martii. Inſtrumentum, quo Hyppolita Palagana emit pro cœnobio Caſſin. juriſdictionem criminalem primarum & ſecundarum cauſarum Abbatiæ Caſſin. 679

1670 8. Januarii. Litteræ Caſſin. Abbatis Patronum pauperum conſtituentis. 692

1673 21. Auguſti. Diploma Caroli II. regium aſſenſum præbentis præfato emptionis inſtrumento. 678

1676 9. Octob. Decretum Magnæ Curiæ Vicariæ, cauſam ad curiam Baronalem S. Germani remittentis. 693

1713 21. Febr. Sententia pro Monaſterio S. Liberatoris. 631



Digitized by Google

# INDEX RERUM MEMORABILIUM.

## A

ABbas Caſſinenſis prætermittitur in Catalogo Baronum, queis jubente Friderico II. credita fuerunt mancipia. 6. & in computis, & numerationibus aliis Baronum, & Feudatariorum omnium Neappolitani Regni. *ibid.* a militari ſervitio pluries declaratur immunis. *ibid.* Ei procuratio, utpote Domino, ab oppidis ſuæ juriſdictionis perſolvitur. 8. Ei ſubditus erat Aquinenſis Epiſcopus. 91. Rebelles ſubditos coercet Abbas Caſſinenſis. 91. exercitum cogit, prælium contra Teani Comites init, obſidet oppida Cervarii, & S. Angeli ſibi ſubdita, hujus mœnia ſolo æquat e ſuprema abſolutaque ſua poteſtate. 143. Caſſinenſis Abbatiæ oppida mœniis circumdat. 147. Abbatis Caſſinenſis abſoluta juriſdictio. 199. Feudatarii juramento ſeſe Abbati Caſſinenſi obſtringunt. 204. ejus ſuprema juriſdictio, 224. Feuda concedebat. 226. exercitum cogit. 240. 278. 318. pro expeditione Terræ ſanctę milites libere offert. 267. Petro de Foreſta caſtrum S. Petri in Fine in feudum concedit. 278. Caſtra ab Abbate Caſſin. munita, 294. jura quædam Caſſin. Abbatis 298. 299. Notarii ab Abbate Caſſin. creati. 307. 310. 321. 325. Bona rebellium ab eodem aliis tradita, 308. 309. 310. judicem generalem & juſtitiarium creat. 320. vocatus a Pontifice ad Concilium generale. 335. Pro benedictione Abbatis Caſſin. pecuniæ ab oppidis ſubditis dabantur. 340 Prandium eidem debebatur. *ibid.* Inerat Abbati Caſſin. facultas ex ſubditis ſuis nobiles creandi, quotquot ad id muneris honoriſque aptos æſtimaret. 347. Penes Abbatem Caſſin. non tantum fuit concedere feuda, ſed dividere quoque pro libito. 350. Bona juſſu Abbatis publicabantur in ditione Caſſin. 359. Supremique Principis alia munia obibat. *ibid.* Jus eligendi Archipresbyterum Pediſmontis habebant. 381. 403. Gubernator & advocatus totius Abbatiæ Caſſin. ab Abbate creatus. 411. jus habebat præſentandi Abbatem S. Martini Villæ. 412. Nobiles declarabat. 412 Immunitates concedere penes ſolum Caſſinen. Abbatem. 413. Certa pecuniæ quantitas Abbati Caſſin. a ſubditis perſoluta, cum recens benediceretur. 422. Abbatem S. Luciæ Villę Pediſmontis utpote temporalis ejus oppidi Dominus præſentabat. 540. jus prandii Abbati Caſſin. debiti. *ibid.* Abbas Caſſin. poterat facere pacem & treguam. 545. ad regni comitia vocatur. 624. 627. Abbas Caſſinenſis ſemper ditionis ſuæ dominus. 662. ſtatis anni temporibus ad ſubditorum utilitatem elegit in urbe S. Germani cum aliquot miniſtris. 748

Abbatiæ Caſſinenſis fines. 70. Bella in Abbatia Caſſinenſis graſſata. 466. Quot homines anno 1476. Abbatiam Caſſinenſem incolerent. 564. Indigenæ Abbatiæ Caſſinenſis a judice primarum cauſarum ad judicem ſecundarum cauſarum appellare debent. 603. eaque de re ſententia pro Caſſinatium jure. *ibid.*

Abbatia Terræ Majoris ordinis S. Benedicti in diœceſi Beneventana ſita. 715

Acta curiæ laicalis Caſſinenſis. 545

Actionarii quinam eſſent? 13

Actione injuriarum, vel contumeliæ cum quis in alium agebat, dicebat maluiſſe ſe tot potius uncias perſolvere, quam injuriam illam pati, & contendebat a judice, ut tantidem condemnaretur reus. 544

Actor quis ſit? 18

Adelbertus Teatinus, plura cœnobio S. Liberatoris concedit, eaque inter duodecimam partem Caſtellionis. 177. Item ſeptem homines, eorumque bona. 178

Adelgrima Comitiſſa quatuor caſtra Caſſinenſibus elargitur. 212

Adelheida Othonis Magni uxor Benedictinum ordinem fovit quibuſdam fundatis, dotatiſque cœnobiis, in quorum uno ſepeliri voluit. 77.

Adelpertus Azzonis filius quædam cęnobio Caſſinenſi elargitur. 109

Adenulphus Decanus Caſſin. ejuſque geſta. 277

Adenulphus Abbas invitus Abbatiam Caſſinen. renunciat. 290

Adohæ primus inſtitutor fuit Imperator Conradus. 3. Monaſterium Caſſinenſe, ejuſque oppida ab adoha immunia. 6. & non ſolum pro terris, ſed etiam pro cunctis etiam corporibus juriſdictionalibus. *ibid.*

Advocati abbatiæ Caſſinenſis, eorum origo, & juriſdictio. 391. Advocati monaſteriorum primo reges ipſi; mox homines præpotentes, Duces, ac comites. *ibid.* ſtipendium ipſis conſtitutum. 392. Monaſteriorum lites omnes proſequebantur, imo & duella, ſi neceſſe erat, ſuſcipiebant, & ad caſtra pergebant cum militibus. *ibid.* officium iſtud in dignitatem poſtea evaſit, quæ una cum annuo ſtipendio tranſibat ad hæredes advocatorum. *ibid.* Advocatiæ demum ſeculo quartodecimo penitus extinctæ. *ibid.* Antequam munus inirent Advocati, abbati monachiſque præſtabant ſacramentum. 392. Advocatorum quoad cœnobia munus. 393. Advocatorum antiquitas. *ibid.* Duplicis generis advocati. *ibid.*

Ædes variæ veteris Caſini exiguis lapidibus figuræ rhombi reticulato opere conſtructæ, quarum rudera adhuc viſuntur. 737

Ædiles

Ædiles aderant in veneri urbe Caſino. 737
Ægidius Caſſin. abbas varios Magiſtratus creat. 629
Affiliationis falſæ contractus prohibitus. 326
Agenardus caſtaldeus Capuanus quæ Caſſinenſi monaſterio donet? 36
Ajo Beneventanus princeps quæ Caſſinenſibus concedat? 41
Albani roccæ caſtrum Caſſinatibus emptum. 509
Albo Aprutienſis medietatem caſtelli Saline, & alia cœnobio Caſſinenſi donat. 108
Aldio, & Aldia quinam eſſent. 45
Alexander Papa privilegium Caſſinatibus concedit. 175
Alexander Papa III. ampliſſimum privilegium Raynaldo Abbati Caſſin. concedit, in quo ejus monaſterii bona juriſdictioneſque confirmat. 260
Alexander Papa IV. juriſdictionem criminalem cœnobio Caſſin. confirmat. 301
Alexander Papa VI. Federicum regem Neapolitanum deiicit, & regnum concedit conjunctim poſſidendum Ludovico XII. Galliarum regi, & Ferdinando Catholico. 577
Alienigena quilibet ſi intra fines ditionis Caſſinenſis habitaturus deveniſſet, poterat, cui liberet, ſeſe ſubmittere. 309
Alphonſus Aragoniæ rex a Joanna II. regina Neapolitana in filium adoptatur. 524. ei opem fert contra Ludovicum III. Andegavenſium ducem, terra marique Neapolim obſidentem. *ibid.* urbem s. Germani occupat. 534 Neapolim capit. 536. Urbem s. Germani liberat. *ibid.* Inveſtituram regni Neapolitani ab Eugenio IV. accipit. 537. Bona adempta Caſſinatibus reſtitui jubet. *ibid.* ejus ſententia in lite de prandio orta inter cœnobium Caſſin. atque oppida S. Apollinaris S. Ambroſii, & Vallisfrigidæ. 541. obit. 546
Alphonſus II. Ferdinando patri ſuffectus regnum Neapolitanum Ferdinando II. filio concedit. 568
Amalphitanorum Mercatorum area in urbe s. Germani. 748
Amata nobilis familia oppidi Peſculi Conſtantii. 762
S. Ambroſii oppidani ſolvebant Caſſinatibus gallinam propter domum. 385. Inquiſitio in hoc oppido facta. *ibid.* & 431. Bona oppidanorum s. Ambroſii cœnobii Caſſin. propria. 435. prandium quotannis ſolvere cœnobio Caſſinenſi promittunt. 540. ad officium redeunt, & gratiis augentur. 668. hoc oppidum in colle ſitum. 750. Ejus eccleſia s. Blaſii ab archipresbytero regitur. *ibid.* Quædam ibi eccleſiæ, laicorum ſodalitas, noſocomium & medicus oppidanus. *ibid.* Fertilem ejus agrum alluit Garilianus. *ibid.*
Ambroſius abbas Caſſinenſis plures magiſtratus eligit. 639. alios item *ibid.* procuratorem conſtituit ad generalia comitia. *ibid.*
Ammirati vocabulum a Saracenis mutuatum quid ſignificet? 259
Amphitheatrum, quod olim Caſini aderat, & quod adhuc integrum fere perſeverat, deſcribitur. 736. ſæculis poſterioribus Verlaſi, Worlatium, Verlaſcium, & Berlacium dictum. 737
Anaſtaſius Perrone Caſſinenſis abbas plures Magiſtratus creat. 666
Andelago quid ſit. 102
Andreas abbas Caſſin. inquiſitiones in omnibus ſubditis oppidis inſtituit. 427. & ſeqq. cenſum pro oppido S. Viti a Thoma Capuano ſolutum accipit. 434. a Joanna regina litteras obtinet ad miniſtrorum regiorum violentiam comprimendam. *ibid.*
Andreas de Capua Abbas ordinis Ciſtercienſis a Ladislao rege conſtitutus Gubernator abbatiæ Caſſinenſis. 509. jubetur curare, ne cœnobii Caſſin. Vaſſalli ad Abbatem Henricum ullo modo jus petituri recurrerent. *ibid.*
Andreas abbas Caſſin. plures Magiſtratus creat, præcipue judicem ſecundarum cauſarum. 631 632.
Andreas Arcionius abbas Caſſinenſis plures magiſtratus creat. 651. item alios. 653
Andreas Deodatus Caſſinenſis abbas judicem cauſarum ſecundarum conſtituit Hieronymum Roſcio. 693. Gubernatorem S. Germani Nicolaum Buccinum. *ibid.* Capitaneum Serræ Monaceſchæ, S. Petri alioſque Magiſtratus eligit. 694. alios item Magiſtratus conſtituit. 694
S. Andreæ caſtrum Caſſinatibus ſubditum: inquiſitio in eo facta. 431. S. Andreæ oppidani ad officium redeunt, & gratiis a Caſſinatibus augentur. 667. Hoc oppidum in colle ſitum cœnobiolum Caſſinenſium antea erat. 750. Ibi Eccleſia S. Benedicti, quam regit archipresbyter. *ibid.* Vaſa ibi cretacea conſtruuntur. *ibid.* Fertilem ejus agrum alluit Garilianus. *ibid.* Quædam ibi familiæ civiliter cultæ, ac divites. 750
S. Angeli vicum a ſæculo VIII. obtinent Caſſinates. 763. Nunc incolis deſtituitur. *ibid.* ejus agrum alluit fluvius Biſara. *ibid.*
S. Angeli in Theodice incolis privilegium ab abbate Caſſin. conceſſum. 383. inquiſitio in hoc oppido facta. 382. judex hujus oppidi judicare debebat ſecundum leges Langobardorum. 383. Inquiſitio in hoc oppido facta. 431. Ejus incolæ rebellionem contra cœnobium Caſſin. tentant. 467. eos cum facti pœnituiſſet, ab Abbate Caſſin. omni pœna abſolvuntur. *ibid.* Hoc oppidum ab Aligerno abbate conſtructum. 749. in eo unica parochia, aliæque Eccleſiæ, noſocomium atque laicorum ſodalitas. 750. Unus inde ortus Epiſcopus. *ibid.*
Angelus Caſſin. Epiſcopus revocat exemptiones a ſervitiis, immunitates &c. ſubditis ab abbate Caſſin. conceſſas. 409. Quædam oppidanis Cucurutii elargitur. 410. judicem totius Abbatiæ Caſſin. creat Ludovicum de Boſis. 411. & judices ad contractus Joannem a Pontecurvo. *ibid.* & 412
Angelus III. Epiſcopus Caſſin. e gente Urſinas. 412. ejus epiſtola ad Epiſcopum Aquinatem pro abbatia S. Martini Villæ. *ibid.* univerſæ Caſſin. abbatiæ notarium creat Geroldum. *ibid.* nobilem declarat Petrum Ratium de S. Victore. *ibid.* Forum & nundinas in oppido S. Victoris inſtituit. *ibid.* notarios, & judices ad contractus creat, Vaſſallum accipit, immunitates quibuſdam, & caſtrum S. Viti in feu-

feudum concedit. 413. Riccardo, & Ludovico filiis Jacobi de Pignatario mandat reſtitui bona dotalia eorum matris. 415

Angelus Caſſinenſis abbas plures magiſtratus creat. 616. item alios. 623. ad regni comitia a Prorege per litteras invitatus. 624. alios magiſtratus eligit. 624. item alios. 626

Angelus de Nuce Caſſinenſis abbas plures magiſtratus conſtituit. 666. alios. 667. epiſtola Cardinalis de Aragonia Proregis ad eum ſcripta. *ibid.* alios magiſtratus eligit. 668

Anni a Nativitate Domini aliter a Græcis, & Romanis enumerati. 215

Annibal Caſinatem agrum depopulatus eſt. 735

Anonymorum Caſſinenſium authoritas. 254

Antonius de Arenzano Balneoregienſis Epiſcopus Ughello non memoratus. 511

Antonius Carrafa abbatiam Caſſinenſem init, 538. bona publicata cuidam reſtituit. 539. beneficium S. Antonii Caſtelli novi Leoni Caracciolo confert. *ibid.* Judicem ad contractus eligit Petrum Furnum. *ibid.* Gubernatorem ditionis Caſſin. dicit Carrafellum Carrafam, *ibid.* Abbatem S. Luciæ Villæ Pediſmontis eligit. 540

Aquæductus veteris Caſini, qui adhuc ſuperſunt, deſcribuntur. 737

Aquæfundatæ caſtrum a Caſſinenſibus acquiſitum. 201. Inquiſitio in hoc caſtro facta. 428. Ejus ſitus. 752. ædificatum a Comitibus Venafranis. *ibid.* Anno 1099. ab Hugone Morino Venafri Comite Caſſinenſibus donatum. *ibid.* Ibi Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ ab archipresbytero regitur. *ibid.* Probus ibi populus, ac ſatis locupletes familiæ, decoræ ac commodæ domus, & medicus oppidanus. *ibid.* In ejus agro lacus viſitur. *ibid.*

Aquæ ſulphureæ in agro Caſinate. 735

Aquini Comites Abbatiæ Caſſinenſis uſurpata bona reſtituunt, ſpondentque haud ſe amplius Caſſinenſi cœnobio negotium facturos. 132. quæ damna Caſſinatibus irrogarint. 143. Eis donant lacum majorem Aquinatem. 188. eorum audacia repreſſa. 225

S. Apollinaris oppidum noſocomio Caſſinenſi tributum. 303. inquiſitio in hoc oppido facta. 431. quotannis prandium ſolvere cœnobio Caſſin. promittit. 540. Oppidum in ameno tumulo ſitum. 750. Medicum, & aromatarium habet. *ibid.* Quidam ex ejus incolis lanii munere Neapoli funguntur. *ibid.* Princeps ejus Eccleſia S. Mariæ Angelorum ab archipresbytero regitur. 750. Plures ibi Eccleſiæ, & Laicorum ſodalitas. *ibid.* Fertilem ejus agrum alluit Carnellus, & Garilianus. *ibid.* elegantia vaſa cretacea ibi fiunt. *ibid.*

Apophaſis bonorum, ſervitiorum, atque redditum, quæ plures homines vaſſalli Eccleſiæ S. Pauli de Foreſta reddere debebant. 398

Apophaſis bonorum cœnobii S. Liberatoris. 417 Apophaſis caſtrorum cœnobii S. Liberatoris. 422. Apophaſis bonorum Eccleſiæ S. Crucis. 424. Apophaſis bonorum, quæ in oppido Fractarum poſſidebat cœnobium Caſſinenſe. 471. Apophaſis bonorum cœnobii S. Mariæ in oppido Luci. 506. Apophaſis bonorum ac jurium, quæ cœnobium Caſſin. poſſidebat in urbe S. Germani, in oppido S. Eliæ, Cervarii, Terruculi, S. Victoris. 562. in oppido S. Petri in Fine, s. Apollinaris, Juncturæ, s. Ambroſii, s. Angeli, Vandræ, Vallis rotundæ, Cardeti, Sarraciniſci, Aquæfundatæ, Viticuſi, Pediſmontis. 563. Vallisfrigidæ, S. Georgii, Terami, Pignatarii, Collis s. Magni, Cucurutii, Mortulæ, & S. Andreæ. 564. Apophaſis bonorum cœnobii S. Liberatoris. 566

Arbitri electi pro dirimenda lite inter oppidum s. Victoris, atque cœnobium Caſſin. 469. item inter cœnobium Caſſinenſe & Antonium Spinellum roccæ Guillelmæ dominum. 529

Archiatri abbatis Caſſinenſis immunes a ſolvendis collectis, aliiſque fiſcalibus. 466

Archiepiſcopus Neapolitanus Vicarius Abbatis Caſſinenſis. 351

Archiva in Eccleſiis Latinis, & monaſteriis potiſſimum aſſervata. 698

Archiviſta Caſſinenſis eſt Notarius Pontificis, ac ſedis Apoſtolicæ. 705. qua adhibita diligentia, & fide novas chartas, & libros in archivo Caſſin. reponat. 727

Archivum Caſſinenſe publicum, legale, & inſigne appellatum ab Urbano VIII. 481. ejus præſtantia, & fides. 696. ab ipſa cœnobii Caſſinenſis origine plura diplomata in eo aſſervata. *ibid.* quod probatur auctoritate Leonis Oſtienſis. *ibid.* & Petri Diaconi. 697. Sacræ Rotæ Deciſiones archivi Caſſinenſis dignitatem prædicant. 699. archivum Caſſin. tota Europa celeberrimum. *ibid.* Æquiparandum archivo Epiſcopali. *ibid.* imo præferendum archivis Epiſcopalibus. 700. omnes conditiones habet requiſitas ad archivum publicum. *ibid.* uti publicum & inſigne ſemper a ſummis Pontificibus fuit habitum. 701. declaratur archivum Caſſinenſe eſſe publicum & legale. 703. Privilegia Romanorum Pontificum pro archivo Caſſinenſi. 704. Gregorii XV. & Urbani VIII. *ibid.* Archivum Caſſinenſe publicum, legale, ac authenticum. 705. Eruditi communi ſuffragio plurimum archivo Caſſinenſi deferunt. 706. Jo: Franciſcus Ferentillus in adnotationibus ad deciſionem Rotalem 667. coram Buratto. *ibid.* Joannes Mabillonius in itinere Italico. *ibid.* Bernardus Montfauconius in diario Italico. *ibid.* Joannes Bollandus, Godefridus Henſchenius, & Daniel Papebrochius tom. 3. Martii. *ibid.* Cardinalis de Luca lib. 15. de judiciis. *ibid.* Benedictus Bacchinus in Diſſertatione de Eccleſiaſtica Hierarchia. 707. Urbanus VIII. Chartas quaſdam ab archivo Caſſin. ſibi remitti jubet. 707. judices pro cœnobio Caſſinenſi ſententias proferunt, viſis monumentis ex archivo Caſſinenſi depromptis. 708. *& ſeqq.* Urbanus II. Caſſinatium ſcripturis motus cœnobium Glannafolienſe illis reſtituit. 713. Romani Pontifices Bullas ſuas in archivo Caſſinenſi aſſervandas transmiſerunt. 717. Clemens IV. *ibid.* Honorius IV. 719. 720. Bonifacius IX. proceſſum contra Honoratum Fundanum Comitem a ſe editum in archivo Caſſinenſi aſſervandum miſit. 726. Eugenius IV. Bullam ſuam, qua conceſſas ab Urbano IV. & Martino V. indulgentias in ſolemnitate corporis Chriſti ampliavit, in archi-

chi-

Digitized by Google

chivo Caſſinenſi aſſervandam miſit. 726. Compilator archivi juriſdictionis regiæ plura affert monumenta ab autographis archivi Caſſinenſis deprompta. 727. Caſſinenſis archivi fidem commendat ſumma diligentia, qua ſemper illud cuſtoditum fuit a monacho prudenti, & idoneo ab Abbate Caſſin. ad id deputato, a quo tantum archivi clavis cuſtoditur, neque ulli, eo abſente, in archivo aditus eſt. 727. Cura, qua novæ chartæ, protocolla, libri in eo reponantur. *ibid.* Si eccleſia aliqua, univerſitas, aut perſona ſcripturas ſuas originales in archivo Caſſinenſi reponere velit, haud id citra Abbatis Caſſin. licentiam in ſcriptis factam præſtare poteſt. *ibid.* ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna non poteſt aliquis ab archivo Caſſinenſi autographum aliquod extrahere citra abbatis Caſſin. pro tempore licentiam in ſcriptis habitam. *ibid.* Miram Caſſinatium in cuſtodiendo archivo ſuo diligentiam prædicant Sangermanenſes. *ibid.* articuli a Caſſinatibus propoſiti quoad archivum Caſſinenſe. 728

Ariadenus Barbaroſſa in regnum Neapolitanum irrumpens, plurimum graſſatur: Citrarium præſertim depopulatur. 608

Ariani epiſcopus Vicarius Abbatis Caſſinenſis. 498.

Arnipertus Compſanus quædam bona cœnobio Caſſinenſi elargitur. 27

Arx in ipſo Caſſinenſi Monaſterio. 565. Arx Montis Caſini, aliæque a Ferdinando rege Caſſinatibus ademptæ. 566

Atenulfus princeps Beneventanus privilegium cœnobio S. Mariæ in Cingla concedit. 44. aliud item cœnobio Caſſinenſi. *ibid.* Quando regnarit. 45

Aternum forte modo eſt Piſcaria in Aprutio citra. 103

Atina vi privilegii Henrici VI. Imperatoris ad Caſſinates pervenit. 276. privilegium ejus civibus a Roffrido Abbate Caſſinenſi conceſſum. *ibid.* Romanorum colonia. 277. a Caſſinatibus recuperata. 278. Iterum ab Henrico Imperatore Caſſinatibus conceſſa. 278

Auctor Chronici Caſſinenſis non fuit Joannes I. Abbas Caſſinenſis. 2

Auguſtinus Bonſius Abbas Caſſin. quibuſdam immunitatem a ſolvendis decimis concedit. 607. Gubernatorem in urbe S. Germani conſtituit. 608. item Citrarii Capitaneos. *ibid.*

Aulæ veteres tres antiqui Caſini adhuc extant optimo, & lævigato tectorio. 737

Azzo Marſicanus Caſtrum Metam monaſterio Caſſinenſi offert. 180

# B

Bacchinius laudat archivum Caſſinenſe. 707

Bajulus a curia juriſdictionem longe majorem habebat, quam ſimplex bajulus. 382

Ballivus quis eſſet, & quodnam eorum munus. 231 *Diſſert.*

Balnea Mortulæ. 319. ſuperſunt adhuc in agro Suii Mortulæ ſubdito balnea ſulphurea. *ibid.*

Bandra caſtrum Caſſinatibus ſubditum: inquiſitio in eo facta. 430

Bandus primigenia ſignificatione vox militaris. 70. ab hac Italica vox *bandiera*. *ibid.* ſignificat etiam cohortem. *ibid.*

Bannum juſſu Bernardi Abbatis Caſſin. in oppidis ſuæ ditionis promulgatum. 330

Baraſo Sardiniæ regulus Monachos Caſſinates acceſſit, boniſque ditat. 174. privilegio ab eo cœnobio Caſſinenſi conceſſum. 266

Barrea caſtellum Caſſinatibus ſubditum ubi jaceat. 761. In temporalibus Principi Scamni paret, in ſpiritualibus Caſſinatibus. *ibid.* Initio ſæculi XI. incolis deſtitutum erat. *ibid.* Caſtelli Eccleſia S. Thomæ Apoſtolo ſacra ab archipresbytero regitur. *ibid.* Quædam etiam ibi capellæ, & beneficia de jure patronatus. *ibid.* Sodalitates quædam laicorum, noſocomium, & conventus PP. Reformatorum. *ibid.*

Bartholomæus de Ravello vaſſallus veſtiarii Caſsin. evadit. 308

Baſilius Abbas Caſſinenſis caſtellum Petramfracidam in feudum concedit. 136

Baſilius Caſſin. Abbas plures magiſtratus creat, & præcipue Judicem cauſarum ſecundarum in oppido ſancti Petri de Avellana. 633

Bellum inter Pontificem & Imperatorem. 294 Bellum inter Pontificem & Ferdinandum I. 565

Benedictus Diaconus Tarentinus quædam monaſterio Caſſinenſi donat. 31

Berardus Marſorum Comes Monaſterium S. Mariæ de Lucu, & alia Caſſinatibus concedit. 171. alia quædam eiſdem elargitur. 195. Iterum alia. 218

Berengarius & Adelbertus Italiæ reges privilegium cœnobio S. Angeli concedunt. 74. Quo tempore regnarint. 75

Bernardi Epiſcopi Cajetani ætas diſcuſſa. 112. Eccleſiam S. Scholaſticæ Caſſinatibus renunciat. 113. Caſale Spinium a Comitibus Trajectenſibus in placito repetit. 116

Bernardinus Caſſin. Abbas diverſos Magiſtratus eligit. 645

Bernardus, & Rogerius Domini montis Millii ſi quid cauſæ ſibi ipſis eſſet cum Eccleſia S. Petri de Avellana, coram Abbate Caſſinenſi experturos promittunt, & quod in curia fuerit judicatum obſervaturos. 266

Bernardus I. electus Caſſin. Abbas ab Urbano IV. expedita Bulla. 302. bona plura Alberto Signoricto concedit. 304. Clero, indigeniſque S. Germani, & S. Petri ad Monaſterium privilegium largitur. 304. Inquiſitionem in oppidis Pediſmontis & Villæ inſtituit. 306. Notarium, & prothonotarium creat. 307. 310. quædam bona Guillelmo de Solegniaco concedit. 308. Joanni item de Tranſio Atinati. *ibid.* & Girardo de Corziaca. *ibid.* Saulem & ejus filios archidiacono Bruno confirmat. 309. alia bona Alberto Signoricto concedit. 309. & notario Benedicto a S. Germano. 310. & Ger-

mano de Flodoino. 310. Inquiſitionem in oppido S. Eliæ inſtituit. 310. in oppido Cervariæ. 314. in oppido S. Victoris. 315. in oppido S. Petri in Fine. 316. decernit, ut ſi quis conceſſiones haberet, immunitates, aliaque privilegia, ejus rei documenta exhiberet. 320. Decretum Bernardi pro fraudibus vitandis. 320. Theobaldum de Vaſco totius Abbatiæ Caſſin. publicum notarium creat. 321. bona quædam Richardo de Monte nigro retrocedit. 321. latifundia rebellium Franciſco prothonotario concedit. 323. & Petro de Jenetel. 324. Jacobum de Mercurio notarium creat. 325. accolis Terruculi bona confirmat. *ibid.* milites creat. *ibid.* Bartholomæum a s. Germano notarios creat, *ibid.* bona incolis oppidi S. Angeli in Theodice confirmat. *ibid.* Presbyterum Guillelmum notarium creat. 326. Quoſdam oppidi S. Ambroſii incolas exemptionibus donat, *ibid.* Decreta quædam Bernardi Abbatis. 326. Magiſtrum Nicolaum in vaſſallum recipit. 327. Inquiſitionem inſtituit in oppido s. Petri de Avellana. *ibid.* Joannem Capuanum tabellionem creat. 329. Apocham Alberto Signoricto facit. *ibid.* judicem in oppido Pontiſcurvi, & notarios creat. 331. Decretum in oppido S. Eliæ promulgat. *ibid.* Pignatarii incolis immunitates concedit. 336. tabelliones duos creat. 336. Bernardi pro juribus cœnobii ſui conſervandis diligentia. *ibid.* generales inquiſitiones in omnibus oppidis Caſſinatibus ſubditis inſtituit. *ibid.* Decernit, quæ ab incolis Cervarii mon [illegible]terio Caſſin. præſtanda eſſent. 342. Sententia Bernardi Abbatis pro civibus Cervarii. 343. Ejus decreta pro oppido S. Apollinaris. 345. pro Univerſitate S. Victoris. *ibid.* pro oppido S. Petri in Fine. 345. pro civibus Vallis rotundæ. 346. pro S. Angelo in Theodice. 347. pro hominibus caſtri S. Stephani. *ibid.* Andream de Petro notarium creat. 347. Bona quædam Petro de Jenetel concedit. *ibid.* Ejus ſententia in Univerſitatem Fractarum. 348. Robertum Sebaſtiani notarium creat. 349. controverſias dirimit quoad immunitates, quas aliqui s. Angeli oppidani habere contendebant. 349. privilegia quædam concedit Petro Comiti ſtabuli Caſſin. 349. Bona medico Stephano concedit. 350. Abramantem notarium creat. *ibid.* Renovat conceſſionem rocchæ s. Viti Raynaldo aliiſque. 350. judicem in oppido Pontiſcurvi conſtituit. *ibid.* publicum in oppido Mirtulæ aliiſque Abbatiæ caſtris notarium conſtituit Matthæum Benedicti de Auguſtino. 351. Judicem oppidi Fractarum creat. *ibid.* Plures notarios conſtituit. *ibid.* jubet incolis, clericiſque Faræ, ut in omnibus Præpoſito s. Euphemiæ parerent. *ibid.* ejus Vicarius Archiepiſcopus Neapolitanus. *ibid.* Notarium creat. *ibid.* Legationes a Bernardo initæ. 356. Bernardi virtutes. *ibid.* opuſcula ab eo edita. *ibid.* Impoſturæ in Bernardum refelluntur. 357. Langobardicas leges ſubditis ſuis permiſit. 361. Bernardi erga Carolum regem pietas. 362. ob quam magno in pretio ab eodem rege ſemper eſt habitus. 363. Bernardum pecuniis corruptum inducias pepigiſſe mentitur Auctor Anonymus. 364. Quando Bernardus obierit. 374. Secundum regeſtum Bernardi Abbatis vindicatum. 617

Bernardus III. Caſſinenſis Abbas Monacho cuidam Caſſinenſi eccleſias, vaſſalloſque cœnobio Caſſinenſi ſubditos in Sardinia gubernandos committit data epiſtola. 394

Bernardus Ferrajolus Caſſinenſis Abbas plures magiſtratus creat. 627. ad regni Comitia vocatur. *ibid.* alios Magiſtratus creat. 628

Berolaſis quid ſignificet? 737

Berteramus Nobilis Pennenſis quæ Caſſinenſi cœnobio donaverit? 84

Bertharius Abbas Caſſinenſis cœnobium communit, & urbem ad montis radices exſtruit. 37. Polipticon rerum omnium, quas in Comitatu Teatino, & Pennenſi cœnobium Caſſinenſe poſſideret, conficiendum curavit. 41.

Boamundus bona a Ricardo patre Caſſinatibus donata confirmat. 205. Antiochiæ princeps evaſit. 206

Boccaccius refellitur. 757

Bollandus, & ſocii laudant archivum Caſſinenſe. 706. Bona ab inteſtato decedentium cœnobio Caſſinenſi vindicata. 488. 491. 539.

Bonifacius Papa IX. ut nutantes Caſſinatium res utcumque confirmaret, Breve ad univerſos Caſſinatium ſubditos mittit. 474. Henrico Abbati Caſſinenſi jubet, ut bellum in Honoratum Fundorum Comitem inſtruat, eique concedit, ut decimis Eccleſiaſticis ditionis Caſſinenſis ad ipſum hoc bellum utatur. 489. Oppidanos Pontiſcurvenſes a cenſuris abſolvi mandat per Joannem epiſcopum Aquinatem. 490. confirmat Alexandri IV. privilegium, quo Henrici VI. diploma Caſſinatibus juriſdictionem civilem criminalemque vindicans ratum habetur. 495. confirmat etiam privilegium, quod Henrici VI. & Conſtantiæ donationem oppidorum Malveti Atinæ &c. atque juriſdictionis criminalis confirmationem continet. *ibid.* Conſervatores ad jura cœnobii Caſſinenſis in inſula Sardiniæ vindicanda conſtituit Archiepiſcopos Piſanum, Arborenſem, & Turritanum. 495 eamdem auctoritatem Archiepiſcopo Neapolitano, & Epiſcopis Cajetano & Ferentinenſi dat, quo occupata Caſſinenſium bona in libertatem vindicarent. 496 ejus Bulla, in qua oppida caſtellaque a regibus, regnique dynaſtis uſurpata cœnobio Caſſinenſi memorantur. ibid. graviſſimum atque longiſſimum proceſſum publicavit contra Honoratum Fundanum Comitem, cujus autographum unum in archivo Caſſinenſi aſſervandum miſit. 726.

Bonus comes plura monaſterio Caſſinenſi impertitur. 220

Borel-

Borellus comes de Petra Abundanti cœnobio Caſſinenſi donat monaſterium S. Euſtaſii, & alia. 80
Borellus comes Borelli filius donat Caſſinenſibus monaſterium S. Petri de Avellana. 178. Item duodecim Caſalia eiſdem reſtituit. 179
Braccius a Montorio ſtrenuus dux a Joanna II. regina Neapolitana ad ſua ſtipendia vocatus. 524. Abbatiæ Caſſinenſis plura oppida occupat. *ibid.*
Bucchianici oppidani quidam cum certam pecuniæ quantitatem ſolvere detrectarent pro latifundiis, quæ poſſidebant in territorio Pomari, conventione ſopitur lis. 551

# C

Caira vicus in territorio urbis S. Germani ad radices montis cognominis. 748. Dicitur etiam vicus S. Baſilii ab parochiali Eccleſia, quam hominesque gubernat unus e Canonicis collegiatæ Eccleſiæ S. Germani. *ibid.* non longe a Caira an. 1724. lacus exortus. *ibid.*
Calaritanus archiepiſcopus an fuerit ſemper, & actu ſit Primus Sardiniæ & Corſicæ. 496.
Calliſtus II. Papa privilegium Caſſinatibus concedit. 238. ejus ſententia pro Caſſinatibus 1120. prolata. 815
Cancellariæ juriſdictionis civilis & mixtæ ditionis Caſſin. cœnobio Caſſinenſi vindicatæ. 623
Cantalupus vicus Caſſinatibus utroque jure ſubditus, nunc deſertus. 762. Ejus agrum Sangrus fluvius alluit. *ibid.*
Capellare quid ſit? 135
Capitaneus juriſdictionis criminalis Abbatiæ Caſſinen. plura Caſſinatibus mala infert, ſed ejus audacia a Carolo II. coercetur. 401. Capitaneus ille dicebatur, qui quæſtionibus criminalibus præerat. 574. capitanei juriſdictionis criminalis in urbe S. Germani violentia compreſſa. 599. ejus præpotentia iterum compreſſa. 609. Capitula a Regente Salernitano conſtituta ad ſedandas lites quotidie obortas inter capitaneum juriſdictionis criminalis, atque Gubernatorem civilem in urbe S. Germani. 627. capitanei juriſdictionis criminalis conatus compreſſi. 640. capitanei juriſdictionis criminalis auſus iterum repreſſi. 646. Litteræ Proregis Neapolitani ad capitaneum juriſdictionis criminalis in urbe S. Germani. 648. capitanei juriſdictionis criminalis auſus denuo repreſſi. *ibid.* capitanei criminalis novi auſus repreſſi. 666
Cappella Familia Caſtelli S. Andreæ, e qua viri eruditione illuſtres. 750
Caprarius Caſinenſis Epiſcopus anno Chriſti 465. Romano concilio ſub Hilaro Pontifice celebrato interfuit. 743. Caſino vindicatur hic Epiſcopus. *ibid.*
Capuana Eccleſia an anno 963. primum Metropolitana evaſerit? 63
Capuæ Principes ab Epiſcopis conſecrabantur. 54. Nummos quoque cudebant. 55. nullam in ditione Caſſinenſi juriſdictionem habuere. 90. Eis non licebat ullum exercitum ab Abbatia Caſſinenſi extrahere. 91. Capuanorum quorumdam Nobilium in Caſſinates machinamenta. 150
Carcerum vicus ubi poſitus. 763. a ſæculo XI. habitabatur; nunc deſertus. *ibid.* Ejus agrum alluit Sangrus. *ibid.* Spirituali jure Caſſinenſibus ſubditur, temporali quibuſdam è Peſculo Conſtantii. *ibid.*
Cardetum caſtrum a Joanne comite Venafrano cum Caſſinenſibus commutatum. 194. Inquiſitio in hoc caſtro facta. 428. Ubi ſitum. 752. Illud mœnibus, turribuſque munivit ſæculo XII. Gerardus Abbas Caſſin. *ibid.* ſubeſt Caſſinatibus, in ſpiritualibus, & temporalibus. *ibid.* Ejus agrum alluit fluvius Charius. *ibid.*
Carnellus fluvius ubi oriatur, & ejus curſus deſcriptio. 754. & ſeqq.
Carolus I. rex Neapolitanus juriſdictionem criminalem cœnobio Caſſinenſi ademit. 4
Carolus Magnus Giſulfianam donationem Caſſinenſibus confirmavit, ſeu iterum donavit. 12. Ejus privilegii fides. 14. Aliud prætera cœnobio Caſſinenſi privilegium conceſſit. *ibid.* quod pariter genuinum probatur. 15. A menſe Martio anni 774. Langobardici regni titulum aſſumpſerat. 16. & Patritii titulum. *ibid.* Langobardicas leges non abrogavit. 361. Permiſit, ut qui Italiam incolerent, ſive Franci, ſive Germani, ſive Langobardi, ſive Romani, ſuis quique legibus viverent. *ibid.*
Carolus Andegavenſis cœnobium Caſſinenſe juriſdictione criminali ſpoliat. 283. utriuſque Siciliæ rex inauguratur. 302. Ditionis Caſſin. oppida capit, & Monachis reſtituit. 302. Carolus rex cum ſuo exercitu in S. Germano. 330. quædam oppida cœnobio S. Liberatoris reſtitui jubet. 351. juriſdictionem criminalem Caſſinatibus adimit. 353. Cauſæ, cur eam ademerit? *ibid.* Injuſta Caroli adverſus Caſſinates molimina Urbanus V. redarguit. 355. Mirum, a Carolo I. juriſdictionem omnem Caſſinatibus non ademptam. 374. quando obierit? 375
Carolus II. rex ejus manutentionis ſententia pro Caſſinatibus quoad creandos judices ad contractus, & notarios. 397. ejus ſententia pro monaſterio S. Liberatoris. 399. alia Caroli beneficia erga Caſſinates. 401. Levat vexatione Juſtitiarii Aprutii cœnobium S. Joannis de Scorſone. 402. dum princeps Salerni eſſet, quædam in eccleſiarum regnique Neapolitani commodum, capitula edidit. 719
Carolus Durrachienſis ab Urbano VI. rex Neapolis creatur; victo, captoque Othone Joannam reginam in poteſtatem accipit, eamque in caſtello Murenſi relegat. 450. Ejus genealogia. 457. Confirmat pacta inter oppidanos Viticuſi, atque Joannem de Jannavilla Venafri olim dominum inita. 451 regni Neapolitani cancellarium creat Petrum

Abbatem Caſſinenſem. *ibid.* Ejus litteræ, quæ Petro Caſſino Abbati utpote regni Cancellario viginti uncias ſingulis menſibus aſſignant. 453. In omnibus hujuſce Caroli privilegiis initialis ejus nominis litera veterum more per ſe deſcribitur. 454. bona omnia allodialia in urbe Neapoli, ejuſque pertinentiis a Benedicto Grimaldo perduelle poſſeſſa cœnobio Caſſinenſi concedit. 456. Mariæ Ludovici filiæ inſidiis necatur. 457

Carolus VIII. Galliæ rex regnum Neapolitanum invadit, & obtinet. 568. privilegium Caſſinatibus concedit, 569. Neapoli coronatur. 570. in Gallias redit. 579

Carolus V. jubet Capitaneo, juriſdictionis criminalis in S. Germano, ne ea uſurparet jura, quæ ad Caſſinatium dominationem pertinerent. 603. ampliores gratias novo diplomate Caſſinatibus concedit. 604. immunitates Citrarienſibus concedit. 609

Carolus de Mauro Caſſinenſis Abbas plures Magiſtratus creat. 666

Carolus II. Hiſpaniarum rex Philippo IV. patri defuncto ſuccedit. 667

Caſale Caſtellum modo dirutum. 752. Duo ibi adhuc beneficia, quæ jure patronatus ad cœnobium Caſſinen. pertinent utpote dominum. *ibid.* In ſpiritalibus epiſcopo Venafrano ſubeſt hoc caſtellum *ibid.*

Caſſinus fluvius ubi ſit. 730. ejus curſus deſcribitur. 735

Caſſinenſe Monaſterium; ejus juriſdictio a Giſulfo II. Beneventano Duce originem traxit. 1. eſt civilis, criminalis & mixta. 3. omnia, quæ poſſidet caſtra, non in feudum, ſed in allodium poſſidet. 4. 5. 6. Guilelmo II. utriuſque Siciliæ regi milites, & ſervientes dedit, ultro, & ſponte, non ratione feudi. 6. Ejus neque terræ, neque corpora juſdictionalia adoham ſolvunt. *ibid.* Giſulphianæ donationis jure in omnia territoria intra fines ditionis ſuæ poſita dominium habet. 7. Etiam hodie in ſuis oppidis poſſidet juriſdictiones Portulaniæ, Syclæ, fidæ, diſfidæ &c. 8. Onera fidæ &c. Eccleſiæ etiam, atque perſonæ eccleſiaſticæ ei ſolvere debent. *ibid.* Univerſalem dominatum in ditione ſua quoad res etiam peculiares habet. 10. Ejus ſuprema juriſdictio evidentiſſima probata. 36. Rerum cœnobii Caſſinenſis incrementa. 193. Monaſterium Caſſinenſe Nicolaus Abbas propugnat. 241. Specialis camera Imperialis dicitur ab Henrico VI. cœnobium Caſſinenſe. 276. Obſeſſum Monaſterium Caſſin. a Marqualdo. 282. juriſdictionem ſpiritualem & temporalem habet. 286. Milites pro terræ ſanctæ expeditione dat. 294. a Federico II. Imp. juriſdictione ſpoliatur. 300. Laudes Monaſterii Caſſin. *ibid.* Caſſin. cœnobii in urbem S. Germani, & oppidum S. Petri ad Monaſterium omnimoda juriſdictio. 306. Ejus ingentes redditus. 330. Caſſinenſe cœnobium camera imperialis. 370. Henrici VI. privilegiis juriſdictio criminalis Caſſinatibus confirmatur. 373. Licebat Caſſinati monaſterio exercitum cogere. 380. Caſſinenſe cœnobium terræmotu funditus obrutum. 407. arbitri electi pro lite dirimenda inter cœnobium Caſſin. & oppidum S. Victoris. 469. cœnobium Caſſin. pluribus anni diebus juriſdictionem criminalem, in univerſa ditione ſua exercebat, ac quotidie juriſdictionem quaſi criminalem quibuſdam in caſibus. 486. Caſſinenſi cœnobio debebantur Tertiaria, decimæ, quarta canonica, quarta funeralis, ſcadentia, & alia vectigalia. 488. Bona ab inteſtato decedentium cœnobio Caſſin. vindicata. 491. habet merum & mixtum imperium. 545. Jura & bona cœnobii Caſſinenſis in urbe S. Germani, in oppido S. Eliæ, Cervarii, Terrucoli, S. Victoris, aliiſque. 562. & ſeqq. Caſſinenſe cœnobium unitum Congregationi S. Juſtinæ de Padua. 582. Cœnobium Caſſin. toto mundo celeberrimum. 593. 597. Adoham non ſolvit. 604. juriſdictiones cœnobii Caſſinenſi locatæ. 624. ſunt allodiales. *ibid.* ab ipſa cœnobii origine plura diplomata in eo aſſervata. 696

Caſſinenſes plura invaſa bona ſua repetunt. 67. alia bona ab iiſdem recuperata. 80. Inſigne placitum ad favorem Caſſinatium contra Duces Cajetæ, & comites Trajectenſes. 109. Novis rebus aucti. 118. Supremæ Caſſinatium juriſdictionis argumenta. *ibid.* Placitum inter eos & Aquini Comites, & conventio. 132. Guaimarii Capuani principis auxilium a Caſſinatibus imploratum. 142. Damna a Comitibus Aquini Caſſinatibus irrogata. 143. Fugatis Nortmannis bona ſua recipiunt. 144. Plura recuperant. 214. eorum bona invaſa. 236. oppida infeſtata. 239 Caſſinates Monachi in Dalmatiam accerſiti. 239. damna Caſſinatibus irrogata. 241. Subditi Caſſinenſium rebellant. 247. Caſſinates in periculo. 248. a Lothario Imperatore levati. 248. dutis literis. *ibid.* & coacto exercitu. 249. aliæ Caſſinenſium viciſſitudines. 257. Caſtra recuperant. 281. vexati. *ibid.* e ſubditis Caſſinatibus quidam cruceſignati. 290. jus ſanguinis a Friderico Imper. Caſſinatibus confirmatum. 290. ſuprema Caſſinatium in oppido S. Petri in fine juriſdictio. 324. criminalis in oppido S. Eliæ. 331. Damna illata a Friderico Imperatore, & a duobus filiis ſuis Caſſinatibus. 331. eorum juriſdictio in oppido S. Petri in fine. 335. Langobardis legibus aſſueverant. 362. Pontificum privilegia Caſſinatibus bona juriſdictioneſque confirmant. 372. jus creandi notarios & judices ad contractus Caſſinatibus aſſertum. 397. Caſſinatium infortunia. 419. Lis inter Caſſinates & Ligorium Carrafam ab Urbano VI. Cajetano epiſcopo commiſſa. 455. Munitiones in caſtellis ſuis a Caſſinatibus poſitæ. *ibid.* Eis a Carolo III. conceſſa bona allodialia Benedicti Grimaldi perduellis. 456. Pax inter Caſſinenſes, alioſque regni dynaſtas. 457. Ladiſlai regis erga Caſſinates beneficia. 464. novæ Ladiſlai erga Caſſinates beneficia. 467. Bonifacii IX. & reginæ Margaritæ opem implorant contra Jacobum Marſano regni Admiratum, qui bona, caſtraque eis ademerat. 472. privilegia Caſſinatium a Bonifacio IX. confirmata. 495. Conſervatores & judices pro vindicandis Caſſinatium juribus conſtitutis. *ibid.* quot oppida cœnobii Caſſinenſis a quibuſdam uſurpata. 496. Monachi, & converſi Caſſinenſes plura oppida,



Digitized by Google

da, arceſque cœnobio ſubditas gubernabant. 497. Supplices Caſſinatium libelli porrecti Ladiſlao regi. 498. *& ſeqq.* Gratias quaſdam a Ladiſlao rege petunt. 508. Odium in Caſſinates Ladiſlai regis, & mala eiſdem illata. *ibid.* Roccam Albani emerunt. 509. Regina Joanna II. Caſſinatibus propitia plura eorumdem privilegia confirmat. 512. Bulla Conſtantienſis Concilii in Caſſinatium favorem. 515. quatuor aureorum millia pro rocca Janulæ regina Joanna a Caſſinatibus petit. 518. eam reginæ juſſu Malitiæ Carrafa inviti tradunt. *ibid.* Damna Caſſinatibus a Braccio de Montorio illata. 524. Proteſtatio Caſſinatium contra Braccium de Montorio, & Rogerium Cajetanum. *ibid.* Diſſidia inter Caſſinates, & Antonium Spinellum ad arbitros delata. 529. Bona ab inteſtato decedentium Caſſinatibus aſſerta. 530. Monachi ſede vacante, vel Abbate ſuſpenſo, Capitaneos, Magiſtratus & caſtellanos præficiebant, & beneficia conferebant. 531. eorum epiſtola ad Eugenium IV. 533. alia ad Alphonſum regem. *ibid.* aliæ eorumdem ad Eugenium Pontificem litteræ. 533. Occupata quædam oppida Caſſinatibus reſtituta. 547. Confirmantur juriſdictiones & bona Caſſinatibus in Pontecurvo. 548. juriſdictio criminalis eiſdem reſtituta. 549. Pii II. erga res Caſſinatium cura. *ibid.* Oppidum Oliveti, & Silva Rea Caſſinatibus in lite contra Teatinos adjudicatur. 551. arces quædam Caſſinatibus ademptæ a Ferdinando rege. 566. Carolus VIII. privilegium Caſſinatibus concedit. 569. juriſdictiones Caſſinatium a Ludovico XII. confirmatæ. 578. eis privilegium Ferdinandus Catholicus concedit. 584. Præpoſitura S. Petri de Avellana Caſſinatibus reſtituta. 585. Queruntur apud Ferdinandum catholicum civilem eorum juriſdictionem in ditione Caſſinenſi a Miniſtris Antonii de Leyva perturbatam, & ejus pro Caſſinatibus reſcriptum. 588. gravaminum capita a Caſſinatibus ſacro Conſilio exhibita contra Capitaneos juriſdictionis criminalis. 590. Decretum, & proviſiones pro Caſſinatibus. *ibid.* Caſſinates ſub protectione regum Hiſpaniæ accepti. 596. Oppidum Peſclarum cum omni temporali juriſdictione vendunt, reſervata ſibi tantum ſpirituali. 601. Oppida Tirami & Juncturæ reædificare optant. 604. ampliores gratias a Carolo V. obtinent. *ibid.* Silvam Ream Teatinis, ſoluta Caſſinatibus quadam pecuniæ quantitate, cedunt. 605. Berlingerium Caldoram, qui oppidum S. Petri de Avellana occupaverat, in jus vocant, 606. Clementis VII. pro iis litteræ. *ibid.* dictum oppidum recuperant. *ibid.* Caſſinatium in oppido Citrarii juriſdictio. 609. Criminalem in urbe S. Germani juriſdictionem emere tentant. 610. Oppidum Citrarii ad tempus vendunt. 611. recuperant. 614. Lites Caſſinatium cum Sangermanenſibus. 617. & ſeqq. Varia pro Caſſinatibus decreta contra Sangermanenſes. 622. item alia. 623. Cancellarias juriſdictionis civilis & mixtæ contra Marcellum Pignone vindicant, 623. Litem cum Tentinis de Silva Rea iterum inſtituunt. 626. eam Tentinis denuo vendunt. *ibid.* Caſſinatium in oppidum Citrarii juriſdictio aſſerta. 629. Judicia primarum appellationum in oppido Citrarii vindicant Caſſinenſes. 632. cauſas item ſecundas civiles vindicant. 633. Fellæ oppidum Univerſitati Bonifati locant. 634. concordia inter Caſſinates, & Citrarienſes. 635. Caſſinatium jura a Sangermanenſibus exagitata. 636. Decreta pro Caſſinatibus. *ibid.* & 637. cauſarum ſecundarum judicia Caſſinatibus vindicata. 636. cauſæ judici Caſſinenſi ſecundarum inſtantiarum a magna curia vicariæ remiſſæ. *ibid.* 650. Decreta pro Caſſinatibus quod Cancellariam civilem. 639. conventio inter Caſſinates & oppidanos S. Petri de Avellana. 641. juriſdictionem criminalem emunt, ſed incaſſum. 642. Citrarii oppidum locant Curtio Cavalcante ad quatuor annos. 644. cui locationi non aſſentiuntur Citrarienſes. *ibid.* conventio ſuper hoc inter Caſſinates, & Citrarienſes. *ibid.* Philippi IV. ad Caſſinates epiſtola. 646. Caſſinates a dandis militibus exempti. 649. ea de re epiſtolæ Proregum Neapolitanorum. *ibid.* 650. venditione juriſdictionis primarum cauſarum criminalium in Abbatia Caſſin. una cum ſecundis cauſis civilibus, mixtis, & criminalibus M. Antonio Columnæ factam irritandam curant. 651. Philippi IV. Epiſtolæ pro Caſſinatibus. 652. Præclara Caſſinatium erga regem Hiſpaniæ pietas, & fides. 655. Incolas Abbatiæ Caſſin. ad ſolvendos ſolitos cenſus adigunt. 656. cauſæ mixtæ, & ſecundæ civiles Caſſinatibus vindicatæ. *ibid.* Acta a Caſſinatibus pro ſua juriſdictione tuenda. 663. eam ob rem Madritum mittunt Ludovicum Riarium Monachum Caſſinatem. 664. ſubditos ad officium revocant. 667. Decretum regii collateralis conſilii pro Caſſinatibus. *ibid.* juriſdictio criminalis a Caſſinatibus empta. 678. Utilitates ex hac emptione ortæ. 689. Quibus hoc beneficium debeant Caſſinates. 691. Urbis S. Germani hac de re plauſus. *ibid.* Fellæ feudum vindicant Caſſinates. 694. illudque in feudum concedunt Jacobo Teleſio principi Bonifati. 695. Magna Caſſinatium in aſſervandis monumentis veteribus diligentia. 707. Caſſinatium diligentia in cuſtodiendo archivo a Sangermanenſibus prædicata. 727

Caſſini civitas anno adhuc 1040. non omnino nomen ſuum amiſerat. 129. civitas deinde S. Petri ad Monaſterium dicta fuit. *ibid.* Variis nominibus appellata. 730. Dicta olim Eraclea. *ibid.* unde hoc nomen ſumpſerit, incertum. *ibid.* Caſca appellata. *ibid.* ſignificatio, & origo hujus nominis. *ibid.* a Romanis dicta Caſinum. *ibid.* Caſini ſitus. *ibid.* Caſinum in Latio novo antiqua, & magni nominis urbs. *ibid.* & 731. perperam Latio a quibuſdam excluſum, 731. Campaniæ deinde adſcriptum. 732. Modo in provincia Terræ Laboris ſitum eſt, eratque ad montis radicem. *ibid.* a D. Benedicti monaſterio diſſitum erat, quantum montis ſummitates in altum ad tria milliaria adſurgentes ab ipſius latere & radicibus geſtabant. 733. Ad Samnites olim perveniſſe Caſinum teſtis eſt Varro. *ibid.* A Samnitibus ad Romanos quando pervenerit. *ibid.* a quibus eo colonia militaris deducta. *ibid.* Labente ævo



Digitized by Google

Caſinum oppidum a Romanis municipii honore donatum eſt. 733. quando hoc acciderit? *ibid.* Municipii honore decorata Caſini civitas Romanæ urbis optimates allexit, eoſque ad vitam Caſini traducendam pertraxit. 734. Quos inter fuit M. Terentius Varro, qui Caſini villam Romana magnificentia conſtructam habuit. *ibid.* Ager Caſini ferax, & amænus. 735. aer nebuloſus. *ibid.* oleum ex Caſinati agro proveniens maxime commendatum. *ibid.* Ager Caſini aquarum decurſionibus abundat. *ibid.* Caſini ſcatebra frigida æſtivo tempore uberior. *ibid.* Habet hic ager etiam aquas ſulphureas, quæ per aliquod ſpatium decurrentes tandem in amnem influunt, quem Caſini nomine appellant indigenæ. *ibid.* ab Oriente alluitur fluvio Rapido, ab Occidente fluvio Caſino. *ibid.* Latomias habet, e quibus lapis effoditur, quem alabaſtriten vocant. 735. Annibal Caſſinenſem agrum depopulatus eſt. *ibid.* Caſinum floruit, donec Romana Reſpublica ſtetit: & ſequiori ævo Gothorum ſævitia concidit, æquatum pene ſolo. 736. Inter ejus rudera viſitur adhuc integrum Templum, quod modo SS. Salvatori dicatum eſt. *ibid.* Turris, quæ ad urbis januam erat, exteriora latera. *ibid.* Amphitheatrum. *ibid.* Theatrum. 737. Aquæductus. *ibid.* Aulæ veteres, Hydrothecæ, ædes. *ibid.* Ex Caſini ruinis ſuperſtites quædam Inſcriptiones & marmora. *ibid.* In hac urbe erant Decurſiones ſacris faciundis. *ibid.* Pontifices, & Sacerdotes. *ibid.* Penes Duumviros quinquennales regimen urbis erat. *ibid.* Decuriones quoque habuit, Ædiles, coloniæ patronos, Curatores Reipublicæ. 737. Fuerunt & Caſini Collegia Fabrorum, & Æneatorum, & Tribus Terentina, Stellatina, & Palatina. *ibid.* Caſini quinam ſcriptores meminerint. 742. Cives Caſini divitiis celebres. 742. Caſinum ſequiori ævo celebre. 743. proprio Epiſcopo decoratum. *ibid.* qua tempeſtate primo Epiſcopos obtinuerit, ignotum. *ibid.* Caprarius Caſſinenſis Epiſcopus ſæculo V. *ibid.* Item Severus. *ibid.* quo tempore vaſtata Caſini urbs. 744. adhuc S. Benedicti temporibus ſuperſtes erat. *ibid.* Cum urbis decore nomen etiam amiſit, caſtrum S. Petri deinde appellata. *ibid.* Hoc nomine ad ſæculum XIV. incolas habuit. 744. quod probatur plurium ſcriptorum auctoritate. 745. Hoc divi Petri caſtellum pene deſolatum fuit an. 1380. *ibid.* Non deerant etiam poſt hæc tempora reſidui nonnulli ex S. Petri incolis. *ibid.* Anno quoque 1536. incolæ quidam ſupererant. 746. Eorum error, qui Caſino everſo ex ipſius reliquiis S. Germani urbem creviſſe pronunciarunt. *ibid.* Supereſt uſque adhuc limen antiquæ januæ ipſius S. Petri caſtelli, & muri reliquiæ. 747

Caſtri cœli oppidi Caſſinatibus ſubditi incolæ Pyrrhi Caſſinenſis Abbatis innocentiam tuentur. 519. Eorum præfectus conſtitutus Creſcentius de S. Georgio. 531. Invaſores oppidi hujus oppreſſi. *ibid.*

Caſtrum novum Caſſinatibus ſubditum: inquiſitio in eo facta. 431. Hoc caſtellum in ameno monte conſtruxit ſæculo XI. Deſiderius Abbas Caſſin. 751. Princeps eccleſia S. Mariæ de Minerva ab archipresbytero regitur. *ibid.* Aliæ ibidem eccleſiæ, quædamque laicorum ſodalitates. *ibid.* Magna oppidanorum pars bajulorum munus obeunt Neapoli. *ibid.* Spirituali jure Caſſinatibus ſubeſt; temporali, Duci Trajectano. *ibid.*

Catabulum fovea, ſeu locus, in quo feræ pro edendis populo ludis aſſervabantur. 736

Catholici titulo ſe aliquando appellabant Longobardorum reges. 94. Catholici titulum conceſſit Innocentius VIII. Ferdinando poſt acquiſitum Granatæ regnum. 596. fuit etiam pluribus Franciæ regibus attributus. *ibid.*

Cedronia gens in urbe S. Germani nobilis, ejuſque viri celebres. 747. 748

Cella quid ſit? 17. 18

Cellarius corrigitur. 760. 761

Celſitudinis & Serenitatis titulis utebantur Reges primæ ac ſecundæ ſtirpis apud Francos. 93

Centenarii qui? 13

Cervarium oppidum Caſſinatibus ſubditum; inquiſitio in eo facta. 337. quid ſolverent ejus incolæ pro ſacra Abbatis Caſſin. 340. quid pro prandio. *ibid.* Bernardus Abbas decernit, quæ Monaſterio Caſſinenſi præſtanda ab incolis Cervarii eſſent. 342. Sententia Bernardi Abbatis pro civibus Cervarii pro decimis, & aliis rebus ſolvendis Caſſinati Monaſterio. 343. Inquiſitio in hoc oppido facta. 389. 429. Cervarii Plateaticum in Emphyteuſim conceſſum. 503. quatuor ex oppidanis Cervarii perduelles a Magiſtratu Caſſinenſi ſuſpendio necari juſſi, & eorum bona publicata Caſſinenſi cameræ adjudicata. 526. quibuſdam Cervarienſibus privilegium a Joanne Aragonio conceſſum confirmat Joannes de Titiis Caſſin. Abbatiæ Gubernator. 565. Ubi ſitum hoc oppidum. 749. Duæ ibi parochiæ. *ibid.* quædam ibi laicorum ſodalitates, noſocomium, ſcholaque publica, doctores, Medici, notarii, pharmacopolæ, pluresque artifices, civileſque familiæ. *ibid.* Oleribus potiſſimum ejus ager abundat ſcaturientibus aquis fertile, quæ Rapido uniuntur. 749

Chriſtianiſſimi titulus Galliæ regibus conceſſus. 596. Alexander VI. voluit Chriſtianiſſimi titulum regi Galliæ ademptum Hiſpaniarum regi concedere, ni Cardinales obſtitiſſent. 596. Chriſtianiſſimi titulo olim appellati Recharedus, Siſibutus, Chintilanus, & Hervigius Hiſpaniæ reges. *ibid.*

Chryſoſtomus Caſſin. Abbas Capitaneum in oppido Citrarii conſtituit. 606. item judicem ſecundarum cauſarum, & Magiſtrum actuum curiæ, laicalis ejuſdem oppidi. *ibid.* judices ad contractus eligit. 607. Capitaneum Citrarii conſtituit Jo. Paulum Celſium, & ſecundarum cauſarum judicem Lactantium Valente. 608. Gubernatorem Citrarii conſtituit Marinum de Alexandro, & ejus oppidi fiſcalem Angelum Bajanum, Gubernatorem vero S. Germani Fabium Capellam. 609. ad eum litteræ Proregis Neapolitani. *ibid.*

Citrarii Univerſitas ſe ſubiicit arbitrio Abbatis Caſſinenſis quoad decimas, ſeu terraticum grani &c. Servitia manualia, aliaſque res omnes. 10. Citrarium a Sicelgaita Duciſſa Caſſinatibus donatum 192. Inquiſitio in hoc oppido



Digitized by Google

do instituta. 314. 433. Citrarii incolæ Abbatis, monachorumque Caſſin. opem implorant. 416. volunt vivere ſub antiqua poteſtate cœnobii Caſſin. *ibid.* Oppidum Citrarii locatum. 416. Citrarienſes quidam rebelles ab Abbate Caſſin. compreſſi. 438. Vicarius hujus oppidi ab eodem electus. 439. Citrarienſium fides & amor erga cœnobium Caſſinenſe. 459. rogant, ne oppidum ſuum unquam alienetur 459. Vicarius generalis in oppido Citrarii ab Abbate Caſſinenſi creatus. 491. Scelus Gubernatoris Citrarii compreſſum. 550. capitula ab Abbate Caſſin. edita pro bono regimine Citrarii. 585. ab oppido Citrarii non exigitur adoha. 600. juriſdictio Caſſinenſium in oppido Citrarii aſſerta. 607. Hoc oppidum depopulatur Ariadenus Barbaroſſa. 608. Citrarienſes laborabant triremes regias. *ibid.* pro quibus ſublevandis immunitates iiſdem conceſſæ. *ibid.* 609. hoc oppidum a Caſſinatibus ad tempus venditum. 611. recuperatum, 614. juriſdictiones & bona in caſtro Citrarii. 614. Supplex Citrarienſium libellus Caſſinatibus exhibitus. 625. Criminalis Caſſinatium juriſdictio in oppido Citrarii. *ibid.* 629. concordia inter Caſſinates & Citrarienſes. 635. Citrarii oppidum locatum. 644. Citrarienſium erga Caſſinates ſtudium. *ibid.* conventio inter Caſſinates & Citrarienſes. *ibid.* Citrarii oppidum ubi ſitum. 763. a Sicelgaita Ducis Roberti Guiſcardi uxore Caſſinenſibus donatum. *ibid.* Tres habet parochias. *ibid.* Plures aliæ ibi eccleſiæ, noſocomium, laicorum ſodalitates, duoque cœnobia Minorum Obſervantium, & Capuccinorum. *ibid.* Plures etiam veteres, civiles, diviteſque familiæ, frequenſque populus, *ibid.* Fertilem ejus agrum oleo potiſſimum, vino, ficubus, uviſque paſſis, ac ſerico alluunt amnes Harus, & S. Mariæ della Coſa. *ibid.* Hic ante Turcarum incurſionem triremes regiæ conſtructæ, ut modo plures cymbæ. *ibid.* Satis commodus ejus portus. *ibid.* Utroque jure Caſſinatibus ſubditur, *ibid.*

Cives S. Victoris debent ſervire in exercitu Monaſterio & Abbati Caſſin. 316. privilegium iiſdem ab Abbate Caſſin. conceſſum. 380

Cives S. Petri in fine debent ſolvere pro Terratico ſeptem grani &c. Monaſterio Caſſin. 317

Civitas Monaſtica Caſſinatibus ſubdita, 375. ubinam eſſet? *ibid.* hodie deſerta. 762

Civitates in cœnobiorum munimen exſtructæ. 37

Civitella in colle poſita ineunte ſæculo XI. incolebatur. 762. Spirituali jure Caſſinatibus ſubdita, temporali Baroni della Poſta Fogienſi. *ibid.* Ibi Eccleſia S. Nicolai ab archipresbytero regitur. *ibid.* aliæ ibidem Eccleſiæ, & quædam laicorum ſodalitates. *ibid.* Ejus agrum Sangrus alluit. *ibid.*

Clarius fluvius ubi oriatur, 753. Claro fluvio Rapidi nomen tribuit Giſulphus Dux Beneventanus apud Oſtienſem. 753. Clarus in Rapidum nullo modo influit. *ibid.*

Clemens Papa III. privilegium Caſſinatibus concedit. 267

Clemens Papa IV. Bullam ad Carolum regem mittit, qua juriſdictio Caſſinatium aſſeritur. 308. quoddam ſuum diploma in archivo Caſſinenſi reponit. 717

Clemens PP. VII. ad Lautrechium ſcribit pro reſtituendo Caſſinatibus oppido S. Petri de Avellana. 606

Clemens PP. VIII. permittit Abbati Caſſinenſi, ut duos e ſuis ſubditis presbyteros ob perpetrata ſcelera degradaret, traderetque curiæ ſæculari. 607

Cluverii lapſus notatur. 759

Cœnobii S. Mariæ in Cingla juriſdictiones 94. celebre placitum inter Monaſterium S. Mariæ in Cingla & comites Aliſanos. *ibid.* Grimoaldi privilegium huic cœnobio conceſſum. 97. Paldolfi & Ladolfi privilegium pro parthenone S. Mariæ in Cingla. 98. Othonis privilegium pro eodem cœnobio. 99. Aliud placitum inter hoc cœnobium & comitem Aliſanum pro juriſdictione & aliis rebus. 123. Tertium placitum inter præfatum Monaſterium & Aldemarum comitem Aliſanum. 124

Cœnobium S. Angeli Vallis regiæ inſtauratum. 109

Cœnobium S. Petri Imperialis Fratribus Ordinis Prædicatorum a Caſſinenſibus datum, & ejus latifundia alienata. 184

Collector vectigalium in Abbatia Caſſinenſi. 484

Collegia Fabrorum, & Æneatorum in veteri urbe Caſino. 737

Collis S. Magni oppidum a Granella Gallo invaſum, 582. Poſt exactos Gallos idem oppidum occupavit Alphonſus de Avolos. 582. Moriens hic jubet ut oppidum Caſſinatibus reſtituatur. 601. Ejus uxor cum tentaſſet incaſſum reſtitutionem, jubet ut quinquaginta quotannis ducata Caſſinatibus ſolverentur, quouſque oppidum reſtitueretur. 601

Colo quænam Monaſterio Caſſinenſi donet? 22

Coloniæ militares quæ? 733

Comeſtabilis militum Abbatiæ Caſſin. 322. immunitates quædam a Bernardo Abbate illi conceſſæ. 349

Comites quid eſſent; eorumque dignitas, poteſtas, & juriſdictio. 152. comites palatii, comites palatini. 153

Compilator archivi juriſdictionis regiæ plura affert monumenta ab autographis archivi Caſſinenſis deprompta. 727

Concambiare quid ſit? 18

Conciare eſt ſarcire, ornare, unde vox Italica *acconciare*. 115

Concordia ab Oderiſio comite cum Petro Abbate Caſſinenſi de quibuſdam bonis cœnobii S. Angeli Vallis regiæ inita. 264. concordia inita inter Monaſterium Caſſin. & Martiam Maramaldam. 614

Conradinus quando regni Neapolitani fines adierit. 538. a Carolo rege profligatus. *ibid.*

Conradus Imperator fuit primus inſtitutor Adohæ. 3. Ejus in Italiam adventus. 136. Montem Caſſinum inviſit. *ibid.* Paldulfum Caſſinenſibus infeſtum Capuano principatu ſpoliat. *ibid.* Bona, & privilegia omnia Caſſinenſis Abbatiæ confirmat. 137

Conſervatores in quibuſdam Monaſteriis inſtituti nomine, non officio differebant ab Advocatis. 392. Conſervatores, & judices pro vindicandis Caſſinatium juribus conſtituti. 495

Con-

Conſtantia Francorum regis filia, & Boamundi uxor eccleſię S. Petri Imperialis donat octoginta ſex familias. 231

Conſtantia Rogerii Siciliæ regis filia utriuſque Siciliæ regina. 367. & ut talis habita a Romanis, Pontificibus. 368. jura regni Conſtantiæ vindicata. *ibid.* conſenſit Henriciano pro Caſſinatibus privilegio. 372

Conſtantienſis Synodus Caſſinatium rebus favet; Bulla in eorum favorem expedita. 515. ejuſdem litteræ ad univerſos ditionis Caſſinenſis incolas eos hortantes ad fidelitatem erga cœnobium Caſſin. tum ad conſueta ſervitia & jura illi perſolvenda. 517

Conſtantius corrigitur. 457

Corbus Coni filius plura monaſterio Caſſinenſi largitur. 146

Corpora S. Benedicti, & S. Scholaſticæ ſine dubio exiſtunt in Caſſinate eccleſia. 593. 598

Cortiſani ſunt qui curtes curant, vel colunt, aut incolunt. 117

Cucurutium oppidum Caſſinatibus ſubditum. Inquiſitio in eo facta. 390. Ejus oppidanis quædam concedit Angelus II. Caſſin. Epiſcopus. 410. Inquiſitio in hoc oppido facta. 430. Incolarum Cucurutii erga cœnobium Caſſinenſe fidelitas. 449. Fidelitatis ſacramentum Caſſinenſi Abbati præſtant. 516. Oppidum Cucurutii Principi Roſſanenſi, & Duci Sueſſæ conceſſum. 542. Utroque jure Caſſinatibus ſubditum. 760. A ſæculo XI. incolas habuit. *ibid.* Parochia S. Salvatoris in eo ab archipresbytero regitur. *ibid.* Celebre ibi erat Monaſterium S. Salvatoris. *ibid.*

Curatores Reipublicæ in veteri urbe Caſino. 737

Curatura eſt telonei ſpecies ex mercibus in nundinis diſtracta. 201

Curtis quid ſit? 18


# D


Dachenaldus Capuanus quædam Caſſinenſibus offert. 28

Dachopertus Talani filius quæ Caſſinenſi cœnobio donet? 31

Daniel Tarentinus quædam Monaſterio Caſſinenſi elargitur. 28

Decimæ Eccleſiaſticæ Caſſinenſi Monaſterio impoſitæ. 600

Decreta Bernardi I. Abbatis Caſſin. 326

Decretum Auditoris R. Cameræ Apoſtolicæ, quo Eccleſiaſtici Pediſmontis & Villæ adigunt ad onera fidę &c. ſolvenda Monaſterio Caſſinenſi. 8. judicum Piſcariæ, quo cavetur, ne Raynaldus, & Alexander de Troja aliquid exigant a Monachis S. Angeli de Barano, nec moleſtiæ afferant aliquid illius ſubditis. 265. Sacri Conſilii pro Caſſinatibus contra Capitaneum, juriſdictionis criminalis. 590. Decretum regii collateralis conſilii pro cauſis mixtis, & ſecundis civilibus. 661

Decuriones ſacris faciundis olim erant in urbe Caſini. 737. Decuriones etiam, ſeu Senatores, quod proprium, coloniarum & Municipiorum. *ibid.*

Defenſores Eccleſiarum cur electi. 258

Deſiderius Abbas Caſſinenſis plura privilegia Trajecti civibus elargitur. 158. ædificat Caſtrum novum. *ibid.* privilegium a Nicolao II. obtinet. 159. Laminas in valvis eccleſiæ Caſſinenſis fieri curavit, in quibus oppida, & bona cœnobii deſcripta ſunt. 172. Generoſa Deſiderii cœpta. 189. Feuda quædam concedit. 195

Deſiderius Abbas Caſſin. immunitates ab oneribus terratici, decimarum &c. confirmat Benedicto, aliiſque fratribus de Nallo 628. Varios Magiſtratus creat. *ibid.*

Deſiderius Abbas Caſſinen. Magiſtratus creat. 639

Deſiderius Petronius Caſſin. Abbas plures Magiſtratus eligit. 655

Digitus tantum S. Germani Capuani epiſcopi a Ludovico II. Imperatore Eccleſiæ S. Salvatoris, quæ deinceps S. Germani eſt appellata, datus. 747

Diopultus Comes urbem S. Germani invadit. 283. a Gualterio comite Brennenſi vincitur, & fugatur. *ibid.*

Diſtringere in veteribus chartis quid ſignificet? 80

Ditio Caſſinenſis colonis ampliata. 71. Quæ in ditionem Caſſinenſem tentaverint Normanni. 143. Ditionis Caſſinenſis oppida & caſtra a Monachis, non ab accolis fabricata. 147. Ditionis Caſſinenſis invaſores excommunicati. 182. Ditionis Caſſin. caſtra reparata. 297. ejus oppida a Carolo Andegavenſi capta, & Monachis reſtituta. 302. Oppida ditionis Caſſinenſis oneribus a Ladislao rege levata. 498. caſtra ditionis Caſſin. *ib.* alia oppida Caſſinatis Abbatiæ. 499. Ditionis Caſſinenſis homines piſtrina ædificare non poſſunt, ſed fruges omnes molere debent in *piſtrinis* a Caſſinatibus conſtructis. 628. Ditionis Caſſinenſis ſubditi tumultuant. 653. Ditionis Caſſinenſis incolæ ad ſolvendos ſolitos cenſus adacti. 656

Dominatus Caſſinenſis viciſſitudines. 247

Dominicani quotannis cenſum Caſſinatibus ſolvunt pro cœnobio S. Petri Imperialis. 184

Dominicus Coleſſi vulgo Papone urbem S. Germani occupat, ſyndicos, regimenque mutat, ac quædam pacta cum civibus init. 654. Declarat nolle ſe injuriam ullam cœnobio Caſſinenſi, ejuſque bonis illatam iri. 655

Dominicus Queſada Caſſin. Abbas Capitaneum Serræ conſtituit. 656. alios Magiſtratus creat. 665

Dominorum nomine olim comprehendebantur Imperatorum filii, ac uxores. 93

Domni titulus Pontificum tantum, Imperatorum, Regum, Principumque olim fuit proprius. 93. Abbatibus item, Monachis, imo & Sanctis attributus. *ibid.*

Domnicellus olim vocabatur regis filius recens natus. 93

Donatio a Giſulfo II. Duce Beneventano cœnobio Caſſinenſi facta genuina eſt. 2. ab omnibus ſcriptoribus admiſſa. 3. intra fines Ducatus Beneventani contenta. *ibid.* fuit allodialis & Burgenſeatica. 4

Ducatus Beneventani fines ad Soram uſque pertinebant. 3. Ducatus titulus urbis S. Germani. 656. D. Franciſcus Tuttavilla, cui Philippus




Digitized by Google

lippus IV. juriſdictionem criminalem ditionis Caſſinen. conceſſerat, ſe Ducem S. Germani ſcribit. *ibid.* & 663. Obſtant Caſſinates, & a Prorege obtinent, ne Ducis titulum uſurparet. 663. Epiſtola hac de re Proregis, & collateralis conſilii ad Philippum IV. *ibid.*

Duellum, quo lites dubiæ olim dirimebantur, ab Eccleſia nunquam approbatum. 115

Duumviri quinquennales veterem urbem Caſinum regebant. 737. ex his C. Ummidius Quadratus, qui & Conſulis nomine inſignitus eſt, *ibid.*

# E

Eccleſia S. Angeli de Pedelongo, ſubjecta Monaſterio S. Petri de Avellana, ſubditos habebat. 297. Sententia pro ea lata. *ibid.*

Eccleſia S. Scholaſticæ Cajetæ cœnobio Caſſinenſi, non Caſæ Marii ſubjecta. 113. a Romanis Pontificibus ſemper Caſſinatibus confirmata. *ibid.* eam actu poſſident Caſſinenſes cum omnimoda ſpirituali juriſdictione privative quoad Cajetanum Epiſcopum. *ibid.*

Eccleſia S. Georgii de Luca a Rolando, & Henrico fratribus cœnobio Caſſinenſi donatur, 200

Egiahardus refellitur, 732

S. Eliæ oppidum Caſſinatibus omnino ſubditum, 326. Inhibitio Univerſitati S. Eliæ a magiſtro Brunio facta. 326. Quædam contra Univerſitatem S. Eliæ ſtatuta. 330. Decretum in oppido S. Eliæ promulgatum. 331. Oppidani S. Eliæ occiderunt Monachum, & rectorem ejuſdem caſtri. 333. Debent ædificare hoſpitium pro Abbate & Rectore. 334. Sententia Thomæ Abbatis Caſſinen. contra quoſdam S. Eliæ oppidanos. 378. Inquiſitio in hoc oppido facta. 388. 429. Oppidani S. Eliæ fidelitatis juramentum præſtant Euſebio de Mutina Abbati Caſſin. 582. In oppido S. Eliæ ne milites hoſpitio exciperentur, vetat collaterale conſilium 606. ubi ſitum, 749. Quatuor ibi parochiæ, noſocomium, pluresque laicorum ſodalitates, atque eccleſiæ. *ibid.* Frequens ibi populus, pluresque vetuſtæ civileſque familiæ, Medicinæ doctores, aromatarii, notarii, pictores, omniſque generis artifices, atque chartaria, pannariaque officinæ. *ibid.* Quidam epiſcopi inde orti. *ibid.* Fertiliſſimum ejus agrum, copioſis aquis, flumineque alluitur, ſalaribus ſeu tructis ſtellulis aureis conſperſis nobili. 749

Eminentiæ nomine a Gregorio M. compellati ſunt Italiæ Epiſcopi non ſemel. 93

Emunitas quid ſignificet? 13. Emunitatis nomine appellabatur exemptio Eccleſiis & Monaſteriis a Principibus conceſſa minime recipiendorum publicorum Miſſorum. 79

Epiſcopi omnes Hiberniæ & Scotiæ ſubditi olim erant Abbati S. Columbæ in inſula Hyenſi. 91

Epiſcopus primis eccleſiæ ſæculis nonniſi celebrioribus urbibus dabatur. 743

Equo qui merebant ſub Abbate Caſſin. quibuſnam rebus obnoxii eſſent. 379

Ethruſci magnis quadratiſque lapidibus in ſuis ædificiis uſi. 736

Evandri roccha a Caſſinatum militibus expugnata. 148. a Ladislao rege Caſſinatibus reſtituta. 462. id oppidum habuerat cœnobium Caſſin. dono S. Henrici Imper. atque Rogerii regis violentia amiſerat. 462. ubi ſita 760. ibi Eccleſia S. Mariæ & S. Antonini ab archipresbytero regitur. *ibid.* Quædam ibi laicorum ſodalitates, noſocomium, aliæque Eccleſiæ, civileſque familiæ. *ibid.* Quando conſtructum hoc caſtellum. *ibid.*

Eugenius Papa IV. Pyrrhum Abbatem Caſſin. a regimine ſuſpendit. 530. ejus Bulla, qua Caſſinatibus confirmat privilegium a Joanne S. Laurentii in Lucina Cardin. apoſtolicæ ſedis Legato conceſſum 531. inveſtituram regni Neapolitani Alphonſo Aragonio concedit, 537. præcipit, ut bona omnia, juriſdictioneſque Eccleſiis adempta reſtituerentur. 537. Bullam ſuam, qua conceſſas ab Urbano IV. & Martino V. indulgentias in ſolemnitate corporis Chriſti ampliavit, in archivo Caſſinenſi aſſervandam miſit. 726

Eulogemenopolis urbs ad radices montis Caſſini a S. Berthario Abbate ædificata 37. & 347. An fuerit urbs S. Germani. *ibid.* an everſa fuerit a Saracenis poſt direptum an. 883. vel 884. cœnobium S. Salvatoris incompertum. 747. Quo tempore, quave occaſione novum Sancti Germani nomen aſciverit, itidem incertum, *ibid.*

Euſebius de Mutina Caſſinenſis Abbas; ei fidelitatis juramentum præſtant Sangermanenſes, & oppidani S. Heliæ 582. quod præſtitere & aliorum oppidorum incolæ. 583. Gubernatorem S. Germani, atque oppidorum ditionis Caſſin. conſtituit Franciſcum de Ambroſinis. *ibid.* Capitaneum Citrarii Marianum Jaccolini. *ibid.* Gubernatorem in urbe S. Germani Marcellum Gazzellam. *ibid.*

Excellentiæ vocabulum ſummo Pontifici, Epiſcopis, aliiſque olim tributum. 93

Excellentiſſimi titulus Langobardorum regibus maxime placuit. 94

Exemptiones quibuſdam Caſſinatium ſubditis conceſſæ. 303

Exonium quid ſignificet? 222

# F

Famara mons prope Cajetam olim dictus Balba. 121

Faræ incolis & clericis præcipit Bernardus Abbas, ut Præpoſito S. Euphemiæ pareant. 351. Modo in Spiritualibus tantum Fara ſubeſt cœnobio Caſſinenſi. *ibid.*

Federicus princeps Altamuræ, & Dux Andriæ rex Neapolis creatur. 570. privilegia Sangermanenſibus confirmat. 572. aliaſque gratias eiſdem concedit. *ibid.* ab Alexandro VI. Pontifice regno dejicitur. 577. In inſulam Ænariam ſe recipit. *ibid.* in Galliam profectus a Ludovico XII. Andegavenſis dux conſtituitur. 578



Digitized by Google

Fella oppidum Caſſinatibus ſubditum Univerſitati Bonifati locatur. 634. Feudum Fella Caſſinatibus vindicatum. 694. in emphyteuſim Jacobo Teleſio principi Bonifati conceſſum. 695. Ubi ſitum ſit. 763. quædam in eo Eccleſiæ, ac beneficia, & domus potiſſimum principis Bonifati, ejuſque avunculorum. *ibid.* temporali jure Caſſinatibus ſubditur. *ibid.*

Ferdinandus I. rex Neapolis Sangermanenſibus privilegium concedit. 546. Mandatum edit contra Gubernatorem Citrarii, qui aſportatis ſecum oppidi redditibus abſceſſerat. 550. privilegia quædam cœnobio Caſſin. ejuſque ſubditis a Joanna I. Ladislao rege, & Joanna II. conceſſa confirmat. 554. arces montis Caſſini, Roccæ Janulæ, & S. Angeli Caſſinatibus adimit. 566. quando obierit. 568

Ferdinandus II. ab Alphonſo II. patre rex Neapolis dicitur. 568. abeunte Carolo VIII. in Galliam univerſum fere regnum recuperat. 570. confirmat urbi S. Germani privilegium ab ejus avo conceſſum. *ibid.* obit. ibid.

Ferdinandus Catholicus quæ jura haberet in regnum Neapolitanum. 576. Ejus foedus cum Ludovico XII. Galliarum rege. *ibid.* Ei regnum Neapolitanum conjunctim cum Ludovico XII. poſſidendum concedit Alexander VI. PP. 577. Ludovicum XII. regno Neapolitano pellit. 582. privilegium Caſſinatibus concedit. 584. Caſſinatium juriſdictiones declarat. 588. Aliud ejus privilegium Caſſinatibus expeditum. 591. præſcripſit ut Bulla a Leone X. pro Caſſinatibus emanata executioni mandetur. 592. cœnobium, omnemque congregationem Caſſinenſem ſub ſua protectione recipit. 593. jubet ut Caſſin. cœnobium delicta quædam criminalia a Citrarienſibus perpetrata puniret, atque Capitaneus juriſdictionis criminalis civitatis S. Germani ſyndicatum ageret coram novo Capitaneo præfatæ juriſdictionis criminalis, & duobus ſyndicatoribus ab urbe electis, vel ab Abbate, Priore, & Monachis. 594. Moritur, illique ſuccedit Joanna filia, & Carolus nepos. 596. regis Catholici titulo decoratur ab Innocentio VIII. *ibid.* voluit etiam Alexander VI. Chriſtianiſſimi titulum regi Galliæ ademptum, Hiſpaniarum regi concedere, ni cardinales obſtitiſſent. *ibid.*

Ferentillus Franciſcus laudat archivum Caſſinenſe. 706

Feuda ab Abbate Caſſinenſi conceſſa viris nobilibus ea lege, ut ſibi ſuiſque ſucceſſoribus ubicumque vocati fuiſſent, inſervirent. 195

Feudatarii juramento ſeſe Abbati Caſſinenſi obſtringunt. 204

Feudum deſcendere, non autem aſcendere quando ſit verum. 369

Fidejuſſores tollere quid ſit? 79

Focus quid ſit? 18

Fontecchia oppidum ubi? 85

Foreſtæ incolæ erga cœnobium Caſſinenſe fidelitas. 449

Fractæ caſtrum a Caſſinenſibus recuperatum. 204 Sententia Bernardi Abbatis pro ejus civibus. 348. Inquiſitio in hoc oppido facta. 384. 433.

Fractenſes damna ditioni Caſſinenſi inferunt. 158. Fractenſes nobiles debent ſervire Abbati Caſſin. in exercitu. 384. Fidelitatis ſacramentum Abbati Caſſin. præſtant. 435. in quoſdam Fractenſes, qui Fractas Honorato Fundorum comiti prodere moliti erant, perpetuæ carceris atque publicationis bonorum ſententia lata. 454. quæſtio judicialis contra quoſdam Fractenſes, qui patriam, ejuſque arcem Jacobo Marzano tradere tentaverant. 471. Quidam e Fractenſibus falſo proditionis inſimulati. 472. Fractenſes quidam proditionis inſimulati exulare juſſi. 473. quorumdam bona publicata, aliiſque conceſſa. 490. 491. juramentum fidelitatis Pyrrho Caſſin. Abbati præſtant. 513

Fraternitas, ſeu ſocietas monaſteriis extraneis, clericis, atque laicis a monachis quomodo concederetur. 216

Fredum quid ſignificet? 79. Freda de quibuslibet cauſis in eccleſiarum poſſeſſionibus exigere vetantur judices in privilegiis, & immunitatibus iis indultis. *ibid.* Fredum pro quavis exactione videtur interdum uſurpari in aliquot chartis. *ibid.* Fredi verbum, & functio adhuc Frederici Imper. temporibus duravit. *ibid.*

Fregellæ Romanorum Colonia ubi eſſent. 319

Fridericus II. Imp. inauguratur Stephano Abbate Caſſin. præſente. 290. Confirmat monaſterio Caſſin. jus ſanguinis. *ibid.* amplum Xenodochio Caſſin. privilegium concedit. 290. Quando rex, & Imperator inauguratus. 291. Tercentum auri uncias a ſubditis cœnobii Caſſin. exigit. 292. ſententiam latam pro monaſterio S. Mariæ Luci confirmat. ibid. Novas exactiones mandat in Terra Caſſin. eccleſiæ. 293. Ejus litteræ ad Abbatem Caſſin. 294. Bellum cum Pontifice gerit. 294. recuperat amiſſa. 295. reſtituit bona monaſterio Caſſin. 296. ejus epiſtola ad Abbatem Caſſin. 296. ejus privilegium Caſſinatibus datum. 299. Damna Caſſinatium juriſdictioni irrogat. *ibid.* Imperio regnoque privatur. 301

Fundanus Comitatus erat S. Sedis. 110

Fundora quid ſignificet? 21

Furatus de Gitil Sardus quædam Caſſinenſibus donat. 237

# G

GAlardus Caſſin. Abbas Rogerio de judecta piſtrinum in oppido Citrarii concedit, quod illud oppidum hoſtium manibus liberaſſet. 395

Galaſſia familia nobilis in urbe S. Germani, & Viri ex ea præclari. 748

Garelianus fluvius, ejuſque origines, & curſus deſcribuntur. 758. hallucinationes ſcriptorum de hoc fluvio notantur. *ibid.* & *ſeqq.*

Gaſtaldeus, & Gaſtuldatus quid ſignificent? 151. Gaſtaldorum dignitates, officia, juriſdictiones, perpetuitateſque. ibid. & ſeq.

Gazzarella familia nobilis Caſtelli s. Petri in Fine, ejuſque gentiles. 749

S. Georgii caſtrum Caſſinatibus ſubditum: inquiſitio in eo facta. 431. Hoc oppidum cœno-

nobiolum Caſſinenſium erat anno 846. incenſum. 751. Deſinente ſæculo X. Aligernus abbas turrim ibi conſtruxit. *ibid.* Parochia S. Georgii ab archipresbytero regitur. *ibid.* Aliæ ibidem Eccleſiæ, laicorum ſodalitas, & noſocomium. ibid.
Georgius emendatur. 714
Georgius de Amboiſe Cardinalis Ludovici XII. in Italia Locumtenens generalis omnibus regni Neapolitani magiſtratibus præcipit, ut ratam Abbati Caſſin. haberent poſſeſſionem arcium Montis Caſſini, Roccæ Janulæ, & s. Angeli, aliorumque oppidorum, & juriſdictionum, confirmavitque omnia privilegia, immunitates &c. 578
Gerardus de Corziaco medietatem bonorum, quæ a Caſſinatibus habuerat, vendit Alberto Signoricto. 309. alteram medietatem Guilielmo de Saligniaco. *ibid.*
S. Germani civitas a Saracenis funditus everſa. 58.
Girardus Caſſinenſis Abbas monachis Caſſinatibus ad eorum uſum & ſumptum Eccleſias quaſdam concedit. 233
Giſolfus Comes Teanenſis caſtrum Caſpulum. Caſſinatibus concedit. 84
Giſulfus II. Beneventanorum Dux primus cœnobio Caſſinenſi ſupremam in Abbatia Caſſinenſi juriſdictionem attribuit. 1. Cujus donationis diploma tempore Leonis Oſtienſis ſupererat. *ibid.* Hæc donatio genuina eſt. 2. ejuſque fines in pluribus diplomatibus deſcripti. *ibid.* Eam donationem Giſulfo etiam tribuunt Anonymus Caſſinenſis. *ibid.* illamque alii omnes ſcriptores admiſere. 3. ea donatio intra fines Ducatus Beneventani contenta. *ibid.* juriſdictionem conceſſit Giſulfus civilem, criminalem, & mixtam. *ibid.* Hæc fuit Allodialis, & Burgenſeatica. 4
Giſulfus Salernitanus Princeps quæ monaſterio Caſſinenſi donaverit. 80
Glorioſiſſimi titulus Regum proprius. 93
Goffredus, & Rao quædam monaſterio S. Petri Imperialis donant. 213
Gonnarus Sardiniæ rex omnes donationes a ſuis anteceſſoribus cœnobio Caſſinenſi factas confirmat. 255
Græci Natalem Domini ad annos ſeptem vel octo prorogarunt. 216. incoluerunt ſuburbium urbis S. Germani, ibique proprium archipresbyterum habuerunt. 748
Gratianus Caſſin. Abbas Gubernatorem in oppido Citrarii eligit Ludovicum de Marra. 585
S. Gregorii Vicus utroque jure Caſſinatibus ſubditus ubi ſitus. 761. a ſæculo XI. incolebatur. *ibid.* Extat ibi eccleſia S. Gregorii M., in qua capellanum deputat Abbas Caſſinenſis. 761
Gregorius PP. IX. Breve ſcribit cœnobii Caſſin. vaſſallis. 296
Gregorius XII. PP. ſcribit ad Abbatem S. Eraſmi, ut viis canonicis nitatur, quo oppidani Ponticurvi ad obedientiam Abbatis Caſſin. redirent. 505. Hanc eamdem cauſam alii committit. *ibid.*
Gregorius Abbas Caſſin. plures magiſtratus creat. 640
Grimoaldus Princeps Beneventanus plura Caſſinenſibus elargitur. 17. 18. 19. Ejus privilegium pro cœnobio S. Mariæ in Cingla. 97. Quando patri ſucceſſerit, & quouſque regnaverit. 98
Guadia eſt fidejuſſio. 115. Vadimonium, pignus. 135
Guaimarius IV. dux Salernitanus quando imperarit? 137. a Conrado Imperatore Capuæ princeps factus eſt. *ibid.* privilegium Caſſinatibus concedit. 141. Guaimarii principis auxilium a Caſſinatibus imploratum. 142. Caſinum adit Rodulfi Nortmanni libertatem ab Abbate impetraturus. 145
Gualdum quid ſit? 17
Gualterius Comes donat Caſſinatibus quartam portionem caſtelli Joannis & Pauli, medietatem Ciſelani, aliaque plura. 219. alia item una cum filio Uvone. 220
Gualterius comes Brennenſis vincit & fugat Diopultum. 283
Gubernator, ſeu judex totius Abbatiæ Caſſinenſis ab Abbate creatus. 411. jus dicebat in univerſa ditione Caſſin. *ibid.* ejus conſilio omnia Abbates Caſſinenſes peragebant. *ibid.* quid ſibi velit Gubernator ab Abbate Caſſin. conſtitutus. 583. Quot gubernatores in ditione Caſſin. eligantur. *ibid.*
Guillelmus dux Caſſinates beneficiis cumulat. 230. Confirmat quidquid Rogerius ejus pater, Robertus avus, Sikelgaita, & Rocca eis conceſſerant. 230. & donat Caſale Caſtilioni, & alia. 231. Quando imperaverit. ibid.
Guillelmus rex Rogerii II. patris ſui privilegium Caſſinatibus conceſſum confirmat. 259. quando imperaverit. 260
Guillelmus II. rex quando imperaverit. 264. ejus uxor. *ibid.* devotiſſimum, amantiſſimumque ordini S. Benedicti ſe præbuit. *ibid.* celeberrimum S. Mariæ montis Regalis cœnobium excitavit. *ibid.*
Guillelmus rex venit ad monaſterium Caſſin. 294

# H

HEmilia Duciſſa Cajetana Eccleſiam s. Scholaſticæ Caſſinatibus reſtituit. 112
S. Henricus Imperator quando patri ſucceſſerit, & imperator evaſerit. 104. cœnobio Caſſinenſi donat civitates Vicalvi, & S. Urbani. *ibid.* Calculi dolore a S. Benedicto ſanatus. 118. Roccham Evandri Caſſinatibus largitur. 119. Romano Pontifici eoſdem commendat. *ibid.* Eorum privilegia, & bona confirmat. 120. Principatum Beneventanum Pandulfo & Joanni concedit. 122. Exceptis Abbatia Caſſinenſi, & s. Vincentii. ibid.
Henricus II. Imperator Caſſinum venit. 148. Privilegium Caſſinatibus concedit. 148. quando imperarit. 150
Henricus Lucenſis medietatem Caſtelli Alfiexa, & plura latifundia Caſſinenſibus donat. 199
Henricus VI. Imperator in Caſſinum advenit. 269. ampliſſimum ejus pro Caſſinatibus privilegium. *ibid.* quando imperaverit. 275.



Digitized by Google

aliud ejuſdem pro Caſſinatibus privilegium. *ibid.* a Roffrido Abbate exceptus. 278. Atinam, Malvetum, & roccham Albani iterum Caſſinatibus concedit. 278. declarat juriſdictionem omnem in ſubditos ſuos penes Caſſinates eſſe. 279. Aliud Henrici Imp. privilegium Caſſinatibus conceſſum. 280. Fuit Henricus Siciliæ rex ob initum cum Conſtantina connubium. 365. ut legitimus utriuſque Siciliæ dominus a Romanis Pontificibus habitus. *ibid.* Henrici VI. Imperat. in utramque Siciliam jus vindicatur. 370

Henricus Thomacellus quando creatus Abbas Caſſinenſis. 482. Caſtellanum caſtri S. Angeli conſtituit Bartholomæum Paſſarum. 483. conſtituit etiam vectigalium omnium Abbatiæ Caſſinenſis collectorem notarium Nicolaum Carmeni. 484. & Ludovicum de S. Gemino capitaneum Fractarum. 485. & Agnellum de Angelo capitaneum S. Petri in Fine. *ibid.* caſtellanum vero, & Gubernatorem Cucurutii Nicolaum Siginulfi. *ibid.* Vicarium in temporalibus generalem Angelum de Vallare. 486. Bona publicata cujuſdam perduellis Corteſi Nicolai Vizzacari concedit. *ibid.* induciarum inter regni Mareſcallum & Albeti comites fidejuſſor fit. 487. bona quædam a prædeceſſore ſuo publicata reſtitui curat Guilelmo Seni Sangermanenſi. *ibid.* Franciſco Summo privilegium concedit. *ibid.* Euſtaſium de S. Germano generalem recollectorem jurium tertiariæ conſtituit. 488. Item procuratorem colligendis decimis, quarta canonica, quarta funeralis, & vectigalibus. *ibid.* Bellum Fundano comiti juſſu Bonifacii Pp. infert. 489. bona quædam publicata concedit Filliolo Thomacello, & Antonio judicis Diamantis. 490. bona etiam quædam jam publicata Thomæ de Benedicto reſtituit. 491. Vicarium generalem oppidorum Citrarii & Fellæ conſtituit Ludovicum a Nuſco. *ibid.* fuit S. Sophiæ Beneventi Abbas. 487. Præpoſitum S. Petri de Avellana conſtituit Joannem a Teramo. 495. Præpoſituram S. Mariæ de Luco Bernardo monacho Caſſinati confert. 497. eamdem Præpoſituram imponit Joanni de Neapoli. *ibid.* immunitates concedit Antonio Forti ex oppido S. Victoris. *ibid.* & Rogerio de Georgio ex oppido S. Angeli. 498. & Dominico Joanni de Petro Caſali Fractenſi. *ibid.* Item judicibus Gentili Pollano, & Antonio ejus filio ex oppido S. Eliæ, Antonio Tutio ex oppido Caſtricœli, Leonardo Barano Fractenſi, Antonio Nicolao de Thoma, & Bellæ ejus filiæ. *ibid.* quædam Tartaro Thomacello ad ejus vitam concedit. *ibid.* ſupplices libellos porrigit Ladiſlao regi. *ibid.* & 499. 500. Præpoſitum S. Euſtaſii creat. 503 Plateaticum oppidi Cervarii in emphyteuſin concedit, *ibid.* Præpoſitum S. Liberatoris conſtituit. *ibid.* Plures judices ad contractus eligit. 504. Litem quoad reſtitutionem Ponticurvi per Ladiſlaum regem componi curat. 506. Arcis, atque oppidi Fractarum præfectum conſtituit Antonium de Georgio. *ibid.*

Hieronymus Abbas Caſſin. Capitaneum in oppido Citrarii creat Cæſarem Vanutium, & Gubernatorem S. Germani Franciſcum Brunum, 610. ac deinde Andream del Giudice. 612. tum Joannem Rodriguez. 613. judicem ad contractus in oppido Vallisrotundæ Antonium Rhodi. *ibid.*

Hieronymus Serſalius Caſſin. Abbas varios magiſtratus creat. 627. ad publica regni comitia per litteras evocatur. *ibid.* alios magiſtratus eligit. *ibid.* immunitatem a ſolvendis decimis, aliiſque oneribus ad ejus vitam concedit Ferdinando della Marra. *ibid.*

Hieronymus Brugia Caſſin. Abbas varios Magiſtratus eligit. 633

Hildebrandus Dux Spoletinus plura Caſſinenſibus donavit. 17. 18

Hippolyta Palagana declarat velle ſe nummis a cœnobio Caſſinenſi ſubminiſtratis in ejuſdem cœnobii beneficium emere a D. Franciſco Tuttavilla juriſdictiones omnes, quas a rege habuerat. 668. Hoc proteſtationis inſtrumentum ratum habet Petrus Antonius de Aragonia Prorex. 676. Emit pro cœnobio Caſſinenſi juriſdictionem criminalem primarum, ſecundarumque cauſarum Abbatiæ Caſſinenſis cum juribus aliis, ſi quæ habebat Franciſcus Tuttavilla. 678. quod ratum habet Carolus II. *ibid.*

Hippolytus Pennas Abbas Caſſinenſis varios Magiſtratus conſtituit. 695

Hominum cenſus Abbatiam Caſſinenſem anno 1476. incolentium. 564

Honoratus Fundorum Comes damnatur ut hereticus: ejus bona publicantur, atque ſacrum in eum bellum indicitur. 489

Honoratus Abbas Caſſin. plures Magiſtratus creat. 641

Honorius III. privilegium Caſſinatibus concedit. 291. item cœnobio S. Liberatoris ad radices Majellæ montis. *ibid.* ejuſdem Breve ad Vaſſallos S. Mariæ de Virgiotis prope CP. 292 privilegium Alexandri III. pro Caſſinatibus confirmat. *ibid.*

Honorius Papa IV. leges pro Neapolitanis promulgat. 375. 719. 720. Earum autographum in archivo Caſſinenſi aſſervatur. *ibid.*

Hoſtis quid ſignificet in veteribus membranis? 99.

Hugo & Lotharius Italiæ reges privilegium concedunt Balduino Abbati Caſſinenſi. 48. Alterum eorumdem regum privilegium eidem cœnobio conceſſum. 49. Tertium. 50. Quando regnarint? 52

Hugo nobilis Cajetanus Monaſterio Caſſinenſi donat medietatem caſtri Suji, & alia. 128

Hugo Comes donat Caſſinatibus caſtrum Vitecuſi, & alia. 224

Hydrothecæ, ſeu cellulæ aquariæ veteris Caſini adhuc extant optimo & lævigato tectorio. 737

# I

Jacobillus corrigitur. 759

Jacobus a Pignatario cœnobio Caſſinenſi infeſtus. 407. in eum Bulla Clementis VI. *ibid.* ejus teſtamentum, conditum paulo antequam capite truncaretur. 498. Mandat reſtitui mo-

na-

naſterio Caſſinati caſtrum roccæ de Bantra. 409. alia item caſtra, & jura eccleſiæ Caſſin. *ibid.* ejus bona publicata. 415

Jacobus Marzano regni Admiratus Fractarum oppido proditione potiri tentat. 471. ejuſdem in Caſſinates alia molimina & ſcelera. 472. Uſurpat oppidum S. Angeli in Theodice, & alia Caſſinatium bona. *ibid.* idemque molitur quoad oppidum S. Victoris. *ibid.* Bellum ei indicit Abbas Caſſinenſis. 473

Jacobus Marchæ comes maritus Joannæ II. reginæ Neapolitanæ. 513. ejus cum conjuge diſcordiæ. 522. ſopiuntur ea conditione, ut Jacobus ſolo regis titulo contentus regni adminiſtrationem uxori permitteret. *ibid.* carceri juſſu uxoris mancipatur. *ibid.* e quo eductus in Galliam concedit, ubi tertii ordinis S. Franciſci religioſus evadit, & poſt uxoris obitum ſolemni voto primo ejuſdem ordini ſeſe obſtringit. *ibid.*

Janulæ oppidum civitati S. Germani unitum, eſtque ſuperior ejus urbis pars. 64. pro hac arce quatuor aureorum millia regina Joanna a Caſſinatibus petit. 518. ea juſſu prædictæ reginæ Malitiæ Carrafa tradita. *ibid.* ars Janulæ, aliæque Caſſinatibus a Ferdinando rege ademptæ. 566

Ignatius Squarcialupus Caſſin. Abbas edit capitula pro bono Oppidi Citrarii regimine. 585. Gubernatorem S. Germani conſtituit Aloyſium de Cardines. 601. Magiſtratus diverſos creat. 614. item alios. 615. alios. 616

Illuſtriſſimi titulus tributus olim generali Præfecto Perſiani exercitus. 155. ſequioribus ſæculis Ptolomæo Romano Conſuli tribuit Petrus Diaconus. *ibid.*

Immidius dives Caſinas, hoſpes q. Philippi conſulis. 743

Imperatores Orientis minio ſubſcribebant. 54. Imperatores quidam regni Neapolitani domini. 365

Imperatorum, Regum, & Reginarum tituli. 93

Indictio triplex, Græca, Cæſarea, & Pontificia, quando inciperent. 512

Indigenæ Abbatiæ Caſſinenſis a judice primarum cauſarum ad judicem ſecundarum cauſarum appellare debent. 693. eaque de re ſententia pro Caſſinatium jure. *ibid.*

Induciæ inter Jacobum Stendardum regni Neapolitani Mareſcallum, atque Jacobum & Berlengerium Cantelmos Albeti Comites. 487

Inhibitio univerſitati S. Eliæ a magiſtro Bruno facta. 326

Innocentius PP. II. utriuſque Siciliæ inveſtituram conceſſit Rogerio I. ejuſque hæredibus non excluſis fœminis. 368

Innocentius Papa III. privilegium Caſſinatibus concedit. 285. ejuſdem Breve ad Roffridum Abbatem Caſſin. 286. ejus capitula pro recto Caſſinatium regimine. 290

Innocentius Papa VII. irritam jubet eſſe Bonifacii deceſſoris ſui conceſſionem, qua Joanni Thomacello oppidum Pontiſcurvi dono dederat, illudque ad veteres Caſſinates dominos redire. 504. Ejus litteræ ad oppidanos Pontiſcurvi. 505. epiſtolam mittit ad Abbatem S. Eraſmi, illumque delegatum apoſtolicum conſtituit, quo canonicis omnibus viis nitetur, ut oppidani Pontiſcurvi ad obedientiam Caſſin. Abbatis redirent. 505

Innocentius Abbas Caſſin. Gubernatores S. Germani, & Citrarii creat. 614

Inquiſitio a Bernardo Abbate inſtituta in oppidis Pediſmontis & Villæ. 306. in oppido S. Eliæ. 310. in caſtro Cervariæ. 314. in oppido S. Victoris. 315. in oppido S. Petri in Fine. 316. Auctoritas harum inquiſitionum. 320. Inquiſitio in oppido Cervarii. 337. in urbe S. Germani. 380. in oppido Plumbariolæ. 381. in caſtro Pediſmontis. *ibid.* in oppido S. Angeli in Theodice. 382. in oppido Pignatarii. 383. in caſtello novo. 384. in oppido Fractarum. *ibid.* in oppido Vallisfrigidæ, & S. Andreæ. *ibid.* in oppido S. Ambroſii. 385. in vicis Peolo, Caira, Tora. 368. in S. Germano quoad artifices. *ibid.* in oppido S. Petri in Monaſterio. 388. in oppido S. Eliæ. *ibid.* in oppidis Cervariæ, S. Victoris, & S. Petri in Fine. 389. in oppido Mortulæ. 399. in oppido Cucurutii. *ibid.* in oppido Terrunculi. 391. in oppido Sarracinifci. 427. in Cardeto, in Aquafundata, in Viticuſo, in civitate S. Germani, in vicis Foreſtæ, Cairæ, & Farignolæ. 428. in oppidis S. Eliæ, Vallis rotundæ, Cervarii, S. Victoris. 429. in oppidis S. Petri in Fine, Bandræ, Juncturæ, Cucurutii, Mirtulæ, Toroculi, Luci. 430. in caſtris S. Liberatoris de Majella, Novo, S. Georgii, S. Angeli in Theodice, S. Andreæ & Villæ, s. Ambroſii, s. Apollinaris, in Vallefrigida. 431 in caſtris S. Stephani, Pontiſcurvi, Terami. 432. in caſtris Pignatarii, Pedemontis, Plumbariolæ, s. Petri in Monaſterio, Citrarii, Fractarum, Peſclarum. S. Marci de Aquaſonula, & in caſalibus S. Petri de Avellana. 433

Inſcriptiones, & marmora, quæ ſuperſunt e ruderibus diruti Caſini. 738

Invaſores ditionis Caſſinenſis excommunicati. 182. & bonorum monaſterii Caſſinenſis. 183

Inveſtitura per annulum, ſeu traditionem annuli majorum præſertim prædiorum, & dignitatum fiebat. 224

Invictiſſimi titulus imperatorum proprius. 93

Invocatio: *in Nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni*, ſi non reperitur in omnibus Caroli M. privilegiis, in aliquibus certe occurrit. 15

Joanna Regina in Caſſinatium ſubditos benefica. 418. miniſtros regios Caſſinates vexantes reprimit. 420. Litem inter oppidum Rebellione & Carcerum dirimendam committit. 425. Litteras pro Caſſinatibus dat ad miniſtrorum regiorum violentiam, & immanitatem comprimendam. 434. ejus litteræ in gratiam Caſſinatium. 442. depoſita ab Urbano VI. 447. & regno ſpoliata. 450. a Carolo III. capta, & in Caſtello Murenſi relegata. 450. deinde ab eodem morti addicta. 452

Joanna II. quando Ladiſlao fratri ſucceſſerit? 511. certiorem de Ladiſlai fratris morte facit capitaneum juriſdictionis criminalis Abbatiæ Caſſinenſis. *ibid.* iterumque ad Andream Abbatem, & memoratum capitaneum ſcribit. *ibid.* Caſſinatibus propitia præter alia confir-

mata privilegia ratum eſſe Caſſinatibus privilegium Ladiſlai jubet, quo cavetur licere Monachis molas trulatiles pro piſtrinis ſuis frumentariis e fodinis Monaſterii effodere. 512. alia Joannæ Epiſtola ad Andream Caſſin. Abbatiæ regium Gubernatorem. *ibid.* matrimonio ſibi copulat Jacobum comitem Marchæ provinciæ, in Aquitania, quocum jubet, ut omnia oppida, & bona cœnobii Caſſinenſis Abbati Pyrro Thomacello reſtituantur. 513. Aliæ reginæ Joannæ, in favorem Caſſinatium litteræ. 513. Mandat, ut oppidani Vandræ Sacram Caſſinen. Abbati ſolvant. 514. quatuor aureorum millia pro Rocca Janulæ a Caſſinatibus petit. 518. ejus pro ſubditis Caſſinatium litteræ. 520. quædam Caſſinatium privilegia confirmat. 522. Alphonſum Aragoniæ regem in filium adoptat. 524. ad ſua ſtipendia vocat Braccium a Montorio, *ibid.* ab Alphonſo alienata Ludovicum III. Andegavenſem, caſſata priori adoptione, filium adſcivit. 530. Quando obierit. *ibid.*

Joanna regina, & Carolus rex ſub protectione ſua accipiunt cœnobium, atque Congregationem Caſſinenſem. 596. urbi S. Germani ampliſſimum privilegium a Ferdinando I. & II. ac a Federico Neapolitanis regibus conceſſum confirmant. 598

Joannes comes de Pontecurvo plura Monaſterio Caſſinenſi elargitur. 169

Joannes Teanenſis comes partem caſtri Mortulæ ad ſe pertinentem Caſſinatibus concedit. 170

Joannes filius Ugonis comitis Caſſinenſibus donat integram partem ſuam de Caſtello Sujo. 182

Joannes Aragonius Abbas Caſſin. plures ditionis Caſſinenſis Gubernatores conſtituit. 555. Magiſtrum Maſſarium in oppidis Pediſmontis, Villæ, & diruto Plumbariolæ eligit Benedictum Rubeum. *ibid.* Rectorem Pontiſcurvi creat Jacobum Citroli. *ibid.* Caſtellanum vero, & Magiſtrum Maſſarium in oppido Bandræ Antonium Sado! 556. Capitaneum quoad civilem criminalemque juriſdictionem in oppido S. Petri de Avellana dicit Alexandrum Raſolum. 556. Caſtellanum in oppido S. Angeli Petrum de notario Meulo. 557. Magiſtrum Maſſarium in oppido Vallis rotundæ aliiſque Angelum Revele. *ibid.* Capitaneum & Caſtellanum in oppido S. Magni Andream Ciolfum. *ibid.* Ejus litteræ pro recuperando Caſali S. Joannis de Scorſone. *ibid.* Litem compeſcit inter univerſitatem, & Clerum oppidi Citrarii. 557. Capitaneum in oppido Citrarii conſtituit Franciſcum Caczanum, *ibid.* ac deinde Franciſcum Macedonium. 558. Diſſidia inter cœnobium S. Petri de Avellana & Dominos Feudi Carcerum dirimit. *ibid.* judicem cauſarum ſecundarum in oppido Citrarii creat epiſcopum Biſinianenſem. 558. Ejus litteræ pro Joannello Cece. 559. Menſæ Monachorum quædam bona aſſignat. *ibid.* ampliſſimo privilegio concedit oppidanis S. Petri de Avellana, ut paſcua pro animantibus ſuis a monte Caprario repeterent abſque ulla fidæ ſolutione, ea lege, ut decem quotannis ceræ libras pro canone perſolverent. 561. Immunitatem a ſolvendis vectigalibus terratici, decimarum, operum manualium &c. concedit Angelo Revele, ejuſque filiis ac nepotibus *ibid.* Rectorem Pontiſcurvi eligit Peritheum Malvezzi. 562. præſentat Abbatem S. Luciæ Villæ Pediſmontis. *ibid.* Ejus obitus. 565. Ejus tertium regeſtum. 562. Sex alia regeſta ejus tempore a Theſaurariis Caſſin. facta. 565

Joannes de Medicis fit Abbas Caſſinen. 565. Vice ſua Joannem de Titiis ſurrogavit. *ibid.* Hic privilegium quibuſdam Cervarienſibus conceſſum confirmat. 565. Gubernatorem oppidorum ditionis Caſſin. conſtituit Joannem de Frabertino. 567. ejus gubernator Caſtellanum oppidi Peſclarum conſtituit. 571. ipſe privilegium Sangermanenſibus concedit. *ibid.* Officium Magiſtrorum actuum curiæ ſpiritualis, & laicalis quoad civilia concedit Joanni Marſello, & Marcello ejus filio. 573. ſecundarum cauſarum judicem creat Joannellum de Ricca. 574. arcis Montis Caſſini *poſſeſſionem init*. 578. plura ejus regeſta in archivo Caſſinenſi. 582. In jus vocat Granellam Gallum, qui oppidum collis S. Magni invaſerat. *ibid.*

Joannis Papæ VIII. Epiſtola ad Docibilem & Joanne Conſules Cajetanos. 117

Jordanus Capuæ princeps bona & privilegia Abbatiæ Caſſinenſis confirmat. 184. Alterum privilegium a Jordano Caſſinenſibus conceſſum. 186. Tertium. 187. Quarto majorem lacum Aquinenſem Caſſinatibus elargitur. 187 Quinto eis donat eccleſiam S. Rufi. 188. Juriſdictionem Caſſinenſis Abbatis fatetur. 189. Eccleſiam S. Agathæ prope muros Averſanæ urbis Caſſinenſibus concedit. 191. Item latifundia quædam. 192. Quando imperarit? *ibid.* Bona cœnobii S. Angeli ad Formam confirmat. 202. eidem cœnobio magnam caſtanearum ſylvam concedit. 203

Jordanus II. Capuæ princeps monaſterio S. Angeli concedit villam S. Petri in Scaphato. 234. anteceſſorum ſuorum conceſſiones eidem confirmat. 235. alia ejuſdem eidem cœnobio donatio. 238. juramento Oderiſio II. Abbati Caſſinenſi ſe obſtringit. 239. Caſtrum Picæ Caſſinatibus confirmat. 240

Iſidorus Abbas Caſſin. plures Magiſtratus creat. 643. procuratorem ad comitia generalia vocatus conſtituit. *ibid.*

Italia Auguſti tempore in undecim regiones diviſa. 732. in varias provincias denuo Conſtantini tempore diſtributa. *ibid.*

Italicæ linguæ exordia. 70

Itinerarium, quod vulgo ſub Antonini nomine circumfertur, an ejus Imperatoris revera ſit? 732

Judex publicus idem eſt, ac judex regius, ſeu Imperatorius. 80

Judex generalis, ac Juſtitiarius ab Abbate Caſſinenſi creati. 320

Judicium Dei appellabantur ſingularia certamina, & examina per ignem, aut aquam &c. ad detegendam veritatem occultam. 115

Junctura caſtrum Caſſinatibus ſubditum: inquiſitio in eo facta. 430. Hoc caſtrum in planitie poſitum eſt. 752. Fertilem ejus agrum alluunt

Rapi-

Digitized by Google

Rapidus, & Carnellus. *ibid.*

Jura, & bona cœnobii Caſſinenſis in urbe S. Germani, in oppido S. Eliæ Cervarii, Terruculi, S. Victoris. 562. in oppido S. Petri in fine, S. Apollinaris, Juncturæ, S. Ambroſii, S. Angeli, Vandræ, Valliſrotundæ, Cardeti, Sarraciniſci, Aquæfundatæ, Vitecuſii, Pediſmontis. 563. Vallisfrigidæ, S. Georgii, Terami, Pignatarii, Collis S. Magni, Cucurutii, Mortulæ, & S. Andreæ. 564

Jura Ludovici XII. Gallarum regis, & Ferdinandi Catholici in regnum Neapolitanum. 570

Juramentum comitum Teani Abbati Caſſinenſi præſtitum. 148. Item Laydulfi Principis Capuani. 90. Et Landulphi S. Agathæ. 91. Richardi II. principis Capuani, quo caſtrum Pontiſcurvi ſe cœnobio Caſſinenſi nunquam adempturum ſpopondit. 222. Roberti principis. 225. Richardi de Aquila. *ibid.* Raonis. 229. Jordani II. principis Capuani. 239. Roberti II. Capuæ Principis. 247. Juramentum fidelitatis ab accolis S. Petri in Curulis Abbati Caſſin. præſtitum. 321. Juramentum judicis ad contractus. 475

Juriſdictio ſuprema Abbatiæ Caſſinenſis primam originem duxit a Giſulfo II. Beneventano Duce. 1. eſt civilis, criminalis, & mixta. 3. Criminalis a Carolo I. Duca Andegavenſi circa annum 1282. Caſſinenſibus adempta. 4. redempta a Caſſinenſibus ſub Carolo II. Hiſpaniarum & V. Neapolis rege. 4. Juriſdictio Caſſinenſis abſoluta & independens. 11. juriſdictionis Caſſinenſis ſecundus auctor Carolus Magnus. 12. juriſdictio abſoluta Caroli Magni privilegio Caſſinatibus conceſſa 17. a Lothario Imp. confirmata. 33. Suprema juriſdictio Caſſinenſium probata evidentiſſime. 36. Eamque oſtendit præ cæteris Bertharius Abbas Caſſin. communito cœnobio, exſtructaque urbe. 37. juriſdictio ſuprema Caſſinatibus conceſſa etiam diplomate Paldulfi, & Landulfi, Beneventanorum Principum. 63. Supremæ Caſſinatium juriſdictionis argumenta. 118. 169. 204. Henricus Imp. declarat juriſdictionem omnem in ſubditos ſuos penes Caſſinates eſſe. 279. Juriſdictio Caſſinenſis propugnata. *ibid.* Juriſdictio criminalis a Carolo Andegavenſi Caſſinatibus ablata. 283. Damna a Friderico II. Impetatore Caſſinatium juriſdictioni irrogata 299. juriſdictio criminalis cęnobio Caſſin. confirmata ab Alexandro IV. 301. omnimoda Caſſinatium juriſdictio. 306. juriſdictio Caſſinatium a Clemente IV. aſſerta. 306. ſuprema Caſſinatium juriſdictio in oppido S. Petri in fine. 324. juriſdictio criminalis Caſſinatium in oppido S. Eliæ. 331. in oppido S. Petri in fine. 335. quanta cœnobii Caſſin. in ſubiecta ſibi oppida juriſdictio. 341. juriſdictio criminalis a Carolo Andegavenſi Caſſinatibus ablata. 353. Cauſæ referuntur in ſcriptura pro regio fiſco facta. *ibid.* impugnantur contentæ in Scriptura aſſertiones. 355. juriſdictio criminalis penes cœnobium Caſſin. ſemper fuit. 358. Henrici VI. privilegiis juriſdictio criminalis Caſſinatibus confirmatur. 373. juriſdictio ſpiritualis, & temporalis in Caſtris Monaſterii S. Liberatoris. 417. juriſdictio criminalis a Pio II. PP. Caſſinatibus reſtituta. 549. juriſdictioni Caſſinenſium favet epiſtola regii collateralis conſilii. 598. juriſdictio criminalis Caſſinatium, in oppido S. Petri de Avellana probata. 606. juriſdictio Caſſinenſium in oppido Citrarii aſſerta. 607. criminalis Caſſinatium juriſdictio in oppido Citrarii. 626. Et civilis. 629. juriſdictio criminalis ditionis Caſſin. multis data. 639. juriſdictio criminalis a Caſſinatibus empta, ſed incaſſum. 642. juriſdictionem Caſſinenſium tuetur Philippus IV. data epiſtola. 647. juriſdictio primarum cauſarum criminalium in Abbatia Caſſinenſi una cum ſecundis cauſis civilibus, mixtis, & criminalibus vendita M. Antonio Columnæ. 651. reclamantibus Caſſinatibus hæc venditio irritatur. 651. juriſdictio criminalis in ditione Caſſin. Franciſco Tuttavillæ conceſſa. 656. Cauſæ mixtæ & ſecundæ civiles Caſſinatibus vindicatæ. *ibid.* Acta a Caſſinatibus pro ſua juriſdictione tuenda. 663. juriſdictio criminalis primarum ſecundarumque cauſarum Abbatiæ Caſſinenſis cum juribus aliis, ſi quæ habebat Franciſcus Tuttavilla, a Caſſinatibus empta. 678. Utilitates ex emptione juriſdictionis criminalis ortę. 689

Juriſdictio Monaſterii SS. Coſmæ, & Damiani apud Talliacotium Caſſinatibus ſubditi. 286

Juriſdictiones quædam cœnobii Caſſinen. explicantur. 542. juriſdictiones cœnobii Caſſinen. locantur. 624. Sunt allodiales. *ibid.*

Juſtinus Caſſinenſis Abbas plures gratias oppidanis S. Petri de Avellana concedit. 599. judicem ad contractus conſtituit Alphonſum Trella. 600

# L

LAbbeus corrigitur. 743

Lacus major Aquinas a comitibus Aquini Caſſinenſibus donatus. 188. Lacus non longe a Caira anno 1724. exortus. 748

Ladislaus rex Neapolis ſalutatur an. 1387. quod probatur. 457. in regni Cancellarium Petrum de Tartaris Abbatem Caſſinenſem confirmat. 459. eique redditus decernit. 460. privilegia omnia ab anteceſſoribus ſuis cœnobio Caſſinenſi conceſſa confirmat. 461. eidem reſtituendum jubet caſtrum Roccæ Evandri. 462. viginti annorum immunitatem concedit oppidanis S. Petri in Monaſterio. 463. jubet Caſſinenſi Abbati, ut comparata militum manu oppida cœnobii Caſſin. defendat. 464. Incolas oppidorum Caſſinatibus ſubditorum vectigalibus omnibus a regio fiſco imponendis eximit. *ibid.* matris ſigillo in privilegiis ſignandis aliquando uſus. 466. jubet capitaneis paſſuum, ne amplius ſeſe in paſſibus oppidorum cœnobii Caſſinenſis immiſcerent. 467. pluries per legatos ad pacem hortatus eſt regni Admiratum, bona Caſſinatium uſurpantem. 473. Sangermanenſibus jubet, ut perſtent in Abbatis fidelitate, opemque in omnibus ferant. *ibid.* Epiſtola Ladislai regis in gratiam Caſſinenſium. 482. oppida ditionis Caſſinenſis

oneribus levat. 498. generalem facinorum remiſſionem Caſſinatium ſubditis concedit. 499. permittit Caſſinatibus, ut ærarium Abbatialem eligant, qui omnes proventus exigat, & ſolvat officialibus regiis. 500. litem componit quoad reſtitutionem Pontis curvi. 505. omnia privilegia ab ejus parente, aliiſque deceſſoribus cœnobio Caſſin. conceſſa confirmat. 508. Ladislaus Caſſinatibus infeſtus, & cur? *ibid.* Duodecim dumtaxat ſenibus Monachis in cœnobio relictis, alios expulit, locumque militibus cuſtodiendum tradidit. 509. Nomine ſuo gubernatorem Abbatiæ Caſſinen. conſtituit Andream de Capua Abbatem ordinis Ciſtercienſis, juſſitque, ut quam diligentiſſime curaret, ne cœnobii Caſſin. vaſſalli ad Abbatem Henricum ullo modo jus petituri recurrerent. *ibid.* quando obierit. 511. quot annis regnaverit. *ibid.*

Laidulphus ab an. 993. ad 999. imperavit, quo ob interemptum fratrem ab Othone III. Imp. in exilium actus eſt. 85. Fuit ultimus ex Aloaræ progenie. *ibid.* privilegium ab eo Caſſinatibus conceſſum. 89. Manſoni Caſſinenſi Abbati, juramento ſe obſtringit. 90

Lancinæ in valvis eccleſiæ Caſſinenſis a Deſiderio factæ. 172. deſcribuntur. *ibid.* His ſexdecim aliæ adjectæ ab Oderiſio II. *ibid.* In iis oppida & bona cœnobii enumerantur. *ibid.*

Landenulfus Beneventanus Princeps quando imperaverit? 85. Occiſus an. 993. *ibid.* Tria ejus privilegia, quæ cum matre Aloara Caſſinenſibus conceſſit. 86. 87. Horum Principum rara diplomata. *ibid.*

Landenulfus comes concedit Monaſterio Caſſinenſi Roccam Camini. 218

Landinus corrigitur. 757

Lando Dominus Arpinenſis medietatem Arpini aliorumque caſtrorum Caſſinatibus donat. 181. alia quædam altera donatione. *ibid.*

Lando Cajetanorum dux quantacumque ad ſe pertinent de civitatibus, caſtellis &c. cœnobio Caſſinenſi donat. 208

Landulfus, & Atenulfus Principes Beneventani plura concedunt cœnobio Caſſinenſi. 45. *& ſeqq.* Quando regnarint. 47. Quartum Landulfi, & Atenulfi diploma in gratiam Caſſinatium. 52

Landulfus II. & Pandulfus Principes Beneventani privilegium Caſſinatibus concedunt. 53. Quando regnarint? 54. alterum eorum privilegium. 55. Tertium. 56

Landulfus IV. Princeps Beneventanus privilegium Caſſinenſibus largitur. 82. Quando regnaverit? 83. Fuit occiſus in prælio an. 983. non 982. *ibid.* Anglenæ aquam Caſſinatibus concedit. 84

Landulfus S. Agathæ Capuanus Princeps juramento ſe Abbati Caſſinenſi obſtringit. 90. Quando imperarit. 91

Landulfus Teanenſis comes alteram partem Caſtri Mortulæ Caſſinatibus donat. 179

Langobardi principes præcipuam Cyſtiberinæ Italiæ partem dominarunt. 361. Leges ad regendos populos ediderunt. *ibid.*

Langobardicæ leges ab Abbate Caſſinenſi ſubditis ſuis permiſſæ. 361. a Carolo Magno, aliiſque Imperatoribus non fuerunt abrogatæ. *ibid.* in unum collectæ juſſu Lotharii III. Imperat. *ibid.* diu poſt hunc Imperatorem viguerunt præcipue in regno Neapol. *ibid.* Iis Caſſinates aſſueverant. *ibid.* Vigebat etiam anno 1344. in Aprutio jus Langobardicum. 406

Latium antiquum, & novum; ejus limites. 732. An Caſſinum in Latio. *ibid.* quo tempore Latium Campaniæ ſit nomen adeptum 732. Conſtantini ne tempore, an Auguſti, vel alterius? *ibid.* Auguſtus inditum Latio nomen non immutavit. *ibid.* Latii nomen poſt Conſtantini tempora adhuc perſeveravit. *ibid.*

Latomiæ agri Caſinatis, e quibus effoditur lapis, quem alabaſtriten vocant. 735

Launebile ſignificat reciprocum donum. 171

Laurentius Zambellus Abbas Caſſinen. Nitium Fagium eligit Capitaneum Serræ Monacheſchæ, & Capitaneum S. Petri de Avellana Bernardinum Blanchum. 612

Lautrechius Gallus regnum Neapolitanum invadit. 606. Clementis VII. ad eum litteræ pro reſtituendo Caſſinatibus oppido S. Petri de Avellana. *ibid.*

Laydulfus comes quædam renunciat Caſſinatibus. 228

Leo Oſtienſis omnia fere cœnobio Caſſinenſi conceſſa privilegia compendio retulit. 697

Leo PP. X. ejus pro Caſſinatibus ad Proregem Neapolitanum epiſtola. 599

Leo Oſtienſis corrigitur. 753

Leo nobilis Beneventanus ſe, ſuaque omnia obtulit cœnobio Caſſinenſi. 11

Leones lapidei cur agri Caſſinatis limites finirent? 159

Leſogne fluvius Interamnam alluens. 730

Libellarii erant ſervi per libellum, ſeu chartam manumiſſi. 104

S. Liberatoris cœnobium nunquam pro oppidis ſuis adoham ſolvit. 598. Ejus jus in oppida diruta Pomari, & S. Angeli aſſertum. 609. Bona quædam cœnobii S. Liberatoris locata. 614. jura cœnobii S. Liberatoris aſſerta. 628. Ejus jus in Ripam Corbariam vindicatum. 628. Diſſidia inter cœnobium S. Liberatoris & oppidum Serræ quoad jus lignandi, paſcendi &c. in montibus ac planis locorum Cerchiariæ &c. ſedata. 645

Liburiæ campus quiſnam? 21

Lis inter oppidum Robellione Caſſinatibus ſubditum, & oppidum Carcerum dirempta. 425. Lis inter Caſſinates & Ligorium Carrafam Cajetano epiſcopo ab Urbano VI. commiſſa. 455. Lis quoad reſtitutionem Pontiſcurvi a rege Ladislao compoſita. 505. Lis inter cœnobium Caſſin. atque oppida S. Ambroſii, S. Apollinaris, & Vallisfrigidæ, de prandio Caſſinen. cœnobio debito ab Alphonſo rege dirempta. 540. 541

Lis inter cœnobium Caſſin. & Teatinos de oppido Oliveti & Silva Rea Caſſinatibus adjudicata. 551. Lis quoad officium magiſtri Actuum compreſſa. 613. Lis quoad cancellarias juriſdictionis civilis & mixtæ cœnobii Caſſinenſis. 623. Lis pro finibus inter Caſtellum novum, & S. Georgium. 625. Lis quoad Silvam Ream. 626. Lis Manupellenſium cum Caſalenſibus pro Ripa Corbaria. 630. Lis quoad Cancellariam civilem. 639. Lis pro finibus inter univer-


Digitized by Google

verſitates S. Apollinaris, & S. Ambroſii. *ibid.*
Lis pro finibus inter Sangermanenſes & Sanctelianos. *ibid.*
Liſta quid ſit. 28
Littefridus Fundanus conſul portionem ſuam civitatis Fundanæ pluriumque caſtrorum cœnobio Caſſinenſi concedit. 180
Lotharius Imperator juriſdictionem Caſſinenſibus confirmat. 32. Genuinum eſt illius privilegium. 33. Ejus imperii Epochæ. 34. Alterum Lotharii privilegium pro Caſſinatibus. *ibid.*
Lotharius II. Imperator Caſſinatibus favet, 248. Epiſtolas Abbati & Monachis ſcribit. *ibid.* iis ut opem ferat, cogit exercitum. 249. magno honore Abbatem Caſſinenſem recipit. *ibid.* ampliſſimum privilegium Caſſinatibus concedit. 250. hujus privilegii authentia. 254
De Luca Cardinalis laudat archivum Caſſinenſe, 706
Lucentius emendatur. 112. 113. 276
S. Luciæ Villa in amæno colle poſita, pluresque in pagos diviſa. 751. In ea parochia S. Luciæ, cui Abbas præeſt. *ibid.* Noſocomium ibi, & duo Laicorum ſodalitates *ibid.* Altera ibidem parochia Sancti Martini, civiles quædam familiæ, notarii, & pharmacopolæ. *ibid.*
Lucum caſtrum Caſſinatibus ſubditum; inquiſitio in eo facta, 430
Ludovicus Imperator privilegia, & bona Caſſinenſis Monaſterii confirmat, 38. Ejus diploma genuinum eſt. 39. Epochæ Ludovici in ſuis diplomatibus. 40. alia beneficia Caſſinatibus a Ludovico facta, *ibid. &* 41
Ludovicus III. Andegavenſium dux mari, terraque Neapolim obſidet. 524. opem ei fert Martinus PP. V. *ibid.* in filium adoptatur a Joanna II. 530. & dux Calabriæ dicitur. *ibid.* quando obierit. *ibid.*
Ludovicus Scarampus Cardinalis Abbas Caſſinenſis. 541. in ejus regeſto ſecundo adnotatur locatio Rectoriæ S. Germani, plateæ S. Germani, rectoriæ S. Petri in Monaſterio, cenſus a Marino & Petro de Plumbariola fratribus ob immunitates conceſſas ſolutus, locatio rectoriæ Pontiſcurvi, rectoriæ, & plateæ Sanctæ Eliæ, prandium ab oppido Sanctæ Eliæ ſolutum, redditus rectoriæ, plateæ, prandii, & Scafarum caſtrorum omnium Abbatiæ Caſſinen. ac immunitates, quibus nonnulli victorum caſtrorum incolæ decorati fuerunt. 542. in tertio ejuſdem regeſto recenſentur ſolutiones cœnobio Caſſin. factæ. *ibid.* Oppidum Cocurutii ejuſque arcem Principi Roſſanenſi, & Duci Sueſſæ concedit. *ibid.* Generalem Abbatiæ Caſſin. Gubernatorem conſtituit Michaelem Lambertengi. 545
Ludovicus XII. Galliæ rex quæ jura haberet in regnum Neapolitanum, 576. fœdus ejus cum Ferdinando Catholico, 576. Ei regnum Neapolitanum conjunctim cum Ferdinando Catholico poſſidendum concedit Alexander PP. VI. 577. Præcipit Gubernatori Provinciæ Aprutii, ut pacifica conſervaretur Abbati Caſſinenſi poſſeſſio S. Petri de Avellana, 580. ratam habet Cardinalis Amboiſe juſſionem in gratiam Caſſinatium emiſſam. 581. Regno Neapolitano ab Hiſpanis ſpoliatur. 582
Ludovicus Trivultius Abbas Caſſinen. Gubernatorem Sancti Germani conſtituit Antonium della Marra. 599. item Capitaneum Citrarii eligit. *ibid.*
Lyris fluvius ubi oriatur. 754. Antiquitus ab origine, quoad in mare delabatur, idem ſemper nomen ſervavit. *ibid.* quod poſterioribus ſæculis variis in locis obliteratum eſt. *ibid.* Scriptores qui Lyris meminerunt. *ibid.* Lyris, Fibreno fluvio recepto ſequioribus ſæculis Carnelli nomine donatus fuit. 755. agrum Romanum a Regno Neapolitano dividit. 757. In Garilianum deinde influens Garilianus dicitur. 758

# M

MAbillonius corrigitur. 16. 223. laudat archivum Caſſinenſe. 706. refellitur. 746
Majeſtatis compellatio Romano Pontifici, Archiepiſcopis, Regibus, ac Principibus olim communis fuit. 93
Majo Teleſinus omnes ſubſtantias ſuas Caſſinenſibus donat. 36
Maledictiones, pœnæ pecuniariæ, aut corporales, excommunicatio, depoſitio &c. a ſummis Pontificibus, conciliis, imperatoribus, regibus, aliiſque perſonis irrogatæ, in privilegiis, & donationibus. 256
Manſia familia nobilis oppidi Peſculi Conſtantii. 762
Manſiones quid eſſent? 79
Marchei quinam eſſent. 4
S. Marci de Aquaſonula caſtrum Caſſinatibus ſubditum; inquiſitio in eo facta. 433
Marcus Tarentius Varro villam ſuam Caſſini habuit, quo ſtudio operam daturus ſe recipiebat. 734
Margharita regina jubet, ut cœnobio Caſſinenſi jus exigendi vectigal quartucii ratum habeatur. 482
Marinus Trajectenſis comes plura Monaſterio Caſſinenſi largitur. 157. item totam partem ſuam de comitatu Trajectano, & caſtro Spinei, ac Fractæ. 193
Marinus Thomacellus Caſſinen. Abbas edictum edit Plumbariolæ, alibique promulgatum. 396. incolis Pediſmontis mandat, ut domum ibi a cœnobio Caſſinen. poſſeſſam ſarciant. 397. Joanni de Neocaſtro facultatem dat condendi piſcariam in Lyri. 398. ad eum Epiſtola Roberti regis. *ibid.*
Mariti uxores dotabant apud Gothos, & Langobardos, ac etiam Romanos. 193
Marmor antiquum Faſtorum Municipalium in agro Caſinenſi repertum. 741



Digitized by Google

S. Martini vicus Caſſinatibus ſubditus, nunc deſertus. 762. ejus agrum alluit fluvius Sangrus. *ibid.*
Martinus Papa V. ad Cardinalem Sabinenſem epiſtolam mittit. 374. Joannæ II. Neapolis reginæ infenſus, quod Aragoniæ regem in filium adoptaſſet, ſuppetias fert Ludovico III. Andegavenſium duci. 524. Joanni Aquinati Epiſcopo ditionem Caſſin. gubernandam committit. 526. Oppida ditionis Caſſinenſis occupata repetere. 528
Maſſaricia idem ac ſupellex. 104
Mathildes comitiſſa privilegium Caſſinatibus concedit. 201
Maurus Cæſarinus Caſſinenſis Abbas patronum pauperum conſtituit Joſeph de Antone. 692. Gubernatorem S. Germani cum civili, mixta, criminalique juriſdictione Hieronymum Cardamomo. *ibid.* Capitaneum S. Petri Carolum Silla. *ibid.* Capitaneum Serre Joannem Antonium Grimaldi. *ibid.* judicem ſecundarum cauſarum civilium mixtarum, & criminalium in ditione Caſſinenſi Joſeph Roſci. *ibid.* plures alios magiſtratus creat. *ibid.*
Merula corrigitur. 742
Michael monachus corrigitur. 37. 112
Milites pro Terræ ſanctæ expeditione a Cenobio Caſſin. dati. 294
Minium in ſubſcriptionibus diplomatum adhibitum. 54
Miræus corrigitur. 746
Mojaticum quid eſſet? 382
Monachi Laicis jus, etiam in temporalibus dicebant in Abbatia Caſſinenſi. 502
Monarchia epiſcopi, imo & Abbatis provincia aliquando appellata. 93
Monaſterium Ss. Coſmæ, & Damiani apud Talleacotium Caſſinatibus ſubditum, & ejus juriſdictio. 286
Monogramma minio ſcriptum. 54. Hoc modo ſubſcribebant principes omnes Beneventi & Capuæ. *ibid.* Idem Imperatorum Græcorum mos. *ibid.* Quam vetuſtus monogrammorum uſus in numiſmatibus, monetis, & picturis. 74
de Monte nigro gentis hiſtoria. 322. Bona quædam Richardo de monte nigro a Caſſinatibus retroceſſa. 321. Richardus idem bona quædam Caſſinatibus vendit. 322. Thomas de monte nigro ſepultus in Caſſin. monaſterio. *ibid.*
Montfauconius laudat archivum Caſſinenſe. 706
Morinus Venafranus comes caſtrorum Aquæfundatæ Caſſinenſibus donat. 201
Mortulæ, vel Mittulæ caſtrum Caſſinenſi cœnobio a Richardo Capuæ principe primo donatum, & iterum eidem conceſſum a Teanenſibus comitibus. 171. contra Landenulfum comitem Caleni Caſſinenſibus adjudicatum. 181. ejus balnea. 319. ſuperſunt adhuc in agro Suii Mortulæ ſubdito balnea ſulphurea pluribus medendis infirmitatibus apta. 319. Inquiſitio in hoc oppido facta. 390. Ejus oppidani ſerviunt Abbati in exercitu. *ibid.* Anno 1334. adhuc incolas habebat hoc oppidum. 405. Inquiſitio in hoc oppido facta. 430. Mortula anno 1349. terræmotu proſtrata. 475. Obſoleti jam terratici ſolutionem redintegrant oppidani Mortulæ. *ibid.* ſolvunt cœnobio Caſſinenſi ſeptimam grani, hordei, & milii, quæ in territorio Mortulæ collegerant. 477. Ubi ſitum hoc oppidum. 760. utroque jure Caſſinatibus ſubditum. *ibid.* Extat ibi hactenus Eccleſia S. Mariæ, cui Oeconomus curatus ab Abbate Caſſin. deſignatus præeſt. *ibid.*
Munburdium quid ſignificet? 52
Municipales leges in omnibus regni Neapolitani vicis vigent. 361. Has reges nunquam abrogarunt, ſed eas tantum vel correxerunt, vel iis aliquid addiderunt. *ibid.*
Munire oppidum eſt ſupremi dominatus argumentum. 147. 225

# N

Neapolis quando municipium a Romanis conſtitutum. 733
Neapolitanus Archiepiſcopus Vicarius Abbatis Caſſinenſis. 351
Nicolaus Papa II. ampliſſimo privilegio bona, & privilegia Abbatiæ Caſſinenſis confirmat. 159. Ducis titulo Robertum Guiſcardum decoravit. 161
Nobilitatis compellatio Regi Francorum tributa. 93
Nortmanni quænam in ditionem Caſſinenſem tentaverint? 143. deriſi, vel fugati. 144. Nortmannorum *Principum* pietas erga Caſſinates. 204
Notarii ab Abbate Caſſinenſi creati. 307. juriſdictioni Caſſinenſis cœnobii ſubditi. 502
Nuceus, Angelus, confutatus. 2. corrigitur. 37. emendatur. 714. corrigitur. 753. 759

# O

Odeſiſius comes Sangrorum duo caſtra Caſſinenſibus offert. 204
Oleum ex Caſſinati agro proveniens maxime commendatum. 735
Oliveti villa utroque jure Caſſinatibus ſubdita. 763. ubi ſita. *ibid.* A ſæculo XI. incolebatur. *ibid.* Ejus Eccleſia S. Mariæ Roſarii regitur ab Oeconomo ad nutum Abbatis Caſſinenſis electo. *ibid.* Aliæ ibidem Eccleſiæ. *ibid.* Fertilem ejus agrum alluunt amnes Peſcara, & Nora. *ibid.*
Onera Univerſitatum ditionis Caſſinenſis, & redditus deſcripti. 648
Oppida, ſeu caſtra ditionis Caſſinenſis a monachis, non ab accolis ædificata. 147. Oppida intra fines Abbatiæ Caſſinenſis contenta. 186
Optimates magnitudinis, ſollertiæ prudentiæ, ſollicitudinis, induſtriæ, & utilitatis vocabulis

bulis a regibus in ſuis epiſtolis a præceptis honeſtabantur. 93
Ordinationes ab Innocentio PP. III. pro recto Caſſinatium regimine editæ. 290
Orthodoxi titulo decoratus Pippinus Galliæ rex. 596. uti & Recharedus, Egicanus, Receſvintus, & Chintilanus reges Hiſpani. *ibid.*
Otho Magnus ampliſſima privilegia monaſterio Caſſinenſi elargitur. 71. Ejus imperii Epochæ. *ibid.* Secundum ejuſdem Imperatoris privilegium Caſſinatibus conceſſum. 72. Tertium, quo cœnobium S. Angeli vallis Regiæ donat. 73. Quartum, 75. an. 994. nullam in Italia juriſdictionem exercuit. 115
Otho II. Imperator privilegium Caſſinatibus concedit. 77. Ejus privilegium pro cœnobio S. Mariæ in Cingla. 99
Otho III. Imperator bona, & privilegia Abbatiæ Caſſinenſis confirmat. 91. Quando imperare cœperit. 94. Roma ad montem Garganum nudis pedibus pergit pœnitentiæ cauſa ſibi a S. Romualdo impoſitæ. 115 Ejus cum S. Nilo colloquium. *ibid.*
Otho Caſſinenſis Abbas confirmat Jordano Pinzaſt medietatem Pontis curvi. 225
Otho Gualterii filius oppidum Peſcu Conſtantii ſe redditurum Caſſinenſibus promittit in die obitus ſui. 228
Otho dictus Imperator ditionem Caſſinenſem ingreditur. 289
Oudinus emendatur. 365

# P

Pagius emendatur. 83
Pagus quid ſignificaret? 77
Palatina tribus in veteri Caſino. 737
Paldolfus, & Landolfus ejus filius principes Beneventani plura conceſſere privilegia cœnobio Caſſinenſi. 57. 58. quando imperarint? 57. Tertium eorumdem Principum diploma pro Caſſinatibus. 60. Quartum. 61. Quintum. 62. Sextum. 63 Septimum. 65. Octavum. 66. Nonum. *ibid.* Eorum privilegium pro parthenone S. Mariæ in Cingla. 98
Paldolfus Beneventi, & Paldolfus Capuæ Principes omnia cœnobio Caſſinenſi conceſſa privilegia confirmant, & quædam in urbe Capua concedunt. 104. Caſtrum & oppidum Vici Alvi, eique contermina loca Caſſinatibus largiuntur. 106. Item caſtrum & oppidum S. Urbani. 107. Quando prædicti Principes imperarint. 108. Omnia bona, & privilegia Abbatiæ Caſſinenſis confirmant ampliſſimo privilegio. 132. Paldolfi ſcelera in Caſſinates, 135. Normannos in Caſſinenſes concitat. 147
Paldolfus & Joannes ejus filius Monachis Caſſinenſibus permittunt, ut quandocumque vellent, piſcatum mitterent in lacu Patriæ duos lontres. 129. Quando Capuanum Principatum acquiſiverint. 122
Paldolfus V. Sarraceniſcum cœnobio Caſſinenſi donat. 150. Quando imperarit. 153
Pandulfus Venafranus Comes plura Caſſinatibus donat. 167. alia rurſum concedit. 168
Pandulfus quidam Sipontinus de quinquaginta paſſibus in mari in loco, qui vocatur Rigora, ad piſcandum oblationem Caſſinatibus facit. 171
Pandulfus de Preſenzano partem caſtri Mirtulæ, & alia Caſſinenſibus donat. 206 De hujus viri familia. 207
Pappa, & Pappare quid ſignificent? 70
Parata eſt expenſio ad Hoſpitum, maxime Miſſorum ſuſceptionem. 79
Paſchalis Papa II. privilegia, & bona Caſſinatium confirmat. 229. ejus Diploma pro controverſia Eccleſiæ S. Mariæ de Caſali. 714
Patritii dignitas quænam. 16
Patronus Coloniæ non deerat in veteri urbe Caſino. 737
Paulus II. Rom. Pontifex & Abbas Caſſinenſis ſuo loco Nicolaum Sandonninum delegat. 549. ejus regeſtum ſecundum in archivo Caſſinenſi. 555
Paulus III. PP. facultatem concedit Abbati Caſſinenſi vendendi oppidum Citrarii. 610
Paulus Scotus Abbas Caſſinenſis plures Magiſtratus creat. 645. procuratorem eligit pro regni Comitiis. *ibid.* alios magiſtratus eligit. 648
Paulus Camillus Abbas Caſſin. Vicum S. Angeli ad decennium a quibuſdam cœnobio Caſſin. ſolvendis vectigalibus immunem declarat. 648. Varios Magiſtratus creat. *ibid.* procuratorem eligit pro regni comitiis. 649. Ei facultatem dat Urbanus VIII. degradandi ſubdiaconum, & curiæ ſæculari tradendi. *ibid.*
Pax publicata inter Pontificem, & Imperatorem. 296. Pax inter Abbatem Caſſinenſem alioſque regni dynaſtas inita. 457. Pacis inſtrumentum inter Caſſinenſes, & oppidanos Pontiſcurvi. 477. Pacis tabulæ inter Abbatem Caſſinenſem, & Lucam Spinellum rocchæ Guillelmæ dominum. 479
Pediſmontis Archipresbyter ab Abbate Caſſin. electus 381. 403. Inquiſitio in hoc oppido facta. *ibid.* privilegium oppidanis Pediſmontis a Petro Abbate Caſſin. conceſſum. 382. Tenentur reſarcire, & reparare domos curiæ Caſſinenſis ejus loci propriis expenſis. 397. Lis circa electionem Archipresbyteri Pediſmontis inter Epiſcopos Caſſinenſem, & Aquinatem compoſita. 404. Inquiſitio in hoc oppido facta. 433. Oppidani Pediſmontis cœnobii Caſſinenſis cuſtodes. 514 Ideoque a perſolvendis collectis immunes. *ibid.* Vigilias agere renuentes vel ad injunctum munus perficiendum, vel ad ſolvendas collectas adiguntur. 514. Pediſmontis oppidani ſupplici libello Abbati Caſſinen. porrecto obedientes ſe, fideleſque ſubditos exhibent, reliquis ditionis Caſſin. ſubditis tumultuantibus. 653. Pediſmontis Caſtellum in ameno colle poſitum Deſiderius Abbas Caſſin. ab Aquini Comitibus permutatione qua-

Digitized by Google

quædam accepit. 751. Parochia S. Mariæ in eo ab archipreſbytero regitur. *ibid.* Aliæ ibi Eccleſiæ, quædam laicorum ſodalitates, noſocomium, civileſque familiæ. *ibid.*

Peregrinius refellitur. 732. 759

Peſclæ caſtrum Caſſinatibus ſubditum: inquiſitio in eo facta. 433. Lis de oppido Peſclarum inter Caſſinenſes & Ligorium Carrafam ab Urbano VI. Epiſcopo Cajetano commiſſa. 455. Oppidani Peſclarum Caſſinatibus, quorum dominio ſe ſubtraxerant, ſe iterum ſubdunt. 457. Oppidum Peſclarum a Caſſinatibus venditum. 601

Peſculum Conſtantii quo anno Ottoni Gualterii filio traditum fuerit a Caſſinatibus, ignoratur. 228. illud tamen ſe Caſſinatibus redditurum in die obitus ſui Otto promittit. 228. ubi ſitum. 762. A ſæculo XI. incolebatur. *ibid.* Decoræ ibi, amplæque domus, frequens diverſque populus, in quo nobiles, civileſque plures familiæ. 762. Plures inde orti viri doctrina ac dignitate conſpicui. *ibid.* Ibi Eccleſia mater S. Mariæ in cœlum aſſumptæ regitur a Rectore ab Abbate Caſſin. electo. *ibid.* Aliæ ibidem eccleſiæ, laicorum ſodalitates, atque cœnobium Reformatorum. *ibid.* Mons etiam pietatis. *ibid.* Spirituali jure Caſſinenſibus ſubditur, temporali Baroni Balzarani. *ibid.*

S. Petri vicum a ſæculo VIII. obtinent Caſſinates. 763. nunc incolis deſtituitur. *ibid.*

S. Petri de Avellana cœnobium Caſſinatibus ſubditum. 394. Lis inter hoc cœnobium & incolas Valliſſurdæ compoſita. *ibid.* Inquiſitio in ejus caſalibus facta. 433. Arx S. Petri de Avellana, Præpoſito ejus cœnobii tradita. 470. Privilegium a Joanne Abbate incolis S. Petri de Avellana conceſſum. 561. Hujus oppidi pacificam poſſeſſionem Abbati Caſſin. tradit Ludovicus XII. 580. bona & juriſdictiones cœnobii Petri de Avellana ab Abbate Commendatario locatæ. 585. Præpoſitura S. Petri de Avellana Caſſinatibus reſtituta. 585. Gratiæ oppidanis S. Petri de Avellana ab Abbate Caſſinen. conceſſæ. 599. Oppidum S. Petri de Avellana a Caldora invaſum. 606. Clemens VII. ad Lotrechium ſcribit pro reſtitutione S. Petri de Avellana. *ibid.* Eo mortuo a Caſſinatibus recuperatum. *ibid.* Conventio inter Caſſinates & oppidanos S. Petri de Avellana. 641. S. Petri de Avellana caſtellum ubi ſitum. 762. Ibi Eccleſia SS. Petri & Pauli, in qua curam animarum obit Oeconomus ab Abbate Caſſin. conſtitutus. *ibid.* Aliæ ibidem Eccleſiæ, noſocomium, & duæ laicorum ſodalitates. *ibid.* Frequens in eo populus utroque jure Caſſinatibus ſubditus. *ibid.* Ex cœnobio caſtellum factum. *ibid.*

Petri Diaconi fides & auctoritas. 175. Petrus Caſſinenſis Diaconus juſſu Lotharii III. Imperatoris Langobardicas leges in unum collegit. 361

S. Petri in Monaſterio caſtrum Caſſinatibus ſubditum: inquiſitio in eo facta. 433. ejus oppidanis rex Ladiſlaus concedit immunitatem viginti annorum. 463

S. Petri in Curulis caſtellum ubi ſitum. 760. Ibi Eccleſia S. Petri ab Abbate regitur. *ibid.* Quædam aliæ ibidem eccleſiæ, pluraque beneficia de jure patronatus. *ibid.* In ſpiritualibus tantum Caſſinatibus ſubditur. *ibid.* A ſæculo XI. incolas habebat. *ibid.*

S. Petri in fine caſtrum Caſſinatibus ſubditum: inquiſitio in eo facta. 430. Lis de finibus hujus oppidi contra Hectorem Ferramoſca pro Caſſinatibus deciſa. 615. Ubi ſitum. 749. Duæ ibi parochiales, quædam Laicorum ſodalitates, noſocomium pluresque eccleſiæ. *ibid.* Oppidum populo abundat, civilibuſque familiis. *ibid.* Ejus ager, oleo potiſſimum fertilis eſt. *ibid.*

Petrus Caſſinenſis Abbas coram Guillelmo II. rege quæſtionem contra Oderiſium de Averſa inſtituit, qui plura cœnobii S. Angeli Vallis regiæ bona uſurpaverat. 264. cum eodem Oderiſio concordiam init. 264

Petrus de Tartaris Viſitator cœnobii Caſſinen. 426. Abbas Caſſinenſis. 434. erga fideles ſubditos beneficus. 437. generalem in temporalibus Caſſinenſem Vicarium creat, Franciſcum domini Fulci. 438. Præpoſitum Peſclarum eligit. *ibid.* Ejus litteræ ad comprimendos quoſdam Citrarienſes rebelles. *ibid.* Vicarium oppidi Citrarii eligit. 439. & judices ad contractus. 440. Vetat ſubditis alienationes bonorum extra terram S. Benedicti. 441. occupatus in negotiis Apoſtolicæ ſedis. *ibid.* reginæ Joannæ ope implorata ditioni Caſſinen. proſpicit. 442. Rectorem eccleſiæ Græcorum Pontiſcurvi Epiſcopo Aquinati præſentat. 444. Privilegium clero & populo Pomari concedit. *ibid.* Præpoſitum Foreſtæ creat. *ibid.* & judicem ad contractus. 445. Refractarios quoſdam Sangermanenſes comprimit. *ibid.* tres bullas ab Urbano VI. PP. obtinet pro cœnobii ſui tutamine. 446 a quo creatur Vicarius quoad res temporales in omnibus ditionis oppidis. 447. Capitaneum in oppido Pontiſcurvi conſtituit Franciſcum de Piſcionibus. *ibid.* Epiſtola Abbatis Petri ad ſubditos comitis Bellicaſtri. 448. regni Neapolitani Cancellarius creatur a Carolo III. 451. Præpoſitum cœnobii S. Liberatoris creat Philippum de Manupelle Monachum Caſſin. 452. executioni mandat ſententiam jam olim contra Richardum Caput ferreum latam. 453. Viginti unciæ ſingulis menſibus Petro Abbati utpote regni Cancellario ſolutæ. 453. Veniam promittit quibuſdam Fractenſibus, qui Fractas Honorato Fundorum comiti prodere moliti fuerant. 454. Procuratorem conſtituit Thomam Perleonium regni Neapolitani Viceccancellarium, quo a Paulo Caſſidado cenſum reciperet pro vico S. Petri de Scafato. 455. judicem ad contractus in univerſa Caſſinenſi Abbatia eligit Antonium Paſchalem Sangermanenſem. 456. regni Cancellarius confirmatur a rege Ladiſlao. 459. Promittit Citrarienſibus, quod eorum oppidum nunquam alienabitur. 459. Prohibet iiſdem, ne bona ſua ſtabilia hominibus extra illud oppidum potentibus vendant. 460. juſſu Ladiſlai regis Petro, utpote regni cancellario decreti. 460. Terram donat Antonellæ cuidam. 466. Archiſ-



Digitized by Google

trum Abbatis Caſſinenſis eligit Sylveſtrum de S. Germano. 466. incolas S. Angeli in Theodice, cum tentatæ contra cœnobium Caſſinenſe rebellionis eos pœnituiſſet, omni pœna abſolvit. 467. generalem vicarium in temporalibus, ac ſpiritualibus conſtituit Thomam de Spina. 468. tentatæ rebellionis pœnam oppidanis S. Victoris remittit. 469. Quibuſdam Pignatarii incolis delicta ab iis patrata condonat. 470. præcipit Monachis, Magiſtratibus, atque vaſſallis S. Petri de Avellana, ut arcem ejus oppidi Joanni de Valleregia tradant. *ibid.* Fractenſes quoſdam perduellionis inſimulatos exulare jubet. 473. generalem ſui Vicarium cum omnimoda juriſdictione conſtituit Thomam Pizonem. *ibid.* Bellum cum regni Admirato init. *ibid.* bona quædam ob perduellionem publicata Antonio judicis Diamantis concedit. 474. judicem ad contractus in univerſa ditione Caſſinenſi Benedictum de Nicolao creat. *ibid.* Conſtituit etiam notarium Joannem de Petro. 475. obſoleti jam terratici ſolutionem ab oppidanis Mortulæ exigit. *ibid.* Pacem init cum oppidanis Pontiſcurvi. 477. Magiſtratum Pontiſcurvi conſtituit Franciſcum de Senis. 479. Pacem init cum Luca Spinello roccha Guillelmæ, & S. Joannis de Incarico domino. *ibid.* bona rebellium publicat, aliiſque concedit. 480. quædam alia rebellium bona notario Angelo Viterbienſi elargitur. *ibid.* Facultatem ei tribuit, aut veteribus poſſeſſoribus, modo in gratiam redierint, vel aliis quibuslibet ea vendere abſque novi tamen cenſus reſervatione. 481. quando obierit? 482

Phara filiorum Petri ubi ſita. 763. A ſæculo VIII. culta erat. *ibid.* Ejus eccleſia S. Salvatoris ab archipresbytero regitur. *ibid.* Aliæ ibidem Eccleſiæ, noſocomium, frequenſque populus, in quo civiles quædam familiæ. *ibidem* Ejus agrum alluit Cerrona. *ibidem* Spirituali jure Caſſinatibus ſubditur, temporali Comiti ſtabuli Columnæ. *ibid.*

Philippus II. rex Neapolitanus declaratur a Carolo V. 614. Moritur. 634

Philippus IV. ejus ad Caſſinates Epiſtola. 646. alia ejuſdem epiſtola, qua juriſdictionem Caſſinatium tuetur. 647. irritat venditionem cauſarum ſecundarum civilium, & mixtarum M. Antonio Columnæ factam. 652. Ejus Epiſtolæ pro Caſſinatibus. *ibid.* juriſdictionem criminalem in ditione Caſſinenſi Franciſco Tuttavillæ concedit. 656. Ejus in eam rem privilegium. 657. Ejus pro Caſſinatibus Epiſtola. 664. aliæ pro Franciſco Tuttavilla. *ibid.* Moritur. 667. Juſſerat Alvarez de Toledo Duci Albæ Proregi Neapolitano, ut omnia monumenta colligenda curarent, quæ ad juriſdictionem Pontificiam regiamque in regno Neapolitano pertinerent. 719

Pignatarium; ejus incolis immunitates concedit Abbas Caſſinenſis. 336. Inquiſitio in hoc oppido facta. 383. 433. Oppidani debebant ſervire Abbati, & Caſſinati Monaſterio in exercitu. 384. Quibuſdam Pignatarii incolis delicta ab eis patrata remittit Abbas Caſſinenſis. 470. Hoc oppidum ubi poſitum. 750. Ejus parochia S. Salvatoris ab archipresbytero regitur. *ibid.* Quædam ibi Eccleſiæ, quas inter S. Mariæ ſeptem dolorum populi frequentia celebrior. *ibid.*

Piiſſimi titulum ſæpe in ſubſcriptionibus uſurparunt Langobardorum reges. 94

Piſanus archiepiſcopus an primas, & legatus natus Inſularum Sardiniæ & Corſicæ. 496

Piſcaria quid ſit? 18

Pius II. miſſo exercitu plura oppida, arceſque Monaſterii Caſſinen. occupata recuperat, & reſtituit Caſſinenſibus. 547. Pacta inter Pium II. & oppidum Pontiſcurvi. *ibid.* criminalem juriſdictionem Caſſinatibus reſtituit. 549. Præfecto arcis collis S. Magni jubet, ut illam Ludovico de Oſſona procuratori cœnobii Caſſinen. reſtituat, ipſique Ludovico præcipit, ut caſtella omnia, atque oppida nomine cœnobii Caſſin. recuperata cuſtodiat. *ibid.*

Placitum quid ſignificet? 139

Plumbariola oppidum Caſſinatibus ſubditum. Inquiſitio in hoc oppido facta. 381. 433. Mandata ejus oppidanis ab Abbate Caſſin. data. 396. Quidam e Plumbariola rebelles cœnobio Caſſinen. ſeſe iterum ſubiiciunt. 440. Plumbariolæ oppidum quando deſtructum. 466. Hoc oppidum incoluiſſe ferunt S. Scholaſticam. 751. Extat ibi S. Jacobi Apoſtoli Eccleſia, in qua Oeconomus ab Abbate Caſſinenſi deſignatus ſacramenta colonis adminiſtrat. *ibid.* Fertilem ejus agrum alluit fluvius *delle Sogne*, ſcaturienteſque aliæ aquæ. *ibid.*

Podium quid ſignificet. 220

Polegra vicus ubi ſitus. 763. utroque jure Caſſinatibus ſubditur. *ibid.* nunc incolis deſtituitur. *ibid.* ejus agrum alluit Alentus. *ibid.*

Polypticon bonorum cœnobii Sancti Petri de Scaphato. 260. Sancti Petri de Avellana. 327

Pomarium oppidum Caſſinatibus ſubditum. Concordia inter cœnobium S. Liberatoris, & univerſitatem Pomarii. 405. Privilegium clero & populo Pomari ab Abbate Caſſinen. conceſſum. 444. Ubi ſitum hoc caſtellum. 763. A ſæculo VIII. illud obtinebant Caſſinates. *ibid.* nunc incolis deſtituitur. *ibid.* Ejus agrum alluunt amnes Ticarus, & Alentus. *ibid.*

Ponſcurvus partim acquiſitus, & partim emptus a Caſſinatibus. 221. 222. nullam in hoc oppidum juriſdictionem ſibi reſervat Robertus comes. 223. ejus donatio ſeu venditio approbatur a Richardo II. 223. Pons curvus quanti emptus. 224. Ejus medietas datur Jordano de Pinzaſt. 225. Terræ quædam & ruſtici ad hoc caſtrum pertinentes a regis Juſtitiario Caſſinenſibus adempti, eiſdem per ſententiam reſtituti. 258. 262. Cives Pontiſcurvi a Roffrido Abbate Caſſinenſi privilegio aucti. 267. Concordia inter univerſitates Pontiſcurvi & Roccæ Guilielmæ. 394. Lis inter Pontemcurvum & Lupicum compoſita. 397.

Digitized by Google

397. Inquiſitio in hoc caſtro facta. 432. Abbas Caſſin. temporalis hujus oppidi dominus jure patronatus Archipresbyterum eligebat. 432. ſicut & rectorem Eccleſiæ Græcorum. 444. Franciſcus de Piſcionibus capitaneus Pontiſcurvi electus ab Abbate Caſſin. 447. Oppidani Pontiſcurvi Petri Abbatis Caſſin. opem implorant. 450. Caſſinatibus reſtitui jubent Romani Pontifices. 504. Abbas S. Eraſmi ſub excommunicationis, interdicti, aliiſque pœnis jubet tum Joanni Thomacello, ut oppidum reſtitueret, tum oppidanis, ut Abbati Caſſinenſi parerent. 505. Lis quoad reſtitutionem Pontiſcurvi a rege Ladislao compoſita. *ibid.* Pacta inter oppidum Pontiſcurvi, & Pium II. PP. 547. Confirmantur juriſdictiones, & bona monaſterio Caſſinati in Ponte curvo. 548

Ponticurvenſes, cum rebellaſſent, ad officium redeunt. 436. 477. ſolvere debebat Univerſitas Pontiſcurvi Abbati Caſſinenſi in donum ſubventionemque quotannis uncias viginti quinque. 477. Magiſtratus in Pontecurvo ab Abbate Caſſin. conſtitutus. 479. Pacem ineunt cum Caſſinatibus. 477. Adhærentes Benedicto XIII. Antipapæ, cum ſupplices veniam a Bonifacio PP. peterent, cenſuris abſolvuntur. 490. Epiſtola Innocentii ſeptimi ad incolas Pontiſcurvi. 505

Pontifices, & Sacerdotes ſuperſtitionis Gentilis miniſtri in veteri Caſino. 737

Præceptora quid ſignificet? 21

Prædia & immobilia quot modis darentur poſſidenda? 5

Præſcriptio non datur contra Monaſterium Caſſinenſe lege municipali. 350

Pragmatica ſecunda de contractibus. 626

Prandium Abbati Caſſinen. debitum. 340. jure prandii a ditionis ſuæ oppidis certam pecuniæ quantitatem recipit cœnobium Caſſinenſe. 540. Lite de eo oborta inter dictum cœnobium atque oppida S. Apollinaris, S. Ambroſii & Vallisfrigidæ, ab Alphonſo rege dirimitur. *ibid.*

Prior, & Monachi Caſſinates, ſuſpenſo eorum Abbate præfectum oppidi Caſtricœli conſtituunt. 532. irregularitate Prior abſolvit Marcum de Angelo de Valle, qui invaſores oppidi caſtricœli occiderat. *ibid.* Vicariatum, ſeu archipresbyteralem dignitatem in urbe S. Germani Benedicto Picziono conferunt. 534. Sententiam contra Jacobum de Piſcionibus tempore Pyrrhi Abbatis latam, irritam caſſamque declarant. *ibid.* Joanni Imbracta concedunt bona Antonii Carbone perduellis. 535. judices ad contractus eligunt Marcum Bove, Antonium de Nardo, & Stephanum de Joanne Franciſco. *ibid.* ac deinde Angelum quondam Petri de Marris, Bartholomæum de Joanne Papa, & Maſellum Coletta. 536. Rectores Pontiſcurvi crearunt Thomam de Cayra, Jacobum de Piſcionibus, Romanum Monachum Caſſin. & Procedamum Romanum. *ibid.* Citant quoſdam Sangermanenſes perduelles. *ibid.* Vicarium generalem in oppido Citrarii creant Julianum Gattulam monachum Caſſin. 538. & in eodem loco Magiſtrum actuum civilium & criminalium Lucam de Renda. *ibid.*

Privilegia, aliaque regalia diplomata, quibus Imperatores Regeſque ſubſcribebant, fuerunt quoque ab aliis teſtibus ſubſcripta. 256. Privilegia Caſſinatium propugnata. 364. Privilegia Pontificum Caſſinatibus bona, juriſdictioneſque confirmant. 372

Privilegium Henrici VI. Caſſinatibus conceſſum ab Anonymi cenſuris vindicatur. 371. effectum, & poſt Henrici mortem vim habuit. *ibid.*

Procuratio Abbati Caſſinenſi utpote Domino ab oppidis ſuæ juriſdictionis perſolvitur. 8

Prophetia S. Gregorii VII. 183

Prothonotarius Abbatiæ Caſſin. 322. 335

Proventus criminales in oppido S. Germani, aliiſque oppidis Caſſinenſis Abbatiæ Capitaneo juſtitiæ, reliquiſque *ſuis officialibus* in ſtipendium cedebant; & quod ſupererat, regio mittebatur ærario. 502. Proventus delictorum criminalium civitatis S. Germani, aliorumque ditionis Caſſinenſis oppidorum juris regii. 522

Publicatio bonorum ab Abbate Caſſin. in ſua ditione quomodo fieret? 359

Pyrrhus Thomacellus Abbas Caſſinenſis: ei Joanna II. regina jubet, ut omnia oppida, & bona cœnobii Caſſinenſis reſtituantur. 513. Fractenſes fidelitatis ſacramentum Pyrrho præſtant. *ibid.* ab omnibus ditioni Caſſinenſi ſubjectis populis cenſum pro ſua benedictione exigit. 514. Oppidani Cucurutii fidelitatis ſacramento Pyrrho ſe obſtringunt. 516. Pyrrhi innocentia per ſubditos vindicata. 519. Pyrrhus Abbas reſtituitur, ſtatimque plura oppida amiſſa repetiit. 529. ab Eugenio IV. exauctoratur. 530

Pyrrhus in Sicilia ſacra emendatur. 366

# Q

Quadratus Syriæ Præſes: ejus prænomen, familia, & dignitates erutæ e lapide Caſini reperto. 740

Quæſtio judicialis contra aliquos Fractarum oppidanos, qui patriam, ejuſque arcem Jacobo Marzano vendere tentaverant. 471

Quarta Canonica, id eſt illa portio, quæ Epiſcopo ſeu ordinario ex legatis piis alicui ſuæ diœceſis Eccleſiæ abſque onere teſtamento relictis obvenit, Abbati Caſſin. in ſua ditione debebatur. 488

Quarta funeralis a ſingulis parochis diœceſis Caſſinenſis Abbati ſolvitur. 488

Quindeniacio quid ſit. 115

Raim-

# R

RAimburga Abbatiſſa Firmana donavit monaſterio Caſſinenſi cœnobium ſuum S. Mariæ de Levarino, & quinque caſtella. 129
Rainerius filius Joſeppi plura monaſterio Caſſinenſi elargitur. 102
Rainulfus comes Caſſinatibus cœnobium S. Mariæ in Cingla reſtituit. 716
Rao fidelitatis juramentum præſtat Abbati Caſſinenſi. 229
Rapidus fluvius agri Caſinatis. 315. ubi oriatur. 753. ejus curſus deſcribitur. *ibid.* Unitur poſtea Carnello, cum quo Gariliani nomen aſſumit. *ibid.* a Varrone vocatur Vinius. *ibid.* a Leone Oſtienſi perperam Lyris appellatur. *ibid.* Scriptores qui Rapidi meminerint. *ibid.*
Raynaldus comes Spoletanus monaſterium ſanctæ Mariæ Carſeolanæ fundavit, dotavitque. 101
Raynaldus Abbas Caſſinenſis non paucas immunitates tribuit civibus Caſtelionis. 261
Raynaldus Baronii continuator corrigitur. 457.
Recollector generalis jurium Tertiariæ Abbatiæ Caſſinenſis. 488
Rectoris ſancti Germani munus quodnam eſſet. 542
Redditus ingentes cœnobii Caſſinenſis. 330
Redhibitio quid ſignificet. 80
Regeſtum Petri Diaconi vindicatur. 22. juſſu Senioreti Abbatis Caſſinenſis concinnatum. *ibid.* 697. Ejus auctoritas. *ibid.* Et fides. 23 in eo omnia Romanorum Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum Beneventi, Salerni, Capuæ, aliorumque locorum privilegia Caſſinenſi cœnobio conceſſa, donationes, renunciationes, ſacramenta &c. exſcripta. 697
Regeſtum II. Bernardi Abbatis Caſſin. vindicatum. 617. *& ſeqq.* Pręcipitur obſervatio hujus regeſti. 623
Regna plura hæreditate per fœminas habita. 369
Religioſiſſimi reges Hiſpani appellati. 596
Reus ex oppido S. Petri de Avellana ad s. Germanum exportatur. 612
Richardus Princeps Capuanus concedit cœnobio Caſſinenſi Abbatiam S. Mariæ in Calena. 161. Cum filio Jordane confirmat bona & privilegia Abbatiæ Caſſinenſis. *ibid.* Quando imperarit? 163. Plateam prope eccleſiam S. Benedicti in urbe Capua Caſſinatibus concedit. *ibid.* Plura eiſdem oppida donat, vel concambiat. 164. Inter quæ Mortulam, ejuſque incolas Caſſinatibus donat. *ibid.* Item oppidum Fractarum, pro quo ab Abbate Caſſinenſi recipit Capriatam. 165. Eis etiam concedit Turrem Gariliani. 166. & Interamniam. *ibid.* Quidquid in toto Sarzano juris ſui erat, homineſque quoſdam cœnobio S. Angeli ad Formas a ſe conſtructo ſubdit. 175. Cœnobium S. Michaelis cum omnibus juribus cœnobio Caſſinenſi ſubdit. 176. Item Eccleſiam S. Benedicti & S. Petri in Scafato. 177
Richardus II. Capuæ Princeps omnia bona, a Richardo avo ſuo & Jordane patre monaſterio S. Angeli ad Formam conceſſa confirmat. 209. quædam etiam ipſe concedit. 210. territoria item quædam, & molendina, 214. ejus juramentum, quo caſtrum Pontiſcurvi ſe cœnobio Caſſinenſi numquam adempturum ſpopondit. 222. approbat Roberti donationem, ſeu venditionem partis Pontiſcurvi Caſſinatibus factam. 223. Quando imperarit. 224
Richardus de Aquila juramento ſe Abbati Caſſinenſi obſtringit. 226. feudum quoddam cum villanis cœnobio Caſſinenſi concedit. 256
Richardus Caſſin. Abbas Thomaſiæ Marchioniſſæ eccleſiam oppidi S. Petri ad conſtruendum parthenonem concedit. 301
Richardus de Montenigro bona quædam Caſſinatibus vendit. 322
Ripa Corbaria oppidum a Comite Roberto cœnobio S. Liberatoris donatum. 221. probatur fuiſſe oppidum. *ibid.* Caſſinatibus vindicatur. 629. ubi ſitum. 763. utroque jure Caſſinatibus ſubditur. *ibid.* A ſeculo XI. incolebatur, quo cœnobio S. Liberatoris dono data eſt. *ibid.* Curam ibi animarum exercet Archipreſbyter Serræ. *ibid.* Ejus agrum alluunt quæ Roſente, aliæque. *ibid.*
Ritus, quo recens inauguratum Abbatem Caſſinenſem ſuſcipiunt ſubditi. 695
Robellione olim vicus Caſſinatibus ſubditus, nunc incolis deſtitutus. 762
Robertus Guiſcardus ducis titulum a Nicolao PP. II. accepit. 161. In verba Pontificis jurat, ſeſeque vaſſallum Eccleſiæ Romanæ dicit. 161. Monaſterium S. Petri de Tarento cum aliis bonis Caſſinatibus donat. 183
Robertus comes cœnobio S. Liberatoris concedit oppidum Ripæ Corbariæ. 221. Partem Pontis curvi Caſſinatibus vendit. 222. Abbati Caſſinenſi juramento ſeſe obſtringit. 225
Robertus I. Capuæ princeps cœnobio S. Angeli in Formis omnia ejus bona confirmat. 226. Abbati Caſſinenſi ſe juramento obſtringit. 232. ejus privilegium Caſſinenſibus datum. *ibid.* monaſterio S. Angeli Petrum presbyterum, & Joannem ejus fratrem donat. 233
Robertus II. Capuæ princeps; ejus erga Caſſinates amor. 242. ejus quædam donat, & alia confirmat. *ibid.* bona quædam homineſque monaſterio S. Angeli largitur. 244. relaxat Caſſinatibus quingentos tarenos de Gualdo, de Portu molendini &c. 245 ſeſe juramento obſtringit Abbati Caſſinenſi. 247
Robertus Caſertæ comes cœnobio S. Angeli in Formis quoſdam homines donat. 262
Robertus comes Alifanus monaſterium S. Mariæ in Cingla Caſſinatibus reſtituit. 713
Rocca comitiſſa plures familias cœnobio Caſ-

ſinenſi largitur. 215. Hæc donatio confirmata a Rogerio duce. 216. Altera Roccæ donatio. 217. Tertia. ibid.
Rocca inter Montes caſtellum ſpirituali jure Caſſinatibus ſubditum. 762
Rodegarius Rochildi filius quædam Caſſinenſibus donat. 35
Rodolfus de Moliſio Eccleſiam S. Crucis & caſtellum Valneum Caſſinenſibus impertitur. 207
Roffridus Caſſinenſis Abbas civibus Pontiſcurvi privilegium concedit. 267. aliud Atinatibus. 276. aliud oppidanis Fellæ. 284. alia Roffridi geſta. 285
Rogerius dux bona a patre Roberto Caſſinenſibus donata, aliaque addit. 204. alia item. 205. confirmat etiam donationem Roccæ conſobrinæ ſuæ eiſdem factam. 216. aliud Rogerii privilegium. 243. Rex dicitur ab Anacleto II. Pſeudo-pontifice. 245. amplum cœnobio Caſſinenſi privilegium concedit 246. Pontifex a Rogerio captus. 254. Rogerii in Caſſinum adventus. 255. Noſocomium cœnobii Caſſinenſis ampliſſimo privilegio ditavit. *ibid.* Regem Siciliæ atque Italiæ ſeſe dicebat, cum nunquam fuerit univerſa Italia potitus. 257. Quando imperarit. *ibid.* non ante annum 1128. In publicis chartis Ducem ſe Apuliæ dixit, neque ante an. 1131. Siciliæ regem. *ibid.*
Rogerius filius Landonis Calvenſis comitis quæ Monaſterio Caſſinenſi donet? 237
Rogum eſt preces, deprecatio. 115
Rolandus Aſculanus, aliique Caſſinenſi Monaſterio donat duo caſtella, & alias poſſeſſiones. 145
Rolandus Lucenſis plura in civitate Lucenſi Monaſterio Caſſinenſi donat. 295
Roſtainus Cantelmus Albeti comes teſtamento juſſit oppida a ſe occupata cœnobio Caſſinenſi reſtitui. 483
Rotæ Romanæ deciſiones archivi Caſſinenſis dignitatem prædicant. 699. & *ſeqq.*
Rubeorum familia nobis in Caſtello Sancti Petri in fine, domina Caſtelli Petroſi. 749
Rubrius Caſſinas divitiis celebris hæredem ex aſſe inſtituit Cos. M. Antonium. 742

# S

Sacra Abbatis Caſſinenſis quando fiebat, omnes univerſates ditionis certam pecuniæ ſummam ſolvere debebant. 340. quam pecuniæ quantitatem quodlibet oppidum ſolvere teneretur. 422. Sacram renuentes ſolvere oppidani Vandræ, litteris Joannæ II. adiguntur. 514. pecunia pro Abbatis ſacra ab oppidanis s. Heliæ, Pediſmontis & Villæ ſoluta. 573
Sampſo Pennenſis Caſſinenſibus donat medietatem caſtelli Planelli cum aliis. 182
Sanctitatis, & ſanctiſſimi titulo olim decorati Abbates, imo & principes tum profani, tum hæretici. 93
Sanctus Pater dictus Rotbertus Francorum rex. 93
Sangermanenſes; eorum pervicacia obtrita. 236. eorum civitas capta. 259. clero, indigeniſque S. Germani privilegium a Bernardo I. Abbate conceſſum. 304. quadraginta uncias ſolvebant pro conſecratione Abbatis. 340. Richardo, & Bernardo Abbatibus centum uncias ſingulis pro conſecratione & dono dederunt. 340. ad terraticum ſolvendum adiguntur. 377. Inquiſitio in eorum oppido facta. 386. 428. Cum in promptu pecunia eis non ſuppeteret pro ſacra Petri de Tartaris, inſtrumento cœnobio Caſſin. ſe obſtringunt. 434. refractarii quidam Sangermanenſes compreſſi. 445. Vectigalia a Sangermanenſibus cœnobio Caſſin. pendi ſolita. 487. a Caſſinatibus rebellant, & in eos a Ludovico de Fliſco Cardinali & legato apoſtolico ſententia excommunicationis, & interdicti torquetur. 525. ab Alphonſo rege obſidione liberantur. 536. Ferdinando I. regi Neapolitano fidelem operam præſtant, ideoque ab eo honorifico privilegio augentur. 546. Ferdinandus II. confirmat Sangermanenſibus privilegium ab ejus avo conceſſum. 570. Joannes de Medicis Caſſin. Abbas eiſdem privilegium concedit. 571. eiſdem Federicus rex privilegia confirmat. 572. aliaſque gratias concedit. *ibid.* Sangermanenſes fidelitatis juramentum Euſebio de Mutina Abbati Caſſin. præſtant. 582. Compoſitio inter cœnobium Caſſin. & Sangermanenſes inita. 616. Sangermanenſes negantes Caſſin. cœnobio ſervitia manualia boum, & alia, ad officium revocantur. 617. Sangermanenſes debent præſtare nonnulla opera abſque ſalario Caſſinati Monaſterio. 623. Varia contra eoſdem decreta. 622. 623. Jura Caſſinatium exagitant. 636. Varia in eos decreta. *ibid.* & 637. Servitia perſonalia Caſſinatibus a Sangermanenſibus præſtita. 637. Tabellarii quoque munere functi Sangermanenſes. *ibid.* Lis de finibus inter Sangermanenſes & Sanctelianos. 639. Urbs S. Germani proditione civium capta a perduellibus. 654. Caſſinatium diligentiam in cuſtodiendo archivo prædicant. 726
Sangermani civitas ex diruti Caſini reliquiis non crevit. 746. Ea primum dicta Eulogemenopolis, ac a S. Berthario Abbate anno circiter 866. excitata 747. An poſt direptum a Saracenis an. 883. vel 884. cœnobium S. Salvatoris, urbs quoque penitus everſa ſit, incompertum. *ibid.* Quo tempore, quave occaſione novum urbs Eulogemenopolis S. Germani nomen aſciverit, itidem incertum. *ibid.* Urbs eſt hoc tempore veteri inſignique collegiata ſub titulo S. Germani Capuani Epiſcopi decora. 747. Deſcribitur. *ibid.* hujus eccleſiæ clerus. *ibid.* Seminarium totius diœceſis Caſſinenſis in hac urbe poſitum. *ibid.* Quæ virorum, & mulierum in ea monaſteria? *ibid.* Plures in ea laicorum ſocietates, & congregationes, unaque clericorum, & noſocomium infirmis excipiendis, & peregrinis. *ibid.* Ejus familiæ nobiles. *ibid.* Viri in ea præclari. 748. plures notarii, & quin-

Digitized by Google

& quinque aromatariæ officinæ. *ibid.* Induſtrius ejus populus inter artes alias optimos acus efficit. *ibid.* Plures ibi amplæ domus, quibus præeminet hoſpitium Caſſinenſe 748. Mercimonia hic olim valde viguit; ſingulis Sabbatis mercatus habetur, ſtatiſque temporibus nundinæ. *ibid.* Maximi momenti privilegiis hæc urbs ditata eſt a Regibus, atque Abbatibus Caſſin. *ibid.* Hic pax inter Gregorium IX. & Federicum II. Imperatorem inita; hic prima clades a Carolo Andegavenſi Manfredo illata. 748. Ejus ſuburbium extra portam S. Matthæi incoluere Græci. *ibid.* Multi olim in Sangermanenſi territorio pagi; nunc unicus Cairæ ſupereſt. *ibid.* Non longe a Caira lacus anno 1724. exortus. 748

Saraceni Eccleſiam Sancti Matthæi expoliant. 295

Sarraceniſcus a Pandulfo V. cœnobio Caſſinenſi donatus. 150. Orta inter oppidum Sarraciniſci atque Roccam Albani controverſia pro monte Froſolone componitur. 397. Inquiſitio in hoc oppido facta. 427. Ubi ſitum hoc oppidum. 752. Infrequens ibi populus, & a parochiali eccleſia S. Blaſii, quam Oeconomus ab Abbate Caſſin. deſignatus regit, modo S. Baſilii etiam caſtellum appellatur. *ibid.* Fertilem ejus agrum alluit Mellarinus. *ibid.* ſubeſt Caſſinatibus utroque jure. *ibid.*

Scadentia dicebatur jus, quo omnium ſubditorum bona ab inteſtato decedentium, quique parentes, filios, fratreſque non haberent, Caſſinati cœnobio obveniebant. 488

Scario eſt judicis miniſter, vel certe minor judex. 393

Scatebra fluviolus in agro Caſſinate frigidus abundantior æſtate. 735. ubi erumpat. *ibid.*

Scauniperga dedicato Caſſini in honorem principis Apoſtolorum Idolorum templo, Caſſini nomine aboleto, caſtrum S. Petri appellatum voluit. 744

Scriptura legalis pro regio fiſco ad adimendam Caſſinatibus juriſdictionem criminalem. 353. Impugnantur contentæ in ſcriptura aſſertiones. 355

Scripturæ antiquæ plenæ erroribus grammaticæ. 154

Sebaſtianus Blancardus Caſſinenſis Abbas Capitaneos S. Petri, & Serræ Monaceſchæ conſtituit. 693. Capitaneum Citrarii. *ibid.* Gubernatorem S. Germani Thomam Caldora. *ibid.* Judicem cauſarum ſecundarum Joſephum Antonium Roſcio. *ibid.* alios item Magiſtratus creat. *ibid.*

S. Secundini vicus ubi ſitus. 763. Eccleſiam ibi cognominem regit Archipresbyter. *ibid.* Spirituali jure Caſſinatibus ſubditur, temporali regi. *ibid.*

Seniores nonnunquam dicti reges Francorum Carlovingi; quo nomine etiam inferiores domini appellantur, imo & Abbates, & mariti. 93

Senobaldus Abbas Caſſin. eligitur. 294

Sententia prolata pro Monaſterio S. Petri Imperialis Caſſinatibus ſubdito. 254. pro Caſſinatibus quoad terras & ruſticos quoſdam ad caſtrum Pontiſcuryi ſpectantes. 258. 262. pro Eccleſia S. Angeli de Pedelongo. 297. Bernardi Abbatis pro civibus Cervariis pro decimis, & aliis Caſſin. Monaſterio ſolvendis. 343. in oppidum S. Apollinarii. 345. contra univerſitatem S. Victoris. *ibid.* contra oppidum S. Petri in fine. *ibid.* in cives Vallis rotundæ. 346. contra univerſitatem S. Angeli in Theodice. 347. adverſus homines caſtri S. Stephani. *ibid.* contra Sangermanenſes. 377. contra quoſdam S. Eliæ oppidanos. 378. pro Monaſtrio Petræ Abundantis. 385. pro Monaſterio S. Liberatoris. 399. Sententia contra Richardum Caput ferreum executioni mandata. 453. Sententia ſuſpendii in quatuor perduelles Cerbarii. 526. Sententia, qua contra Teatinos Caſſinatibus adjudicatur oppidum Oliveti, & Silva Rea. 551. Sententiæ a judicibus pro cœnobio Caſſinenſi prolatæ viſis monumentis ex archivo Caſſinenſi depromptis. 708

Sereniſſimi vocabulum uſurparunt aliquando Longobardorum reges. 94

Serenitatis titulo utebantur reges primæ & ſecundæ ſtirpis apud Francos. 93

Serra Monaceſcha ubi poſita. 763. Eam primum Caſſinatibus anno 1137. confirmavit Lotharius II. *ibid.* Ibi eccleſia S. Mariæ in cœlum aſſumptæ ab archipresbytero regitur. *ibid.* Aliæ ibidem eccleſiæ, laicorum ſodalitates, noſocomium, frequenſque populus. *ibid.* Ejus agrum alluit Alentus. *ibid.* Utroque jure Caſſinatibus ſubditur. *ibid.*

Servus intra altare emancipatus. 28

Severinus Caſſinenſis Abbas plures Magiſtratus creat. 649. iterum alios. 650

Severinus Pepe Caſſinenſis Abbas judicem cauſarum ſecundarum civilium criminaliumque in ditione Caſſinenſi conſtituit Joſeph Roſci. 692. alios etiam Magiſtratus creat. *ibid.* pauperum patronum eligit Fabium Galaſſo. 693. Gubernatorem s. Germani Julium Rufolo. *ibid.* Gubernatorem Citrarii Dominicum Ferraro. *ibid.* Capitaneum Serræ Monaceſchæ &c. Joſeph dell'Uva, & s. Petri de Avellana Laurentium de Martino. *ibid.* Alios item Magiſtratus creat. *ibidem* iterum alios. 695

Severus Caſſinenſis epiſcopus interfuit concilio Romano an. 487. celebrato. 743

Sicardus princeps Beneventanus quædam Caſſinenſibus concedit. 35

Sico Princeps Beneventanus flumen Lauri Caſſinatibus donat. 32

Sigilla in cera, vel alia mixtura impreſſa membranis Principum Langobardorum affixa, illiſque ſemper adverſum ſigillum appoſitum, quod rarum. 108. Primus Francorum regum in poſtica ſigillum aliud appoſuit Ludovicus VII. *ibid.* Inter primos epiſcopos Hugo Rotomagenſis contra ſigillo uſus eſt. *ibid.*

Sigonius corrigitur. 361. 746

Silcegaita Duciſſa Citrarium Monaſterio Caſſinenſi largitur. 192

Silva Rea contra Teatinorum conatus cœnobio Caſſinenſi adjudicata a Ferdinando I.



Digitized by Google

rege . 551. Nova cum Teatinis lis exorta ita demum compoſita, ut quadam ſoluta Caſſinatibus pecuniæ quantitate aliiſque ſervatis conditionibus, Silva Rea Teatinis cederet, 605. Nova lis de Silva Rea inter Caſſinates & Teatinos. 626. ea iterum Teatinis a Caſſinatibus vendita. *ibid.*

Simplicius Caſſinenſis Abbas varios Magiſtratus conſtituit, 647. alios item. 648

Sorbellum vicus ubi jaceat. 763. Ejus Eccleſia s. Luciæ regitur ab Archipresbytero. *ibid.* Incolæ pro ſpiritualibus decimis quamdam frumenti partem ſolvunt, cujus pars cathedrali Eccleſiæ Caſſinenſi cedit. *ibid.* Fertilis ejus ager, oleis potiſſimum. *ibid.* ſpirituali jure Caſſinatibus ſubditur, temporali Regi. *ibid.*

Spatha major eſt gladius, enſis &c. 115

Spondanus corrigitur. 457. 511. 757

Stellatina tribus in veteri Caſino. 737

S. Stephani caſtrum Caſſinatibus ſubditum: inquiſitio in eo facta. 432. Hoc caſtrum in planitie poſitum eſt. 752. Antequam coaleſceret, cœnobiolum ibi erat a Saracenis an. 846. incenſum. *ibid.* Fertilem ejus agrum alluit Carnellus, & aqua dicta *della Coſa*. *ibid.* Subeſt cœnobio Caſſin. ſpirituali, & temporali jure. *ibid.*

Strabonis locus corruptus emendatur. 730. alius item corrigitur. 732

Straticotus quis eſſet? 231

Subadvocati aliquando plures in ſingulis Monaſteriis, qui vice Advocatorum res monaſterii curabant. 392. Subadvocatus in villis ad Abbatiam pertinentibus quodnam jus haberent. 392

Subditi Caſſinatium per longum tempus extra ditionem Caſſin. commorari non poterant, ſecus bona amittebant. 539. ſubditi Caſſinatium ad officium revocati. 667

Sujum in feudum conceſſum ab Abbate Caſſinenſi. 189

Summa familia in urbe S. Germani nobilis, e qua Joannes Andreas celebris. 748

Summonte emendatur. 366. 457. 512. 757

Symbolum gentilitium quando in contra ſigillis uſurpari cœptum. 108

# T

Tancredus Siciliæ rex quid pro Caſſinatibus gerat? 268. quando rex inauguratus. *ibid.*

Tari moneta regni Neapolitani. 48

Taxativa ejus naturæ eſt, ut præter rem exceptam alias omnes includat. 4

Tedemar, Adam, Joannes, & Treſidius oppidum Oliveti, aliaque latifundia magno pretio vendunt. 139

Tedericus Aſculanus plura donat cœnobio Caſſinenſi. 146

Templum Paganorum, quod Caſini adhuc ſupereſt, deſcribitur. 736. Etruſci ordinis eſt. *ibid.* Ejus pavimentum, longitudo, altitudo, & latitudo. *ibid.* s. Nicolao illud poſtea dicavit Theobaldus Abbas; modo humani generis Redemptori ſacrum eſt. *ibid.*

Teodinus Triventinus monaſterium s. Salvatoris prope fluvium Treſta cum caſtello, aliiſque bonis Caſſinatibus offert. 190

Teoprandus quid Caſſinatibus largiatur? 21

Terami caſtrum a Caſſinatibus recuperatum. 328. Inquiſitio in hoc oppido facta. 432. Ubi olim ſitum. 760. Hoc vetus Interamna olim erat. *ibid.* Veteres inſcriptiones ibi effoſſæ. *ibid.* utroque jure Caſſinatibus ſubditur. 761

Terentina tribus in antiqua Caſino. 737

Terminis lapideis olim territoria, & dominia finiebantur. 158. Terminus Gentilium Deus. *ibid.*

Terræ nomine denotatur collectio multorum oppidorum ſub uno Domino. 183. 259. Hinc terra ſancti Benedicti, terra Laboris &c. 259

Tertiaria Caſſinatibus debita in venditione bonorum ſtabilium. 341. Tertia pars venditorum bonorum a ſubditis cœnobio Caſſin. ſoluta. 484. Eam ſolvebant non ſolum vendentes bona ſtabilia ex ditione Caſſin. diſceſſuri, ſed etiam poſſeſſores bonorum ſtabilium intra fines ditionis Caſſinen. cum ea vendebant, etiamſi ditionem ipſam non incolerent. 488. ejus Recollector generalis. *ibid.*

Teudo vir nobilis Eccleſias quaſdam, & familias Caſſinenſibus donat. 209

Teuza Afredi filia dono dat monaſterio Caſſinenſi cum alia permulta, tum portionem caſtri Faræ, quæ ipſi debebatur. 135

Theatri, quod antiquitus in urbe Caſini erat, rudera adhuc extantia deſcribuntur. 737

Theſauri Eccleſiæ Caſſin. aliarumque Regni Neapolit. expilati. 301

Thio eſt patruus, ex quo vox Italica Zio. 115

Thomas Aquinas natus in oppido Rocchæ Siccæ. 85

Thomas Caſſinenſis Abbas duos vaſſallos donat Bartholomæo de Caira. 375. Immunitates concedit Lucæ de Miniano. *ibid.* abſolvit a ſervitiis perſonalibus Benedictum de Tancredo a s. Elia. 376. judicem oppidi Vallisfrigidæ creat. *ibid.* & in oppido Barræ notarium. *ibid.* & in oppido Aquæ Fundatæ. *ibid.* Sauli Henrici filio bona quædam concedit. *ibid.* alia vero Landulfo, & Oddoni Ferraymone. *ibid.* immunes declarat homines quoſdam Pignatarii a ſervitiis perſonalibus. 377. item Joannem de Guillelmo. *ibid.* oppidum Terami Berardo Magnitino locat. *ibid.* ſententiam dicit contra cives Sangermanenſes. *ibid.* Quoſdam eximit a terratico. 378. ſententiam profert contra s. Eliæ oppidanos. *ibi.* Oppidanis s. Victoris privilegium concedit. 380. Inquiſitionem inſtituit in urbe S. Germani. 380. in oppido Plumbariolæ, & Pediſmontis. 381. in oppido s. Angeli in Theodice. 382. in oppido Pignatarii. 383

in

Digitized by Google

in Caſtello novo, in oppidis Fractarum, Vallisfrigidæ, & s. Andreæ. 384. in oppido s. Ambroſii. 385. & aliis caſtris & vicis. 386. & ſeqq. Immunitatem concedit quibuſdam. 386. Quando obierit. 391
Tituli Imperatorum, regum, reginarum, aliorumque illuſtrium virorum quinam? 93
Titulus *Domni* Pontificum tantum, Imperatorum, Regum, Principumque fuit proprius. 93. Sanctis quoque tributus. *ibid.*
Todinus, & Oderiſius, atque Bernardus Balvenſes comites Monaſterium s. Petri in Valle de Lacu, & alia Caſſinenſibus concedunt. 279
Toroculum ſive Terruculum caſtrum Caſſinatibus ſubditum: inquiſitio in eo facta. 430. hujus oppidi incolæ cum rebellaſſent cum cæteris, primi ad officium redeunt, quibus propterea immunitas ad decennium a ſolvendo terratico, decimis, prandio, viſitatione, aliiſque omnibus oneribus conceditur. 528. Hoc caſtrum in monte ſitum. 752. Ejus agrum alluit fluvius Rapidus. *ibid.* Ineunte ſæculo XVII. deſeri ab incolis cœptum ad Cervarium demigrantibus. *ibid.* Extat ibi Eccleſia s. Mariæ, quæ modo etiam proprio archipresbytero ſubeſt. *ibid.*
Trajectanum patrimonium erat Romani Pontificis. 110. Trajectum an unquam habuerit epiſcopos? 115
Tranſmundus comes quædam oppida Caſſinenſi cœnobio donat. 154. alia iterum Caſſinatibus largitur. 155. alia vero reſtituit. 156
Traſemundus quæ Caſſinatibus largiatur? 30
Traſmundus comes Teatinus tria caſtella cœnobio Caſſinenſi donat. 191
Tremitenſis Inſula Caſſinenſibus ſubdita. 175
Tribus Terentina, Stellatina, & Palatina erant in veteri urbe Caſſino. 737
Turmarchus eſt regionis Præfectus. 184
Turris, quæ ad urbis Caſſini januam olim poſita erat, adhuc ſuperſunt exteriora latera, latitudine palmorum 28. 736

# V

VAcco nobilis Beneventanus plures Curtes, & Caſalia Monaſterio Caſſinenſi obtulit. 17. 19. 20
Vallisfrigidæ oppidum: inquiſitio in eo facta. 384. 431. Hoc oppidum in erecto monte ſitum. 751. Ibi parochia s. Thomæ Apoſtoli ab archipresbytero regitur. *ibid.* Aliæ ibi Eccleſiæ. *ibid.* Inde ortus piiſſimus presbyter de Magiſtris Neapoli magna ſanctitatis opinione mortuus. *ibid.* Magna oppidanorum pars Neapoli lanionum munus obeunt. *ibid.*
Valliſrotunda oppidum Caſſinatium, inquiſitio in ea facta. 429. hujus oppidi incolæ petunt a Prorege, ut conſilia habere ſibi liceret haud præſente Gubernatore a Caſſinatibus poſito: deciſa tamen pro Caſſinatibus res eſt a Prorege, ejuſque collaterali conſilio. 694. In valle altiſſimis montibus obſita ſitum eſt hoc oppidum. 752. Ejus Eccleſia Deiparæ Aſſumtæ ab archipresbytero regitur. *ibid.* Plures ibi Eccleſiæ, quædam laicorum ſodalitates, noſocomium, frequenſque populus. *ibid.* Fertilem ejus agrum alluit Rapidus. *ibid.*
Vallum quid ſignificet? 282. aliquando fortalicium, ſeu arcem. *ibid.*
Vandræ, ſeu Evandri roccha a S. Henrico Imperat. Caſſinenſibus donata. 119. a Caſſinatibus rebellat. 289. recuperatur. 290. Ejus oppidani ſacram ſolvere renuentes, litteris Joannæ II. adiguntur. 514. in colliculo poſitam cœnobio Caſſin. confirmavit Landulphus Capuanus princeps deſinente ſæculo X. 752. Incolis deſtitui cœptum hoc caſtellum circa medium ſæculum XVI. *ibid.* Fertilem ejus agrum alluunt Rapidus, *della Peccia*, & Garilianus. 752
Vaſſallus unius alteri ſubiicere ſemet poterat. 406. Vaſſallus cœnobii Caſſinenſis fit nothus quidam. 485
Venerandi, Venerabiles Francorum reges quidam olim appellati. 93
Veſtiarium Caſſinenſe ſubditos ſuos habebat. 233
Vetera præcepta, & chartæ antiquitus in Monaſteriis aſſervatæ. 698
Ughellus corrigitur. 111. 115. 276. ſuppletur. 511. corrigitur. 746
Ugo Moliſinus comes dono dat Caſſinenſi monaſterio medietatem caſtri Serræ. 243
Ugo de Prata Eccleſiæ S. Mariæ de Cingla, aliiſque, & earum bonis ſe nihil prætexturum, nihilque juris in illarum ſubditos ſibi fore Petro Abbati Caſſinenſi ſpopondit. 264
Via Latina ab urbe Roma per Aquinum excurrens, Caſſinum, Teanum, Cales, Appiæ viæ ad Caſilinum jungebatur. 735. Manent nunc quoque integri ejus tractus. *ibid.* Campanina deinde dicta, quod a Campania Romana ad Capuanam ducat. *ibidem* Modo via Romana dicitur. *ibid.* In monumentis medii ævi etiam via Salicata appellatur. *ibid.*
Vicarii quinam eſſent? 13. Vicarius aliquando ſignificat vadem, prædem. 115. Vicarius ille, qui in civilibus jus dicebat. 514
Victor Papa II. bona & privilegia Abbatiæ Caſſinenſis confirmat. 157
Victoria Columna tentat collis S. Magni reſtitutionem Caſſinatibus faciendam. 601. Cadentibus in irritum ejus conatibus jubet, ut iis quinquaginta ducata ſolverentur, donec oppidum reſtitueretur. *ibid.* Variæ ea de re epiſtolæ. *ibid. & ſeqq.*
S. Victoris oppidum Caſſinatibus ſubditum, in eo forum, & nundinæ inſtitutæ ab Angelo III. Epiſcopo Caſſin. 412. Inquiſitio in hoc oppido facta. 429. Oppidani S. Victoris oppidi claves cuſtodiendas ſibi vindicabant, ſed ad officium redeunt. 464. arbitri electi pro dirimenda lite inter oppidum S. Victoris, & cœnobium Caſſinenſe. 469. Tentatæ rebellionis pœna oppidanis S. Victoris remiſſa. *ibid.* Hoc oppidum in tumulo clementis aeris ſitum. 749.

Digitized by Google

749. Tres ibi parochiæ quædam laicorum ſodalitates, noſocomium, ſchola publica, duo montes pietatis. *ibid.* Numeroſus olim populus, civileſque familiæ, atque artifices, nunc in ſolitudinem pene redactum. *ibid.* Aliqui inde orti epiſcopi. 749. Fertilis ejus ager oleo potiſſimum abundat; optima ibi vaſa cretacea condenda oleo apta fiunt. *ibid.*
Villa M. Terentii Varonis Caſſini a Cicerone deſcribitur. 734. Fuit Varronis ſtudiorum Muſæum, in quo ſeveriores Muſas lectioni præſertim & ſcriptioni deditus excoluit. *ibid.* M. Antonii Conſulis libidine profanata. *ibid.*
Villam inter & Caſtellum differentia. 147
Villetta in colle ſita ſpirituali jure Caſſinatibus ſubdita. 762. Ibi eccleſia Deiparæ in cœlum aſſumptæ ab archipresbytero regitur. *ibid.* Aliæ ibidem eccleſiæ, & quædam laicorum ſocietates. *ibid.* Ejus agrum Sangrus alluit. *ibid.*
S. Viti oppidum Caſſinatibus ſubditum ab Angelo Caſſin. Epiſcopo in feudum conceſſum. 413
Viticuſii caſtrum in temporalibus Abbati Caſſin. ſubeſt, in ſpiritualibus Epiſcopo Venafrano. Inquiſitio in eo facta. 428. Pacta inter oppidanos Viticuſi, atque Joannem de Jannavilla Venafri dominum quoad jus paſcendi, quod in quibuſdam urbis ejus territoriis incolis Viticuſi permittitur, a Carolo III. confirmata. 451. Ubi ſitum. 752. a Comitibus Venafranis conſtrui cœptum, dirutum ab Abbate Caſſin. Ateaulpho. *ibid.* a Pandulfo Venafrano Caſſinatibus conceſſum. *ibid.* In eo Eccleſia S. Mariæ ab archipresbytero regitur. *ibid.* Frequens ibi populus, civileſque familiæ, & aliæ quædam Eccleſiæ. *ibid.*
S. Urbani caſtrum, ſeu civitas, modo Alvitum eſt caput cognominis ducatus. 142
Urbanus II. privilegium Caſſinatibus concedit. 213. ejus Bulla pro cœnobio S. Mariæ in Cingla emanata. 709. in ſuis diplomatibus uſus eſt promiſcue Indictione Romana, & Conſtantinopolitana. 711. aliud Urbani II. diploma quoad reſtitutionem cœnobii S. Sophiæ. 712. Caſſinatium ſcripturis motus cœnobium Glannafolienſe illis reſtituit. 713
Urbanus V. injuſta Caroli I. adverſus Caſſinates molimina redarguit. 355. Ejus ſanctimonia, juſtitia, prudentia, & utriuſque juris peritia. 356. confirmat Henrici VI. privilegium Caſſinatibus conceſſum. *ibid.* Ejus Bulla ad Vicarium generalem Caſſinenſem. 407. ejus Bulla contra invaſores bonorum Caſſinatium. 420. Monaſterii Caſſin. Viſitatorem conſtituit Petrum de Tartaris. 426. ejus epiſtola ad Joannam reginam. *ibid.* juriſdictiones cœnobii Caſſin. confirmat. 427
Urbanus VI. periclitantibus Caſſinatium rebus opem fert. 446. Petrum Abbatem Caſſin. Vicarium ſuum quoad res temporales in omnibus ditionis Caſſin. oppidis creat. 447. jubet Abbati Caſſin. ut haud deinceps ſineret a ſuis ſubditis negotium ſubditis Comitis Bellicaſtri faceſſi. 448. Litem inter Caſſinates & Ligorium Carraſſam Cajetano Epiſcopo committit. 455
Urbanus VIII. jubet ad ſe deferri conceſſiones quaſdam a Petro de Tartaris Abbate Caſſinenſi factas. 481. Archivum Caſſinenſe publicum, legale, & inſigne appellat. *ibidem.* Abbati Caſſinenſi facultatem dat Subdiaconum degradandi, & curiæ ſæculari tradendi. 649. ejus privilegium pro archivo Caſſinenſi. 704. Chartas quaſdam ab archivo Caſſin. ſibi remitti jubet. 707

## W

WAimarius princeps Salernitanus quædam Caſſinatibus concedit. 45 Quando regnarit. *ibid.*

## X

XEnodochium Caſſinenſe privilegio ditatur a Friderico Imperatore. 290. ejus caſtrum & bona. 291. ejus curatores ſeparatam a cœnobio Caſſin. juriſdictionem exercuerunt. 291. ei tributum S. Apollinaris oppidum. 303

## Z

ZAccus Adami filius oppidum Villæ Oliveti cœnobio S. Liberatoris dono dat. 153
Zacharias Caſſinen. Abbas Gubernatorem in urbe S. Germani conſtituit Balthaſſar Spicolam. 585
Zacharias Caſſinen. Abbas varios Magiſtratus creat. 634

PRO-

# PROTESTATIO AUCTORIS

SUmmorum Pontificum hac de re decretis religioſe, ut virum catholicum decet, obediens proteſtor ego Hiſtoriæ Abbatiæ Caſſinenſis, & ad eamdem acceſſionem author omnibus, quæ in hiſce libris per me dicta ſunt de piorum hominum geſtis, & ſanctitate, aliam a cordato lectore non deberi fidem, niſi pure humanam, & quam fidelis quilibet mereatur hiſtoriographus. Quæcumque vero ſcripſi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſupremique capitis Papæ indefectibili judicio ſubmitto.

*MONITUM AD BIBLIOPEGAM.*

Tabula Antiquitatum S. Germani locetur ad pag. 736.
Reliquæ undecim Tabulæ Sigillorum ad finem voluminis.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google